a51.2 vol.4

John Adams Library,



IN THE CUSTODY OF THE BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF Nº
ADAMS
41.3
V.4

IO. MATTHI. GESNERI
NOVVS
LINGVAE LATINAE THESAVRVS.

TOM. IV. Q – Z.

ADAMS 41.3
v.4

Q.

Q LITERAM, *(quae formatur* appulſu palati, ore reſtricto Mart. Capella 3 p. 58) *ludibrium et crucem Grammaticorum, non minus atque alteram K, dixeris. Longum eſt referre omnia. Dicamus, quae maxime huius loci videntur.* Quinctilianus 1, 4, 9 *Grammatico quaerendum ait*, an redundet Q, cuius ſimilis effectu ſpecieque, niſi quod paullum a noſtris obliquatur, Koppa apud Graecos, nunc tantum in numero manet. *Nempe* Koppa *illud (de quo ſ. l.) eſt Ebraeorum* ק *quod conuerſum ad ſiniſtram fecere* ϙ, *et paullum obliquarunt* Q *vel* Q. Marius Victorin. p. 2459 *poſt med.* Q et fuiſſe apud Graecos, et quare deſiderat *(ſ.* deſierit) fungi vice literae, ſi pontificum *(quid hi ſibi hic velint, mihi non liquet)* libros legeritis: nunc enim apud Graecos iuxta Π eſt poſita. *Nempe nonaginta ſignificat, vt* Π῀ *octoginta, et* Ρ῀ *centum.* Similia Scaurus de Orthogr. p. 2253 *extr. vbi pro* κάππα legendum κόππα. *Haec de figura. Quod ad vſum, illi videntur optime iudicare, qui illi tribuunt vim eliquandi veluti V ſequentis, vt v. g.* Qui *ſit Monoſyllabum, Diſſyllabum autem* cui. Quinctil. 12, 10, 30 Duras et illa *(litera)* ſyllabas facit, quae ad coniungendas demum ſubiectas ſibi Vocales eſt vtilis, alias ſupervacua, vt *equos* ac *equum* ſcribimus, cum ipſae etiam hae Vocales duae efficiant ſonum, qualis apud Graecos nullus eſt, ideoque ſcribi eorum literis non poteſt. *Scribunt illi tamen v. g.* κοΐντος *Quintus*, κοῦρις *Quiris*, κυρῖνος *Quirinus. Sic contra* Qu *vel* Qui *adhibent librarii medii aeui pro* κυ *vel* Cy. *E. g.* Quilon, Quima, Quatus *pro* Cylon, Cyma, Cyathus. *Sic* Squibala, Squilla, Iuſquiamus *pro* Scybala, Scylla, Hyoſcyamus. *Sic* Coloquintha *ex* Colocynthis. *Sed audiamus etiam Grammaticos* Priſcian. 1 p. 543 *extr.* Q propter nihil aliud ſcribenda videtur eſſe, niſi vt oſtendat, ſequens V ante alteram Vocalem in eadem Syllaba poſitum, perdere vim literae in metro. *Et* p. 560 *fin.* De Q ——— niſi eandem vim haberet, quam C nunquam in principiis infinitorum vel interrogatiuorum quorundam Nominum poſita, per obliquos Caſus in illam tranſiret, vt *Quis, Cuius, Cui.* — In quibuſdam Participiis in C transfertur, vt *ſequor ſecutus, loquor locutus.* Tranſit in S, vt *torqueo torſi*, ſicut et C, *parco parſi.* Singulariter abiicit N in Praeterito *linquo liqui, vinco vici.* Tranſit etiam in X, vt *coquo coxi, duco duxi.* Apud antiquos frequentiſſime loco *cu* Syllabae *quu* ponebatur, et e contrario: vt *arquus, coquus, oquulus, quum* pro *cum, quur* pro *cur. De* Cum *audiamus* Quinctil. 1, 7, 5 Illa quoque ſeruata eſt a multis differentia, vt *Cum*, ſi *tempus* ſignificaret, per q; ſi *comitem*, per C; ſi vero *cauſam*; per q ac duas ſequentes uu ſcriberetur. Velius Longus p. 2218 *extr.* Si modo antiquam literae figuram ſpectes, oſtendit C eſſe et V pariter literas in ſe confuſas. *(Hoc aliquo modo conuenit in figuram Q, qualem etiam Quinctilianus reſpexit, vt modo dicebamus)* Ideoque non nulli *Quis* et *quae* et *quid* per Q et I et S ſcripſerunt, et per QAE et per QID, quoniam ſcilicet in Q eſſent C et V. *Haec ratio etiam Voſſio probatur de Arte 1, 29 licet vti ea non ſolitus ſit, quod fecit Gatakerus. Iucunditate quadam condiuit haec etiam ſpinoſiora* Terentian. Maur. p. 2398 *ſq. Sed locus eſt longior.* Quinct. 6, 3, 47 *refert, non commendat Ciceronis iocum*, Cum is Candidatus, qui coqui filius habebatur, coram eo ſuffragium ab alio peteret, Ego QVOQVE, inquit, tibi iure fauebo. *Nempe idem ſonus nominis* coque *vel* coce, *ab eo qui eſt* coquus *vel* cocus; *et Coniunctionis* quoque. Licinius Caluus, *qui Caio principe vixit*, Q litera non eſt vſus, *vt ait* Victorin. p. 2456 *extr. Ex his, quae poſuimus, erroris conuincitur* Iſid. Orig. 1, 4 Q literam nec Graeci reſonant nec Hebraei: exceptis enim Latinis nulla alia lingua hanc habet. Haec prius non erat. Vnde et ipſa ſuperuacua eſt vocata, quia per C cuncta veteres ſcripſerunt. Kuph *Ebraeorum, et Graecorum* Koppa *reſpondere literae Q vidimus: et antiquiſſima monumenta Latina, columna Duillii, et SC. contra Bacchanalia. De antiquiſſimis Graecorum monimentis vid. Spanh. de Vſu et praeſt. num. Diſſ. 2 p. 96. it. 121. vbi eſt etiam* MERϘVRIOS *pro* Mercurius. *Gruterianus index ſuppeditat* aquitur *pro* acuitur, liquebit *pro* licebit, manqupium, peq. (pecunia) ſua, qurpus *pro* corpus, Qurtius *pro* Curtius, ſequlum, ſequritatem: *quae licet forte lapidariis ſint imputanda, tamen pronuntiationis ſimilitudinem oſtendunt.*

¶ 2 *In notis iſta fere ſignificat:* Q. Quintus, *vel* Quintius, Quaeſtio. Q. *vel* QV. Quartus. Q. *vel* QVINT. Quintilius. Q. A. M. Quem Ad Modum. Q. B. ATQ. F. E. Quod Bene Atque Feliciter Eueniat. Q. B. F. Quare Bene Factum, Quaere Bonum Factum. Q. B. M. V. Quae Bene Mecum Vixit. QC. Quaſi *apud* Val. Prob. *Nempe C etiam S notabat.* Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. Quid De Ea Re Fieri Placeret, De Ea Re Ita Cenſuerunt: *Notae quibus Senatusconſulta deſignabantur.* Q. D. R. P. G. V. Qua De Re Peto Grauitatem Viri. Q. D. R. P. L. IV. Qua De Re Peto Laudabilia Iura. Q. E. Quaerendum Eſt. Q. E. R. E. IV. DA. Quanti Ea Res Erit, Iudicium Dabo: *Formula eſt praetoria. Add.* QVANTVS n. 3. Q. F. Quinti Filius. Q. F. P. Quid Fieri Placet? Q. L. Quinti Libertus, *vel* Liberti. Q. L. F. Quinti Lucii Filius. Q. M. Quintus Mucius, Quomodo, Quo Magis. QM. PV. Quam Prouinciam. Q. N. A. N. N. Quando Neque Ais, Neque Negas. Q. R. F. E. V. Quod Recte Factum Eſſe Videbitur. Q. S. S. S. Quae Supra Scripta Sunt. *Addamus et hoc, quod* H. S. Q. *ap.* Cic. Att. 9, 9 *pr. ſignificare videntur* ſeſtertia quingenta.

Q V A

QVA, cuius, cui. [τὶς] *Femininum ex* Qui *vel* Quis. *Nominatiuo non vtuntur, niſi in compoſitione, vt* Aliqua, Siqua. *Alias* Quae *eſt, de quo deinde ſ. l.* Plaut. Epid. 2, 2, 90 Quam ad rem iſtuc refert? Idem Milit. 3, 1, 176 Quam ad rem vſui eſt? Quam rem agis? Ter. Heaut. 5, 1, 69. Qua cauſa Plaut. Men. 3, 2, 25. Cic. Acad. 1, 32 Qua de cauſa definitiones rerum probabant. Ter. Eun. 1, 2, 79 Ego excludor, ille recipitur: qua gratia, niſi illum plus amas quam me? Ter. Phorm. 2, 1, 68 Qua ratione inopem potius ducebat domum? G. non ratio, verum argentum deerat. Cic. Verr. 4, 28 Qua de re Iudices vobis magnopere prouidendum eſt, *i. quam ob rem. Sed* Ter. Andr. 1, 2, 13 Quid ais? D. qua de re? S. rogas. *Et aliter* Varro de R. R. 2, 2 Emtor ſtipulatur illas oues, qua de re agitur, ſanas recte eſſe. *Formula ICtorum, quam ridet* Cic. pro Muraen. 28 c. 13 Quae de ſcripto aguntur ſcripta ſunt omnia: neque tamen quidquam tam anguſte ſcriptum eſt, quo ego non poſſim, QVA DE RE AGITVR, addere. Cic. de Inuent. 1, 82 c. 44 Firmatur ſimilitudine eius rei, qua de re agitur, ad eam rem, qua de re iudicatum eſt. *Hodie ſic legitur*, Iudicatum firmatur ſimilitudine eius rei, qua de agitur, ad eam rem, qua de iudicatum eſt. *Vt hoc ipſo libro 27* Aut delectationis non alienae ab eo negotio, quo de agitur. *Et* 2, 7 Negare oportebit de vita eius et moribus quaeri, ſed de eo crimine, quo de arguatur. *Superior tamen lectio etiam Tulliana eſt. Sic enim* de Inuent. 1, 29 c. 21 Si locus opportunus ad eandem rem, qua de re narrabitur, fuiſſe oſtendetur. Ibid. 81 c. 43 Oſtendi oportet eius eſſe rei ſignum proprium, qua de re agitur: vt *etc.* Qua ex re nobilis ferebatur Nep. 25, 13. Qua pro re argentum promiſit hic tibi? Plaut. Rud. 5, 3, 22. Cic. pro Roſc. Com. 45 c. 15 Quod ſi facit, qua impudentia eſt, eumne teſtem improbabit, quem iudicem probarit? *i. pro reliqua impudentia ſua, vt eſt impudens.*

¶ 2 *Per ellipſin nominum ratione, via, regione, parte frequenter Ablatiuo Caſu ponitur, vbi Aduerbium vocant Grammatici.* Virg. Aen. 1, 678 Qua *(ratione)* facere id poſſis, noſtram nunc accipe mentem. Praedico delectus, qua poſſit, habiturum Cic. Philipp. 6, 5. Auctor Priap. Dic mihi quâ *(via)* ſit iter. Pontem fecit in Iſtro flumine, qua copias traduceret Nep. 1, 3, 1. Perge modo, et qua te ducit via dirige greſſum Virg. Aen. 1, 404. Omnes introitus, quâ adiri poterat in eum fundum Cic. pro Caecin. 21 c. 8. Ipſe in templum neſcio quâ per cuniculum aſcendit Cic. Philipp. 3, 20. Licet illi vagari quâ velit Cic. de Orat. 1, 70. Qua *(regione)* deſcenſus erat Sall. Cat. 57. *Sic* Qua nox coëgerat ſedes habebant Sall. Iug. 18. Quâ digitum proferat non habet Cic. pro Caecin. 71. Tacit. Ann. 15, 12 Quâ proximum, et commeatibus non egenum, regionem Commagenam, *etc.* petiuit. Salluſt. in Iugurth. 101 *extr.* Poſtremo omnia, quâ viſus erat, conſtrata telis, armis, cadaueribus, et interea humus infecta ſanguine. Qua autem eſt? Cic. Att. 8, 9 p. 772 *Graeu. i. qua parte epiſtolae.* Eâ, quâ. Liu. 5, 43 Qua ſigna ferri videbant, ea ſcandere hoſtem ſinunt. *Et* 6, 24 Et Volſci quâ modo ſimulato metu, ea in veram fugam effuſi. *Plura hic Drakenb.* Qua ſex menſibus iter fecerat, eadem minus diebus triginta reuerſus eſt Nep. 2, 5, 2. Cic. Att. 8, 3 Sin diſcedit, quo, aut qua, *(ratione)* aut quid nobis agendum ſit, neſcio. Arx, qua *(parte)* ad meridiem vergit Nep. 5, 2, 5. Vlpian. l. 1 §. Si pater, De Silaniano ſenatuſconſ. Attamen vbi deceſſit, qua *(parte)* exſtinctum legatum et libertas eſt, ſenatusconſulto fore locum. *Et alibi ſaepe. Sic* Scribon. 53. Qua poſſum, ſqualore tuos imitata labores Dicar Ouid. Heroid. 13, 41. *i. qua ratione: vid. Heinſ. ad h. l. Seruit diſtributionibus:* Plaut. Trin. 4, 3, 37 Neque iſtis quidquam lege ſanctum eſt, leges mori ſeruiunt, mores autem rapere properant, quâ ſacrum, quâ publicum. *i. iuxta aut tum ſacrum, tum profanum. Vid. Taubm.* Cic. Att. 2, 19 Nam gladiatorii quâ dominus, quâ aduocati, ſibilis conſciſſi. *i. Dominus iuxta et aduocati.* Topiarium laudaui, ita omnia conueſtiuit hedera, quâ baſim villae, quâ intercolumnia ambulationis Cic. Q. Fratr. 3, 1. Idem Att. 9, 12 At quam honeſta, quam expedita tua conſilia, quam euigilata tuis cogitationibus, quâ itineris, quâ nauigationis, quâ congreſſus, ſermoniſque cum Caeſare. *i. conſilia partim itineris etc. Sic plane*

Eidem 15, 18 Intelligo te diſtentiſſimum eſſe, quâ de Buthrotiis, quâ de Bruto. Satisfactum qua ciuium qua ſociorum vtilitatibus Plin. Paneg. c. 33. Quâ, *pro* Quatenus. Scribon. Ep. m. Comp. 47. 231. Paullus, Sed nec ille, qui filium alienum poſſidet, tantum habet, quanti eum patri vendere poteſt. Sed in praeſentia, non quâ filius alicuius, ſed quâ homo aeſtimatur. Budaeus.

QVACVNQVE, Ablatiuus a Quaecunque. Liu. 1, 3 Is Aſcanius, vbicunque, et quacunque matre genitus (certe natum Aenea conſtat) abundante, *etc.* Quaſi dicat, Tametſi incertum vbi, et qua matre ſit genitus, tamen, *etc.* Separatur nonnunquam apud Poëtas per Tmeſim. Lucret. 6, 84 Quid faciant, et qua de cauſa cunque ferantur. ¶ 2 *Eadem ratione, vt* Qua *ſimplex elliptice, vel aduerbialiter ponitur.* Cic. Verr. 1, 44 c. 16 Quacunque iter facit, eiusmodi fuit, non vt Legatus Populi Romani, ſed vt quaedam calamitas peruadere videretur. Idem Att. 14, 17 *extr.* Quacunque nos commouimus. *Add.* Nep. 23, 3, 3. Quacunque vacat ſpatium Lucret. 1, 509. *Sic et per Tmeſim* Idem 1, 209 Qua porro cunque tenet ſe Corpus, *etc.*

QVADANTĔNVS, *vel* QVADAM TENVS. Adu. [*μέχρι τινὸς*] *Vſque ad quandam partem, aliquantulum.* Plin. 29, 10 Tria autem genera eius, latum, et alterum longius, quadantenus rubens. Idem 13, 7 ſ. 15 Huic ſimilis quadam tenus, quae vocatur Cypria ficus. *Et* 15, 28 ſ. 33 Citreis ſapor aſperrimus; quadamtenus et cotoneis.

QVADI, [Κουάδοι Dioni] *Bohemorum olim gens, ſicut et Marcomani.* Hieronymus, Sarmatae, Quadi, Vandali, et innumerabiles aliae gentes equorum et vulpium carnibus delectantur. *Vid.* Tacit. Germ. c. 42.

QVADRA, ae. f. [*πινακὶς, πινακίσκος*] *Menſarium inſtrumentum, ſuper quod dapes ſcinduntur, ſiue apponuntur: quod quadrata forma fieri ſoleat: veluti rotunda repoſitoria,* orbes *dicimus.* Menſam, Orbem, Quadram, *rem eandem eſſe docet locus* Virg. Aen. 7, 109 *ſqq. quem, licet longiuſculum hic apponere, cum ſit idem dulciſſimus, non piget. Praedixerat* Harpyia Celaeno Aen. 3, 257 *Troianis,*

Sed non ante datam cingetis moenibus vrbem,
Quam vos dira fames, noſtraeque iniuria caedis,
Ambeſas ſubigat malis abſumere *menſas.*

Hoc vaticinium impletur l. c.

Inſtituuntque dapes, et adorea *liba* per herbam
Subiiciunt epulis, (ſic Iupiter ille monebat)
Et *Cereale ſolum* pomis agreſtibus augent.
Conſumtis hic forte aliis, vt vertere morſus
Exiguam in *Cererem* penuria adegit edendi,
Et violare manu malisque audacibus *orbem*
Fatalis *cruſti*, patulis nec parcere *quadris*:
Heus etiam *menſas* conſumimus, inquit Iulus *etc.*

¶ 2 *Sed etiam fruſta quadrata panis, placentaeue* quadrae ſunt. Seru. *ad* Aen. 7, 115 Quadris, aut menſis, et eſt Antonomaſia: — nam ſupra *orbem* dixit; aut quadris, fragmentis accipimus, *vt* Iuuenalis (5, 2) Vt bona ſumma putes, aliena viuere quadra. *Hic nempe eadem ambiguitas: ſed fruſtum panis eſt*, Et mihi diuiduo findetur munere quadra Horat. Epiſt. 1, 17, 49. Martial. 6, 75 Quum mittis turdumque mihi, quadramque placentae, Siue femur leporis, ſiue quid his ſimile. Sic apud eundem 12, 32 Quadra caſei Toloſatis. *Et* 3, 77 Nec te liba iuuant, nec ſectae quadra placentae. *Et* 9, 92 Secta plurima quadra de placenta. *Eſt autem proprie Adiectiuum* Quadrus *de quo ſ. l.*

QVADRŬLA, ae. f. Dimin. Solin. c. 50 Nunc bractearum, nunc pulueris habet quadrulas.

QVADRAGĒNI, ae, a. [*τεσσαράκοντα*] *Quadraginta, quae ſingulis tribui intelligantur.* Columel. 5, 2 Centies vicies duceni quadrageni fiunt viginti octo millia et octingenti. Cic. Att. 4, 18 Vt ambo H-S quadragena COSS. darent, ſi eſſent ipſi COSS. facti. *Add.* Idem Verr. 1 c. 56. Quadrageni pedes in terga Plin. 17, 23. Quadragenis diebus latent Plin. 8, 36. Suet. de Claris Gram. c. 23 Nec ſufficeret ſumtibus, quamquam ex ſchola quadragena annua caperet. *Subaudi*, Millia numûm.

QVADRAGENARIVS, a, um. Adi. Quadraginta annorum homo Arnob. 2 p. 60. Quadragenarium dolium Cato R. R. 105, 1 *quod capit* quadraginta vrnas. Fiſtulae quadragenariae *plumbeae in aquaeductibus, quarum* laminae antequam in rotundationem flectantur, habeant quadraginta digitos latitudinis. Vitruu. 8, 7 *et inde* Pallad. Aug. 12 *vbi ſtuduimus rem expedire breuiter.*

QVADRAGESĬMVS, a, um. [*τεσσαρακοστὸς*] Adiectiuum, *ordinis et proportionis.* Plin. 14, 20 Cocti parte quadrageſima. Id. 2, 8 Quadrageſima ſecunda Olympiade. Quadrageſimum poſt annum Tac. Ann. 12, 27, 5. Quadrageſima, *abſolute dicitur, pro Quadrageſima parte.* Suet. in Calig. c. 40 Quadrageſima ſummae, de qua litigaretur, exigebatur. Idem in Veſp. c. 1 Publicanum quadrageſimae in Aſia egit. Quadrageſimae abolitio Tacit. Ann. 13, 51, 3. Quadrageſimum ſtipendium Idem ibid. 1, 64, 5.

QVADRAGIES. Adu. [*τεσσαρακοντάκις*] Vict. de Viris illuſtr. 47 Ipſe quadragies quater accuſatus, glorioſe abſolutus. Liu. 38, 55 Potius quadragies, quam ducenties quadragies litem aeſtimatam — indignantem, quod quadragies ratio ab ſe repoſceretur, *i. quadragies centenûm millium HS.* Cic. pro Flacc. 30 c. 12 Seſtertiûm ter et quadragies.

QVADRAGINTA. Indecl. [*τεσσαράκοντα, ſiue τετταράκοντα*] Plin. 2, 8 Partibus ſex atque quadraginta longius. Annos natus magis quadraginta, *vid.* MAGIS, Aduerbium. Iugera quadraginta arui Catul. in Mentulam 112 (114) 2.

QVADRANGVLVM, i. n. *τετράγωνον* Gloſſ. Lat. Gr.

QVADRANGŬLVS, a, um. Adi. [*τετράγωνος*] *Quod quatuor angulos habet.* Plin. 13, 22 Intus granum quadrangula figura.

QVADRANGVLĀTVS, a, um. Adi. Tertull. de Anima c. 17.

QVADRANS, antis. m. [*τεταρτημόριον*] *Quarta pars alicuius rei vel aſſis.* vt, Quadrans pedis Gell. 3, 10. *Simpliciter eſt Numi genus, quarta pars aſſis*, qui et Teruncius *vocatus eſt a tribus vnciis.* Plin. 33, 3. *Vt enim* Seſtertius *quarta pars eſt denarii, ita* Quadrans *quarta pars aſſis.* *Add.* Hieron. ad Matth. 5, 26. Iuuen. Sat. 7, 8 Nam ſi Pieria quadrans tibi nullus in arca Oſtendatur. Liu. 3, 18 In Conſulis domum plebes quadrantes vt funere ampliore efferretur, iactaſſe fertur. Martial. 3, 7 Centum miſelli iam valere quadrantes, *etc.* *conf.* 10, 74. Quadrans ratitus, ſic dictus, quod in eo, et triente ratis fuerit effigies, vt nauis in Aſſe. Paullus Feſti. *Vid.* Ratitus *ſub* RATIS. Quadrantem *ſoluiſſe videntur ingredientes balneum.* Hor. Serm. 1, 3, 137 — Dum tu quadrante lauatum Rex ibis. Iuuen. Sat. 6, 446 Caedere Siluano porcum, quadrante lauari. *Prou.* Paratus fuit, quadrantem de ſtercore mordicus tollere Petron. c. 43. Minus locuples vno quadrante Hor. Serm. 2, 3, 93. Quadrans, *trium cyathorum menſura.* *Vid.* SEXTARIVS *in* SEX. Celſus 3, 15 Si quarto die cum horrore febris reuertitur, vomere, ſicut ante praeceptum eſt: deinde poſt febrem modicum cibum ſumere, vinique quadrantem. *De iugero*, Columel. 5, 1 Pars quarta pedes ſeptem millia et ducentos, hoc eſt quadrans. Quadrans operae Columel. 2, 4. *In libra* Pond. Quadrans Scribon. *paſſim, i. vnciae tres.* Plin. 28, 9 Ad tuſſim veterem recens decoquitur quadrantis pondere, in vini ſextariis tribus.

QVADRANTĀLIS, e. Adi. Plin. 13, 15 Quatuor pedum et ſemipedis per medium ambitum, craſſitudine quadrantali, *i. Pedis quartae partis.*

QVADRANTAL, ālis. n. [*ἀμφορεὺς*] Feſtus: Quadrantal vocabant antiqui amphoram, quod vas pedis quadrati octo et quadraginta ſextarios capit. Plaut. Curc. 1, 2, 15 Sitit haec anus. PA. quantillum ſitit? PH. modica eſt, capit quadrantal. Plin. 14, 2 Ne quis vinum Graecum, Aminaeumque octonis aſſibus aeris ſingula quadrantalia venderet. Varr. de R. R. 1, 57 Quidam ipſum triticum conſpergunt, quum addant circiter in M. modiûm quadrantal amurcae. *Caeterum* Quadrantal, *Figurae nomen eſt omni ex parte quadratae, quales ſunt cubi et teſſerae.* *Recte enim* Feſtus vas pedis quadrati *appellat.* Gell. 1, 20 Vel qualia ſunt quadrata vndique, quae *κύβους* illi, nos quadrantalia dicimus.

QVADRANTARIVS, a, um. Adi. [*τεταρτημοριαῖος*] *Quadrante conſtans.* Olim et pauca erant balnea, nec vllo cultu exornata: cur enim ornaretur res quadrantaria, et in vſum, non oblectamentum, reperta? Sen. Ep. 86 (87) Cic. pro Cael. 62 c. 26 Niſi forte mulier potens, quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. *i. quae pro Quadrante, quem balneatori ſoluere debebat, potius corporis ei vſuram praeſtiterit, quadrantemque adeo permutarit in ſtuprum. Sic Manutius. Eandem Clodiam* Caelius Clytaemneſtram quadrantariam *dixiſſe videtur, apud* Quinctilianum 8, 6, 53 *de qua refert Plutarchus in vita M. Tullii, adoleſcentem quendam pro argenteis numis quadrantes in marſupium eius demiſiſſe aereos: quam ob rem deluſa* Quadrantaria *ſit cognominata ex concubitus pretio.*

QVADRARIVS, a, um. Adi. *legitur vulgo apud* Caton. de R. R. 18, 1 Torcularium ſi aedificare voles, quadrariis vaſis, vti contra — ora fient, ad hunc modum vaſa componito. *Verum variat lectio: Verior* quadrina *vel* quadriiuga.

QVADRATVRA, QVADRATVS, *vid.* QVADRO.

QVADRIANGVLVS, a, um. Adi. Muliebre membrum quadriangulum Auſon. Epigr. 128, 3.

QVADRICEPS, *ſ.* QVARTICEPS, cipitis. QVADRICEPSOS *item.* Mons quadriceps Varro L. L. 4, 8. *vid.* BICEPSOS *ſub* BIS.

QVADRĬDENS, entis. Adi. [*τετρόδους*] *Quod quatuor habet dentes.* Cato de R. R. 10 Rutra quinque, raſtros quadridentes duos. *Et* 11 Rutra quatuor: raſtros quadridentes duos.

QVADRIENNIVM, i. n. [*τετραετία*] *Spatium quatuor annorum.* Cic. Verr. 5, 47 Nam quum quadriennio poſt in Siciliam veniſſem, ſic mihi affecta viſa eſt, *etc.* Quadriennio poſt factus ſum praetor Idem de Sen. 10 c. 4.

QVADRIENNALIS, e. Adi. Dedico agonem quadriennalem ICt. Dig. 50 t. 12 l. 10.

QVADRIENNIS, e. Adi. Florus 2, 6 Poſt primum Punicum bellum vix quadriennis requies.

QVADRIFARIAE Matheſis ianuae Caſſiod. Ep. 1, 45. *i. quatuor artes mathematicae.*

QVADRIFARIAM. Adu. [*τετραχῶς*] *Quadripartito, in quatuor partes.* Varro *ap.* Non. 2, 181 Et ea, quae ad mortales pertineant, quadrifariam diſpertierim in homines, in loca, in tempora, in res. Liu. 4, 22 Quadrifariam diuiſo exercitu. *Add.* Id. 38, 1. Suet. Vit. c. 13.

QVADRIFARĬTER. *Idem.* Paullus in l. Iuriſconſultus D. de Gradib. et affinib. Proauus quadrifariter intelligitur. *Paullo poſt,* Pronepos quoque et Proneptis quadrifariter intelliguntur. *h. e. Quatuor modis, quadrupliciter.*

QVADRIFĬDVS, a, um. Adi. [*τετραχιδὴς*] *Quod in quatuor partes findi poteſt, aut fiſſum eſt.* Virg. Georg. 2, 25 Quadrifidasque ſudes, et acuto robore vallos. *h. e. Ita robuſtas, vt in quatuor partes diuidi poſſint.* Quercus Virg. Aen. 7, 509. Columel. 4, 33, 4 Ridicae. Trabs quadrifida Valer. Argon. 1, 663. Labor Solis quadrifidus, *propter quatuor anni partes* Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 268.

QVADRIFINIVM, i. n. Iſid. 15, 14 Quadrifinium, quod quatuor poſſeſſionum fines adſtringit. *Occurrit et apud* rei agrariae ſcriptores p. 227 *Goeſ.*

QVADRIFINĀLIS, e. Adi. Apud Goeſ. de re agraria ſcriptores p. 222. 225. 245.

QVADRIFLVVIVS, a, um. Adi. Vitruu. 2, 9 *de abiete*, Quadrifluuiis diſparatur, *i. venarum ſ. fibrarum quatuor velut fluuiis.* *Vid. Bald. Lex. Salmaſ. ad* Solin. p. 727.

QVADRIFLVVS, a, um. Adi.

Ver vbi perpetuum reddet,
Prataque multicolora latex
Quadrifluo celer amne rigat

Prudent. Cath. 5, 103. *de paradiſo.*

QVADRIFŎRIS, e. Adi. [*τετράθυρος*] *Quod quatuor fores ſiue foramina habet.* Plin. 11, 21 Veſpae nidos Vere faciunt fere quadrifores. Adiiciatur amplius foris latitudo, ſi quadriforis futura eſt Vitruu. 4, 6.

QVADRIFORMIS, e. Adi. [*τετράμορφον*] *Quod habet formas quatuor.* Orient. Commonit. l. 1.

QVADRĬFRONS, frontis. *Iani epitheton apud* Seruium *ad* Virg. Aen. 7, 607 Ianum certe apud aliquos quadrifrontem eſſe non mirum eſt. *Conf.* Auguſt. C. D. 7, 4.

QVADRIFVRCVS, a, um. Adi. Priſcian.

QVADRĪGA, ae. f. [*τέθριππον*] *Quatuor equi iuncti iugo vno, quaſi tu* quadriiugas equas *diceres.* Equas *enim feminas in curuli certamine praelatas maribus, notum eſt.* *vid.* EQVA. *Caeterum iunctas*

intellige vno iugo, vna linea tranſuerſa, quod et iugi appellatio, et imagines antiquae ſatis declarant. Gell. 19, 8 Quadrigas Caeſar, etiam ſi currus vnus, equorum quatuor iunctorum agmen vnum ſit, pluratiuo ſemper numero dicendas putat. *Inuenitur tamen etiam Singularis ap. bonos auctores, v. g.* Theſſalium quadriga decus Grat. v. 228. Vt a quadrigae violentia ſalutem ſuam cuſtodiret Val. Max. 1, 8 ext. 9. *Et ipſe* Gell. l. c. a Varrone quadrigam Numero Singulari dictam *monet. Sed* Varro de L. L. 9, 3 p. 139, 23 *ſq. docendi cauſa tantum vtitur: caeterum pro Plurali diſputat, et dicendum,* Binae quadrigae, *non* duae. Quadrigae initiorum, *per metaphoram.* Sunt autem (*vt* Varro *pluribus* de L. L. 4, 1) Locus, corpus, tempus, et actio. Apta quadrigis equa Hor. Carm. 1, 16, 35. Nec enim in quadrigis eum ſecundum numerauerim, aut tertium, qui vix e carceribus exierit Cic. de Clar. Orat. 173. Mineruam quadrigarum inuentricem ferunt Cic. de Nat. Deor. 3, 59. Quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere Idem pro Muraen. 57. Quadrigae *etiam Equi, non actu ipſo iuncti, ſed ad iungendum apti.* Columel. 3, 9, 5 Vnde ſacrorum certaminum ſtudioſi perniciſſimarum quadrigarum ſemina diligenti obſeruatione cuſtodiunt, et ſpem futurarum victoriarum concipiunt propagata ſobole generoſi armenti. Curru quadrigarum vehi Cic. de Diuin. 2, 144 c. 70. Plaut. Aſin. 2, 2, 13 Nunquam pol indipiſcet quadrigis albis poſtea. *Quo loco Turnebus, Ego quadrigas Iouis interpretor, quae celerrimo per caelum ferri curriculo cenſebantur. Mouet me Plautus, qui alio loco ſcribit,* (Amph. 1, 1, 294) Quadrigas ſi inſcendas Iouis, nunquam effugies infortunium. *Ad currum autem Iouis cenſebant equos niuali candore iunctos eſſe, vt ex Suetonio videre eſt. Haec ille. Apud eund.* Plautum Amph. 1, 1, 266 *eſt* Cum quadrigis ſol exoriens. Citae quadrigae Virg. Aen. 8, 642. Inſanae Claud. quart. Conſ. Hon. 63. Fictiles, *vid.* RATVMENA: *it.* Plin. 35, 12 ſ. 45. Niueae Claud. de Bell. Get. 127. Perniciſſimae quadrigae, *vid.* PERNIX. Pomeridianae Cic. in Orat. 157. *quae poſt meridiem ſpectantur in circo.* Roſeae Aurorae Virg. Aen. 6, 535. Sed in te intuens Brute doleo, cuius in adoleſcentiam, per medias laudes quaſi quadrigis vehentem, tranſuerſa incurrit miſera fortuna Reipubl. Cic. de Clar. Orat. 331. Poëticae Cic. Q. Fratr. 2, 15. *Totum locum damus in* EQVVS n. 4. Agitantur quadrigae Varr. de L. L. 5.

QVADRIGŬLA, ae. f. Dimin. [τεθρίππιον] Cic. de Fato 5 c. 3 Aut Philippus haſce in capulo quadrigulas vitare monebatur? Plin. 34, 8 ſ. 19, 22 Dextra limam tenet, laeua tribus digitis quadrigulam tenuit, tantae paruitatis, vt eam totam currumque et aurigam integeret alis ſimul facta muſca. *Videmus hic etiam,* Quadrigulam *proprie eſſe ipſos equos.*

QVADRIGARIVS, i. m. [τεθριππηλάτης] Qui in Circenſibus quadrigas agitabat, inquit Aſconius. Varro de R. R. 2, 7 Itaque peritus belli alios eligit, atque alit, et docet aliter quadrigarius, ac deſultor. *Conf.* Arnob. 2 p. 70. *Eſt proprie* Adi. Sueton. in Calig. 19 Quadrigario habitu, curriculoque biiugi. ¶ 2 *Cognomen* Claudiorum *in illo hiſtorico Rom. cuius paſſim fragmenta occurrunt.*

QVADRIGĀTVS, a, um. Adi. [τεθριππωτὸς] *Numi epitheton.* Plin. 33, 3 Nota argenti fuere bigae atque quadrigae, et inde bigati, quadrigatique dicti. *Vid.* Liu. 22, 52.

QVADRIGEMĬNVS, a, um. Adi. [τετραπλοῦς] *Sic vocantur quatuor res a natura ſimiles et coniunctae, vt pedes quadrupedum.* Plin. 8, 23 Ceraſtis corpore eminere cornicula ſaepe quadrigemina: quorum motu reliquo corpore occultato ſolicitent ad ſe aues. *Add.* Solin. c. 40.

QVADRIGENVS, *vid.* QVADRING.

QVADRIIŬGVS, a, um. *vel* QVADRIIŬGIS, e. Adi. [τετράζυγος] vt, Quadriiugi, *ſiue* Quadriiuges equi, *Quaterni ad vnum iugum alligati, qui contracte* Quadrigae *dicuntur.* Virg. Aen. 10, 571 — Quin ecce Niphaei Quadriiuges in equos, aduerſaque pectora tendit. Certamen quadriiugum Stat. Theb. 6, 370. Currus quadriiugus Virg. Georg. 3, 18. *et* Aen. 12, 162. Plin. in Paneg. 22, 1 Iam hoc ipſum, quod ingreſſus es, quam mirum, laetumque: nam priores inuehi et importari ſolebant: non dico quadriiugo curru, et albentibus equis, ſed humeris hominum. Currus quadriiuges Apul. Flor. 3. Ouid. Met. 2, 166 *Subſtantiue ſ. elliptice,* Tritumque relinquunt Quadriiuges ſpatium: nec quo prius ordine currunt. *al.* quadriiugi. Quadriiugos atro ſtimulat bellona flagello Sil. 4, 440. Niuei quadriiuges Stat. Theb. 12, 533.

QVADRILATĔRVS, a, um. Adi. Iſidor. 2, 12 Figura quadrilatera. Quidquid quadrilaterum eſt, τραπέζιον vocatur Mart. Capella 6 p. 230.

QVADRILĪBRIS, e. Adi. [τετράλιτρος] *Quod eſt pondo quatuor librarum.* Plaut. Aulul. 5, 1, 2 Quadrilibrem aulam auro onuſtam habeo: quis me eſt diuitior?

QVADRIMĂNVS, a, um. Adi. *Qui quatuor habet manus, qua forma* Virgilio *dicitur* Centimanus Briareus. Iulius Obſequens lib. de Prodigiis c. 111 C. Laelio, L. Domitio COSS. puella biceps, quadripes, quadrimana, gemina feminea natura, mortua nata. *Hos idem auctor alibi* c. 73 Quadrumanes *vocat inflexione tertia.* T. Graccho, inquit, M. Iuuentio COSS. pueri quadrupedes et quadrumanes nati.

QVADRIMESTRIS, e. Adi. Suet. Neron. c. 14 Conſulatus quatuor geſſit *etc.* tertium quadrimeſtrem.

QVADRIMENSTRVVS, a, um. Adi. Gloſſ. Cyrill. τετραμηνιαῖος.

QVADRĪMVS, a, um. Adi. [τετραετὴς] *Quod habet quatuor annos.* Liu. 27, 37 Fruſinone infantem natum eſſe quadrimo parem. Plin. 8, 44 Ad tales partus equis neque quadrimis minores, neque decennibus maiores legunt. Quadrimus Cato Cic. Fam. 16, 22, 2 *Alludit ad conſtantiam pueri Catonis. Vid. Vrſini annotatio.* Merum quadrimum Hor. Carm. 1, 9, 7. Alfenus in l. 19 Aliud eſt D. de pactis dotalibus, Si pater pro filia dotem promiſit, vt annua, bima, trima, quadrima, (*int.* die) quinto anno a ſe redderetur.

QVADRIMŬLVS, a, um. Dimin. Quadrimulus paruulus Plaut. Capt. 5, 3, 4. Idem Poen. Prol. 85 Altera quinquennis, altera autem quadrimula cum nutrice vna periere.

QVADRIMĀTVS, ûs. m. [τετραετία] *Aetas quatuor annorum.* Plin. 19, 11 Sed ex his, quae ſunt fortiſſima, nullum extra quadrimatum vtile eſt. Non ante quadrimatum ad partus vocando Plin. 8, 45. Quadrimatum agere Columel. 7, 9. *Add.* Idem 9, 1.

QVADRIMEMBRIS, e. Adi. τετραμερὴς Onomaſt. Vet.

QVADRINGENARIVS, a, um. Adi. *vt,* Quadringenariae cohortes, *Quadringentos viros continentes* Liu. 7, 7. *Vid.* Cic. Att. 6, 1.

QVADRINGENTI, ae, a. [τεσσαρακόσιοι] *Quater centum.* Quinque tabernae quadringenta parant Iuuenal. 1, 105. *ſc. ſeſtertia, de cenſu equeſtri.* Plin. 8, 17 Pompeius Magnus quadringentas decem (pantheras) miſit, diuus Auguſtus quadringentas viginti. Cic. in Piſon. 10 c. 5 Centum prope annos legem Aeliam et Fuſiam tenueramus: quadringentos iudicium, rationemque Cenſoriam. Millia quadringenta Martial. 14, 35. Tali quadringenti iacti Cic. de Diuin. 2, 48 c. 21.

QVADRINGENTIES. Adu. [τεσσαρακοσιάκις] Cic. Verr. 2, 26 c. 10 H-S quadringenties accepiſſe te arguo contra leges. *Add.* Idem Phil. 2 c. 37. *et* pro Rabir. Poſt. c. 8 *et* 3.

QVADRINGENTESĬMVS, a, um. Adi. [τεσσαρακοστοστὸς] Plin. 8, 6 Anno vrbis quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Liu. 5, 45.

QVADRINGENTĒNI, ae, a. Plin. 8, 43 Quadringentena millia numorum. *Add.* Vitr. 10, 14.

QVADRINGĒNVS, *et vt nonnulli legunt,* QVADRIGĒNVS, *vel* QVADRICĒNVS, a, um. Adi. *Idem.* Liu. 8, 11 *extr.* Vectigal quoque eis Campanus Populus iuſſus pendere in ſingulos quotannis (fuere autem mille et ſexcenti) denarios numos quadringenos quinquagenos. Varr. de R. R. 2, 8, 3 Vbi tricenis ac quadrigenis millibus H-S admiſſarii aliquot venierunt. *Sed variat lectio. Vid.* Suet. Vitell. c. 13.

QVADRĪNVS, a, um. Adi. diſtributiuum. [τετραδικὸς] Plin. 11, 36 Mutationes, et in alias figuras tranſitus, trinis aut quadrinis diebus. Idem 7, 50 Quadrini circuitus febrem nunquam bruma, nunquam hibernis menſibus incipere. Cardines Arnob. 6 p. 192. Quadrinae copulae, *apud* Varr. de L. L. 9, 1. Pomponius in Piſtore *apud* Non. 8, 6 Nam plus quaeſti facerem, quam quadrinas ſi haberem molas, *officinam quatuor molarum.* Quadrina vaſa, *torcularis apud* Catonem 18, 1. *vid.* QVADRARIVS. Quum ſol quadrinas temporum contigerit vices Arnob. de Doctr. Plat. 1 p. 7.

QVADRIPARTIO, īre. Per aequationem numeri atque partium quadripartitur exercitus Dictys Cret. 1, 19.

QVADRIPARTĪTVS, a, um. Adi. [τετραμερὴς] *In quatuor partes diuiſum.* Plin. 15, 22 Nucleorumque illis quadripartita diſtinctio. Commutationes temporum quadripartitae Cic. Tuſc. 1 c. 28 Fit, vt omnia, fere ſint quadripartita Varro L. L. 4, 1. Cic. Verr. 1, 33 c. 12 Quare haec eadem erit quadripartita diſtributio totius accuſationis meae. Cic. de Nat. Deor. 3, 6 *Legitur et* Quadripertitus, *per* E *ſecundam Vocalem* Quinctil. 1, 5, 38. 3, 6, 82.

QVADRIPARTĪTO. Adu. Columel. 4, 26 Brachia quadripartito locabimus. *Conf.* Cenſorin. de die Natal. c. 23.

QVADRIPARTITIO, ōnis. f. Varr. de L. L. 4, 1 Quadripartitio magis ſic apparebit. *Et* 6, 2 Et ſi quid excidit ex hac quadripartitione, *etc.*

QVADRIPES Puella Iul. Obſequ. c. 111.

QVADRIPLICĀTVS, a, um. Adi. *Legitur apud* Varronem L. L. 8, 24 *quanquam nonnulli* Quadripartitam *malint.*

QVADRIRĒMIS, is. f. [τετρήρης] *Nauis quatuor remorum ordines habens.* Liu. 24, 33 Praemiſſa quadriremis, quum intraſſet fauces portus, capitur. Cic. Verr. 5, 85 c. 34 Egreditur Centuripina quadriremi Cleomenes e portu. *Add.* Caeſ. B. C. 3, 24. Liu. 37, 15.

QVADRISEMVS, a, um. Adi. Numerus Mart. Capella 9 p. 331. *Eſt vox hybrida; poſteriori parte Graeca,* σῆμα *punctum eſt: in rhythmica doctrina, vt videtur, notat tempus breuiſſimum; qualia duo faciunt Syllabam longam.*

QVADRIVIVM, i. n. τετραοδία Gloſſ. Lat. Gr. in quadriuiis et angiportis Catull. 59, 4. [τέτροδος] *Locus publicus, quo quatuor viae concurrunt.* Iuuen. Sat. 1, 64 Nonne libet medio ceras implere capaces Quadriuio. ¶ 2 *Quatuor artes mathematicae, apud* Boëth. Arithm. 1, 1. Boëthius quadriuium de Graeco tranſtulit, arithmeticam, muſicam, geometriam, aſtronomiam Honor. Auguſtod. de Scriptorib. Eccleſ. Quadruuium *pro eo reperitur apud* Scholaſticos; *it.* quadruuiales artes, quadruuiales literae: *vid. Coluener. ad Thom. Cantiprat. Apes p. 171.*

QVADRO, āre. [τετραγωνίζω] *In quadrum redigere, vel quamcunque aliam formam commodam.* Hor. Epiſt. 1, 6, 35 Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro et Tertia ſuccedant, et quae pars quadret aceruum. *Vides,* rotundare *et* quadrare *hic eandem vim habere, quae etymologica ratione ſunt diuerſa. Sed proprie* Columel. 11, 2, 13 Abies atque populus ſingulis operis ad vnguem quadrantur. Cic. Orat. 197 c. 58 Sic minime animaduertetur delectationis aucupium et quadrandae orationis induſtria: quae latebit eo magis, ſi et verborum et ſententiarum ponderibus vtemur, *etc.* Quadrare orationem *ergo eſt numeroſam et cantui cuidam ſimilem efficere, vt membris aequalibus aequalia reſpondeant, etc.* Quadrantur *arbores et lapides, vt aptius omnia in aedificio congruant. Hoc praeſtant orationi numeri. Vid.* QVADRATA compoſitio. ¶ 2 *Intranſitiue ſignificat Conſentire, et ex omni parte conuenire, et abſolutum eſſe. Tractum a lapidibus quadris, qui omnium laterum aequali proportione inter ſe optime conueniunt ac conſentiunt.* Virg. Georg. 2, 278 Arboribus poſitis ſecto via limite quadret. Cic. de Orat. 3, 173 c. 44 Et tamen eam coniunctionem, ſicuti verſum, numeroſe cadere et quadrare et perfici volumus. Quoniam tibi ita quadrat, omnia in illis fuiſſe paria Cic. de Clar. Orat. 43 c. 11. *i. conuenit, vt ornare dicendo poſſis.* Cic. Att. 4, 17 Viſum eſt hoc mihi ad multa quadrare. Idem pro Cael. 69 c. 29 Niſi omnia, quae cum turpitudine aliqua dicerentur, in iſtam quadrare apte viderentur. Cancer et hoc et illoc quadrat Petron. c. 39. *i. in mare et terram.* Cic. Verr. 1, 92 c. 36 Expenſa Chryſogono ſeruo ſeſtert. ſexcenta millia, accepta pupillo Malleolo retulit. Quomodo ex decies ſeſtert. ſexcenta ſint facta, quomodo ſexcenta eodem modo quadrarint, vt illa de Cnei Carbonis pecunia reliqua ſeſtert. ſexcenta facta ſint, *etc.* vos aeſtimabitis. Aſcon. *ad h. l.* Quadrarint, ſolida facta ſint, vt neque plus quidquam neque minus reperiatur in ſumma. Vbi enim ratio ſine fraude eſt, difficile eſt ſexcenta, detractis quadringentis, quadrare, et ſolidari, vel ſolida fieri, quin aut minus aut plus aliquid reperiatur.

QVADRĀTVS, a, um. Adi. [τετράγωνος] *Superficies quatuor lateribus et angulis rectis incluſa: item corpus in omnibus faciebus angulos rectos habens, vt cubus, parallelepipedon.* Cubus eſt corpus quadratum Vitruu. l. 5 praef. Quadrata vndique κύβους dicunt geometrae Gell. 1, 20. Liu. 6, 5 Capitolium quoque ſaxo quadrato ſubſtructum eſt. *Sic* Plin. Epiſt. 10, 37. Cic. Philipp. 2, 108 c. 42 Agmine qua-

ne quadrato cum gladiis ſequuntur ſcutati milites. *Add.* Liu. 21, 5. Curt. 5, 13, 10. Anguli quadrati Plin. 17, 11 *ſunt recti.* Imago quadrata quadrati Lucret. 4, 237. In quadratum pedem ſerantur Columel. 2, 10. Lapis Vitruu. 2, 7. Roma Enn. *ap.* Feſt. Turres quadratae Lucret. 4, 354. Quadratus homo *dicitur Sapiens et conſtans, vt Ariſtoteles Ethicorum primo docet.* Quadratum *autem et* in numero, *et* in figura, *et* in corpore *dicitur.* Numerus *enim quilibet in ſeipſum multiplicatus, dicitur* quadratus. Figura, *quae lineas quatuor aequales, et totidem angulos rectos continet,* quadrata *eſt.* Corpus *denique ſolidum* quadratum, *qui* Cubus *etiam dicitur, duodecim habet lineas omnes aequales, octo rectos angulos, ſex aequales extremitates: adeo formatum, vt in quamcunque partem ceciderit, ſemper rectum ſit. Ex quo facile poteſt intelligi, cur* Quadrum *pro Re perfecta et abſoluta ponatur.* Veſtis, *vid.* Rotundus. Quadratum et Rotundum, *contraria* Cic. de Finib. 2, 36. Hor. Epiſt. 1, 1, 99 Diruit, aedificat, Mutat quadrata rotundis. Quinctil. 2, 5, 9 Quae lenis et quadrata, ſed virilis tamen compoſitio. *Vid.* QVADRO n. 1. Idem 9, 4, 69 Id quod ex illis conficitur, aut ſeuerum, aut luxurioſum, aut quadratum, aut ſolutum erit. Celſus 2, 1 Corpus habiliſſimum, quadratum eſt, neque gracile, neque obeſum. Nam longa ſtatura, vt in iuuenta decora eſt, ſic matura ſenectute conficitur: gracile corpus, infirmum: obeſum, hebes eſt. Columel. de canibus 7, 12 Probatur quadratus potius, quam longus, aut breuis. Idem de gallinis 8, 2 Sint ergo matrices probi coloris, robuſti corporis, quadratae, pectoroſae, magnis capitibus. Idem 6, 1, 3 Boues quadratos *laudat.* Statura Suet. Veſp. c. 20. Quadrata legio appellabatur cum quatuor millium eſſet, *docente* Feſto Paulli. *Vid.* Sex millium. Quadrata Roma *locus* in palatio ante templum Apollinis dicitur, vbi repoſita ſunt, quae ſolent boni ominis gratia in vrbe condenda adhiberi. quia ſaxo munitus eſt initio in ſpeciem quadratam. Eius loci Ennius meminit quum ait, Et quis exſtiterat Romae regnare quadratae. *Haec* Feſtus, *quem defendit Salmaſius.* Quadratus verſus *eſt quem* Tetrametrum *alias vocant Grammatici (metrum enim in Iambico et Trochaico genere binos pedes notat)* ſ. octonarium. Ter. Maurus c. 65 p. 1434 *pr. Putſch. hoc exemplum* quadrati Iambici *ponit,* Adeſt celer phaſelus ille, quem videtis, hoſpites. Gell. 2, 29 *fin.* Hunc Aeſopi apologum Q. Ennius in ſaturis ſcite admodum et venuſte verſibus quadratis compoſuit, quorum duo poſtremi iſti ſunt,

Hoc erit tibi argumentum ſemper in promtu ſitum,
Ne quid exſpectes amicos, quod tute agere poſſies.

Add. Scal. Poët. 2, 6. ¶ 2 *Subſtant.* Dimenſio quadrati Cic. Tuſc. 5, 57. Forma quadrati Idem de Nat. Deor. 1, 24. Efficere quadratum paribus oris Quinctil. 1, 10, 40. Cic. Tuſc. 1, 57 c. 24 Quaedam geometrica de dimenſione quadrati. Idem de Diu. 2, 89 c. 42 Ea triangula illi et quadrata nominant. *De his quos* Aſpectus *vocant aſtrologi. De his* Manil. 2, 295 Sic licet in totidem partes diducere cuncta, Ternaque bis ſenis quadrata effingere ſignis: *licet XII ſigna in tria quadrata diuidere: nempe vt eſt 290*

Haec quadrata ferunt: Libram capricornus, et illum
Conſpicit hinc aries, atque ipſum a partibus aequis
Cancer, et hunc laeua ſubeuntis ſidera librae.

Quadrata efficiuntur ſiue aſpectus quadrati, *cum ſignum quodcunque refertur ad aliud, inter quod, et ipſum duo ſigna intercedunt: ſic* Taurus *ad* Leonem, Leo ad Scorpionem, *etc.* Manil. 2, 332 Quadrati forma.

QVADRATIO, ōnis. f. Vitruu. 4, 3 Anguli quadratio.

QVADRATV̄RA, ae. f. Hygin. de Limit. *Goeſ.* p. 203 Vt quadraturae diligenter eludi poſſent. Vitreae quadraturae Vopiſc. in Firmo c. 3. *i. tabulae quadratae ex vitro.*

QVADRĀTOR, ōris. m. *Qui lapides aut aliam rem quadrat.* Caſſiod. Epiſt. 2, 7 Marmorum quadratores.

QVADRATARIVS, i. m. Quadratarii [τετραγωνεϛῆρες] *dicuntur marmorarii, qui marmora ad amuſſim quadrant.* Sidonius Epiſt. 3, 12 Vide vt vitium non faciat in marmore lapicida: quod factum ſiue ab induſtria, ſeu per incuriam, mihi magis quam quadratario liuidus lector adſcribet. *Vid. h. l. Sauaro. add. Pratei. Lex. Iur. p.* 495. Inductis quadratariis Auct. de Re Agrar. p. 294 *Goeſ.*

QVADRĀTIM. Adu. *Qualitatis, a* Quadra, *aut* quadro. Soſipater lib. 2 Inſtitutionum.

QVADRVMANES, *vid.* QVADRIMANVS.

QVADRV̆PES, ĕdis. *Gen. omnis, prout* animans, beſtia, animal, *intelligitur.* [τετράπϰς] *Quod habet quatuor pedes.* Ter. Andr. 5, 2, 24 Tu tamen cura adſeruandum vinctum, atque audin'? quadrupedem conſtringito: *i. manus et pedes ita inter ſe deligato, vt* quadrupes *videatur depreſſis ad pedes manibus, prono capite,* etc. *Sic in* Sphingis aenigmate (*vid.* SPHINX) quadrupes *eſt infans, manibus pedibusque repere ſolitus.* Plin. 10, 33 Vt nulla quadrupes poſſit accedere. Nulla neque amnem libauit quadrupes Virg. Ecl. 5, 25. Columel. 11, 2 Nec minus maiora quadrupedia charactere ſignari debent. Plin. 8, 25 *pr.* Crocodilum habet Aegyptus, quadrupes malum. Nihil inter te atque inter quadrupedem intereſt Cic. in Parad. 1 c. 4. Morſus quadrupedum Scribon. 213. 214. Cic. de Nat. Deor. 2, 151 Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones. Animoſos quadrupedes regere Ouid. Met. 2, 84. Cornuta quadrupes elephas Varr. de L. L. 6, 3 p. 72, 37. Apud Sambros nulla eſt Aurita quadrupes, ne elephanti quidem Solin. c. 43. Diſtentae quadrupedes viridi pabulo Quinctil. 2, 10. Ennius Annal. 7 Denique vi magna quadrupes eques, atque elephanti Proiiciunt ſeſe. *In quo loco illud notandum* Equitem *pro* Equo *dici. Vid.* Gell. 18, 5 *qui multis eam rem diſputat.* Ouid. Met. 15, 517 Quadrupedes, *i. equi.* Saucius *de equo* Virg. Aen. 7, 500. Vaſta quadrupes Cic. de N.D. 114 c. 44.

QVADRVPĔDO, āre. *Quatuor pedibus incedere Turneb. Aduerſ. 26, 29. Hinc Participium,*

QVADRVPĔDANS, antis. [τετραποδίζων] *Quod quatuor pedibus graditur, vt equi, et eiusmodi.* Plaut. Capt. 4, 2, 34 Tum piſcatores, qui praebent populo piſces foetidos, qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti canterio. Virg. Aen. 11, 614 Perfractaque quadrupedantum Pectora, pectoribus rumpunt. Plin. 8, 45 Theſſalorum gentis inuentum eſt, equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare. *Centaurorum epitheton* Ouid. Met. 12, 450 Ampyca quid referam, qui quadrupedantis Oëcli Fixit in aduerſo cornum ſine cuſpide vultu. *Adiectiue,* Virg. Aen. 8, 596 Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum.

QVADRVPEDĀTIM. Adu. Flauius Soſipater 2 p. 163 *poſt pr.* Es terminata nomina, videntur ex ſe duobus modis Aduerbia figurare, vt quadrupes, quadrupedatim: miles, militariter.

QVADRVPEDVS, a, um. Adi. Quadrupedo gradu repere Ammian. 14, 2.

QVADRVPLĀTOR, ōris. m. [ἐνδείκτης, φιλεγκλήμων] Aſconius p. 26 ſ. ad Diuin. in Caec. 24 c. 7 Quadruplatores Delatores erant criminum publicorum, in qua re partem de proſcriptorum bonis, quos detulerant, conſequebantur. Alii dicunt, Quadruplatores eſſe eorum reorum accuſatores, qui conuicti quadrupli damnari ſoleant, vt aleae, aut pecuniae grauioribus vſuris feneratae, quam pro conſuetudine, aut eiusmodi aliorum criminum. *Locus* Ciceronis *ita habet,* Videt enim, — ſi a quadruplatoribus, quos non ſine cauſa contemſit ſemper, *etc.* Idem Cic. ibid. 68 c. 22 Putant fore, vti, ſi paullatim haec conſuetudo ſerpere ac prodire coeperit, per homines honeſtiſſimos, viroſque fortiſſimos, non imperitos adoleſcentulos, aut illiusmodi quadruplatores, leges iudiciaque adminiſtrentur. Cic. Verr. 2, 22 c. 8 Petit Naeuius Turpio quidam iſtius excurſor et emiſſarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus. Liu. 3, 72 Populum Rom. quadruplatoris, et interceptoris litis alienae perſonam laturum? Quadruplatores dicebantur, Qui eo quaeſtu ſe tuebantur, vt eas res perſequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio. Paullus *apud* Feſtum. *Huc pertinet illud* Tacit. Ann. 4, 20, 2 Lepidus quartam accuſatoribus ſecundum neceſſitudinem legis, caetera liberis conceſſit. *Maxime mihi placet illa ſententia, quae reſpici putat hac appellatione ad illam partem iuris Praetorii, quam ſeruauit* Vlpian. l. 1 pr. ff. de calumniatoribus, In eum, qui vt calumniae cauſa negotium faceret, vel non faceret, pecuniam accepiſſe dicetur; intra annum in quadruplum eius pecuniae, quam accepiſſe, dicetur, poſt annum ſimpli in factum actio competit. Quadruplator, vt breuiter deſcribam, capitalis eſt Auct. ad Herenn. 2, 41. Quadruplatores beneficiorum *vocat* Seneca, *Qui exiguis magna venantur,* de Benefic. 7, 25 Male iſtis improbis et importunis beneficiorum ſuorum quadruplatoribus eueniat, qui admonitionem tam bellam inter amicos ſuſtulerunt. *Add.* Sidon. Ep. 5, 7. Apul. Apol. p. 330.

QVADRV̆PLOR, āri. *Quadruplatorem agere, vel crimina publica deferre.* Plaut. Perſ. 1, 2, 10 Neque quadruplari me volo: neque enim decet ſine meo periculo abire aliena ereptum bona. ¶ 2 Quadruplare *eſt quadruplum ſumere.* Vlpian. in l. Item ſi quum. §. 1 D. de eo quod metus, *etc.* Si quis non reſtituat, in quadruplum in eum iudicium pollicetur. Quadruplabitur autem omne quodcunque reſtitui oportuit. *Sic*

QVADRVPLATVS in ſe numerus l. 10 D. de grad. §. 17.

QVADRVPLĀRIS, e. Adi. Macrob. Somn. Scip. 1, 19 Numerus duplaris, triplaris, quadruplaris.

QVADRV̆PLEX, icis. Adi. [τετραπλϰ̃ς] *Quatuor modorum, ſpecierum, vel ordinum, quaſi* quatuor plicas *habens.* Plin. 12, 11 Alia arbor floret, albae violae ſpecie, ſed magnitudine quadruplici. Liu. 30, 10 Onerariarum quadruplicem ordinem pro muro aduerſus hoſtem oppoſuit. Quadruplex iudicium *centumuirale in quatuor tribunalia diuiſum.* Plin. Epiſt. 1, 18, 3 Et eram acturus adoleſcentulus adhuc, eram in quadruplici iudicio. Idem Epiſt. 4, 24 *pr.* Proxime quum apud centumuiros dixiſſem, ſubiit recordatio egiſſe me iuuenem aeque in quadruplici iudicio: proceſſit animus vt ſolet, longius: coepi reputare quos in hoc iudicio, quos in illo ſocios habuiſſem. His locis quid ſit Quadruplex iudicium omnes inquirunt. Quinctil. 12, 5, 6 *de Trachallo,* Certe quum in baſilica Iulia diceret, primo tribunali, quatuor autem iudicia, vt moris eſt, cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, et auditum eum et intellectum, et quod agentibus caeteris contumelioſum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini. *Hic itaque quatuor cauſae a totidem tribunalibus eodem tempore cognoſcuntur. Sed vnam cauſam cognoſcunt ſimul* Plin. Epiſt. 6, 33, 2 Accia Variola — quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices centum et octoginta: tot enim quatuor conſiliis conſcribuntur —— Duobus conſiliis vicimus, totidem victi ſumus. Notabilis prorſus res et mira; eadem in cauſa iisdem iudicibus (*i. vt interpretandum cenſeo, iisdem Praetore, et Decemuiris ſtlitibus iudicandis, qui ſunt velut moderatores quidam caeterorum iudicum, et quatuor conſiliis communes*) iisdem aduocatis, eodem tempore, tanta diuerſitas accidit, *etc.* ¶ 2 *Simpliciter quo quatuor poſuit* Cic. in Arat. 93 Praeter quadruplices Stellas in fronte locatas: *nempe vt* gemini *interdum pro duobus.*

QVADRVPLĬCO, āre. [τετραπλασιάζω] Plaut. Stich. 3, 1, 4 Qui me in mercimoniis iuuit, lucriſque quadruplicauit rem meam.

QVADRVPLICATIO, ōnis. f. Vlpian. l. 2 D. de exceptionibus, Et contra replicationem duplicatio, et contra duplicationem ſolet dari triplicatio, et contra triplicationem rurſus quadruplicatio. *Sic vett. Sed in Gothofr.* quadruplicatio *omittitur.*

QVADRVPLICATVS, *unde*

QVADRVPLICĀTO. Adu. [τετραπλασιαςῶς] Plin. 14, 4 Emtis quadruplicato vineis. *Add.* Id. 2, 17.

QVADRV̆PLVS, a, um. Adi. [τετραπλάσιος] Plaut. Truc. 4, 2, 49 *legebatur,* Poſt id ego in te manum iniiciam quadruplus venefica. *Vbi interpres, Quadruplus, id eſt veniemus quatuor in te irrumpentes. Sed nunc legitur* quadrupli, *i. agam tecum actione quadrupli.* Plin. 7, 48 Cornici nouem noſtras attribuit aetates, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis. Quinctil. 7, 5 Quum duo fures pecuniam abſtulerunt, ſeparatim quadruplum quisque an duplum debeat. Cato de R. R. in praefatione, Furem dupli condemnari, feneratorem quadrupli. Cic. Verr. 3, 34 c. 13 Qui in decumanos, octupli iudicium ſe daturum dixit, idem habuit in edicto, ſe in aratorem in quadruplum daturum. Conſueuerat Tiberius quadruplam ſtrenam reddere Suet. Tiber. c. 34, 5. Plin. Paneg. c. 40 Alius tarditatem ſoluendi dupli vel et quadrupli irrogatione mulctaret. Ab aſſeclis quadruplo condemnari Cic. Verr. 3 c. 13. Plin. 11, 37 ſ. 79 Pulmo quadruplo maior bubulo, *de elephantis. Conſ.* Mart. Capell. 7 p. 251.

QVADRVRBS, *Ciuitas, quae ex quatuor vrbibus in vnam coaluit.* Feſtus: Quadrurbem Athenas Attius appellauit, quod ſcilicet ex quatuor vrbibus, in vnam domicilia contulerunt, Braurone, Eleuſine, Pireaeo, et Sunio. *Sed conf. Voſſ. Grammat.* 7, 42 *p.* 147.

QVADRVS, a, um. Adi. *Quadratus, aut cubicus adeo, quin quidquid ad regulam certam exactum dimenſumque eſt, quale quid in verbo* Quadrare *obſeruatum eſt.* Cic. Orat. 208 c. 61 Nemo, qui aliquo eſſet in numero, ſcripſit orationem generis eius, quod eſſet ad delectationem comparatum — quin redigeret omnes fere in quadrum numerumque ſententias. Quadrum *dimenſionem illam, et reſponſum aequalium membrorum ſignificat. Sic* n. 235 c. 70 Si alicuius inconditi arripias diſſipatam aliquam ſententiam, eamque — in quadrum redigas,

gas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens ac ſolutum. *Proprie* Quadra poſſeſſio A. de Limit. p. 281 *Goeſ.* Terminos quadros curſorios poſuimus ibid. p. 253. Columel. 8, 3, 7 Perticae dolantur in quadrum, ne teres leuitas — volucrem non recipiat. In quadro iacere A. de Limit. p. 282 *Goeſ.* ¶ 2 Quadra *Subſtant. vid. ſupra ſ. l.*

QVADVRCI, *vid.* CADVRCI.

QVADRVVS, a, um. Adi. Errabam riguis per quadrua compita in hortis Auſon. Eidyll. 14, 5. *Add.* Prudent. Pſychom. v. 843.

QVADRVVIVM, QVADRVVIALIS, *vid.* QVADRIVIVM.

QVAE. [τίς] *Pronomen femininum a* Quis. *Interrogatiue aliquando pronunciatur.* Cic. in Verr. . . Quae (malum) eſt iſta tua audacia, atque amentia? Idem Philipp. 1, 15. *Relatiuum ſeruit Parentheſi.* Plin. Epiſt. 5, 2 Sed (quae facilitas tua) hoc magis dabis veniam, quod ſe non mereri fatentur. Cic. Att. 6, 9 Spero enim (quae tua prudentia et temperantia eſt) hercule, vt iubet me Acaſtus, commodo te iam vt volumus valere. *Sed et in principio ſententiae.* Brut. ad Cic. ad Brut. 4 Quae tua eſt humanitas, aequo animo te moneri patieris. *Rurſus in parentheſi*, Cic. Antonio Att. 14, 13 Quare quoniam hoc a me ſic petis, vt (quae tua poteſtas eſt) ea neges te, me inuito vſurum, *etc.* Hor. Serm. 1, 9, 55 Velis tantummodo (quae tua virtus) Expugnabis. *Sic ſaepe loquitur* Cic. Fam. 5, 20 *extr.* Ibid. 7, 13 *etc.* Quae mea mens in ſuſcipienda cauſa fuit, fides in agenda: eadem veſtra in iudicanda ſit Cic. Verr. 5, 188. ¶ 2 Quae, *Neutrum plurale a Nominatiuo ſingulari* Quod. Virg. Ecl. 3, 72 O quoties, et quae nobis Galatea locuta eſt. Quorum et hoc eſt Scribon. 85. Cic. Fam. 1, 6 Quae gerantur, accipies ex Pollione.

QVAECVNQVE, QVAEDAM, QVAELIBET, QVAEQVI, *vid.* QVICVNQVE, QVIDAM, QVILIBET, QVISQVE.

QVAERO, quaeſiui, quaeſitum, *et per ſyncopam* quaeſtum, ĕre. [ζητέω] *Eius eſt qui ſcire, habere, recuperare, aliquid vult, forte ab interrogandi vocabulis* Quae *etc. primo fictum.* Quaerere, *inquit* Varro de L. L. 5, 8 p. 60, 19 *ludens ſuo more*, dictum ab eo quod, Quae res vt recuperaretur, datur opera. Donatus, Non reperitur, niſi quod quaeritur: non quaeritur, niſi quod praeſto non ſit. Ter. Eun. 2, 3, 3 Vbi quaeram: vbi inueſtigem? quem perconter? quam inſiſtam viam? Idem Adelph. 3, 4, 15 Te quaerebam ipſum, ſalue Demea. Per compita quaerere aliquem Iuuen. Sat. 9, 112. *Sed etiam de beſtiis:* Virg. Ecl. 8, 86 Quum feſſa iuuencum Per nemora atque altos quaerendo bucula lucos, *etc.* *Sed ponamus Subſtantiua earum rerum, quas quaerere dicimur.* Aditum quaerere per auia Virg. Aen. 9, 58. Quaerebat amatae Coniugis Amplexus Albinou. in obit. Maecenatis. Argentum quaeritur Hor. Epiſt. 1, 2, 44. Argentum quaerere in fenus, vel mutuo Plaut. Aſin. 2, 4, 23. Auribus quaerere effigiem perfectae eloquentiae Cic. in Orat. 9. Cauſam quaerere quamobrem Ter. Eun. 5, 6, 30 (5 *extr.*) Coniugium quaerere Iuuen. Sat. 11, 15. Conſilium Ter. Andr. 4, 2, 19. Cic. de Finib. 5, 74 Quin etiam ipſi voluptarii Diuerticula quaerant. Idem Att. 12, 29 Quae ſi manebunt, quaerenda erit Excuſatio ad Brutum, et vt nunc eſt, manſurae videntur. *Et* Verr. 3, 2 Tamen impudentiae ſuae pudentem Exitum quaeſiſſe videatur. Et melius nulla quaeritur arte fauor Ouid. ex Pont. 2, 9, 40. Fidem quaerere promiſſo, In re promiſſa fidem aliquam et veritatem expetere Plin. 27, 9. Finem amori Ouid. Rem. Amor. 143. Fugam Caeſ. Bell. Gall. 8, 19. Cic. Att. 7, 10 De pueris in Graeciam tranſportandis tum cogitabam, quum Fuga ex Italia quaeri videbatur. Fugam morbi Hor. Epiſt. 1, 6, 29. Cic. Off. 1, 38 Quum vero de imperio decertatur, belloque Gloria quaeritur. *i. Captatur.* Artibus ingenuis quaeſita eſt Gloria multis Ouid. ex Pont. 2, 7, 47. Liu. 6 Eaque ipſa affinitas haud ſpreta, Gratiam Fabio ad vulgum quaeſierat. *i. Comparauerat apud vulgum.* Identidem quaerere, *vid.* IDEM. Cic. Tuſc. 2, 20 Sed videamus Herculem ipſum, qui tum dolore frangebatur, quum Immortalitatem ipſa morte quaerebat. Inimicitias Plaut. Men. 2, 3, 1. Inuidiam ex re aliqua alicui quaerere, Conflare Quinctil. 6, 1. Inuidiam in aliquem Cic. pro Rabir. Poſt. 46. Latebram periurio. Idem Off. 3, 106 Sed ſi hoc ſibi ſumant, nullam eſſe fidem, quae infideli data ſit, videant ne quaeratur Latebra periurio. Laudem Ter. Heaut. 2, 3, 74. Liberos: Plaut. Capt. 4, 2, 109 Liberorum quaerendorum cauſa ei credo vxor data eſt. Vt opinor, quaerunt literae hae ſibi Liberos, Alia aliam ſcandit Plaut. Pſeud. 1, 1, 21. *de literis perplexe ſcriptis.* Locum iniuriae Liu. 5, 9. Locum inſidiis Idem 35, 4. Locum gratiae apud aliquem Id. 25, 16. Locum ſeditionis Liu. 3, 49. Materiam amori Ouid. de Arte Am. 1, 49. Maiores omnium ad vnum exemplum et regulam quaerit Salluſtius Pſeudo-Cic. in Sall. 2, 6. *i. poſtulat omnes eodem modo nobiles eſſe.* In Medium quaerere, *i. in commune* Virg. Georg. 1, 127. Moras Ouid. Met. 11, 462. Cic. Verr. 5, 164 Illum quod Moram ſupplicio quaereret, ideo clamitaſſe ſe ciuem Romanum, ſed ſpeculatorem fuiſſe. Noua Propert. 1, 13, 12. Numen et auxilium per ſacras quaerere ſortes Ouid. Met. 1, 368. Occaſionem Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 14. Offenſiones Cic. Att. 8, 9. Opem quaerere Ouid. Triſt. 5, 7, 42. Opes et amicitias Hor. de Arte Poët. 167. Qui homo mature quaeſiuit Pecuniam, Niſi eam mature parſit, mature eſurit Plaut. Curc. 3, 1, 10. Periculum voce Ouid. Met. 2, 565. — et infamiam alicui Cic. pro Cluent. 20 c. 26. Plauſus Idem Att. 8, 9. Quo modo aliquid fiat quaerere. Ter. Heaut. 5, 4, 16 Quaeris id quod habes, parentes: quod abeſt, non quaeris, patri quomodo obſequare. Rationem quaerit animus Lucret. 2, 1043. Regnum quaeritur armis Lucan. 1, 351. Cic. Tuſc. 2, 45 Cogamusque confiteri, non eſſe ab eo doloris Remedia quaerenda, qui dolorem malorum omnium maximum eſſe dixerit. Idem pro Cluent. 271 c. 9 Domo ſibi quaerendum Remedium exiſtimauit ad eam moram, quae nuptiis afferebatur. In Remedio aliquid quaerere Plin. 25, 13. Requiem quaerit ſibi Hor. Epiſt. 1, 7, 79. Riſus quaerere ſibi Idem ibid. 1, 7, 79. Salutem alicui malo Ter. Adelph. 3, 2, 2. Scientiam ponderis quaerere Scribon. 99. Seria quaeramus amoto ludo Hor. Serm. 1, 1, 27. Sermonem Ter. Eun. 3, 3, 10. *i. materiam colloquendi.* Cic. Philipp. 5, 19 Ipſe interea decem et ſeptem dies de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, Sitim quaerens: haec enim ei cauſa ſolet eſſe declamandi. In his *phreniticis* Somnum multa frictione quaeſiuit Celſ. 3, 18. Plin. 12, 17 Odore ſtrobi arboris Somnum aegris quaerunt. Cic. pro Cluent. 125 Qui quum Veneum priuigno ſuo quaereret, manifeſto ſit deprehenſus. Ouid. Met. 10, 5 4 Quaerebatque Viam, qua ſe genitrice relicta Exereret. Victoria ſollicitis ardua quaeritur armis Idem ibid. 14, 453. Cic. de Finib. 1, 32 Sed quia nonnunquam eiuſmodi tempora incidunt, vt labore et honore magnam aliquam quaerat Voluptatem. ¶ 2 *Formulae aliae:* Inter Quaerere et Requirere hoc intereſt, quoniam Requirere, eſt diu quaerere. Afranius Fratriis, Proin tutum quaeram, ne requiram te vide Nonius 5, 46. Quaerere, *eſt cogitare, deliberare, cupere, laborare.* Quid vis tibi? quid quaeris? Ter. Heaut. 1, 1, 9. Dum id quaero, qui tibi filium reſtituerem Idem ib. 3, 1, 83. Rebus patriae afflictis, non quaeſiuit, vbi ipſe tuto viueret, ſed vnde praeſidio eſſet ciuibus ſuis Nep. 9, 2, 1. Quid ſibi hic veſtitus quaerit Ter. Eun. 5, 5, 12. Plin. 33, 6 Qua propter id furtum quaerentes (*ſtudentes ſubere*) oui liquore candido vſum illum adulterauere, mox et hydrargyro. *Et cum Infinitiuo.* Virg. Aen. 6, 614 Ne quaere doceri Quam poenam, aut quae forma viros, fortunaue merſit. *Et* Cic. de Finib. 3, . . Egone, quaeris (inquit) ſcire, quid ſentiam? Tu ne quaeſieris ſcire, nefas, quem mihi, quem tibi Finem dii dederint Horat. Od. 1, 11 *pr.* Idem Carm. 3, 27, 56 Specioſa quaero Paſcere tigres. *Sic* Claſſibus aduehebantur, qui mutare ſedes quaerebant Tac. Germ. 2, 1. Plin. 8, 53 Potiſſimum e monte aliquo in alium tranſilire quaerentes. Liu. 33, . . In praeſentia placuit comprehendi eos, qui ſimul fuiſſent, quaeſtionem de his haberi, dum quaeruntur, *etc.* Cic. pro Sext. 54 Vexabatur vxor mea, liberi ad necem quaerebantur. ¶ 3 *Iudiciorum in primis verbum eſt.* Decernebat, vt veteribus legibus extra ordinem quaereretur Cic. pro Milon. c. 6. Idem pro Milon. 15 Tulit enim de caede, quae in Appia via facta eſſet, in qua Publius Clodius occiſus fuit. Quid ergo tulit? nempe vt quaereretur. Quid porro quaerendum eſt? factumne ſit? at conſtat. A quo? at patet. Ducit illum ad tribunal Aeaci: is lege Cornelia, quae de ſicariis lata eſt, quaerebat Seneca de morte Claud. *ſub fin.* Quaerere in aliquem Cic. pro Cluent. 148. Maiores noſtri in dominum de ſeruis quaeri noluerunt Idem pro Milon. 60 c. 22. Cic. Verr. 2, 27 Quum praetores deſignati ſortirentur, et M. Metello obtigiſſet, vt is de pecuniis repetundis quaereret. Idem ibid. 2, 72 c. 29 Non dubitabat Minucius, quin iſte illo die rem quaeſiturus non eſſet: quum repente iuberetur dicere. Cic. pro Cluent. 176 Tormentis omnibus vehementiſſimis quaeritur. Suet. in Tiber. c. 58 Acta res in Senatu: et quia ambigebatur, per tormenta quaeſita eſt. Nam quum more maiorum de ſeruis in dominum, ne tormentis quidem quaeri, *etc.* Cic. pro Deiot. 3 c. 1. Idem Att. 1, 17 Senatus cenſuit, vt de iis, qui ob iudicandum pecuniam accepiſſent, quaereretur. *Vid.* QVAESITOR. ¶ 4 Quaerere, [ἐκπυνθάνομαι] *Percontari, ſciſcitari, interrogare.* Plaut. Amph. prol. 128 Atque vt ne, qui eſſem, familiares quaererent. Ter. Andr. 1, 1, 63 Item alio die quaerebam: comperiebam nihil ad Pamphilum quidquam attinere. Cic. pro Roſc. Amer. 73 Non quaero abs te, quare patrem Sex. Roſcius occiderit. Quaerere horas ab aliquo Plin. 7, 53. Ab hoſpite quaerere Scribon. 172. *i. apud h.* Circa aliquem quidpiam quaerere Quinctil. 7, 1. Cic. Acad. 4, 76 Quaeſiuit de Zenone fortaſſe quid futurum eſſet. Liu. 4, 40 Quaero de te, *etc. h. e. Abs te.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 15 Neruiorum de natura moribusque Caeſar quum quaereret, ſic reperiebat. Cic. in Vatin. 10 Quaero illud etiam ex te, quod priuatus admiſiſti. Ter. Heaut. 4, 1, 5 Neſcio, niſi vt ex ipſa quaeras, vnde hunc habuerit. Ex re quaeritur, veneficium fuerit, an cruditas Quinctil. 7, 3. Quaerere ſecreto ab aliquo Caeſ. B. G. 1, 18. Eruditius aliquid Quinctil. 1, 5. Subtiliter aliquid Idem 7, 2. Verum Hor. Epiſt. 2, 2, 45. Si verum quaeris Cic. Fam. 12, 8. Spem omnem in Decio Bruto et Planco habemus: ſi verum quaeris, in te, et in meo Bruto, non ſolum ad praeſens perfugium, ſed, *etc.* Quaero quid ſit, cur, *etc.* Cic. de Orat. 1, 6. *Add.* Idem Acad. 1 c. 1 *extr.* Et ea res, ſi quaeris, magno ei honori fuit Cic. Off. 3, 80 c. 20. Quaerat aliquis quae ſint mentiti veteres magi Plin. 30, 2. Forſitan quaeratis, qui iſte terror ſit, et quae tanta formido, quae tot ac tales viros impediat, quo minus, *etc.* Cic. pro Roſc. Amer. 5. Quaeret fortaſſe quiſpiam, diſpliceatne mihi legum praeſidio a capite periculum propulſare Cic. pro Cluent. 144. *Conf.* Id. pro Arch. c. 6 *pr.* Quid quaeris amplius? Cic. pro Roſc. Amer. 145. Quid quaeris? Idem Fam. 7, 3. *et* Att. 1, 14 *extr. i. breuiter. Vid. Caſaub. ad l. poſteriorem. Simile eſt*, Noli quaerere, *de quo vid. Manut. ad* Fam. 4, 4 p. 191. *Add.* Hor. Epiſt. 1, 10, 8. *Parei Lex. Crit. p. 1038.* ¶ 5 Quaerere, *nonnunquam ſignificat Comparare, ſiue acquirere.* Ter. Adelph. 5, 4, 15 Contriui in quaerundo vitam atque aetatem meam. Idem Heaut. 1, 1, 87 Laborans, quaerens, parcens, illi ſeruiens. Ibid. 3, 1, 38 Poſt illa coepit Victum vulgo quaerere. Cic. pro Quint. 13 Nec mirum, ſi is, qui vocem venalem habuerat, ea, quae voce quaeſiuerat, magno ſibi quaeſtui fore putabat. Quaerere vt abſumant, abſumta requirere certant Ouid. Faſt. 1, 212. Nec minor eſt virtus, quam quaerere, parta tueri Ouid. Art. Am. 2, 13. Quidquid quaeſierat, ventri donabat auaro Hor. Epiſt. 1, 15, 32. Plus iſta intra vnam viciniam, quam ego toto mari, quaeſiuit Porc. Latro *apud* Sen. Contr. 15. *Conf.* Varr. de R. R. 3, 14, 1. Cic. in Parad. 6 Iis, qui honeſte Rem quaerunt mercaturis faciendis, operis dandis, publicis ſumendis, quaeſito opus eſt. Quaerere multo labore Cic. de Finib. 2, 111. Hor. Sat. 1, 1, 92 Denique ſit finis quaerendi. Salluſt. Iug. 3 Fruſtra niti, neque aliud ſeſe fatigando, niſi odium quaerere, extremae dementiae eſt. Plaut. Aul. 1, 2, 13 Quid ſi quiſpiam ignem quaeret? ¶ 6 *Ad diſputationem eruditam pertinet:* Non quaero ex his illa initia mathematicorum Cic. Acad. 4, 116. Idem Fam. 9, 26 Ille baro te putabat quaeſiturum, num vnum caelum eſſet, an innumerabilia. Quaerere de: Cic. de Orat. . . In quibus ſaepe non de facto, ſed de iure atque aequitate quaeritur. Quaeritur inter medicos, cuius generis aquae ſint vtiliſſimae Plin. 31, 3. ¶ 7 Quaerere, *vt* Deſiderare *Synecdochice dicitur de rebus amiſſis.* Ne ſe quaerat orator priorem Quinctil. 12, 11 *pr.* Optatos quaerere Tyndaridas Propert. 1, 17. *de iactato per mare, cui ſtellae non apparent.* Vt quindecim diebus vtrumque ſidus quaereretur Plin. 2, 13 *extr. i. eclipſi deficerent, ſol ac luna.* *Fundamentum earum formularum oſtendunt ſimiles harum:* Liu. 25, 28 Si in occaſionis momento, cuius praeteruolat opportunitas, cunctatus paullum fueris, nequidquam mox amiſſam quaeras. *Et* 31, 15 Nequidquam poſtea, ſi tum ceſſaſſent praetermiſſam occaſionem quaeſituros. *Plura Gronov. Obſſ. 2, 11 p. 299. Conf. Broukh. ad* Tibull. 2, 2, 26. *Burm. ad* Ouid. Met. 2, 239 *et quos Id. citat ad* Quinctil. 12,

11 *pr.* ¶ 8 *In MSS. permutari ſolent* quaero *et* credo: *vid. Burm. ad* Quinctil. Decl. 12, 26 p. 268.

QVAERENS, entis. Partic. [ζητῶν] Ouid. Met. 6, 584 Verbaque quaerenti ſatis indignantia linguae Defuerant. Quaerenti talibus ille *reſpondet* Virg. Aen. 1, 374. Mihi percunctanti, aut aliquid quaerenti nunquam defuiſti Cic. de Orat. 1, 287. Foris et in aperto victum quaerentibus Cic. *apud* Columel. 12, 1.

QVAERENDVS, a, um. Partic. [ζητητέος] Senec. Herc. Oet. 5 Quoties genitor quaerendus eras? Lucret. 5, 716 — Hoc tamen eſt, vt Quaerendum videatur, et in diſcrimen agendum.

QVAESĪTVS, a, um. Partic. [ζητηθεὶς] *Vt*, Artes quaeſitae Virg. Georg. 3, 549. Aſperitas Tacit. Ann. 5, 3, 3. Cum tibi quaeſitus Candor in ore foret Propert. 3, 23, 8. Comitas Tac. Ann. 6, 50. *i. affectata.* Crimen Idem Hiſt. 4, 49, 8. Artibus ingenuis quaeſita eſt gloria multis Ouid. ex Pont. 2, 7, 47. Plin. 21, 3 *de Coronis*, Semper tamen auctoritas vel ludicro quaeſitarum fuit. Odium hominum quaeſitum eſt mihi carmine Ouid. Triſt. 2, 87. Pax Cic. Off. 1 c. 23. Salus quaeſita fuga Idem Met. 14, 216. Quaeſitus vulgo Vlpian. l. 1 §. 2 ad Municipalem, *ſcorti filius.* Adulatio quaeſitior fuit Tacit. Ann. 3, 57. *h. e. Exquiſitior.* Leges quaeſitiores Idem ibid. 3, 26, 4. *i. exquiſitiores.* Quaeſitiſſimus, *pro* Exquiſitiſſimo: Tac. Ann. 2, 53 Excepere Graeci quaeſitiſſimis honoribus. Poenae quaeſitiſſimae Idem 15, 44, 4. Epulae quaeſitiſſimae Sall. *apud* Macrob. Sat. 3, 13. Ouid. Met. 7, 657 Parcum genus eſt, patiensque laborum, Quaeſitique tenax, et qui quaeſita reſeruent. Vti ante quaeſitis Hor. Sat. 1, 1, 37. Cic. in Parad. 6 Cui quaeſito autem opus ſit, quis vnquam hunc voce dixerit diuitem? *Add.* Plaut. Curc. 5, 1, 6. Ouid. Met. 4, 794 Accipe quaeſiti, cauſam *i. rei, de qua quaeris.*

QVAESĪTVS, ûs. m. Plin. 5, 9 Nilus incertis ortus fontibus, it per deſerta et ardentia: et immenſo longitudinis ſpatio ambulans, famaque tantum inermi quaeſitu cognitus ſine bellis, quae caeteras omnes terras inuenere, originem, *etc.* Rem ſemper quaeſitu dignam putaui Macrob. Sat. 7, 8.

QVAERĬTO, āre. Frequent. [ἐκζητέω] *Inſtanter quaerere.* Te ipſum quaerito Ter. Adelph. 2, 4, 2. Cur tu id quaeritas? Plaut. Rud. 1, 2, 22. Haec cur quaeritet, niſi ſi illa forte hanc ſe eſſe intendit Ter. Eun. 3, 3, 17. Idem Adelph. 3, 3, 9 Si me ſenſerit eum quaeritare, nunquam dicet carnufex. Catull. in Camerium ſ. 53, 52 Et multis languoribus pereſus Eſſem, te mihi amice quaeritando. Sum defeſſus quaeritando Plaut. Amph. 4, 1, 6. Quonam ego illum curram quaeritatum Idem Merc. 5, 2, 16. Quaeritare, proprie de iis dicitur, qui quotidie in quaerendo vix victum inueniunt, *vt ait* Donatus *ad* Ter. Andr. 1, 1, 48 Lana, ac tela victum quaeritans. Plaut. . . . Qui inops et ſordidus quaeritando alit familiam. Idem Mil. 4, 2, 10 Huius ſermo haud cinerem quaeritat. PA. Quo argumento? PY. Quia enim loquitur laute et minime ſordide. Quaerito *et* quaeritor *eiusdem fuiſſe, apud veteres ſignificationis, vult* Priſcian. 8 p. 799. *ſed ibi f. leg.* quirito *et* quiritor.

QVAESTIO, ōnis. f. [ζήτησις, ζήτημα, πρόβλημα] *a Supino* Quaeſtum. Quaeſtio, a quaerendo Varr. de L. L. 5, 8 p. 60, 20. Plaut. Capt. 2, 2, 3 Tibi ne in quaeſtione eſſemus, cautum eſt, *i. ne quaerendi eſſemus. Sic* Pſeud. 2, 2, 68. *Et* Ciſt. 2, 3, 49 Iube domi opperirier, ne quaeſtioni mihi ſit, quid eum velim. Paullus in l. vlt. D. Quod iuſſu, Si dominus vel pater pecuniam mutuam accepturus, iuſſerit ſeruo filioue numerari: nulla quaeſtio eſt, quin ipſi condici poſſit. *Nempe* Quaeſtio *eſt aliquando dubitatio et diſceptatio.* Cic. de Finib. 2, 34 In his primis naturalibus voluptas inſit, necne, magna quaeſtio eſt. Plin. 7, 28 Fortitudo in quo maxime exſtiterit, immenſae quaeſtionis eſt. Cic. Acad. 4, 26 c. 8 Quaeſtio autem eſt appetitio cognitionis: quaeſtionisque finis, inuentio. Vlpianus in l. Sed ſi damnum. D. de peculio, Sed eſt quaeſtionis, vtrum ipſa furti aeſtimatio, *etc.* Caius in l. Si noxali eodem titulo. Cic. de Orat. 3, 127 De omni re, quaecunque in diſceptationem, quaeſtionemque vocaretur, ſe copioſiſſime dicturum eſſe profitetur. Idem Acad. 4, 115 De ſapiente loquamur, de quo (vt ſaepe iam dixi) omnis haec quaeſtio eſt. Adiecit quaeſtionem Gallio alteram, an abdicari poſſit iam adoptatus ob id vitium, quod, antequam adoptaretur, notum fuit adoptanti. Hoc autem ex aequitatis parte pendet, et tractatio magis eſt quam quaeſtio Sen. Contr. 1 p. 84. *Conf. Ant. Contii Lect. ſubſec. lib. 2.* Protinus ad cenſum: De moribus vltima fiet Quaeſtio Iuuenal. 3, 140. Aſperitas quaeſtionum Quinctil. 4, 1. Frigus quaeſtionum et argumentorum Idem 2, 12. *Et* 2, 4, 30 Vix vllus eſt tam communis locus, qui poſſit cohaerere cum cauſa, niſi aliquo propriae quaeſtionis vinculo copulatus. Dura prima fronte quaeſtio, *i. ad diſſoluendum difficilis* Quinctil. 7, 2. Immenſa quaeſtio, Infinitae, *vid. hh. ll.* Legitimae Quinctil. 3, 6. Luſoria, *vid.* LVDVS. Naturales Quinctil. 1, 4. Nodoſae et anxiae Macrob. Saturn. 7, 1. Perdifficilis et perobſcura quaeſtio eſt de natura deorum Cic. de Nat. Deor. 1, 1. Summa quaeſtio, *vid.* SVMMVS. ¶ 2 *Formulae Verborum:* Adiuuare quaeſtionem Quinctil. 4, 4. Afferre quaeſtionem, *vid.* AFFERO. Martian. in l. Creditor. D. qui pot. in pig. hab. Erit autem facti quaeſtio Agitanda, quid inter eos actum ſit. Conſcribere fictam quaeſtionem, *vid.* CONSCRIBO. Vlp. in l. Si fundus. D. de lege commiſſ. Sed iam Deciſa quaeſtio eſt, ex vendito actionem competere. Paull. in l. In duobus. D. de iureiur. Si modo eadem quaeſtio in iudicium Deducatur. Diuidunt noſtri totam iſtam de diis immortalibus quaeſtionem in partes quatuor: primum docent eſſe deos: deinde quales ſint: tum mundum ab his adminiſtrari: poſtremo conſulere eos rebus humanis Cic. de Nat. Deor. 2, 3. Exiſtit autem hoc loco quaeſtio ſubdifficilis, num quando, *etc.* Idem de Amicit. 69. Plin. 10, 22 Nec ſine cauſa in quaeſtione Eſt, quis primus tantum bonum inuenerit. *Add.* Gell. 13, 14. Exoritur aſpera et vehemens quaeſtio de iure belli Quinct. 5, 10. Facere quaeſtiones iuris Idem 5, 10. Ferre quaeſtionem de iure, facto Cic. pro Milon. 31. Idem in Orat. 68 c. 20 Sed id nec dubium eſt: et ſi quid habet quaeſtionis, hoc tamen, *etc.* Plin. 10, 7 Sanqualem autem, atque immuſſulum, augures Romani in magna quaeſtione Habent. *h. e. Magna eſt quaeſtio inter augures quid ſit, etc.* Habere quaeſtionem de aliqua re Cic. de Fin. 5, 7. Indicare quaeſtionem Quinctil. 4, 4. Inferre Idem 6. Inſtituere quaeſtionem in re, in ſcripto Idem 7, 1, 13. Ratiocinatiua, atque collectiua quaeſtio Orietur Quinctil. 7, 2. Perſoluere quaeſtionem, *vid.* PERSOLVO. Haec quaeſtio ita Procedit, ſi de peculio agi non poteſt Paull. l. 14 D. de in rem verſo. Papinian. in l. Iudicatae D. de except. rei iudicatae, Nam et quum alterum ex cohaeredibus inofficioſi quaeſtio Tenuit, aut etiam duobus ſeparatim agentibus alter obtinuit, libertates competere placuit. Variare quaeſtiones Quinctil. 3, 10. Venit res in quaeſtionem Id. 7, 2. Verſari in quaeſtione *dicitur* res, *dum de ea diſceptatur et dubitatur* Cic. pro Sulla. ¶ 3 Quaeſtionem intelligere debemus et tormenta, et corporis dolorem ad eruendam veritatem, *inquit* Vlpianus, de iniuriis et famoſis libellis, l. Iniuriarum. Id. de S. C. Silaniano l. 1 Quaeſtionem, inquit, ſic accipimus, non tormenta tantum, ſed omnem inquiſitionem, et defenſionem mortis. Traianus quum tormentis et quaeſtionibus nihil in Chriſtianis morte aut poena dignum reperiſſet Sulpic. Seuer. 2, 31. Facti in eculeo quaeſtio eſt, iuris in iudicio Cic. pro Milon. 58 c. 21 *extr.* Abripere ad quaeſtionem, *vid.* ABRIPIO. Accipere quaeſtioni ſeruos Plaut. Moſtell. 5, 1, 39. Dare quaeſtioni Id. ibid. 5, 1, 38 *et* 46. Habere quaeſtionem de viri morte Cic. pro Cluent. 176 c. 64. Id. pro Roſc. Amer. 78 c. 28 Mortis paternae de ſeruis paternis quaeſtionem habere filio non licet. Habere quaeſtionem in filii caput Id. pro Cluent. 182 c. 65. Liu. 33, 30 *extr.* De Piſiſtrato aliquae quaeſtiones tormentis habitae: et ſumtum ſupplicium eſt. Offerre corpus quaeſtioni Curt. 4, 10, 33. Cic. pro Roſc. Amer. 77 O dii immortales, rem miſeram et calamitoſam, quod in tali crimine innocenti ſaluti eſſe ſolet, vt ſeruos in quaeſtionem Polliceatur, id Sextio Roſcio facere non licet? Id. ibid. 77 c. 28 Aliquoties duos ſeruos paternos in quaeſtionem ab aduerſariis Sextus Roſcius poſtulauit. Id. pro Sulla 78 Quaeſtiones nobis ſeruorum et tormenta accuſator minitatur. *Vid. Tit. vtriusque* Codicis de Quaeſtionibus, *et Iac. Gothofr. Paratit. ad* C. Th. 9, 35. ¶ 4 *Sed et ea, quam hodie vulgo* Inquiſitionem *vocant, proprie* Quaeſtio *eſt.* Liu. 2, 29 Senatus tumultuoſe vocatus, tumultuoſius conſulitur: quaeſtionem poſtulantibus iis, qui pulſati fuerant, *etc.* Cic. de Legib. 2, 37 Quo in genere ſeueritatem maiorum, Senatus vetus auctoritas de Bacchanalibus, et Conſulum exercitu adhibito, Quaeſtio animaduerſioque declarant. Auri Tholoſani quaeſtio Id. de Nat. Deor. 3, 74. Potentiſſimae quaeſtiones Quinctil. 4, 1. Cic. de Diuin. 54 c. 25 Is quaeſtione adhibita confeſſus eſt, pateramque retulit. Conſtituitur quaeſtio de furto Id. pro Cluent. 183. Id. Bruto 106 c. 27 *de Carbone,* Hoc forum tenente plura fieri iudicia coeperunt. Nam et quaeſtiones perpetuae hoc adoleſcente conſtitutae ſunt, quae antea nullae fuerunt, (L. enim Piſo tribunus pl. legem primus de pecuniis repetundis tulit *etc.*) et iudicia populi ——— iam magis patronum deſiderabant. *Hae nempe* quaeſtiones perpetuae *Praetoribus demandatae, vt toto anno ſuo iis vacarent: vt non ſemper opus eſſet peculiari et extraordinario populi iudicio, quoties velles aliquem accuſare* repetundarum, peculatus, *aut Criminis alius publici. Tales* quaeſtiones *re ipſa* iudicium publicum *fuere, quod inter alia apparet ex* Cic. eod. Brut. 127 c. 33 *de Galba,* Hic qui in collegio ſacerdotum eſſet, primus poſt Romam conditam publico iudicio eſt condemnatus. *Et mox de eadem re,* Inuidioſa lege Manilia quaeſtio *dicitur. vid. mox* QVAESTORES, *it.* IVDEX quaeſtionis. *Hic adiicimus modo locum claſſicum de hoc argumento* Cic. pro Cluent. 147 c. 53 *vbi de vi legum diſputat, poſtquam ipſius iudicii, in quo agit, mentionem fecit,* Quid ergo eſt? haec ſola quaeſtio *(hoc ſolum iudicium publicum de veneficio)* ita gubernatur? quid M. Plaetorii et C. Flaminii inter ſicarios? quid C. Orchinii peculatus? quid ea de pecuniis repetundis? quid C. Aquilii, apud quem nunc de ambitus cauſa dicitur? quid reliquae quaeſtiones? Decernere quaeſtionem, *vid.* DECERNO. Cic. de Finib. 2, 53 Quum Praetor quaeſtionem inter ſicarios Exercuiſſet, aperte cepit pecunias ob rem iudicandam. Exercendis quaeſtionibus *de coniuratis Capuae* Dictatorem dici placuit Liu. 9, 26. Ibid. Vt quaeſtioni Campanae materia deceſſit, verſa Romam interpretando res *etc.* ——— In me primum quaeſtionem exerceatis. *conf.* Sueton. Caeſ. c. 11 *c. not. Bernegg.* Ferre quaeſtionem *v. h. v.* Habere quaeſtionem Quinctil. 5, 4. Habitae ſunt quaeſtiones graves in plebem Rom. Salluſt. Iugurth. c. 31. Hoc falſum eſt: habita enim quaeſtio eſt Cic. de Orat. 2, 173 c. 40. *i. quaeſitum eſt.* Liu. 9, 26 *extr.* Nec diutius quaeſtio per clara nomina Viguit: inde Labi coepit ad viliora capita, donec coitionibus factionibusque aduerſus quas comparata erat, oppreſſa eſt. Quaeſtionem, et Iudicium publicum, *eodem ſenſu dixit* Cic. in Brut. 127 *de Caio Galba,* Hic, qui in collegio ſacerdotum eſſet, primus poſt Romam conditam iudicio publico eſt condemnatus. *Paullo poſt,* Inuidioſa L. Manilia quaeſtione Caium Galbam Gracchani iudices ſuſtulerunt. *Hinc* Quaeſtores *de quibus mox, it.* Iudex Quaeſtionis, *vid.* IVDEX. ¶ 5 *Serui aut Liberti munus* a Quaeſtionibus *qui fuerint, quaerere poſſis.* Grut. Inſcript. p. 543, 6 Q. GAVIVS Q. F. ARV. CLEMENS CLVSII EVOR. AVG. A QVAESTIONIBVS.

QVAESTIONO, *vnde*

QVAESTIONATVS, a, um. Tot confeſſores quaeſtionati et torti Cyprian. Ep. 69, 6.

QVAESTIONARIVS, i. m. [ἐκζητητὴς, βασάνων, ὑπηρέτης Gloſſ. Latin. Graec.] Tortoribus Iuuenal. 6, 479 *interpretatur* Schol. quaeſtionariis ſ. carnificibus.

QVAESTIONALITER. Adu. Propoſitio quaeſtionaliter poſita Fulgent. de Voc. Ant. n. 16. *i. per interrogationem.*

QVAESTIVNCŬLA, ae. f. Diminut. [ζητημάτιον] *Parua interrogatio vel dubitatio.* Cic. de Orat. 1, 102 c. 22 Quid mihi nunc vos, inquit Craſſus, tanquam alicui Graeculo otioſo et loquaci, et fortaſſe docto atque erudito quaeſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? Minutae quaeſtiunculae, *vid. ſub* MINVO. His propoſitis quaeſtiunculae multae naſcuntur Id. de Legg. 1 c. 20.

QVAESITIO, ōnis. f. *a Supino* Quaeſitum. [ζήτησις] *Idem quod Quaeſtio.* Plaut. Caſin. 3, 1, 16 Caue in quaeſitione mihi ſis. Antique. *add.* Id. Capt. 2, 2, 3. *et* Ciſt. 2, 3, 48. *et* Perſ. 1, 1, 52. *et* Pſeud. 2, 2, 68. Ad quaeſitionem retrahi Tacit. Annal. 4, 45, 4. *de tormentis.*

QVAESTOR, ōris. m. [ταμίας] *Magiſtratus Populi Roman. primum, vt videtur,* quaerendis *et iudicandis criminibus, deinde multarum pecuniariarum occaſione aerarii rationibus curandis, praefectus. Multae magnaeque virorum doctorum de* quaeſtore *Rom. diſputationes non ſunt huius loci, vbi ſufficere ad notionem vocabuli iſta poſſunt. Primi videntur* Quaeſtores Paricidii, *de quibus vid.* PARICIDA *ex* Feſto, *voce* Parici. Idem Feſtus, Quaeſtores, *inquit*, dicebantur, quod quaererent de rebus capitalibus, vnde qui talia quaerunt quaeſtores paricidi appellantur. *Eorum etiam meminiſſe Legem* XII *Tabb. teſtis*

eſt

eſt Pompon. l. 2 D. de Or. iur. §. 23. *Acceſſit, vt diximus, cura pecuniae publicae.* Varro de L. L. 4, 14 p. 22, 17 Quaeſtores a quaerendo qui conquirerent publicas pecunias, et maleficia, quae triumuiri capitales nunc conquirunt: ab his poſtea, qui quaeſtionum iudicia exercent, Quaeſtores dicti. Id. 5, 9 p. 62, 36 Vt commentarium indicat vetus anquiſitionis M. Sergii Mani filii quaeſtoris, qui capitis accuſauit Trogum. *Etiam* Cic. Catil. 4, 10 c. 5 Quaeſtor *vel* Quaeſitor, *(fluctuat enim lectio) eſt qui quaeſtionem rerum capitalium exercet:* Iam hoc nemini dubium eſt, qui reo cuſtodiam, quaeſitori gratulationem, iudici praemium decreuit *etc.* *Loquitur de ſupplicatione ſibi decreta conſuli de aperta et oppreſſa coniuratione Catilinae. Sed hodie* Quaeſitor *editur: et deprehendas, certe in hodiernis libris* quaeſtores *fere vocari pecuniae,* quaeſitores *autem quibus* quaeſtio *aliqua vel extra ordinem, vel perpetua, demandata eſt, vid. mox* QVAESITOR. *De reliqua* Quaeſtorum hiſtoria *eſt locus* Tacit. Annal. 11, 22 Quaeſtores regibus etiam tum imperantibus inſtituti ſunt: quod lex curiata oſtendit a L. Bruto repetita. Manſitque conſulibus poteſtas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret: creatique primum Valerius Potitus, et Aemilius Mamercus, LXIII anno poſt Tarquinios exactos, vt rem militarem comitentur. Dein gliſcentibus negotiis, duo additi, qui Romae curarent. Mox duplicatus numerus ſtipendiaria iam Italia, et accedentibus prouinciarum vectigalibus. Poſt lege Sullae viginti creati ſupplendo Senatui *etc.* *Vid. ad h. l. et totam* Quaeſtorum *hiſtoriam Miſcell. Obſſ. criticae* Vol. 10 p. 257 *ſqq.* *Erant autem attributi* Quaeſtores *prouinciales maioribus magiſtratibus, tanquam adminiſtri quidam: iiſque pietatem filiorum debere putabantur.* Cic. Diuin. in Caec. 61 c. 19 Sic enim a maioribus noſtris accepimus, Praetorem Quaeſtori ſuo, parentis loco eſſe oportere: nullam neque grauiorem, neque iuſtiorem cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quam coniunctionem ſortis, quam prouinciae, quam officii, quam publicam muneris ſocietatem. *add.* pro Planc. c. 11. Aſconius *in* Diuinationem p. 29 Haec erat, inquit, prima Senatoris adminiſtratio, Quaeſtorem fieri, et in prouincia curam gerere publicae pecuniae in vſus diuerſos erogandae. *Inde* Cic. Ver[illegible], 34 c. 13 Quaeſtor ex SCto Prouinciam ſortitus es — Ne diu[illegible] teneam, pecunia attributa numerata eſt: profectus eſt Quaeſtor in prouinciam: venit in Galliam exſpectatus ad exercitum Conſularem cum pecunia. Quaeſtores *in prouincia, lictores habebant:* Cic. pro Planc. 98 c. 41 Nam ſimul ac me Dyrrhachium attigiſſe audiuit Plancius, ſtatim ad me, lictoribus dimiſſis, inſignibus abiectis, veſte mutata profectus eſt. Quaeſtor *erat tum Plancius, qui Ciceronem* in Quaeſtorium perduxerit n. 99: *cum eſſet, quod eodem loco dicitur, Praetor in Macedonia eadem: vt appareat, ſuo iure lictores habuiſſe Plancium, non ob mandatum ſibi, abſente Praetore imperium: niſi tamen* abſens Praetor *cenſetur etiam cum eſt in Prouinciae parte alia.* *Etiam* Liu. 4, 50 Lictorem *habet* quaeſtor *in caſtris, ſed abſente conſule. Certe in vrbe nec lictorem nec viatorem habuiſſe, teſtis* Varro *apud* Gell. 13, 12. *Manut. ad* Cic. pro Planc. c. 41 *et Hotom. ad* Verr. 2, c. 4 *vniverſim Prouincialibus quaeſtoribus dant lictorem. Et ſane cum* Plancius *l. c. dimittat lictores honori Ciceronis, qui magiſtratum non haberet: etiam ſi ordinarie habuit et ſuo iure in prouincia, videtur tamen praeſente, i. in eadem vrbe, iiſdem in caſtris verſante conſule, Praetoreue, eos dimiſiſſe.* ¶ 2 *Miſcella:* Collegium quaeſtorum Sueton. Claud. c. 24. *conf.* Tacit. Annal. 11, 22, 4. Creare Quaeſtores Vlpian. in l. 1 D. de Offic. Quaeſtor. *vbi ter eam locutionem vſurpat.* M. Porcius Cato quaeſtor obtigit P. Corn. Scipioni Africano conſuli Nepos 24, 1, 3. *Sed* Cic. Verr. 1, 34 c. 13 Quaeſtor ex SCto prouinciam ſortitus es: obtigit tibi conſularis, vt cum conſule Carbone eſſes, eamque prouinciam obtineres. Sortiri alicui prouinciae Quaeſtores Id. pro Muraen. 18. Valer. 2, 3 *de Lege triumphi loquens,* Caeterum ne tam praeclara lex cupiditate laureae obliteraretur, legis alterius adiutorio fulta eſt, quam L. Marius et M. Cato Trib. pleb. tulerunt. Poenam enim Imperatoribus minatur, qui aut hoſtium occiſorum in praelio, aut amiſſorum ciuium falſum numerum literis Senatui auſi eſſent referre. Iubetque eos, quum primum vrbem intraſſent, apud Quaeſtores vrbanos iurare de vtroque numero vere ab iis Senatui eſſe ſcriptum. *Hi porro* Quaeſtores ſigna ex aerario *promebant exeuntibus ad bellum Conſulibus, aut aliis Imperatoribus. vid.* Liu. 7, 23. Praedam vendunt Quaeſtores Id. Liu. 5, 26. *it.* 26, 47. Tacit. Annal. 13, 28 Cenſuit Piſo deſignatus Conſul, ne multam a tribunis dictam Quaeſtores aerarii in publicas tabulas ante quatuor menſes referrent, medio temporis contradicere liceret, de quo eo Conſules ſtatuerent. *Plura dabunt viri docti ad Pompon. enchirid. in pr. Spanb. de Num. V. 2 p. 159 ſeqq.* De Quaeſtoribus Candidatis Caeſaris, *vid.* CANDIDATVS. *conf.* Lamprid. Alex. Seu. c. 43. *Inferioris aeui* Quaeſtores *requirendi apud ICtos, v. g.* Cod. Theod. 6, 9. *et* Iuſtin. 12, 6.

QVAESĪTOR, ōris. m. [ζητητὴς] *Si etymologiam ſpectes, plane idem eſt qui* Quaeſtor: *ſed vſus inualuit, vt is modo* Quaeſitor *dicatur, qui quaeſtionem habet, hoc eſt, qui inquirendum curat de crimine, de eoque iudicium exercendum. Non quo non ſaepe etiam* Quaeſtorum *nomen de hoc genere vel in omnibus libris, et conſenſu editorum, vel certe in quibusdam reperiatur; ſed quod non obſeruo* Quaeſitorem *dici, qui pecuniam publicam tractet. Vid. tamen* QVAESITVRA *poſt* QVAESITOR. Cic. in Bruto 200 c. 54 Itaque intelligens dicendi exiſtimator, *etc.* videt oſcitantem iudicem loquentem cum altero, nonnunquam circulantem, mittentem ad horas, Quaeſitorem vt dimittat rogantem. Quaeſitorem *vocat Praetorem, vel qui eius vice praeeſt iudicio, in cuius erat poteſtate ſoluere conſilium, et dare veniam abeundi iudicibus: quod hic iudices taedio affecti poſtulant, horam non exſpectantes.* Cic. in Vatin. 34 Quaero ex te Vatini, num quis in hac ciuitate poſt vrbem conditam Tribunosplebis appellarit, ne cauſam diceret: num quis reus in tribunal ſui quaeſitoris aſcenderit, eumque vi deturbarit, ſubſellia diſſiparit, vrnas deleuerit? Ad hanc autem ſimilitudinem (inquit Aſconius in Verr. p. 351) Virgilius Minoëm iudicem apud inferos, tanquam Praetor ſit rerum capitalium, Quaeſitorem appellat. Dat ei ſortitionem, vbi vrnam nominat. dat ei electionem iudicum, quum dicit, Conciliumque vocat. dat cognitionem facinorum, quum dicit, Vitasque et crimina diſcit. *Verba* Virgil. Aen. 6, 432 *haec ſunt:*

Nec vero hae ſine ſorte datae, ſine iudice ſedes:
Quaeſitor Minus vrnam mouet, ille ſilentum
Conciliumque vocat, vitasque et crimina diſcit.

Huc alludit Quaeſitor ille ſolus Animaeque corporiſque Prudent. hymn. ante ſomn. v. 89 *de Chriſto, verbo Dei.* Cic. pro Font. 11 Quid mihi opus eſt ſapiente iudice? quid aequo quaeſitore? quid oratore non ſtulto. Id. Q. Frat. 3, 3 Grauis et firmus quaeſitor. *add.* Gell. 11, 5. Liu. 9, 26 Exercendis quaeſtionibus dictatorem dici placuit —— *Deinde nobilitas ait,* Dictatorem magiſtrumque equitum reos magis quam quaeſitores idoneos eorum criminum eſſe. Cic. pro Planc. 43 c. 27 Si quaeſitor edendus fuiſſet, *(i. ab ipſo reo nominandus)* quem tandem potius, quam hunc — edidiſſet? —— Cui quaeſitorem tribulem exoptandum fuiſſe videatis. *Vtroque loco MSS.* quaeſtorem. *Caeterum non ſubducemus lectoribus locum ex Manutii de Legib. libro, quem olim huc retulere: cui Cl. Birrii induſtria citationum aliquot numeros adiecit.* Quaeſitor *diſtinguendus eſt a Praetore: iudicum enim quaeſtionis duo video fuiſſe genera, vnum eorum, qui quum praetores eſſent,* quaeſtionis *etiam* iudices *appellabantur; alterum eorum, qui quum praetores non eſſent, capitali tamen de crimine quaerebant. De* iudice quaeſtionis praetore, *patet ex oratione* pro Cluentio (148) *in qua ita ſcriptum eſt:* Iubet lex iudicem quaeſtionis, hoc eſt Q. Voconium, eoſque qui illi iudices obuenerint, quaerere de veneno. *Voconium autem praetorem fuiſſe, duobus argumentis coniicio: primum, quod in eo loco paullo ante (147) Cicero dixit;* Quid ſibi illi ſcribae? quid lictores? quid caeteri, quos apparere huic quaeſtioni video, volunt; *lictores enim, qui magiſtratum non gereret, non habebat. iudicem autem quaeſtionis magiſtratus nomen fuiſſe, certe nemo dixerit. Alterum argumentum eſt, quod ibidem Cicero ſubiungit de aliis praetoribus, ſuam vnoquoque quaeſtionem exercente.* Haec, *inquit,* quaeſtio ſola ita gubernatur? quid M. Plaetorii, et C. Flaminii inter ſicarios? quid C. Orchinii peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquilii de ambitu? quid reliquae quaeſtiones? *Quibus ex verbis, praetorem fuiſſe Voconium, qui* iudex quaeſtionis *appellatur, quis non intelligit? nam, etſi praetores non nominat; ſatis tamen conſtat, de praetoribus intelligi. a quibus enim et tot quaeſtiones, niſi a praetoribus, et tam graues exercerentur,* inter ſicarios, de repetundis, de ambitu, peculatus? *praeterea,* ſe quaeſiiſſe de repetundis, *in eo loco* Cicero *dicit: quod ab eo factum in praetura,* Valerius *(9, 12) et Plutarchus (in vita) confirmant. vt omittam, quod* quaeſitorem Aquilium *nominat: cuius annum fuiſſe legitimum, eundem, qui Ciceroni, ad petendum conſulatum,* prima *docet* ad Atticum epiſtola. *ex quo, fuiſſe collegas in praetura, licet exiſtimare. quod etiam* libro 2 de Officiis (59) manifeſtum eſt. collegam enim ſuum Cicero *appellat. Rurſus* iudicem quaeſtionis Iunium, *qui praetor non erat, quaeſiſſe de veneno in Oppianici cauſa, docet* Pedianus (in Verr. 2, 29) *his verbis:* Iunius quaeſitor fuit in Cluentii cauſa, Verre praetore: in qua Oppianicus damnatus eſt. *et alio loco* (Verr. 3, 157) Damnato Oppianico, res in inuidia fuit; quod pecunia reus videretur oppreſſus: et princeps illorum iudicum damnatus eſt, C. Iunius, quod diceretur alios ſuppoſuiſſe, qui reum damnarent, non eos, quos praetor Verres fuerat ſubſortitus. *neque hic eum Pedianus, neque ſupra praetorem nominauit.* Cicero autem in oratione pro Cluent. 89 Condemnatus eſt, *inquit,* C. Iunius, qui ei quaeſtioni praefuerat. adde etiam illud, ſi placet: tum eſt condemnatus, cum eſſet iudex quaeſtionis. *et alio loco* (74) Quinctius tribunus pleb. conuicium C. Iunio iudici quaeſtionis maximum fecit. *non fuiſſe autem praetorem, aperte, ſic inquam aperte, vt clarius eſſe nihil poſſit, idem demonſtrat* in eadem (79) *his verbis:* In hanc flammam recentem C. Iunium, qui illi quaeſtioni praefuerat, iniectum eſſe memini, et illum, hominem aedilicium, iam praetorem opinionibus hominum conſtitutum, de ciuitate eſſe ſublatum. *Ecce, non* praetorium, *ſed* praetorem opinionibus hominum conſtitutum *dicit: quod, eum praetorem ſine dubio futurum, homines opinarentur. praetor autem ſi fuiſſet, non eum* aedilicium, *ſed* praetorium *vocaſſet. Laudabant enim veteres, vbi ornare aliquem vellent, ab eo magiſtratu, quem poſtremum geſſiſſet, itaque,* homo aedilicius, praetorius, conſularis, *dicebant. Praeterea, quum praetores in leges non iurauerint, neque ſententias tulerint: quod et* Cicero et Pedianus (Verr. 2, 17) *docent: a Iunio autem iudice quaeſtionis ideo multa petita ſit, vt* in oratione pro Cluentio (91) *legimus,* quod in legem non iuraſſet: *(erat enim illi iurandum idem, quod iudicibus, leges omnino ſe eſſe in ferenda ſententia ſeruaturum) ſatis conſtat, Iunium, quum de Oppianico quaeſiuit, praetorem non fuiſſe. Quod ſi quis dixerit, non tam Iunium iudicem quaeſtionis, quam Verrem praetorem, in illa Oppianici cauſa quaeſiiſſe; quia Pedianus ita dicat* (in Verr. 2, 29) Iunius quaeſitor fuit in Cluentii cauſa, Verre praetore; *et quia idem alio loco* (in Verr. 2, 17 *et* 3, 157) ſortitionem, et ſubſortitionem a Verre praetore factam tradiderit: *huic ita reſponderi poterit: ſortitionem, et ſubſortitionem non illius modo iudicii, verum etiam aliorum ideo pertinuiſſe ad C. Verrem, quia praetor vrb. erat. quod ipſe declarat Cicero in ea pro Cluentio. praetor autem vrbanus de criminibus non quaerebat; quare nec vnquam quaeſitor dicebatur; ſed ius tantum dicebat, hoc eſt iudices et formam iudicii dabat. idemque iudices, quibus alii praetores ad cognoſcendas capitales cauſas vterentur, ſortiebatur, et ſubſortiebatur. quod ex Pediano, et ex ipſo etiam Cicerone ſatis liquet. Accedit locus* ex lib. 1 accuſationis in Verrem (158) *quo in loco* Q. Curtium iudicem quaeſtionis *appellat* Cicero, *in cauſa Verris repetundarum: de qua praetor M. Acilius Glabrio cognoſcebat, eumque* Curtium *ait* Pedianus a Cicerone eſſe reiectum. *Illud addo: quum iam docuerim, iudicem quaeſtionis, et praetorem, et non praetorem, de crimine capitali cognouiſſe; tertium genus iudicum quaeſtionis interdum fuiſſe, quorum ius cognoſcendi non eſſet, ſed tantummodo ſortiendi. quod locus de Q. Curtio proximus iam oſtendit, quem cognouiſſe de repetundis, abſurdum eſt credere: quum, in ea cauſa praetorem quaeſiiſſe Glabrionem, ex Cicerone et Pediano ſatis conſtet. itaque tertium hoc genus quaeſitores dici non poterant: duo illa ſuperiora genera, quoniam quidem quaerebant, quaeſitores et erant, et proprie dicebantur. Haec ex Manutio.* ¶ 2 *Speciatim ad quaeſtionem tormentorum pertinet.* Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque, regit quaeſitor, *etc.* Cic. pro Sulla 78.

QVAESTORIVM, i. n. [ταμίου σκηνή] *In caſtris, Quaeſtoris tabernaculum erat.* Liu. 10, 32 *extr.* Itaque captum quaeſtorium: Quaeſtorque ibi Panſa occiſus. *Sic* Liu. 41, 6. *Sed locus forte vrbanus,* Cic. pro Planc. 99 c. 41 Theſſalonicam me in quaeſtoriumque perduxit. *Nempe vbi* Quaeſtor *commoratur* Quaeſtorium *eſt, ibi* Praetorium, *vbi* Praetor.

QVAESTORIVS, a, um. Adi. [ταμιευτικὸς] *Quod ad Quaeſtorem pertinet.* Cic. Fam. 2, 17 Quod ego officio quaeſtorio te adductum, *etc.* Id. Verr. 1, 56 Legatus quaeſtorius, *i. vt recte* Aſconius, Legatum ex Quaeſtore agens. Quaeſtorius *enim, qui quaeſtor fuit. Sic* Perſona quaeſtoria Id. pro Planc. 100 c. 41. Id. Philipp. 13, 30 c. 14 Qui aedilicii? qui tribunicii? qui quaeſtorii? Sicinius quaeſtorius mortuus eſt Id. de Clar. Orat. 263. Ager quaeſto-

quaeſtorius dictus eſt, Qui ex hoſtibus captus, per Quaeſtores Pop. Romano limitibus actis diuiſus, eſt venditus. *Sic* Flaccus. Hyginus. Quaeſtorii agri dicuntur, quos Pop. Rom. deuictis pulſiſque hoſtibus poſſedit, mandauitque Quaeſtoribus, vt eos venundarent. Ornamenta Sueton. Claud. c. 28 *inſignia, quibus dignoſcitur, locus antiquior, etc.* Forum Quaeſtorium *in caſtris* Liu. 41, 6.

QVAESTVRA, ae. f. *Quaeſtoris dignitas, ſicut a Praetore praetura.* Cic. Fam. 13, 39 (38) Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia, iam inde a quaeſtura mea Siciliensi. Quaeſtura, primus gradus honoris Id. Prooem. Verr. c. 4. Liu. 32, 7 T. Quintium Flamininum Conſulatum ex Quaeſtura petere non patiebantur *Tribuni pl. vid. Locus.* Sed quaeſtura vtriusque propemodum pari momento fortis fuit Cic. pro Muraen. 18. Conſedit nomen in quaeſtura, *vid.* CONSIDEO. Conſignata literis quaeſtura, *vid.* CONSIGNO.

QVAESITVRA, ae. f. Tacit. Annal. 3, 29, 1 Quaeſituram per leges petere. *Sic etiam Grut. Gronou. Ryck. nemine aliquid annotante.*

QVAESTVS, ús, *vel* i. m. *antique.* [χρηματισμός, κέρδος] *Et ratio quaerendi pecuniam, et id, quod quaeſitum eſt.* Cic. Verr. 3, 109 Tantum de quaeſtu ac lucro dicam vnius agri et vnius anni. Quaeſti, *pro* Quaeſtus. Varro Prometh. *apud* Non. 8, 6 Aemulum illius artis, atque obſtrigilatorem, qui per aliquot annos quaeſti nihil fecerit. Nam hic apud nos nihil eſt aliud quaeſti furibus Plaut. Aul. 1, 2, 5. *add.* Terent. Eun. 5, 1, 9. *et* 5, 3, 38. Quaeſtuis, item genit. antiquus. Non. l. c. Per deam ſanctam Lauernam, quae cultrix quaeſtuis ſit. Rem aliquam gerere ſui quaeſtus aut commodi cauſa Cic. pro Roſc. Amer. 111 c. 38. Conſequi quaeſtum, *vid.* CONSEQVOR. Cic. in Piſon. 86 c. 35 Nonne ſeſtertiûm centies et octogies, quod, quaſi vaſarii nomine, in venditione mei capitis adſcripſeras, ex aerario tibi attributum Romae in quaeſtu reliquiſti? *i. in fenore.* Ad ſuum quemque hominem quaeſtum eſſe aequum eſt callidum Plaut. Aſin. 1, 3, 34. Cic. Offic. 1, 150 c. 42 Iam de artificiis et quaeſtibus, qui liberales habendi, qui ſordidi ſint, haec fere accepimus. Terent. Eun. 2, 2, 22 Imperaui egomet mihi omnia aſſentari: is quaeſtus nunc eſt multo vberrimus. Quinctil. 1 prooem. Nam vt lingua primum eſſe coepit in quaeſtu, inſtitutumque eloquentiae bonis male vti. Carcerarius quaeſtus, *vid.* CARCER. Illiberales et ſordidi quaeſtus mercenariorum omnium Cic. Offic. 1, 150. Iudiciarius quaeſtus, *vid. h. v.* Opimi Plin. 10, 51. Vberrimus quaeſtus Terent. Eun. 2, 2, 22. Abducere a meretricio quaeſtu. Callere ad quaeſtum. Colere quaeſtum, *vid. hh. vv.* Comparare quaeſtum Cic. Verr. 5, 26. Conſtituere ſibi magnos et vberes quaeſtus Id. ibid. 2, 30. Conterere quaeſtum, *vid.* CONTERO. Duci quaeſtu et lucro emendi Cic. Tuſc. 5, 9. Id. Fam. 15, 14 *pr.* M. Fabium quod mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo Facio quaeſtum. Multi enim anni ſunt, cum ille in aere meo eſt, et a me diligitur propter ſummam ſuam humanitatem et obſeruantiam. Facere quaeſtum furtis Id. Verr. 5, 140. Facere magnos quaeſtus Scribon. 97. Facere maximos quaeſtus et praedas Cic. Verr. 3, 119. Habere Rempubl. quaeſtui, turpe Id. Offic. 2, 77 c. 22. Inſtituere ſibi quaeſtum, *vid.* INSTITVO. Occipere Terent. Andr. 1, 1, 52. Satiabere quaeſtu nunquam Claud. in Rufin. 1, 119. Seruire quaeſtui Celſ. 3, 4. Cic. in Piſon. 27 Vter eorum periſſet, tanquam laniſta, in eiusmodi pari lucrum fieri putabat; immortalem vero quaeſtum, ſi vterque cecidiſſet.

QVAESTVŌSVS, a, um. Adi. [χρηματοποιός] *Et hominum epitheton* quaeſtus *ſtudioſorum, et rerum* quaeſtum *ferentium.* Cic. Verr. 4, 115 c. . . Quam illa res calamitoſa Heraclio, quaeſtuoſa Verri, turpis Syracuſanis, miſeranda omnibus videbatur? Hoc multo eſt quaeſtuoſius quam ſi *etc.* Id. Agr. 2 c. 25 *extr.* Venio iam ad ſumtuoſos, relinquo iſtum quaeſtuoſum Id. in Parad. 6. Cato R. R. 1, 6 Videto, quam minimi inſtrumenti, ſumtuoſusque ager ne ſiet. Scito idem agrum quod hominem, quamuis quaeſtuoſus ſiet, ſi ſumtuoſus erit, relinqui non multum. Benignitas quaeſtuoſior Cic. Agr. 1 c. 4. Id. Attic. 14, 9 Sed tamen ea ratio aedificandi initur, conſiliario quidem et auctore Veſtorio, vt hoc Damnum quaeſtuoſum ſit. Id. Verr. 3, 36 Quum illud Edictum repente vberrimum et quaeſtuoſiſſimum naſcitur. Emporium quaeſtuoſum Liu. 39, 15. Inſula quaeſtuoſa margaritis, *h. e. Ex cuius margaritis magnus* ſit *quaeſtus* Plin. 6, 25. Cic. de Fin. 5, 91 c. 30 Nec Mercatura quaeſtuoſa, ſi in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit, *deducit ad abſurdum.* Ratio quaeſtuoſiſſima paſcendi Columel. 6 in praefat. Scientiam quaeſtuoſam habere Cic. Philipp. 2, 8. Id. ibid. 2, 35 c. 14 Cuius domus Quaeſtuoſiſſima eſt falſorum commentariorum officina. Curt. 4, 7, 19 Naſamones ſunt gens Syrtica, nauigiorum ſpoliis quaeſtuoſa: quippe obſident litora, et aeſtu deſtituta nauigia notis ſibi vadis occupant.

QVAESTVŌSE. Adu. Plin. 19, 4 Compertum eſt non aliter quaeſtuoſius cenſum haberi. Senec. de Beneſ. 4, 5 Vbi quaeſtuoſiſſime habeas, vnde facillime tollas.

QVAESTICV̆LVS, i. m. [κερδύφιον] *Dimin. Paruum lucrum.* Cic. de Diuin. 2, 34 c. 15 Aut fiſſum iecoris cum lucello meo, aut meus quaeſticulus cum caelo, terra, rerumque natura? Id. Fam. 9, 16 Cum rem habebas, quaeſticulis te faciebam *(f. patiebar)* attentiorem. Forenſis quaeſticulus Apulei. Met. 11 p. 272.

QVAESTVARIVS, a, um. Adi. χρηματιστικὸς Gloſſ. Lat. Graec. Quaeſtuaria, πορνικὴ ibid. [κερδῷος] Senec. de Benef. 6, 32 Quum ex adultera in quaeſtuariam verſa, ius omnis licentiae ſub ignoto adultero peteret. Maieſtas quaeſtuaria efficitur, circuit cauponas religio mendicans Tertull. Apol. c. 13. Mancipia quaeſtuaria Vlpian. in l. Athletas D. de his, qui not. infam. Lenocinium facit, qui quaeſtuaria mancipia habet. *add.* Tertull. de Cult. Fem. c. 12.

QVAESO, [δέομαι] *ait* Feſtus, vt idem ſignificat quod Rogo: *ita* Quaeſere ponitur ab antiquis pro Quaerere, vt eſt apud Ennium lib. 2 Oſtia munita eſt: idem loca nauibus pulchris munda facit, nautisque mari quaeſentibus vitam. Et in Creſphonte, Ducit me vxorem liberorum ſibi quaeſendûm gratia. Et in Andromeda, Liberûm quaeſendûm cauſa familiae matrem tuae. *Haec Feſtus.* Cic. in Arato v. 18 — Si quaeſere perges. *al.* quaerere. Mirum eſt me, vt redeam, te tanto opere quaeſere Plaut. Bacch. 2, 2, 1. Lucret. 5, 1228 Non diuûm pacem votis adit, et prece quaeſit ventorum pauidus paces. In ea quaeſito (*al.* quaerito) nouellos et nitidos ramos Columel. de Arb. 26, 8. Multis nos affatibus multisque precibus quaeſens Apulei. Met. 4 p. 1,7, 20. ¶ 2 *Sed haec fere antiqua: Conſuetius eſt* Quaeſo *et* Quaeſumus, *i. oro, oramus.* Terent. Eun. 3, 2, 13. Quaeſo ercle vt liceat, pace quod fiat tua. Id. Andr. 1, 2, 33 Vbi vis facilius paſſus ſim, quam in hac re me deludier. D. bona verba quaeſo. Cic. de Legib. 1, 6 Quamobrem aggredere quaeſumus, et ſume ad hanc rem tempus. Quaeſo quid hoc eſt? Id. Attic. 7, 11 *pr.* Quid eſt, quaeſo Metelle iudicium corrumpere, ſi hoc non eſt? Id. Verr. Prooem. 28. Quaeſo quid ſit mihi faciendum Id. Attic. 11, 15. Fac quaeſo, qui ego ſum, eſſe te Id. Fam. 7, 23 *pr.* Reficite vos quaeſo Iudices per deos immortales Id. Verr. 4, 105. Terent. Andr. 3, 2, 7 Deos quaeſo, vt ſit ſuperſtes: quandoquidem ipſe eſt ingenio bono. Deos quaeſumus, conſilia tua Reipubl. ſalutaria ſint Cic. Fam. 11, 3 *extr.* A te maximopere peto et quaeſo Id. ibid. 3, 2. Cic. pro Arch. 3 c. 2 Quaeſo a vobis, vt in hac cauſa mihi detis hanc veniam, accommodatam huic reo, vobis quemadmodum ſpero, non moleſtam. De te quaeſo etiam, atque etiam vide, *i. quod ad te attinet* Id. Attic. 15, 8.

QVAESTICVLVS, QVAESTIO, QVAESTOR, QVAESTVOSVS, QVAESTVRA, QVAESTVS, *vid.* QVAERO.

QVALĬBET, *ſiue* QVALV̆BET, *Aduerbii vicem ſuſtinet, cum ſint duae voces. Vbicunque libet, vndecunque.* Plaut. Moſtell. 3, 2, 122 Qualibet perambula aedes oppido tanquam tuas. Quinctil. 5, 13 Si vel maxima flumina in riuos deducantur, qualibet tranſitum praebent. Quid vis? qualubet eſſe notus optas? Catull. 38, 6.

QVALIS, e. [οἷος, ποῖος, ὁποῖος, ποιόστις] *Relatiuum, hominis vel rei naturam et attributa declarans, vel interrogatiuum de iisdem.* Cic. de Amicit. 6 Nec ſicut vulgus, ſed vt eruditi ſolent appellare ſapientem, qualem in reliqua Graecia neminem. Qualis eſſet, apparuit Nepos 14, 1, 4. Qualis es, ipſe fuit Ouid. Met. 8, 50. Plaut. Trin. 4, 4, 3 Qualine amico mea commendaui bona? Cic. pro Font. 21 Quamobrem quali fide, quali pietate exiſtimatis eſſe eos, qui, *etc.* Ac primum quanta innocentia debent eſſe imperatores? quanta deinde omnibus in rebus temperantia? quanta fide? quanta facilitate? quanto ingenio? quanta humanitate? quae breuiter qualia ſint in Cn. Pompeio conſideremus Id. pro Lege Manil. 36. Nulla gens eſt, quae non etiam ſi ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum cenſeat Id. de Legib. 1, 24. Nihil intereſt ad beate viuendum, quali vtaris victu Id. de Fin. 2, 90. Id. de Nat. Deor. 1, 65 Concedo eſſe deos: doce me igitur vnde ſint, vbi ſint, quales ſint corpore, animo, vita. Cic. Tuſc. 3, 56 c. 23 Nam de ipſius rei natura qualis et quanta ſit, quaeritur. Nam qualis quantusque cauo Poliphemus in antro Virgil. Aen. 3, 641. Cic. Tuſc. 1, 60 Si, quid ſit hoc, non vides, at quale ſit, vides: ſi ne id quidem, at quantum ſit, profecto vides. Qualis oratoris et quanti hominis in dicendo putas eſſe, ſcribere hiſtoriam? Id. de Orat. 2, 51. Id. de Diuin. 2, 135 Ad aperta et clara veniamus, quale eſt de illo interfecto a caupone Megaris: quale de Simonide, *etc.* quale etiam de, *etc.* Virgil. Eclog. 5, 46 Tale tuum carmen nobis diuine poëta, Quale ſopor feſſis in gramine, quale, *etc.* Vt non tales quales ante habitae ſint, habeantur Id. de Inuent. 2, 176. Praebe te talem hoc tempore, qualem te iam antea praebuiſti Id. pro Roſc. Amer. 11 c. 4. Nullus pilus omnibus rebus talis, qualis ſit pilus alius Id. Acad. 4, 85. Vidi quosdam in te tales, quales tu, *etc.* Id. Fam. 1, 9. Si quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis eſſet Id. Offic. 2, 44. ¶ 2 Qualis, *comparationibus faciendis apta particula.* Virgil. Georg. 4, 511 Qualis populea moerens philomela ſub vmbra, amiſſos queritur fetus, *etc.* Id. Aen. 3, 679 Concilium horrendum *(Cyclopum)* quales, cum vertice celſo Aëriae quercus, aut coniferae cypariſſi Conſtiterunt *etc.* Ouid. Met. 3, 682 Falcata nouiſſima cauda eſt, Qualia dimidiae ſinuantur cornua Lunae. *conf.* Virgil. Aen. 4, 143. *et* 5, 213. *Et vix eſt formula comparandi et ſimilitudines proferendi ſollemnior, pulchrior, vid. Ind. Erythraei.* ¶ 3 *Etiam exemplis adferendis ſeruit.* Ouid. Halieut. 94 Nam gaudent pelago quales ſcombrique, bouesque, Hippuri celeres *etc.* *Poterat dicere* Exempli cauſa. *Sed nempe hic etiam ellipſis locum habet,* Gaudent tales, quales. *vid.* Priſcian. 17 p. 1052.

QVALISCVNQVE. [ὁποιοστισοῦν] Cic. in Piſon. 27 Quum tamen ille, qualiscunque eſt, qui eſt ab vno te improbitate victus Gabinius, colligit ipſe ſe vix. Id. Tuſc. 1, 95 Totumque hoc leue eſt, qualecunque eſt. Sed homines beneuolos qualescunque ſunt, graue eſt inſequi contumelia Id. Attic. 14, 15 (14). Qualescunque ſummi ciuitatis viri ſunt, talis et ciuitas Id. de Legib. 3, 31 c. 14. *conf.* Liu. 29, 17. Quae qualiacunque in me ſunt (me enim ipſum non poenitet quanta ſint) ſed apparent in orationibus Cic. in Orat. 130. Scripta qualiacunque Ouid. Triſt. 1, 1, 46. Carmina noſtra qualiacunque Id. ibid. 3, 10, 18. Qualis enim cunque eſt Id. ex Pont. 4, 13, 6. Quale tamen cunque eſt Id. ibid. 3, 4, 6. Aliquid profecto ſit neceſſe eſt melius et maiore vi praeditum quam deos, quale id cunque eſt Cic. de Nat. Deor. 2, c. 30.

QVALISNAM. Apulei. Apol. p. 274 Facile intellectu cuiuis fuit, qualisnam accuſatio futura eſſet.

QVALISQVĀLIS. *Idem quod Qualiscunque.* Qualisqualis conditio ſit Vlpian. l. 2 D. de bon. poſſ. ſec. tab. §. 1. Tryphoninus in l. Reſcriptum. De diſtract. pignor. Quia ex contractu, qualiquali obligatione a debitore interpoſita. Qualequale l. 3 de proxenet. *conf.* Briſſ. de V. S. Stew. *ad* Veget. 2, 4.

QVALISLĬBET. [ὁποῖος, βούλει, ὁποιοστισοῦν] Cic. de Nat. Deor. 2, 95 c. 37 Si innumerabiles vnius et viginti formae literarum, vel aureae, vel qualeslibet, aliquo coniiciantur. *Legitur et ſeparatis dictionibus.* Quales libet. Niſi forte cariorem putas hominibus eſſe pecuniam vel qualemlibet poſſeſſionem Auguſt. Ep. 48. Qualeslibet piſces Apic. 4, 2.

QVALĬTAS, ātis. f. [ποιότης] *Eſt, Secundum quam* quales *dicimur.* Cic. Acad. 1, 25 c. 7 Qualitates igitur appellaui, quas ποιότητας Graeci vocant. *Et* 26 Earum igitur qualitatum ſunt aliae principes, aliae ex illis ortae. Principes ſunt vnius modi et ſimplices: ex iis autem ortae variae ſunt, et quaſi multiformes. *Et* 27 Carentem omni qualitate materiam. *Et iam* 24 c. 6 *dixerat* Sed quod ex vtroque (id eſt ex materia et vi) id iam corpus, et quaſi qualitatem quandam nominabant. *Et* 28 Et quum ita moueatur illa vis, quam qualitatem eſſe dicimus, et quum ſic vltro citroque verſetur, et materiam ipſam totam penitus commutari putant, et illa effici, quae appellant qualia. *add.* Cic. de Nat. Deor. 2, 94. Ager aliis qualitatibus aeſtimandus eſt Columel. 2, 2. Caeli qualitas Quinctil. 5, 9, 15. Lineamentorum qualitas matri ac filio ſimilis Iuſtin. 1, 2, 2. Qualitatem litoris noſtri contemplemur, ſi vitemus ſcopulos

pulos, an probemus Columel. 8, 17. Qualitas materiae excipientis Plin. 2, 80. Papaueris qualitatem repraeſentare Scribon. 180. *Plurima aliorum de phyſico hoc ſignificatu exempla a Rhodio congeſta in Lex.* Scribon. Qualitatis *nomen apud Iureconſultos generale eſt, ut omne accidens, quidquid eſt praeter ſubſtantiam rei, comprehendat.* Celſus l. 86 *pr.* de verb. ſignific. Qualitates autem praediorum, quoniam quaſi a natura inſunt, nec poſſunt ab ipſo fundo ſeparari, et qui fundum vendit cum ſua illum bonitate, quaecunque eſt, ſalubritate, amplitudineque vendidiſſe cenſetur: immo illo vendito, nihil de iſtis ſibi retinere poteſt. Ideo videntur nihil aliud eſſe, quam ipſa praedia qualiter ſe habentia, id eſt iis qualitatibus praedita. Celſus, Quid aliud ſunt iura praediorum, quam praedia ipſa qualiter ſe habentia? *etc.* Quinctil. 7, 2, 6 Quaeritur per coniecturam et quantitas et qualitas — Qualis Clipeus Achillis. *Peculiariter apud Grammaticos ſunt* qualitates modi verborum *vel* ſtatus, *vid.* Quinctil. 1, 5, 41.

QVALITER. Adu. Qualiter datum Scribon. 98 ſc. medicamentum, *i. quo modo.* Plin. 8, 48 Antiquis enim torus e ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape. Qualiter in foro decolletur M. Sen. Controu. 25. Qualiter ex alta cum Iupiter arce coruſcat Flacc. 4, 304. *add.* Ouid. Am. 1, 7, 58. Lucan. 1, 151. Sedul. 2, 152.

QVALITERCVNQVE. *Aliud* Aduerb. *Vtcunque.* Columel. 11, 3 Poteſt etiam citra hanc operam fieri criſpum, qualitercunque factum. Qualitercunque praeliantibus cadendum eſt Iuſtin. 2, 11, 11.

QVALITERQVALITER, *pro Qualitercunque.* Vlpian. in l. quo enim, in fine. D. rem ratam haberi, Nam qualiterqualiter quis eundem actum retractat, qui a procuratore actus eſt, committi ſtipulationem oportet. *al.* qualiter *ſemel tantum.* Geſtum ſic accipimus qualiterqualiter, ſiue contractus ſit, ſiue quid aliud contigit l. 7 pr. D de minor.

QVALVS, i. m. [κάλαθος] *Genus omne inſtrumenti viminei et plexilis comprehendit, quo ad colandum, portandum etc. uti licet: ut illud, quo contruntur, dum calcatur vua, deinde ſola vinacea effluente muſto.* Vet. Gloſſ. ἠθμὸς, ἐκλιστής, *quae colum notant, quaſi vox a* κάλαθος *et a* qualo *parum differat.* Virgil. Georg. 2, 241 Tu ſpiſſo vimine qualos, Colaque praelorum fumoſis diripe tectis. *vid.* Seru. *h. l.* Plin. 17, 10 Alii in qualo pedibus in profluente deculcant, *etc.* Qualus, In quo gallinae oua edunt, *apud* Columel. 8, 3. Id. 9, 15 Salignеus qualus, vel tenui vimine rarius contextus ſaccus inuerſae metae ſimilis, qualis eſt quo vinum liquatur, obſcuro loco ſuſpenditur. Qualum, *Neutro genere:* Cato 11 Corbulas amerinas viginti, quala ſataria ſeptem, alueos quadraginta. *Sunt autem, Turnebo interprete, quibus ad ferendum opus eſt, id eſt ad ſementem.* *add.* Cato c. 23. *Sed* Columel. 7, 3, 9 Sint quala mundiſſima, ne qua earum valetudo, quae *etc.* *Sententia vix admittit* quala. *Quidam hinc legunt* Caula. *Al.* Sint quam mundiſſima, *etc.* *Loquitur enim de ſtabulis ouium.* *Mihi videbatur leg.* ſintque illa mundiſſima. Vindemiatorii quali Vlpian. in l. Inſtrumento D. de inſtruct. vel inſtr. leg. Qualus, *in quo mulieres reponebant penſa:* Horat. Carm. 3, 12, 4 Tibi qualum Cythereae puer ales. Qualus, *apud* Apulei. Met. 4 p. 154 *pr.* pro Caniſtro in quo panis ſeruatur. *It. ap.* Prudent. hymno omnis horae v. 58. *Gloſſ.* κάλαθος. Qualus, *Vas quo caementarii ſiue calcarii vtuntur ad portandam calcem vel gypſum.* Vlpian. in l. Sed et ſi quid inaedificauerit, in principio D. de vſufructu, Nam ſi librarium rus mittat, et qualum et calcem portare cogat.

QVASILLVS, i. m. *et* QVASILLVM, i. n. [καλαθίσκος] Dimin. a Qualus. Feſtus, Calathos Graeci, nos dicimus quaſillos. *conf.* Seru. l. inf. cit. Cic. Philipp. 3, 10 c. 4 At vero huius domi inter quaſilla pendebatur aurum. *Quaſi diceret, Inter mulierculas et lanificia.* *Quem locum citat et* Seruius *in illud* Eclog. 2, 46 Ecce ferunt nymphae calathis. *add.* Iſidor. 19. 19. Tibull. 4, 10, 3 Sit tibi cura togae potior, preſſumque quaſillum. Propert. 4, 7, 41 Et grauiora rependit iniquis penſa quaſillis.

QVASILLARIA, ae. f. *Lanifica.* Petron. c. 92 Conuocat omnes quaſillarias, familiaeque ſordidiſſimam partem. *add.* Id. c. 132.

QVASILLARIVS, i. m. [ψιλίπωλος. Gloſſ. Graec. Latin.] *Scriptum* Quaſillarius.

QVAM. [ὅσον, ἤ] *Particula relatiua et comparatiua, cui plerumque reſpondet praemiſſa vel ſequens* Tam, *item* Tantum, *item* Comparatiui *vel* Superlatiui. *Sed habet tantam varietatem, quae non poſſit niſi multitudine exemplorum declarari.* Non tam ipſo quidem dono, quam abs te datum eſſe Terent. Eun. 3, 1, 3. Id. ibid. 4, 4, 51 Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quam me viuere. Cic. Verr. 2, 5 Quod ſi quam audax eſt ad conandum, tam eſſet obſcurus in agendo, *etc.* Nihil mihi nunc ſcito tam deeſſe, quam hominem eum, quicum omnia communicem Id. Attic. 1, 15. Famae et fidei damna maiora ſunt, quam quae aeſtimari poſſint Liu. 3, 72. Cic. Fam. 15, 8 Maiora erga ſalutem dignitatemque meam ſtudia, quam erant a muliere poſtulanda. Oratio, quam habitus, fuit miſerabilior Id. 44, 19. *conf.* Id. 3, 19. Praelium atrocius quam pro numero pugnantium editur Id. 21, 29. *conf.* Id. 10, 14. In acie praeſtat interfici, quam non veterem belli gloriam recuperare Caeſ. B. G. 7, 1. Quinctil. 3, 1 Sitque ſalubrior ſtudiis, quam dulcior. Non acrior quam pertinacior impetus Liu. 31, 35, 4. *add.* Id. 5, 23 Non timeo Iudices ne odio inimicitiarum mearum inflammatus, libentius haec in illum euomere videar, quam verius Cic. pro Milon. 78 c. 29 *pr.* *Iungit interdum Comparatiuos, vt* Poſterior aetas in excolendo iure amicitiae quam libentius, tam etiam religioſius erit operata Valer. Max. 4, 7, 7 *extr.* *Sed forte leg.* quum, tum. ¶ 2 Tam *omittitur* Quandoquidem non facile loquor, quam, quod locutus ſum, praeſto Liu. 2, 56. *Vid. Gronou. ad* Liu. 5, 21. 7, 8 *pr.* 25, 29. 26, 18 *et* 31. 28, 44. 30, 28. *Sic* Curt. 7, 7, 27 Nec mea ars, quam beneuolentia me perturbat. *Sic Freinſhem. Simili ellipſi* Quam, *pro* Magis, *vel potius* quam, *apud Iureconſultos frequentiſſimum:* Paullus l. 2 De rebus credit. Mutui datio conſiſtit in his rebus, quae pondere, numero, menſura conſiſtunt: quoniam earum datione poſſumus in creditum ire, quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem, quam ſpecie. Vlpianus l. 2 De iudiciis: Alioquin compelletur iudicium accipere, quam inuenire eos, qui ſatis pro eo dent. *Et alibi ſaepius.* ¶ 3 Quam, *pro Quantum, Poſitiuo iungitur.* Quam moroſi ſint, qui amant, ex hoc potes intelligere Cic. Fam. 7, 15 *pr.* Idem . . . Videte quam valde malitiae ſuae confidat. Terent. Andr. 1, 1, 109 Reiecit ſe in eum flens quam familiariter. Quam, *pro Quantum poſitum poſt negationem in priore oratione,* Tam. *non neceſſario ſequitur.* Liu. 35, . . Homo, non quam iſti ſunt, glorioſus. Quam, *cum Verbis* Poſſum, Queo, Valeo, *et aliis.* Terent. Heaut. 3, 1, 7 Haud faciam: nam quam potero, adiutabo ſenem. Plaut. Men. 5, 9, 4 Tam conſimilis eſt, quam poteſt. Expoſui, quam breuiſſime potui Cic. Diu. 1 c. 32. Salluſt. in Iugurth. . . . Quam maximas poteſt copias armat. Caeſ. Bell. Gall. 1, 37 Re frumentaria quam celerrime potuit, comparata. Cic. de Nat. Deor. 2, 3 Agam quam breuiſſime potero. Conuiuium ad multam noctem, quam maxime poſſumus, vario ſermone producimus Cic. de Senect. 46. Aues nidos conſtruunt, eoſque quam poſſunt molliſſime ſubſternunt Cic. de Nat. Deor. 2, 129. De Catilina, quam veriſſime potero, paucis dicam Salluſt. Cat. c. 18. *Sed etiam cum Poſitiuis:* Cic. Philipp. 2, 47 Sed reliquum curſum vitae, quam quidem poſſum celeriter, perſtringam. Dixi de philoſophia ipſa quam breuiter potui Lactant. 3, 17. Terent. Adelph. 4, 1, 16 Quam vellem etiam noctu amicis operam mos eſſet dari. *Vbi* Donatus, Quam vellem praecipue dicimus in his, quae non videmus fieri. Cic. de Finib. 3, 10 Quam vellem, inquit, vt te ad Stoicos inclinauiſſes. ¶ 4 Quam magis, et tam magis, *vt Quo magis, eo, vel hoc magis.* Plaut. Poen. 1, 2, 135 Quam magis aſpecto, tam magis eſt nimbata. *Et* Virg. Aen. 7, 787 Tam magis illa fremens et triſtibus effera flammis, Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnae. *Et* Bacchid. 5, 1, 5 Magis quam id reputo, tam magis vror, quae meus filius turbauit. *Et* Truc. 1, 2, 69 Quam primum expugnari poteſt amator, (tam) optimum eſt amicae. *Et* Men. 1, 1, 19 Quam magis intendas, tanto adſtringunt arctius. Lucret. 6, 458 Vicina cacumina caelo Quam ſint quaeque magis, tanto magis edita fument. *Et* 2, 568

Et quam quidque magis multas vis poſſidet in ſe
Atque poteſtates, ita pluria principiorum
In ſeſe genera, ac varias docet eſſe figuras.

Et 4, 1086 Quam pluria habemus, Tam magis ardeſcit dira cuppedine pectus. Lucret. 1, 537 Et quam quaeque magis cohibet res intus inane, Tam magis his rebus penitus temtata labaſcit. ¶ 5 Quam, *pro Quantum, Interrogatiuum, vel exclamantis.* Terent. Eun. 2, 2, 44 Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare eſſe? O rem difficilem, planeque perditam! quam nihil praetermittis in conſilio dando! quam nihil tamen, quod tibi ipſi placeat, explicas! Cic. Att. 9, 2. Terent. Andr. 1, 1, 100 Quam timeo quorſum euadas! Perſpexiſſe mihi videbar, quam feſtinares decedere Cic. Fam. 3, 6. Quam vereor, ne quid fuerit σπουδαιότερον Idem Att. 5, 3. Quam, *cum Indicatiuo:* Cic. in Verr. . . . Incredibile eſt autem, quam multa et quam praeclara fuerunt. *Sed* Terent. Hec. 4, 4, 12 Dum ne reducam, turbent porro quam velint. Cic. pro Cael. 22 Quam velit ſit potens. Quam in paucis ſpes, quam in paucioribus ſit facultas Idem Off. 2 c. 19. Poſt illa tempora tute ſcis, quam intimum te habuerim Ter. Eun. 1, 2, 47. Hoc, quodcunque vides, hoſpes, quam maxima Roma eſt, Ante Phrygem Aeneam collis et herba fuit Propert. 4, 1 *pr.* Quinctil. 1 Pr. 8 Quare in his quoque libris erunt omnia compoſitiora, et quam nos poterimus elaborata. *vid. Voſſ. de Arte Grammat. 7, 61 p. 256.* ¶ 6 Quam, Tam, *cum Superlatiuo.* Cato c. 65 Quam acerbiſſima olea oleum facies, tam oleum optimum erit. Salluſt. in Iug. c. 31 Itaque quam quiſque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt. Cato *ap.* Feſtum *voce* Veternoſus, Quam plurimum bibit, tam maxime ſitit. Varro R. R. 2, 9, 12 Quam pauciſſimos relinques, tam optimi in alendo ſunt, propter copiam lactis. Cato 64 Quam citiſſime conficies *oleum*, tam maxime expediet. — Nam oleum, quam diutiſſime in amurca et in fracibus erit, tam deterrimum erit. *Et* 157, 8 Quam plurimum ederit, tam citiſſime ſanus fiet. Ter. Heaut. 5, 2, 44 Namque adoleſcens quam minima in ſpe ſitus erit, tam maxime patris pacem in leges conficiet ſuas. Ouid. Amor. 1, 8, 27 Tam felix eſſes, quam formoſiſſima, vellem. ¶ 7 *Sed etiam ſimpliciter Superlatiuum, quaſi intendere et augere videtur.* Varro de L. L. 7, 2 p. 55, 10 Impoliticia nomina voluerunt eſſe quam pauciſſima, quo citius ediſcere poſſent. Ter. Andr. 5, 1, 16 Quibus id maxime vtile eſt, illum eſſe quam deterrimum. Idem Heaut. 2, 3, 127 Eademque vt eſſet apud te ob hoc quam gratiſſima. Cic. de Amicit. 45 Alienis nimis implicari, moleſtum eſſe: commodiſſimum eſſe, quam laxiſſimas habere habenas amicitiae. Quam occultiſſime traiecto amne Liu. 21, 27. Cic. Att. 6, 5 Officium meum putaui, exercitum habere quam proxime hoſtem. *Plenius* Liu. 1, 23 Is ducit exercitum quam proxime ad hoſtem poteſt. *Nempe tota haec loquendi ratio videtur a ſimili ellipſi orta eſſe.* Cic. de Orat. 1 c. 33 Dicere quam maxime ad veritatem accommodate. *Et* c. 34 Verſibus propoſitis quam maxime grauibus. *Sed* Offic. 2, 23 c. 7 Paretque quam maxime mortuo, *melius legitur* cum maxime. Cic. Verr. 1, 57 Quo quam minime multi ex illis de iſtius nefario ſcelere audire poſſent. Id. Brut. . . Vt intelligatis, primum ex omni numero, quam non multi auſi ſint dicere, deinde ex iis ipſis, quam pauci fuerint laude digni. Operamque det, vt cum ſuis copiis quam proxime Italiam ſit Idem Philipp. 10, 26. Tacit. Ann. 15, 74 Vt templum Diuo quam maturrime publica pecunia poneretur. Idem ibid. 12, 65 Amplecti Britannicum, robur aetatis quam maturrimum precari. Memoriam quam maxime longam efficere Salluſt. Catil. c. 1. ¶ 8 *Etiam ſic ponitur cum Poſitiuo.* Ter. Eun. 2, 3, 43 Continuo accurrit ad me quam longe quidem. Cic. de Nat. Deor. 3, 54 Soles ipſi quam multi a theologis proferuntur? Idem Tuſc. 3, 83 Atqui ſtirpes ſunt aegritudinis quam multae, quam amarae! *Et* Att. 7, 15 Suam in Senatu operam, auctoritatemque quam magni aeſtimat. *vid. h. l. Graeu.* Et alibi: Scribit ad me, quam honorifice de reſtitutione Sexti Clodii. Quinctil. 12, 12, 24 Quam multa, immo paene omnia tradidit Varro. *Sed hoc per interrogationem vel admirationem etiam efferri poteſt; vt* Virg. Ecl. 2, 20 Nec, qui ſim, quaeris, Alexi, Quam diues pecoris niuei, quam lactis abundans. Liu. 26, 14 Quam forti animo, *etc.* Tuum conſilium quam verum eſt Anton. ad Cic. ſub Att. 10, 10. Quam facile accipiter columbam conſequitur Virg. Aen. 11, 722 Liberis dare operam quam honeſte dicitur Cic. Fam. 9, 22. Suos valde quam paucos habet Brut. ad Cic. Fam. 11, 13. Pater quam breui corpore, atque etiam gibber Suet. Galba c. 3. *al.* quamquam. Nae ille quam breui tempore effecerit, vt omnes non poſterorum modo, ſed ſui parentumque poeniteat Plin. Paneg. c. 27. *al.* tam *ſ.* in tam. A materia aliena quaeſtio debet quam breuiter attingi Lactant. de Ira Dei c. 8 *extr.* Cannabias nutrit ſiluas, quam commoda noſtro Armamenta operi Grat. Cyneg. v. 47. *Conf.* Salluſt. Orat. ad Caeſ. 1 *pr.* ¶ 9 *Cum Nominibus temporum conſecutionem et continuationem notat.*

Columel. 8, 8 Quinto die quam ſuſtuleris, condire oportebit. Idem 12, 38 Poſt nonum diem quam id factum eſt. Tabellarii venerunt poſt diem XL et ſextum, quam a nobis diſceſſerant Cic. Fam. 16, 21 *pr.* Octauo menſe, quam coeptum oppugnari, captum Saguntum Liu. 21, 15. Idem 4, 7 Tertio menſe, quam inierunt — honore abiere. Poſtero die quam illa erant acta, Catulus venit Cic. de Orat. 2, 12 c. 3. Sexto, quam profectus erat, menſe domum rediit Suet. Claud. c. 17. Plin. 8, 42 Terram attingere ore triduo proximo quam ſit genitus, negant poſſe. *add.* Curt. 4, 4, 19. Nep. 3, 1, 5 *c. commentar. it.* 3, 3, 3. Ego autem non commemini, ante quam natus ſum, me miſerum Cic. Tuſc. 1, 13. Saeculis multis ante gymnaſia inuenta ſunt, quam in iis philoſophi garrire coeperunt Id. de Orat. 2, 21. Numa ſapientiam conſtituendae ciuitatis duobus prope ſaeculis ante cognouit, quam *etc.* Cic. de Orat. 2, 154. Intra ſexageſimum diem, quam caeſa ſilua fuerat, centum ſexaginta nauium claſſis in ancoris ſtetit Flor. 2, 2, 7. Plin. Epiſt. 3, 16 Si tamdiu, tantaque concordia vixerit tecum, quam ego cum Paeto, volo. Cic. de Clar. Orat. 4 Vixitque tamdiu, quam licuit in ciuitate bene beateque viuere. Virg. Aen. 4, 193 Nunc hiemem inter ſe luxu, quam longa fouere. Seruius: *i.* In quantum longa eſt hiems. Fecit et talem figuram Aen. 8, 86 Tibris ea fluvium, quam longa eſt, nocte tumentem Leniit. *Etiam ad locum refertur.* Per totum, quam longus eſt, locum Illyrici Auſon. Grat. Act. ad Gratian. ¶ 10 *Connubia particulae huius: ac primo* Quam, *geminatum in exclamatione.* Queſta eſt Aegiale, queſta eſt Meliboea relinqui Et quam! quam ſaeui! fecerunt Maenada planctus Stat. Silu. 3 vlt. v. 48. *Barth. leg.* Et quam tam. Ter. Phorm. 2, 3, 61 Potius quam lites ſecter, aut quam te audiam. Te igitur imitabor. Quam multa, quam paucis! Cic. Fam. 11, 24. Eſt diſſenſio, et quae vis nominis eius, et quot genera, et quae quam Multaeque ſint ſpecies Quinctil. 10, 1. *i. quot.* Curt. 5, 4, 25 Ne aurium quidem vſus ſupererat, ſiluas quatiente vento, qui concutientibus ramis maiorem, quam pro flatu ſonum edebat. *Sic* Liu. 21, 59 Maior quam pro numero iactura fuit. *Sic* 9, 27 Maius quam pro numero auxilium. *Sic* 21, 29 Atrocius praelium, quam pro numero pugnantium *etc.* *Sed etiam* 7, 8 Multiplex (*magis*) quam pro numero damnum eſt. Cic. de Orat. 3, 15 Vt maius quiddam de L. Craſſo, quam Quantum a nobis exprimetur, ſuſpicentur. Sexies tantum, quam quantum ſatum ſit, ablatum eſſe Idem Verr. 3, 102. Hic maiorem pecuniam Praetori pollicetur, quam quantam tu dediſti Cic. Verr. 2, 70. Idem Brut. 52 c. 13 De quibus difficile eſt plus intelligere, quam Quantum ex monumentis ſuſpicari licet. Idem pro Domo 137 Id ſperaſti Rempubl. diutius, quam Quoad mecum expulſa careret his moenibus, eſſe laturam? Cic. Att. 11, 7 Sed ex omnibus, nihil magis tamen deſideratur, quam Quod in Africam non ierim, *i. ſubaud. quam id, quod non ierim in Africam.* Idem de Orat. 3, 10 Quod ſi quis erit, qui ductus opinione vulgi aut Antonium ieiuniorem, aut Craſſum pleniorem fuiſſe putet, quam Quomodo a nobis vterque inductus eſt. Multa praeclara in eo viro cognoui, ſed nihil eſt admirabilius, quam Quomodo ille mortem M. filii tulit Cic. de Senect. 12 c. 4. Idem de Orat. 3, 22 Hoc eſt altius, quam Vt nos humi ſtrati ſuſpicere poſſimus. Plerumque dolor vehementior, quam Vt cauſa ſit, cur feratur Idem Tuſc. 5, 117. Sueton. in Galba 8 In ſeceſſu plurimum vixit, nec ad geſtandum quidem vnquam iter ingreſſus, quam vt ſecum vehiculo proximo decies HS. in auro efferret. Quinctil. 12, 9 Ideoque ne ſuſcipiendae quidem ſunt cauſae plures, quam quibus ſuffecturum ſe ſciat. Liu. 34, 32 Nam quid minus conueniret, quam nos, qui pro libertate Graeciae aduerſus Philippum gereremus bellum, cum tyranno inſtituere amicitiam? et eo tyranno, quam qui vnquam fuit, ſaeuiſſimo et violentiſſimo in ſuos? Ex amore hic Admodum quam ſaeuus eſt Plaut. Amph. 1, 3, 43. Contra facis, quam pollicitus es Cic. de Legg. 2, 12. *add.* A. ad Herenn. 4 c. 3 *extr.* Factum eſt enim culpa, Contra quam tu mecum egeras Idem Qu. Frat. 1, 1, 2. Socrus generi, Contra quam fas erat amore capta Idem pro Cluent. 12 c. 5. Quinctil. 1, 8 Pranſus quoque et potus, Diuerſum valent quam indicant. Columel. 18, 8 Duplicia (*ferramenta*) quam numerus ſeruorum exigit, refecta et repoſita cuſtodiat. Gaudeo, te fidem cognoſcere hominum, non Ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram Cic. Fam. 1, 9, 11. Extra quam. Super quam quod. *vid. hh. vv.* Cic. pro Cluent. 151 Quod ſi fieri poſſe exiſtimaſſet, — Nihil feciſſet libentius, quam — contuliſſet. Quod ego quidem Nimis quam cupio Plaut. Capt. 1, 2, 17. *add.* Id. Moſt. 2, 2, 79. Apul. Apol. p. 305. Nimium quam Plaut. Bacch. 1, 2, 13. Gell. 15, 1. Non mehercle quidquam libentius facio, quam ſcribo ad te Cic. Fam. 15, 19. Nulla aeque quam praedictae ſalſurae pabula Columel. 8, 17. Oppido quam Gell. 15, 30 *et* 16, 7. Tantopere, quam Quinctil. prooem. Tantum, quam: *vid. Burm. ad* Quinctil. p. 2. ¶ 11 *Affectum et vehementiam aliquam ſignificat frequenter.* Plaut. Aſin. 3, 2, 35 Vt aſſimulabat Sauriam me eſſe quam facete! Ter. Eun. 3, 2, 4 Quam venuſte! quod dedit principium adueniens. Idem ibid. 1, 2, 98 Labaſcit victus vno verbo, quam Cito. Plaut. . . . Nunc dicito, quam Extemplo hoc erit factum. Quam Minime ſim quietus, etiam in maximis neceſſitatibus Lactant. de Opif. D. *in. i. quam parum.* Plaut. Aſin. 2, 4, 43 Quam Mox mihi operam das? Idem Bacch. 4, 6, 6 Quid fit? quam mox nauigo in Epheſum, vt aurum repetam? Ter. Eun. 4, 7, 18 Quam mox irruimus. Idem Adelph. 5, 6, 1 Hera ego hinc ad hos prouiſam, quam mox virginem accerſant. Cic. pro Roſc. Com. 44 Exſpecto quam mox Chaerea hac oratione vtatur. Quam mox, ſignificat Quam cito. Sed ſi per ſe ponas, mox ſignificabit paullo poſt, vel poſtea. Feſtus. Quam paene tua me perdidit proteruitas! h. e. Quam parum abfuit, quin *etc.* Ter. Heaut. 4, 6, 10. ¶ 12 Quam potius, Quam prius *pro* Potius quam, Priusquam. C. Titius *apud* Macrob. Sat. 2, 12 *extr.* Eunti in conſilium, *ebrio iudici*, ibi haec oratio: Quid mihi negotii eſt cum iſtis nugacibus, quam potius potamus mulſum mixtum vino Graeco, edimus turdum pinguem *etc.* Propert. 2, 14, 11 *de Aurora et Tithone* Illum ſaepe ſuis decedens fouit in vlnis, Quam prius abiunctos ſedula lauit equos. *Et* A. Copae 5 Quid iuuat aeſtiuo defeſſum puluere abeſſe, Quam potius bibulo decubuiſſe toro. *Hoc* quam potius *ita re et ſententia conuenit cum illa C. Titii formula, ut videatur prope ſollemnis ad voluptatem a labore feſtinantium fuiſſe. Hinc Scaliger etiam apud* Plaut. Trin. 2, 2, 12 *vult legi*, Lacrumas haec mihi, cum video Eliciunt, quia ego ad hoc genus hominum duraui: quam (*vulg.* quin) prius Me ad plures penetraui: *vt Attici* ἢπριν *pro* πρίν. ¶ 13 *Obſ. Qui caſus praecedit particulam* Quam, *idem eam ſequitur. v. g.* Quid igitur cenſes? Apim illum, ſanctum Aegyptiorum bouem, nonne deum videri Aegyptiis? tam hercle, quam tibi illam noſtram Soſpitam Cic. de Nat. Deor. 1, 83 c. 29. *vid. Burm. ad* Quinctil. Decl. 321 p. 646. ¶ 14 *Quam frequenter cum aliis particulis confundatur et miſceatur, annotatum eſt in Liuii Drakenborchiani Indice h. v.*

QVAMDE. *Poetica Paragoge.* Feſtus: Quamde pro Quam vſos eſſe antiquos, cum multi veteres teſtimonio ſunt, tum eſt Liuius (*Scal. malit* Ennius) in primo, Iuppiter, vt muro fretus magis, quamde manus vi (*vt reſtituit Scal.*) et ſecundo, Quamde tuas omnis legiones ac populares. Et Lucretius (1, 640) Clarus ob obſcuram linguam magis inter inanes, Quamde graues inter Graios, qui vera requirunt.

QVAMDIV, QVAMDVDVM, *et ſimiles particulae ita compoſitae et vno tenore ſcriptae paſſim reperiuntur: quas recentiores amant dirimere. Non eſt facile aliquid certi ſtatuere, cum quo ſunt antiquiora monumenta, eo minus ſeparare a ſe verba ſoleant.*

QVAMDIV. Adu. *temporis.* [ὅσον χρόνον, εἰς ὅσον, ἕως, ἄχρις ἂν, ἄχρις οὗ] *Quanto tempore.* Cic. Verr. 5, 112 c. 43 Homo quamdiu vixit, domui ſuae, non ſolum poſt mortem tota Sicilia clarus et nobilis. Idem Att. 9, 3 Ego tamdiu requieſco, quamdiu ad te ſcribo. Quamdiu viride oleum conficitur Columel. 12, 50. *Interrogatiue.* Cic. in Somn. Scip. 16 Ipſi autem, qui de vobis loquuntur, quamdiu loquentur? *Vetus exemplar legit*, Quam loquentur diu? Idem pro Roſc. Amer. 89 Haec tu Eruci tot et tanta ſi nactus eſſes in reo, quamdiu diceres? quo te modo iactares?

QVAMDV̄DVM. Adu. *interrogandi.* Plaut. Aſin. 2, 4, 43 Hem optime: quamdudum tu aduenisti? Ter. Eun. 4, 4, 30 Venit Chaerea. PH. fraterne? DO. ita PH. quando? DO. hodie. PH. quamdudum? DO. modo. *Conf.* Idem Andr. 5, 2, 9. Plaut. Trin. 3, 1, 7.

QVAMLĬBET, *vel* QVAMLVBET. Adu. *pro Quantumlibet.* Plin. 36, 22 Faciliore multo natura finditur in quamlibet tenues cruſtas. Corpora quamlibet ardua et excelſa, procerioribus admota decreſcunt Plin. Paneg. c. 61. Quamlibet exiguus imber Ouid. Triſt. 4, 6, 36 *qui familiariter hac voce vtitur, vid. Burm. ad* Her. 6, 140. Haeſitaui, ſitne aliquod diſcrimen aetatis, an quamlibet teneri nihil a robuſtioribus differant Plin. Epiſt. 10, 97. Quamlubet eſto: Lucr. 2, 542. Quamlubet eſto Vnica res quaedam natiuo corpore ſola *add.* Id. 3, 1001. Quamlibet parum Quinctil. 1, 1. Solin. c. 9 Philippus Magnum (*Alexandrum*) procreat: quamlibet Olympias (*mater*) nobiliorem ei patrem (*Iouem ipſum*) acquirere (*mendacio ſuo de Dracone*) affectarit.

QVAMOBREM. [τίνος ἕνεκα, διὸ] *Habet vim ſeparatarum dictionum, Quam ob rem? Interrogantis particula, et rationem alicuius rei petentis: interdum etiam inferentis, et concludentis.* Ter. Andr. 5, 2, 21 Sublimem hunc intro rape, quantum potes. DR. Quem? S. Dauom. D. quamobrem? Cic. de Finib. 1, 15 Quamobrem tandem, inquit, non ſatisfacit? Ter. Andr. 2, 3, 8 Dictum ac factum, inuenerit aliquam cauſam, quamobrem eiiciat oppido. Cic. Fam. 3, 10 Multaque mihi veniebant in mentem, quamobrem iſtum laborem tibi etiam honori putarem fore. Idem pro Caecin. 99 Deinde nihil rationis affers quamobrem, ſi libertas adimi nullo modo poſſit, ciuitas poſſit. Quamobrem vt maxima de re aequo animo deliberanti, ita mihi des conſilium velim Cic. Att. 8, 3. Verum illud eſt, quamobrem haec commemorarim, quod exiſtimare vos volo *etc.* Idem Verr. 6, 135. Quamobrem quoniam mihi nullum ſcribendi argumentum relictum eſt, vtar, *etc.* Idem. Fam. 2, 3. Ego vero hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram, rus abiit Ter. Adelph. 3, 3, 80. *i. cuius hominis cauſa.* Quamobrem, quamquam in vno praelio omnis fortuna Reipubl. diſceptat, *etc.* tamen ipſa fama, *etc.* Cic. Fam. 10, 10. ¶ 2 *Diuiſim intelligendas eſſe has voces, indicio eſt illud, quod etiam dicitur plurium numero*, Quas ob res: Cic. Philipp. 3, 37 Quas ob res, quod Trib. pleb. verba fecerunt, vt Senatus Cal. Ian. tuto haberi, ſententiaeque de ſumma Reipubl. libere dici poſſint, de ea re ita cenſeo, *etc.* Lucret. 1, 156 Quas ob res vbi viderimus nil poſſe creari De nihilo, *etc.*

QVAMPLVRES, *quod itidem alii malunt diſtinguere, aut plane legunt aliter.* Plaut. Stich. 1, 3, 45 Sed curioſi ſunt hic quamplures mali. Quam plures *Gronou.* Plaut. Caſ. 2, 2, 13 Quamplura ſunt mihi, quae ego velim. *Sed recte Gronou.* Nec qua cum plura. Gell. 1, 7 Videbatur quampluribus. *Gronou.* Compluribus. Caeſ. de Bell. Ciuil. 1, 50 Hae permanſerunt aquae dies quamplures. *Sed meliores* Complures. Cic. Tuſc. 5, 61 c. 21 Abacoſque quamplures ornauit argento, auroque. *al.* complures.

QVAMPLVRĬMVS, a, um. Adi. *Citatur* Cato de R. R. c. 156 Quamplurimam braſſicam ederit, tam citiſſime ſanus fiet. *Sed diuiſim legendum ipſa docet apodoſis. Nec aliter editur hodie* Cic. Verr. 3, 43 c. 17 *pr.* Quaero, ſi ipſe excogitare non poterat, quemadmodum quamplurimo venderet, *etc.* *add.* Id. Off. 3 c. 12.

QVAMPRĬDEM, *Quanto tempore ante, Interrogantis particula.* Ter. Eun. 3, 3, 11 Vbi friget, huc euaſit, quampridem pater mihi et mater mortui eſſent. dico, iamdiu. Cic. pro Roſc. Com. 8 c. 3 Illud vero, quod ad rem vehementer pertinet, quaero, quampridem hoc nomen Fanni, in aduerſaria retuliſti?

QVAMPRĪMVM, *Valde cito.* Ter. Adelph. 2, 4, 18 Obſecro hercle hominem iſtum impuriſſimum quamprimum abſoluitote. Cic. Fam. 3, 18 Gratiſſimum mihi feceris, ſi ad me in Ciliciam quamprimum veneris. Inuiſam quaerens quamprimum abrumpere lucem Virg. Aen. 4, 631. Perferre literas ad aliquem quamprimum Cic. Fam. 2, 5. *Nempe vt in* QVAM *n. 6 obſeruauimus, intelligitur* poſſum, poteſt, *aut ſimile verbum: quod interdum etiam, vt in his, quae n. 3 poſuimus, exprimitur. v. g.* Bene ambulato, ſed recipe te, quamprimum potes Plaut. Perſ. 1, 1, 52. *add.* Id. Capt. 2, 3, 38 *et* 88. Magi multum quidem iis tribuere, quamprimum adſpiciatur eo anno, tolli iubentes Plin. 21, 23 ſ. 94 *fin.* *In hoc vltimo videtur leg.* quum primum.

QVAMVIS. [εἰ καὶ] *Coniunctio aduerſatiua vocatur a Grammaticis: ſed melius intelligitur, ſi accipitur ex vi duorum vocabulorum, vnde compoſitum, eſt: vt Germani dicunt*, ſo ſehr, ſo lang, man will, noch ſo ſehr *etc.* *aut Galli*, tant qu' on voudra. *Coniunctiuum ſi quem adiunctum habet, is non ab ipſo regitur, ſed pendet a reliqua conſtructionis ratione, prout illa infinita, potentialis, aut ſimilis eſt: id quod exempla docent: cum* Licet, *propter intellectam* vt, *ſemper Coniunctiuum poſtulet.* Cic. Att. 12, 37 Quamuis prudens ad cogitandum ſis, ſicut es: tamen niſi magnae curae tibi eſſet, vt ego conſequerer id, quod magnopere vellem,

vellem, *etc.* Quinctil. 9, 4 Quamuis enim iuncta ſit, tamen ſoluta videri debet oratio. Quamuis ille niger, quamuis tu candidus eſſes Virg. Ecl. 2, 16. Etſi, quamuis non fueris ſuaſor et impulſor profectionis meae, approbator certe fuiſti Cic. Att. 16, 7. *add.* Id. Philipp. 11 c. 9. Quamuis enim animus tuus intentus ſit, ſicut eſt, ad fortiſſimum virum — liberandum, tamen. *Hi Coniunctiui nempe non reguntur proprie a* quamuis: *vt illud* Virg. Aen. 3, 454 Quamuis increpitent ſocii, *Coniunctiuo modo ſ. Potentiali poneretur etiam ſolum, abſente* quamuis: *quae adeo particula etiam cum Indicatiuo ponitur:* Quamuis carebat nomine Nep. 1, 2, 3. Quamuis eſt ruſtica muſa Virg. Ecl. 3, 84. Me quamuis Lamiae pietas et cura moratur Hor. Epiſt. 1, 14, 6. Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis Ouid. Triſt. 1, 1, 25. *Add.* Liu. 2, 40. Hor. Od. 3, 10, 13. Ouid. ex Pont. 1, 6, 45. Propert. 1, 15, 13. *et* 2, 8, 27. Columel. 2, 9. Quinctil. Declam. 5. *Quin ſaepe plane verbo non adhaerere, ſed Nomini Adiectiuo videtur.* Cic. de Legib. 3, 24 At duo Gracchi fuerunt, Et praeter eos, quamuis enumeres multos licet, quum deni creentur, nullos in omni memoria reperies pernicioſos tribunos. Quamquam iſta aſſentatio quamuis pernicioſa ſit, nocere tamen nemini poteſt Cic. de Amicit. c. 26. Quamuis auidus colonus Virg. Aen. 1, 3. Quamuis copioſe haec diceremus, ſi res poſtularet Cic. Tuſc. 1 c. 21. Quamuis vetus dolor Scribon. 255. Semper victores ex quamuis temere coepto certamine abiere Liu. 34, 19. Multa ego poſſum docta dicta quamuis facunde loqui Plaut. Trin. 2, 2, 98. Homo quamuis humanus ac iocoſus Varro R. R. 2, 5. Quamuis ridiculus Plaut. Men. 2, 2, 43. Quamuis ſaepe Cic. de Orat. 1 c. 25. *Add.* Virg. Aen. 7, 492. Catull. 12, 5. Phaedr. 1, 29, 1. Quamuis ille felix ſit, ſicut eſt, tamen, *etc.* Cic. pro Roſc. Amer. 22. Idem Fam. 1, 15 Quamuis paruis Italiae latebris contentus eſſem. Idem pro Roſc. Amer. 47 Quaſi vero mihi difficile ſit, quamuis multos nominatim proferre. Cic. Verr. 2, 154 Inueſtigare, adire, appellare, corrumpere, quiduis facere in eiuſmodi rebus, quamuis callide, quamuis audacter, quamuis impudenter. Lucret. 4, 157 Et quamuis ſubito, quouis in tempore, quamque Rem contra ſpeculum ponas, apparet imago.

QVAMQVAM, *vid.* QVANQVAM.

QVANDO. Adu. *Temporis.* [ὅτε, πότε, ὁπότε, ἡνίκα, πηνίκα] *Quo tempore, vel relatiue, vel cum interrogatione.* Vtinam tunc eſſem natus, quando Romani, *etc.* non eſſem paſſus, *etc.* Cic. Off. 2, 75. Ter. Heaut. 2, 2, 9 Iam aderunt. CLIN. quando iſtuc erit? Cic. in Piſon. 49 Quando hoc bellum aut hic ordo, aut populus ſuſceperat? Idem Fam. 9, 1 Ex his literis, quas Atticus a te miſſas mihi legit, quid ageres, et vbi eſſes, cognoui: quando autem te viſuri eſſemus, nihil ſane ex eisdem literis potui ſuſpicari. Si quando *i. aliquando* Scribon. 90. 163. *Qui etiam pro ſi forte ponit* 107. 122. Quando gentium, *ea forma qua* Vbi locorum, *et* Nuſquam gentium. Plaut. Amph. 4, 3, 6 Quis te miſit furcifer? S. qui me rogat. A. quando gentium? S. dudum. ¶ 2 Quando, *vt* Quandoquidem *etiam eſt cauſalis.* Virg. Aen. 1, 265 Quando haec te cura remordet. Ter. Adelph. 5, 3, 16 Quando ego tuum non curo, ne cura meum. Idem Eun. 1, 2, 116 Meus fac ſis poſtremo animus, quando ego ſum tuus. *Add.* Id. Adelph. 3, 2, 50 *et ad h. l.* Donat. *conf.* Lucan. 4, 811, Nec fluminibus aggeſta *terra* laudabilis, quando ſeneſcant fata quaedam aqua Plin. 17, 4. Liu. 34, 34 Bene vertat, inquit, obſideamus Lacedaemonem, quando ita placet. Cic. Fam. 10, 12 Quam quando complexus es et tenes.

QVANDOCVNQVE. Adu. [ὁποτεοῦν] *i. Quocunque tempore.* Columel. 2, 10 Quandocunque in vſus promſerimus, integram lentem reperiemus. Plin. 29, 1 ſ. 7 Quandocunque iſta gens ſuas literas dabit, omnia corrumpet. *de Graecis.* ¶ 2 Aliquando *ſignificat* Hor. Serm. 1, 9, 33 Garrulus hunc quando conſumet cumque. Ouid. Triſt. 3, 1, 57 Quandocunque, precor, noſtro placata parenti Isdem ſub dominis conſpiciare domus. *Et* Met. 6, 544 Quandocumque mihi poenas dabis: *i. aliquando certe, licet finire tempus non poſſim.*

QVANDOLIBET. Adu. *Quandocunque.* Neceſſe eſt, vt mortem recipiat quandolibet, quoniam corporalis eſt Lactant. de Opif. Dei 4, 7.

QVANDOQVE. *Idem quod* Quandocunque, *ex quo contractum eſſe videtur.* Omni in re poſſe, quod deceat, facere, artis et naturae eſt: ſcire, quid quandoque deceat, prudentiae Cic. de Orat. 3 c. 55. Et quandoque mihi fortunae arriſerit hora Non ſine honore tuum patiar decus Petron. c. 133. Hor. Carm. 4, 1, 17

Et quandoque potentior
Largis muneribus riſerit aemuli,
Albanos prope te lacus
Ponet marmoream ſub trabe Cypria.

Porphyr. Quandoque pro Quandocunque poſitum eſt. Et eſt ſenſus: quandocunque apud puellam potior riuale ſuo fuerit, quamuis ille muneribus commendare ſe ei conatus ſit, marmoreum ſignum ei et templum decorum ſtatuet. *Hactenus Porphyr.* Idem in Arte Poët. 359

Sic mihi qui multum ceſſat fit Choerilus ille,
Quem bis terque bonum cum riſu miror: idemque
Indignor quandoque bonus dormitat Homerus.
Verum operi longo fas eſt obrepere ſomnum.

Quemadmodum ſi forte aliquid eruditum elegansque protulit Choerilus malus Poeta, vt portenti ſimile dicit ſe Flaccus mirari: ita etiam aegre ferre ac ſtomachari, ſicubi negligentior viſus eſt Homerus, qui tamen excuſatione non careat: opere enim in longo fas eſt obrepere ſomnum. Quandoque oſſa Capyis detecta eſſent, fore, vt *etc.* Suet. Caeſ. c. 81. Vitam, quam acciperent, pignori futuram eſſe dixerunt, redditurі quandoque repetiſſet Curt. 7, 10, 9. *conf.* Sen. Q. N. 3, 28. Iulianus l. 10 D. de Legibus, SCtis et longa conſuet. Neque leges, neque SCta ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus, qui quandoque inciderint, comprehendantur. *Et* l. 27 eod. Tertullianus *ait:* Semper quaſi hoc legibus ineſſe credi oportet, vt ad eas quoque perſonas et ad eas res pertinerent, quae quandoque ſimiles erunt. *Et ex* Edicto Vlpian. l. 1 D. Quod quisque iuris §. 1 Qui magiſtratum poteſtatemue habebit, ſi quid in aliquem noui iuris ſtatuerit; ipſe, quandoque aduerſario poſtulante, eodem iure vti debet. *Et mox iterum:* Quandoque poſtea aduerſario eius poſtulante. *Sic* l. 4 D. §. 1 de re milit. Ad beſtias datus ſi profugit — quandoque inuentus capite puniendus eſt. *Vide etiam Antonium Auguſtinum Emendation. 3, 7. et Hotomanum in Commentario verbor. iuris, et Lambinum in Horatium. Aliquoties* Liuio *et* Columellae *reſtituit pro* Quandocunque, *quod editores ſubſtituerant,* Gronouius. *Vid. ipſe et* Drakenb. *ad* Liu. 1, 31, 4 *vbi edidit* Drakenb. Manſit certe ſollemne, vt quandoque idem prodigium nunciaretur, feriae per nouem dies agerentur. ¶ 2 Aliquando *ſignificat* Cic. Fam. 6, 19 *extr.* Ego me Aſturae diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat. *Etiam quandocunque ita poni, obſeruauimus. Sic* Plin. Pan. 10 Vt quandoque inter poſteros quaereretur. *Et* 28 Ex his quandoque naſcentur, quibus alimentis opus non ſit. Tac. Ann. 6, 20, 3 *ex perſona Tiberii,* Et tu, Galba, quandoque deguſtabis imperium. *Sic Sulla de* Caeſare *apud* Sueton. 1 Quandoque optimatium exitio futurum. *De praeterito* Paulin. 8 Natali Felic. 259 Ceu quandoque ferae circumiacuere Prophetam, *leones Danielem.* ¶ 3 *An* Interdum *ſignificet, diſputatur. Prouocant, qui affirmant, ad* Cic. de Sen. 31 c. 10 Ille dux Graeciae nuſquam optat, vt Aiacis ſimiles habeat decem, at vt Neſtoris quandoque; quod ſi acciderit *etc. Sed primo optimi quique non agnoſcunt illud* quandoque: *deinde ſi Tullii ſit, non ſignificat interdum, ſed aliquando, vt aliquando habeat. Porro dicunt, Quandoque illud Horatianum de Homero, quod ante allatum eſt, ab ipſo* Quinctiliano *explicari per* interim *ſ. interdum.* 10, 1, 24 Cum Ciceroni dormitare interim Demoſthenes, Horatio vero etiam Homerus ipſe videatur. *Sed non obſeruant, Fabium non adnumerare verba, ſed dicere, quid ſequatur ex iis, quae de Homero Horatius, Tullius de Demoſthene dicant. Nam profecto* interim *i. interdum dormitare Homerum neceſſe eſt, ſi indignatur Horatius* quandoque *ille dormitat etc. Nec praeſidium habet hic intellectus in* Feſto, *voce* Tongere, Et vincere etiam quandoque videtur ſignificare. *Nam verba* etiam quandoque *ſunt ex coniectura lacunae explendae cauſa aſſumta. Sed extra dubitationem eſt* Sen. Nat. Qu. 1, 1 *extr.* Quandoque igitur fiunt trabes, quandoque clipei. *Sic* Celſ. 6, 6, 1 *pr.* Nonnunquam per duos menſes durat, quandoque breuius finitur. Colum. 7, 3, 13 Submitti tamen etiam in vicinia vrbis quandoque oportebit. *Sed MS. Gorſ.* quintum quemque, *quod ſententiae pulchre conuenit.*

QVANDOQVIDEM. [ὅτε, ὁπηνίκα, ἐπειδήπερ] *Coniunctio cauſalis.* Ter. Hec. 3, 5, 42 Illique exopto, vt reliquam vitam exigat cum eo viro, me qui ſit fortunatior: quandoquidem illam a me diſtrahit neceſſitas. Cic. Verr. 2, 9 Vrbes ac ſedes ſuas relinquerent, quandoquidem iam ante iſtius iniuriis exagitati reliquiſſent. Quandoquidem tu iſtos oratores, inquit, tantopere laudas, vellem, *etc.* Idem de Clar. Orat. 163. Quandoquidem honeſtum ipſa virtus eſt Idem de Finib. 5, 66 c. 23. *add. ib.* 37 c. 13. Dicite, quandoquidem in molli conſedimus herba Virg. Ecl. 3, 55. Quandoquidem apud te nec auctoritas ſenatus, nec aetas mea, nec virtus nobilitasque magiſtri equitum valet Liu. 8, 35. *conf.* Id. 6, 38. Ter. Andr. 3, 2, 7 Deos quaeſo, vt ſit ſuperſtes: quandoquidem ipſe eſt ingenio bono. Cic. Philipp. 2, 101 Quandoquidem hae quondam arationes Campani et Leontini in Populi Romani patrimonio grandi fenore et fructuoſae ferebantur.

QVANQVAM, *vel* QVAMQVAM. Coniunctio, [καίτοι, καίπερ] *idem ſignificans quod Tametſi.* Virg. Aen. 2, 12 Quamquam animus meminiſſe horret. Ter. Adelph. 2, 1, 51 Id quoque poſſum ferre, ſi modo reddat, quamquam iniurium eſt. Idem Heaut. 1, 1, 1 Quamquam haec inter nos nuper notitia admodum eſt, inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es, *etc.* tamen vel virtus tua, *etc.* Cic. in Partit. 127 Quamquam vterque, tamen, *etc.* *Et* Offic. 1, 7 Ea quamquam pertinent ad finem bonorum, tamen id minus apparet. Virg. Aen. 2, 533 Hic Priamus, quamquam in media iam morte tenetur. Cic. Acad. 4, 75 Parmenides, Xenophanes minus bonis quamquam verſibus, ſed tamen illis verſibus increpant eorum arrogantiam. Ter. Eun. 1, 2, 92 Quamquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror id fieri poſſe maxime, veruntamen potius quam te inimicum habeam, faciam vt iuſſeris. Cic. de Orat. 2, 197 Quamobrem hoc vos doceo, Sulpici, *etc.* quamquam te quidem quid hoc doceam? qui, *etc.* Idem de Nat. Deor. 3, 41 Quamquam quem potiſſimum Herculem colamus, ſcire ſane velim. In integro res nobis erit, quamquam quicum loquor? *etc.* Cic. Fam. 15, 16. *Quamquam, Subiunctiuo additum non propter ſe tamen, ſed cum alias illum requirit ſermonis ratio.* Cic. de Orat. 2, 1 Quamquam ita ſe rem habere arbitrarentur. Idem ibid. 1, 21 Quamquam vis oratoris, profeſſioque ipſa bene dicendi hoc ſuſcipere ac polliceri videatur. *Alii legunt* Videtur. *add.* Tuſc. 5 c. 33.

QVANTVS, a, um. [ὅσος, πόσος, ἡλίκος] *Modo relatiuum, modo indefinitum, modo interrogatiuum eſt, refertur que ad numerum, et pondus et menſuram.* Quantum et quale vlcus Scribon. 229. Ter. Heaut. 2, 3, 9 Vae miſero mihi, quanta de ſpe decidi! Idem Eun. 5, 4, 3 Quantam, et quam veram laudem capiet. Cic. pro Sulla 76 c. 27 Quantas audacias, quam incredibiles furores, quantos aceruos facinorum reperietis? *Et* Tuſc. 1, 86 Is propagatione vitae, quot, quantas, quam incredibiles hauſit calamitates? Cic. pro Sext. 24 Ab eo prouincias acciperent, quas ipſi vellent: exercitum et pecuniam quantam vellent. Idem pro Cluent. 87 Quum ipſa pecunia, quae Staleno data eſt, numero ac ſumma ſua, non modo quanta fuerit, ſed etiam ad quam rem data fuerit, oſtendat. Quanti eſt negotii? Plaut. Truc. 2, 7, 29. Quanti et quam multi mortales Salluſt. ad Caeſarem de Republ. ordinanda. Quantis animis ierit in Quintium Lucullus Salluſt. Hiſt. 3 in oratione M. Lepidi Trib. pleb. ad plebem. Cic. de Orat. 3, 51 Qualis oratoris et quanti hominis in dicendo putas eſſe hiſtoriam ſcribere? Parit oua, *(tanta)* quanta anſeres Plin. 8, 25 *de Crocodilo.* Cic. de Amicit. 76 c. 20 Niſi quot tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum ſtudiorumque diſtantia. Heus heus, quanta haec mea paupertas eſt, tamen adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mihi eſſet fides Ter. Phorm. 5, 8, 10. *al.* Quanta quanta, *vel* quantacunque. Quanta mea ſapientia Plaut. Stich. 1, 2, 62. Cic. Att. 7, 1 Videre mihi videor tantam dimicationem, *etc.* quanta nunquam fuit. Idem ad Brut. 3 Nam tantae multitudinis, quantam capit vrbs noſtra, concurſus eſt ad me factus. Liu. 9, 38 Profecto Qu. Fabii trans Ciminiam ſiluam quantum Romae terrorem fecerat, tam laetam famam in Samnium ad hoſtes tulerat. ¶ 2 Quanti, ae, a, *pro quot.* Lucret. 5, 46 Quantae conſcindunt hominem Cuppedinis acres Sollicitum curae? quantique perinde timores? Propert. 1, 5, 17 At tibi curarum millia quanta dabit? *Et* 1, 12, 4 Tam multa illa meo diuiſa eſt millia lecto, Quanta Hypanis Veneto diſſidet Eridano. Manil. 3, 415 Et quantis in vtrumque modis tollentur adortus, Diuerſam in ſortem tantis mergentur ad vmbras. Stat. Silu. 4, 3, 49 O quantae pariter manus laborant! *Et* 153 *ex perſona Sibyllae,* Annos perpetua geres iuuenta — Et quantas ego Delium popoſci. Id. Theb. 11, 160 Vt lamentabile tantis Vrbibus induerem capiti decus.

Valer. Flacc. 2, 563 Quot mihi poſt lacrimas, poſt quanta piacula patrum Serus ades? *Et* 3, 261 Heu ſocii quantis complerunt litora monſtris. Iuſtin. 12, 15 Scire vaticinarique ſe, ac paene oculis videre dixit, quantum ſit in hoc certamine ſanguinis fuſura Macedonia, quantis caedibus, quo cruore, mortuo ſibi parentatura. Claudian. de Conſ. Honorii 3, 126 Quanti tum iuuenes, quantae ſpreuere pudorem Spectandi ſtudio matres? *vid. Barth.* p. 122. Sidon. Apoll. Carm. 2 ſ. Paneg. Anthem. 22 Suffragia tot ſunt, quanta legit mundus. Terentian. p. 2427 *pr.* Maurus item quantos potui cognoſcere Graios? *i. quot, quam paucos?* Tertull. Apol. 1 Et ſunt tanti, quanti et denotamur, *i. tot* quot. *Et eod.* Quanti enim ad malum performantur? *Et* c. 40 Chriſtianos ad leonem! Tantos ad vnum? *Et* 50 *in fine libri,* Nec tamen tantos inueniunt verba diſcipulos, quantos Chriſtiani factis docendo. Tertull. de Anima 30 Tantae vrbes iam, quantae non caſae quondam. *Et* ad Scapulam 4 Et quanti honeſti viri. *Denique* de Reſurrect. carn. 42 Quantos enim licebit vel pridianos inueniri. Hieron. Ep. ad Caſtruc. T. 1 f. 92 Quantos cernimus Ethnicos atque Iudaeos, — volutari in coeno libidinum? *Et* Apol. adu. Rufin. ad fin. T. 2 f. 94 Quanti in ſomnis diuites apertis oculis repente mendici ſunt? Lactant. 4, 15, 16 Vocauit diſcipulos ſuos Chriſtus, quaerens, quantos ſecum geſtarent cibos, *i. quantum cibi, vel quot panes adeo.* Id. 3, 19, 27 Quanta hominum millia. *Ne de Ambroſio, Auguſtino, ICtis, aliquid dicamus.* ¶ 3 Quanti, *Genitiuus, verbis pretii ſolet addi, intellecto nimirum hoc ipſo Genitiuo,* pretii. Ter. Eun. 5, 6, 14 Emit! peri hercle: quanti? P. viginti minis. Id. Adelph. 5, 9, 20 Ob eam rem? D. ob eam. poſtremo a me argentum, quanti eſt, ſumito. i. e. Quanto pretio valet, inquit Donatus. Cic. Acad. 4, 120 Quanti libertas iſta aeſtimanda eſt, non mihi neceſſe eſſe quod tibi eſt? *conf.* Id. de Nat. Deor. 1 c. 20. Quanti ea res erit, et Quanti eam rem eſſe apparet, idem valent: in vtraque enim clauſula placet veram rei aeſtimationem fieri Vlpian. l. 179 de verb. ſignif. *hoc eſt, non ad id, quod intereſt: ſed ad verum rei pretium pertinent.* vt l. Arbitro, de dolo mal. l. Praetor. 4 §. Haec autem. Vi bon. rapt. *Interdum autem id etiam, quod intereſt, complectitur.* vt l. 4 de Damno infecto. *Hinc formula apud* Valerium, Q. E. R. E. T. P. I. R. D. T. Q. D. D. D. P. F. Quanti Ea Res Erit, Tantae Pecuniae Iudicium Recuperatorium Dabo, TeſtibusQue Duntaxat Decem Denuntiandi Poteſtatem Faciam. Quanti intereſt legatarii, moram factam non eſſe, Africanus l. Qui vſum fr. §. vlt. D. de vſufr. et quemadm. *conf.* l. 3 §. 3 D. de itinere actuque pr. Quanti minoris Vlpian. in l. Iulianus D. de action. emt. et vend. Qui pecus morboſum, aut tignum vitioſum vendidit, ſiquidem ignorans fecit, id tantum ex emto actione praeſtaturum, quanti minoris eſſet emturus, ſi ita ſciſſet. *Paullo poſt,* Qui furem vendidit, aut fugitiuum: ſiquidem ſciens, praeſtare debebit quanti emtoris interfuit non decipi: ſi vero ignorans, circa fugitiuum quidem tenetur, quanti minoris emturus eſſet, ſi eum fugitiuum ſciſſet. *Videtur quibusdam legendum* Quanto minoris. Pluris Senatus aeſtimaſſet quam quanti eſſet annona Cic. Verr. 3, 195. Quanti emi poteſt minimo Plaut. Epid. 2, 2, 110. Quanti plurimi res eſt l. 21 et l. 25 D. ad L. Aquil. Quanti plurimo, *et* Quanti minimo Vlpian. in l. Ex emto D. de act. emti et venditi. Idem ait, non tradentem quanti intereſt condemnari: ſatis autem non dantem, quanti plurimo auctorem periclitari oportet. *Paullo poſt,* Emtorem noxali iudicio condemnatum, ex emto actione id tantum conſequi, quanti minimo defungi potuit. *Quae locutio ſic reſoluitur: Tanti damnari debet venditor, quanti periclitari oportet emtorem, quum plurimo periclitatur, id eſt plurima pecunia.* Quanti minimo defungi potuit, *id eſt, quanti defungi poteſt, quum minimo defungitur et explicatur.* Quanti conductum erit aut locatum Cato 144. Sed quanti quanti bene emitur, quod neceſſe eſt Cic. Att. 12, 23. Quanti eſt ſapere! Ter. Eun. 4, 7, 21. *Paraſitica adulatio, vel irriſio potius. Paullo aliter* Plaut. Perſa 4, 4, 46 Quantum eſt adhibere hominem amicum, vbi quid geras. Quanti eſt ad famam Cic. pro Muraen. 38. Quanti fuerit. Plaut. Capt. 1, 2, 42 Ego poſtquam gnatus tuus potitus eſt hoſtium, expertus quanti fuerit, nunc deſidero. Quanti penderes illam, nunquam oſtendiſti Ter. Heaut. 1, 1, 103. Cic. Qu. Frat. 1, 2, 4 Noli ſpectare quanti homo ſit, parui enim pretii eſt, qui iam nihil ſit. Idem Fam. 2, 16 An dubitas, quum ſcias quanti cum illum, tum vero Tulliam meam faciam? Cic. Fam. 7 (19) Vide, quanti apud me ſis. Quanti veheret, interrogaui Quinctil. 4, 2. Cic. Verr. 5, 111 In qua docet, quot a ciuitate ſua nautas acceperit, quot, et quanti quemque dimiſerit. *i. Quanta pecunia accepta.*

QVANTVM. Adu. *Quantitatis vocant: plerumque autem ſubſtantiue poſitum intelligi poteſt.* Quinctil. 4 prooem. Vt quantum nobis exſpectationis adiecit, tantum ingenii aſpiret. Et quantum vertice ad auras Aetherias, tantum, *etc.* Virg. Georg. 2, 292. Idem Aen. 4, 446. *et* Ecl. 1, 26. Numantia, quantum Carthaginis, Capuae, Corinthi opibus inferior, Ita virtutis nomine et honore prae omnibus Flor. 2, 18, 1. Quantum animis erroris ineſt! Ouid. Faſt. 2, 789. Quantum peditum Tacit. Hiſt. 4, 33. Idem in Vita Agric. 33 Quantum enim tranſiſſe militum, ſi ſeſe Britanni numerent? Ter. Phorm. 1, 2, 3 Accipe, hem lectum eſt, conueniet numerus, quantum debui. *Et* Andr. 3, 2, 4 Quod iuſſi ei dare bibere, et quantum imperaui, date. Plin. Epiſt. 9, 39 Quantum ad porticus, nihil interim occurrit, quod videatur iſtinc eſſe repetendum. *h. e. Quod autem attinet ad porticus.* Quantum attinet ad antiquos homines noſtros, ante, *etc.* Varr. de R. R. 1, 10. Quantum eſt adhibere hominem amicum, vbi quid geras! Plaut. Perſ. 4, 4, 46. *h. e. Quam confert et praeſtat. vid.* Quanti eſt! *in* QVANTVS n. 3. Idem Amph. 1, 1, 198 Neſcio, quantum tu familiaris ſis: niſi actutum hinc abis, *etc.* Cic. pro Cluent. 51 Sic ad omnia confugi, quantum ego Aſſequi potui, remedia, ac perfugia cauſarum, vt *etc.* Quantum hunc Audiui facere verborum Plaut. Milit. 2, 6, 13. Cic. Att. 2, 9 Quantum coniectura Auguramur, ſi erit nebulo iſte cum his Dynaſtis in gratia. Quantum Ego opinione Auguror Cic. pro Muraen. 65. Quantum quiſque ſua numorum ſeruat in arca, Tantum habet et fidei Iuuenal. 3, 143. Omnium quantum Eſt qui viuunt homo hominum ornatiſſime Ter. Phorm. 5, 6 (5) 14. Cic. pro Roſc. Amer. 35 Tres ſunt res, quantum ego Exiſtimare poſſum, quae obſtent hoc tempore Sexto Roſcio. Ter. Heaut. 5, 2, 31. Cic. Fam. 3, 8 Etſi, quantum Ex litteris tuis intellegere potui, videbam te hanc epiſtolam, quum ad vrbem eſſes, eſſe lecturum. Quantum illa aetas capit Quinctil. 2, 4. Quantum ex ipſa re coniecturam facio Ter. Heaut. 2, 3, 25. Cic. de Legib. 3, 37 Nec mihi placet, nec Attico noſtro, quantum E vultu eius intelligo. Ter. Andr. 1, 3, 2 Enimuero Daue, nihil loci eſt ſegnitiae, neque ſocordiae, quantum Intellexi modo ſenis ſententiam de nuptiis. Quantum ego Scio Scribon. 171. Quantum ego Sentio Cic. Acad. 4, 140. Quantum Suſpicor Te Eun. 1, 2, 62. Liu. 26, 38 Daſius Annibali amicus, Blattius, quantum ex tuto Poterat, rem Romanam fouebat. Idem 25, 23 Simul altitudinem muri, quantum proxime coniectura (*metiri*) Poterat, permenſus. Quantum ego illum vidi, nonnihil timeo miſera Ter. Eun. 4, 1, 1. *i. Quantum intelligere potui ex illius geſtibus.* Cic. Qu. Frat. 1, 1, 29 c. 13 Neque te patiar (quantum in me erit) cum exceptione laudari. Idem pro Arch. 11 Huic profecto ipſi, quantum eſt Situm in nobis, et opem et ſalutem ferre debemus. *i. Quantum per nos fieri poteſt. Saepius tamen per eclipſin dicimus,* Quantum in me eſt. *Velut per parentheſin,* Salluſt. in Iugurth. 31, 22 Nam et illos, quantum importunitatis habent, parum eſt impune male feciſſe, niſi deinde faciundi licentia eripiatur, *i. pro ſua importunitate, quae eſt illorum importunitas.* Sueton. in Veſp. c. 4. Id de Imperatore Romano, quantum euentu poſtea praedictum patuit, Iudaei ad ſe trahentes rebellarunt. Propera, quantum poteſt Plaut. Poen. 3, 1, 64. *ſc. fieri. add.* Id. Aul. 2, 9, 2. Quantum poteſt. *i.* Celerrime, *vt ait* Donatus. Ter. Eun. 5, 1, 20 Comprehendi iube quantum poteſt. Idem Phorm. 5, 8, 3 Quantum poteſt, nunc conueniendus Phormio eſt, priusquam *etc.* Ter. Phorm. 4, 3, 69 Quantum potes me certiorem inquit, face. Cic. de Finib. 2, 39 Quantum enim potero, minuam contentiones. Plin. Epiſt. 3, 21 Dedit enim mihi quantum maximum potuit, daturus amplius ſi potuiſſet. Columel. 12, 21 Exploratum habeat quantum plurimum ſalſae aquae vinum quod fecerit, ſine offenſa guſtus pati poſſit. Quantum plurimum poteſt, iſta beneficia deuitet Sen. Ep. 8. Ter. Eun. 5, 2, 5 Vbi vidi, ego me in pedes, quantum queo, in angiportum quoddam deſertum. Deeſt in hoc loquendi genere, Cito, aut velociter: vt ſit, Quantum cito queo. Sic declarandum, Quantum poſſum, et quantum potes. Idem Andr. 5, 2, 20 Sublimem hunc intro rape, quantum potes. *i.* Quam cito poteris; quaſi dicas, celerrime. Quantum cochlearia tria, quatuor *etc.* Scribon. 119. 141. Quantum faba Id. 125. Quantum fabae Aegyptiae 144. — nucis iuglandis 143. Immane quantum, Immenſum quantum, Incredibile quantum, Mirum quantum, Nimium quantum, Plurimum quantum, Permirum quantum, *vid. ſſ. ll. conf. G. Fabric. Caſt. in* Ter. Phorm. 4, 3. *L. Carrio Lect. Ant.* 2, 9 *et* 13. *et Emend.* 2, 18. *A. Schott. Obſ.* 5, 8.

QVANTO. Adu. [ὅσῳ] *Comparatiuo iungitur, eique reſpondet* Tanto. Ter. Heaut. 3, 1, 15 Et quanto diutius abeſt, magis cupio tanto, et magis deſidero. Quanto caelum aſperius, tanto et corpora et ingenia duriora Iuſtin. 2, 1, 13. Virg. Georg. 4, 412 Sed quanto ille magis formas ſe vertet in omnes, Tanto *etc. Omiſſo redditiuo.* Quanto fecundior eſt, celerius ſeneſcit Columel. 7, 9, 3. Propinqua moenia, quanto plus ſpei ad effugium, minorem ad reſiſtendum animum dabant Tac. Hiſt. 3, 18, 5. Lucret. 3, 200 Igitur parviſſima corpora quanto Et leuiſſima ſunt, ita mobilitate fruuntur. *Cum Superlat.* Quanto prima Romanae vrbis virgo nobilis eſſe coepiſti, tanto tibi amplius laborandum eſt, ne *etc.* Hieron. ad Euſtoch. de Caſt. virg. Lucret. 4, 79

Et quanto circum mage ſunt incluſa Theatri
Moenia, tam magis haec intus perfuſa lepore
Omnia conrident.

Et 4, 110 Quoniam primordia tantum
Sunt noſtros infra ſenſus tantoque minora
Quam quae primum oculi coeptant non poſſe tueri.

Sic 6, 458 Fit quoque vbi montis vicina cacumina caelo
Quam ſint quaeque magis, tanto magis edita fument.

Sic 4, 252 Quanto plus aëris ante agitatur
Et noſtros oculos perterget longior aura
Tam procul eſſe magis res quaeque remota videtur.

Quanto magis *et* tam magis *ſibi reſpondent etiam* 5, 453 ſq. *item* 484 *et* 488 *ac* 490. Apul. Apol. p. 275, 23 Laudis aſſuetudine quanto contumeliae inſolens, multo tanto ex animo laborat. Ter. Eun. 4, 5, 4 Vah, quanto nunc formoſior videre mihi, quam dudum! Ibid. 3, 3 *pr.* Profecto, quanto magis magiſque cogito, nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum. Cic. Acad. 1, 10 Quanto magis philoſophi delectabunt, ſi vt illi Aeſchylum *etc. Conf.* Cato *ap.* Chariſ. p. 192. Quanto plus delectationis habiturus eſt, quam ex illis ineruditis voluptatibus Quinctil. 1, 12. Quanto minoris *actiones in iure Ciuili duae reperiuntur, quarum altera Ciuilis, altera Aedilicia eſt.* Ciuilis, eſt quanto minoris emturus erat emtor, ſi vitium ſciſſet l. Iulianus D. de action. emt. Aedilicia, eſt quanto minoris res fuit contractus tempore, quam quanti emta eſt l. Quod ſi nolit §. ſi plures de Aedilic. edict. in P.

QVANTISPER, *vnde et* Aliquantiſper. Caecil. Fallacia, Velim Paulliſper experiri te, quantiſper non plus triduum. Pompon. Dotata, Poſſum exorare te, vt recedas a me paulliſper modo, quantiſper ſat habes. *ap.* Non. 11, 20.

QVANTOCIVS. Adu. Diſcede quantocius, ne me ob iniuriam tuam caeleſtis ira conſumat Sulpic. Seu. Dial. 3 c. 5.

QVANTOPERE. Adu. [ἐς ὅσον] *pro Quam valde: Quanto opere, vt* Magnopere, *quod diuiſim quoque adhiberi, ſ. l. oſtendimus.* Cic. Tuſc. 3, 6 Quamquam de vniuerſa philoſophia quantopere expetenda eſſet et colenda, ſatis, vt arbitror, dictum eſt in Hortenſio. Neque enim tantopere deſiderabam, *etc.* quantopere delector, *etc.* Cic. de Orat. 1, 164. Docet, quantopere Reipubl. communisque ſalutis interſit, manus hoſtium diſtineri Caeſ. B. G. 2, 5. Dici enim non poteſt quantopere gaudeant Cic. Att. 14, 6. *conf.* Plin. Paneg. c. 44.

QVANTVSQVANTVS, a, um. [ὁποσοσῶν] *i. Quantuſcunque.* Ter. Adelph. 3, 3, 40 Tu quantusquantus, nihil niſi ſapientia es. *Malunt quid in diuidere.*

QVANTVSCVNQVE. *Idem.* [ὁπηλικοσῶν] Cic. pro Corn. Balb. 56 Quae neque inuidioſa eſt, et quantacunque eſt, eiuſmodi eſt, vt conſeruata magis, quam corrupta eſſe videatur. Idem de Orat. 2, 122 c. 28 Atque ego is qui ſum, quantuſcunque ſum, *etc.* Philippus ludorum celebritatem, quantaecunque de Romanis tum victoriae Partae, fama auxerat Liu. 27, 31. Quantumcunque humoris eſt Columel. 12, 25. — ſalis Idem 12, 50. Cic. de Fin. 3, 34 c. 10 Nec rurſus in malis, quantumcunque eo addideris, in ſuo genere manebit. Ibid. 1, 10 c. 4 Quantumcunque poſſim. Quantumcunque potuerint Scribon. 198.

QVANTVSLIBET. *Idem.* Quantalibet facilitate Tac. Agr. 6, 3

6, 3. In quantalibet multitudine Plin. 8, 16. Idem 20, 6 Suppurationes quantaslibet ſanat, fractae incoctum fabae, atque ita in cibo ſumtum. Seruus erat quidam quantolibet ordine dignus Ouid. Faſt. 6, 669. *conf.* Liu. 9, 18. Quantumlibet ſtudioſe praeparetur arena Veget. de Re Mil. 3, 1.

QVANTVSVIS. Adi. *Idem.* [ὁπόσος βόλει] Liu. 26, 42 Tum ſitam ſuper portum ſatis amplum quantaeuis claſſi. *de Carthagine.* Sed tamen eſto iam quantouis oris honore Lucret. 4, 1165. Et manus vna regit quantouis impete euntem, *de naui* Ibid. 901. Ter. Andr. 5, 2, 15 Cum faciem videas, videtur eſſe quantiuis pretii. Donatus: Ad magnitudinem refertur Quantiuis, non ad paruitatem pretii. Plaut. Perſ. 4, 4, 73 Nomen atque omen quantiuis eſt pretii. *add.* Caeſ. B. G. 5, 28.

QVANTVMVIS. Adu. [ὁπόσον βόλει] Tu quantumuis licet excellas Cic. de Amic. c. 20. Plaut. Milit. 2, 2, 98 Quantumuis prolationum, dum modo nunc prima via inducamus, vera vt eſſe credat quae mentibimur. *al.* Quantum vis. *Nempe haec etymologia eſt. Damus hac formula ſiue concedimus alteri* quantum vult, *et tamen ſumimus ipſi quoque, quod inſtituimus.* Iſta quantumuis exigua ſint, in maius excedunt Sen. Epiſt. 85. Quantumuis ruſticus Hor. Epiſt. 2, 2, 39. Eloquentiae plurimum attendit, quantumuis facundus et promtus Suet. Calig. c. 53. *add.* Id. Claud. c. 20 *et* 21. Quantumvis ingenioſi Cic. Verr. 5 c. 16.

QVANTVLVS. *Diminut. a Quantus. Quam paruus.* Cic. Acad. 4, 82 Quantulus nobis videtur? *de Sole.* Idem de Legib. 2, 47 c. 19 Id autem quantulum eſt? Miſit coniectori quantulum viſum eſt de argento Cic. de Diuin. 2, 134. Etenim quantulum intereſt vtrum in Maſſici radices, an in Italiam alioue deducamini? Idem de Lege Agrar. 2, 65 c. 25. Quantulum refert, deponas an partiaris imperium? Plin. Pan. c. 8. Vt ne plus non aſſequamur, quam quantulum tu in dicendo aſſecutus es Cic. de Orat. 1, 133. Sed magni referre ea primum quantula conſtent Lucret. 2, 893. Quantula, *cui reſpondet* Tanta. Idem 3, 379

Quantula prima queant nobis iniecta ciere
Corpora, *etc.* — tanta
Interualla tenere exordia prima animaï.

QVANTVLVM. Adu. Cic. Verr. 3, 3 c. 1 Nos qui iam et quid facere, et quantulum iudicare poſſemus, oſtendimus. Hor. Serm. 2, 3, 124 Quantulum enim ſummae curtabit quisque dierum.

QVANTVLOMINVS. Adu. Tyrannum occidi: at patrem quantulominus quam occidiſti? Sen. Contr. 4, 27.

QVANTVLVSCVNQVE. Columel. 2, 11 Nam ſi nox inceſſit, quantulocunque humore, prius quam obruatur, corrumpitur: *i. paruulo etiam.* Cic. Att. 6, 9 Procura, quantulacunque eſt, Precianam hereditatem. Idem de Orat. 1, 135 c. 30 Sed de hac mea quantulacunque eſt facultate, quaeritis. Martial. 11, 15 Nam terra eſt illi quantulacunque grauis. Pars ego ſum cenſus quantulacunque tui Ouid. ex Pont. 4, 15, 14. Inque tuo iaceas quantulacunque toro Idem de Arte Am. 3, 264. Quantulacunque adeo eſt occaſio Iuuenal. 13, 183. Quantulumcunque aquae vel ciborum ineſt, pedibus euerritur Columel. 8, 3 *extr.* Cic. Verr. 2, 183 Sed tamen quidquid erit in his libellis, quantulumcunque videbitur eſſe, hoc quidem certe manifeſtum erit. Idem in Orat. 106 Ieiunas igitur huius multiplicis, et aequabiliter in omnia genera fuſae orationis aures ciuitatis accepimus, easque nos primi, quicunque eramus, et quantulumcunque dicebamus, ad huius generis dicendi, audiendi incredibilia ſtudia conuertimus. Quantulum id cunque eſt Cic. de Orat. 2, 97. Quantulicunque affectus ſint Sen. Epiſt. 85.

QVANTVLVSLIBET. Vlpian. in l. 4 §. vlt. D. de aedilit. edict. Non denique febriculam quantulamlibet ad cauſam huius edicti pertinere.

QVANTVLVSQVISQVE. Ipſius vitae quantuliquique fuerint progreſſus Gell. praef.

QVANTILLVS, a, um. Adi. *Diminut. a Quantulus.* Plaut. Capt. 1, 2, 90 Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet. Idem Pſeud. 4, 7, 95 Quantillo argenti te conduxit Pſeudolus? Quantillo mihi opere nunc perſuaderi poteſt Idem Truc. 2, 8, 7. Quantae e quantillis iam ſunt factae Plaut. Poen. 5, 3, 48. Idem Curc. 1, 2, 14 Sitit haec anus. PA. quantillum ſitit? PH. modica eſt, capit quadrantal. *conf.* Id. Bacch. 2, 3, 68. *et* Moſt. 3, 1, 90.

QVANTĬTAS, ātis. f. [ποσότης, πηλικότης] Id, quo quantum quid eſſe dicitur, aut iudicatur. Plin. 17, 24 Laborant et fame et cruditate, quae fiunt humoris quantitate. Qui nondum certus de quantitate hereditatis, perſuadente emtore, quaſi exiguam quantitatem, eam vendidit Imp. Anton. l. 4 C. de hered. vel act. vend. Ad operis quantitatem refertur Vlp. l. 21 §. 7 D. de op. noui nunc. Id. l. 34 §. 3 de Legatis et fideicommiſſ. 1 *diſtinguit inter* Corpus *et* Quantitatem. *Ponamus totam legem a* §. 2 *nec alia declaratione opus erit.* Sed duorum teſtamentorum eadem mihi res legata ſit, bis petere potero: vt ex altero teſtamento rem conſequar, ex altero aeſtimationem. Sed ſi non *corpus* ſit legatum, ſed *quantitas* eadem in eodem teſtamento ſaepius; Diuus Pius reſcripſit, tum ſaepius praeſtandam *ſummam*, ſi euidentiſſimis probationibus oſtendatur teſtatorem multiplicaſſe legatum voluiſſe — Quod eadem *res* ſaepius praeſtari non poteſt, eadem *ſumma* volente teſtatore multiplicari poteſt. Sed hoc ita erit accipiendum, ſi non certum *corpus* numorum ſaepius ſit relictum, vt puta, centum, quae in arca habet, ſaepius legauit: tunc enim fundo legato comparandum credo. *Eſt ergo* quantitas *eadem quae* ſumma: corpus *eſt* res *in indiuiduo, vt aiunt, ſpectata.* Paullus l. 2 Sententiarum, c. 32 Seruus, qui furtum fecerit, damnumue dederit, niſi id pro ſui quantitate dominus ſarcire paratus ſit, noxae dedi poteſt.

QVAPROPTER. Adu. *Interrogandi cauſam, vel inferendi.* [διὰ τί] Terent. Andr. 1, 1, 136 Magis id adeo, mihi vt incommodet, quam vt obſequatur gnato. SO. quapropter? SI. rogas? Idem Heaut. 1, 1, 14 Caue faxis, non eſt opus pater. CH. Quapropter? CL. quia *etc.* Sed quid eſt, quapropter nobis malum minitemini? Plaut. Bacch. 5, 2, 25. Idem Pſeud. 1, 5, 83 Animum aduorte nunc iam, quapropter expertam amoris gnati te habuerim. Terent. Adelph. 3, 2, 44 Non eſt vtile, hanc illi dari: quapropter quoquo pacto celato eſt opus. Quapropter nihil eſt quod metuas, ne quid mecum fingam Cic. Verr. 2, 180. Lucret. 1, 128 Quapropter quoniam, quae paullo diximus ante In commutatum veniunt *etc.*

QVAQVA. Adu. [ὅπῃπερ ἂν] Plaut. Epid. 5, 2, 9 Quaqua tangit omne amburit. *h. e. Quamcunque partem attingit.* Quaqua incedit Plaut. Mil. 2, 1, 14. *add.* Apul. Met. 2 p. 116. *it.* 6 p. 184. *et* 11 p. 258. Caeſar . . . Legatos quaqua verſum dimittere. *conf.* Apul. Met. 4 p. 145.

QVAQVE. *Idem.* Cic. Philipp. 9, 16 Circumque eam ſtatuam locum gladiatoribus, ludisque liberos, poſterosque eius, quaque verſus pedes quinque habere. *Legitur et* Quoqua, *it.* Quoque. Non vllo careat digito, quaque ierit, haſta Manil. 5, 311. *Bentleio eſt* 319 *et ita legitur:* Non illo coram digitos quaeſierit haſta, *intell. auctionum, vbi digitos tollunt emtores.*

QVAQVAM. Adu. *per locum.* Lucret. 1, 429 Si nullum foret: haud vsquam ſita corpora poſſent Eſſe, neque omnino quaquam diuerſa meare. *i. Neque omnino per vllam regionem, ſiue hanc, ſiue illam meare. Alii codices habent* Quoquam: *ſed ſic legit Lambinus, ex pl. manuſcriptorum: quem ſequitur Creech. et Hauerc.*

QVARE. Adu. *Interrogandi, de cauſa, vel eam inferendi.* [τίνος ἕνεκα] Ter. Andr. 5, 4, 6 Itane huc paratus aduenis: CH. quare? S. rogas? Cic. de Orat. 1, 71 c. 16 Namque illud quare, Scaeuola, negaſti? Id. pro Lege Manil. 49 Quare quum et bellum neceſſarium ſit, vt negligi non poſſit. Cn. Magnus ad Domitium, in Epiſt. ad Att. 8, 12. Miror, quid cauſae fuerit, quare conſilium mutaris Cic. pro Roſc. Amer. 41. Nec qui, nec quare in caelum abiit Petron. c. 37. *conf.* Barth. Adu. 42, 24. *Pluralem ſaepe excipit:* Permulta ſunt, quae dici poſſunt, quare intelligatur Cic. pro Roſc. Amer. c. 33. Multas res nouas in edictum addidit, quare luxuria reprimeretur Nep. 24, 2, 3 Quare, in principio orationis, *pro* Quamobrem. Cic. pro Quint. 12 Quare quod ſocium tibi eum velles adiungere, nihil erat. Idem Fam. 13, 72 (71) Quare ſic tibi eum commendo, vt *etc.* Quare agite o tectis iuuenes ſuccedite noſtris Virg. Aen. 1, 631. Cic. Fam. 10, 21 Omnia feci, quare Lepido coniuncto ad Rempubl. defendendam minore ſollicitudine veſtra perditis reſiſterem.

QVARTVS, a, um. Adi. *Numerale, Proximum a tertio ſignificans.* [τέταρτος] Liu. 24, 46 Eosque vbi quartae vigiliae ſignum cecinisſet, ad eum locum ſcalas iuſſit ferre. *conf.* Caeſ. B. G. 1, 21. Virg. Aen. 10, 619 Pilumnusque illi quartus pater, *i.* Abauus. Hora quarta Idem Georg. 3, 327. Quarta, *ſollemne verbum in Ciuili iure, quo illa variarum hereditatum portio deſignatur, quae variis ex cauſis, variis quoque perſonis conſtituto iure debentur, vt* Quarta agnatorum, Quarta arrogati, Quarta curiae, Quarta heredis ex lege Falcidia, Quarta Trebelliana, Quarta filiarum ex bonis rei maieſtatis, Quarta fiſcalis, Quarta liberorum, quae in Trientem, aut Quadrantem, pro numero liberorum, commutata eſt, Quarta matris, aut auiae Curialium, Quarta poſtumi, Quarta fidei commiſſarii, Quarta parentum praemortuis liberis, *quas ex libris iuris declarant, quorum ea curatio eſt, v. g. Hotomanus de Verb. quae ad ius pertinent ſignificatione.*

QVARTVM. Adu. [τέταρτον] *pro Quarto. vt,* Quartum Conſul. Liu. 3 T. Quintio quartum Conſule. *add.* 3, 66 *pr.*

QVARTO. Adu. Varro *apud* Gell. 10, 1 Aliud eſt quarto praetorem fieri, et quartum: quod *quarto* locum adſignificat, ac tres ante factos: *quartum* tempus adſignificat, et ter ante factum. Igitur Ennius recte conſcripſit: Quintus pater quartum fit conſul. Et Pompeius timide *etc. Reliqua vide in* TERTIO *ſub* TER.

QVARTVSDECĬMVS, a, um. Adi. [τεσσαρεσκαιδέκατος] *vt,* Quartadecima luna Plin. 2, 59. Dies Celſ. 3, 4. Legio Tac. Ann. 1, 70, 1.

QVARTADECIMANI, [τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι] Paullum dubitauerant Tacit. Ann. 1, . . *h. e.* Quartaedecimae legionis milites. Idem Hiſt. 2, 11, 2. ¶ 2 Quartadecimani *inter Chriſtianos ſaeculo ſecundo, qui Paſcha cum Iudaeis* quarta decima *die menſis Niſan celebrarent,* τεσσαρεσκαιδεκατῖται.

QVARTĀNVS, a, um. Adi. *diſtributiuum.* [τεταρταῖος] *vt,* Quartana febris, *quae quarto quoque die nouam acceſſionem habet, et ingraueſcit ac ſaeuit.* Cic. Fam. 16, 10 Sed quum in quartanam conuerſa vis eſt morbi (ſic enim ſcribit Curius) ſpero te diligentia adhibita etiam firmiorem fore. Idem Att. 8, 6 Modo enim audiui, quartanam a te diſceſſiſſe. *Et* de Nat. Deor. 3, 24 Vide, quaeſo, ſi omnis motus, omniaque quae certis temporibus ordinem ſuum conſeruant, diuina dicimus, ne tertianas quidem febres et quartanas diuinas eſſe dicendum ſit, quarum reuerſione et motu quid poteſt eſſe conſtantius? Febri quartana liberari Plin. 7, 50. Quartanas excutere, *h. e. Sanare* Idem 20, 6. Frigida quartana Horat. Serm. 2, 3, 290. Vetus quartana Vlpian. in l. 1 D. de Aedil. edicto. Quartani, *Quartae legionis milites* Tacit. Hiſt. 4, 37, 3 Dein mutati in poenitentiam primani, quartanique, et duodeuiceſimani Voculam ſequuntur.

QVARTANARIA tabula, *in vinea,* quae partem iugeri quartam quadrata conficiet Pallad. Ian. 11. *Sed MS.* quaternaria.

QVARTARIVS, i. m. *Quarta pars Sextarii.* Voluſ. Maecian. *extr.* Quadrantal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet — Sextarios quadraginta octo — Quartarios centum nonaginta duos. Cato R. R. 95, 1 Amurcae in vas aeneum indito congios duos: poſtea igne leui coquito: rudicula agitato crebro, vsque adeo, dum fiat tam craſſum quam mel. Poſtea ſumito bituminis tertiarium, et ſulphuris quartarium: conterito in mortario per ſe vtrumque. Columel. 12, 5, 1 In ſextarios duodequinquaginta fermenti libram, fici aridae pondo quadrantem, ſalis ſextarium: haec ſubterito, et ſubtrita cum quartario mellis aceto diluito. Liu. 5, 47 Cui vniuerſi ſelibras farris, et quartarios vini ad aedes eius, quae in arce erant, contulerunt. ¶ 2 Feſtus: Quartarios appellabant antiqui muliones mercenarios, quod quartam partem quaeſtus capiebant. Lucilius: Porro homines nequam malus, vt quartarius cippos Colligere omnes.

QVARTATO, Adu. *vid.* TERTIATO.

QVARTICEPS, *vid. ſub* QVADRICEPS.

QVASI. Adu. *Similitudinis.* [ὡς, ὥσπερ, ὡσεί, οἱονεί] Quaſi nunc eſt Plaut. Merc. 1, 2, 92. *et* 4, 2, 4. *i. ſicut.* Idem Stich. 4, 1, 33 Fuit olim, quaſi ego ſum, ſenex, et ei filiae duae erant, quaſi nunc meae ſunt: eae erant duobus nuptae fratribus, quaſi nunc ſunt meae vobis. Cic. pro Quint. 9. Qui quaſi ſua res aut honos agatur, ita diligenter Sexti Naeuii ſtudio et cupiditati morem gerunt. Idem Verr. 2, 187 Repente aſpicimus lituras eiusmodi, quaſi quaedam vulnera tabularum recentia. Idem Acad. 4, 40 Sed prius poteſtis totius eorum rationis quaſi fundamenta cognoſcere. Ter. Adelph. 4, 7, 21 Ita vita eſt hominum quaſi quum ludas teſſeris. *Vbi* Donatus: Rectum erat, ſi diceret, Ita vita eſt hominum quemadmodum teſſeris ludere, aut quemadmodum ludus eſt teſſerarum. Quaſi poma ex

arboribus, ſi cruda ſunt, auelluntur; ſi matura et cocta, decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas Sen. de Sen. c. 19. Locus et regio quaſi ridiculi turpitudine et deformitate quadam continetur Cic. de Orat. 2 c. 58. *vbi Pearce malit* et quaſi regio, *quod non poſtponi ſoleat* quaſi *voci ſuae*. *Qua quidem in re fallitur.* Cic. Fin. 2, 5 c. 2 Atque haec patefactio quaſi rerum opertarum — definitio eſt. Quaſi, *geminatum.* Aelius Spartianus in vita Antonii Getae c. 4 Qui quum contenderet, et diceret quaſi ioco, quaſi ſerio omnes cum liberis occidendos, *etc. i. partim.* Quaſi, *ſimulationem indicans*, Ter. Andr. 3, 2, 19 Quid credas? quaſi non tibi renuntiata ſint haec ſic fore. Idem Adelph. 3, 1, 3 Iam nunc times, quaſi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris? Cic. de Finib. 2, 6 c. 2 Quaſi ſit, qui, quid ſit voluptas, neſciat. *Et* 2, 7 c. 3 Quaſi me pudeat, inquit, iſtorum, aut non poſſim quemadmodum ea dicantur oſtendere. Idem Verr. 5, 129 Quaſi ego excitare filium eius ab inferis poſſem. *Add.* Plaut. Epid. 2, 2, 59. Illud non obſcure quaeruntur, quaſi deſciſcerem a priſtina cauſa Cic. Fam. 1, 9, 51, *loco Accuſatiui cum infinito.* Quaſi tu dicas me te velle argento circumducere. *i. Verba tua eo tendunt, vt dicas, etc.* Plaut. Pſeud. 2, 2, 40. Ter. Eun. 4, 4, 18 Tace obſecro: quaſi vero paullum interſiet. Cic. Fam. 3, 7 Non poteram (credo) ante hiemem: ſic enim ſcribis: quaſi vero ad cognoſcendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. Plaut. Merc. Prol. 90 Qui olim a puero paruulo mihi paedagogus fuerat, quaſi vti mihi foret cuſtos. ¶ 2 Quaſi, *pro Paene vel fere.* Cic. Acad. 4, 82 Quantulus nobis videtur? mihi quidem quaſi pedalis. *de ſole loquitur.* Ter. Heaut. 1, 1, 94 Quaſi talenta ad quindecim coëgi. Non. Cal. Febr. hora quaſi ſeptima Suet. Calig. c. 58. *Conf.* Plaut. Moſt. 3, 1, 95. *It.* Scribon. 122. 144. 161. *et ſaepius.* *Hinc eſt particula diminuendi, aut tollendi adeo id, cui adiicitur.* *Apud* Senec. Controu. 12 Seuerus Caſſius *de* Fabiano Maximo, Quaſi diſertus es, quaſi formoſus es, quaſi diues es: vnum tantum es, non quaſi, alapam: *quae quidem vltima videntur vel mutilata vel corrupta. Caeterum* Seneca *mox* Quaſi tricolum *vocat.* *Sic apud* ICtos Quaſi contractus, *eſt conuentio tacita, nec ciuilibus verbis pacta: ſed magis re ipſa in ſimilitudinem contrahentium contracta: qua obligantur, qui ſe vel alienis negotiis immiſcent, vel aliena absque aperto domini conſilio auferunt.* De illis quaſi contractibus, eſt titulus inſtitutionum. Quaſi poſſeſſio, Quaſi caſtrenſe peculium, *nobilia quoque apud Iureconſultos.* Quaſi poſſeſſione *ea retinere dicimur, quae corpora non ſunt: ſed iura, vt Praediorum dotes et onera, quas ſeruitutes dicimus vrbanorum et ruſticorum praediorum, item ea, quae ſolo iure conſiſtunt: vt actiones, obligationes, hereditates.* *Sic* quaſi caſtrenſe peculium *eſt, quod ad exemplum caſtrenſis pecuniae, filiusfamil. in Reipubl. geſtione acquirit.* *Eſt* tit. Digeſtorum de Peculio tam caſtrenſi, quam quaſi caſtrenſi. Permitto ſeruis, quaſi teſtamenta facere, vt legitima cuſtodio Plin. 8, 16. ¶ 3 *Obſ. Adduntur nonnunquam ſuperfluae particulae, vt,* educauit, quaſi ſi eſſet ex ſe nata Plaut. Caſ. v. 45. Aeque moeſtum eſſe, vt quaſi dies ſi dicta ſit Idem Aſin. 5, 1, 11. *Peculiare etiam illud* Spartian. Geta 4 Qui cum contenderet, et diceret quaſi ioco quaſi ſerio, omnes cum liberis occidendos, *i. partim, vel.*

QVASILLVS, *vid.* QVALVS.

QVASSO, QVATEFACIO, *vid.* QVATIO.

QVATĬNVS, *ſ. vt quidam ſcribunt* QVATINVS. Adu. [ὅσον, καθ᾽ ὅσον, ἐφ᾽ ὅσον] *ſignificat Quantum, ſiue ad quem finem.* Tenus *enim funiculum et finem eſſe, ſ. l. oſtenditur.* Cic. de Amicit. 36 c. 11 Quamobrem id primum videamus, ſi placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Idem Tuſc. 1, 107 Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit quatenus eſſet quodque curandum. *Et* de Orat. 2, 355 c. 87 Itaque ſoli qui memoria vigent, ſciunt quid, et quatenus, et quomodo dicturi ſunt. Ex ea parte, quatenus Cic. Fam. 4, 4 *pr.* Idem Fam. 1, 2 Poſtulatum eſt vt Bibuli ſententia diuideretur: quatenus de religione dicebat, Bibulo aſſenſum eſt. Liu. ab Vrbe cond. Italiae, niſi quatenus vallum caſtrorum cingit, nihil relinqueretis Poeno. ¶ 2 Quatenus, *pro Quoniam, vel quandoquidem.* Quatenus, heu nefas! virtutem incolumem odimus Hor. Od. 3, 24, 30. Plin. Epiſt. 3, 7 Et quatenus nobis denegatur diu viuere, relinquamus aliquid quo nos vixiſſe teſtemur. Sueton. in Claud. c. 26 Confirmauitque pro concione apud Praetorianos, quatenus ſibi matrimonia male cederent, permanſurum ſe in caelibatu. Quinctil. 6, 3 Propria tamen vis nominis, et exprimenda natura eſt, quatenus appellatione ipſa non ſatis ſignificari videtur. Feſtus: Quatenus ſignificat Qua fine, vt Hactenus, Hac fine. At Quatinus, Quoniam. Sed antiqui Quatenos dicebant: vt Scipio Africanus in ea oratione, quam ſcripſit poſtquam ex Africa rediit, Vti negotium natum erat quatenus caſtra noſtra ita munita erant, vt poſſes partem exercitus abducere. *Similia habet* Vet. Schol. *ad* Horat. 3, 24, 30. Caper de Orthogr. 2243 Quatenus per e Aduerbium eſt. Quatinus per i Coniunctio Cauſalis *etc.* *Sed vanum non minus hoc eſſe putamus, quam quod de* Protenus *et* Protinus *ibidem diſputat.* *Conf. Drakenb. ad* Liu. 2, 55, 9. *Caeterum ex loco Scipionis apud Feſtum, hoc patet, vetus etiam eſſe* Quatenus *pro* Quandoquidem. *Sic etiam* Lucret. 2, 926 Quatenus in pullos animales vertier oua Cernimus alituum — Scire licet, gigni poſſe ex non ſenſibu' ſenſus. *Antique ergo* Hor. Serm. 2, 4, 57 Quatenus ima petit volvens aliena vitellus. *Et* Serm. 1, 1, 63 — Iubeas miſerum eſſe libenter, Quatenus id facit. Vell. 2, 68, 4 Quatenus aliquid ex omiſſis peto, (*reuoco*) notetur *etc.* Iuuen. Sat. 12, 102 Quatenus hic non ſunt nec venales elephanti. ¶ 3 *Pro Coniunctione Cauſali*, *Et* Macrob. Saturnal. 2, 5 Non ſemel praeceperat ei pater, temperato tamen inter indulgentiam grauitatemque ſermone, quatenus moderaretur profuſos cultus, perſpicuosque comitatus.

QVATĬR, QVATERNVS, QVATERNARIVS, QVATERNIO, QVATERDENI, *vid.* QVATVOR.

QVATIO, ſſi, ſſum, ĕre. [σαλεύω, σείω] *Mouere cum violentia.* *Laudatur non recte* Liu. 1, 10 Carthaginis moenia nunc quatit ariete. *Formula Ennii, ſed, vt videtur, Poetae.* Plin. Epiſt. 7, 27 Manibus catenas gerebat, quatiebatque. Virg. Aen. 9, 608 Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello. Plin. 26, 4 Non ſatius fuit Aemilianum Scipionem Carthaginis portas herba patefacere, quam machinis clauſtra per tot annos quatere! Feſtus, Quatere, Suſpenſum et vicinum rei alicuius motum ſignificat, non, vt Verrius putat, Ferire, quum id ipſum verbum Concutere ex Praepoſitione, quae eſt, Con, et Quatere ſit compoſitum. Quaſſare autem, eſt Saepe quatere. *Haec ille, vt hoc certe intelligamus, qui* feriat, *cum non ſtatim quatere: qui quatiat, cum feriiſſe.* Terent. Eun. 2, 3, 66 Homo quatietur certe cum ſuo munere feras. Hor. Epiſt. 1, 10, 31 Res nimium quem delectauere ſecundae Mutatae quatient. Idem Carm. 3, 3, 4

Iuſtum et tenacem propoſiti virum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida.

h. e. Non excutit, nec dimouet mente firma et conſtanti, vel a conſilio et propoſito firmo. Virg. Aen. 8, 596 Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum: *ex* Ennio, ſummo ſonitu quatit vngula campum *apud* Macrob. Sat. 6, 3. Hor. Od. 1, 18, 12 Non ego te, candide Baſſareu, Inuitum quatiam, *i. ſacra tua mouebo.* Cic. Tuſc. 3, 12 c. 6 Eſt naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod Aegritudine quaſi tempeſtate quatiatur. Alas quatere magnis clangoribus Virg. Aen. 3, 226. Animum alicuius quatere, *vid.* ANIMVS. Artus vaſtos quatit aeger anhelitus Virg. Aen. 5, 200. Aures rumoribus Sil. 4, 7. Campos agmine Idem 1, 297. Cornipedem calce Sil. 13, 169. Comas faces quatiunt ſplendidas Catul. in Epithal. ſ. 59, 78. Virg. Georg. 4, 64 Tinnitusque cie, et matris quate Cymbala circum. Curſu quatere armenta Virg. Georg. 3, 132. Feneſtras parcius quatiunt iuuenes *vetulae* Hor. Od. 1, 25, 1. Flammas Virg. Cul. v. 218. Quati Fores interdum et ianuae perſtrepi Apul. Met. 3 p. 129. Virg. Aen. 2, 611 Neptunus muros, magnoque emota tridenti Fundamenta quatit, totamque a ſedibus vrbem Eruit. Haſtam certam quatit improbus Virg. Aen. 11, 767. *Add.* Petron. c. 124. *Fons eſt* Ennius, Semper abundantes haſtas frangitque, quatitque, *ap.* Macrob. Sat. 6, 3. Humum pede, *i. ſaltare* Hor. Od. 4, 1, 27. Lacertos quatit ille nudos Ouid. de Arte Am. 2, 89. Membra quatit frigidus horror Virg. Aen. 3, 30. Mentem ſacerdotum quatit Pythius Hor. Od. 1, 16, 5. Olympum graui curru quaties, *o Iupiter* Hor. Od. 1, 12, 58. Ora arida quatit Virg. Aen. 5, 200. Pectora quatit gemitu Valer. Argon. 5, 310. Pennas quatere Ouid. Met. 4, 676. Populum riſu quatere Hor. Epiſt. 2, 2, 84. *de homine ridiculo.* Taedam quatere manu Catul. in Epithal. Iuliae ſ. 59, 15. Telum immane manu quatiens Virg. Aen. 12, 442. Terrore quatere Populos Senec. Herc. Oet. ſ. 17. Tonitru quatiuntur caerula caeli Lucret. 6, 95. Et flammas et ſaeua quatit mihi Verbera poenae Virg. Cul. v. 218.

QVATIENS, entis. Partic. [σαλεύων] Virg. Aen. 11, 656 Tullaque, et aeratam quatiens Tarpeia ſecurim. *Add.* Idem 10, 762. Petron. c. 124.

QVASSVS, a, um. Partic. [σεσὸς] *Ruptus.* Plaut. Curc. 3, 26 Nam quid id refert mea: an aula quaſſa cum cinere effoſſus ſiet? Argutatio quaſſa lecti Catul. ad Flau. 6, 11. Membra quaſſa Ouid. in Ibin 17. Muri quaſſi Liu. 26, 51. Naues quaſſae Liu. 25, 3. Sen. de Ot. Sap. 30. Rates quaſſae Hor. Carm. 4, 8, 18. *et* 1, 1, 17. Multo Tempora quaſſa mero Ouid. Rem. Am. v. 146. Quaſſatus *et* Quaſſus *ſaepe confunduntur vid. Drakenb. ad* Liu. 10, 37, 2. Vox quaſſa Curt. 7, 7, 20.

QVASSVS, ûs. m. [τιναγμὸς] Cic. Tuſc. 2, 50 c. 21 Nam attrectatu et quaſſu ſaeuum amplificatis dolorem. *Ex* Pacuuio.

QVATEFĂCIO, fēci, factum, ĕre. [τινάσσω] *Concutere.* Cic. ad Brut. 10 Perrexi tamen, Romamque perueni, nulloque praeſidio quatefeci Antonium.

QVASSO, āre. Frequentat. [διασαλεύω] *Saepe quatere, et mouere.* Plaut. Merc. 3, 4, 15 Triſtis incedit, pectus ardet, haereo: quaſſat caput. Idem Epid. 3, 3, 55 Sed hic quis eſt, quem huc aduenientem conſpicor, ſuam qui vndantem chlamydem quaſſando facit? Idem Bacch. 2, 3, 71 Subducunt lembum capitibus quaſſantibus. *Vid.* Gell. 2, 6. *et* Macrob. Saturn. 6, 7. Non. 4, 60. Caput quaſſare Valer. Argon. 1, 526. Virg. Aen. 7, 292. Facem fumoſam Petron. c. 97. Lampada Virg. Aen. 6, 587. Tuſſis frequens quaſſauit me Catul. ad Fundum 42 (45) 14. Virg. Aen. 1, 555 Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem. Idem Aen. 4, 53 Quaſſataeque rates, et non tractabile caelum. Plin. Epiſt. 8, 17 Quaſſata atque etiam decuſſa monumenta. *Et* 6, 20, 6 Iam quaſſatis circum iacentibus tectis.

QVASSANS, antis. Partic. [διασαλεύων] Lucret. 4, 591 Cum Pan Pinea ſemiferi capitis velamina quaſſans, *etc.* Quaſſanti capite incedit Plaut. Aſin. 2, 3, 23.

QVASSĀTVS, a, um. Partic. [διασαλευθεὶς] Plin. 18, 26 Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, dolia quaſſata ſarcire. *Legitur et* Quaſſa. Corpus Suet. Aug. c. 81. Domus quaſſata Ouid. Triſt. 2, 83. Homo quaſſatus tempora Lyaeo Sil. 7, 201. *Vid.* QVASSVS. Exitiali Peſte quaſſati Ammian. 19, 4. Rates quaſſatae Virg. Aen. 4, 53. Cic. pro Marcell. 25 c. 8 Non fuit recuſandum in tanto ciuili bello, tantoque animorum ardore, et armorum, quin quaſſata Reſpubl. quicunque belli euentus fuiſſet, multa perderet et ornamenta dignitatis et praeſidia ſtabilitatis ſuae. Vaſa quaſſata Lucret. 3, 435.

QVASSATIO, ōnis. f. Liu. 22, 17 Quaſſatio irrita capitum, *de bubus Annibalis.* Quaſſationes cymbalorum Arnob. 7 p. 237. *Conf.* Macrob. Sat. 7, 15.

QVASSATV̄RA, ae. f. Plin. Valer. 4, 5.

QVASSANDVS, a, um. Ouid. de Arte Am. 1, 696 Quaſſanda eſt iſta Pelias haſta manu.

QVASSABĬLIS, e. Adi. *Quod quaſſari poteſt.* Lucan. 6, 22 Sed munimen habet nullo quaſſabile ferro.

QVASSABVNDVS, a, um. Macrob. Saturn. 5, 21 Herculem fictores veteres non ſine cauſa cum poculo fecerunt, et nonnunquam quaſſabundum et ebrium. Quaſſabundum, *i. Ex vino vacillantem, et velut caſabundum.*

QVASSAGIPENNVS, a, um. Adi. Quaſſagipennas anates, tremipedas Varro *dixit apud* Non. 6, 65.

QVATRIDVVM, QVATRIDVO, *vid.* QVATVOR.

QVATVOR, *vel* QVATTVOR. [τέσσαρες, τέσσαρα] *Nomen numerale cardinale, indeclinabile.* Virg. Ecl. 5, 65 — En quatuor aras. *Diſputarunt viri docti de primae ſyllabae quantitate. Nonnulli correptam eſſe volunt niſi duplicatur T, et pro exemplo afferunt illud Ennianum apud* Cic. de Diuin. 1, 108 Cedunt ter quatuor de caelo corpora ſancta. *Hoc autem rem non ſatis probat. Primo enim varia eſt lectio, et receptiſſima haec eſt, quae ſequitur,* Cedunt de caelo ter quatuor corpora ſancta. *Alio et* Quatuor *ſit vox diſſyllaba. Sic Chriſt. Waſius de Senario cap. 9 p. 103.* *Secundo, vtramuis lectionem accipias,*

acciſas, quatuor pro diſſyllaba facile haberi poteſt. Porro, ſi in Quatuor *prima ſit natura breuis, mirum ſane videtur Virgilium vicies hac voce vſum ſemper produxiſſe. Sed rurſus* Quater *ſemper priorem corripit.*

QVATVORDĔCIM. [δεκατέσσαρα] Per quatuordecim Annos Flor. 2, 18. Aſinius ad Cic. Fam. 10, 32 Herennium Gallum hiſtrionem ſummo ludorum die, annulo aureo donatum in quatuordecim ſeſſum deduxit. Tot enim fecerat ordines equeſtris loci. Quatuordecim *imi et proximi ſcenae gradus aſſignati erant equitibus Romanis lege Roſcia Othonis. Vid. viri docti ad* Hor. Epiſt. 1, 2, 67. Sen. de Benef. 3, 9 Beneficium vocas — in XIV gradus deduxiſſe. *Et* Epiſt. 14 Eques Rom. es — At mehercules multis quatuordecim ſunt clauſi. Petron. 126 Domina mea vsque ab orcheſtra *(loco Senatorio, cuius ipſa eſt)* quatuordecim *(gradus equitum)* tranſilit, et in extrema plebe quaerit, quod diligat. *Add.* Martial. 5, 28. *et* Iuvenal. 14, 324. *it.* Sueton. Iul. 39. Plin. 33, 2 *pr.* Conſtitutum, ne cui id ius *(annuli)* eſſet, niſi cui — lege Iulia theatrali in XIV ordinibus ſedendi *(ius eſſet)*. Plin. 8, 36 Praeter quatuordecim dies. *Sic* 2, 14 Intra quatuordecim partes ſolis, ſemper occultam eſſe. *de luna.*

QVATVORDECIES. Adu. [τεσσαρεσκαιδεκάκις] *Apud* Plin. 3, 7 Quatuordecies centena: *ſine variatione, puto.*

QVATVORVĬRI, [οἱ τέσσαρες] *vt Triumuiri.* In l. 2 de Origine iuris §. 30. Cic. Fam. 13, 76 *inſcripſit*, Quatuoruiris et Decurionibus. *Manut. ad h. l. Magiſtratum Coloniae Fregellanae intelligi docet.*

QVATVORVIRĀTVS, ûs. m. [τῶν τεσσάρων ἀρχὴ, τετραδαρχία] Ipſa quatuor virorum dignitas Aſin. ad Cic. Fam. 10, 32. Quatuoruiratum ſibi prorogauit.

QVATER. Adu. numerale. [τετράκις] Plaut. Pſeud. 1, 3, 111 Vtrum vis, vel quater quinis minis, *etc.* Columel. 5, 2, 9 Hoc duco quater, *i. multiplico per quatuor.* Quater, *pro Saepius.* Virg. Aen. 2, 242 — Quater ipſo in limine portae Subſtitit, atque vtero ſonitum quater arma dedere. O terque quaterque beati Virg. Aen. 1, 98. Tibul. 3, 3, 26 O mihi felicem, terque quaterque diem. *Sed finit numerum* Terque quaterque ſolum ſcindendum Virg. Georg. 2, 399. Cic. Verr. 1, 100 c. 39 Huic HS quater decies P. Tadio numerata Athenis teſtibus planum faciam. Quater centies Vitr. 10, 14. Plin. 7, 27 Sit proprium Catonis quater et quadragies cauſam dixiſſe.

QVATERDĔNI, ae, a. Adi. [τετράκις δέκα] *vt*, Quaterdeni gradus Ouid. ex Ponto 3, 2, 50. *Et* Anni quaterdeni, *Quadraginta* Ouid. Met. 7, 293. *Rectius diuiditur.*

QVATERGEMINI *aut* QVATVORGEMINI. Solin. c. 3. *Melius forte diuiditur.*

QVATERNI, ae, a. Adi. [τέσσαρες] *Diſtributiuum.* Quaterni denarii Cic. pro Font. 9 c. 5. Hor. Serm. 1, 4, 86 Saepe tribus lectis videas coenare quaternos. Globuli quaterni aut quini dantur Scribon. 77. Quaternis diebus latent Plin. 8, 36. Quaternûm iugerum balenae, priſtes ducenûm cubitorum Idem 9, 3. Quaternorum pedum latitudine Plin. 8, 45. Quaternûm pedum ſpatia Columel. 5, 5. Gens illi triplex, Populi ſub gente quaterni Virg. Aen. 10, 202. Ita vt ſub ſingulorum imaginibus facta magiſtratusque eorum non amplius quaternis quinisque verſibus deſcripſerit Nep. 25, 18, 6.

QVATERNO, āre. *vnde* Conquaterno.

QVATERNATIO, ōnis. f. Interpr. Iren. 1, 1.

QVATERNARIVS, a, um. Adi. [τετραδικὸς] Plin. 28, 6 Numerum quoque quaternarium Demetrius condito volumine prodidit, et quare quaterni cyathi, ſextariiue non eſſent. Columel. 11, 2, 28 Eorum *(ſcilicet* ſcrobium) quaternarii, hoc eſt quoquo verſus pedum quatuor, ſi eſt commodum terrenum, XIIII ab vno fiunt. *Vid.* SCROBS.

QVATERNIO, ōnis. m. [τετρὰς, τετρακτὺς] *Quatuor res vel perſonae, quae vt vnum quiddam conſiderantur, vt vulgo in foliis chartarum, in militibus.* Martian. Cap. 7 p. 255 *pr.* Vt duobus duos adiiciendo quatuor fecit, ſic rurſus quaternioni duos adiiciendo fecit ſuper dimidium. *Sic* p. 268 *ſimpliciter notat* quatuor *vna ſumta.* Int. Vulg. Act. 12, 4 Quatuor quaternionibus militum. Quaternio, dux quatuor virorum Scholiaſt. Priſciani ad l. 5. *Vid.* Voſſ. de Vit. L. L. 3, 40.

QVATRIDVVM, i. n. [τετραημερία] *Spatium quatuor dierum.* Cic. Verr. 4, 6 Non ablata ex vrbibus ſociorum quatridui cauſa per ſimulationem aedilitatis. Quatriduum per vaſtas ſolitudines abſumtum eſt Curtius 4, 7, 15. Liu. 3, 3 Sic finem iuſtitio, quod quatriduum fuit, reditus Quintii Conſulis in vrbem fecit. Quatridui nauigatio Plin. 6, 22. Quatridui iter Lentul. ad Cic. Fam. 12, 15.

QVATRIDVO. [τετραημερίᾳ] Cic. ad Brut. 3 Trino vero aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimam. Cic. pro Roſc. Amer. 20 Mors Sext. Roſcii quatriduo quo is occiſus eſt, Chryſogono nuntiatur.

QVATRIDVANVS, a, um. Adi. [τεταρταῖος] Quatriduanus mortuus Lazarus Hieron. Epitaph. Pauſae f. Ep. 27, 11. *Conf.* P. Chryſol. Serm. 81.

QVATRĪNI, ae, a. Varro de L. L. 7, 30 Vt eſt ab vno vni, a tribus trini, a quatuor quatrini.

QVATVS *pro* Cyathus *ſcribitur in MS. Lugdunenſi* Pallad. 1, 27, 1 Duobus cyathis hordei bene paſcitur vna gallina. *Sic et* 1, 28, 2. *Vid.* QVIMA.

QVAVIS. Adu. *vt* Quacunque *v. v. quauis ratione, parte, regione.* Hor. Serm. 1, 7, 84 E quibus vnus amet quauis aſpergere cunctos, *i. omni ratione infamare.*

QVAXO, āre. Quaxare ranae dicuntur, quum vocem emittunt, Feſtus. *Sunt qui non* Quaxare, *ſed* Quoaxare, *alii* Coaxare *ſcribant. Vid.* COAXO.

Q V E

QVE. [τὲ] *Coniunctio Copulatiua enclitica, quae non niſi in compoſitione reperitur, caeterum, eadem ratione vt* Et, *etiam pro omni fere alio genere Coniunctionum poni videtur.* Virgil. Aen. 1, 5 Arma virumque cano. Terraſque tractusque maris caelumque profundum Virg. Ecl. 4, 51. Omnia ſecum Armentarius Afer agit, tectumque, laremque, Armaque, Amyclaeumque canem, Creſſamque pharetram Virg. Georg. 3, 344. *Conf.* Cic. de Sen. c. 1 *ex* Enn. Laudesque et gratias egit Liu. 26, 48 *pr. Sic id. frequenter.* In eam partem accipioque et volo Ter. Eun. 5, 2, 37. Praeter aequumque et bonum Id. Adelph. 1, 1, 39. Deus, quae nos gerimus, auditque et videt Plaut. Capt. 2, 2, 63 Stertit noctesque ac dies Ter. Eun. 5, 5, 49. Et vterque opibusque atque honoribus peruiguere Tac. Ann. 4, 34, 6. Haſtaque et gladius Liu. 1, 43. De Gallis Etruſcisque ac Samnitibus Liu. 10, 30. Virg. Eclog. 10, 23 Perque niues alium, perque horrida caſtra ſecuta eſt. Cic. Off. 1, 22 Non nobis ſolum nati ſumus: ortusque noſtri partem patria vendicat, partem amici. Propert. 3, 1, 29 Deiphobumque, Helenumque et Polydamantes in armis. Rudis eſt, neſcitque quid expediat. Virg. Aen. 1, 30 Manet alta mente repôſtum Iudicium Paridis, ſpretaeque iniuria formae. Cic. Fam. 2, 7 Sed tibi et gratulor: et, vt ſempiternae laudi ſit iſte Tribunatus, exopto: teque hortor, vt omnia gubernes et moderere prudentia tua. Apul. . . . Idque ei ſerio colloquenti non crederem. *i. Etiam ſerio loquenti.* Que *repetitum*, Cic. de Nat. Deor. 2, 147 Ex quo videlicet quid, ex quibusque rebus efficiatur: idque ratione concludimus: ſingulasque res definimus: circumſcriptasque complectimur. *Disiunctiuae* ve *vim habet* Virg. Aen. 2, 36 Aut pelago Danaûm inſidias, ſuſpectaque dona Praecipitare iubent, ſubiectisque vrere flammis. *Vid.* Seru. *h. l. Eodem modo* Hor. Serm. 2, 7, 58 Quid refert vri virgis, ferroque necari, Auctoratus eas, an turpi clauſus in arca? ¶ 2 Que, *Praepoſitionibus communiter ſtatim appenditur, vt*, Celeriter contraque omnium opinionem Caeſ. B. G. 6, 29. Deque tua obſeruantia Cic. Att. 11, 17. De bonorum emtione, deque ea ſocietate Idem pro S. Roſc. Am. c. 21. Et arbitrarere, vtile eque Rep. eſſe Cic. ad Brut. Ep. 5. Eque domo rurſus pulchrae loca vertor ad vrbis Ouid. ex Pont. 1, 8, 33. *Add.* Sen. Herc. Fur. v. 290 *ibique Georg. Fabric.* p. 457. Inque eam rem Caeſ. B. G. 5, 36. Pro vita ciuium proque vniuerſa Rep. Cic. pro Arch. c. 11. *Nonnunquam proximo demum vocabulo, vt,* Eſt adhibendus modus ad mediocritatemque reuocandus Cic. Off. 1 c. 39. *Conf.* Nep. 10, 4, 2. *et* 14, 7, 1. Lactant. 3, 13. In foro ne eſſe coepit Nep. 20, 1, 1. In eoque bello Idem 9, 1, 1. Ad eas artes celebrandas, inter nosque recolendas Cic. de Orat. 1 c. 1. Ob eamque cauſam Nep. 5, 1, 1. *Solet* Tibullus *ad proximum verbum ſeparare* τὴν que. *V. g.* 1, 1, 34 Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis Pocula, de facili compoſuitque luto. Idem 1, 3, 38 Nondum caeruleas pinus contemſerat vndas, Effuſum ventis praebueratque ſinum. *Et omiſſo ſemel verbo* 1, 3, 56 Hic iacet immiti conſumtus morte Tibullus, Meſſalam terra dum ſequiturque mari. *Et* 1, 4, 2 Ne capiti ſoles ne noceantque niues. *Vid.* Brouckh. *ad* 3, 6, 48. ¶ 3 *Nonnunquam in caeſura ſit longa.* Sideraque ventique nocent Ouid. Met. 5, 484. *Imitatur* Virgilium Aen. 3, 91 Liminaque laurusque Dei, totusque moueri Mons circum. *De hac particula diligentiſſime egit Erythraeus Ind. Virgil.*

QVEIS. [οἷς] *Datiuus vel Ablatiuus a* Quis. Cato 11, 2 Cola queis *(al.* qui) florem demant tria. Coturnices dantur, queis cum luſitent Plaut. Capt. 5, 4, 6. Mille ſunt vſus arborum, ſine queis vita degi non poſſit Plin. 12, 1. Virg. Aen. 1, 100 Queis ante ora patrum Troiae ſub moenibus altis Contigit oppetere. Vbi Seruius, Ab eo quod eſt *a qui* in BVS mittit: ab eo quod eſt *a quo*, in IS mittit. Sed a tertia Declinatione in vſu ſunt Datiuus et Ablatiuus Plurales. Valerius Probus *(inquit Pierius)* Queis Iambum eſſe dicit, paſſimque Datiuo et Ablatiuo Caſu pro Iambo accipi debere: atque ita aliquot habent marmora.

QVEMADMODVM. [ὥσπερ, καθάπερ, ὃν τρόπον] Adu. *Similitudinis vocant Grammatici: quod interdum diuiſim ſcribunt*, quem ad modum. Quaeſiuit a medicis, quemadmodum ſe haberet Nep. 16, 2, 4. Quemadmodum exponam, dubito Idem 16, 1, 1. *i. quomodo.* Cic. de Amicit. 2 Pergratum mihi feceris, ſpero item Scaeuolae, ſi quemadmodum ſoles de caeteris rebus, quum ex te quaeruntur, ſic de amicitia diſputaris quid ſentias. Ibid. 37 Vt quemadmodum in ſe quisque, ſic in amicum ſit animatus. *Aliquando interrogatiue ponitur.* Plaut. Perſ. 1, 1, 36 Tu tibi me facere potis es ſempiternum. S. quemadmodum? T. vt des mihi numos ſexcentos. Cic. Verr. 5, 6 Quemadmodum eſt aſſeruatus? *Diuiſim recte ſcribitur* Plaut. Bacch. 2, 2, 13 Qui ſcire poſſum? C. nullus plus. P. quemnam ad modum? *Relatiuum eſt* Cic. Fam. 1, 2 Nam ad me P. Valerius homo officioſiſſimus ſcripſit, id quod maximo cum fletu legi, quemadmodum a Veſta ad Tabulam Valeriam ducta eſſes. Idem Acad. 4, 69 Excogitat inquam quemadmodum menſe illo legitimo comitia haberentur. *Conf.* Idem pro Domo c. 55 *pr.* Cic. Fam. 1, 2 Nos in Senatu (quemadmodum ſpero) dignitatem noſtram, vt poteſt in tanta hominum perfidia et iniquitate retinebimus. Idem Verr. 3, 153 c. 65 Pepercit homini amico, et (quemadmodum ipſum dicere audiui) neceſſario.

QVEO, quis, quiui, quitum, quire. [δύναμαι, ἰσχύω] *Paſſim inter verba defectiua numeratur a grammaticis: vnde non ſine auctoritate illius vocibus vtendum.* Ter. Andr. 4, 1, 30 Nec te quiuit hodie cogere, illam vt duceres. Cic. Fam. 14, 1 Non queo reliqua ſcribere, tanta vis lacrimarum eſt. Hor. Serm. 2, 7, 92 Liber ſum, dic age, non quis. *i. Nequis.* Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe non quit, nequidquam ſapit Cic. Fam. 7, 6. Conſiſtere nihil conſilii quit Ter. Adelph. 4, 4, 4. Catul. 59, 71

Quae tuis careat ſacris,
Non queat dare praeſides
Terra finibus.

Quis eſt, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? Cic. Phil. 11 c. 2. Queamus Virg. Aen. 10, 19. Lucret. 3, 646 Mobilitate mali non quit ſentire dolorem. Cum quiret Tac. Ann. 1, 66, 2. Nec reſtitui quiuere Idem Hiſt. 3, 25, 2. *Add.* Sall. Catil. c. 49. *et* Iug. c. 58 *et* 59. Nep. 25, 9, 3. Nunquam comprendere quiſtis Iuuenc. 2, 679. Ero velocior, ſi quiuero Varro de L. L. 4, 1. Vt deterreri quiuerit Liu. 4, 24. Dixit ſe loqui non quire Gell. 11, 9. Turrim ligneam ardere non quiſſe Idem 15, 1. Lucret. 5, 1421 Diſperiiſſe, neque in ſiccum ſe conuertere quiſſe. Idem 1, 1044 Dum veniant aliae, ac ſuppleri ſumma queatur.

QVIENS. Partic. Apul. Met. 6 p. 175 Nec indipiſci marinam volatilem quiens.

QVITVS, a, um. Partic. [δυνηθεὶς] *a* Queor. Ter. in Hecyr. 4, 1, 58 Nam quum compreſſa eſt gnata, forma in tenebris noſci non quita eſt. *Sed antique, vt ait* Donatus. Gell. 20, 1 Saeuitia illa

poenae contemni non quita eſt. Apul. Apol. p. 274, 17 Ne ſic quidem quitus eſt : *i. quiuit. vid. Cort. ad* Sall. Iug. 31, 8.

QVENTIAM, *pro Potentiam, veteres aliquando ſcripſiſſe Sipontinus ait. Ipſe viderit.*

QVERCERVS, QVERCETVM, QVERCICVS, *vid.* QVERCVS.

QVERCVS, ûs. f. [δρῦς] *Genit.* querci Pallad. Mart. 7, 6. *et* 8, 2. *Glandifera arbor, et gallae ferax, et viſci nutrix, et ob coronam ciuicam nobilis.* Cic. de Legib. 1, 12 Quercus glandifera. Feſtus Paulli, Quercus dicitur quod id genus arboris graue ſit, ac durum: tum etiam in ingentem euadat amplitudinem. Querqueram enim (*febrim*) grauem et magnam quidam putant dici. *Haec* Paullus. *Feſti ipſius reliquias damus, voce* QVERCERVS. Virg. Georg. 3, 332 Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus Ingentes tendat ramos. Neſcio quid de quercu exſculpſeram, quod videretur ſimile ſimulacri Cic. Att. 13, 28. *de epiſtola cum cura et labore ſcripta.* Aëria Virg. Aen. 3, 680. *i. alta in aërem erecta.* Annoſa Virg. Aen. 4, 441. Auritae, *vid.* Auritus, *in* AVRIS. Decidua Ouid. Met. 8, 758. *al.* Deïoa. Dura Virg. Ecl. 4, 30. Fatidica Senec. Herc. Oet. ſ. 11. Geminae conſurgunt, *vid.* CONSVRGO. Glandifera Ouid. Met. 12, 328. Ingens Virg. Aen. 11, 5. Rigidae motant cacumina Virg. Ecl. 6, 28. Sacra Idem ibid. 7, 13. Sublimis Lucan. 1, 136. Tactae de caelo Virg. Ecl. 1, 17. Torta quercu redimitus tempora Idem Georg. 1, 349. ¶ 2 Quercus *videtur etiam nigri ſ. pulli coloris nomen eſſe* Catull. Epithal. ſ. 63, 307 *in pictura Parcarum:*

His corpus tremulum complectens vndique quercus,
Candida purpurea quam Tyro incinxerat ora:
At roſeo niueae reſidebant vertice vittae.

Sic ex MSS. recte conſtitutus eſt ille locus ab Iſ. Voſſio, et quantum ad Tyro *Salmonei filiam recte explicatus. Sed de* quercus *ramis falſum puto.* Quercus *coloris hic nomen eſt, pullam veſtem indicans. Huius arboris* Galla *iam olim ad lanam tingendam adhibita, forte etiam ipſius ligni aſſulae. De Galla diſerte Theophraſtus Hiſt. Plant.* 3, 9 φέρει δὲ καὶ ἑτέραν τὴν μέλαιναν [κηκῖδα] ᾗ τὰ ἔρια βάπτουσι. *Vt igitur* murex, coccus, conchylium *pro coloribus ponuntur, ita* Quercus. Pullas *autem veſtes* Parcis *tribui, mirum non eſt,* noctis *et* erebi *filiabus, vt ait etiam* Cic. de Nat. Deor. 3, 44 c. 17: *quasque inferorum partem faciunt Poëtae. Vid.* Stat. Theb. 8, 119 *et* 191. *Hinc idem* Stat. Theb. 6, 376 Sic Iouis imperia, et nigrae voluere ſorores. *Sed nec diſſimulandum tamen, querneam coronam tribui Hecatae a Sophocle, quem laudat Scal. ad Varron. de L. L. p. 108.*

QVERNVS, a, um. Adi. [δρύινος] *Quod eſt ex quercu.* Virg. Georg. 1, 305 Sed tamen et quernas glandes. Plin. 3, 5 Querno folio aſſimilata. Corona querna Ouid. Faſt. 1, 614. Stipes Idem Faſt. 4, 331. Vimen Virg. Aen. 11, 65.

QVERNEVS, a, um. Adi. [δρύινος] *Idem.* Columel. 6, 3 Probatur maxime vlmea frons, poſt fraxinea, et ab hac populnea, vltimae ſunt ilignea, et quernea, et laurea. Idem 9, 1 Querneae glandis et iligneae. *Sic* Cato c. 5.

QVERCEVS, a, um. Adi. *Idem.* Seruius *in* Aen. 6, 772 Querceam coronam accipiebant qui in bello ciuem ſeruaſſent.

QVERCĬCVS, a, um. Adi. *Idem.* Suet. in Calig. c. 19 Primo die phalerato equo inſignisque, quercica corona et cetra et gladio, aureaque chlamyde.

QVERCVLĀNVS, a, um. Adi. Plin. 16, 10 Vbi lucus fageus fuit, porta querculana. *Legitur et* Querquetulana, *vbi vid.*

QVERCĒTVM, *vel* QVERQVĒTVM, i. n. [δρυμὸς] *Locus vbi conſitae ſunt quercus.* Varr. de R. R. 1, 16 Si enim ad limitem quercetum habet, non poſſis recte ſecundum eam ſiluam ſerere oleam. Querceta Gargani laborant Hor. Carm. 2, 9, 7.

QVERCĔRVS, *vel* QVERQVĔRVS, a, um. Adi. [κέρκερος] *Ponamus primum verba* Feſti, *vt nunc opera virorum doctorum leguntur:* Querqueram febrem, grauem et magnam. Nam quidam quercum (*ſ.* a quercu) dictam volunt, quod id genus arboris cum graue ſit ac durum, tum etiam in ingentem euadat altitudinem. Aurelius autem Opilius frigidam ait dici, et cum horrore trementem. Santra eam ex Graeco deducit, qui tremorem eiusmodi κάρκαρον dicunt. Vnde dicit etiam *carcerem* Plautus in Friuolaria. Is mihi erat bilis querquera tuſſis. Lucilius libro . . . iactans me vt febris querquera terret: alibi, Querquera conſequitur febris, capitisque dolores. *Haec Feſtus,* Reineſ. Epiſt 55 p. 518 Querquerum *tantum morbi conditionem, praeſertim febris, ſignificat* — Καρκαίρειν *eſt tremere, tremendo ſonum edere, nobis (Germanis) epentheſi* τῶ n Knarren, *quod et* κορκορυγᾶν *etc.* Gell. 20, 1, 26 An tu forte morbum appellari hic putas aegrotationem cum febri rabida (*al.* rapida) et quercera. Apul. Apol. p. 297, 14 Poſſe dicitis ad res Venereas ſumta de mari *ſpuria* et *faſcina*, propter nominum ſimilitudinem. Qui minus poſſit ex eodem litore *calculus* ad veſicam, *teſta* ad teſtamentum, cancer ad vlcera, *alga* ad querqueram? *Alludit* alga *ad verbum* algere. Querquera (*int.* febris) *eſt acceſſio algoris vel frigoris. Caeterum legitur etiam* Querquerum *et* Quercerum. Pricaeus p. 42 Querquerum *dedit, et feruorem ſ. ardorem interpretatur, cui repugnet ſcilicet* alga, *quae vi nominis algidum quiddam ſ. frigidum ſignificet. Sed refellitur cum his, quae e Feſto dedimus, tum* Minuc. Fel. 12, 3 Tu — quum querquero quateris (*hoc ſane frigoris eſt*) quum febribus vreris, quum dolore laceraris, non tum conditionem tuam ſentis? *Nonnunquam* Κercera *legitur: vid.* Keuchen. *ad* Sammon. 907.

QVERELA, *vid.* QVEROR.

QVERNVS, *vid.* QVERCVS.

QVĔROR, ĕris, queſtus ſum, quĕri. [μέμφομαι] *Significat Lamentari, vel certe aliquid ſibi moleſtum eſſe, verbis indicare.* Cic. Fam. 1, 9 Quid multa? queſtus eſt grauiter. Caeſ. Bell. Gall. 8, 4 Bituriges ad eum legatos mittunt, auxilium petitum contra Carnutes, quos intuliſſe bellum ſibi querebantur. *Metaphora frequenti* Aues queruntur in ſiluis Hor. Epod. 2, 26. Vet. Schol. Veteres omnium animalium voces, praeterquam hominis, querelam dicebant. *In primis vero aues queri dicuntur. V. g.* Ouid. Her. 10, 8 Tempus erat, vitrea quo primum terra pruina Spargitur, et tectae fronde queruntur aues. *Sic* Faſt. 4, 166 Tactae rore queruntur aues. *Et* Am. 3, 1, 4 Et latere ex omni dulce queruntur aues. *Vid.* QVERELA. *Sed magis proprie* Bubo viſa ſaepe queri ferali carmine Virg. Aen. 4, 463. Ore tremente queri Hor. Epod. 5, 11. *de morituro. Non ſemper magnum dolorem ſignificat. V. g.* Ouid. ex Pont. 4, 14, 1 Quem ſum modo carmine queſtus Non aptum numeris nomen habere meis. Queror, *cum Accuſatiuo.* Hoc maiores noſtri queſti ſunt, hoc nos querimur, hoc poſteri querentur, euerſos eſſe mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas, et in omne nefas labi Sen. de Benef. 1, 10. *i. propter hoc.* Cic. de Amicit. 73 Quorum plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant. Caeſ. Bell. Gall. 1, 39 Abditi in tabernaculis, aut ſuum fatum querebantur, aut cum familiaribus ſuis commune periculum miſerabantur. Cic. Att. 5, 8 Romae acceperam literas, Milonem meum queri per literas iniuriam meam. Fetus amiſſos queritur Philomela Virg. Georg. 4, 512. Ibat vt Oceano quereretur Facta mariti Ouid. Faſt. 5, 233. Queri *cum aliquo ſignificat Expoſtulare.* Quod ſi humaniter mecum queſtus, libenter tibi me et facile purgaſſem Cic. Fam. 7, 27. Quid eſt, quod cum fortuna queri poſſitis Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Id. Acad. 4, 81 Neque tam quereretur cum deo quod parum longe, quam quod falſum videret. Idem Att. 6, 7 Mirifice conturbatum vidi puerum, lacrimans mecum eſt queſtus. Eidem 10, 3 Facile patior quod ſcribit, ſecum Tullium et Seruium queſtos eſſe, *etc.* Salluſtius Catil. c. 52 Saepe de luxuria, de auaritia noſtrorum ciuium queſtus eſt. Caeſ. Bell. Gall. 4, 8 Licere, ſi velint, in Vbiorum finibus conſidere: quorum ſint legati apud ſe, et de Sueuorum iniuriis querantur. Cuius maxime intererat, neminem de diis queri Sen. ad Marc. c. 15. Cic. Fam. 1, 9 Multa de mea ſententia queſtus eſt Caeſar. Idem Verr. 3, 156 Is mihi etiam queritur, quod a nobis IX Solis diebus prima actio ſui iudicii transacta ſit: *illud mihi abundat affectus cauſa.* Queri ſuper re aliqua Hor. Epiſt. 2, 2, 24. Apud aures deorum queri de aliqua re Vell. 2, 130, 3. *vid. ad h. l. Heinſ.* Aur. Vict. de Viris illuſtr. 15 Quo cognito apud Populum queſtus quod de ſe tale aliquid timuiſſent. Querebatur, ſe, tum quum illa videre coepiſſet, extingui Cic. Tuſc. 3, 69.

QVERENS, entis. Partic. [μεμφόμενος] *Vt,* Multa querens Virg. Georg. 4, 320. Fidibus querens Hor. Carm. 2, 13, 24.

QVESTVS, a, um. Partic. [μεμψάμενος] Saeculum Pyrrhae Noua monſtra queſtae Hor. Od. 1, 2, 6. *vid. Burm. ad* Petron. c. 91 p. 441. Ouid. ad Liu. 166 Oraque nequidquam per modo queſta fluunt. Idem Met. 10, 76 Eſſe deos Erebi crudeles queſtus, in altam Se recipit Rhodopen. *Add.* Ibid. v. 61.

QVESTVS, ûs. m. [μέμψις] *Querendi actus.* Virg. Aen. 4, 553 Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus. Idem Georg. 4, 515 — Et moeſtis late loca queſtibus implet, *de philomela.* Cic. de Finib. 2, 94 Quod eiulatu, queſtu, gemitu, *etc. ex Poëta. Et* pro Quint. 64 c. 30 Qui denique queſtus, qui moeror dignus inueniri, *etc.* Acerbus queſtus Valer. Argon. 5, 623. Aniles Ouid. Met. 9, 276. Creber Tacit. Ann. 3, 7. Fictus Catul. 60, 36. Flebilis Claud. in Ruff. 1, 127. Moeſti Sil. 13, 258. Secreti Tacit. Ann. 3, 17. *Verba:* Stat. Theb. 11, 646 Queſtibus abſumtis triſtem iam ſoluere nodum Coeperat. Agere iras vanis queſtubus, *Exercere iras ſuas tantummodo verbis et lamentationibus ſine effectu* Senec. Thyeſt. ſ. 3. Ciere flebiles queſtus Idem Theb. ſ. 2. Edere queſtus Ouid. Met. 4, 587. Effundere queſtus pectore Virgil. Aen. 5, 780. Effundi in queſtus, lacrimas, vota Tacit. Ann. 1, 7. Exaudire triſtes queſtus Senec. Octau. ſ. 1. Exonerat ſic dura ſuos patientia queſtus Lucan. 9, 881. Fundere inanes queſtus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 46. Implere caelum queſtibus Virg. Aen. 9, 480. Implet moeſtis late loca queſtibus Virgil. Georg. 4, 515. Opprimere queſtus Senec. Troad. 6. Parcere queſtibus Idem Herc. Oet. 16. Rumpere queſtus pectore Virg. Aen. 4, 553. — inanes Claud. in Ruffin. 2, 249. Rumpere inexpleto queſtu pectora Stat. Silu. 3, 3, 8. Sedare queſtus Senec. Herc. Oet. ſ. 14. Seponere queſtus Idem Hippol. 4. Tunc queſtus tenuere ſuos Lucan. 2, 20. Voluunt tacitos muto in pectore queſtus Lucan. 1, 247.

QVERĪTOR. Frequent. *quidam libri habent pro* Quiritor. v. v.

QVERĒLA, ae. f. [μέμψις, μομφὴ] *Querimonia, querendi actus.* Cic. de Senect. 7 c. 3 Saepe enim interfui querelis meorum aequalium. Idem Fam. 11, 12 Sed tamen prouidendum ſit, ne qua iuſta querela eſſe poſſit. Plena querelarum epiſtola Cic. Q. Fratr. 3, 8 *pr.* Idem Fam. 2, 15 Quid in illis fuit praeter querelam temporum? *i. de temporis huius malis.* Cic. pro Deiot. 9 c. 3 Quanquam cui ſunt inauditae cum Deiotaro querelae tuae? nunquam tu illum accuſaſti vt hoſtem *etc.* Ruſtica iudicio noſtra querela tuo Ouid. Epiſt. 17, 12. In querelis mens, *vid.* IN Praepoſitionem. Cum qua vixit ſine vlla querela Inſcriptt. *de coniugibus. vid. Voſſ. Inſtit. Orat.* 1, 6, 2 *extr. Colu. ad* Apul. Flor. 2 p. 180. *Sic* Virg. Aen. 4, 360. ¶ 2 *Vt Verbum* queror, *ita etiam hoc nomen ad voces animalium, et modulos muſicos refertur.* Vet. Schol. Hor. Epod. 2, 26 Veteres omnium animalium vocem praeterquam hominis, querelam dicebant. Chordarumque ſonos fieri, dulcesque querelas Lucret. 4, 588. Tibia quas fundit, digitis pulſata canentum. Idem *de eadem re* 5, 1383 Inde minutatim dulces didicere querelas. Diſceſſu mugire boues atque omne querelis Impleri nemus Virg. Aen. 8, 215. Liquida *cygnorum* Lucret. 4, 551. *De ranis* Virg. Georg. 1, 378. *Add.* Claud. Epithal. Pallad. et Serenae v. 108. Falſa enim eſt querela, *etc.* Quinctil. 1, 1. Femineae Stat. Theb. 10, 561. Grauiſſima Cic. pro Marcell. 21 c. 7 *pr.* Inertes, *vid.* INERS. Infeſtae Lucret. 6, 15. Inueterata, *vid.* INVETERO. Iuſta querela mea eſt Ouid. ex Ponto 4, 3, 22. Moeſtae Ouid. Met. 3, 239. Molles Hor. Carm. 2, 9, 18. Supplices Tibul. 1, 4, 71. ¶ 3 *Verba et Participia.* Abruptae, Abſcindere querelas, Adhibere querelas, *vid. ſſ. ll.* Aſſurgere haud iuſtis querelis Virg. Aen. 10, 94. Audire miſeras Ouid. Met. 2, 342. Cecinere querelam in limo veterem ranae Virg. Georg. 1, 378. Compeſcere querelas Lucret. 3, 967. Complere querelis nemus Idem 2, 358. Delata eſt regi querela a parentibus puerorum Iuſtin. 1, 5, 2. Deferri querela potuit ad competentem iudicem Paullus in l. Si ab arbitro D. Qui ſatisdare cogant. Deplorare querelas ſolebant Cic. de Senect. 7. Effundunt iuſtas in numina ſaeua querelas Lucan. 2, 44. Expleta eſt annis iſta querela tuis Ouid. Amor. 2, 6, 8. Expromam multas mente querelas Catul. Argon. ſ. 62, 223. Figere querelas intra ſe Iuuen. Sat. 9, 94. Cic. Fam. 10, 28 Vt veſtrum illud diuinum in Rempublicam beneficium nonnullam habeat querelam. Iacere querelas ore, *vid.* IACIO. Incendere querelis Virg. Aen. 4, 360. Inceſſit turba querelis Lucan. 5, 681. Incuſat fata querelis Stat. Achil. 1, 439. Interponere querelas, *vid.* INTERPONO. Mitto veteres querelas Stat. Theb. 12, 301. Parere querelas Senec. Medea ſ. 2. Proferre querelas extremis medullis Catull. Argon. 62, 130. Lucan. 5, 761 Tandem vt vox moeſtas potuit proferre querelas. Pulſare rabidis querelis

querelis iniuſtos Stat. Silu. 5, 1, 12. Scalpe querelam noſtri memorem ſepulcro Hor. Carm. 3, 11, 52. Siſtere querelas Ouid. Met. 7, 711. Sum: *vt*, Eorum enim eſt haec querela, qui ſibi cari ſunt Cic. de Finib. 5, 29. Idem pro Sext. 64 His de tot, tantisque iniuriis in ſocios, *etc.* Conſulum querela eſſe debuit. Tollunt liquidam lugubri voce querelam Lucret. 4, 552. *de cygnis.* Tolle querelas Hor. Epiſt. 1, 12, 3. ¶ 3 *Obſ.* Querela, *apud Iureconſultos peculiari ſignificatione, eam actionem denotat, qua liberi aduerſum parentum ſuorum iudicia inofficioſa, et vice verſa parentes contra iniuſta liberorum teſtamenta, naturalem portionem, id eſt trientem, aut ſemiſſem et poſtulant et obtinent. Toto* titulo de Inofficioſo teſtamento in Pand. Ciuilibus, et Cod. Iuſtiniani lib. 3. ¶ 4 Querella *ſaepe ſcribitur in* Inſcriptt. *ap.* Fabrett. p. 256 *ſeq. it. in* Phaedr. (ed. Plant. 1610) 1, 6, 6. 1, 9, 10. 2 epil. 14. 3, 18, 15. 5, 6, 7. Seru. *ad* Aen. 4, 360 Define meque tuis incendere teque querelis, *Querellis* l literam metri cauſa addidit: nam querela dicitur, quia querulus facit: hoc modo et loquela et ſuadela. *Notat etiam Heinſ. ad h. l. in vetuſtioribus libris eſſe* querellis.

QVERILO *vel* QVERELOR, *vid.* QVERELANS. Seru. *in* Virg. Ecl. 1 argum. Hinc eſt, quod — poſtea eum querelantem inuenimus.

QVERIBVNDVS, a, um. Adi. [μεμπτικὸς] Lamentabilis. Cic. pro Sulla 30 c. 10 De ſupplicio P. Lentuli, de carcere, magna et queribunda voce dicebat. Senectus queribunda Sil. 13, 583.

QVERIMONIA, ae. f. [μέμψις] *Querela, lamentatio.* Querimonia certae rei eſt, querela ſuperuacua eſt: itaque prior grauitatis eſt, poſterior leuitatis Corn. Fronto de diff. voc. Cic. Q. Fratr. 2, 1 Eo metu iniecto repente magna querimonia omnium diſceſſimus. Hor. in Arte Poët. 75 Verſibus impariter iunctis querimonia primum, Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos. Cum querimonia, *vid.* CVM *Praepoſitionem.* Quotidiana querimonia populi Cic. Verr. 1, 9. Malis querimoniis diuulſus Hor. Carm. 1, 13, 18. Nulla inter eos Interceſſit querimonia Nep. 25, 17, 2. Querimonias vltro citroque iactare Liu. 7, 9. Cic. Verr. 5, 71 c. 28 Vt ſi me in ea querimonia, quam ſum habiturus de iſtius crudelitate, et de ciuium Romanorum indigniſſima morte, non modo vires, verum etiam vita deficiat. ¶ 2 Querimoniae vocabulo pro quaeſtione *vſurpantem* Ruffinum *caſtigat* Hieron. Apol. adu. Ruff. Opp. T. 3 f. 98.

QVERVLVS, a, um. Adi. [μεμψίμοιρος, ἐγκληματικὸς] *Qui multum queritur, ſiue qui querelis plenus eſt.* Difficilis, querulus laudator temporis acti Se puero *ſenex* Hor. A. P. 173. Martial. 2, 26 Quod querulum ſpirat, quod acerbum Naeuia tuſſit. Idem 4, 44 Miſſa nec a querulo mappa cliente fuit. Calamitas querula Curt. 5, 5, 12. Caput querulum Senec. Thyeſt. f. 8. Doloris queruli cauſa nunquam abeſt Ouid. Triſt. 3, 8, 32. Fores ſub verbum querulas impulit aura, *i. ſtridentes* Ouid. Faſt. 3, 642. Murmure querulo referens queſtus Senec. Herc. Oet. 1204. Sono querulo referre aliquid Propert. 3, 6, 18. Vlulatus queruli Ouid. Epiſt. 5, 73. Querula Voce gaudia notare Ouid. A. A. 2, 308. *i. fracta prae voluptate eaque re querulae ſimili: ſummus voluptatis gradus affinis dolori.* ¶ 2 Querulus, *Canorus aliquando dicitur a Poëtis.* Virg. Georg. 3, 328 Et cantu querulae rumpent arbuſta cicadae. Hor. Carm. 3, 7, 30 Neque in vias Sub cantu querulae deſpice tibiae. *Sic* Columella 10, 12 Querula rana. Ouid. Met. 5, 339 Calliope querulas praetentat pollice chordas. Addita da querulo volucrum medicamina nido Ouid. de Medicam. faciei 77. *Nempe de* Queror, Queſtus, Querela *idem obſeruamus.*

QVERVLOSVS, a, um. Adi. Murmuratores queruloſi Vulgat. Epiſt. Iudae v. 16.

QVERVLOR, ari. Dep. Cum iudex ſolum hoc querulabitur ipſe futurus Vetus Epigr. in Hottonem. *al.* querelabitur. Iniuſte querulor, iuſte autem patior Thom. de Kempis de trib. tabernac. c. 9. *add.* Pet. Bleſenſ. Ep. 129. *et* 141 *et ſeq.*

QVERQVEDVLA, ae. f. *Auis ſemper in aquis natans.* Varr. de R. R. 3, 3, 3 Altera ſpecies eorum, quae non ſunt contenta terra ſolum, ſed etiam aquam requirunt, vt ſunt anſeres, querquedulae, anates. *Add.* 3, 11, 4. *et* Colum. 8, 15, 1. Varro de L. L. 4, 13 p. 21, 26 *vbi de amphibiis*, Aliae in hoc genere a Graecis, vt Querquedula, Cerceris. *Scaliger monet quosdam habere* Cercuris, κερκουρὶς, *ipſe autem reponendum monet* κερκιθαλὶς, *quod recepit* Scioppius p. 37 extr. *Laudat porro Scaliger verſus* Varronis *neſcio vnde:* Aut frigidos nimbos aquae caduciter ruentis Praeinnuere aquatiles querquedulae natantes.

QVERQVERVS. *vid.* QVERCERVS *ſub* QVERCVS.

QVERQVETVLANA Porta Romae fuit ita dicta a Querceto, quod intra muros iuxta ſe habebat. Feſtus. Plin. 3, 5 Querquetulanos memorat. *Al.* Querquetularia. *Al.* Querculana, *vid.* QVERCVS. Querquetulani Lares *an* Querquetulanum Sacellum? Varr. L. L. 4, 8 p. 15, 21 Item lucus Larum, Querquetulanum Sacellum. *Sic edit. Durdrac. Sed Turn. 20, 35* Lares Querquetulanos *hinc exſculpit, eosdemque putat, qui* Permarini *dicuntur.* Querquetulanae dicebantur Nymphae querqueto vireſcenti praeſidentes. Paullus: Feſtus *autem ſic*, Querquetulanae virae putantur ſignificari Nymphae, praeſidentes querqueto vireſcenti, quod genus ſiluae indicant fuiſſe intra portam, quae ab eo dicta ſit Querquetularia. Sed feminas antiqui quas fagas dicimus viras appellabant, vnde adhuc permanent virgines et viragines. Querquetulani, Populi ſunt in prima regione Italiae, inter Polluſtinos et Sicanos Plin. 3, 5. Querquetulanus collis, qui poſtea Caelius a Caelio Hetruſco, a querceto quoque appellabatur. Tac. Ann. 4, 65 Montem eum antiquitus Querquetulanum cognomento fuiſſe, quod talis ſiluae frequens fecundusque erat, mox Caelium appellatum a Caele Vibenna *etc.*

Q V I

QVI, quae, quod; cuius, cui. [ὃς] *Pronomen relatiuum, vel ſimpliciter, vbi Indicatiuo modo iungitur, aut potentiali, ſi res poſtulet, vel vt cauſam ſimul indicet, vbi Coniunctiuus adiungi ſolet. Prioris generis eſt* Plaut. Truc. 2, 7, 2 Qui amat, nequit quin nihili ſit. *it.* Cic. Fam. 7, 23 *pr.* Fac, quaeſo, qui ego ſum, eſſe te. *Et* Fam. 1, 1 Si qui ſunt, qui velint, qui pauci ſunt: (*velint potentialis eſt, dubitationis index*) *Poſterioris*, Ter. Heaut. 4, 3, 6 Audiſtin' obſecro? S. Quid ni? qui vsque vna adfuerim. *Perſequamur primo hanc rationem cauſalem.* Cic. Att. 5, 9 Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodiſſime nauigaſſemus. Cic. Verr. 4, 33 Pueri Siſennae, credo, qui audiuiſſent, quae in iſtum teſtimonia eſſent dicta, de iſto nusquam oculos deiicere, ab argento digitum non diſcedere. Virg. Aen. 1, 392 Quisquis es, haud credo inuiſus caeleſtibus auras Vitales carpis, Tyriam qui adueneris vrbem. *Vt in his pro* qui *ſubſtitui poteſt* quod *cauſalis (cuius ipſius ratio et conſtructio ab hoc vſu Pronominis relatiui repetenda eſt) ita in aliis vicem particulae* vt *ſubit.* *V. g.* Cic. Fam. 4, 3 Me quidem, etſi nemini concedo, qui maiorem ex pernicie et peſte Reip. moleſtiam traxerit, tamen multa iam conſolantur. *Sic* Balbus ad Cic. ſub Att. 8, 15 Illum tanti facio, qui non Caeſarem magis diligam. *Et forte hic dixiſſet Cicero*, vt non. ¶ 2 Qui *interrogatiuum pro* Quis? Ter. Phorm. 5, 8, 18 Nam qui erit rumor Populi, ſi id feceris. Liu. 3, 67 Qui finis erit diſcordiarum? Idem 1, 7 Rogitat, qui vir eſſet? *Vid. Drakenb.* Cic. pro Quint. 94 Qui Deus appellandus eſt? Idem pro Dom. 27 Qui tantus fuit labor? quae ſimultas? *Sic* Quinct. 5, 12, 11. 6, 1, 4?. *Add. Taubm. ad Virg. p. 20. Gronou. Obſſ. ad Scriptt. Eccleſ. Heinſ. ad Sil. 9, 651. Pro infinito* Aliquis *eſt* Cic. Att. 7 *extr.*, *in ipſo fine*, Niſi qui, vt tu ſcis, Parthicus caſus exſtiterit. *Sic* Quinctil. 5, 11, 3. *Item pro* Qualis, Cic. de Diuin. 1, 52 c. 25 Xenophon Socraticus, qui vir, et quantus! *Et* Phil. 2, 90 c. 36 Qui tu vir, et quantus fuiſſes, ſi illius diei mentem ſeruare potuiſſes. Ter. Ad. 3, 7, 5 Neſcis, qui vir ſiet. ¶ 3 *Cumulatio huius Pronominis ſuauis eſt.* Cic. pro Mil. c. 3 *extr.* Quis eſt, qui quoquo modo quis interfectus ſit, puniendum putet. Idem pro Flacc. c. 11 *pr.* Cuius ex familia qui primus conſul factus eſt, primus in hac ciuitate conſul fuit. Cic. Fam. 2, 4 *fin.* Quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eae laudes comparantur, in iis eſſe laborandum. *Huc pertinent Periphraſes frequentes, vt* Liu. 3, 44 Auctoribus, qui aderant, *i. aduocatis.* Idem 1, 48 Is, qui iumenta agebat, *auriga.* Tac. Ann. 2, 27 Adhibitis, qui obſignarent. Cic. Tuſc. 4 c. 7 Quae efficiuntur, *i. effecta.* *Si paſſim*, Qui audiunt, qui res iudicant, *i. auditores, iudices.* *Sic* Quinctil. 7, 2 *extr.* Quid cui connectatur, quid cui conſentiat *etc.* *Contra ea omittitur in talibus*, Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt. ¶ 4 *Notabilis eſt conſtructio cum primae et ſecundae perſonae Verbis.* Aſin. Pollio ad Cic. Fam. 10, 31 *fin.* Quare eum me exiſtima eſſe, qui primum pacis cupidiſſimus ſim, — deinde qui et me, et Remp. vindicare in libertatem paratus ſim. Cic. Fam. 10, 6 Talem te eſſe oportet, qui primum te et impiorum ciuium ſocietate ſeiungas, deinde — praebeas — iudices. *Etiam illa obſeruanda ratio* Cic. Bruto 258 c. 74 Sed omnes tum fere, qui nec extra hanc vrbem vixerant, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcauerat, recte loquebantur. *Item illa:* Liu. 38, 45 Cui nationi non ex Senatus auctoritate bellum illatum: quod quem vnquam de ſua ſententia facere auſum? *Impeditior paullo locus eſt* Cic. Act. 1 in Verr. 25 c. 9 Siculos ſane in eo liberos fuiſſe, qui, quamobrem arceſſerentur cum intelligerent, non veniſſe. *Monuit* Aſconius, Animaduertitur inconſequens locutio, ſimilisque ſoloeciſmi, ſi quidem *non veniſſe* legeris: nam *ſi non veniſſent* legeris, error non erit. *Gronou. Obſſ. 1, 12 omittendum cenſet Pronomen* qui. *Iungitur cum* Ipſe. Quinctil. 1, 1, 7 Nec tamen ii, quibus diſcere ipſis non contigit, minorem curam docendi liberos habeant. Cic. de Sen. 4 Quibus enim nihil opis eſt in ipſis ad bene beateque viuendum, eis omnis grauis eſt aetas. *Non modo* Quibuscum *dicitur vt* nobiscum, *ſed* Nep. 18, 10, 3 Cum quibus ei de ſummis rebus erat dimicandum. *Notari meretur illud* Phil. 13, 22 O Spartace, quem enim te potius appellem? *i. quo nomine.* *Frequens eſt in hoc Pronomine Syneſis.* Gell. 1, 14 Memoratis multis magnisque rebus, quae (*pro* quas) bene et beneuole — Samnitibus feciſſet. Varro R. R. 1, 2, 17 Ne capra natum paſcat, quas (*capras*) aſtrologia in caelum recepit. *Vid. Lexicon noſtrum Ruſticum Voc.* SYNESIS. ¶ 5 *Grammatici etiam iſta obſeruant* Feſti, Ques antiqui dixerunt: inde declinatum remanet Datiuo Caſu, Quibus. Qui adhuc item Queis facit, vt Iſti iſtis, Illi illis. *Forte voluit* Feſtus Iſtei iſteis *etc.* *De* Ques *ſupereſt forte exemplum* Ennii *apud* Varron. de L. L. 6, 3 p. 77, 2 Decem Coclites, ques montibu' ſummeis ripeis fodere. *Sic Scal. legi vult pro* quos. Idem Varro 7, 27 p. 94, 27 Quare quod nunc dicitur qui homines, dici oportuit ques. *Nempe factum eſt in hoc Pronomine, quod in neceſſariis quibusque linguarum forte omnium vocibus, vti ſero venientibus cum regula ſua loquendi magiſtris non pareretur, nec ſub etiam declinandi formam reuocari poſſet conſuetudo iam nimis robuſta. Ergo* Qua *et* quo *et* qui *et* quae *et* quas *et* queis *et* quos *cum articulo Graeco conſentiunt,* Quem *et* ques *et* quibus *tertiae Declinationis analogiam ſeruant. Singulares* qui *et* quae *plane ſunt heterocliti; vt et* quoius, quoi *contracti in* cuius, cui: *ita tamen vt aliquam analogiam quandam ſentiamus in* Hic, haec, huius, huic *etc.* Quei *vel* qui *pro* quo, qua, *ad* quem *et* ques *videtur alludere, et quatenus aduerbialiter vſurpatur, ad* heic *vel* hic. *Sed de hac voce* QVI *ſeparatim mox agemus.* ¶ 6 *Vltimum denique locum aſſignabimus obſeruationi Io. Poleni Prolegom. Frontini p. 30 extr.* Relatiua qui, quae, quod *in codicibus vetuſtisque editionibus plerumque deſignata videntur litera* Q *cum addita aliqua nota; quae nota pluribus caſibus communis, neque caſus ipſos determinat, neque adimit libertatem reſtituendi ex coniectura eos, qui cum veritate conſentire maxime videantur.*

QVAE, QVEIS *etc. vid. ſuis locis.*

QVI, *eſt Ablatiuus Pronominis* Qui *contractus ex* QVEI, *quo modo ſcriptum ſaepe inuenitur: et quidem non modo Singularis Numeri omnium generum, ſed etiam Pluralis: interdum intellectis Nominibus* modo, ratione, cauſa *etc.* Plaut. Amph. 1, 1, 263 Patera donata aurea eſt, qui Pterela rex potitare ſolitus eſt. Idem Pſeud. 1, 1, 86 Reſtim volo mihi emere, qui me faceam penſilem. Ter. Andr. 2, 3, 28 Hanc fidem ſibi me obſequens, qui ſe ſciret non deſertum iri, vt darem. Cato de R. R. 11, 2 Cola, qui florem demant, tria. *Sic Victor. ante legebatur* quis *vel* queis. Plaut. Aul. 3, 5, 28 Vehicula, qui vehar. *Et* Stich. 2, 1, 20 Quadrigas, qui vehar. *Et* Capt. 3, 1, 23 Dico vnum ridiculum dictum, de dictis melioribus, Qui ſolebam menſtruales epulas ante adipiſcier. *Sic Douza. Sed editur* Quibus. Ter. Andr. 2, 1, 36 Facite, fingite, inuenite, efficite quî detur tibi. *q. d. facite omnia, quibus, i. propter quae, vt alii Ablatiui cauſae. Non minus recte per* Vt, *expoſueris. Efficite vt haec Philumena detur tibi nuptum ô Charine.* Cic. Acad. 4, 24 Quî poterit eſſe ſapientia? *i. quo modo, qua ratione.* *Sic* Idem pro Caecin. 7 Quî igitur conuenit, quae cauſa fuerit, *etc.* Quî vocare? Plaut. Amph. 1, 1, 22. *Et* Ter. Adelph. 5, 6, 3. Idem Andr. 5, 4, 52

Dauo iſtuc dedam iam negotii. S. non poteſt. P. quî ? S. quia habet aliud magis ex ſeſe. *i. qua cauſa, quare.* Ter. Hec. 4, 1, 39 Nonne ea diſſimulare nos magis humanum eſt, quam dare operam id ſcire, quî nos oderit ? *qua re, qua de cauſa.* Idem Andr. 3, 2, 21 Nam quî iſtaec tibi incidit ſuſpectio ? Idem Hec. 2, 3, 6 Nec quî hoc mi eueniat ſcio. Cic. de Fin. 2, 12 Deinde quî fit, vt ego neſciam, ſciant omnes, quicunque Epicurei eſſe voluerunt ? Ter. in Proleg. Andr. 6

Nam in prologis ſcribundis operam abutitur:
Non quî argentum narret, ſed quî maleuoli
Veteris Poëtae maledictis reſpondeat.

Donatus pro vt poni *ait. Sed poteſt referri ad* prologis : *poteſt etiam eſſe Nominatiuus, vt* Prol. Eun. 28 Peccatum imprudentia eſt Poëtae, non qui furtum facere ſtuduerit. Ter. Adelph. 5, 3, 14 Cur emis amicam Mitio ? num quî minus mihi idem ius aequum eſt eſſe, quam mecum eſt tibi ? *Vbi* Donatus, Aut *Num*, aut *Quî* abundat. Et eſt ordo, Quî minus aequum eſt eſſe idem ius mihi, *etc.* Quî ergo, Quare, vel cur ſignificat. *Hactenus* Donatus. *Bentleius legendum putat*, Num quî minus Mihi ius idem ſit tecum, quod mecumſt tibi ? Plaut. Amphit. Prol. 76 Quî minus Eadem hiſtrioni ſit lex, quae ſummo viro ? *Vtroque loco* quî *ſimpliciter interpretor* qua ratione. *Sic* Cic. Tuſc. 5, 109 Quî enim beatior Epicurus quod in patria viuebat, quam Metrodorus quod Athenis ? Id. Att. 16, 14 Quî minus autem ego iſtic recte eſſe poſſim, quam eſt Marcellus ? Ter. Adelph. 4, 5, 57 Si frater aut ſodalis eſſet, quî magis morem gereret ? Cic. Att. 16, 14 Quî fieri poterat ? Hor. Sat. 1, 1 *pr.* Quî fit, Maecenas, vt nemo *etc.* ¶ 2 *Peculiariter obſeruari meretur vſus comicus, vbi idem quod* vtinam *ſignificare videtur.* Ter. Phorm. 1, 2, 73 DAV. Quid fit denique ? GETA. Quid fiat ? Eſt paraſitus quidam Phormio, Homo confidens; quî illum DI omnes perduint ! DA. Quid is fecit ? GE. Hoc conſilium, quod dicam, dedit. Donatus, *Qui* vtinam eſt, vt Lucilius in ſecundo, Quî te, Nomentane, malum iam caetera, perdat ! *In his, quae ſequuntur, originem formulae aperit*, Incipiens Phormionem deſcribere cohorruit conſideratione eius, et in hanc vocem, quaſi confuſus, erupit. Hoc autem certum genus eſt παρενθέσεως. *Nempe ſecundum haec* qui *eſt relatiuum Pronomen Nominatiui caſus : voluit dicere*, qui hoc conſilium dedit. *Reliqua affectus Daui imprecantis, et cupiditas audire volentis Getae inferſit. Haec, inquam, potuit origo eſſe talium formularum : caeterum ſunt loca, in quibus ſimpliciter pro* vt *vel* vtinam *poſitum videtur, vt* Plaut. Caſin. 2, 4, 1 Qui illum DI omnes Deaeque perdant ! *Et* Trin. 4, 2, 78 Hem iſtic erit. Qui iſtum DI perdant ! *in quibus illa Donati parentheſis locum iam non inuenit.* *Sed loco* Cic. Att. 4, 7 *pr. accommodari poteſt*, De Apollonio quod ſcribis, qui . . . illi DI irati, homini Graeco, qui conturbare quidem putat ſibi licere, quod equitibus Romanis. nam Terentius ſuo iure. *Iocoſe ſtomachatur, hominem Graecum velle vti more, et velut iure equitum Romanorum.* ¶ 3 Quidum, *Quare igitur ?* Plaut. Amph. 4, 2, 12 Prodigum te fuiſſe oportet olim in adoleſcentia. A. quidum ? M. quia ſenecta aetate a me mendicas malum. Ter. Eun. 2, 2, 42 At numquid aliud ? P. quidum ? C. quia triſtis es.

QVIA. Coniunctio cauſalis. [ὅτι] Ter. Heaut. 3, 1, 100 An eo fit, quia in re noſtra, aut gaudio ſumus praepediti nimio, aut aegritudine ? Sed quia natura mutari non poteſt, idcirco verae amicitiae ſempiternae ſunt Cic. de Amicit. 32 c. 9. *Et* c. 4 Vt beate vixiſſe videar, quia cum Scipione vixerim. Quinctil. 12, 11 Non quia prodeſſe vnquam ſatis ſit, ſed quia decet hoc quoque proſpicere, ne quid peius quam fecerit, faciat. Cic. de Finib. 1, 32 Neque porro quiſquam eſt, qui dolorem ipſum, quia dolor ſit, amet. Quinctil. 1, 4 Danda eſt tamen omnibus aliqua remiſſio, non ſolum quia nulla res eſt, quae perferre poſſit continuum laborem, ſed quod ſtudium, diſcendi voluntate quae cogi non poteſt, conſtat. Liu. 3, 21 Quia plebs SCtum — ſoluit, ipſi quoque ſolutum vultis. Quia, eo : Salluſt. in Catil. 20 Sed quia multis et magnis tempeſtatibus vos cognoui fortes, fidosque mihi, eo animus auſus eſt maximum atque pulcherrimum facinus incipere. *Sic* Cic. Att. 10, 15 Quia ſcripſeras, te proficiſci cogitare, eo te haerere cenſebam. *Et* 13, 7 Sed quia confido, — illum aequitatis habiturum rationem ; ideo a te non dubitaui contendere, vt. *Ita* Att. 12, 22 Quae omnia quia Cato extulerat in caelum, idcirco in eius ſententiam eſt facta diſceſſio. *Et* Fam. 12, 11 Quia ſemper animaduerti, — propterea non dubito, quin ſcias, cuius municipii ſim. Quia, ita. Auct. ad Heren. 3, 28 c. 16 Quia in caeteris rebus ingenii bonitas imitatur ſaepe doctrinam — : ita fit in hac re, vt nonnunquam naturalis memoria — ſimilis ſit huic artificioſae. *Hic poterat etiam* Sicut, Cum, Quoniam, *poni.* Ter. Heaut. 3, 2, 27 Quippe quia magnarum ſaepe id remedium aegritudinum eſt. Plaut. Amph. 2, 2, 33 Quî tibi iſtuc in mentem venit ? S. quia enim ſero aduenimus. *Et* Caſ. 2, 6, 33 Quid tu id curas ? CH. quia enim metuo, ne in aqua ſumma natet. ¶ 2 *Obſ. Poſterior ſyllaba a* Virg. *ſemper corripitur : producitur tamen a* Phaedr. 1, 6, 7 Ego primam tollo, nominor quia leo. *et ab* Auſon. Prof. Burdigal. Carm. 8 Sed quia noſtro docuere in aeuo, *verſu ſapphico.* *Add.* Plaut. Bacch. 4, 4, 29. ¶ 3 *A librariis confundi ſolent* qui *et* quia : *vid. Burm. ad* Sammon. v. 725.

QVIĂNAM. Interrogat. pro Quare, vel cur, *vt annotat* Feſtus, et apud antiquos, vt Nauium in carmine Punici belli, Summe Deum regnator, quianam genus iſti. Et in Satira, Quianam Saturnium Populum pepuliſti. Et Ennius in libro ſeptimo, Quianam dictis noſtris ſententia flexa eſt. *Haec ille.* *Sic* Plaut. Truc. 1, 2, 34. Virg. Aen. 5, 13 Heu quianam tanti cinxerunt aethera nimbi ? Idem Aen. 10, 6 Caelicolae magni quianam ſententia vobis Verſa retro ? *Defendit hanc lectionem Erythraeus in Indice.* Quinctil. 8, 3, 24 *Olli*, et *quianam* — adſpergunt illam, quae etiam in picturis eſt gratiſſima, vetuſtatis inimitabilem arti auctoritatem. *conf.* Plaut. Amph. 1, 1, 164. *et* Truc. 1, 1, 33.

QVIANE. *Interrogat. an quia. Acerba ironia.* Virg. Aen. 4, 538 Quiane auxilio iuuat ante leuatos, Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti ? *Add.* Plaut. Perſ. 5, 2, 69.

QVICQVAM *vel* QVIDQVAM *potius*, cuiusquam. [τὶ] *i. Aliquid.* Ter. Andr. 5, 2, 22 Si quidquam mentitum inuenies, occidito. Cic. Acad. 4, 6 Nec quidquam aliud videndum eſt nobis, quos Populus Romanus hoc in gradu collocauit, *etc.* Liu. 26, 15 Queis neque quid facerent, neque quid dicerent, quidquam vnquam penſi fuiſſet. Nihil quidquam Ter. Andr. 1, 1, 63. Lucret. 1, 1056 Ipſum ſi quidquam poſſe in ſe ſiſtere credis. Quidquam *Nominatiuus eſt*, ipſum *Accuſatiuus.*

QVICQVE, *vel potius* QVIDQVE. [ὅτ' οὖν] Quinct. 3, 11 Non vt quidque primum dicendum, ita primum cogitandum eſt. Cic. de Nat. Deor. 3, 60 Veſtri autem non modo haec non refellunt, verum etiam confirmant, interpretando quorſum quidque pertineat. Primum quidque videamus Cic. de N. D. 3, 7. Columel. 12, 7 Tum quidque vaſe conditur. Cic. Verr. 4, 35 Ede mihi ſcriptum, quid argenti in prouincia Sicilia pararis, vnde quidque, aut quanti emeris.

QVICQVID, *ſ. melius* QVIDQVID. [ὅτικεν] *Infinite capitur, ſ. vniuerſaliter adeo.* Cic. pro Roſc. Amer. 122 Quidquid maleficii, ſceleris, caedis erit, proprium id Roſciorum eſſe debebit. Ter. Heaut. 1, 1, 31 Ne lacrima, atque iſtuc quidquid eſt, fac me vt ſciam. Quinctil. 1, 7, 6 Frigidiora his alia : vt *quicquid* C quartam haberet, ne interrogare bis videremur. *Videtur itaque ipſe Fabius improbare* quicquid; *certe rationem ridet mutandi* d *in* c. Quidquid delirant reges, plectuntur Achiui Hor. Epiſt. 1, 2, 14. Plaut. Curc. 4, 2, 2 Quidquid eſt, ipſe ibit potius. Idem Truc. 2, 1, 42 Sed fores, quidquid eſt futurum, feriam. Cic. Diu. in Caec. 36 c. 11 Aut enim id mihi ſatis eſt, quod eſt de me opinionis, quidquid eſt. Quidquid id eſt, timeo Danaos et dona ferentes Virg. Aen. 2, 49. *vid. Drakenb. ad* Sil. 6, 119 *et* 582. Quidquid eris, mea ſemper eris Ouid. Am. 3, 11, 49. Quidquid obiectum eſt Cic. Tuſc. 5 c. 34. Plaut. Poen. 5, 4, 30 Nunc hinc ſapit, hinc ſentit quidquid ſapit, meo amore ſapit. Idem Truc. 5, 48 Da tu mihi de tuis deliciis ſummis quid quid pauxillulum. Quidquid huius feci Ter. Eun. 1, 1, 122. *Conf. Briſſ. de Form. p. 11. Parei Lex. Crit.* p. 1039 *et* 1048. Lucret. 4, 146 Semper enim ſummum quidquid de rebus abundat Quod iaculentur, *etc.* *Lambinus pro* Quidque *poſitum monet.*

QVÎCVM. [μεθ' ὃ] *pro* Cum quo, *et pro, cum qua.* Quicum tot conſueſſet annos Ter. Hec. 4, 1, 40. Quicum partiri curas Virg. Aen. 11, 822. *Conf. Goclen. Probl. Gramm.* 4, 17. Ter. Heaut. 1, 2, 4 Quîcum loquitur filius ? Idem Eun. 4, 6, 21 Immo hoc cogitato, quîcum res tibi eſt, peregrinus eſt. Cic. Fam. 4, 1 Nemo eſt omnium, quîcum potius mihi, quam tecum, communicandum putem.

QVICVNQVE, quaecunque, quodcunque. [ὅστις, ὅσος] *Omnis qui.* Cic. de Lege Agrar. 2, 49 c. 18 Vt quibuscunque rebus poſſem, illius abſentis dignitatem vobiſcum vna tuerer. Quinctil. 9, 4, 100 Ex iis, quae ſupra poſui, apparet, moloſſum quoque clauſulae conuenire, dum habeat ex quocunque pede ante ſe breuem. Quicunque is eſt, ei me profiteor inimicum Aſin. ad Cic. Fam. 10, 31. Cic. de Orat. 1, 51 Quidquid erit, quacunque ex arte, quocunque de genere, *etc.* *Compoſitionis rationem intelligere licet praeſertim interpoſitis dictionibus, vt*, Quod erit cunque viſum, ages Cic. Fin. 4 c. 25. Prodeſſemus ciuibus noſtris, qua re cunque poſſemus Idem de Diu. 1 c. 2. *Add.* Gell. 12, 5. Hor. Serm. 2, 5, 51 Qui teſtamentum tradet tibi cunque legendum. Idem Carm. 1, 16, 2 Quem criminoſis cunque voles modum Pones iambis. Quae me cunque vocant terrae Virg. Aen. 1, 614. Quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis Cic. Att. 8, 17. Quodcunque hoc regni Virg. Aen. 1, 82. *Praemittitur etiam* omnia : Cic. de Orat. 2, 44 Non omnia quaecunque loquimur, mihi videntur ad artem et ad praecepta eſſe reuocanda. Idem de Lege Agrar. 3, 5 Omnia quaecunque ille feciſſet, eſſent rata. Queiscunque obuertimus oris, *i. Quibuscunque* Lucret. 4, 168. Quicunque, *pro Qualiſcunque.* Cic. de Orat. . . . Quicunque in dicendo ſumus. Quamobrem quaecunque a me ornamenta ad te proficiſcentur Cic. Fam. 2, 19. *i. omnia : vid. Manut. ad h. l.* *Sic* Plin. 31, 9 Sed quicunque ſal acopis additur. *i. Omnis generis, ſiue natiuus, ſiue facticius.* Cic. pro Rabir. Poſt. 21 Quaecunque mens illa fuit, Gabinii fuit. Idem de Orat. 1, 117 Illam ipſam quamcunque aſſequi potuerit in dicendo mediocritatem. Ibidem 117 Illa ipſa facultate, quamcunque habet, *etc.*

QVID. [τί] *Pronomen Subſtantiuum, cuius Maſculinum* Qui *vel* Quis : *interrogat, aut infinite capitur, non refert, quem vſum habet* Quod. *Frequenter, vt alia Subſtantiua, nominibus Genitiui caſus adhaeret.* Ter. Andr. 3, 4, 21 Quid cauſae eſt, quin hinc in piſtrinum recta proficiſcar via ? Cic. Tuſc. 5, 32 Quid eſt cauſae, quin ſi Zenonis rationi conſentaneum ſit, *etc.* Quid facerent miſeri ? aut quid recuſarent ? Cic. Verr. 3, 79 c. 34. Idem ibid. 2, 155 Vtrum tibi Siculos publice, priuatimque amicos, an inimicos exiſtimari vis ? ſi inimicos, quid te futurum eſt ? *i. de te, vel tibi.* Plaut. Merc. 2, 2, 19 Quid ego tibi Aetatis videor ? *i. Cuius aetatis, ſiue quot annos natus tibi videor ?* Idem ibid. 2, 3, 115 Quî ſcio quid ſit ei Animi, venirene eam velit, an non velit ? Quid Captiuorum ducunt ſecum ? Plaut. Epid. 2, 2, 26. *i. quot et quos.* Quid ſui Conſilii ſit, oſtendit Caeſ. Bell. Gall. 1, 21. Plin. 17, 24 Infeſtantur et arbores morbis : quid enim Gentium caret his malis ? *h. e. Quae natio, quae gens, qui populi ?* *Sed editur* Quid enim Genitum caret, *etc.* Quid iſtud Gaudii eſt ? Ter. Andr. 5, 5, 7. *h. e. Quid ſibi vult gaudium iſtud ?* Ter. Heaut. 4, 8, 7 Quaeſo, quid tu Hominis es ? *i. qualis homo.* Idem Eun. 3, 4, 8 Quid hoc Hominis ? qui hic ornatus eſt ? Cic. Verr. 2, 143 Exponam vobis breuiter quid Hominis ſit. Quid Iuris ſit, quaeritur Martianus in l. Filius familias. §. apud. D. de Legat. 1. Et Caius in l. Mortis cauſa capitur. §. vlt. D. de mort. cauſ. donatione. Quid Lucri eſt emori ? Cic. Tuſc. 1 c. 41. Ter. Hec. 4, 4, 21 Sed quid Mulieris vxorem habes ? aut quibus moratam moribus ? Quid Militum, aut Nautarum per triennium dederunt ? Cic. Verr. 4, 150. Quid huius ſit Rei, ſciam Plaut. Aul. 4, 5, 72. Quid hoc Rei eſt ? Liu. 1, 48 *pr.* Quis tu homo es ? quid tibi vis ? quid cum illa Rei tibi eſt ? Ter. Eun. 4, 7, 34. Idem Hec. 5, 4, 2 Dic mihi, harum Rerum numquid dixti iam patri ? *Pro aliquid, vt* Idem Andr. 1, 1, 14 Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat Simo. Quid Rerum portant ! Ter. Heaut. 2, 3, 6 *cum admiratione. Sed*, Ne me obſeruare *poſſis*, quid Rerum geram Plaut. Aul. 1, 1, 15. Ter. Phorm. 2, 4, 4 Quid de hac re dicat, quidue ſit Sententiae. *h. e. Quid de hac re ſentiat.* Quid Signi Plaut. Amph. 1, 1, 266. Quid Turbae eſt ? Ter. Heaut. 2, 3, 13. Idem Phorm. 2, 2, 29 Coena dubia apponitur ? S. quid iſtuc Verbi eſt ? *h. e. Quid ſibi volunt haec verba ?* Plaut. Poen. 3, 5, 15 Apage, neſcio quid Viri ſis. ¶ 2 *Obſeruationes variae :* Quid ! *cum admiratione dictum a reſpondente quid factum ſit.* Ter. Andr. 1, 1, 61 Eho quid Pamphilus ? quid ! ſymbolam dedit, coenauit. Idem Phorm. 1, 2, 71 Quid fit denique ? G. Quid fiat ? Eſt paraſitus, *etc.* Donatus *ſupplet*, Rogitas quid fiat. Quid, *Ob quid, propter quid.* Ter. Andr. 1, 4, 7 Sed quidnam Pamphilum exanimatum video ? vereor quid fiet. Quaeſiui, quid dubitaret

taret proficiſci? Cic. Catil. 2 c. 6. Quid veniat, ſcitatur Ouid. Met. 2, 622. Deinde nunciato, quid adueneris Apul. Met. 6 p. 181. *Conf.* Neſcio quid. Virg. Aen. 1, 749 Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles. Ter. Heaut. 3, 2, 18 Scin' eſſe factum vt dico? C. quid ego neſciam? Idem Eun. 3, 5, 11 Quid eſt quod laetus ſis? quid tibi vis? Cic. Verr. 2, 49 Quid eſt quod tu alios accuſes? *i. Quid eſt in cauſa, quid eſt quamobrem, vel propter quod.* Cic. Act. in Verr. 1, 38 c. 13 Cognoſcet ex me Populus Rom. quid ſit, quamobrem, cum equeſter ordo iudicaret, — ne tenuiſſima quidem ſuſpicio — conſtituta ſit: quid ſit, quod — Q. Calidius damnatus dixerit — quid ſit, quod Septimio damnato — lis aeſtimata ſit, *etc.* Cic. de Finib. 1, 53 Hanc ego quum teneam ſententiam, quid eſt cur verear, ne ad eam non poſſim accommodare Torquatos noſtros? Quid eſt quamobrem quisquam noſtrûm Cenſorias ſubſcriptiones omnes fixas et in perpetuum ratas putet eſſe oportere? Cic. pro Cluent. 132. Ter. Eun. 3, 2, 51 Quid? quid aliud volui dicere? *Dubitantis eſt, et velut conſilium a ſe ipſo petentis.* Ibid. 5, 3, 1 Quid? quid venire in mentem nunc poſſit mihi, quidnam? *Vehementiam et inſtantiam ſignat* Cic. pro Caecin. 24 Quid teſtes, quid aiunt? P. Vetilius propinquus Ebucii, ſe Ebucio cum armatis ſeruis veniſſe aduocatum. Quid praeterea? fuiſſe complures armatos. Quid aliud? minatum eſſe Ebucium Caecinae. *Moratum, et familiarem ſermonem reddit,* Quid? ſenem quoad exſpectatis veſtrum? Ter. Phorm. 1, 2, 97 Donatus, Animaduerte Quid ſecundum morem quotidianum tum dici, quum ſit tranſitus a mentione alterius rei ad alteram. Idem Phorm. 1, 2, 94 Quid paedagogus ille, qui cithariſtriam? Quid rei gerit. Donatus, moraliter, *inquit*, quaerit. *Viuidior nempe fit oratio, et verum affectum magis exprimit. Multa ſunt ex eo genere in hac fabula 5, 3 v. g. v. 28* Quid? illa filia amici noſtri, quid futurum eſt? *Vix aliam vim habet, quam tranſeundi ab vno ad aliud. Sic etiam* Cic. in Partit. 4 Quid? orationis quot ſunt partes? Idem Fam. 7, 1 Noſti enim reliquos ludos, quid? ne id quidem leporis habuerunt quod ſolent mediocres ludi. *Hic auget, vt* Immo. *Sed expoſtulantis ἦθος exprimit.* Quid? tu me hoc mandaſſe exiſtimas, vt, *etc.* Cic. Fam. 2, 7. Quid eſt, ſi non hoc contumelia eſt? Ter. Andr. 1, 5, 2. Cic. A. 1 Verr. 29 Quid eſt quaeſo, Metelle, iudicium corrumpere, ſi hoc non eſt? *Continuandi vim habet* Quid pater? viuitne? Plaut. Capt. 2, 2, 32. *Et* ibid. 31 Quid diuitiae? ſuntne optumae? *Sic* Quid? qui pecuniae cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur, quorumque ita perturbantur animi, vt non multum abſint ab inſania, quod inſipientibus contingit, omnibus his nullane eſt adhibenda curatio? Cic. Tuſc. 3, 4. *Etiam continuat propoſitionem* Idem pro Roſc. Amer. 35 c. 13 De hiſce omnibus rebus me dicere oportere intelligo. Quid igitur eſt? non eodem modo de omnibus. *Et* ibid. 55 c. 19 Vident omnes qua de cauſa huic inimicus venias: ſciunt huiuſce pecunia te adductum eſſe. Quid ergo eſt? *etc.* ¶ 3 *Vehementiora ſunt iſta:* Varro R. R. 1 *extr.* Cum haec diceret Stolo, venit libertus aeditimi ad nos flens, et rogat — vt ei in funus poſtridie prodeamus. Omnes conſurgimus, ac ſimul exclamamus, Quid? in funus? quod funus? quid eſt factum? Cic. pro C. Rabir. 22 c. 8 Patruus, inquit, meus cum Saturnino fuit. Quid? pater quicum? Quid? propinqui veſtri, equites Rom. Quid? omnis praefectura, regio, vicinitas veſtra? Quid? ager Picenus vniuerſus *etc.* Cic. pro Roſc. Amer. 32 c. 11 *extr.* Patrem meum, quum proſcriptus non eſſet, iugulaſtis: occiſum in proſcriptorum numerum retuliſtis, me domo mea per vim expuliſtis, patrimonium meum poſſidetis. Quid vultis amplius? Quid mecum eſt tibi, aut tecum? Plaut. Curc. 5, 3, 10. *Intell. rei, negotii, cauſae.* Cic. pro Cluent. 172 Quid huic cum Auito? nihil. Idem pro Quinct. 55 Quid mihi, inquit, cum iſta ſanctimonia et ſumma diligentia? Cic. Philipp. 10, 11 Cum Illyrico vero, et cum Vatinii legionibus quid erat Antonio? Quid quidem tibi? pro Quid ad te? Cic. Att. 4, 7. *Alii aliter.* Quid? quod *ſolet aliquid maius adiungere ſuperioribus.* Quid? quod ſalus ſociorum in diſcrimen vocatur Cic. pro L. Manil. c. 5. *Add.* Id. de Sen. c. 23. Cic. Acad. 4, 95 Quid? quod eadem illa ars quaſi Penelopae telam texens, tollit ad extremum ſuperiora? Vtrum ea veſtra, aut noſtra culpa eſt? Ibid. 26 Quid? quod ſi iſta vera ſunt, ratio omnis tollitur? Cic. de Nat. Deor. 1, 108 c. 38 Quid? quod eiusdem hominis in meum (ſenſum incurrunt imagines) aliae, aliae in tuum? Quid? quod earum rerum, quae nunquam omnino fuerunt. Quid? quod hominum — quos nunquam vidimus? quid? quod ſimulac mihi collibitum eſt, praeſto eſt imago? Quid quod etiam ad dormientem veniunt inuocatae? *Simile eſt illud,* Quid? quum ipſe Antiochus diſſentit quibusdam in rebus, ab his quos amat Stoicis, nonne indicat non poſſe illa probanda eſſe ſapienti? Cic. Acad. 4, 133. ¶ 4 *Sunt formae quaedam interrogandi notabiles ad illud ἠθικὸν ſiue moratum, in oratione efficiendum aptae. v. g.* Plaut. Merc. 2, 3, 78 Sed quid illa nunc fiet? Idem Moſt. 3, 2, 90 Quid mihi fiet tertio, qui ſolus facio facinora immortalia? Cic. Att. 6, 1 Quid illo fiet, quem reliquero? Idem Fam. 14, 4 Sed quid Tulliola mea fiet? Idem de Lege Agrar. 71 Quaero, ſi qui velint vendere, non fuerint, quid pecunia fiet? Quid facerem? Virg. Ecl. 1, 41. *negat ſe aliud facere potuiſſe.* Cic. Off. 3, 60 Stomachari Cannius: ſed quid faceret? nondum, *etc.* Idem de Orat. 3, 84 Valerius quotidie cantabat, erat enim ſcenicus: quid faceret aliud? Ter. Andr. 4, 5, 52 Eho inepta, neſcis quid ſit actum? M. quid ſciam? *Sed recte legitur,* Quî ſciam, *i. Quomodo, aut unde ſciam.* Quid ſi, *venuſta locutio, pro eo quod quis dicat, Quid futurum eſt, ſi; vel, quid dicas, aut cenſes, ſi.* Plaut. Aſin. 3, 3, 130 Quid ſi optaro? LE. eueniet. Ter. Phorm. 1, 4, 35 Satin' ſic eſt? G. non. A. quid ſi ſic? G. propemodum. A. quid ſi ſic? G. ſat eſt. Idem Eun. 5, 2, 36 Quid ſi hoc quiſpiam voluit deus? Quid tibi videtur: adeon' ad eum? Ter. Andr. 2, 1, 17. Plaut. Moſtel. 3, 3, 1 Quid tibi viſum eſt hoc mercimonii? Quid videtur tibi hoc mancipium? Ter. Eun. 2, 2, 42. *i. quale?* Quid vis tibi? aut quid quaeris? Idem Heaut. 1, 1, 9. Ter. Hec. 5, 3, 11 Propere curre ad Pamphilum. P. quid eo? D. dic me orare vt veniat. *i. Propter quid eo vis me ire. Feſtinantis ad exitum formula eſt* Ter. Phorm. 1, 2, 25 Coepi aduorſari primo: quid verbis opus eſt? ſeni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi. *Vtitur* Idem Andr. 1, 1, 72. *Similis eſt forma,* Quid multa? Cic. Att. 1, 19 Si vnquam mihi ἐπιχειρήματα ſuppeditauerunt, illo tempore. Quid multa? clamores tanti fuerunt, vt ego brevior ſim, quod eos vsque iſthinc exauditos putem. *Plane ita* Hor. Serm. 1, 6, 82. *it.* 2, 6, 83. *Et* Epiſt. 1, 7, 62. *Eadem ratione dixit* Sat. 1, 8, 40 Singula quid memorem? Cic. Off. 3, 59 c. 14 Grauate ille primo: quid multa? impetrat. Idem Att. 1, 8 Quid multa? vereor, *etc.* Ter. Eun. 3, 5, 20 Primam dices ſcio, ſi videris? quid multa verba? amare coepi. Quid multis moror? Idem Andr. 1, 1, 87. *Eadem fere ratione dicunt* Quid quaeris? *vt* Cic. Att. 1, 1. 10. 13. Hor. Epiſt. 1, 10, 8 Quid quaeris? viuo et regno, ſimul iſta reliqui, Quae vos ad caelum effertis rumore ſecundo. Cic. de Nat. Deor. 2, 160 Quid multitudinem, ſuauitatemque piſcium dicam? *Simpliciter videtur continuare orationem velut per praeteritionem.* Cic. de Nat. Deor. 2, 129 Quid dicam quantus amor ſit beſtiarum in educandis cuſtodiendisque iis, quae procreauerunt. *Et* 158 Quid loquar, quanta ratio in beſtiis appareat. Quid ita? *vna pars orationis, inquit* Donatus, pro Quamobrem. Ter. Andr. 2, 1, 14 Si id facis, hodie poſtremum me vides, P. quid ita? C. hei mihi, vereor dicere. *Eſt vna pars orationis, vt* quam ob rem; *quas voculas inter pronuntiandum contungerent ob celeritatem; ſcribendo enim continuare voces etiam diſtinctas alioqui ſolebant.* Cic. pro Roſc. Amer. 34 Eſtne hoc illi dicto atque facto Fimbriae non ſimillimum? Accuſatis Sext. Roſcium. Quid ita? quia de manibus veſtris effugit, quia ſe occidi paſſus non eſt. Ter. Eun. 4, 4, 58 Thais iam aderit. PY. quid ita? D. quia quum inde abeo, *etc.* Quid ita non? Idem Phorm. 4, 1, 2. *Et* Eun. 5, 5, 17 Qua audacia tantum facinus audet? P. quid ita tantum? *Extenuat hac formula facinus, et negat* tantum *vocari debere.* Quid tibi huc? Plaut. Bacch. 1, 1, 6. Ter. Heaut. 3, 2, 7 C. Syre. S. hem. C. quid tu iſtic? *etc.* Idem Phorm. 4, 5, 11 Quid tua (malum) id refert? Quid noſtra? *int.* refert Cic. ad Brut. 17. Quid ad te? *Exprobratio ſollemnis in eos, qui aliena curant. Amariſſimum, ſed aliquantum impudens eſt epigramma* Martialis 7, 9 Paedicatur Olus, fellat Linus, Ole, quid ad te, De cute quid faciat ille vel ille ſua? *etc. tandem finit,* Dicere quindecies poteram, Quid pertinet ad te? Sed, quid agas, ad me pertinet, Ole, nihil. Quid intereſt, vtrum Praetor imperet, vique cogat aliquem de ſuis bonis omnibus decedere? an huiusmodi iudicium det, *etc.* Cic. Verr. 4, 43. ¶ 5 Quid poſtea? Cic. pro Muraen. 26. Quid tum inde? Idem ibid. 26. Ter. Heaut. 3, 3, 41 Huic drachmarum haec argenti mille dederat mutuum. C. quid tum? S. ea mortua eſt. Cic. Tuſc. 5, 107 At multantur bonis exules. Quid tum? Parumne multa de toleranda paupertate dicuntur? Quid tum ſi fuſcus Amyntas? Virg. Ecl. 10, 38. Ter. Adelph. 4, 5, 15 Neque enim diu huc commigrarunt. AE. quid tum poſtea? M. virgo eſt cum patre. Idem Hec. 4, 1, 37 Quid tum poſtea, ſi modeſte ac raro hoc facit? Vbi Donatus, Idiotiſmus, quo contemnimus crimina leuiora. Ter. Eun. 4, 8, 24 Dixtin' hos mihi dies ſoli dare te? THAIS. Quid tum poſtea? *q. d. quid inde ſequitur? quid vis hinc arguere?* Cic. de Amicit. 30 Quid enim Africanus indigens mei? minime hercle. Quinctil. . . . Quid tibi tantum malum feci? quid offendi? Quid iſtic? aduerbium eſt aegre concedentis, inquit Donatus. Ter. Eun. 2, 3, 96 Quid iſtic? ſi certum eſt facere, facias: verum ne poſt conferas culpam in me. Quid nunc agimus? conſilium quaerentis eſt, inquit Donatus Ter. Eun. 4, 7, 41. Quid cenſes eos eſſe facturos, qui omnino virtutem a bonorum fine ſegregauerunt, Epicurum, Hieronymum, *etc.* Cic. de Finib. 4, 49. Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum atque aequum ſciunt? Ter. Heaut. 4, 1, 29. Cic. pro Caecin. 30 Quid huic tu homini facias? Quid facias? vt homo eſt, ita morem geras Ter. Adelph. 3, 3, 76. Quid niſi vſurpauiſſe antiquos teſtis eſt Afranius in Epiſtola, Me auctore mater abſtinebis: Quid niſi? Feſtus. *Nempe plene diceres,* Quid *potius faciam niſi hoc. Contraxerunt poſtea,* Quidni? *Plenae locutionis exemplum* Cic. Tuſc. 1, 75 Num quid aliud agimus, quum, *etc.* quum a negotio omni ſeuocamus animum? quid, inquam, tum agimus, niſi animum ad ſe ipſum aduocamus? ¶ 6 *Ellipſis eſt in illo* Cic. Fam. 4, 1 Trebacio mandaui, vt ſi quid tu eum velles ad me mittere, ne recuſaret, *i. ſi propter aliquid.* Idem Fam. 13, 73 Niſi quid exiſtimas in ea re violari exiſtimationem tuam, *i. ſecundum aliquid, aliqua ratione. Alia ellipſis eſt non minus notabilis in aſſeuerandi illa formula* Quid enim? *intell.* contra dici poteſt? Luccei ad Cic. Fam. 5, 14 Quid enim? tu ſolus aperta non videbis, qui propter acumen occultiſſima perſpicis? Idem Fin. 2 c. 19 Quid enim? te ipſum voluptasne induxit. *Sic* c. 22. *et* Tuſc. 1 c. 25. Quinctil. 7, 10, 9. *Sic* Hor. Serm. 1, 1, 7 Militia eſt potior; quid enim? concurritur, *etc.* Cic. de Finib. 2, 93 c. 28 Quid enim? ſummus dolor plures dies manere non poteſt? Vide ne etiam menſes. *Similia ſunt, i. aſſeuerandi vim habent, iſta,* Quid enim aliud quam admonendi eſſetis, vt morem traditum a maioribus ſeruaretis? Liuius 22, 60. *Conf.* 4, 3. 6, 41. 34, 2 *et ibi Drakenb.* Quid enim cenſes? ſi L. Mummius videret, *etc.* Vtrum putaret, *etc.* Cic. in Parad. 5. Quid enim, ad amicosne confugiam? Idem Fam. 5, 15.

QVIDAM, quaedam, quoddam *vel* quiddam; cuiusdam. [τὶς, ποιός τις] *Perſonam remue certam dicit, et ſingulare potius ſignum eſt, quam particulare.* In angiportum quoddam deſertum Ter. Eun. 5, 2, 6. Idem ibid. 3, 2, 30 Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas oſtentat, neque tibi obſtat, quod quidam facit: *praeſentem pungit militem. Dicitur ſaepe de hominibus obſcuris, ignotis, contemtis.* Argilius quidam Nep. 4, 4, 1. *Add* Id. 5, 1, 3. *et* 14, 8, 1. *et* 20, 5, 2. Emit quendam Phaedria eunuchum Ter. Eun. 5, 6, 12. *vbi vid.* Donat. *Add.* Cic. pro S. Roſc. c. 23, 1. *Sed non eſt perpetuum.* Quidam ex aduocatis, homo et honoribus populi ornatus, et ſumma virtute praeditus dixit Cic. pro Cluent. 177 c. 63. Magni cuiusdam hominis et perſapientis videtur Quint. Cic. de Prouinc. 44. Cic. de Orat. 2, 298 Craſſi quidem reſponſum excellentis cuiusdam eſt ingenii, ac ſingularis. Cic. Acad. 1, 33 c. 9 Vt in his quiddam diuinum eſſe diceret. Idem de Legib. 3, 23 c. 10 Ego enim fateor in iſta ipſa poteſtate ineſſe quiddam mali. *Et* de Orat. 2, 298 c. 74 Cui quiddam portenti ſimile eſſe viſum eſt. Quidam de collegis noſtris Cic. Fam. 11, 21. *Non contemnit, ſed nominare non vult alia de cauſa. Certum et determinatum denotat alias, vt* Cic. de Orat. 1, 183 Quae ſi indicarentur certis quibusdam verbis, non nouis nuptiis fieri cum ſuperiore diuortium. Idem de Finib. 4, 25 Sumus igitur homines: ex animo, conſtamus et corpore: quae ſunt cuiusdam modi, *i. Non cuiuslibet.*

QVIDEM. Adu. [μὲν, γοῦν, γέτοι] *Idem quod* Certe *ſignificat, ſed adiuncta fere aliqua vel diſtinguendi notione, quam indicat ſequens* autem, *vel ſimilis; vel reſtringendi ſ. excipiendi. Exempla rem declarabunt.* Quinctil. in Infami ſ. Decl. 18, 13 *extr.* Torquebis quidem filium, ſed fatebitur mater. Cic. Off. 3, 39 c. 9 Atqui hoc loco philoſophi quidam, minime mali illi quidem, ſed non ſatis acuti, *etc.* Idem ad Brut. 15 Suſpicor illud tibi minus probari, quod ab tuis familia-

miliaribus, optimis illis quidem viris, ſed in Republica rudibus non probatur. *Interdum non ſequatur particula diſtinguens, vt* Sic diſtractis exercitibus ac prouinciis, Vitellio quidem ad capeſſendam principatus fortunam bello opus erat Tac. Hiſt. 1, 76, 7. Otho, vt in multa pace, *etc. Diſtinctio eſt in re ipſa.* *Sed* Cic. pro Planc. 52 Fortius tu quidem quam nonnulli defuncti honoribus, ſed apertius quam, *etc.* Cic. Philipp. 2, 107 Collegam quidem de caelo detraxiſti: effeciſtique non tu quidem etiam nunc, vt ſit ſimilis tui, ſed certe vt diſſimilis eſſet ſui. Qui autem in virtute ſummum bonum ponunt, praeclare illi quidem Cic. de Amic. c. 9. Illa quidem ſtygia nabat iam frigida cymba Virg. Georg. 4, 506. Cic. Att. 8, 9 Num igitur peccamus? minime vos quidem, ſed tamen ſigna conturbantur, quibus voluntas a ſimulatione diſtingui poſſet. Cic. de Clar. Orat. 115 Q. Mucius enucleate ille quidem, et polite, vt ſolebat, dixit, nequaquam autem ea vi atque copia, quam genus illud cauſae poſtulabat. Idem in Catil. 2, 10 Eſſent illi quidem deſperandi: ſed tamen eſſent ferendi. Virg. Ecl. 9, 37. Cic. Att. 10, 11 Quae de fratre meo ſcribis, ſunt ea quidem parum firma, ſed habent nihil ὕπουλον. Alii legunt Equidem. Minus quidem illa ſeuere, quam decuit, non tamen omnino diſſolute Cic. Philipp. 6, 1. Idem Diu. in Caec. 18 Hanc habent arcem ſocii, minus munitam aliquando nunc quidem quam antea: verumtamen ſi qua reliqua illis ſpes eſt, ea tota poſita in lege eſt. *Interdum ipſa videtur eſſe aduerſatiua particula, pro Autem.* Niſi haec vrbs ſtabilita tuis conſiliis et inſtitutis erit, vagabitur modo nomen tuum longe atque late; ſedem quidem ſtabilem et domicilium certum non habebit Cic. pro Marc. c. 9. Cauſam apud Philippum regem verbo, re ipſa quidem apud Polyſperchontem iuſſus eſt dicere Nep. 19, 3, 3. Quum quidem bellum parabis Idem 23, 2, 6. *Conf. Periz. ad Sanct. p. 375.* ¶ 2 *Nec ſemper aduerſandi particula ſequitur: ſed* Quidem *ſimpliciter aſſeuerandi vim habere videtur.* Cic. de Amic. 9 Aut enim nemo, quod quidem magis credo; aut, ſi quisquam ille ſapiens fuit. Virg. Ecl. 9, 37 Id quidem ago, et tacitus, Lycida, mecum ipſe voluto. Cic. Fam. 10, 2 Quapropter in priuatis rebus, nullum neque officium, neque ſtudium meum deſiderabis: ne in publicis quidem, ſi quid erit in quo me intereſſe neceſſe ſit, vnquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuae. *Vid.* NE n. 6. Cic. de Clar. Orat. 22 Nobis vero, inquit Atticus, et vehementer quidem. *Subaud.* Placet. Idem Att. 2, 19 Tantum doleo, ac mirifice quidem. Cic. de Diuin. 2, 93 Poſt Solſtitium Canicula exoritur, et quidem aliquot diebus. Idem Fam. 1, 9 Illud quidem certe noſtrum conſilium iure laudandum eſt. Idem Q. Frat. 2, . . . Aliud hoc tempore de Repub. nihil loquebantur: agebatur quidem certe nihil. *Et* pro Quint. 1 Qui vt ſumma haberem caetera, temporis quidem certe vix ſatis habui. Ter. Phorm. 1, 3, 12 Nam tua quidem hercle certo vita haec expetenda, optandaque eſt. Idem Andr. 2, 2, 10 Mea quidem hercle certe in dubio eſt vita. Cic. Att. 6, 5 Nunc quidem profecto Romae es *minimum nunc.* *Et* 10, 4 Hoc quidem eſt verum profecto.

QVIDNAM. *Interrog.* [τί μὴν] Ter. Phorm. 1, 4, 6 Quidnam ille commotus venit? *Conf.* Id. Andr. 1, 4, 7. Miſerunt conſultum, quidnam facerent Nep. 2, 2, 6. Cic. Tuſc. 3, 56 Quidnam dici poteſt quamobrem, *etc.* Ter. Eun. 5, 4, 1 Reuiſo quidnam Chaerea hic rerum gerat. *Vid.* Cic. Att. 14, 20.

QVIDNI. [πῶς ȣ̓, πῶς γὰρ ȣ̓, τί μὴν] *Confirmandi Aduerbium, Cur non? Vid.* Quid niſi *in* QVID n. 5. Ter. Eun. 2, 3, 36 Patris cognatum atque aequalem Archidemidem noſtin'? P. quidni? *Add.* Id. Adelph. 4, 2, 34. Cic. Off. 2, 75 c. 22 *pr.* Laudat Africanum Panaetius, quod fuerit abſtinens? quidni laudet? ſed in illo alia maiora. Cic. de Orat. 3 c. 67 Quidni iſta meminerim? *Et* Tuſc. 5 c. 5 Quidni poſſim. *In talibus poſſit ſponſionis formula primam originem dediſſe*, Quid *ſpondes* niſi meminerim, *etc. Abrupte interdum ponitur, vt* Apul. Met. 11 *extr.* Nec, hercules, laborum me ſumtuumque quidquam poenituit. Quidni? (*int.* ita eſſet) liberali deûm prouidentia iam ſtipendiis forenſibus bellule fotum. *Sic* Met. 6 p. 180, 6. *Et* Apol. p. 337, 14 Teſtamentum vere inofficioſum. Quidni? in quo maritum exheredauit. *Conf. Herald. ad* Tertull. Apolog. c. 46 p. 178. *Tranſpoſitis etiam particulis dicitur* Quid ego ni negem, qui egomet ſciam? *pro Quidni ego negem* Plaut. Amph. 1, 1, 278. *Similiter* Id. Mil. 4, 3, 27. *et* Pſeud. 2, 2, 57. Ter. Adelph. 4, 5, 28. *et* Heaut. 3, 2, 18.

QVIDPIAM, cuiuspiam. [τί] *Aliquantulum.* Ter. Andr. 2, 6, 7 Num illi moleſtae quidpiam hae ſunt nuptiae? *Quidam ſcribunt* Quippiam.

QVIDQVAM, *vid.* QVICQVAM.

QVIDQVE, *vid.* QVICQVE.

QVIDQVID, *vid.* QVICQVID.

QVIDVIS, *vid.* QVIVIS.

QVIDVM, *vid.* QVI n. 9.

QVIES, ētis. f. [ἡσυχία, ἠρεμία, ἀτρεμία] *Ceſſatio a quocunque opere: vnde etiam pro Somno ſumitur.* Quinctil. 7, 3 Refert enim conuiuium praeceſſerit an triſtitia, labor an otium, vigilia an quies. Cic. de Diuin. 1, 43 Quae ei ſecundum quietem viſa ſunt. *Add.* ibid. c. 66. Ibid. 53 c. 25 Ei viſum in quiete egregia facie iuuenem, *etc.* Iupiter in quiete praecipit, vt *etc.* Val. Max. 1, 7, 4. Sil. 13, 56 Medios inter ſomnos, altamque quietem. Per quietis ſpeciem Val. Max. 1, 7, 3. Cura quietis Ouid. Met. 3, 437. Per quietem vidit, fratrem ſuum Mergim regnaturum Iuſtin. 1, 9, 4. *Conf.* Ammian. 15, 4. *et* 31, 1. *Sic* Tacit. Hiſt. 4, 83, 2 Ptolemaeo regi — oblatum per quietem decore eximio — iuuenem, qui moneret. Val. Max. 1, 7, 4 Ti. Atinio — Iupiter in quiete praecepit. *Et ibid.* ext. 3 Vtrique enim quidem per quietis ſpeciem praedixit *etc.* *Add.* Macrob. Sat. 1, 1 *et* 11. *Sic* Nemeſian. Ecl. 3, 29 Motuque quietem Allicit, *i. ſomnum cunis agitandis.* Celſ. 6, 6 Noctu vero quo commodior quies veniat, non alienum eſt ſuperimponere candidi panis interiorem partem ex vino ſubactam. ¶ 2 Quies, *Requies, tranquillitas, laxamentum, otium,* vacatio, ceſſatio, remiſſio, finis. Quietis et otii cupidiſſimus, impatientiſſimus Vellei. 1, 7, 1. *et* 2, 23, 1. Auguſtus non deſiit quietem ſibi precari, vacationem a repub. petere Sen. de Breu. Vit. c. 5. Cic. de Orat. 1, 2 Qui locus quietis et tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur. Quod ſi forte tibi properarint fata quietem Propert. 2, 21, 25. Mors, laborum aut miſeriarum quies Cic. in Catil. 4, 7 c. 4. Nec eum labor ad quietem reuocauit Idem pro Lege Manil. 40. *Et* pro Cael. 39 Quem non quies, non remiſſio, non aequalium ſtudia, non ludi, non conuiuia delectarent. Animi quies Ouid. ex Pont. 4, 9, 91. Summa quiete Animi potuiſſet princeps eſſe Vellei. 2, 6, 2. Omnibus vna quies operum Virg. Georg. 4, 184. Omnium optima ſunt quies et abſtinentia Celſ. 3, 2. Sub his facta quies Idem 4, 11. *int. medicamentis.* Celſus 6, 6 Noctu vero quo commodior quies veniat, non alienum eſt, ſuperimponere candidi panis interiorem partem ex vino ſubactam. Vnius diei quies prodeſt Scribon. 52. Quies doctrinarum, *Quieta literarum vacatio* Plin. 18, 28. Plin. 15, 30 Ipſa laurus pacifera, vt quam praetendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium. Nulla metuentibus quies Iuſtin. 2, 13, 11. Attici quies Caeſari fuit grata Nep. 25, 7, 3. *i. quod a ſtudiis partium abſtinebat.* Quies, *Tranquillitas, ſerenitas aëris vel clementia.* Virg. Georg. 2, 344 Si non tanta quies iret frigusque caloremque Inter, et exciperet caeli indulgentia terras. Virg. Aen. 9, 187 Aut pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum Mens agitat mihi: nec placida contenta quiete eſt. Vobis parta quies, nullum maris aequor arandum Virg. Aen. 3, 495. Portus aeterna placidus quiete Sen. Agam. f. 7. ¶ 3 *Epitheta:* Aduerſa Sil. 15. Amica, *vid.* AMICVS. Blanda Stat. Silu. 2, 2, 140. Dura quies, *Mors* Virg. Aen. 10, 745. Fremebunda Stat. Theb. 5, 244. *interrupta fremitu. vid.* IMPACATA. Grata Hor. Epiſt. 1, 18, 6. Impacata Claud. in Ruff. 1, 71. Imperioſa Idem Conſ. Mall. Theod. 241. *imperium quietum et placidum, mite.* Infeſta miſeris Lucret. 5, 981. Inſidioſa Stat. Silu. 1, 4, 57. Mira quies pelagi Idem ibid. 2, 2, 26. Modica, *vid.* MODVS. Nocturna Senec. Hippol. 100. Obſcura quies, *i. Ignoti et humiles homines* Idem ibid. f. 11. Opaca Stat. Theb. 10, 89. *i. nox.* Praeſaga Idem ibid. 10, 324. *ſomnium.* Secura quies, et neſcia fallere vita Virg. Georg. 2, 467. Segnis Sil. 3, 166. Sopita, *vid.* Sopitus, *in* SOPOR. Summa Lucret. 2, 310. Tranquilla Lucan. 1, 261. Tremefacta Stat. Achill. 1, 247. Et nunquam Turbata quies Idem Silu. 3, 5, 86. Veſana Lucan. 7, 764. ¶ 4 *Verba et Participia:* Abrupta, *vid.* ABRVMPO. Capere quietem, *vid.* CAPIO. Dedit feram per membra quietem Virg. Aen. 8, 30. Cura non Dat quietem membris Idem ibid. 10, 217. Dare parua tempora quieti Ouid. Amor. 3, 6, 10. Datur hora quieti Virg. Aen. 5, 844. Cic. de Diuin. 1, 60 c. 29 Quae quidem multo plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo et vino, perturbata et confuſa cernimus. *de ſomniis.* Excutitur terrore quies Ouid. Faſt. 4, 667. Expellere quietem Sil. 15, 550. Fugit pigra quies, inersque ſomnus Stat. Silu. 1, 6, 91. Impetrare ſtudiis quietem Quinctil. in prooem. 1. Irrigat placidam per membra quietem Virg. Aen. 1, 695. Irrorat quietem oculis ſomnus Sil. 10, 357. Laxauerat artus inopina quies Virg. Aen. 5, 857. Laxarant membra quiete Idem ibid. 5, 836. Leuare dulci membra quiete Ouid. de Rem. Amor. 206. *al.* Pingui. Mandare corpus quieti Lucret. 4, 846. Mitigare febrem quiete et abſtinentia Quinctil. 2, 17. Pati quietem Claud. in Ruff. 2, 7. Preſſit oculos languida nocte quies Virg. Aen. 12, 909. Preſſit dulcis et alta quies iacentem Idem ibid. 6, 522. Reddere ſe quieti Senec. Hippol. f. 4. Retineri quiete Quinctil. 1, 3. Rupta quies populis Lucan. 1, 239. Sequitur vina quies Ouid. Faſt. 2, 305. Sopitus quiete Lucret. 3, 1051. Suſcitare e molli quiete Catull. 78, 3. Tradere ſe quieti, Quieſcere. Cic. de Diuin. 1, 61 c. 29 At qui ſalubri et moderato cultu atque victu quieti ſe tradiderit, ea parte, *etc.* Turbare quietem alicuius Propert. 1, 3, 17. ¶ 5 Quietes *in Plurali.* Salluſt. Catil. c. 15 Namque animus impurus diis hominibusque infeſtus, neque vigiliis, neque quietibus ſedari poterat. Cic. Off. 1, 103 c. 29 Ioco vti illo quidem licet, ſed ſicut ſomno et quietibus caeteris. Lucret. 1, 405 *pro cubilibus,* Namque canes vt montiuagae perſaepe ferai Naribus inueniunt intectas fronte quietes. ¶ 6 Quies, *Dea apud Romanos.* Auguſtin. de Ciu. Dei 4, 16 Quietem appellantes *deam,* quae faceret quietem, cum aedem haberet extra portam Collinam, publice illam ſuſcipere (*ſacris publicis colere*) noluerunt. Liu. 4, 21 Cum haec agerentur, iam conſul via Lauicana ad fanum Quietis erat. *Vid. eruditiſſima Io. Bened. Carpzou. diſputatio de Quiete Dei Lipſ. 1740 edita §. 8.* ¶ 7 *Tertiae declinationis nomen eſſe* Quies, *ſatis ex dictis apparet: ſed, auctore* Priſcian. 6 p. 703 *extr.* Vetuſtiſſimi tamen hoc quoque ſecundum ſupradictam (*quintam*) proferebant declinationem. Afranius, Solicito corde corpus non potitur nunc quie. Naeuius, Complexa ſomno corpora operiuntur, ac ſuaui quie dicantur. Iure igitur compoſitum quoque ex eo, Requies, quod in eodem genere manſit, tam quintae quam tertiae Declinationis inuenitur. *Haec Priſcianus.*

QVIES, ētis. Adi. *Antique.* Naeuius, Iamque eius mentem fecerat fortuna quietem. *Add.* Salluſt. *et* Licin. Macer. *apud* Priſcian. 6 p. 704.

QVIESCO, quiēui, quiētum, ĕre. [ἠρεμέω, ἀτρεμέω, ἡσυχάζω, παύομαι] *In otio eſſe, vacare a labore, cura, officio, negotio: vnde etiam pro Dormire ſumitur.* Cic. pro Roſc. Amer. 65 c. 23 Propterea quod qui tantum facinus commiſerunt, non modo ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt. Circa caſam eam, in qua quieſcebat Nep. 7, 10, 4. Cic. Verr. 4, 32 Eo quum venio, Praetor quieſcebat. Somno quieſcere Curt. 4, 13, 18. Infelix, tota quicunque quieſcere nocte Suſtinet Ouid. Amor. 2, 9, 39. Quieſcere in propria pelle Hor. Serm. 1, 6, 22. *Prou. intra fortunae ſuae terminos ſe continere, vel a calceis Senatoriis, vel ab aſino Cumano.* Hi motus animorum, atque haec certamina tanta (*apum*) Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent Virg. Georg. 4, 87. Placidaque ibi demum morte quieuit Idem Aen. 9, 445. Virg. Ecl. 10, 33 O mihi tum quam molliter oſſa quieſcant, *etc.* Bene placideque quieſcas Tibull. 2, 4, 49. ¶ 2 *Simpliciter deſinere ſignificat,* Conticuit tandem, factoque hic fine quieuit Virg. Aen. 3, 718. *Sic* Ter. in prol. Andr. 22 Dehinc vt quieſcant porro moneo, et deſinant maledicere. Quodſi quieſſem, nihil eueniſſet mali Ter. Andr. 3, 4, 25. *i. nihil conatus machinatus eſſem.* Cic pro Planc. 90 An ſi vnquam in me vitae cupiditas fuiſſet, ego menſe Decembri mei Conſulatus omnium parricidarum tela commoſſem, quae, ſi viginti quieſſem dies, in aliorum iugulum Conſulum recidiſſent. Inter ſe certantium praemia, qui quieuerint, occupabunt Curt. 10, 8, 16. *i. qui neutram partem ſecuti fuerint.* Gell. 2, 28 Statuere atque edicere quieſcebant. *i. Abſtinebant, et ſuperſedebant.* Ter. Andr. 3, 4, 19 Corrigere mihi gnatum porro enitere. D. faciam hercle ſedulo. S. potes nunc dum animus irritatus eſt. D. quieſcas. *Noli ſolicitus eſſe, noli plura monere.* *Sic* Cic. Verr. 3, 134 Iſte Rabonium quieſcere iubet, et ſimul ei nonnullam ſpem ſocietatis oſtendit. Vtinam nunc ſtimulus in manu mihi ſit! LIB. quieſce quaeſo Plaut. Aſin. 2, 4, 12. Ne quid de amica nunc ſenex (*reſciſcat*) CLIN. o Iupiter! SYR. quieſce

Ter.

Ter. Heaut. 4, 3, 11. Quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat Auctor ad Her. 4, 68. ¶ 3 *Nomina rerum, quae dicuntur* quieſcere. Aequora alta quierunt Virg. Aen. 7, 6. Aequora ſaeua quierant Idem ibid. 4, 523. Arma quierunt Sil. 7, 253. Bella quierunt Lucan. ad Piſon. 26. Cineres collapſi, et flamma quieuit Virg. Aen. 6, 226. Corpus et mens ſopita quieſcunt Lucret. 3, 933. Liuor paſcitur in viuis, poſt fata quieſcit Ouid. Amor. 1, 15, 39. Opus quieuit tuis humeris Idem ex Ponto 2, 9, 60. Potentia in hoc ſolo genere quieſcit, quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, quo denique digitum proferat, non habet Cic. pro Caecin. 71. Voces hominum quieſcebant Ouid. Triſt. 1, 3, 27. ¶ 4 *Obſeruatt. Grammaticae. Cum videtur caſum regere illud eſt ab ellipſi Graecanica: et fere fluctuat lectio.* Gell. 9, 13 *ex* Quadrigario, Is manu ſignificare coepit, vtrinque quieſcerent pugnae. Facta pauſa eſt. *Sic optimi quique libri: ſic edidit Gronouius. Sed poteſt etiam ita diſtingui*, vtrinque quieſcerent. Pugnae facta pauſa eſt. *Si verum eſt* quieſcerent pugnae, *Graeca ratio eſt παύεσθαι (ἀπὸ) τῆς μάχης. De Accuſatiuo laudantur* Plaut. Mil. 3, 3, 53 Quieſcas caetera. *Aduerbialiter ponitur Graeco more, vt* caeterum. Idem Merc. 2, 3, 111 Quieſce, inquam, iſtanc rem: ego recte videro. *Sed recte Gronouiana interpunctum poſt* rem *tollit. Ita fit* iſtanc rem videro. *Laudatur denique* Moſt. 5, 2, 51. *Sed ita Gron.* CA. Tranio, quieſce, ſi ſapis. TH. Tu quieſce hanc rem modo petere: ego illum verberibus, vt ſit quietus, ſubegero. *Aperte iunguntur* quieſce petere. *Sed quod porro afferunt ex* Plaut. Moſt. 5, 2, 5 Quieſce hunc tumultum, qui ante oſtium eſt: *non recte citatus eſt locus, et in medio iam relinquendus. Certior eſt locus* Sen. Herc. Oet. 1584 Ante deſcendat glacialis vrſae Sidus et ponto vetito fruetur Quam tuas laudes populi quieſcant. Cic. Att. 7, 9 Aut ſi per Trib. pleb. non patiatur, tamen quieſcat rem adduci ad interregnum. *Imperſonaliter* Ter. Andr. 4, 2, 8 Quibus quidem quam facile poterat quieſci, ſi hic quieſſet. Vbi alte turbis quieſcitur Symmach. Epiſt. 1, 8. Cum a praelio quieſceretur Capitol. in Maxim. c. 23. *Supinum.* Ad ſua quisque tentoria quietum abeunt Dict. Cret. 4, 16. Finito conuiuio quietum diſceditur Idem 5, 1.

QVIESCENS, entis. Part. Et quieſcenti agendum, et agenti quieſcendum eſt Sen. Epiſt. 3. Noſmetipſi nos expugnauerimus, illis quieſcentibus Nep. 17, 5, 4. Quieſcentes *pro mortuis* Vulg. Int.

QVIĒTVS, a, um. [ἥσυχος, ἡσύχιος, ἕκηλος, ὤκηλος] *Qui quieſcit.* Noctesque diesque — ſatis eſt — quietus ne ſis Plaut. Amph. 1, 1, 15. Ter. Phorm. 4, 5, 1 Quietus eſto, inquam: ego curabo, ne quid verborum, *etc.* *Vbi* Donatus: Quietus, ſecurus, ab eo quod praecedit, id quod ſequitur. Plaut. Curc. 4, 2, 6 Meminero: de iſto quietus eſto. Quietum aliquem reddere, *Efficere vt quiete et ſecure viuat* Ter. Eun. 2, 2, 46. Cic. Fam. 10, 1 Nunquam per Antonium quietus fui. Aequor quietius Hor. Epod. 10, 11. Aër quietus Virg. Aen. 5, 216. Amnes quietos irritat diluuies Hor. Carm. 1, 29, 40. Virg. Aen. 1, 307 In primis regina quietum Accipit in Teucros Animum, mentemque benignam. Cic. pro Roſc. Com. 43 Hoc ego loco, ſoluto et quieto ſum Animo: et quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro. Cic. Tuſc. 2, 2 Qui id, quod vitari non poteſt, metuit, is viuere Animo quieto nullo modo poteſt. Liu. 2, 18 Bellum indictum, tacite induciae quietum Annum tenuere. Dies caeleſtium quieti Cic. de Legib. 2, 19. Enſe quieto latus ſecurum Stat. Silu. 1, 1, 43. Exilium quietius oro Ouid. Triſt. 2, 578. Gentes agitare quietas Virg. Aen. 10, 71. Habuit poſt id Caeſar quietiorem Galliam Caeſ. B. G. 5 *extr.* Cic. Verr. 4, 40 c. 19 Primo mirum omnibus videri Diodorum reum Hominem quietiſſimum, *etc.* Mane quietum Lucret. 2, 238. Mente quieta conſiſtere Cic. de Diuin. 2, 149. Nox quieta Valer. Argon. 6, 158. Officio quieto fungi Ouid. Triſt. 5, 12, 19. Oſſa quieta precor tuta requieſcite in vrna Idem Amor. 3, 9, 67. Pax Senec. Thyeſte 7. Regnum Hor. Carm. 1, 12, 33. Nihilo quietiores poſtea Res habuit Liu. 33, 19. Reſpublica quieta, et Turbata, contraria Cic. in Catil. 2, 19 c. 9. Sedes Virg. Aen. 1, 209. Sermo quietus et remiſſus Cic. de Senect. 28. Somni quieti Sen. Herc. fur. 10. Vitam traducere quietam et otioſam Cic. de Senect. 82 c. 23. Vrbs quieta, et immunis belli Virg. Aen. 12, 559. Plin. Epiſt. 10, 7 Ad quam ſpem alioqui quietiſſimum hortatur natalium ſplendor, *etc. De amico cui praeturam petebat.* ¶ 2 *Modeſtus, placidus. Praeter quaedam iam laudata*, Quietus moribus Vell. 2, 117, 2. Epaminondas domi quietus fuit Nep. 16, 4, 1. Equi demtis teſticulis fiunt quietiores Varro de R. R. 2, 7 *ſub fin.* In Ithacam quietiſſima nauigatione deuehitur Auſon. Perioch. Odyſſ. 13.

QVIETV̄RVS, a, um. Partic. [ἡσυχάσων] Cic. de Orat. 2, 236 Videmur enim quieturi fuiſſe, niſi eſſemus laceſſiti.

QVIĒTE. Adu. [ἡσύχως, ἠρέμα, ἀτρέμας] Cic. de Senect. 13 c. 5 Quiete, et pure, et eleganter actae aetatis placida ac lenis ſenectus. Quietius deinde tranquilliusque bellare Liu. 27, 12. Quietius edere aliquid, *opp.* auidius vorare Macrob. Sat. 7, 12. Romam pergere volebam, quod audiebam, quietius ibi ſtudere adoleſcentes Auguſtin. Conf. 5, 8. Quietiſſime ſe recipere Caeſ. Bell. Ciu. 3, 46. *Add.* Auguſtin. Ep. 203.

QVIESCENTIA, ae. f. *Idem quod Quies.* Firmic. 1, 3.

QVIETVDO, inis. f. ἠρεμία, ἡσυχία Gloſſ. Cyrilli.

QVIETO, āre. *et* QVIETOR, āri. *apud* Priſcian. 8 p. 799.

QVIETALIS, e. *ſ.* QVIETALVS. Ab antiquis dicebatur orcus Feſt. *Vid. Carpzou. de quiete Dei* § 17 p. 36 ſq.

QVIETATOR Auguſtorum Iupiter *celebratur in numo Maximiani Herculii et Diocletiani. Vid. Carpzou. l. c. p. 46.*

QVIETORIVM, i. n. *Coemeterium,* in Vet. Inſcr.

QVILĬBET, quaelibet, quodlibet *vel* quidlibet; cuiuslibet. [ὅστις, ὁστισοῦν, ὅστις ἐθέλῃ] *Vnus quem tibi capere libet.* Hor. Serm. 1, 2, 126 Ilia et Egeria eſt, do nomen quodlibet illi. *i. Quodcunque placet, non tamen omne nomen. Poteſt etiam diſtincte ſcribi, et hic ſane melius. Sed non poteſt ſeparari in illo* Ouid. de Arte Am. 1, 444 Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. Sueton. in Tiber. c. 12 Non ceſſauit efflagitare aliquem cuiuslibet ordinis cuſtodem factis atque dictis ſuis. Iuſtin. de Hered. inſtit. Cuilibet conditioni obtemperare ſatis eſt. Cic. Acad. 4, 5 Ad vos nunc refero quem ſequar: modo ne quis illud tam ineruditum abſurdumque reſpondeat, Quemlibet, modo aliquem. Indutus quidlibet Hor. Epiſt. 1, 17, 28. Garrire quidlibet Idem Serm. 1, 9, 13. Arti cuilibet idoneus Id. Epiſt. 2, 2, 7. Quibuslibet temporibus egregius Senatus Liu. 2, 49. Quolibet modo Plin. 11, 54 ſ. *extr.* Quilibet, *pro Vili, obſcuro, Imperito etc.* Plin. 7, 28 Bis ab Annibale captus, neque enim cum quolibet hoſte res fuit.

Caius in l. Si vero. D. Qui ſatisd. cog. Sane non quaelibet iniuria eſt, duci in ius eum, qui ſatis idoneum fideiuſſorem det. Cic. de Diuin. 2, 71 Apud maiores adhibebatur peritus, nunc quilibet.

QVILON *pro* Cylon Veget. Veter. 3, 66, 4

QVIMA *pro* Cyma κύμη, *eſt in MSS.* Palladii Apr. 3, 1. *et* Sept. 13, 1. *Sic* Quatus *pro* Cyatho *etc.*

QVIMATVS, ûs. m. [πενταετία] *Vt* Bimatus, *et* trimatus: *tempus vel ſpatium quinque annorum.* Plin. 8, 45 Vita feminis XV annis longiſſima, maribus XX, robur in quimatu. *de bobus.*

QVIN. Adu. [ὅπως οὐ, ὅτι μὴ, μὴ οὐ] *Lati admodum vſus: qui tamen intelligi poteſt ex etymologia: cum* quin *ſit* qui non, quae non, quod non *per omnia genera, numeros et caſus, in quibus ad Ablatiuum illum* Qui *praeſertim attendendum eſt, et illius rationem ſupra h. v. declaratam.* Ter. Adelph. 5, 4, 2 Nunquam ita quisquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit, quin (*cui non, vt non*) res, aetas, vſus ſemper aliquid adportet noui. *Poſt* Non dubito, non dubium eſt, *et ſimiles formulas, ita explicari poteſt*, Non *ideo* dubito, quin (qui *vel* quia non) me ames, *etc.* Cic. Fam. 13, 2 Non dubito, quin eo ſis animo, quo ego eſſem, ſi quid tu me rogares. Ter. Andr. 1, 2, 1 Non dubium eſt, quin vxorem nolit filius. Cic. pro Domo 69 Non quod dubitaret, quin ab iſto nihil legibus, nihil religionibus, nihil iure eſſet actum. Idem Att. 5, 11 Non enim dubitabat Zeno, quin ab Areopagitis inuito Memmio impetrari non poſſet. *Add.* Id. de Sen. c. 10. *et* Fam. 7, 1. *et* pro Domo c. 26. Cic. Att. 11, 15 Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus: *poteſt explicari* quî non, quo non, quo minus. Non, quin ipſe diſſentiam Cic. Fam. 4, 7. Non, quin rectum eſſet Idem Att. 7, 26. *Add.* Nep. 7, 6, 4. *et* 18, 11, 5. Ter. Eun. 5, 2, 3

Apud Antiphonem vterque, mater et pater
Quaſi dedita opera domi erant, vt nullo modo
Introire poſſem, quin viderent me.

Cic. . . . Non idcirco cauſas Iſocrates non defendit, quin id vtile eſſe et honeſtum exiſtimaret. Cic. in Orat. 233 Abeſſe non poteſt, quin eiusdem hominis ſit, probos improbare qui improbos probet. Idem Att. 9, 11 Facere non poſſum, quin cotidie ad te mittam. *Add.* Id. ibid. 12, 26. Plaut. Truc. 2, 7, 2 Satinne qui amat nequit quin nihili ſit, atque improbis ſeſe artibus exſpoliat. Cic. *pro* Quin, *dixit* Vt non, *vt ad* Att. 8, 16 Vt ad te nihil dem literarum, facere non poſſum, *quin ad te dem aliquid.* Non poſſum quin exclamem Cic. de Orat. 2, 39 c. 10. Ibid. 66 c. 15 Si enim eſt oratoris, quaecunque res infinite poſita ſit, de ea poſſe dicere — de muſicis rebus non poterit, quin dicat, hoc onere ſuſcepto, recuſare. Cic. Verr. 3, 136 c. 59 Nemo eſſet, quin (*qui non*) hoc ſe audiſſe liquido diceret. Caecin. Cic. Fam. 6, 7 Nemo noſtrûm eſt, quin vota victoriae ſuae fecerit. Ter. Hec. 2, 1, 43 Et merito adeo: nam veſtrarum nulla eſt, quin gnatum velit ducere vxorem. Quinctil. 7, 2 Quis tam imperitus, quis tam procul a literis, quin ſic incipiat? Cic. Verr. 5, 57 Hic mihi etiam audebit mentionem facere Mamertinae laudationis: in qua quam multa ſint vulnera, quis eſt veſtrûm, Iudices, quin intelligat? *Vid.* Ibid. 71 *et* 140 c. 54. Nullum intermiſi diem quin, (*quo non*) *etc.* Cic. Att. 7, 5. Vt ne quis a me dies intermittatur, quin dem ad te literas Cic. Att. 8, 12. Nego vllam gemmam aut margaritam fuiſſe, *etc.* quin (*quam non*) quaeſierit, inſpexerit, abſtulerit Cic. Verr. 4, 1. Dies fere nullus eſt, quin hic Satyrus domum meam ventitet Idem Att. 1, 1. Num quid vis, quin abeam? Ter. Ad. 2, 2, 39. Num quid me vis, mater, intro quin eam Plaut. Ciſt. 1, 1, 119. Cauſae nihil eſſet, quin (*quî non, quare non*) ſecus iudicaret Cic. pro Quint. 32. ¶ 2 Quin *aſſeuerandi quandam vim habet praeſertim in refellendo, aut ſententia contraria proferenda, tractam et ipſam ex notione quî non, i. quare non.* Plaut. Amph. 2, 1, 70 Sed vidiſtine vxorem meam? SO. Quin introire in aedis nunquam licitum eſt. *Abrupte, Quare non viderim dicam:* in aedes *etc.* Plaut. Amph. 2, 2, 73 At pol quin certa res hanc eſt obiurgare. Idem Men. 2, 3, 74 Hercle quin tu recte dicis. *Sed et cum Imperatiuo Corripiendi vel imperandi vim habet.* Daue, perii! D. quin tu hoc audi Ter. Andr. 2, 2, 9. Idem ibid. 2, 6, 18 Quidnam eſt? D. puerile eſt. S. quid eſt? D. nihil. S. quin dic quid eſt. *Add.* ibid. 1, 1, 18. Cupio hercle equidem, ſi illa vult P. quin cupit Plaut. Mil. 4, 1, 25. Quin age, ſi quid habes Virg. Ecl. 3, 52. *Interrogatiue ſumitur* Ter. Phorm. 1, 4, 33 Quid conterimus operam fruſtra? quin abeam? Cic. in Somn. Scip. 5 Quin tu aſpicias ad te venientem Paullum patrem? Ibid. 6 Quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero? Cic. Fam. 7, 8 Quin tu vrges occaſionem iſtam? Idem pro Rabir. 18 c. 6 Quin continetis vocem indicem ſtultitiae veſtrae? *Et* Att. 4, 4 (16) Quin tu huc aduolas, et inuiſis illius noſtrae Reipub. germanae? Quin contra hoc et vos et omnes gentes ſcire volumus Liu. 31, 31. *Add.* Id. 35, 26. *et* 37, 15. *Conf.* Nep. 18, 11, 3. Quin potius pacem aeternam, pactosque hymenaeos Exercemus? Virg. Aen. 4, 99. Quin igitur vlciſcimur Graeciam, et vrbi faces ſubdimus Curt. 5, 7, 4. Quin ergo, quod iuuat, quod carum aeſtimant, id ſemper faciant, ament, potent Salluſt. in Iugurth. 85. Ter. Heaut. 3, 3, 21 Syre, pudet me. S. credo: neque id iniuria: quin mihi moleſtum eſt. Quin ipſa iudicia non ſolemus tractare vno modo Cic. Fam. 9, 21. Ter. Heaut. 4, 3, 23 Quid dicam? quam cauſam afferam? S. quin nolo mentiare: aperte ita vt res ſeſe habet, narrato. Idem Eun. 5, 2, 63 Non pol credo Chaerea, niſi ſi commiſſum non erit. C. quin Pythias tu me ſeruato. *Vid.* Id. Heaut. 4, 4, 15. Ter. Adelph. 4, 2, 5 Syre. S. quid ais? C. me quaerit? S. verum. C. perii. S. quin tu animo bono es. Virg. Aen. 1, 283

Quin aſpera Iuno
Quae mare nunc, terrasque metu, caelumque fatigat,
Conſilia in melius referet.

Plaut. Capt. 5, 4, 19 Adduxtin' illum huius captiuum filium? PH. quin, inquam, intus hic eſt. Nunquam ab ipſo eluſa fides eſt, quin potius aucta Liu. 26, 19

Famem hercle vtendam ſi roges, nunquam dabit:
Quin ipſi pridem tonſor vngues dempſerat,
Collegit, omnia abſtulit praeſegmina.

Plaut. Caſin. 1, 1, 12 Quin potius quod legatum eſt tibi negotium, id curas atque vrbanis rebus te abſtines? Plin. Epiſt. 57 Quin potius illud adnota, quae putaueris corrigenda. Plaut. Epid. 3, 4, 19 Hic non eſt locus: Quin tu alium quaeras, cui centones farcias. Ter. Andr. 1, 1, 18 Quin tu vno verbo dic; quid eſt, quod me velis. Idem ibid. 2, 3, 17 Quin taces. Quin etiam, *vid.* QVINETIAM. ¶ 3 Gell. 17, 13 *de hac particula copioſe diſputat, ſed vt nihil videatur explicare. Ponamus exempla quibus vtitur, eaque ad rationem ſupra propoſitam*

poſitam reuocemus. Cato, Haud eos eo poſtremum ſcribo, quin *(qui non, quo non, quaſi non)* populi et boni et ſtrenui ſient. Idem, Neque ſatis habuit, quod eam in occulto vitiauerat, quin *(qui non, vt non)* eius famam proſtitueret. Quadrigarius, Romam venit: vix ſuperat *(aduerſantes, puta, et hoc agentes)* quin *(vt non)* triumphus decernatur. Idem, Paene *(labore magno)* factum eſt, quin *(vt non)* caſtra relinquerent, atque cederent hoſti. *Ita non eſt opus, vt particulae* quin *aſſignetur contraria plane ſignificatio* vt: *quod feciſſe quosdam ait Gellius.*

QVINARIVS, a, um. Adi. [πεμπὰς] *Quod quinque complectitur.* Plin. 31, 6 Fiſtulas denûm pedum longitudinis eſſe, legitimum eſt. Et ſi quinariae erunt, ſexagena pondo pendere. *Vid.* FISTVLA. Quinaria *ſubaud. fiſtula, modulus aquarum diuidendarum: vid.* Frontin. de Aquaed. art. 25 *c. not. Poleni.* Quinarii numi, quod quinos aeris valebant, ſicuti Denarii, quod denos Varr. de L. L. 5. Quinarius *valet duo ſeſtertios.*

QVINA DENA, *vid.* QVINDENA.

QVINAM, *vid.* QVISNAM,

QVINCENTVM, et producta prima ſyllaba, et per C literam vſurpant antiqui, quod poſtea leuius (*f.* lenius) viſum eſt, ita vt nunc dicimus, pronunciari (*forte* pronunciare) Feſtus.

QVINCTIA, *Gens Patricia Romae fuit, duabus familiis nobilis, quarum altera* Capitolinorum, *altera* Flamininorum *cognomine vtebantur. Nobilis* Quinctius Cincinnatus: *item* Quinctia prata Liu. 3, 26. *Vid. Index Liuianus.*

QVINCTILIANVS, QVINCTILIS, QVINCTVS, *vid.* QVINCTIL. *etc.*

QVINCVNX, quincuncis. m. [πεντὰς] *Quinque vnciae. vt,* Vncia remota de quincunce Hor. de Arte Poët. 327. In quincuncem [εἰς πεντάστιχον] *arbores diſpoſitae quae dicantur, facile ex* Quinctil. 8, 3, 9 *intelligimus*, Nullusne ergo etiam fructiferis adhibendus decor? quis negat? nam et in ordinem certaque interualla redigam eas arbores. Quid enim illo quincunce ſpecioſius, qui in quamcunque partem ſpectaueris, rectus eſt? Sed protinus in id quoque prodeſt, vt terrae ſuccum aequaliter trahant. Varro R. R. 1, 7, 2 De formae cultura hoc dico, quae ſpecie fiant venuſtiora, ſequi vt maiore quoque fructu ſint: vt qui habent arbuſta, ſi ſata ſint in quincuncem, propter ordines atque interualla modica. *Eſt autem* quincunx *in hac formula figura* V, *quae vbique exoritur, ſi ita diſpoſueris arbores, vt aequalibus ſpatiis ſingulae diſtent, ſeries autem ita ordinentur, vt ſpatiis mediis vnius reſpondeant arbuſculae alterius, h. m.*

I I I I I I I I
 I I I I I I I
I I I I I I I I
 I I I I I I I
I I I I I I I I
 I I I I I I I
I I I I I I I I
 I I I I I I I
I I I I I I I I

Sume quamcunque arbuſculam; illa *poterit conſiderari vt vertex anguli, vt acumen literae* V. *Series admittent ventos omnes, ſpatia quoquo verſus erunt aequalia,* etc. Cic. de Senect. 59 c. 17 Quum admiraretur Lyſander et proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines, et humum ſubactam, atque puram, et ſuauitatem odorum, qui afflarentur e floribus, tum eum dixiſſe mirari ſe non modo diligentiam, ſed etiam ſolertiam eius. *Vid. Manut. h. l.* Columel. 3, 15, 1 Haec in quincuncem vinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur. *Add.* 3, 13, 4: *et de re ipſa ſine nomine* Virg. Georg. 2, 277 ſqq. Caeſ. Bell. Gall. 7, 73 Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem diſpoſitis ſcrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur. *Vid.* QVINCVNCIALIS. *Caeterum vt reliquae partes aſſis, ita* quincunx *ad omnia genera aſſium, i. integrorum accommodatur. v. g. in agrorum menſuris* Quincunx, *Iugeri pars tertia, et vna duodecima, hoc eſt, quinque vnciae.* Columel. 5, 1, 11 Pars tertia et vna duodecima, pedes duodecim millia, hoc eſt, quincunx. *In liquidis* Quincunx *refertur ad Sextarium, cuius vnciae ſunt cyathi.* Martial. 1, 28 Heſterna tibi nocte dixeramus Quincunces puto poſt decem peractos. *h. e. poſt epotos decies quinque cyathos.* Idem 2, 1 Te conuiua leget miſto quincunce, *etc.* Martial. 11, 37 Quincunces et ſex cyathos, beſſemque bibamus: Caius vt fiat, Iulius, et Proculus. Caius *quinque literis conſtat: huic reſpondent totidem cyathi etc. Vid.* BIBO nomen. Quincunces vſurae *ſunt quoties ex centum aſſibus vncias menſtruas quinque ſ. aſſes annuos quinque (vnciis enim menſes aequales numero) vſurae nomine percipimus.* Modeſto quincunce nutrire numos, *Augere numos ſuos fenore quincunciali.* Perſ. Sat. 5, 149. *Vid.* Vſura, *in* VTOR.

QVINCVNCIĀLIS, e. Adi. Plin. 27, 11 Inter omnes herbas lithoſpermo nihil eſt mirabilius: Aliqui aegonychon vocant, alii dioſpyron; alii heracleos: Herba quincuncialis fere, foliis duplo maioribus quam rutae. *Et paullo poſt,* Iacere eam, atque humi ſerpere auctores tradunt. Quinque vnciarum *pedis Romani altitudinem herbae huic tribuit.* Plin. 17, 11 In diſponendis arboribus arbuſtisque, ac vineis, quincuncialis ordinum ratio vulgata et neceſſaria, non perflatu modo vtilis, verum et adſpectu grata quocunque modo intueare, in ordinem ſe porrigente verſu.

QVINCVPĔDAL, *Menſura putatur quinque pedum, qua fabri murarii in demetiendis parietibus vti ſolent.* Martial. 14, 92 *Sub hoc lemmate,* Quincupedal, Puncta notis ibex *(i. pertica iligna)* et acuta cuſpide clauſa, ſaepe redemtoris prodere furta ſolet. Acuta cuſpis *facit, vt ſuſpicer agi de inſtrumento, quo ſulcos explorabant, et ſcamna, de quibus* Columel. 3, 13, 11 *ſeq.*

QVINCVPLEX, ĭcis. Adi. [πενταπλοῦς] Imago in vna tabula quincuplex Vopiſc. in Floriano c. 3. *vulgo* quintuplex. Quincuplicem ſocias tibi Martie Narbo, Toloſam Auſon. Epiſt. 24, 83. *i. quinque vrbibus conſtantem.* Quincuplices *lemma habet* Martial. 14, 4 Caede iuuencorum domini calet area felix, Quincuplici cera quum datur altus honor. Quincuplices *vocat* Tabellas, *a numero: his triumphum Imperatori, vel Conſulatum deferri ſolitum, hic docemur.*

QVINCVPLVM, *vid.* QVINQVEPLVM.

QVINDĔCIM. [δεκαπέντε] *Numerale nomen indeclinabile.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 111 Et iam quindecim habeo mnas. *Add.* Ibid. 1, 1, 51. Virorum quindecim preces Horat. in Carm. ſaecul. 70. Poſt annos modo quindecim reuerſo Martial. 12, 59. Quindecim liberi homines populus eſt; totidem ſerui familia; totidem vincti ergaſtulum Apulei. Apol. p. 304, 35.

QVINDECIES. Adu. [δεκαπεντάκις] Cic. Verr. 2, 61 c. 25 At illa H-S D. millia hereditaria, acceſſit ipſius antiqua H S quindecies pecunia. *Intell.* Centenum millium, *vid.* SESTERTIVS *it.* DECIES. Martial. 7, 9 Dicere quindecies poteram, quid pertinet ad te?

QVINDECIMVIR, vĭri. m. [εἷς τῶν πεντεκαίδεκα, πεντεκαιδεκάδαρχος] *Nomen ſacerdotii, quod primo duobus, tum decem mandatum eſt, vid.* DVVMVIR, DECEMVIR. Plin. 28, 2 Cuius ſacri precationem, qua ſolet praeire Quindecimuirûm collegii magiſter, ſi quis legat, profecto vim carminum fateatur. Tac. Ann. 3, 64, 3 Pontifices et Augures, et Quindecimuiri. *add.* Id. 6, 12, 1. *it.* Suet. Caeſ. c. 79. Quindecimuiri *hi Sibyllini a Sulla dictatore fuerunt inſtituti, ad quos etiam ludorum ſaecularium ex illis libris procuratio pertinebat, vt docet* Tacit. Ann. 11, 11, 3 Nam Domitianus quoque edidit ludos ſaeculares, iisque intentius affui, ſacerdotio Quindecimvirali praeditus, ac tum Praetor. quod non iactantia refero, ſed quia collegio Quindecimuirûm antiquitus ea cura mandabatur, et magiſtratus potiſſimum exſequebantur officia caerimoniarum. *add.* Ibid. 6, 12, 1. *Eodem reſpexit* in Carm. ſaec. Horat. v. 70.

Quaeque Auentinum tenet, Algidumque
Quindecim Diana preces virorum
Curet, *etc.*

¶ 2 *Sunt et* Quindecimuiri agris dandis, *qui eſt inter honores* Metelli *ap.* Plin. 7, 43.

QVINDECIMVIRALIS, e. Adi. Quindecimuirale ſacerdotium Tacit. Annal. 11, 11, 3. *it.* 16, 22, 1.

QVINDECIMVIRATVS, ûs. m. Pontificatus et quindecimviratus et auguratus, codicillares fecit, ita vt in ſenatu allegerentur Lamprid. in Alex. Seu. c. 49.

QVINDĒNI, *vel* QVINIDENI, ae, a. Adi. *Diſtribut.* [πεντεκαίδεκα] Liu. 35, 40 Quindena iugera agri data in ſingulos pedites ſunt, *etc.* *Quidam legunt,* Quina dena. Quinideni Quinctil. 1, 10, 42. Quina dena l. 88 §. 3 D. ad L. Falcid. Quindenis haſtis corpus transfigi Plaut. Moſtell. 2, 1, 11.

QVINETIAM. [ἔτι δὲ, ἀλλὰ μὴν, καὶ μὴν, καὶ] *Particula maius quiddam his quae praecedunt annectendi: quam forte melius faciunt qui diuidunt, quod hodie faciunt, credo, omnes.* Quin etiam ob has ipſas cauſas, paratiores habuerunt exercitus Cic. Offic. 1, 26 c. 22. Id. de Amicit. 59 c. 26 Quonam enim modo quisquam amicus eſſe poterit, cui ſe putabit inimicum eſſe poſſe? quin etiam neceſſe erit cupere et optare, vt quam ſaepiſſime peccet amicus. Id. ibid. 67 Quin etiam ſi quis aſperitate ea eſt et immanitate naturae, congreſſus vt hominum fugiat atque oderit. *add.* Plaut. Poen. 31, 67. Delectatio nulla exſtitit, quin etiam miſericordia quaedam conſecuta eſt Cic. Fam. 7, 1. Quin etiam caeli regionem in cortice ſignant Virgil. Georg. 2, 269. Quin etiam inſuper ſcelus poſtquam ludificatus eſt virginem, veſtem omnem miſerae diſcidit Terent. Eun. 4, 3, 3. *Interdum poſtponitur.* Dixiſſe quin etiam ad primas filii epiſtolas ferebatur, *etc.* Tacit. Hiſt. 2, 64, 4. *add.* Id. Germ. 3, 4.

QVINGENTI, ae, a. [πεντακόσιοι] Quinquies centum. Cic. Attic. 16, 8 Nec mirum, quingentos denarios dat. Id. lib. 4, 2 Tuſculanam villam quingentis millibus, Formianum H-S ducentis quinquaginta millibus. Quid ſi me ſtultior ipſo quingentis emto drachmis deprenderis Horat. Serm. 2, 7, 43. Hinc quoque quingentos in ſe Mezentius armat Virgil. Aen. 10, 204.

QVINGENTESĬMVS, a, um. Adi. [πεντακοσιοστὸς] Plin. 15, 1 Anno vrbis quingenteſimo quinto. *add.* Cic. pro Flacco c. 1.

QVINGENTIES. Adu. [πεντακοσιάκις] Cic. Verr. 2, 93 c. 38 Ob eam rem H-S quingenties Veneri Erycinae de Sthenii bonis exacturum.

QVINGĒNI, ae, a. [πεντακόσιοι] *Diſtribuit vnicuique Quingentos.* Cic. Attic. 4, 2 Apud eum H-S quingena depoſuerunt, vt qui a Catone damnatus eſſet, id perderet. Columel. 5, 2 Horum pars dimidia quingeni. Quingenos denarios dat Cic. Attic. 16, 8. *conf.* Sueton. Aug. c. 42. Curt. 5, 1, 45. Sueton. in Caeſ. c. 38 Populo praeter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos quoque numos, quos pollicitus olim erat, viritim diuiſit: et hoc amplius, centenos pro mora. Annuam etiam habitationem Romae vsque ad bina millia numûm, in Italia non vltra quingenos ſeſtertios remiſit.

QVINGENARIVS, a, um. Adi. [πεντακοσιακὸς] Plin. 33, 11 Diſpenſator Hiſpaniae Citerioris quingenarium lancem habuit, cui fabricandae officina prius exaedificata fuerat. *i. Pondo quingentarum librarum.* Antea quingenariae cohortes erant Curt. 5, 2, 3. *conf.* Id. 5, 1 *extr.*

QVINGENTARIVS, a, um. Cohors. Veget. Mil. 2, 6. *et* Modeſt. de Voc. R. M. p. 250. *vid. Stew. ad* Veget.

QVINI, ae, a. *et* QVINIO, *vid. poſt* QVINQVE.

QVINIMMO. Coniunctio. [ἀλλὰ δὴ, καὶ μενοῦνγε] *pro Immo vero, vel Immo etiam, et hodie diuiſim fere ſcribitur.* Plaut. Ciſtel. 2, 1, 39 Itaque Ops opulenta illius auia. M. quin immo mater quidem. Quaedam *arbores* fruticoſi generis, vt paliurus, myrtus: *Item* Nux auellana: quin immo melior eſt et copioſior fructu, in plures diſperſa ramos Plin. 16, 30 ſ. 53. Id. Epiſt. 4, 9, 18 Praeualuit ſententia Cepionis; quin immo conſurgenti ei ad cenſendum acclamatum eſt: quod ſolet reſidentibus. *add.* Id. 1, 8. Cic. Attic. 2, 13 Eius autem Collega et in me perhonorificus, et partium ſtudioſus ac defenſor bonarum. quin immo leuiter inter ſe diſſident: ſed vereor, ne hoc quod infectum eſt, ſerpat longius. *Vetus codex,* Quin nunc leuiter. Quin immo Et deos veſtros palam deſtruunt Tertull. Apol. c. 46.

QVINQVAGINTA. Indecl. [πεντήκοντα] Virgil. Aen. 1, 707 Quinquaginta intus famulae, *etc.* *add.* Id. 6, 576. Animae Stat. Theb. 3, 76. Anni trecenti quinquaginta Vellei. 1, 14, 3. Et quinquaginta rerum regemque patremque Manil. 2, 2. Mutua quod nobis ter quinquaginta dediſti Martial. 3, 40. *Vltima corripitur etiam* 12, 26 *in* Sexaginta. *Sed longa eadem* 7, 8.

QVINQVAGIES. Adu. [πεντηκοντάκις] Columel. 5, 2 Has duas ſummas in ſe multiplicato, quinquagies centeni fiunt quinque millia. Plin. 7, 25 Idem ſignis collatis quinquagies dimicauit. Quinquagies bis centena, quindecim, *etc.* Id. 2, 108. Quinquagies centena millia Id 2, 108.

QVINQVAGĒNVS, a, um. Adi. [πεντήκοντα] *Diſtribut. ex Quinquaginta.* Plin. 8, 36 Viuunt quinquagenis annis, quidam et centenis. Id. 15, 24 Iuba auctor eſt quinquagenûm cubitorum altitudine in Arabia eſſe eas. Cic. Verr. 3, 69 In ſingulos H-S quinquagenis millibus damnari mauultis?

QVIN-

QVINQVAGESIES. Adu. Plaut. Men. 5, 9, 99 Vix credo tota auctione capiet quinquageſies *centena millia HS. 250000 florenos imperii.*

QVINQVAGENARIVS, a, um. Adi. [πεντηκονταδικὸς] Cato 13 Vrnam quinquagenariam vnam, ſextarium olearium vnum. *Sic* c. 10. Quinquagenaria cohors, *Quae quinquaginta militibus conſtat, male tribuitur* Curtio 5, 2, 3. *eſt enim* Quinquagenaria. Quinquagenarius grex, *h. e. Quinquaginta capitum* Varr. de R. R. 2, 10. Fiſtula Vitruu. 8, 7.

QVINQVAGESĬMVS, a, um. Adi. *Ordinis.* [πεντηκοστὸς] *vt,* Plin. 7, 8 ſ. 6 Quinquageſimo vno raptus anno. Quinquageſimas exigere, *ea forma, qua et* Decumas *exigere dicitur* Cic. Verr. 3, 116 c. 49. Martial. 10, 24

Natales mihi Martiae Calendae,
Lux formoſior omnibus Calendis,
Qua mittunt mihi munus et puellae
Quinquageſima liba, ſeptimamque
Veſtris addimus hanc focis acerram.

Indicat ſe habere annos LVII.

QVINQVATRES, QVINQVATRIA, QVINQVATRIAE, QVINQVATRVS, *tot enim formae huius nominis hodie exſtant.* [Παναθηναῖα] *Sacrum Mineruae, in quo vehementer iactant ſe Grammatici. Ponemus primo auctoritates diuerſarum formarum; deinde, quae de origine nominis ac de numero dierum tradita ſunt. Igitur* Quinquatres, παναθηναῖα, *inter* Quirites *et* Sentes *pluralia maſculina ponit* Soſip. Chariſ. 1 p. 20, 8. *Sic et* Priſcian. 7 p. 773, 6 Hi Quinquatres, horum Quinquatrium. *Rurſus* Id. 7 p. 744, 13 *ad* Saturnalia, Floralia, Compitalia, Terminalia, *adiungit* Quinquatria, *quae formare iubet* Quinquatrium et Quinquatriorum, Quinquatribus. *At* Diomedes 1 p. 315, 5 *Inter maſculina ſemper pluralia, inter* Quirites *et* Sentes *ponit* Quinquatriae. *Sic a Putſchio editum et ante ab Io. Caeſario. Denique* Chariſius p. 61 *extr.* Quinquatrus pluraliter, non quinquatria. Non enim dictae ſunt *quinque* dies *atrus*, ſed quod quinque dies Iduum, quas *atrum* antiqui dicebant; ſiue a quinquando, id eſt luſtrando, quod eo die arma ancilia luſtrari ſint ſolita. *Sic Putſchius. Sed Fabricius in Frobeniana editione* 1551 *ſic dedit* p. 77 Non enim dictae ſunt quinque dies atri, ſed quod quinquatrus antiqui dicebant a quinquando *etc. Sic itaque ad rationem appellationis acceſſimus, de qua* Gell. 2, 21 *Triones*, (*i. in nomine* Septentriones) per ſeſe nihil ſignificare aiunt, Sed vocabuli eſſe ſupplementum: ſicut in eo, quod *Quinquatrus* dicimus, quod quinque ab idibus dierum numerus ſit, *atrus* nihil ſignificet. *Audiamus etiam* Feſtum, Quinquatrus appellari quidam putant a numero dierum, qui fere his celebrantur. (*Intelligo*, qui dies celebrantur quinquatribus, *vt dicimus*, die n celebrare religione: *nec vtor emendatione, quam libro meo adſcripſit Almeloueenius*, quinis fere ii celebrantur. *Sed pergit Feſtus*) Qui ſcilicet errant, tam Hercule, quam qui triduo Saturnalia, et totidem diebus Compitalia: Nam omnibus his ſingulis diebus fiunt ſacra. Forma autem vocabuli eius exemplo multorum populorum Italicorum enuntiata eſt, quod poſt diem quintum Iduum eſt is dies feſtus: vt apud Tuſculanos *Triatrus* et *Sexatrus*, et *Septenatrus*, et Faliſcos *Decimatrus*. Mineruae autem dicatum eum diem exiſtimant, quod eo die aedis eius in Auentino conſecrata eſt. *Huc reſeruaui locum* Varronis, *abruptum, et non bene interpunctum adhuc, cuius tamen intellectum* Feſtus *aperiat. Nempe* de L. L. 5, 3 p. 46 *extr.* Quinquatrus: hic dies vnus a nominis errore obſeruatur proinde vt (*f. inſer.* ſi) ſint quinque; dictus a Tuſculanis: poſt diem ſextum Eidus ſimiliter vocatus Sexatrus, et poſt diem Septimum Septimatrus. Sic hic quod erat poſt diem quintum Eidus, Quinquatrus. *Quod negant hi viri* quinque dierum eſſe Quinquatria, *illud pertinet, puto, ad primam originem, et proprietatem verbi; non negant, plures dies vt Saturnalibus, Compitalibus, ita Quinquatribus, procedente tempore adiunctos. Certe non videtur ignorare potuiſſe Ouidius, quot ſuo aeuo dies* Quinquatrus *vocarentur. Ille autem ſic* Faſt. 3, 809 *errans forte in nominis ratione, ſed non in numero dierum,*

Vna dies media eſt, et fiunt ſacra Mineruae,
Nominaque (*forte leg.* Nomina quae) a iunctis quinque diebus habent.
Sanguine prima vacat: nec fas concurrere ferro,
Cauſa, quod eſt illa nata Minerua die.
Altera, tresque ſuper, ſtrata celebrantur arena:
Enſibus exſertis bellica laeta Dea eſt.

Hinc intelligitur, quid ſibi velit Naſo, *cum ſuum et ſui fratris natalem ſic deſcribit* Triſt. 4, 10, 13 Haec eſt armiferae feſtis de quinque Mineruae, Quae fieri pugna prima cruenta ſolet. *In* Kalendario, *quod* Ouidii Faſtis *praeponi ſolet ad* XIV Kal. *Martii adſcriptum, eſt,* Quinquatria Palladis captae: *Deinde ad* X. Kalend. *adſcriptum* Vltimus dies Quinquatruum. *Quod dicitur* Palladis Captae *de eo vid. in* Mineruae Epithetis. *Caeterum illud adiicimus, vltimo* Quinquatruum *die fuiſſe* Tubiluſtrium, *de quo* ſ. l. *Iam reliqua loca, vbi huius ſacri mentio fit, indicabimus.* Plaut. Mil. 3, 1, 98 Da, quod dem Quinquatribus Praecantatrici, coniectrici, hariolae, atque aruſpicae. *Forte hoc genus muliercularum in Mineruae tutela eſſe videri volebat, vt Mineruall poſtulare poſſet. Certe Medicos ſic alloquitur* Ouidius, *de Quinquatribus agens* l. c. Faſt. 3, 827 Vos quoque Phoebea morbos qui pellitis arte, Munera de veſtris pauca referte Deae. *Subiungit Poëta, quod ad literarum magiſtros pertinet,* Nec vos turba, feri, cenſu fraudata, Magiſtri, Spernite. Diſcipulos attrahit illa nouos. *i. Vos feri et aſperi magiſtri ludorum literariorum, qui cenſu ſaepe a pueris fraudamini, Mineruall in nuces impendentibus, ne ſpernite feſto ſuo Mineruam, ſed ſtipem illi date publice etc. Apprime huc laudauit Heinſius* Tertull. de Idolol. p. 451 Quis ludimagiſter, ſi non tabularia idolorum, Quinquatria tamen frequentabit? Ipſam primam noui diſcipuli ſtipem Minervae et honori et nomini conſecrat *etc. Add.* Horat. Epiſt. 2, 2, 196 Puer vt feſtis Quinquatribus olim Exiguo gratoque fruaris tempore raptim. *Feriae nempe erant ſcholaſticae, in quarum locum Gregoriana celebratio ſucceſſiſſe videtur.* Iuuenal. 10, 115

Eloquium aut famam Demoſthenis aut Ciceronis
Incipit optare, et totis Quinquatribus optat,
Quisquis adhuc vno partam colit aſſe Mineruam,
Quem ſequitur cuſtos anguſtae vernula capſae.

Eleganter Cic. Fam. 12, 25 *pr.* Quinquatribus frequenti Senatu cauſam tuam egi, non inuita Minerua. Etenim eo ipſo die Senatus decreuit, vt Minerua noſtra, Cuſtos vrbis, quam turbo deiecerat, reſtitueretur. Sueton. Auguſt. c. 72 Nos, mi Tiberi, Quinquatrus ſatis iucunde egimus. Luſimus enim per omnes dies *etc. Et* Neron. 34 Iucundiſſimis literis Baias eu[...]it (*Nero matrem*) ad ſollemnia Quinquatruum ſimul celebranda. *Et* Domitian. c. 4 Celebrat et in Albano quotannis Quinquatria Mineruae. Cic. Attic. 9, 13 Fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempeſtas. Liu. 26, 27 Nocte quae pridie Quinquatrus fuit. Cic. Fam. 2, 11 Ita tumultuoſae conciones, ita moleſtae Quinquatrus afferebantur. Liu. 44, 20 Legati ex Macedonia Quinquatribus vltimis adeo exſpectati venerunt, *i. vltimo die Quinquatruum.* ¶ 2 *Erant etiam* Quinquatrus minores, *de quibus dedita opera et copioſe* Ouid. Faſt. 6, 651 Et iam Quinquatrus iubeor narrare minores. Nunc ades o Coeptis, flaua Minerua meis. *Breuiter* Varro de L. L. 5, 3 p. 74, 24 Quinquatrus minuſculae dictae Iuniae Eidus ab ſimilitudine maiorum, quod tibicines tum feriati per vrbem vagantur, et conueniunt ad aedem Mineruae. *Repetit* Feſtus in Minuſculae Quinquatrus. ¶ 3 *Legebatur olim apud* Ouid. Am. 1, 8, 65 *et hodie legitur,* Nec te decipiant veteres Quinquatriae cerae. *Sed olim viderunt docti homines, legendum* circa atria, *quod vitium olim inter dictandum primo ortum,* Quirquatria, *facili deinde lapſu ad* Quinquatria.

QVINQVE. [πέντε] *Nomen numerale.* Formae Cic. de Nat. Deor. 1 c. 8. Quinque tenent caelum zonae Virgil. Georg. 1, 3. Quinque ter implebat vlnas, *Quindecim* Ouid. Met. 8, 742. Quinque pedum vſucapio, *Prouerbiali velut ioco eſt* Cic. de Legib. 1, 55 Ex hac non rerum, ſed verborum diſcordia controuerſia nata eſt de finibus, in qua (quoniam vſucapionem, XII tabulae intra quinque pedes eſſe noluerunt) depaſci veterem poſſeſſionem Academiae ab hoc acuto homine non ſinemus, nec Manilia lege ſinguli, ſed et his, tres arbitri fines regemus. *Eum locum ſic explicat Hotomanus: Vt in controuerſia vicinorum de finibus, termini requiruntur, quibus repertis, quinque quaqua verſus pedes definiuntur, qui quamuis longo tempore ab alterutro poſſeſſi ſint, finibus tamen dirimendis reſeruantur: ſic in controuerſia de finibus bonorum et malorum, quae philoſophos exercet, termini Academicae diſciplinae a Socrate poſiti, perueſtigandi ſunt, et Antiochi arrogantia illius gloriam depaſcentis regenda et coërcenda eſt. Lex autem Mamilia vnicum adigi arbitrum volebat finibus agrorum regundis: ſed quum tres tum eſſent, facete intulit,* Nec Manilia lege ſinguli: ſed ex his tres arbitri fines regemus. Aggenus Vrbicus p. 53 *Goeſ.* De fine enim lex Mamilia quinque aut ſex pedum latitudinem praeſcribit, quoniam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedens occupat, vel circumactus aratri quod vſucapi non poteſt. *add.* l. 4 C. *fin.*

QVINQVEFOLIAE Herbae radix Scribon. 53. Roſae Plin. 21, 4.

QVINQVEFOLIVM, i. n. [πεντάφυλλον] *Herba, a numero foliorum nomen habens.* Plin. 25, 6 Foliis per interualla quinquefolii, aut cannabis, per ambitum inciſis quinquepartito. Id. 9 Quinquefolium nulli ignotum eſt, quum etiam fraga gignendo commendetur. Graeci vocant pentapetes, ſiue chamaezelon, ſiue pentaphyllon. Quum effoditur, rubram habet radicem. Haec inareſcens nigreſcit, et anguloſa fit. Nomen a numero foliorum habet: et ipſa herba incipit et definit cum vite. *add.* Id. c. 13. Marc. Empir. c. 12.

QVINQVELIBRĀLIS, e. Adi. [πενταλιτραῖος] *Pondo quinque librarum.* Columel. 3, 15 Diſpoſitis lapidibus paucis, qui ſinguli non excedant quinquelibrale pondus.

QVINQVELIBRIS patera Vopiſc. in Probo c. 5.

QVINQVEMESTRIS, e. Adi. [πενταμηνιαῖος] *Quinque menſes natum.* Varro de R. R. 2, 7 Quinquemeſtribus pullis factis, quum redacti ſunt in ſtabulum, obiiciendum, *etc.* Plin. 8, 48 *extr.* Caſtrari agnos niſi quinquemeſtres, praematurum exiſtimant.

QVINQVENNIS, e. Adi. [πενταετὴς] *Quinque annos natus.* Plaut. Poen. prol. 85 Duae fuere filiae, altera quinquennis, altera autem quadrimula. Columel. 7, 6 Caper quinquennis parum idoneus. Ouid. ex Ponto 4, 6, 5 In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt. Quinquennes oleas eſt, et ſilueſtria corna Horat. Serm. 2 2, 57. *in deſcriptione auari ſ. ſordidi.* Vinum quinquenne Horat. Serm. 2, 8, 47.

QVINQVENNĀLIS, e. Adi. [πεντετηρικὸς] *Quod fit ſingulis quinque annis.* Cic. de Orat. 3, 125 c. 32 Ex quibus Eleus Hippias, quum Olympiam veniſſet, maxima illa quinquennali celebritate ludorum gloriatus eſt, *etc.* Quinquennales Agones Plin. Epiſt. 10, 79, *e.* Quinquennali Exilio multari Quinctil. 7, 4 *extr.* Quinquennales Ludi Plin. 4, 5. Flor. 2, 7, 14. Quinquennalis Magiſtratus, Qui quinque annis continuis geritur Liu. 4, 24. Quinquennales Duumuiri, *vel* Quinquennales *ſimpliciter, in monumentis dicuntur Cenſores Coloniarum. De numis vid. Spanhem. Diſſert.* 10 p. 102 ſeq. *De inſcriptionibus Index Gruterianus quintus.* Apulei. Met. 11 *extr. de Oſiride,* In collegium me Paſtophororum ſuorum, immo inter ipſos decurionum quinquennales elegit. Tempus quinquennale Varro de L. L. 5. Quinquennalia, *Ludi, qui quinto quoque anno fiebant.* Liu. 31, 9 Vouit in eadem verba COS. praeeunte Max. Pontifice: quibus ante quinquennalia vota ſuſcipi ſolita erant: praeterquam quod tanta pecunia quantam tum, quum ſolueretur, Senatus cenſuiſſet. Quinquennalia Auguſtus iam edidit Ammian. 21, 1. NERONIS QVINQVENNALIB. Inſcript. Gruter. p. 116, 3. *conf.* Sueton. Ner. c. 12.

QVINQVENNIVM, i. n. [πενταετία] *Spatium quinque annorum.* Cic. de Legib. 3, 7 c. 3 Bini ſunto, magiſtratum quinquennium habento. *de Cenſoribus.* Quinquennium prorogabamus Cic. Attic. 7, 6 *ſc. Caeſari.* Quoniam ipſi quinquennium eluſi eſſent Liu. 3, 30. Is tria cum primum fecit quinquennia Ouid. Met. 4, 292. Duo quinquennia, *Decem anni* Id. ibid. 12, 584.

QVINQVEPARTĪTVS, a, um. Adi. [πενταμερὴς] *Quod in quinque partes diuiſum eſt.* Cic. de Inuent. 1, 59 c. 34 Quinquepartitam igitur hoc pacto putant eſſe argumentationem. *Legitur etiam* Quinquepertitam. Habet vita pecoris ſenſum quinquepertitum, ſed intellectum habet nullum Auguſtin. de Trin. 15, 5.

QVINQVEPARTĪTO. Adu. [πενταμερῶς] Plin. 25, 6 Foliis per interualla quinquefolii, aut cannabis, per ambitum inciſis quinquepartito, nigris et ipſis, plumoſiſque.

QVINQVEPEDALIS, e. Adi. Terminus egregius dicitur quinquepedalis Hygin. de Limit. p. 212.

QVINQVEPLEX, icis. πεντάπλεξ Gloſſ. Vet. QVINCVPLEX.

QVINQVEPLVM, πεντάπλουν Gloſſ.

QVINQVEPRĪMI, *qui Graece* πεντάπρωτοι, *vnde* l. 2 C. de privilegiis eorum, qui in ſacro palatio militant, *dicitur* Pentaprotia.

Cic.

Cic. Verr. 3, 68 c. 28 Magiſtratus et Quinqueprimi accitu iſtius euocantur.

QVINQVERĒMIS, is. f. [πεντήρης] *Nauis quinque remorum ordines habens.* Liu. 41, 9 DC equites et decem quinqueremes naves, ſi deduci ex nauālibus vellet. Cic. Verr. 4, 103 c. 46 Certos homines in quinqueremi miſiſſe, qui eos dentes reportarent. *add.* Caeſ. B. C. 3, 100 *et* 101.

QVINQVERTIVM, i. n. [πένταθλον] *Exercitium, quod quinque artes, quinque certamina complectitur, videlicet luctam, pugilatum, curſum, diſcum, ſaltum ex verſiculo Simonidis* Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην. Feſtus: Quinquertium vocabant antiqui, quem Graeci πένταθλον, vt indicat verſus hic, Omnis aequalis vincebat quinquertio. Liuius quoque ipſos athletas ſic nominat. QVINQVERTIONES (*an* QVINQVERTIOS?) praeco in medium vocat, *vid.* Budaeus *in* l. Athletas. de his, qui notantur infamia.

QVINQVESSIS, is. m. *Numus apud Romanos. Antonius Auguſtinus ad* Feſtum; Quinqueſſis *quinarius, ſiue Victoriatus dictus eſt, quod initio quinque aſſibus aeſtimaretur, poſtea octo valuit, eiusque nota erat Victoria.* vid. Plin. 33, 3. *add.* Apulei. Epit. *ap.* Priſc. 6 p. 708.

QVINQVĔVIR, viri. m. [εἷς τῶν πέντε] *dicitur vt Triumuir.* Quinqueuiri diuidundo agro Liu. 6, 12. — Menſarii Id. 7, 21. — Minuendis publicis ſumtibus Plin. Epiſt. 2, 1, 9 *vid. Cellar. ad h. l.* — Muris turribusque reficiendis Liu. 25, 7. — cis Tiberim et vltra l. 2 §. 31 D. de Orig. Iur. Cic. Acad. 4, 136 c. 44 Neſcio an ne Quinqueuirum quidem quemquam, niſi ſapientem. Id. de Lege Agrar. 2, 17 Toties legibus Agrariis curatores conſtituti ſunt Triumuiri, Quinqueuiri, Decemuiri. Scriba ex Quinqueuiro coruum deludet hiantem Hor. Serm. 2, 5, 59.

QVINQVEVIRĀTVS, ûs. m. [ἀρχὴ τῶν πέντε, πενταδαρχία] *Officium vel magiſtratus Quinqueuirorum.* Cic. Attic. 9, 2 Repudiari ſe totum magis etiam quam olim in Quinqueuiratu putabit. *Hodie legitur, ex hiſtoria,* XX viratu. Id. de Prouinc. Conſul. 41 c. 17 Me ille vt Quinqueuiratum acciperem, rogauit. *Hic etiam* Vigintiviratum *viri docti malint.*

QVINQVIES. Adu. [πεντάκις] Quinque vicibus. Cic. Verr. 5, 188 Reperietis quinquies tanto, Iudices, amplius iſtum, quam quantum ei in cellam ſumere licitum ſit, ciuitatibus imperaſſe. Id. Philipp. 11, 11 c. 5. At hic me defendente quinquies abſolutus eſt. *add.* Gell. 10, 1 *extr.* Quinquies millies Plin. 2, 23. Dotis quinquies ducena Martial. 12, 76.

QVINQVIPLĬCO, āre. *Vt,* Quinquiplicare magiſtratus, apud Tacit. Annal. 2, 36, 5 pro In annum quintum prorogare.

QVINQVO, āre. *i. purgare, luſtrare, qſ. conquo.* Quinquatrus, a quinquando, *i.* luſtrando, quod eo die arma Ancilia luſtrari ſunt ſolita Soſip. Chariſ. p. 62. *conf. tamen Gronou. ad* Liu. 25, 7. *et nos in* COINQVIO.

QVINI, ae, a. [πέντε] *Diſtributiuum vel ordinale.* Cic. Verr. 3, 114 In medimna ſingula video ex literis publicis tibi Haleſinos H-S quinos denos dediſſe. Plaut. Pſeud. 1, 3, 111 Quater quinis minis. Quina millia peditum Liu. 8, 8. Quini deni. Curt. 8, 9, 35 Menſes in quinos denos deſcripſerunt dies. *de ſapientibus Indorum.* Quina dena ſeſtertiûm Suet. Claud. c. 10. Quini viceni numi Liu. 22, 54. Lex quina vicenaria Plaut. Pſeud. 1, 3, 69. Quinas hic capiti mercedes exſecat Horat. Serm. 1, 2, 14. Quini verſus Nepos 25, 18, 6. Graeci ſtipati quini in lectulis Cic. in Piſon. 67 c. 27.

QVINIO, ōnis. m. *Vt vnio, quaternio.* Quinio voluminum Tertull. de Anima c. 46. *Pentateuchus.* Quinionem enixa filiorum Id. ibid. c. 6 *extr.*

QVINTADECIMANI, *pro militibus decimae quintae legionis* Tacit. Annal. 1, 23, 6.

QVINTANVS, *vid.* QVINTVS.

QVINTILIANI, *melius forte* QVINCTILIANI *dicti ſunt iuvenes, qui per ludum et laſciuiam currentes Lupercalia celebrabant, vid.* FABIA gens n. 2 Feſtus, Fabiani et Quinctiliani vocabantur luperci, a Fabio et Quinctilio Praepoſitis ſuis.

QVINCTILIĀNVS, i. m. [Κοιντιλιανός] *Cognomen Fabiorum. Nobiliſſimus* M. Fabius Quinctilianus, *Rhetor, de quo* Martial. 2, 90 Quinctiliane vagae moderator ſumme iuuentae, Gloria Romanae Quinctiliane togae. Plinius *quoque eius diſcipulus* Epiſt. 2, 14 Ita certe ex Quinctiliano praeceptore meo audiſſe memini. Id. Epiſt. 6, 3 *teſtatur ſe quinquaginta millia numûm dediſſe dono nupturae Quinctiliani filiae.*

QVINTĪLIS, *ſ.* QVINCTILIS, is. m. [μεταγειτνιών] *menſis ideo dictus, quod quintus in ordine eſſet:* ſed poſtea in honorem Iulii Caeſaris Dictatoris, M. Antonio M. filio Conſule legem ferente, Iulius appellatus eſt, quod hoc menſe a. d. IV Idus Quinctiles Iulius procreatus ſit, *vt docet* Macrob. Sat. 1, 12. Cic. Attic. 14, 7 Volo menſe Quinctili in Graeciam.

QVINTILIVS, *ſ.* QVINCTILIVS *gentis nomen, e qua v. g.* Quintilius *ille* Varus, *cum tribus legionibus in Germania caeſus: item alius Cremonenſis fuit, Virgilii et Horatii familiaris, cuius* Horatius Carm. 1, 24 *mortem deplorat.*

QVINTIPOR, ſeruile nomen frequens apud antiquos erat a praenomine domini ductum, vt Marcipor, Gaipor, quamuis ſint, qui a numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent. Feſtus.

QVINTVS, *vel* QVINCTVS, a, um. Adiect. [πέμπτος] *a Quinque.* Liu. 31, 7 Non quinto inde menſe, quemadmodum ab Sagunto Annibal, ſed quinto inde die quam ab Corintho ſoluerit naves, in Italiam perueniet. Quintae Calendae, et Quinto Calendas, pro eodem apud Iureconſultos vſurpatum vbique comperimus? Et quidni? nam qui dies Nonae aut Idus non ſunt, in menſe, Calendae ſunt, illisque diebus calari populus ſolebat. Feneſtella *neſcio quis, neſcio vbi.* ¶ 2 Quintus *Praenomen, vt modo dictum in* QVINTIPOR. *Ortum videtur ab ordine naſcendi, vt* Tertia, Sextus, Nonius, Decimus: *ſed non eſt ſeruatum; cum ſint exempla vbi primo, ſecundo vel tertio loco nati Quinti tamen vocabantur.*

QVINTVSDECIMVS dies, [πεντεκαιδεκάτη ἡμέρα] Plin. 9, 51. Gell. 1, 16 QVINTADECIMAE LEGIONIS, *compoſiti nominis priori parte indeclinabili eſt* Gruter. Inſcript. p. 544, 4 *et* 5. *Sic* Tacit. Hiſtor. 4, 36, 2 Aduentu Quintanorum Quintadecimanorumque, *etc.*

QVINTVM. Adu. *vt,* Quintum Conſul, *tempus deſignat, et quater ante factum.* Liu. 27, 6 Declarati Conſules Qu. Fabius Maximus quintum, Qu. Flauius Flaccus IIII. Id. 6, 42 Vt M. Furius Dictator quintum diſcederet. *conf.* Vellei. 1, 14, 6.

QVINTO. Adu. *vt quarto, tertio, etc. vid.* Gell. 10, 1.

QVINTĀNVS, a, um. Adi. [πεμπταῖος] *Diſtributiuum.* Plin. 17, 22 *pr.* Semper vero quintanis ſemitari, hoc eſt vt quinto quoque palo ſingulae iugo paginae includantur. *De limitatione vinearum loquitur. Semitae ſiunt in vinea, quae quinos palos, quina Capita vitium diſtinguant.* Quintana appellabatur *porta* in caſtris poſt praetorium, vbi rerum vtenſilium forum fuit. Feſtus Paulli. *Sed vox* Porta *a Paullo eſt. Fuit* Quintana *via, ad quintas cohortes, vt docet forma caſtrorum Lipſiana. Caeterum ex reliqua definitione intelligitur, quid ſibi velit* Sueton. Neron. 26 Tabernulas etiam effringere et expilare (*aſſueuerat Nero*) quintana domi conſtituta, vbi partae et ad licitationem diuendendae praedae pretium aſſumeretur. Liu. 41, 2 Praetorio deiecto — direptis, quae ibi fuerunt, ad quaeſtorium *forum* quintanamque hoſtes peruenerunt *etc.* Forum *pro gloſſa* Quintanae *habet Dukerus, qui videndus eſt. A* Quintana *caſtrorum etiam appellatio in vrbes traducta videtur* Iſidor. 15, 2 Quintana pars plateae quinta eſt, qua carpentum progredi poteſt. *Illud de parte quinta plateae nihili videtur; ſed recta definitio reliqua.* Quintani, *Quintae cohortis, aut legionis milites.* Tacit. Hiſtor. 4, 36, 2 Aduentu quintanorum, quintadecimanorumque auctae legionis.

QVINTARIVS, a, um. Adi. Numerus quintarius Vitruu. 3, 1. *conf. Bald. Lexic.* Terminus Script. Rei Agrar. p. 262. Quintarium limitem *ita declarat* Hyginus p. 158 *Goeſ.* Porro inter quintum et quintarium intereſt aliquid. Quintus eſt, qui quinto loco numeratur: quintarius, qui quinque centurias cludit. Hunc volunt eſſe quintum, (*qui* quintum *et* quintarium *pro eodem habent*) qui eſt ſextus. Nam et legumlatoribus, quemadmodum perlatum eſt, ſic cauerunt, vt a Decumano maximo quintus quisque ſpatio itineris ampliaretur. Erat ſane interpretatio legis huius ambigua niſi eorum formae ſextum quemque limitem latiorem haberent, ſignificatione qua et minores. Tractemus nunc diligentius quid dixerint a Decumano maximo quintum quemque latiorem (decumano.) Quum decumanus erat poſitus, poſiti ſunt deinde quinque limites, quorum nouiſſimus factus eſt latior: his quum decumanus acceſſit, ſex fiunt. eandem obſeruationem in reliqua limitum parte eſſe voluerunt, vt quemadmodum a D. M. quinque limites ducebantur, quorum eſſet ſummus latior, ſic et ab eo quintario, quum ſpatium definitum erat, quinque adiectis limitibus, ſummo, latitudinem ſuam ſeruari placuit.

QVINTVPLEX, icis. o. Salarium quintuplex fecimus Vopiſc. in Probo c. 7. *Salmaſ. in MS. receperit* quincuplex. *Dausqu. in Orthograph. etiam probat* quincuplex, *reiecto illo* quintuplex.

QVINTIA, *ſ.* QVINCTIA gens *v. v.*

QVIPPE. [ὅπως, ἅτε] Aduerb. *quo rationem eius quod praeceſſit, reddimus.* Terent. Heaut. 2, 4, 9 Nam expedit bonas eſſe vobis: nos quibuscunque eſt res, non ſinunt: quippe forma impulſi noſtra nos amatores colunt. Cic. de Finib. 1, 21 Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in geometriaque perfecto. Dixiſti: quippe iam fixum et ſtatutum eſt Id. pro Muraen. 62 c. 30. *Sic Graeu. al.* quippiam. Mouet me quippe lumen curiae Id. pro Milon. 34 c. 13. Quippe, *pro Certe.* Id. pro Caecin. 55 c. 19 Recte igitur diceres te reſtituiſſe? quippe. Quid enim facilius eſt quam probari iis, qui Latine ſciant? *etc. conf.* Id. de Finib. 5 c. 28. Cic. Offic. 2, 34 Harum igitur duarum ad fidem faciendam iuſtitia plus pollet: quippe quum ea ſine prudentia ſatis habeat auctoritatis. Lucret. 2, 791 Quippe etenim multo procliuius exorientur candida de pullo, *etc.* Quippe etiam feſtis quaedam exercere diebus Virgil. Georg. 1, 268. Columel. 11, 3, 55 *de cappari,* Quippe quae res etiam in deſertis agris citra ruſtici operam conualeſcit. Plaut. Amphit. 2, 2, 113 An et id tu ſcis? AL. quippe quae ex te audiui, vt vrbem maximam expugnauiſſes. Cic. pro Roſc. Amer. 52 c. 18 Conuiuia cum patre non inibat, quippe qui ne in oppidum quidem niſi perraro veniret. *add.* Nepos 20, 2, 3. Cic. Fam. 1, 9 Vbi de mea ſententia queſtus eſt Caeſar: quippe qui etiam Rauennae Craſſum ante vidiſſet. Terent. Heaut. 3, 2, 17 Ego vero laudo. S. recte ſane. C. quippe quia magnarum ſaepe id remedium aegritudinum eſt. Plin. 26, 10 Inſanabilis non eſt credendus: quippe quoniam et ſponte deſinit, et in pluribus cura. *de podagro.* Virgil. Georg. 1, 507 Quippe vbi fas verſum atque nefas tot bella per orbem, Tam multae ſcelerum facies. Lucret. 3, 451 Quippe vbi imaginibus fumi nebulaeque mouentur. *Ironiae et acerbitati ſeruit* Cic. pro Muraen. 74 c. 35 Ergo ad coenam petitionis cauſa ſi quis vocat, condemnetur. Quippe, inquit, tu mihi ſummum imperium, ſummam auctoritatem, tu gubernacula Reipubl. petas fouendis hominum ſenſibus, et deliniendis animis, et adhibendis voluptatibus. Quippe, *indignantis, cum amara quadam ironia eſt etiam* Virgil. Aen. 1, 43 Quippe vetor fatis.

QVIPPĪNI. [τί γάρ] *Cur non, antique vt Quidni?* Plaut. Men. 5, 5, 45 Ad me face vt efferatur. S. itan' cenſes? MED. quippini? *add.* Id. Aulul. 1, 2, 3. Menſam apponebat ei propere, quamuis inuita, mulier: quippini? deſtinatam alii Apulei. Met. 9 p. 229.

QVIPS *pro* Quis *ſcripſiſſe veteres, vult cum Laurenbergio Popma de Vſu ant. locut.* 1, 4 p. 17. *itemque* 1, 10 p. 40. *Sed fundum eius rei alium nondum inueni, praeterquam quod Marcilius legibus* XII *tabularum eam ſcriptionem aſſignat. At Gronou. ad* Gell. 20, 1 *vbi inter alia ſunt verba,* AVT QVIS ENDO EM IVRE VINDICIT, *vbique Marcilius ſuum* QVIPS *venditat. negat, ſe vſpiam reperire, vnde illud fluxerit.*

QVIRIĀNVS, a, um. Plin. 15, 14 Cato adiicit, Quiriana poma, et quae tradit in doliis condi, Scantiana. *vid.* QVIRINIANVS.

QVIRINA Tribus, *vid.* TRIBVS.

QVIRĪNVS, i. m. [Κυρῖνος] (*inquit Seruius*) Romulus dictus eſt, vel quod haſta vtebatur, quae Sabinorum lingua Curis dicitur: haſta enim, id eſt curis, telum eſt cum longiore ferro: vnde et ſecuris, quaſi ſemicuris. Vel quod Graece κοίρανος rex dicitur: Conſtat autem Graecos fuiſſe Romanos. Vel certe propter generis nobilitatem. Mars enim quum ſaeuit, Gradiuus dicitur: quum tranquillus, Quirinus. Denique in Vrbe duo eius templa ſunt: vnum Quirini intra vrbem, quaſi cuſtodis et tranquilli: aliud in Appia via, extra vrbem, prope portam, quaſi bellatoris, vel Gradiui. *Haec Servius enarrans illud* Virgil. Aen. 1, 296 Cana fides, et Veſta, Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt, *etc.* Quirinum *tamen non ipſum Martem,*

Martem, ſed Martis *aurigam facit* Claudian. Stilic. 2, 350. *Verba damus in* MARS. *Triumphus enim ibi eius deſcribitur. Vid. etiam* Varronis *locus, quem damus ex Pomponio Sabino in* FIDIVS. *Vid. etiam Pontedera Epiſt. 30 p. 281. Breuiter ſententias complectitur* Ouid. Faſt. 2, 475

Proxima lux vacua eſt; at tertia dicta Quirino.
Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.
Siue quod haſta Curis priſcis eſt dicta Sabinis,
(Bellicus a telo venit in aſtra Deus)
Siue ſuum regi nomen poſuere Quirites:
Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.

Genitor vrbis Quirinus Ouid. Met. 15, 862. Victor Virg. Georg. 3, 27. Armifer Sil. 16, 76. Iliacus Idem 13, 266. Magnus Ouid. Faſt. 4, 808. Martigena Quirinus Idem ibid. 1, 199. Trabeatus Ouid. Met. 14, 828. Collis Quirini Idem Faſt. 4, 375.

QVIRINĀLIS, e. Adi. [Κυρινάλιος] Quirinalis collis dictus eſt Romae, *quod* in eo Quirini templum *erat: ſiue quod* in eum commigrauerint Sabini a Curibus venientes. Quirinalis porta etiam Romae dicta, quod ea in collem Quirinalem iretur: vel quod proxime eam eſſet Quirini ſacellum. *Haec fere* Feſtus, *v. v. Addimus fragmentum* Catonis *ab Annio Viterb. ſeruatum an fictum, quod retulit etiam Popma* p. 148 Quirinalis a Iunone Sabinorum dea, quam illi Curitim, id eſt haſtatam Iunonem vocant. Etenim haſtam Curim et Curinam proferunt: quia his ſimul et Hetruſcis non eſt litera Q ſicut Romanis. Inde Quirites. Iugum Quirinale Ouid. Faſt. 6, 218. Lituus Quirinalis, Qualem Quirinus habuit Virg. Aen. 7, 187. Porta Quirinalis, ſiue quod ea in collem Quirinalem itur, ſiue quod proxime eam eſt Quirini ſacellum. Feſtus Paulli. *Add. Supplementa* Feſti. Trabea Quirinalis, *vid.* TRABEA.

QVIRINALIA, um. n. *Pl.* [Κυρινάλια] Cic. Quint. Frat. 2, 13 Comitialibus diebus, qui Quirinalia ſequuntur, Appius *etc.* Ibidem Epiſt. 3 Quirinalia, Dies pro Quirino fiebant ſacra menſe Februario. Idem Stultorum feriae appellantur, quod quidam ſuorum fornacalium ſacrorum ignari, eo potiſſimum die rem diuinam faciunt. Feſtus. *Sic* Ouid. Faſt. 2, 513 Lux quoque cur eadem ſtultorum Feſta vocetur, Accipe; parua quidem cauſa, ſed apta ſubeſt *etc.*

QVIRINIĀNVS, a, um. Adi. Cato de R. R. 7 Poma Quiriniana. *legitur et* Quiriana.

QVIRĪTES, um. m. *Pl.* Romani dicuntur a Quirino, id eſt Romulo, vrbis Romae conditore: vel a Curibus, Sabinorum vrbe. *Auctor* Seruius *enarrans illud* Virg. Aen. 7, 710 Poſtquam in partem data Roma Sabinis, Vna ingens Amiterna cohors, priſcique Quirites. Quirites a Curibus appellati Liu. 1, 13. *Plebis modo eam appellationem eſſe, diſputat* Conſul Appius *apud* Liu. 2, 56, negat ius eſſe tribuno in quemquam, niſi in plebeium. Non enim populi, ſed plebis eum magiſtratum eſſe; nec illum *(Tribunum)* ipſum *(Conſulem)* ſubmouere pro imperio poſſe, more maiorum: quia ita dicatur, Si vobis videtur, diſcedite, Quirites. *Niſi tamen ex formula,* Si vobis videtur, *argutatus potius quam argumentatus eſt Appius. Suaui antonomaſia* Virg. Georg. 4, 201 *de apibus*, Ipſae regem paruosque Quirites Sufficiunt. Cic. pro Caecin. 96 Quî enim poteſt iure Quiritium liber eſſe is, qui in numero Quiritum non eſt? Bellicoſi Hor. Carm. 3, 3, 57. Mobilis turba Quiritium Id. ibid. 1, 1, 7. Quirites *interdum ignominiae cauſa Imperator vocabat milites, nimirum quum ob graue aliquod delictum integram legionem exauctoraret: vt eſt apud* Lampridium in Alexandro c. 53 et ſq. *vbi ille cum militibus tumultuantibus ita agit:* Continete igitur vocem truculentam campo ac bellis neceſſariam, ne vos hodie omnes vno ore atque vna voce, Quirites, dimittam: et incertum, an Quirites. Non enim digni eſtis, qui vel Romanae plebis ſitis, ſi ius Romanum non agnoſcitis. Et quum vehementius fremerent, ac ferro quoque minarentur, Deponite, inquit, dextras, contra hoſtem erigendas, ſi fortes eſtis: me enim iſta non terrent. Si enim vnum hominem occideritis, non nobis deerit Reſpublica, non Senatus, non Pop. Romanus, qui de vobis vindicet. Quum nihilominus poſt illa fremerent, exclamauit, *Quirites diſcedite, atque arma deponite!* Mirando exemplo depoſitis armis, depoſitis etiam ſagulis militaribus, non ad caſtra, ſed ad diuerſoria varia diſceſſerunt. *Haec ille. Simile illud eſt Caeſaris ap.* Suet. c. 70 Decumanos Romae cum ingentibus minis — miſſionem et praemia flagitantes — vna voce, qua *Quirites* eos pro *Militibus* appellarat, tam facile circumegit et flexit, vt ei, milites eſſe, confeſtim reſponderint *etc. De ſimili re* Lucan. 5, 357 Iam certe mihi bella geram: diſcedite caſtris: Tradite noſtra viris ignaui ſigna Quirites. Porro Quirites! libertatem perdimus Laber. *ap.* Macrob. Sat. 2, 7. *conf.* Priapei. Carm. 25. Petron. c. 21. *Turneb.* Adu. 13, 32. *Addamus locum* Feſti, *vt a viris doctis repraeſentatur:* Quirites dicti Sabini a Curi dea, cui aqua et vino ſacra facere ſoliti erant: quos tamen quid in (*ſ.* quidam a) Curiis dictos volunt, in quibus ab his ei ſacra fiant; cui opinioni Verrius aduerſatur. Ab eiusdem autem deae nomine videntur item Cures Sabinae haſtae appellatae, quibus ea gens armis erat potens. Nunc et Sabini et Romani Populi ſingulare vſurpatur nomen, vt indicio eſt praeco, qui in funeris indictiuis ita pronunciare ſolet, ILLVS QVIRIS LETO DATVS. Quirites autem dicti poſt foedus a Romulo et Tatio percuſſum, communionem et ſocietatem populi factam indicant. *De Formula praeconii ita* Varro L. L. 6, 3 p. 73, 16 Alterum apparet in funeribus indictiuis, quom dicitur, OLLVS LETO DATVS EST. *Singularis numeri exemplum tamen eſt* Ouid. Am. 3, 14, 9 Ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti. Horat. Od. 2, 7, 3 Quis te redonauit Quiritem DIs patriis? *ſimul reſpicit ad finitam militiam, qua ſoluti* Quirites *vocantur. Male igitur Meruillius mutauit in* Quiritûm. Id. Epiſt. 1, 6, 7 Plautus et amici dona Quiritis. Ouid. Am. 1, 7, 29 An ſi pulſaſſem minimum de plebe Quiritem. Perſ. Sat. 5, 75 Heu ſteriles veri quibus vna Quiritem Vertigo facit. Quiritium *vidimus ex* Hor. Od. 1, 1, 7. *Sic* Od. 4, 14, 1 Quae cura patrum quaeue Quiritium. Quiritum *nondum inueni apud Poëtam: apud* Liuium *pro librariorum errore habet merito Drakenb. 2, 23 et alias.* Quiritium foſſae dicuntur, quibus Ancus Martius circumdedit vrbem, quam ſecundum Oſtium Tiberis poſuit. ex quo etiam Oſtiam. Et quia populi opera eas foſſas fecerat, appellauit Quiritium. Feſtus. Quiritium ius, *a ciuitate Rom. non diuerſum, oſtendit F. C. Conradus diſputatione Helmſtad. 1742.* Sen. Nat. Qu. 3 praef. Haec res efficit, non vt ex iure Quiritium ſit liber, ſed ex iure naturae. *vid.* Fragm. Vlpian. Tit. 3. Iuſtin. Inſtit. de iure nat. §. 2 Ius, quo Romanus Populus vtitur, ius ciuile Romanorum appellamus: vel ius Quiritum, quo Quirites vtuntur. Romani enim a Romulo, Quirites a Quirino appellantur *etc.* Cic. Verr. 2, 32 c. 12 Si iudicium ſit eius modi, L. Octauius iudex eſto: ſi paret, fundum Capenatem, quo de agitur, ex iure Quiritium P. Seruilii eſſe, *etc.*

QVIRITIA Iuno, *quae eadem* Menſalis *ab Alexandro ab Alex. commemorata Gen. Dier. 1, 17 nondum habet auctorem alium. vid.* QVIRINALIS.

QVIRĪTO, āre. [χετλιάζω, διαμαρτύρομαι] et

QVIRĪTOR, āri. *Clamare, Romanos commouere, et Quiritium auxilium inuocare.* Varr. de L. L. 5, 7 Quiritare dicitur is, qui Quiritium fidem clamans implorat. *Et paullo poſt:* Vt Quiritare vrbanorum, ſic Iubilare ruſticorum. Nonius 1, 78 Quiritare, eſt clamare: tractum ab iis, qui Quirites inuocant. Lucil. Satir. 12 Concurſus veluti aurarius, clareque quiritans. Liu. 39, 8 Occulebat vim, quod prae vlulatibus, tympanorumque et cymbalorum ſtrepitu nulla vox quiritantium inter ſtupra et caedes exaudiri poterat. *Repetitur* c. 10. *add.* Id. 2, 23. *et* 3, 41. Cic. Fam. 10, 32 Quum quidem pranſus nudis pedibus, tunica ſoluta, manibus ad tergum reiectis inambularet, et illi miſero quiritanti, Ciuis Romanus natus ſum: reſponderet, Abi nunc, fidem populi implora. *Add.* Plin. Paneg. 29, 3. Apul. Met. 5 p. 171. *et* 8 p. 203. Quiritans, ἐπιβοώμενος Vet. Gloſſ. ¶ 2 Quiritare, *Exclamare generatim.* Quinctil. 3, 8, 59 Cum propoſita conſultatione rogatus ſententiam, ſi modo eſt ſanus, non quiritet, ſed quam maxime poteſt, ciuili et humano ingreſſu mereri aſſenſum deliberantis velit. Plin. 9, 17 Quae reputatio aufert transuerſum animum ad contemplationem eorum, qui in conqueſtione luxus coquos emi ſingulos pluris, quam equos quiritabant. *vid.* Curito *ſub* CVRA. Tac. Ann. 16, 34, 3 Flentes quiritantesque qui aderant. Ne quidquam quiritantibus ſociis Plin. Pan. 29.

QVIRITATIO, ōnis. f. Liu. 33, 28 Fuga comitum et quiritatio facta, et tumultus tota vrbe diſcurrentium factus cum luminibus.

QVIRITĀTVS, ûs. m. Val. Max. 9, 2, 1 Lamentabiles quiritatus *legionum, quas Sulla obtruncari iuſſit.* Plin. Epiſt. 6, 20, 14 Audires vlulatus feminarum, infantium quiritatus, clamores virorum.

QVIRITARIVS, i. m. *Cui iure Quiritium dominium competit. Vox apud ICtos: ſed, puto, recentiores tantum.*

QVIRQVIR, *pro* Quisquis, *archaice dictum in veteri carmine templi auguralis capiendi apud* Varron. de L. L. 6, 2 *quod damus infra voce* TEMPLVM. *Sic certe edidit ex libris Scioppius.* R *et* S *ſexcenties confundi apud antiquos, ſatis aliunde quoque conſtat.*

QVIRRĪTO, āre. Vocem edere verris. Auctor Philomelae, v. 55 Quirritat verres, pardus rudit, oncat aſellus. *al.* Quiritat.

QVIS, quae *vel* qua, quod *vel* quid; cuius, cui. [τίς, ποῖος] *Interrogatiue aut infinite ponitur, nunquam relatiue.* Ter. Andr. 5, 3, 1 Quis me vult? perii, pater eſt. Quis me eſt fortunatior Idem Hec. 5, 4, 8. Virg. Ecl. 10, 28 Et quis erit modus, inquit? amor non talia curat. Quis clarior in Graecia Themiſtocle? quis potentior? qui quum, *etc.* Cic. de Amicit. 42 c. 12. *O'ſeru.* Quis *etiam feminino genere, pro* Quae. Plaut. Mil. 4, 1, 22 Quis ea eſt? Epid. 5, 1, 14. Sed quis eſt haec muliercula. *Et* 5, 2, 37 Sed quis ea eſt mulier? Id. Poen. Prol. 17 Scortum exoletum ne quis in proſcenio Sedeat. *Sed hic quidem Syneſis poteſt eſſe ad* Scortum maſculum. *Caeterum* Quisquam *etiam de feminis dici, mox* obſeruamus. Salluſt. in Iugurth. 4, 7 At contra, quis eſt omnium his moribus, quin diuitiis et ſumtibus *etc.* *Sic dixit, vt* Quisquam omnium *v. v.* Quis, *de duobus.* Liu. 39, 53 *de Perſeo et Demetrio Philippi filiis,* Et Philippus ipſe vix ſui arbitrii fore, quem heredem regni relinqueret, credens, ſibi quoque grauiorem eſſe, quam vellet, minorem filium cenſebat. *Sed poteſt illud* quem *indignationis augendae cauſa patere latius. Alioqui, cum de duobus ſermo eſt,* vter *potius adhibetur, vt* Quinctil. 7, 5, 34 Vtri meliores viri? Vtri magis credibilia dixerint? Vtri gratia magis valuerint. Quis, pro Qualis. Ter. Andr. 4, 2, 19 Quis videor? C. miſer aeque atque ego. Quae ſolet quos ſpernere Ter. Heaut. 2, 2, 122. *Sic* Cic. Fam. 2, 7 Cui ſcribam video. Quis ego ſum, aut quae in me eſt facultas? Idem de Amicit. 17. ¶ 2 *Obſeruat. Antecedens Pronomen, ad quod refertur* quis, *interdum omittitur, vt,* Quemne ego heri vidi, ad vos adferri veſperi? Ter. Andr. 4, 5, 29. *q. d. illum mihi puerum narras, quem etc.* An patris auxilium ſperem? quemne ipſa reliqui, Reſperſum iuuenem fraterna caede ſecuta Catull. de nupt. Pelei v. 179. *add.* ib. v. 182. Plaut. Mil. 1, 1, 13 Quemne ego ſeruaui in campis Gurguſtoniis. Quamne hodie per vrbem vterque ſumus defeſſi quaerere? Plaut. Epid. 5, 2, 52. *Infinitiuus etiam poſt Interrogatiuum ponitur, in oratione indirecta.* Liu. 3, 39 *extr.* Cuius illi partis eſſent? rogitare. Populares? Quid enim eos per populum egiſſe? Id. 7, 39 Quem autem ab Roma poſſe exciri? quem patrum aut plebis eſſe, qui *etc.* Queis, pro Quibus, *in Datiuo vel Ablatiuo: ex ea forma vnde ſunt* quam, qua, quas, quo, quos. Hor. Serm. 1, 1, 75 Queis humana ſibi doluit natura negatis. Plin. 22, 1 Mille praeterea ſunt vſus earum, ſine queis vita degi non poſſit. *de Arboribus.* Plaut. Capt. 5, 4, 6 Aut anates, aut coturnices dantur, queiscum luſitent. Columel. 1, 1 Athenae vero ſcriptorum frequentiam pepererunt, e queis probatiſſimi auctores Chereas, Ariſtandros *etc.* Gell. 3, 11 Alii Homerum quam Heſiodum natu maiorem fuiſſe ſcripſerunt, in queis Philochorus et Xenophanes: alii minorem, in queis L. Accius Poëta. Quem ad finem ſeſe effrenata iactabit audacia? Cic. Catil. 1, 1. *i. Quousque.* Plaut. Aul. 4, 2, 3 Quis me Athenis nunc magis quisquam eſt homo, cui dii ſint propitii?

QVISNAM, quaenam, quidnam. [τίς δήποτε] Interrogatiuum eſt. Ter. Andr. 5, 6, 1 Quisnam homo eſt? P. ego ſum. D. o Pamphile. Cic. Verr. 6, 80 Quisnam igitur per deos immortales tuebitur P. Scipionis memoriam mortui: quis monumenta atque indicia virtutis, ſi tu ea relinquis ac deſeris? Quisnam igitur liber? Hor. Sat. 2, 7, 83. Quisnam igitur ſanus? Idem Serm. 2, 3, 158. *Infinitum aliquando.* Plin. 11, 37 Delphini quonam modo audiant, mirum. Gell. 9, 2 Tum Herodes interrogat quisnam eſſet. ¶ 2 *Pro* Quisnam *etiam ponitur* Quinam. *v. g.* Quinam te, qui caſus, ait, dux maxime, feſſae Eripuit patriae Sil. 13, 450. *vid. Drakenb. ad* Sil. 9, 651.

QVISPIAM, quaepiam, quidpiam *vel* quippiam, *et* quodpiam; cuiuspiam, cuipiam. [ἔνιος] *Aliquis.* Cic. Off. 1, 32 Vt ſi conſtitueris te cuipiam aduocatum in rem praeſentem, eſſe venturum. Propter aliam quampiam rem Id. de Fin. 5 c. 11. Cic. de Nat. Deor. 3, 80 c. 35 Nec ſi vredo aut grando quidpiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit. Quid ſi hoc quispiam voluit Deus? Ter. Eun. 5, 2, 36. *conf.* Id. Andr. 2, 6, 7. *et* Hec. 3, 2, 14. Non vis, te moneam quippiam Naeuius *apud* Chariſ. p. 192. Quispiam, *pro*

pro Quidam. Gell. 2, 21 Tum quiſpiam ex iis, qui eodem in numero Graecas res eruditi erant.

QVISPVTAS, *diuiſim ſcribi debet.*

QVISQVAM, quaequam, quidquam *vel* quicquam; cuiusquam, cuiquam. *Aliquem, ſiue vnumquemlibet ſignificat. Et ponitur ſaepe cum negatiuis.* Neque me finxiſſe falſi quidquam, nec meo cordi eſſe quemquam cariorem hoc Phaedria Ter. Eun. 1, 2, 120. Nunquam cuiquam noſtrûm verbum fecit Ter. Andr. 1, 2, 7. *conf. Cort. ad* Sall. Catil. 5, 4. Cic. Fam. 1, 1 Nam cum in ſermone quotidiano, tum in ſenatu palam ſic egit cauſam tuam, vt neque eloquentia maiore quisquam, nec grauitate, nec ſtudio, nec contentione agere potuerit. *Interrogat fere cum indignatione.* Cic. Verr. 1, 142 Quid enim quiſquam ad meam pecuniam me inuito aſpirat? Idem pro Lege Manil. 45 Et quisquam dubitabit, quid virtute profecturus ſit, qui tantum auctoritate profecerit? Virg. Aen. 1, 52 Et quisquam numen Iunonis adoret? *Alias quoque vniuerſalitatem ſignificat.* Ter. prol. Eun. 1 Si quisquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis quam plurimis, et minime multos laedere, In his Poëta nomen profitetur ſuum. Cic. Att. . . . Quod ſi non modo tu, ſed quisquam alius fuiſſet. Id. Fam. 14, 7 Niſi vos fortiores cognoſſem, quam quemquam virum. Plaut. Amph. 5, 1, 19 Neque noſtrum quisquam ſenſimus quum peperit, *loquitur ancilla. Sic* Ter. Eun. 2, 3, 82 Quandoquidem illarum neque quisquam te nouit, neque ſcit quis ſies. *Et de* Quis *idem paullo ante obſeruatum eſt.* Ter. Hec. 3, 1, 13 An quisquam gentium eſt aeque miſer? *Ex emendato exemplari legitur,* An quisquam vsquam gentium. Liu. 2, 9 Nec quisquam vnus malis artibus poſtea tam popularis eſſet, quam tum bene imperando, vniuerſus Senatus fuit. Ibid. Quia nondum in quemquam vnum ſaeuiebatur. Cic. Verr. 2, 119 An hoc dubitabit quisquam omnium, quin is venalem in Sicilia iurisdictionem habuerit?

QVISQVE, quaeque, quodque *et* quidque; cuiusque, cuique. [πᾶς τὶς] *Vniuerſale Pronomen, quod ideo verbo plurali iungi poteſt.* Virg. Aen. 6, 743 Quisque ſuos patimur manes. Ter. Heaut. 1, 1, 74 Pro ſe quisque ſedulo faciebant, quo illam mihi lenirent miſeriam. Accius *apud* Non. 4, 225 Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent pro ſe quisque. Salluſt. Catil. 7 *pr.* Sed ea tempeſtate coepere ſe quisque magis extollere. Liu. 26, 36 Pro ſe quisque aurum, argentum, et aes in publicum conferunt. Manil. c. 78 Se quisque ſatis nouiſſe putabant. *Sic Bentl. ex MSS.* Plin. 9, 13, 4 Pro ſe quisque inimicos ſuos — poſtulauerant ſimul et oppreſſerant. *Ita Cort. ex MSS. Et ead. Epiſt.* n. 18 Haec illi, quo quisque ordine citabantur. *Sed etiam Syntaxi congrua ſaepe ponitur.* Cic. de Nat. Deor. 2, 58 Caeterae naturae ſuis ſeminibus quaeque gignuntur. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 16 Elogium cenſorium Appii Claudii et L. Piſonis integerrimorum virorum, quo vſus eſt quisque eorum, pro lege *etc.* Suam quisque homo rem meminit Plaut. Merc. 5, 4, 51. Cic. Philipp. 3, 24 Diuina vero opportunitas vt quae cuique apta eſſet, ea cuique obueniret. *de Prouinciis.* Quid quemque cuique praeſtare oporteret Idem Off. 3, 70. Ego quid ad te tuorum quisque neceſſariorum ſcribat, neſcio Idem Fam. 1, 9. *Amat Superlatiuos, et alia vniuerſalia, vt* Optimus quisque maxime gloria ducitur Cic. pro Arch. c. 11. Idem Acad. 1, 13 c. 4 Certe enim recentiſſima quaeque ſunt correcta et emendata maxime. Idem Tuſc. 1, 77 c. 31 Sed neſcio, quo modo doctiſſimus quisque contemnit. Salluſt. Catil. 51, 2 Neque quisquam omnium lubidini ſimul et vſui paruit. Id. ibid. 102, 7 Amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium ſatis. *Iungitur etiam numeralibus ordinalibus:* Plaut. Pſeud. 4, 2, 17 Nam in foro vix decumus quisque eſt, qui ipſus ſeſe nouerit. Idem Merc. prol. 56 Neque niſi quinto quoque anno poſſe tum viſere vrbem. Cic. Tuſc. 2, 11 Quotus enim quisque philoſophorum inuenitur, qui ita ſit moratus? *paucitatem indicat.* Idem de Diuin. 2, 52 Quota enim quaeque res euenit, praedicta ab iſtis? *Cum* Sui *et* Suus *etiam eleganter iungitur.* Ter. prolog. Adelph. 21 Quorum opera in bello, in otio, in negotio, ſuo quisque tempore vſus eſt, ſine ſuperbia. Cic. de Finib. 5, 25 Sua cuiusque animantis natura eſt. *Et paullo poſt:* Et ſua cuique propria, et ad id apta, quod cuiusque natura deſiderat. Pictores et — Poëtae ſuum quisque opus a vulgo conſiderari vult Idem Off. 1, 147 c. 41. Ex quo quia ſuum cuiusque ſit: eorum, quae natura fuerunt communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat Cic. Off. 1, 21 c. 7. Quinctil. . . . Cui quodque loco ſit aptiſſimum. Suet. Othon. 2 Ferebatur et vagari noctibus ſolitus, atque inualidum quemque obuiorum vel potulentum corripere, ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Quinctil. 2, 3 Erit etiam eo obſcurior, quo quisque deterior. Cic. Verr. 1, 68 Pro ſe quisque, vt in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur. Idem de Lege Agrar. 1, 26 c. 9 Huic pro ſe quisque noſtrûm mederi, atque hoc omnes ſanare velle debemus. Cic. Verr. 2, 139 c. 56 Quinto quoque anno Sicilia tota cenſetur. Idem pro Rabir. Poſt. 34 Modo vobis inſpectantibus in iudicio Gabinii tertio quoque verbo excitabantur. Quid quoque loco quadret Quinctil. 6, 4. Quique *pro* Quoque. Multis ſibi quique imperium petentibus Sall. Iug. c. 18, 3. *vid. Cort. ad h. l.* Cic. de Senect. 15 Earum, ſi placet, cauſarum quantum quaeque valeat, quantumque iuſta ſit, vnaquaeque videamus. Quisque, *de duobus.* Caius in l. Si ſeruus §. Si inter. D. de verbor. obligat. Quia poſſit contingere, vt tam ſtipulator, quam promiſſor, ante aliquod tempus ſuo quisque diſpenſatori notum fecerit. *Cum Comparatiuo.* Quinctil. 9, 4 Sed quo quique pedes ſunt temporibus pleniores, longisque ſyllabis magis ſtabiles, hoc grauiorem faciunt orationem, breues celerem ac mobilem. Idem 5 *extr.* Quoque quid natura magis aſperum, hoc pluribus condiendum eſt voluptatibus. Quisque, *i. Quisquis, quicunque.* Vt cuique priuatim aliquid iuris aduerſus ſingulos erat Liu. 2, 44. *vid. Gronou. ad h. l.* Vt quisque homo eſt non praeceps, neque iudicii ſui prodigus Gell. 2, 5. Quin ſpolies, mutiles, laceres, quemque nacta ſis Ter. Hec. 1, 1, 8. *add.* Plaut. Mil. 2, 2, 5. Pareto legi, quisque legem ſanxeris Auſon. 7 Sap. *conf.* Sall. Catil. 5, 3 *ex lect. Grut. et Cort.* Corpus patiens inediae — ſupra quam cuique credibile eſt Sidon. Carm. 2, 77. *Burm. ad* Rutil. Itin. 1, 276.

QVISQVILIAE, arum. f. *Pl. tantum.* [περιψήματα] Dici putantur, *vt ait* Feſtus, quidquid ex arboribus minutis ſurculorum, foliorumue cadit, velut quidquid cadit. Caecilius: Quisquilias volantis venti ſpolia memoranti modo (*Dacer. coni.* memoras, i modo) Et Nouius, Abi deturba te ſaxo, homo non quisquiliae, *vbi ſingulariter poni videtur, vt* aſſis, teruncii. Iſid. Orig. 17, 6 *extr.* Quisquiliae ſtipulae immixtae ſurculis et foliis aridis. Sunt autem purgamenta terrarum. Purgamenta terrarum *etiam vocat* Seru. *ad* Virgil. Georg. 1, 85. *Hinc metaphor.* Gerrae, quisquiliae, ineptiaeque Auſon. Eidyll. 7, 5. Quisquilias, Homines nihili vocat Cic. Att. 1, 16 p. 107 *Graeu.* Idem pro Sext. 94 c. 43 Omitto iam Numerium, Serranum, Aelium, quisquilias ſeditionis Clodianae. *De piſcibus parui pretii* Apul. Met. 1 p. 113, 28. ¶ 2 Quisquilium *legunt antiquae editiones, vbi poſtea repoſitum eſt* Cuſculium. Plin. 16, 8 ſ. 12 Omnes tamen has eius (roboris) dotes ilex ſolo prouocat cocco. Granum hoc, primoque ceu ſcabies (*ſic Turn. et Harduin. ex MSS.*) fruticis, paruae aquifoliae ilicis: Cuſculium (*libri antiqui* Quisquilium) vocant *etc.* Scabies fruticis *et* Quisquilium *videntur vnum idemque; res minuta adhaereſcens, vitium potius, quam fructus. Totum ergo hoc* Quisquilium *et* Quisquilias *deriuem a Graecorum voce* κοσκύλματα *vel* κοσκυλμάτια, *quae interpretantur ramenta et minutias, quae reſecantur de coriis. Vtitur eo nomine metaphorice de adulatorum voculis Ariſtophanes Equit.* v. 49 *vbi Caſaubonus* Quisquilias *ab eo ipſe quoque deducit.* Cuſculium *et* Quisquilium *ſola Orthographia differunt. Hermol. Barbarus hic deriuat, quod* Squallatam *dicant ſua aetate veſtem* coccinam: *nempe quam* eſcarlatam, ſcarlatam, Scharlach *reliqua Europa vocat: quae quidem mihi ratio prae Salmaſiana probatur, qui a* Galatico grano ſeu cocco *deducit. Sed haec non valde ad nos pertinent. Obſeruemus,* Quisquilia *etiam neutro genere poni, vt* Quisquilias. Petron. c. 75 Corculum eſt, quod homines facit, caetera quisquilia omnia. Vet. Gl. Quisquilia σκύβαλα.

QVISQVIS, *in vtroque genere et* m. *et* f. *et* QVIDQVID *vel* QVICQVID. n. cuiuscuius. [ὅστις] *ſignificat Quicunque.* Satis pro imperio, quisquis es Terent. Phorm. 1, 4, 19. Plaut. Pſeud. 4, 7, 42 Quisquis es adoleſcens, operam fac compendi quaerere. Liu. 41, 8 Nam et ne ſtirpem domi relinquerent, liberos ſuos quibusquibus in eam conditionem vt manumitterentur, mancipio dabant *etc.* Veterani, quiqui Caſilini et Calatiae ſunt Cic. Att. 16, 8. Quisquis eſt ille, ſi modo eſt aliquis Idem de Clar. Orat. 255 c. 73. Sequimur te, ſancte deorum, Quisquis es Virg. Aen. 4, 476. Quisquis, *pro* Quisque, *laudatur* Cic. Off. 1, 46 Colendum autem eſſe ita quemque maxime, vt quisquis his virtutibus erit ornatus. *Ex vetuſto codice* legitur, Vt quisque maxime virtutibus his leuioribus erit ornatus. *conf.* Cic. Fam. 6, 1 *cum. not. Manut.* Quisquis vbique viri, faciles aduertite mentes Ouid. Art. Am. 1, 267. Quisquis, *pro* Quicunque, *vid. Burm. ad* Quinctil. Decl. 8, 9 p. 174. Quiqui, *pro* Quisquis. Ab eo, quiqui eſt, poſces Plaut. Aul. 4, 10, 45. *add.* Id. Caſ. 3, 1, 10. *et* Poen. 3, 2, 11. ¶ 2 Quisquis, generi etiam feminino attribui poſſe veterum auctoritas voluit. Liuius: Mulier quisquis es, te volumus. Caecilius: Quaeſo igitur quisquis es mea mulier. Pacuuius: Quisquis tu es mea mulier, quae me inſueto nuncupaſti nomine. *Haec* Non. 3, 49. Plaut. Rud. 4, 4, 102 *ad Palaeſtram:* Tum tibi hercle Deos iratos eſſe oportet Quisquis es, Quae parentes in tam anguſtum tuos locum compegeris. ¶ 3 *In MSS. permiſcentur* quisquis *et* ſi quis: *Burm. ad* Ouid. Her. 1, 21. *Vid. etiam* QVIRQVIR.

QVIVIS, quaeuis, quoduis *vel* quiduis; cuiusuis, cuiuis. [ὃς ἐθέλει] *Vnus e multis, ſed indifferenter Hic vel Ille, quem volueris eligere.* Ter. Adelph. 2, 3, 1 Abs quîuis homine, quum eſt opus, beneficium accipere gaudeas, *h. e. ab hoc, ſiue ab illo, indifferenter.* Cic. pro Quint. 84 Vtrumque quiuis intelligere potuiſſet. Non quiuis vnus e populo Cic. de Clar. Orat. 320. De quauis vna re Lucret. 1, 417. Queisuis anni temporibus matura eſt et tempeſtiua, *pro* Quibusuis Cato 17, 1. *Sic ante Victorium edebatur: ab eo eſt* Quiduis anni *ſimpliciter.* Cic. pro Cluent. 96 Vis illa fuit, et vt ſaepe iam dixi, ruina quaedam atque tempeſtas, et quiduis potius quam iudicium, aut diſceptatio, aut quaeſtio. Idem Verr. 3, 45 c. 18 Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quam non de iſtius prauitate et iniuriis deplorare et conqueri mallent. Cic. de Opt. gen. Orat. 1 Poëmatis tragici — ſuum quoduis eſt diuerſum a caeteris *genus.* Nihil aliud ſtudet, niſi vt lutulentus ſus cum quouis volutari Pſeudo-Cic. in Salluſt. 3 c. 1. Cic. de Orat. 2, 271 c. 67 Per mihi ſcitum videtur, C. Publicium ſolitum dicere, P. Mummium cuiuis tempori hominem eſſe. *Nempe qui in otio, in negotio, in rebus laetis, in aſperis, iucundus hominibus eſſet, et cuicunque tempori aptus. Simile quiddam de* Aſinio Pollione *refert* Quinctil. 6, 3, 110 Vt de Pollione Aſinio ſeriis iocisque pariter accommodato dictum eſt, eſſe eum omnium horarum.

Q V O

QVO. [ποῖ] *Eſt Ablatiuus Pronominis relatiui et interrogatiui.* Hor. Sat. 2, 3, 295 Quone malo mentem concuſſa? timore deorum. *Particula* ne *ſimpliciter interrogat: niſi malis interpretari,* aliquone? ¶ 2 *Aduerbialiter cum ponitur, interdum ex Ablatiuo ortum videtur, vt cum adiunctos ſibi habet Comparatiuos,* magis, minus *etc. Interdum ex Datiuo ſecundae Declinationis, cum explicari poteſt per* ad quid, *vel* cui rei. *Forte ad Datiuum ſunt qui referant, cum eſt Aduerbium loci,* ad quem, *vel* in quem *itur.* Virg. Aen. 1, 374 Quoue tenetis iter? Cic. Fam. 6, 2 Tu velim ſcribas ad me, quid agas, et vbi futurus ſis, vt aut quo ſcribam, aut quo veniam, ſcire poſſim. Num in illis regionibus, quo ſe Catilina inferebat Idem pro Sulla c. 19. *Sic* Virg. Aen. 10, 649 Quo fugis Aenea? Ibid. 369 Quo fugitis ſocii? Sic loquitur, qui vult oſtendere conditionem locorum, in qua peruerſo modo alius petatur, alius linquatur. Ter. Hec. 3, 5, 45 Quo abis? mane, mane inquam: quo abis? Quo hinc te agis? admonitio diſcedentis. nam a quo diſcedere deſideramus, admonemus eum vbi vadat, aut quo eat. *Haec* Donat. *ad* Ter. Andr. 4, 2, 25 Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento eſtis. P. ego hanc viſam. D. quid tu? quo hinc te agis? Ter. Adelph. 4, 6, 4 Perreptaui vsque omne oppidum, ad portam, ad lacum: quo non? Idem Andr. 2, 3, 25 Vide, quo me inducas. Ter. Adelph. 2, 1, 36 Illuc quaeſo redi quo coepiſti, Aeſchine, *int.* ire. Plaut. Rud. 1, 2, 22 An quo furatum mox venias, veſtigas loca, *i. in quae loca.* Varro R. R. 1, 19, 2 Foſſas quo aqua delabatur. Cic. Att. 8, 3 Qua autem et quo, nihil ſcimus. Quo gentium fugiam? Plaut. Rud. 3, 1, 44. ¶ 3 Quo *etiam eſſe Datiui caſus, non modo analogia ſatis indicat, ſed etiam exempla. Vid. Perizon. ad Sanctii Min.* 3, 14, 7 *et* 39. Varro R. R. 2, 1, 21 Cuius ſcientiae genera duo: — alterum, *quo* etiam paſtor diligens mederi poſſit, *i. cui.* *Hinc orta illa* Hor. Epiſt. 1, 5, 12 Quo mihi fortuna, ſi non conceditur vti? Virg. Aen. 2, 150 Quo molem

molem hanc immanis equi ſtatuere ? Idem Ecl. 6, 23 Quo vincula nectitis ? Cic. Verr. 2, 183 Quo tibi tantum opus fuerit, id quaero. *Et* Fam. 2, 23 Martis vero ſignum quo mihi, pacis auctori ? *Conf.* Laber, *ap.* Petron. c. 55 *bis.* Quo tibi, Paſiphaë, pretioſas ſumere veſtes ? Ouid. Art. 1, 303. *vid. Heinſ.* Phaedr. 3, 14, 6 *quidam legunt*, Heus, inquit, expedi, ſapiens, quo fecerim ? *Al.* quid. *Hanc Datiui notionem ſequitur haud dubie formula*, Quo bonum eſt ? *pro Quam ad rem vtile eſt ? frequens apud Iureconſult.* Gaius in l. aliquando 13 *in fine* ad Velleian. in Pand. Quo bonum eſt exſpectare conditionem vel diem, cum, *etc.* Vlpian. l. 3 §. ſi quis ex liberis de bon. poſſ. contra tab. in P. Quo bonum eſt ei contra tabulas dari ? Idem in l. ſi poſt mortem 10 §. liberi eod. Quo bonum eſt eis fauere ? Scaeuola in l. ſi duo 93 de ſolution. Quo bonum eſt hoc dicere ? *Vid. Duker. de Latinit. Vett. ICtor. p. 399.* ¶ 4 *Cauſam finalem indicat.* Plin. iun. . . . Neque enim id feci, quo tibi moleſtus eſſem. Plaut. Poen. Prol. 39 Quo deteriores anteponantur bonis. *Interdum idem fere eſt, quod quaſi.* Cic. pro Quint. . . . Non eo dico, quo mihi veniat in dubium tua fides, aut quo *etc.* Ter. Eun. 1, 2, 16 Non pol quo quenquam plus amem, aut plus diligam eo feci. Cic. Verr. 4, 64 Nam rex id celatum voluerat, non quo quidquam metueret aut ſuſpicaretur, ſed vt ne multi, *etc.* Non quo libenter male audiam, *etc.* ſed quia, *etc.* Cic. de Orat. 2, 305. Se adhuc reperire diſcipulum, quem quidem probaret, potuiſſe neminem ; non, quo non eſſent quidam probabiles ; ſed quia, *etc.* Cic. de Orat. 1 c. 28. Spe magis, futurae magnitudinis, quam quo Tac. H. 3, 72, 3. ¶ 5 *Comparatiuis frequenter iungitur.* Ter. Heaut. 3, 2, 31 Addit mihi animum quo libeat magis. Quo minus mirum eſt, ſi audientium intentio langueſcat Plin. Epiſt. 2, 19. Cic. pro Quint. 4 c. 2 Nam quo minus ingenio poſſum ſubſidio mihi diligentiam comparaui. *Add* Plaut. Amph. 3, 2, 22. Gell. 5, 21. Interpellent me, quo minus honoratus ſim, dum ne interpellent quo minus Reſpubl. a me commode adminiſtrari poſſit Cic. Fam. 11, 10. Quo minus familiaris ſum, hoc ſum ad inueſtigandum curioſior Cic. Fam. 4, 13. Id. de Fin. 1, 58 c. 18 Neque enim ciuitas in ſeditione poteſt eſſe beata, nec in diſcordia dominorum domus : quo minus animus a ſe ipſe diſſidens, ſecumque diſcordans, guſtare partem vllam liquidae voluptatis et liberae poteſt ? *i. quanto minus.* Ter. Andr. 2, 5, 18 Forma bona memini videre : quo aequior ſum Pamphilo, ſi ſe illam in ſomnis, quam illum amplecti maluit. Cic. de Orat. 2, 52 Quo etiam feci libentius, vt eum ſermonem, quem illi quondam inter ſe de his rebus habuiſſent, mandarem literis. Quo minus *et* quo magis *interdum confundi, obſeruatur, ſiue ab ipſis ICtis, ſiue certe a librariis.* Imperator in l. 3 C. de iudic. Nihil prohibet, quo magis apud eum quoque diſceptatio terminetur. Idem in l. j. C. qui dare tutor. Non ideo oportuit impediri, quo magis liberali cauſa ordinata curator tibi daretur. *i. quo minus.* ¶ 6 *Ablatiuus relatiui a Comparatiuo rectus eſt in illis* Cic. Fam. 7, 2 Sed homo acutus ei mandaſti potiſſimum, cui expediret illud venire quamplurimo. Sed eo vidiſti multum, quod praefiniſti, quone pluris emerem. Cautum erat, quo ne plus auri et argenti facti, quo ne plus ſignati argenti et aeris domi haberemus Liu. 34, 6. *Ablatiuus etiam eſt in iſtis conſtructionibus :* Cic. pro Quint. 5 Quae quo plura ſunt, C. Aquili, eo te et hos, qui tibi in conſilio adſunt, meliori mente noſtra verba audire oportebit. Quinctil. 2, 2 Nam quo ſaepius monuerit, hoc rarius caſtigabit. *de officiis praeceptoris.* Cic. Acad. 4, 2 Quo plus in negotiis gerendis res quam verba proſunt, hoc erat memoria illa praeſtantior. *Relatiuum interdum omittitur.* Ea pars morum, quo ſuſpectior ſolicitis, adoptanti placebat Tac. H. 1, 14, 4. *i. eo magis plac.* Cic. Verr. 2, 27 Quo quisque te maxime cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabatur. *Sic Victor. Al.* Vt quisque. ¶ 7 Quo, *pro hinc, qua de cauſa etc.* Quo factum eſt Nep. 2, 6, 6. Quo facile fieri Idem 14, 15, 4. ¶ 8 *Pro quatênus.* Myrrha patrem, ſed non quo filia debet, amauit Ouid. A. A. 1, 285. Hermionem Pylades, quo Pallada Phoebus, amabat Ibid. v. 745.

QVOAD. [ἕως ȣ̃, μέχρι ȣ̃] *Idem quod quousque, in temporis, et quocunque alio termino ſignificando.* Ter. Phorm. 1, 2, 98 Senem quoad exſpectatis veſtrum ? Cic. de Amicit. 1 Ego autem a patre ita eram deductus ad Scaeuolam, ſumta virili toga, vt quoad poſſem, et liceret, a ſenis latere nunquam diſcederem. Vt eſſes in Sicilia, quoad velles Cic. Fam. 6, 8. Quoad ille viueret Nep. 18, 12, 2. Quoad vixit Suet. de Clar. Gramm. c. 20. *conf.* Nep. 25, 11, 5. Caeſar Bell. Gall. 5, 17 Neque finem inſequendi fecerunt, quoad ſubſidio confiſi equites, praecipites hoſtes egerunt. Videte nunc quoad fecerit iter apertius quam antea Cic. de Lege Agr. 1, 5. Ego me ducem in ciuili bello, quoad de pace ageretur, nolui eſſe Cic. Att. 7, 2. Quoad vixit Suet. de Clar. Gramm. 20. Quoad tibi aequum et rectum videbitur Cic. Fam. 13, 14. Vlpian. in l. j. D. de peric. et com. rei vend. Quod non deſignauit tempus, eatenus periculum ſuſtinere debet, quoad deguſtetur vinum. Gell. 7, 21 *Quoad viuet* cum dicitur, item *quoad morietur*, videntur quidem duae res dici contrariae : ſed idem atque vnum tempus vtraque verba demonſtrant. Item cum dicitur, *Quoad Senatus habebitur*, et *Quoad Senatus dimittetur ;* tametſi *haberi* atque *dimitti* contraria ſunt ; vnum atque id ipſum tamen vtroque in verbo oſtenditur. Tempora enim duo cum inter ſe oppoſita ſunt, atque ita cohaerentia, vt alterius finis cum alterius initio miſceatur ; non refert, vtrum per extremitatem prioris, an per initium ſequentis locus ipſe confinis demonſtretur. Argento haec dies praeſtituta eſt, quoad referret nobis Plaut. Pſeud. 2, 2, 29. *i. ad quam, qua.* Cic. de L. Agr. 3, 14 c. 4 Cum vsque eo vicinos proſcriberet, quoad — ex multis praediis vnam fundi formam perfecerit. *Laudatur etiam* de L. Agr. 1, 12 c. 4 *Sed ibi recte legitur*, Quod ad quemque peruenit, peruenerit *etc. non* quoad. Quoad potuit reſtitit Cic. de Senect. 11 c. 4. Quoad longiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium praeteriti temporis Cic. pro Arch. 1. Quoad, *pro Interim dum.* Quinctil. 10, 3, 31 Niſi forte membranarum vſum vſus infirmior exiget : quae vt iuuant aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum, et mentis impetum frangunt. Non faciam finem rogandi, quoad nobis nunciatum erit, ſe id feciſſe Cic. Att. 16, 16. Dies illos, quoad ille veniret, cum Pompeio conſumſi Idem Att. 5, 6. *Add.* Ibid. 3, 13. *et* pro Sext. c. 38. *et* Fam. 1, 9, 80. 7, 26, 7. *et* pro Mil. c. 10. Nep. 15, 2, 5. *et* 9, 3. 18, 2, 2. *et* 6, 2. Suet. Veſp. c. 4. *et* Caeſ. c. 29. *et* Domit. c. 2. Quoad munus officii exſequi et tueri poſſis Cic. de Senect. 21. Idem Verr. 5, 76 c. 29 Denique domi tuae piratae, a quo tempore capti ſunt, quoad per me licitum eſt, fuerunt. Cic. Verr. 5, 175 Tulit haec ciuitas quoad potuit, quoad neceſſe fuit, regiam iſtam, veſtram dominationem in iudiciis, et in omni Republ. tulit. Quoad eius fieri poterit Auctor ad Heren. 1, 2 : *Qui Genitiuus* Eius *pendet ab omiſſo* aliquid, *vt monet Perizon. ad Sanct. 3, 6 p. 424.* *Sic* Cic. Att. 11, 12 Tu tamen velim ne intermittas, quoad eius facere poteris, ſcribere ad me. Quoad eius poteris Cato c. 32. *Sic* Cic. de Inu. 2 c. 6. *et* Fam. 5, 2. *et* 5, 8. Quoad eius poteſt Liu. 39, . . ¶ 2 *Iunguntur interdum* Quoad *et* vsque. *V. g.* Liu. 6, 38 *extr.* Quoad vsque ad memoriam noſtram tribuniciis conſularibusque certatum viribus eſt. *Hic ſeparari, puto, debent*, Quoad certatum eſt, *et* vsque ad memoriam noſtram. *Sed* Varro de L. L. 4, 2 p. 8, 23 Ab eo dicitur praeco locare quoad vsque id emitur, quoad in aliquo conſiſtit pretium : *videtur pleonaſmus eſſe, vt quod laudatur neſcio vnde* Accii, Nihil te impedio : quoad vsque rem peragas. Sueton. Caeſ. c. 14 Ac ne ſic quidem impedire rem deſtitit, quoad vsque manus equitum Romanorum, quae armata praeſidii cauſa circumſtabat, immoderatius perſeueranti necem comminata eſt. *Sed cum multi libri* vsque *omittant, poſſumus ſuſpicari, illud eſſe gloſſam τȣ̃* quoad. Tac. Ann. 14, 58 *extr.* Multa ſecutura, quoad vsque bellum eualeſceret. *Sic ſuſpicatur Rhenanus. Sic MS. Oxon. Sed editur* quae ad vsque bellum eualeſcerent, *etiam a Ryckio. Probat tamen iſtam lectionem in Addendis Gronou. Ac recentioribus placuiſſe eam rationem, certum eſt.* Lactant. 4, 12, 17 Quoadusque (*Interpr. Vulg.* donec) ponam inimicos tuos ſuppedaneum pedum tuorum. *Auctoritates ſimiles laudauit Buneman. ad h. l.* *Add.* Vlpian. in l. j. §. Iulianus D. de itiner. actuque priuato. Iulianus ait, quoadusque ingreſſus eſt, eousque ei competere interdictum. ¶ 3 Quoad *pro* Quod ad *vel* quantum ad *vix veteri aliqua et indubia auctoritate tuearis. Laudatur* Varro de L. L. 7, 23 p. 93, 19 Haec ſigillatim triplicia eſſe debent, quoad ſexum, multitudinem, caſum. *Sed librariis tanto facilius tribui poteſt, cum paulo ante* p. 93, 1 Quod ad partes ſingulas orationis *edatur.* Varro de R. R. 1, 9, 5 Sic magna tria diſcrimina terrae, quod refert, vtrum ſit macra, an pinguis, an mediocris. Quo ad culturam, pinguis fecundior *etc.* *Sed vel* quo *ſeparatim intelligi poteſt, vt ſcribitur, pro* quia : *vel cum primis editionibus legi*, quod ad culturam. Liu. 42, 5, 7 Quod ſtipendium ſerius quoad diem praeſtaret. *Iam viderunt viri docti, ſi* quoad diem *ſit quantum ad diem, eſſe indignam Liuii* ταυτολογίαν *neque enim, quid ſit* ſerius *intelligi poteſt aliud. Et monuit olim Vorſtium Gronouius, melius legi* quam ad diem : *licet vulgatam librorum lectionem et ipſe, et nunc Drakenborchius, ſeruauerint.* Gaius ICtus l. 3 §. 1 D. de adquir. rer. dominio Nec intereſt quoad feras beſtias et volucres, vtrum in ſuo fundo quisque capiat, an in alieno. *Sed Gothofred. recte* quod ad. *Et ſic ſaepe peccatum, vti poſteriores librarii* quoad *ſuum inculcarent, pro veteri* quod ad. *Etiam* quod *pro* quoad *ſaepe intruſerunt. Vid. Graeu. ad* Cic. Att. 2, 7 p. 216. *Conf. Drakenb. ad* Liu. 6, 38, 13. *Particulas* Quo *et* ad *ſingulariter vſurpauit* Gell. 1, 15 Vlyſſem Homerus virum ſapienti facundia praeditum, vocem mittere ait non ex ore, ſed ex pectore, quo ſcilicet non ad ſonum magis, habitumque vocis, quam ad ſententiarum penitus conceptarum altitudinem pertineret.

QVOCIRCA. Coniunctio rationalis. [τοιγάρτοι] *Vt, Quamobrem, Itaque.* Cic. de Senect. 41 c. 12 Quod quo magis intelligi poſſet, fingere animo aliquem iubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi poſſet maxima, nemini cenſebat fore dubium, quin tamdiu dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione conſequi poſſet : quocirca nihil eſſe tam deteſtabile, tamque peſtiferum, quam voluptatem. Quocirca bene apud maiores noſtros Senatus decreuit, *etc.* Cic. de Diuin. 1, 92 c. 41.

QVOCVM. [μεθ' ȣ̃] *Ablatiuus, pro quo etiam dicitur* Quicum. Cic. de Legib. 1, 54 Ergo aſſentiris Antiocho familiari meo : magiſtro enim non audeo dicere, quocum vixi. Cum eo, quocum video eſſe ambulandum Idem Att. 4, 9.

QVOCVNQVE. [ὡτινιȣ̃ν] *Ablat. a* Quicunque. Plin. 27, 12 Quocunque haec modo ſe habeant, vis earum eſt ſpiſſare, ac refrigerare. Sed quocunque tempore mihi poteſtas tui praeſentis fuerit Cic. Fam. 1, 9. ¶ 2 Quocunque. Adu. [πανταχόσε] Plin. 5, 27 ſ. 27 *Taurus mons*, Numeroſis nominibus et nouis quocunque incedit inſignis. *Sed legitur* Quacunque. Quocunque oculos circumtuli Eumen. pro Reſtaur. Schol. c. 16. Quocunque ille fugere potuiſſet, ipſum ſequi poſſe Curt. 4, 5, 8. Quocunque me verto Sen. Epiſt. 12. *Add.* Pacat. Paneg. c. 37. Ire, pedes quocunque ferent Hor. Epod. 16, 21. *Eleganter interponitur dictio inter* Quo *et* Cunque, *per eam figuram, quae Tmeſis dicitur.* Quo res cunque cadent Virg. Aen. 2, 709. *Add* Hor. Od. 1, 7, 25. *Sed etiam* Cic. Tuſc. 2, 15 c. 5 Vt enim heri feci, ſic nunc rationem, quo ea me cunque ducet, ſequar. *Conf.* Idem de Diuin. 2, 149 c. 72.

QVOD, cuius, cui. Adi. [τὶ ποῖον] *Interrogatiuum et relatiuum eſt. Subſtantiue ponitur in iſtis.* Cn. Magn. Lentulo *ſub* Cic. Att. 8, 12 Ego ad P. Lupum et C. Coponium Praetores miſi, vt ſe vobis coniungerent, et Militum quod haberent, ad vos deducerent. Tacit. Hiſt. 5, 23 Complet et quod Biremium, quaeque ſimplici ordine agebantur. Tacit. Ann. 1, 48, 2 Et quod maxime Caſtrorum ſincerum erat. Quod Floris, quod roboris in iuuentute erat, amiſerant Liu. 37, . . Tacit. Hiſt. 2, 44 Et a Flauio Sabino praefecto vrbis quod erat in vrbe Militum ſacramento Vitellii adactum. Cic. pro Dom. 111 Ornamentorum quod ſuperfuit — domum ſuam deportauit. ¶ 2 Quod, *interdum ad ea refertur, quae ſequuntur.* Cic. Att. 2, 3 Pompeius, noſtri amores, quod mihi ſummo dolori eſt, ipſe ſe afflixit. *Sic ad Genus ſequentis nominis accommodatur relatiuum*, Salluſt. in Catil. 55 Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Quod, *abſolutum, pro Quae res.* Ter. Eun. 3, 1, 55 Par pari referto, quod eam mordeat. Quod, *Propter quod.* Ter. Hecyr. 2, 3, 3 Nam (ita me ament dî) quod me accuſat nunc vir, ſum extra noxiam. *Vbi* Donatus : Deeſt In eo, vt ſit, In eo quod me accuſat nunc vir, ſum extra noxiam. An Quod, propter quod ? *Hactenus* Donatus. Idem Andr. 1, 5, 54 Quod ego per hanc te dexteram oro, et genium tuum. Nunc illud eſt, quod ſi omnia omnes ſua conſilia conferant, Atque huic malo ſalutem quaerant, nihil auxilii afferant Ter. Adelph. 3, 2, 1. Garriet, quod (circa quod, in quo) neque pes vnquam neque caput compareat Plaut. Capt. 3, 4, 82. Idem Epid. 3, 4, 20 Animum aduorte : vt

quod ego ad te venio, intelligas. *i. Vt intelligas, propter quod ad te venio.* Id primum dicam: deinde, quod veni, eloquar Ter. Heaut. Prol. v. 3. *Talia ſunt iſta:* Virg. Ecl. 3, 35 Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes. Cic. Fam. 14, 12 In viam quod te des hoc tempore, nihil eſt. *Et* pro Roſc. Am. 1 Credo ego vos mirari, quid ſit, quod, quum is — ego potiſſimum ſurrexerim. Ter. Phorm. 5, 9, 63 Vin primum hodie facere, quod ego gaudeam, et quod tuo viro oculi doleant. Hor. Epiſt. 1, 16, 94 Quod te per genium, dextramque, deosque penates Obſecro et obteſtor, vitae me redde priori. Ter. Hec. 3, 2, 3 Male metuo, ne Philumenae magis morbus aggraueſcat. quod te Aeſculapi, et te Salus, ne quid huius ſit, oro. Quod, pro Quae Plurali, inquit Donatus *ad* Ter. Eun. 1, 1, 19 Et quod nunc tute tecum iratus cogitas, egone illam, quae illum, quae me? *Nimium ſubtilis videtur Grammaticus. Quidni enim quod ſignificet vniuerſum illud, quod cogitas; quidquid eſt, quod cogitas etc. Sic generalitatem quandam notat, in formula* quod ad me attinet. *V. g.* Cic. pro Roſc. Amer. 90 Qui omnes (quod ad me attinet) vellem viuerent. ¶ 3 *Continuandae orationi ſeruit ante particulas* Si, niſi, etſi, contra *etc.* nam: *in quibus eandem fere vim habet, ac ſi dicas* qua in re ſi, circa quod negotium ſi. *Neque enim plane ab initio ſententiae, id eſt, epiſtolae, libri, argumenti non cohaerentis cum ſuperioribus poni videas.* Cic. pro Muraen. 8 c. 4 *cum dixiſſet, ſe patrocinium negare Muraenae non potuiſſe, addit* Quod ſi licet deſinere, ſi te auctore poſſum, ſi nulla inertiae — culpa ſuſcipitur: ego vero libenter deſino. *Frequens admodum eſt uſus huius rationis, quod vel hoc ipſo huius orationis exordio oſtendi poteſt. Mentionem in principio fecerat ſollemnis precationis conſularis, addit* Quod ſi illa ſollemnis comitiorum precatio *etc.* *Et* 3 Quod ſi in iis rebus repetendis, quae mancipi ſunt, is periculum iudicii praeſtare debet, qui ſe nexu obligauit; profecto etiam *etc.* *Et mox* 4 Quod ſi e portu ſoluentibus ii, qui iam in portum ex alto inuehuntur praecipere ſummo ſtudio ſolent — quo tandem me animo eſſe oportet *etc.* *Et* 6 Quod ſi tum, cum Reſp. vim et ſeueritatem poſtulabat, vici naturam — quanto tandem ſtudio debeo *etc.* Caeſ. B. G. 1, 14, 3 *in media expoſtulatione,* Quod ſi veteris contumeliae obliuiſci vellet, num etiam recentium iniuriarum — memoriam deponere poſſet? Ter. Andr. 3, 4, 25 Quod ſi quieſſem, nihil eueniſſet mali. Nep. 18, 8, 3 Quod ſi quis illorum veteranorum legat facta; paria horum cognoſcat Idem 23, 1, 2 Quod Niſi domi debilitatus eſſet. Caeſ. Bell. Gall. 1, 44 Quod Niſi diſcedat, ſeſe illum pro hoſte habiturum. Ter. Phorm. 1, 3, 19 Quod Niſi fuiſſem incogitans. Cic. Att. 13, 43 Quod Niſi me Torquati cauſa retineret. Virg. Georg. 1, 155 Quod Niſi et aſſiduis terram inſectabere raſtris. *Add.* Ecl. 9, 14. *et* Aen. 6, 133. Flor. 4, 2, 81 Veteranorum manus gradum retro dedit. Quod Etſi nondum fugerat, apparebat tamen, pudore magis quam virtute reſiſtere. *Tuentur eam lectionem contra emendandi conatus viri doctiſſimi.* Cic. de Fin. 1, 67 c. 20 Quod Quia nullo modo ſine amicitia firmam et perpetuam iucunditatem vitae tenere poſſumus — idcirco *etc.* *Sic* Quod Contra: Lucret. 1, 83 Quod contra ſaepius illa Religio peperit ſceleroſa atque impia facta. Cic. Lael. 90 c. 24 Peccaſſe enim ſe non anguntur obiurgari moleſte ferunt: quod Contra oportebat delicto dolere, obiurgatione gaudere. *Tale eſt,* Quod Nunc, aeterno quia conſtant ſemine quaeque — Nullius exitium patitur natura videri Lucr. 1, 222. *i. Iam vero, nunc autem.* Quod Quum accidiſſet, vt alter alterum nec opinato videremus, ſurrexit ſtatim Cic. de Fin. 3, 8 c. 2. Caeſ. B. Ciu. 3, 68 Quod Cum eſſet animaduerſum, coniunctam eſſe flumini; — protinus tranſcenderunt. Quod Quoniam nobis quoque voluntati accidit, vt artem dicendi perſcriberemus, non vnum nobis aliquod propoſuimus exemplum Cic. de Inu. 2, 4 c. 2. *Sic MSS. vnde fecerunt* voluntatis, *vt iungerent* quod voluntatis. *Sed ſi totam ſeriem inſpicias orationis, videbis, nihil de* voluntate *praeceſſiſſe. Itaque* nobis voluntati accidit *puto ſignificare, velle coepimus, vt* in mentem venit *etc. Vt* Att. 3, 20 *extr.* Quod me vetas quidquam ſuſpicari accidiſſe ad animum tuum. Quod Ne longiore exordio legentem fatigemus, vnum quaſi exemplum ſubiiciemus Colum. 5, 11, 13. Quod Vbi ſenſi me in poſſeſſione iudicii ac defenſionis meae conſtitiſſe — tunc admiſcere huic generi orationis vehementi atque atroci genus illud alterum — coepi Cic. de Orat. 2, 200 c. 49 *pr.* Quod enim melius *apud* Varron. R. R. 1, 13, 4 *interpretatur Scaliger, vtpote cum melius ſit,* ἅτε δὴ κρεῖττον ὄν. *Add. Scalig. ad* 1, 55, 2. Quod Vbi id pote Varro R. R. 1, 15.

Nunc manet inſontem grauis exitus: aut ego veri
Vana feror; quod Vt o potius formidine falſa
Ludar Virg. Aen 10, 630.

Cic. Fam. 14, 4 Quum autem ſcribo ad vos aut veſtra lego, conficior lacrimis ſic, vt ferre non poſſim: quod Vtinam minus vitae cupidi fuiſſemus, certe nihil, aut non multum in vita mali vidiſſemus. Ter. Phorm. 1, 3, 5 Rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conſcius ſis? quod Vtinam ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet. Apul. Apol. p. 275, 33 Quod Vtinam tam grauia formae et facundiae crimina vere mihi approbaſſet. Idem Flor. 3 p. 359, 22 Quod Vtinam mihi pro amplitudine auditorii prolixa oratio ſuppeteret. ¶ 4 *Formae aliae:* Ter. Andr. 4, 4, 17 Sed ſi quid ſit, quod mea opera opus ſit vobis, aut tu plus vides, quam ego, manebo, *i. circa quod.* Quod, *pro* Qui, *auctore* Donato Ter. Eun. 2, 1, 5 Ego quoque vna pereo, quod mihi eſt carius. *i. Qui mihi carior ſum. Sic ad femininum referri videtur* Plin. 18, *vlt. de tempeſtatum praeſagiis,* Nube grauida candicante, quod vocant tempeſtatem albam, grando imminebit. *Nempe quod eſt* quae res. *In verborum honore ſunt iſta,* Cic. Fam. 13, 23 Atque eum, quod abſque moleſtia fiat, ſi qua in re opus ei fuerit, iuueris. Idem Fam. 14, 5 Tu velim, quod commodo valetudinis tuae fiat, quam longiſſime poteris, obuiam nobis properes. *Et* Att. 14, 16 Et ipſe, quod commodo tuo fiat, cum eo colloquere. Quod commodo rem facere poſſis, *i. quoad: vid. Gronou. ad* Liu. 26, 32 *extr.* Quod bene vertat, *modus bene precandi.* Liu. 1, 28 Tum interrex, concione aduocata, Quod bonum, fauſtum, felixque ſit, inquit, Quirites, regem create. Idem ibid. c. 17 *et* 28. Cic. Att. 2, 4 Serapionis librum ad me miſiſti, ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) milleſimam partem vix intelligo. *Cum quidem modeſtius negat:* Non nouiſti me? *r.* quod quidem veniat in mentem, *h. e. Quod meminerim,* Plaut. Epid. 5, 1, 32. Plin. 12, 14 Nec tamen ab vllo (quod equidem ſciam) Latino arborum earum tradita eſt facies. ¶ 5 Quod *pro* Quantum. Hor. Serm. 2, 7, 3 Amicum Mancipium domino, et frugi, quod ſit ſatis. *i. Tantum frugi, quantum ſufficiat.* *Sic* Quod quidem in te fuit, *i. quantum,* ὅ, τι, *vid.* Priſcian. 18 p. 1194. Quod potero, adiuuabo ſenem Ter. Heaut. 3, 1, 7. Munus noſtrum ornato verbis, quod poteris Idem Eun. 2, 1, 8. *Conf.* Idem Heaut. 5, 4, 15. Cic. Att. 12, 48 *pr.* Vt tantum medii fuerat maris, vtraque claſſis Quod ſemel excuſſis poſſet tranſcurrere tonſis Lucan. 3, 538. Hor. Serm. 2, 7, 40 Tu cum ſis quod ego, et fortaſſis nequior, vltro Inſectere? Senſus eſt, Quum ſis id quod ego ſum, id eſt, ſimiliter vitioſus, vt ego: tu me vltro inſecteris? ¶ 6 *Exempla miſcella:* Cic. pro Milon. 18 Nullis Graecis comitibus, vt ſolebat: ſine vxore, quod nunquam fere. *int. facere ſolebat.* Cic. Att. 11, 12 Si quid erit, quod ad quos ſcribendum meo nomine putes, velim, vt ſoles, facias. *Delectari videtur in repetitione Pronominis.* Quod quum ita eſt, ex edicto bona poſſeſſa non ſunt Cic. pro Quint. 65. Virg. Aen. 11, 15

Maxima res effecta viri, timor omnis abeſto:
Quod ſupereſt, haec ſunt ſpolia, et de rege ſuperbo
Primitiae.

Seruius, i. e. De reliquo: et eſt abſoluta locutio. Cic. Att. 9, 22 Quod ſupereſt, ſcribe quaeſo quam accuratiſſime. Lucret. 3, 222 Quod genus eſt, Bacchi cum flos euanuit, *etc.* *Similitudinem indicat, Quale quid fieri ſolet.* Cic. de Aruſp. Reſp. 6 Quod idem in iudicio capitis durum atque iniquum eſt. Idem Philipp. 3, 25 Quod idem fecit L. Philippus, vir auo, patre, maioribusque ſuis digniſſimus. Cic. pro Domo 71 Quotieſcunque de me conſultus eſt, toties eam nullam eſſe iudicauit. Quod idem tu Lentule vidiſti in ea lege, quam de me tuliſti: *pro eo, quod nos dicere ſolemus,* quod etiam. *Et* de Nat. Deor. 2, 53 Quod idem faciunt ſtellae ſuperiores. Cic. in Orat. 20 Nam et grandiloqui fuerunt cum ampla et ſententiarum grauitate, et maieſtate verborum, vehementes, varii, ad permouendos, et conuertendos animos inſtructi et parati: quod ipſum alii aſpera, triſti, horrida oratione: alii leni, et inſtructa ſunt conſecuti. Cic. Att. 14, 20 Nunc autem videmur habituri ducem: quod vnum, *nempe vt habeamus,* municipia, bonique deſiderant. *Quod, pro* καθότι, *vel* καθόσον, *ſiue quatenus prout:* Ter. Phorm. 1, 2, 81 Omnia haec confingam, quod erit mihi bonum atque commodum. Quinctil. 1, 7, 30 Ego, quod conſuetudo obtinuerit, ſcribendum quidque iudico, quomodo ſonat. *Sic Ienſon. Alii legunt* Niſi quod.

QVOD. Coniunctio *fit (vt Graecorum* ὅτι*)* cauſalis. *ea fere ratione, qua* dignus *eſt* qui ametur, *idem ſignificat atque* vt ametur. *Nonnunquam vix diiudicare licet, vtrum ad Pronomen commodius, an ad Coniunctiones referatur. V. g. in illo* Cic. Att. 1, 4 Quod ad me ſcribis de Hermathena, per mihi gratum eſt, et ornamentum Academiae proprium meae: quod et Hermes commune omnium, et Minerua ſingulare eſt eius gymnaſii. *Poſſis ita accipere,* Illud, quod ſcribis, gratum eſt: *et ita,* Quia ſcribis gratum eſt. *Coniunctiuum adſciſcit non ſua vi, ſed pro ratione reliquae orationis. V. g.* Cic. Att. 1, 3 Vtinam illum diem videam, quum tibi agam gratias, quod me viuere coegiſti. *Aſſeuerat ab Attico ſe coactum. Ita* Att. 3, 10 Vtrum tandem ſum accuſandus? quod doleo, an quod commiſi *etc. fatetur ſe dolere, commiſiſſe. Et* ibid. At te minus multa ſcribo, quod et moerore impedior *etc.* *Sed* 3, 12 *pr.* Hic tu me accuſas, quod me afflictem: *non ipſe ponit aliquid, ſed Attici ſententiam refert.* ¶ 2 Quod, *pro quum, poſtquam, ex quo etc.* Tertius dies eſt, quod audiui recitantem Plin. Ep. 4, 27. Minus quindecim dies ſunt, quod pro hiſce aedibus minas quadraginta accepiſti Plaut. Trin. 4, 4, 1. Quanquam haec inter nos nupera notitia admodum eſt, Inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es Ter. Heaut. 1, 1 *pr.* ¶ 3 Quod, *pro Quantum ad illud pertinet vel attinet.* Ter. Eun. 5, 8, 34 Si te in platea offendero hac poſt vnquam, quod dicas mihi, Alium quaerebam, iter hac habui: periſti. *Expreſſum videtur ex ſimili loco* Plaut. Aſin. 4, 1, 11 Alienum hominem intromittat neminem. Quod illa aut amicum, aut patronum, aut quod illa amicae ſuae amatorem praedicet: Fores occluſae omnibus fient. — Aut quod illa dicat peregre allatam epiſtolam: Ne epiſtola quidem vlla ſit in aedibus. *Et* v. 51 Quod illa autem ſimulet *etc.* Ouid. Art. 1, 26 Illa, quod eſt virgo, quod tela cupidinis odit, Multa dedit Populo vulnera, multa dabit. *Plura huius generis dedit ad* Epiſt. 17, 51 *Heinſius. Talia ſunt* Ter. Eun. 4, 7, 15 Sane quod tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt. Idem Adelph. 5, 9, 29 Vt id oſtenderem, quod te iſti facilem et feſtiuum putant, id non fieri ex vera vita. *In his exemplis obiectionibus vel excuſationibus et ad eas reſponſionibus ſeruit: ſed etiam frequenter adhibetur in epiſtolis et ſermonibus, vbi ſimpliciter ad ea, quae ab altero prolata ſunt, reſpondetur. V. g.* Cic. Att. 14, 20 Quod Ciceroni (*filio meo*) ſuppeditas, gratum. Quod errare me putas, — ſic ſe res habet — Quod me hortaris, vt ſcriptam concionem mittam, accipe a me *etc.* Quod Hirtium per me meliorem fieri volunt, do equidem operam. *Sic* Fam. 3, 5 Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, viſurusne me ſis in prouincia: ea res ſic habet: Brunduſii quum loquerer cum liberto tuo Phania, *etc.* *Ibidem ſub finem,* Quod te a Scaeuola petiiſſe dicis, vt dum tu abeſſes, ante aduentum meum prouinciae praeeſſet: eum ego Epheſi vidi, fuitque mecum familiariter triduum illud, *etc.* ¶ 4 *De conſtructione Coniunctionis* quod *poſt verba ſenſuum, affectuum et ſignificandi, quae vſitatius Accuſatiuum cum Infinitiuo habent, quae diſputata ſunt, fere omnia docent Sanctius Min. 3, 14 et ad eum locum Perizonius. Scilicet Sanctius negat, dici poſſe latine et ad aureae aetatis normam* ſcio quod, dico quod, credo quod, *cum Coniunctiuo, et reſpondet locis pro vſu* τῆς *quod proferri ſolitis: ita tamen, puto, vt videatur* τὸ ἄμετρον τῆς ἀνθολκῆς *ipſum tranſuerſum agere nonnunquam, vti damnet, quae recte habent, aut ad emendandum adeo loca ſana prouolet. Eandem ſententiam, ſed multo prouidentius tuetur Gronouius pater, tum aliis locis, tum ad Plautum Aſin. 1, 1, 37. et Aulul. 2, 1, 52. itemque ad Liu. 3, 52 pr. et ita tuetur, vt pro* quam *librarios vno alteroque loco barbarum illud* quod *inculcaſſe probabili coniectura, quam neque librorum auctoritas deſtituit, confirmet. Sed neque deeſt Perizonio, (quem Sanctii intemperantia videtur impuliſſe, vt et ipſe paullo calidius in quibuſdam verſaretur, et aliquantum pugnaret ambitioſius) poſt Scioppium quidem in Auctario Grammaticae, ficto Mariangeli nomine, edito Ep. 6 p. 45 ſeq. Voſſium de conſtructione c. 20 et 62, vt alios praetermittamus; non deeſt igitur his triumuiris, quod pro tuenda aut excuſanda certe barbarorum illa ratione dicant. Diligenter conſideraui loca Ciceronis quidem et aureae aetatis aliorum, tum ad quae prouocatum eſt omnia, tum alia nondum, quod ſciam,*

ſciam, in hanc ſcenam producta. Hyginum illum Auguſti, ſi DIs placet, libertum, quem ſubinde laudat Scioppius, plane non moror. Sed nec de reliquis Senecae, Martialis et ſimilium locis multum hic laboraui, non quod non etiam hic diſputari multa poſſint: ſed quod conſtat dicendi regulam ab his non petendam. Ita Claudianus, maximi ſpiritus Poeta, ſed ſerae nimis aetatis et Graece nimis doctus, de Raptu Proſ. 3, 223 de Venere Proſerpinam eliciente,

Vicinos callida flores
Ingeminat, meritumque loci velut inſcia quaerit.
Nec credit, quod bruma roſas innoxia ſeruet,
Quod gelidi rubeant alieno germine menſes,
Verna nec iratum timeant virgulta Booten.

Talia Pallad. Febr. 24, 5 Opinantes quod tangatur; it. Apr. 2, 5 Affirmat quod pariat. Sic Vlpian. l. 1 §. denunciare D. de agnoſcendis vel alendis lib. Sufficit mulieri, notum facere, quod ſit praegnans. Mariti eſt iam aut mittere cuſtodes, aut eidem renunciare, quod non ſit ex eo praegnans. Paullo poſt: Illud notandum eſt, quod denunciatio a marito non incipit, ſed a muliere. Et §. vlt. Quae cauſa ſi fuerit acta apud iudicem et pronunciauerit, quod ex eo praegnans fuerit, in ea cauſa eſt, vt agnoſci debeat quaſi ſuos. His igitur auctoribus, non tam ponte plane deiectis, quam ne turba opprimamur, interim ouili quaſi diſcluſis, porro illud monendum eſt, non Scioppium modo, ſed ipſum etiam Perizonium, cum ingrediuntur hanc diſputationem, ita ſe inſtituere, vt oſtendere ſe velle dicant, aeque Latine dici ſcio, credo, dico, quod tu ſis doctus, ac ſcio, credo, dico, te eſſe doctum: cum autem aliquantum prouecti ſunt, ea magnam partem proferre exempla, quae plane his ſunt diſſimilia, et de quibus nemo litem mouit, (niſi quod Sanctio petulanter ſatis illudenti Grammaticis vnum alterumque excidit) ita vt facile fucum facere feſtinantibus, et perfugium parare ſemibarbaris poſſint, accidereque videatur in hac verborum diſciplina, quod Epicureis Sadducaeisque vſu veniſſe dicitur, vt magiſtrorum dictatis, non plane contemnendis, quibusque ipſi nihilo peiores facti ſunt, male abutantur diſcipuli mali, et licentiae ſuae magiſtrorum auctoritatem obtendentes. Quae cum ita ſint, et vt ordine aliquo progrediatur hoc quidquid eſt diſputatiunculae, I. Ab ea quaeſtione remouenda videntur illa, vbi quod non pro Graecorum ὅτι ἀφηγηματικῷ, (quaſi tu narratiuum dicas) ponitur, ſed vbi αἰτιολογικὸν ſiue cauſale eſt. Hoc facile intellectu eſt, ſi conſideremus, poſſit ne quia, vel cum, vel propterea quod, aut ſimile quiddam τῷ quod ſubſtitui. Hic ſine diſcrimine vel finitum tempus cum ſuo quod, vel infinitum cum Accuſatiuo adhibetur, et quidem ſi illud, vel in Indicatiuo, in ſententia finita, ac certa: vel in Subiunctiuo, ſi pendens aut ſententia ſit, aut conſtructio. Itaque poſt miror, doleo, queror, indignor, gaudeo, glorior, et ſimilia forte affectuum, quae vocant, Verba (de omnibus non auſim confirmare, neque enim dici poſſe puto, ſpero, confido quod, neque dici ignoro, vereor, vt vel ne: adeo vſus tyrannus eſt) dubium non eſt, quin quod ſequi poſſit: Sequi tamen et poteſt, et ſolet Accuſatiuus cum Infinitiuo. Quae quidem res indicio eſſe videtur, interdum indicatum eſſe obiectum affectus (per Accuſatiuum cum Infinitiuo) interdum autem cauſam (per αἰτιολογικὴν finito verbo adiectam τὴν quod). Hoc ſi obſerues, bona pars eorum, quae pro ſe laudant Perizonius aliique, non iam ad quaeſtionem propoſitam pertinebit, aut oppoſita erit ſententiae Gronouianae. Videamus exempla pauca nunc: plura enim deinde dabuntur, vbi, quae truncata ſpeciem habent aliam, integra proferemus. Igitur exemplo ſit Plautus Merc. 3, 4, 10 Id illi vitium maximum eſt, quod (quia) nimis tardus eſt. Phaedr. praef. 5. Calumniare autem ſi quis voluerit, quod arbores loquantur, i. quia. Nam cauſa, obtentus certe calumniandi eſt loquela arboribus attributa. Item Phaedrus 4, 4, 31 Quam grauiter ferret, quod voluntatem ſuam interpretari non potuiſſent Attici. Cael. ad Cic. Fam. 8, 14. Propoſitum hoc eſt, de quo ſunt dimicaturi, quod Pompeius conſtituit, etc. Cic. Tuſc. 5, 40 c. 14 Vt mihi Laconis illud dictum in hos cadere videatur, qui glorianti cuidam mercatori, quod multas naues in omnem oram maritimam dimiſiſſet etc. Idem de Sen. 4 c. 2 pr. Saepe numero admirari ſoleo — quod nunquam ſenectutem tibi grauem eſſe ſenſerim. Et 39 c. 12 Sequitur tertia vituperatio ſenectutis, quod eam carere dicunt voluptatibus. Sic Plin. Epiſt. 6, 26 Gaudeo et gratulor, quod Fuſco Salinatori filiam tuam deſtinaſti. II. Ita neque diſputatur, diſputatione certe opus non videtur, de his, vbi quod includit formulam quantum attinet, de qua n. 3 diximus, hic autem ea tantum addimus, de quibus diſputatum eſt. Petronius c. 138 Quod verberatus ſum neſcio: quae verba inſidioſe a Perizonio allegantur, omiſſis, quae ſtatim adiungenda erant, quod eiectus ſum, ludum puto. Sciebat optime, qui loquitur, ſe verberatum eſſe, ſed ſe memoriam adhibere iniuriae, (feliciter Graeci vno verbo dicunt μνησικακεῖν) negat. Hoc obſeruandum praeſertim etiam Scioppii cauſa, qui magnum numerum produxit locorum ſimilium. Huc referenda initia SConſultorum aut ſententiarum ſenatoriarum, Quod verba fecit M. Curio etc. de ea re ita cenſeo. Vid. Cael. ad Cic. 8, 8. Huc pertinet Horat. Epiſt. 2, 2, 146 Si tibi nulla ſitim finiret copia lymphae, Narrares medicis: quod, quanto plura paraſti, Tanto plura cupis, nulli ne faterier audes? Valde diſputatum eſt de Liu. 42, 33 vt oſtendit ibi Drakenborch. Optimum videtur cum Viro doctiſſimo ita legere, P. Licinius COS. SCta recitari iuſſit, primum quod bellum Senatus Perſeo iuſſiſſet, (hoc eſſe SCtum dixit, quod iuſſiſſet) deinde (hoc eſſe alterum SCtum) quod veteres Centuriones quam plurimum ad id bellum ſcribi cenſuiſſet, nec vlli, qui non maior annis L eſſet, vacationem militiae eſſe. Duo igitur ſunt SCta, primum de ipſo bello, alterum de his, qui ſcribendi eſſent. Itaque a verbo cenſuiſſet, pendet tum infinitum ſcribi, tum alterum eſſe. Creuierius, non improbante Drakenborchio, malebat ita legere, primum quo bellum — iuſſiſſet; deinde, quo veteres. Ac ſane Quo et Quod confundi, oſtendit Drakenb. ad Liu. 36, 33, 3. III. Denique ab hoc cenſu remouendae ſunt formulae aliae, quae male ad regulam propoſitam trahuntur, v. g. Ouidianum illud, Adde quod, vbi aperta nimis eſt ellipſis, Adde, illud quod. Ponamus vnum exemplum de plurimis, quae Burmannianus index facile ſubiiciet, Epiſt. 17, 199 Adde quod, vt cupias conſtans in amore manere, Non potes. Simile eſt illud Eiusd. ex Ponto 4, 14, 3 Excepto, quod adhuc vtcunque valemus. Sic Cic. Offic. 2, 70 c. 20 Videndumque illud eſt, quod, ſi opulentum fortunatumque defenderis, in illo vno, aut forte in liberis eius, manet gratia: ſin autem inopem etc. Quamuis enim forte etiam in aliis, quae infinitum poſtulant, ſimilem comminiſci ellipſin liceat, tamen analogiae et ratiocinationi ab auctoritate deſtitutae in linguis non ita multum; aduerſus auctoritatem etiam pugnanti, nihil plane tribuendum eſſe, ſatis conſtat. IV. Quaedem exempla huc relata ſunt per manifeſtam calumniam, truncatis et omiſſis, quae adiecta ſtatim fucum produnt, et quod cauſale ſ. αἰτιολογικὸν aperiunt. E. g. Caeſ. B. C. 1, 26 Paullo poſt renunciant, quod Conſules abſint: Quid apertius? dicunt. Sed ponamus totum: Paullo poſt renunciant, quod (i. quia vel cum) Conſules abſint, ſine illis de compoſitione agi non poſſe. P. Ciacconio verba ſine illis merito ſuſpecta ſunt, quae videtur intruſiſſe aliquis, qui illud quod ἀφηγηματικὸν putaret. Ex Varrone 1, 7, 9 haec verba laudat Scioppius p. 47 Cato dicit, quod primus ager ſit, vbi vineae, etc. Sed omittit plura intericcta. Locus ita habet, Cato — alium alio agrum meliorem dicit eſſe, in nouem diſcriminibus, quod ſit primus, h. e. quia. Nec minus truncata ſunt, quae eodem loco ex Varronis 1, 2, 26 profert: Verum eſt, quod iubet ranam coquere in aqua. Series orationis haec eſt: Tam hercle verum eſt, quam hoc, ſi quem glabrum velis, quod iubet, etc. Ex Varrone etiam 2, 4, 18 laudat haec verba, Et corpus matris ab ſacerdotibus, quod in ſalſura fuerit demonſtratur. Sed quidni dicamus, quod relatiuum eſſe, demonſtratur corpus, quod fuerit in ſalſura: vel cauſale, demonſtrari potuit corpus ideo quod fuit, etc. Non plus efficitur tertio Varronis loco 2, 5, 3 qui facere pro Scioppio deſinit, cum totus legitur: Tauros vocabant ἰταλοὺς, a quorum multitudine Italiam dixerunt. Alii ſcripſerunt, (intell. Italiam dictam) quod (i. quia) e Sicilia Hercules, perſecutus ſit eo nobilem taurum, qui diceretur Italus. Sed et quartus fruſtra huc trahitur 2, 10, 6 Quod ad feturam humanam pertinet paſtorum; qui in fundo perpetuo manent, facile eſt (h. e. facilis res eſt: cur nam?) quod habeant conſeruam in villa. Non memini laudatum videre locum alium Varronis, qui ſpecie non caret 1, 7, 71 Idem oſtendit, quod arbores in locis feris plura ferunt. Praeceſſit quidem Theophraſti mentio, vt is videatur oſtendiſſe. Sed conſideranti locum, verum eſſe apparebit, quod adſcripſimus, Idem eſſe neutrius generis quarti caſus. Poterat ita, Eandem rem oſtendit illud, quod etc. Similis fere ratio eſt illius 1, 56 qui locus nihil nobis aduerſabitur, ſi ita interpungas, vt a nobis factum eſt: primum foeniſiciae conduntur melius ſub tecto, quam in aceruis, quod ita ſit iucundius pabulum. Ex eo (id) intelligitur, quod pecus, vtroque poſito, libentius eſt illud, quod ſub tecto fuit. Eadem fere ratio eſt Cic. Offic. 2 c. 12 vbi legunt vulgo: Equidem illud etiam animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante. Sed ex emendatione, quam Lambinus e Vet. Cod. protulit, quamque in MSS. eſſe, libellus Variar. Lectionum Graeuianus teſtatur, nec iniuria recepit in contextum (poſt Henricium, qui edidit Officia 1582, 8) Gronouius, legendum lenitate verbi triſtitiam rei mitigatam. Ita cauſale eſt quod. Geminus locus eſt Cic. Fam. 3, 5 Tunc mihi ille dixit, quod, (i. quia) claſſe tu velles decedere, per fore accommodatum tibi, ſi nauibus acceſſiſſem, vbi fruſtra ſoloeciſmum metuiſſe videntur Lambinus et alii, qui contra MStorum fidem aliquid hic mutarunt, legentes, claſſe te velle decedere, etc. quo in numero eſt etiam Quartери ad vſum Delphini elaborata editio. Alii multo ſe turpius dedere, v. g. Veneta 1483. Claſſe tu velles decedere, et accomm. etc. Lectionem a nobis propoſitam MStorum fide firmant Gebhardus, Graeuius, et Gronouius pater. Operae pretium eſt, Graeuii praeſertim annotationem conſuluiſſe. Gronouianae verba pariter ac ſententiam hic deſeruit, Verburgius. Simillimus locus eſt Cic. pro Cluentio 98 c. 36 cum memoraſſet duo iudicia P. Popillii et T. Guttae, qui cauſam de ambitu dixerunt: addit, qui accuſati ſunt ab iis, qui erant ipſi ambitus condemnati: quos ego non idcirco arbitror eſſe in integrum reſtitutos, quod planum fecerint, illos ob rem iudicandam pecuniam accepiſſe; ſed quod iudicibus probarint, quod in eodem genere, in quo ipſi offendiſſent, alios reprehendiſſent, ſe ad praemia legis venire oportere. Hic qui feſtinant, iungunt probarint quod; cum tamen ad probarint referatur ſe oportere, et illud quod ſimpliciter cauſale ſit, cur illos ad praemia legis venire oporteat. Sic in ead. 79 c. 29 Itaque confiteor, — quod Oppianici — nomen — populo ignotum fuiſſet — ſummam illi iudicio inuidiam infamiamque eſſe conflatam. Talis eſt Pallad. Febr. 10, 4 Mihi videtur, quod nulla prouincia eſt, quae non ex his quaincunque ſponte producat, plantas etiam maiores — oportere conſtitui. Neque multo aliter ſentiendum videtur de Cic. Att. 10, 4 extr. Affirmabat cum ſcripſiſſet, quod me cuperet ad vrbem venire; illum quidem gratias agere maximas. Licet enim multis mendis, Victorio etiam teſte, hic locus ſcateat, illud tamen apparet, τὸ quod cuperet non ad ſcripſiſſet referri, ſed infinitum gratias agere: quod autem cauſale eſt. Verba, quae hunc locum proxime praecedunt, quaeque et ipſa non ſatis emendata viſa ſunt olim viris doctis, huc trahit etiam Scioppius. Sed fruſtra, ſi bene Gruterus edidit, et qui eum ſecuti ſunt, Iurabat ad ſummam, (quod nullo negotio faceret) amiciſſimum mihi Caeſarem. Certe hic totus locus talis eſt, vt nihil aduerſus comprobatam infinitis exemplis regulam valeat. Ita cauſale eſt quod in illo Cic. Off. 1, 153 c. 43 Idque hoc argumento confirmari poteſt, quod, ſi contigerit ea vita ſapienti, vt — ipſe — contempletur; tamen, ſi ſolitudo tanta ſit, vt hominem videre non poſſit, excedat e vita. Sed poteſt etiam fuiſſe interpunctum poſt poteſt, et argumentum ipſum ſeiunctum a ſuperioribus, Quod ſi contigerit, etc. Similiter, quod ex Digeſtis l. 30 de verb. oblig. adferunt, ſciendum eſt generaliter, quod, ſi quis ſe ſcripſerit fide iuſſiſſe, videri omnia ſollemniter acta; apertum eſt legi debere, quodſi, et ad ſciendum eſt, referri infinitum videri. Denique Iuſtin. 1, 7 Cognito, quod illatum Croeſo bellum eſſet, auxilia, velut ad commune extinguendum incendium, confluebant: quod Pronomen relatiuum eſt, quantum, quale, etc. V. His ita poſitis, pauciſſima exempla ſupererunt, quae regulae ſupra propoſitae et plauſtris exemplorum, ſi quis dubitaret, nullo negotio confirmandae, obiici poſſunt, quae idcirco vel interpretatione ac diſtinctione iuuare, vel critica ope, ad reliquorum numero plane infinitorum reuocare ſimilitudinem, tanto minus fraudi fuerit, cum primo conſtet, quantum ſibi indulſerint librarii in vocibus pariter ac formulis ad ſuae aetatis genium, ſicubi occaſio prona eſſet oblata, corrumpendi; et ipſa deinde varietas codicum, in his locis ex compendiorum ſcribendi ambiguitate orta blandiſſimam illam vel corruptionem vel emendationem reddat. Licentiae illius librariorum ſpecimen manifeſtum vidimus modo in Cic. Fam. 3, 5. De ſcribendi compendiis Longobardicis non poteſt dubitare, niſi qui nullum id genus codicem oculis vſurpauit: nullum opus critici hominis attente inſpexit. Age igitur breuiter ea loca percurramus, quibus non intempeſtiuum videatur medicinam criticam adhibere. Phaedr. 5, 2, 11 Scio quod virtuti non ſit credendum tuae. Hic (ne quid de auctore et aetate fabularum hic dicamus) Burmannus, qui tota quarta editione ſua licentiam Criticorum oppugnat, et repellit, ſcribere non dubitat, mihi tamen valde blanditur Gronouii quam, vt apud Ouid. Faſt. 4, 529 Dux comiti narrat, quam ſit ſibi filius aeger. Vbi etiam quod vulgo legitur, ſed quam reſtituit ex opt. edit. Carolus Neapolis, ſeruauitque in vtraque editione idem Burmannus. Gronouianum quam

quam *in Phaedro etiam recepit Schefferus.* Liu. 3, 52 *pr.* Scituros, quod ſine reſtituta poteſtate redigi in concordiam res nequeant. *Satis cauſae fuiſſe arbitramur Gronouio* quam *ſubſtituendi, cum praeſertim permutata fuiſſe ſollemnia ſcripturae compendia, lectio illa* que *ſatis indicet. Similem igitur vult Gronouius ſibi ipſi Liuium, verbi gratia* 4, 31 *pr. vbi nemo, quod ſciam, aliter legit,* Documento fuere, quam plurium imperium bello inutile eſſet. *Firmat Gronouianam rationem vtroque loco Drakenb. Alius eſt eiusdem Liuii locus* 45, 1 *pr.* Quam feliciter rempubl. adminiſtrauerim, et quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint, non ignorare vos arbitror. *Sed bene Gronouius pater coniicit,* quae duo fulmina: *probantibus Creuerio et Drakenb. qui etiam ad* 37, 35, 3 *monuit,* quae *et* quod *in MSS. confundi. Paullo difficilior eſt ratio Plautini illius Aſin.* 1, 1, 37 Equidem ſcio iam filius quod amet meus. *Videtur autem* quod *pro* quid *poſitum eſſe: non modo ſcire ſe dicit, amare filium ſuum, ſed etiam, quae ſit, quam amet. Sic* Cic. de Nat. Deor. 2, 2 c. 1 An oblitus es, quod initio *(i. quid)* dixerim; facilius me, quid non ſentirem, quam quid ſentirem, poſſe dicere. *Conf. quae mox dicemus de loco Catonis apud Plinium. Neque difficultate caret Poen.* 3, 1, 44 Scitis, rem narraui vobis, quod veſtra opera mihi opus ſit, *ſed facile tamen ad normam et hic reuocabitur, ſi legas* qua *vel* quo. *Sequitur enim,* Ei paratae vt ſint inſidiae de auro et de ſeruo meo. *Ita ſe habet* Catonis *illud apud* Plinium 29, 1 ſ. 7 Dicam de iſtis Graecis ſuo loco, et, quod bonum ſit eorum literas inſpicere, non diſcere: *ſi* quam *ſubſtituas, nihil hic erit inſolens. Quin blandiorem adhuc medicinam ſuppeditat theſaurus non liber, editio A.* 1470. *quae ita legit, et interpungit:* Dicam de iſtis Graecis ſuo loco, Marce fili, quid Athenis exquiſitum habeam, et quod bonum ſit: illorum literas adſpicere, non perdiſcere. *Ita* quod *eſſet pro* quid: *infinita autem tempora* ἐπεξηγηματικῶς *oſtendunt, quidnam illud bonum ſit, nempe* adſpicere non perdiſcere. *Locus* Cic. de Orat. 2 c. 9 *extr. ſic videtur legendus interpretandusque:* Sed quid cuiusque *artis* ſit proprium, etſi ex eo iudicari poteſt, cum videris, quid quaeque doceant: tamen hoc *(argumento)* certius nihil eſſe poteſt, quod *(ſic leg. pro* quam quod*)* omnes artes aliae ſine eloquentia ſuum munus praeſtare poſſunt, orator ſine ea nomen ſuum obtinere non poteſt. *Particula* quam *ante* quod *orta videtur ex alicuius dubitatione, vtrum* quod *an* quam *legendum eſſet.* Ouid. Triſt. 5, 1, 16 *aperte videtur illam, quam oppugnamus, conſtructionem probare;* Delicias ſi quis laſciuaque carmina quaerat, Praemoneo nunquam ſcripta quod iſta legat. *Sed corruptum eſſe locum, auſim confirmare, dediſſeque Naſonem, vt coniecit Heinſius,* Praemoneo, non eſt ſcripta quod iſta legat. *Ex Plauto quod adfertur* Aulul. 2, 1, 52 Scio, quod dictura es, hanc eſſe pauperem: quod *poſſit eſſe Pronomen poſitum pro* quid. *Et* quid *tamen habent optimi libri, quod recepit Gronouius, vt* Bacch. 1, 1, 45 Scio, quid ago. P. Et pol ego ſcio, quid metuo. *Ita emendatione opus non habet, ſed vindicandus eſt a corruptione Terentius Andr.* 1, 4, 1 Audiui, Archillis (quod) iamdudum Lesbiam adduci iubes. *Illud* quod *perperam metri ſtabiliendi cauſa a Goueano inſertum oſtendit Sanctius, nec eſt in optimis editionibus, antiquioribus pariter et poſterioribus; neque ad metrum fulciendum illo opus eſſe docuit Bentleius.* Cic. *Fam.* 7, 28 Memini quod mihi deſipere videbare. *Sed ortum eſt ex* quom, quum *vel* cum. *Vnde iam Gruteriana et optimae quaeque aliae legunt* cum. *Deinde ſi conſtaret etiam, a manu Ciceronis eſſe* quod, *(id quod credere videtur Manutius, ad MSS. XI prouocans, at quadrata rotundis itidem in hac cauſa miſcens) nimis tamen apertus eſſet reſpectus temporis, comparandaque ea ratio formulis illis, quarum aliquot dedimus* n. 2. *De ſcriptoribus argenteae aetatis* nihil *praeſtare auſim. Et tamen facere non poſſum, quin de vno alteroque emendando mentionem iniiciam.* Celſus 1, 3 *ad fin.* Illud quoque ſcire oportet, quod ventrem vomitus ſolutum comprimit, compreſſum ſoluit. *Omittamus importunum* quod, *vt in proxima dictione,* Itemque comprimit is vomitus, qui ſtatim poſt cibum eſt: ſoluit is, qui tarde ſuperuenit. *Sic* Plin. Epiſt. 2, 11, 6 Quae ſententia non praeualuit modo, ſed omnino poſt tantas diſſenſiones fuit ſola frequens: adnotatumque experimentis, quod fauor et miſericordia acres et vehementes primos impetus habent, paullatim conſilio et ratione quaſi reſtincta conſidunt. *Elegans coniectura Heuſingeri, viri docti, verba* adnotatumque experimentis *eſſe ab alio inculcata. Certe ſine iis ſenſus conſtat. Sed blandius forte remedium eſt, ſi dicamus interpungendum et ſupplendum ſermonem ita:* adnotatumque *hoc ipſum eſt* experimentis *aliis:* quod, *id eſt, quandoquidem* fauor, *etc. Sed, vt ſupra iam monuimus, paullatim a Graecorum conſuetudine hoc aſſumtum videtur, vti vterentur ſuo* quod *eo modo, quo illi ſuo* ὅτι. *Interim etiam argenteae aetatis vſus melior ita apertus eſt, et manifeſtus, vt auſim recipere vnicuiuis eorum locorum, quae per cautiones ſupra propoſitas non iam ab hac diſputatione excluſa ſunt, opponi poſſe millenos minimum, vbi Infinitiuus cum Accuſatiuo adhibetur. Idque ipſe non diſſimulat, moderatior multum Scioppio, Perizonius, qui p.* 505 *extr. Sed tamen vel ſic nemini auctor ſum, inquit, iis temere vel paſſim vtendi. Nam elegantia linguae Latinae abhorrere tandem coepit (quin aureo toto ſaeculo Caeſaris, Ciceronis, et vt quisque horum eſt ſimillimus, abhorruit) ab illa longiore circumlocutione, quum poſſet rem ipſam breuiter per infinitum enunciare, cuius vſus propterea longe longeque eſt frequentior. In primis illud eſt notatu digniſſimum, et bene, vti multa a Sanctio animaduerſum, cum ſatis multa ſuperſint e Graecis translata, vbi* ὅτι ἀφηγηματικὸν *occurrit, in illis nunquam* quod *reddidiſſe Tullium, ſed infinito ſemper cum Accuſatiuo illud permutaſſe. Quare qui nunc Latine ſcribunt, illi peccant et ſoloeciſmum faciunt, ſi ſcribunt,* credo quod, ſcio quod, puto quod, audio quod, *et id genus infinita, a quibus cauere ſibi illi certe debent, qui ad laudem aliquam puri et caſti ſermonis adſpirant. De Coniunctione* Vt *in ſimili conſtructione, agimus ſuo loco.* ¶ 5 Quod *pro* vt *poni volebant quidam* Columel. 7, 5, 16 Sic quidem, quod nec medicamentorum nec ferri remedia patitur. *Sed reſtituimus bonis auctoribus* ſi quidem nec *etc. De Chriſtianis recentioribus non eſt dubium. v. g. Radulph. Ardens homil. Domin. in palmis,* Qui vero actiuus et vxoratus eſt, ita agat exteriora, quod non obliuiſcatur interiora: ſic transeat per ſaeculum, quod non obliuiſcatur Deum.

QVODAMMODO, quodam *ſ.* aliquo modo, [τρόπον τινὰ] *coniunctim ſcribere ſolent, vt* Quomodo. *Diuiſit* Quinctil. 1, 12, 5 Quodam tamen modo recentes ſumus ad id, quod incipimus. Cic. de Amicit. 29 c. 8 Quippe quum propter virtutem et probitatem eos etiam, quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus. Idem Fam. 13, 27 Literas ad te a M. Lepido Conſule, non quae te aliquid iuberent, ſed quodammodo quaſi commendaticias ſumſimus. Quaſi quodammodo colligere vocem Cic. de Orat. 1, 251 c. 59.

QVODCVNQVE, cuiuscunque. [ὁτιοῦν] *a* Quicunque. Virg. Aen. 2, 77 Cuncta equidem tibi rex, fuerit quodcunque, fatebor. Cic. de Legib. 3, 6 Quodcunque Senatus decreuerit, agunto. *Subſtantiue* Cic. Att. 8, 17 Vos hortor, vt quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. Idem Fam. 5, 19 Quodcunque cepiſſem conſilii. Columel. 1, 5 Quodcunque rubiginis aut ſpurcitiae reſedit, ſiccare.

QVODPIAM, [τὶ] *a* Quiſpiam. *vt,* Quodpiam oppidum, *pro Quoddam, apud* Cic. in Verr. Aliquod quodpiam membrum Cic. Tuſc. 3, 19. *Sed Turneb.* 26, 6. *et Dauiſ.* aliud quodpiam, *Gronou.* aliquodpiam.

QVODSEMELARRIPIDES, *nomen fictum a* Plauto Perſ. 4, 6, 23 *inter alia id genus nugacia nomina,* Quodſemelarripides, Nunquampoſteaeripides, *etc.*

QVOI, *pro Cui.* Cic. de Legib. 2, 60 Quoi auro dentes vincti eſſent. Catull. 1, 1 Quoi dono lepidum nouum libellum. *Et* Epithal. ſ. 63, 26 Quoi Iupiter ipſe Ipſe ſuos diuûm genitor conceſſit amores.

QVOIVS, *pro Cuius.* Cic. de Legib. 1, 52 Ad finem bonorum quo referuntur, et quoius adipiſcendi cauſa ſunt facienda, omnia.

QVOMĬNVS. [ὡς μὴ, μὴ οὐ, μὴ οὐχὶ] *i. Vt non, Quin.* Ter. Andr. 4, 2, 17 Si poterit fieri, vt ne pater per me ſtetiſſe credat, quominus hae fierent nuptiae, volo. Cic. de Orat. 1, 70 Nullis vt terminis circumſcribat ius ſuum, quominus liceat vagari quo velit. Nihil deſideramus quominus Epirum ipſam poſſidere videamur Cic. Att. 2, 14. Illud non perficies quominus tua cauſa velim Idem Fam. 1, 7. Abſtinere quominus, Aduerſari quominus, *vid. hh. vv.*

QVOM, *pro Quum, v. v. it. Compendium vocis quoniam: in MSS. vid. Ind. Scriptt. R. R.*

QVOMŎDO. Adu. [πῇ, πῶς, ὅπως, τίνι τρόπῳ] *i. Qua ratione, ſunt enim proprie duo Ablatiui caſus et ſeparatim legendi. Vid.* QVONAM n. 2. *Interrogatiue* Plaut. Aul. 1, 1, 8 Quomodo tibi ſe res habet? Cic. Verr. 3, 119 Etiamne ſi plus edidiſſet, quam quantum natum eſſet? etiam. Quomodo? Magiſtratus ex ipſius edicto exigere debebant. Plaut. Stich. 1, 3, 97 Illa quidem nullum ſacrificabit. G. quomodo? quid igitur me volt? Cic. de Amicit. 9 Quomodo (vt alia omittam) mortem filii tulit! *admirantis formula. Sed Infinite vt plurimum ponitur, vt* Ter. Heaut. 5, 3, 2 Idque adeo miror, quomodo tam ineptum quidquam potuerit tibi Venire in mentem, mi vir. Cato c. 2 Vbi cognouit, quomodo fundus cultus ſiet. Locutus ſum cum Cincio, quomodo ſe res habet Cic. Q. Frat. 2, 2. Si Reſpubl. tibi narrare poſſet, quomodo ſeſe haberet, non facilius, *etc.* Cic. Fam. 3, 3. Ita me feciſtis Conſulem, quomodo pauci in hac ciuitate facti ſunt Idem de Lege Agrar. 3, 33. Vt enim quaeras omnia, quomodo Graeci ineptum appellent, non reperies Cic. de Orat. 2, 18. Quomodo diuinis Nemeaeus duxerit horis Manil. 3, 415. Cic. de Orat. 2, 140 Verum hoc (vt dixi) nihil ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos, Cotta noſter et Sulpici, quomodo nunc ſe iſtorum artes habent, pertimeſcenda eſt multitudo cauſarum: eſt enim infinita. Niſi Caeſaris literas ſana mente ſcriptas, quomodo in tanta inſania Cic. Att. 9, 7 p. 28 *Gr. Diminuendi particula, qualis* Vt. Quomodo potuiſſem, te conueniſſem, ſi, *etc.* Cic. Fam. 5, 20. Idem Att. 13, 2 Ariarathes, Ariobarzanis filius, Romam venit. vult, opinor, regnum aliquod emere a Caeſare. Nam quomodo nunc eſt, pedem vbi ponat in ſuo, non habet. *Et* ad Q. Frat. 2, 2 Quomodo res ſe habet, non eſt facillima. Idem Att. 11, 22 Pharnaces autem, quomodo agit, afferet moram. Martial. 10, 16 In Caium vana promittentem *ludit, vnde ponemus verſum primum et vltimum,* Si donare vocas promittere nec dare, Cai, — Quidquid habent omnes accipe, quomodo das. *Vltima breuis indicat, mutaſſe velut naturam, et non iam nomen eſſe Ablatiui caſus, ſed Aduerbium.*

QVOMODOCVNQVE. [ὁπωσοῦν] *Quoquo pacto.* Cic. Fam. 14, 14 Quomodocunque nunc res ſe habet, modo vt haec nobis loca tenere liceat. *Vetus exemplar habet* Quomodo quidem. Idem de Finib. 5, 30 c. 11 Quomodocunque dicitur, intelligi tamen quidquid dicatur poteſt.

QVOMODOLIBET vixerint Auguſtin. de C. D. 21, 19.

QVOMODONAM. [πῶς] Cic. Q. Frat. 2, 16 Quomodonam mi frater de noſtris verſibus Caeſar?

QVONAM. Aduerb. *ad locum.* [ποῖ δὴ] Plaut. Trin. 4, 3, 71 Eamus intro, ſequere. S. quo tu te agis? C. quonam, niſi domum? Cic. Att. 8, 3 Eum ſi nunc ſequor, quonam? *Add.* Ter. Adelph. 4, 2, 38. ¶ 2 *Eſt et Ablatiuus a* Quinam: Cic. de Finib. 2, 6 Quonam, inquit, modo? Quia, *etc.* Idem ibid. 4, 69 Admirantes quaeramus ab vtroque, quonam modo vitam agere poſſimus.

QVONDAM. [πάλαι, πάρος] *Aduerbium temporis omnis: praeteritum notat interdum, vt Olim vel Aliquando.* Cic. Catil. 1, 3 c. 1 Fuit iſta quondam in hac Repub. virtus. Idem Fam. 2, 15 Noſti enim non modo ſtomachi mei, cuius tu ſimilem quondam habebas. Liu. 1, 47 Omnia onera, quae communia quondam fuerint, inclinaſſe in primores ciuitatis. Conſuetudo mea qua quondam ſolitus ſum vti Cic. de Orat. 1, 135 c. 30. Senatus quondam legatos mittendos decreuit Suet. Caeſ. c. 24. *Add.* Id. Domit. c. 7. *Aliquando Futurum:* Virg. *apud* Priſcian. 15 p. 1018 Quondam tua dicere facta Tempus erit. *Praeſens nonnunquam:* Virg. Aen. 2, 367 Quondam etiam victis redit in praecordia virtus. *Indefinitum tempus, et id, quod ſolet fieri, exprimit* Virg. Georg. 3, 99 Vt quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis.

QVONIAM. Coniunctio cauſalis. [ὅτι, ἐπεὶ, ἐπείπερ] Ter. Andr. 1, 5, 15 Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me. Idem Eun. 2, 2, 6 Quid iſtuc ornati eſt inquam? quoniam miſer quod habui perdidi. Quamobrem quoniam mihi nullum ſcribendi argumentum relictum eſt, vtar ea clauſula, *etc.* Cic. Fam. 2, 3. *Sic* Philipp. 3, 29 Quapropter quoniam res in diſcrimen adducta eſt, vtrum ille poenas Reip. luat, *etc.* Quoniam, *aliquando ſignificat* Poſtquam, *auctoribus* Feſto et Donato *ad* Ter. Adelph. prol. *pr. vbi allegat* Plaut. Aul. prol. v. 915 quoniam moritur, — nunquam indicare id filio voluit ſuo. *Plerumque tamen cauſam ſ. rationem aliquam in iſta conſecutione ſimul indicat. v. g.* Plaut. Aſin. 3, 3, 121 Quid nunc, quoniam ambo, vt eſt lubitum, nos deluſiſtis, datisne argentum? Ter. Andr. 2, 1, 6 Quaeſo edepol Charine, quoniam id fieri quod vis non poteſt, velis id quod poſſis. Nep. 25, 21, 5 Quibus quoniam, vt ſpero, ſatisfeci — reliquum eſt, vt ego mihi conſulam. Caeſ. B. G. 5, 27, 7 Quibus quoniam pro pietate ſatisfecerit, habere ſe nunc rationes officii. Cic. pro Roſc. Amer. c. 41 Quoniam fidem magiſtri cognoſtis; cognoſcite nunc diſcipuli aequitatem. Idem Fin. 5, 59 c. 21 Quare, quoniam de primis naturae commodis ſatis dictum eſt, nunc de maioribus

ribus

ribus conſequentibusque videamus. *Etiam* Quia *in tali conſecutione poni, ſuo loco videri poteſt.* Quoniam *et* Idcirco, *veluti relatiua ſunt.* Propert. 2, 33, 13 An quoniam agreſtem detraxit ab ore figuram Iuppiter, idcirco facta ſuperba dea es? Quoniam quidem ſuſcepi, non deeſt Cic. pro Sext. Roſc. 30. Idem Att. 2, 1 Quoniam quidem ea, quae nos ſcribimus, *etc.* te etiam delectant. *Add.* Sall. Catil. 3, 31. *Interdum ſeruit ſubiiciendae rationi* Seru. ad Cic. 4, 5 Tamen ei moriendum fuit, quoniam homo erat. Cic. Tuſc. 3, 14 c. 7 Qui fortis eſt, idem eſt fidens: *nunc reddit rationem, cur verbo* fidens *vſus ſit, hanc,* quoniam confidens mala conſuetudine loquendi in vitio ponitur *etc.* *Sic* Columel. 5, 5 Nos autem praecipimus easdem virgas, quum a matre fuerint praeciſae, ſicubi de mortuis vitibus ordines vacent, aut ſi nouellam quis vineam inſtituere velit, pro viuiradice ponere: quoniam quidem partes ſarmentorum, quae fuerant obrutae, ſatis multas habent radices, quae depoſitae ſcrobibus confeſtim comprehendant. Quanquam quoniam, *etc.* idem Roſcius, *etc.* Cic. de Orat. 1, 254. Plin. 23, 1 Quo certe vocabulo ſatis conſilii dedere priſci, quoniam et in materiis cariem fumus erodit. *Obſeru.* Quoniam *a librario ſcriptum pro* quanquam, *apud* Columel. 5, 4, 3. *et pro* quando ibid. 5, 5, 16.

QVOPIAM. Aduerbium *ad locum.* Ter. Eun. 3, 2, 9 Iturane Thais quopiam es?

QVOQVAM. Aduerbium *ad locum.* Neque ſe quoquam mouit ex vrbe Nep. 25, 7, 1. Cato 72 Boues ne pedes ſubterant, prius quam in viam quoquam agas. Cic. Verr. 2, 52 c. 21 O Verrea praeclara, quoquam ſi acceſſiſti, quo non attuleris tecum iſtum diem? Lucret. 1, 1054 Neque quoquam poſſe reſolui. *Add.* Id. 5, 841. Ter. Andr. 4, 5, 21. *et* Adelph. 2, 1, 16. *et* Hec. 4, 1, 50.

QVOQVE. [*ἔτι, ὡς ἔτι*] Coniunctio, *pro Etiam, ſimiliter.* Ter. Eun. 2, 2, 20 Quidquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negent, laudo id quoque. Idem Aul. 4, 4, 13 Ego quoque hinc ab dextera venire me aſſimulabo. Cic. pro Rabir. Poſt. 33 Si per eum reductus inſidioſe rediſſem, me ſcilicet maxime, ſed proxime illum quoque fefelliſſem. Atque huius quoque plures ſunt ſpecies Celſ. 3, 22. Et ſe id quoque animaduertiſſe Nep. 17, 6, 2. Mortuo, non modo honorem, ſed miſericordiam quoque defuturam Planc. ad Cic. Fam. 10, 21. Non ſolum omnia, quae poſſum, ſed ea quoque, quae non poſſum Cic. Fam. 4, 8. Liu. 30, 1 P. Sempronius (ei quoque enim Proconſuli imperium in annum prorogabatur) P. Licinio ſuccederet. Ter. Hec. 5, 1, 35 Nam non ſunt ſolae arbitratae hae: ego quoque etiam credidi. Curtius 8, 10, 36 Puero quoque certe poſtea ex ea vtcunque genito, Alexandro fuit nomen. Plin. 8, 16 Sunt vero et fortuita eorum quoque clementiae exempla. *de leonibus.* Quoque *in fine ſententiae, venuſtatem habet,* Quinctil. 8, 6, 42 Nam fit longa et impedita: vt in quaeſtionibus eam iudices ſimilem agmini totidem lixas habenti, quot milites quoque. Idem 9, 4, 17 Perdidiſſet gratiam ſimplicis atque inaffectati coloris, perdidiſſet fidem quoque. *Add.* Ter. Eun. 2, 2, 20. Quoque, *pro Quidem.* Gellius 17, 2 Q. Claudii *haec refert verba,* Seſe, ne id quoque, quod tum ſuaderet, facturum eſſe. *Dein ſubdit,* Ne id quoque dixit, pro Ne id quidem: infrequens nunc ita loquendo, ſed in libris veterum creberrimum. *Denique huc ponemus iocum, frigidiuſculum illum quidem* Ciceronis *apud* Quinctil. 6, 3, 47 Cum is candidatus, qui coqui filius habebatur, coram eo ſuffragium ab alio peteret, Ego quoque, *inquit,* tibi iure fauebo. *Ergo Vocatiuus a Nominatiuo* coquus *eodem modo pronunciabatur, quo particula quoque.*

QVOQVO. Aduerb. *ad locum.* [*ὁποιῶν*] *In quamcunque partem.* Cic. de Diuin. 2, 24 c. 9 Ita quoquo ſeſe verterint Stoici, iaceat neceſſe eſt omnis eorum ſolertia. Plaut. Merc. 5, 2, 17 Mensque mihi illam quaerere, quoquo hinc abducta eſt gentium. *Add.* Solin. c. 35. ¶ 2 *Ablatiuus Pronominis.* Cic. Att. 9, 2 Confido igitur aduentum noſtrum illi quoquo tempore fuerit, vt ſcribis, *ἀσμένιστον* fore. Quoquo conſilio fecit, fecit certe ſuo Cic. pro Rabir. 21. Hic ager quoquo pretio coëmtus ſit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur Cic. de Lege Agrar. 2, 69. Plaut. Men. 5, 2, 75 Quid nocui tibi, aut adeo iſti, quae mihi moleſta eſt quoquo modo? *i. Omnibus modis, omnino.* Cic. Q. Frat. 1, 2, 4 Tu quoquo modo, quoniam Epheſi eſt, hominem inueſtiges velim: ſummaque diligentia vel tecum deducas. Fuit aliquis caſus quem tulimus, quoquo modo ferendus fuit Cic. Philipp. 6, 19. Quoquo modo ea res huic quidem cecidit Idem Att. 8, 3. *Et* Verr. 5, 37 Tu quum eſſes Praetor renuntiatus quoquo modo. *i. Quomodocunque, ſiue vtcunque.* Quoquo modo ſe res habeat Cic. Verr. 5 c. 34. Quoquo modo de me meritus eſt Idem pro Milon. 94. Id. Verr. 2, 70 Quoquo modo ſe in ea quaeſtione praebebat, tamen in conſilio habebat homines honeſtos e conuentu Syracuſano. Ter. Adelph. 3, 2, 44 Quapropter quoquo pacto celato eſt opus. Idem Eun. 5, 9, 53 Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus eſt.

QVOQVORSVM Mari alluitur Cilicia Solin. c. 51 (38) *al.* quoquouerſus. *Nempe*

QVOQVOVERSVS, *ſiue disiunctim* QVOQVO VERSVS. [*πάντῃ*] Aduerb. *ad locum. i. Verſus quemcunque locum.* Caeſar Bell. Gall. 3, 23 Legatos quoquo verſus dimittere. *Et* Bell. Ciu. 1, 36 Eius imperio claſſem quoquouerſus dimittunt. Idem ibid. 2, 8 Patebat haec quoquouerſus pedes XXX. *Conf.* Cic. Philipp. 9, 7. Columel. 5 *extr.* Cato R. R. c. 46. Apul. Met. 2 p. 115. Quum quoquouerſus ſpatium vacet infinitum Lucret. 2, 1052.

QVORSVM. Aduerbium *ad locum. Verſus quem locum: cum interrogatione, et ſine interrogatione aliquando ponitur.* Ter. Eun. 2, 3, 13 Ego neſcio hercle neque vnde eam, neque quorſum eam. *Metaphor.* Ter. Eun. 1, 2, 75 Aut ego neſciebam quorſum tu ires? *h. e. Quid tuis verbis velles? quo tenderes?* Idem Andr. 2, 2, 24 Quorſum nam iſtuc? Idem ibid. 1, 1, 100 Quam timeo quorſum euadas! *i. Ad quem finem perueniat oratio tua.* Ibid. 1, 5, 29 Miſera timeo, hoc incertum quorſum accidat. Cic. pro Roſc. Com. 43 Quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro. Idem de Amicit. 42 Quorſum haec? quia ſine ſociis nemo quidquam tale conatur. *Et* Poſt red. ad Quir. 5 Quorſum igitur haec diſputatio? quorſum? vt intelligere poſſitis, neminem, *etc.* *Add.* Ter. Adelph. 1, 2, 20. Verebar quorſum id caſurum eſſet Cic. Att. 3, 24 Ter. Andr. 1, 2, 4 Et heri ſemper lenitas verebar quorſum euaderet. Vnde mihi lapidem? quorſum eſt opus? Hor. Serm. 2, 7, 116. Id, quod tibi conceſſi, quorſum pertineat, exſpecto Cic. de Legg. 1 *pr.* Quorſum haec tandem? *h. e. Ad quid tandem haec dicis?* Hor. Serm. 2, 7, 21. Quorſum tandem, aut cur iſta quaeris? Cic. de Legib. 1, 4.

QVORSVS. *Idem.* Cic. de Clar. Orat. 293 c. 85 Quorſus inquam iſtuc? non enim intelligo. Cic. Att. 2, 21 Nunc repente tanto in odio eſt omnibus, vt quorſus eruptura ſit, horreamus. *al.* quorſum. Quorſus, inquit, haec quaeſtio pertinet Sen. de Ira 2, 2. *add.* ib. 3, 5. Quaerit, quorſus potiſſimum in praedam ſeſe ruat Apul. Flor. p. 341.

QVOT. [*πόσοι, ὁπόσοι*] *Nomen numerale indeclinabile.* Plaut. Stich. 1, 3, 59 Quot adeo coenae, quas defleui, mortuae! quot potiones mulſi! quot autem prandia! Et apud Terentium in Hec. 3, 3, 19 Quot commodas res attuli! quot autem ademi curas! Ter. Phorm. 2, 4, 14 Verum ita eſt, quot homines, tot ſententiae. Haec eadem verba habet Cic. de Fin. 1, 15. Quot ſerui, tot hoſtes. Feſt. Quot homines, tot cauſae Cic. de Orat. 2, 140. *Add.* Id. de Orat. 3 c. 9. *et* in Orat. c. 21. Quot, quantae, quam incredibiles calamitates Cic. Tuſc. 1, 86 c. 35 *extr.* Quot ſunt? S. totidem quot ego et tu ſumus Plaut. Rud. 2, 7, 6. Cic. in Orat. 53 Quot orationum genera, *etc.* totidem orationes ſunt. Ter. Andr. 1, 5, 13 Quot modis contemtus, ſpretus: facta, transacta omnia. Quot annos nata? H. ſeptendecim Plaut. Ciſtel. 4, 2, 89. Idem Men. 5, 9, 59 Quot eras annos natus quum te pater a patria auehit? MEN. ſeptuennis. ¶ 2 Quot *cum Ablatiuis diſtributiue ponitur.* Plaut. Sticho 1, 2, 3 Vos meminiſtis quot Calendis petere demenſum cibum: Qui minus meminiſtis, quod opus ſit facto, facere in aedibus? *i. ſingulis Calendis, Tot* Calendis, quot *ſunt.* Pompon. *apud* Vlpian. l. 12 §. 6 D. Quando dies legati vel fideicom. eod. Nihil intereſt, vtrum in annos ſingulos vel quot annis, an in ſingulos menſes vel quot menſibus, an in ſingulos dies, vel quot diebus legetur. *Vid. Duker. de Latinit. ICtor. p. 250-258.* Vlpian. in l. 8 Quum ii. §. 24 Si cui non. D. de tranſactionibus, Si tamen ita ſine praetore tranſegerit, vt inuicem eorum numum quotannis vel quot menſibus acciperet, *etc.* Semel in menſe ſulcos et circum capita oleagina quot menſibus, vsque donec trimae erunt, fodere oportet Cato R. R. c. 43 (*al.* 44) Hodie quot menſibus magiſtratus in eum locum proficiſcitur Vitruu. 10, 7. *add.* Idem 9, 4. Qua ſacra quotquotmenſibus feruntur in arcem: *de ſacra via* Varro de L. L. 4, 8 p. 15, 3. *al.* quotmenſibus. *Sic* Gell. 6, 5 Vt Carthaginienſes quotquot annis Populo Rom. darent certum pondus argenti. Plaut. Epid. 2, 2, 45 Quid iſtae quae quot annis nomina inueniunt noua? *Solent fere iunctim* quotannis *ſcribere.* Cic. Verr. 2, 131 c. 53 Quod omnes Siculi ex cenſu quotannis tributa conferunt. Quae *oratio* ſic probata eſt, vt eam quotannis eo die recitari neceſſe ſit Cic. in Orat. c. 44. *Sic* de Fin. 2, 101. Columel. 5, 9 Omnis deinde ſoboles, quae ex vno ſtirpe nata eſt, quotannis exſtirpanda eſt. Haec ſtata ſacra quotannis Sollemnes recolunt epulae Stat. Theb. 1, 666.

QVOTANNIS, *vid. modo in* QVOT n. 2.

QVOTCVNQVE. Quotcunque ſenatus creuerit, populusue iuſſerit, tot ſunto Cic. de Legg. 3 c. 3. Manil. 4, 315 Totque dabit vires, dominos quotcunque recepit. *al.* quotquotque.

QVOTDIES. Adu. Sedulum quotdies obibam culturae ſacrorum miniſterium Apul. Met. 11 p. 267, 29. *Intell.* quot dies *ſunt.*

QVOTĒNVS. [*ποσός τις*] *Relatiuum diuiſiuum, ad* bini, terni, quaterni *refertur. Sic* Priſcianus. Cic. Att. 12, 33 Is, opinor, ita partes fecit in ripa neſcio quotenorum iugerum, vt certa pretia conſtitueret, quae mihi nota non ſunt: *i. neſcio binorum, ternorum, denorum,* etc.

QVŎTĪDIE. Adu. [*ὁσημέραι*] *Singulis diebus. Prima breuis, vt,* quotidie damnatur, qui ſemper timet P. Syr. Quotidie eſt deterior poſterior dies Idem. *Sed vid.* QVOTIDIANVS. Ter. Heaut. 3, 1, 14 Nam mihi quidem quotidie augeſcit magis de filio aegritudo. Cic. Verr. 1, 129 Quo maximarum rerum frequentiſſimae quotidie aduocationes fiunt. Quinctil. 1, 7, 6 Frigidiora his alia: vt quidquid C quartam haberet, ne interrogare bis videremur. Et quotidie, non cotidie: vt ſit, quot diebus. Verum haec iam inter ipſas ineptias euanuerunt. *Conf.* COTIDIE. *Pro quot noctibus* Quinctil. Decl. 10, 14 p. 225 *vbi conf. Burm.* Quotidie, vel potius in ſingulos dies, breuiores ad te literas mitto Cic. Att. 5, 7.

QVOTIDIĀNVS, *ſ.* COTIDIANVS, a, um. Adi. [*ὁσημερινός*] *Quod quotidie fit.* Cic. de Diuin. 2, 62 Quia ſunt haec quotidiana, angues non item. Cic. ad Brut. 16 Audire aliquid de te, non ſolum vſitatum, ſed etiam quotidianum eſt. Coenam quotidianam alicui apponere Plin. 9, 35. Catull. ad Manl. ſ. 67, 139 Coniugis in Culpa flagrauit quottidiana. *Sed* Leuis Dropace tu quotidiano Martial. 10, 65. *prima breui, altera producta.* Cura Ter. Phorm. 1, 3, 8. Epiſtolae quotidianae odioſae Cic. Att. 8, 22. Febris Ter. Hec. 3, 2, 22. Idem Eun. 2, 3, 6 O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres: taedet harum quotidianarum Formarum. *Vbi* Donatus: Quotidianarum, hoc eſt Leuium et vſitatarum. Eſt quippe contrarium, Noua figura oris. Opera quotidiana et peruaga Cic. de Orat. 3, 188 c. 49. Patina cotidiana Apic. 4, 2. Querimonia Cic. Diuin. in Verr. 9. Res Plin. 8, 5. Sermo quotidianus, *Qui quotidie habetur* Cic. Fam. 1, 1. Idem Verr. 1, 199 Nam quid ego de quotidiano Sermone querimoniaque Pop. Rom. loquar? Sermo quotidianus Quinctil. 6, 3, 4. Cic. pro Caecin. 52 Sermo hercle et familiaris et quotidianus non cohaerebit, ſi verba inter nos aucupabimur. Cultus Sindone tu cotidiana Martial. 11, 1. Sumtus quotidiani Ter. Heaut. 4, 5, 7. Verba quotidiana Quinctil. 4, 2, 58. Cic. Fam. 9, 21 Epiſtolas quotidianis Verbis texere ſolemus. Victus quotidianus Idem pro Roſc. Amer. 77 c. 28. Vitae quotidianae expreſſa imago. Idem ibid. 77 Haec conficta arbitror a Poëtis eſſe, vt effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamque imaginem noſtram Vitae quotidianae videremus. Vita quotidiana, aſſidua, et vrbana Cic. in Piſon. 64. Aqua neceſſaria eſt ad Vſum quotidianum Vitruu. 8, 1.

QVOTIDIANO, *pro Quotidie.* Quotidiano in forum mille hominum deſcenderent Cic. *apud* Non. 9, 16. *Conf. Parei Lex. Cr. p. 1655.* Plin. 11, 37 Palpebrae in genis homini vtrinque. Mulieribus vero etiam infectae quotidiano. Tanta eſt decoris affectatio, vt tingantur oculi quoque.

QVOTIES. Aduerbium *numerale.* [*ὁσάκι, ὁσάκις, ποσάκις*] Ter. Hec. 1, 1, 3 Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi, quam ſancte. Cic. Verr. 2, 145 Verum quoties, et quot nominibus a Syracuſanis ſtatuas auferes? Illud ſoleo mirari, me non toties accipere tuas literas, quoties a Qu. Fratre mihi afferuntur Cic. Fam. 7, 7. Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit? Idem ibid. 1, 7. *Apud veteres,* Quotiens *per* N *ſcriptum fuiſſe teſtatur Pierius his verbis, In omnibus codicibus antiquis quos euoluerim,* Quotiens *per* NS *ſcriptum obſeruaui. Quibus adſtipulatur* Caper Grammaticus, Sine N ſcribenda ſunt *Millies, Centies, Decies. Totiens* et *Quotiens* quum ſcribuntur,

per N ſcribenda ſunt. *In cuius ſententiam* Victorinus *etiam deſcendit, dum ait*, Aduerbia vero cum N ſcribenda ſunt, *Totiens, Quotiens.* *Add.* Priſcian. 15 p. 1015. Quoties humentibus vmbris nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt Virg. Aen. 4, 351. Quoties iam, quoties iam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? Cic. in Catil. 1, 16 c. 6. *Pro Quando* Scribon. 142. 232.

QVOTIESCVNQVE. [ποσάκιςοῦν] Cic. pro Cluent. 51 c. 18 Quotiescunque dico, toties mihi videor in iudicium venire non ingenii ſolum, ſed etiam virtutis atque officii. Idem Tuſc. 3 *extr.* Caetera, quotiescunque voletis, et hoc loco et aliis parata vobis erunt. *Add.* Nep. 18, 5, 7.

QVOTQVOT. [ὅσοιδὴ] *Compoſitum a* Quot. Catull. de Acmeſ. 43, 2 Adeſte hendecaſyllabi, quot eſtis, Omnes vndique, quotquot eſtis omnes. Quotquot eunt dies, Singulis diebus Hor. Carm. 2, 14, 5. Si duae leges, ſi plures, aut quotquot erunt Cic. de Inuent. 2, 145. Quotquot annis, *pro* Quotannis, *v. v.* Varro de L. L. 4, 4 Quod in agris quotquot annis rurſum facienda eadem, vt rurſus capias fructus, appellata rura, *etc.* Idem paullo ante, Ager reſtibilis, qui reſtituitur, ac reſeritur quotquot annis. *i. Singulis annis. Et* 8, 18 Quodque ſignum — quotquot annis eodem modo exoritur. Varro de L. L. 4, 8 *de* Via ſacra, Quae pertinet in arcem, qua ſacra quotquot menſibus feruntur in arcem, *etc.* *Conf.* Gell. 6, 5. Pet. Victorius V. L. 9, 23.

QVOTQVOTQVE, *vid.* QVOTCVNQVE.

QVOTVMVS, a, um. Adi. *pro Quotus. Apud* Plaut. Pſeud. 4, 2, 7 Quotumas aedes dixerit. Ibid. 4, 7, 77 Quotumo die.

QVOTVPLEX, icis. ὁσαπλάσιος Onomaſt. Vet.

QVOTVS, a, um. [πόσος, ὁπόσος, ποσαπὸς] *Relatiuum ordinale, quo ſignificatur Cuius numeri, ſiue in quo numero aut ordine.* Tu quotus eſſe velis, reſcribe Hor. Epiſt. 1, 5, 30. *i. quot hoſpites tecum adducturus ſis. Sic* Martial. 14, 217 *opſonator interrogat*, Dic, quotus et quanti cupias coenare: nec vnum Addideris verbum, Coena parata tibi eſt. Cic. Verr. 3, 220 c. 94 Quotus erit iſte denarius, qui non ſit deferendus? Hor. Serm. 2, 6, 44 Hora quota eſt? Quotus, *ſine interrogatione.* Idem Epiſt. 2, 1, 35 Scire velim chartis pretium quotus arroget annus. Plaut. Pſeud. 4, 2, 7 Quotas aedes dixerit, id ego admodum certum ſcio. Auctor ad Heren. 3, 30 c. 17 *de arte memoriae*, Oportet ex ordine hos locos habere, ne quando perturbatione ordinis impediamur, quo ſecius quoto quoque loco lubebit, vel a ſuperiore vel ab inferiore, vel a media parte imagines ſequi, vt ea, quae mandata locis erunt, edere et proferre poſſimus. Ouid. ex Ponto 4, 10, 24 Qui quota terroris pars ſolet eſſe mei? Idem Amor. 2, 12, 12 Ex tot in Atridis pars quota laudis erat? Martial. 1, 25 Caeſaris haec noſtri pars eſt quota? Quaſi diceret, Minima. *Add.* Id. 5, 66.

QVOTVSCVNQVE. [ὁποσοςοῦν] Tibull. 2, 7 *ad fin.* Mouerit e votis pars quotacunque deos. *i. Minima pars.* Et ſequitur regni pars quotacunque ſui Ouid. Her. 13, 60.

QVOTVSQVISQVE. *Per interrogationem ad paucitatem indicandam profertur.* Famam quotusquisque iſtam poteſt effugere in tam maledica ciuitate? Cic. pro Cael. 38 c. 16. Idem de Fin. 5, 31 c. 11 Quis eſt enim, aut quotusquisque, cui mors quum appropinquet, Non refugiat timido ſanguis, atque exalbeſcat metu? *ex Poëta.* Cic. de Diuin. 2, 52 c. 24 Quota enim quaeque res euenit praedicta ab iſtis? Quotus enim iſtud quisque fecillet, vt, *etc.* Cic. pro Lig. c. 9. Quotocuique lorica eſt? quis equum habet? Curt. 9, 3, 11. Quotocuique eadem honeſtatis cura? Plin. Epiſt. 3, 20.

QVOVIS. Aduerbium *ad locum.* Ter. Heaut. 5, 1, 55 Immo abeat potius multo quouis gentium, quam hic per flagitium ad inopiam redigat patrem.

QVOVISCVNQVE. Martial. 14, 1 Quouiscunque loco potes hunc finire libellum.

QVOVSQVE. [ἕως, ἕως ἄν, μέχρι τίνος] *i. Quamdiu, vel vsque ad quod tempus, interrogatiue.* Plaut. Aſin. 1, 1, 29 Nam quousque? L. vsque ad mortem volo. Cic. pro Cn. Planc. 75 Atque etiam clamitas Laterenſis, Quousque iſta dicis? Nihil in Cyprio profeciſti. Cic. in Catil. 1, 1 Quousque tandem abutere Catilina patientia noſtra? Quamdiu, *etc.* Idem Att. 15, 24 Quousque inquies? quoad erit integrum. Quousque, *pro Quatenus* Martian. in l. 1 §. 1 D. Quae res pign. oblig. poſſunt. Facti tamen eſt quaeſtio, ſi quaeratur, quousque eis permiſſum videatur peculium adminiſtrare.

Q V V

QVVM. [ὅταν] *vel* QVM, *vel* QVOM, *ſcribebant veteres, quando Aduerbium temporis erat. Quam differentiam ſtatuerint inter Aduerbium ac Praepoſitionem* CVM, *ibi obſeruatum eſt. Add.* Victorinus p. 2460 *pr.* Cum fuerit Aduerbium temporis, per Q et V, ſiue vnum, ſiue duo ſcribatis, vt Qum primum, et Quum hoc facerem. *Scripſerunt veteres et* QVOM, *per* O *ante* M, *quaſi eſſet ex Pronomine relatiuo ſecundae Declinationis generis Neutrius, vnde ſunt* quo *et* quam *et* quos *et* quas *etc. quemadmodum* quod *eſt ex anomala declinatione: vt* prauum *et* prauom, *ſic* quum *et* quom. *Paſſim adhuc editur* quom *v. g. in Gronouiana* Plaut. Amph. 5, 2, 7 Grauidam ego illam reliqui quom abeo.

QVRIS, QVVRIS, *vel* CVRIS, *haſtae apud Sabinos nomen. Vid.* CVRIS, QVIRINVS, QVIRINALIS, QVIRITES.

R.

Litera R. R A B

R LITERA *Conſonans ſemiuocalis, Graecis* Ρ, ρ, *quae* ſpiritum lingua criſpante corraditur Mart. Capella 3 p. 58. Varr. de L. L. 6, 3 p. 70, 17 In multis verbis, in quo antiqui dicebant S, poſtea dicunt R, vt in carmine Saliorum ſunt haec *Coſauli* (*an* Chorauli?) *Doloſi, Eſo* — Iam *Cuſiatii, Muſes, Ruſe* — poſt *Melios* Melior, *Foedeſum* Foederum, *Pluſima* Plurima, *Aſena* Arena, *Ianitos* Ianitor. Quare *Caſmena* Carmena. *Sic* Paſcito linguam *dictum pro* parcito, *et* compeſce *pro* comperce *ſ.* comparce, *de quibus ſſ. ll. Add.* Quinctil. 1, 4, 13. *Sic*, arbos, honos, odos, *etc.* aſa *pro* ara, caſmen *pro* carmen, holeſa, pignoſa, pluſima, *i.* olera, pignora, plurima. *Vid.* Feſt. in R. *Sic ex* Vro, Gero, vſſi, geſſi. Pomponius in l. 2 §. 36 de Origine iur. Idem Appius Claudius, qui videtur ab hoc proceſſiſſe, R literam inuenit, vt pro Valeſii, Valerii eſſent, et pro Fuſiis, Furii. *Conf.* Liu. 3, 4 *pr. et* 8 *pr.* Cic. Fam. 9, 21. ¶ 2 *Varias ſubiit mutationes alias. v. g. In vocibus Latinis Graecae originis* R *nonnunquam aſſumtum eſt, vt in* Stirps, *ςύπος*· Apluſtre, *ἄφλαςον*· Nurus, *νυὸς. vid. Gronou. ad* Plin. 22, 2. *Contra ea* R *omiſſum antiquitus in* ruſum, ſuſum, proſus, *pro* rurſum, ſurſum, prorſus. *v. v.* R *et* D *permutata in* AR *pro* AD *de quo vid.* AR *etc. Sic* Meridies *quaſi* medidies. Quinctil. 1, 11, 4 Quaſdam *literas* velut acriores parum efficimus, et aliis non diſſimilibus, ſed quaſi hebetioribus permutamus. Quippe P (ῥῶ) literae, qua Demoſthenes quoque laborauit, Λ (λάμδα) ſuccedit. *Nempe pueris, aliisque blaeſis vel balbis hoc vſu venit, vt* R *dum conantur dicere*, L *exeat. Hinc eſſe etiam videtur, quod* R *litera in compoſitione conſequente* L *liquida in alterum* L *mutatur, vt in* Perluceo, Pelluceo; Perlucidus, Pellucidus. Vlpian. l. 19 §. Gemmae autem. De auro et argento legat. Gemmae autem, *inquit*, pellucidae ſunt materiae. *In Pandectis Florentinis*, Perlucidae *legitur. Fit quiddam ſimile in deriuatione, vt*, puer, puellus; niger, nigellus. R *et* L *promiſcui fere vſus in vocibus nonnullis*, Latialis *et* Latiaris, Palilia *et* Parilia: *ita ex* κανθήλιος *Latini fecerunt* Cantherius: *ſic* Caeruleus *olim fuit* Caeluleus; Lemures, Remures. *Aliae quoque literae in* R *mutantur, vt in* arrideo, corrigo, ſurripio, *etc.* aereus *pro* aeneus. ¶ 3 R litera canina *a* Perſ. Sat. 1, 109 *dicitur*, Irritata canes quam homo quam planius dicit Lucil. *apud* Non. 1, 132: *quod cum rictu pronuntiatur, fragorem enim ſtridoremque concitat, vibrata tremulo motu lingua, ſpiritu copioſiore, ſonitu vero ſtridulo.* R *liquida ante ſe in eadem ſyllaba quasuis mutas admittit, vt* Breuis, Creſco, Draco, Frango, Gradior, Pratum, Traho, V *et* Q *exceptis: item poſt vniuerſas, cum mutas tum liquidas, etiam* V *et* Q: *vt* Aruum, Arquus, Periurus, *etc. et in fine ſolas* S *et* X; *vt* Ars, Arx. R, *cum Graece ſpiritum admittat, vſus obtinuit, vt aſpiratio illa apud Latinos poſt ponatur, vt* ῥήτωρ, Rhetor; ῥέδη, Rheda: *cumque in* Rheno *et* Rhodano *idem obſeruetur, videntur haec etiam nomina primum a Graecis accepiſſe, non item* Remos *et* Rubiconem *et* Rutubam. ¶ 4 *In notis ſignificat* R. Rationalis, Rauennas, Recte, Requietorium, Res, Reſponſum, Reſpublica, Reſtituit, Retro, Rogauit, Roma, Romanus, Roſtris. RAPax legio. RATionalis S. R. Sacrarum Rationum (Remunerationum.) R. C. Romana Ciuitas, Romani Ciues. R. CC. Remiſſio Ducenteſimae. R. D. Regis Domus, Requietorium Dedit. R. E. Requietorium Erexit. R. E. C. H. Requietorium Ei Curauit Heres (Hic.) R. F. E. D. Recte Factum Eſſe Dicetur. R. F. E. V. Recte Factum Eſſe Videbitur. R. FERRARIN. Rurum Ferrarinorum. R. G. C. Rei Gerundae Cauſa. RG. F. Regis Filius. R. I. Requietorium Inſtituit. R. L. P. Recte Legi Poſſit. R. N. LON. P. X. Retro Non Longe Pedes Decem. R. P. Reſpublica, (Priuata) Romana Pecunia, *vel* Romani Principes, Retro Pedes, Romae Percuſſa. RP. C. *vel* R. P. C. Reipublicae Conſtitutor, Reipublicae Cauſa, *vel* Retro Pedes Centum. RP. C. C. Reipublicae Conſtituendae Cauſa. Feſtus, R duobus in compluribus orationibus (quum de actis diſſeritur) etiam perſcribi ſolet, id eſt Rationum Relatarum, quod iis tabulis docentur iudices, quae publice data atque accepta ſint. R. R. Rurum Romanorum, Ruderibus Recolligendis, Recta Regione, Reiectis Rudibus, *alias* Ruderibus. R. R. R. F. F. F. Regnum Romae Ruet, Ferro, Fame, Flamma. R. REG. Rurum Regienſium. R. S. Romae Signata. RS. Reſponſum, Reſcriptum. R. S. P. Res Sua Publica, Requietorium Sibi Poſuit. R. VE. Res Veronenſis. R. XL. Remiſſa Quadrageſima.

R A B

RABIDVS, *vid. poſt* RABIOSE.

RABIENVS, *fictitium nomen.* Sen. Controu. lib. 5 praef. p. 350 *de* Labieno rhetore, Libertas tanta, vt nomen excederet: et quia paſſim ordines hominesque laniabat, Rabienus vocaretur. *De illo plura l. c. Seneca.*

RABIES, ei. f. [λύσσα] *et* RABIA, ae. *apud antiquos; Morbus canum, quum veluti furore quodam acti, huc atque illuc rapiuntur, nec vllum quietis locum inueniunt. Sunt, qui* rabiem *quaſi* Rauiem *dici putant, a raucitate vocis, quam rabioſi habent ſimilem latratui canis.* Plin. 29, 5 Multo tamen vtiliſſime iecur eius, qui in rabie momorderit, datur. Canum rabies Ouid. Met. 14, 66. *Metaph.* Pſeudo-Cic. in Salluſt. 9 Quod iſta inuſitata rabie petulanter in vxorem meam inuaſiſti. Cic. Tuſc. 3, 63 c. 26 Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam et rabiem fingi in canem eſſe conuerſam. Ex longo rabies collecta fatigat edendi Virg. Aen. 9, 64. Cic. Tuſc. 4, 52 Definitione fortitudinis aperta, quis eſt, qui aut bellatori, aut imperatori, aut oratori quaerat aliquid, neque eos exiſtimet ſine rabie quidquam fortiter facere poſſe? Hor. in Arte Poët. 79 Archilochum proprio rabies armauit iambo. Lucan. 5, 262 Liceat diſcedere Caeſar A rabie ſcelerum. Noti, *ſiue* Auſtri rabies Hor. Carm. 1, 3, 14. Et Belli rabies et amor ſucceſſit habendi Virg. Aen. 8, 327. Ciuica rabies, *i. Ciuium* Hor. Carm. 3, 24, 26. Effrenata Scytharum rabies Firmic. 1 c. *vlt.* Horrenda rabies ferarum Sil. 16, 104. *et* Hor. Serm. 2, 3, 323. Improba ventris Virg. Aen. 2, 357.

2, 357. Innata Claud. in Ruff. 1, 48. Promtiſſima in ferrum Lucan. 7, 244. Remiſſa Stat. Theb. 11, 30. Saeua ventorum Ouid. Met. 5, 7. ¶ 2 *Verborum formulae:* Addere: Sil. 1, 70 *de Annibale*, Hanc rabiem in fines Italûm, Saturniaque arua Addiderat quondam puero patrius furor. Collegerat dolor rabiem Ouid. Met. 9, 212. Colligit os rabiem Idem ibid. 1, 234. Comprimere rabiem caeli Virg. Aen. 5, 802. Diſſimulare rabiem et minas Stat. Achil. 2, 32. Effundit cunctam rabiem, irarumque procellas Sil. 11, 224. Exaſperat fretum rabies ventorum Ouid. Met. 5, 1. Inflammantur rabie equi, *vid.* INFLAMMO. Leniat et rabiem canis, et momenta leonis aura gratior Hor. Epiſt. 1, 10, 16. *i. aeſtus Sirii, et Solis in Leone conſtituti.* Idem Carm. 1, 15, 12 Iam galeam Pallas et aegida Curruſque et rabiem parat, *verbo*, *bellum et pugnam.* Placata cruore rabies Stat. Theb. 10, 283. Quieuit fracta rabies Claud. de Bell. Get. 432. Sedare indomitam properat rabiem Hor. Epod. 12, 9. Sedare rabiem Sil. 13, 344. Seruat frons irarum rabiem Idem 13, 734. Senec. Herc. Oet. 1535 Si qua ſub Lerna numeroſa peſtis Spirgat in centum rabiem dracones. Stimulatus vt furenti rabie vagus animus Catul. de Berecynt. ſ. 64, 4. Omnem rabiem Sumere aduerſus aliquem Quinctil. Decl. 11, 2. Tollere Hor. Carm. 3, 24, 26. Tument corda rabie fera Virg. Aen. 6, 49. Venit canibus rabies Idem Georg. 3, 496. Vertitur iocus in rabiem Hor. Epiſt. 2, 1, 149.

RABIOSVS, a, um. Adi. [λυσσώδης] *Rabie correptus.* Canes fiunt rabioſi Scribon. 171. Canis rabioſi morſus ibid. Plaut. Capt. 3, 4, 15 Hic homo rabioſus habitus eſt in Aulide. *Add.* Sen. de Ira 1, 4. Plin. 29, 5 Eſt limus ſaliuae ſub lingua rabioſi canis. Canis rabioſa Hor. Epiſt. 2, 2, 75. Morſus a cane rabioſo Plin. 29, 2. Cic. Tuſc. 4, 49 Vide, ne fortitudo minime ſit rabioſa, ſitque iracundia tota lenitatis. Iurgia rabioſa fori clamoſi Senec. Herc. fur. 172. Signi rabioſi tempora, *Dies caniculares* Hor. Serm. 1, 6, 126.

RABIOSVLVS, a, um. Adi. Dimin. [ὑπολυσσώδης] Cic. Fam. 7, 16 Primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti. *Intelligit literas aſperas et mordaces Trebatii.*

RABIOSE. Adu. [λυσσωδῶς] *Furioſe.* Cic. Tuſc. 4, 48 c. 22 Atque hi collocuti inter ſe prius quam manum confererent, leniter et quiete, nihil ne in ipſa quidem pugna iracunde, rabioſeue fecerunt. *De Aiace et Hectore.*

RABIDVS, a, um. Adi. [λυσσόληπτος, λυσσῶν] *Qui rabiem habet.* Plin. 29, 5 In canis rabidi morſu tuetur a pauore aquae, capitis canini cinis illitus vulneri. Idem 8, 9 Domantur autem elephanti rabidi fame et verberibus. Rabidum et incitatum agere aliquem Catul. de Berecynt. 61 (64) 85. Animi rabidi furor Idem ibid. 61 (64) 83. Aſpectu rabido circumſpectare Auct. ad Heren. 4, 62. Canes Ouid. Amor. 3, 12, 21. Sen. Oedip. 932. Plin. 29, 5. Certamen Sil. 16, 410. Cic. in Arat. 110 Ver toto ſpirans rabido de Corpore flammam. Dens, *Rabie plenus* Martial. 1, 18. Dolor Stat. Theb. 6, 83. Fames Virg. Aen. 6, 421. Ferarum rabidarum more Stat. Theb. 8, 71. Flatus Idem Silu. 2, 2, 118. Ingenium Claud. in Ruff. 1, 109. Ira Ouid. Met. 7, 413. Miles Sil. 13, 255. Mores rabidos compeſcere Ouid. de Arte Am. 3, 501. *al.* Rapidus. Murmur Valer. Argon. 4, 239. Os Virg. Aen. 6, 80. Tigres Idem Georg. 2, 151. Voces Claud. in Ruff. 1, 44. *In MSS. permiſcentur* rabidus *et* rapidus. *Drakenb. ad* Sil. 5, 451.

RABIDE. Adu. Cic. Tuſc. 5, 16 c. 6 Quid vero illum quem libidinibus inflammatum et furentem videmus, omnia rabide appetentem cum inexplebili cupiditate, *etc.*

RABIO, ire. *et* RABO, ĕre. [λυσσάω] *Verbum dictum a* Rabie; *Nimia ira et quaſi rabie agi.* Varro *apud* Non. 1, 186 Quid eſt? quid lateras? quid rabis? quid vis? Caecilius ibid. Rabere ſe ait Vet. Poeta *apud* Cic. Diuin. 1, 66 c. 31 Sed quid oculis rabere viſa eſt derepente ardentibus. Manil. 5, 207 Latratque Canicula flammas, (*Sic Bentl. al.* flammans) Et rabit igne ſuo. *Adde* 224 Corda micant et lingua rabit. Sen. Epiſt. 29 Videbis eosdem intra exiguum tempus acerrime ridere et rabere.

RABIO, are. Rabiat, λυσσᾷ Gloſſ.

RABIRIVS, *gentis Rom. nomen, de qua v. g.* C. Rabirius Eques Romanus, perduellionis reus, *quod Saturninum hoſtem patriae occidiſſet, defenſus a Cicerone in Conſulatu, quae exſtat oratio. Alius de quo* Ouidius ex Ponto 4, 16, 5 Quum foret et Marſus, magnique Rabirius oris. *i. Magniloquus. Adde* Sen. de Benef. 6, 3. Quinctil. 10, 1. *Alius forte de quo* Cic. in Acad. 1 *pr.*

RABO. [ἀῤῥαβῶν] *pro Arrabone, conciſum a ruſtico apud* Plaut. Truc. 3, 2, 20

Sequere intro me amabo mea voluptas. S. tene hoc tibi;
Rabonem habeto, mecum vt hanc noctem ſies.
A. Perii! Rabonem? quam eſſe dicam hanc beluam?
Quin tu arrabonem dicis? S. Ar facio lucri,
Vt Praeneſtinis conia eſt ciconia.

Ruſticus excuſat factum: Ar ſyllabam ſe lucri vel compendii ait facere.

RABVLA, ae. m. [σύμαργος, δικολέκτης] *Caninae impudentiae cauſidicus. De etymo iſta* Feſtus Paulli *in* Raua. Raua vox rauca et parum liquida, proxime canum latratum ſonans: vnde etiam cauſidicus pugnaciter loquens rabula. *Sed in loco ipſo*, Rabula dicitur in multis intentus negotiis, paratusque ad radendum quid auferendumque, vel quia eſt in negotiis agendis acrior, et quaſi rabioſus. Non. 1, 100 Rabulae litigioſi a rabie dicti. Varro, Ille ales gallus, qui ſuſcitabat aitharum (*leg.* Atticarum) muſarum ſcriptores, an hic, quia gregem rabularum? *Et* 1, 298 Rabula a rabie dictus eſt, quem nunc aduocatum, vel cauſarum patronum dicamus. — *Inde et* Salluſtius, Canina, vt ait Appius, facundia exercebatur. *Vid. quae ad h. l.* Salluſtii in Fragm. Hiſt. 6 p. 1004 *Cortius: it. Sauaro ad* Sidon. Apoll. 4, 3 p. 233 ſq. *Laudat hoc fragmentum etiam* Quinctil. 12, 9, 9 Ea eſt enim prorſus canina, vt ait Appius, eloquentia cenſuram male dicendi ſubire. *Et mox* ſ. 12 Super omnia perit illa, quae plurimum oratori et auctoritatis et fidei affert, modeſtia, ſi a viro bono in rabulam latratoremque conuertitur *etc.* *Illa cum canibus perpetua comparatio fauet etymologiae Voſſianae a* ῥάζω *id eſt latro, vt a* φάω *vel* φάζω fabula. *Addere poſſis, a* τάω *vel* τάζω tabula. Caninum ſtudium allatrandi locupletiſſimum quemque *apud* Columel. praef. 9 *illuſtratum eſt. Nec tamen damnamus, qui* rabulam *malunt dici a* radendis *auribus. nam vt a* fando fabula, *a* nando nabula, *a* ſtando ſtabula, *a* paſcendo pabula, *ita a* radendo rabula. *Nec alia ratione* rabulas *in foro dictos puto, ait Hermolaus in Plinium, quam quod ſuo clamore* radant, *id eſt offendant aures: et vt ait Quinctilianus, nimia verboſitate feriant.* Cic. in Orat. 47 Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimum et perfectiſſimum quaerimus. Cic. de Orat. 1, 202 c. 46 Non enim cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem aut rabulam, hoc ſermone noſtro conquirimus, *etc.* Rabula ſane probabilis P. Antiſtius Cic. in Brut. 226.

RABVLVS, a, um. Adi. Velut rabulus anſer admixtus oloribus Sarisber. 5, 6. *Si antiquum ſit nomen* rabulus, *facilius apparet, cur anſeribus quoque* rabulas *compararit* Cic. pro Roſc. Am. 56.

RABVLATIO, ōnis. f. Forenſis Mart. Capella l. 6. *et* Symm. 3, 23.

RABVLATVS, ûs. m. Audiri, licet perſtreperent, nullo potuere rabulatu, *i. quantumuis clamarent* Mart. Capella l. 2.

RABVLANVS, *vid.* Radulanus, *in* RADO.

RABVSCVLVS, *Raui coloris. vt,* Rabuſcula vitis vel vua. *Vid.* Plin. 14, 3.

R A C

RACCO, āre. *vid.* RANCO.

RACĒMVS, i. m. [βότρυς Gloſſ. Gr. Lat.] *Congeries acinorum ſuis cum pediculis ipſaque adeo vua. Vid. Caſaub. ad* Suet. Aug. c. 76. *Quoties enim ab* vua *diſtinguitur* racemus, *non videtur aliud ſignificare* racemus; *ſed* vua *accipi pro vite, ut alias quoque fructus et arbor commune nomen habent. Sic ſtatim dicentur* vuae racemiferae. *Vid.* VVA. Virg. Georg. 2, 102 Non ego te menſis et diis accepta ſecundis Tranſierim Rhodia, et tumidis bumaſte racemis. Tum deus, o Satyri, maturos carpite fructus, Dixit, et ignotos pueri calcate racemos Nemeſian. Ecl. 3, 39. Extentis racemis tumet vua Ouid. Triſt. 4, 6, 9. Fulgentes ſole racemi Sil. 7, 208. Prima mihi variat liuentibus vua racemis: *Vertumnus loquitur* Propert. 4, 2, 13. Liuidi Hor. Carm. 2, 5, 11. Paſſi Virg. Georg. 4, 269. Turpes racemos fert vua Idem ibid. 2, 60. Variis racemis vua Ouid. Met. 3, 484. ¶ 2 Racemus *etiam de aliis plantis dicitur.* Plin. 15, 28 ſ. 34 Dependent alia (*poma*) pediculis, vt pira: alia racemis, vt vuae, palmae: alia et pediculis et racemis, vt hederae, ſambuci. Idem 16, 34 *de hedera*, Aliis denſus acinus, et grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi: item Selenitium, cuius eſt minor acinus, ſparſior racemus. *Vid.* RACEMOSVS *et* RACEMATVS.

RACĒMOR, āri. *Racemos a vindemiatoribus praeteritos ſublegere.* Varr. R. R. 3, 9, 1 Tum de reliquis, ſi quid idoneum fuerit, racemari licebit. *Metaph. Sic reſtituit Victor. cum dediſſent ſuperiores* ratiocinari.

RACEMĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [βοτρυοφόρος] *Vt*, Vuae racemiferae Ouid. Met. 3, 666. Bacchus Idem ibid. 15, 413. *Et* Faſt. 6, 483 Bacche racemiferos hedera redimite Capillos.

RACEMŌSVS, a, um. Adi. [βοτρυώδης] *Racemis plenum.* Plin. 13, 6 Oliuae modo racemoſus flos. Pomum ſuis inter ramos palmitibus racemoſum Id. ib. c. 4.

RACEMĀTVS, a, um. *Aliud* Adi. [βοτρυωτὸς] *Quod racemos habet.* Plin. 18, 7 *de panico*, Paruis racemato paniculis.

RACEMARIVS, i. m. [βοτρυοφόρος] *Pampini, ſ. Palmitis in vite epitheton.* Columel. 3, 18, 4 Nec dubium quin gemmae cacumini proximae quae ſunt infecundae, in eo (*malleolo*) relinquantur, ex quibus pampini pullulant vel ſteriles, vel certe minus feraces, quos ruſtici vocant racemarios.

RACEMATIO, ōnis. f. [βοτρυολογία] *Racemorum ſecundaria vindemia ſingulorum aut rarorum, qui forte a vindemiatoribus praetereuntur: ſicut in meſſibus peractis, quod ſupereſt, ſpicilegium dicitur.* Tertull. Apol. 35 Poſt vindemiam racematio ſuperſtes.

RACILIVS, *gentis Rom. nomen, de qua v. g.* Tribunus pleb. qui de Clodianis facinoribus eſt queſtus in Senatu Cic. *ad* Q. Frat. 2, 6.

R A D

RADAMANTHVS, *vid.* RHADAMANTHVS.

RADIA, ae. Gloſſ. Gr. Lat. χοινικὶς ἡ τοῦ τροχοῦ, Radia, modiolus. *Erit itaque canalis ille in rota, qui cauo ſuo axim recipit, conuexa parte continet* radios, *a quibus nomen habet. Scheffer. de re vehic. 1, 6 p. 48 ſuſpicatur leg.* Radiorum modiolus.

RADIATIO, RADIATVS, *vid.* RADIVS.

RADICITVS, RADICO, RADICVLA, *vid.* RADIX.

RADIVS, i. m. *Prima notio huius nominis videtur ruſtica illa, qua notat bacillos circa modiolum (per quem axis tranſit) in ſtellae formam diſpoſitos, et orbile ſ. orbem extimum rotae ſ. abſidas ſuſtinentes.* Gr. κνῆμαι, κερκίδες, τροχῶν ῥάβδοι. *Vid.* Scheff. *de re vehic.* 1, 6 *pr.* Virg. Georg. 2, 444 Hinc radios triuere rotis, *poliuerunt ad rotas.* Plin. 16, 40 Sed lignum non alio paene quam ad radios rotarum vtile. Virg. Aen. 6, 616 Saxum ingens voluunt alii, radiiſque rotarum Diſtricti pendent. Ouid. Met. 2, 108 *de curru Solis*, Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummae Curuatura rotae, radiorum argenteus ordo. *In curru* Luxuriae *ponit* Prudent. Pſychom. 337 Radiorum Albentem ſeriem, quam ſumma rotarum Flexura electri pallentis continet orbe. *Add.* Curt. 4, 9, 5. ¶ 2 *Ab illa ſimilitudine* Radios *dixere fulgorem e corpore lucido, maxime ex illo orbe, qui videtur ſolis circumcirca exeuntem.* [ἀκτὶν, ἀκτίς] Varro . . . O ſumme ſol, qui totam hanc mundi compagem, tuis radiis illuſtras. Cic. de Fin. 5, 71 c. 24 Ita enim paruae et exiguae ſunt iſtae acceſſiones bonorum, vt quemadmodum ſtellae in radio ſolis, ſic iſtae in virtutum ſplendore ne cernantur quidem. Lucret. 1, 148 Non radii ſolis, neque lucida tela diei percutiant. Ita claret, vt ipſius ſolis radio putem ſcriptum Tertull. de Reſurr. Carn. c. 47. Lumen radiorum Lucret. 2, 116. Verbera radiorum Idem 5, 1103. Vires radiorum Ouid. Met. 4, 247. Ardentes radii Lucret. 6, 754. Latinus Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum Aurati bis ſex radii fulgentia cingunt, Solis aui ſpecimen Virg. Aen. 12, 161. Coruſcis radiis inſigne iubar Ouid. Met. 1, 768. Micantes Idem ibid. 2, 41. Tabifici Lucret. 6, 737. Nubes ardent radiis et auro, i. e. inquit Seruius, Radiis aureis Virg. Aen. 7, 142. Calere radiis Ouid. Met. 2, 171. Erumpunt radii Virg. Georg. 1, 446. Excludunt radios frigora Stat. Silu. 1, 2, 154. Ingruentes ſolis radios ſentit luna, *vid.* INGRVO. Lucret. 2, 114

Contemplator enim, cum Solis lumina cunque
Inſertos fundunt radios per opaca domorum
Multa minuta modis multis per inane videbis
Corpora miſceri radiorum lumine in ipſo.

Interrumpunt nubes radios lucis Lucret. 5, 288. Retexit Titan orbem radiis Virg. Aen. 4, 119. Rubeſcebat mare radiis Id. ib. 7, 25. ¶ 3 *Hinc oculis etiam tribuebant* Radios *quidam phyſici.* Gell. 5, 16 Stoici cauſas eſſe videndi dicunt radiorum ex oculis in ea quae videri queunt emiſſionem, aeriſque ſimul intentionem. *Contra haec diſputans* Lactant. de Opiſ. Dei 8, 10 Ne forte exiſtimes, — nos cernere — aut intentione aëris cum acie, aut effuſione radiorum; quoniam, ſi ita eſſet, tardius quam oculos aduertimus, videremus; donec intentus aër cum acie, aut effuſi radii ad id, quod videndum eſſet, peruenirent. *Stoici hircum mulgent, cribrum ſupponit bonus Lactantius.* ¶ 4 *Radius Virga eſt, vel bacillus: Speciatim Virga, qua Geometrae formas ſuas in puluere delineabant.* Virg. Ecl. 3, 41 Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem. *Archimedem intelligit Salm. ad Solin.* p. 579, bC, orbem *autem Caelum.* Martian. Capella l. 6 p. 190 Abaco *illato accedit Geometria* radium dextra — geſtans, *ad figuras nimirum in puluere abaci ducendas.* Macrob. Saturn. 7, 2 Qui obierunt maria et terras, gaudent quum de ignoto multis vel terrarum ſitu, vel ſinu maris interrogantur: libenterque reſpondent, et deſcribunt modo verbis, modo radio loca: glorioſiſſimum putantes, quae ipſi viderint, aliorum oculis obiicere. Cic. Tuſc. 5, 64 Ex eadem vrbe humilem homunculum a puluere et radio excitabo, qui multis poſt annis fuit, Archimedem. *Peculiariter etiam* Aſtrologis *tribuitur* radius, *quos hodie* Aſtronomos *dicere malunt (cum illi male audiunt ob genethliacam vanitatem) Vt* Virg. Aen. 6, 850 Caelique meatus Deſcribent radio, et ſurgentia ſidera dicent. Auien. Arato 50 Hic primum Gnidii radium ſenis intulit aſtris. Non poteſt regna caelorum ſperare cuius digitus aut radius abutitur caelo Tertull. de Idolol. c. 9. *i. peruerſus aſtrologus. De Dioptra intelligunt. Et ſane recentiores Aſtronomi* radium *vocant inſtrumentum triangulare acutiſſimo angulo aequicrurum, quo ad diſtantias ſtellarum capiendas ope linearum baſi parallelarum vtuntur.* ¶ 5 *Sed multo latius patet. De ramis vallorum* Liu. 33, 5 Et adeo acuti, aliusque per alium immiſſi radii locum ad inferendam manum non relinquunt. *Stipites ſunt velut modiolus axis, vnde* radii *exeunt.* Plin. 10, 42 ſ. 58 *de Pſittaco,* Capiti eius duritia eadem quae roſtro. Hoc cum loqui diſcit, ferreo verberatur radio: non ſentit aliter ictus. Radius, [κερκίς] *Textoris inſtrumentum, quo ſubtemen traiicitur inter tramas ſtaminis. Vid.* Ouid. Met. 6, 54 *quem totum damus voce* TEXO. Virg. Aen. 9, 476 Excuſſi manibus radii, reuolutaque penſa. Ouid. Met. 6, 132 Cytoriaco radius de monte. Inſubula, ac fuſi, radii, ſcapique ſonantes Lucret. 5, 1352. Acutis radiis inſeritur medium ſubtemen Ouid. Met. 6, 56. Attriti manu Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 161. Radius, *Inſtrumentum, aiunt, quo raduntur menſurae, alias* Hoſtorium *dictum.* Plautum *citant,* Di deaeque omnes tantam nobis laetitiam, tot gaudia ſine radio cumulent. *Forte eſt ex ſuppoſitis.* Radii, *Oliuae oblongae* a forma *illa ſic dictae, quod monet* Seru. *ad* Virg. Georg. 2, 86 Nec pingues vnam in faciem naſcuntur oliuae Orchites, et radii, et amara pauſia bacca. Columel. 5, 8 Orchis quoque et radius melius ad eſcam, quam in liquorem ſtringitur. *Add.* Celſ. 6, 4. Cato R. R. c. 6. Radius eſt paſtinacae piſci pro telo Plin. 9, 42. *Sed de alio piſce* Idem 9, 4 Apparent et Rotae, appellatae a ſimilitudine, quaternis diſtinctae radiis, modiolos earum oculis duobus vtrinque claudentibus. Radius, *Os minus brachii, et breuius, idemque ſuperius:* Cornel. Celſ. 8, 1 Brachium conſtat ex oſſibus duobus. Radius, quem κερκίδα Graeci appellant, ſuperior breuiorque, et primo tenuior, rotundo et leniter cauo capite exiguum humeri tuberculum recipit, quod ibi neruis et cartilagine continetur. Cubitus inferior *etc. Eſt igitur* Radius, *qui carne veſtitus cum cogitatur* Lacertus *dicitur. Alii plane, de quibus* Plin. 11, 47 ſ. 107 Auium quibusdam grauioribus, in cruribus additi radii, *i. calcaria, Gr.* πλῆκτρα. *Sic* 30, 11 ſ. 29 *Gallis gallinaceis tribuit.* Radius virilis, *dicitur Membrum virile, vid.* RADIX n. 3.

RADIŎLVS, i. m. Dimin. *Parua olea oblonga.* Columel. 12, 47 Albam pauſeam, vel orchitem, vel radiolum, vel regiam dum contundes, primum quamque, ne decoloretur, in frigidam muriam demerge. *Conf.* Apul. de Herb. c. 83.

RADIO, āre. *Radios emittere, fulgere, et conſpicuum eſſe.* Columel. 10, 288 Nec tam nubifugo Borea Latonia Phoebe Purpureo radiat vultu. Martial. 8, 45 Vera minus flauo radiant electra metallo. Ouid. Met. 2, 4 Argenti bifores radiabant lumine valuae. Nec rudis infeſtis miles radiabat in armis Propert. 4, 1, 27. Ocelli radiant vt ſidus Ouid. Amor. 3, 3, 9. *Conf. Barth. ad* Claud. p. 523. *Paſſ.* Ouid. ex Pont. 3, 4, 103 Scuta ſed et galeae gemmis radientur, et auro: *Paſſiue, inquam: nam etiam Actiue* Propert. 1, 15, 7 Et potes heſternos manibus componere crines, — Nec minus Eois pectus radiare lapillis, *i. ornare gemmis fulgentibus. Sic Brouckh. ex MS.* Flor. 4, 2, 30 Aliquid tamen aduerſus abſentem ducem auſa Fortuna eſt circa Illyricum et Africam, quaſi de induſtria, vt proſpera eius aduerſis radiarentur. *Sic Dacer. Sed Duker.* quaſi de induſtria proſpera *etc.* Lucan. 7, 214 Miles vt aduerſo Phoebi radiatus ab ictu. Vet. Poëta in Collect. Pithoeana p. . . Metam Sol eminus exit, Intorquetque peplum noctis, radiatque ſororem, *i. illuſtrat lunam.*

RADIANS, antis. Partic. [ἀκτινοβολῶν] Virg. Aen. 8, 616 Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Cic. in Arat. 172 Stellas ſub pedibus ſtratas radiantis Aquari. Aſtra Ouid. Met. 9, 272. Aurum Idem ibid. 4, 636. Galeae radiantis nitor ab auro Ouid. Met. 13, 105. Lumina ſolis Idem Triſt. 2, 325. Lunae radiantis imago Virg. Aen. 8, 23. Sidera Ouid. Met. 7, 325. Templa multo auro Idem de Arte Am. 3, 451. Toga radiante decorus Claud. Conſ. Hon. 6, 371. Radians *ſimpliciter pro Sole. Vid. mox* RADIATVS. *Compar.* Gemmifer eloquiis, radiantior ore lapillis Fortunat. in Vita Mart. 1, 138.

RADIĀTVS, a, um. Partic. *Vt,* Enn. *apud* Cic. de Orat. 3, 162 c. 40 Viue, Vlyſſes, dum licet Oculis poſtremum Lumen radiatum rape, *Solem intelligit. Muretus Var. Lect. 11, 9 ſuſpicatur legendum* radiantis, *i. Solis, et comparat verſum alium Ciceronis ex Arato, quem ipſe refert* Orat. 152 c. 45 Hoc motu radiantis Eteſiae in vada Ponti, *quem cum Graecis Arati comparat. Sed ſine dubio etiam* radiatus *vocatur.* Cic. Acad. 4, 126 Solis magnitudo (ipſe enim hic radiatus me intueri videtur) admonet, *etc.* Radiatus ſtellae modo Plin. 27, 5. Orbis flammeus radiatus Cic. de Diuin. 1, 44. Rota Varro de R. R. 3, 5, 15 *ne ſolidam vel tympanum putemus.* Splendor radiatus Sil. 7, 143. Corona Suet. Aug. c. 94. Diſtinctam radiis *vocat* Flor. 4, 2. Radiatum caput principis *qui in deos referebatur,* Plin. Panegyrico 52 Horum vnum ſi praeſtitiſſet alius, illi iamdudum radiatum caput, et media inter deos ſedes auro ſtaret, aut ebore. *Illuſtrat h. l. Schwartzius. Sed in Imperatorum et tyrannorum tertii ſaeculi numis neſcio an ſemper diuinitatem, conſecrationemue* corona radiata *ſ.* caput radiatum *indicet.* Radiatus ſaepe proceſſit Treb. Pollio in Gallieno c. 16. *i. cum corona tali.*

RADIATILIS, e. Vmbra Fortunat. l. 2.

RADIATIO, ōnis. f. [ἀκτινοβόλησις] Plin. 36, 5 Et Hecate Epheſi in templo Dianae poſt aedem, in cuius contemplationem admonent aeditui parcere oculis, tanta marmoris radiatio eſt. Auguſtiſſimae lucis radiationibus territare Arnob. 6 p. 208. Firmic. 1, 1 *et* 4 *ſub finem.* Proſpera Idem 2, 22.

RADIŌSVS, a, um. Adi. [ἀκτινώδης] *Quod multos emittit radios.* Plaut. Stich. 2, 2, 40 Poſtquam me miſiſti ad portum, cum luce ſimul commodum radioſus ecce ſol ſuperabat ex mari.

RADIX, īcis. f. [ῥίζα] *Pars plantae terra tecta, unde ſuis fibris ſuccum illum nutricium trahit: tum metaphor. ima rei cuiusque pars, qua illa nititur, quae certe ima eſt.* Cic. de Fin. 5, 33 Videamus ea, quae terra gignit, corticibus et radicibus valide ſeruari. Glycirrhizae radix Scribon. 75. *Quae* Dulcis radix Eid. 110. 170. Ocelli radicis, *vid.* Ocellus, *in* OCVLVS. Vltima radix linguae Ouid. Met. 6, 557. Haemorrhoidum radices Scribon. 227. Pilorum radices aduerſus naturam natae Id. 230. Rumicis tres radices Id. 127. Radices montis, [κνημὸς, ὑπώρεια] *pro Inferiori parte:* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 41 Ab infimis radicibus montis, intermiſſis circiter paſſibus quadringentis caſtra facere conſtituit. Sub Montis radicibus acie inſtructa Nep. 1, 5, 3. Plin. 9, 18 Duo lacus Italiae in radicibus Alpium. *Add.* Caeſ. Bell. Ciu. 3, 85. Vitruu. 2, 8. Imae radices montis, *vid.* IMVS. In radice Palatii, id eſt in ima parte Palatii. Cic. anteq. iret in exil. 24 Cuius templum a Romulo victis Sabinis in Palatii radice cum Victoria eſt collocatum. *de Iouis Statoris templo.* Radix ſaxi, a Lucretio dicitur tranſlate, veluti ſi diceres Stirpem ſaxi: ſed et Graeci terram ἐῤῥιζωμένην non ineleganter ſolent dicere, eam ſtabiliter haerentem fundatamque dicere ſtudentes. *Ex Turnebo.* Altae radices Quinctil. 1, 1. Arborea Ouid. Met. 8, 379. Bibulae radicis fibrae Idem ibid. 14, 633. Bulboſa, Carnoſa, Cauernoſa, *vid. ſſ. ll.* Edulis radicis cortex Scrib. 60. *i. raphani.* Lanaria radix ibid. 10. *eſt* Radicula n. 2. Lata radice arbor, *vid.* LATVS, *Adi.* Latens in locis aſperis Hor. Epod. 5, 68. Lenta Ouid. Met. 11, 78. Limoſa, *vid.* LIMVS. Macedonia Apul. de Herb. c. 5. *i. planta. al. viperina.* Nocens Ouid. Met. 14, 56. Nudis radicibus arbores, Oleagina, Oleaginea, *vid. ſſ. ll.* Pontica radix Scrib. 167. *i. Rheum Ponticum.* Reuulſa Claud. in Eutrop. 2, 29. Venerea nautica Apul. de Herb. c. 6. *al. acorus.* Vtilis radix medendi Ouid. Epiſt. 5, 147. Vulſae Virg. Aen. 3, 650. ¶ 2 *Verborum formulae:* Abeunt ſurſum radices, *pro Surſum tendunt, vid.* ABEO. Affigere radicem terrae Virg. Georg. 2, 318. Cic. Off. 2, 43 c. 12 Vera gloria radices Agit, atque etiam propagatur. *Vid.* Plin. 16, 31. Capere radices, *vid.* CAPIO. Conterere radicem in puluerem, *vid.* CONTERO. Plin. 16, 31 Eſculus quantum corpore eminet, tantum radice Deſcendit. *Ibidem,* Quidam non altius Deſcendere radices, quam ſolis calor tepefaciat, idque natura loci tenuioris craſſiorisue dixere: quod falſum arbitror. Cic. Philipp. 4, 13 c. 5 Virtus eſt vna altiſſimis Defixa radicibus, quae nunquam vlla vi labefactari poteſt. Eruta radicibus pinus Virg. Aen. 5, 449. Cic. Tuſc. 3, 13 Nos audeamus non ſolum ramos amputare miſeriarum, ſed etiam radicum fibras Euellere. Expulſa imis ab radicibus ſeges Virg. Georg. 1, 319. Facere radices Plin. 17, 17. Figere radices Ouid. Met. 2, 583. Habiturum malum fundamentum et radices altiores Cic. ad Brut. 17. Inflectere radices in nodum, *vid.* INFLECTO. Mittere radicem, *vid.* MITTO. Cic. pro Cael. 14 c. 6 Niſi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis et patientiae radicibus Niteretur. Nixus altis radicibus profectus Quinctil. 1, 1, 28. Pullulat ab radice ſilua Virg. Georg. 2, 17. Ruptis radicibus vellitur arbor ſolo Idem Aen. 3, 27. ¶ 3 Radix *(colis)* virilis paralyſi vitiatus *(Sic editum; non* vitiata) non concluditur (contrahitur) ad exprimendum liquorem *(vrinam)* ſed multo maior aut minor efficitur, et nulla tentigine prouocatur. *Haec* Caelius Chron. 2, 1, 13. *Sed* Radius *legi vult Reineſ.* V. L. 3, 18 p. 662. ¶ 4 Radices, *metaphorice, de incorporeis.* Varr. de L. L. 5, 5 p. 51, 26 Primigenia dicuntur verba, vt lego, ſcribo, ſto, ſedeo: et caetera quae non ſunt ab aliquo verbo, ſed ſuas habent radices. Varr. de R. R. 1, 1, 11 Ea *(quae dicam)* erunt ex radicibus trinis, et quae ipſe in meis fundis colendo animaduerti, et quae legi, et quae a peritis audii. Auſon. Eid. 4, 70

Pueros molli monitu et formidine leni
Pellexi vt mites peterent per acerba profectus
Capturi dulcem fructum radicis amarae.

Ex iisdem, quibus nos, radicibus Natus *Marius* Cic. pro Sext. c. 22. *Sic* Varro de R. R. 2, 8, 1 Muli et hinni bigeneri atque inſiticii, non ſuopte genere ab radicibus; ex equa enim et aſino fit mulus: contra ex equo et aſina hinnus. ¶ 5 Radix *velut per eminentiam, raphanus eſt v. g.* Scribon. 133. *it.* 198 Radix ea, quam nos edimus, acris. *Sic* Colum. 11, 3, 18. Pallad. 1, 35, 5 *etc. Ergo etiam* Radix Syriaca Colum. 11, 3, 16 *et* 59 *de* raphano Syriaco Plinii 19, 5 ſ. 26, 3 *explicata in Lexico ruſtico.*

RADICVLA, ae. f. Dimin. [ῥίζιον] Plin. 20, 9 Laſeris radicula. Cic. de Diuin. 2, 135 c. 66 Tum ſecundum quietem viſus ei dicitur draco, is quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre. Columel. 5, 5 Reciſis radiculis. Radiculae aeſtiuae Idem 11, 2, 19. ¶ 2 Radicula, *Herba, quae Lanaria radix alias vocatur.* Plin. 19, 23 At quae vocatur radicula, lauandis demum lanis ſuccum habet: mirum quantum conferens candori mollitiaeque. *Et paullo poſt,* Struthion Graeci vocant, floret aeſtate, grata adſpectu, verum ſine odore, ſpinoſa, et caule lanuginoſo: ſemen ei nullum, radix magna quae conciditur ad quem dictum eſt vſum. *Hactenus* Plinius. *Add.* 24, 11 ſ. 53. *Apud Dioſcoridem etiam* ῥαφανίδα radiculam *interpretantur. Vid.* RADIX n. 4.

RADĪCOR, āri. [ῥιζοῦμαι, ῥιζοβολέω] *Radicem facere, ſeu capere, vel emittere.* Plin. 18, 7 Frumenta multis radicantur fibris. Radicari in fruticem Idem 13, 4. Radicari in rectum Idem 19, 6. *Add.* Colum. 4, 2, 2. ¶ 2 *Sed apud* Veget. Mulom. 3, 2, 27 *in MS. eſt lemma,* de bubus radicandis, *i. radice conſiliginis curandis.*

RADICESCO, ĕre. Sen. Epiſt. 87 (86) Vidi vitem ex arbuſto ſuo annoſam transferri. Huius capillamenta quoque (ſi fieri poteſt) colligenda ſunt, deinde liberalius ſternenda vitis, vt etiam ex corpore radiceſcat.

RADICĀTVS, a, um. Partic. [ἐῤῥιζωμένος] Columel. de Arbor.

bor. 20 Arbores et radicata ſemina Autumno ſerito. *i. ſurculos ſuis cum radicibus, plantas. Vid.* Sidon. Epiſt. 7, 8. *et* 5, 10.

RADICŌSVS, a, um. Adi. [ῥιζώδης] *Quod multas radices habet.* Plin. 16, 34 Omnium ederarum generi radicoſa brachia.

RADICĬTVS. Adu. [ῥιζόθεν] *A radice, vel Vſque ad radicem.* Cato c. 50 Herbasque malas omnes radicitus effodito. Plin. 21, 11 Eruitur poſt Aequinoctium vernum radicitus. Arbores radicitus euerſae Obſequ. c. 128. Nonacrias atque ille tulit radicitus altas Fagos Catull. Argon. ſ. 62, 288. Huic fluctus viuos radicitus abſtulit vngues Propert. 3, 5, 65. *Metaphor.* Plaut. Moſtell. 5, 1, 62 Nam omnia malefacta veſtra reperi radicitus: non radicitus quidem hercle, verum etiam eradicitus. Cic. de Fin. 2, 27 An poteſt cupiditas finiri? tollenda eſt atque extrahenda radicitus. Alicuius actiones radicitus euellere Cic. pro Domo c. 13. Excutere opinionem radicitus Cic. Tuſc. 2, 111.

RADO, ſi, ſum, ĕre. [ξέω, ξύω, ξυράω] *Minutatim ſecando auferre, et ita leue vel planum reddere, aſperitates tollere, ac denique ſtringere, arcte contingere, etc.* Columel. 2, 20 *pr.* Area terrena ſi erit, vt ſit ad trituram ſatis habilis, primum radatur, deinde confodiatur *etc.* Radatur *gramine et ſtirpibus liberetur, et quidquid eminet.* Propert. 3, 2, 23 Alter remus aquas, alter tibi radat arenas. *i. ita nauiga, vt litus legas.* Arua radit imbribus Eurus Hor. Epod. 16, 54. Suet. in Calig. c. 5 Regulos quoſdam barbam poſuiſſe, et vxorum capita raſiſſe ad indicium maximi luctus. *h. e. Radenda curaſſe. Idem facere, naufragis in vſu erat: vid. Burm. ad* Petron. c. 103. Scribon. 241. *it.* 242 Cera et reſina *mixta ſ.* ceratum cum refrigeratum eſt raditur et miſcetur *rebus ſiccis, i. comminuitur ope cultelli.* Genas radere, *i. laniare, lacerare.* In legibus XII Tabul. *fuiſſe*, Mulieres genas ne radunto, neue leſſum funeris ergo habento, *teſtatur* Cic. de Legib. 2, 59 c. 23 *quae legis verba ſic alii concipiunt*, Mulier genas ne carpito. Plin. 11, 33 Infra oculos malae homini tantum, quas priſci genas vocabant, XII Tabul. interdicto radi a feminis eas vetantes. *Hoc autem ſumtum e Solonis legibus teſtatur Cicero.* Feſtus *interpretatur illud* radere, vnguibus ſcindi. Guttur radere Iuuen. Sat. 6, 105. *i. barbam.* Ianua expletis quoque raditur oris Lucret. 4, 535. Iter liquidum radit, celeres neque commouet alas, *i. Secat purum aërem* Virg. Aen. 5, 217. Litora raduntur Circeae proxima terrae Virg. Aen. 7, 10. Ripas radentia flumina rodunt Lucret. 5, 257. *Sic* Ouid. Faſt. . . . Laeuum Radit arenoſi Thybridis vnda latus. Lucan. 2, 425 Radensque Salerni cultu Siler. Solin. c. 22 Oceanus a laeuo latere Europam radit. *Vid. Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 13, 4. *it. Brouckh. ad* Tib. 4, 1, 142 Aut rapidus, Cyri dementia, Gindes Radit Arecteos haud vna per oſtia campos. Saxa raduntur impreſſo vomere Sil. 8, 393. *Sed* Lucan. 8, 245 Spumantia paruae Radit ſaxa Sami. *i. praenauigat.* Terram radit coruus Plaut. Aul. 4, 3, 2. Tigna laeuia radere Lucret. 5, 1265. *Met.* Quinctil. 3, 1, 3 Quorum ne ieiuna, atque arida traditio auerteret animos, et aures praeſertim tam delicatas raderet, verebamur. *h. e. Laederet, offenderet, fatigaret.* Nomen Piſonis radendum faſtis cenſuit Tacit. Ann. 3, 17. *Tornatores etiam, et caelatores* radere *dicuntur, vid. Salmaſ. ad* Solin. p. 736.

RADENS, entis. Partic. [ξέων] *Praeter dicta* Lucret. 6, 117 Quam de latere ire Diuerſo motu radentes corporis tractum. *de nubibus.* Arua radens adhaeret humo ſerpens Stat. Theb. 5, 525.

RASVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἐξυσμένος] Radix Raſa cultello eburneo Scribon. 83. Plaut. Pſeud. Prol. 13 Is riſu et ventre raſo vigilabit ſedulo. Barba raſa Gell. 3, 4. Fauces raſae *oratoris* et latus fatigatum Quinct. 11, 3, 14. Liber raſus lima Ouid. ex Pont. 2, 4, 17. Litera raſa in extremo margine Ouid. Amor. 1, 11, 22. Locus raſus Scribon. 206. Virgae raſae haſtilia Virg. Georg. 2, 358. Tabellis raſis infuſa cera, *pugillares cerati* Ouid. de Arte Am. 1, 436. Terra raſa ſquamis ſerpentis Ouid. Met. 3, 75.

RASĬTO, āre. Frequentat. [ξυρέω] *Saepe radere.* Gell. 3, 4 Comperimus autem caeteros quoque in eiſdem temporibus nobiles viros barbam in eiuſmodi aetate raſitauiſſe. Faciem quotidie raſitare Sueton. Othon. c. 12.

RASVS, ûs. m. Varro de L. L. 4, 31 Homo in pratis feſtucas abradit, quo ab raſu raſtelli dicti.

RASOR, ōris. m. [ξυρευτὴς] *Qui radit.* Et per translationem Fidicines, qui videntur chordas ictu radere. Feſtus.

RASORIVS, a, um. Adi. *Vt*, Culter.

RASVRA, ae. f. [ξυσμὸς] Columel. 4, 29 Calamus autem non amplius tribus digitis debet allaeuari aequaliter ex ea parte qua raditur, vt ſit laeuis, eaque raſura ita deducitur, vt, *etc.* Eboris Veget. Mulom. 1, 10, 6.

RASĬLIS, e. Adi. [ξεστὸς] *Quaſi raſum, nihil exſtans aut aſperum habens.* Plin. 17, 23 Nuper repertum, draconem ſerere iuxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribusque induratum annis. Hunc praeciſum quam maxima amplitudine tribus partibus longitudinis deraſo cortice quatenus obruatur, vnde et raſilem vocant, deprimere ſulco, reliqua parte ad arborem erecta, ociſſimum in vite. Argentum Vell. Paterc. 2, 56, 2. Calathi Ouid. Her. 9, 76. *e viminibus cortice ſuo nudatis.* Foris raſilis Catul. in Epithal. Iuliae 59, 168. *vbi politam,* ξεστὸν, *etiam Voſſius interpretatur.* Haſta raſilis Sil. 4, 176. Raſilis huic ſummam mordebat Fibula veſtem Ouid. Met. 8, 318. *Add.* Stat. Theb. 7, 658 Fibula raſilis auro. Schol. Raſa in glabritiem ex auro. Virg. Georg. 2, 449 Et torno raſile buxum.

RADŬLA, ae. f. [ξύστρα Vet. Onomaſt.] *Inſtrumentum ferreum, cuius rationem ab vſu docet* Columel. 12, 18 Nam ea, quae demerſa ſunt, ferreis lampadibus ardentibus calefiunt: et quum picem in fundum diſtillauit, ſublata lampade rutabulo ligneo et ferrea curuata radula ducitur quod diſtillauit, aut quod in lateribus haeſit.

RADVLANVS, a, um. Adi. [ξυστικὸς] Radulana pix *dicta, quae radula educitur e doliis.* Plin. 14, 19 Radulana pice ac reſina condire muſta. *Hermolaus apud* Plinium *legit* Rabulana pice. *Sic enim ait in Prioribus caſtigationibus: Quidam ex L. Columella malunt* Radulana, *quam* Rabulana *legere, quod auctor is inſtrumentum in pice ducenda* Radulam, *quaſi a* radendo *nominauerit. Sed et* rabula *quoque a* radendo *flectitur, vt a* fando, nando, paſcendo, ſtando, fabula, nabula, pabula, ſtabula, *mille huiusmodi. Nec alia ratione* rabulas *in foro dictos autumo, quam quod* radant, *id eſt, offendant aures*, et (*vt ait Fabius*) nimia verboſitate feriant: *quaſi ab inſtrumento illo nuncupati, quod* Rabula *commodius quam* Radula *vocari poſſit. Hodie quoque vulgus ipſum garrulos et linguaces ab alio inſtrumento* Tudiculas et Piſtilla *cognominat. Idem in Poſterioribus:* Rabulana pice, *Quidam* Radulana, *quaſi ab inſtrumento* Radula, *cuius mentionem Columella faciat. Non probaui, cum ob alia, tum quod inſtrumentum id (ſi quid ad propoſitum pertinere poſſet) non minus belle* Rabula a radendo, *quam* Radula *vocaretur: quando et* rabulae *forenſes etiam a* radendis *auribus, quia et Graeci quoque garrulos aiunt* κοπώδεας *eſſe, et* κόπτειν τὰ ὦτα; *vt Iulius Pollux auctor: vel, vt* Feſtus, a radendo, id eſt auferendo nomen traxere; *quamquam et* a rabie, *et* a raui, *hoc eſt raucitate dictos quidam volunt. In Gallia quoque Tranſalpina inſtrumentum fabrile, quo aſſamenta laeuigantur et poliuntur, non aliter fere quam* Rabo, *quaſi* Rabula *vocatur*, a radendo: *in aliis locis a complanando* Planula. *Vtcunque, verba Columellae de* Radula *nihil omnino ſuffragantur. ea ſunt vltimo eius libro de pice in vniuerſum, non de vna aliqua eius ſpecie. Sunt qui* Rabulanam picem, *a colore quaſi* Rauulanam *ſcribendam autument. eſt enim* Rauus color *inter flauum et caeſium. vnde, vt* Feſtus *ait*, rauiliae dicantur et rauiſcelli, Plauto. *Quidam a loco Ionii ſinus* Rhaba, *de quo, non tamen de pice, Stephanus. Non deſunt qui pro zopiſſa* rabulanam *interpretentur. Eſt autem zopiſſa, vt ait Plinius* deraſa maritimis nauibus pix cum cera. *Haec Hermolaus. Sed* Rabulana *vel* Rapulana *MSS. apud Hard. qui confert* Col. 12, 20, 6 *vbi* Ratis *eſt* crudae picis genus.

R A G *et* R A I

RAGĂDES, f. *et* RAGADIA, *vid.* RHAGADES.

RAIA, ae. f. *Genus piſcis plani et cartilaginei.* Plin. 9, 42 Simili modo ſquatina et rhombus abditi pinnas exteras mouent ſpecie vermiculorum, itemque quae vocatur raia. *Add.* Plin. 9, 24 Planorum piſcium eſt alterum genus, quod pro ſpina cartilaginem habet, vt raiae, paſtinacae, ſquatinae *etc.*

R A L

RALLA, ae. f. *Genus veſtis a raritate. Nam* Rarum, *Diminutiuum facit* Rallum. Auctor Nonius 14, 14. Plaut. Epid. 4, 2, 46 Quid iſtae quae quotannis nomina inueniunt noua? tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, *etc. vid. Scalig. in* Cirin.

RALLVM, i. n. *Ferramentum eſt quo raditur vomer, et inhaerente terra liberatur atque purgatur. Nomen habet a radendo.* Plin. 18, 19 Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rallo. *Sic poſt Turn. Harduinus. In Vet. Gloſſ.* Ralla, Rallum *et* Rallus *habet interpretationem* ξυστὴρ, *et* Rallum ramus, ξύστρα.

R A M

RAMALE, *vid.* RAMVS.

RAMEN, inis. n. Ramina Marc. Empir. *ſunt, quae* Scribon. Ramenta *vocat: vid. Barth. Adu.* 40, 4.

RAMENTVM, i. n. [ξύσμα, ῥίνημα] *Tenuis cuiusque rei particula, a* radendo, *quaſi raſura.* Plaut. Bacch. 4, 4, 29. Patri omne cum ramento reddidi, *ſubaudi* aurum. Columel. 4, 29 Quippe non ſcobem, ſed ramenta facit. *de terebra Gallica.* Ramenta papyri, *quas* Schedas, *item* philuras *vocat* Plin. 13, 11 ſ. 23 *quem locum dimus plenius in* CHARTA. Ramentum dici voluere, *inquit* Fulgent. Expoſ. ſerm. ant. 31 quaſi proiecticium quoddam purgamentum. Q. Fabius Lucul. Epic. carm. Viliſſimum ramentum, proluuioſa peſtis. Auri Capitolin. in Vero c. 10. Lamprid. in Comm. c. 17. Ferri ramentum Lucret. 6, 1043. Fluminum ramenta, *i. Arenae particulae* Plin. 33, 4. Nauis Sammon. v. 367. *i.* ζώπισσα. *vid Keuch.* Sulphurata ramenta Martial. 10, 3. Scribon. 191 Reiiciunt ab ſtomacho ramenta torminoſis ſimillima.

RAMENTA, ae. f. Plaut. Bacch. 3, 4, 15 Verum quam illa vnquam de mea pecunia ramenta fiat plumea propenſior, *etc. Ex* Nonio 3, 189. *Add.* Plaut. ib. v. 22. Nunquam hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior Plaut. Rud. 4, 3, 77.

RAMENTŌSVS, a, um. Adi. *Plenus ramentis.* Cael. Aurel. Tard. 4, 3 Sanguinolenta et ramentoſa.

RĀMEX, ĭcis. m. *Videtur ramum prima ſignificatione denotare Hinc eſt* Col. 9, 1, 3 *de vacerris, ſepimenti genere*, Per tranſuerſa laterum caua tranſmittuntur ramices, qui exitus ferarum obſerent. ¶ 2 *Vaſa illa pulmonis, quae ramos arbuſculae referunt.* Plaut. Merc. 1, 2, 26 Loquere id negotii, quidquid eſt. AC. placide: volo acquieſcere. Tua cauſa rupi ramices, iam dudum ſputo ſanguinem. (*Al.* atrum dum ſputo ſanguinem) CH. Reſinam ex melle Aegyptiam vorato, ſaluom feceris. Id. Poen. 3, 1, 37 Tua cauſa nemo noſtrorum eſt ſuos rupturus ramices. *Iuſſi erant currere et feſtinare, quae res pulmonibus, et anhelis quam aduerſa ſit, conſtat.* Varro *ap.* Non. 2, 743 Priusquam in orcheſtra Pithaules inflet tibicis (*leg.* tibias) domi ſuae ramices rumpit. *Et* Rapta a neſcio quo mulione raptoris ramices rumpit, *de puella libidini raptoris ſeruiente, et* latus *illius, ſic alias loquuntur*, rumpente. ¶ 3 *Herniae ſic vocantur, quod ſint quidam velut rami, pulli, ſtolones inteſtinorum.* Vet. Gloſſ. Ramex ἐντεροκήλη. Non. 2, 743 Ramices dicuntur pulmones, vel hernia. Lucilius, Quod deformis ſenex, arthriticus ac podagroſus Eſt, quod mancus, miſerque, exilis, ramice magno. *Saepe* Plinius *in remediis v. g.* 24, 5 ſ. 10 Cupreſſi folia trita — imponuntur — ramici. *Sic* 20, 12 *etc. Sic* Seren. Sammon. 690 Ramicis immenſum fertur cohibere tumorem *etc.* Iuuenal. 10, 205 Iacet exiguus cum ramice neruus. Vet. Schol. Neruus, penis: ramicem dicit inteſtinum. *At* Celſo *non quaelibet hernia ramex eſt, ſed* κιρσοκήλη *tantum, de qua ita loquitur, vt intelligamus, non inteſtinorum deſcenſum, ſed venas modo praeter naturam ortas et tumentes in inguine ab eo ramicis et* ramicum *nomine ſignificari. Vid.* 5, 18 *extr.* 5, 22 *fin. it.* 24. ¶ 4 *An* Ramex Vegetio Mulom. 3, 4, 11. *it.* 4, 19, 2 *ſignificet* Pulmunculum? *vide coniectantem Morgagnum ſub Scriptt. R. R. Geſner. Epiſt.* 3, 14.

RAMICŌSVS, a, um. Adi. [ἐντεροκηλήτης Gloſſ. Gr. Lat.] *Qui ramice laborat.* Plin. 30, 15 Ramicoſis cochlearum cinis cum ture ex oui albi ſucco illitus per dies XXX medetur.

RAMNĒTES, *Tertia pars Populi Romani temporibus Romuli: de quibus vide* LVCERES. Propert. 4, 1, 31 Hinc Tities, Ramnesque viri, Luceresque coloni, Quatuor hinc albos Romulus egit equos. *Alii* Rhamnetes *ſcribunt.*

RAMNENSES, [Ῥαμνήνσεις] *Iidem qui et* Ramnetes. Liu. 1, 13 Eodem tempore et centuriae tres equitum conſcriptae ſunt, Ramnenſes ab Romulo, ab Tito Tatio Titienſes appellati.

RAMVS, i. m. [κλάδος, κλὼν, ὄσχος] *eſt, Id in arbore (inquit* Theophraſtus) *quod a caudice fiſſum, multiplexque ſpargitur; vnde ramos nonnulli nodos appellauere, ſuntque veluti quaedam ipſarum arborum brachia.* *Vnde* Virg. Georg. 2, 296 Tum fortes late ramos et brachia tendens. Cic. de Orat. 3, 179 Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia, *etc.* Herba multorum ramorum Scribon. 227. Inſignis ramis oliuae Virg Aen. 6, 808. Vmbra ingens ramorum Idem Georg. 2, 489. Alti rami Lucret. 2, 30. Aureus Ouid. Met. 7, 277. Bifurcus Idem ibid. 12, 442. Caecus, *vid.* CAECVS. Felix Virg. Georg. 2, 81. Fortis Id. ibid. 2, 296. Fragilis Virg. Ecl. 8, 40. Frondens Idem Aen. 7, 135. Ingens Virg. Georg. 3, 333. Laureus, *vid.* LAVRVS. Lentus Virg. Georg. 4, 558. Longus Ouid. Met. 2, 352. Mutilatus Ouid. de Nuce 37. Nodoſi et Retorridi Sen. Ep. 12. Nudi rami, Sine frondibus Lucan. 1, 139. Pandi rami pondere Autumni Ouid. Met. 14, 660. *i. incuruati fructibus.* Patuli, *vid.* PATVLVS. Hor. Epod. 2, 56 Iucundior quam lecta de Pinguiſſimis Oliua ramis arborum. Teneri Ouid. Met. 2, 359. Virides Idem ibid. 12, 22. ¶ 2 *Verba:* Abrumpit teneros ramos manibus Ouid. Met. 2, 359. Adoptat ramus ramum, *de inſitione, vid.* ADOPTO. Amputans ramos inutiles falce Hor. Epod. 2, 13. Apprehendunt vites ramos Quinctil. 1, 2. Compeſcere fluentes ramos Virg. Georg. 2, 370. Contingere ramos fragiles Idem Ecl. 8, 40. Deciſis ramis quercus Virg. Aen. 11, 5. Defringere ramum arboris. Cic. pro Caecin. 60 c. 21 Qui praetereuntes ramum Defringerent arboris. Denudat foliis ramos et cortice truncos Cic. in Arat. 119. Deponere corpus ſub ramis arboris Virg. Aen. 7, 108. Diffunduntur late rami Caeſ. Bell. Gall. 6, 25. Diffundit ramis arborem Deus. Columel. 3, 10 Truncum deinde ſuperpoſuit velut quandam ſtaturam corporis et habitus: mox ramis Diffudit quaſi brachiis. Direpti rami arbore Ouid. Met. 11, 29. Extendere ſe rami poterunt Virg. Georg. 2, 287. Figere ramos humo Ouid. Faſt. 2, 648. Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus Idem de Arte Am. 2, 179. Frondeſcunt ſummi rami Lucret. 1, 1092. Habet ramos pomiferos ſilua Sen. Herc. fur. 9. Nutant pondere rami Ouid. de Arte Am. 2, 263. Parat in ramo larem Idem Faſt. 3, 241. Percuſſi ventis Sen. Hippol. 3. Stetit ramus nudus fugiente pomo Senec. Thyeſt. 2. Surgentes in rectum rami Scribon. 227. Turgeſcit in arbore Ouid. Triſt. 3, 12, 15. ¶ 3 *Obſ. Pro* claua *etiam* Ramus *ponitur* Stat. Theb. 11, 48 Et ſimiles Ramos, ſimileſque videre ſagittas, *cum reſpectu ad* clauam Herculis. *Nempe* claua *nihil aliud quam* ramus *eſt, vt ſuo loco obſeruauimus. Metaph.* Plin. 6, 27 Sub monte Cambalido, qui eſt Caucaſi ramus. Ramus *in radice quoque arborum dicitur*, Columel. 5, 10 Quum ad ſcrobis ſolum radix peruenit, duritia humi coërcita recuruatur, et ex ſummo duûm ramorum ambas radices emittit. *de nuce.* Amputare ramos miſeriarum, *vid.* AMPVTO.

RAMŬLVS, i. m. Dimin. [κλαδίσκος] Columel. 5, 5 Nam in brachiatis plerumque fit, vt aut crure, aut cornibus boum, ramuli vitium defringantur. *Add.* Ib. c. 6. Cic. de Diuin. 1, 123 Quum ille reſpondiſſet, in agro ambulanti ramulum adductum, vt remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe, *etc.* Floridi ramuli Catull. 5?, 22. Nitidiſſimus ramulus, *vid.* NITEO. Ramulus lauri Suet. in Galba c. 1. *vbi Caſaubonus obſeruat ſurculum intelligi, cum ex craſſiore ramo propagari laurus non poſſit.*

RAMVSCŬLVS, i. m. *Aliud* Dimin. [κλωνάριον] Plin. 20, 23 E viridi ferula ramuſculus, vtilis eſt ad omnia ea vitia.

RAMOSVS, a, um. Adi. [κλαδώδης] *Ramos habens multos.* Plin. 13, 5 Nam quae durum, acutum, ſpinoſum habet, oxycedros vocatur, ramoſa et nodis infeſta. Arbor ramoſa Lucret. 5, 1095. Ceruix ramoſa colubris Ouid. Met. 9, 73. *de Hydra Lernaea.* Cornua ramoſa cerui Virg. Ecl. 7, 30. Corpora ramoſa Lucret. 2, 446. Curalium quam ramoſiſſimum Plin. 32, 2. Domus Siluani ramoſa Propert. 4, 4, 5. Folium ramoſius Plin. 21, 10. Frutex ramoſior Idem 26, 10. Garrula ramoſa proſpexit ab ilice perdix Ouid. Met. 8, 237. Laureae ramoſiſſimae Tertull. Apol. c. 35. Stipes ramoſus Ouid. Faſt. 3, 751.

RAMVLŌSVS, a, um. Adi. [κλωναριώδης] *a Ramulus.* Plin. 16, 24 Ramuloſa folia vlmo et cytiſo.

RAMĀLE, is. n. [κλαδάριον] *Ramus inutilis ex arbore deciſus.* Ouid. Met. 8, 644 Multifidasque faces, ramaliaque arida tecto. Perſ. Sat. 1, 97 Vt ramale vetus vegrandi ſubere coctum. Veteris ramalia fagi Perſ. Sat. 5, 59.

RAMEVS, a, um. Adi. [κλάδινος] *Quod ex ramo eſt.* Virg. Georg. 4, 303 — Et ramea coſtis *(abeni)* Subiiciunt fragmenta, thymum, caſiasque recentes.

R A N

RANA, ae. f. [βάτραχος] *Animal paluſtre praeſertim, vt tamen etiam in* rubis et mari *inueniantur* ranae. *Ergo aliae ſunt* terreſtres, *aliae* marinae. *Ex terreſtribus quaedam in vepribus tantum viuunt,* et rubetae *appellantur a* rubis. *Exempla dabit, multa praeſertim de* rubetis Plin. 32, 5. Aliae inter arundines fruticesque verſantur. *Sunt et ranae arborem ſcandentes, et ex ea vociferantes ob id a calamis* Calamitae. *v. v.* Plin. 10, 29 Quum Theophraſtus tradat inuecticias eſſe in Cyrenaica vocales ranas. Prognoſtica ranarum Cic. Att. 15, 16. Idem de Nat. Deor. 2, 125 c. 49 Ranae autem marinae dicuntur obruere ſeſe arena ſolere, et moueri prope aquam: ad quas quaſi ad eſcam piſces cum acceſſerint, confici a ranis atque conſumi. Et veterem in limo ranae cecinere querelam Virg. Georg. 1, 378. Loquaces Idem ibid. 3, 431. Lurida Varr. R. R. 1, 2, 26. Paluſtres Hor. Serm. 1, 5, 14. Turpes Idem Epod. 5, 19. Virides Ouid. Met. 15, 375. Rana cocta cani obiicienda, qui vult ſe ſectari a cane Varr. R. R. 2, 9, 6. Nihilo rana Gyrina prudentior, *Inſtupidos prouerbium.* *Nempe, vt hic reuocemus, quod in* Gyrino *debebat poni,* Pariunt *ranae teſte* Plin. 9, 51 carnes nigras, quas gyrinos vocant, oculis tantum et cauda inſignes: mox pedes figurantur, cauda findente ſe in poſteriores. *Vid. Viri docti ad* Cic. de Diuin. 1 c. 9. ¶ 2 Rana, *Morbus bobus peculiaris.* Columel. 6, 8 Solent etiam faſtidia cibo afferre vitioſa incrementa linguae, quas ranas vocant veterinarii.

RANŬLA, ae. f. Dimin. Apul. Met. 9 p. 233 Virens exſiluit ranula. *De vitio linguae* Veg. Mulom. 3, 3, 12.

RANVNCŬLVS, i. m. Dimin. [βατράχιον] Cic. de Diu. 1, 15 c. 9 *cum poſuiſſet ex Arato,*

Vos quoque ſigna videtis, aquaï dulcis alumnae,
Cum clamore paratis inanes fundere voces,
Abſurdoque ſono fontes et ſtagna cietis.

Addit, Quis eſt, qui ranunculos hoc videre, ſuſpicari poſſit? Cic. Fam. 7, 18 *in fine,* Nam Vlubris honoris mei cauſa vim maximam ranunculorum ſe commoſſe conſtabat. *Significat Homines habitantes in paluſtribus locis, Vlubrenſes, minutos, contemtos.* ¶ 2 Ranunculus, *Herba.* Plin. 25, 13 Ranunculum vocamus, quem Graeci batrachion. Genera eius quatuor, Vnum pinguioribus quam coriandri foliis et ad latitudinem maluae accedentibus, colore liuido, caule albo, gracili, et radice alba Naſcitur in limitibus humidis et opacis. Alterum folioſius, pluribus foliorum inciſuris, altis caulibus. Tertium minimum eſt, graui odore, flore aureo. Quartum ſimile huic, flore luteo. Omnibus vis cauſtica, ſi cruda folia imponantur, puſtulasque vt ignis faciunt.

RANCEO, RANCO, RACCO *ficticium verbum ex voce tigridum. Auctor* Philomelae 49 Tigrides indomitae rancant, rugiuntque leones. *Schottus qui Obſeruatt. hum. 2, 52 emendatam a ſe hanc eclogam propoſuit,* raccant *dedit.* Rancent *autem legiſſe videtur, et huc reſpexiſſe, ita ſcribens Budaeus poſteriore libro Philologiae,* Rancere *ficticia voce tunc dicuntur (de ceruis loquitur.)* Rancentes *autem* ololygones *(ſic enim tum vocantur) diluculo venator ſecundo vento exaudiens: decumanumque eſſe* rancore *diiudicans, aut alias memorabili magnitudine, eo decurias canum admouet, indagatore numellato venatus auſpicatum praeeunte, vt fere alias ſolet.*

RANCENS, entis. Partic. [σηπόμενος] *a Verbo inuſitato* RANCEO, *idem quod* Rancidus. Lucret. 3, 720 Vnde cadauera rancenti iam viſcere vermes Exſpirant? *i. Vnde cadauera e viſcere rancenti vermes edunt? Lambinus.*

RANCESCO, ĕre. *Idem quod Ranceo.* Arnob. 1 p. 12 Praecipiant, olearum fluenta ranceſcere. Ranceſcit caritas Ennod. 4, 19.

RANCOR, ōris. m. [σηπεδὼν] *Putor quidam aut odoris grauitas. quae ex vetuſtate et putredine ac corruptione naſcitur.* Palladius 1, 20, 2 Receptacula olei ſemper ſint munda, ne nouos ſapores veteri rancore infecta corrumpant. Idem in Octobri 10, 2 Canales, et omnia receptacula olei, calida aqua prius lauabis, vt nihil de anni praeteriti rancore cuſtodiant. *Metaph.* Conſcientiae noſtrae teſtis eſt Deus, poſt reconciliatas amicitias nullum interceſſiſſe rancorem Hieron. Ep. 66 ad Ruffin. *Eſt igitur* rancor *moleſta iniuriarum memoria.*

RANCĬDVS, a, um. Adi. [σαπρὸς] *Quod eſt rancore putidum.* Hor. Serm. 2, 2, 89

Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia naſus
Illis nullus erat; verum hac ratione, quod hoſpes
Tardius adueniens vitioſum commodius, quam
Integrum edax dominus conſumeret.

Rancidus adſpectus Plin. 22, 22 ſ. 46 *de boletis, quorum ipſe adſpectus rancorem videtur prodere.* Rancidus, pro Putrido. Lucret. 6, 1153 Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu, *etc.* *Compar.* Iuuenal. 6, 185. Apul. Met. 10 p. 245.

RANCĬDE. Adu. [σαπρῶς] Gell. 18, 8 In collocandis verbis immodice faciunt et rancide. Idem c. 11.

RANCIDŬLVS, a, um. Adi. Dimin. [ὑπόσαπρος] Iuuen. Sat. 11, 135 — Non tamen his illa vnquam opſonia fiunt Rancidula. *Metaph.* Martial. 7, 33 Qui ſic rancidulo loquatur ore. Rancidulum quiddam balba de nare locutus Perſ. 1, 33.

RANCIDOR, āri. Dep. Vita voluptaria aut rapina ſuccenditur, aut liuoribus rancidatur, *moleſta redditur* Fulgent. Mythol. 2.

R A P

RAPA, *vid.* RAPVM.

RAPACITAS, RAPACITER, RAPAX, *vid.* RAPIO.

RAPHANA, ae. f. *Nobilis ciuitas in Decapoli regione Syriae.* Plin. 5, 18 Plurimi tamen Damaſcum et Optoton riguas amne Chryſorroa, fertilem Philadelphiam, Raphanam, omnia in Arabiam recedentia, *etc.*

RAPHĂNVS, *ſiue* RHAPHĂNVS, i. m. [ῥάφανος] *Genus radicis notae.* Plin. 19, 5 Cortice et cartilagine conſtant raphani: multisque eorum cortex craſſior etiam quam quibusdam arborum. Amaritudo plurima illi eſt, et pro craſſitudine corticis. Caetera quoque aliquando lignoſa. Et vis mira colligendi ſpiritum, laxandique ructum. Ob id cibus illiberalis: vtique ſi proxime olus mandatur: ſi vero cum oliuis drupis, rarior ructus ſit, minusque foetidus. Catull. ad Aurel. ſ. 15 *extr.* Quem attractis pedibus, patente porta, Percurrent raphanique, mugileſque. *Innuit adulterorum poenam, quos deprehenſos conſtringebant quadrupedes, ac violenter depilatis partibus pudendis, per podicem ſummo cum cruciatu grandiores raphanos aut mugiles immittebant.* Iuuen. Sat. 10, 317 — Quosdam moechos et mugilis intrat. *Aliud* raphani genus ſilueſtre, *de quo* Plin. 20, 4 *qui addit,* Eſt et ſatiui vſus in Italia, et armoraciam vocant ſatiuam. Et ſatiui vero decocti mane poti ad ternos cyathos, comminuunt et eiiciunt calculos. *Haec ille et multo plura.* *Fem.* Raphanus cocta Sammon. v. 375. *vid. Burm. h. l.* Raphanus, *pro Braſſica. Hermolaus in* Plin. 19, 7 *Attica lingua* raphanus braſſicam *ſignificat, non radicem, quam illi proprie* raphanida, *non* raphanum *vocabant. Sed poſtea inoleuit atque obtinuit, vt* raphanus *pro radice caperetur, non pro braſſica. Idem in Corollario c. 349* Braſſicam *antiqua Graecia non* Cramben, *ſed* Raphanon *appellabat: quod et Ariſtoteles, vt Iulius Pollux, inquit, et Theophraſtus, fere ſequitur. Haec ille. Cornarius in Galeni de Compoſitione pharmacorum ſecundum locos 2, 7 Braſſicam, inquit, id eſt* κράμβην, *a veteribus fuiſſe item* ῥάφανον *dictam, Ariſtot. 5, 19 de animalium hiſtoria teſtatur, vbi de braſſicarum crucis ait,* αἱ δὲ γίγνονται ἐκ τῶν φύλλων τῶν χλωρῶν, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς ῥαφάνου, ἣν καλοῦσί τινες κράμβην. *Et ſic ſane etiam Theophraſtus vocat. Atque inde natus error videtur eorum, qui cramben et braſſicam,* rhaphanum *hodiernum eſſe exiſtimant, aequiuoco* rhaphani *decepti, qui veteribus etiam de braſſica (vt dixi) hodie de ea tantum quam* radicem et radiculam *appellamus, vſurpatur, velut etiam Galen. 2 de Aliment. teſtatur.* Plin. *certe 17, 24 in fine,* Rhaphanum *ex Theophraſto vt apparet itidem* Rhaphanum *reddidit, quam* braſſicam *oportuit, velut ex eodem Theophraſto 20, 9 manifeſtum fit, vbi de braſſica idem repetit. Haec et plura Cornarius.*

RAPHANĪNVS, a, um. Adi. [ῥαφάνινος] *Vt,* Raphaninum oleum Plin. 23, 4. *Dioſcor. 1, 36.*

RAPHANIDES Thaliae, *apud* Cael. 9, 12.

RAPHANĪTIS, is. f. [ῥαφανῖτις] *Genus Ireos herbae.* Plin. 21, 7 *de Iri*, Illyrica quoque duorum generum eſt. Raphanitis a ſimilitudine, quae et melior: et rhizotomos ſubrufa. Optima, quae ſternutamenta tactu mouet. Caulem habet cubitalem et rectum. Floret diuerſi coloris ſpecie, ſicut arcus caeleſtis, vnde et nomen.

RAPHANOSAGRIA, ae. f. *Herba, al. raphanus ſilueſtris.*

RAPICIVM, *vid.* Rapicia, *in* RAPVM.

RAPIO, rapui, raptum, ĕre. [ἁρπάζω] *Per vim, aut cum feſtinantia, ſiue cum furore trahere, euellere, auferre.* Ter. Andr. 5, 2, 20 Sublimem hunc intro rape quantum potes. *Subito auferri vult et ſic tolli, vt pedibus terram non contingat.* Virg. Georg. 1, 203 Atque illum in praeceps prono rapit alueus amni. Ter. Adelph. 3, 2, 21 Caeteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, proſternerem. Aliquem intra iuuentam praematuro exitu Tac. Ann. 2, 71, 2. Campum rapit acrior ſonipes Stat. Theb. 5, 1. Carinas venti rapuere Lucan. 3, 46. Cic. de Diuin. 1, 11 Rarum eſt quoddam genus eorum, qui ſe a corpore auocent, et ad diuinarum rerum cognitionem cura omni ſtudioque rapiantur. Commeatum in naues Liu. 41, 3. Cic. Verr. 5, 138 c. 52 Nauium praefectos ſine vlla cauſa de complexu parentum ſuorum, hoſpitumque tuorum, ad mortem, cruciatumque rapuiſti. Cic. Verr. 5, 166 c. 64 Ille quisquis erat, quem tu in crucem rapiebas, qui tibi eſſet ignotus, quum, *etc.* Cic. Verr. 1, 65 c. 25 Iſte qui vna cupiditate raperetur, totum illius poſtulatum, cauſamque neglexit. Cupiditate caeca praedae ac rapinarum rapi Cic. in Piſon. 57. Currum equi rapiunt per auia Ouid. Met. 2, 205. Cic. Acad. 4, 114 Neque vero tu ſolus, ſed me ad ſuam Diſciplinam quisque rapiet. Cic. de Legib. 2, 43 c. 17 Nos opinionibus vulgi rapimur in Errorem, nec vera cernimus. Fatis rapi Ouid. ex Pont. 2, 2, 32. In fomite Flammam rapere Virg. Aen. 1, 180. *ignis excitandi cauſa.* Flammae rogales rapuere te, *combuſtus es in rogo* Ouid. Amor. 3, 9, 41. Fortuna rapit iuuenes Idem ad Liu. 372. Cic. de Inuent. 2, 36 Eam cauſam putare, quae homines audaces in Fraudem rapere ſoleat. Fugam rapere Valer. Argon. 5, 271. *i. cito capere.* Vltimum hoc Gaudium fatis properantibus rape Petron. c. 114. Greſſus rapit Lucan. 3, 115. *i. Quanta vi poteſt, intendit gradum.* Ὁρμὴ, quae hominem huc et illuc rapit Cic. Off. 1, 101. Impetus rapit huc, rapit illuc Stat. Theb. 12, 794. Ad Id rapi, quod bonum videtur Cic. Tuſc. 4, 12. Inops mentis rapitur Ouid. Faſt. 4, 457. Imperium rapere Tacit. Hiſt. 3, 19. In Inuidiam aliquem rapere, Inuiſum eſſe. Cic. Acad. 4, 126 Sed quum rapior in Inuidiam, licetne per vos neſcire quod neſcio? *Conf.* Id. Agr. 3 c. 2. Rapuitque ruens in praelia miles, Quod fugiens timuiſſet Iter Lucan. 4, 151. Inuitum rapere aliquem Ouid. Met. 7, 74. In Ius aliquem rapere, quod et Trahere, et vocare dicitur Plaut. Poen. 5, 5, 56. Idem Aſin. 2, 4, 32 Nam vidi hunc ipſum adducere, et rapere in Ius Exaerambum. In Iura rapies malis ridentem alienis Hor. Serm. 2, 3, 72. Laborem ſibi quisque rapiunt Sil. 13, 187. Plin. Pan. 14, 3 Cum Legiones duceres, vel potius, tanta erat velocitas, raperes. Hor. Serm. 2, 5, 53 Sic tamen vt Limis rapias, quid prima ſecundo Cera velit verſu. *i. Obliquis oculis raptim legas.* De Luce rapi Stat. Theb. 8, 102. Viue, Vlyſſes, dum licet: Lumen poſtremum oculis rape Ennius *ap.* Cic. de Orat. 162 c. 40. *Addit* Cicero, Non dixit *cape*; non, *pete*: haberet enim moram ſperandi diutius eſſe ſeſe victurum; ſed *rape.* Hoc verbum eſt ad id aptatum, quod ante dixerat, *dum licet.* In Moerorem me rapit ſtultitia mea Plaut. Ciſt. 1, 1, 63. Ad Mortem rapi Cic. in Catil. 1, 27 c. 11 Nonne hunc in vincula duci, non ad Mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis? Nauem: Cic. pro Lege Manil. 21 Ab eodem imperatore claſſem magnam et ornatam, quae ducibus Sertorianis ad Italiam ſtudio inflammato raperetur, ſuperatam eſſe atque depreſſam. Ocellos alicuius Ouid. Amor. 2, 19, 19. Cic. de Aruſp. Reſp. 39 Quare miſerior es, quum in omnem fraudem raperis Oculis, quam ſi omnino oculos non haberes. In Odium aliquem Auctor ad Heren. 1, 8. Oſcula rapere Tibull. 1, 4, 53. Hor. Od. 2, 12, 28. In contrariam Partem Cic. Fam. 10, 33. In Partesque rapit varias Virg. Aen. 4, 286. In peiorem Partem Ter. Prol. Adelph. 3. *Vbi* Donatus, i. e. Vitio dare, vituperare. Pauore equi rapitur tractus Sil. 4, 257. Pedes quo te rapiunt, et aurae Hor. Carm. 3, 11, 49. Pergama incenſa alii rapiunt feruntque Virg. Aen. 2, 374. Ad Poenam rapere. Cic. pro Flacc. 5, c. 2 Rapitur ad Poenam qui indicia communis exitii cepit. *al.* repetitur. Praecipitem rapere aliquem Ouid. Met. 3, 694. In Praeceps prono rapit alueus amne Virg. Georg. 1, 203. Praelia rapuerunt vrbes, *i. in praelia ruerunt* Claud. in Eutrop. 2, 568. Ad Praetorem aliquem rapere Plaut. Aul. 4, 10, 30. Se alicunde rapere ocyus Hor. Serm. 2, 7, 118. Se aliquo rapere Ouid. Amor. 3, 5, 29. Se rapere ad: Cic. Philipp. 13, 18 Inde Se quo furore, quo ardore, ad vrbem, id eſt ad caedem optimi cuiusque rapiebat? Cic. de Nat. Deor. 2, 128 Quum autem in locis ſemen inſedit, rapit omnem fere cibum ad Seſe, eoque ſeptum fingit animal. Ad Se conuertere et rapere Cic. Off. 2, 37. *Vid. mox* Vultus rapere. Senſu et coniectura rapi Cic. de Aruſp. Reſp. 54. Spem, voluptates, illicitas Tac. Hiſt. 1, 13, 6. *et* 3, 41, 2. Ad Stuprum virgines Liu. 26, 13. In Sublime Plin. 35, 10. Ad Supplicium rapi, quod et Trahi dicitur. Cic. Verr. 3, 7 Rapiunt eum ad Supplicium dii patrii, quod iſte inuentus eſt qui, *etc.* Templa putes, vrbemque rapi Stat. Theb. 7, 599. *vt* Pergama. Ad Tortorem rapi Cic. Tuſc. 5, 13. Venerem incertam rapientes more ferarum Hor. Sat. 1, 3, 9. Viam rapere aliquo Sil. 8, 182. Virginem rapere, *eſt vim inferre illius pudori, et eam violare* Plin. 15, 29 Propter raptas Virgines. *Vid.* Quinct. Declam. 259. 262. *et ibi Aerod. it.* 270. 280. *Schulting. ad* Sen. Contr. 11 p. 159. Vis rapuit, rapietque gentes Hor. Carm. 2, 13, 20. Rapite ex liberis Voluptates Sen. ad Marc. c. 10. Vultus alicuius rapere Ouid. Amor. 3, 6, 28. *i. ſubito attrahere et in ſe conuertere: pulchrae rapiunt vultus amatorum. Vid. ad* Se Rapere. ¶ 2 *Obſ.* Rapi ſimulatur virgo ex gremio matris, aut ſi ea non eſt, ex proxima neceſſitudine, quum ad virum trahitur, quod videlicet ea res feliciter Romulo ceſſit. Rapi ſolet fax, qua praelucente noua nupta deducta eſt ab vtrisque amicis, ne aut vxor eam ſub lecto viri, ea nocte ponat, aut vir in ſepulcro comburendam curet, quo vtroque mors propinqua alterius vtrius captari putatur. Feſtus. Rapere, *pro cupide emere.* Harum (*Epiphanii literarum*) exemplaria certatim rapiebantur, vel ob auctoris meritum, vel ob elegantiam ſcriptionis Hieron. *ap.* Pammach. Cum tota certatim vrbe raperetur *liber*, exſultantes librarios vidi, quod nihil ab his quaeſtuoſius haberetur Sulp. Seuer. Dial. 1 c. 16. Cic. de Legib. 2, 22 c. 9 Sacrum ſacroue commendatum qui clepſerit rapſeritue, parricida eſto.

RAPIENS, entis. Partic. [ἁρπάζων] Hor. Carm. 3, 3, 52 Omne ſacrum rapiente dextra. Rapientibus Eſſeda mannis Ouid. Am. 2, 16, 49. Flamma rapiente curſum ocior Senec. Hippol. 6. Ventus rapiens incendia Lucan. 3, 496.

RAPIENDVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἁρπαςέος] *Vt*, Pignora rapienda manu Ouid. Faſt. 6, 446. Ad arces rapiendas tendit Lucan. 6, 14. Spes rapiendi et praedandi occaecat animos Cic. Philipp. 4, 9.

RAPTORIVS, a, um. Adi. Machinamentum C. Aurel. Tard. 3, 6. *et* 5, 9.

RAPTVS, a, um. Partic. [ἁρπαϑεὶς] Raptus a diis Ganymedes Cic. Tuſc. 1, 65 c. 26. Sublime raptus Tacit. Hiſt. 4, 30. Amore caeco raptus furit Ouid. Faſt. 2, 762. Auribus raptis populata tempora Virg. Aen. 6, 496. Fortuna rapta ex oculis Liu. 28, 7. Iuuenis raptus flebili ſponſae Hor. Od. 4, 2, 21. Lingua rapta Ouid. Met. 6, 632. Cic. Tuſc. 3, 26 Qualis tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelope natus, qui quondam a ſocero Oenomao rege Hippodamiam raptis nactus eſt nuptiis? Occaſio rapta Liu. 27, 18. Oſſa ab ore canis Hor. Epod. 5, 23. Praedas raptas ad litora vertere Virg. Aen. 1, 532. Tecta rapta Ouid. Triſt. 3, 10, 18. Virginitas rapta Ouid. Met. 8, 85. *de filia Eriſichthonis.* Virgo rapta Hor. Carm. 2, 4, 7. *Eſt etiam ſimpliciter praematura morte defunctus*: Hic finis rapto Stat. Silu. 2, 1, 208. *Add.* Ib. 5, 3, 16.

RAPTVM, i. n. [ἁρπαϑὲν] Liu. 7, 25 Quos rapto viuere neceſſitas cogeret. Martial. 7, 46. Sen. Ep. 70 *fin.* Diuidere rapta Liu. 1, 4. Potiri rapto Virg. Aen. 4, 217. Viuere de rapto Ouid. Triſt. 5, 10, 16. Viuitur ex rapto Idem Met. 1, 144. Ad ſe tuendum rapto Vti Vell. 2, 73, 3.

RAPTVS, ûs. m. [ἁρπαγμὸς] *Actus rapiendi, vel id quod patitur, qui rapitur.* Cic. Verr. 4, 107 c. 48 Locus vt ipſe raptum illum virginis (*Proſerpinae*) quem iam a pueris accepimus, declarare videatur. Idem Tuſc. 4, 72 c. 33 Quis aut de Ganymedis raptu dubitat quid Poëtae velint? Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 12 It Venus, et raptus metitur corde futuros. Raptus Supinus Caelio Aureliano *eſt* Opiſthotonia. *v. v. Frequenter de bellicis praedationibus et rapinis, illisque gentium in gentes latrociniis adhibetur. V. g.* Raptus licentius exercere Tac. A. 15, 38 *extr.* Nullis raptibus aut latrociniis populantur Idem Germ. 35, 4. *Add.* Id. Ann. 2, 52, 1. *et* Hiſt. 1, 46, 4. ¶ 2 *Quod ante obſeruauimus*: Rapere virginem *eſſe pudorem illi eripere, per vim ſtuprare*; Raptus *eodem modo ponitur.* Calpurn. Decl. 44 De raptu puella concepit et peperit. *Add.* RAPTOR *et* RAPTIO.

RAPTVRA, ae. f. [ἁρπαγὴ] *Laudatur* Plin. 11, 24 Quum vero raptura incidit, quam vigilans et paratus ad curſum? *Sed caſtigata exemplaria habent* Captura. *h. e. Praeda. de aranea.*

RAPTOR, ōris. m. [ἁρπακτὴρ] Plaut. Epid. 2, 2, 115 Raptor hoſtium glorioſus. Idem Trin. 2, 1, 23 Raptores panis et peni. Columel. 7, 12 Quum et lupi repellere inſidias, et raptorem ferum conſequi fugientem, praedamque excutere atque auferre debeat. Audax raptor Hor. Carm. 3, 20, 4. Conſilium raptor vertit ad fallaciam Phaedrus 1, 31, 5. Ferri magnes Auguſt. de C. D. 21, 4. Alieni Honoris raptores Ouid. Met. 8, 438. Italicae Libertatis Vell. 2, 27, 2. Orbis raptores Tac. Agric. 30, 6. *de Romanis.* Spiritus Val. Max. 5, 3. *i. homicida.* ¶ 2 *Stuprator violentus, vid. ll. cc. in* RAPERE *et in* RAPTVS.

RAPO, ōnis. m. [ἁρπακτὴς] *Idem quod* Raptor. Pomponius, Ne vos conturbent auri argentique rapones Non. 1, 108.

RAPTVRVS, a, um. Partic. [ἁρπάσων] Lucan. 5, 99 Namque ignibus atris Creditur vt captae rapturus moenia Romae.

RAPTO, āre. [διαρπάζω] *Frequenter vel violenter rapere.* Lucret. 1, 280

> Sunt igitur venti nimirum corpora caeca (*inuiſibilia*)
> Quae mare, quae terras, quae denique nubila caeli,
> Verrunt, ac ſubito vexantia turbine raptant.

Virg. Aen. 1, 483 Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Fortunae vexatae, diſſipati liberi, raptata coniux Cic. pro Sext. 145 c. vlt. Aethere raptauit toto Lucret. 5, 399. Captus raptatur manu Stat. Theb. 9, 161. Curru quadriiugo raptari Cic. Tuſc. 1, 105 c. 44. *ex Poëta.* Equorum arbitrio raptatur Ouid. Met. 2, 234. Per vim raptari Idem Ibid. 12, 223. ¶ 2 Raptare *conuiciari eſſe volunt Palmer. et Taubm. ad* Argum. 2 Amphitr. Plautinae, Atque inuicem Raptant pro moechis *int.* ſe: raptant *autem eſt* rapere *in ius volunt.* Plaut. Aul. 4, 4, 5 Strobilus ad Euclionem, Quid me afflictas? quid me raptas? qua me cauſa verberas? *Societas verborum indicat* raptas *eſſe huc illuc rapis. Sed* Mil. 2, 6, 10 *relinquendum eſt* Plauto, Meamne hic in via hoſpitam, — Tractatam et ludificatam, *vt* v. 30 Tum quod tractauiſti hoſpitam. *i. trahere intro voluiſti, manum inieciſti. Iudiciale eſt etiam* Prop. 3, 9, 27 Nam quid ego heroas, quid raptem in crimine (*Sic Brouckh.* crimina *al.*) diuos? *i. accuſem. Eſſe autem hoc etiam iudiciale Verbum, non modo illa oſtendunt, quae in* OBTORQVEO *et* OBTORTVS *poſita ſunt, ſed* Apul. de Deo Socr. p. 50, 37 Raptare illico et trahere veluti cuſtodiam ſuam (*cuſtodiendum a ſe reum*) ad iudicium, atque illic in cauſa dicenda aſſiſtere.

RAPTĀTVS, a, um. Partic. [διαρπαϑεὶς] *Vt*, Bigis raptatus Virg. Aen. 2, 272.

RAPTĬTO, āre. *Aliud* Frequent. Gell. 9, 6.

RAPAX, ācis. Adi. [ἁρπακτικὸς] *Auidus, et rapinis intentus.* Plaut. Perſ. 3, 3, 6 Procax, rapax, trahax. Inopia rapax, metu ſaeuus Sueton. Domit. c. 3. Pſeudo-Salluſt. in Cic. 5 Rapaciſſimae manus. Columel. 8, 17 Rapax lupus. Olim furunculus, nunc rapax Cic. in Piſon. 66. Falces rapaces Lucret. 3, 650. Fata rapacia Senec. Herc. Oet. f. 2. Fluuii Virg. Georg. 3, 142. Ignis Ouid. Met. 8, 843. Mors Tibull. 1, 3, 65. Torrens Senec. Theb. 1. Ventus Valer. Argon. 4, 606. Vndis rapacibus committere ſe Ouid. Met. 8, 550. Idemque Thalle turbida rapacior procella Catull. ad Thallum 23, 4. Rapax virtutis ingenium Senec. Epiſt. 96. *quaſi ad magnetem reſpiciat. Sic* Nihil eſt enim appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, quam natura Cic. de Amicit. 50 c. 14. *Superl.* Procuratorum rapaciſſimus quisque Sueton. Veſp. c. 16.

RAPACĪDA, ae. c. *Imitatione patronymicorum, ioco comico ficti.* Rapa-

Rapacidae, *vt* Aeacidae. Plaut. Aul. 2, 7, 8 Rapacidarum vbi tantum ſiet in aedibus.

RAPACĬTAS, ātis. f. [τὸ ἁρπακτικόν] Columel. 1, 7 Niſi ſi maxima vel negligentia ſerui, vel rapacitas interuenit. Martial. 12, 53 Dirae filius eſt rapacitatis. Quis in rapacitate auarior! Cic. pro Cael. 13 c. 6. *de Catilina.*

RAPĬDVS, a, um. Adi. [ὁρμητικὸς] *Velox: ab eorum, qui rapiunt, celeritate.* Plin. 16, 39 Tantum tempeſtiuitas etiam in rapida celeritate pollet. Corripiunt, rapidique rotanti turbine portant Lucret. 1, 295. Rapidus in vrbem vectus Tac. Hiſt. 2, 54, 2. Aequor rapidum Valer. Argon. 4, 270. Aeſtus Virg. Ecl. 3, 10. Agmen Tac. Hiſt. 2, 30, 1. Alae Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 254. Amnis Virg. Aen. 6, 550. Amnes rapidos tranant Lucret. 1, 15. Arma Sil. 5, 98. Aura rapida velocius Ouid. Met. 3, 209. Bella Claud. in Conſ. Stil. 1, 188. Canes Lucret. 5, 890. Clamores rapidi Stat. Theb. 5, 96. *Alia exemplaria habent Rabidi.* Currus Virg. Aen. 12, 478. Curſus Idem ibid. 5, 291. Decurſus Virg. Aen. 12, 523. Equi Ouid. Epiſt. 9, 28. Ferae Idem ibid. 11, 111. Flamen Virg. Aen. 4, 241. Flamma Ouid. Met. 2, 123. Flumen Hor. Serm. 2, 3, 242. *Conf.* Virg. Ecl. 1, 66. Flumen rapidiſſimum Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 50. Gurges Cic. de Nat. Deor. 2, 106. Ignis Virg. Georg. 4, 263. Irae Stat. Theb. 3, 96. Lapſus rapidi fluminum Hor. Carm. 1, 12, 9. Leones Idem de Arte Poët. 393. Lupa Ouid. de Arte Am. 3, 8. Mare Tibull. 4, 1, 141. Cic. de Finib. 2, 3 Quum enim fertur quaſi torrens oratio, quamuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coërceas. Paſſus Virg. Aen. 7, 156. Rotis rapidis inſiſtere Virg. Georg. 3, 114. Sol Idem ibid. 1, 424. Torrens Virg. Aen. 2, 305. Turbo Lucret. 1, 638. Venti Virg. Aen. 6, 75. Vnda rapidior Curt. 4, 9, 18. Volucris rapidiſſima Ouid. Met. 2, 716. Vortex Virg. Aen. 1, 121. Vortices rapidiſſimi Curt. 9, 4, 11.

RAPĬDE. Adu. [ὁρμητικῶς] Cic. de Legib. 2, 6 Rapideque dilapſus cito in vnum confluit. *de Fibreno fluuio.* Cic. in Orat. 128 c. 37 Quod quum rapide fertur, ſuſtineri nullo pacto poteſt. *de argumento quod vocatur παθητικόν. Compar.* Rapidius contracto quod erat militum Tac. Hiſt. 4, 71, 6. *Add.* Sidon. Ep. 1, 2. Frontin. Strat. 2, 5.

RAPIDŬLVS, a, um. Adi. Mart. Capell. 8 p. 270 Rapiduli ſonitus raucitas.

RAPIDĬTAS, ātis. f. [τὸ ὁρμητικὸν] *Velox impetus.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 62 Tum etiam rapiditate fluminis ad tranſeundum impedirentur.

RAPTIM. Adu. [ἁρπάγδην] *Velociter, cito.* Plin. 17, 14 Semine raptim auium fame deuorato. Liu. 3, 23 Fabius omiſſis omnibus, praedam ex caſtris raptim Antium conuehit. Cic. Att. 1, 17 Et raptim in eam ſententiam pedarii cucurrerunt. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 5 *pr.* His de cauſis aguntur omnia raptim atque turbate. Lucret. 3, 1015 Et plani raptim petit aequora campi. Iſte ſe raptim domum ſuam coniicit Auctor ad Heren. 4, 65. Conquiſita nauigia Plin. Paneg. c. 34. Ducere Tac. Ann. 1, 56, 2. *et* Hiſt. 3, 18, 4. Exſtingui Tac. Ann. 16, 13, 3. Frui tempore Hor. Epiſt. 2, 2, 198 Imperia raptim mutata Sil. 7, 21. Raptim mittere Lucret. 1, 663. Cic. Att. 2, 9 Subito quum mihi dixiſſet Caecilius Quaeſtor puerum ſe Romam mittere, haec ſcripſi raptim.

RAPTIO, ōnis. f. [ἅρπαξις] Ter. Adelph. 3, 3, 2 Diſperii, Cteſiphonem audiui filium vna fuiſſe in raptione cum Aeſchino. *Vbi* Donatus: Raptio ad perſonam refertur: Rapina ad rem: Raptus ad ſtuprum, ſi propie loqui volumus. *Sic* Helenae raptus Auſon. in Iliad. *pr.*

RAPĪNA, ae. f. [δράγμα] *Ad rem refertur: Violenta rerum ablatio.* Nihil cogitare niſi rapinas Cic. Catil. 2 c. 5. *Et* Diu. in Caec. 3 Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in ſuppliciis, auaritia in rapinis, ſuperbia in contumeliis efficere potuiſſet. Caeſ. Bell. Gall. 1, 17 Satis habebat in praeſentia hoſtem rapinis populationibusque prohibere. Spes praedae ac rapinarum Cic. Fam. 12, 12. Terra patuit inuita rapinae *Proſerpinae* Ouid. Met. 5, 492. Auida rapina Ouid. Triſt. 1, 11, 31. Ingens Stat. Theb. 10, 820. Inuidioſa Ouid. Amor. 1, 8, 55. Rapina, pro Loco vbi rapum ſeritur, *vid.* RAPVM.

RAPINĀTOR, ōris. m. *Antiquum, pro Raptor vſurpatum.* [ἁρπακτὴς] Lucil. *apud* Non. 2, 468 Homo impudicus impune eſt rapinator. *Conf. Gothofr. Not. ad* Non. *l. c. Douſae Rel. Lucil. p. 27.* In inuidiam veniant hoc ipſo rapinatores Varro *apud* Non. 2, 753.

RAPVM, i. n. [γογγύλη] *Radicis eſcariae genus.* Plin. 18, 13 *poſt multa alia*, Genera eorum Graeci duo prima fecere, maſculum, femininumque, et ea ſerendi modo, ex eodem ſemine. Denſiore enim ſatu maſculeſcere, item in terra difficili. Semen praeſtantius quo ſubtilius. Species vero omnium tres. Aut enim in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari. Tertiam ſpeciem ſilueſtrem appellauere, in longitudinem radice procurrente, raphani ſimilitudine, et folio anguloſo ſcabroque, ſucco acri: qui circa meſſem exceptus oculos purgat, medetur caligini admiſto lacte mulierum. — Palma in Nurſino agro naſcentibus, *etc. ſunt enim plura.* Martial. 13, 16 *iocoſe*, Haec tibi brumali gaudentia frigore rapa Quae damus, in caelo Romulus eſſe ſolet. Varro de R. R. 1, 11 Nam ex ſemine braſſicae ſato naſci aiunt rapa: et contra ex raporum, braſſicam. Columel. 2, 10, 23 Rapa campis in locis humidis laetantur; napus deuexam amat, et ſiccam tenuique propiorem terram: itaque glareoſis ſabuloſisque aruis melior exit, locique proprietas vtriusque ſemen commutat. Nam in alio ſolo rapa biennio ſata conuertuntur in napum, in alio napus raporum accipit ſpeciem. Adrumeti ſeditione quadam rapa in eum iacta ſunt Suet. Veſp. c. 4. *Metaph.* Rapum *Seneca dixit, quod in capite radicis haeret, et ſuſtinet fibras, quibus arboris radix inuoluitur:* Epiſt. 87 Magnarum, *inquit*, arborum truncos circumciſis ramis et ad vnum redactis pedem cum rapo ſuo transtulit, amputatis radicibus, relicto tantum capite ipſo, ex quo illae pependerant.

RAPA, ae. f. [γογγύλη] *Idem.* Columel. 11, 3, 16. *it.* ſ. 59 Napus et rapa duas ſationes habent, et eandem culturam quam Raphanus. *Et* 62 Rapae ſemina Hyginus putat poſt trituram iacentibus adhuc in area paleis inſpergi debere. Semen rapae Scribon. 176. 177. Rapa *dicta eſt, ſi credimus ludenti* Varroni de L. L. 4, 22 p. 28, 14 quaſi Ruapa, quod rueret e rure. Lutoſa rapa, *vid.* LVTVM.

RAPŬLVM, i. n. Dimin. [γογγύλιον] Hor. Serm. 2, 8, 8

In primis Lucanus aper leni fuit Auſtro
Captus, vt aiebat coenae pater: acria circum
Rapula. *Add.* Ib. 2, 2, 23.

RAPISTRVM, i. n. *Planta quaedam, ex raporum genere* Columel. 9, 4.

RAPICIVS, *ſiue* RAPACIVS, a, um. Adi. *Quod ad* Rapas *pertinet, vt* Rapicium ſemen Cat. R. R. c. 134. *Subſt.* Rapicia, *ſ.* Rapacia, *intellecto forte* olera, *Raporum frondes, quas homines decoctas in cibum ſumunt.* Plin. 18, 13 Quadrupedes et fronde eorum gaudent: et homini non minor rapaciorum ſuis horis gratia, quam cymarum, *etc. Rurſus adiectiue* Cato 35 Rapinam, et coles rapicii vnde fiant, et raphanum in loco ſtercorato bene, aut in loco craſſo ſerito.

RAPĪNA, ae. f. *Vbi ſeriratur rapum.* Columel. 11, 2 Nam et napinae, itemque rapinae ſiccaneis locis per hos dies fiunt. *Sic modo laudatus* Cato c. 35. Scaeuola l. 98 §. 16 D. de legat. 3.

R A R

RARESCO, *etc. vid. infra* RARVS.

RARVS, a, um. Adi. [ἀραιὸς, μανὸς, σπάνιος] *Proprie dicitur, Quod non eſt denſum, non frequens. Vt*, Rarae arbores Nep. 1, 5, 3. Virg. Aen. 4, 131 Retia rara, plagae, et lato venabulo ferro. Virg. Aen. 9, 508 Qua rara eſt acies, interlucetque corona: Infrequens *interpretante* Non. 4, 388. Rarum *interdum, Quod non vbique reperitur, vnde etiam pro Praeſtanti ſumitur.* Cic. de Amic. 81 c. 21 Rarum genus (et quidem omnia praeclara rara) nec quidquam difficilius quam reperire quod ſit omni ex parte in ſuo genere perfectum. Optimum quodque rariſſimum eſt Cic. Fin. 2 c. 25. Plin. Paneg. 60, 6 Sed in principe rarum ac prope inſolitum eſt, vt ſe putet obligatum, aut, ſi putat, amet. Virg. Aen. 1, 122 Apparent rari nantes in gurgite vaſto, *hinc inde quidam, pauci.* Rarus reperiebatur, qui *etc.* Quinct. 12 Pr. 3. Virg. Georg. 4, 130 Hic rarum tamen in dumis olus, *etc.* Rarum et Vulgare, *contraria* Cic. in Topic. 69. Id. de Inuent. 1, 81 Oportet animaduertere, ne quum aliter multa ſint iudicata, ſolitarium aliquod, aut rarum iudicatum afferatur. Rarus in potu, *Qui raro potat* Plin. 8, 16. Rarum dictu, eſſe aliquid, cui proſit negligentia, *i. non poteſt de multis dici* Plin. 18, 16. *Sic* 9, 17 Rarus inuentu. Quinctil. 10, 7, 24 Optimum eſt, vt quotidie dicamus audientibus pluribus, maxime de quorum ſimus iudicio ac opinione ſoliciti. Rarum eſt enim, vt ſatis ſe quisquam vereatur. Iuuenum rariſſimus Stat. Silu. 4, 8, 32. Ouid. Met. 14, 337 *de Nympha canente*, Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi. ¶ 2 *Subſtantiua:* Acies rarior Tacit. Hiſt. 3, 25. Aër rarus Lucret. 2, 106. Animalia Virg. Ecl. 6, 40. Audentia: Tacit. de German. 31 Rara et priuata cuiusque Audentia apud Cattos in conſenſum vertit. Coniux rariſſima Stat. Silu. 5, 1, 11. *Conf.* Ouid. ex Ponto 2, 3, 55. *Brouckhuſ. ad* Prop. 1, 8, 42. Cribrum Ouid. Met. 12, 437. Fides Hor. Carm. 1, 35, 21. Frutices rari apparent in vertice Ouid. Epiſt. 10, 25. Gratia fratrum rara eſt Ouid. Met. 1, 145. Ingenii rariſſimi homo Sen. Contr. 28. Lacrima Hor. Carm. 4, 1, 34. Lanugo Plin. 8, 37. Literas raras tuas quidem, ſed ſuaues accipio Cic. Fam. 2, 12 (13) *pr.* Locus rarus et anguſtus. Cic. in Somn. Scip. 14 Vides habitari in terra raris et anguſtis in Locis. Racemi Virg. Ecl. 5, 7. Retia Idem Aen. 4, 131. Salus Plin. 7, 4. Tectis raris habitata mapalia Virg. Georg. 3, 340. Quinctil. 9, 4, 17 Neque illud in Lyſia dicendi Textum rarum laetioribus numeris corrumpendum erat. Turba rariſſima: Ouid. de Arte Am. 2, 281 Sunt tamen et doctae rariſſima Turba puellae. Raraque non fracto Veſtigia puluere pendent Stat. Theb. 6, 640. *i. admodum exilia. vid.* Schol. Vet. Verba rariora Gell. 18, 8. Vmbra Virg. Ecl. 7, 46. Vocibus raris hiſco Virg. Aen. 3, 314. Vſus eius rariſſimus Quinctil. 1, 5, 42.

RARE, *melius* RARO. Adu. [μανῶς, σπανίως, ὀλιγάκις] Columel. 2, 9, 5 Nam niſi rare conſeritur, vanam et minutam ſpicam facit. *Sed, ſi vſus eſt hoc Aduerbio Columella, poſt Varronem demum illud ortum videtur. Sic enim ille apud* Gell. 2, 25 Item a *probus probe*, a *doctus docte:* ſed a *rarus* non dicitur *rare*, ſed alii *raro* dicunt, alii *rarenter.* Plin. 17, 27 Caeterae rarius tondentur. *h. e. Infrequentius.* Rarius vimine tenui contextus ſaccus Columel. 9, 15, 12. Cic. Fam. 1, 7 Quod ſi rarius fiet, quam tu exſpectabis, id erit cauſae, quod non eius generis meae literae ſunt, vt eas audeam temere committere. Rariſſime accidere Columel. 5, 5. *Add.* Chariſ. p. 193. *Haec etiam deriuata eſſe poſſunt ab vſitatiore longe* raro, *cuius iam exempla ponimus.* Cic. Off. 1, 136 Si ad hoc genus caſtigandi raro, inuitique veniamus. Idem pro Roſc. Amer. 37 c. 13 In hoc tanto, tam atroci, tam ſingulari maleficio, quod ita raro exſtitit, vt ſi quando auditum ſit, portenti ac prodigii ſimile numeretur. Huc raro in vrbem commeat Ter. Hec. 1, 2, 100. Hor. Od. 3, 2 *extr.* Raro antecedentem ſceleſtum Deſeruit pede Poena claudo. Valde raro Scribon. 71. Cic. de Inuent. 1, 43 Deinde natura eius euenire vulgo ſoleat, an inſolenter ac raro. Varro de L. L. 8, 42 p. 115, 35 Ab huiuscemodi cognominibus raro declinantur cognomina.

RARĬTAS, ātis. f. [σπάνις, μανότης] Plin. 2, 18 Namque modo multitudo conferta ineſt circa dimidios orbes lunae, placida nocte leniter illuſtrante eas: modo raritas. Mirabilis raritate, *vid.* MIRABILIS. Plin. 11, 27 Cicadae non naſcuntur in raritate arborum. *i. Vbi rarae ſunt arbores, et non denſe conſitae.* Foraminum Vitr. 2, 5 *et* 9. Cic. de Nat. Deor. 2, 136 c. 55 In pulmonibus ineſt raritas quaedam, et aſſimilis ſpongiis mollitudo ad hauriendum ſpiritum aptiſſima.

RARITVDO, ĭnis. f. [ἀραιότης] *Idem quod Raritas.* Columel. de Arboribus 3, 7 Et mediocri raritudine optima eſt vitibus terra. Varro de L. L. 4, 29 Dictum rete a raritudine.

RARENTER. Adu. [σπανίως] *Idem quod* Raro. Gell. 2, 25 A rarus non dicitur rare, ſed alii raro dicunt, alii rarenter. Cato 103 Dato rarenter bibere. Macrob. Saturn. 7, 12. *Conf.* Cic. *ap.* Chariſ. p. 193. Non. 2, 731. Gell. 3, 13. *et* 10, 15. Apul. Flor. 4 p. 345.

RARO, āre. [ἀραιόω] *Rarum facere. Cuius compoſita ſunt* Diſraro, et Interraro, *quod eſt In medio rarum facio, quo* Columella *4, 32 vtitur.*

RAREFĂCIO, ĕre. [ἀραιοποιῶ] Columel. 5, 9, 2 Hoc autem

facile

facile contingit, ſi prius rarefeceris eas partes, quas ſupra ramum ſecaturus es, foeno aut ſtramentis texeris. *Neſcio vnde ſit haec lectio. Ante Victorium edebatur* varia, *poſtea* varam feceris. *Vid.* VARVS n. 3. Lucret. 6, 870 Et rarefecit calido miſcente vapore. *Per tmeſim* Lucret. 6, 232 Rareque facit lateramina vaſis. *Paſſ.* Lucret. 1, 648 Nil prodeſiet enim calidum denſerier ignem, Nec rarefieri, ſi partes ignis, *etc.*

RAREFACTVS, a, um. Partic. [ἀραιωθεὶς] Lucret. 2, 1138 Iure igitur pereunt, cum rarefacta fluendo Sunt, *etc.* Conquaſſatum ex aliqua re ac rarefactum Idem 3, 443.

RARESCO, ere. [ἀραιοῦμαι] *Rarum fieri, ſiue deficere.* Colum. 3, 16 Negligentia cultorum magna pars deperit, ac interim ſeminum caetera quae virent, rareſcunt. Idem 5, 6 Vetuſtate rareſcit. Ne emortuis arboribus rareſcat arbuſtum Columel. 5, 6 *pr.* Virg. Aen. 3, 411 Aſt vbi digreſſum Siculae te admouerit orae Ventus, et anguſti rareſcent clauſtra Pelori. *Vbi* Seruius: Rareſcent ideo, quia venientibus de Ionio propter curuaturam litorum clauſae videntur anguſtiae, quae paullatim propinquantibus aperiri videntur. *Sed* Ouid. Met. 15, 245 Reſolutaque tellus In liquidas rareſcit aquas, *tenuior, minus denſa, ſolidaque.* Colles paullatim rareſcunt Tacit. de German. 30. Corpus rareſcit Lucret. 4, 863. Plin. 11, 39 Pili quadrupedibus ſenectute craſſeſcunt, lanaeque rareſcunt. Sil. 17, 427

Rareſcit multo laxatus vulnere miles,
Atque aperit patulas proſtrato corpore late
Inter tela vias. *Ad ordines, in acie pertinet.*

Nubila rareſcunt pluuiis Stat. Silu. 1, 2, 186. Sonitus rareſcit arenae Propert. 3, 15 (13) 33. Tenebrae profundae rareſcunt Stat. Theb. 11, 74. Phocis, et Aoniae iaculis rareſcitis vmbrae Stat. Achil. 1, 421. *iaculatoribus veſtris priuamini.* Vmbrae rareſcentes Stat. Theb. 1, 343.

RARIPILVS, a, um. Adi. [ψεδνὸς] *Quod habet raros pilos.* Columel. 1 praefat. 26 Et id ipſum aliter curatur mutilum, et raripilum, aliter cornutum et ſetoſum, quale eſt in Sicilia.

R A S

RASILIS, RASITO, *vid.* RADO.

RASIS, [ῥητίνη] *Vt ait* Columel. 12, 20, 6 Genus eſt crudae picis: eaque quanto eſt vetuſtior, tanto melior habetur: nam longo tempore durior facta, quum eſt contuſa, in puluerem redigitur, et his medicaminibus admiſcetur. *Sed nusquam praeterea repertum nomen eſt, et hac ipſa cauſa ſuſpectum.*

RASTRVM, i. n. *Pl.* hi Raſtri, *et* haec Raſtra. Raſtri *eſt ab* RASTER, *quod extat in* Gloſſ. Philox. *et exponitur* δίκελλα. *Etiam* Gloſſ. Cyrilli Raſter *et* Raſtrum. *Eſt vero Inſtrumentum ruſticum ad glebas confringendas: dictum quod terram* radat, *vt* Claudo Clauſtrum. Ter. Heaut. 1, 1, 36 Iſtos raſtros interea tamen depone, ne labora. Ibid. 5, 1, 58 Menedeme, mihi illaec vero ad raſtros res redit. Columel. 2, 10 Subactum ſolum pluribus iterationibus aratri vel raſtri, largoque ſtercore ſatiatum poſtulant. Cornel. Celſus *apud* Nonium 3, 190 Omnes raſtra et attollunt, et adigunt. Raſtri, quibus dentalibus penitus eradunt terram, atque eruunt, a quo et rutabri dicti Varro de L. L. 4, 31 p. 33, 29. *Hoc dicit*, raſtros *dentibus inſtructos, quibus radatur ſolum.* Arua obnoxia raſtris Virg. Georg. 2, 439. Intacta raſtro tellus Ouid. Met. 1, 101. Graues Idem ibid. 11, 36. Quadridens Cato c. 10. Tenaces Virg. Georg. 2, 421. Vulnera raſtrorum fert tellus Ouid. Met. 2, 287. Frangere glebas raſtris Virg. Georg. 1, 94. Aſſiduis terram inſectabere raſtris Virg. Georg. 1, 155. Humus patitur raſtros Idem Ecl. 4, 40. Rimari terram raſtris Virg. Georg. 3, 534. *Add.* Sen. de Ira 2, 25.

RASTELLVM, i. n. Dimin. Varro de R. R. 1, 49 Tum de pratis, *inquit*, ſtipulam raſtellis eradi, atque addere foeniſiciae cumulum. Columel. 2, 13 Medica obruitur non aratro, ſed ligneis raſtellis. Raſtelli, *inquit* Varro de L. L. 4, 31 p. 33, 27 vt irpices, ſerrae leues: itaque homo in pratis per foeniſecia eo feſtucas abradit: quo ab raſu, raſtelli dicti. Suet. in Neron. c. 19 Tubaque ſigno dato primus raſtello humum effodit, et corbulae congeſtam humeris extulit.

RASVRA, RASVS, *vid.* RADO.

R A T

RATARIA, ae. f. *Genus quoddam nauium, de quo meminit* Gell. 10, 25. *Cognationem habet cum* rate, *v. v.*

RATIHABITIO, ōnis. f. *Vox apud ICtos, quae actum* ratum *aliquid habentis indicat, de qua vid.* Iulian. 3 t. 5 l. 6 §. 6 Nihil agitur ratihabitione. *Add.* Ibid. §. 9 *et* 10. Vlp. Dig. 50 t. 17 l. 152. Paull. D. 29 t. 2 l. 48.

RATIO, onis. f. [λόγος, τὸ λογιστικὸν] *Multa ſignificat, quae an ſub vnum velut caput redigere liceat tentabimus. Origo eſt ex* reor, ratus ſum, *quod ſignificat* putaui: *primus vſus in numeris et rebus, quae numero continentur, comparandis inter ſe, addendis, multiplicandis, ſubtrahendis*, etc. *Eſt ergo ratio computatio, et quidquid illi ſimile eſt, nominatim argumentatio, tum quidquid eſt, quod reſponderi poteſt ad quaeſtionem cur? et quomodo? Itaque cauſae omnes, omnes rerum inter ſe comparationes et relationes, ipſaque adeo circumſtantia, et tota conditio rei aut hominis,* Rationis *nomine indicantur: tum modus et ordo tractandi aliquid, vt illae, quae ſpecies vocantur vulgo in arithmetica. Denique, vt* conſilium *etiam fontem conſiliorum*, prudentiam, *notat: ſic* ratio *eam mentis noſtrae facultatem, quae, quidquid id eſt, quod hoc nomine comprehendi diximus, inuenit, ex ſe producit, tractat; ipſum illud, quod vulgo* Intellectum *dicimus. Non vacauit hoc caput Lexici ita vel diſponere vel exornare, vt optabamus. Sed has interim velut claſſes ab aliis conſtitutas expoliuimus, et multum diſtinctiores vberioresque reddidimus. Dignitatis cuiusdam cauſa ab vltimo, i. recentiſſimo vſu initium facimus, cum* intellectum *ſ. intelligentiam notat, vim illam, qua a caeteris animalibus homo disiungitur, iisque praepollet atque imperat.* Cic. Off. 1, 101 Duplex eſt enim vis animorum atque naturae. Vna pars in appetitu poſita eſt, quae eſt ὁρμὴ Graece, quae hominem huc et illuc rapit. Altera in ratione, quae docet et explanat quid faciendum fugiendumque. Ita fit, vt ratio praeſit, appetitus vero obtemperet. Idem de Nat. Deor. 3, 69 c. 27 Sic haud ſcio an melius fuerit, humano generi motum iſtum celerem cogitationis, acumen, ſolertiam quam rationem vocamus, quoniam peſtifera ſint multis, admodum paucis ſalutaria, non dari omnino, quam tam munifice, et tam large dari. Ratio quaſi quaedam lux, lumenque vitae Cic. Acad. 4, 26 c. 8. Societatis humanae vinculum eſt ratio et oratio Cic. Off. 1 c. 16. Velut *perſonam facit rationem* Lucret. 3, 14 Nam ſimul ac ratio tua coepit vociferari, Naturam rerum, *etc.* Homines rationis egentes Ouid. Met. 15, 150. Cic. in Topic. 69 c. 18 Vtentia ratione *opponuntur* Rationis expertibus. *Sic* Vtens ratione Cic. de Vniuerſ. c. 8. Idem Off. 1, 11 c. 3 Homo autem quoniam rationis eſt particeps, conſequentia cernit, cauſas rerum videt, earumque progreſſus et quaſi anteceſſiones non ignorat, ſimilitudines comparat, rebusque praeſentibus adiungit atque annectit futuras. Tenor rationis, *vid.* Ius ſingulare, *in* IVS n. 4. Abſtrahere a ratione, *vid.* ABSTRAHO. Adhibere, *vid. h. v.* Iuuen. 1, 21 Si placidi rationem Admittitis, edam. Carere ratione Sen. Troad. 903. Confirmare *aliquid* animi ratione, *i. Intelligentia et argumentis adeo* Lucret. 1, 426. Demere vſum rationis alicui Ouid. ex Pont. 3, 6, 47. Exſoluere animi ratione aliquid Lucret. 2, 381. Exſpuere ex animo rationem Idem 2, 1040. *Et* 2, 166 Vt videant, qua quidque Geratur cum ratione. Inire impia elementa rationis Lucret. 1, 82. *impias ſententias ſuſcipere.* Labi a vera ratione Idem 1, 638. Limabit multum ratio *de operibus ingenii* Quinctil. 2, 4, 7. Obtendere rationem turpitudini, *vid.* OBTENDO. Orta ratio ab ſenſu falſo an valeat Lucret. 4, 485. Tentat enim dubiam mentem rationis egeſtas Idem 5, 1210. Iuuenal. 10, 4 Quid enim ratione Timemus aut cupimus? Vincere furorem ratione Ouid. Met. 7, 11. ¶ 2 Ratio, *Cauſa, et quidquid eſt, quo reſpondetur interroganti* Cur? Cic. Fam. 15, 4 Quum autem ad Cybiſtra propter rationem belli quinque dies eſſem moratus. Caeſ. Bell. Gall. 8, 6 Quantum hibernorum opportunitas, bellique ratio poſtulabat. Non ſine ratione Scribon. Ep. in. Cic. Off. 2, 21 c. 6 Aut poſtremo pretio et mercede ducuntur, quae ſordidiſſima eſt illa quidem ratio et inquinatiſſima et iis, qui ea tenentur, et illis, qui ad eam confugere conantur. Cic. Act. 1 in Verr. 24 c. 9 Minari denique diuiſoribus ratio non erat: propterea quod, *etc. Non modo cauſa non erat, ſed conſultum, prudens, non erat.* Nulla eſt ratio amittere eiusmodi occaſionem Cic. pro Caecin. 15 c. 5. Columel. 3, 5 Tenuiſſimo ſolo vitiarium facere minime rationis eſt, quoniam, *etc.* Tacit. Hiſt. 3, 22, 1 Confectum algore atque inedia hoſtem poſtero die profligare ac proruere ratio fuit, *cauſa ita agendi fuit, pro illo ſtatu rerum ſ. circumſtantia fieri potuit ac debuit: ſed non factum eſt. Verum* Ann. 3, 21, 4 Et dum ea ratio barbaro fuit, *dum hoc obſeruauit, ita egit.* Ter. Eun. 3, 5, 27 Num parua cauſa aut Parua ratio eſt? Iuuen. Sat. 14, 39 Abſtineas igitur damnandis: huius enim vel Vna potens ratio eſt, ne crimina noſtra ſequantur Ex nobis geniti. Cic Verr. 2, 115 Vidi argenteum Cupidinem cum lampade, quid tandem Habuit argumenti aut rationis res, quamobrem in eo potiſſimum Stheniani praemium poneretur? Ouid. ex Ponto 1, 3, 29 Amor patriae ratione valentior omni. Idem Faſt. 3, 764 Femina cur preſſet; non eſt rationis opertae. *Sic* Lucret. 4, 526 Nunc alii ſenſus quo pacto quisque ſuam rem ſentiat, haudquaquam ratio Scrupoſa relicta eſt, *i. difficilis ad intelligendum. Verba:* Adduci rationibus, *vid. h. v.* Afferre rationem, quam ob rem Cic. pro Caecin. 96 c. 33. Afferre rationes in aliquam rem Idem ibid. c. 24 *extr.* Colligere, rationes, Confligere ratione, *vid. hh. vv.* Dicere rationem Plaut. Truc. 1, 2, 57. Dicam contra iſtam rationem meam Cic. Fam. 2, 2. Diſputare conquiſitis rationibus, *vid. ſub* CONQVIRO. Dabo alias cauſas, aliam rationem Quinctil. 4, 2. Duci aliqua ratione Lucret. 4, 597. Inuenire rationem cur Cic. de Legib. 2, 31. Pendent rationes ex coniecturis, *vid.* PENDEO. Subiecimus hanc rationem ideo — Nam ſi eum Suppoſuiſſemus, qua fortaſſe Vſi ſunt Cic. de Inuent. 2, 70 c. 23. Videre rationem opinionis ſuae Quinctil. 2, 15. ¶ 3 Ratio, *Modus, via et forma, mos, conſuetudo, conditio.* Cic. pro Quint. 19 Negat ſe alia ratione facturum. Conſimili ratione Lucret. 6, 881. Eadem ratione Scribon. 10, 131. Cic. Act. 1 in Verr. 27 Verri ne noceri poſſit multis rationibus eſſe prouiſum. Nulla ratione, *vid.* NVLLVS. Omni Nep. 10, 5. Omni hoc vobis ratione confirmare poſſum Cic. L. Agr. 2, 14 c. 6. Pari Lucret. 9, 602. Qua ratione Scribon. 47. 178. Duae epiſtolae in eandem rationem ſcriptae, *eodem exemplo* Cic. Att. 1, 11. Salluſt. Catil. 40 At ego vobis, inquit, ſi modo vultis eſſe viri, rationem oſtendam, qua tanta iſta fugiatis. Cic. Att. 6, 1 Tantummodo diſſimilitudo meae rationis offendit hominem, *quam ſequor in adminiſtranda prouincia.* Mea ratio in tota amicitia noſtra conſtans et grauis reperietur Cic. Fam. 3, 8. *vid. Manut. ad h. l.* Cic. in Partit. 1 Studeo mi pater Latine ex te audire ea, quae mihi tu de ratione dicendi Graece tradidiſti. Aſſumta tamen a dialecticis argumentandi ratione Quinctil. 2, 4. Componendi ratio Scribon. 169. Medendi ratio Celſ. 1 praef. Artificialis ratio Quinctil. 6, 4. Fuſa latius Idem 3, 6. Inſolita ratio dicendi, *vid.* INSOLITVS. Linearis ratio, *i. Geometria* Quinctil. 1, 10, 36. Lunaris ratio Plin. 18, 32 *extr. i. obſeruatio Lunae ad praeuidendas tempeſtates.* Sideralis ratio *Aſtrologia* Plin. 18, 32 *pr.* Lucret. 6, 760 Omnia quae Naturali ratione geruntur. Idem 6, 1224 Nec ratio remedI communis certa dabatur *contra peſtilentiam Atticam.* Vitae ratio laborioſiſſima Cic. pro L. Manil. 70. Varia vitae commutabilisque ratio Idem pro Milon. 69 c. 26. Ter. Adel. 3, 3, 21 Voſtram nequeo mirari ſatis rationem (*agendi, viuendi.*) SYR. Eſt hercle inepta, ne dicam dolo, atque abſurda. *Huc referas, quod interdum pro eo quod noſtra intereſt ponitur.* Cic. Verr. 2, 10 Vt ego iſtum accuſarem, a quo mea longiſſime ratio, voluntasque abhorrebat. Idem Fam. 7, 17 Poſteaquam mea mutata ratio eſt. Cic. Act. 1 in Verr. 33 c. 11 Tua ratio eſt, vt ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias: mea, vt ante primos ludos comperendinem. ita fiet, vt tua iſta ratio exiſtimetur aſtuta. meum hoc conſilium neceſſarium. Cic. pro Muraen. 83 c. 39 Petunt rationes Catilinae, vt orbetur auxilio reſp. *etc. Et* Fam. 2, 18 Magis magisque quotidie de tuis rationibus cogitanti. *Ex hac ſignificatione eſt illud, quod de* Status ratione *diſputare vulgo videmus, qui de eo quod intereſt reip. agunt. Huc referri poteſt* Cic. Catil. 2, 25 c. 11 Copiae cum egeſtate, bona ratio cum perdita, mens ſana cum amentia, bona denique ſpes cum omnium rerum deſperatione confligit: *totam conditionem viuendi, et ſtatum complectitur. Sed anguſtius eſt, et ſpecialius* Cic. Philipp. 10, 18 Quae (malum) eſt iſta ratio, ſemper optimis cauſis, veteranorum nomen opponere? *add.* Nep. 1, 5, 7. Tacit. Hiſt. 3, 22, 1. *et* Ann. 3, 21, 4. Cic. pro Domo 88 c. 33 Quid eſt, quod quisquam mihi ſe ipſa populari ratione anteponat, *i. cauſa et conditione, vt magis amicus populo magis carus videri poſtulet.* Plin. 11, 4 *de inſectis*, Quaecunque eſt ratio vitalis, illa non certis ineſt membris.

bris, ſed toto in corpore: minime tamen in capite, ſolumque non mouetur, niſi cum pectore auulſum. Augere rem bonis et honeſtis rationibus Cic. pro Rabir. Poſt. 38. Capere rationem oculis, *vid.* OCVLVS. Cognoſcere rationem facti Quinctil. 4, 2. Conſulere rationibus, *vid.* CONSVLO. Dari iſtanc rationem volo Plaut. Mil. 3, 1, 175. *i. explicari illam lepidam Sycophantian, quam Palaeſtrio a ſe inuentam dixerat.* Duci aliqua ratione, *i. allici, lactari* Lucret. 4, 597. Hor. Sat. 2, 4, 36 Nec ſibi coenarum quiuis temere arroget artem, Non prius Exacta tenui ratione ſaporum. Exponere rationem ſuam alicui Lucret. 1, 945. — facti ſui alicui Cic. de Reſp. Aruſp. 3 c. 2 *pr.* Id. Verr. 4, 10 Noli iſto modo agere cum Verre, noli eius facta ad antiquae religionis rationem Exquirere. Ter. Eun. 1, 1, 17 Incerta haec ſi tu poſtules certa ratione Facere, nihilo plus agas, quam ſi des operam, vt cum ratione inſanias. Facere rem mala ratione Hor. Serm. 2, 6, 6. Fieri celeri ratione Lucret. 3, 181. Idem 1, 128

Quapropter bene, cum, ſuperis de rebus Habenda
Nobis eſt ratio, Solis Lunaeque meatus
Qua fiant ratione, et qua vi quaeque genantur
In terris, tum, cum primis ratione ſagaci,
Vnde anima atque animi conſtet natura, videndum.

Iacent rationes, *vid.* IACEO. Improba nauigii ratio tum caeca Iacebat Lucret. 5, 1004. Incumbere toto animo et ſtudio omni in aliquam rationem, *i. conſilium, rationem agendi* Cic. Q. Frat. 1, 1, 21. Inire rationem, *Inuenire modum* Ter. Heaut. 4, 2, 7. Inſtituere rationem operis, *vid.* INSTITVO. Labuntur ſidera vaga et mutabili ratione Cic. de Vniuerſ. 32. Omittit Caeſar in praeſentia rationem inſequendi Pompeii Bell. Ciu. 1, 30. Lucret. 4, 831

Omnia peruerſa praepoſtera ſunt ratione
Nil ideo quoniam natum eſt in corpore, vt vti
Poſſemus; ſed quod natum eſt, id procreat vſum.

Poſcitur ratio Varro L. L. 5, . . Probare alicui rationem facti ſui Cic. pro Muraen. 3. Lucret. 3, 260

Nunc ea quo pacto inter ſe miſta, quibusque
Comta modis vigeant, rationem Reddere auentem
Abſtrahit inuitum patrii ſermonis egeſtas.

Repetere altius rationem Quinctil. 6, 2, 2. Scrutari aliquid ratione Idem 5, 10, 2. *i. ordine certo.* Claudian. de Bell. Get. 113 *de ratione eligendi duces*, At vero Italiam quoties circumſtetit atrox Tempeſtas — Non illis vani ratio ventoſa fauoris, Sed grauiter Spectata ſalus. Tractare rem aliquam ratione modoque Hor. Serm. 2, 3, 267. Trahere rationes belli et pacis Salluſt. Iug. 97, 2. Lucret. 1, 106 Somnia quae vitae rationes Vertere poſſint. Temeraria Vſus ratione Nep. 13, 3, 4. ¶ 4 Ratio, *Supputatio vel proprie ita dicta, quae numerorum comparatione, additione, detractione etc. perficitur; vel metaphorice, vbi datis et poſitis quibusdam efficitur aliquid ab iſtis diuerſum etc. Ipſa quoque negotia, quae ita tractantur, quae* datis *arithmeticorum reſpondent, et quidquid denique conſideratur, reſpicitur, in ſumma facienda, in capiendo conſilio,* ratio *dicitur.* Plin. 12, 14 Schoenus patet Eratoſthenis ratione, ſtadia XL. Columel. 11, 3 Ne maiorem agrum, quam ratio calculorum patiatur, emere velit. Breviarium rationum Suet. Galba c. 12. *Hae ſunt* Rationes Breuiariae Scaeu. l. vlt. D. de peculio leg. Procurator a rationibus Gonſal. ad Petron. c. 30 p. 109. Implicita ratio, *apud Iuriſconſultos, eſt quotiens ex multis et variis cauſis, vltro citroque facta ſunt nomina, qua computata, vel ſoluitur quod deberi apparet, vel conſtitutae ſummae chirographum datur Iacob Cuiacius ad* l. Emtor §. Lucius. de pactis. Hor. de Arte Poët. 325 Romani pueri longis rationibus aſſem Diſcunt in partes centum diducere. Numaria, *vid.* NVMVS. Sumtuariae Cic. Att. 13, 45. *Metaphor.* Quinctil. 1, 1, 5 *de nutricibus*, Et morum quidem in his haud dubie prior ratio eſt: recte tamen etiam loquuntur. Accipere rationes a colono Cic. pro Caecin. 94. Agitandis rationibus exquirendisque alebatur mens Archimedis Cic. Tuſc. 5 c. 23. Apparet ratio, *it.* Comparet ratio argenti, *vid.* COMPAREO. Componere rationes familiares, *quod vulgo hodie dicunt* diſponere pecuniam, *collocare prout ſibi quisque putat conuenire* Tacit. Ann. 6, 16. Computare rationem Columel. 5, 1. Conferre, *vid.* CONFERO. Conficere rationem ad Denarium Voluſ. Maec. p. 398 *Gron. bis. it.* p. 400 Siue denariaria ſ. ſeſtertiaria ratio conficeretur, *i. vt ſummae ſ. aera indicentur in denariis, ſeſtertiis.* Cic. Verr. 5, 146 Cedo rationem carceris, quae diligentiſſime Conficitur, quo quisque die datus in cuſtodiam, quo mortuus, quo necatus ſit. *Add.* Id. Fam. 2, 17. Confingere rationes, Conſtat ratio, *vid. hh. vv.* Conſtat auri ratio Cic. pro Flacc. 69 c. 28. Conturbaſti mihi rationes omnes Ter. Eun. 5, 2, 29. Conuenit inter eos ratio accepti et expenſi, *vid.* CONVENIO. Dare aliquid rationibus domeſticis, *i. rei familiaris cauſa aliquid facere* Quinctil. 1, 12, 7. Deponere rationes Cic. Fam. 2, 17. Diſpungere, *vid. ſ. l.* Plaut. Amph. 1, 2, 38 Vt rationem te Dictare intelligo. *al.* Ductare. *de computando tempore partus ſermo eſt.* Cic. Fam. 8, 5 Tuus porro exercitus vix vnum ſaltum tueri poteſt. Hanc autem nemo Ducit rationem, *nemo perpendit, quid opus ſit, quid fieri poſſit.* Cic. Fam. 7, 17 Si commodi mei rationem Ducerem. Eſſe: Cum ſatis haberet, conuenientes manus diſſipare, ne quod initium belli naſceretur, quantumque in ratione Eſſet, exploratum haberet Hirt. Bell. Gall. 8, 6. *i. in numerato.* Excutere Plin. Epiſt. 10, 86. Exigere Idem ibid. 10, 85. Expedire, *v. v.* Expungere, *v. v.* *Metaphor.* Habeo rationem quid a Populo Romano acceperim Cic. Verr. 5, 36. Habere rationem officii in ſocios Idem ibid. 2, 154. *i. reſpicere illud, et curare.* Habenda auctoritatis ratio Quinctil. 6, 1. Rei familiaris Cic. Offic. 2, 64 c. 18. Idem Verr. 5, 38 c. 15 Neque illud rationis habuiſti, ſi forte expergefacere te poſſes, eam prouinciam — ad ſummam ſtultitiam nequitiamque veniſſe, *i. non perpendiſti.* Cic. Fam. 10, 2 Peto a te, vt me rationem habere velis et ſalutis et dignitatis meae. Liu. 4, 7 Principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio ſui, quam quibus vt indigni praeterirentur. Caeſ. Bell. Ciu. 3, 53 Cum horum omnium praeliorum ratio haberetur, ad duorum millium numero ex Pompeianis cecidiſſe reperiebamus. *Vid. omnino* HABEO n. 10. Inducere pecuniam in rationem, *vid.* INDVCO. Inferre rationibus, *eſt in rationario perſcribere, quid, cui, ſit erogatum* Suet. in Caeſ. 47. Colum. 1, 7, 7. Inferre rationes falſas Cic. pro Flacc. 20. Inire rationem, quam ſit ſuaue *etc.* Ter. Phorm. 2, 2, 30. Onerare rationes, *vid.* Onero, *in* ONVS. Ponere rationem cum Orco, *vid.* ORCVS. Rationem Ponitis ſingulorum, quibus aut pecuniam credituri eſtis aut beneficia Sen. Ep. 87. Poſita breui ratione Suet. Oth. c. 7. *Conſ. Gron. ad h. l.* Procurare rationes Galliae Plin. Epiſt. 7, 16. Putare rationes cum aliquo Cic. Att. 4, 10. Putare rationem argentariam, frumentariam, oleariam, vinariam Cato de R. R. 2 *it.* 5. Reddere rationem doctis dictis Lucret. 2, 986. *Add.* 2, 762. Africanus l. 53 D. de condit. et demonſtrat. Quamuis (inquit) rationes reddere, nihil aliud ſit, quam reliqua ſoluere, *etc.* Reddere rationem de factis aliorum Cic. Verr. 2, 29 c. 11. *Et paullo ante*, Semper ita viuamus, vt rationem nobis reddendam arbitremur. Referre rationes Cic. Verr. 1, 7. *Plenius idem* in Piſon. 61 Rationem ad aerarium retuli continuo, Caeſar, ſicut lex tua iubebat: neque alia vlla in re legi tuae parui. Quas rationes ſi cognoris, intelliges nemini plus quam mihi, literas profuiſſe. *Sed* Referre ſummam rationibus Suet. Veſp. c. 22 *eſt idem, quod* inferre, *quod etiam quidam praeferunt.* Repoſcere rationem vitae et magiſtratus geſti Cic. Diu. in Caecil. 27 c. 9. Reuocare ad veritatem rationem, *rem recte examinare* Cic. Off. 3, 84. Subducta bene ratione eſſe ad vitam Ter. Adelph. 5, 4, 1. Donatus: Bene diſpoſita, bene computata. Ducere enim, eſt digitis computare: ſed ducere, eſt apud alium et palam: ſubducere, apud ſeipſum et ſecreto; quo magis in verbo iſto maioris attentionis et diligentiae ſignum eſt. Subducere rationes, *vid.* SVBDVCO. Supputatur ratio cum argentario Plaut. Aul. 3, 5, 33. Venire in rationem Suet. Ner. c. 39 *dicitur, quod redit ſ. in rationes accepti refertur.* ¶ 5 *Ratio eſt relatio quanti vnius ad alterum, quam vulgo* Proportionem *dicunt: ſed proprie* Proportio *ſ.* Analogia *eſt repetita* ratio *ſ. comparatio.* Cic. Brut. 49 c. 13 Graeciae oratorum partus atque fontes, vides ad noſtrorum annalium rationem veteres, ad ipſorum ſane recentes. *Sic* Scribon. Epiſt. med. Ratione cibi dati. Cato de R. R. 1, 5 Ad villam quum venies, videto, vaſa, torcula, et dolia multane ſient. vbi non erunt, ſcito pro ratione fructuum eſſe, *i. Secundum quantitatem.* Ratio verborum Varroni de L. L. 7, 32 p. 95, 27 *eſt proportio ſ. analogia.* Pro ratione pecuniae liberius eſt Brutus tractatus, quam Pompeius Cic. Att. 6, 3. Ad rationem loci et temporis Plin. Epiſt. 3, 18, 1.

RATIVNCVLA, ae. f. Dimin. Cic. Tuſc. 2, 29 c. 12 Concludunt ratiunculis Stoici, cur non ſit malum: quaſi de verbo, non de re laboretur. *Sic* Tuſc. 4, 42. Suggerere ratiunculas Cic. de Nat. Deor. 3, 73. Ratiuncula, *Supputatio.* Beatus videor; ſubduxi ratiunculam, Quantum aeris mihi eſt, quantumque alieni ſiet. Diues ſum ſi non reddo eis, quibus debeo: Si reddo illis, quibus debeo, plus alieni eſt Plaut. Curc. 3, 1 *pr.* Ter. Phorm. 1, 1, 2 Erat ei de ratiuncula iam pridem apud me reliquum pauxillulum nummorum: id vt conficerem: confeci, affero.

RATIONĀLIS, e. Adi. [λογικός] *Quod ratione vtitur.* Quinctil. 7, 3 Falſa eſt finitio, ſi dicas, Equus eſt animal rationale; Nam equus eſt animal, ſed irrationale. Homo eſt animal rationale Sen. Ep. 41. Animus Idem ibid. 92. Ars rationalis Celſ. 1 praef. *i. ratione nixa, non experientia.* Diſciplina rationalis Celſ. 1 praef. *i. rerum naturae cognitio.* Nihil hanc rationalem diſciplinam pertinere ad medicinam profeſſus, in vſu et experimentis eam poſuit. Medicina rationalis: *vid.* MEDICINA. Philoſophia Sen. Ep. 89. *Conf.* Quinct. 12, 2, 19. Quaedam, vt ſcis, moralibus rationalia immixta ſunt Sen. Epiſt. 102. Cauſa rationalis Auct. ad Herenn. 2, 18 c. 12 In cauſa rationali primum quaeretur, ecquid, *etc.* Quaeſtio rationalis, Quae in re, non in ſcripto verſatur Quinctil. 3, 5, 4. *it.* 3, 6, 54. ¶ 2 *Subſtant.* Rationales, et Procuratores Caeſaris iidem erant, vt ait Lampridius in Alexandro c. 45. Quidam rationalis ſibi vltra procurationem omnia vindicans Capitol. in Gord. c. 7. *De his Iac. Gothofr. ad* l. 5 C. Th. de Iuriſdict. et vbi quis conu. deb. *itemque* Paratit. L. X. Cod. Th. *Certum, qui* rationes *et fiſcum principis tractarent, ita dictos, eosdem fere qui olim* Procuratores *vocabantur. Conf. Caſaub. ad* Lamprid. l. c. *Torrent. ad* Suet. Domit. c. 11. ¶ 3 Rationalia, *i. rationum libri* Vlp. Dig. 27 t. 3 l. 1.

RATIONALĬTER. Adu. *Cum ratione.* Sen. Epiſt. 109 Hominem mouere rationaliter. Tertull. de Anima c. 16 Indignabitur Deus rationaliter. *Add.* Id. adu. Marc. 1, 23 *et* 2, 9. *it.* adu. Prax. c. 3.

RATIONALĬTAS, ātis. f. Tertull. de Anima c. 38 Anima habet immortalitatem, rationalitatem, *etc.*

RATIONABĬLIS, e. Adi. Anima rationabilis Apul. de Doctr. Plat. 2 p. 17, 19. Logica ſiue rationabilia illa ſunt, quorum conſenſu poſſumus praeſtare rationem M. Capella 9 p. 321. *Compar.* Rationabilius eſſe videtur Dig. 45 t. 3 l. 37. *add.* 44 t. 7 l. 34. Vlpian. in l. 2 §. Ei quoque. D. de iudiciis. Et haec ſententia vera et rationabilis eſt. Sen. de Vit. Beat. c. 14 Rationabilem ſortiris naturam.

RATIONABILĬTER. Adu. Hieron. Epiſt. 25 ad Paullam ſuper obit. Blaeſ. c. 5 Rationabiliter errare. Quantum rationabiliter potuiſſet Apul. ad Aſclep. p. 85. *Add.* Caſſiodor. Varr. Ep. 5, 31.

RATIONABILITAS, ātis. f. Apul. de Doctr. Plat. 1 p. 9, 5 Rationabilitatem, mentis optimam portionem capitis arcem tenere. *Sic Elmenh. Al.* Rationabilem.

RATIONARIVS, a, um. Adi. [λογιστικός] Suet. in Auguſt. c. 28 Rurſus taedio diuturnae valetudinis, magiſtratibus ac Senatu domum accitis, rationarium imperii tradidit, *i. librum, codicem, volumen, in quo rationes, i. vires, opes, copiae imperii perſcriptae: vid.* BREVIARIVM. ¶ 2 Rationarius, *qui rationarium conficit, vel qui rationibus praeeſt.* Modeſtin. Dig. l. 27 t. 1 l. 15 §. 5. Marcell. 18, 5 Quidam ex mercatore opulento rationarius apparitor.

RATIONĀTOR, ōris. m. *Qui conficit, tractat certe rationes pecuniarias.* Vlpianus in l. Procuratoris. D. de tribut. action. Sed etſi duas tabernas eiusdem negotiationis exercuit, et ego fui tabernae (verbi gratia) quam ad Bucinum habuit, rationator: alius eius, quam trans Tiberim: aequiſſimum puto, *etc.*

RATIOCĬNOR, āri. Dep. [λογοθετῶ Gl. Gr. Lat. ἀναλογίζομαι, συλλογίζομαι] *Rationes colligere, computare quod dicitur.* Hinc quemadmodum ratiocinari didiciſſet, deinde diſpenſator factus eſt Petron. c. 29. Cic. Tuſc. 1, 4 c. 2 *extr.* At nos metiendi ratiocinandique vtilitate, huius artis terminauimus modum. ¶ 2 *Argumentis colligere*, vt, Cuius illi conatus, vt ille ratiocinabatur, nec ſi cuperent, reprimere poſſent Cic. pro Milon. 32, c. 12. *Vtramque ſignificationem reſpicit* Cic. de Inuent. 2, 125 De pecunia ratiocinari ſordidum eſt, quum de gratia referenda deliberetur.

RATIOCINĀTVS, a, um. Partic. Paſſ. Vitruu. 10, 15 Omni proportione eorum ratiocinata ex longitudine.

RATIOCINĀTOR, ōris. m. [λογοθέτης Gl. Gr. Lat. λογιστής] *Calculator.* Cic. Att. 1, 9 (12) Libertum ego habeo ſane nequam hominem, Hilarem dico ratiocinatorem, et clientem tuum. Vt diligens ratiocinator calculo poſito videt Columel. 3, 3. *Metaph.* Cic. Off.

Off. 1, 59 c. 18 Et conſuetudo exercitatioque capienda, vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus: et addendo, deducendoque videre, quae reliqui ſumma fiat. Ratiocinatores magni, qui de omnibus rebus, quas eſſe mirabiles conſtat, poſſint reddere rationem Auguſtin. C. D. 21, 5. *Add.* Nazar. Paneg. Conſtant. c. 12.

RATIOCINATIO, ōnis. f. [συλλογισμός] *Computatio.* Vitruu. 1, 1 Ratiocinationes cognoſcere et percipere. *Item tralate ad mentis actum.* Cic. de Inuent. 2, 18 c. 5 Ratiocinatio autem, eſt diligens et conſiderata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio, *etc. Conf.* Auct. ad Heren. 1 c. 13. *Saepe vtitur* Quinctilianus *pro argumentatione. v. g.* 7, 8, 3. *it.* 3, 6, 15 *etc. Etiam in figuris ponit* 9, 3, 98.

RATIOCINATĪVVS, a, um. Adi. [συλλογιστικός] Ratiocinatiuum genus orationis Cic. de Inuent. 1, 17. Ratiocinatiua atque collectiua quaeſtio oritur Quinctil. 7, 1, 60. Et ratiocinatiuus ſtatus, id eſt ſyllogiſmus Idem 3, 6, 42. *Add.* Id. 7, 8, 3.

RATIOCINIVM, i. n. *Ipſe ratiocinandi vel computandi actus.* Columel. 5, 1 *extr.* Haec non aliena, nec procul a ratiocinio, quod tradituri ſumus, breuiter praefari oportuit. Aliter ratiocinium ordinare Idem ibid. Ratiocinia ſupputare Hieron. Ep. 2, 7. *Conf.* tit. C. de ratiociniis.

RĂTIS, is. f. *vel* RATES. [σχεδία] Feſtus: Rates vocantur tigna inter ſe colligata, quae per aquam aguntur: quo quidem vocabulo interdum etiam naues ipſae ſignificantur. Iſidor. 19, 1 Rates primum et antiquiſſimum genus nauigii e rudibus tignis aſſeribusque conſertum. Ad cuius ſimilitudinem fabricatae naues ratariae dictae. Nunc iam rates abuſiue naues. Feſtus *ex* Afranio *laudat* Vento perculſam ratem. *Idem, ſi recte ſuppletus eſt a viris doctis,* eodem nomine ſignificarunt etiam remos. Attius, Atque ego repercutio ratibus mare. *Et,* Sed iam propellunt caeruleum rates ſalum. *Verum metuo, vt nimis hoc ſubtile et Grammaticum ſit. Certe enim totus ratibus iſta conueniunt, nauibusque adeo. Quid ſi Feſtus voluit aliquid ſimile dicere diſputationi* Varronis de L. L. 6, 2 p. 69 ſq. *vbi cum oſtendiſſet* Ratem *dici* nauem longam, *addit,* Ratis dicta Nauis longa propter remos: quod hi, quum per aquam ſublati ſub dextra et ſiniſtra, duas partes efficere videntur. ratis enim, vnde hoc translatum, illic, vbi plures mali aut aſſeres. *Qui videt remos plures ad lineam fere horizontalem ſublatos, ratem e tignis in planum compoſitis compactam videre ſibi videtur.* Cic. Verr. 5, 5 c. 2 Quum aut nauibus aut ratibus conarentur accedere. Ouid. Triſt. 1, 1, 2 Dii maris et caeli (quid enim niſi vota ſuperſunt?) Parcite quaſſatae ſoluere membra ratis. Scirpea ratis Plaut. Aul. 4, 1, 9. *Pro Naue* Virg. Aen. 1, 47 Disiecitque rates. *Sed proprie* Cic. Att. 9, 14 Circumuallatum eſſe Pompeium, ratibus etiam exitus portus teneri. Tanquam ratis in mari immenſo noſtra vehitur oratio Cic. Tuſc. 1, 73. Rates duplices Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 25. *i. binas inter ſe coniunctas.* Cauae Ouid. Epiſt. 18, 8. *i. naues. Sic* Celſa Valer. Argon. 5, 9. Ceratae Ouid. Epiſt. 5, 42. Excelſae Sil. 17, 623. Fractarum ratium ſubita ruina Lucan. 2, 574. Frugiferae Claud. de Bell. Gildon. 58. *de claſſe Alexandrina, fruges ex Aegypto vehente in Italiam.* Inſana Valer. Argon. 1, 605. Intrepida Sen. Oedip. ſ. 11. Lacerae ratis naufraga membra Ouid. de Arte Am. 1, 412. Lacerae ratis fracta membra Idem in Ibin 277. Opitergina Quinctil. 3, 8, 23. *vid. h. v.* Pronae Ouid. Met. 14, 548. Quaſſatae Virg. Aen. 4, 53. Turbata Claud. Conſ. Hon. 4, 61. Veliuolae Ouid. ex Ponto 4, 5, 42. Victrices Claud. de Nupt. Honor. et Mar. 178. ¶ 2 *Verborum formulae:* Varr. de L. L. 4, 7 p. 14, 10 Ex vrbe qui Aduehebantur ratibus, quadrantem ſoluebant. Armare rates Virg. Aen. 10, 165. Committere ratem vento Ouid. Faſt. 3, 579. Committere fragilem ratem pelago Hor. Carm. 1, 3, 11. Credita eſt vento ratis Senec. Agam. ſ. 6. Nondum Credenda periclis ratis Stat. Silu. 4, 4, 100. Dedere fluctibus ratem Sen. Agam. ſ. 3. Flectere ratem Ouid. Epiſt. 10, 36. Frenare ratem Senec. Medea 1. Implicuit Auſter rates Stat. Theb. 11, 520. Impulerat aura ratem Ouid. Met. 15, 697. Mergere ratem in ima Idem ibid. 11, 557. Merſa ratis Iuuen. Sat. 14, 301. Nauigare ratibus, *vid.* Nauigo, *in* NAVIS. Ponere carinas ratibus Virg. Georg. 2, 445. Prouecta ratis fertur in altum Senec. Octau. 6. Recurrit laeta ratis Valer. Argon. 1, 170. Reficere rates quaſſas Hor. Carm. 1, 1, 18. Regere ratem in vndis nocturnis Virg. Aen. 5, 868. Regere ratem dubiam Ouid. de Arte Am. 1, 588. Pacuu. *apud* Varr. de L. L. 6, 2 p. 69, 34 Aeges ferme aderant in aequore in alto ratibus Repentibus. Repletum mare euerſis ratibus Senec. Agamemn. ſ. 13. Submerſis ratibus ſaturata Charybdis Ouid. Amor. 2, 16, 25. Soluere ratem Idem Ep. 15, 213. Subigere ratem conto Virg. Aen. 6, 302. Temperare ratem Ouid. Met. 13, 396. Tenuere altum rates Virg. Aen. 3, 192. Tentare Thetin ratibus Idem Ecl. 4, 32. Tranſnare rates vidit Stat. Achil. 1, 452. Vectus rate parua Ouid. Met. 1, 319. Vectus rate celeri Catull. de Berecynt. ſ. 61, 1. Vexare rates Virg. Ecl. 6, 77.

RATIARIVS, i. m. [σχεδιαγός] *dicitur vt* Nauicularius, *non opifex, ſed negotiator.* Paullus de Pignorat. act. l. 30 Dig. Qui ratiario crediderat, quum ad diem pecunia non ſolueretur, ratem in flumine ſua auctoritate detinuit: poſteaque flumen creuit, et inde ratem abſtulit. Si inuito ratiario retinuiſſet, eius periculo ratem fuiſſe reſpondi.

RATĪTVS, a, um. Ratitus quadrans. Paullus Feſti, Ratitum quadrantem dictum putant, quod in eo, et triente, ratis fuerit effigies, vt nauis in Aſſe. *Plura his a Paullo excerptis adduntur in* Feſti *reliquiis h. v. ſed Scaligeri potius quam Feſti cum ſint, non transſcribimus. Potius ponimus iſta* Varronis L. L. 4, 7 *extr.* p. 14, 16 Vecturae, quas ſoluebant hi, qui ratibus tranſibant (*Tiberim, vbi poſt Velabrum fuit*) Quadrans, ab eo Lucilius ſcripſit quadrantes ratiti.

RATVMENNA porta, a nomine eius appellata eſt, qui ludicro certamine quadrigis victor Etruſci generis iuuenis Veiis, conſternatis equis excuſſus Romae periit: qui equi feruntur non ante conſtitiſſe, quam peruenirent in Capitolium, conſpectamque fictilium quadrigarum molem, quae erant in faſtigio Iouis templi, quas faciendas locauerant Romani Veienti cuidam artis figulinae prudenti, quae bello ſunt reciperatae, quia in fornace adeo creuerant, vt eximi nequirent. Idque prodigium portendere videbatur, in qua ciuitate eae fuiſſent, omnium eam futuram potentiſſimam. Feſtus. *Nomen aurigae fuiſſe* Ratumena, *memorat diſerte* Solin. 45 Excuſſo quoque auriga, quem Ratumenam nominabant. *Sic etiam* Plinius, *qui hanc hiſtoriam narrat* 8, 42 ſ. 65. *Add.* 28, 2 ſ. 4.

RATVS, *vid.* REOR.

RAVCA, ae. f. Vermis eſt. Plin. 17, 18 Olea, vbi quercus effoſſa ſit, male ponitur: quoniam vermes qui raucae vocantur, in radice quercus naſcuntur et tranſeunt. *Sic etiam MSS. Harduino teſte.* Erucae *eſt ex coniectura.* Vlpian. in l. Ex conducto. D. Locati et conducti, Si raucis, aut herbis ſegetes corruptae ſint. *Alciatus tamen* Parerg. 7, 5 *legendum putat apud* Vlpianum, Erucis.

RAVCVS, a, um. Adi. [βραγχώδης] *Qui nimio clamore vel ob aliam cauſam, vocem habet compreſſam et impeditam. quaſi tu rauicum dicas ſ. raui laborantem: tum dicitur alio omni ingrato atque inconditο ſono apud* Poetas: *vid. Barth. ad* Stat. Silu. p. 276. Virg. Aen. 11, 458 Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cygni. Seruius, raucum eſſe *ait h. l.* canorum: *ſed non perſuadet, vti nec illi, quibus videtur ad clangorem alarum referri hoc epitheton. Quidni enim Poeta aliquando verum de voce cycnorum dixerit? Metaphor.* Cic. Fam. 9, 2 Te vero nolo, niſi ipſe rumor iam raucus erit factus, ad Baias venire. Sonare raucum quiddam Ouid. de Arte Am. 3, 289. Aeris rauci canor Virg. Georg. 4, 71. Aquis raucis feruet mare Ouid. Epiſt. 18, 26. Aquilo raucus Martial. 1, 50. Lucret. 4, 550 Aut reboant raucum retrocita cornua Bombum. Bubones Ouid. Amor. 1, 12, 19. Buxo rauco concita pectora Sen. Agam. 689. Martial. 4, 8 Exercet raucos tertia Cauſidicos. Idem 8, 67 Cum modo diſtulerint raucae vadimonia Chartae, *interpretantur libellos forenſes, in quibus recitandis fiant* rauci, *vt modo* vidimus, cauſidici. *Sed praeſtat Gruteriana lectio* raucae Quartae. Quarta *hora* rauci *ſunt* cauſidici: *hic differuntur* vadimonia *comperendinatione etc.* Cicadis raucis reſonant arbuſta, *i. Clamoſis et multum ſtrepentibus* Virg. Ecl. 2, 12. Cocus Mart. 1, 42. Concentus rauci Stat. Theb. 6, 227. Cornices Lucret. 6, 751. Cornua rauca ſonant Claud. in Ruff. 2, 57. Fragor Idem in Eutrop. 2, 163. Fremitus Valer. Argon. 2, 307. Garrulitas Ouid. Met. 5, 678. Guttur Idem ex Pont. 3, 1, 22. Litus Stat. Theb. 5, 291. Male rauci Hor. Serm. 1, 4, 66. *i. Admodum rauci, ex quo ſignificat eos admodum vocales et clamoſos fuiſſe. Lambin.* Mugitus raucos edere Ouid. Met. 14, 409. Murmur Virg. Georg. 1, 109. Ora Ouid. Amor. 3, 6, 52. Cic. de Orat. 1, 259 Itaque nos raucos *oratores* ſaepe attentiſſime audiri video. Palumbes Virg. Ecl. 1, 58. Propert. 4, 8, 49 Cum ſubito rauci ſonuerunt cardine Poſtes. Querela longa raucus Idem 1, 16, 39. Riui Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 221. Rogatores Martial. 10, 5. Rumor Cic. Fam. 9, 2. *vid. ſupra.* Sono rauco dedere mugitum *boues* Ouid. Faſt. 1, 560. Stridor Idem Met. 8, 287. Tibia nocturnis ſuccumbat rauca choreis Propert. 3, 8, 23. Tympana Ouid. in Ibin 458. Vallis rauca ſonat Stat. Theb. 4, 801. Vnda Ouid. Met. 11, 783. Vox Idem ibid. 6, 377.

RAVCIDVLVS, a, um. Dimin. Hieron. Epiſt. 1, 16.

RAVCISŎNVS, a, um. Adi. [βραγχιάζων] Lucret. 2, 619 Concaua rauciſonoque minantur cornua cantu. *Conf.* Id. 5, 1082. Catull. Argon. ſ. 65, 263 Multi rauciſonis efflabant cornua bombis.

RAVCĬTAS, ātis. f. [βράγχος] *Vocis obtuſio.* Plin. 11, 51 Elephas per nares tubarum raucitati ſimilem elidit ſonum. *Sic* 22, 23 In tuſſi, vua, fellis veteri ſuffuſione, hydropicis, raucitatibus. *Conf.* Celſ. 2, 71. Scrib. 184.

RAVCIO, *vel* RAVCEO. *Raucum eſſe.* [Raucio, βραγχιάζω Vet. Gloſſ. raucit, βραγχιᾷ *ibid.*] Priſcian. 10 p. 907 *Praeteritum et Supinum format* Rauſi, Rauſum, *et* Lucilii *eo verſum refert,* Rauſuro tragicus qui carmina perdit Oreſte.

RAVCOR, āri. βραγχιῶ Gloſſ. Cyrill.

RAVCESCO, *vnde*

RAVCĒDO, inis. f. Iſidor. 4, 7 Raucedo, amputatio vocis.

RAVDVS, *vel* RODVS, a, um. Adi. [ἀνέργαστος] ſignificat *inquit* Feſtus, Rem rudem et imperfectam. nam Saxum quoque raudus appellant Poëtae. vt Attius — *hinc manibus rapere raudus ſaxeum grande et graue* (*ſic leg. pro* grandem et grauem) — *Neque quisquam a telis vacuus: ſed vti cuique obuiam fuerat, ferrum alius ſaxum rodum.* Vulgus quidem in vſu habuit non modo pro aere imperfecto, vt Lucilius cum ait, *Plumbi pauxillum rodus, linique metaxam:* ſed etiam pro ſignato, quia in mancipando cum dicitur, *ruduſculo libram ferito,* aſſe tangitur libra. Cincius de verbis priſcis ſic ait: Quemadmodum omnis fere materia non deformata rudis appellatur, ſicut veſtimentum rude non perpolitum: ſic aes infectum ruduſculum. Apud aedem Apollinis aes conflatum iacuit, id ad rudus appellabant: in aeſtimatione cenſoria aes infectum rudus appellatur. Varro L. L. 4, 34 p. 39, 19 Aes raudus dictum: ex eo in veteribus mancupiis ſcriptum, Rauduſculo libram ferito. *Quid ſit* Rudus iacere *apud* Liu. 26, 11 *diſputatur. Ponamus locum:* Hannibal ad lucum Feroniae pergit ire, templum ea tempeſtate inclitum diuitiis — multo auro argentoque id exornatum habebant. His omnibus donis tum ſpoliatum templum. Aeris acerui, cum Rudera milites religione inducti iacerent, poſt profectionem Hannibalis magni inuenti. *Simpliciſſimum eſt dicere, Milites religione vel ſuperſtitione potius tactos, totam vti praedam reddere inducere animum non potuiſſe; ſed tamen, vt ſacrilegium quodammodo expiarent,* ieciſſe, iactaſſe, contuliſſe rudus ſ. raudus, *aes tum rude quod in praeda fuerat, tum laboratum quoque et cuſum. Qui mirantur, quae iſta eſſet religio rudera iaciendi, in iis, qui aurum argentumque retinerent: illi non ſatis Romanam vel quamcunque adeo ſuperſtitionem perpenderunt: quam exemplis declarare promtum eſt, ſed non huius loci. Conf.* Varro L. L. 5, 34.

RAVDVSCVLVM, i. n. Dimin. Cic. Att. 4, 8 Nam de rauduſculo quod ſcribis, *etc. i. modico illo aere.* Eidem 14, 15 (14) Nec mehercule me rauduſculum mouet, *i. Pecunia. Conf.* ib. 7, 2.

RAVDVSCVLA, Porta Romae appellata eſt, a Raudo, id eſt aere, quod aerata ſit. *Vid.* Val. Max. loco mox citato.

RAVDVSCVLĀNVS, a, um. Adi. *Vnde,* Rauduſculana porta Romae, quod aerata fuit, *vt ait* Varro L. L. 4, 34 p. 39, 18. Valer. Max. 5, 6, 3 Genucio Cippo Praetori paludato portam egredienti, noui et inauditi generis prodigium incidit. Namque in capite eius ſubito velut cornua emerſerunt. reſponſumque eſt, eum regem fore, ſi in vrbem reuertiſſet; quod ne accideret, voluntarium ac perpetuum ſibimet indixit exilium — Cuius teſtandae rei gratia, capitis effigies aerea portae, qua exceſſerat, incluſa eſt: dictaque Rauduſculana, quod olim aera raudera dicebantur.

RAVENNA, ae. f. [Ῥάβεννα] *Vrbs Italiae, in ora litoris Adriatici.* Sil. 8, 603 Quique graui remo limoſis ſegniter vndis Lenta paludoſae proſcindunt ſtagna Rauennae. Rauennae *ridiculum et Satiricum elogium eſt* Sidon. Apoll. 1, 8.

RAVENNAS, ātis. [Ῥαβεννάτης] *Rauennae incola, aut ad Ra-*

vennam

vennam pertinens. Rauennate agro Columel. 3, 13, 9. Rauennatis ſoli ager vliginoſus Pall. Ian. 13, 7. Martial. 3, 93 Meliusque ranae garriant Rauennates.

RAVIS, is. f. [βράγχος] *Raucedo vocatur, quae fit aut nimia ſiccitate propter clamorem, aut nimio humore ad vocis locum fluente.* Plaut. Aul. 2, 5, 10 Huccine detruſiſti me ad ſenem parciſſimum, vbi ſi quid poſcamus, ad rauim poſcamus prius quam quidquam detur? Idem in Ciſtellaria *apud* Non. 2, 730 Expurgabo hercle omnia ad raucam rauim.

RAVVS, a, um. Adi. [ἀμβλύς, μελανόπυῤῥος] *Veteres videntur dixiſſe Obtuſum, idque tum ad vocem tum ad colorem retuliſſe, vt in* candidi, clari, fuſci, obſcuri *appellationibus factum eſt.* Raua vox, Rauca et parum liquida, proxime canum latratum ſonans: vnde etiam Cauſidicus pugnaciter loquens Rabula appellatur. Feſt. Raua frumenta, *Nimium ſicca, torrida et arida appellata eſſe ſcribit* Feſtus *vid.* Raucos ex Verrio, *ex eo, vt ſuſpicatur Turnebus, quod, quemadmodum* rauci *ab ariditate vocis et gutturis appellantur, ab eadem nominatae ſint ſpicarum ariſtae,* et frumenta raua: *niſi quis in* Feſto Stramenta *legat, eodem ſenſu, quamquam alterum magis illi probetur.* Raui coloris appellantur, qui ſunt inter flauos et caeſios, *vid.* Feſt. Nonius 2, 729 Rauum, Fuluum. Cic. Acad. 4 Quia nobismetipſis tum caeruleum, tum rauum videtur. *Qui locus ita hodie legitur,* Mare illud, quod nunc Fauonio naſcente purpureum videtur — nobismetipſis modo caeruleum videbatur, mane flauum, quodque nunc, quia a ſole collucet, albeſcit et vibrat, *etc. Pro* flauum *ex l. c. Nonii* rauum *eſſe ſubſtituendum, diu eſt cum viri docti monuerunt.* Varro de R. R. 2, 9, 3 *de canibus,* Facie debent eſſe formoſi, magnitudine ampla, oculis nigricantibus, aut rauis. *Quidam legunt* Glaucis. Ibid. 2, 4 Cornibus pronis ad roſtrum, rauis oculis, *de arietibus.* Lupa raua Hor. Carm. 3, 27, 3.

RAVĬDVS, a, um. *Aliud* Adi. [μελανόπυῤῥος] *Vt,* Rauidi oculi, *iidem, qui* Raui, *i. vt ex Feſto vidimus,* inter flauum et caeſium. Columel. 8, 2, 9 *vbi* Gallis gallinaceis *eum poſcit oculorum colorem.*

RAVIO, īre. *Raucum eſſe.* Plaut. Poen. 3, 5, 33 Nego et negando, ſi quid refert, rauio. *Habet in* Rauim Paullus Feſti.

RAVILLVS, a, um. Adi. Rauillae mulieres a rauis oculis dictae, quemadmodum a caeſiis, caeſullae. Feſtus.

RAVISCELLVS, a, um. Adi. a Rauo. Plaut. *apud* Feſtum Quia inquit haec mulier, et ille rauiſcellus qui venit? *Legitur et* Rauiſtellus. *it.* Rauaſtellus. *Vid. Meurſ. Exerc. Crit. P. I p. 117. Vid.* GRAVASTELLVS *poſt deriuata ex* GRAVIS.

RAVŬLVS, a, um. Dimin. Sidon. Epiſt. 9, 13 Rauuli choraulae.

RAVRACI, *Galliae populi. v. g.* Caeſ. B. G. 1, 5, 4. *it.* Plin. 4, 17 Auguſtae Rauracorum *rudera putantur vicus* Augſt *prope Baſileam. Vid.* Cluuer. Antiq. Germ. 2, 5.

R E

RE *inſeparabilis Praepoſitio, de qua* Priſcian. 14 p. 1002 *med.* Re videtur a retro per apocopam factum, ſicut et ipſe ſenſus manifeſtat, reſpicio retroſpicio, reuerto retrouertor, recurro retrocurro; vel ex hac (re) natum eſſe Aduerbium (retro) quomodo ab ex extra. *Sed multo latius patet eius particulae cum compoſitis ſignificatio. v. g. Iterationem notat in* repeto, renouo, reputo, repueraſco, reſurgo, reſideo *(quam ſolam illi vim tribuere accuſatur* Tertull. adu. Marc. 5, 17) *item ſeparationem, vt* reſeco, remitto, recipio, redundo, repono: *interdum viciſſitudinem, vt* reddo, repugno, reluctor, redamo, redigo, reſcribo, reſpondeo: *eſt etiam vbi ſignificationem verbi ſui inuertit, vt* recludo, retego, reſigno, retexo, *qua quidem in re cum prima illa ratione conuenit vel proprie, vel certe per translationem. An interdum modo augeat ſignificationem, diſputatur ad* Retectos pedes Sueton. Aug. c. 78 *vid.* RETEGO. *Certe in* redoleo, *et* reſono *poſſis hanc vim ſuſpicari, et ſi qua his ſint ſimilia: ſed in* remitto *videtur minuere.* ¶ 2 *Cum praeponitur Vocali, ſolet aſſumere D epentheticum, vt* redamo, redeo, redigo, redimo, redoleo, *etc.* ¶ 3 *In verſu* Re *ordinarie corripitur. Productum tamen etiam obſeruabimus ſaepiuſcule, non in* Refert *modo, vbi id perpetuum eſſe volunt Grammatici; ſed etiam in aliis: vbi nec geminari Conſonantem proximam in optimis libris videas. Quare ancipitem eſſe hanc Syllabam pronunciarunt* Giſan. *in Collectan. ad Lucret. et quos laudat praeterea* Broukhuſ. *ad* Propert. 4, 8, 44. *it.* Drakenb. *ad* Sil. 3, 309. *Saepe etiam illud monent* Heinſ. *et* Burmannus *ad Poëtas a ſe editos.* ¶ 4 *Obſeruabiles ſunt Pleonaſmi quidam, quod iunguntur, v. g. compoſita ex* Re *cum* Rurſum: Plin. 8, 22 Homines in lupos verti, rurſumque reſtitui ſibi. Ibid. 32 Quum prope ventum eſt, rurſus fugae praeſidia repetentes. *Ita compoſitum ex* Re *cum* Iterum, Plin. Epiſt. 2, 14 Iterum clamor. Iterum reticuit.

R E A

REA, *Mater Deûm, Auentini, Romuli, vid.* RHEA.

READOPTO, *vid.* REDADOPTO.

READVNATIO, ōnis. f. Tertull. de Reſurr. carn. c. 30 Recorporatio eſt readunatio oſſium. *al.* Redadunatio.

REAEDIFĬCO, āre. [ἀνοικοδομέω] *Rurſum vel denuo aedificare. Metaphor. laudatur* Cic. Att. 6, 1 Caeſarem in merito reaedificando diligentiorem fore. *Sed haec incerta lectio eſt: vid. edit. Graeu. p. 595.* Quia piget reaedificare Liu. 5, 53. *Add.* Tertull. adu. Marc. 5, 3. *et* de Pudic. c. 20 *extr.*

REAPSE. [τῷ ὄντι] Significat Reipſa. Pacuuius, Si non eſt ingratum reapſe quod feci, Feſtus. Cic. de Diuin. 1, 81 c. 37 Formae quae reapſe nullae ſunt, ſpeciem autem offerunt. Quod idem reapſe primum eſt Cic. de Fin. 5 c. 10. Reapſe expertus ſum Plaut. Truc. 4, 3, 41. *Add.* Id. Rud. 1, 3, 2. *Recipit tmeſin:* Re tamen apſe Lucret. 2, 658. Sen. Epiſt. 108 Eosdem libros (*Ciceronis de re publica*) cum Grammaticus explicuit, primum REAPSE dici a Cicerone, id eſt, RE IPSA, in commentarium refert; nec minus SEPSE, id eſt, SE IPSE.

REASSŬMO, ĕre. Plin. Epiſt. 5, 6 Aeſtate fluminis nomen arenti alueo deſerit, autumno reaſſumit. *al.* Reſumit.

REĀTE, is. n. [Ῥεάτιον] *Oppidum Sabinorum, Italiae vmbilicus: unde* Reatini *populi* Plin. 3, 12. Varro de R. R. 2, 6 Ego, *inquit,* de aſinis potiſſimum dicam, qui ſum Reatinus, vbi optimi et maximi fiunt. Sil. 8, 417 Magnaeque Reate dicatum Caelicolûm matri. *Forte alludit nomen ad Ream i. Rheam.*

REATĪNI, *Populi, a Reate oppido* inter Nomentanos et Trebulanos Plin. 3, 12.

REĀTVS, ûs. m. [ἐνόχων κατάστασις] *Vox Auguſti aetate primum inuenta a Meſſala, vti tradit* Quinctil. 8, 3, 34: *qua deſignatur Status et conditio reorum, habitus demiſſus, ſqualidus, et miſericordiae aucupator. Vnde reorum* ſordes, ſordidatique rei *dicebantur.* Modeſtinus, D. de poenis, in l. Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus poena eius ſubleuanda erit. *Pars poenae viſa eſt, longa temporis intercapedo in conſpicua calamitate et miſeranda.* Paullus D. de bonis damnat. l. 7 Cum ratio §. 2 Fraudis autem cauſa adoptio facta videtur, etiam ſi non reatu, ſed in deſperatione rerum per conſcientiam metu imminentis accuſatoris quis adoptet. Iuſtin. 4, 4 Reuocato igitur ad reatum Alcibiade, duo praelia ſecunda Nicias et Lamachus faciunt, *i. ad cauſam dicendam.* Martial. 2, 24 Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum, Squallidus haerebo, pallidiorque reo. ¶ 2 *Idem fere quod culpa, vel crimen adeo et noxa, ſignificat. e. g.* Nemo paternis reatibus obligatur, ſi purus ipſe perſeueret et innocens Quinctil. Declam. in Trib. Mar. c. 8 p. 81 *Burm.* Malae conſcientiae reatum intra me ſuſtinebo Apul. Met. 7 p. 191. *Add.* ibid. 3 p. 132. Luere reatum Alcim. Au. 2, 180. *i. poenam ſuſtinere.* Soluere reatum Prudent. Hymn. Ieiun. v. 175. *Conf.* Idem Hymn. de Natali Dom. v. 101.

R E B

REBAPTIZO, āre. *Iterum baptizare eum, qui baptizatus iam eſt.* Si quis rebaptizare quempiam de miniſtris catholicae ſectae fuerit detectus l. 2 Cod. ne ſanct. bapt. *Add.* Auguſt. Ep. 166.

REBAPTIZATOR, ōris. m. Auguſtin. Epiſt. 165.

REBELLO, āre. [ἀφίςαμαι] *Iterum bellare, vel ſine perfidia, vel contra fidem datam.* Ouid. Met. 13, 619 *de Memnonis auibus,* Quum ſol duodena peregit Signa, parentali moriturae more rebellant. *i. Bellum inſtaurant.* Si elapſus Philippus foret, mox grauius eum rebellaturum Liu. 33, 12. Carthaginienſes ad rebellandum compellere Idem 34, 60. *Sic* Ouid. Faſt. 6, 243. Caeſ. Bell. Gall. 8, 44 Si tali ratione diuerſis in locis plures rebellare coepiſſent. Liu. 8, 14 Quia cum Latinis rebellare noluiſſent. *Metaphor.* Rebellare vulnera, *ſeu alia vitia dicuntur, quando ſemel curata repullulant.* Plin. 25, 13 Creduntque ea rurſus ſata rebellare, quae curauerit vitia: quo ſcelere et plantagine vtuntur. *Conf.* Id. 21, 20. Plin. 13, 12 Minus ſorbet politura charta, magis ſplendet. Rebellat ſaepe humor incurioſe datus, primoque malleo deprehenditur, aut etiam odore, quum fuerit indiligentior. ¶ 2 *Fidem et obſequium ſemel praeſtitum deſerere.* Volſci, ferocior ad rebellandum, quam ad bellandum gens Liu. 7, 27.

REBELLANS, antis. Part. Bellum aduerſus rebellantes Aequos geſtum eſt Liu. 19, 9. *Add.* Suet. Aug. c. 21.

REBELLATVS. *Depon. Qui rebellauit.* Val. Max. 9, 10, 1 M. Flauius trib. pleb. ad populum de Tuſculanis retulit, quod eorum conſilio Veliternos, Priuernatesque rebellatos diceret. *Sic poſt Manut. ad* Cic. Fam. 8, 9 *Vorſtius et Perizon. licet contra libros. Vid. Perizon. ad Sanct. 1, 15 p. 136.*

REBELLATIO, ōnis. f. Valer. 7, 3, 9 ext. Quum crebris rebellationibus meruiſſent vt eorum vrbem funditus Romani euertere vellent. *Conf.* Idem 7, 4, 1. Tacit. Ann. 14, 31 Commoti ad rebellationem.

REBELLĀTOR, ōris. m. *et* REBELLĀTRIX, īcis. f. *Qui vel quae rebellat.* Liu. 40, 35 Dictu quam re facilius ſit, prouinciam ingenio ferocem rebellatricem confeciſſe. Ouid. Triſt. 3, 12, 47 Teque rebellatrix, tandem Germania magni Triſte caput pedibus ſuppoſuiſſe ducis.

REBELLIS, e. Adi. [ἀποςατικὸς] *Vt,* Flammae rebelles Stat. Theb. 1, 35 Rebellis amor Ouid. Rem. Amor. 246. Regio rebellis Curt. 8, 1, 35.

REBELLIO, ōnis. f. [ἀφηνιασμὸς] Caeſ. Bell. Gall. 3 c. 10 Rebellio facta poſt deditionem. Rebellionem facere Idem ib. 4, 38. Audita rebellione Germaniae Suet. Calig. c. 51. Coeptare rebellionem Tacit. Ann. 3, 40. ¶ 2 Rebellio, *Maſc.* ἀποςάτης, ἀπόςασις Gloſſ. Lat. Gr. *Rebellis.* Iſtos rebelliones acerrime proſequaris Vulcat. in Au. Caſſio c. 10. *Add.* Treb. Poll. in Gallieno Salon. *ex reſtit. Salmaſii.*

REBELLIVM, i. n. *Idem.* [ἀπόςασις] Liu. 42, 21 Qui deditis contra ius et fas bellum intuliſſet, et pacatos ad rebellium incitaſſet. *Quam lectionem contra Gruterum defendit Gronou. et retinet Drakenb.*

REBIBO, ĕre. Theod. Priſc. de Diaeta c. 15.

REBĪTO, āre. [ἄνειμι] *Redeo, ex antiquo* Betere, *vt colligo ex* Ieſo. Plaut. Capt. 2, 3, 20 Ac ſi non rebitas huc, vt viginti minas dem pro te. Ibid. 3, 5, 89 At vnum hoc te quaeſo, ſi huc rebitet Philocrates, vt mihi eius facias conueniundi copiam.

REBLATA, *vid.* ANTIOCHIA.

REBOO, āre. [ἀντιβοάω Onomaſt. Vet. *vel* ἀναβοάω] *Boare grauiter, quaſi ſono repercuſſo.* Virg. Georg. 3, 223 Reboant ſiluaeque et magnus Olympus. *i. Reſonant, remugiunt.* Eſt autem Graecum verbum. Nam apud Latinos nullum verbum eſt, quod ante o finalem, habeat o, excepto Inchoo: quod tamen maiores aliter ſcribebant, adſpirationem interponentes duabus Vocalibus, et dicebant Incoho. Seruius. Laqueata templa citharis reboant Lucret. 2, 28. Tympana reboant Catull. de Berecynt. ſ. 61 (64) 21. Sil. 3, 439 *de Hercule,*

— Moeſto clamore ciebat
Pirenen: ſcopulique omnes, ac luſtra ferarum
Pirenen reboant. *al.* Reſonant. *Vid.* Drakenb. *ad h. l.*

Ad ſimilitudinem caeleſtis tonitrui amen reboat Hieron. Comm. 2 in Ep. ad Gal. praef.

REBVLLIO, īre. Apul. 5 p. 170 Lucerna feruens oleum rebulliuit in eius humerum. *Et* 1 p. 108, 16 Cum ille impetu teli praeſecata gula, vocem, immo ſtridorem incertum per vulnus effunderet, et ſpiritum rebulliret.

R E C

RECALCĬTRO, āre. [ἀντιλακτίζω] *Retro Calcitro.* Hor. Serm. 2, 1, 20

— Niſi dextro tempore Flacci
Verba per attentam non ibunt Caeſaris aurem:
Cui male ſi palpere, recalcitrat vndique tutus.

RECALCO, āre. [παλιμπατέω] *Rurſum calcare.* Colum. 2, 2 Si velis ſcrobibus egeſtam humum recondere, et recalcare, quum aliquo

quo quaſi fermento abundauerit. Limen recalcandum patet Prudent. Cath. 9, 75. *Conf.* Apul. Mileſ. 6 p. 181.

RECALX, alcis. Improbi ſemper et dura ceruice recalces Commodian. Inſtruct. 38.

RECĂLEO, ui, ēre. [ἀναθέρομαι] *Idem quod ſimplex* Caleo. Virg. Aen. 12, 35

Vix vrbe tuemur
Spes Italas, recalent noſtro Tyberina fluenta
Sanguine.

Recalent, *ſubinde calent, cum vix refrixit locus, calere denuo incipit.* Exſtinctae recalent veſtigia flammae Paullin. Natal. Felic. 8, 397. Acrius multo atque vehementius Theſſalici incendii cineres recaluere Florus 4, 2. Recalebant auribus eius parentis effata Ammian. 28, 1. *Add.* 22 c. *vlt.* Si quis et in ſudibus recalenti aſpergine ſanguis Inſidet Prudent. Hymn. Hippol. v. 143.

RECALESCO, ĕre. [ἀναθερμαίνομαι] *Rurſus caleſcere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 26 c. 10 Quod noſtris quoque corporibus contingit, quum motu atque exercitatione recaleſcunt. Ouid. de Rem. Amor. 629 Quid iuuat admonitu tepidam recaleſcere mentem? Recaleſcere flatu Prudent. Pſychom. v. 59. Nec poſt obitum recaleſcens Compago fatiſcere nouit Id. Hymn. Exſequ. v. 95.

RECALFĂCIO, fēci, factum, ĕre. [ἀναθερμαίνω] *Rurſus calidum facere.* Ouid. Met. 8, 444 Calidumque prioris Caede recalfecit conſorti ſanguine telum.

RECALFĪO, fiĕri. Scribonius Largus c. *vlt.* Rurſus recalfiunt, et colantur per linteum.

RECALEFACTVS, a, um. Statim recaleſacto corpore Cael. Aurel. Acut. 2, 10.

RECALVASTER, tri. m. [ἀναφαλαντίας] *Qui fronte caluus eſt, non toto capite: eſt enim Diminutiuum.* Comatum et criſpulum malis, quam recaluaſtrum Sen. Epiſt. 66. *in aliquibus MSS. deſunt duo poſteriora verba. Occurrit tamen hoc vocabulum apud* Vulgat. Levit. 13, 41.

RECALVVS, a, um. Adi. [ἀναφαλαντίας] *Idem.* Plaut. Rud. 2, 2, 11 Ecquem recaluom ac ſilonem ſenem, ſtatutum, ventrioſum, *etc.*

RECALVATIO, ōnis. f. Vulgat. Leuit. 13, 42.

RECALX, *vid.* RECALCO.

RECANDEO, ui, ēre. [ἀναλευκαίνομαι] *Candere, ſiue candidum eſſe a percuſſione, vt Praepoſitio habeat vim viciſſitudinis, aut reſiſtentiae adeo.* Ouid. Met. 4, 529 Seque ſuper Pontum nullo tardata timore Mittit, onusque ſuum: percuſſa recanduit vnda. *i. Candida et alba facta eſt propter ſpumam, quam concitatum mare emittere ſolet.* ¶ 2 Recandeſcere, [ἀναπυρῶσθαι] *Rurſus incaleſcere, vt,* Ira recanduit, *Iterum inflammata eſt* Ouid. Met. 3, 707. Idem ibid. 1, 434 Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti Solibus aethereis altoque recanduit aeſtu, *denuo incaluit.*

RECANDENS, entis. Partic. [ἀναπυρούμενος] *Laudatur* Plin. 37, 9 ſ. 52 *de iride gemma,* Sed eſſe aliquas ſcabris lateribus et angulis inaequalibus dicunt, in ſole aperto proiectas, radios in ſe recandentes diſcurrere. *Vetus exemplar legit* Candentes. *Harduin.* in ſe cadentes diſcutere.

RECĂNO, cinui, centum, ĕre. [ἀναφωνέω] *Iterum canere.* Plin. 10, 33 Adeoque vincit libido etiam fetus caritatem, vt illa furtim et in occulto incubans, quum ſenſit feminam aucupis accedentem ad marem, recanat, reuocetque. *de perdice.* Recanere, *pro Incantationem retorquere ac diſſoluere.* Plin. 28, 2 ſ. 4 *vt legit Turnebus et Hard.* Non pauci etiam ſerpentes ipſos recanere, *etc. Senſus eſt, vt cantu angues rumpi priſci cenſebant, ſic angues ipſos exiſtimabant, ſi id praeſentirent, recanere, et incantationem referre ac diluere. Quidam legunt* Recantare, *de quo ſtatim.*

RECANTO, āre. [παλινῳδέω] *Eſt Rem incantatam alio carmine liberare.* Plin. 28, 2 ſ. 4 Non pauci etiam ſerpentes ipſos recantare credunt. *Sed* Recanere *alii, vt modo dictum.* Recantare, *ſimpliciter eſt iterum cantare.* Martial. 2, 85 (86) Nuſquam Graecula quod recantat Echo, *h. e. Cantanti vel loquenti reſpondet.*

RECANTATVS, a, um. Part. [παλινῳδημένος] Hor. Carm. 1, 16, 17

Nunc ego mitibus
Mutare quaero triſtia, dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis, animumque reddas.

Recantatis, i. e. Meliore carmine deletis. Recantantur autem opprobria, quum mutato carmine laudibus corriguntur, *ait* Acron. Porphyrio *vero*, Recantari probra dicuntur, quum contraria probris carmina fiunt in eum, cui maledixerimus. *Sed* Ouid. Rem. Amor. 259 Nulla recantatas deponent pectora curas. *i. Amores magicis carminibus repreſſos.*

RECAPITVLO, āre. [ἀνακεφαλαιῶ] *Summa rerum capita breuiter repetere.* Tertull. adu. Marc. 5, 17 Vt ita dixerim, ſicut verbum illud in Graeco ſonat, recapitulare, id eſt, ad initium redigere vel ab initio recenſere. Recapitulauit Tertull. contr. Iud. c. 8. Recapitulando dicit, tanquam ad id rediens, quod praeterierat Auguſt. C. D. 20, 14. Idem ibid. 20, 21 Recapitulat ab initio. Quinctil. 6, 1 ἀνακεφαλαιῶν *vertit* Decurrere per capita.

RECAPITVLATIO, ōnis. f. *Sic Latine redditur* ἀνακεφαλαίωσις. Generalis recapitulatio, *eſt inſcriptio* Caſſiod. Diuin. Lect. c. 24.

RECAPTIVATVS, a, um. Iuſte a deo recaptiuatus Interpr. Iren.

RECASVRVS, *vid.* RECIDO.

RECAVEO, ēre. Qui ſollemni lege ſe vinxerit et recauerit Impp. Cod. lib. 9 t. 3 de exhib. et transmittend. reis l. 2.

RECAVTA, orum. n. *Apochae ſpecies* in Nouell. 130, 1 de tranſitu militum, in qua Iuſtinianus *commemorat* recauta de more facta, παρὰ τῶν ὀπτιόνων τοῖς ὑποτελέσιν ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτῶν δαπανωμένων. *i. apochas, quibus viciſſim cauetur his, qui ſoluerunt quod debebant, non denuo exactum iri. Hinc apud Suidam et in Gloſſis Nomicis* Ῥέκαυτον *(ſic nempe legendum pro* ῥέκαυγον *ſ.* ῥέκαυδον*)* ἀποχῆς εἶδος. Recautum *quaſi retro et viciſſim cautum.*

RECĒDO, ſſi, ſſum, ĕre. [ἀναχωρέω, ὑπείκω] *Quaſi Retro cedere.* Recedere ab aliquo procul Plaut. Capt. 3, 4, 20. Accedere ad aliquem, *et* Recedere ab aliquo, *contraria* Cic. pro Planc. 15. Ab hoſte recedere Ouid. ex Pont. 3, 1, 131. Ex acie, *vid.* ACIES. Longius Virg. Georg. 4, 191. Plaut. Rud. 3, 5, 7 Iube dum recedere iſtos ambo illuc modo. ¶ 2 *Metaphoras habet frequentes.* Virg. Aen. 2, 300 Et magis atque magis (quanquam ſecreta parentis Anchiſae domus, arboribusque obtecta receſſit.) *i. e. inquit* Seruius, a frequentia ſe remouit. et eſt [illegible] rei mobilis ad immobilem, vel e contra transfertur [illegible] *tibus litora etc. recedere videtur.* Prouehimur portu, terraeque [illegible] que recedunt Virg. Aen. 3, 72. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 3, 157. Flammae recedunt Virg. Aen. 2, 633. Turpiter victa Venus ſaepe receſſit Ouid. Rem. Amor. 199. Cic. pro Roſc. Amer. 16 c. 6 Poſteaquam ab Armis receſſerunt, in ſummo otio, rediens a coena Romae occiſus eſt. Idem poſt redit. in Senat. 6 Qua ſtrage nonnulli permoti magiſtratus, partim metu mortis, partim deſperatione Reipubl. paullulum a mea Cauſa receſſerunt. Cic. pro Quint. 67 c. 21 Vsque dum inueniretur, qua ratione res ab vſitata Conſuetudine recederet. Stat. Silu. 3, 5, 55 Sic vt mater amas, ſic nunquam Corde recedit Nata tuo. Cic. Verr. 2, 44 Sin illud dices, te Heraclii voluntate ab Lege receſſiſſe: ipſe te impedies. A Natura Quinctil. 2, 10. Plin. Epiſt. 2, 1 Viuit enim, viuetque ſemper, atque etiam latius in memoria hominum et ſermone verſabitur, poſtquam ab Oculis receſſit. Cic. Off. 3, 19 c. 4 Quam ſi ſequemur in comparatione rerum, ab Officio nunquam recedemus: *nunquam non faciemus officium.* Nullo dolore cogi, vt ab officio recedatur Auctor ad Heren. 3, 5. A vera longe Ratione recedit Lucret. 2, 229. Cic. Att. 12, 4 Si a Sententiis eius dictis, ſi ab omni Voluntate Conſiliisque, quae de Republ. habuit, recedam, *etc.* Idem Off. 1, 37 Hoſtis enim apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus, *etc.* quamquam id nomen durius iam effecit vetuſtas: a peregrino enim receſſit, et proprie in eo, qui arma contra ferret, remanſit. Cic. Tuſc. 4, 40 Quippe qui ob eam cauſam a Vita receſſerit. A Vitio longe recedere Plin. Epiſt. 9, 6. Vita receſſit patrio corpore, *i. Mortuus eſt pater* Plaut. Merc. Prol. 73. Cic. Att. 1, 17 Neque de ſtatu nobis noſtrae dignitatis eſt recedendum, neque, *etc.* In otia tuta Hor. Serm. 1, 1, 31. Virg. Aen. 4 *extr.* Dilapſus calor, atque in ventos vita receſſit. In ſe receſſit numen Apul. Met. 11 p. 260, 9 (p. 243, 3 *Pric.*) *i. euanuit, oculis ſe ſubduxit.* Plin. 3, 25 Septem millia paſſuum a mari recedens, *i. remotum.* Pictor cum vi artis ſuae efficit, vt quaedam eminere in opere, quaedam receſſiſſe credamus, ipſe ea plena eſſe non neſcit Quinctil. 2, 17, 21. *Vid. vltimum exemplum in* RECESSVS. ¶ 3 Recedo, *pro Diſcedo.* Cic. Att. 2, 13 Tu ſi literas ad Sicyonios habes, aduola in Formianum, vnde nos pridie Non. Maii recedere cogitamus. Sall. Iug. 36 *extr.* Albinus Aulo fratre in caſtris pro Praetore relicto, Romam receſſit. *Sed recte* deceſſit *Cort.* Ante finem recedere Plin. Epiſt. 1, 13. In auras tenues recedere Virg. Aen. 2, 791. Cic. pro Roſc. Amer. 112 c. 38 Recede de medio, per alium tranſigam. Quid furis: aut quonam noſtri tibi cura receſſit? Virg. Aen. 2, 595. Ille, vt opes fractae Teucrûm, et fortuna receſſit Virg. Aen. 3, 53. *Et Metaphor.* Recedere, *pro Diminui.* Plin. Epiſt. 6, 3 Receſſit venter. Rareſcunt tenebrae, tantum de luce receſſit Stat. Theb. 11, 74. Recedere, *pro Disiungi.* Celſ. 8, 7 Sed in aliis quidem oſſibus ex toto ſaepe fragmentum a fragmento recedit: maxillae vero ſemper oſſa etiam vexata aliqua parte cohaerent. Ouid. Faſt. 6, 707 Ante receſſiſſet caput hoc ceruice cruenta, Quam tu, *etc.* ¶ 4 *Paſſ.* Neque ab oppugnatione recedi poſſe Hirt. B. G. 8, 40. Ita ab Illiturgi receſſum eſt Liu. 24, 41. Illa etiam, ſi quando in tergum pulſa receſſit Virg. Aen. 11, 653.

RECĒDENS, entis. Partic. [ἀναχωρῶν] *Vt,* Anni venientes et recedentes Hor. de Arte Poët. v. 175. Rurſus recedens hoſpes Valer. Argon. 7, 118. Ruit ille recedens Virg. Aen. 12, 291. Curt. 4, 1, 6 Maritimam tamen oram, et pleraque longius etiam a mari recedentia, rex eius inſulae Strato poſſidebat.

RECESSVRVS, a, um. Partic. [ἀναχωρήσων, ὑπάξων] Ouid. in Ibin 237.

RECESSVS, a, um. Adi. *Compar.* Vitruu. 5, 8 Receſſior ſcena.

RECESSVS, ûs. m. [ἀναχώρησις, ὕπαξις] *Actus recedendi.* Cic. de Nat. Deor. 2, 34 Beſtiis autem ſenſum et motum dedit, et cum quodam appetitu acceſſum ad res ſalutares, a peſtiferis receſſum. Tum acceſſus ad cauſam facere tum receſſus Cic. Fam. 9, 14. Tacitus receſſus Stat. Silu. 1, 2, 271. Acceſſus et receſſus lunae Cic. de Orat. 3 c. 45. Idem de Diuin. 2, 34 c. 14 Quid de fretis aut de marinis aeſtibus plura dicam? quorum acceſſus et receſſus, Lunae motu gubernantur. Vegeta et ſtrenua ingenia quo plus receſſus ſumunt, hoc vehementiores impetus edunt Val. Max. 3, 6, 1. *Eſt igitur* receſſus *hic, cum impetus capiendi cauſa receditur.* Plin. 8, 33 Oculi in receſſu cauo, tenui diſcrimine, praegrandes, et corpori concolores. Quinctil. 1, 5, 32 Κοιλοστομία *(quaſi tu* caui oris *vitium dicas)* cum vox quaſi in receſſu oris auditur. Quinctil. 11, 2, 18 Domus in multos diducta receſſus. Martial. 4, 64, 4 Lati collibus imminent receſſus. Cic. Att. 12, 25 Mihi ſolitudo et receſſus prouincia eſt. Quinctil. 1, 4, 2 Plus habet in receſſu Grammatice, quam fronte promittit. Anguloſi receſſus, *vid.* ANGVLVS. Apricus, *vid.* APRICVS. Longis receſſibus ingens ſpelunca Ouid. Faſt. 1, 555. Magni receſſus et amoeni Curt. 7. Marmoreo ſuperi ſedere receſſu Ouid. Met. 1, 177. Seducti Idem ibid. 13, 902. Tenebroſo receſſu carceris obtecta Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 82. Latebrae et receſſus in animis hominum Cic. pro Marc. c. 7. Plin. Epiſt. 3, 3 Vita hominum altos receſſus, magnasque latebras habet. *i. accurate tegunt homines ſenſus ſuos et conſilia.* Cic. de Orat. 3, 99 Sed habeat tamen illa in dicendo admiratio ac ſumma laus, vmbram aliquam aut receſſum, quo magis id, quod erit illuminatum, extare atque eminere videatur. *Vid.* RECEDO *n. 2 extr.*

RECESSIO, ōnis. f. Vitruu. 1, 6 Ventus inclinationibus et receſſionibus varietates mutatione flatus facit.

RECESSIM. Adu. [ἀναδρομάδην] *Retro cedendo.* Plaut. Amph. 5, 1, 60 Ego cunas receſſim rurſum prorſum trahere. Receſſim cedam ad parietem, imitabor nepam Plaut. Caſ. 2, 8, 7.

RECELLO, ui, ĕre. [ἀνακλίνω] *Reducere, et, vt ait* Feſtus, Reclinare. Apul. 10 p. 219 *de Aſino*, Illa enim quoties ei parcens nares recellebam, accedens toties niſu rabido et ſpinam prehendens ad eam appliciore nexu inhaerebat. *Intranſitiue*, Liu. 24, 34 Ferrea manus quum iniecta prorae eſſet, grauique libramento plumbi recelleret ad ſolum: ſuſpenſa prora nauium in puppim ſtatuebat. Recelleret, *i. retro ferretur vel rueret.* Terra retro recellit, *i. Reclinat* Lucret. 6, 572.

RECELLICLVNIAE, ārum. f. *Pl.* Meretriculae in Plauto *ap.* Feſtum *eſſe dicuntur. Vid.* Apul. *l. c. in* RECELLO.

L 2

RE-

RECENS, entis. Adi. [νεαρὸς, πρόσφατος] *Nouum, quod nuper accidit.* Ter. Adel. 3, 2, 14 Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum Aegritudo haec eſt recens. Cic. Fam. 11, 21 Quo circa Segulium negligamus, qui res nouas quaerit: non quo veterem comederit (nullam enim habuit) ſed hanc ipſam recentem, nouam, deuorauit. Cic. de Senect. 72 c. 20 Omnis conglutinatio recens, aegre, inueterata facile diuellitur. *Contraria:* Et alios alii deinceps exciperent, integrique et recentes defatigatis ſuccederent Caeſ. B. G. 5, 14 *f.* Curt. 3 Timere ne non virtute hoſtium, et laſſitudine ſua vincerentur. Perſas recentes inde ſucceſſuros, ſi laxius ſtare potuiſſent. *Hinc dicuntur* Equi recentes, *vt paullo poſt videbis adnotatum.* Pullus a partu recens Varro de R. R. 2, 8. Dido recens a vulnere Virg. Aen. 6, 450. Cic. de Nat. Deor. 3, 11 Et quos Homerus, qui recens ab illorum aetate fuit, ſepultos dicit Lacedaemone. Cic. Act. 1 Verr. 5 Quum e prouincia recens eſſet, inuidiaque et infamia non recenti, ſed vetere ac diuturna flagraret. Cic. Att. 16, 7 *pr.* Rhegini quidam, illuſtres homines eo venerunt Roma ſane recentes. *Compar.* Cic. de Finib. 2, 12 Horum recentiorum nunquam dictum ab ipſo vllo quod ſciam. Nonius *in hunc locum*, Recentiorum, id eſt nouorum. Alius alio recentior eſt in dolore Auctor ad Heren. 2, 10. Recentiores ex Auctoribus Plin. 12, 17. Recentiſſima Bella Liu. 38, 45. Quod recentiſſimum eſt Liu. 26, 13. Senec. Epiſt. 91 Non tamen negauerim fuiſſe alti ſpiritus viros, *etc.* vt ita dicam, a diis recentes. *Nuper a DIs profecti et demiſſi in hanc vitam.* Animae recentes *modo interfectorum, vt* Vmbrae Ouid. Met. 8, 488. Aegritudo Ter. Adelph. 3, 2, 14. Auctor recentior Liu. 2, 56. Animus, *i. Praeferuidus* Liu. 21, 52. Aqua recens Scribon. 84. Caedes Virg. Aen. 2, 718. Caede recenti locus tepidus Virg. Aen. 9, 455. Candore recenti ſol irrigat caelum Lucret. 5, 283. Cauſa recens acceſſit ad iras Ouid. Met. 3, 73. *al.* Plaga. Crimen Ouid. Epiſt. 9, 53. Cura Idem Amor. 3, 9, 32. Dolor Quinctil. 6, 2. Epiſtola recentiſſima Cic. Att. 8, 15. Equi recentes, *Non laſſi, vel a laſſitudine recreati* Ouid. Met. 2, 63. Liu. 38, 25. Equitum recentiſſimi Tac. Hiſt. 3, 20, 7. Exemplum Claud. in Eutrop. 2, 547. Factum Ouid. Met. 1, 164. Fama Plin. 10, 43. Flores recentes carpere Hor. Carm. 3, 27, 43. Fluvios recentes, pro Aqua ſtatim hauſta Virg. Georg. 3, 301. *vt ait* Seruius. *Nempe vt* aqua recens, *quae non contraxit vitium ſtando.* Folio velata recenti Ouid. Faſt. 3, 141. Homines recentes, *Nuper nati* Hor. Carm. 1, 10, 2. Laudes Ouid. ex Pont. 4, 8, 87. Lectu recenti auctae copiae, *h. e. Delectu quod legunt al.* Tac. Hiſt. 4, 70. Cic. Att. 6, 1 Recentiſſimas a Cybiſtris meas Literas habere ais ad X. Cal. Oct. datas. Malum Ouid. Triſt. 4, 6, 22. Maritus Plin. Epiſt. 8, 23 *extr.* Plaut. . . Nouum dixit. Cic. de Nat. Deor. 6 c. 2 Et recentiore Memoria iidem Tyndaridae Perſen victum nuntiauerunt. *i. Haud ita multo ante.* Metu recenti trepidat mens Hor. Carm. 2, 19, 5. Cic. Verr. 1, 101 Datam quidem eſſe tum inter omnes recenti negotio facile conſtabat. Pater Plin. Epiſt. 8, 23 *extr.* Pede recenti recurrere Plaut. Trin. 4, 3, 8. Poma recentiſſima Columel. 12, 44. Prata recentia incolere riuis Virg. Aen. 6, 674. Cic. Verr. 5, 75 An recenti re Syracuſis apud notos, inſpectante Sicilia paene tota, ſecuri ferire? *Conf.* Plaut. Trin. 4, 3, 8. Rore recenti gemmantes herbae Lucret. 2, 319. Seditio recens Ouid. Met. 12, 61. *al.* Repens. Cic. pro Muraen. 17 Itaque non ex ſermone hominum recenti, ſed ex annalium vetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuae. Tempore recenti illo tu omnia, *etc.* Cic. ad Brut. 7. Idem Verr. 3, 79 Praeſertim quum in lectulo Decumanae mulieris veſtigia viderent recentia, quibus illum inflammari ad perſeuerandum intelligebant? Vinum recens Scribon. 271. *de veteri, quod nuper promtum.* Vires recentes Ouid. Triſt. 4, 6, 29. Vmbrae recentes, *Quarum corpora nuper erant mortua* Ouid. Met. 10, 48. *de Orpheo, vt p. a.* Animae.

RECENS. [προσφάτως] Aduerbium *eſt aliquando, idem quod* Recenter *ſignificans.* Virg. Georg. 3, 156 Sole recens orto. Recens condita Roma, *h. e. Nuper* Suet. in Tiber. Caeſ. c. 1. Recens natus, *apud* Plaut. Ciſt. 1, 2, 17. Recens diues Ouid. Amor. 3, 8, 9. *Add.* Salluſt. *ap.* Chariſ. p. 192.

RECENTER. Adu. Apic. 1, 1 Oliuae de arbore recenter ſublatae. Pallad. 1, 26 Poma recenter lecta. *Conf.* Id. 5, 4. *Cellar. Cur. Poſt. p. 121.* *Superl.* Plin. 18, 23 Quam recentiſſime ſtercorato ſolo.

RECENTOR, āri. [νεογνοῦμαι] *Renouari, et denuo recens fieri.* Matius *apud* Gell. 15, 25 Iamiam albicaſcit Phoebus, et recentatur Commune lumen hominibus et voluptas. *Add.* Nonius 2, 751.

RECENSEO, ui, ſum, ēre. [καταλέγομαι, ἀπαριθμέω] *Recognoſcere multitudinem aliquam, et ſingulatim conſiderare, atque enumerare.* Liu. 1, 16 Inter haec recenſet exercitum, militem inſtruit. Captivos recenſere Liu. 26, 49. Omnemque ſuorum Forte recenſebat Numerum caroſque Nepotes Virg. Aen. 6, 682. Numerum Idem Georg. 4, 436. Numerum porcorum Columel. 7, 9. Vellera ad numerum pecoris Idem 12, 3. Recenſere, *Narrare.* Cic. Att. 16, 1 Ouius enim recenſet multa, quae vellem. *Sed editur modo,* Ouius enim recens. Is multa, quae vellem. Facta fortia recenſere Ouid. Epiſt. 9, 105. Dinumera faſtos, nec parua exempla recenſe Stat. Silu. 4, 1, 29.

RECENSVS, a, um. Partic. [καταλεχθεὶς] Suet. in Veſp. 9 Ampliſſimos ordines, et exhauſtos caede varia, et contaminatos veteri negligentia purgauit, ſuppleuitque recenſo Senatu et equite, ſubmotis indigniſſimis, et honeſtiſſimo quoque Italicorum ac prouincialium allecto. *al.* Recenſito *contra MSS.* *Sed* Recenſitus *etiam dici, mox videbimus.*

RECENSVS, ûs. m. [ἀπαρίθμησις] *Recenſendi actus, ac recognitio.* Sueton. in Caeſ. c. 41 Recenſum populi, nec more, nec loco ſolito, ſed vicatim per dominos inſularum egit. *Conf. Gron. ad* Liu. Epit. 115.

RECENSIO, ōnis. f. [κατάλογος] *Idem.* Cic. pro Milon. 74 c. 27 Eum, qui aedem Nympharum incendit, vt memoriam publicae recenſionis tabulis publicis impreſſam exſtingueret. Suet. in Iul. Caeſ. c. 41 Ne qui noui coetus recenſionis cauſa moueri quandoque poſſent.

RECENSITIO, ōnis. f. *Idem.* Vlpian. in l. 3 §. Si quis noxali D. Ad exhibend. Recenſitione ſeruorum facta. *Sic habent Pandectae Florentinae, et Haloander. Nempe eſt etiam.*

RECENSĪTVS, a, um. Partic. [ἀπαριθμηθεὶς] *quaſi a* Recenſio, *quartae Coniugationis Verbo.* Suet. in Iul. Caeſ. c. 41 Inſtituit quotannis in demortuorum locum ex his, qui recenſiti non eſſent, ſubſortitio a Praetore fieret. Colonia Frontin. de Colon. p. 332 *et* 354. Claud. in Eutrop. 2, 60 Priſca recenſitis euoluite ſaecula faſtis. *Add.* Prudent. Paſſ. Hippol. v. 147.

RECEPTACVLVM, RECEPTO, *vid.* RECIPIO.

RECESSIM, RECESSVS, *vid.* RECEDO.

RECHAMVS, i. m. *Trochlea, per cuius orbiculum funis ductarius traiicitur.* *Vtitur* Vitruu. 10, 2. *Conf. Baldi Lex.*

RECHARMĪDO, āre. *Ficta vox, apud* Plaut. in Trin. 4, 2, 135 Charmides ego ſum — SYC. Poſtquam ego me aurum ferre dixi, poſt tu factus es Charmides *(i. finxiſti te eſſe Charmidem, cui debeatur illud aurum)* Prius tu non eras —— Proin tu te itidem vt Charmidatus es, rurſum recharmida, *i. Depone nomen Charmidae fraudandi cauſa adſcitum.*

RECHEDIPNA, *falſa lectio pro* TRECHEDIPNA *v. v.*

RECĬDO, cĭdi, cāſum, ĕre. [ἀναπίπτω] *Retro ſiue iterum cadere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 66 Quia et recidant omnia in terras, et oriantur e terris. *Producit primam* Lucret. 1, 857 At neque recidere ad nihilum res poſſe. Idem 5, 281. Propert. 4, 9, 18 Recidit inque ſuos menſa ſupina pedes. *Legitur et* Decidit. *Vid. Heinſ. ad* Ouid. Her. 14, 46. *et* Rem. Am. v. 611. ¶ 2 *Metaphor. ad euentus omnis generis refertur.* Recidit in caput *medici* parum proſperae curationis euentus Curt. 9, 5, 25. Ouid. Met. 6, 212 Quod in ipſum recidat. Incaſſum recidit omnis impenſa Columel. 4, 3. Liu. 4, 2 Ne id Iupiter Opt. Max. ſineret, regiae maieſtatis imperium eo recidere. Recidit ad paucas familias attenuata bellis ciuitas Plin. 5, 2. Recidunt febres, *quae inde* recidiuae *dicuntur, Redeunt.* Plin. 28, 16 Quartanis magi excrementa felis cum digito bubonis adalligari iubent: et ne recidant, non remoueri ſepteno circuitu. Recidit, vt cupidos inter deuenit amantes Ouid. Rem. Am. v. 611. *de iuuene, qui in* ſuae portu paene ſalutis erat. *vid. Heinſ. h. l.* In fortunam recidere Quinctil. 6, 1, 23. In eandem Fortunam Cic. pro Sext. c. 70. In Inuidiam recidere Nep. 7, 7, 1. *i. iterum cadere.* Tela in iugulum Conſulum recidiſſent Cic. pro Planc. 90. Idem pro Sulla 91 Quam cito illa omnia ex laetitia et voluptate ad luctum et lacrimas reciderunt? Ad ludibrium recidit Curt. 9, 7, 23. Hoc in memoriam recidit Cic. Philipp. 13, 19 c. 9 *pr.* In grauiorem morbum recidere Liu. 24, 29. Cic. Philipp. 7, 28 Hunc tuum tantum apparatum, tamque praeclarum ne ad nihilum recidere patiare. Ramulum adductum vt remiſſus eſſet in oculum ſuum reciſſe Cic. de Diuin. 1, 123 c. 54. Idem pro Roſc. Com. 43 c. 15 Quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro, *idem ac*, quomodo cadat, quid reſponſurus ſis. Ad paucos recidit ars muſica Ter. in Prol. Hec. 47. In te recident hae contumeliae Plaut. Men. 3, 2, 54. Aetolorum praua conſilia, atque in ipſorum caput ſemper recidentia accuſauit Liu. 36, 29. In priſtinam cauſam recidere, *i. In priſtinam conditionem* Neratius in l. Quod in litore D. de acquir. rer. domin. Cic. ad Brut. 16 Nonne hoc eſt in easdem tenebras recidiſſe? ¶ 3 *An ponitur pro mori?* Rutil. Itin. 1, 312 Quod Lepidum toties recidit enſe malum, *i. quod tot Lepidi ferro periere.*

RECASŪRVS, a, um. Partic. [ἀναπεσούμενος] Cic. Att. 4, 16 *fin.* Id ego puto, vt multa eiusdem, ad nihil recaſurum. Suet. Aug. c. 96 Aduerſa cuncta in illos recaſura.

RECIDIVVS, a, um. Adi. [ὑπόστροφος, παλίνορσος] *Quod poſt caſum reſurgit, vires amiſſas, vitamque adeo recipit, renaſcitur.* Iſid. 17, 6 Recidiua arborum ſunt, quae aliis ſectis repullulant. Alii recidiua a cadendo dicunt, quia poſt caſum naſcuntur. Alii a recidendo et repullulando dixerunt. Ergo recidiuum, vbi mors aut caſus. Id. in Gl. Recidua *(leg.* recidiua) ex ruinis renaſcentia. Vet. Onom. Recidiuus πτώσιμος. *A* cadendo *deriuari modus ſyllabae ſecundae indicat.* *Gronou. ad* Sen. Troad. 472 *multus eſt in ratione appellationis indaganda, et eo euadit denique,* recidere *hic eſſe denuo accidere, euenire, naſcique adeo, et* recidiuum *idem quod renaſcens.* *Quid ſi veram rationem ſeruauit* Mela 3, 6, 17 Adeo agri fertiles, vt cum ſemel ſata frumenta ſint, ſubinde recidiuis ſeminibus ſegetem nouantibus, ſeptem minimum, interim plures etiam meſſes ferant. *Sit error in Melae verbis, quod ille frumentis tribuat, quae ad herbam Medicam pertinent, vt vult Voſſius: at illud vero admodum ſimile videtur,* Recidiua *primum dicta eſſe* ſemina, *quae cum temere excidiſſe videantur, et periſſe adeo, reſurgunt, et plantam ſuam inſtaurant.* *Fauet* Chariſ. 1 p. 71 Rediuiua dicemus, quae poſt interitum redeunt, recidiua, quae ex ſuo caſu reſtituuntur. *Quare proprie, vt multa, etiam* Recidiua ſemina *dixit* Prudent. in Symmach. 2, 821. *Iam perſequamur auctoritates reliquas.* Virg. Aen. 4, 344 *ex perſona Aeneae*, Me ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpiciis — Priami tecta alta manerent, Et recidiua manu poſuiſſem Pergama victis. Seruius, Poſt caſum reſtituta. *Nam altera gloſſa*, Quod exciſum denuo renaſcitur, *recentior videtur, cum abſit a melioribus.* *Similia tamen ſub* Seruii *nomine leguntur ad* Aen. 10, 58. *Nempe* Recidiua Pergama *repetit Poëta, vt placuiſſe intelligas 7, 322. et 10, 58: placuerunt etiam* Senecae Troad. 472. *et* Silio 1, 106 Gens recidiua Phrygum. *Ita* Recidiua febris *eſt, cuius, cum deceſſiſſe, et exſtincta eſſe putaretur, ſemina quaedam relicta ſunt, e quibus denuo: cum periculo ſaepe, oritur.* Celſus 3, 4 Adeo vt Hippocrates, ſi alio die febris deſiſſet, recidiuam timere ſit ſolitus. Plin. 30, 11 *vbi de febribus*, Quo genere et recidiuas frequenter abigi affirmant. *Pulchre* Auſon. ad Gratianum 33, 2 Quae bona praeſtas, efficis, ne caduca ſint: quae mala adimis, proſpicis, ne poſſint eſſe recidiua. Tertull. de Anima 24 Poſt obliuionem recordatio Memoria recidiua eſt. Idem de Carne Chriſti 12 *poſt longam inductionem viciſſitudinum naturalium*, Semel dixerim, vniverſa conditio recidiua eſt. *Et de eadem re* adu. Marcion. 1, 13 Oſiris — reciprocarum frugum — et recidiui anni fidem argumentatur, *i. oſtendit.* *Et* ibid. 4, 25 *ad fin. Mortui a Chriſto ſuſcitati ſunt* exempla vitae recidiuae. Idem de Pudic. 16 *med.* Vt intelligas, quanta ſecuri cenſurae omnem ſiluam libidinum caedat, et eradicet, et excaudicet, nec quidquam de recidiuo fruticare permittat. *Haec certa fide et ſine varietate ſic leguntur.* *Sed adamauerat hoc verbum Nic. Heinſius et paſſim reſtitui volebat, pro* rediuiuus *vel* repetitus. *Ac recte quidem, certe non ſine auctoritate MSS.* Claudian. de Phoen. 66 Continuo diſperſa vigor per membra volutus Aeſtuat, et venas recidiuus ſanguis inundat. Corippus 1, 349 *huc forte reſpiciens*, Ales vt expolitos cum Phoenix innouat artus A buſto recidiua ſuo. Idem Poëta *non ſemper barbarus*, v. 25 Succeſſorque boni recidiuaque

Gloria

Gloria Petri. *Plura tentat Heinſ. ad Claudian. l. c. et ad* Ouid. Faſt. 4, 45 Ille dedit Capyi recidiua (*al.* repetita) vocabula Troiae: *itemque Gronou. ad* Sen. Troad. 472. *Praecipua damus in* REDIVIVVS, *vbi habes etiam locum* Iuuenal. 6, 363.

RECIDIVĀTVS, ûs. m. *Renouatio, Inſtauratio.* Tertull. de Ref. Carnis 18 Scripturae recidiuatum carnis pollicentur. *Add.* Ibid. c. 1. *et* de Anim. 28.

RECĪDO, cīdi, cīſum, ĕre. [ἀποτέμνω] *Ex* Re *et* Caedo *compoſitum; Caedendo auferre.* Cato 2 Viam publicam muniri, vepres recidi. Martial. 1, 32 Quam primum longas Phoebe recide comas. Barbam recidere falce Ouid. Met. 13, 766. *de Polyphemo.* Vulnus immedicabile enſe recidendum eſt Ouid. Met. 1, 190. Ornamenta ambitioſa recidere Hor. de Arte Poët. 447. Culpa reciditur ſupplicio Hor. Carm. 3, 24, 34.

RECĪSVS, a, um. Partic. [ἀποτετμημένος] Plin. 16, 34 Itaque quum trunco inaruit reciſa, etiam laetius fruticat. Ab omni parte reciſum Ouid. Faſt. 3, 377. Caput reciſum eſt Ouid. Met. 9, 71. Columnae reciſae Hor. Carm. 2, 18, 4. Coloni enſe reciſi, *Interfecti* Lucan. 2, 194. Fuſtes reciſi Hor. Carm. 3, 6, 40. Nationes partim reciſae, partim repreſſae Cic. de Prou. Conſ. 21. Opus reciſum, *Breue et contractum, vt* Epitome, ἐπιτομή *a* τέμνω, *ſeco,* Paterc. 2, 89 Quae magnificentia triumphorum Caeſaris, quae fuerit munerum, ne in operis quidem iuſti materia, nedum huius tam reciſi digne exprimi poteſt. Sceptrum de ſtirpe reciſum Virg. Aen. 12, 208. Vitia reciſa a ſtirpe Claud. in Ruff. 1, 56. Vultus a ceruice reciſus Lucan. 2, 112. *Compar.* Calliſtrat. l. 2 D. de termino moto, Poſſunt ad tempus, vt cuiusque aetas patietur, relegari: et ſi iunior, in longius: ſi ſenior, reciſius. *i. breuius.*

RECISŪRVS, a, um. Partic. [ἀποτεμούμενος] Hor. Serm. 1, 3, 123

Quum dicas eſſe pares res
Furta latrociniis, et magnis parua, mineris
Falce reciſurum ſimili te.

RECISIO, ōnis. f. [ἀπότμησις] Plin. 21, 4 Omnis autem reciſione atque vſtione proficit.

RECISAMENTVM, i. n. [ἀπότμημα] *Paruum fruſtum et quaſi ramentum ex re aliqua reciſum.* Plin. 34, 11 Ociſſime vero coronarium aeruginem contrahit reciſamentis in acetum additis. *de aere.*

RECINGO, cinxī, cinctum, ĕre. [ἀναζωννύω] *Idem quod* Diſcingere, *quemadmodum ipſum* Reuincio, *et multa alia, ſignificationem habent ſuis ſimplicibus contrariam.* Plin. 17, 28 Priuatim autem contra erucas ambiri arbores ſingulas a muliere incitati menſis, nudis pedibus, recincta, *h. e. Diſcincta.* Ouid. Met. 4, 510 Sumtumque recingitur anguem. *i. iterum deponit anguem, quo ſe antea velut cingulo praecinxerat.* Tunicasque recingunt Ouid. Met. 1, 398. *Iuſſerat Themis v.* 382 Cinctasque reſoluite veſtes.

RECINCTVS, a, um. Partic. [ἀνεζωσμένος] *Vt,* Veſtis recincta Virg. Aen. 4, 518. Prudent. in Romano v. 236. Tunica recincta Ouid. Amor. 1, 5, 9. *et* 3, 1, 51. Caſtaque fallaci zona recincta manu Ouid. Epiſt. 2, 116.

RECINIVM, *vid.* RICINIVM.

RECINVS, *vid.* RICINVS *ibid.*

RECĬNO, cinui, centum, ĕre. [ἀναφωνέω] *Rurſus, item contra, vel verſus aliquem locum aut hominem canere.* Cic. de Clar. Orat. 171 Illud eſt maius, quod in vocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam et reſonat vrbanius. Hor. Epiſt. 1, 1, 55 Haec recinunt iuuenes dictata, ſenesque. Nomen alicuius recinere Hor. Carm. 1, 12, 3. *de Echo.* Parrae recinentis omen Idem ibid. 3, 27, 1. *i. malum auſpicium facientis, impedimentum obiicientis.* Recinere vrbanius, *vid.* Vrbanius *in* VRBS.

RECIPERATIO, RECIPERO, *vid.* RECVPERO.

RECĬPIO, cēpi, ceptum, ĕre. [ἀναδέχομαι, ἐκδέχομαι, ὑποδέχομαι] *Rurſum capere ſignificat, vel ab alio capere.* Liu. 9, 11 Recipiant arma quae per pactionem tradiderunt. Vict. Viris illuſtr. 61 Apud Contrebiam oppidum cohortes loco pulſas redire, et locum recipere iuſſit. Anhelitum recipere Plaut. Epid. 2, 2, 21. Animam Quinctil. in Prooem. 6 Animam recipere, auramque communem haurire amplius potui? Animum Ter. Adelph. 3, 2, 26. Animum vultumque Ouid. Faſt. 4, 615. Animum vel animos a vel ex pauore Liu. 2, 50. Idem 21, 5 *extr.* Libertatem priſtinam recipere, i. e. Recuperare Caius in l. Adeo in princ. D. de acquir. rer. domin. Mentem Virg. Aen. 11, 899. Idem ibid. 4, 656 Vlta virum, poenas inimico a fratre recepi. Bene Recepi, *inquit* Seruius, quaſi debitas. Res amiſſas Liu. 3, 63. Se recipere, *pro Ad ſe redire, et animum ac vires reſumere.* Cic. in Somn. Scip. 11 Quae quum intuerer ſtupens, vt me recepi, Quis hic, inquam, quis eſt qui complet aures meas tantus et tam dulcis ſonus? *Conf.* n. 6. Spiritum, *i. reſpirare* Quinctil. 11, 3, 39 coll. 32. Vrbem recipere, *Recuperare.* Cic. de Senect. 11 Tarentum vero qua vigilantia, quo conſilio recepit? Tarentum Cic. de Orat. 2 c. 67. Qui ſatis habebant, ſine detrimento diſcedere, quietiſſime ſe receperunt Caeſ. B. C. 3, 46. ¶ 2 Recipere ſe *eſt redire, vel conferre ſe, paritque formulas plures.* Ab vndis ſe recipere Virg. Georg. 4, 404. Ab Actio quum Samum inſulam in hiberna ſe recepiſſet Suet. in Auguſt. c. 17. Ad aliquem fuga recipere ſe Caeſ. Bell. Gall. 1, 15. Ad coenam ſe recipere ad aliquem, *Ire ad coenam* Plaut. Capt. 4, 2, 51. Cic. Off. 3, 45 Qui quum ad diem ſe recepiſſet, *etc. i. rediſſet, vadis liberandi cauſa ad ſupplicium.* Ad dominum domum te recipe Plaut. Trin. 4, 8, 8. Ad limina greſſum recipere Virg. Aen. 11, 26. Ad me recipe te Plaut. Perſ. 1, 1, 48. Cic. Verr. 6, 21 Et quum ex hiſce ſe locis reciperent, eodem deferrentur. Ex opere ſe recipere Plaut. Men. 5, 3, 7. Cic. Att. 1, 20 *pr.* Me Romam recepiſſem. *Conf.* Ibid. 5, 20. Ter. Phorm. 2, 3, 11 Percunctatum ibo ad portum quoad ſe recipiat. Cic. de Finib. 5, 15 Ex quo tantus error conſequitur, vt quem in portum ſe recipiant, ſcire non poſſint, *metaph. quo confugiant.* In montem ſeſe Caeſ. Bell. Gall. 1, 25. Si ſine maximo detrimento legiones ſeſe recepiſſent Inde, quo temere eſſent progreſſae Caeſ. B. C. 3, 45. Sub murum ſe Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 14. Domo me recipio tempore Cic. Att. 11, 6. Ter. Phorm. 5, 4, 7 Neque me domum nunc reciperem, ni mihi eſſet ſpes oſtenſa. ¶ 3 Recipere, *Capere vel accipere, cum viciſſitudinis quadam notatione, vt intelligatur oblatum id quod capitur. Quamquam interdum vix aliud quam* capere *notet, vel accipere.* Plaut. Rud. 3, 3, 34 In cuſtodiam nos vt tuam recipias et tutere. *Et apud* Plin. in Paneg. . . . Recipere in tutelam. Coenatio Epulum receptura Sen. Ep. 90. Animis recipere conſilia alicuius Liu. 22, 39. Cic. de Vniuerſ. 36 Ita orientur animantes, quos et viuos alatis, et conſumtos ſinu recipiatis. In aures recipere, *Audire* Plaut. Ciſt. 2, 1, 34. Cic. Acad. 4, 118 Plato ex materia in ſe omnia recipiente, mundum eſſe factum cenſet a deo ſempiternum. Plin. 14, 2 Vina primo dulcia auſteritatem annis recipiunt, et rubra fiunt. *Al.* Accipiunt. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 51 Quae res tamen fortaſſe aliquem reciperet caſum, ne imperatorias ſibi partes ſumſiſſe videretur. Cunctationem non recipit haec res Liu. 29, 24. Detrimentum Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 9. Domum recipere cuſtodiendam Liu. 39, 50. Cic. Att. 12, 36 A te heri duas epiſtolas recepi, alteram pridie datam Hilaro, alteram eodem die a tabellario. Frenum recipit equus Hor. Epiſt. 1, 10, 36. Frigus intima receperunt oſſa Ouid. Met. 11, 417. Plin. 14, 20 Faex vini ſiccata recipit ignes, ac ſine alimento per ſe flagrat. Incrementum Columel. 5, 6. Cic. de Nat. Deor. 2, 141 Aures quum ſonum recipere debeant, qui natura in ſublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatae ſunt. ¶ 4 Recipere *aliquem, Admittere, accipere, honoris vel beneficii aut humanitatis cauſa ſuſcipere.* Cic. Off. 3, 48 Cyrſillum quendam ſuadentem vt in vrbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt. Adytis recipere ſuis Columel. 1 in praef. Cic. pro Corn. Balb. 31 Vbi eſt igitur exceptum foedere Gaditano, ne quem Populus Romanus Gaditanum recipiat ciuitate? Hoſpitio recipere aliquem Ouid. Met. 5, 658. Menſa, lare, tecto, *etc.* aliquem recipere Liu. 26, 25. Cic. Verr. 2, 26. Idem pro Cluent. 170 Quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo adire, *etc.* Portis neu recipi, aut duci in moenia poſſit Virg. Aen. 2, 187. Tectis ac ſedibus ſuis aliquem recipere Cic. de Lege Agr. 2, 89. Tectoque animoque recepi Ouid. Epiſt. 6, 55. Thalamo et animo aliquem recipere Ouid. de Arte Am. 2, 407. Ad deos recipi Liu. 4, 15. Ad ſe hoſpitio recipere aliquem domum Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 20. Virg. Aen. 2, 524 Sic ore effata recepit Ad ſeſe, et ſacra longaeuum in ſede locauit. In Aciem ſecundam aliquem, *vid.* ACIES. Cic. Att. 2, 20 Numeſtium ex literis tuis ſtudioſe ſcriptis libenter in Amicitiam recepi. In Caelum Ouid. Met. 2, 529. In Deditionem Caeſ. Bell. Gall. 2, 21. Cic. Off. 1, 139 Sic in Domo clari hominis, in quam et hoſpites multi recipiendi ſunt, et admittenda hominum cuiusque generis multitudo. Cic. Philipp. 2, 78 c. 32 Si eundem nequam hominem audacemque cognouerat, hunc in Familiaritatem libentiſſime recipiebat. In Fidem ciuitatem Plin. 7, 26. Caeſ. Bell. Gall. 2, 15 Caeſar honoris Diuitiaci cauſa atque Heduorum, ſeſe eas in Fidem recepturum, et conſeruaturum dixit. Cic. Off. 1, 35 Vt ii, qui ciuitates aut nationes deuictas bello in Fidem recepiſſent, earum patroni eſſent more maiorum. Cic. Fam. 13, 70 Vt igitur eum recipias in Fidem, habeasque in numero tuorum, te vehementer etiam atque etiam rogo. Cic. Fam. 13, 20 (19) Sed eo vehementius a te contendimus, vt Lyſonem in Fidem, neceſſitudinemque tuam recipias. Recipite me in veſtrum Gregem Ter. Eun. 5, 8, 54. Cic. pro Rabir. Poſt. 19 c. 8 Quem ex tantis inimicitiis receptum in Gratiam ſummo ſtudio defenderim, hunc afflictum violare non debeo. Cic. de Nat. Deor. 3, 89 Non iniuria ſibi illud accidere, qui illum in eandem Nauem recepiſſent. In Deorum numerum recipi Celſ. 1 praef. In Ornithona aliquem, *vid. h. v.* Plin. 8, 42 Neminem hic alium quam Alexandrum, regio inſtratus ornatu recepit in ſedem, alios paſſim reiiciens. *de equo Alexandri.* Idem 8, 42 Nec Caeſaris dictatoris quemquam alium recepiſſe dorſo, equus traditur. Cognitio recepta eſt, *i. Admiſſa eſt actio cauſae* Plin. Epiſt. 6, 22 *pr.* Cic. Verr. 1, 121 Quum ſuae partes eſſent hoſpitum recipiendorum. Ignorantiam alicuius recipere, *i. Excuſationem admittere* Vlpian. in l. Si fideiuſſor. §. 1 D. Mandati, vel contra. ¶ 5 Recipere Seruum (inquit Vlpian. D. de ſeruo corrupto, l. 1) eſt Abſcondendi cauſa ſeruo refugium praeſtare, vel in ſuo agro, vel in alieno loco, aedificioue. Recipere, *Excipere ad vſum ſuum, et reſeruare: quod fit, quum quis venditis caeteris, ſibi quippiam reſeruat.* Cato R. R. 149, 2 Domino (*vendenti pabulum*) paſcere recipitur. *it.* Domini recipitur vſio aſparagis. *i. vti. Vid. Addenda ad h. l. in noſtra editione.* Plaut. Trin. 1, 2, 157 Vbi nunc adoleſcens habet? C. poſticulum hoc recepit quum aedes vendidit. Cic. de Orat. 2, 226 c. 55 Sed dicis te, cum aedes venderes, ne in rutis quidem et caeſis ſolium tibi paternum recepiſſe. Gell. 17, 6 *laudat locum* Catonis Voconiam legem ſuadentis, Principio nobis mulier magnam dotem attulit, tum magnam pecuniam recipit, quam in viri poteſtate non committit: eam pecuniam viro dat mutuam: poſtea, vbi irata facta eſt, ſeruum recepticium ſectari atque flagitare virum iubet. *Poſt aliam deinde ſententiam de* ſeruo recepticio, *ſuam et veram ita proponit.* Quando mulier, inquit, dotem marito dabat, tum quae ex ſuis bonis retinebat, neque ad virum transmittebat, ea recipere dicebatur: ſicuti nunc quoque in venditionibus recipi dicuntur, quae excipiuntur, neque veneunt. *Hoc deinde illuſtrat loco Plauti, quem modo dedimus, et addit, Catonis illuſtrandi cauſa,* Ex ea igitur re familiari, quam ſibi dote data retinuit, pecuniam viro mutuam dat. Eam pecuniam cum viro forte irata repetere inſtituit, apponit ei flagitatorem ſeruum recepticium, h. e. proprium ſeruum ſuum, quem cum pecunia reliqua receperat, neque dederat doti, ſed retinuerat. Non enim ſeruo mariti imperare hoc mulierem fas erat, ſed proprio ſuo. *Eadem vel ex Gellio, vel ex communibus fontibus* Non. 1, 267. *Vid. Drakenb. ad* Liu. 1, 53, 3. ¶ 6 *Alia per lancem ſaturam.* Recipere, *In tutum reducere, liberare.* Virg. Aen. 6, 111 Medioque ex hoſte recepi. In tutum recipi Liu. 2, 19. Vatin. Cic. Fam. 5, 9 Non puto repudiabis in honore, quem in periculo recepiſti, *clientem patronus.* *Sic dicitur* Cauſam alicuius recipere Cic. poſt red. ad Quir. 11. *it.* Verr. 2 *pr.* Cic. Verr. 2, 94 Et hac actione quam voletis multi dicent, et qui ex iſto ipſo audierint viri primarii noſtri ordinis, et alii, qui interfuerint, quum abſentis nomen reciperetur, *intell.* inter reos. Valer. 3, 7, 9 de M. Antonio, Lex Memmia eorum, qui Reipubl. cauſa abeſſent, recipi nomina vetabat. *Quod in Candidatis eſt,* Rationem habere alicuius, *hoc in reis eſt* Recipere nomen. Defert nomen *accuſator;* recipit *magiſtratus, qui iudicio vel quaeſtioni praeeſt.* Recipere telum Virg. Aen. 9, 348. *dicitur hoſtis ex corpore a ſe interfecti.* *Sic* Aen. 10, 383 Haſtamque receptat Oſſibus haerentem. *Sed plane alio reſpectu* Cic. pro Roſc. Amer. 33 c. 12 Aiunt hominem (vt erat furioſus) reſpondiſſe, quod non totum telum corpore recepiſſet, *h. e. admiſiſſet, ſeu intrare permiſiſſet. Conf.* Idem pro Sext. c. 37. *Gronou. ad* Sen. Ep. 7 p. 19. Cic. pro Cael. 28 c. 12 Sed qui totam adoleſcentiam voluptatibus dedidiſſent,

emerſiſſe aliquando, et ſeſe ad frugem bonam, vt dicitur, recepiſſe. Plin. Paneg. 76, 5 Fortaſſe Imperator in Senatu ad reuerentiam eius componebatur : caeterum egreſſus ſtatim ſe recipiebat in principem, *i. perſonam, maieſtatem, ſeueritatem, principis aſſumebat : vt ſi arx, thronus, vel tale quid eſſet perſona principis.* ¶ 7 Recipere, *Facienda ſuſcipere, et cum obligatione promittere.* Cic. Fam. 5, 8 Quae tibi promitto ac recipio, ſanctiſſime eſſe obſeruaturum. Ter. Phorm. 5, 7, 9 An verebamini ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel ? Idem Heaut. 5, 5, 12 Ad me recipio, faciet. *Vox fidem pro alio interponentis, et praeſtantis quod illi faciendum eſt.* *Sic* Cic. Fam. 13, 11 Sed tamen ſeparatim promitto, in meque recipio, fore eum tibi et voluptati et vſui. In me recipio et tibi ſpondeo Cic. Fam. 13, 18. Fidem de aliquo recipere alicui Cic. Att. 2, 22. *Lamb.* dediſſe. Idem pro Roſc. Amer. 112 Quid recipis Mandatum, ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuerſurus es? Cic. Verr. 5, 112 Quum et Populo Romano ſatisfactum, et receptum Officium Siculis neceſſariis meis erit perſolutum. Idem in Orat. 35 Volo mihi tecum commune eſſe crimen, vt ſi ſuſtinere tantam quaeſtionem non potuero, iniuſti Oneris impoſiti tua culpa ſit, mea recepti. *Hinc* Recipere, *ſimpliciter eſt promittere.* Cic. Fam. 6, 7 Sed tamen ego filio dixeram, librum tibi legeret et auferret : aut ea conditione daret, ſi reciperes te correcturum. Thermus omnia ſe facturum recepit Cic. Att. 5, 13. Recipio vobis, celeriter me negotium ex ſententia confecturum Planc. ad Cic. Fam. 10, 17. Cic. Att. 5, 13 Vt ego ei coram dixeram, mihique ille receperat. Idem Fam. 13, 3 Velim ita tractes, vt mihi coram recepiſti. *Differunt* Recipere *et* Suſcipere. Cic. Diuin. 26 c. 8 Ego in hoc iudicio mihi Siculorum cauſam receptam, Populi Rom. ſuſceptam eſſe arbitror. Idem de Orat. 2, 101 c. 99 In quo eſt illa quidem magna offenſio, vel negligentiae ſuſceptis rebus, vel perfidiae receptis. Recipimus *nempe rogati*, ſuſcipimus *vltro.* Recipere et Reſpuere, *contraria* Quinct. 6, 5. Idem 8, 6, 24 *de Metonymia loquens*, Ex eo quod continetur, vſus recepit bene moratas vrbes, et poculum epotum, et ſaeculum felix. Cic. Tuſc. 1, 3 Sero igitur a noſtris Poëtae vel cogniti vel recepti. Plin. 22, 22 Scolymon quoque in cibos recipit Oriens. *Et* 10, 26 Africae nouiſſimae ſunt peregrinarum auium in menſas receptae propter ingratum virus. Recipere in mores, *Obſeruatione quadam, non legibus confirmare* Quinctil. 5, 10. Plin. 28, 2 Quin et abſentes tinnitu aurium praeſentire ſermones de ſe receptum eſt, *i. vulgo creditur.* Ratione falſa receptum eſt Lucret. 1, 378.

RECEPTVS, a, um. Partic. [προσδεδεγμένος] Maiore religione ſe receptum tueri Nep. 2, 8, 4. Ex facili nulloque vrgente receptus Lucan. 4, 46. Caelo receptus Quinctil. 3, 7. Sede caeleſti receptus Ouid. ex Pont. 3, 5, 53. Amans receptus tota nocte Propert. 2, 14, 28. Enſis receptus pectore. Senec. Thyeſt. ſ. 8 Frugesque receptas Et torrere parant flammis, et frangere ſaxo, i. e. Liberatas, *inquit* Seruius, *vt*, Medioque ex hoſte recepit Virg. Aen. 6, 111. Receptus mos, eſt, Quem ſua ſponte ciuitas alienum adſciuit. Feſtus. Perſuaſio publice recepta Quinctil. 3, 7. Preces receptae Stat. Silu. 4, 1, 9. Somnus receptus parte oculorum Ouid. Met. 1, 686. *de Argo.* Verba aure recepta Ouid. ex Pont. 4, 4, 14. *Compar.* Auctoritas receptior Tertull. adu. Marc. 4, 5. *Superl.* Receptiſſimi ſcriptores Solin. praef.

RECEPTVM, i. n. [ἀναδεχθὲν] Cic. Philipp. 2, 79 c. 32 Promiſſum et receptum interuertit, ad ſeque transtulit. Promiſſo ac recepto ſuo ſatisfacere Cic. Verr. 5, 138 c. 53.

RECEPTVS, ûs. m. [ἐκδοχὴ] Liu. 8, 10 Breuitate ipſa loci, facilique receptu in tam propinqua caſtra, haud aegre militem a multa caede eſt tutatus. Caeſar receptui ſuorum timens Caeſ. B. C. 3, 46. Receptui canere, eſt Tuba e praelio exercitum remouere. [ἀνάκρουσις] Cic. Philipp. 12, 8 c. 3 Quis enim reuocante et receptui canente Senatu properet dimicare ? *Metaphor.* Cic. Tuſc. 3, 33 Vetat igitur ratio tueri moleſtias, abſtrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miſerias contemplandas : a quibus quum cecinit receptui, impellit rurſum et incitat ad conſpiciendas totaque mente contrectandas varias voluptates. Receptui ſignum dare Liu. 2, 62. Curt. 4, 6, 10. Receptui ſignum, aut reuocationem a bello audire Cic. Philipp. 13, 15. Ouid. Met. 1, 340 Cecinit iuſſos inflata receptus *Bucina.* Libenter ſe iis tempus daturum fuiſſe ad receptum pertinacis ſententiae Liuius 4, 57 *pr. pro Reſipiſcentia a ſententia pertinaci.* *Alia conſtructione, 28,* . . Receptus a malis conſiliis. Receptus, [καταφυγὴ] *Locus, in quo ſe tuto recipit exercitus, et ſine periculo hoſtem exſpectare poteſt.* Virg. Aen. 11, 527 Planities ignota iacet, tutique receptus. Propinquitas caſtrorum celerem ſuperatis ex fuga receptum dabat Caeſ. B. C. 1, 82. Habere aliquem receptum Cic. Fam. 10, 11. Idem Att. 8, 19 Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. Receptum *pro nido auium, dixit* Solin. c. 12. *et* c. 8.

RECEPTIO, ōnis. f. [ἔκδεξις] Plaut. Aſin. 5, 2, 70 Quid tibi huc receptio ad te eſt meum virum ? *i. Quare recipis ad te virum meum ?*

RECEPTOR, ōris. m. [ὑποδέκτης] *Qui latrones, eorumque ſurrepta recipit, occultatque.* Cic. pro Milon. 50 Suſtinuiſſet hoc crimen primum ipſe ille latronum occultator et receptor (*al.* receptator) locus, dum neque multa ſolitudo indicaſſet, neque caeca nox oſtendiſſet Milonem. Metius Iurisconſ. tit. De receptoribus, Peſſimum, inquit, genus eſt receptorum, ſine quibus latere nemo diu poteſt. Praedarum receptor Tacit. Ann. 4, 23, 3. *Sed honorifico titulo.* Moyſes receptor ciuium Prudent. Hymn. Epiph. v. 144. Receptor orientis occidentisque Eutrop. 9, 9. *de Aureliano Imp.*

RECEPTRIX, īcis. f. [ὑποδέκτρια] Cic. Verr. 4, 17 c. 8 Tua inquam, tua Meſſana, tuorum adiutrix ſcelerum, libidinum teſtis, praedarum ac furtorum receptrix. *Conf. Ib. 5 c. 62.* *Sed aliter* Terra omnium receptrix Apul. in Aſclep. p. 77. *Conf.* Idem de Mund. p. 66.

RECEPTIBĬLIS, e. Adi. Auguſt. de Trin. 5, 13 Noſtra ſcientia eſt amiſſibilis et receptibilis. *Conf.* Vulg. Sirac. 2, 5.

RECEPTICIVS, a, um. Adi. *Quod recipitur, i. retinetur, excipitur, reſeruatur.* Recepticius ſeruus, *Nuptae mulieris proprius, quem ſcilicet, quum dotem marito daret, ſibi reſeruauit. De quo eſt diſputatiuncula apud* Gell. 15, 6. *et* Non. 1, 267 : *vbi refellitur eorum opinio, qui interpretabantur ſeruum nequam, quem* redhibitum venditor recipere *coactus eſſet, et vera confirmatur, quam declaramus in* RECIPIO. n. 5. Recepticia dos apud Caium l. 31 §. 2 D. de mort. cauſ. donat.

RECEPTO, āre. Frequentat. [ὑποδέχομαι] Ter. Heaut. 5, 2, 15 Ibi tuae ſtultitiae ſemper erit praeſidium Clitipho, victus, veſtitus, quo in tectum te receptes. Idem Hec. 5, 1, 16 Meum receptas filium ad te Pamphilum Liu. 5, 8. Volſcos mercatores vulgo receptando. Obaerati aduerſum creditores receptabantur Tac. Ann. 3, 60, 2. Haſtamque receptat Oſſibus haerentem Virg. Aen. 10, 383. *Vid.* RECIPIO n. 6. Animam receptare Lucret. 3, 504. Sinu ſuo cuncta receptat natura Lucan. 7, 810. *Add.* Varr. *ap.* Prob. in Virg. Ecl. 6, 31. Receptare, *Concedere, probare.* Lucret. 1, 669 Scilicet ex vlla facere id ſi parte receptent, Occidet ad nihilum, *etc.* *Codices veteres habent* Reparcent, *plane mendoſe, vt ait Lambin.*

RECEPTATIO, ōnis. f. Ammian. Marcell. 20 *ſub fin. Sed varia eſt lectio, de qua vid. Valeſ. in loc. p. 259.*

RECEPTĀTOR, ōris. m. *Idem qui* Receptor, *qui fures, eorumque furta domi ſuae receptat, ſeu recipit et occultat.* Vlpian. ff. de incend. ruin. naufrag. *etc.* Non tantum autem qui rapuit, verum is quoque, qui recepit, ex cauſis ſupra ſcriptis tenetur : quia receptatores non minus delinquunt, quam aggreſſores. Receptator hoſtium atque defenſor Flor. 3, 10, 9. Ille latronum occultator et receptator (*al.* receptor) locus Cic. pro Milon. 50 c. 19.

RECEPTACVLVM, i. n. [ὑποδοχὴ, δοχεῖον, ὁρμητήριον] Confugium. Cic. Verr. 5, 58 c. 23 Illud tibi oppidum receptaculum praedae. Receptaculum omnium purgamentorum vrbis *cloacae* Liu. 1, 56. Niſi illud et rei frumentariae ſubſidium, et receptaculum claſſibus noſtris pateret Cic. Verr. 2, 3. Exſulum Curt. 8, 2, 15. Hoſtium Liu. 1, 33. *Add.* Iuſtin. 2, 4, 30. Cic. Tuſc. 1, 52 c. 22 Corpus quidem quaſi vas eſt, aut aliquod animi receptaculum. *Conf.* Senec. Ep. 90 *et* 92 *extr.* Mors aeternum nihil ſentienti receptaculum Cic. Tuſc. 5, 117. Cibi receptaculum ventriculus Lactant. de Opific. Dei 11.

RECEPTORIVS, a, um. Adi. Tertull. de Reſ. Carn. 27 Locus receptorius.

RECEPTORIVM, i. n. *Idem ac Receptaculum.* Sidon. Epiſt. 5, 17 Nunciatum eſt progredi Epiſcopum de receptorio.

RECIPRŎCVS, a, um. Adi. [παλίνδρομος, ἀντίστροφος] *Quod eo redit, vnde prodiit. ſ. vt ait* Varro L. L. 6, 5 pr. p. 78, 10 Cum vnde quid profectum, redit eo : quod ab recipere reciprocare fictum : aut quod poſcere procare dictum. *Etiam* Feſtus *per* vltro citroque poſcere *explicat.* Amnis reciprocus, *Refluus* Plin. 9, 57. Idem 5, 4 Tertius ſinus diuiditur in geminos, duarum Syrtium vadoſo ac reciproco mari diros. Argumenta reciproca, *Graecis ἀντιστρέφοντα dicta, finit* Gell. 5, 10 Cum argumentum propoſitum referri contra conuertique in eum poteſt, a quo dictum eſt, et vtrumque (*leg.* vtrinque) pariter valet : quale eſt peruulgatum illud, quo Protagoram Sophiſtarum acerrimum vſum eſſe ferunt aduerſus Euathlum diſcipulum ſuum : *ac deinde totam rem enarrat.* *Aliud eſt apud eund. 9, 16 cuius ſumma,* Si placet lex, redde : ſi non placet, redde. *Cui reſpondetur,* Si placet lex non reddo : ſi non placet, non reddo. *Tale argumentum excidiſſe etiam* Ciceroni *videtur* Verr. 3 c. 98 Annona pretium niſi in calamitate fructuum non habet. Si autem vbertas in percipiendis fructibus fuit, conſequitur vilitas in vendendis, *etc.* *Licet enim convertere, Si calamitas fructuum eſt, eo carius venduntur: ſi eſt vilitas annonae eo maior eſt copia.* Epiſtolae Hieron. Epiſt. 6 *ad* Florent. Spirare et reciprocos Halitus auris commeabilibus ducere Arnob. 7 p. 233. Motus reciproci Sen. Hec. fur. ſ. 12. Piſcinae Varr. R. R. 3, 17, 9. Varro de L. L. *l. c. ex Actio*, Reciproca tendens neruo equino concita tela. *Quod ſic accipit Turnebus, quum arcus tenditur, ſagitta ad nos verſus trahitur, quae mox, dum mittitur, in eam partem, vnde trahebatur, redit, idque eſt, quod reciprocum appellat.* Tethys reciproca Sil. 3, 60. *aeſtus, fluxus et refluxus.* Pronomina reciproca *apud Grammaticos* Sui, ſibi, ſe, ſuus.

RECIPRŎCO, āre. [ἀντιστρέφω, παλινδρομέω] *Repetere, reflectere, remittere, retrogredi.* Liu. 21, 57 Quum iam ſpiritum intercluderet, nec reciprocare animam ſineret, auerſi a vento parumper conſedere. Cic. de Diuin. 1, 10 c. 6 *pr.* Si quidem iſta ſic reciprocantur, vt ſi diuinatio ſit, dii ſint : et ſi dii ſint, ſit diuinatio: *honeſta metaphora, qua indicat, poſſe verſa vice ab vno ad alterum argumentum duci.* Idem de Nat. Deor. 3, 24 Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri poſſe conſtantius ? Liu. 28, 30 Quinqueremem ſatis credens deprehenſam rapido in freto in adverſum aeſtum reciprocari non poſſe. Aërem vitali reciprocare a ſpiritu Arnob. 1 p. 17. Cur a ſole abſcedant, ſaepe ad ſolem reciprocent Plin. 2, 17 *pr.* Quas (*vndas*) auget veniens, refluusque reciprocat aeſtus Sil. 15, 226. Reciprocans fluctus alternis aeſtibus Pall. Nou. 15, 3. Reciprocare coepit mare, magno tractu aquis in ſuum fretum recurrentibus, reddebatque terras paullo ante profundo ſalo merſas Curt. 9, 9, 20. Reciprocare manu telum, *i. antrorſum et retrorſum vibrare* Gell. 9, 50. Reciprocantes aquae Flor. 2, 8. Auras accipere naribus, et per anhelitum reciprocatas reddere Arnob. 2 p. 54. Sol noſtros dies reciprocatis adminiſtrat circulis Prudent. Periſt. 10, 573. Arnob aduerſ. Gent. 2 Cuius eſt autem pudoris, maledicti et criminis loco dare ea, quae in te poſſint reciprocata viciſſitudine retorqueri ? Nonius 2, 737 *ex vet. Poëta,* Reciproca animum, inquam, odioſe. *Ibid.* Ennius Andromeda, Ruſus proſus reciprocat fluctus feram.

RECIPROCATIO, ōnis. f. [ἀντιστροφὴ] *Retrogreſſio.* Plin. 8, 50 ſ. 76 Quum circumactum anguſtiae non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate caeca. Idem 9, 8 Obſeruata aeſtus reciprocatione. Idem 11, 24 Longitudo fili a culmine, ac rurſus a terra per illud ipſum velox reciprocatio: *de araneis.* Animarum Tertull. ad Nat. 1 c. vlt. *i. μετεμψύχωσις.* Errantium ſiderum Gell. 14, 1.

RECIPROCATVS, ûs. m. Reciprocatu inobedientium membrorum Auguſtin. de Geneſi ad lit. 11, 1 *extr.*

RECIPROCICORNIS, e. Adi. *Arietem vocat* Reciprocicornem, lanicutem, reſtitrahum Laber. *ap.* Tertull. de Pall. c. 1.

RECISAMENTVM, RECISIO, RECISVS, *vid.* RECĪDO.

RECĬTO, āre. [ἀναγινώσκω] *Scriptum clara voce, vt alii audiant, intelligantque, legere.* Cic. Verr. 2, 23 Quid ego nunc hic Sext. Pompeii Chlori teſtimonium recitem ? Recitare identidem, *vid.* IDEM. Clare recitare Plaut. in Perſ. 4, 3, 30. Carmen recitare Ouid. ex Pont. 3, 5, 39. Edictum recitare Cic. pro Quint. 39. Credite me Folium vobis recitare Sibyllae Iuuenal. 8, 126.

Cic.

Cic. Fam. 10, 26 Caue putes vllas literas vnquam grauiores, quam tuas in Senatu eſſe recitatas. Scripta recitant in medio foro Hor. Serm. 1, 4, 73. Recitaturus eſt Titinius Capito, quem ego audire, neſcio, magis debeam an cupiam Plin. Epiſt. 8, 12 *pr. Vid.* RECITATIO, RECITATOR. Cic. pro Cluent. 135 Cui loco reſpondere poſſe vix videor, quod elogium recitaſti de teſtamento Cn. Egnatii patris. Idem Verr. 3, 26 Da quaeſo ſcribae, recitet ex codice. De tabulis publicis recitare Cic. pro Flacc. 40. Plin. 7, 52 Apertoque teſtamento recitatum heredem minorem funeri inſtitiſſe. *Conf.* Cic. pro Caec. 54 c. 19. Idem pro Domo 84 Patrem tuum, *etc.* L. Philippus Cenſor auunculum ſuum praeteriit in recitando Senatu. Liu. 29, 37 Cenſores Senatum recitauerunt. Princeps lectus Q. Fabius Max. Recitare, *Memoriter enuntiare.* Quinctil. Declamat. 6 At iſta legem recitat, *de muliere caeca.* Celſ. 3, 18 Quin etiam recitare, ſi qua meminerunt, cogendi ſunt. *de phreneticis. Vid. Schulting. ad* Sen. Controu. 1 praef.

RECITATIO, ōnis. f. [ἀνάγνωσις] Cic. pro Cluent. 141 Craſſus tum ita Brutum vltus eſt, vt illum recitationis ſuae poeniteret. Literarum recitatio Cic. pro Domo 22 c. 9. *Item Lectio priuata ſcriptorum ad amicos, vt iudicium de iis fieret.* Plin. Epiſt. 1, 13 *extr.* Poſſum iam repetere ſeceſſum, et ſcribere aliquid, quod non recitem, ne videar, quorum recitationibus affui, non auditor fuiſſe, ſed creditor. *Conf.* Dial. de Orator. c. 2 *et* 9. *Lipſ. Epp. ad Belg.* 2, 48.

RECITĀTOR, ōris. m. [ἀναγνώστης] Cic. de Inuent. 2, 339 Neque enim vos ſcripti ſui recitatores, ſed voluntatis interpretes fore putauit. Idem pro Cluent. 141 c. 51 Duobus recitatoribus conſtitutis — Tres et ipſe excitauit recitatores cum ſingulis libellis. Acerbus recitator Hor. de Arte Poët. 474. Recitatores *ſunt etiam, qui in coetu amicorum ſcripta ſua recitant.* Sen. Epiſt. 95 Recitator hiſtoriam ingentem attulit minutiſſime ſcriptam, arctiſſime complicatam, et magna parte perlecta; Deſinam, inquit, ſi vultis. Acclamatur, Recita, recita ab his, qui illum obmuteſcere illico cupiunt. Plin. Epiſt. 1, 13 Subinde ſibi nuntiari iubent, an iam recitator intrauerit. *vid.* RECITATIO.

RECLĀMO, āre. [ἀντιλέγω, ἀντιβοάω, ἀναβοάω] *Clamore aduerſari, non acquieſcere, repugnare, refragari.* Cic. Verr. 4, 41 Reclamat Sicilia tota, propter caelati argenti cupiditatem, reos fieri rerum capitalium. Ibid. 76 Res agitur in Senatu, vehementer ab omnibus reclamatur. Cum ego ſenſiſſem *etc.* iidem illi reclamarunt Cic. Fam. 11, 21, 4. Ager canenti domino reclamat, *Reſpondet ad vocem* Stat. Silu. 4, 5, 20. Feruet iter gemitu, et plangoribus arua reclamant Stat. Theb. 3, 120. Aequora ſcopulis illiſa reclamant Virg. Georg. 3, 261. Ratio vera reclamat, *i. Contradicit* Lucret. 1, 617. Cic. de Orat. 3, 194 At in his ſi paullum modo offenſum eſt, vt aut contractione breuius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant. Reclamare in libertatem, *vid.* PROCLAMO. Plin. Epiſt. 3, 9, 25 Quum mihi quidam e iudicibus ipſis pro reo gratioſiſſimo reclamarent (*obſtreperent, dicentem impedirent*) Non minus, inquam, hic innocens erit, ſi ego ſomnia dixero. Quinctil. 12, 1 Nunc de iis dicendum, quae mihi quaſi conſpiratione quadam vulgi reclamari videntur. Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum eſt Cic. Fam. 1, 2, 5. Ab vniuerſo Senatu reclamatum eſt Cic. pro Domo 10 c. 4.

RECLAMATIO, ōnis. f. [ἀντιλογία Gloſſ. Lat. Gr. ἀναβόησις] Cic. Philipp. 4, 5 c. 2 Praeclara et luculenta reclamatione veſtra factum pulcherrimum Martialium comprobauiſtis. *h. e. Noua acclamatione, iterato clamore.*

RECLAMĀTOR, ōris. m. Apul.

RECLAMĀTRIX, īcis. f. Mart. Capel.

RECLAMĬTO, āre. Frequent. [ἀναβοάω] Cic. pro Roſc. Amer. 66 c. 22 Magna eſt enim vis humanitatis, multum valet communio ſanguinis, reclamitat iſtiuſmodi ſuſpicionibus ipſa natura.

RECLAMITATIO, ōnis. f. Quinctil. . . .

RECLAMITATOR, ōris. m. ICt. in Dig.

RECLANGO, ĕre. Reclangentibus cunctis ſonitu ruinarum immenſo Ammian. 17, 13.

RECLĪNO, āre. [ἀνακλίνω, κατακλίνω] *Ad aliquid flexum eſſe, incuruari et reflecti.* Cic. in Arato 417 At Cepheus caput atque humeros, palmasque reclinat. Plin. 29, 3 Candido ouorum in oculis et pili reclinantur ammoniaco trito, admiſtoque. *Cornarius in Dioſc.* 2, 41 *Ex Galeno Reclinantur exponit Agglutinantur.* Seneca in Conſolatione ad Mariam 2 In quem onus imperii reclinaret.

RECLINĀTVS, a, um. Partic. [ἀνακλινθείς] Hor. Carm. 2, 3, 7

Seu te in remoto gramine, per dies
Feſtos reclinatum, beāris
Interiore nota Falerni.

h. e. Reſupinum, recumbentem. Porphyr. Solet obrepere ſomnus in aliquod adminiculum reclinatis Sen. Ep. 36.

RECLĪNIS, e. Adi. [ἀνάντης] *Idem quod* Acclinis. Martial. 9, 91

Sic in gramine floreo reclinis,
Qua gemmantibus hinc et inde riuis
Curua calculus excitatur vnda.

Cubili reclinis Stat. Silu. 1, 2, 161. *Add.* ibid. 4, 3, 70. *Vbi deſcribitur* Vulturnus *fluuius* Maximo pontis Caeſarei reclinis arcu, *i. innixus. Sic* Reclinis haſtae Sen. Theb. v. 499. Pectus recline Sen. Herc. Oet. f. 13. Reclinis in ſinu iuuenis, *h. e. Reclinata* Ouid. Met. 10, 558. *de Venere in ſinu Adonidis recumbente. Al. leg.* Renidens. Reclinis, et neſcio ſimilis Tacit. Ann. 13, 16, 5. *In hiſce auctorum locis plerisque veteres quaedam Edd. legunt* Recliuis.

RECLINVS, a, um. Adi. Reclinus et reſupinus Vopiſc. in Firmo c. 4. *vid. Grut. et Salmaſ. ad h. l.*

RECLINATORIVM, i. n. Vet. Gl. MS. *apud Barth.* Adu. 35, 22 *interpretatur* Fulcrum capitis auerſum. *Et* Int. Vulg. Cant. 3, 10 *ita interpretatur* ἀνάκλιτον φορεῖα Ferculi reclinatorium, *tabula illa lecticae, ad quam caput iacentis reclinatur. Poſſis igitur* Reclinatorium *vocare etiam in ſellis, illam partem, ad quam ceruix et dorſum reclinatur.*

RECLIVIS, e. Adi. Campo ad ſolem recliui Pallad. 1, 6. *conf.* Idem 7, 2. *Vid.* RECLINIS.

RECLIVVS, a, um. Adi. Ipſe recliuus ac reſupinus et curuatus Vopiſc. in Firmo c. 4. *Add.* Fortunat. Mart. 3.

RECLVDO, ſi, ſum, ĕre. [ἀνοίγω] *Aperire.* Plaut. Capt. 4, 4, 10 Cellas refregit omnes intus, recluſitque armarium. Virg. Aen. 8, 144 Infernas reſeret ſedes, et regna recludat Pallida. Artus recludere Sil. 1, 120. Caelum luce aeſtiua Virg. Georg. 4, 52. Enſem Idem Aen. 4, 646. Ego Iram omnem recludam repagulis Cic. de N. D. 3, 66 c. 26. Iugulum recludere, *Aperire* Ouid. Met. 7, 285. Occulta recludere, *Prodere* Stat. Achil. 1, 498. Operta Hor. Epiſt. 1, 5, 16. Ora fontana recludere, *Fonti dare curſum* Ouid. Faſt. 1, 269. Portas Propert. 3, 19, 24. Ouid. Met. 14, 781. Tellus recluditur dente vnco Virg. Georg. 2, 423. Tellure recludere theſauros Virg. Aen. 1, 362. Viam Ouid. Met. 14, 776. ¶ 2 Recludere, *pro Claudere.* Iuſtin. 1, 9, 16 Oſtanes per internuntios quaerit a filia, quae inter regias pellices erat, an Cyri regis filius rex eſſet. At illa nec ſe ſcire, nec ex alia poſſe cognoſcere, quia ſingulae ſeparatim recludantur. *ſine varietate lectionis.* Pallad. Mart. 10, 33 Alii ficus recentes — in nouo vaſe fictili — a ſe ſeparatas recludunt. *Poſſis vtroque in loco librarius tribuere R pro S in principio ponentibus, praeſertim cum R minuſculum longum trahere pedem in quibusdam libris ſoleat.*

RECLVDENS, entis. Partic. [ἀνοίγων] *Vt,* Virtus recludens caelum immeritis mori Hor. Carm. 3, 2, 21.

RECLVSVS, a, um. Partic. [ἀνεωγμένος] *Apertus. Vt,* Fores recluſae Ouid. Met. 7, 647. Domo recluſa mane vigilare Hor. Epiſt. 2, 1, 103.

RECOCTVS, *vid.* RECOQVO.

RECOENO, āre. Fertur, eum, quoad vixit, foris poſtea non recoenaſſe Macrob. Sat. 3, 17.

RECOGĬTO, āre. [ἀναπολέω, ἀναλέγομαι] *Iterum atque iterum cogitare.* Cic. Q. Frat. 2, 2 Sic tu mihi videris in Sardinia de forma Minuciana et nominibus Pompeianis in otio recogitaſſe. Columel. 1 praef. Quae quum animaduertam ſaepe mecum retractans ac recogitans, quam turpi conſenſu deſerta exoleuerit diſciplina ruris. *Conf.* Sen. de Vita Beata c. 2. Tertull. adu. Marc. 1, 5. *et* ad Vx. 1, 4 *extr.*

RECOGITATVS, ûs. m. A recogitatu verae dignitatis Tertull. Apolog. c. 22. *Conf.* Idem adu. Marc. 4, 43 *pr.*

RECOGITATIO, ōnis. f. Tertull. de Caſt. c. 4.

RECOGNOSCO, nōui, nitum, ĕre. [ἀναγνωρίζω, ἀναγινώσκω] *Rem alias notam denuo agnoſcere.* Cn. Magnus ad Cic. Att. 8, 11 Tuas literas libenter legi: recognoui enim tuam priſtinam virtutem etiam in ſalute communi. *Item* Verr. 2, 18 Quum iſtius in Quaeſtura fugam et furtum recognoſceret. Cic. pro Deiot. 4 Perturbat me C. Caeſar etiam illud interdum: quod tamen, quum te penitus recognoui, timere deſino. Amorem alicuius erga ſe in literis Caſſ. ad Cic. Fam. 12, 12. Dona Virg. Aen. 8, 721. Plura Ouid. Faſt. 4, 418. Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis Ouid. Faſt. 1, 7. Cic. ad Brut. 16 Verba tua recognoſce, et aude negare ſeruientis aduerſus regem iſtas eſſe preces. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 2 Quod nullum vos ſciatis nouum crimen in Salluſtium audituros, ſed omnia vetera recognituros. Cic. Verr. 1, 15 Quae qualis fuerit, aut meminiſtis, aut ex eo, quem ſui ſimillimum produxit, recognoſcere poteſtis. Cic. Tuſc. 1, 57 c. 24 Bene interroganti reſpondentem, declarare ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere. Cic. Catil. 1, 6 Recognoſce mecum tandem illam ſuperiorem noctem: iam intelliges multo me vigilare acrius ad ſalutem, quam te ad perniciem Reipubl. Cic. Verr. 5, 71 Alii quum a multis ciuibus Romanis recognoſcerentur, ab omnibus defenderentur, ſecuri feriebantur. ¶ 2 Cic. de Legib. 3, 37 Quamobrem quoniam non recognoſcimus nunc leges R. P. ſed aut repetimus ereptas, aut nouas ſcribimus, *i. ſimpliciter recenſemus, hoc agentes, vt incorruptae, et quales latae ſunt, legi ab aliis queant.* Idem Verr. 2, 190 c. 77 Haec omnia ſumma cura et diligentia recognita et collata, et ab hominibus honeſtiſſimis obſignata ſunt. Cic. pro Corn. Balb. 11 c. 5 Nos Cn. Pompeii decretum, iudicium de conſilii ſententia pronuntiatum, recognoſcemus? *i. an cum illa conueniat, inquiremus?* Cic. Verr. 2, 30 Quum hos ſibi quaeſtus conſtituiſſet magnos, atque vberes ex iis cauſis, quas ipſe inſtituerat in conſilio, hoc eſt cum ſua cohorte recognoſcere. *Sed recte a Grutero inde legitur* Cognoſcere. Columel. 1, 8 Panis, potionisque bonitatem guſtu ſuo exploret: veſtem, manicas, pedumque tegmina, recognoſcat, *i. recenſeat.* Supellectilem pecuniamque omnem recognouit Curt. 5, 1, 23. Recognoſcere equitum turmas, *pro recenſere* Suet. Octau. 37. Idem in Calig. 16 Equites Romanos ſeuere curioſeque, nec ſine moderatione recognouit, palam ademto equo, quibus aut probri aliquid, aut ignominiae ineſſet. *Add.* Id. in Aug. c. 29 *et* 32.

RECOGNITIO, ōnis. f. [ἀνάγνωσις, ἀναγνώρισις] Plin. 11, 30 Et quoniam ex diuerſo conuehunt altera alterius ignara, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur. *de formicis.* Recognitio eorum, quae in familia ſunt Columel. 11, 1. Cic. Verr. 4, 110 c. 50 *pr.* Qui tandem iſtius animus eſt nunc in recognitione ſcelerum ſuorum, quum ego ipſe in commemoratione eorum non ſolum commouear, verum etiam corpore perhorreſcam? Recognitio rei iudicatae, *vt monet Budaeus in forenſibus, Inſtauratiuum iudicium et inſtauraticium dici poteſt, quae* Reuiſio *vulgo dicitur.*

RECOLLĬGO, lēgi, lectum, ĕre. [ἀναλέγομαι] *In vnum colligere diſperſa.* Columel. 8, 5 Confeſtim circumire oportebit cubilia, vt quae mota ſunt oua, recolligantur. Plin. Epiſt. 9, 13, 23 Poſtea actionem meam vtcunque potui, recollegi, addidi multa. Annos primos recolligere Ouid. Met. 7, 216. *reiuueneſcere.* Cic. Att. 1, 5 *med.* Quod ſcribis, etiam ſi cuius animus in te eſſet offenſior, a me recolligi oportere: quid dicas, ne quid id neglexi, ſed eſt miro quodam modo affectus. *i. reconciliari.* Ignes ſparſos recollegit Lucan. 1, 157. Plin. Epiſt. 4, 11, 9 *de Veſtali damnata,* Quum in illud ſubterraneum cubiculum demitteretur, haeſiſſetque deſcendenti ſtola, vertit ſe ac recollegit. Se recolligere dicitur aeger, [ἀναλαμβάνειν] Plin. 20, 5 f. 17 Heraclides contra argentum viuum dedit, et Veneri ſubinde offenſanti, aegrisque ſe recolligentibus. Se recolligere a longa valetudine, *Reſumere et recipere vires* Plin. 23, 7. Vires non recolligere longa aegritudine Plin. 24, 6.

RECOLLECTVS, a, um. Partic. Sparſo exercitu, deinde recollecto Frontin. Strat. 2, 13, 4. Recollectorum *ordo ſacer, de quo Arnd. Antiqq. Eccleſ. p.* 699.

RECŌLO, āre. *Iterum colare.* Scribon. Largus Comp. 268 Poſtea recolare per linteum duplex.

RECŎLO, colui, cultum, ĕre. [ἀνακαινίζω] *Rurſum colere. Deſertum agrum rurſus colere.* Liu. 27, 5 Omnes in vrbes, in agros ſuos reductos, arare, ſerere, deſertam recoli terram. Tacit. Ann. 3, 72, 2

Quo tum exemplo Lepidus, quamquam pecuniae modicus, auitum decus recoluit. *h. e. Reſtituit, renouauit.* Tacit. Hiſt. 1, 77, 4 Et recens ab exilio reuerſos nobiles adoleſcentulos auitis ac paternis ſacerdotiis in ſolatium recoluit. *h. e. Rurſus coluit, decorauit, honorauit.* Idem Hiſt. 3, 7, 3 Galbae imagines diſcordia temporum ſubuerſas, in omnibus municipiis recoli iuſſit Antonius. ¶ 2 Recolere, [ἀναλογίζεσθαι, ἀναμιμνήσκεσθαι] *Repetere, meditari, et mente tractare.* Diomedes: Supereſt vt ſingula recolendo, memoria tenus mandentur, ne fruſtra cum tempore euaneſcant. Cic. pro Arch. 13 c. 6 Quantum alii tribuunt tempeſtiuis conuiuiis, quantum denique aleae, quantum pilae: tantum egomet mihi ad haec ſtudia recolenda ſumſero. Idem Philipp. 13, 45 c. 20 Quae ſi tecum ipſe recolis, aequiore animo, et maiore conſolatione moriere. Virg. Aen. 6, 681 Incluſas animas, ſuperumque ad lumen ituras Luſtrabat ſtudio recolens. i. e. Circumibat ſtudioſe retractans, Seruius. Cic. de Orat. 1, 2 c. 1 Neque vero nobis cupientibus atque optantibus fructus otii datus eſt ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus, celebrandas, interque nos recolendas. Liu. 39, 24 Vectigalia regni non fructibus tantum agrorum portoriiſque maritimis auxit, ſed Metalla etiam et caetera intermiſſa recoluit, et noua multis locis inſtituit. Plin. Epiſt. 7, 9 Vt enim terrae variis mutatiſque ſeminibus, ita ingenia noſtra nunc hac nunc illac meditatione recoluntur. *i. Poliuntur, renouantur.*

RECVLTVS, a, um. Partic. [ἀναγεωργηθεὶς] *Vt*, Humus reculta Ouid. Met. 5, 647.

RECOMMINISCOR, ĕris, iſci. [ἀναμιμνήσκομαι] *Reducere in memoriam.* Plaut. Trin. 4, 2, 70 Literis recomminiſcar.

RECOMPINGO, ĕre. Recolligi et recompingi os ad os Tertull. de Reſurr. Carn. c. 30.

RECOMPŌNO, ĕre. *Iterum componere et colligere.* Vlpian. in l. 25 Argumento. §. Margarita, Sed ſi in hoc ſunt ſoluti, vt recomponantur: ornamentorum loco ſunt. *de lapillis et margaritis.* Fracturam Veget. Mulom. 2, 47, 3.

RECOMPOSĬTVS, a, um. Part. [ἀνασύνθετος] Ouid. Amor. 1, 7, 68 Pone recompoſitas in ſtatione comas.

RECONCILIO, āre. [καταλλάσσω, ἀνακτάομαι] *In gratiam reſtituere.* Liu. 35, 19 Non mouit modo talis oratio regem: ſed etiam reconciliauit Annibali. Cic. Att. 6, 7 Cicero Q. filius pie ſane, me quidem certe multum hortante, ſed currentem animum patris ſui, ſorori tuae reconciliauit. Tibi auctor ſum, vt, quibus rebus poſſis, eum tibi ordinem aut reconcilies aut mitiges Cic. Fam. 1, 9 *extr.* Te vt plane Deiotaro reconciliet oratio mea Cic. pro Dei. c. 13. Idem de Prouinc. Conſ. 21 Tuus pater, Philippe, nonne vno tempore cum ſuis inimiciſſimis in gratiam rediit, quibuscum omnibus eadem Respub. reconciliauit quae alienarat? Animos populi ſibi reconciliare Liu. 1, 27. Plin. in Paneg. 80, 3 O vere Principis atque etiam Conſulis, reconciliare aemulas Ciuitates. Cic. Act. 1 Verr. 2 In quo reconciliare Exiſtimationem iudiciorum amiſſam poſſetis. Filium reconciliare domum, *h. e. Efficere, vt reducatur domum* Plaut. Capt. prol. 33. Gratia cum Perdicca reconcilianda Curt. 10, 8, 12. Cic. Att. 1, 9 Eo accedebat hortator aſſiduus Salluſtius, vt agerem quam diligentiſſime cum Lucceio de veſtra vetere Gratia reconcilianda. Cic. pro Domo 129 Inimici in Gratiam reconciliabantur. Idem de Prouinc. Conſ. 23 Hic me meus animus in Rempub. priſtinus cum C. Caeſare, reducit, reconciliat, reſtituit in Gratiam. In Libertatem reconciliare Plaut. Capt. 3, 4, 45. Noui conciliantur, Reconciliantur antiqui, Feſtus. Pacem reconciliare Liu. 42, 46.

RECONCILIATVS, a, um. Partic. [καταλλαχθεὶς] Cic. Fam. 1, 2 Videbatur enim reconciliata nobis voluntas Senatus eſſe. Dextera reconciliati pignus Animi Curt. 6, 10, 11. Pſeudo-Cic. Anteq. iret in exil. 1 Etſi maiores veſtri eos imperatores, qui militum virtute, hoſtium fregerunt furorem, iucundiſſimo fructu libertatis reconciliato, non ſolum ſtatuis dignos putauerunt. Infirmior fides reconciliatae Gratiae Cic. pro Milon. c. 8. Idem Fam. 5, 2 Quod ſcribis de reconciliata noſtra gratia, non intelligo cur reconciliatam eſſe dicas, quae nunquam imminuta eſt.

RECONCILIATIO, ōnis. f. [καταλλαγὴ, ἀνάκτησις] Cic. pro Cluent. 100 Irridebatur haec illius reconciliatio, et perſona viri boni ſuſcepta. Cic. in Catil. 3, 25 c. 10 At illae tamen omnes diſſenſiones, quarum nulla exitium Reipub. quaeſiuit, eiusmodi fuerunt, vt non reconciliatione concordiae, ſed internicione ciuium diiudicatae ſint. Significat, reconciliationem eſſe gratiae factam Cic. de Aruſp. Reſp. c. 24. Gratiarum reconciliationes Cic. poſt redit. ad Quirit. 13 c. 5.

RECONCILIĀTOR, ōris. m. [καταλλακτὴρ, ἱλαστήριος] Liu. 35, 45 Phaneas reconciliatore pacis et diſceptatore de iis, quae in controuerſia cum Pop. Rom. eſſent, vtendum potius Antiocho cenſebat, quam duce belli. Agrippa populi reconciliator Apul. Apol. p. 286.

RECONCINNO, āre. [ἀνασκευάζω, ἀκέομαι] *Denuo vel rurſum concinnare.* Plaut. Men. 2, 3, 72 Ad phrygionem vt referam, vt reconcinnetur. Cic. Q. Frat. 2, 6 Tribus locis aedifico: reliqua reconcinno. Varr. de R. R. 3, 16 Hoc faciundum ſecundum aluos, vt reconcinnatae ad ſuum quaeque opus et domicilium redeant. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 15 Diuturni laboris detrimentum ſolertia et virtute militum breui reconcinnatur.

RECONCLVDO, ĕre. Patrem in monumento Ioſeph reconcludunt Tertull. adu. Praxean c. 16.

RECONDO, condĭdi, condĭtum, ĕre. [ἀποτίθεμαι] *Reponere, contegere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 108 Hoc caput hic paullum ſeſe ſubitoque recondit, *ex Arato.* Plin. 7, 53 Flammae vi e rogo eiectus, recondi propter ardorem non potuiſſet. Caput ſtrato recondere Ouid. Met. 11, 649. Cic. de Inuent. 2, 14 c. 4 Gladium prope oppoſitum e vagina eduxit, et illum alterum occidit, numos abſtulit, gladium cruentum in vaginam recondidit. Gladium lateri Ouid. Met. 12, 482 *demergere, interficiendi cauſa.* Glandem recondere tabulatis fumo, vel ciſternis in aquam Columel. 7, 9. In vaſis aliquid recondere Idem 12, 15. In aliquem locum ſe recondere Quinctil. 10, 3. Interius recondere Venerem *dicuntur equae concipientes* Virg. Georg. 3, 137. Numos aurumque Hor. Serm. 2, 3, 109. Oculos erigere, *et* Recondere, *oppoſita* Ouid. Met. 4, 146. Opes recondere Idem de Arte Am. 1, 628. Mens aliqua ſic recondidit, e quibus memoria oritur Cic. Acad. 4, 30. Multi praeterea, quos fama obſcura recondit Virg. Aen. 5, 362. Se recondere et fores claudere Sen. Epiſt. 8. Plin. 12, 16 Vuas contegunt, et ita in amphoras recondunt.

RECONDĬTVS, a, um. Partic. [ἀπόθετος, ἀποκείμενος] Plin. 10, 33 Merops vocatur, genitores ſuos reconditos paſcens. Cic. Verr. 4, 42 Statuerunt ſe nihil tam clauſum, neque tam reconditum poſſe habere, quod non iſtius cupiditati apertiſſimum, promtiſſimumque eſſet. Quod celari oportebat, habebant ſepoſitum et reconditum Cic. Verr. 4, 23. Idem de Lege Agr. 2, 41 Quid Alexandria, cunctaque Aegyptus! vt occulte latet? vt recondita eſt? Cic. Verr. 3, 193 Angulum mihi aliquem eligas prouinciae reconditum ac derelictum. Idem de Orat. 1, 8 Studia quae reconditis in Artibus verſantur. Caecubum reconditum prome Hor. Carm. 3, 28, 2. Cic. Fam. 15, 21 Multae erant et reconditae Literae. Idem de Clar. Orat. 265 Erant in eo plurimae Literae, nec eae vulgares, ſed interiores quaedam et reconditae. *Conf.* Idem de N. D. 3 c. 16. Cic. de Legib. 1, 26 Tum ſpecimen ita formauit oris, vt in ea penitus Reconditos Mores effingeret. Idem pro Quint. 59 c. 18 Vixit enim ſemper inculte atque horride: Natura triſti ac recondita fuit: non ad ſolarium, non in campo, non in conuiuiis verſatus eſt, *verbo*, ſolitudinem *amabat.* Saltus reconditi Catull. 32, 11. *Compar.* Cic. Acad. 4, 10 c. 4 A me enim ea, quae in promtu erant, dicta ſunt: a Lucullo autem reconditiora deſidero. Brut. ad Cic. Fam. 11, 20 Ad has literas ſtatim mihi reſcribe: tuorumque aliquem mitte, ſi quid reconditum magis erit.

RECONDV̄CO, ĕre. *Iterum conducere.* Vlpian. in l. Item quaeritur. §. Qui impleto. D. Locati et conducti, Qui impleto tempore conductionis remanſit in conductione: non ſolum reconduxiſſe videbitur, ſed etiam pignora videntur durare obligato. Quinctil. Decl. 12 p. 173 Vicinarum prouinciarum copias reconducit.

RECONDVCTVS, a, um. Plin. 29, 1 Vnum agrum ex prouincialibus HS ducentis reconductum.

RECONFLOR, āri. [ἀναχωνεύομαι] *Rurſus conflari.* Lucret. 4, 925 Vnde reconflari ſenſus per membra repente Poſſit? *h. e. Reſuſcitari.*

RECONSIGNO, āre. Ideo et reconſignat imprimens Tertull. de Reſurr. Carn. c. 52.

RECONSTRVO, ĕre. Iornand. in Philippo Caeſ.

RECONSVESCO, ĕre. Gloria reconſueuit Tertull. de Cultu Fem. c. 9.

RECONVENIO, īre. Actionem contrariam intentare. *Et*

RECONVENTIO, ōnis. f. Voces apud ICtos.

RECŎQVO, coxi, coctum, ĕre. [ἀνεψάω] *Iterum coquere.* Martial. 11, 46 (53) Altera non deerunt tenui verſata fauilla, Et Velabrenſi maſſa recocta foco. Recoquere, per translationem, *Rurſus erudire, polire et formare, tanquam ea, quae iterum coquuntur, vt meliora fiant.* Quinctil. 12, 6 *extr. de Cicerone*, Quum iam clarum meruiſſet inter patronos, qui tunc erant, nomen, in Aſiam nauigauit: ſeque et aliis ſine dubio eloquentiae ac ſapientiae magiſtris, ſed praecipue tamen Apollonio Moloni, quem Romae quoque audierat, reformandum ac velut recoquendum dedit. Cic. de Senect. 83 c. 23 Quo quidem me proficiſcentem haud ſane quis facile retraxerit, neue tanquam Peliam recoxerit: *cum reſpectu ad fabulam, de qua vid.* PELIAS. Val. Flacc. 6, 444 *de Medea*, Recoquit feſſos aetate parentes. *Vid.* AESON. Recoquunt patrios fornacibus Enſes, *i. recudunt* Virg. Aen. 7, 636. *Sic* Spicula recoxit Lucan. 7, 148. *Add. Drakenb. ad* Sil. 4, 15.

RECOQVENS, entis. Part. Pulegium recoquens clementer Sammon. c. 2.

RECOCTVS, a, um. Partic. [ἀνεψηθεὶς, ἔμπυρος] *Vt*, Paſſum recoctum Stat. Silu. 4, 9, 38. Ferrum Flor. 3, 20, 6. Lana saepius macerata et recocta Sen. Epiſt. 71. Senex recoctus Catull. 54, 5 *qui iuuentutem recuperauit, vel recuperaſſe ſibi videtur, vt vult Victorius; aut* Scriba recoctus, *de quo ſtatim, vt putat Scaliger. Sed locus ita abruptus, vel corruptus adeo videtur Iſ. Voſſio, vt eo nihil effici poſſit.* Scriba recoctus Hor. Serm. 2, 5, 55. *i. vt* Vet. Schol. *ait*, ſaepe refectus, et per hoc aſtutus. Recocti autem dicuntur ſcribae, qui ſaepius cum Proconſulibus miſſi exercitatiores facti ſunt ipſo vſu et frequentia. Solent autem mitti quinqueuiri, qui cum rediiſſent, vendebant decurias ſuas, et Quinqueuiri dicebantur. *Haec* Vet. Schol. *Lambinus vero ſic:* Recoctum ſcribam *appellat, vel quod ex quinqueuiro refectus erat ſcriba, quod munus ante quinqueuiratum geſſerat: vel quia hic Coranus, quamuis aliquantum eſſet aetate prouecta, ita firmus erat tamen, et validus, vt recoctus eſſe videretur. Nota autem eſt omnibus de Aeſone a Medea recocto fabula. Alii* Recoctum, *Vafrum et callidum interpretantur, per translationem. Haec ille. Vid. Torrent. ad l. c. it. Heinſ. ad* Sil. 7, 403. Anus recocta vino *eſt in* Fragm. Petron. p. 670 *Burmann.*

RECORDOR, āri. [ἀναμιμνήσκομαι] *Rurſus in cor reuocare, vel iterum rem cordi dare, hoc eſt in mentem reuocare, reminiſci.* Cic. Tuſc. 1, 57 c. 24 Ex quo effici vult Socrates, vt diſcere nihil aliud ſit, quam recordari. Hor. Epiſt. 2, 2, 145 Quocirca mecum loquor haec, tacitusque recordor. Ouid. Met. 13, 705 Inde recordati Teucros, a ſanguine Teucri Ducere principium. Cic. pro Planc. 69 Huius meriti in me recorder. Cum aliquo dolore flagitiorum ſuorum recordari Cic. in Piſon. c. 6. Idem de Senect. 79 Vt pedeſtres naualesque pugnas, vt bella a ſe geſta, triumphosque recordentur. *Et* de Lege Agrar. 2, 72 c. 27 Eſt operae pretium diligentiam maiorum recordari. Si rite audita recordor Virg. Aen. 3, 107. Benefacta priora recordari Catull. 74, 1. Cic. Verr. 3, 6 c. 3 Is non tibi plus etiam, quam inimicus eſſe debeat, quum tua verbera, quum ſecures, quum cruces ad ciuium Romanorum ſupplicia fixas recordetur? Virg. Aen. 8, 156 Et vocem Anchiſae magni, vultumque recordor. Cic. pro Cluent. 70 c. 25 Atque haec Iudices, quae vere dicuntur a nobis, facilius credetis, ſi cum animis veſtris longo interuallo recordari C. Staleni vitam et naturam volueritis. Cic. in Orat. 23 Sed ego idem, qui in illo ſermone noſtro, qui eſt expoſitus in Bruto, multum tribuerim Latinis, vel vt hortarer alios, vel quod amarem meos, recordor longe omnibus vnum anteferre Demoſthenem. Cic. pro Planc. 104 Quoniam iſtis veſtris lacrimis de illis recordor, quas, *etc.* Idem Tuſc. 1, 13 c. 6 *extr.* Tu ſi meliore memoria es, velim ſcire ecquid de te recordare. Cic. Verr. 4, 129 Hinc colligere poteſtis, ſi recordari volueritis, quanta religione fuerit, eadem ſpecie atque forma ſignum illud, *etc.* Idem Att. 13, 6 Et (vt recordor) vna, *etc.* Cic. pro Sull. 26 Mihi ne ad ea quidem, quae pro ſalute omnium geſſi, recordanda et cogitanda quidquam relinquitur temporis. *De Futuris* Ouid. Heroid. 10, 79 *ex Ariadnes perſona*, Nunc ego non tantum, quae ſum paſſura recordor: Sed quaecunque poteſt vlla relicta pati. *Nempe* recordor *dicit, quia ſubinde in animum*

animum reuocat, quid acciderit aliis, quid poſſit accidere ſibi. Sic plane Iuſtin. 5, 7 *de Athenienſibus*, Iam ipſam patriam perituram — Iam ruinam vrbis et incendia, iam omnium captiuitatem et miſerrimam ſeruitutem recordantes. Recordamur, *quae in aliis vidimus, legimus, cum ſimilia metuendi occaſio eſt.*

RECORDANS, antis. Partic. [ἀναμιμνησκόμενοι] Cic. Att. 4, 17 O nauigationem amandam, quam me hercule ego valde timebam, recordans ſuperioris tuae tranſmiſſionis.

RECORDATIO, ōnis. f. [ἀνάμνησις] *Reminiſcentia.* Cic. Fam. 1, 6 Facile ſecundo loco me conſolatur recordatio meorum temporum. Conſcientia bene actae vitae, multorumque beneficiorum recordatio iucundiſſima eſt Cic. de Senect. 9 c. 3 *extr.* Vltimi temporis recordatione et proximi memoria Idem de Prouinc. Conſ. 43. Acerba ſane recordatio veterem animi curam moleſtiamque renouauit Cic. de Orat. 3, 1. Aſſidua recordatio, *vid.* ASSIDVVS. Doloris praeteriti ſecura recordatio Cic. Fam. 5, 12. Veteris memoriae non ſatis explicata recordatio Idem de Orat. 1, 4. Cic. Att. 12, 18 *pr.* Dum recordationes fugio, quae quaſi morſu quodam dolorem efficiunt, refugio a te admonendo. Das mihi iucundas recordationes conſcientiae noſtrae Cic. Fam. 5, 13. Subit recordatio Plin. Ep. 1, 9.

RECORDO, āre. *Ab antiquis vſurpatum.* [Recordat, ἀναμιμνήσκει Gloſſ. Vet.] Quadrigar. Annal. l. 5 Is vbi Datium cognouit, et patria (*alii* patriae) eum recordauit. *ex Nonio* 7, 65. Recordabunt Galli priorem libertatem Tacit. Agric. 32, 7 *vt legit Lauremb. Antiq. al.* recordabuntur.

RECORDATVS, a, um. Part. Recordatus carmen, verſus ipſos retulit Tac. Ann. 15, 70, 1. ¶ 2 *Paſſ.* Anima male conſcia et per horas ad recordata poenalis vitae debita contremiſcens Sidon. Epiſt. 9, 3.

RECORDĀTVS, ûs. m. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 4 Caro recordatui tuo erepta. Quos recordatu Aegyptiarum copiarum exacerbabat Idem de Ieiun. c. 5.

RECORDABILIS, e. Adi. Memoria multitudine recordabilium diſtenditur Cl. Mamertus de ſtatu Animae 3, 14.

RECORDATIVVS, a, um. Adi. Species Mart. Capella 3 p. 85.

RECORPORO, āre. *Corpus reſtituere, vel corpore nouo inſtruere.* Figulo licet argillam temperato ignis adflatu in materiam robuſtiorem recorporare Tertull. de Reſurr. c. 7. Recorporari animas Id. de Anim. c. 35. Virtus recorporandi Cael. Aurel. Acut. 3, 4 *extr. Conf. Barth. Adu.* 38, 3.

RECORPORATIO, ōnis. f. Tertull. de Reſurr. c. 30. Cael. Aurel. Tard. praef. *it.* 1, 4, 112.

RECORPORATIVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Tard. 1, 4. *et* Acut. 3, 16.

RECORRĬGO, ĕre. Senec. Epiſt. 50 Si modo ante incipimus formare animum noſtrum et recorrigere, quam indureſcat prauitas eius. Recorrigendi moram praeſtare Hygin. de Lim. conſt. p. 177.

RECRASTINO, āre. [ἀναβάλλομαι] *In diem craſtinum ſaepius reiicere ac differre.* Columel. 2, 21, 2 Propter quae recraſtinari non debet, ſed aequaliter flauentibus iam ſatis, antequam ex toto grana indureſcant, quum rubicundum colorem traxerunt, meſſis facienda eſt. *Conf.* Id. 1, 1. Plin. 17, 14 *extr.* ſ. 24 Punicam et ficum, quamquam alias ſicca ſint, recraſtinare minime vtile, *i. differre inſitionem.*

RECREATIO, *vid.* RECREO.

RECREMENTVM, *vid.* RECRESCO.

RECREO, āre. [ἀνακτίζω] *Iterum creare.* Lucret. 5, 323 *de caelo*, Nam quocunque (*ſic leg. pro vulg.* quodcunque) alias ex ſe res auget, alitque, (*eo*) Deminui debet; recreari (*autem contra debet*) quom recipit res. *Et* ibid. 757 Solque ſuos etiam dimittere languidus ignis Tempore cur certo nequeat, recreareque lumen Nemeſian. Cyneget. 18 Quis magno recreata tacet cunabula Baccho? *i. poſt immaturum e Semele partum creatam nouam geſtationis ſedem, et velut cunabula, in femore Iouis. An etiam ſic* Cic. de Legib. 3, 19 c. 8 *Certe probabilis admodum eſt lectio, quam poſt Puteanum probauit Gronouius pater, vbi de* Tribunatu plebei, Inter arma ciuium — procreatum videmus. *Deinde cum eſſet cito necatus* (*pro vulg.* legatus) tanquam ex XII Tabulis inſignis ad deformitatem puer, breui tempore recreatus (*vulgo* creatus, *cum re illud bis legendum ſemel ſcripſiſſet librarius antiquus*) multoque tetrior et foedior natus eſt. *Contra ea male legi hoc verbum puto apud* Cic. de Nat. Deor. 2, 10 c. 4 Atqui et noſtrorum augurum et Etruſcorum haruſpicum diſciplinam, P. Scipione C. Figulo Conſulibus, res ipſa probauit: quos cum Ti. Gracchus conſul iterum recrearet *etc. Potuit ſane* recreare *adhiberi in re magiſtratuum non minus quam* reficere, *i. iterum facere. Sed hic reclamant faſti, vnde conſtat* Tiberium Gracchum iterum conſulem *in conſulatu hoc ſuo ſecundo creaſſe* P. Scipionem *et* C. Figulum *non* iterum conſules, *ſed tum primum hoc magiſtratu ornatos. Puto, primo illud* iterum *adiunctum ad* crearet; *deinde* iterum crearet *ab aliquo eſſe explicatum per* recrearet. *Verbo, legendum videtur* crearet. Plin. 34, 15 Praecipua tamen commendatio eius in hygremplaſtro ad purganda vulnera fiſtulasque, et omnem callum erodendum, et raſis oſſibus carnes recreandas. Idem diuinus ignis eadem vi et potentia et cremabit impios et recreabit Lact. Inſt. Diu. 7, 21. Poſtque ſepulcralem tandem recreatus honorem Sedul. Paſch. Carm. lib. 3 *ſub fin. de Lazaro.* Et quos creator opere vno die condidit, hos recreat vno munere Paullin. Nol. ad Cyther. v. 465 *de baptiſmo: qua ſignificatione occurrit etiam apud* Arator. in Act. Apoſt. v. 118. *it.* Anon. de bapt. Babiani v. 40 Vnanimam alloquitur recreato corde iugalem. ¶ 2 *Vſitatior longe metaphorica ratio, qua* Recreare *eſt* [ἀνασκευάζειν] *Inſtaurare, et quaſi nouum facere.* Plin. . . Sic enim defecta longis aegritudinibus corpora recreantur. *h. e. reficiuntur.* Idem 12, 1 Ex arboribus recreans membra olei liquor, viresque potus vini. Viribus recreandis, ore, ſtomachoque mulcendo, *etc.* Plin. 22, 24. Cic. Verr. 5, 178 Poſteaquam iſte recreari et confirmari viſus eſt, lex ſtatim promulgata eſt. Cic. pro Roſc. Amer. 137 Tum vero in iſto bello non recreatus, neque reſtitutus, ſed ſubactus, oppreſſusque Pop. Rom. eſt. Cum ex illo metu mortis ac tenebris, quaſi luce libertatis et odore aliquo legum recreatus, reuixiſſet Cic. Verr. 3 c. 61. Idem in Somn. Scip. 1 Cuius ego nomine ipſo recreor. Afflictos bonorum animos recreare Cic. Att. 1, 16. Arbor aeſtiua recreatur aura Hor. Carm. 1, 22, 17. Humerum recreare leni vento Id. ibid. 3, 20, 13. Literis amicorum recreari Cic. Fam. 6, 6. Literis recreari et ſuſtentari Idem Att. 4, 9. Mentem meam conſpectus veſter reficit et recreat Cic. pro Planc. 2. Idem poſt redit. ad Quir. 4 c. 1 Tanquam bona valetudo iucundior eſt eis, qui e graui Morbo recreati ſunt, quam qui nunquam aegro corpore fuerunt. Eumenes Craterum ex acie ſemiuiuum elatum recreare ſtuduit Nep. 18, 4, 4. *Conf.* Tac. Ann. 2, 69 *pr.* Stat. Silu. 1, 4, 63 Ingentem recreare virum tentemus adorti. Perditum recreare Cic. pro Lege Manil. 23. Perditam prouinciam erigere et recreare Idem Verr. 3, 212 c. 91. Cic. Tuſc. 1, 58 c. 24 Quum Se collegit atque recreauit, tum agnoſcit illa reminiſcendo. Se ex magno timore recreare Cic. in Catil. 3, 8. Idem pro Quint. 4 Vt multis incommodis Veritas debilitata, tandem aequitate talium virorum recreetur. Vitam recreare Lucret. 6, 3. Cic. Att. 2, 23 Et quum recreandae Voculae cauſa neceſſe eſſet mihi ambulare, haec dictaui ambulans. Vrbes dirutae ac paene deſertae per aliquem recreatae Cic. Q. Frat. 1, 8. Ex vulnere recreatus Id. de Inuent. 2, 154. Recreatum, παλιγγενὴς Gloſſ. Lat. Gr.

RECREATIO, ōnis. f. παλιγγενεσία Gloſſ. Lat. Gr. Plin. 22, 23 Ab aegritudine recreationi efficax in cibo.

RECREĀTOR, ōris. m. Tertull. de Anim. c. 43 Somnus recreator corporum. *Vid. Gruteri Inſcript. p. 1095 n. 7.*

RECRĔPO, āre. *Vt reſono, auget aliquantum ſimplicis ſignificationem.* Catull. 64, 59 Leue tympanum remugit, caua cymbala recrepant, *i. Crepitum reddunt.*

RECRESCO, creui, ĕre. [ἀναφύομαι] *Rurſum creſcere.* Plin. 11, 37 Cartilago rupta non ſolideſcit. Nec praeciſa oſſa recreſcunt. Liu. 26, 41 *extr.* Vos modo milites fauete nomini Scipionum, ſoboli imperatorum veſtrorum, velut acciſis recreſcenti ſtirpibus. Terra aucta recreſcit Lucret. 5, 261. Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit Ouid. Epiſt. 2, 5.

RECRETVS, a, um. Part. Licet ille fortis poſtea receperit Robur recretis crinibus Paullin. iambo ad Cytherium v. 562. *de Samſone.*

RECREMENTVM, i. n. [σκωρία] *Non a* Recreſco *deriuandum nomen, ſed a* Recerno, *i. cernendo, cribrando, ſeparo. Eſt enim veluti purgamentum et retrimentum alicuius rei.* Plin. 18, 16 Farrago ex recrementis farris praedenſa ſeritur. Celſ. 6, 8 Vlcera, illinenda ſunt aut plumbi recremento, aut ceruſſa. *i. Scoria.* Aridiora recrementa in aluum conuenire, humidiora per renes in veſicam Gell. 17, 11.

RECRIMĬNOR, āri. *Et*

RECRIMINATIO, ōnis. f. *Apud* Auguſtin.

RECRVDESCO, ui, ĕre. *Renouari. Tractum a vulneribus, quae agitatione nimia, vel male purgata, interdum cruda et noua fiunt.* Cic. Fam. 4, 6 Nunc autem hoc tam graui vulnere, etiam illa, quae conſanuiſſe videbantur, recrudeſcunt. Curt. 7, 1, 7 Recruduit ſoporatus dolor. *h. e. Sopitus.* Nefas recrudeſcit Senec. Phoen. f. 1. Recrudeſcens ſeditio Liu. 6, 18. Recruduit pugna Idem 10, 19.

RECTA, RECTE, RECTIO, RECTOR, RECTVS. *vid.* REGO.

RECVBO, ui, ĭtum, āre. [ἀνάκειμαι] *Quieſcere, iacere.* Virg. Ecl. 1, 1 Tityre, tu patulae recubans ſub tegmine fagi. Cic. de Diuin. 1, 57 Eum primo perterritum ſomnio ſurrexiſſe: dein quum ſe collegiſſet, idque viſum pro nihilo habendum eſſe duxiſſet, recubuiſſe. *h. e. Rurſus cubuiſſe.* In qua exhedra lectulo poſito, recubuiſſet Cic. de Orat. 3 c. 5. Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit Ouid. de Arte Am. 2, 342. Toro Tyrio recubare Tibull. 1, 2, 77. Recubare et conſidere Columel. 7, 3.

RECVBANS, antis. Partic. [ἀνακείμενος] Cic. de Orat. 3, 60 Sed in hortulis quieſcet ſuis, vbi vult, vbi etiam recubans molliter et delicate nos auocat a Roſtris, *etc.* Solo recubans Virg. Aen. 3, 392.

RECVDO, di, ſum, ĕre. [ἀνακολάπτω] *Denuo cudere.* Varro . . Vt hi ſolent, qui vetera metalla recudunt.

RECVMBO, cubui, cubitum, ĕre. [ἀναπίπτω] *Proprie eſt Toto corpore iacere et interdum pro* Accumbendi *verbo vſurpatur.* Hor. Epiſt. 1, 5, 1 Si potes Archaicis conuiua recumbere lectis, *etc.* Plin. Epiſt. 4, 22, 4 Coenabat Nerua cum paucis, Veiento proximus, atque etiam in ſinu recumbebat. Martial. 2, 19 Debet Aricino conuiua recumbere cliuo, Quem tua felicem Zoïle coena facit. Plin. Epiſt. 9, 23, 4 Recumbebat mecum vir egregius Fabius Rufinus, ſuper eum municeps ipſius. Plin. 17, 22 Adeo non recumbat (*vitis*) in eo (*iugo*) nec delicate ſe ſpargat. Cic. de Orat. 2, 287 c. 71 Vt M. Lepidus quum caeteris in campo exercentibus in herba ipſa recubuiſſet, Vellem hoc eſſet, inquit, laborare. Humo recumbere Ouid. Met. 14, 100. Ne in palude recumbat *pons* Catull. 17, 3. Ceruix collapſa in humeros recumbit Virg. Aen. 9, 434. Ipſa ſibi eſt oneri ceruix, humeroque recumbit Ouid. Met. 10, 195. Onus recumbit in partes proclinatas Idem Triſt. 2, 84. Recumbunt iugera pauca horti, *i. iacent, ſita ſunt* Martial. 4, 64.

RECVBĬTVS, ûs. m. [ἀνάπτωσις] Plin. 24, 13 Itemque baculum ex ea factum, in quoduis animal emiſſum, etiamſi citra ceciderit defectu mittentis, ipſum per ſeſe recubitu propius adlabi.

RECVPĔRO, *vel vt ſaepe eſt in bonis etiam monimentis*, RECIPERO, āre. [ἀνακτάομαι, ἀναλαμβάνω] *A* Recipio *deriuatur, ſi audias quosdam Grammaticos: ſed praeſtat forte comparare cum* reciprocus, *et priorem partem compoſiti vtriusque ponere particulam* reci: *poſterior pars enim eſt* parare, *vt in* imperare. *Significat ſane labore vel ſuo, vel alieno* parare *ſibi, quod amiſeramus vel noſtra culpa, vel aliena iniuria.* Ex terra recipientes radices arborum in ſe ſuccum, recuperantur et reſtituuntur in antiquam ſoliditatem Vitruu. 2, 9. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 91 Quo confecto, ille ſuam dignitatem, et nos noſtram libertatem recuperabimus. Cic. Verr. 2, 86 c. 35 Victoriam recuperare. Liu. 1, 45 Recuperare imperium. *Conf.* Nep. 17, 7, 1. Conſumta replere, et erepta recuperare Cic. pro Muraen. 50 c. 25. Aliquem Nep. 16, 5, 2. *i. liberare captiuum.* Liu. 26, 39 Recuperata vrbe (*de Tarento ſermo eſt*) ab Romanis, *i. erepta iterum Romanis, qui arcem tenebant.* Cic. Verr. 3, 35 c. 14 Ille autem vnde oblatum eſt, iudicio ſuum recuperare nullo modo poteſt. Gloriam Tacit. Hiſt. 3, . . Gratiam liberalitate Curt. 6, 6, 11. Veterem belli gloriam Caeſ. Bell. Gall. 7, 1. Ius ſuum Cic. Att. 15, 13. Aliquam honeſtatis ſuae Partem recuperare Idem pro Cluent. 120. Patrimonium Nep. 25, 12, 3. Libertatem Corn. Tacit. Ann. 2, 45. Somnum interruptum Suet. in Aug. c. 78. Valetudinem recuperare Scribon. Epiſt. m. Victoriam, *ſupra.* Vigorem Curt. 3, 6, 16. Tacit. Hiſt. 3, 22, 1 Et reciperatis cibo ſomnoque Viribus, confectum, algore, *etc.* Tentemus, ſi poſſumus, omnium Voluntates recuperare Caeſ. *apud* Cic. Att. 9, 8. Cic. Q. Frat. 1, 2. Idem Fam. 12, 77 Ego ſi hominem per te recuperaro, ſummo me beneficio affectum arbitrabor. Adoleſcentulos ſimulata laude recuperauit *in partibus*

tibus ſuis retinuit Nep. 17, 6, 3. *Conf.* Caeſ. B. G. 3, 8. Val. Max. 5, 2, 5. Frontin. Strat. 8, 1. Cic. Fam. 14, 1 Quem ego diem ſi videro, et ſi in veſtrum complexum venero, ac ſi et vos et me ipſum recuperaro. Reſpub. ſe adhuc tantummodo vlta eſt, nondum recuperauit Cic. Philipp. 2, 113. Non expugnatum, ſed reciperatum patriam venire Iuſtin. 18, 7, 5. Vires Id. 22, 2, 6. Varro de R. R. 1, 13 Se quiete reciperare. *Et eodem modo* Tacit. Ann. 12, 34 Reciperandae libertatis initium. *Et* Hiſt. 2, 24 Gloriam reciperare.

RECVPERATVS, *vel* RECIPERATVS, a, um. Reciperatus pons Tac. Hiſt. 4, 77, 3. Reciperatum regnum Iuſtin. 36, 1, 1. *et* 39, 2, 7. Reciperatae cibo ſomnoque vires Tacit. Hiſt. 3, 22, 1.

RECVPERATIO, *vel* RECIPERATIO, ōnis. f. [ἀνάκτησις, ἀνακομιδὴ] Feſtus: Reciperatio eſt, vt ait Gallus Aelius, cum inter populum et reges nationesque et ciuitates peregrinas lex conuenit, quomodo per reciperatores reddantur res, reciperenturque, resque priuatas inter ſe perſequantur. *Eſt igitur ratio ius ſuum recuperandi, de qua conuenit inter populos.* Cic. Philipp. 10, 20 c. 10 Ita praeclara eſt recuperatio libertatis, vt ne mors quidem ſit in repetenda libertate fugienda. Contentus reciperatione vrbium, quas amiſerat Iuſtin. 30, 1, 7.

RECVPERATOR, *vel* RECIPERATOR, ōris. m. *Qui reciperat ſ. recuperat.* Tacit. Ann. 2, 52, 5 Furium *illum* Camillum *vocat* Reciperatorem vrbis. ¶ 2 *Iudicum genus ſic dictum eſt, quod recuperandae rei vel iuris ſui cauſa illos adirent.* Plaut. Bacch. 2, 3, 36 Poſtquam Praetor recuperatores dedit, Damnatus demum, vi coactus reddidit ducentos et mille Philippûm. Tacit. Ann. 1, 74 *extr.* Patiens tulit abſolui reum criminibus maieſtatis; de pecuniis repetundis ad reciperatores itum eſt. *Sic cauſa Caecinae, qui querebatur, ſe vi Aebutii e poſſeſſione eſſe depulſum acta eſt a* Cicerone *apud* Recuperatores, *quos paſſim alloquitur. Sic* pro Caecin. 8 c. 3 At ſi quis mihi hoc iudex, recuperatorue dicat, Potuiſti enim, *etc. Conf.* ibid. 61 c. 21. Gell. 20, 1, 13 Praetores iniuriis aeſtimandis recuperatores ſe daturos edixerunt. Recuperatores *ex omni numero ciuium repente apprehenſos litigantibus datos eſſe, patet ex* Plin. Epiſt. 3, 20, 9 Nam vt in recuperatoriis iudiciis, ſic nos in his comitiis quaſi repente apprehenſi ſinceri iudices fuimus. *Conf.* Cic. Verr. 3, 28 c. 11. *it.* 32 c. 13. *it.* 68 c. 28. *it.* 136 c. 59 ſq. *unde apparet a praetore datos, a partibus more aliorum iudicum reiectos: itemque illud, datos ad recuperandum, quod quis dare iniuria coactus fuiſſet. Sic* Liu. 26, 48 Contentio *de corona murali* quum prope ſeditionem veniret, Scipio tres recuperatores cum ſe daturum pronuntiaſſet, qui cognita cauſa teſtibusque auditis iudicarent, vter prior in oppidum transſcendiſſet; C. Laelio et M. Sempronio aduocatis partis vtriusque P. Cornelium Caudinum de medio adiecit; eosque tres recuperatores conſidere, et cauſam cognoſcere iuſſit *etc. videmus* de medio *ſumtum Cornelium, vel omnes potius.* Liu. 43, 2 Praetori negotium datum eſt *a ſenatu*, vt in ſingulos, a quibus Hiſpani pecunias peterent, quinos recuperatores ex ordine ſenatorio daret, patronosque quos vellent ſumendi poteſtatem faceret, *etc. De tali genere prouinciali* recuperatorum *intelligendus videtur etiam* Cic. pro Flacco 11 c. 4 Inimicus (*Flacco*) M. Caelius, quod, cum in re manifeſta putaſſet nefas eſſe, publicanum iudicare contra — publicanum, ſublatus erat e numero Recuperatorum.

RECVPERATORIVS, a, um. Adi. Quod ad recuperatorem pertinet. Cic. de Inuent. 2, 60 c. 20 Non enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficii, de quo inter ſicarios quaeritur, praeiudicium fieri. Iudicium recuperatorium Plin. Epiſt. 3, 20, 9. *et* Suet. Veſp. c. 3 Ingenuam et ciuem Rom. recuperatorio iudicio pronuntiatam. Val. Prob. c. 25 Quanti ea res erit, tantae pecuniae iudicium recuperatorium dabo.

RECVPERATĪVVS, a, um. Adi. *Vt*, Status recuperatiuus. Aggen. Vrb. de Limit. p. 63. *edit. Goeſ.*

RECVPERABILIS, e. Adi. *Vnde* Irrecuperabilis.

RECV̆PIO, īui, ītum, ĕre. [ὑπερεράω] *Valde cupere, adfertur ex* Plaut. Capt. 4, 2, 76 Quin ita faciam, vt recupias facere ſumtum, etſi ego vetem. *Sed Gronouius et meliores* Vt te cupias.

RECV̄RO, āre. [ἀνακομίζω] *Diligenter et iterum curare.* Plin. 13, 12 Quae non eſſet ita recurata, in ſuo manſit amphitheatrica. *de charta.* Otio ſe recurare Catull. 45, 15. Vulneratis domi relictis et plagas recurantibus Apul. Met. 6 p. 183.

RECVRRO, curri, curſum, ĕre. [ἀνατρέχω, παλινδρομέω] *Rurſum vel retro currere.* Ter. Adelph. 4, 1, 10 Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret, ſat ſcio. Cic. Fam. 14, 3 Dexippo quoque ita imperaui, ſtatim vt recurreret. Recurrere curſum ad aliquem Plaut. Ciſt. 2, 3, 50. Cic. Att. 2, 12 Quare quanquam iam teipſum exſpecto, tamen iſti puero, quem ad me ſtatim iuſſi recurrere, da ponderoſam aliquam epiſtolam. Ad ſuos auctores recurrere, *qui vendidere* Papirius Iuſtus in l. Imperator. §. 1 D. de adminiſtr. rer. ad Remp. pertinent. Cic. de Nat. Deor. 2, 51 c. 19 Lunae ſpecies mutatur tum creſcendo, tum defectionibus ad initia recurrendo, *ad nouilunium decreſcendo.* Ad rationem eam recurrunt Quinctil. 1, 6. In arcem recurrere Liu. 4, 55. Cic. Att. 13, 45 (47) Equidem Cal. in Tuſculanum recurram. In contrarium recurrere dicuntur argumenta, quae retrorſum aut reciproce valent Quinctil. 5, 9. Recurrere eodem Columel. 8, 14. Aqua verſa recurret ad fontem Ouid. Epiſt. 5, 30, 2. Et metuit, ne qua verſa recurrat hiems, *de hirundine* Ouid. Faſt. 2, 854. Luna recurrit Tibull. 2, 4, 18. Opus inceptum ſaepe recurrit Ouid. de Arte Am. 3, 360. Plin. in Paneg. 88 *extr.* Etenim vt nomine Auguſti admonemur eius, cui primum dicatum eſt: ita haec Optimi appellatio, nunquam memoriae hominum ſine te recurret. Recurrere rure Hor. Serm. 1, 2, 127.

RECVRRENS, entis. Partic. [ἀνατρέχων] *Vt*, Sol recurrens Virg. Aen. 7, 100. Per annos recurrentes accepta libertas Hor. Epiſt. 2, 1, 147. *i. ſingulis annis.*

RECVRSVS, ûs. m. [ἀναδρομὴ] Plin. 16, 25 Natales pomorum recurſus annuos verſicolori nuntio promittunt. Liu. 26, 42 *extr.* Vt ſubeunti ſaepe ad moenia vrbis recurſus pateret. Celſ. 4, 4 Si vero his morbus leuatus, iamque fauces et cibum et ſpiritum capiunt, facilis ad bonam valetudinem recurſus eſt. Ad priſtinum militiae ordinem recurſus Val. Max. 2, 7, 15 *de iis, qui poenae cauſa ex equitibus pedites, ex peditibus funditores facti fuerant.* Curſus et recurſus aduerſis ſpatiis inire Virg. Aen. 5, 583. Lydia perfuſa Maeandri recurſibus Plin. 5, 29. Celeres recurſus ſpondere Ouid. Met. 6, 450. Inſperati recurſus Claud. in Ruff. 1, 331. Dant fata recurſum Ouid. Epiſt. 6, 59. Apul. de Mundo p. 730, 14 *Floridi*, Cum fluctuum concurrentium mole nunc progreſſibus litora, nunc recurſibus ſinus caeſi quatiuntur.

RECVRSIO, ōnis. f. *Idem.* Mart. Capell. 9 p. 308 Quo gemmata poli voluere ſidera Sueuit lege ratâ ſacra recurſio. *Conf.* Apul. in Aſclepio.

RECVRSO, āre. Frequent. [ἀνατρέχομαι] Plaut. Moſtell. 3, 1, 54 Quid ego recurſem? aut operam ſumam, aut conteram? Virg. Aen. 4, 4 Multusque recurſat Gentis honos, *i. redit ſubinde in memoriam.* Recurſabant animo vetera omnia Tac. Hiſt. 2, 78, 2. Captaeque recurſat Attonitis arcis Facies Sil. 6, 555. Huc et huc recurſare Senec. Med. ſ. 6. Cura ſub noctem recurſat Virg. Aen. 1, 666. Cura dies noctesque recurſans Stat. Theb. 1, 316. Longe recurſant Lucret. 2, 105.

RECVRSĬTO, āre. *Idem.* Mart. Capell. 1 p. 10 Hic curſor plerumque recurſitans gaudet occupari.

RECVRVVS, a, um. Adi. [ἀνακαμπύλος] *Retro curuatus.* Columel. 3, 18 Quidquid recuruum et ſurſum verſus ſpectans, demerſum eſt, quum tempeſtiuum eximitur, in modum hami repugnat obluctanti foſſori. Plin. 9, 33 *de cochleis*, Ad plauſum apertis, ad buccinam recuruis. Aera recurua, *Hami* Ouid. de Rem. Amor. 210. Cornu recuruum Idem Amor. 3, 13, 17. Haſta Ouid. Faſt. 2, 560. Pedes Idem ibid. 2, 251. Puppis Ouid. Met. 8, 141. Roſtrum Claud. in Eutrop. 2, 230. Tectum Ouid. Epiſt. 10, 71.

RECVRVO, āre. [ἀνακαμπυλιάζω] *Retro.* Columel. 5, 10 Quum ad ſcrobis ſolum radix peruenit, duritia humi coërcita recuruatur, et ex ſummo duûm ramorum ambas radices emittit. Aquas recuruare in caput *magae opus, i. facere vt ad fontem reſluat* Ouid. Amor. 1, 8, 6. Horrenteſque ſitu gladios in ſaeua recuruant Vulnera Stat. Theb. 3, 583.

RECVRVĀTVS, a, um. Partic. [ἀνακαμπυλιαθεὶς] Columel. 3, 18 Praetorto capite et recuruato ſemen. Celſ. 5, 26, 28 Recuruato articulo curatio adhibita. *Add.* 8, 1 *ſub fin.* Os quod pectinem vocant — recuruatum in exteriora in feminis. Vndis recuruatis ludit Maeander Ouid. Met. 2, 246.

RECV̄SO, āre. [ἀναίνομαι, ἀναδύομαι] *q. d. cauſam regerere, vel contra cauſari, i. declarare, ſe nolle.* Aur. Vict. de Viris illuſt. 44 Imperatoris nomen a militibus, et a Senatu triumphum recuſauit oblatum. Cic. Verr. 2, 5 Quando id, quod imperaretur, recuſauit? Ibid. 4, 85 Quum recuſaret, vehementer minatur. Virg. Georg. 1, 53 Et quid quaeque ferat regio, et quid quaeque recuſet. Vires recuſant ferre rem illam Hor. Epiſt. 2, 1, 259. *Conf.* Id. A. P. v. 39. Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuſo Virg. Aen. 2, 704. Longe recuſare Virg. Aen. 5, 406. Cic. Verr. 5, 140 Seruilius et recuſare et deprecari. Amicitiam alicuius recuſare Caeſ. Bell. Gall. 1, 44. Arma Virg. Aen. 5, 417. Iudicium Calliſtratus l. 36 ff. de iudiciis, *et* Gaius l. 29 de noxalib. action. Iuſſa Virg. Aen. 5, 749. Munus legationis Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 33. Periculum Idem ibid. 7, 19. Sortem Caeſ. Bell. Gall. 8, 1. Verbera Tibull. 1, 9, 37. Vetera omnia recuſabant animo Tacit. Hiſt. 2, 78. Vincla leones recuſantes Virg. Aen. 7, 16. Vxorem filius grandi cum dote recuſat Hor. Serm. 1, 4, 50. ¶ 2 *Ad* cauſas *iudiciorum proprie pertinere hoc verbum, iſta ſatis declarant:* Celſ. in l. 48 D. mandati, Quintus Mucius Scaeuola ait: Si quis ſub vſuris creditam pecuniam fideiuſſiſſet, et reus in iudicio conuentus, quum recuſare vellet ſub vſuris creditam eſſe pecuniam, et fideiuſſor ſoluendo vſuras, poteſtatem recuſandi eas reo ſuſtuliſſet, eam pecuniam a reo non petiturum. Recuſare actionem, *i. Exceptione depellere.* Vlpian. in l. Quod ad heredem D. de magiſtrat. conuen. Idem l. 4 in princip. D. de re iudicat. *vbi etiam paullo poſt dicitur*, Rem iudicatam recuſare. Cic. Verr. 1, 6 Sin abſoluitur, deſinemus nos de iudiciis transferendis recuſare. Multo plures eſſe, qui de tributis recuſent Cic. Fam. 3, 7. Ne fieret, vehementer recuſare Idem ibid. 1, 9, 35. Cic. Att. 2, 1 Neque recuſas quin non modo, ſi opus ſit, ſed etiam ſi velim accurras. Non poſſumus quin alii a nobis diſſentiant, recuſare Cic. Acad. 4, 7. Idem de Fin. 1, 7 c. 3 Nec vero vt noſter Lucilius, recuſabo, quo minus omnes mea legant. Cic. pro Flacc. 97 Populum Rom. diſceptatorem non modo non recuſo, ſed etiam depoſco. Recuſare, *pro Accuſationem depellere, ac proprie adeo, dixiſſe Budaeo videtur* Cic. de Clar. Orat. 90 c. 23 Tum igitur Galba recuſans pro ſeſe. *Sed nec improbabilis eſt coniectura Gruteri, ex* Val. Max. 8, 1, 2 *legendum*, nihil recuſans. Recuſare *etiam ſignificat, quod habueris dimittere, ac nolle amplius habere* Tertull. de Pallio c. 3 *de ſerpentibus*, Cum ſquamis et anni recuſantur. Commodus in epiſtola *apud* Spartian. in Peſcennio c. 4 Peſcennium fortem virum noui, et ei tribunatus iam duos dedi: ducatum mox dabo, vbi per ſenectutem Aelius Corduenus rempubl. recuſauerit, *i. munera, quae iam habet, deprecabitur ac deponet. Plura ipſius* Tertulliani *dedit ad locum e Pallio Salmaſius* p. 194. *Paſſiue* Liu. 1, 24 Cum Trigeminis agunt reges, vt pro ſua quisque patria dimicent ferro: ibi imperium fore, vnde victoria fuerit: nihil recuſatur: tempus et locus conuenit.

RECV̄SANS, antis. Partic. [ἀναινόμενος] Cic. Verr. 2, 129 Itaque fit omnibus recuſantibus et implorantibus. Rogatus et recuſans hoc feci Cic. in Orat. 36. Militibus nullum periculum pro ſalute Caeſaris recuſantibus Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 26. Miniſtri recuſantes Ouid. Faſt. 2, 387. *Add.* ib. 3, 859.

RECVSĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. Ouid. ex Pont. 4, 13, 27.

RECVSATIO, ōnis. f. [ἀνάνευσις] Caeſ. Bell. Ciu. 3, 98 Quod vbi ſine recuſatione fecerunt, *etc. Add.* ib. 8, 1. Cic. de Orat. 2, 26. Nam haec ipſa recuſatio diſputationis, diſputatio quaedam fuit mihi quidem periucunda. Sine recuſatione ac ſine vlla mora negotium ſuſceperunt Cic. Cat. 3, 5 c. 2. Recuſatio, *pro Defenſione ſeu exceptione.* Cic. de Legib. 2, 41 Poena vero violatae religionis, iuſtam recuſationem non habet. Idem de Inuent. 2, 12 c. 5 Aliud accuſatio aut recuſatio conficere debet. *Et* de Orat. 2, 364 c. 89 Adimere, inquit, omnem recuſationem Craſſo volui. *Metaphor.* Recuſatio ſtomachi Petron. c. 141. *i. nauſea, horror.*

RECVSABĬLIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 4, 35 Reuelatio prima recuſabilis, *etc.*

RECVTIO, ĕre. Auguſt. Confeſſ. 8, 11 Incutiebat horrorem, ſed non recutiebat retro, nec auertebat.

RECVSSVS, a, um. Partic. [ἀνασεισθεὶς] Virg. Aen. 2, 53 Vteroque recuſſo Inſonuere cauae gemitumque dedere cauernae. Recuſſo pro Concuſſo, *inquit* Seruius, Praepoſitio pro Praepoſitione. Aequor recuſſum Valer. Argon. 5, 167. Recuſſus ſomno Apul. Met. 5 p. 170, 27. *i. excuſſus, excitatus.*

RECVSSVS, ûs. m. Plin. 8, 53 In haec ſe librant, vt tormento aliquo rotati in petras, potiſſimum e monte aliquo in alium tranſilire quaerentes, atque recuſſu pernicius quo libuerit exultant. *de ibicibus.*

RECVSSABĬLIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 3, 6, 88 Recuſſabilis ſphaera, quam Italicam vocant, *inter exercitationes ponitur. Quid ſit ea, quam* Corycomachian *alias vocat, ſupra ſ. l. a nobis deſcripta? in ea certe* recuſſatur, *repellitur, relabens ſubinde ſuccus, qui poteſt etiam ſphaericus eſſe.*

RECVTĪTVS, a, um. Adi. [λεπόδερμος, περίτμητος] *Cui reſecta eſt cutis glandem tegens: quo nomine dicti ſunt Iudaei, a verendorum cute ſumma reciſa.* Martial. 7, 29 Nec recutitorum fugis inguina Iudaeorum: Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo. Recutiti, ἀποσεσυρμένοι, περίτομοι Gloſſ. Vet. *it.* Recutitus ἀπεψωλημένος. *Conf. Io. Britann. ad* Perſ. 5, 184. *Baron. Ann. Eccl. ad* A. C. 57 *et* 70. Martial. 9, 59 Nec ruptae recutita colla mulae, *i. ſubnaſcente noua ſubinde pelle calloſa. Callus enim nihil aliud eſt, quam renaſcens ex multiplici laceratione cuticula. Loquitur Poeta de rebus vſu tritis, quales ſunt* anſae veterum Corinthiorum, *it.* Çrus compede lubricum decenni, *etc.*

R E D

REDACCENDO, ĕre. *Iterum accendo.* Commeatus vitae brevior, et facilior ante exſtingui, quam redaccendi Tertull. de Anima c. 30 *extr.* Redaccenſus eſt animus Hieroſolymam proficiſcendi Hieron. Ep. 6 *pr.* ad Florent.

REDA, *vid.* RHEDA.

REDABSOLVO, ſolui, ſolūtum, ĕre. [ἀπολύω] *Laudatur* Plaut. Curc. 3, 84 Sequere hac, te redabſoluam qua aduceniſti gratia. *Sed* ted abſoluam *al.* te abſoluam *Gronou.* d *interpoſuere quidam ad eliſionem impediendam: unde ortum* redabſoluam.

REDADOPTO, āre. *Iterum ſiue denuo adoptare.* Modeſtinus in l. ſi pater filium D. de adopt. Sed nec is in patris poteſtatem (inquit Iuriſconſultus) reuertitur, quem auus retinuerat, filio dato in adoptionem, quem denuo redadoptauit. Nam etſi in vulgaribus legitur Readoptauit, in Pandectis tamen Florentinis legitur Redadoptauit, ac rectius.

REDADVNO, *unde*

REDADVNATIO, *vid.* READVNATIO.

REDAMBVĽLO, āre. [ἀναβαδίζω] *Reuerti.* Plaut. Capt. 4, 2 *extr.* Cura quam optime potes. ER. bene ambula, et redambula.

REDAMNO, āre. Redamnare ſuam ſententiam Oct. Horatian. 2, 2, 5.

REDĀMO, āre. [ἀντιφιλῶ] In amore reſpondere, Contra vel ſimiliter, ſiue me amantem amare. Cic. de Amicit. 49 c. 14 Quid enim tam abſurdum, quam delectari multis inanibus rebus: vt honore, vt gloria, vt aedificio, vt veſtitu, cultuque corporis: animo autem virtute praedito, eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamare poſſit, non admodum delectari?

REDANDRVO, *ſ.* REDAMTRVO, āre. *Dubiae orthographiae verbum, quia obſoletum. Apud* Feſtum *ſic editur,* Redentruare dicitur in Saliorum exſultationibus, quum Praeſul ampiruauit, quod eſt motus edidit, ei referuntur inuicem iidem motus. Lucilius: Praeſul vt ampiruet, inde vulgus redemplauit: *quae vt legant viri docti, oſtendimus in* AMTRVO. *Hic modo ponamus, quae habet* Nonius 2, 739 Redandruare, Redire. Lucil. Sat. 9 Vt vulgus redandruet inde. Pacuuius Chryſe, Graecos nihil mediocriter redandruare.

REDANĬMO, āre. Tertull. de Reſur. Carn. c. 13 Nec redanimari, ſed reformari exiſtimentur. *Add.* ibid. c. 31.

REDANIMĀTVS, a, um. Partic. Tertull. loc. cit. c. 19 Redanimatus et reuiuificatus.

REDANIMATIO, ōnis. f. Tertull. loc. cit. c. 38 Ad praeſentem gratiam redanimationis.

REDARATOR, ōris. m. *Apud* Seru. in Georg. 1, 21 *videtur dici deus aliquis ruſticus. al.* Reparator.

REDARDESCO, ĕre. [ἀναπυροῦμαι] *Iterum ardeſcere, recandeſcere.* Ouid. de Rem. Amor. 734 Sic niſi vitaris quidquid reuocabit amorem, Flamma redardeſcet, quae modo nulla fuit.

REDARGVO, ui, ūtum, ĕre. [ἐξελέγχω] *Reprehendere, vt conuincas.* Cic. Tuſc. 2, 5 Philoſophia naſcatur Latinis quidem literis ex his temporibus, eamque nos adiuuemus, noſque ipſos redargui refellique patiamur. Idem de Nat. Deor. 3, 88 Improborum igitur proſperitates, ſecundaeque res redarguunt, vt Diogenes dicebat, vim omnem deorum, ac poteſtatem. Poterat autem impune, quis enim redargueret? Cic. de Finib. 2, 55. Redargue me ſi mentior Idem pro Cluent. 62 c. 23. Inconſtantiam alicuius Id. pro Domo 21 c. 9. Verba alicuius redarguere armis Virg. Aen. 11, 688. Quinctil. 6, 4 Refutatio non ſit in negando, redarguendo, defendendo, eleuando.

REDARGVTIO, ōnis. f. *a* Boëthio *hac voce redditur Graecum* ἔλεγχος. *vid. Voſſ. Etymol. f.* 43 *et de Vit. L. L.* 3, 41.

REDARMĀTVS, a, um. Adi. *Iterum armatus.* Dict. Cretenſ. l. 2 Nouis iaculis manus vtriusque redarmatae ſunt.

REDAVSPĬCO, āre. *et* REDAVSPICOR, āri. [ἐπάρχομαι] *Denuo auſpicium ſumere vel auſpicari.* Plaut. Capt. 3, 5, 109 Exauſpicaui ex vinculis, nunc intelligo redauſpicandum eſſe in catenas denuo, *i. Coepi ego liber eſſe, iam redeundum eſt in vincula.*

REDDO, reddĭdi, redditum, ĕre. [ἀποδίδωμι, ἀνταποδίδωμι, ἀμείβω, ἀποτίω] *Proprie eſt ablatum vel acceptum reſtituere.* Ter. Adelph. 2, 4, 16 Reddetur, ne time. SA. at vt omne reddat. S. omne reddet. Mutuari aliquid ab aliquo, et ei viciſſim reddere aliquid aliud Cic. de Fato 3. Ea, quae acceperis vtenda, maiore menſura iubet reddere Heſiodus Cic. Off. 1 c. 15. *Vltionem minatur* Pythias Ter. Eun. 5, 8, 18 Reddam, hercle! Reddere *eſt egerere aſſumta in cibo, potu, etc.* Plin. 10, 47 Inter aquaticas mergi ſolent deuorare, quae caeterae reddunt. *Vid. n.* 2 Crepitum, Excrementa, Fimum, Humorem, Lapidem, Sanguinem, Vrinam. Celſ. de verb. ſignif. l. Verbum, Reddendi verbum, quanquam ſignificatum habet retrodandi, recipit tamen et per ſe dandi ſignificationem. *Conf.* Paull. ICt. l. 11 ff. de Iuſt. et iur. Reddit pratum in pabulo non minus quam in feno Colum. 2, 17, 2 *aeque vtile eſt domino, quod paſcua praebet, quam quod fenum.* Reddunt vinum pulcherrimum Amineae Pallad. Febr. 9, 4. Varro R. R. 3, 3 Vt LX reddiderit eo anno ea pars villae, bis tantum, quantum tuus fundus reddit. *Videntur tales formulae ortae ex eo, quod ſemen, item labor velut creduntur terrae: illa reddit cum fenore.* Plin. 5, 4 Ita appellatur regio — fertilitatis eximiae, cum centeſima fruge agricolis fenus reddente terra. *Vid. mox* Flores *it.* Fructus reddere. *it.* REDDITVS, ûs. Reddere, *Reponere.* Plaut. Moſt. 1, 2, 29 Tempeſtas venit, confringit tegulas, imbriceſque: ibi dominus indiligens reddere alias ne volt. Reddere, *pro Referre. ſiue recenſere, vid.* Quinctil. 10, 1, 75. Plin. in praef. Tria non amplius, vt opinor, abſolute quae traduntur inſcripta, ille fecit, quae ſuis locis reddam. Inſigne Epponiae vxoris exemplum reddetur ſuo loco Tac Hiſt. 4, 67, 4. Reſtat, vt aetherios fines tibi reddere coner Manil. 1, 563. Redde age, quae deinceps riſiſti, *etc.* Hor. Serm. 2, 8, 80. *i. Renuntia.* Perge, Pomponi, de Caeſare, et redde quae reſtant Cic. de Clar. Orat. 258. *Sic* n. 2 Cauſas. Pſeudo-Cic. poſt redit. in Senat. 1 Qui denique noſmetipſos nobis reddidiſtis, *i. feciſtis, vt frui meis animi et corporis bonis queam. Ad ſimilitudines quascunque indicandas verbum* reddere *Poetae et alii ſcriptores adhibent, quod ſermonis genus a ſpeculis tractum videtur, quae* reddunt *illapſas* imagines. *Illuſtrant copioſe hoc genus loquendi viri docti ad* Sil. 2, 634. *Sic* n. 2 Reddere Colorem, Eloquentiam, Exemplum, Imaginem, Nomine. Plin. Epiſt. 7, 19, 9 Tantae feminae matrem rurſus videor amittere, quam haec vt reddit, ac refert nobis, ſic, *etc.* Clodius omnes Catilinas reddidit Cic. Att. 4, 3. *Qui aliquid faciendum conduxerunt, poſtquam fecere,* reddunt *locatori. Hinc* Reddere *ſaepe eſt facere, efficere. Vid.* n. 2 Commotum, Dictum, Dubia, Exercitatum, Ferrum, Impetratum, Incerta, Infectum, Inſignem, Meliorem, Otioſum, *etc.* Vt caritas liberorum, amiciores Reipub. parentes redderet Cic. Fam. 12, 3. ¶ 2 *Nomina elementari ordine diſpoſita:* Anhelitum reddere, ac per vices recipere, *Reſpirare* Plin. 9, 7. Cic. de Nat. Deor. 2, 135 c. 54 Excipiatque Animam, eam quae ducta ſit ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret, ac reddat. Plin. 11, 37 Sub corde pulmo eſt, ſpirandique officina, attrahens ac reddens Animam. *Sed etiam* Animam reddere *eſt Mori, exſpirare,* Animas dulces reddunt ad praeſepia Virg. Georg. 3, 495. *Meleagri mater apud* Ouid. Met. 8, 505 Biſque datam, primum partu, mox ſtipite rapto, Redde Animam. Et prius hanc Animam vacuas reddemus in auras Ouid. ex Pont. 2, 11, 7. Animam crudelem per vulnera Ouid. Faſt. 5, 469. *Sed* Idem Met. 2, 644 Animas tibi reddere ademtas Fas erit, *i. vitam reſtituere mortuis.* Hor. Carm. 1, 16, 28

Dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis, Animumque reddas,

h. e. Spem mihi redintegrandi amoris facias, Acron. *Sed quid ſi eſt, ſpem et fiduciam felicitatis reddas, vt* Ter. Andr. 2, 1, 35 Nuptias effugere ego iſtas malo, quam tu adipiſcier. CHAR. reddidiſti Animum. Cic. Att. 14, 14 Puero quoque hoc a me dabis, ſi tibi videbitur, vt Animum eius conciliatum reddas. Apodixim defunctoriam Petron. c. 132. Celſ. 2, 14 Oportet autem neque recentiores viros in his fraudare; quae vel repererunt, vel recte ſecuti ſunt: et tamen ea, quae apud antiquiores aliquos poſita ſunt, Auctoribus ſuis reddere. Ter. Phorm. 2, 2, 22 Pro maleficio ſi Beneficium ſummum nolunt reddere. Quinctil. 7, 5 In paupere gratior liberalitas, quam in diuite: dante Beneficium, quam reddente. Cic. Off. 1, 48 c. 15 Nam quum duo genera liberalitatis ſint, vnum dandi Beneficii, alterum reddendi. Hor. Serm. 1, 4, 116 Sapiens vitatu, quidque petitu Sit melius, cauſas reddet tibi. Clamorem Liu. 5, 38. *contra vel viciſſim clamare.* Colorem vini Plin. 27, 12. Commotum reddam te, *vox acerrime minantis plagas* Ter. Andr. 5, 2, 13 *ubi* Donatus, Commotum, citum, celerem. Corpus ſepulcro reddere Virg. Aen. 2, 542. Crepitus reddere dicuntur aſini, Onopordon ſi comederint Plin. 27, 12 ſ. 87. Data reddere nolunt Ouid. de Arte Am. 1, 433. Delibutum gaudio reddere, *vid.* DELIBVTVS. Depoſitum Cic. Off. 1, 31 c. 10. Dicta reddere, *i. Reſpondere* Lucret. 4, 463. Dictum ac factum reddidi, *perfeci ſtatim, vti dictum fuit* Ter. Heaut. 4, 5, 12. Cic. Acad. 4, 84 Et ſi vna fefellerit ſimilitudo, Dubia omnia reddiderit. Quinctil. 1, 1, 6 Et Laelii filia reddidiſſe in loquendo paternam Eloquentiam dicitur. *i. retuliſſe, ſimili eloquentia vſam in* loquendo. Cic. Att. 1, 20 Cincius noſter eam mihi abs te Epiſtolam reddidit, quam tu Idib. Febr. dederas. Excrementa Plin. 9, 43. Exemplum ac Effigiem virtutis alicuius reddere, *Repraeſentare* Liu. 26, 14 *extr.* Exſequias reddere, *Soluere tanquam debitum* Ouid. ad Liu. 218. Exercitatum te reddam, *vid.* EXERCITOR. Quas hominum Facies reddunt, qualesque colores? *i. efficiunt* Lucret. 6, 812. Farinam reddere dicuntur quae moluntur Plin. 18, 9. Ferociorem et impotentiorem aliquem reddere Cic. Fam. 4, 9. Fungar vice cotis, acutum reddere quae Ferrum valet, exſors ipſa ſecandi Hor. Art. Poët. v. 304. Fimum reddere, *pro Cacare* Plin. 8, 15. Columel. 2, 15, 4. Plin. 16, 26 Abies Flores croci colore circa ſolſtitium, Semen reddit poſt vergiliarum occaſum. Fructum quem Lemni vxoris reddunt praedia Ter. Phorm. 4, 3, 75. Geſtus reddunt brachia Ouid. Met. 6, 308. Columel. 4, 3 Experto mihi crede Syluine, bene poſitam vineam, bonique generis, et bono cultore, nunquam non cum magno fenore Gratiam reddidiſſe. Honorem ſuum cuique et gradum reddere Cic. pro Roſc. Amer. 136. Humorem reddere, *pro Meiere* Plin. 11, 26. Idem 11, 37 Adeoque iis abſoluta vis ſpeculi, vt tam parua pupilla totam Imaginem reddat hominis. Imagines ſiniſtras reddit ſpeculum Quinctil. 11, 3, 68. Imaginibus redditis veris Plin. 35, 7. Impetratum reddere aliquid alicui, *i. Impetrare* Plaut. Epid. 1, 1, 46. Cic. Acad. 4, 110 Itaque non metuit, ne confundere omnia videatur, et incerta reddere. Infectum Hor. Carm. 3, 29, 47. Inſignem arte multa reddere aliquem Virg. Aen. 5, 705. Iura reddere Ouid. Faſt. 1, 252. Iura reddere foro Stat. Silu. 1, 4, 47. Ius vel iudicium reddere populo Ter. Phorm. 2, 3, 57. Caeſ. Bell. Gall. 7, 76 Pro quibus meritis ciuitatem eius immunem eſſe iuſſerat, Iura, legesque reddiderat. Iuſta reddere funeri Plin. 10, 2. *Conf.* Cato *apud* Columel. 11, 1. Lapidem reddere *calculum e veſica* Scribon. 146. Latine reddere, *Vertere ſignificat* Cic. de Orat. 1, 155 c. 34 Vt quum ea, quae legerim Graece, Latine redderem, non ſolum optimis verbis vterer, *etc.* Cic. Fam. 2, 1 Scripta et obſignata iam epiſtola, Literae mihi redditae ſunt a te. Lucem redde tuae, dux bone, patriae, *ad Auguſtum* Hor. Carm. 4, 5, 5. Ludos reddere, *vid.* LVDVS. Me vitae redde priori Hor. Epiſt. 1, 7, 95. Meliorem aliquem reddere Cic. Att. 2, 1. Merces reddita mihi Ouid. ex Pont. 3, 3, 39. O fortunata Mors, quae naturae debita, pro patria eſt potiſſimum reddita Cic. Philipp. 14, 41. Mors iam vitaï reddita Lucret. 4, 765. Mors vitae reddita. h. e. Vita cum morte commutata, *inquit* Lambinus. *Sed recte ex* MSS. *Hauerc. Quem* Reddita vita iam mors et terra potita eſt: *ex quarta Coniugatione.* Motus genitales Lucret. 2, 228

quos deinde v. 242 *ita deſcribit*, Neque ictus gignere per ſe, Qui varient motus, per quos natura gerat res. Nitorem Plin. 28, 8. Nomen Idem 7, 21. Nomine aliquem reddere, *Habere idem nomen* Virg. Aen. 6, 768. Odorem reddere, pro Odorem emittere, ſiue ſpirare Plin. 36, 23. *Conf.* ibid. c. 19. Onera ciborum, *vid.* ONVS. Plaut. Epid. 1, 1, 22 Te volo percontari, Operam da, opera reddetur tibi. *Gron.* Reddibitur: *quod tamen in nullo codice obſeruatum, iam Taubmannus monuit: ſed* redditur *aut* reddetur. Cic. Fam. 16, 12 Tu Muſis noſtris para vt operas reddas. *i. Abſoluas penſum.* Idem ibid. 9, 25 Mathonem et Pollionem inimicos habet Fabius: quid multa? non me hercule tam perſcribere poſſum, quam mihi gratum feceris, ſi Otioſum Fabium reddideris. Cic. de Fin. 3, 12 Qui omnia ſic exaequauerunt, vt in vtramque partem ita Paria redderent, nulla ſelectione vterentur eius, virtutem ipſam ſuſtulerunt. Partum reddere, Parere, *vid.* Partus, *in* PARIO. Perfectum reddere aliquid, *Perficere* Plaut. Aſin. 1, 1, 109. Poenas reddere, *vid.* POENA. Plin. Epiſt. 10, 64 *et* 66 Reddendum Poenae, quam fractis vinculis euaſit. Promiſſa reddere alicui Virg. Aen. 5, 386. Quies nulla reddita eſt corporibus Lucret. 2, 95. Plaut. Aul. 1, 1, 6 Tibi ego Rationem reddam ſtimulorum ſeges? Ratio reddunda eſt Lucret. 5, 67. Rationem reddere acti, vel ſuae vitae Cic. de Fin. 3, 12. Idem Diuin. in Caec. 27 c. 9 Nihil eſt enim, quod minus ferendum ſit, quam Rationem ab altero vitae repoſcere eum, qui non poſſit ſuae reddere. Rationem ſententiae ſuae redderet Cic. Tuſc. 1, 39. Idem Acad. 4, 105 Vt etiam ſi poſſis Rationem reddere, cur id eueniat, tamen, *etc.* Rationem reddere quare Quinctil. 7, 2. Nec Reſponſa poteſt conſultus reddere vates Virg. Georg. 3, 491. Aequum eſt Peccatis veniam poſcentem reddere Rurſus Hor. Serm. 1, 3, 75. Sanguinem reddidit Plin. Epiſt. 5, 19, 6 *de pulmonis vitio. Vid.* Scrib. 149. Saporem reddere Plin. 19, 12. Segniorem reddere ad reſpondendum, *etc.* Cic. de Fin. 1, 34. Semen reddit arbor Plin. 16, 26. Seruum reddere in poteſtatem domini Vlpian. in l. Aut damnum §. vlt. D. de poenis. Se conuiuio reddere Liu. 23, 9 *redire ad conuiuium.* Seſe epulis reddere Sil. 11, 368. Se labori reddere Claud. Paneg. 8. Solatia reddita confuſae menti Ouid. ex Pont. 1, 3, 3. Sonum reddere, *pro Facere et excitare* Plin. 11, 51. Cic. Tuſc. 1, 96 Quo Sonitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiae, qui in eum fuerat teterrimus. Sonitum plangoris reddere Ouid. Met. 3, 495. *de Echo.* Liu. 28, 34 Vt aut (ſi ita videatur) reddant Spiritum P. Scipioni ab eodem illo acceptum: aut ſeruati bis vni debitam vitam pro eo in perpetuum deuoueant. *i. Pro Scipione fundant, quibus, vt ne funderetur, defendit Scipio.* Statua reddita eſt ei tum a maioribus pro vita Cic. Philipp. 9, 5. Stridorem reddit ianua Ouid. Met. 11, 608. Suggillata reddere colori *reſtituere eis ſuum colorem* Plin. 20, 11. Stat. Theb. 9, 121 Tandem intermiſſa iaculantum nube, poteſtas Reddere Tela fuit, *i. viciſſim emittendi in hoſtes.* Titulum reddere meritis Ouid. Met. 13, 372. Tranſactum reddere aliquid, *Tranſigere* Plaut. Capt. 2, 2, 95. Tibull. 1, 3, 34 Reddereque antiquo menſtrua Tura lari, *i. in aram dare.* Cic. Att. 12, 44 Sed, quaeſo, confice, et te Vacuum redde nobis. *Subaud. Ab omni ſolicitudine.* Liu. 3, 26 *pr.* Tantam Vaſtitatem in agro Sabino reddidit, *i. effecit.* Verbum reddere pro verbo, *interpretando* Cic. de Opt. gen. Orat. 14 c. 5. Vicem reddere meritis Ouid. Amor. 1, 6, 23. Vicem alterius reddere, aliter Plin. 2, 8. Vim alicuius herbae reddere, *Saporis vires referre guſtu* Plin. 21, 18. Ouid. Met. 10, 203 Atque vtinam pro te Vitam, tecumque liceret Reddere. Cic. Verr. 5, 89 Quod reliquum Vitae viriumque fames fecerat, id ferro potiſſimum reddere volebant. *i. Reliquum vitae pugnando finire.* Cic. pro Planc. 92 c. 37 Qui pro Repub. Vitam reddiderunt, licet me deſipere dicatis, nunquam me hercule eos mortem potius, quam immortalitatem aſſequutos putaui. Vocem humanam reddit pſittacus Plin. 10, 42. Voces audire, et reddere, Humaniter loqui, *inquit* Seruius *ad* Virg. Aen. 1, 413. Cic. de Legib. 3, 22 Caute Vota reddunto. Curtius 3, 7, 3 Vota deinde pro ſalute ſuſcepta per ludum atque otium reddens, *etc.* Vtinam reddere Plin. 8, 42. ¶ 3 *Miſcella.* Reddere, *interdum eſt, Id, quod ab aliquo acceperis, ac dixeris, vel recitare, vel cantare.* Hor. Carm. 4, 6 *extr.* Reddidi carmen docilis modorum Vatis Horati. *Et* Epiſt. 1, 18, 13 Vt puerum ſaeuo credas dictata magiſtro Reddere, *etc. Conf.* Terentian. de Anacreontico-Choriambico. Cic. de Clar. Orat. 301 Primum memoria tanta, quantam in nullo cognouiſſe me arbitror, vt quae ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eisdem redderet, quibus excogitauiſſet. *De Hortenſio loquitur. Cuius rei meminit his verbis* Quinctil. 10, 6 Cicero certe Graecorum Metrodorum Sceptium, et Eryphylum Rhodium, noſtrorumque Hortenſium tradidit, quae cogitauerant, ad verbum in agendo retuliſſe. *Paullo ante capite eodem dixerat*, Aſſumendus vſus paullatim, vt pauca primum complectamur animo, quae reddi fideliter poſſint. Catull. 74, 26 O dii reddite mî hoc pro pietate mea. *Sic apud* Plaut. Rud. 1, 3, 6 Hanccine ego partem capio ob pietatem praecipuam? Reddibo, *futurum antiquum, pro* Reddam *teſte* Non. 7, 75 *dixit* in Caſina Plautus, item in Men. (5, 7, 49) Saluum tibi ita, vt mihi dediſti, reddibo, *vbi nunc* redhibebo *editur.* Plaut. Vidular. Ego ſeruabo, quaſi ſequeſtri detis, neutri reddibo, *apud* Nonium 10, 28. *Add. quae* n. 2 *in* Mors reddita, *et* Operam reddibo *monuimus.*

REDDĬTVS, a, um. Partic. *Vt*, Redditus his terris Virg. Aen. 6, 18. Vox reddita fertur ad aures Idem 3, 40. Votis publicis redditus Plin. Paneg. 60, 1.

REDDITVS, ûs. m. *Pro reditu ſ. fructu agrorum aliquoties redditus eſt in* MSS. Columellae, *v. g.* 3, 2, 3 *et* 5. *it.* 3, 3, 2. *et* 7, 4, 3: *quod non temere videtur eſſe, cum verbum* Reddere *in ea re ſatis frequens eſſe modo obſeruatum ſit. Add.* REDITVS n. 2.

REDDITVRVS, a, um. Part. [ἀναδώσων] Catull. de Acme ſ. 40, 4 Et negat mihi veſtra redditurum Pugillaria, ſi pati poteſtis.

REDDITIO, ōnis. f. [ἀπόδοσις] Quinctil. 8, 3 Redditio illa rem vtramque comparat. Redditio contraria, quae ἀνταπόδοσις dicitur Idem ibid. Redditionem rationis poſcentibus, reſpondemus Auguſtin. 21, 7.

REDDĬTOR, ōris. m. Auguſt. Epiſt. 5 Debitorum redditores.

REDEMTIO, REDEMTOR, REDEMTVRA, *vid.* REDIMO.

REDEO, ĭui, *et frequentius* ii, ĭtum, īre. [ἐπανήκω, ἐπανέρχομαι, ἀπονοστέω, ἐπάνειμι] *Retroire, reuerti.* Ter. Andr. 1, 1, 110 Redeo inde iratus atque aegre ferens. Virg. Ecl. 9, 23 Tityre, dum redeo (breuis eſt via) paſce capellas. Redire actutum Plaut. Pſeud. 1, 5, 148. Redire rurſum Ter. Eun. 4, 2, 6. *Add.* Idem Adelph. 1, 1, 46. Redire retrorſum Plin. 9, 31. Inde domum redeunt ſub prima crepuſcula moeſti Ouid. Faſt. 5, 455. Non vnquam grauis aere domum mihi dextra redibat Virg. Ecl. 1, 36. Mature redire Hor. Epiſt. 1, 7, 97. Tardius Ouid. Met. 10, 674. Redire a foro Plaut. Aul. 2, 3, 6. Redire e ſuburbano Plin. 8, 40. Plaut. Amph. 2, 2, 32 Redire ad nauim melius eſt. Ter. Heaut. 2, 3, 37 Ad lanam redit. Itque reditque viam toties Virg. Aen. 6, 122. Cic. pro Muraena 26 Praetor interea, ne pulchrum ſe ac beatum putaret, atque ipſe aliquid ſua ſponte loqueretur, ei quoque carmen compoſitum eſt, cum caeteris rebus abſurdum, tum vero nullo vſui, VTRISQVE SVPERSTITIBVS PRAESENTIBVS, ISTAM VIAM DICO, INITE VIAM. Praeſto aderat ſapiens ille, qui inire viam doceret. REDITE VIAM: eodem duce redibant. Cic. Att. 10, 10 Et dubita ſi potes, quin ille, ſeu victus, ſeu victor redierit, caedem facturus ſit. Plaut. Men. Prol. 49 Nunc in Epidamnum pedibus redeundum eſt mihi. Pedibus inuitis redit Propert. 2, 25, 20. Lucil. 27 *apud* Non. 4, 401 Si tamen non ad te hoc rediuit, tu hoc carebis commodo. *videtur ſignificare, ad te peruenit, tibi lucro fuit. Addit* Nonius Virg. Georg. 2, 401 — Redit agricolis labor actus in orbem. *Prouerbii vim habet*, Quid ſi redeo ad illos, qui aiunt, Quid ſi nunc caelum ruat? Ter. Heaut. 4, 3, 41. Atque (vt ad me redeam) meminiſtis, Qu. Maximo fratre Scipionis, *etc.* Cic. de Amicit. 96. Sed redeamus illuc, vnde diuertimus Cic. Fam. 12, 25. Illuc quaeſo redi quo coepiſti Ter. Adelph. 2, 1, 36. Illuc, vnde abii, redeo Hor. Serm. 1, 1, 108. ¶ 2 *Nomina:* Amores redeunt vel cum odio depoſiti Plin. 24, 17. Animus mihi redit Ter. Hec. 3, 2, 12. Animi rediere viris Valer. Argon. 3, 468. Aut redit a nobis Aurora, diemque reducit Virg. Georg. 1, 249. Calor Vere redit oſſibus Virg. Georg. 3, 272. Carbaſa redierunt aduerſo vento Ouid. Epiſt. 21, 71. Plin. 13, 25 Reſtinctis Colore ſuo redeunte. Color rediit in ora Ouid. de Arte Am. 3, 730. Febres redeunt Plin. 28, 16. Gramina iam redeunt campis Hor. Carm. 4, 7, 1. Mens rediit Ouid. Met. 14, 519. Mos redit Liu. 2, 43. Rabies eadem redit Lucret. 4, 1111. Ter. Phorm. 1, 2, 5 Praeſertim vt nunc ſunt mores: adeo Res rediit, ſi quis quid reddit, magna habenda eſt gratia. *Vbi* Donatus: figurate, pro ita vt loqueris, adeo res rediit dixit, et proprie res rediiſſe dicitur, quum aliquid peius exſpectatione contigit. Res animo redit, *i. obuerſatur* Plin. Epiſt. 8, 23, 6. Vires rediere Valer. Argon. 4, 673. Virtus redit in praecordia victis Virg. Aen. 2, 367. Vultus ardore remiſſo rediit Stat. Theb. 8 518. ¶ 3 *Cum Praepoſitione.* Ad animum alicuius redire Quinctil. 7, 2. Ad Gladios Caeſ. B. C. 3, 93. Cic. Tuſc. 2, 29 Ad Ineptias redis: illud enim, quod me angebat, non eximis. Ad Ingenium Ter. Adelph. 1, 1, 46. *et* Hec. 1, 2, 38. Saepe ad Magiſtrum ſcelera redierunt ſua Sen. in Thyeſte v. 311. Ad nihilum redeunt res funditus omnes Lucret. 2, 755. Ter. Phorm. 4, 3, 43 Vt ad Pauca redeam, ac mittam illius ineptias. Ad Praecedentia redire Cic. de Amicit. 100. Idem Tuſc. 1, 23 Vtrum igitur inter has ſententias diiudicare malimus, an ad Propoſitum redire. Ad Pugnam Virg. Aen. 5, 454. Ad Rationem Quinctil. 6, 1. Ter. Heaut. 2, 3, 78 Syre verum hic dicit: mitte, ad Rem redi. *Vid.* Cic. de Fin. 1, 66. Ad Reſtim rediit res, *Prouerbium de re deſperata* Ter. Phorm. 4, 4, 5. Ad Se redire, *i. ad ordinariam rationem ſentiendi, ad tranquillitatem etc.* Cic. Att. 7, 3 Et id, quod animum induxerat, paulliſper non tenuit, ſed cito ad Se rediit. *Adde* Ter. Andr. 3, 5, 16. *et* Adelph. 5, 3, 8. Liu. 1, 41. Ad Se, et ad mores ſuos redire, *i. Priſtinos mores reſumere* Cic. Verr. 1, 57. Ad Somnum res rediit Lucret. 3, 923. Ad Te redit hereditas Ter. Hec. 1, 2, 97. Ad Veſtitum ſuum Cic. pro Sext. 32. Incommoditas omnis Huc redit, ſi eueniat diſceſſio Ter. Andr. 3, 3, 35. Nempe omnia haec verba Huc redeunt denique; ego excludor *etc.* Idem Eun. 1, 2, 78. In Amicitiam alicuius redire Liu. 25, 16. In Concordiam redire Plaut. Amph. 3, 8, 7. Cic. Verr. 5, 144 Nunquam te in horum Conſpectum rediturum, nunquam in forum Populi Rom. venturum, *etc.* In Corda redeunt tumultus Claud. de Bell. Get. 216. In Deditionem Sueton. in Claud. Caeſ. c. 25. Quinctil. 3, 6 In adoptionem dato redire in Familiam liceat. In Fidem alicuius Liu. 25, 1. Cic. Fam. 1, 9 Vt cum Craſſo redirem in Gratiam, *me reconciliarem.* Ter. Phorm. 5, 9 (8) 40 Redeat ſane in Gratiam, iam ſupplicii ſatis eſt mihi. *Conf.* Nep. 25, 17, 1. Suet. Tib. c. 61. Cic. Fam. 9, 1 Scito enim me, poſteaquam in vrbem venerim, rediiſſe cum veteribus amicis, id eſt cum libris noſtris in Gratiam. In Locum eum res rediit Ter. Adelph. 2, 4, 8. In Magiſtrum ſaepe ſcelera rediere ſua Senec. Thyeſt. 4 v. 311. Ter. Phorm. 5, 3, 19 Non temere dico, redi mecum in Memoriam, *i. Memineris vt ego.* Cic. de Senect. 21 His enim ipſis legendis redeo in Memoriam mortuorum. In Metum redire Plin. Epiſt. 8, 11 *pr.* In Mores patrios Liu. 29, 1. Idem 35, 5 Obſtabant duces, haſtilibus caedentes terga trepidantium, et redire in Ordines cogentes. Perſ. Sat. 6, 79 Iam mihi quarto, Iam decies redit in Rugam, *i. iam quadruplicatum eſt patrimonium iam decuplicatum.* Plin. 11, 42 Caſeos redire in muſteum Saporem, aceto et thymo maceratos, certum eſt. *h. e. Recipere ſaporem recentem et nouum.* In Sedes antiquas primordia redeunt Lucret. 6, 87. Cic. Philipp. 12, 7 c. 2 *extr.* Quod ſi eſt erratum P. C. ſpe falſa atque fallaci, redeamus in viam: optimus eſt portus poenitenti, mutatio conſilii. In Speciem veram rediit, ſolitumque nitorem Ouid. Met. 4, 231. *de Apolline, qui in feminam mutatus fuerat.* In Statum antiquum redire Liu. 3, 9. In Viam Ter. Andr. 1, 2, 19. ¶ 4 Redire, *Prouenire, vnde fit* Reditus, *Prouentus.* Plin. 14, 4. Varro de R. R. 1, 44 Vt ex eodem ſemine alibi cum decimo redeat, alibi cum quintodecimo: vt in Hetruria, et locis aliquot in Italia. In Sybaritano dicunt etiam cum centeſimo redire ſolitum. Nihil ad me rediit ex his Cic. de Fin. 2, 78. *i. Nullum ex his percipio commodum.* Pecunia publica, quae ex metallis redibat Nep. 2, 2, 2. Ex qua regione 50 ei talenta quotannis redibant Idem 2, 10, 3. ¶ 5 Reditur, *Imperſonale.* Liu. 3, 5 Romam reditum eſt, iuſtitium remiſſum eſt. Cic. de Legib. 3, 18 Sed iam ſi placet, de prouinciis diſcedatur, in vrbemque redeatur.

REDIENS, euntis. Partic. [ἐπανήκων] *Vt*, Annus rediens Hor. Carm. 3, 8, 9. Lunae redeuntis cornua Ouid. Met. 10, 479. Peregre rediens Ter. Phorm. 1, 5, 13.

REDITVRVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἐπανήξων] Cic. Att. 13, 9

Ad

Ad quos dies rediturus ſim, ad te ſcribam. Ouid. ex Pont. 4, 5, 43 Fluminaque in fontes curſu reditura ſupino. Dies non reditura Propert. 2, 15, 24. Vela reditura tenebat Eurus Ouid. Met. 7, 664.

REDĬTVS, ûs. m. [ἐπάνοδος, ἀναχώρησις, κάθοδος] *Reuerſio.* Cic. de Amicit. 13 Idem dicebat ſemper animos hominum eſſe diuinos, iisque, quum e corporibus exceſſiſſent, reditum ad caelum patere. Cic. pro Cluent. 119 Hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus eſſet. Cic. Att. 15, 5 Quis porro noſter itus, reditus, vultus, inceſſus inter iſtos? Cic. de Clar. Orat. 227 Inter profectionem et reditum L. Sullae. Ad meum reditum, *vid.* AD, Praepoſitionem. Haec et quae poterunt reditus Abſcindere dulces Hor. Epod. 16, 35. *i. Spem omnem redeundi auferre.* Aperire reditum, Arcere reditu, Ceſſare ex reditu, Conficere reditum, *vid. hh. ll.* Excludi reditu Nep. 2, 5, 1. Excuſare reditus Ouid. Epiſt. Sabin. 2, 63. Ferre reditum, *Redire.* Catull. de Coma Berenicae ſ. 66, 35 Si reditum retuliſſet is. Ferre reditum in nemora Catull. de Berecynt. ſ. 61, 79. Morari reditus Hor. Carm. 3, 5, 52. Parare reditum ſibi Hor. Ep. 1, 2, 21. Parere ſibi reditum, *vid.* Segnis prouidentia, *in* PROVIDEO. Patent reditus populo Ouid. Faſt. 1, 279. Perimere reditum, *vid.* PERIMO. Pollicitus maturum reditum Hor. Carm. 4, 5, 3. Prohibere reditum Cic. Philipp. 8, 32. Promittere inanes redditus ſibi Ouid. Met. 11, 576. Referre reditum Catull. de Berecynt. ſ. 61, 47. Retulit animo aeſtuante rurſus reditum ad vada. *Alii legunt* Detulit. Reſeruare ad reditum, *vid.* AD. Rupere reditum Parcae Hor. Epod. 14, 22. Erit non emiſſo reditus tibi Idem Epiſt. 1, 21, 6. Solis anfractus, reditusque Cic. de Somn. Scip. 3. Idem Fam. 13, 50 Quid illa tandem popularia? Reditus illuſtris in gratiam in quo ne per imprudentiam quidem errari poteſt ſine ſuſpicione perfidiae. *Conf.* Idem Att. 2, 3. Gratiae reditus ei patet. Cic. de Aruſp. Reſp. 52 c. 24 *extr.* Quid exiſtimatis eum, ſi reditus ei gratiae patuerit, eſſe facturum? ¶ 2 Reditus, *Prouentus, eo quod ſingulis annis redeat.* Ouid. ex Pont. 2, 3, 17 At reditus iam quisque ſuos amat: et ſibi quid ſit Vtile, ſollicitis computat articulis. Plin. 17, 1 Pecuniae reditus Nep. 25, 14, 3. *de Vſuris.* Scaeuola in l. 30 D. de adimend. vel transferend. legat. §. 1 Et ſi putaueris eam ad bonam vitae conſuetudinem reuerſam, ita viginti auri libras ei reddere, quum morieris, interim tamen reditus eius, id eſt vſuras ſemiſſes ei praeſtes. Ouid. ex Pont. 4, 5, 19 Aut populi reditus poſitam componet ad haſtam, Et minui magnae non ſinet vrbis opes. Status reditus Plin. Ep. 3, 19. *i. certus.* Plin. 16, 37 Nullius quippe tutior eſt reditus minorisue impendii, aut tempeſtatum ſecurior. *de ſalice loquitur.* Vberiores reditus Paterc. 2. *In MSS. fere perpetuo ſcribitur* redditus: *vid. Burm. ad* Quinctil. Decl. 13, 15 p. 290. *Vid.* REDDITVS, ûs. *ex* REDDO.

REDITIO, ōnis. f. Cic. Verr. 1, 16 c. 6. Caeſ. Bell. Gall. 1, 5 Vt domum reditionis ſpe ſublata, paratiores ad omnia pericula ſubeunda eſſent. Quid huc reditio eſt Ter. Eun. 4, 4, 4.

REDĬTO, āre. Frequent. [ὑπονοστέω] *Statim, ſiue continuo redire.* *Laudatur* Plaut. Capt. 2, 3, 20 Ac ſi non reditas huc, *etc.* *Sed* Rebitas *hoc loco legunt, i.* redeas, *antiqui et noui.*

REDITIVVS, a, um. *Legitur, in nonnullis libris, apud* Anaſtaſ. l. 10 C. de haeret. et Manich. *al.* Rediuiua.

REDHĬBEO, ui, itum, ēre. *Ex* Re *et* Habeo *compoſitum, D interpoſita, cauſa melioris ſoni; Habeo autem eo ſenſu poſitum, vt in* exhibeo, praehibeo *ſ.* praebeo *etc.* *Eſt autem, vt ait* Vlpian. De aedilicio edicto, l. Redhibere, Facere, vt rurſus habeat venditor, quod habuerat: quia id reddendo fiebat, idcirco redhibitio eſt appellata, quaſi redditio. Feſtus, Redhiberi dicitur, id quod redditum eſt, improbatumque. Plaut. Merc. 2, 3, 83 Quid ſi igitur reddatur illi vnde empta eſt? D. minime gentium. C. dixit ſe redhibere, ſi non placeat. *de venditore loquitur. i. Pretium reſtituere, re reddita ſcilicet.* Idem Men. 5, 7, 49 Saluum tibi, vt mihi dediſti, redhibeo marſupium. *i. Reſtituo, reddo.* Vlp. in l. Pomponius, De acquir. vel amitt. poſſ. Praeterea quaeritur, ſi quis hominum venditori redhibuerit, an acceſſione vti poſſit venditio ex perſona eius. Cic. Off. 3, 91 c. 23 In mancipio vendendo dicendane vitia, non ea quae niſi dixeris, redhibeatur mancipium? *Add.* Gell. 4, 2 *vbi aliquoties hoc verbum occurrit et argumentum* Aedilicii edicti tractatur. Feſtus, *voce* Redibitur *ita emendandus.* Redhibitum id proprie dicitur quod redditum eſt, improbatumque, et qui dedit, idemque rurſus coactus eſt habere id, quod ante habuit.

REDHIBITIO, ōnis. f. Quinctil. 8, 3, 14 An non pudeat certam creditam pecuniam periodis poſtulare, aut circa ſtillicidia aſſici, aut in mancipii redhibitione ſudare? *h. e. In agendo tanta vti vehementia, vt ſudorem emittas.* *Conf.* l. Pompon. ff. de acquir. poſſ. *et* l. 11 ff. de act. emt. Gell. 4, 2.

REDHIBĬTOR, ōris. m. Qui venditum recipit, l. 25 ff. de except. rei iud.

REDHIBITORIVS, a, um. Adi. *Vt*, Actio redhibitoria, Exceptio redhibitoria, Pompon. in l. Si tamen, D. de Aedilic. edict. et Papinianus ibidem in l. Actioni redhibitoriae. Iudicium redhibitorium Caius in l. Si quid venditor, D. de Aedilic. edict. *et alibi ſaepius eodem titulo.*

REDHOSTIO, īre. *Antiquum. Reddere.* Feſtus, Redhoſtire, referre gratiam. *Vtitur teſtimoniis Poëtarum, quae ponemus ſtatim, vt de coniectura Scaligeri legenda videntur:* Naeuius, Vbi Veiens regem ſalutat: Iubeo Albanum Amulium Comiter ſenem ſapientem: contra redhoſtit Menalus. Attius, Cedo ecquid te redhoſtit, cum ea ſeni obiectet facilius. *Pergit* Feſtus, Nam et hoſtire pro aequare poſuerunt, *vid.* HOSTIO. *Apud* Non. 2, 740 *omnia ſunt perturbatiora et incertiora. Vid. Mercerus.*

REDHOSTIMENTVM, i. n. *Beneficii compenſatio. minus probae notae vocabulum.*

REDICVLA, *vid.* RIDICVLA *ſub* RIDICA.

REDICVLVS, i. m. *Deus.* Rediculi fanum extra portam Capenam fuit, quia accedens ad vrbem Hannibal ex eo loco redierit, quibusdam perterritus viſis. *Haec* Feſtus. Campus Rediculi appellatus *memoratur* Plin. 10, 43.

REDĬGO, ēgi, actum, ĕre. [καθιστῶ] *Ex* Re *et* Ago, *A in I conuerſa, et D interpoſita: Videtur a Paſtoribus ortum, qui diſperſa pecora ſubinde* reagunt, redigunt *in vnum gregem. Sed, vt fit, longe lateque fuſus deinde eſt vſus verbi, quod non melius quam ipſis exemplis propoſitis declarari poteſt.* *Proprie igitur* Ouid. Faſt. 4, 511 Filia parua duas redigebat monte capellas. Liu. 26, 12 Hi ſupra XXX comprehenſi, et cum transfugis nouis multati virgis, manibusque praeciſis Capuam rediguntur. Idem 21, 9 Hoſtem in caſtra redigere. Pallad. Sept. 8, 2 Redigere ſemen e farragine, *i. colligere.* Cic. Verr. 2, 4 Syracuſani, qui praefuerant his Heraclii bonis verbo redigendis, re diſpertiendis, reddebant eorum negotiorum rationem in Senatu. Redigere *nimirum* pecuniam *ſolemni quaſi formula dicuntur, qui vel exigunt a debitoribus, vel venditis aliis rebus colligunt.* Cic. Diu. in Caec. 56 c. 17 Deinde bona vendit, pecuniam redigit. *Et mox*, Cogit quaeſtorem ſuum pecuniam, quam ex Agonidis bonis redegiſſet, annumerare et reddere. Idem Verr. 1 c. 36 Reliqua vendidit, pecuniam exegit. Cum eum ad HS. Vicies quinquies redegiſſe conſtaret *etc.* Liu. 2, 42 Quidquid captum ex hoſtibus eſt, vendidit Conſul Fabius, ac redegit in publicum. *Et* 38, 59 Tantum auri quantum venditis omnibus bonis redigi non poſſet. Quinctil. Decl. 5 arg. Pater vniuerſis bonis in vnum redactis profectus eſt. *Haec, et multo plura exempla cumulauit Bentleius ad* Hor. Epod. 2 *extr. vbi ex MSS. et editis potioribus legit*, Omnem redegit Idibus pecuniam, quaerit Kalendis ponere, *pro eo quod vulgo recentiores* relegit *habent. Inſcite hoc factum a Bentleio ait Cuningamus, rationem nondum, puto, reddidit: niſi forte* relegere *non plane ineptum ſit huic rei verbum, oſtendi poteſt. Locum quidem* Catoris R. R. 150 *huc non conuenire, demonſtrauit, puto, Gronou. Obſſ. 1, 20 quem Bentleius ſuae etiam de Horatiano loco ſententiae auctorem habet.* Cic. Verr. 3, 171 c. 73 Quum omnis frumenti copia decimarum nomine penes iſtum eſſet redacta. Idem de Aruſp. Reſp. 42 Vnde vt rediit, Quaeſtum illum maxime foecundum, vberemque campeſtrem, totum ad ſe ita redegit, vt homo popularis fraudaret improbiſſime populum. Rem ad priſtinam rationem redigere Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 76. Rem ex difficillima facilem redigere, *i. Facilem reddere* Id. Bell. Gall. 2. Ter. Eun. 4, 4, 23 Eo redigis me, vt quid egerim, egomet neſciam. *Vid.* Idem Phorm. 5, 7, 86. *Et* Eun. 2, 2, 7. Plin. 30, 13 Carnesque excreſcentes, ad aequalitatem redigit. Ad Aſſem redigere farris pretium Plin. 18, 3. Ad Interitum Lucret. 5, 875. Ad Irritum et vanum victoriam redigere, *Irritam victoriam facere* Liu. 26, 37. Varro de R. R. 1, 1, 10 *de libris* XXVIII Magonis, Hoſce ipſos vtiliter ad ſex Libros redegit Diophanes. Ad Maciem vltimam Colum. 4, 3. Ter. Heaut. 5, 1, 56 Quam hic per flagitium ad Inopiam redigat patrem. Ad Neceſſitatem Quinctil. 8, 6. Ad Nihilum redigi Lucret. 1, 791. Ad Numerum duorum redigi Ouid. Met. 6, 199. Ad Onus minimum Idem ibid. 14, 149. Ad Paucos redacta familia Cic. pro Marcell. 10 c. 4. Ad, vel in Peregrinitatem redigere Sueton. in Claudio c. 16. Vlpianus De in ius vocando, Sed ſi per poenam deportationis ad Peregrinitatem redactus ſit patronus, putat Pomponius eum amiſiſſe honorem. In Aerarium redigere venditum ſub haſta Liu. 4, 53. In Concordiam redigere Plaut. Amph. 1, 2, 13. In Deditionem imperii redigere, Cogere vt ſe dedant. Cic. Philipp. 4, 13 Potentiſſimos reges, bellicoſiſſimas gentes in Deditionem huius imperii redegerunt. In Ditionem ſuam. Cic. pro Corn. Balb. 25 c. 10 Quos Gaditanis adiutoribus armis ſubegimus, atque in Ditionem noſtram redegimus. In Gratiam redigere aliquos Ter. Phorm. 5, 8 (7) 73. In Iura ſua Ouid. Faſt. 3, 64. *al.* In rura. In Mala antiqua Liu. 3, 9. In Memoriam redigere, *i. Reducere* Ter. Phorm. 2, 3, 36. Cic. Philipp. 2, 8 Quî autem tibi venit in mentem, redigere in Memoriam noſtram, te domi Publii Lentuli eſſe educatum? In Ordinem, *vid.* ORDO. In Ordinem aliquem auctorem redigere, alium omnino eximere numero Quinctil. 1, 4, 3. In Poteſtatem, vel in ſeruitium redigere, Sibi ſubditum et ſeruum facere. Plaut. Aul. 2, 1, 47 Nihil moror, quae in ſeruitutem ſumtibus redigunt viros. Cic. Off. 3, 79 Si ſe Conſulem feciſſent, breui tempore, aut viuum aut mortuum Iugurtham ſe in Poteſtatem Pop. Romani redacturum. *Conf.* Vell. 2, 94, 4. In Prouinciam Caeſ. Bell. Gall. 1, 45. In Seruitutem redigere, *vid.* In poteſtatem redigere. Plin. 14, 4 Durantque adhuc vina ducentis fere annis, iam in Speciem redacta mellis aſperi. In Teſtatum redigere Vlp. in l. 1 §. Cauere, D. Vſufruct. quemad. caueat. In Tranquillum Liu. 3, 40. In Turbam ſordidiſſimam Senec. de Benef. 3, 15. Cic. Philipp. 5, 12 Quibus rebus tanta pecunia Vna in domo coaceruata eſt, vt ſi hoc genus in Vnum redigatur, non ſit pecunia Pop. Romano defutura. In Vrbem Aur. Vict. de Vir. Ill. 23. Sub imperium redigere Caeſ. Bell. Gall. 5, 29. Nep. 13, 2, 1. *Vid.* Gruter. Inſcript. p. 226 n. 7. Sub poteſtatem Nep. 1, 1, 4.

REDACTVS, a, um. Partic. Emplaſtrum in magdalidas redactum Scribon. 201. *vid.* REDIGO.

REDACTVS, ûs. m. *i. Pecunia ex frugibus venditis redacta.* Scaeuola l. 58 §. 1 D. de Vſufructu, Sempronio do lego ex redactu fructuum oleris et porrinae, partem ſextam. *ſic enim in Pandectis Flor. et manuſcriptis codicibus legitur, non Reditu. Vid.* Gronou. Obſ. 1, 20. *Bynkersh.* Obſ. I. R. 1, 25.

REDIMIO, īre. [διαστέφω, ταινιόω] *Significat Ornare, coronare, circumdare.* REDIMIOR, [στέφομαι Gloſſ. Vet.] Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 99 Nec ſic innumeros arcu mutante colores Incipiens redimitur hiems, *deſcriptio iridis ante tempeſtatem apparentis.* Idem laudes Serenae *ſic orditur*, Dic mihi Calliope, cur tanto tempore differs Pierio meritam ſerto redimire Serenam. *Aliter vſum ſtatim videbimus* Martialem, *qui 8, 65 De Roma victrice*, Hic lauro redimita comas, et candida vultu, *etc.* *Et* Ibid. 70 *de Poeta modeſto*, Pieriam tenui frontem redimire corona Contentus, famae nec dare vela ſuae. Cic. Tuſc. 3, 43 c. 18 Incendes odores, et ſertis redimiri iubebis et roſa. Idem in Somn. Scip. 15 Cernis autem terram eandem, quaſi quibusdam redimitam et circumdatam cingulis. Auſus es hirſutos mitra redimire Capillos Ouid. Epiſt. 9, 63. Capillos frondibus redimita pax Ouid. Faſt. 1, 713. Caput coronis redimire Lucret. 5, 1368. Ceruix redimita iacebat Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 246. Et redimire Chelyn poſtesque ornare iuberet Stat. Silu. 4, 8, 38. Comas intonſasque viridi redimita corona Sil. 16, 526. Crinem redimire corymbis Stat. Silu. 1, 5, 16. Faſtigium aedis tintinnabulis redimiuit Suet. in Auguſt. c. 91. Frons redimita corymbis Tibull. 1, 17, 45. Loca redimita ſiluis Catull. de Berecynt. ſ. 61 (64) 39. Puppis iam mea votiua redimita corona Ouid. Amor. 3, 11, 29. Tempora vittis et ſacra redimitus lauro Virg. Aen. 3, 81.

REDIMITVS, a, um. Partic. *Praeter allata modo*, Sertis redimiti Cic. Catil. 2 c. 5. Floridis corollis redimita domus Catull. 64, 67.

REDIMĪTVS, ûs. m. Solin. c. 33 (46) Mitrata capita, redimitu pari, raſa in cutem barba. *Sed Salmaſ. legit*, Mitrata capita, pars raſa in cutem barba.

REDIMICV̆LVM, i. n. [ταινία, κάλλυντρον] *Ornamentum capitis et colli mulierum.* Iuuen. Sat. 2, 84

Accipient te
Paullatim, qui longa domi redimicula ſumunt
Frontibus, et toto poſuere monilia collo.

Cic. Verr. 3, 76 Haec ciuitas mulieri redimiculum praebeat, haec in collum, haec in crines. Virg. Aen. 9, 616 Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae. Redimiculum vocant mulieres Catellam, *(catenulam)* qua maxime vtuntur ornatus cauſa. Feſtus. Aurea redimicula demere collo Ouid. Faſt. 4, 135. Longa redimicula Iuuen. Sat. 2, 84. Auferre collo redimicula Ouid. Epiſt. 9, 71. Pendent aure leues baccae, redimicula pectore Ouid. Met. 10, 265. *Per translationem.* Plaut. Truc. 2, 4, 41 Aſſimulaui me eſſe praegnatem — vt eſſet aliquis laqueus et redimiculum, *quo retineretur amator. Quum enim redimiculo innexi implexique teneantur crines mulierum*, redimiculum *pro quodam vinculo et nodo, quo velut alligatus teneretur Babylonienſis miles, iucunda ſuauique translatione dixit, vt vult Turnebus.*

REDIMICV̆LO, āre. Gloſſ. Lat. Graec. Redimiculat, ἀναλύει δέσματα.

REDĬMO, ēmi, emtum, ĕre. [λυτρόω, ἀπολυτρόω, ἐξωνέομαι] *Ex* Re *et* Emo, *D interpoſita, primo dictum videtur de eo, ſi quis, quod ſuum fuerat, ſed in manus hoſtis veniſſet, denuo velut emeret ſibi. Deinde pro ſimplici poſitum, tanto magis, quod in emtione omni tamen eſt mutuum quiddam, quod Praepoſitione* Re *exprimitur.* Plaut. Men. 4, 3, 6 Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, *aliam nempe.* Paullulo redimere, *vid.* PAVLLVLVM. Caeſ. Bell. Gall. 1, 44 Quorum omnium gratiam atque amicitiam eius morte redimere poſſet. Cic. Philipp. 13, 10 c. 5 Eamque non minoris, quam emit Antonius, redimet: redimet inquam Cn. Pompeii domum filius. Hoſtias redimere Cic. de Inuent. 2, 96. Ius ſepulcri auro redimere Ouid. Met. 13, 472. Cic. Qu. Fratr. 1, 1, 27 Aequo animo parte aliqua ſuorum fructuum pacem ſibi ſempiternam redimat, atque otium. Poteſtatem ſepeliendi redimere pretio Cic. Verr. 7, 119. Voluntates militum redimere largitione Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 39. Ter. Eun. 1, 1, 29 Quid agas, niſi vt te redimas captum quam queas minimo: ſi nequeas paullulo, at quanti queas. Curtius 5, 9, 3 Sed medici quoque grauiores morbos aſperis remediis curant: et gubernator, ſi naufragium timet, iactura quidquid ſeruari poteſt, redimit. Acerbitatem a Republ. ſuis priuatis et domeſticis incommodis redimere Cic. Fam. 2, 15 (16). Idem Off. 2, 55 Liberales qui ſuis facultatibus aut captos a praedonibus redimunt, aut aes alienum ſuſcipiunt amicorum. Vt Corpus redimas, ferrum patieris et ignes Ouid. Rem. Amor. 229. Cic. Fam. 10, 8 Praeteritam Culpam redimere dicitur, *qui aliquo egregio facto compenſat.* Sen. Qu. Nat. 1, 17 Formoſus ſpeculo ad ſui cognitionem vtitur, vt vitet infamiam; deformis, vt ſciat, redimendum eſſe virtutibus, quidquid corpori deeſt. Iuuenal. 4, 2 Monſtrum nulla virtute redemtum A vitiis. Plin. Pan. 28, 2 Nullam congiario culpam, nullam alimentis crudelitatem redemiſti. Cic. Verr. 5, 117 c. 45 Metum virgarum nauarchus nobiliſſimae ciuitatis pretio redemit. Mortem morte redimere Ouid. ex Pont. 1, 3, 105. Vt ſua per noſtram redimat periuria Poenam Ouid. Amor. 3, 3, 21. ¶ 2 Redimere *dicitur, qui pretio accepto aliquid faciendum ſuſcipit, quod et* Conducere *dicimus.* Cic. Verr. 1, 142 Si pupillo opus redimi, mihi praeda de manibus eripitur. Ibid. 31 Etenim qua ſtultitia fuiſſem, ſi quam diem qui iſtum eripiendum redemerunt, in cautione viderunt, *etc.* Redemerunt, *id eſt, qui ſuſceperunt procurationem corrumpendorum iudicum, et conduxerunt corrumpendum iudicium.* Vlpian. in l. Plenum D. de vſu et habitation. Quarè etſi lanam conduxerit vſuarius expediendam, poterit etiam per vſuarias ancillas opus perficere. Itemque ſi veſtimenta texenda redemerit, vel inſulam vel nauem fabricandam: poterit ad hoc operis vti vſuarius. Cic. Verr. 3, 128 *et* 131 Eundemque te memini Cenſorias quoque leges in ſartis tectis exigendis tollere et commutare, ne is redimeret cuia res eſſet. Cic. Verr. 3, 78 Ne forte ab nocturno ſuo quaeſtu animum ad vectigalia redimenda transferret. Redimere, *pro Corrumpere: vt*, Redimere delatorem, *pecunia eum a delatione deducere* Vlpian. l. 26 D. de iure fiſci.

REDIMENDVS, a, um. Partic. [λυτρωτέος] Ouid. Epiſt. 3, 39 Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuiſſem.

REDEMTVS, a, um. Partic. [λυτρωθεὶς] Virg. Aen. 9, 213 Sit qui me raptum pugna, pretioue redemtum Mandet humo. Mercede capitis redemtus Ouid. Amor. 1, 8, 63. Plauſor redemtus, *i. Ad plaudendum pretio conductus* Petron. 5. *Vid. Burm.*

REDEMTIO, ōnis. f. [λύτρωσις, ἀνάῤῥυσις] Cic. A. 1 in Verr. 16 c. 6 Vt primum e prouincia rediit, eſt redemtio huius iudicii facta grandi pecunia, *i. conduxerunt quidam homines hoc iudicium corrumpendum.* Cic. de Prouinc. Conſ. 11 c. 5 Itaque P. C. videtis non temeritate redemtionis aut negotii gerendi inſcitia, ſed auaritia, ſuperbia, *etc.* paene afflictos iam atque euerſos publicanos. Aur. Vict. de Viris Illuſtr. 55 His facile victis, inter captiuas vxor Regis Ortiagontis *(al.* Orgiagontis, Origuntis *etc.)* Centurioni cuidam in cuſtodiam data, a quo vi ſtuprata de iniuria tacuit. Et poſt, impetrata redemtione, marito adulterum Centurionem interficiendum tradidit. Valer. Maxim. 4, 3, 1 *de Scipione*, Aurum quoque quod pro redemtione puellae allatum erat, *etc.*

REDEMTOR, ōris. m. [λυτρωτής] *Conductor operis.* Feſtinat calidus mulis, gerulisque redemtor Hor. Epiſt. 1, 2, 72. *Add.* Id. Od. 3, 1, 34. Cic. de Diuin. 2, 47 c. 21 Et redemtor qui columnam illam de Cotta et de Torquato conduxerat faciendam, non inertia aut inopia tardior fuit, ſed a diis immortalibus ad iſtam rem reſeruatus eſt. Idem Qu. Fratr. 2, 4 Redemtori tuo dimidium pecuniae curaui. Nunciat, exſpectari eum ab architecto et redemtoribus Tac. H. 1, 27, 2. Redemtores *(inquit* Feſtus) proprie atque antiqua conſuetudine dicebantur, Qui quum ad faciendum aut praebendum conduxerant, effecerantque, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus Emere pro Accipere ponebatur. At ii nunc dicuntur Redemtores, qui quid conduxere praebendum, vtendumque. *Tales ſunt* Liu. 34, 9 *qui* frumentum parabant. Litis redemtor, *qui ex euentu litis ſibi certam partem cauet: quod legibus prohibitum eſt. Vid.* l. 9 §. 1 D. de offic. proconſ. *it.* l. 6 §. vlt. D. Mandati. *it.* l. 1 §. 12 D. de extraord. cognit. Pontis redemtor portorium exigebat Labeo in l. Cum in plures §. Vehiculum D. Locati et cond. Silvae redemtor, *qui conduxit operas ad ſiluam cuſtodiendam, vulgo* Siluanus *dicitur* Alfenus in l. Lege D. Locati et cond. Redemtor κατ' ἐξοχὴν *Chriſtus.* Prudent. Cathem. 10, 157 Sequimur tua dicta Redemtor.

REDEMTRIX, īcis. f. Prudent. in Romano v. 774 Prima offeratur in ſacramentum necis, Et ſit redemtrix prima membrorum omnium. E caelo veniens mundi perſona redemtrix Coripp. 4, 298.

REDEMTO, āre. Frequent. Tacit. Hiſt. 3, 34, 4 A propinquis occulte redemtabantur.

REDEMTĪTO, āre. [λυτροῦμαι] *Nouum Frequent.* Plautus, Redemtitauere ad vnum captos. Cato *apud* Feſtum, Malefacta benefactis non redemtitauere.

REDEMTV̄RA, ae. f. *Actus vel conſuetudo redimendi publica.* Liu. 23, 48 Exhortandos qui redemturis auxiſſent patrimonia, vt Reipubl. ex qua creuiſſent, ad tempus commodarent. Vlp. in l. Quicunque §. 1 D. de inſtitoria actione, Labeo quoque ſcribit, Si quis iis pecuniis foenerandis, agris colendis, mercaturis, redemturisque faciendis praepoſuerit, *etc.*

REDIMIAE, arum. f. *Pl.* Gloſſ. Gr. Lat. λύτρα, Redimiae. *Sunt igitur pecuniae pro captiuo redimendo datae.*

REDINDVO, ĕre. *Denuo induere quod exutum erat.* Redinduti carnem Tertull. de Reſurr. Carn. c. 42.

REDINTĔGER, *adfertur ex* Liu. 8, 32 Tunc Papirius redintegra ira ſpoliari Magiſtrum equitum ac virgas et ſecures expediri iuſſit. *Sed* Redintegrata, *editur etiam in Drakenb. non facta alterius lectionis mentione.*

REDINTĔGRO, āre. *Inſtaurare, ſiue innouare et integrum facere.* Plin. in Paneg. 61, 9 Hominis ne iſtud ingenium eſt, hominis poteſtas, renouare gaudia, redintegrare laetitiam, nullamque requiem gratulationis dare? Animum redintegrare, *Inſtaurare, reſumere* Caeſ. Bell. Gall. 2, 25. Brut. ad Cic. Fam. 11, 9 Ne bellum nobis redintegrare poſſit Antonio ſibi coniuncto. Ira redintegrata Liu. 8, 32. Legatum redintegratur Vlp. in l. 4 D. de adimend. legat. Locatio redintegratur Id. in l. Qui ad certum D. Locati. Pacem Liu. 2, 13. Tacit. Ann. 1, 21 Horum aduentu redintegratur Seditio. Spem victoriae Caeſ. Bell. Gall. 7, 25. Venas fontium arentes redintegrent Sen. de Benef. 4, 25. Vires Caeſ. Bell. Gall. 3, 26. Redintegro, *plus eſt quam* Renouo. Auctor ad Heren. 2, 47 Vt renouetur, non redintegretur oratio. ¶ 2 Iucunditas in herba redintegrauit Varro R. R. 2, 2, 11. *Intranſitiue. Sic*, redintegrantes *ib. p. a.*

REDINTEGRĀTVS, a, um. Partic. *Vt*, Memoria redintegrata Liu. 3, 56. Acies redintegrata, *vid.* ACIES. Clamor redintegratus Liu. 3, 63. *Conf.* Aggen. de Limit. p. 52.

REDINTEGRATIO, ōnis. f. *Inſtauratio.* Inſtauraticius dies dictus a redintegratione, vt Varroni placet Macrob. Sat. 1, 11. Ter. Andr. 3, 3, 24 Amantium irae, amoris redintegratio eſt. *Sic* Seru. *ad* Virg. Ecl. 2, 14. *et* Acron *ad* Hor. Od. 3, 9. Chariſ. p. 98 Reintegratio. *Sed* Donatus, *MSS. Faernus, Bentleius*, Integratio. *Metrum admittit omnes lectiones.* Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 10 c. 4 Nam quid ego improborum facta renouem oratione, vt redintegratione illius coniurationis animos vulnerem veſtros? Membrorum Tertull. adu. Marc. 4, 10. Verbi Auct. ad Herenn. 4 c. 28. Vt corpori et viribus redintegratio ſubrogetur Arnob. 7 p. 249.

REDINTEGRĀTOR, ōris. m. Somnus redintegrator virium Tertull. de Anima c. 43. Vet. Inſcript. Grut. p. 459 n. 1 REDINTEGRATORI OPERVM PVBLICORVM. Carnis redintegrator Tertull. de Reſurr. Carn. c. 57.

REDINVENIO, īre. Tertull. de Anima c. 46.

REDINVNT, pro Redeunt ſcripſerunt veteres. Feſtus.

REDIPISCOR, redeptus ſum, iſci. [ἀνακτάομαι] *Recuperare, Aſſequi.* Plaut. Trin. 4, 3, 15 Inter eosne homines condalium te redipiſci poſtulas, quorum eorum vnus ſurripuit currenti curſori ſolum?

REDITIO, REDITVS, *vid.* REDEO.

REDIVIA, *vel* REDVVIA, ae. f. [παρωνυχία] *Audiamus de ea* Feſtum, Rediuiam quidam, alii reluuium appellant, quia luere eſt ſoluere. *Fuerint ſecundum haec* reduuiae *reſolutae quaedam fibrae cutis circa vngues extremos.* Cic. pro Roſc. Amer. 128 c. 44 Intelligo, me — propemodum errare, qui, cum capiti S. Roſcii mederi debeam, reduuiam curem. *In* Vet. Schol. *ad h. l. editur*, redubia curem. Stultitia autem medici eſt, vt pro capite panaricium *(f.* παρονύχιον*)* curet. *Et mox*, Redubia eſt vulnus *(f. vlcus)* ex vngue, quod Graece Panaricium dicitur. *Apud ipſum* Ciceronem Rediuiam *eſſe in libris veteribus, Hotomannus notat. Laudat* Feſtus *l. c. ex* Titinio *verſum* Laſſitudo conſeruûm rediuiae flagri, *i. cui a flagris incuſſis deceſſit cutis.* Reduuiae *ſcribitur apud* Plinium *v. g.* 29, 2 *de* ſuccida lana, Reduuias ſanat ex aqua frigida. Vet. Gloſſ. παρωνυχία reduuiae, *it.* redubia. *Et videtur ex eadem origine eſſe, vnde* exuuiae *et* induo. Solin. c. 45 (32) Trochilos auis eſt paruula. Ea dum reduuias eſcarum affectat, os belluae huiusce paullatim ſcalpit, et ſenſim ſcalpurigine blandiente aditum ſibi in vsque fauces facit, *etc.* Reduuias eſcarum *vocat Reliquias ciborum inter crocodili dentes haerentium.* Has dormiente crocodilo appetit Trochilus, inde victum ſibi parans, *vt ſcribit etiam* Plin. 8, 23. *Idem* Solinus c. 9 *(al.* 15) Reduuias conchyliorum *vocat, h. e. vt Salmaſius p. 109, b D interpretatur, fragmenta et reliquias. Melius feciſſet Solinus, ſi Strabonem preſſius ſecutus non reduuias, ſed figuras et typos lapideos conchyliorum dixiſſet: apparet tamen, eum* reliquias *voluiſſe in vtroque loco. Caeterum c. 9* reluuias *etiam Salmaſius videtur agnouiſſe, certe anceps haeſiſſe circa lectionem.*

REDIVIVS, *vel* REDVVIVS. *Vermiculum, qui* Ricinus *appellatur, ſic vocant quidam vett. libri* Columel. 6, 2, 6. *Vid.* RICINVS.

REDVVIŌSVS, a, um. Adi. *Aſper et exſtans.* Laeuius *apud* Feſtum, Scabra in legendo reduuioſaque offendens.

REDIVĪVVS, a, um. Adi. [παλίμψυχος] *Quod ex vetuſto renouatur, et velut in vitam redit.* Iuuen. Sat. 6, 361

Prodiga non ſentit pereuntem femina cenſum,
Ac velut exhauſta rediuiuus pullulet arca
Nummus, et e pleno ſemper tollatur aceruo,
Non vnquam reputat quanti ſibi gaudia conſtent.

Sed

Sed hic ex MS. recidiuus *legendum putat Sciopp. Veriſ.* 4, 18. *Sic etiam* Sil. 1, 106 Gens *non* rediuiua, *ſed* recidiua *dedit poſt alios Drakenb. qui tamen* 10, 257 Bella rediuiua ſeruauit, *vbi* recidiua *volebat Heinſius: contra cuius ſententiam Burmannus quoque* Sammon. 52 *retinet vulgatum*, Et iuuenem praeſtant rediuiuo flore capillum, *cum non de capillo renaſcente poſtquam defluxit, ſed colorem iuuentutis accipiente ſermo ſit. Sed audire debebat: puto, Heinſium apud eundem* Sammon. 923 Eſt etiam alternis febris rediuiua diebus; Recidiua *enim vocatur ſollemniter, vt vidimus.* Prud. Cath. 3 *extr.* Dux parili rediuiuus humo Ignea Chriſtus ad aſtra vocat. *Etiam hic* recidiuus *forte malis, cum humi adiecta mentio caſum notare videatur.* ¶ 2 *Propriam velut ſedem habet hoc nomen in materia aedificandi, vbi* Rediuiua *vocantur, quaecunque de aedificio deſtructo vel collapſo adhiberi ad nouam aedificationem poſſunt.* Vitruu. 7, 1 Rudus ſi nouum erit, ad tres partes vna calcis miſceatur: ſi rediuiuum fuerit, quinque ad duûm mixtiones habeant reſponſum. Cic. Verr. 1, 147 (56) Vtrum exiſtimatis minus operis eſſe, vnam columnam efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere? *Et paullo poſt*, REDIVIVA SIBI HABETO. Quaſi quidquam rediuiui ex opere illo tolleretur: ac non totum opus ex rediuiuis conſtitueretur. *Sic* l. 19 C. Th. de operib. publ. Non effoſſis nobilium operum ſubſtructionibus, non rediuiuis de publico ſaxis. *Intercedunt Imperatores, ne vetera monumenta pereant, ſi ſaxa, literata praeſertim adhibeantur ad noua aedificia. Confert Gotbofredus ſimilia loca* Caſſiod. Var. 2, 7. 3, 9 *et* 10. *it.* 3, 49. *et* 4, 24. *Quae pugnare videntur, ita componit Gothofr. ſtantibus veteribus aedificiis parcendum, eaque excolenda potius: quae autem iacent, iis ad noua opera vtendum.*

REDO, ōnis. m. Genus piſcis ignoti. Auſon. Moſella v. 89 Et nullo ſpinae nociturus acumine redo.

REDŎLEO, ui vel ēui, ēre. [ὄζω] *Multum olere.* Virg. Georg. 4, 169. *et* Aen. 1, 440 Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella. Foetorem redolet Columel. 12, 18. Situm redolet Plin. 12, 12. Ver vbi perpetuum redolet Prudent. Cath. 3, 103. Cic. Philipp. 2, 63 c. 25 Is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus, gremium ſuum et totum tribunal impleuit. Virus Plin. 12, 12. *Per translationem.* Ex illius orationibus ipſae Athenae redolere videntur Cic. de Cl. Orat. c. 82. Doctrinam redolet Exercitationemque puerilem Cic. de Orat. 2 c. 25. Idem de Clar. Orat. 82 c. 21 Sed neſcio quomodo huius, quem conſtat eloquentia praeſtitiſſe, exiliores orationes ſunt, et redolentes magis antiquitatem, quam aut Laelii, aut Scipionis, aut etiam ipſius Catonis. Nihil igitur illa vicinitas redolet? Cic. pro Cael. 47. Sermonem eius redolet: Id. pro Sext. 24 Et quod ita domus ipſa fumabat, vt multa eius ſermonis indicia redoleret.

REDŎLENS, entis. Partic. [ὄζων] *Vt*, Plin. 12, 17 *Ladani* ſinceri odor debet eſſe ferus, et quodammodo ſolitudinem redolens. Mella redolentia thymi flore Ouid. Met. 15, 80. Mala redolentia Ouid. Met. 8, 675.

REDOMO, āre. Improbi ac perditi ciues, redomiti, atque victi Cic. pro Sulla *pr.* *Sic editur ex MSS. Quidam ex coniectura* edomiti. *Sed* redomare *dictum videtur, vt* referre, redigere, redimere, reducere *etc. in quibus non ſemper illa vis Praepoſitionis apparet.*

REDONES, um. m. Pl. Galliae populi, *vid.* RHEDONES.

REDŎNO, āre. [ἀναδίδωμι] *Denuo donare.* Hor. Carm. 2, 7, 33 Quis te redonauit Quiritem Diis patriis, Italoque caelo? Inuiſum nepotem Marti redonabo, *i. Martis cauſa non perſequar* Hor. Carm. 3, 3, 3.

REDONĀTOR, ōris. m. Inſcript. Grut. p. 1295 n. 7 REDONATOR LIBERTATIS.

REDOPTO, āre. Mors redoptanda Tertull. de Reſurr. Carn. c. 4 *extr.*

REDORDIOR, orſus ſum, īri. [ἀνυφαίνω] *Retexere: Quod orſum eſt et textum, filatim explicare, et diſſoluere. Quod bombyces ordiuntur, nos redordimur: deinde rurſum teximus, et pannum conficimus.* Plin. 9, 17 Vnde geminus feminis noſtris labor, redordiendi fila, rurſumque texendi. *Et* 11, 22 Prima eas redordiri, rurſusque texere inuenit.

REDORMIO, īre. [ἀνακοιμᾶμαι] *Rurſum dormire.* Plin. Epiſt. 9, 36 Paullum redormio: dein ambulo, mox orationem Graecam Latinamue clare et intente, non tam vocis cauſa, quam ſtomachi lego. Si mane ſurgendi neceſſitas fuerit, redormire debet Celſ. 1, 2.

REDORMITIO, ōnis. f. [ἀνακοίμησις] Plin. 10, 75 ſ. 98 In redormitione vana eſſe viſa, prope conuenit. *Harduinus legit* Redormitatione.

REDORNO, āre. *Rurſus ornare. Paſſ.* Tertull. de Reſurr. Carn. c. 12.

REDOSTIO, *vid.* REDHOSTIO.

REDVCO, xi, ctum, ěre. [ἀνάγω, ἐπανάγω, κατάγω] *Retroducere, retrahere, in priſtinam conditionem perducere: interdum ſimpliciter videtur eſſe ducere, vel deducere: plerumque tamen inuenias rationem aliquam Praepoſitionis Re.* Suet. in Calig. c. 27 Equitem Romanum obiectum feris quum ſe innocentem proclamaſſet, reduxit: abſciſſaque lingua rurſus induxit. A morte reducere aliquem Virg. Aen. 4, 375. Cic. Verr. 5, 31 Curritur ad Praetorium, quo iſtum e conuiuio illo praeclaro reduxerant paullo ante mulieres cum cantu atque ſymphonia. Cic. Qu. Fratr. 2, 8 Craſſum COS. ex Senatu domum reduxi. Vxorem, quae alii tradita fuerat Nep. 15, 6, 2. Cic. Acad. 1, 1 Satis eum longo interuallo ad ſuam villam reduximus. Plin. 27, 12 Cauſtica vi exulcerat cicatrices, et ad Colorem reducit. Ad Concilium vitae reducere Sen. de Benef. 3, 9. Ad Diuitias reducere et reuocare Plaut. Ciſt. 2, 3, 17. Ad Maciem reducere obeſum corpus Plin. 34, 8. *Nempe obeſitas poſt maciem venerat, eamque populerat.* Ad Officium alios Nep. 14, 2, 3. Ad Planum cicatrices Plin. 20, 9. Ad Salutem reducere aliquem medicina Cic. poſt red. ad Quirit. 15 c. 6. Ad Tecta veſper vbi e paſtu vitulos reducit Virg. Georg. 4, 434. Ad Veritatem varie ac multipliciter verba reducere Quinctil. 1, 6, 32. *i. ad etymon, ad originem ſuam, quae hic vt caput ſ. fons riui conſideratur, ad quem retro ducendum ſit.* In Arcem reduco me *laudatur ex Apuleio: non habet Index Floridi.* Balbus Cic. Att. 8, 24 (15) Obſecro te Cicero, ſuſcipe curam et cogitationem digniſſimam tuae virtutis, vt Caeſarem et Pompeium perfidia hominum diſtractos, rurſus in priſtinam Concordiam reducas. Ter. Andr. 5, 4, 46 Iamdudum reduxit me ipſa in Gratiam. In Gratiam cum aliquo reduci Cic. pro Rabir. Poſt. 12 c. 8. Idem de Inuent. 1, 98 Et reducere in Memoriam quibus rationibus vnamquamque partem confirmaris. In Viam reducere Plaut. Pſeud. 2, 3, 2. ¶ 2 *Accuſatiui.* Adulationem reducere Plin. Pan. 75, 5. Aeſtas dum mox frondoſa reducitur Virg. Georg. 3, 296. Amicitiam errantem reducere Plin. in Paneg. 85, 2 Amorem ſcelerum reduxit Lucan. 4, 236. Animum alicuius ad miſericordiam reducere Ter. Andr. 3, 3, 28. *Nempe naturalis magis eſt miſericordia, a qua aberrat crudelitas.* Diem reducit Aurora Virg. Georg. 1, 249. Plin. in Paneg. 78, 3 Haec nempe intentio tua, vt Libertatem reuoces ac reducas. Cic. Verr. 5, 12 Vincti ſoluantur, exules reducantur. Febrim reducere Hor. Serm. 2, 3, 294. Lucem reducit aurora, inuecta croceis rotis Ouid. Met. 3, 150. Luctus fortuna iterum reduxit Claud. in Eutrop. 2, 551. Memoriam beneficiorum quae exciderunt Sen. de Benef. 1, 3. Morem intermiſſum Plin. Epiſt. 9, 13, 21. Numen, *i. reconciliare* Virg. Aen. 2, 173. Paſſus reducere, *Retrocedere* Valer. Argon. 5, 374. Virg. Aen. 1, 147 Collectasque fugat nubes, ſolemque reducit. Somnum Hor. Carm. 3, 1, 21. Spem mentibus anxiis Idem ibid. 3, 21, 17. Se reducere vndique, *pro Contrahere* Senec. Epiſt. 14. *Sic* Reducere, *Attenuare, vel Refraenare, Contrahere, In anguſtum redigere.* Senec. de Benef. 1, 14 Nemo haec ita interpretetur, tanquam reducam libertatem, et fraenis arctioribus reprimam. *Dicit in eodem argumento* Benignitatis fines introrſus referre, *it.* arctare, minuere. Redduco, *non quidem duplici D, ſed prima longa.* Lucret. 4, 990 Et crebras reducunt naribus auras.

REDVCENS, entis. Partic. [ἐπανάγων] *Vt*, Sinum nitidum reducens, *i. aperiens veſte vtrinque reducta* Catull. in Camerium ſ. 53, 11.

REDVCTVS, a, um. Partic. [ἐπαναχθείς] *Vt*, Reductus in gratiam Cic. pro Cluent. 110 c. 36. Reductus de exilio Cic. Att. 9, 17. Idem de Finib. 5, 90 c. 30 Haec igitur quum ego tot nominibus a Stoicis appellata, partim nouis et commenticiis, vt iſta, producta et reducta: partim idem ſignificantibus, *etc.* προηγμένα et ἀποπροηγμένα. Medium vitiorum virtus eſt vtrinque reductum, *i. Remotum* Hor. Epiſt. 1, 18, 9. Sinus reductus, Replicabilis Virg. Aen. 1, 165 Seruius. Teſtes reductos poſſum excitare multo liberalitatis tuae Cic. pro Rabir. Poſt. 47 c. 17. *Sed qui ſint ibi* reducti? *non ſatis expeditum eſt. Forte* in forum reductos *licebit intelligere, quo confugerant confracta re ſua. Eo collineat etiam Cl. Erneſtius in Claui.* Vallis reducta Virg. Aen. 6, 703. *Sic* Hor. Carm. 1, 17, 17 Hic in reducta valle, *etc. i. quae ſinus quosdam flexuoſos et receſſus habeat, in quibus quis a ventis et iniuria caeli tutus eſſe queat.* ¶ *Compar.* Reductiora in pictura opponuntur eminentioribus Quinctil. 11, 3, 46. *Similem vſum verbi* Recedo *notauimus.*

REDVCTIO, ōnis. f. [ἀναγωγή] Cic. Fam. 1, 7 Quoniam Senatusconſultum nullum exſtat, quo reductio regis Alexandrini tibi ademta ſit. *Vid.* Vitruu. 5, 10.

REDVCTOR, ōris. m. [καταγωγεύς] Liu. 2, 33 Reductori plebis Romanae in vrbem, ſumtus funeri defuit. Literarum ſeneſcentium reductor Plin. Epiſt. 8, 12.

REDVCTO, āre. Frequent. Aurel. Vict. in Numeriano: Cum exercitum reductaret.

REDVX, ŭcis. Adi. [παλίνοσος, παλίνοστος] Qui a periculis in tutum ab exilio ſiue captiuitate reducitur in patriam. Cic. pro Milon. 103 c. 37 Quid me reducem eſſe voluiſtis? an vt ſpectante me expellerentur hi, per quos eſſem reſtitutus? Nec quemquam ex his reducem eſſe Liu. 6, 10. Virg. Aen. 1, 394 Namque tibi reduces ſocios claſſemque relatam Nuntio. Ter. Hec. 5, 5 (4) 11 Egone, qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris? Idem Heaut. 2, 4, 16 Ergo mea Antiphila tu nunc ſola reducem me in patriam facis. Gratari aliquem reducem Virg. Aen. 5, 40. Plin. 8, 5 *de elephantis*, Initur autem biennio, quinis (vt ferunt) cuiusque anni diebus: ſexto perfunduntur amne, non ante reduces ad agmen. Carina redux Ouid. Epiſt. 6, 1. ¶ 2 *Actiue.* Fortuna redux *quae e bello, aut longinqua peregrinatione, exitioue reduceret appellata, eoque nomine illi ſacrum in vrbe, de quo* Claudian. de ſext. Conſul. Hon. 1 Aurea Fortunae Reduci ſi templa priores Ob reditum vouere ducum *etc.* Mart. 8, 65 Hic vbi Fortunae Reducis fulgentia late Templa nitent *etc.* Idem 8, 15 Dum noua Pannonici narratur gloria belli, Omnis et ad Reducem dum litat ara Iouem. Ouid. Epiſt. 13, 50 *ex perſona Laodamiae*, Et ſua det reduci vir meus arma Ioui. Sabin. 1, 78 Iam reduci ſoluens debita vota Ioui. *Add. Grut. Inſcr.* p. 8, 2. *it.* p. 78, 1. Choreae reduces, *Multitudo comitum diuitem aliquem reducentium* Martial. 10, 70.

REDVLCĔRO, āre. [ἀνελκόω] *Curem male coaleſcentem ex vlcere refricare et lacerare.* Columel. 7, 5, 8 Tepefactumque medicamentum linitur ſcabrae parti, quae prius aſpera teſta vel pumice defricata redulceratur. *Nempe vt facilius medicamentum penetret.* Cael. Tard. 2, 13, 162 Lauacra — recentium glutinationum atque mollium vulnerum redulcerantia (*eſſe*) probantur. — Inflata parua ex occaſione atque turgentia redulcerantur. Vet. Gloſſ. Redulcerari ἀνελκοῦσθαι.

REDVLCERĀTVS, a, um. *Metaphor.* Apul. Met. 5 p. 165 Redulcerato dolore.

REDVNCVS, a, um. Adi. [ἀνακαμπής] *Vt recuruus contrarium eſt Adunco.* Plin. 11, 37 Aliis adunca, aliis redunca. Roſtrum reduncum Ouid. Met. 13, 562.

REDVNDO, āre. [πλεονάζω, περισσεύω] *Abundare, reiicere vndam.* Cic. Verr. 1, 100 Hinc illae extraordinariae pecuniae, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula inueſtigamus, redundarunt. Si lacus Albanus redundaſſet, isque in mare fluxiſſet, Romam perituram Cic. de Diuin. 2, 100 c. 44. Gutture fac pleno ſumta redundet Aqua Ouid. de Rem. Amor. 536. Plin. in Paneg. c. 63 Non alii marcidi ſomno, heſternaque coena redundantes, comitiorum ſuorum nuntios opperiebantur? Cic. de Nat. Deor. 1, 110 c. 35 Tuus autem deus non digito vno redundat, ſed capite, collo, ceruicibus, lateribus, aluo, tergo, poplitibus, manibus, pedibus, feminibus, cruribus, *i. Plus habet et ſuperuacaneum, vt ipſe Cicero ibidem dicit.* Eloquio Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 151. Cic. Fam. 3, 10 Praeſertim quum tu omnibus vel ornamentis, vel praeſidiis redundares. Pituita redundat Cic. Tuſc. 4, 22 c. 10. Idem pro Lege Manil. 30 Teſtis eſt Africa, quae magnis oppreſſa hoſtium copiis, eorum ipſorum ſanguine redundauit. *Conf.* Idem Verr. 4 c. 11. Cic. in Partit. 6 Numeros aures ipſae metiuntur, ne aut compleas verbis quod propoſueris, aut redundes. Cic. in Orat. 117 Nulla neque

praetermittatur, neque redundet. Cic. de Orat. 3, 16 Neque in Antonio defuit hic ornatus orationis, neque in Craſſo redundauit. Cic. de Finib. 5, 14 Critolaus imitari antiquos voluit, et quidem eſt grauitate proximus, et redundat oratio. Sera redundauit veteris vindicta libelli Ouid. Triſt. 2, 454. Cic. Off. 3, 91 Nunc fugientes conſpectum ſceleratorum, quibus omnia redundant. *Et* Hortenſ. *apud* Non. 4, 400 Tum intelligas, quam illud non ſit neceſſarium, quod redundat. ¶ 2 *Cum Praepoſitionibus.* Cic. de Amicit. 78 Erumpunt ſaepe vitia amicorum tum in ipſos amicos, tum in alienos, quorum tamen ad Amicos redundet infamia. Idem pro Ligar. 8 c. 3 Quod laudem adoleſcentis propinqui etiam exiſtimo ad meum aliquem Fructum redundare, *virtutem non ipſi modo ſuam prodeſſe, ſed mihi etiam adferre iucunditatem.* Ad te damni periculum non redundat Imp. Alexand. l. Et ſi ſciſſes C. De adminiſt. tut. Cic. Verr. 3, 155 Neceſſe eſt quod redundaret de veſtro frumentario quaeſtu, ad illum potiſſimum, per quem agebatis, defluxiſſe. Idem ib. 3, 103 Quibus quod tum aut remiſſum, aut relictum ſit, id fuiſſe tantum, quantum ex eo, quo iſtius auaritia contenta fuit, redundarit. Redundabit ex neceſſitate onus legatorum ad haeredem Vlpian. in l. Si ſeruus plurimum ſit §. Si quis ante D. de legatis 1. Plaut. . . . Hoc facinus in tuum redundabit caput. Cic. in Catil. 1, 29 c. 12 Certe verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricida ciuium interfecto, inuidiae mihi in poſteritatem redundaret. Idem pro Muraen. 85 Sed quid tandem fiet, ſi haec elapſa de manibus noſtris, in eum annum qui conſequitur, redundarint? In eum captio redundat, qui ſuſcepit mandatum Paullus in l. Si mandauero tibi §. vlt. D. Mandati. In genus auctoris miſeri fortuna redundat Ouid. Triſt. 3, 1, 73. In me commiſſi poena redundet ſi ſcelus eſt Idem Faſt. 6, 451. ¶ 3 *Actiue pro effundere verba* Stat. Silu. 4, 3, 71 Vulturnus (*fluvius*) leuat ora, maximoque Pontis Caeſarei reclinis arcu, Pandis talia faucibus redundat, *i. profert, loquitur.*

REDVNDANS, antis. Partic. [πλεονάζων] Cic. de Fato 7 Inter locorum naturas quantum interſit videmus, alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes, in aliis pituitoſos, et quaſi redundantes, in aliis excitatos et aridos. Nos redundantes et ſuperfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate et licentia is repreſſit Cic. de Clar. Orat. 51 c. 13. *Compar.* Amputatio et decuſſio redundantioris nitoris Tertull. de cultu fem. 2, 9.

REDVNDĀTVS, a, um. Partic. [πλεονασθείς] Ouid. Faſt. 6, 402 Amne redundatis foſſa madebat aquis. *al.* Redundanti. Idem Triſt. 3, 10, 52 Siue redundatas flumine cogit aquas *Boreas.*

REDVNDATIO, ōnis. f. [περισσεία] Plin. 7, 6 Faſtidium in cibis, redundatio ſtomachi, indices ſunt hominis inchoati. i. e. Nauſea, vel quae fluctuatio dicitur. Redundationibus referuntur *ſtellae* Vitruu. 9, 4.

REDVNDANTIA, ae. f. [πλεονασμὸς] Ad benignitatis redundantiam Tertull. Apol. c. 31. Cic. in Orat. 108 c. 30 Ipſa enim illa pro Roſcio iuuenilis redundantia, multa habet attenuata, quaedam etiam paullo hilariora.

REDVNDANTER. Adu. Plin. Epiſt. 1, 20 Vt illud immodice et redundanter, ita hoc ieiune et infirme. *Compar.* Ambroſ. Epiſt. 82 Pro remedio parcius, pro deliciis redundantius bibendum.

REDVPLICATVS, a, um. Adi. Tertull. de Patient. c. 14.

REDVRESCO, ĕre. Ferrum, cum molle et candens eſt, ſi refrigeretur tinctum frigida, redureſcit et reſtituitur in antiquam proprietatem Vitr. 1, 4.

REDVVIA, *vid.* REDIVIA.

R E E

REEXINANIO, īre. *Iterum euacuare.* Apic. 4, 2 Reexinanire in cacabum. *Conf.* Idem 8, 6.

R E F

REFABRICO, āre. Collapſum balneum refabricare eniſus eſt Diocletian. l. 5 Cod. de aedif. priu.

REFECTIO, REFECTVS, *vid.* REFICIO.

REFELLO, ĕre. [ἀνασκευάζω, ἀποσκευάζομαι] *Ex* Re *et* Fallere. Quod dictum eſt, arguendo falſum oſtendere, *inquit* Donatus *ad* Ter. Phorm. 1, 2, 82 Quum tu horum nihil refelles, vincam ſcilicet. *i. e. Quum factum non negabis.* Donatus, Refelles, refutabis, redargues. Cic. Tuſc. 2, 5 c. 2 Et refellere ſine pertinacia, et refelli ſine iracundia parati ſumus. Virg. Aen. 4, 380 Neque te teneo, neque dicta refello. Et id, quod intenderemus, confirmare; et id, quod contra diceretur, refellere Cic. de Orat. 1 c. 20 *pr.* Exemplis magis quam argumentis refellere Cic. de Orat. 1 c. 19. Refello et Approbo, *Contraria* Quinctil. 7, 4. Ex re ipſa refellere Quinctil. 5, 13. Cic. Acad. 4, 15 Socrates autem de ſe ipſe detrahens, in diſputatione plus tribuebat eis, quos volebat refellere. Num ergo opus eſt ad haec refellenda Carneade? Cic. de Diu. 2 c. 23 *extr.* Idem de Finib. 4 *extr.* Vt audias me quae a te dicta ſunt refellentem. Fortunam refellere Stat. Silu. 2, 2, 226. *leg. et* Repellere. *Nam haec duo vocabula confundi a librariis, docet Burm. ad* Ouid. Met. 1, 759. Mendacium alicuius refellere et coarguere Cic. pro Ligar. 16 c. 5. Opprobria non poſſunt refelli Ouid. Met. 1, 759. Orationem. *Vt*, Ita enim viuunt quidam, vt eorum vitâ refellatur Oratio Cic. de Finib. 2, 81 c. 25. Senſus non poſſunt refelli Lucret. 4, 481. Teſtimonia refellere, et teſtes, et tabulas dicebant veteres. Cic. pro Flacc. 17 Nam aut oratio teſtium refelli ſolet, aut vita laedi. Tranquillus in Auguſt. c. 56 Teſtem ſe in iudiciis et interrogari et refelli aequiſſimo animo patiebatur.

REFELLENS, entis. Partic. In quo liceat mihi fingere, ſi quid velim, nullius memoria iam refellente Cic. de Orat. 2 c. 2 *extr.*

REFERCIO, ſi, tum, īre. [ἐπιβύω] *Ex* Re *et* Farcio; *ſignificat repetito conatu Implere.* Cic. de Senect. 56 Semper enim boni, aſſiduique domini referta cella vinaria, olearia, et penaria eſt, villaque tota locuples eſt. Plin. Pan. 31, 6 Stupebant agricolae plena horrea, quae non ipſi referſiſſent. Qui aerarium pecunia referſerit Lactant. 6, 6. Cic. pro Sext. 77 Meminiſtis tum Iudices, corporibus ciuium Tiberim compleri, cloacas referciri. Omnia referſerunt libris Cic. Tuſc. 2, 6. Idem pro Corn. Balb. . . . Quod eis rebus vrbem Italiamque referſerunt. Idem de N. D. 1, 34 Heraclides puerilibus fabulis referſit libros. *Et* 2, 63 Poëtae hominum vitam ſuperſtitione omni referſerunt. Cic. de Orat. 1, 163 c. 35 Sed hoc nobis da Scaeuola et perfice, vt Craſſus haec, quae coarctauit, et peranguſte referſit in oratione ſua, dilatet nobis atque explicet. Cic. pro Rabir. Poſt. 40 c. 14 *extr.* Tum ſubinuiſum apud maleuolos Poſtumi nomen propter opinionem pecuniae neſcio quam, aeſtatem vnam complures Aures referſit iſtis ſermonibus.

REFERTVS, a, um. Partic. [ἐπιβεβυσμένος] Cic. Q. Frat. 2, 15 (14) Accepi tuas literas datas Placentiae. Deinde alteras poſtridie datas Blandenouae, cum Caeſaris literis refertis omni officio, diligentia, ſuauitate. Cic. Verr. 3, 128 Cum prouincia tam locuplete ac referta, non modo rem, ſed ne ſpem quidem vllam reliquam cuiquam feceris. Cic. Acad. 1, 17 Sed vtrique Platonis vbertate completi, certam quandam diſciplinae formulam compoſuerunt, et eam quidem plenam ac refertam. Cic. Verr. 3, 202 c. 87 Tum refertius erit aerarium Populi Romani quam vnquam fuit. Domus referta, *Plena, diues* Senec. Med. ſ. 17. Domus locuples et referta Cic. de Orat. 1, 161 c. 35. — referta doctiſſimis hominibus Idem ibid. c. 42. Cic. Q. Frat. 1, 1, 33 Quare quoniam eiusmodi theatrum totius Aſiae virtutibus eſt datum, celebritate refertiſſimum, magnitudine ampliſſimum, *etc.* *Genitiuo iungitur.* Gell. 1, 8 Is librum multae variaeque hiſtoriae refertum compoſuit. Cic. pro Font. 1 Referta Gallia negotiatorum eſt, plena ciuium Romanorum. Idem Att. 8, 4 Etſi propediem video bonorum, id eſt lautorum et locupletum vrbem refertam fore. Elephantorum ſaltus referti Plin. 5, 1. Varr. de vita Pop. Rom. *apud* Non. . . Ipſa Italiae oppida ſunt vaſtata, quae prius fuerunt hominum referta. Praedonum mare refertum Cic. pro Rabir. Poſt. 20. *Ablatiuo frequentius* Cic. Verr. 1, 137 Domus erat meretricio conuentu, ſed Praetoria turba referta. Idem Verr. 5, 70 Referta piratarum praeda nauis. Diuitiis puppis referta Claud. Conſ. Hon. 6, 134. Inuidis referta ſunt omnia Cic. in Orat. c. 41. Idem Verr. 4, 41 Primus annus erat prouinciae: non vt in Sthenio iam refertus pecunia.

REFERINA faba, *vid.* REFRINA.

REFĔRIO, īre. [ἀντιτυπέω] *Repercutere.* Ter. Adelph. 4, 2, 29 Quia miſeram mulierem, et me ſeruolum qui referire non audebam vicit, hui perfortiter! Patitor tu item, cum ego te referiam Plaut. Aſin. 2, 2, 108. Phoebus referitur imagine ſpeculi oppoſita Ouid. Met. 4, 349.

REFERIVA, *vid.* REFRINA.

REFĔRO, tuli, lātum, ferre. [ἀναφέρω, ἀνάγω, ἀνακομίζω, ἐπαναφέρω] *Reportare, quaſi retro ferre.* Quinctil. Decl. 4, 5 Ad patrem arma non retuli. Tacit. Ann. 14, 24 Quum ex agris ſegetes domum referrent. Cic. Att. 6, 2 Itaque ſine vlla ignominia ſuis humeris pecunias populis retulerunt. Is Pateram retulit Idem de Diuin. 1, 54. *de fure.* Pullos refert in id tectum, in quo pauones habet Varro R. R. 3, 6. Sub tectum Colum. 11, 3. Dextram ad oſculum referre, *extenſam manum reducere ad os, et denuo porrigere, adorantis geſtus* Plin. 28, 2. Cic. Tuſc. 1, 119 Si reſlantibus ventis reiiciemur, tamen Eodem paullo tardius referamur neceſſe eſt. Idem Att. 4, 11 *extr.* Statim vt ſit, qui a te mihi Epiſtolam referat. Gradum referre, *vt* Pedem referre Liu. 1, 14 Et cum velut inter pugnae fugaeque conſilium trepidante equitatu pedes quoque referret Gradum. *Add.* 3, 70. *Sic* Ouid. Faſt. 2, 50 Retulit ille Gradus. Manubias Cic. de L. Agr. 2, 61. Manum ad poplitem Plin. 28, 4. Cic. Somn. Scip. 14 Referebam oculos ad terram identidem. Idem pro Quint. 47 Quum ad te C. Aquili, Oculos animumque retuli. Oculos et ora in aliquem Virg. Aen. 12, 657. Ouid. Met. 2, 303 *in Proſopopoeia Terrae matris*, Suumque Retulit Os in ſe propioraque Manibus antra. Ora retulit ad iuuenem Val. Flacc. 7, 79. Pedem referre et loco excedere non turpe exiſtimarent Caeſ. B. C. 1, 44. Liu. 3, 22 Vt pariter et ſocii rem inciperent, referrentque pedem, ſi receptui ceciniſſet. Virg. Aen. 10, 794 Ille pedem referens, et inutilis inque ligatus Cedebat. *Et* Georg. 4, 485 Iamque pedem referens caſus euaſerat omnes. Quinctil. 6, 4 Pedem quam molliſſime referre, *metaph.* Plaut. Epid. 3, 4, 3 Pedem ad me retulit. Cic. Att. 15, 16 Pedes me referunt in Tuſculanum, *quaſi ſponte ſua hoc facerent non exſpectato mentis imperio.* Ventis me retulit ad Italiam Cic. Fam. 12, 25. *Vid. Burm. ad* Quinctil. Decl. 6, 5 p. 132. ¶ 2 *Transfertur hoc verbum ad ſermonem, et cogitationem adeo, vt referre ſit* narrando, ſcribendo, *quin* cogitando *aliunde acceptum quidquam ad aliud quaſi admouere, tanquam in locum ſuum, vnde ablatum ſit. Exempla ita ordinamus, vt primo ponamus ea, quae Praepoſitiones* Ad *vel* In *habent. Ergo* Ad aliquem referre *eſt illi rem narrare, conſilii in primis petendi cauſa.* Plaut. Curc. 2, 2, 4 Tute ipſe, ſi quid ſomniaſti, ad me refers. Quid Caeſar acturus ſit, cum acceperit ea, quae referenda ad eum data ſunt L. Caeſari Cic. Att. 7, 16 *pr.* Idem de Diuin. 1, 144 Ex eo euenit, vt et Tarquinius augure Attio Nauio vteretur, et populus de ſuis rebus ad eum referret. Omnia ego ſemper ad Corellium retuli Plin. 9, 13, 6. Ad Senatum de re aliqua referre Conſules *et alii Magiſtratus dicebantur, quum rem in Senatu agitandam, deliberandam, decernendamque proponebant, rogantes Senatorum ſententias.* Cic. in Catil. 2, 26 c. 12 Reliquis autem de rebus conſtituendis, maturandis, agendis, iam ad Senatum referemus, quem vocari videtis. *Conf.* Id. Catil. 1 c. 8. Virg. Aen. 3, 58 Delectos populi ad proceres, primumque parentem Monſtra deûm refero, et quae ſit ſententia poſco. Cic. in Piſon. 31 An tum eratis Conſules, quum quacunque de re verbum facere coeperatis referre ad Senatum, cunctus ordo reclamabat? oſtendebatque nihil eſſe vos acturos, niſi prius de me retuliſſetis? Rem omnem ad Patres Conſcriptos retuli (*al.* detuli,) Cic. in Catil. 2, 12. De rebus obſcuris et incertis ad Apollinem cenſeo referendum Idem de Diuin. 1, 122 c. 44. Cic. pro Quint. 53 Sed ne ipſe quidem te conſuluiſti, ſed ne ipſe quidem ad te retuliſti. Cic. pro Deiot. 7 Tuum eſt, Caeſar, quid nunc mihi animi ſit, ad te ipſum referre. *Verum latius patet haec formula:* Ad Animum aliquid Phaedr. 3, 20. Ad Antipatrum refertur Scrib. 167. *i. ei adſcribitur.* Cic. Tuſc. 5, 81 Omnia ad ſuum Arbitrium referre, ſuis ſtare iudicibus. Quinctil. 2, 11, 26 Theodori ſchola (vt dixi) omnia refert ad capita. Ad Conſcientiam referre omnia Plin. Epiſt. 1, 22. Ad Dignitatem omnia Cic. Fam. 12, 22. Idem Acad. 4, 60 Nempe Fines conſtituendi ſunt, ad quos et bonorum et malorum ſumma referatur. Ad Iram Deorum referre morbos Celſ. 1 praef. Cic. Verr. 5, 84 Atque haec omnia ad Memoriam vetuſtatis, non ad contumeliam ciuitatis referri volo: *narro memoriae et hiſtoriae cauſa, non contumeliae.* Ad Rem haec referunt, *i. Pertinent* Plaut. Perſ. 4, 4, 44. Cic. de Finib. 4, 32 Introduci enim virtus nullo modo poteſt, niſi omnia quae leget, quaeque reiiciet, vnam referantur ad Summam. Ad Valetudinem referantur victus cultusque corporis, et ad Vires non ad Volupta-

Voluptatem Cic. Off. 1 c. 30. Idem de Amicit. 31 Ab iis, qui pecudum ritu ad Voluptatem omnia referunt, longe diſſentimus. Ad Vtilitatem ſuam omnia Cic. Fam. 3, 10. Idem Verr. 1, 149 c. 57 Poſtquam reus factus eſt, primo negabat opus In acceptum referre poſſe, *i. ſcribere in rationibus et tabulis, eſſe illud perfectum.* In Acta referri Iuuen. Sat. 2, 136. In Aerarios referre, *vid.* AERARIVS, *Adi. in* AES. In Album referre Liu. 1, 32. In Cenſum aliquid referre Idem 39, 44. Cic. pro Sull. 44 Tibi meo familiari et contubernali prius etiam edituri fuerint indicium ſcribae mei, ſi voluiſſes, quam in Codicem retulerint? *Conf.* Id. pro Roſc. Com. c. 1. Cic. Att. 7, 3 Quod ipſe in Tuſculano me referre in Commentarium mea manu voluit. In Deterius referre Tacit. Ann. 13, 13 *extr. i. narrare cum inuidia, et in deteriorem partem.* Cic. pro Cluent. 121 Deinde praetores vrbani, qui iurati debent optimum quemque in ſelectos Iudices referre. Idem Philipp. 1, 19 Niſi forte ſi quid memoriae cauſa retulit in Libellum, id numerabitur in actis. Macrob. Saturn. 7, 15 Quod tantum virum in Libros retuliſſe, mirandum eſt. Cic. Verr. 4, 14 Turpitudinem ſummam eſſe arbitrabantur referri in publicas Literas, pretio adductam ciuitatem. In Melius referre, *i. Conuertere* Virg. Aen. 11, 326. In Muſam refertur Scribon. 110. *i. Muſae adſcribitur.* In Nouocomenſes retulit, *i. Adſcripſit colonis* Cic. Fam. 13, 35. Plin. Epiſt. 3, 8 Neque enim adhuc nomen in Numeros relatum eſt. *i. in matriculam.* In Numero deorum referre Cic. de N. D. 1 c. 12. In Numerum deorum referre, *i. adſcribere* Suet. Caeſ. c. 88. Varro *apud* Non. 4, 394 Forenſes decernunt, vt Exiſtimatio nomen meum in ſanorum Numerum referat. In Rationes Cic. de Opt. Gen. Orat. c. 7. In Reos referre, *vt* recipere nomen *dicitur.* Vlpian. in l. 15 §. j. D. ad legem Iul. de adult. Legis Iuliae de adulteris c. 7 Ita cauetur, ne quis inter Reos referat eum, qui tum ſine detrectatione Reip. cauſa aberit: neque enim aequum viſum eſt abſentem reipublicae cauſa inter Reos referri, dum Reipub. operatur. Aſconius ad Act. 1 in Verr. 5 c. 2 Quid eſt reum fieri, niſi apud praetorem legibus interrogari? quum enim in ius ventum eſſet, dicebat accuſator apud Praetorem reo, Aio te Siculos ſpoliaſſe. Si tacuiſſet, lis ei aeſtimabatur, vt victo: ſi negaſſet, petebatur a magiſtratu dies inquirendorum eius criminum, et inſtituebatur accuſatio. *Interea autem eius nomen in Reorum album referebatur, vt cauſa ex ordine ageretur, dicebaturque in* reos receptus, *vel* relatus. *Vid.* l. 3 D. de accuſat. In Spem ſibi aliquid referre Plaut. Epid. 3, 2, 3. Cic. Verr. 5, 101 Iſte in Tabulas refert, obſignat ſignis amicorum prouidens homo. Inter diuos referri Eutrop. in Veſpaſ. Tito, Nerua, Trai. *etc.* Inter Vitia refertur Scribon. 118. ¶ 3 *Accuſatiui nominum:* Acceptum referre alicui, eſt Fateri ſe ab eo accepiſſe, *vid.* ACCEPTVS *ſub* ACCIPIO. Cic. Att. 11, 2 Te etiam atque etiam oro, vt me totum tuendum ſuſcipias: vt ſi ii ſalui erunt, quibuſcum ſum, vna cum iis poſſim incolumis eſſe, ſalutemque meam beneuolentiae tuae Acceptam referre. Acceptum refero verſibus eſſe nocens Ouid. Triſt. 2, 10. Aliquem ore referre, *i. vultu ſimilem eſſe* Virg. Aen. 4, 329. Cic. pro Roſc. Amer. 48 c. 10 Age nunc, refer Animum ſis ad veritatem, et conſidera. Sed licet a paruis Animum ad maiora referre Ouid. de Arte Am. 3, 499. Animum ad mala ſua referre Idem de Rem. Amor. 559. Animum et oculos ad aliquem Cic. pro Quint. 47 c. 14. Aenean animo noxque dieſque refert Ouid. Epiſt. 7, 26. O mihi praeteritos referat ſi Iupiter Annos, Qualis eram *etc.* Virg. Aen. 8, 560. Cic. de Prouinc. Conſul. 38 Qui ſi ex illa iactatione, curſuque populari, bene geſta Repub. referunt Aſpectum in curiam, atque huic ampliſſimae dignitati commendati eſſe volunt, non modo non repellendi ſunt, verum etiam expetendi. Auxilium Ouid. Her. 12, 194. *i. viciſſim praeſtare.* Caelum et terram in Deos refert Heraclides Cic. de Nat. Deor. 2, 34. Colorem paternum referre Columel. 7, 2. Cic. de Finib. 1, 20 Quid vltimum, quo ſint omnia bene viuendi, recteque faciendi Conſilia referenda? Conſilia in melius Virg. Aen. 1, 285. Cic. Diu. in Caec. 67 Neque enim magis animos hominum nocentium res vnquam vlla commouit, quam haec maiorum Conſuetudo longo interuallo repetita atque relata. *i. In vſum reſtituta, quae deſita et antiquata fuiſſet.* Controuerſiam Iuſt. 2, 10. *i. viciſſim accuſare.* Cic. ad Brut. 18 Rogatus ſum a prudentiſſima et diligentiſſima femina matre tua, cuius omnes Curae ad te referuntur, et in te conſumuntur, vt venirem ad ſe ad VIII Calend. Sext. Virg. Georg. 1, 458 At ſi quum referetque Diem, condetque relatum, *de Sole oriente et occidente.* Diem inter nefaſtos referre Aur. Vict. de Viris illuſtr. 14. Diem prodictam referri, id eſt, anteferri, religioſum eſt *etc.* Feſtus. L. 34 D. de Receptis Arbiter ita ſumtus, vt Diem proferre poſſit, tamen referre non poteſt. *Qui ergo* refert diem, *ille celerius facit, quod dicunt anticipat, praeſumit; qui* profert, *tardius.* Expenſum referre, *vid.* EXPENSVM, *in* EXPENDO. Facta referre quae mandata ſunt Plaut. Capt. 2, 3, 86. Figuras proauorum Lucret. 4, 1213 *de ſimilitudine.* Cic. Verr. 1, 149 Quum in eo veſtra mihi dignitas Fructum diligentiae referret, id ſum aſſecutus vt, *etc.* Gratiam referre *eſt reddere beneficium, vid.* GRATIA. Liu. 37, 37 Satiatus tandem complexu filii, Renuntiate, inquit, gratias regi me agere: referre gratiam aliam nunc non poſſe, quam vt ſuadeam, non ante in aciem deſcendat, quam in caſtra me rediiſſe audierit. *Add.* Planc. ad Cic. Fam. 10, 11. *In malam partem* Cic. Att. 2, 9 Vt ſciat hic noſter Hieroſolymitarius traductor ad plebem, quam bonam meis putiſſimis orationibus Gratiam retulerit, quarum expecta diuinam παλινῳδίαν. Ter. Eun. 2, 3, 93 Nunc referam Gratiam: atque eas itidem fallam, vt ab illis fallimur. *Vbi* Donatus: Referam Gratiam, non eas, inquit, laceſſam: ſed quod iuſtum eſt, vicem reddam. Gratia referenda eſt emeritis Ouid. ex Pont. 1, 7, 61. Gratia referatur factis Idem Triſt. 5, 4, 47. Gratiam referre in aliquo, *vid.* IN Praepoſitionem. Gratiam plenius referre Quinctil. 2, 6. Gratiam referre in maius Senec. de Benef. 3. Gratias referre Plaut. Amph. 1, 1, 27. Honorem officii Ouid. Met. 2, 286. Cic. pro Planc. 41 c. 17 An vero nuper clariſſimi ciues nomen editi Iudicis non tulerunt, quum ex CXXV iudicibus, principibus Equeſtris ordinis, V et I XX reus reiiceret, L referret? *An hoc ſignificat* referret, *ipſe contra ferret aduerſario?* Cic. pro Flacc. 1 Quum L. Flaccus veterem Valeriae gentis in liberanda patria Laudem prope quingenteſimo anno Reipubl. retuliſſet? *i. inſtauraſſet.* Liberalitatem introrſus referre. *pro Coarctare, vel in arctum cogere* Sen. de Benef. 1, 14. Mandata referre ad aliquem Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 58. Mandata referre alicui Virg. Aen. 7, 267. Idem ibid. 5, 598 Hunc Morem, hos curſus, atque haec certamina primus Aſcanius, longam muris quum cingeret Albam, Retulit. Plin. Epiſt. 5, 16 Amiſit enim filiam, quae non minus Mores eius, quam os vultumque referebat: totumque patrem mira ſimilitudine exſcripſerat. Myſteria referre Cic. de Orat. 3, 75 c. 20 *iterare, inſtaurare, vt* Fabulam referre Ter. Prol. Hecyrae 7, *vt* Ouid. Faſt. 3, 476 Nomine mutato Cauſa relata mea eſt, *querela Ariadnes, ſe denuo deſertam a Baccho, vt a Theſeo ante.* Referre Numerum, *Numerare* Virg. Ecl. 6, 85. Cic. pro Lege Manil. 52 Si ad vnum Omnia referenda ſunt, digniſſimum eſſe Pompeium: omnia, *int. imperia, curationes.* Cic. de Diuin. 1, 67 Ciues referte Opem, et reſtinguite. *ex Poëta.* Idem de Legib. 3, 43 Quibus ſaepe referre Opem poſſit. *i. Auxilio eſſe.* Opes in apertum referre Cic. in Parad. 1. Denique tu Par pari referto, quod eam mordeat Ter. Eun. 3, 1, 55. *Sed de beneficiis,* Par referre Ter. Adelph. 1, 1, 48. Cic. de Nat. Deor. 1, 15 Ad quem tum Epicurei Primas ex noſtris hominibus referebant. *Sed* Deferebant *hodie editur.* Quaeſtum maiorem referre Columel. 1, 3. Quaeſtum vberem Idem 8, 8, 9. Rationes referre *dicitur, qui tabulas rationum, vbi oportet, exhibet.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, . . Relatis ad eum publicis Rationibus cum fide, quod penes eum eſt pecuniae, tradit. Cic. Verr. 1, 37 Vt hoc pacto Rationem referre liceret, eo Sullanus repente factus eſt. Rationes referre ad aerarium, *vid.* AERARIVM, *in* AES. Suet. in Veſp. c. 22 Expugnatus autem a quadam, quaſi amore ſui deperiret, quum perductae pro concubitu ſeſtert. quadraginta donaſſet, admonente diſpenſatore quemadmodum ſummam Rationibus referri vellet, Veſpaſiano, inquit, adamato. *Alii legunt,* Inferri. Paullus in l. Neſennius, ad finem D. de negot. geſtis, Maxime ſi etiam in Rationes impenſam eam retuliſſe auiam apparebit. Cic. Off. 1, 139 Hic ſummi et clariſſimi viri filius in domum multiplicatam non Repulſam ſolum retulit, ſed ignominiam etiam et calamitatem. Cic. Att. 6, 1 Deiotarus etiam mihi narrauit, ſe ad eum legatos miſiſſe de re Bruti: eos ſibi Reſponſum retuliſſe, illum non habere. Caeſ. Bell. Gall. 1, 35 His Reſponſis ad Caeſarem relatis, iterum ad eum Caeſar legatos cum his mandatis mittit. Cic. Att. 16, 3 *extr.* Atticam noſtram cupio ſuauiari, ita mihi dulcis ſalus viſa eſt per te miſſa ab illa. Referes igitur ei plurimam Salutem. Saporem ſalis Virg. Georg. 3, 397. Se referre, *pro Redire domum* Idem ibid. 4, 180. Se domum referre, *Redire* Hor. Serm. 1, 6, 115. Se iterum Romam referre Cic. pro Flacc. 50 c. 21. Se ab aeſtu referre Ouid. Met. 14, 52. Cic. Att. 6, 1 Vellem te in tuum veterem gregem retuliſſes. Se ad manſuetiores Muſas Idem Fam. 1, 9. *Et* Acad. 4, 67 Iam enim referam me ad ordinem. *i. Ordine omnia agam vt coeperam.* Cic. Off. 2, 45 Exiſtimaui honeſtiſſime poſſe deponi, ſi me ad philoſophiam retuliſſem. *i. recepiſſem. Conf.* Id. Fam. 1, 8. Senium parentis referre *dicitur quod indè naſcitur* Columel. 7, 3. *h. e. Imitari, reddere.* Similitudinem referre Plin. 22, 8. Sonum eundem referre in cadendo Cic. in Orat. 38. Idem pro Roſc. Amer. 110 Pro re certa Spem falſam domum retulerunt, *Reportarunt.* Vicem referre, *Rependere* Ouid. de Arte Am. 1, 370. Victoriam Liu. 4, 17. Frontin. Strat. 2, 2, 4. Cic. Q. Frat. 1, 1, 33 Theatrum Aſiae ita reſonans, vt vſque Romam ſignificationes, Voceſque referantur. ¶ 4 *Narrare ſignificat, quod qui facit, accepta velut oculis, auribus, refert ad eum, cui narrat.* Lucret. 1, 76

Animus Omne immenſum peragrauit,
Vnde refert nobis victor quid poſſit oriri,
Quid nequeat. *i. narrat. niſi malis ita,* refert *tanquam praedam ex illa velut expeditione. Narrare, indicare certe ſignificat* Virg. Aen. 2, 547 Referes ergo haec, et nuntius ibis Pelidae genitori. Cic. ad Brut. 18 At illa retulit, quaeſiuitque quidnam mihi videretur. Ordine referre Ouid. Met. 9, 5. Horreſco referens Virg. Aen. 2, 204. Acta memoranda referre Ouid. Met. 13, 956. Dicta referre Idem ibid. 1, 656. Facta Hor. Epiſt. 2, 1, 130. Palam facta Ouid. Amor. 3, 14, 8. Magna facta Idem ex Pont. 4, 8, 88. Pauca referre Virg. Aen. 4, 333. Pugnas referre Ouid. Met. 12, 160. Reſponſa cum retulerint legati, haec videbimus Cic. *apud* Non. 4, 391. Verſus in ordine referre Virg. Ecl. 7, 20. Vera referre Ouid. Met. 3, 659. Tum ſenior tales referebat pectore Voces Virg. Aen. 5, 409. Voce referre Idem ibid. 1, 98. Seruius, Pleonaſmos eſt. Virg. Ecl. 3, 73 O quoties, et quae nobis Galatea locuta eſt? Partem aliquam venti diuûm referatis ad aures. *i. Vtinam referatis.* Plin. 7, 41 Vna feminarum in omni aeuo Lampido Lacedaemonia refertur. Ab Aſclepiade refertur Scribon. 74. *i. traditur.* ¶ 5 Referre *eſt reſpondere in cauſis et litibus, quod vulgo dicunt* replicare. Cic. pro Caecin. 84 c. 29 In iis ipſis includêre inſidiis, quas mihi conaris opponere. — Ego enim tibi refero, Si non ſum ex eo loco deiectus, *etc.* Gr. ἀνθυποφέρειν. *Ex eo, quod dixit aduerſarius, aliquid arripere, quod illi opponas. Et mox:* Hoc totum ſi vobis verſutius — videbitur, ſic exiſtimetis, — idque me non ad meam defenſionem attuliſſe, ſed illorum defenſioni retuliſſe. *Plura dedit Paſſerat. ad h. l. Graeu. ad* Cic. pro Quint. 44 c. 13 Quid autem a nobis refertur? *it. Burm. ad* Ouid. Met. 1, 759 Pudet haec opprobria nobis et dici potuiſſe, et non potuiſſe referri. ¶ 6 *Etiam Conuertere ſignificat, vel etiam Inſtaurare* Virg. Aen. 11, 425 Multa dies, variuſque labor mutabilis aeui, Retulit in melius. Referre, *pro emolumentum praeſtare.* Ne velim quidem mihi dari lectorem, quid ſtudia referant, computaturum Quinctil. 1, 12. Cum bene ceſſerit negotiatio, multum militia retulerit Sen. ad Helu. c. 10. *Sic* n. 3 Quaeſtum referre. *Notabile eſt illud,* Neque tu iſtud vnquam Decretum ſine noſtra caede referes Liu. 3, 45 *extr. i. auferes, non perficies, vt decreto tuo ſatisfiat, niſi nobis antea caeſis. Denique* Si forte refers Ouid. Am. 2, 8, 17 *eſt recordaris.* ¶ 7 *Supin.* Plin. 32, 11 Praeter haec purgamenta aliqua relatu indigna, et algis potius annumeranda, quam animalibus. Digna relatu Ouid. Met. 4, 792. Foedum, relatu Idem ibid. 9, 167. Horrenda relatu res Ouid. Met. 15, 298. Quod relatu Verum eſt Val. Max. 1, 6, 11.

REFERT. Imperſ. [διαφέρει] *Vtile eſt ſignificat, et Genitiuo iungitur.* Salluſtius in Iugurtha c. 111 Faciendum aliquid, quod illorum magis, quam ſua retuliſſe videretur. Feſtus: Refert quum dicimus, errare nos Verrius ait, eſſe enim rectum Reifert, Datiuo ſcilicet, non Ablatiuo caſu. Sed eſſe iam vſu poſſeſſum. *Fauere videtur Verrio modulus prioris Syllabae, quae in hac ſignificatione ſemper, quod obſeruauerim producitur. Vtramque iungit rationem* Ouid. Met. 13, 268 Quid tamen hoc refert; ſi ſe pro claſſe Pelaſga Arma tuliſſe refert? *Sed pulchre Verrium refellit Periz. ad Sanct. Mineru. 3, 5 p. 418* ſeq. *Cum Genitiuis pretii frequentiſſime conſtruitur,* Magni, parui. Lucret. 1, 817 Atque eadem, magni refert, primordia ſaepe Cum quibus, et quali

quali poſitura contineantur. *Et* 907 Iamne vides igitur, paullo quod diximus ante, Permagni referre, eadem primordia, *etc.* Cic. Fam. 13, 99 Vt habeamus aliquam Rempub. cuius conſiliis magni referebat te intereſſe. Ter. Phorm. 4, 3, 41 Parui retulit non ſuſcepiſſe: inventa eſt quae dotem petat. Cic. Q. Frat. 1, 1, 16 Parui refert abs te ipſo ius dici aequaliter et diligenter, niſi, *etc.* Vatin. ad Cic. Fam. 5, 9 Sed Quanti id refert, ſi tamen fato neſcio quo accidit? *Cum his Pronominibus* Mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, *quae videntur Accuſatiui Pluralis eſſe, non Ablatiui, quod alii volunt, Singularis. Suppleri enim commodiſſime poſſunt formulae illae deficientes hoc modo*, Refert *ſe haec res ad* mea *negotia.* Refert *ſe ad* illorum *negotia etc. Conf. quae paullo ante de vſu verbi cum* ad *Praepoſitione dicta ſunt. Suſpicatus tale quid eſt* Donatus *ad* Ter. Phorm. 4, 5, 11 Quid tua, malum, id refert? CH. Magni, Demipho. Quaere, quomodo dicatur, *Quid mea? Quid tua?* An deeſt *ad*, vt ſit *Ad mea*, aut *Ad tua?* Plaut. Perſ. 4, 4, 44 Percontari volo, quae ad rem referunt. *intell.* ſe referunt, *vel, quod idem eſt* referuntur. Plaut. Curc. 3, 25 Nam quid id refert mea, an aula quaſſa cum cinere effoſus ſiet? Idem Amph. 2, 2, 128 Tua iſtuc refert ſi curaueris. Plaut. Bacch. 3, 4, 2 Mea illud nihilo pluris referet. *Et* Rud. 4, 3, 27 Nihilo pol pluris tua hoc, quam quantum illud refert mea. Plin. in Paneg. 40 Vetuiſti exigi, quod deberi non tuo ſaeculo coeperat. Alius vt contumacibus iraſceretur, tarditatemque ſoluendi dupli, vel et quadrupli irrogatione multaret: tu nihil referre iniquitatis exiſtimas, exigas quod deberi non oportuerit, an conſtituas vt debeatur: *i. neque augeri neque minui iniquitatem, aeque magnam eſſe.* Nihil mea refert vtrum tu, *etc.* Cic. in Piſon. 29. Non adſcripſi id quod tua nihil referebat Idem Fam. 5, 20. *Aliquando his iungitur*, Multum, plus, plurimum, parum, paullum, pauxillum, nihil, aliquid, *et ſimilibus.* Colum. 7, 12, 2 Nec multum refert, an villatici *canes* corporibus graues, et parum veloces ſint. Martial. 9, 102 Multum, crede mihi, refert, a fonte bibatur Quae fluit, an pigro quae ſtupet vnda lacu. Ouid. ex Ponto 3, 4, 61 Nec minimum refert intacta roſaria primus, An ſera carpas paene relicta manu. Quinctil. 9, 4 Plurimum refert compoſitionis, quae quibus anteponas. Cic. de Fin. 5, 90 Tantum refert quam magna dicam. Tantum retuliſſet reipubl. Vell. 2, 72, 2. *Refert, cum Infinitiuo:* Cic. de Clar. Orat. 110 Neque enim refert videre quid dicendum ſit, niſi, *etc.* Quid refert? Sen. Epiſt. 9. Ter. Andr. 3, 2, 16 Interminatus ſum ne faceres? num veritus? quid retulit? *Vbi* Donatus: Retulit, profuit, vel interfuit. Plaut. Truc. 2, 4, 40 Cui rei retulit, te id aſſimulare? *quorſum ſpectauit.* Cic. pro Cael. 57 At quibus ſeruis? refert enim Magnopere idipſum, *q. d.* refert ſe ad hanc rem. *Sic* Plin. 14, 6 Quibus exemplis, niſi fallor, manifeſtum eſt, patriam, ſolumque referre, non vuam. *i. Ad vini praeſtantiam maxime pertinet, eligere ſolum et regionem.* Idem 16, 30 *de arboribus caedendis*, Infinitum refert *(ſe ad hanc rem)* lunaris ratio, nec niſi a viceſima in triceſimam caedi volunt. Varro de R. R. 1, 8, 1 Refert inquam quod genus vineae ſit, quod ſunt multae ſpecies eius. *conf.* ibid. c. 7, 5. Plin. 21, 11 Diximus et terram referre plurimum. Cic. de Diuin. 2, 97 Fac in puero referre ex qua affectione caeli primum ſpiritum duxerit. Aues paſcantur, necne, quid refert? Cic. de Diuin. 2, 72. Quid refert, ſcelerata piam ſi vincit? Ouid. Epiſt. 6, 137. *i. quid prodeſt mihi?* *Sic* 16, 211 Quid tamen hoc refert? ſi *etc.* *Et* Met. 13, 268. *Et* Faſt. 3, 495. *Add.* Sabin. 1, 29 *et* 77. *it.* 3, 6. Plaut. Rud. 4, 4, 25 Quomodo habeas, Nihil id refert, iure, anne iniuria? Idem Epid. 2, 1, 1 Plerique homines, quos, cum nihil refert, pudet, vbi pudendum eſt, Ibi eos deſerit pudor. Sed refert quomodo adhibeatur Cic. Tuſc. 3, 42. Nec terrae tantum natura circa has refert Plin. 16, 33. *i. Ad rem non tantum pertinet.* Suet. Othon. c. 4 Nihil referre, ab hoſte in acie, an in foro ſub creditoribus caderet. Adeone eſt fundata leuiter fides, vt vbi ſim, quam qui ſim magis referat? Liu. 2, 7. Salluſt. Catil. c. 52 Quare vanum quidem hoc conſilium eſt, ſi periculum ex illis timuit, ſi in tanto omnium metu ſolus non timet, eo magis refert *(ſe hoc ad mea negotia)* me mihi atque nobis timere. Virg. Georg. 2, 104 Neque enim numero comprehendere refert.

RELĀTVS, a, um. Partic. [ἀναφερόμενος] Cic. de Nat. Deor. 2, 144 Sed duros, et quaſi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur ſonus, *de auribus:* Sonus relatus *eſt reflexus, repercuſſus.* Cum relatum legent Nep. praef. n. 1. Exemplum relatum a Cicerone obliuionis, decreto patrum comprobatum eſt Vell. 2, 58, 4.

RELĀTVS, ûs. m. Tacit. Hiſt. 1, 30, 1 Neque enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus eſt. Suorum relatu Symmach. Epiſt. 5, 64. Peto, vt ſuperſedeas gratiarum relatu Ambroſ. Epiſt. 8, 73, 2.

RELATIO, ōnis. f. [ἀναφορὰ, ἐπαναφορὰ] *Pro varia verbi ſignificatione, notat v. g. opus illud Conſulare, cum is ad Senatum refert, quid fieri placeat? vt* Cic. in Piſon. 14 c. 7 Crudelitatis tu, furcifer, Senatum Conſul in concione condemnas? Non enim me qui *(in Catilinariis puniendis)* Senatui parui. Nam relatio illa ſalutaris et diligens fuerat conſulis: animaduerſio quidem, et iudicium Senatus. *De ead. re ibid.* 29 c. 13 *pr.* Quis audiuit non modo actionem aliquam aut relationem, ſed vocem omnino aut querelam tuam? *Nominatim ad accuſationes in Senatu pertinet.* Plin. Epiſt. 9, 13, 7 Quis eſt ante relationem reus? *et* ſ. 22 Et relationem quidem de eo Caeſar ad Senatum non remiſit. *Ad illud ius conſulare pertinet* Ius quartae relationis *principi honoris cauſa tributum, etiam ſi conſulatum non gereret, apud* Capitolinum Pertin. c. 5. *Sic in nobili SCto, quo* Veſpaſiano decernuntur principibus ſolita, *quod publicauit etiam Ryck. ad* Tac. Hiſt. 4, 3, 5 Vtique ei Senatum habere, relationem facere, Senatusconſulta per relationem diſceſſionemque facere liceat. *Nempe* Relatio *ſimpliciter eſt propoſitio in Senatu, vt* Tac. Ann. 3, 53. 13, 26 *etc.* *Hanc* relationem egredi *dicitur* Idem Ann. 2, 39 *pr. praeter id, de quo relatum eſt*, quod in commune conducat loco ſententiae proferre. ¶ 2 De relationibus *eſt* tit. C. Theod. 11, 29. *et* Iuſtin. 7, 61 *id eſt de epiſtolis, quibus conſulunt principem iudices et magiſtratus; quales ſunt maiorem partem* Plinianae libri 10. ¶ 3 Relatio criminis *apud* Cic. de Inu. 1, 16 c. 11 eſt, cum ideo iure factum dicitur, quod alius ante iniuria laceſſierit. Vlpian. in l. Is qui reus. D. de publ. iudiciis. Is qui reus factus eſt, purgare ſe debet: nec ante poteſt, accuſare, quam fuerit excuſatus. Conſtitutionibus enim obſeruatur, vt non relatione criminum, ſed innocentia reus purgetur. ¶ 4 *Reliquae etiam verbi ſignificationes in nomine obſeruantur. v. g.* Minuc. Felix in Octauio c. 2 Quum, quae per abſentiam mutuam de nobis neſciebamus, relatione alterna comperiſſemus. Gratiae relatio Senec. de Benef. 5, 11. Meritorum relatio Quinctil. 4, 1. Relatio *inter figuras poſita a* Cic. de Orat. 3, 207 c. 54 *quid ſibi velit, neſcire ſe fatetur* Quinctil. 9, 4, 97. ¶ 5 *Vſu Logicorum ſignificat mutuum rerum inter ſe reſpectum.* Ad aliquid, vnde ductae relatio et comparatio Quinctil. 3, 6, 23 *ex lect. Geſneri, Loquitur autem de praedicamento Ariſtot.* πρὸς τὶ *appellato.* Praetor quoque ius reddere dicitur etiam, cum inique decernit, relatione ſcilicet facta non ad id, quod ita praetor fecit, ſed ad illud, quod praetorem facere conuenit Paull. ICt. l. 11 ff. de I. et I.

RELATĪVVS, a, um. Adi. *Relationem habens.* Arnob. 7 p. 221 Honos relatiui eſt ad alterum generis. Appellatio Auguſtin. de Trinit. 5, 16. *Conf.* Mart. Capella 4 p. 111.

RELATĪVE. Adu. Auguſt. de Trin. 5 c. 7 *et* 11 *pr.* *et* 12, 13 *etc.* Mart. Capella 4 p. 110.

RELĀTOR, ōris. m. Balb. ad Cic. *ſub* Att. 8, 15 Incipiam ſperare, etiam conſilio Senatus auctore te, illo relatore, Pompeium et Caeſarem coniungi poſſe. *Conf.* Sidon. Epiſt. 7, 2. Tertull. de Anima c. 46.

RELATORIVS, a, um. Adi. *Relationem continens vt*, Literae Cod. Theod. lib. 13.

REFERENDARII, orum. m. *Apud veteres Imperatores dicebantur, per quos ipſi facilius* ſingulorum deſideria perdiſcebant, *teſte* Caſſiodoro, *qui* Var. 6, 17 *quibus verbis haec dignitas ſolebat concedi, indicat.* *Vid.* Nouell. 10. 113. 124. *Alciatus lib. 3 Diſpunct. et Iureconſulti in* l. Eos. C. de Excuſationib. munerum.

REFERVEO, bui, ēre. [ἀναζέω] *Valde et repetita ebullitione feruere.* Plin. 16, 11 Item terebinthinam in ſartagine referuenti. *Metaphor.* Cic. pro Roſc. Com. 17 c. 6 Nonne vt ignis in aquam coniectus continuo reſtinguitur, et refrigeratur: ſic referuens falſum crimen in puriſſimam et caſtiſſimam vitam collatum, ſtatim concidit et exſtinguitur? *i. calidum admodum et vehemens et velut ebulliens. Aliquando contrarium ſignificat.* Cic. de Clar. Orat. 316 c. 91 *extr.* Nam et contentio nimia vocis reciderat, et quaſi referbuerat, *Grut. et Gron.* referuerat oratio. *i. a feruore remiſerat.*

REFERVESCO, ĕre. [ἀναζέω] *Incipere referuere.* Cic. de Diuin. 1, 46 c. 23 Ex his Mercurium ex patera quam dextera manu teneret, ſanguinem viſum eſſe fundere: qui quum terram attigiſſet, referueſcere videretur, ſic vt tota domus ſanguine redundaret.

REFESTINO, āre. Qui a tenebris iuſtiſſime refeſtinauit ad lucem ſuam Paullin. ad Auguſtin. Epiſt. 45 (*al.* 44) *extr.*

REFIBŬLO, āre. [ἀποπορπόω] *Fibulam tollere, vel ſoluere.* Martial. 9, 28 Refibulauit turgidum faber penem. *Vid.* INFIBVLO.

REFĬCIO, fēci, fectum, ĕre. [ἀνακτίζω, ἀναλαμβάνω] *Inſtaurare, renouare, quod corruptum erat, in ſtatum priſtinum inſtaurare.* Verbo item reficiendi tegere, ſubſtruere, ſarcire, aedificare, et advehere, apportareque ea, quae ad eandem rem opus ſunt, continentur. *Haec* Vlpianus l. 1 §. 6 D. de riuis. Cic. de Diuin. 1, 4 Quin etiam memoria noſtra templum Iunonis Soſpitae L. Iulius, qui cum P. Rutilio Conſul fuit, de Senatus ſententia refecit. Aedes reficere quae vitium fecerunt Cic. in Topic. 15 c. 3. Memoriam iudicum reficere breui repetitione rerum, pro Recolligere Quinctil. in prooem. lib. 4. Muros dirutos Nep. 9, 4, 5. Naues Caeſ. B. C. 2, 23. Pecuniam reficere ex venditionibus Papin. in l. Tutores §. Patruus D. de adminiſtr. tutor. *Et* Celſ. l. 88 ff. de V. S. Tantum quisque pecuniae relinquit, quantum ex bonis eius refici poteſt. *Honeſta formula:* Cic. Parad. 6, 1 Nunquam eris diues ante quam tibi ex his poſſeſſionibus tantum reficiatur, vt eo tueri ſex legiones — poſſis. Cic. Verr. 3 c. 50 Primo dominus — villico delectetur, quod tanto ſibi plus mercedis ex fundo refectum ſit. Liu. 35, 1 Caetera *(praeda)* vendenda quaeſtori data: quod inde refectum eſt, militi diuiſum. *Vindicat idem verbum Gron.* Liu. 1, 53 Vbi cum diuendenda praeda quadringenta talenta argenti aurique refeciſſet. *Sed aliquantum diſſimilia ſunt, et magis ad primam et propriam ſignificationem verbi accedunt iſta,* Iuſtin. 9, 1 More negotiantium impenſas belli alio bello refecturus, *i. reparaturus.* Varro R. R. 1, 2, 8 Nemo enim ſanus debet velle impenſam ac ſumtum facere in culturam, ſi videt, non poſſe refici: nec ſi poteſt reficere fructus, ſi videt eos fore vt peſtilentia diſpereant. Puppes laceras refeci Ouid. Epiſt. 2, 46. Rates quaſſas reficere Hor. Carm. 1, 1, 17. Templa aedesque labantes reficere Idem ibid. 2, 6, 2. Teſtamentum reficere Vlpian. in l. Idemque erit D. de militari teſtamento. Villam reficere, vel ſtabulum Vlpian. in l. Ex conducto in princ. D. Locati. Cic. Verr. 1, 142 Locatur id opus, quod ex mea pecunia reficiatur. Reficere magiſtratus, *vt* Recreare *iterum creare.* Cic. de Amicit. 65 Papyrius legem ferebat de Tribunis reficiendis. Plebs Voleronem tribunum reficit Liu. 2, 56 *pr.* *Add.* Idem 3, 21 *pr.* 6, 35 *extr.* *et* c. 36 *pr.* Cic. pro Planc. 45 c. 18 Neque hoc liberis noſtris interdicendum eſt, ne obſeruent tribules ſuos, ne deligant, ne reficere neceſſariis ſuis ſuam Tribum poſſint. *i. ſubinde, et quoties opus eſt conficere, et parare, i. eo adducere, vt ſuffragio ſuo ornent, quos volumus.* ¶ 2 Reficere, *Recreare vel animum vel corpus cibo, medicina, voluptate.* Plin. in Paneg. c. 77 Ad haec tam aſſiduus in Tribunali, vt labore refici ac reparari videretur. Cic. Fam. 7, 27 Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam et vires et corpus amiſi. Caeſ. Bell. Gall. 7, 83 Milites ex nocturno labore ſeſe reficere iuſſit. *Et* ibid. 7, 32 Exercitum ex labore atque inopia refecit. Refectus ſum quum tua lego Plin. Epiſt. 4, 3. *Sed Cort. bonis auctoribus* affectus. Equorum reficiendorum cauſa ſubſiſtere Caeſ. B. C. 2, 42. Herbas teneras aurora refecit Ouid. Faſt. 3, 711. Me conſilium Cn. Pompeii recreat, et reficit Cic. pro Milon. 2 c. 1. Vt ſtatim mente cogitaret, ſi paullum modo Res eſſent refectae, bellum renouare Nep. 22, 1, 4. Salutem communem reficere Cic. pro Sext. 15. Plin. 26, 11 Reficientibus ſe ab imbecillitate vtiliſſima. Cic. Q. Frat. 3, 1 Ego ex magnis caloribus (non enim meminimus maiores) in Arpinati ſumma cum amoenitate fluminis me refeci ludorum diebus. Sine dubio poſt Leuctricam pugnam Lacedaemonii ſe nunquam refecerunt Nep. 17, 7, 1. Stomachum reficere Scribon. 107. Cic. Verr. 4, 105 Ad ea autem, quae dicturus ſum, reficite vos, quaeſo Iudices, per deos immortales. Vires reficere cibo Liu. 37, 24. Cic. Att. 12, 14 Sed relaxor tamen, omniaque (*forte* omninoque) nitor, non ad animum, ſed ad Vultum ipſum, ſi queam, reficiendum, *i. ad aſſumendum vultum moderatum, conſtantem, a luctu non oppreſſum.* Plin. Epiſt. 8, 11 Quamquam vereor, ne poſt gratulationem quoque in metum redeas, atque ita gaudeas periculo liberatam, vt ſimul quod periclitata

elitata ſit, perhorreſcas. Iam hilaris, iam ſibi, iam mihi reddita, incipit refici, transmiſſumque diſcrimen conualeſcendo remetiri. Ex longo morbo refici Sen. Epiſt. 7. Arte Aemonia refectus Telephus, *Sanatus* Stat. Silu. 1, 4, 112. Furiis refecti ardebant *equi aegrotantes* Virg. Georg. 3, 511, quia languentia corpora in vires quodammodo excitat furor, et facit ea in exitium conualeſcere. Seruius. Lucret. 1, 557 Nam quiduis citius diſſolui poſſe videmus, Quam rurſus refici.

REFECTVS, a, um. Partic. Cic. Att. 16, 3 *pr.* Sed tamen idem σύνταγμα miſi ad te retractatius, et quidem ἀρχέτυπον ipſum crebris locis inculcatum et refectum. Ouid. Faſt. 4, 610 Haud ſecus indoluit — longa vixque refecta mora eſt. Opibus curisque refectus amici Hor. Epiſt. 2, 2, 136. Nec aut cibo refectus aut potu Curt. 7, 5, 16. *Conf.* Id. 5, 4, 23.

REFECTVS, ûs. m. [ἀνάληψις] *Ipſa refectio.* Plin. 18, 7 *ſub fin.* Panem ex hordeo antiquis vſitatum vita damnauit, quadrupedumque tradidit refectibus. *Sic etiam Elzeuir. Sed Harduin.* quadrupedum fere cibus eſt.

REFECTIO, ōnis. f. [ἀνάκτησις] *Reficiendi et inſtaurandi actus.* Columel. 12, 3 Caeteraque, ſi refectionem deſiderant, fabris concinnanda tradantur. Capitolii Suet. Caeſ. c. 15. Ea compluuia habent in refectionibus moleſtiam magnam Vitruu. 6, 3. Quinctil. 10, 3 Tempora ab ipſa rerum natura ad quietem, refectionemque nobis data, in acerrimum laborem conuertimus. Plin. in Paneg. c. 81 Quod ſi quando cum influentibus negotiis paria feciſti, inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris. Valere refectioni Celſ. 3, 15. *i. ſatis virium habere reliquum, vt poſſis refici.* Idem 4, 6 Si in refectione quoque manſerit tuſſis, intermittere oportebit vno die.

REFECTOR, oris. m. Sueton. in Veſpaſ. c. 18 Item coloſſi refectorem inſigni congiario magnaque mercede donauit. *Conf.* Inſcript. *apud* Spon. Miſc. Er. Ant. p. 231.

REFĂCIO, ĕre. [ἀνασκευάζω] *Antiquum.* Plaut. Truc. 4, 4, 24 Nam refacere ſi velim, non eſt locus. *Taubm. et Gron. diuiſim* re facere. Noctibus his vacui refaciamus iter Propert. 2, 24, 22 *vt legunt Scalig. et Brouckh. i. redeamus ad conſuetudinem.*

REFĪGO, xi, xum, ĕre. [καταπήγνυμι] *Pro figere ſimplici poſuit, ſi Seruio credimus,* Virg. Georg. 4, 202 Aulasque et cerea regna refigunt. *Burm. poſt Heinſ.* refingunt. *Vtrum placeat, repetitio videtur ſignificari:* figunt *ſ.* fingunt, *quoties opus eſt.* Colum. 4, 16, 2 *plane huc non pertinet.* ¶ 2 Refigere, [ἀποκαθηλόω] *Quod fixum eſt auferre.* Cic. Philipp. 13, 5 c. 3 Acta Antonii reſcidiſtis, leges refixiſtis per vim. *Leges enim in tabulis aeneis inciſae erant, et fixae parietibus. Sic* Cic. Fam. 12, 1 Cuius aera refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus. Hor. Epiſt. 1, 18, 56 Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refixit. Se crucibus Sen. de Vita Beata c. 19. Leges figere et refigere pretio Virg. Aen. 6, 622.

REFIXVS, a, um. Part. *Vt,* Clipeus refixus Virg. Aen. 5, 360. *et* Hor. Carm. 1, 28, 11. Sidera refixa caelo Virg. Aen. 5, 527. Hor. Epod. 17, 5 Refixa caelo deuocare ſidera. *Nempe vt* deuocari, *i. deduci caelo poſſint magica vi ſidera,* refigenda *ſunt, loco quo* fixa *ſ.* defixa *alias ſunt, mouenda. Recte igitur Bentleius ex primis editionibus* ref.

REFIGŪRO, āre. *Reformare.* Vulg. Interpr. Sapient. c. 19, 6 Omnis creatura ad ſuum genus ab initio refigurabatur.

REFINGO, ĕre. Hilari vultu renidens, quantumque poteram, laetiorem me refingens Apul. Met. 3 p. 134, 24.

REFIRMO, āre. Supra ripam Tigridis limes eſt refirmatus Sext. Ruf. c. 14. *i. denuo conſtitutus.*

REFLAGĪTO, āre. [ἀναιτίζω] *Iterum flagitare.* Catull. 43, 6 Perſequamur eam, et reflagitemus. *Et* Circumſiſtite eam et reflagitate ibid. v. 10.

REFLECTO, xi, xum, ĕre. [ἀνακάμπτω] *Retro flectere.* Plin. 11, 50 Canum degeneres caudam ſub aluum reflectunt. Aciem reflectere Sen. Herc. fur. f. 8. *aciem oculorum intelligit.* Caput leuiter reflectens Catull. 43, 10. Ceruix reflexa eſt Scrib. 255. Colla mollia ei reflectunt Virg. Aen. 11, 622. Oculos reflectere Ouid. Met. 7, 342. Pedem reflexit inde Catull. Argon. 62, 112. Viſus reflectere Valer. Argon. 5, 454. Auis reflectitur in longos vngues Ouid. Met. 5, 547. *de Aſcalapho in bubonem verſo. Per translationem* Cic. pro Sull. 46 c. 16 Fero ego te, Torquate, iam dudum, fero: et nonnunquam Animum incitatum ad vlciſcendam orationem tuam reuoco ipſe et reflecto. Reprimere atque reflectere Ter. Adel. 3, 2, 9. Cic. de Orat. 1, 53 Quae niſi qui naturas hominum, vimque omnem humanitatis, cauſasque eas, quibus mentes aut incitantur aut reflectuntur, penitus perſpexerit, dicendo quod volet, perficere non poterit. *Sed* Nec prius amiſſam reſpexi, Animumque reflexi, *i. cogitaui,* Virg. Aen. 2, 741.

REFLEXVS, a, um. Partic. [ἀνακαμφθεὶς] *Vt,* Ceruix reflexa Stat. Achill. 1, 382. Telum reflexum rotabat obliquo Marte Sil. 16, 54. Reflexum *et* Rectum, *contraria* Plin. 11, 37. *Ad opticam rationem vſus eſt* Lucret. 4, 444

Nam quaecunque ſupra rorem ſalis edita pars eſt
Remorum, recta eſt, et recta ſuperne guberna:
Quae demerſa liquore obeunt, refracta videntur
Omnia conuerti, ſurſumque ſupina reuerti:
Et reflexa prope in ſummo fluitare liquore.

REFLEXIO, ōnis. f. Apul. de Syllog. Categ. in doctrina Conuerſionis.

REFLEXIM. Adu. *Vice verſa.* Apul. de Syll. Categor. *etc.* Reflexim inferre.

REFLEXVS, ûs. m. Apul. Florid. 1 p. 242 Prope Oceani reflexus.

REFLO, āre. [ἀντιπνέω] *Contra ſpirare.* Cic. Off. 2, 19 c. 6 Nam et quum proſpero flatu eius vtimur, ad exitus peruehimur optatos: et quum reflauit, affligimur. Idem Att. 6, 6 Inde quamprimum Athenas, etſi Eteſiae valde reflarint. Amicis folles pro accubitis ſternebat, eosque reflabat prandentibus illis, ita vt plerumque ſubito ſub menſis inuenirentur prandentes Lamprid. in Heliogab. c. 25 *vbi conf.* Salmaſ. *Paſſiu.* Lucret. 9, 936 Interiorem etiam partem ſpirantibus aër Verberat hic idem quum ducitur, atque reflatur.

REFLANS, antis. Partic. Cic. Tuſc. 1, 119 c. 49 Si reflantibus ventis reiicimur. Medicamina reflantia Cael. Aur. Tard. 3, 8.

REFLĀTVS, a, um. Partic. *Vt,* Reflata ſuccoſitas Cael. Aur. Acut. 2, 29, 151. *i. exſiccata, euaporata.*

REFLANDVS, a, um. Antra per palati Crepulis reflanda buccis Gemit aura tibialis Sidon. Ep. 9, 13 *in ſubiecto Anacreontico.*

REFLĀTVS, ûs. m. [ἀντίπνοια] Plin. 9, 6 Quorum vnum mergi vidimus reflatu beluae expletum vnda. Cic. Att. 12, 2 Hic rumor eſt T. Marcum periiſſe naufragio, Aſinium delatum viuum in manus militum; L naues delatas in Vticam reflatu hoc.

REFLATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 1, 1, 12 Ex alto reflatio quaedam viarum nuditate permittitur. *Tranſpirationem hodie vocant.*

REFLABĬLIS, e. Adi. *Vt,* Cibi facile reflabiles Cael. Aurel. Tard. 4, 1, 6 *qui digeruntur, et exhalant facile.*

REFLABRI venti Apul. de Mundo: *ſed valde dubia eſt lectio; vid. Elmenh. ad p. 62, 20.*

REFLATILIS, e. Adi. Zeno Veron. *vid. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 193.*

REFLŌREO, ui, ēre. [ἐξανθέω] *ſiue* REFLORESCO, ĕre. *Rurſum florere.* Plin. 18, 16 Secatur incipiens florere, et quoties refloruit, *etc.* Idem 19, 8 Cuius natura in carnariis refloreſcens ſaepius dicta eſt. Iuuenta refloreſcente ibat ouans Sil. 15, 728.

REFLVO, xi, xum, ĕre. [ἀναῤῥέω] *Rurſum fluere.* Plin. 2, 87 Nec vnquam eodem tempore quo pridie refluit. Virg. Aen. 9, 32 Vndis refluentibus ſtridet mare Idem Georg. 4, 262. Ambiguo lapſu refluitque fluitque *Maeander* Ouid. Met. 8, 163.

REFLVENS, entis. Partic. Tibris Virg. Aen. 8, 87 *intra ſuum ſe alueum recipiens.*

REFLVVS, a, um. Adi. [παλιῤῥόθιος, παλίῤῥοος] *Vt,* Refluum mare Plin. 2, 97. Gurges refluus Stat. Silu. 5, 1, 91.

REFLVĀMEN, ĭnis. n. Fortunat. 1 Paruula Grammaticae lambens refluamina guttae.

REFLVXVS, ûs. m. *Vt,* Defluxus et refluxus maris.

REFOCILLO, āre. [ἀναψύχω] *Recreare.* Plin. Epiſt. 3, 14 Ipſe paucis diebus aegre refocillatus, non ſine vltionis ſolatio deceſſit, ita viuus vindicatus, vt occiſi ſolent. Arria refocillata Plin. Epiſt. 3, 16, 12. Lugentem efficacibus remediis refocillare Sen. de Benefic. 3, 9. *Vid.* FOCILLO.

REFOCILLATOR, ōris. m. Apuleio *tribuitur. Non habet Index Floridi.*

REFŌDIO, fōdi, foſſum, ĕre. [ἀνασκάπτω, ἀνορύσσω] *Fodiendo eruere et in altum proferre.* Plin. 15, 18 Quae mitiore caelo refoſſae cum arbore, atque in lucem remiſſae, nouos ſoles recipiunt. Idem 2, 63 Si vlli eſſent inferi, iam profecto illos auaritiae atque luxuriae cuniculi refodiſſent. Solo quam altiſſime refoſſo Plin. 19, 5. Columel. 4, 32 Sed illud de integro refodi debet. Radices omnes refodiat Idem 2, 2 *extr.*

REFORMĪDO, āre. [ὑποπτήσσω] *Prae formidine refugere.* Cic. de Finib. 3, 7 c. 2 Quippe qui ne reprehenſionem quidem vulgi inanem reformidans, in ipſa curia ſoleret legere ſaepe. *de Catone.* Idem pro Caecin. 84 Iſtum locum fugis et reformidas. Pacis nomine Bellum inuolutum reformido Cic. Philipp. 7 c. 6. Crimen amicitiae *(Catilinae)* reformidare Idem pro Cael. 14 c. 6. Ferrum reformidant frondes Virg. Georg. 2, 369. Quorum Mentionem adhuc reformido Curt. 6, 9, 3. Solem inſuetum lumina reformidant Ouid. ex Pont. 3, 4, 49. Tactum membra ſaucia reformidant Idem ibid. 7, 13. Quinctil. 4, 5, 5 Reformidat non aliter, quam qui ferrum medici prius quam curetur adſpexit. Tempus illud mens reformidat Ouid. Triſt. 3, 6, 29. Vulnus humus reformidat Idem Faſt. 1, 666. Speculatorem reformidat diligentia mea Cic. Diu. in Caecil. 51 c. 16. *i. ita diligens ſum, vt Speculatore mihi non ſit opus et ergodiocte.* ¶ 2 Reformidat biennio planta depoſita Columel. 4, 33, 4. *i. tranſlata non coaleſcit et comprehendit, certe incrementa non capit. Sic etiam* 4, 9, 1. *et* 24, 15. Id. Colum. 4, 11, 1 Nam illam veterem opinionem damnauit vſus, non eſſe ferro tangendos anniculos malleolos, quod aciem reformident *etc. Etiam hic primae editiones ſimpliciter* cum reformident.

REFORMIDATIO, ōnis. f. [ὑπόπτηξις] Cic. in Partit. 11 c. 4 In ſuaſione autem aut ſpem, aut reformidationem deliberantis.

REFORMO, āre. [ἀναπλάττω, ἀνατυπόω] *In priorem vel meliorem formam redigere.* Sed dum reſolubile corpus reuocas, Deus, atque reformas Prudent. Hymn. ad Exſeq. v. 156. Plin. in Paneg. c. 53 Vt oſtendam, quam longa conſuetudine corruptos deprauatosque mores principatus parens noſter reformet et corrigat. Ouid. Met. 11, 254 Sed preme, quidquid erit, dum, quod fuit ante, reformet. *i. dum reſumat formam priorem: conſilium Peleo datum de Thetide.* Quinctil. 12, 6 *de Cicerone,* Qui tamen Apollonio Moloni, quem Romae quoque audierat, Rhodi rurſus reformandum ac velut recoquendum ſe dedit. *Legitur* fere Rurſus formandum. Rurſus in facies hominum reformare Apul. Met. 3 p. 93, 15 *Flor. Add.* p. 90, 6. Senec. Ep. 94 Deinde iubetur imitari propoſita, et ad illa reformare chirographum. Si tolli tota res poteſt, cur non et reformari? Vlpian. l. 7 §. 6 de pact. Hermogenianus, de publicanis et vectigalibus l. Vectigalia, Vectigalia ſine imperatorum praecepto, neque praeſidi, neque curatori, neque curiae conſtituere, neque praecedentia reformare, et his vel addere vel diminuere licet.

REFORMĀTVS, a, um. Partic. Ouid. Met. 9, 399 Ora, reformatus primos Iolaus in annos.

REFORMATIO, ōnis. f. Apul. Met. 3 p. 95, 8 *Florid.* Facilior huius reformationis medela ſuppeditat.

REFORMĀTVS, ûs. m. Tertull. adu. Valent. c. 13 Tutelaris reformatus.

REFORMĀTOR, ōris. m. [ἀναπλάστης] Plin. Epiſt. 8, 12 Ipſarum denique literarum iam ſeneſcentium reductor ac reformator.

REFORMABILIS, e. Adi. *Vnde* Irreformabilis.

REFORMATRIX, īcis. f. *Idem.* ICt. in Dig.

REFŎVEO, fōui, fōtum, ēre. [ἀναθάλπω] *Rurſum fouere, ſiue nutrire.* Columel. 2, 1 Licet enim maiorem fructum percipere, ſi frequenti, et tempeſtiua et modica ſtercoratione terra refoueatur. Artus refouet complexibus Lucan. 8, 67. Corpus refouentque foventque Ouid. Met. 8, 536. Laſſitudinem poculis Apul. Met. 2. Membra refouere quiete Sil. 3, 637. Oculos inungere ac refouere Plin. 8, 37. Vites abſumtas refouere ſtercore Columel. 2, 14. Vires dat refouetque deus Stat. Theb. 6, 521. Vires ex itinere Vellei. 2, 113, 2. *Per tranſlationem* Plin. in Paneg. 69 Si quid vſquam ſtirpis antiquae, ſi quid reſiduae claritatis, hoc amplexatur, et refouet, et in vſum Reipub. promit. Ibid. 18 Quam ſpecioſum eſt enim, quod diſciplinam caſtrorum lapſam exſtinctamque refouiſti, depulſo prio-

ris ſaeculi malo, inertia et contumacia. Animum Apul. Met. p. 61, 7 *Flor.* Ignes tepidos refouerat Ouid. Amor. 2, 19, 15.

REFŌTVS, a, um. Partic. Suet. Neron. c. 27 Refotus ſaepius calidis piſcinis. Animus refotus Gell. 15, 2.

REFRACTARIVS, *vid.* REFRINGO.

REFRAENO, *ſiue* REFRENO, āre. [ἀναχαιτίζω, ἀναστέλλω] *Freno cohibere, coërcere, retrahere. Vt,* Refrenare libidines Cic. in Parad. 5, 1. *Et* de Lege Agrar. 2, 54 O libidinem refrenandam. Cic. de Diuin. 2, 4 Quod enim munus rei publicae afferre maius meliusue poſſumus, quam ſi docemus atque erudimus iuuentutem, his praeſertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapſa eſt, vt omnium opibus refrenanda ac coërcenda ſit. Aquas refrenat, obliquaque flumina ſiſtit *Medea* Ouid. Epiſt. 6, 87. Licentiam indomitam refrenare Hor. Carm. 3, 24, 19. Morſus refrenat voluptas, *i. Mitigat* Lucret. 4, 1079. Cic. pro Cael. 76 c. 31 Semper magno ingenio adoleſcentes refrenandi potius a gloria, quam incitandi fuerunt. Cic. Philipp. 11, 4 A progreſſu arcuit, a reditu refrenauit. *Metaph.* Lucret. 1, 850 — Neque ab exitio res vlla refrenat, *i. tuetur, defendit. Paſſiu.* Lucret. 2, 283 Et proiecta refrenatur, retroque reſidit? *i. Reprimitur materia.*

REFRENĀTVS, a, um. Partic. [ἀναχαιτισθεὶς] *Vt,* Religione refrenatus Lucret. 5, 115.

REFRENĀTIO, ōnis. f. Senec. de Ira 3, 15 Neceſſaria eſt iſta doloris refrenatio, vtique hoc fortitis vitae genus, et ad regiam menſam adhibitis.

REFRĀGOR, āri. [ἀντιπράττω, ἀντιψηφίζομαι] *Sententia ſua aduerſari, vt* Suffragari *eſt ſententia ſua iuuare aliquem. Sed latius extenſa ſignificatione eſt generatim aduerſari.* Plin. Epiſt. 3, 19 Proinde hoc te non moueat, ſi caetera non refragantur, quae velim quam diligentiſſime examines. Plin. 19, 8 Quidam eunuchion, quoniam haec maxime refragetur Veneri. Cic. Philipp. 11, 20 c. 9 Etſi quis poteſt refragari non modo non petenti, verum etiam recuſanti? Lex petitioni refragata eſt Cic. pro Mur. 47 c. 23. Ingenium illi refragatur Quinctil. 10, 6. ¶ 2 Refragare, *poſitum volunt pro* Suffragari, *laudantque auctorem* Non. 7, 2 *qui porro vtitur teſtimonio* Siſennae 22 Multi populi, plurimae concionis Dictaturam omnibus animis et ſtudiis refragauere, *i. Suffragati ſunt. Sed Mercer.* p. 468, 12 Suffragauerunt *legit: et apparet hoc toto capite nihil aliud agi, quam vt oſtendatur, genera verborum confundi, paſſiue poni actiua, et contra. Potuit ergo hic etiam turbatum eſſe aliquid vel omiſſum. Non videtur vel Nonius, vel quiſquam, cui pectus ſapiat,* refragari *pro* Suffragari *poſitum a prudenti ſcriptore exiſtimare.*

REFRAGĀTOR, ōris. m. Tertull. adu. Gnoſt. c. 1 Omnes martyriorum refragatores ebulliunt. Acerrimi fuerunt et potentiſſimi Ciceronis refragatores Aſcon. in Cic. Orat. in Toga Cand. *de Craſſo et Caeſare.*

REFRAGATIO, ōnis. f. [ἀντιδίκησις, ἀντιλογία, ἀντιμάχησις Gloſſ. Cyr.] Auguſt. Epiſt. 177 In re facillima curuam refragationem et nodos difficultatis poſuiſſe, horum orta refragatio eſt Symmach. Epiſt. 10, 50.

REFRAGĀTVS, ûs. m. Extorum promiſſus (permiſſus) et refragatus Lutat. *in* Stat. Theb. l. 4.

REFRAGIVM, i. n. Interpres Egeſippi *aliquoties ap. Gronou. Obſ. Eccl. c. 21.*

REFREQVENTO, āre. *Ap.* Suet. Aug. c. 46. *nonnulli legunt: al.* frequentauit.

REFRĬCO, ui, ctum, *vel* āui, ātum, āre. [ἀναψάω] *Rurſum, vel ſaepius* fricare. Cato 87 Id in linteum nouum indito, exprimito cremorem in patinam nouam, aut in mortarium: id omne ita facito, et refricato denuo. ¶ 2 *Metaphor. Renouare dolorem: tractum a vulneribus, quae plerumque fricando recrudeſcunt.* Cic. Fam. 5, 17 Sin autem omnia quae ſentio perſcripſerim, ne refricem meis literis deſiderium ac dolorem tuum. Idem de Lege Agrar. 3, 4 c. 2 Refricare obductam Reipubl. cicatricem. *Add.* Id. pro Flacco c. 23. Nec haec quae refricant, hic me magis angunt Cic. Att. 12, 45. Idem pro Sulla 19 c. 6 Quum cinis patriae verſari ante oculos, atque animum memoria refricare coeperat. Veterem Fabulam Cic. pro Cael. c. 30. Idem Att. 5, 15 Appii Vulnera non refrico, ſed apparent, nec occuli poſſunt. *Refricare, neutrum.* Cic. Att. 10, 17 *pr.* Crebro refricat lippitudo, non illa quidem perodioſa, ſed tamen quae impediat ſcriptionem meam. *Corradus ex coniectura mallet* refricatur.

REFRICATIO, ōnis. f. Auguſtin.

REFRĪGEO, xi, ēre. [ἀναψύχομαι] *vel potius* REFRIGESCO, ĕre. *Frigidum fieri.* Cato c. 105 Vbi iam vinum refrixerit, in dolium quadragenarium infundito. Sanguis ex his, quae in homine ſunt, celerrime vel calefcit vel refrigeſcit Celſ. 4, 3. Columel. 2, 2 Et boues inhibeat, vt colla eorum refrigeſcant, quae celeriter conflagrant, niſi aſſidue refrigerentur: et ex eo tumor, ac deinde vlcera inuadunt. Cor refrixit Ouid. Met. 12, 442. Plaga refrigeſcit cunctando per auras Lucret. 4, 707. *Per translationem,* Cum Romae a iudiciis Forum refrixerit Cic. Att. 1, 1. Idem Qu. Fratr. 3, 8 Sed tota res et timetur et refrigeſcit. Cic. Fam. 9, 10 Ego caetera qui animo aequo fero, vnum vereor, ne haſta Caeſaris refrixerit. Ter. Adel. 2, 2, 24 Vbi illinc rediero: Nihil eſt, refrixerit res: *i. frigide mihi reſpondebitur, me ſero venire.* Haec tota Res, interpellata bello refrixerat Cic. Att. 1, 19. Idem Qu. Fratr. 2, 8 Nam quod de Pompeio Caninius agit, ſane quam refrixit.

REFRIGĔRO, āre. [ἀναψύχω, καταψύχω] *Frigus inducere, rem calidam frigidam facere.* Cic. de Senect. 57 Vbi enim poteſt illa aetas, aut aeque calefcere, vel apricatione melius, vel igni, aut viciſſim vmbris aquiſue refrigerari ſalubrius? Cic. de Nat. Deor. 2, 119 Quarum tantus eſt concentus ex diſſimillimis motibus, vt quum ſumma Saturni refrigeret, media Martis incendat. Cic. Fam. 5, 10 Et eo minus quod me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hic refrigerauit. Aeſtum refrigerare Plin. 20, 7. Artus refrigeratos calfacit Scribon. 271. Calorem refrigerare et exſtinguere. Cic. de Nat. Deor. 2, 23 c. 9 Refrigerato autem et exſtincto Calore, occidimur ipſi et exſtinguimur. Membra refrigerat vnda Ouid. Met. 13, 903. Piſcinas refrigerare Varro de R. R. 3, 17. Teſtem refrigerare, ad frigus *redigere, id eſt perturbare et efficere, vt ridiculus potius videatur, quam attentione et fide dignus* Quinctil. 5, 7, 26 Teſtis, inquit, breui interlocutione patroni refutandus eſt, aut aliquo, ſi continget, vrbane dicto refrigerandus. *Vid. mox* REFRIGERATVS. Martial. 3, 25

Si temperari balneum cupis feruens,
Fauſtine, quod vix Iulianus intraret,
Roga lauetur rhetorem Sabineum:
Neronianas is refrigerat thermas.

REFRIGERĀTVS, a, um. Partic. [ἀναψυχθεὶς] Plin. 12, 15 Myrrha melior radice refrigerata. Cic. de Nat. Deor. 2, 24 Quae ſi mundus eſt deus, quoniam mundi partes ſunt, dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda ſunt. *Metaphor.* Cic. Act. 1 Verr. 31 c. 10 Ita defeſſa ac refrigerata accuſatione rem integram ad M. Metellum praetorem eſſe venturam. Amor inuentionis refrigeratus Quinctil. Epiſt. n. 2. Sermone leuiſſimo hominum prouincialium refrigerato Cic. Fam. 3, 8. Refrigeratus *ex ſignificatione* Frigoris, *quam damus n. 5, eſt, quem non attente non cupide audiunt homines.* Sueton. Claud. c. 41 Hiſtoriam ſcribere adgreſſus eſt. Et quum primum frequenti auditorio commiſiſſet, aegre perlegit, refrigeratus ſaepe a ſemetipſo. Nam quum initio recitationis defractis compluribus ſubſelliis obeſitate cuiusdam, riſus exortus eſſet: ne ſedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex interuallo ſubinde facti reminiſceretur, cachinnosque reuocaret. Auct. Vitae Lucani, Aegre ferens, recitante ſe, ſubito ac nulla, niſi refrigerandi ſui, cauſa indicto Senatu, Neronem receſſiſſe *etc. Sed ad* frigus *amicitiae, de quo ſupra n. 4 dictum, pertinet* Vell. 2, 83, 2 Plancus — in conuiuio refrigeratus ab Antonio ob manifeſtarum rapinarum indicia, *i. frigide tractatus, vt ſentiret, ſe non amplius gratioſum eſſe. Vid.* FRIGVS *et* FRIGVSCVLVM.

REFRIGERATIO, ōnis. f. [ἀνάψυξις, ψυγμὸς] Plin. 34, 13 Additur et in emplaſtra, quibus lenis quaeritur refrigeratio et ſiccatio. Colum. 11, 1, 16 Qui quum ſit vna profectus, vmbras arborum, fonticulorumque amoenitatem, vel aurae refrigerationem captauit. Cic. de Senect. 46 c. 14 Et refrigeratio aeſtate, et viciſſim aut ſol, aut ignis hibernus.

REFRIGERIVM, i. n. *Idem.* Pluuia ſitientibus refrigerium potumque praebuit Oroſ. 5, 15. Tertull. de Reſurr. Carn. 17 Aliter anima non capiat paſſionem tormenti ſeu refrigerii.

REFRIGESCENTIA, ae. f. *Idem.* Tertull. de Anima 43 Sed non refrigeſcentiam admittam.

REFRIGERĀTOR, ōris. m. *et*

REFRIGERĀTRIX, īcis. f. [ἀναψυκτὴς] Plin. 19, 8 Eſt quidem natura omnibus refrigeratrix.

REFRIGERATORIVS, a, um. Adi. [ἀναψυκτικὸς] *Vt,* Vis refrigeratoria Plin. 22, 2. *Conf.* Ib. c. 25.

REFRINA, *vel potius* REFRIVA, *vel* REFERIVA, *adeo, apud* Feſtum Faba dicitur, vt ait Cincius quoque, quae ad ſacrificium referri ſolet domum ex ſegete cauſa auſpicii, quaſi reuocent fruges, vt domum datantes teuirtito (*Scal. coniic.* data enim eſt et tritico) ad rem diuinam faciendam. Aelius dubitat, an ea ſit, quae prolata in ſegetem, domum referatur: an quae refringatur, quod eſt teratur: ſed opinionem Cincii adiuuat, quod in ſacrificiis publicis quum puls fabata diis datur, nominatur refriua. Haec Feſtus. *Turnebus, quum illud* te virtito *nihil ſignificet, ſcribendum putat* e tritico, *hoc ſenſu, Quum obſeuerant ſegetem, quia in agrum fruges tulerant, quod inauſpicatum videbatur domo eas exportaſſe, vt non redituras, ſolebant e ſegete aut ſtatim ſementi facta, aut poſtea auſpicii cauſa domum fabam referre, pro tritico et frugibus. Retuliſſeque fabam perinde erat ac retuliſſe fruges, et auſpicari earum reditum, ominarique eas domum reuerſuras, non in agro ſemper remanſuras.* Plin. 18, 12 ſ. 30 Namque fabam vtique e frugibus referre mos eſt auſpicii cauſa, quae ideo referiua (referiua, *in MSS. ap. Hard.*) appellatur. *Turnebus in quibusdam legit* Referina: Referuia *R. Stephanus.*

REFRINGO, frēgi, actum, ĕre. [ἀνακλάω, ἀποθραύω] *Frangendo ſ. rumpendo aperire.* Plaut. Capt. 4, 4, 10 Cellas refregit omnes intus. Plin. Epiſt. 2, 10 Enotuerunt quidam tui verſus, et inuito te clauſtra tua refregerunt. Plin. Epiſt. 3, 15 *extr.* Confido tamen, me non ſic auribus duci, vt omnes aculei iudicii mei illarum delinimentis refringantur, *etc.* Carcerem refringere Liu. 34, 44. Aditus Valer. Argon. 1, 595. Domos Idem ibid. 8, 322. Mucronem vnguium refringere et hebetare Plin. 8, 15. Portas refringere Caeſ. Bell. Gall. 2, 32. Hor. Sat. 1, 4, 61 Poſtquam Diſcordia tetra Belli ferratos poſtes portasque refregit. Radius ſolis refringitur Plin. 2, 59. Silvas refringens pectore Stat. Theb. 4, 139. Virgulta refringit pede vago Catul. de Berecynt. ſ. 61, 86. Translate. Cic. pro Muraen. 17 Quum vero ego tanto interuallo clauſtra iſta nobilitatis refregiſſem, vt aditus ad Conſulatum poſthac, ſicut apud maiores noſtros fuit, non magis nobilitati quam virtuti pateret. Cic. pro Milon. 5 c. 2 Nunquam exiſtimaui ſpem vllam eſſe habituros Milonis inimicos, ad eius non ſalutem modo exſtinguendam, ſed etiam gloriam per tales viros refringendam. *al.* Infringendam. Plin. Epiſt. 9, 26, 7 Sed hoc intelligi volo laxandos eſſe eloquentiae frenos, nec anguſtiſſimo gyro ingeniorum impetus refringendos. Opes alicuius Propert. 3, 3, 44. Vim fortunae refringere Liu. 5, 37.

REFRACTVS, a, um. Partic. [ἀνακεκλασμένος] *Vt,* Aquilo refractus Stat. Silu. 4, 5, 8. Clauſtris pudoris refractis Plin. Ep. 2, 14. Tofus Columel. 4, 33, 1. *Senſu Opticorum* Guberna refracta *dixit* Lucret. 4, 442. *Locum damus in* REFLEXVS.

REFRACTIO, ōnis. f. *Vt,* Refractio ſeu repercuſſio luminis, l. 8 Dig. t. 2 l. 17 §. 2.

REFRACTARIVS, a, um. Adi. [αὐθάδης] *a Refringo, quaſi Repercutiens ad tactum et reluctans: ſignificat Contumacem, et nimis in ſua ſententia tenacem.* Senec. Epiſt. 73 Errant, ſi qui exiſtimant philoſophiae fideliter deditos contumaces eſſe ac refractarios, et contemtores magiſtratuum. *al.* Regum.

REFRACTARIŎLVS, a, um. Adi. Dimin. Cic. Att. 2, 1 Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituerat ciuis ille tuus Demoſthenes, et quod ſe ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, vt σεμνότερός τις et πολιτικώτερος videretur, curare vt meae quoque eſſent orationes, quae Conſulares nominarentur.

REFRONDESCO, ĕre. Sidon. Apollin. Carm. 22, 46 Sponte refrondeſcit per brachia roſcida palmes.

REFRVTICO, āre. Si barbae refruticent Hildebert. Serm. 6 p. 101.

REFVGIO, fūgi, fūgitum, ĕre. [ἀποφεύγω, καταφεύγω] *Retro fugere.* Plin. 9, 57 Contra venantes refugere (*piſces*) in ſuas cauernas. Gellius 17, 16 Poſtea quum praelio victus in vltima regni refugiſſet.

refugiſſet. Trepidusque repente refugit Virg. Aen. 2, 380. Cic. Att. 1, 1 Et poſtea prorſus ab inſtituta noſtra paucorum dierum conſuetudine longe refugit. A mari refugere Columel. 1, 5. Cic. de Nat. Deor. 2, 120 Quin etiam a caulibus braſſicisque, ſi propter ſati ſint, vt a peſtiferis et nocentibus refugere dicuntur. Cic. pro Deiot. 32 Nonne quum eſſet productus teſtis, et quum tecum fuiſſet, refugit ad legatos? Ad planctus refugit Stat. Silu. 4, 1, 30. Ad vrbem refugere Liu. 23, 47. Cic. Verr. 5, 99 Qui ex illo numero reliqui Syracuſas claſſe amiſſa refugerant. Caeſ. Bell. Gall. 8, 36 Magnae felicitatis eſſe arbitrabatur, neminem ex caede refugiſſe. In ſecundam aciem refugere, *vid.* ACIES. Columel. 12, 50, 8 Et ſi quae ſunt alia, quae nunc Memoriam noſtram refugiunt. Refugit Romam Liu. 5, 39. Columel. 3, 3, 1 Idque adeo plurimi dubitant, vt multi refugiant et reformident talem poſitionem ruris. Animus refugit, eaque reformidat dicere, quae, *etc.* Cic. Philipp. 14, 9 c. 3. Fortuna refugit procul haec Lucan. ad Piſon. 116. Inuidiam refugere muneris, *Munus recuſare propter metum inuidiae* Senec. de Benef. 2, 16. Iurgia vicina refugit Hor. Epiſt. 2, 2, 171. Periculum refugere ac deprecari Aſin. ad Cic. Fam. 10, 31. Cic. pro Caecin. 22 Et iam ingrediens intra finem eius loci, quem oleae terminabant, impetum armati Antiochi, caeterorumque Tela atque incurſus refugit. Virum mors ipſa refugit Lucan. 2, 75. Venerem omnem refugerat Orpheus Ouid. Met. 10, 79. Cic. pro Roſc. Com. 45 Quem ego ſi ferrem iudicem, refugere non deberet: quum teſtem producam, reprehendere audebit? Cic. Att. 12, 19 Dum recordationes fugio, quae quaſi morſu quodam dolorem efficiunt, refugio a te admonendo. Cic. de Orat. 2, 10 Pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugiſti.

REFVGIENS, entis. Partic. [καταφεύγων] Aur. Vict. de Viris illuſtr. 7 Qua re audita Seruius, dum ad curiam properat, iuſſu Tarquinii gradibus deiectus, et domum refugiens, interfectus eſt.

REFVGISCO, ĕre. *Idem quod* Refugere. Commodian. Inſtruct. 23.

REFŬGA, ae. c. [δραπέτης] *Qui aliorum dominium refugit.* Vlpian. in l. Aut damnum, De poenis, Quique refugae ex opere metalli in metallum damnantur. Macer. De re militari, in lege, Milites agrum 13 D. de re milit. §. 5 Quia cuſtodiae refuga, non deſertor militiae eſt. Pietatis refuga Pet. Chryſol. Serm. 1. Angelos refugas, *vocat* Hieron. Epiſt. 151 Quaeſt. 10 ad Algaſiam. *Add.* Tertull. de Hab. Mul. c. 5. *et* Carm. adu. Marc. 1, 14.

REFŬGVS, i. m. [ἀποφεύγων] *Qui ſe fuga ſubducit.* Tacit. Ann. 12, 40 Quibus iuſſerat, vt inſtantibus comminus reſiſterent, refugos non ſequerentur. *h. e. Refugientes.* Tacit. Hiſt. 3, 61 Quidam in caſtra refugi, omnia formidine implebant. *Sed proprie eſt* ¶ 2 Refugus, a, um. Adi. *Quod eſt recline, aut reiectum.* Sidon. . . . Capitis apex rotundus, in patulum a planitie frontis verticem caeſaries refuga criſpatur. Amnis refugus Plin. Paneg. c. 30. Capilli refugi a fronte, *h. e. Reflexi, et velut refugientes, quales ſunt criſpi Maurorum capilli* Lucan. 10, 132. Flumen refugum Ouid. Epiſt. 18, 182. Refugo contemnit Honore Prudent. Apoth. v. 581. Mare refugum Stat. Theb. 12, 634. Vmbra refuga Valer. Argon. 4, 41.

REFVGIVM, i. n. [ἀποφυγή] *Locus, ad quem confugimus.* Cic. Off. 2, 26 c. 8 Regum, populorum, nationum portus erat, et refugium Senatus. Suet. in Tiber. 35 Ne refugium in tali fraude cuiquam eſſet. Refugium abſcondendi cauſa ſeruo praeſtare l. 1 §. 2 ff. de ſeru. corr. Refugia, *ſunt Loca domus abditiora, et penitiora, in quae, imminente vi maiore, vel hoſtium, vel incendii, bona ſua refugiendi incendii vel hoſtium impetus cauſa, paterfamilias coniicere ſolet. Huiusmodi loca aperire, et permutare, vſufructuario non licet.* Vlpian. in l. Si cuius rei, D. de vſufr. et quemadm. quis vtat. fruat. Sed neque dietas transformare, vel coniungere, eaſue ſeparare ei permittitur: vel aditus, poſticasue vertere, vel refugia aperire, vel atrium mutare, *etc.*

REFVLGEO, ſi, ēre. [ἀπολάμπω] *Valde fulgere.* Plin. 11, 28 Nunc pennarum hiatu refulgentes. Clara in luce refulſit Virg. Aen. 1, 592. Ceruice roſea refulſit Idem ibid. 1, 406. Fama ſplendida refulget Propert. 3, 20, 8. Humus refulſit luce purpurea Ouid. Faſt. 6, 252. Lucifer refulgens ab occaſu Plin. 2, 8. Nubes longe refulget Virg. Aen. 8, 623. Radiis refulget aduerſa Id. ibid. 9, 374. Sol refulget in liquida aqua Ouid. de Arte Am. 2, 722. Spes refulſit, *vid.* SPES. Suſpectu refulgere. Plin. 9, 38 Color ſanguinis concreti, nigricans aſpectu, idemque ſuſpectu refulgens. Vmbris refulgere Plin. 37, 5.

REFVLGENTIA, ae. f. Apul. Florid. 4 Lacunarium refulgentia.

REFVNDO, fūdi, fuſum, ĕre. [ἀναχέω] *Fundere iterum quod congelatum erat, fundere ſaepius.* Plin. 2, 101 Glaciem refundat, cunctaque humifico ſpiritu laxet. *de luna.* Refundat, *i. Regelet, reſoluat, liquefaciat.* Cic. de Nat. Deor. 2, 118 c. 46 Quibus (*vaporibus*) altae, renouataeque ſtellae, atque omnis aether, refundunt eadem, et rurſum trahunt indidem. Aquas refudit vrna Propert. 2, 26, 50. Ouid. Met. 11, 488 *de metu naufragii*, Egerit hic (*nauta*) fluctus, aequorque refundit in aequor. Sanguinem alicui refundere et bona, pro Reddere Liu. . . . Vnda fracta amnis refunditur Stat. Theb. 9, 465. Sil. 14, 550 Mox ſua ponto Singultante anima propulſa refunditur vnda. *Hinc metaph.* Refundere, *eſt Reddere, reſtituere.* Refudimus Nilo ſuas Copias Plin. Paneg. c. 31. Vlpian. in l. Si pecuniam D. de condit. cauſ. dat. Conſequens eſt, vt dicamus eum refundere quod accepit.

REFŪSVS, a, um. Partic. [ἀναχυθείς] *Vt,* Plin. 36, 26 *pr. de Belo fluuio,* Non niſi refuſo mari arenas fatetur. *Non deprehenduntur in eo arenae, niſi quousque mare refluit, et aeſtu refunditur.* Oceanus refuſus Virg. Aen. 7, 225. Ponto ſonat vnda refuſo Virg. Georg. 2, 163. *h. e. Retro fuſo, et molibus oppoſitis irruente.* Stagna refuſa vadis imis, *q. d. in altum fuſa* Virg. Aen. 1, 130. Valles refuſae Sil. 17, 63. *multitudine hominum quaſi vndis impletae.*

REFŪSE, ius, iſſime. Adu. [ἀναχεχυμένως] Columel. 4, 1, 3 Nam ſemper in plano refuſius egeſta humus, tumidior eſt, quam gradus ſoli crudi, *i. fodiendo reſoluta et fermentata.*

REFVSIO, ōnis. f. Macrob. Saturn. 1, 21 *ſub fin.* Pluuialis copia eſt refuſio humoris, ad ſupera tracti.

REFVSORIVS, a, um. Adi. *Vt,* Refuſoriae literae, *reſponſoriae* Sidon. Epiſt. 9, 10.

REFŪTO, āre. [ἀνασκευάζω] *Culinae verbum initio fuiſſe videtur, non minus quam* futo *et* confuto *v. v. nempe affuſa aqua frigida ebullientem reprimere, a. deinde per metaphoram, verbis alium ſe efferentem reprimere et redarguere. Neque enim audiendus eſt, de etymologia quidem,* Feſtus, Refutare, redarguere, compoſitum a Fando, verſa A litera in V, vnde Confutare, et Refutare, id eſt redarguere, ſiue non ita eſſe oſtendere, reprehendere. *De ſignificatione recte. Sic* Noſtra confirmare argumentis et rationibus; deinde, Contraria refutare Cic. de Orat. 2 c. 19. Cic. in Vatinium 1 Nemo enim hominem te ita refutandum vt grauem aduerſarium: aut ita rogandum vt religioſum teſtem arbitrabatur. Manifeſta refutant id Lucret. 5, 866. Res vero refutat id Idem 2, 245. Cic. pro Font. 1 Plus ego in hac cauſa laboris et operae conſumo in poſcendis teſtibus, quam caeteri defenſores in refutandis. Cic. de Prouinc. Conſul. 32 c. 13 Semper illas nationes noſtri imperatores refutandas potius bello, quam laceſſendas putauerunt. Oratione feroci refutando plebem Liu. 2, 52. Cic. de Orat. 2, 2 c. 1 Quos tum vt pueri, refutare domeſticis teſtibus, patre, et C. Aculeone propinquo noſtro et L. Cicerone patruo ſolebamus. Refutare *eſt* Reprimere. Reprimere *facto*: Cic. de Aruſp. Reſp. 7 c. 4 Et aut concedente, aut *etiam* adiuuante Milone, eius conatum refutabo. *Vid.* Cic. Fam. 1, 9 *extr.* Idem Tuſc. 2, 55 In primisque refutetur ac reiiciatur Philocteteus ille clamor. Cic. pro Rabir. Poſt. 44 Quam quidem vos Iudices, in nouo genere bonitatem, inuſitatam claris ac praepotentibus viris, non modo non aſpernari ac refutare, ſed complecti etiam et augere debetis. *Sic* Quinctil. 10, 6, 6 Vt primum eſt domo adferre paratam dicendi copiam et certam: ita refutare temporis munera longe ſtultiſſimum eſt, *i. quae in mentem veniunt praeter commentarios, ea, de quibus ante non cogitauimus.* Refutare pacem Ammian. 17, 11. Tradidit mihi illam *etc.* et cum ego refutarem, diceremque me Chriſtianum, nec licere mihi, viuentis vxorem mariti accipere *etc.* Hieron. in Vita Malchi p. 520.

REFVTĀTVS, a, um. Partic. Cic. pro Lege Manil. 52 c. 17 Obſoleuit iam iſta oratio, re multo magis, quam verbis refutata.

REFVTĀTVS, ūs. m. [ἀποσκευή] *Refutatio.* Ancipitique refutatu conuincere falſum Lucret. 3, 524.

REFVTATIO, ōnis. f. [ἀνασκευή] Cic. in Topic. 93 c. 25 Refutatio autem accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, quae Graece ϛάσις dicitur, Latine appelletur ſtatus, in quo primum inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Firma refutatio Quinctil. 5, 10.

REFVTĀTOR, ōris. m. Arnob. 1 p. 18 Refutator incredulus.

REFVTATORIVS, a, um. Adi. Refutatoriae preces l. j. C. de relat. l. 18 C. de appell. et Refutatorii libelli, l. 37 §. j. C. eodem tit. l. 8 eod. in C. Theod. Iudex a quo prouocatum erat opinionis ſuae exemplum litigatoribus dare debebat et acta edere. Quod ſi cui minus plena, vel contraria viderentur, is refutatorias preces offerebat, quae ſimul mittebantur l. 18 C. de appellat. Symmach. Epiſt. 1, 31 Cuius meritum perennitas veſtra lectis geſtis, ac refutatoriis cohaerentibus aeſtimabit.

R E G

REGALIŎLVS, *vel* REGAVIOLVS, i. m. *Auis, quam* Trochilum *putant, de qua* Plin. 8, 25. *et* 10, 74 *ſcribit,* appellari regem auium in Italia, propter diſſidia et bella, quae ſunt inter eam et aquilam. *Alii putant* Galgulum. Suet. in Iul. Caeſ. c. 81 Pridie autem easdem Idus, auem regaliolum cum laureo ramulo Pompeianae curiae ſe inferentem, volucres varii generis proximo nemore proſecutae ibidem diſcerpſerunt. Vet. Gloſſ. Regauiolus σπίννος. *it.* βασιλίσκος ὀρνύφιον. *Agit de ea aue Simonis Falc. Aurati Epiſtola ad Scalig. in Sylloge Burm. T. 2 p. 312.*

REGALIS, *vid.* REGO.

REGAMMANS, antis. *Figurâ literae* Γ, *gamma, formatus,* Lineae Var. de Limit. Goeſ. p. 254. Via, *vel* limes Aggen. ibid. p. 62.

REGAVIOLVS, *vid.* REGALIOLVS.

REGĔLO, āre. *Contrarium eſt ſuo ſimplici, Gelu reſoluere.* Columel. 1, 5, 8 Regelari ortu ſolis. Idem 2, 16 Alter quod aſſiduis humoribus rigens hoc adhibito regelatur. *Et neutral.* 11, 2, 7 Itaque dum hae regelare ſinuntur *vites.* Idem 10, 77 Poſt vbi Rypheae torpentia frigora brumae Candidus aprica Zephyrus regelauerit aura. Varro R. R. 1, 57, 3 Granaria, quae ventus regelare ſubtus a ſolo poſſit. Sen. Epiſt. 67 Iam aetas mea contenta eſt ſuo frigore, vix media regelatur aeſtate.

REGELĀTVS, a, um. Partic. Martial. 11, 9 Succina virginea quod regelata manu.

REGELATIO, ōnis. f. Aggen. de Limit. p. 57 Gallia immodica Alpium niues in mare transmittit, et ſubitarum regelationum repentinas inundationes patitur. *Add.* Ibid. p. 70.

REGEMO, ĕre. *Gemitum edere, vt reſonare etc.* Regemunt caua buxa Sidon. Carm. 11 *ſub fin. Conf.* Stat. Theb. 5, 389.

REGENĔRO, āre. [ἀναγεννάω] *Iterum ſiue rurſum generare.* Plin. 12, 1 Platani ſatae regenerauere vitium. Idem 7, 11 Signa quaedam naeuosque et cicatrices etiam regenerari. Plin. 7, 12 Indubitatum exemplum eſt Nycaei nobilis Pictae Byzantii geniti, qui adulterio Aethiopis nata matre, nil a caeteris colore differente, ipſe auum regenerauit Aethiopem, *h. e. Niger natus eſt, qualis fuerat auus, quum tamen alba eſſet mater. Sic idem* Plin. 14, 22 Nec alio magis Druſus Caeſar regeneraſſe patrem Tiberium ferebatur.

REGENERATIO, ōnis. f. *Vox eccleſiaſtica, apud Patres paſſim, et in Vulg. Nou. Teſt. Interpr. occurrens.*

REGERMĪNO, āre. [ἀναβλαστάνω] *Iterum germinare.* Plin. 16, 33 Et in Aenaria ſuccisa regerminat.

REGERMINATIO, ōnis. f. [ἀναβλάστησις] Plin. 17, 20 ſ. 34 *pr.* Regerminatione caedua, vel ſalice laetior. *cum caeditur regerminat magis quam ſalix.*

REGĔRO, ſſi, ſtum, ĕre. [ἀντιβάλλω] *Retro portare, reducere, reiicere.* Plin. 2, 9 In coitu quidem non cerni, quoniam hauſtum omnem lucis auerſa illo regerat, vnde acceperit, *de Luna.* Columel. 2, 20 Deinde quum ad alteram partem areae peruenerint, in aceruum culmos regerant. Regerere radices in ſummum Columel. 3, 11, 4. Oratio ſimilis commentariis puerorum, in quos ea, quae aliis declamantibus laudata ſunt, regerunt Quinctil. 2, 11, 7. *Sic eſt etiam in MS. optimae notae, quem laudat Voſſ. de Vit. Serm. 1, 18. Et ſic plerique ediderunt, ipſe etiam Burm. qui maluit* digerunt, *quod habet*

bet etiam MS. Gothanus. Vid. mox REGESTVS. ¶ 2 *Metaphor. viciſſim obiicere.* Culpam communem regerere in aliquem Plin. Epiſt. 10, 30. Contagia regerere Plin. 28, 4. Crimen alicui regerere, *i. In aliquem reiicere* Senec. Hippol. v. 718. Inuidiam regerere in aliquem Quinctil. 11, 1. Cic. Fam. 15, 19 Pro quo tibi proxima epiſtola tot ruſticos Stoicos regeram, vt Catium Athenis natum eſſe dicas.

REGESTVS, a, um. Partic. Iudiciumque ſuae vocis tellure regeſta Obruit. *Proprie. Sic* Regeſta humus Columel. 11, 3, 5. Idem 3, 11, 7 Etiam duriſſimum tophum vel carbunculum, ſimul atque ſunt confracti, et in ſummo regeſti, — putreſcere — ac reſolui. *Subſtant.* Id. 4, 1, 3 Si ager bipalio moueatur, et deprimantur ſemina in regeſto, quod eſt fermentatum. *Verum* Columel. 3, 13, 8 Cum a ſuperiori parte in inferiorem detrahitur humus, vix iuſtum paſtinationi praebet regeſtum, niſi multo editiorem ripam, quam in plano feceris: *videtur prima poſitio eſſe* REGESTVS, ûs. Ouid. Met. 11, 188 Regeſta crapula veſtem inquinare, *i. vomitu reiecta.* Apuleii *eſſe dicitur: negat Index.* ¶ 2 *In librum relatus.* Quinctil. 3, 6, 58 Sunt enim velut res regeſtae in hos commentarios, quas adoleſcens deduxerat ſchola. *de rhetoricis Ciceronis. Sic diſerte in MS. Voſſii laudato in* REGERO, *et aliis libris optimis: et videtur non improbabilis metaphora, a terra ſ.* humo regeſta, *i. ſedibus ſuis mota et repoſita laxius. Add.* REGESTVM.

REGESTVM, i. n. *Significationem, quam habet apud ruſticos, iam declarauimus. Vid.* REGESTVS. ¶ 2 *Recentiori aetate ad literas, ad breuiaria quaedam et lemmata, breuesque adeo commentarios referri ſolet: cuius rei auctoritatem ab ipſo forte Fabio repetendam modo dedimus in* REGESTVS. Regiſtrum *recentium linguarum hinc ortum eſſe, non eſt dubium.* Vopiſc. in Probo 2 Vſus etiam ex regeſtis ſcribarum porticus Porphyreticae. Regeſtum vocatur liber continens memorias aliorum librorum et epiſtolarum in vnum collectas Iſid. in Gloſſ. ad hoc Prudentii in Rom. v. 1131 His in regeſtis eſt liber caeleſtibus. Quae in regeſtis diuerſorum officiorum relata ſunt Theodoſ. Imp. Praef. ſui Cod. *Occurrit quoque ſaepius in eod.* Cod. *Vid. Iac. Gothofr. ad* l. 14 C. Th. de Indulgentiis debitorum.

REGIA, ae. *vid.* REGO.

REGIESCO, *vid.* REGLISCO.

REGIFVGIVM, i. n. Feſtus dies apud Romanos VI Cal. April. quo die fugiſſe Tarquinios Hiſtoria antiquitatis teſtis meminit. *Vid.* Auſon. Ecl. de Feriis Rom. v. 13 Nec Regifugium pulſis ex vrbe tyrannis Laetum Romanis fas reticere diem. *Vid.* Ouid. Faſt. 2, 685 *ſqq. et ſupra* FVGALIA.

REGIGNO, ĕre. [ἀναγεννάω] *Iterum gignere. Hinc Paſſiuum* Lucret. 5, 245 Quapropter maxima mundi Quum videam membra, ac partes conſumta regigni.

REGILLA, ae. f. [βασιλική] *Videtur* Veſtis, *ſi* Nonium *audimus* 14, 3 Diminutiue a regia dicta vt et baſilica. *Laudat* Plaut. Epid. (2, 2, 39) An regillam induculam, an mendiculam? Varro . . . Regillam tunicam diſtingitur purpura. Regillis, tunicis albis, et reticulis luteis, vtriſque rectis, tectis ſurſum verſum a ſtantibus pridie nuptiarum virgines indutae cubitum ibant ominis cauſa, vt etiam in togis virilibus dandis obſeruari ſolet. Feſtus. *Vid. mox Recta* tunica, *it.* RECTVS *ſub* REGO.

REGILLVS, i. m. βασιλίσκος Gloſſ. Vet.

REGILLVS, i. m. [Ῥήγιλλος] *Lacus eſt, ad quem Aulus Poſtumius dictator proſpere aduerſum Tarquinium Superbum patria eiectum et Latinos bellum inferentes pugnauit.* Liu. 2, 19.

REGILLI, orum. m. *Pl. Oppidum eſt in Sabinis.* Suet. Tiber. c. 1.

REGIMEN, REGINA, REGIO, *vid.* REGO.

REGISTRVM, i. n. *Corrupta vox ex* Regeſtum. *Vid. Voſſ. de Vit. L. L. 1, 18. et 3, 41.*

REGLESCO *vel* REGLISCO, *ſubinde creſco vel gliſco, vnde compoſitum videtur. Fundus verbi eſt* Feſtus, *apud quem ita reſcribit Scaliger,* Regleſcit cum dixit Plautus, ſignificat creſcit, in illo verſu, Nihil ſupereſt, vae miſero mihi, ac regleſcit dolor. Vnde etiam Glires dicti videntur, quibus corpus pinguitudine adcreſcit. *Quidam libri* Regieſcit, *vnde* REGIESCO *in Theſaurum Rob. Stephani venit.*

REGLVTĬNO, āre. [ἀποκολλάω] *Contrarium ſuo ſimplici* Glutinare. Catull. ad Thallum ſ. 25, 9 Quae nunc tuis ab vnguibus reglutina et remitte: *de rebus furto ablatis.* ¶ 2 Reglutinare, *Redintegrare, denuo coniungere.* Prudent. Periſteph. 10, 873 Vel amputatum plaga collum diuidens Rurſus coibit ac reglutinabitur.

REGLVTINĀTVS, a, um. *Vt,* Reglutinatis luminibus Mart. Capel. 6 p. 191. *i. denuo apertis.*

REGLVTINŌSVS, a, um. Adi. [κολλώδης] *Valde glutinoſum volunt ſignificare, laudantque* Plin. 11, 15 Sequens probatio vt ſit odoratum ex dulci acre, reglutinoſum, perlucidum: *ſed* Glutinoſum *recte editur: Syllaba* re *repetita ex* acre.

REGNO, REGNVM, *vid.* REGO.

REGO, rexi, rectum, ĕre. [ἰθύνω] *A verbo ducere non multum differt: ſignificat enim, vel oſtendere viam, et rationem agendi, vel per illam agere: et hinc gubernare etiam, et imperare etc.* Virg. Ecl. 4, 17 Pacatumque reget patriis virtutibus orbem. Nemo poteſt regere, niſi qui regi Sen. de Ira 2, 15. Cic. in Somn. Scip. 19 Siquidem deus eſt qui viget, qui ſentit, qui meminit, qui prouidet, qui tam regit et moderatur, et mouet id corpus, cui praepoſitus eſt, quam hunc mundum princeps ille Deus. Ter. Eun. 1, 1, 13 Here, quae res in ſe neque conſilium, neque modum Habet vllum, eam Conſilio regere non potes. Cic. Att. 10, 7 Hoc autem vitium puto te exiſtimare non noſtra indulgentia, ſed a natura profectum, quem tamen nos diſciplina regimus. Poëta *apud* Cic. pro Muraen. c. 28 Non multa peccas; ſed ſi peccas, te regere poſſum. Aut, ſi non odit, regit, et, veluti pia mater, Plus quam ſe ſapere, et virtutibus eſſe priorem Vult Hor. Epiſt. 1, 18, 26. Scipionem ea auctoritate eſſe, vt non ſolum libere, quae probaſſet, exponere, ſed etiam ex magna parte compellere atque errantem regere poſſet Caeſ. B. C. 3, 57. Summas, domine, ago gratias, quod iis, de quibus te conſului, me quoque regere dignatus es Plin. Ep. 10, 64 *pr. Conf.* Ibid. Ep. 85. Arua lapis regit certis finibus Tibull. 1, 3, 44. Animum regere Hor. Epiſt. 1, 2, 62. Animos dictis regere Virg. Aen. 1, 157. Bella regere Sil. 7, 47. Curſus Virg. Aen. 6, 350. Auriga Darii, qui ante ipſum ſedens Equos regebat Curt. 4, 15, 28. Lunaque nocturnos alta regebat Equos Ouid. Triſt. 1, 3, 28. Cic. pro Muraen. c. 21 Ille exercitatus eſt in propagandis Finibus, tu in regendis. Fines regi dicuntur (*inquit* Boëthius Topic. 2) quando agri propoſitis terminis finiuntur. Nam Regere antiquae legis XII Tab. ſignificatione, eſt ſuis finibus terminatum habere et ſtatuere. Iuſtinian. l. 4 tit. De officio iud. §. vltimo, Si finium regundorum actum fuerit, *etc.* Habenas regere Ouid. Faſt. 1, 25. Imperium regere Virg. Aen. 1, 344. Italiam imperiis grauidam Idem ibid. 4, 230. Ingenium alicuius Plaut. Bacch. 3, 3, 90. Iter rexit lino Theſeus Propert. 2, 14, 8. Mentem ſuam Lucan. ad Piſon. 56. Mores regere ſuo exemplo Ouid. Met. 15, 834. Naturam ſuam verſare et regere ad tempus Cic. pro Cael. 13. Opes Ouid. Met. 14, 773. Ora equi Ouid. Met. 8, 34. Idem Rem. Am. 338 Omne Papillae Pectus habent tumidae; faſcia nulla regat. Populos imperio Virg. Aen. 6, 851. Ratem arte Ouid. Triſt. 1, 4, 12. Rates gubernacula regunt, *h. e. Dirigunt* Plin. 12, 19. Rates reguntur remo Ouid. de Arte Am. 1, 3. *al.* Mouentur. Res imperio. Virg. Aen. 1, 234 O, qui Res hominumque deûmque Aeternis regis imperiis. Cic. Off. 1, 92 Illud autem eſt iudicandum, maximas geri res et maximi animi ab iis, qui Reſpubl. regunt: quod earum adminiſtratio latiſſime pateat. Semet ipſum Cic. Fam. 4, 14. Senatum conſiliis Quinctil. 2, 16. Vrbes regere in longa pace Virg. Aen. 7, 46. Vrbes conſiliis Quinctil. in Prooem. 1.

REGENS, entis. Partic. Virg. Aen. 6, 30 Caeca regens filo veſtigia. Componitur orbis Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus Humanos edicta valent, quam vita Regentis Claud. Conſ. Hon. 4, 299. Fortuna ita regente Iuſtin. 1, 9, 23.

REGENDVS, a, um. Partic. [ἰθυντέος] Senec. Octau. 8 Regenda magis eſt feruida adoleſcentia. Iuuenem ſuſcipere regendum Cic. Att. 10, 6.

REGĬTO, āre. Frequentat. [ἰθύνομαι] *Laudatur* Varro de R. R. c. 57 Granaria in agro quidam ſublimia faciunt, vt in Hiſpania citeriore, et in Apulia: ita vt non ſolum a lateribus per feneſtras, ſed etiam ſubtus a ſolo ventus regitare poſſit. *Sed parum rei aptum, et nullius auctoritatis, ne hic quidem verbum: Regelare eſt a Victorio.*

RECTVS, a, um. Partic. [εὐθυνθείς] *Vt,* Rectus ad ingenium bonum Plaut. Bacch. 3, 3, 8. Nec vnquam conſilia iudicio exercitus, ſed exercitus prouidentiâ ducis rectus eſt Vell. 2, 115 *extr.* Poſt praetoria recta Galliarum Sidon. Epiſt. 3, 12. ¶ 2 *Sed longe frequentius Adiectiui formam habet, et curuo, obliquo, prauo, vitioſo opponitur.* Plin. 12, 19 Recto curſu. Acies recta oculorum, *vid.* ACIES. Animus rectus iudicii Sen. de Vita beata . . . Coena recta, *quae* Recta *ſimpliciter interdum vocatur, vid.* COENA, *it.* SPORTVLA. *Huic enim opponitur.* Coma rectior, *Criſpae opponitur* Senec. Epiſt. 95 p. 462 Ne quis cui rectior eſt coma criſpulis miſceatur. Cic. Att. 13, 20 In omni vita ſua quemque a recta Conſcientia transuerſum vnguem non oportet diſcedere. Conſilium rectum et tutum capere Ter. Heaut. 2, 3, 86. Idem Andr. 2, 1, 11 Quum valemus, recta conſilia aegrotis damus. Crura rectiora Pallad. Iun. c. 7. Flumine recto et ripis ipſe ego te dicam Virg. Aen. 8, 37. Recto Fronte caeteros ſequi ſi norit Cato *apud* Feſtum *in* Recto: *qui addit* antiquae *id* conſuetudinis *fuiſſe. Videtur idem fuiſſe, quod intrepide, et ſine pudore.* Indoles recta, *i. Bonae naturae* Senec. Hippol. 20. Ingenia recta, *i. Non deprauata* Idem ibid. 21. Lux recta aut obliqua Lucret. 2, 799. More recto ſeruat munia vitae Hor. Epiſt. 2, 2, 131. Oratio: *vid.* Sen. Rhet. in Prooem. *Voſſ. Inſt. Or. 4 p. 81.* Ore recto voces emittere foras Lucret. 4, 552. Platea recta ſurſum Ter. Adelph. 4, 2, 35. *vt* Via recta. Saxa Liu. 21, 36 *pr.* Hor. Epiſt. 2, 1, 176 — Poſt hoc Securus cadat, an recto ſtet fabula talo. *i. Parum ſolicitus poſt hoc, vtrum exſibiletur, atque explodatur comoedia, an probetur.* Recto talo *dixit per tralationem, quia qui ſtant,* recto ſunt talo. *Ita dicebant* Stare fabulam, *quae attente audiretur, et quae placeret:* Cadere *et* excidere *hiſtriones, qui explodebantur. Lambinus.* Truncus rectus Ouid. Met. 2, 822. Rectae *intell.* Tunicae. Feſtus: Rectae appellantur veſtimenta virilia, quae patres liberis ſuis conficienda curant ominis cauſa; ita vſurpata, quod a ſtantibus et in altitudinem texuntur. *Vid.* TEXO. Plin. 8, 48 *de Tanaquile,* Ea prima texuit rectam tunicam, quales cum toga pura tironi induuntur, nouaeque nuptae. *Conf.* REGILLA. Ter. Phorm. 2, 1, 80 Eo recta via quidem illuc. Cic. in Catil. 1, 23 Recta perge in exilium. *intell.* via. Ter. Heaut. 4, 3, 28 Immo vt recta Via rem narret ordine. Via rectior Liu. 21, 31. Via recta animi Prop. 3, 5, 10. Vitae rationem rectae, honeſt[a]eque (vt quidam putauerunt) ad philoſophos relegandum non conceſſerim Quinctil. 1 Prooem. *Compar.* Hor. Serm. 1, 2, 82 Nec magis huic niueos inter viridesque lapillos, tenerum eſt femur, aut crus Rectius: Longa trabe rectior Ouid. Met. 3, 78. *Superl.* Cic. de Orat. 2, 206 Ego mehercule, inquit, Antoni, ſemper is fui, qui de te oratore ſic praedicarem, vnum te in dicendo videri rectiſſimum. ¶ 3 Rectum, *Subſtant.* Scribon. 227 In rectum ſurgentes rami. Ouid. Met. 2, 715 Iterque Non agit in rectum, ſed in orbem curuat eundem. *Et per translationem.* Hor. Epiſt. 2, 2, 44 Curuo dignoſcere rectum, *h. e. Quid ſit vitium, quid virtus.* Ea maxime conducunt, quae ſunt rectiſſima Cic. Fam. 5, 19. Neque id putabit prauumne an rectum ſiet Ter. Heaut. 3, 1, 75. Cic. Att. 6, 9 Sauſeium ſine meis literis ad te venire vix rectum erat. *i. Honeſtum.* Rectius pulchriusque eſt, ex communibus iniuriis aliquem odiſſe, quam propriis Plin. Paneg. c. 90, 2. Hor. Epiſt. 2, 1, 63 Interdum vulgus rectum videt, eſt vbi peccat. Cic. Acad. 1, 16 Tertia de diſſerendo, et quid verum, et quid falſum, quid rectum in oratione, prauumue, quid conſentiens, quid repugnet iudicando. Amor recti Stat. Silu. 5, 3, 248. Conſcia mens recti Virg. Aen. 1, 608. Ouid. Faſt. 4, 311. Capeſſere recta Hor. Serm. 2, 7, 7. Colere rectum Ouid. Met. 1, 90. Defendere rectum, *vid.* DEFENDO. Recta et vera Loquere Plaut. Capt. 5, 2, 7. Praeponere rectum vtilibus Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 103. Seruare animi rectum Hor. Serm. 2, 3, 201. Trahat nos quidue ad amicitias, vſus, rectumne Hor. Serm. 2, 6, 75.

RECTA. [ἰθύ, εὐθύ] *Aduerbium ortum ex Ablatiuo* recta *intell.* via. Ter. Eun. 1, 2, 7 Cur non recta introibas? Cic. de Fin. 5 *extr.* Sed tempus eſt, ſi videtur, et recta quidem ad me. Idem Verr. 5, 159 Si recta iter eſſe Romam, Verri ſe praeſto aduenienti futurum. *Et* Att. 4, 5 Tu de via recta in hortos. E naui recta ad me venit Cic. Att. 6, 8. *Add.* Ibid. 5, 14.

RECTE. Adu. [ὀρθῶς, καλῶς] *Eandem ſignificationis varietatem habet.* Cic. Acad. 4, 98 Recte concluſit, teneo: ſin vitioſe, minam Diogenes reddet. Auguraris recte de me, bene enim tibi cognitus ſum Cic. Att. 9, 19. Recte an ſecus, nihil ad nos Cic. in

in Piſon. 68 c. 28. Recte atque ordine facere, *vid.* ORDO. *Proprie de linea recta* Cic. de Fin. 1, 20 Siue aliae declinabunt, aliae ſuo nutu recte ferentur. *Et* ibidem, Hoc erit quaſi prouincias atomis dare, quae recte, quae oblique ferantur. Recte, *in reſponſione.* Ter. Hec. 3, 2, 20 Quid tu igitur lacrimas? aut quid es tam triſtis? PA. recte mater. *Vbi* Donatus: Recte mater, Sic dicimus, quum ſine iniuria interrogantis aliquid reticemus. Alii Recte ſic accipiunt, vt intelligant, Nihil eſt mali. *Nempe* Recte *reſpondent, qui non volunt amplius interrogari.* Ter. Eun. 2, 3, 49 Dum haec dicit, abiit hora, rogo, Nunquid velit? Recte, inquit: abeo. Idem in Heaut. 2, 1, 16 Tum quod ei dem: recte eſt: nam nihil eſſe mihi, religio eſt dicere. *Abrupte loquitur Clitipho:* Tum quod ei (*Bacchidi*) dem: *hic naturaliter debebat dicere* nihil eſt: *ſed cauet omen. Itaque ſubiungit potius, quod ſolent reſpondere, qui non volunt amplius interrogari. Sed etiam ſic reſpondent, qui affirmant.* Ter. Adelph. 3, 3, 79 S. Tu rus hinc abis? D. recte. Recte facitis, Gratiarum actio eſt, *interprete* Donato Ter. Eun. 5, 8, 54 Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus eſt. C. idem arbitror. G. recte facitis. *Et conditionem ſuam probantis, vt* Ter. Adelph. 5, 5, 3 Quis homo? Syre noſter, ſalue: quid fit? quid agitur? S. recte. D. optime eſt. Idem Hec. 4, 1, 17 Praeſertim quum et recte, et tempore ſuo pepererit. Ter. Andr. 5, 4, 53 Vinctus eſt. P. pater, non recte vinctus eſt: *improbat factum. Sed ludens pater reſpondet* At ita iuſſi, *nempe* recte vinciri *phyſice, vt vinctum ſe ſentiat, vt commouere ſe non poſſit, ſed pendens poenas det.* Ter. Andr. 4, 5, 27 Recte ego ſemper fugi has nuptias. Cic. de Aruſp. Reſp. 48 c. 23 Augures interrogabant, quae ita lata eſſent (*cum aliquis de caelo ſeruaret*) rectene lata eſſent: illi vitio lata eſſe dicebant. Quinctil. 5, 10, 6 Poteſt videri hoc nomine recte abuſus. *Nempe* abuſus *pro* vſus *ponit.* Tabernaculum recte captum Cic. de Diuin. 2, 75. Recte, *apud Iuriſconſ. maxime in ſtipulationibus, idem fere eſt, quod ſine metu periculi ac damni: Vt* l. 73 de V. S. Haec verba, HIS REBVS RECTE PRAESTARI, hoc ſignificant, ne quid periculum vel damnum ex ea re ſtipulator ſentiret. *Sic* l. iam tamen 5 §. 3 D. iud. ſol. Cato de R. R. 144 *et* 146. Varr. 2, 4. *Sic alias, vt* Cic. Fam. 14, 14 Si ille Romam modeſte venturus, recte in praeſentia domi eſſe poteſtis. *Sic mox* n. 2. Dare *et* Eſſe. Nec recte, *vid.* Necrecte. ¶ 2 *Reliquas formulas elementorum ordine diſponimus:* Cic. Verr. 4, 5 c. 3 Sed earum artificem: quemnam? recte Admones, Polycletum eſſe dicebant. *Simulat haeſitare ſe, memoriam non ſtatim ſubiicere ſibi nomen, deinde a ſuorum aliquo inſuſurratum ſibi.* Conuiuari recte, *vid.* Recta coena, *in* COENA. Cic. Fam. 1, 7 Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, quibus recte dem: non praetermittam. *i. Quibus tuto et citra periculum dare poſſim literas.* Cic. Att. 13, 48 Vt ipſe ei Puteolis fundum recte mancipio Dare poſſet. Dicere non recte alicui, *pro Maledicere* Plaut. Pſeud. 4, 6, 23. *et* Aſin. 1, 3, 3. *et* Bacch. 4, 4, 83. Ter. Adelph. 4, 3, 18 Et recte et verum Dicis. Plaut. Capt. 5, 2, 7 Recte et vera loquere: ſed neque tu vere neque recte adhuc feciſti vnquam. Cic. Att. 14, 16 *extr.* De Attica pergratum mihi feciſti, quod curaſti ante ſcirem ei recte Eſſe, quam non belle fuiſſe. Idem de Clar. Orat. 331 Quae ſi recte Eſſent. *i. Si omnia bene et commode cederent.* Cic. Att. 16, 9 Qui minus autem ego iſtic recte Eſſe poſſim, quam eſt Marcellus? Eſt recte apud matrem Cic. Att. 1, 7. Facere alicui recte Plaut. Aul. 2, 5, 12. *Sic* Ter. Adelph. 3, 3, 72 Illud recte (*intell.* Factum) iterum ſic memento. Neque recte aut turpiter Factum celari poterat Caeſ. B. G. 7, 80. Cic. Acad. 1, 36 Sic inter recte factum atque peccatum, officium et contra officium, media locabat quaedam: recte ſola, *etc.* Ferre moleſtias recte, *i. Patienter* Ter. Eun. 1, 1, 33. Idem Heaut. 5, 2, 43 Sat recte hoc mihi in Mentem venit. Miniſtrare recte Hor. Serm. 2, 8, 70. Olere recte, *Bene olere* Plaut. Moſtel. 1, 3, 113. Idem Bacch. 2, 3, 114 Ille eſt Oneratus recte, et plus iuſto ſecum vehit. Ponere otia recte Hor. Serm. 2, 7, 112. Cic. Att. 13, 17 Attica noſtra quid agat ſcire cupio, etſi tuae literae (ſed iam nimis veteres ſunt) recte Sperare iubent, *i. bona omnia.* Suades recte Ter. Heaut. 5, 2, 43. Plaut. Bacch. 2, 2, 14 Quia ſi illa inuenta eſt quam amat, viuit, recte Valet. Viuere recte Hor. Epiſt. 1, 6, 29. ¶ 3 *Obſeru. Ad Logicam bonitatem, et iuſtam ratiocinationem ſpeciatim pertinet:* Epicurus circuitione quadam deos tollens, recte non dubitat diuinationem tollere Cic. de Diuin. 2, 40. *Compar.* Fieri rectius Pallad. 11, 4. Plaut. Merc. 4, 4, 62 Eadem licebit mox coenare rectius. Meminiſſe rem rectius Idem Epid. 4, 1, 26. Perſpicere rectius Lucret. 1, 157. Aetate Sapimus rectius Ter. Adelph. 5, 3, 46. Tenere rem rectius Plaut. Amph. prol. 110. Valere rectius Id. Trin. 1, 2, 125. *Superl. vt,* Rectiſſime animaduertere Cic. de Legib. 3, 12 c. 5. Probare rectiſſime Vlp. l. 54 §. 4 Dig. pro ſocio.

RECTO. Adu. Anton. et Verus apud Papir. l. 21 *pr.* D. de Appellat. Appellationes, quae recto ad Principem factae ſunt. *Idem quod* recta: recto *itinere*, recta *via.*

RECTIO, ōnis. f. [ἴθυνσις] *Adminiſtratio, gubernatio.* Cic. de Fin. 5, 11 c. 4 Quum autem tertia pars bene viuendi praecepta quaereret, ea quoque eſt ab iisdem, non ſolum ad priuatae vitae rationem, ſed etiam ad Rerumpub. rectionem relata. Omnium rerumpubl. rectiones Id. ib. 4 c. 22.

RECTOR, ōris. m. *et* RECTRIX, īcis. f. [εὐθυντὴρ, εὐθυντὶς] *Qui vel quae regit.* Cic. de Nat. Deor. 2, 90 Intelligere ineſſe aliquem non ſolum habitatorem in hac caeleſti ac diuina domo, ſed etiam rectorem et moderatorem, et tanquam architectum tanti operis, tantique muneris. Rectorem quoque ſolitus eſt apponere aetate paruis aut mente lapſis, donec adoleſcerent aut reſipiſcerent Suet. Aug. c. 48. Columel. 3, 10 Videmus hominibus inſpiratam velut aurigam, rectricemque membrorum animam. Plin. 37, 13 (12) Italia rectrix parensque mundi altera. Maieſtas rectoris Sil. 15, 417. Diuûm Iuppiter maximus rector Virg. Aen. 8, 572. Elephanti rector Curt. 8, 14, 33. Afranius, Burrhus, et Annaeus Seneca, rectores imperatoriae Iuuentae Tac. Ann. 13, 2, 1. Iuuenum rectores Virg. Aen. 9, 173. Ael. Seianus, magna apud Tiberium auctoritate, recto Iuueni Tac. Ann. 1, 24, 3. Olympi rector Ouid. Met. 9, 498. Pelagi Idem ibid. 1, 331. Populorum centum Id. ibid. 7, 481. Regum rector maximus Sen. Troad. 10. *Conf.* Rutil. Itin. 1, 555. *et h. l. Barth.* Reipub. rector et conſilii publici auctor Cic. de Orat. 1 c. 48. Superûm Ouid. Met. 1, 668. *De varia vocis Rectoris fortuna eſt commentatio Erici Simonis Henrici a Seelen, Lubecae 1742 edita.*

RECTITVDO, inis. f. Aggen. in Goeſ. Agrar. p. 46 Rigor ſuae rectitudinis naturalis nomen accepit.

RECTIFACIO, ĕre. ὀρθοποιῶ Gloſſ. Gr. Lat.

RECTVRA, ae. f. *Vt*, Rectura limitum, apud rei agrariae ſcriptores. *Vid.* Goeſ. Ind. et Rigalt. Gloſſ. *inpr.* Frontin. p. 331 *et* 335 ſeqq.

REGIBĬLIS, e. Adi. *Quod facile regitur. vt*, Acies regibilis Ammian. 19, 15. Iuuentus regibilis Idem 15, 2 (16, 12) Miles regibilem ſe fore pollicitus et morigerum Ammian. 24, 3.

REGĪMEN, inis. n. [εὔθυνσις] *Ipſa rectio.* Liu. 3, 33 Regimen totius magiſtratus penes Appium erat, fauore plebis. Ciuitas, vnde in omnia regimen Tac. Ann. 3, 47, 2. Vobis arma et animus ſit: mihi conſilium et virtutis veſtrae regimen relinquite Idem Hiſt. 1, 84, 3. Plin. 7, 16 Vocis, ſermoniſque regimen primores tenent dentes. In quo conſilium vitae, regimenque locatum eſt Lucret. 3, 95. Cruentum regimen manu tractare, Regere in Tyrannide Stat. Theb. 11, 658. Lentum regimen nauis Senec. Agam. f. 6.

REGIMENTVM, i. n. *Idem quod* Regimen. Arcad. in l. 1 §. 1 De offic. praef. praet. Regimentis Reipub. ad Imperatores perpetuo translatis, *etc. Adde* Ammian. 28, 1. *et* 25, 9. *Conf. Voſſ. de Vit. L.* L. 3, 41.

REGŬLA, ae. f. [κανὼν] *Norma, qua lineae diriguntur, quaſi menſuram regens.* Pallad. 1, 9, 2 Regula exploraueris aequale. Columel. 3, 13 Nam duas regulas eius latitudinis, qua paſtinator ſulcum facturus eſt, in ſpeciem Graecae literae X decuſſauimus: atque ita mediae parti, qua regulae committuntur, antiquam illam ciconiam infiximus. Lucret. 4, 516 Denique vt in fabrica, ſi praua 'ſt regula prima. *Quo loco Lambinus*, Regula, *lignum eſt rectum, oblongum, et latum, quo fabri vtuntur ad exigendas rectitudines, et parietes aedificiorum dirigendas. Fiunt etiam e ferro regulae. Haec ille. Conf.* P. *Faber Agoniſt.* 2, 7. *Hinc regulae dicuntur bacilli quicunque recti, etiam ad aliam rem adhibiti, vt* Columel. 6, 26, 2 Duabus anguſtis ligneis regulis, veluti forcipibus apprehendere teſtium neruos. *Tales ſunt apud* Pallad. Mai. 7, 1 *et* 4. *it.* Veget. Mulom. 2, 41, 3. *et* 2, 47, 3. *Et in* prelo oleario Columel. 12, 50, 10. *Eſt et in inſtrumento chirurgico* Celſ. 8, 10. Regula et Norma quid differant, *vid.* NORMA. ¶ 2 *Transfertur, vt ipſum verbum* Rego, *ad alia, in quibus eſt vis quaedam exempli aut praecepti etc.* Pſeudo-Cic. in Salluſt. 4 Primum igitur quoniam omnium Criſpus Salluſtius ad vnum exemplum et regulam quaerit. Cic. Off. 2, 59 In his autem ipſis Mediocritatis regula optima eſt. Plin. Epiſt. 9, 26 Sed Demoſthenes ipſe ille Norma oratoris et regula. Cic. Acad. 4, 29 Hanc eſſe regulam totius Philoſophiae, conſtitutionem veri, falſi, cogniti, incogniti. Omnium vna regula eſt, quam cupio tibi eſſe notiſſimam, *etc.* Cic. Off. 3, 81. Aberrare a regula et praeſcriptione vitae Cic. Acad. 4 c. 46. Idem de Fin. 1, 63 Seruata illa, quae quaſi delapſa de caelo eſt ad cognitionem omnium, regula, ad quam omnia iudicia rerum dirigentur. *Conf.* Idem de Opt. gen. Orat. *extr.* Habere regulam, qua vera et falſa iudicentur Cic. de Clar. Orat. 152. Adſit regula, peccatis quae poenas Irroget aequas Hor. Serm. 1, 3, 118. Quinctil. 9, 4 Neque enim loquuti ſunt ad hanc regulam et diligentiam primi homines. Paullus ICtus l. 1 ff. de R. I. Regula eſt, quae rem, quae eſt, breuiter enarrat. Non ex regula ius ſumatur, ſed ex iure quod eſt regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, et, vt ait Sabinus, quaſi cauſae coniectio eſt. Quae ſimul cum in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum.

REGVLĀRIS, e. Adi. [κανονικὸς Gloſſ. Cyrill.] *Quod ſecundum regulam eſt, vt vulgo capiunt, vel quod regulae ſ. bacilli formam habet.* Plin. 34, 8 ſ. 20 *vbi de* Cyprio aere, Regulare et in aliis fit metallis, itemque caldarium. Differentia, quod caldarium funditur tantum, malleis fragile, quibus regulare obſequitur, ab aliis ductile appellatum, quale omne Cyprium eſt. Sed et in caeteris metallis diſtat a caldario. Omne enim purgatis diligentius igni vitiis, excoctiſque regulare eſt. *Apparet, regulare eſſe, quod in regulas, i. bacillos formatum eſt. Conf.* Iſidor. 16, 19.

REGVLARĬTER. Adu. [κανονικῶς Gloſſ. Lat. Gr.] Vlpian. in l. Quod ſi ſeruus §. 2 D. de in rem verſo, Et regulariter dicimus toties de in rem verſo eſſe actionem. Idem in l. Regulariter definiendum eſt. De petit. hered. *Conf.* Macrob. Somn. Scip. 1, 20. Auguſtin. de Doctr. Chr. 2, 29.

REGVLĀTIM. Adu. *Idem.* Veget. de Re Vet. 2, 41, 3 Regulatim et ſollemniter curare. *Add.* Diomed. 1 p. 402.

REGVLO, āre. Cael. Aurel. Tard. 3, 4, 62 Regulantur vel diriguntur eorum virtutes non natura loci.

REX, rēgis. m. [βασιλεὺς, ἄναξ] *Qui regnum poſſidet et regit: eſtque ſummae poteſtatis et maieſtatis nomen, quamquam pro ingeniis, moribus, legibus, perſonarum et populorum, aut nulli ſint, aut diuerſi plane limites illius poteſtatis.* Componitur orbis Regis ad exemplum Claudian. 4 Conſul. Honor. 299. Cic. Off. 2, 41 Mihi quidem non apud Medos ſolum, vt ait Herodotus, ſed etiam apud maiores noſtros iuſtitiae fruendae cauſa videntur olim bene morati reges conſtituti. Cic. de Fin. 3, 75 Rectius enim appellabitur rex, quam Tarquinius, qui nec ſe, nec ſuos regere potuit. Reges, *de rege et regina* ad Ptolemaeum Cleopatramque reges Liu. 27, 4. *Conf.* Id. 44, 19. *Quin etiam liberi et affines, quo tempore nullam adhuc partem habent imperii.* Caeſ. Bell. Ciu. 3, 107 Controuerſias regum ad Populum Rom. et ſe, quod eſſet Conſul, pertinere exiſtimans, *de Ptolemaei regis Aegyptiorum liberis. Conf.* c. 109. *it.* Cic. Verr. 4 c. 27. Sall. Iug. 27. *Vid. German. Valens Guellius ad* Virg. Ecl. 3, 106 Dic quibus in terris inſcripti nomina Regum Naſcantur flores? *Caeterum hoc nomine vtuntur Romani, Graecos imitati, paene ſpecialiter de Perſarum regibus, apud* Ter. Eun. 3, 1, 7. *et* Heaut. 1, 5, 64. Nep. 9, 4, 1. *et* 17, 2, 1. Triumphi regum Ouid. Amor. 1, 15, 33. Caelicolûm rex Virg. Aen. 3, 21. Deorum Hor. Carm. 4, 4, 2. Diuûm pater, et rex hominum, Iuppiter Virg. Aen. 1, 69. Olympi magnus rex Idem ibid. 5, 533. Nominis ingentis, *vid.* INGENS. Regum rex, *de Agamemnone apud* Cic. Fam. 9, 14 *pr. ſ.* Att. 14, 17 *pr. De rege Perſarum* Ammian. 17, 5. *conf.* Suet. Calig. c. 5. *Sic* Cic. pro Flacco 54 c. 23 Princeps Principum Maeandrius. ¶ 2 *Epitheta quaedam:* Aequaeuus Virg. Aen. 2, 561. Fortiſſimus gentis Sidoniae Sil. 8, 212. Indomitus Lucan. 2, 581. Infernus *Pluto* Virg. Aen. 6, 106. Magni Hor. Serm. 2, 3, 45. Minantes Idem Carm. 2, 12, 12. Nemorenſis, *vid.* NEMVS. Populus late rex Virg. Aen. 1, 25. Purpureus, *i. Purpuratus, ſeu purpura ornatus* Ouid. Met. 7, 103. Semidei Stat. Achil. 2, 363. Superbus Virg. Aen. 11, 15. Timendi Hor. Carm. 3, 1, 5. Tremendus Virg. Georg. 4, 470. Colunt reges, non regna pauci Sen. Herc. Oeth. 616. Conſtituere regem

populis.

populis, *vid.* CONSTITVO. Editus atauis regibus Hor. Carm. 1, 1, 1. Expugnant reges, capiuntur, praelia miſcent Lucret. 4, 1007. Aequum atque iniquum regis imperium Feras Sen. Med. v. 195. Imminent duo reges toti Aſiae, Imponere regem alicui regioni, Inducere regem in regnum, Interceptus mortalitate rex, *vid. hh. vv.* Pati imperia regum Sen. Herc. fur. ſ. 398. Pati famulum et regem, *i. Infimam et ſummam conditionem* Sen. Herc. Oet. 228. Regis mores tota Sequitur regia Iuſtin. 30, 1, 2. Succurrere regis tectis Virg. Aen. 2, 451. ¶ 3 Regis *et* Regni *nomen Romae ab exactis inde Regibus deteſtabile, poſtquam Bruto duce iurauerant, vt eſt* Liu. 1, 59. *et* 2, 1 *Se nec Tarquinios*, nec alium quemquam Romae regnare paſſuros. *Vnum crimen* Sp. Maelii, M. Manlii, Gracchorum *affectati regni. Hinc* Rullum *iugulat* Cic. de L. Agr. 2, 15 Nihil aliud actum, niſi vti decem Reges, aerarii, vectigalium, prouinciarum — domini conſtituerentur. *Haec inuidia Caeſaris. Vid. v. g.* Cic. Fam. 12, 1 Non regno ſed rege *(Caeſare)* liberati videmur. *Add. iocus mordax* Fam. 9, 19 *pr.* Cum Reges tam ſint continentes, multo magis conſules eſſe oportere. Sueton. Iul. 49 Octauius quidam valetudine mentis liberius dicax conuentu maximo quum Pompeium regem appellaſſet, ipſum *(Caeſarem)* reginam ſalutauit. *Poſitus paullatim pudor et vbi erat regia poteſtas, etiam nomen quaſi poſtliminio admiſſum. Sic* Stat. Silu. 4, 1 *extr. ad* Domitianum, Longamque tibi, rex magne, iuuentam Annuit, atque ſuos promiſit Iuppiter annos. Spartian. Hadrian. c. 2 *inter* Virgilianas ſortes *de illo refert*, Crines incanaque membra Regis Romani. *Et* Sors de Diuo Claudio *apud* Treb. Pollion. c. 10 Regnabunt etenim tui minores, Et reges facient ſuos minores. Spartian. in Seuero c. 3 Cum audiſſet eſſe in Syria quandam, quae id geniturae haberet, vt regi iungeretur, eandem vxorem petiit, Iuliam ſcilicet. *Apud* Lamprid. c. 38 Poëta temporum Alexandri (Seueri) haec in eum dixit, Pulchrum quod vides eſſe noſtrum regem, *etc.* Idem Lampridius in Elagab. c. 34 *de praecedentibus imperatoribus*, Et minus boni reges fuerunt, et peſſimi. *Sic* Regillianus, *nonus inter* triginta tyrannos Trebellii, militari ioco regna promeruit. Nam cum milites quidam cum eo coenarent, exſtitit Valerianus tribunus qui diceret, Regilliani nomen vnde credimus dictum? Alius continuo, Credimus quod a regno. Tum is qui aderat Scholaſticus coepit quaſi grammaticaliter declinare, et dicere Rex, regis, regi, Regillianus. Milites — dixerunt, Ergo poteſt Rex eſſe? item alius, Ergo poteſt nos regere? item alius, Deus tibi regis nomen impoſuit. *Sed ſunt talia plura apud hos Scriptores, vbi* Regia *vocant, quae ad Auguſtos pertinerent. Collegerat haec et plura I. F. Gronou. Or. de Lege Regia.* ¶ 4 *Metaphor. praeſtantiam cuiusque rei in ſuo genere notat, vt* Cauſarum rex Hortenſius *apud* Aſcon. argum. Cic. Diuin. in Caecil. Apum rex Colum. 9, 10 *et* 11. Fluuiorum rex Eridanus Virg. Georg. 1, 481. *Quin* Rex armenti *taurus apud* Stat. Achill. 1, 470 Septemque Aiax vmbone coruſcat Armenti reges, *i. ſeptem pelles taurorum ſcuto ſuo intentas iactat. Sic* Regum rex *Stoicus ſapiens apud* Horat. Epiſt. 1, 1, 107. *Quo pertinet illud* Claudian. de 4 Conſ. Hon. 4, 261 Tunc omnia iure tenebis, Cum poteris rex eſſe tui. *Hunc* regem *pulchre pingit* Sen. Thyeſte in choro a v. 336. *Ponamus paucula*, 348 Rex eſt, qui poſuit metus — 388 Rex eſt, qui metuet nihil, rex eſt, qui cupiet nihil. Hoc regnum ſibi quisque dat. ¶ 5 Rex *eſt quicunque diuitiis, opibus, clientibus inſtructus ab aliis colitur, alios regit.* Hor. Carm. 1, 36, 8 Memor Actae non alio rege puertiae: *in ludis puerilibus rex fuerat Lamia. Huc pertinet* Hor. Epiſt. 1, 1, 58 At pueri ludentes, rex eris, aiunt, ſi recte facies. *Sed nempe ille Lamia non ſemel aut aliquoties* Rex *fuiſſe indicatur; ſed perpetuum velut regnum ingenio ſuo et gratia obtinuiſſe.* Donatus *ad illud* Ter. 2, 2, 24 Nemo ſatis pro merito gratiam Regi refert, Rex alias Regnatorem, alias Dominum, alias Diuitem ſignificat. Sed nunc rationem habet nominis ad aliquid dicti, ad ſignificandum Paraſitum. Vt enim paraſitus regis eſt, et libertus patroni: ſic e contrario rex paraſiti eſt, et patronus liberti. Martial. 2, 18

Capto tuam, pudet heu, ſed capto Maxime coenam,
Tu captas alias: iam ſumus ergo pares.
Mane ſalutatum venio, tu diceris iſſe
Ante ſalutatum: iam ſumus ergo pares.
Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis,
Tu comes alterius: iam ſumus ergo pares.
Eſſe ſat eſt ſeruum, iam nolo vicarius eſſe.
Qui rex eſt, regem Maxime non habeat.

Blanditiis et ſeruilibus officiis aliquid quaerere, vt ſcurrae et paraſiti. Vicarius, *eſt Serui ſeruus. Add.* Martial. 4, 40. An honeſtius duxerim, mercenarii ſalutatoris mendaciſſimum aucupium circumuolitantis limina potentiorum, ſomniumque Regis ſui rumoribus inaugurantis? Columel. l. 1 praef. 9. Coram rege ſuo de paupertate tacentes, plus poſcente ferent Hor. Epiſt. 1, 17, 43. Idem Carm. 2, 14, 12 Siue reges Siue inopes erimus coloni. *Et* Epiſt. 1, 7, 37 Rexque paterque Audiſti coram, nec verbo parcius abſens. Iuuen. Sat. 1, 136

Veſtibulis abeunt veteres laſſique clientes,
Votaque deponunt, quamuis longiſſima coenae
Spes homini: caules miſeris, atque ignis emendus.
Optima ſiluarum interea, pelagique vorabit
Rex horum, vacuisque toris tantum ipſe iacebit.
Nullus iam paraſitus erit.

Plaut. Capt. 1, 1, 24 Nam poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium, *etc. Sed interdum hic reſpectus non exprimitur diſerte* Ter. Phorm. 1, 2, 20 Regem me eſſe oportuit! *indicare vult, ſe recte vſurum fuiſſe opibus.* Hor. Serm. 2, 2, 44 Nondum omnis abacta Pauperies epulis regum: nam vilibus ouis Nigrisque eſt oleis hodie locus. *Sic* Serm. 1, 2, 86 Regibus hic mos eſt, vbi equos mercantur, opertos Inſpiciunt. Menſae rex, *qui et Dominus conuiuii.* Macrob. Saturn. 2, 1 Ipſe rex menſae, nec in moribus Socrate minor. Varro *apud* Gell. 13, 11 Dominum autem conuiuii eſſe oportet, non tam lautum, quam ſine ſordibus. ¶ 6 Rex Sacrificulus *vel* Sacrorum, *ſacerdotii nomen, de quo* Liu. 2, 2 Quia quaedam publica ſacra per ipſos reges factitata erant, ne vbiubi regum deſiderium eſſet, regem ſacrificulum creant. Id ſacerdotium Pontifici ſubiecere, ne additus nomini honos aliquid libertati, cuius tunc prima erat cura, officeret. Idem 6, 41 *cum exprobratione dicit Appius*, Vulgo ergo Pontifices, Augures, Sacrificuli reges, creentur. *Vnde apparet e patriciis, prima quidem inſtitutione, ſumtos.* REX SACRORVM *vocatur in* Vet. Inſcr. *Grut.* p. 1087, 8. Cic. de Aruſp. Reſp. 12 c. 6 *inter Pontifices duodecimo demum loco, poſt* Flaminem Martialem, *ſed ante* Quirinalem *commemoratur* L. Claudius rex ſacrorum. Liu. 40, 42 De Rege ſacrifico ſufficiendo in locum Cn. Cornelii Dolabellae contentio inter C. Seruilium Pontificem Max. fuit, et L. Cornelium Dolabellam, duumuirum nawalem, quem vt inauguraret pontifex, magiſtratu ſe abdicare iubebat, *etc. ſunt enim pluſcula.* Plin. 11, 37 ſ. 71 L. Poſtumio Albino Rege ſacrorum — cum rex Pyrrhus ex Italia diſceſſiſſet, cor in extis haruſpices inſpicere coeperunt. *Vid.* REGIA n. 2. ¶ 7 Rex, *cognomen gentis* Marciae: *vid.* Suet. Caeſ. c. 6 *c. not. Torrent.*

REGĪNA, ae. f. [*βασίλισσα, ἄνασσα*] *Regis vxor.* Cic. Att. 14, 8 Reginae fuga mihi non moleſta. *Conf.* Flor. 1, 6, 2. Teque particeps connubii, ſocia regni, regina Iuno Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 24. Regina deúm, Iuno Virg. Aen. 1, 13. Regina *acerbo ioco dictus Iulius Caeſar* ab Octauio quodam *apud* Sueton. c. 49. *De Meſſalina Claudii* reginae *nomen ponit* Plin. 29, 1. Regina, *Domina.* Plaut. Truc. 2, 6, 50 Sed reginae domi ſuae fuêre ambae. Pecunia regina Hor. Epiſt. 1, 6, 37. Omnium regina rerum oratio Cic. de Orát. 2, 187. Siderum regina bicornis Luna Hor. in Carm. ſaecul. 35. Virtutum Cic. Off. 3 c. 6 *de iuſtitia.* Volucrum Martial. 5, 56. Regina ſacrorum *vxor regis* Macrob. Sat. 1, 15. Reginae, Diuites, *inquit* Donatus *ad* Ter. Eun. 1, 2, 88 Eunuchum porro dixti velle te, quia ſolae vtuntur his reginae: repperi.

REGV̆LVS, i. m. Dimin. [*βασιλίσκος*] *Quaſi Paruus rex.* Cilicum reguli Tac. Ann. 2, 80, 2. Plin. 18, 3 Vt quum regulis Africae bibliothecas donaret. *Conf.* Plin. 8, 10 *extr. c. not. Hard. Conf.* Liu. 21, 2. ¶ 2 Regulus, Auis minima, a quibusdam Regaliolus dictus: alio nomine Trochilus, *ſ. Orchilus, vt* Plin. 10, 74 *docet.* ¶ 3 Regulus, *Serpentis genus, quem Graeci* Baſiliſcum *dicunt.* ¶ 4 Regulus, *cognomen gentis Attiliae, vt* M. Attilius Regulus. *Vid. infra ſuo loco.*

REGIVS, a, um. Adi. [*βασιλικὸς*] *Quod eſt regis quocunque modo, quod rege, dignum eſt, etc.* Regius egregia Priami de ſtirpe Diores Virg. Aen. 5, 296. Cic. Off. 3, 78 Erat autem regius paſtor. *de Gyge.* Fama cum ad regios eſſet perlata Nep. 17, 8, 3. *i. praefecti prouinciarum.* Ales regia, *Aquila* Ouid. Met. 4, 362. Apparatu regio acceptus Cic. de Somn. Scip. 1. Idem pro Lege Manil. 50 Cur non ducibus diis immortalibus eidem, cui caetera ſumma cum ſalute Reipubl. commiſſa ſunt, hoc quoque Bellum regium committimus? *contra Mithridatem regem gerendum.* Chartae regiae Catul. 22, 6 *Genus praeſtantiſſimum.* Ciuitatem regiam Aegyptios inueniſſe, Popularem Atticos, *ſcribit* Plin. 7, 56. *i. Monarchiam.* Cic. Att. 12, 13 Balbi regia Conditio eſt delegandi. Coniux Virg. Aen. 2, 783. Conſuetudo Cic. Verr. 5, 76. Dona Virg. Aen. 1, 700. Honos Idem ibid. 7, 814. Regiae Feriae dictae videntur, quae fiunt fori conuentus et nundinarum cauſa in ciuitate, aliquem per ſacerdotem, qui ſit regia maieſtate. Sed non ſemper ob hanc vitam (*leg.* vnam) cauſam tantum, qui (*leg.* quia) homini talis maieſtatis cura datur, etiam, cum expiatio fulguris fit, aut in procurando portento ſimili quo Regiae feriae etiam ſolitae ſunt. *Haec* Feſtus. Regium Imperium pati Sen. Med. 4 v. 189. Inſigne Tacit. Ann. 6, 42. Iuuenis Ouid. Faſt. 2, 761. Moles Hor. Carm. 2, 15, 1. Morbus regius. Plin. 22, 24 Varro regium cognominatum Morbum arquatum tradit, quoniam mulſo curetur: *quaſi commodus morbus et facilis diuitibus ſit, qui tam remedio leni curetur.* Hor. Arte Poët. 453 Aut mala quem ſcabies, aut Morbus regius vrget. *Alias* Aurego *dicitur* Celſ. 3, 24 Aeque notus eſt Morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant. Nutus regios omnes tuemur interfecto rege Cic. Fam. 12, 1. Olea regia Columel. 8, 5. *it.* 12, 47. Cic. Tuſc. 1, 116 Codrum, qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari veſte, ne poſſet agnoſci, ſi eſſet Ornatu regio. Parens Ouid. Met. 13, 484. Poteſtas Cic. Philipp. 1, 3. Idem de Fin. 3, 32 Sed eos, qui in aliquo honore ſunt, quorum ordo proxime accedit, vt ſecundus ſit ad regium Principatum. Progenies Ouid. ex Pont. 2, 9, 11. Puer Virg. Aen. 1, 681. Pira regia, *apud* Columel. 5, 10. *et* 12, 10. Sanguis Hor. Carm. 3, 27, 65. Reprimere alicuius regios Spiritus Nep. 10, 5, 5. Virgo Ouid. Met. 2, 570. Vrbs Plin. 12, 1.

REGIA, ae. f. [*βασίλειον*] *Domicilium et aula regis. Nempe primum intelligebatur* Domus *vel* Aula. Cic. de Fin. 3, 52 Vt enim inquit, nemo dicit in regia regem ipſum quaſi productum eſſe ad dignitatem. Ouid. Met. 12, 214 Feſtaque confuſa reſonabat Regia turba. Contingere Regiam affinitate, *vid.* CONTINGO. Virg. Georg. 1, 503 Iampridem nobis caeli te regia Caeſar Inuidet. Ouid. Met. 2, 1 Regia Solis erat ſublimibus alta columnis. Aurea regia caeli Virg. Aen. 7, 210. Celſa regia Priami Ouid. Epiſt. 1, 34. Opulenta Catull. Argon. ſ. 62, 44. Parua regia Numae hic fuit antiqui Ouid. Triſt. 3, 1, 30. *Vid. de illa* Seru. *ad* Aen. 7, 153. *et* 8, 363. *it.* Vet. Schol. Hor. 1, 2, 83 *vbi* monumenta Regis templaque Veſtae *iunguntur. Putant quidam, huc pertinere* atrium regium, *quod combuſtum narrat* Liu. 26, 26 *et reſtitutum* 27, 11. ¶ 2 Regia *aedificium publicum, in quo Pontifices conueniunt.* Feſtus: Regia dicta, vel quod ſacrorum cauſa tanquam in fanum a Pontifice conuocati in eam conuenirent. *Forte hoc vult, a Pontifice maximo conuocatos Pontifices alios conueniſſe, vt alias in regiam. Addit* Feſtus, aut quod in ea ſacra a rege ſacrificulo erant ſolita vſurpari. Plin. Epiſt. 4, 11, 6 *de Domitiano*, Pontificis maximi iure, ſeu potius immanitate tyranni, licentia Domini, reliquos Pontifices non in Regiam, ſed in Albanam villam conuocauit. Seru. *ad* Aen. 8, 363 Domus, in qua habitat Pontifex, Regia dicitur, quod in ea Rex ſacrificulus habitare conſueſſet. Macrob. Sat. 1, 16 *poſt med.* Granius — ait, Nundinas Iouis ferias eſſe, ſi quidem Flaminica omnibus nundinis in Regia Ioui arietem ſoleat immolare. *Haec eadem videtur, de qua* Sueton. Iul. 46 *pr.* Habitauit poſt Pontificatum maximum in ſacra via, domo publica. *Haec videtur* Regia *fuiſſe, ad quam reſpicit* Auguſtus *apud* Sueton. c. 76 Dum lectica ex Regia domum redeo. *Nam Auguſtus cum non in hac* Regia, *et tamen, quod neceſſe erat Pontificem, in publico, habitare vellet, partem ſuae domus (quin deinde totam domum ſuam) in Palatio publicauit,* Regiam ipſam (*τὴν τοῦ βασιλέως τῶν ἱερῶν regis ſacrorum*) *Veſtalibus conceſſit, quarum domus contigua erat, vt docet* Dio 54 p. 541 *pr. Neſcio, an haec eadem fuerit, in qua ſacrarium Martis, de quo Feſti locum damus in* OCTOBER equus, *cuiusque mentio apud* Gell. 4, 6 *pr. item apud* Iul. Obſequ. n. 78. 96. 104. 107. 110. *itemque Plutarch. Quaeſt. Rom. 96. Vid. Perizon. de Morte Iudae p. 81 ſq.* ¶ 3 Regia *eſt etiam praetorium regis in caſtris.* Liu. 2, 12 Proinde in hoc diſcrimen, ſi iuuat, accingere, vt in ſingulas horas capite dimices tuo, ferrum hoſtemque in veſtibulo habeas Regiae. Curt. 9, 5, 30 Toto eo die ac nocte, quae ſecuta eſt, armatus exercitus Regiam obſedit. ¶ 4 Re-

¶ 4 Regia *pars theatri, aulae regiae formam habens* Sueton. Aug. c. 31 Pompeii quoque ſtatuam, contra theatri eius Regiam marmoreo Iano ſuppoſuit (*ſ.* ſuperpoſuit). Aſcon. ad Or. pro Scauro, poſt tres partes, de domo Scauri, In huius domus atrio fuerunt quatuor columnae marmoreae inſigni magnitudine, quae nunc eſſe in Regia theatri Marcelli dicuntur. Vitruu. 5, 7 Ipſae ſcenae ſuas habent rationes explicatas, ita vt mediae valuae ornatus habeant aulae regiae. *Βασίλειον etiam Graecis hanc partem dici, patet ex Polluce 4, 124.* ¶ 5 Vrbes ac oppida cognomento velut appellantur Regiae in Vet. Inſcript. ſic, ALBA REGIA, BACTRA REGIA: COLONIA AELIA HADRIANA REGIA: ZAMA REGIA.

REGIVM Lepidi, *Galliae Ciſalpinae oppidum, cuius*
REGIENSES *incolae apud* Plin. 3, 15.

REGIE. Adu. [βασιλικῶς Gloſſ. Cyrill.] *Vt decet regem, vel vt ſolet rex.* Cic. in Catil. 1, 30 c. 12 Si in hunc animaduertiſſem, crudeliter et regie factum eſſe dicerent. Correctius exemplar habet, Non egregie factum. Politum regie aedificium Varr. de R. R. 1, 2. Cic. Verr. 3, 115 c. 48 Nunc vt hoc tempore ea, quae regie ſeu potius tyrannice ſtatuit in aratores Apronius, praetermittam.

REGIFĬCVS, a, um. Adi. [βασιλικός] *Idem quod regius.* Virg. Aen. 6, 605 Epulaeque ante ora paratae Regifico luxu. Paratus regificus Valer. Argon. 2, 652.

REGIFĬCE. Adu. [βασιλικῶς] Cic. Tuſc. 3, 44 c. 19 *ex Poëta*

Vidi ego te, aſtante ope Barbarica
Tectis caelatis, laqueatis,
Auro, ebore, inſtructam regifice.

Regifice exſtructis celebrant conuiuia menſis Sil. 11, 273.

REGĀLIS, e. Adi. [βασιλικός] *Ad excellentiam et eminentiam pertinet, et ſignificat Dignum rege.* Cic. de Senect. 56 Nihil ei tam regale videri, quam ſtudium agri colendi. Animus regalis Liu. 27, 19. Arma Propert. 4, 4, 21. Armentum Ouid. Met. 2, 842. Atria Idem ibid. 5, 2. Aula regalis Senec. Troad. 771. Carmen Ouid. ex Pont. 4, 16, 9. Cultus Hor. Carm. 4, 9, 15. Diuitiae Idem Epiſt. 1, 12, 6. Domus Ouid. Met. 1, 171. Epulae Id. ibid. 6, 488. Gaza regali ſplendida domus Catul. Argon. 62, 46. Genus ciuitatis regale Cic. de Legib. 3, 15. Imago Iouis Ouid. Met. 6, 74. Impendia Plin. 36, 15. Luxus Virg. Aen. 1, 641. Menſae Idem ibid. 1, 690. Nomen Cic. pro Lege Manil. 24. Nomine regali a Senatu dignus exiſtimatus Deiotarus Cic. de Aruſp. Reſp. 29 c. 13. Ornatus Idem de Fin. 2, 69 c. 22. Poteſtas Cic. de Aruſp. Reſp. 54. Sceptrum Ouid. Met. 5, 422. Et dedimus Scriptum tragicis regale cothurnis Ouid. Triſt. 2, 553. Cic. Off. 1, 38 Regalis ſane, et digna Aeacidarum genere Sententia. Liu. 1, 47 Dii te penates patriique, et patris imago, et domus regia, et in domo regale Solium, et nomen Tarquinium creat, vocatque regem. Ouid. Faſt. 6, 353 Iupiter ad Solium ſuperis regale vocatis. Tecta Ouid. Met. 6, 614. Virgo Idem de Arte Am. 1, 697. ¶ 2 *Obſ. Compar.* Plaut. Capt. 4, 2, 45 Non ego nunc Paraſitus ſum, ſed regum rex regalior, *cum reſpectu ad notionem* Regis, *quam dedimus n. 5.* Regales, *Filii regum* Ammian. 16, 27 Hos ſequebantur poteſtate proximi reges numero quinque, regales decem. Inter regem et regalem hoc intereſt, quod regis puer regalis eſt, rex, qui regit regnum Vet. Auct. de Differ. Voc. p. 2205 *Putſch. Conf. Valeſ. ad* Ammian. l. c. p. 143. *It. Noriſ. Cenot. Piſ. Diſſ. 2, 9 extr.* Regalia exta appellantur, Quae potentibus inſperatum honorem pollicentur: priuatis et humilioribus hereditates, filiofamiliae dominationem. Feſtus.

REGALĪTER. Adu. [βασιλικῶς] *Idem quod Regie.* Ouid. Met. 2, 397 Precibusque minas regaliter addit. Sacrificio regaliter confecto Liu. 42, 51.

REGIO, ōnis. f. [χώρα, κλίμα] *Dicta a Regendo, linea mente concepta, qua vel indicamus loca, vt plagas, ventos, orientem, aquilonem, etc. vel circumſcribimus et finimus, vt terminis et finibus: interdum vero ipſum planum terrae certis finibus comprehenſum, ſuis non nunquam etiam cum incolis, hoc nomine intelligitur. Exempla licet promiſcue poſita, facile ſic eſt diſtinguere.* Varro de L. L. 6, 2 p. 67, 10 Intra eas regiones, qua oculi conſpicient. Cic. pro Sext. 66 Quae regio, oraue terrarum erat latior, in qua non, *etc.* Certa regio loci Lucret. 2, 260. Cic. de Nat. Deor. 1, 24 c. 10 Atqui terrae maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus. Quae regio in terris noſtri non plena laboris? Virg. Aen. 1, 460. Iuſtinian. 4, 17 De officio iud. §. vltim. Quod ſi de vna re, veluti de fundo: ſi quidem iſte fundus commode regionibus diuiſionem recipiat, partes eius ſingulis adiudicare debet. Deſerta ſiti regio Virg. Aen. 4, 42. Locupletiſſima Nep. 17, 3, 1. Montoſa, *vid.* Montoſus, *in* MONS. Ignota Ouid. Met. 2, 203. Saltuoſa Nep. 14, 4, 2. Cultu vacantes, *vid.* COLO. Apprehendere, Attingere regionem, *vid. hh. vv.* Defendere regiones ſuas et fines Cic. in Orat. 141. Obire pedibus regiones, Peragrare mente regiones, *vid. hh. vv.* Euryale infelix qua te regione reliqui? Virg. Aen. 9, 390. Cic. de Nat. Deor. 2, 51 Sed etiam regio, quae tum eſt Aquilonaris, tum Auſtralis. *de regione Lunae.* Lituo Romulus regiones direxit, tum quum vrbem condidit Cic. de Diuin. 1, 30. Ara locata ſub media caeli regione Idem in Arato 193. Auſtralis regio, *vid.* AVSTER. Veſpertina Hor. Serm. 1, 4, 30. Arctis regionibus exire Lucret. 6, 119. Cic. pro Planc. 32 Totus ille tractus celeberrimus Venefranus, Alifranus: tota denique noſtra illa aſpera et montuoſa et fidelis et ſimplex et fautrix ſuorum regio, *etc.* Regiones dicimus, intra quarum fines ſingulorum coloniarum aut municipiorum magiſtratibus ius dicendi exercendique poteſtas Sic. Flacc. p. 1. Viarum regio nota Virg. Aen. 2, 737. Recta regione viae declinare Lucret. 2, 250. Regiones, *Maiores vrbis partes, quarum fuerunt antiquitus quatuor*, Suburrana, Exquilina, Collina, Palatina. *Sub Auguſto vocari coeperunt* XIV. *Vid. ad* Suet. Aug. c. 30 Spatium vrbis in regiones vicosque diuiſit. *it. et* l. 3 ff. de Off. praef. vigil. *Habemus* P. Victoris, *et alterius anonymi* Deſcriptiones vrbis Romae, *per illas* XIV regiones: *et ad illas ampla et luculenta commentaria, Fabricii, Panuinii, Donati, Nardini, etc. Sed pergimus* Regionis *nomen illuſtrare.* Cic. Fam. 1, 7 Eam eſſe naturam et regionem prouinciae tuae, vt, *etc.* Idem de Nat. Deor. 2, 9 An Attii Nauii lituus ille, quo ad inueſtigandum ſuem regiones vineae terminauit, contemnendus eſt? *Metaphor.* Cic. de Lege Agrar. 2, 96 c. 35 Singularis homo priuatus, niſi magna ſapientia praeditus, vix facile ſeſe regionibus officii, magnis in fortunis et copiis continet. Cic. de Orat. 2, 67 Sed ita vt ſit circumſcripta modicis regionibus. Idem pro Arch. 29 c. 11 Si nihil animus praeſentiret in poſterum, et, ſi quibus regionibus vitae ſpatium circumſcriptum eſt, eisdem omnes cogitationes terminaret ſuas. Cic. in Orat. 141 *de Iuris ſcientia loquens,* Ea vero, inquit, repugnante eloquentia vix ſuas regiones finesque defenderet. Cic. Verr. 5, 175 De omnibus nobis, ſi quis tantulum de recta regione deflexerit. Ibid. 181 Haec eadem eſt noſtrae rationis regio et via, horum nos hominum ſectam atque inſtituta perſequimur. Caeſ. Bell. Gall. 7, 35 Quum vterque vtrique eſſet exercitui in conſpectu, fereque e regione caſtris caſtra poneret. *vt* Ex aduerſo *vid* E *Praepoſ.* Cic. Acad. 4, 313 Nonne etiam dicitis eſſe e regione nobis e contraria parte terrae, qui aduerſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos Antipodas vocatis? *Conf.* Cic. de Fato c. 9 *et* 20.

REGIONĀTIM. Adu. [κατὰ χώρας Onomaſt. Vet.] *Per ſingulas vrbis regiones.* Suet. in Caeſ. c. 39 Ludos etiam regionatim vrbe tota et quidem per omnium linguarum hiſtriones. *Vid.* Liu. 40, 51 *extr. et* 45, 30.

REGIONALĬTER. Adu. *Per totas regiones.* Apul. de Mundo p. 68 Quum regionaliter videantur eſſe peſtifera. *Conf.* Cael. Aurel. Acut. 2, 29.

REGIONARIVS, i. m. Frontin. de Colon. p. 357 Caſſium oppidum militi regionarii diuiſerunt.

REGNVM, i. n. [βασιλεία] *Imperium regis, Regio, quae a rege poſſidetur.* Cic. Fam. 12, 1 Nam vt adhuc quidem actum eſt, non regno, ſed rege liberati videmur. Cic. de Lege Agrar. 1, 35 Nullum regnum fuit vnquam, quod non ſi minus iure aliquo, at regionibus tamen certis contineretur. *Metaphora iocoſa,* Cic. de Orat. 1, 4 Niſi hic in tuo regno eſſemus, non tuliſſem. *i. In Tuſculano.* Plaut. Pſeud. 1, 1, 13 Sub Veneris regno vapulo, non ſub Iouis. Aut dominatus, aut regnum Cic. de Aruſp. Reſp. 54. Ars prima regni, poſſe te inuidiam pati Sen. Herc. Fur. v. 353. Non exercitus, neque theſauri Praeſidia regni ſunt, verum amici Salluſt. Iug. c. 10. Cic. Verr. 4, 60 Nationes, quae in eorum regno ac ditione ſunt. Cuſtos regni peruigil canis Sen. Herc. Fur. f. 9. Euerſor regnorum Priami Achilles Virg. Aen. 12, 545. Fructus regni feritas Sil. 1, 148. Nouitas regni Virg. Aen. 1, 567. ¶ 2 *Epitheta:* Aduſta regna, *Zona torrida* Sen. Herc. Fur. f. 4. Alterna Stat. Theb. 1, 1. Barbara Hor. Epiſt. 2, 1, 253. Caeleſtia Ouid. Met. 1, 152. Continua, *vid.* CONTINEO. Diſſona regna, *Linguis diuerſis vtentia* Valer. Argon. 5, 607. Famoſa Lucan. 7, 277. Furentia Sil. 3, 491. Humida Virg. Georg. 4, 363. *Intelligit regna Cyrenes Nymphae ſub aquis.* Ignobile Hor. Serm. 1, 6, 9. Inamabile Plutonis Ouid. Met. 4, 476. Inamoena Plutonis Ouid. Met. 10, 15. Inferna Sen. Herc. Fur. 11. Infelix Erebi Stat. Theb. 8, 22. Inhoſpita regna Ouid. Met. 11, 284. Iniuſta Valer. Argon. 6, 608. Vbi non eſt pudor, Nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides, Inſtabile regnum eſt Sen. in Thyeſte v. 215. Inuia viuis Virg. Aen. 6, 154. *Inferi.* Iudiciale, *Vid. n.* 4. Lacerum Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 202. Lamentabile Virg. Aen. 2, 4. Lata Virg. Aen. 4, 199. Liberale regnum, *Munificum, vid. ſub* LIBER, Adi. Magni regni potentia Ouid. Met. 6, 153. Nobile Idem Epiſt. 17, 153. Opulenta Senec. Theb. 1. Pallida Ditis Lucan. 1, 451. Periculoſo regno ſecura ac tuta vita anteponenda eſt Iuſtin. 39, 4, 3. Piceum Ditis Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 90. Potentia Ouid. Amor. 1, 1, 13. Stabile Sen. Herc. Fur. 6. Triſtia regna, *Inferorum* Hor. Carm. 3, 4, 46. Trux regnum Sen. Herc. Fur. 9. Vaſti regni ſilentia Ouid. Met. 10, 30. Vberrima Virg. Aen. 3, 106. Viduata lumine, *Orcus* Sil. 3, 601. Vndoſa regna, *Nauidum* Idem 5, 21. ¶ 3 *Verborum formulae:* Abuti regno et licentia ad omnia, *vid.* ABVTOR. Affectare regnum Ouid. Met. 1, 152. Appetere regnum: Cic. pro Milon. 73 c. 27 Incidere in ſuſpicionem regni Appetendi. Idem de Senect. 56 C. Ser. Ahala Sp. Maelium regnum Appetentem et occupare volentem interemit. In ſeruitutem Cadere de regno, graue eſt Sen. Theb. v. 598. Capeſſere regna Virg. Aen. 8, 507. Concutere regna Iouis Senec. Medea 10. Confidere regnis vultis et his mecum pariter? Virg. Aen. 1, 576. Contribuere in regna, Decernere regnum, Deducere aliquem ex regno, *vid. hh. vv.* Cic. Philipp. 2, 87 c. 34 Ad Lupercalia C. Caeſari Dictatori perpetuo M. Antonium Conſulem Populi iuſſu regnum Detuliſſe, Caeſarem vti noluiſſe. Detrudere ſuperis regnis Iouem, *i. Caelo* Virg. Aen. 6, 584. Diuiditur ferro regnum Lucan. 1, 109. Dare et Adimere regna, *contraria* Cic. pro Milon. 74. Dominari regno capaci Sen. Herc. Fur. f. 9. Ereptum Cenſurae regnum, *i. Magiſtratus, quo intemperanter abuti quis poterat* Liu. 4, 32. Exercere regnum Plin. 10, 21. Foedant mea regna ſuis ruinis Sil. 15, 538. Gerere indeſerta regna pectore Ouid. Amor. 2, 9, 52. Gerere regna ſuperba Tibull. 1, 9, 80. Habere regna, *Regnare* Virg. Aen. 1, 350. Idem Aen. 6, 566 Gnoſius haec Rhadamantus habet duriſſima regna. Impendere regnum totum, *paratus eſt Tereus ſuis amoribus* Ouid. Met. 6, 463. Inducere regem in regnum, Inſtituere regnum, *vid. hh. vv.* Inſurgere regnis alicuius Ouid. Met. 9, 444. Intercipere regnum, *vid. h. v.* Inuadere regnum aliquod Ouid. Faſt. 3, 551. Locare aliquem in parte regni Virg. Aen. 4, 374. Cic. Philipp. 5, 17 c. 6 Neque ii, qui regibus exactis regnum occupare voluerunt. Optare locum regno, *vid.* OPTO. Permittere regnum alicui Hor. Serm. 1, 3, 123. Permittere regnum alicui in aliquos Hor. Carm. 4, 4, 2. Pollutum regnum ſanguine Sil. 1, 22. *al.* Crimine. Poſſidere regna Sen. Herc. Fur. 9. Ter. Adel. 2, 1, 21. Prodere regna alicuius Ouid. Met. 7, 38. Pulſata gemino mari regna Pelopis Sen. Herc. Fur. f. 13. Pulſi regnis Virg. Aen. 7, 217. Regere regnum Ouid. Met. 11, 270. Reſurgunt regna Virg. Aen. 1, 210. Sancire regnum Tacit. Hiſt. 5, 2. Sortiri regna vini talis Hor. Carm. 1, 4, 18. Hoc, inquit Porphyr. ad magiſteriorum conuiuia pertinet. *Vid.* TALVS *pro ludo. Nempe is e conuiuis, cui tale regnum ſorte obtigiſſet, leges bibendi ferebat, quibus caeteros omnes parere erat neceſſe. Huiusmodi regem, Arbitrum bibendi nominat* Hor. Carm. 2, 7, 25. *Conf.* Lipſ. *in* Tac. Ann. 13, 15, 2. Cic. Att. 7, 27 Niſi eos timere putas, ne ſub regno ſint, qui id nunquam, dummodo otioſi eſſent, recuſarunt. Tenere regna Lucret. 5, 1127. Tenere iniuſta regna Ouid. Met. 5, 277. Torpent regna Virg. Georg. 1, 124. Trahere ad auxilium ſeptem regna Sen. Theb. 12. Viget regnum conſiliis Virg Aen. 2, 88. ¶ 4 Regnum, *de qualibet immoderata poteſtate.* Hoc vero regnum eſt, et ferri nullo pacto poteſt Cic. Att. 2, 12. Abuteris ad omnia Atomorum regno et licentia Cic. de Nat. Deor. 1 c. 23. Ereptum Cenſurae regnum Liu. 4, 32. Regnum, *In quo quis eminet, vt in eo regnare videatur.* Cic. Att. 1, 1 Aquilium non arbitrabamur, qui

denegat et iurauit morbum, et illud ſuum regnum iudiciale oppoſuit. Cic. Att. 14, 7 Poſt in Cumana et Puteolana regna renauigare. Idem Fam. 9, 18 *pr.* Amiſſo forenſi regno. *Vid.* IMPERIVM n. 5. *De Poſſeſſionibus exiguis.* Virg. Ecl. 1, 70 Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas. *Vid.* Quinctil. Declam. 13, 2. *et ibi* Burm. p. 272.

REGNO, āre. [*βασιλεύω, ἀνάσσω*] *Regnum poſſidere et adminiſtrare.* Cic. Fam. 15, 2 Illum cohortatus ſum, vt in vita ſua conſeruanda primum regnare diſceret: a quibus perſpexiſſet ſibi inſidias paratas, in eo vteretur iure regio. Idem pro Lege Manil. 7 Sed ab illo tempore annum iam tertium et viceſimum regnat, et ita regnat, *etc.* Tam fatuus, vt etiam regnare poſſit Sen. in Apocoloc. Si iudicas, cognoſce: ſi regnas, iube Senec. Medea 194. Meditatus eſt regnare, Impotenter regnare, *vid. hh. ll.* Hor. Carm. 2, 2, 9 Latius regnes auidum domando Spiritum, quam ſi *etc.* In otio Sen. Herc. Fur. 7 v. 526. Caelo tonantem credidimus Iouem regnare Hor. Carm. 3, 5, 1. Mundo vacuo Sen. Herc. Fur. ſ. 1. Cic. Verr. 2, 136 c. 54 Timarchidem in Sicilia omnibus oppidis per triennium ſcitote regnaſſe. Per vrbes Graias Virg. Aen. 3, 295. Cic. Fam. 11, 16 Quum equitum centurias tenes, in quîs regnas, *i. multum potes.* Cic. Fam. 7, 24 Olim quum regnare exiſtimabamur, *etc.* *Add.* Quinctil. 10, 1, 112. Aduenae in nos regnauerunt Tacit. Ann. 11, 24, 7. Ardor edendi regnat per fauces et viſcera Ouid. Met. 8, 828. Ebrietas geminata libidine regnat Ouid. Met. 12, 226. Oratio in hoc vno regnat Cic. in Orat. 128 c. 37. Hor. Carm. 3, 30, 11 Et qua pauper aquae Daunus agreſtium Regnauit Populorum. *Sic emendauit hunc locum Lambinus. Solet enim Horatius ſtructuram Graecam ſeruare etiam in ſermone Latino, vt* Deſine mollium querelarum, Abſtineto irarum, *et caetera id genus. Dicerent autem Graeci, ἐβασίλευσε τῶν λάων.* Regnare, *pro Beatum eſſe, et ſuo voto viuere.* Hor. Epiſt. 1, 10, 8 Quid quaeris? viuo et regno. Phaedr. 3, 8 *extr.* Regnare nolo, liber vt non ſim mihi. ¶ 2 *Obſ.* Regnatur, *Imperſ.* Virg. Aen. 1, 276 Hîc iam tercentum totos regnabitur annos Gente ſub Hectorea. Sil. 3, 592 Hinc Cytherea tuis longo regnabitur aeuo. Regnatum eſt Liu. 1, 17. Regnor, *Paſſ.* *Vt*, Gentes regnantur Tacit. Hiſt. 1, 16, 7. Idem Germ. 25, 4 Trans Lygios Gothones regnantur, paullo iam addictius, quam caeterae Germanorum gentes, nondum tamen ſupra libertatem. Plin. 6, 20 Ab iis gens Pandae ſola Indorum regnata feminis. *i. Quibus imperauerunt feminae.* Terra regnata Philippo Ouid. ex Ponto 4, 15, 15. Cupido dira regnandi Virg. Georg. 1, 37. Accipere Albam regnandam Virg. Aen. 6, 770.

REGNANS, antis. Partic. Virg. Aen. 1, 269 Tertia dum Latio regnantem viderit aeſtas. Iuſtin. 7, 6, 1 Vno ex Amyntae filiis regnante. Regnantibus impiis ruinae hominum Vulg. Proverb. 28, 12.

REGNĀTVS, a, um. Partic. [*βασιλευθεὶς*] Hor. Carm. 2, 6, 11 Et regnata petam Laconi Rura Phalanto. *Vid.* Idem Carm. 3, 27, 29. *et* Virg. Aen. 3, 14.

REGNĀTOR, ōris. m. [*βασιλευτὴς*] *Qui regnat.* Plaut. Amph. Prol. 45 Regnator deûm, architectus omnibus Iuppiter. Olympi ſuperi regnator Virg. Aen. 2, 779. *Conf.* Idem Aen. 4, 269. *et* 7, 558. Regnator agelli, pro Poſſeſſore Martial. 10, 61. Illyricis regnator aquis, tibi, Nile, ſecundus Auſon. Epigr. 3. *de Danubio.*

REGNĀTRIX, īcis. f. [*βασιλεύτειρα*] *Vt*, Domus regnatrix Tacit. Ann. 1, 4, 4.

REGRADO, āre. Hieron. . . *Gradum referre, retrogredi.*

REGRADĀTVS, a, um. Partic. *Vt*, Regradati menſes Solin. c. 3. *Conf.* Salmaſ. *in loc.*

REGRADATIO, ōnis. f. [Gloſſ. Gr. Lat. *καταβιβασμὸς*, regradatio.] *Conf.* Theod. Cod. tit. 8 l. 5. *et* Valeſ. in Ammian. p. 65.

REGREDIOR, ĕris, greſſus ſum, ĕdi. [*ἀναχάζω, ἀναχωρέω*] *Retro gradi, reuerti.* Plaut. Aul. 1, 1, 7 Illuc regredere ab oſtio. Cic. Att. 8, 19 Quamobrem nolito commoueri, ſi audieris me regredi, ſi forte Caeſar ad me veniet. Cic. Off. 1, 33 c. 10 Cum vtriſque ſeparatim locutum, ne cupide quid agerent, nec appeterent, atque vt regredi quam progredi mallent. Ad formandos animos, ſtatuendasque vitae leges regreſſi, partem quidem potiorem (ſi diuidi poſſet) retinuerunt Quinctil. Prooem. 1. In infinitum Cic. de Fato c. 15. In memoriam regredi Plaut. Capt. 5, 4, 26.

REGRĔDO, ĕre. *Pro* Reuocare, *ſi credimus* Nonio 2, 745 *dixit* Ennius Achille, Quo nunc incerta re, atque inorata, gradum regredere conare? *Conf. Turneb. Adu.* 13, 24.

REGRESSVS, a, um. Partic. Iuſtin. 22, 4, 4 Inde regreſſus Cretam contenderat. *Conf.* Tacit. Hiſt. 2, 74, 5.

REGRESSVS, ûs. m. [*ἀναχώρησις*] *Metaphor.* Liu. 24, 26, 15 Neque locus poenitendi, aut regreſſus ab ira relictus eſſet. *Proprie* Tacit. Ann. 1, 30 Et Druſus non exſpectato legatorum regreſſu, quia praeſentia ſatis conſiderat, in vrbem rediit. Cic. de Nat. Deor. 2, 51 c. 20 Nihil errat, quod in omni aeternitate conſeruat progreſſus et regreſſus, reliquosque motus conſtantes et ratos. Neque habet fortuna regreſſum Virg. Aen. 11, 413. Vlp. in l. Quod in herede, D. de tributor. action. Eligere quis debet, qua actione experiatur: vtrum de peculio, an tributoria, quum ſcit ſibi regreſſum ad aliam non futurum. Vlpian. in l. 8 Sed ſi paterfamilias, §. 3 D. ad Senatusconſ. Maced. Quia et ipſi mandati habent regreſſum, *i. confugere poſſunt ad SCtum.* *Conf.* l. 6 §. 4 ff. de Tutel.

REGRESSIO, ōnis. f. [*ἀναχώρησις*] Cic. Philipp. 1, 1 Exponam vobis breuiter conſilium profectionis, et regreſſionis meae. Apul. Aur. Aſin. 2 Metum iſtum tibi demam matura regreſſione. Quinctil. 9, 3 Ἐπάνοδος Graece dicitur; noſtri regreſſionem vocant.

REGVLA, REGVLVS, *vid.* REGO.

REGVLVS, i. m. *Cognomen* Attilii, *de quo* Gell. 6, 4 Eundem Regulum Tubero in hiſtoriis rediiſſe Carthaginem, nouisque exemplorum modis excruciatum a Poenis dicit. In atras (inquit) et profundas tenebras eum claudebant, ac diu poſt, vbi erat viſus ſol ardentiſſimus, repente educebant, et aduerſus ictus ſolis oppoſitum continebant, atque intendere in caelum oculos cogebant. Palpebras quoque eius, ne conniuere poſſet, ſurſum ac deorſum diductas inſuebant. Tuditanus autem, ſomno diu prohibitum, atque ita vita priuatum refert. Idque vbi Romae cognitum eſt, nobiliſſimos Poenorum captiuos, liberis Reguli a Senatu deditos, et ab iis in armario muricibus praefixo deſtitutos, eademque inſomnia cruciatos interiſſe. *Hactenus* Tubero *apud* Gellium. Cic. in Piſon. 43 M. Regulus, quem Carthaginienſes reſectis palpebris, illigatum in machina, vigilando necauerunt. Idem de Finib. 5, 82 Qui in poteſtate hoſtium, vigiliis et inedia necatus eſt Regulus? De rebus ab eo geſtis, *vid.* Aur. Vict. de Viris Illuſtr. *et* Valer. Max. 4, 4. *Varias de genere ſupplicii, quo perierit, ſententias attulit* Drakenb. *ad* Sil. 6, 539. *Totum de ſupplicio crudeli illius in captiuitate fato ſuo mortui confictum putat, et ab vxore Reguli vulgatum, vt excuſaret crudelitatem ſuam erga captiuos Carthaginienſium, probabilis eſt ſententia Palmerii, Exercit. in ſcriptores Graecos p. 151 ſqq.* Mens prouida Reguli Hor. Carm. 3, 5, 3. *Eſt ibi pulchra ethopoeia diſſuadentis permutationem captiuorum, in quibus ipſe fuit.* ¶ 2 *Sunt et alii huius nominis, inter quos ille* M. Regulus, *de quo* Plin. Epiſt. 1, 5.

REGVSTO, āre. [*ἀναγεύομαι*] *Iterum guſtare. Metaphor.* Cic. Att. 4, 16 Nam Veſtorio dandi ſunt dies, et ille Latinus Ἀττικισμὸς ex interuallo reguſtandus. Eidem 13, 13 *extr.* Sed crebro reguſto tuas literas: in his acquieſco, tamen exſpecto nouas. *i. Crebro tuas literas in manus ſumo: iis legendis acquieſco, quia ſcribis te de Attica aegrotante bene ſperare.* Cic. Att. 13, 48 *fin.* Velim M. Varronis et Ollii mittas laudationem. Ollii vtique: nam illam legi: volo tamen reguſtare. *Conf.* Sen. de Prouid. 3.

REGVSTĀTVS, a, um. Part. Perſ. Sat. 5, 138 Reguſtatum ſalinum. *al.* Falernum.

REGȲRO, āre. *Reuolui.* Flor. 4, 2, 6 Poſtremo in Hiſpaniam regyrauit, *quod probant Salmaſ. Grut. Duker.* Varr. R. R. 1, 57 Quae — ventus regyrare poſſit. *Sed al.* regelare: *locus incertus.* Gloſſ. Graec. Lat. *περικάμψαι*, regyrare.

R E H

REHĀLO, āre. [*ἀτμίζω*] *Iterum halo, reſpiro.* Lucret. 6, 522 Terraque quum fumans humorem tota rehalat. *i. Humorem e caelo delapſum iterum atque iterum ſurſum halat.*

REHEBETESCO, ĕre. Puto, rehebeteſceretis, ſi videretis pulchritudinem angelorum Auguſtin. Serm. a Sirmondo edit. 4 p. 50. *Ad oculos refertur, qui praeſtinguuntur, et quaſi hebetes fiunt.*

REHISCO, ĕre. *ἀντιχαίνω* Gloſſ. Gr. Lat. *contra hiſcere.*

R E I

REIĬCIO, iēci, iectum, ĕre. [*ἀναβάλλω, ἀνατίθεμαι, ἀπορρίπτω, ἀποπέμπομαι*] *Retro iacere.* Virg. Aen. 11, 619 Reiiciunt parmas, et equos ad moenia vertunt: *parmis terga tegunt, quae obuertuntur in fuga hoſti.* *Sed* Caeſ. Bell. Gall. 1, 46 Suisque imperauit, ne quod omnino telum in hoſtem reiicerent. *h. e. Viciſſim iacerent, retorquerent.* E gremio reiicere aliquid Ouid. Triſt. 1, 1, 66. Amictum reiecit ex humeris Virg. Aen. 5, 421. Lictores togulis acceptis ſagula reiecerunt Cic. in Piſon. 54. Membra fatigata reiecit, velut omni vitae debito liberatus Curt. 10, 5, 3. *i. recubuit.* Plin. Epiſt. 8, 1 Encolpius lector — exaſperatis faucibus puluere Sanguinem reiecit. *Et* 5, 19 Dum intente inſtanterque pronuntiat, Sanguinem reiecit. — Rurſus ſanguinem reddidit. Reiicere *ſimpliciter pro vomere* Scribon. 180. 198. 200 *etc.* Veſtem de corpore reiicere Ouid. Met. 9, 32. Reiicere ex humeris Veſtem Idem ibid. 2, 582. Cic. Fam. 10, 32 Quum quidem pranſus nudis pedibus, tunica ſoluta, manibus ad tergum reiectis inambularet: *otioſi hominis et ſecuri geſtus.* Reiicere ſe in aliquem familiariter, *de puella, quae amplectenti ſe Pamphilo, dat, non explicare conatur, ſed innititur* Ter. Andr. 1, 1, 109. Hoſtem ab aliquo loco Cic. Fam. 2, 10. Vt domus eorum fores extra aperirentur, et ianua in publicum reiiceretur Plin. 36, 15. *ſummus honos olim Romae.* Cic. Att. 16, 6 Quum a Leucopetra profectus ſtadia circiter trecenta proceſſiſſem, reiectus ſum Auſtro vehementi ad eandem Leucopetram. *Et* 3, 8 Vento reiectus ab illo in Macedoniam. *Metaph.* Quo vtinam velis paſſis peruehi liceat: ſin reflantibus ventis reiiciemur, tamen eodem paullo tardius referamur neceſſe eſt Cic. Tuſc. 1 c. 49. Virg. Ecl. 3, 96 Tityre, paſcentes a flumine reice capellas, *Diſſyllabum. Vid.* Drakenb. *ad* Sil. 8, 671. Ter. Phorm. 4, 5, 5 Nam ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos reiiciat. Idem Prol. Phorm. 19 Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reiicere. Spernere et reiicere Cic. de Finib. 1, 4. Aliquid a ſe reiicere et aſpernari Idem pro Roſc. Amer. 153. Quae fueram non reiectura Petentem Ouid. Met. 9, 512. Refutetur ac reiiciatur clamor Cic. Tuſc. 2, 55, Deligere bona, et Reiicere, *contraria* Cic. de Legib. 2, 60. ¶ 2 Reiicere iudices, [*ἀπολέγειν, ἀπωθεῖν*] *aliquando poſitum videtur pro Eligere et accipere iudices, Nempe eo ipſo, quod reiiciuntur ex his, qui propoſiti ſunt, quos iudices noſtros eſſe nolumus, reliqui* ſumuntur. Cic. Verr. 3, 28 Quid praetor? iubet Recuperatores reiicere. Decurias ſcribamus. Quas Decurias? de cohorte mea reiicies, inquit. Cic. Verr. 3, 136 c. 59 Cum — eſſet — conuentus honeſtus Syracuſis, multi equites Romani, viri primarii, ex qua copia recuperatores reiici oporteret, qui aliter iudicare nullo modo poſſent. *Hic ſine dubio* reiicere *eſt* reiectis *quibusdam caeteros* eligere. Idem Act. 1 in Verr. c. 6 Ea manſit in conditione atque pacto vsque ad eum finem, dum iudices reiecti ſunt. *Sed proprie* Ibid. 95 Sic habuiſti ſtatutum cum animo ac deliberatum, omnes qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te Praetore attigiſſent, iudices reiicere. *Hoc ipſe* in eadem n. 137 Iniquum eiurare *appellat. Cur autem vtramque ſignificationem habeat, ex* n. 140 eiusdem orationis *intelligi poteſt.* Apronio permittis, vt quos velit de cohorte ſumat Recuperatores. Indignum, vni potius ex iniquis ſumendi, quam vtriſque ex aequis reiiciendi fieri poteſtatem. *Qui enim reiicit, is caeteros quaſi electos ſumit. Sic* Cic. Verr. 3, 32 c. 13 Si ex omni copia conuentus Syracuſani ſplendidiſſimorum honeſtiſſimorumque hominum faceres poteſtatem aratori, non modo reiiciundi, ſed etiam ſumendi aratores; tamen *etc.* *Ergo* Aſcon. Pedian. ad Verr. 1, 4 c. 2 Diligenter reiectis ab accuſatore iudicibus, Reiectos iudices pro electis intelligi conuenit. Ibi enim reiectio iudicum, vbi et retentio continetur. In reiectione autem accuſatoris vel fides accuſationis vel praeuaricationis perfidia apparet, *i. prout accuſator reiicit vel bonos viros, vel ſuſpectos. Vid.* SVBSORTITIO. ¶ 3 *Formulae diuerſae.* Cic. Fam. 10, 16 Tu quamquam conſilio non eges, vel abundas potius, tamen hoc animo eſſe debes, vt nihil huc reiicias: neue in rebus tam ſubitis, tamque anguſtis a Senatu conſilium petendum putes. In menſem Quinctilem reiecti ſumus Cic. Att. 1, 4. *Conf.* Idem *ad* Quint. Fr. 2, 1. Cic. Att. 9, 15 Sed ne bis eadem legas, ad ipſam te epiſtolam reiicio. *i. remitto, legere te epiſtolam volo.* Si huc te reiicis Balb. *ad* Cic. Att. 8, 15. *i. Si hanc curam ſuſcipis.* *Manut.* Liu. 3, 13 Summam

mam pecuniae quantam aequum eſſet promitti veniebat in dubium, id ad Senatum reiicitur. Idem 39, 7 De ea re conſultationem integram Senatus ad nouos magiſtratus reiecit. Reiicere ſanguinem. Plin. Epiſt. 8, 1 *ad Septitium*, Encolpius quidem lector ille ſeria noſtra, ille deliciae, exaſperatis faucibus puluere ſanguinem reiecit. Idem 5 *ad Paullinum*, Hic dum intente, inſtanterque pronuntiat, ſanguinem reiicit. *Paullo poſt*, Reddidit *dixit*. Reiicere, ſimpliciter pro Vomere Scribon. 180. 198. 200. *et ſaepius* Reiicere, Retinere cibum 108. Ab ſtomacho reiicere 191. Ex ſtomacho 193.

REIECTVS, a, um. Partic. [ἀπωϑηϑεὶς] Ter. Heaut. 2, 3, 49 Capillus paſſus, prolixus, circum caput reiectus negligenter. Os reiectum terrae quemadmodum obtegatur Cic. de Legib. 2, 55. Minae Annibalis reiectae retrorſum Hor. Carm. 4, 8, 16. Naues tempeſtate reiectae Caeſ. Bell. Gall. 5, 5. Penula reiecta de rheda retiluit Milo Cic. pro Milon. 29. Praeda reiecta Hor. Serm. 2, 3, 68. Rutuli bis reiecti reſpectant Virg. Aen. 11, 630. Conqueſti ad ſenatum reiectique ad conſulem Liu. 39, 3.

REIECTVRVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἀπωϑήσων] Ouid. Met. 9, 512 Ergo ego quae fueram non reiectura petentem, Ipſa petam?

REIECTIO, ōnis. f. [ἀναβολὴ, ἀπώϑησις] *Ipſe reiiciendi actus.* Cic. de Finib. 3, 12 Deinceps vt ea teneat, quae ſecundum naturam ſint, pellatque contraria, quae inuenta ſelectione, et item reiectione ſequuntur. In alium reiectio Cic. de Orat. 3, 204 c. 53. Id. pro Corn. Balb. 29 Quod ſi ciui Romano licet eſſe Gaditanum ſiue exilio, ſiue poſtliminio, ſiue reiectione huius ciuitatis. Reiectio iudicum, *cui* Selectio *coniuncta eſt, adeo vt pro eadem ponatur.* Cic. Act. 1 in Verr. 16 c. 6 Poſteaquam reiectio iudicum facta eſt, quod et in ſortitione, iſtius ſpem fortuna Pop. Romani, et in reiiciendis iudicibus, mea diligentia iſtorum impudentiam vicerat, renunciata eſt tota conductio. Quinctil. 7, 1, 34 Quae res faciliorem diuiſioni viam praeſtat, eadem inuentioni quoque: excutere quidquid dici poteſt, et velut reiectione facta ad optimum peruenire. Reiectio ſanguinis Plin. 25, 13. *it.* 23, 8 ſ. 78. Reiectio, *Vomitus* Scribon. 183. Plin. . . Et vernatio vtilis erat, ſi poſtquam ſorpta fuerat, ſtatim reiectio ſequatur. *Non habet Index Hard.*

REIECTVS, ûs. m. [ἀναγωγὴ] *Idem quod Vomitio.* Celſ. . . . Et reiectus cibi non erit inutilis, ſi raro fiat. *Conf.* Hygin. Aſtr. 3, 3?. *et ibi* Munker.

REIECTOR, oris. m. Apul.

REIECTO, āre. Frequentat. [ἀντίκαμαι] Lucret. 2, 330 Clamoreque montes Icti reiectant voces ad ſidera mundi. *i. referunt voces, vt echo ſolet.* Capitol. in Ant. Pio c. 12 Quum caſeum ediſſet auidius, nocte reiectauit.

REIECTANS, antis. Partic. Virg. Aen. 5, 469 Craſſumque cruorem Ore reiectantem, *etc.*

REIECTANEVS, a, um. Adi. [ἀποπροηγμένος] *Sic appellabant Stoici, quae mala vocare nollent, quod illud nomen ſoli* vitio *et* turpitudini *proprium putarent, quae tamen incommoda eſſe negare non poſſent, qualia ſunt morbus, dolor, etc. quod ab omnibus reiiciantur, vel reiici debeant.* Cic. de Finib. 4, 71 c. 26 Illa autem, morbum, egeſtatem, dolorem, non appello mala, ſed ſi libet, reiectanea.

REIECTATIO, ōnis. f. Solin. 5 Aeterna reiectatione terram terra euomit.

REIICVLVS, a, um. Adi. [ἀπόβλητος] *Sic vocantur, quae propter quamcunque cauſam reiiciuntur.* Varro R. R. ., 1 Scire oportet in grege, quot reiiculae ſint alienandae. Ibid. Reiiculae ſoboles. Cato 2 Vendat boues vetulos, armenta reiicula, oues reiiculas, lanam, pelles. Nonius Reiculas *ſcribit* 2, 757. Dies reiiculi Sen. de Breu. Vitae c. 8. *et* Quaeſt. Nat. 7, 32. Reiicula mancipia Idem Epiſt. 47.

REINTEGRATIO, *vid.* REDINT.

REINVITO, āre. Noli vocare diuites, ne forte et ipſi te reinvitent Vulgat. Luc. 14, 12.

REITERO, āre. Apul. Met. 8.

REITERATIO, ōnis. f. [ἀνάληψις] Repetitionem ſignificat. Quinctil. 11, 2 Sola qua exciderunt, retractantur, vt crebra, reiteratione firmentur.

REIVVENESCO, ĕre. *Non proba vox: vid. Voſſ. de Vit. L. L.* 4, 21 *p.* 764.

R E L

RELĀBOR, ĕris, lapſus ſum, lābi. Depon. [κατολισϑαίνω] *Iterum labi ſignificat.* Ouid. Epiſt. 15, 95 *Sappho Phaoni*, Huc ades, inque ſinus formoſe relabere noſtros. In praecepta alicuius relabi Hor. Epiſt. 1, 1, 18. Relabi *dicuntur flumina*, *Quum eo refluunt et reuertuntur, vnde fluxerant.* Hor. Carm. 1, 29, 11

—— Quis neget arduis
Pronos relabi poſſe riuos
Montibus, et Tiberim reuerti,
Quum tu, *etc.*

RELANGVEO, ui, ēre. [καταϑενέω] *ſiue* RELANGVESCO, ĕre. *Poſt vigorem languere.* Ouid. Met. 6, 291 Impoſito fratri moribunda relanguit ore. Cic. Att. 13, 41 Quod autem ille relanguiſſe ſe dicit: ego ei tuis literis lectis σκολιὰς ἀπάτας ſignificaui me non fore. Caeſ. Bell. Gall. 2, 15, 4 Quod his rebus relangueſcere animos, eorumque remitti virtutem exiſtimarent. Liu. 35, 45 Vt taedio et impetus relangueſcat regis, et Romani tempus ad comparandum habeant. *Conf.* Sen. Qu. N. 5, 8.

RELATIO, RELATOR, RELATVS, *vid.* REFERO.

RELĂVO, lāui, lōtum, āre. *Frequenter lauare. Legebatur* Lucret. 6, 799 Denique ſi calidis etiam quum te relauaris Plenior. *Sed editur nunc* Cunctere lauacris.

RELAXVS, a, um. Adi. [πολύχαυνος] *Valde laxum et ſolutum ſignificat.* Columel. 11, 3, 46 Relaxa humo plenioris craſſitudinis fiat radix.

RELAXO, āre. [ἀραιόω, χαυνόω] *Laxum facere, aperire, liberare, diſſoluere.* Vincula tunicarum relaxat Ouid. Faſt. 2, 321. Agmina deturbat gladio, campumque relaxat Sil. 7, 715. Denſa relaxare, et laxa denſare Virg. Georg. 1, 420. Ora fontibus relaxare Ouid. Met. 1, 281. Pelagus relaxans fontes Oceani Sil. 3, 51. Calor relaxat caeca ſpiramenta, Aperit breues et occultas cauernulas, Seruius, Virg. Georg. 1, 89. Cic. de Nat. Deor. 2, 136 Aluus tum adſtringitur tum relaxatur. *Metaphor.* Cic. de Senect. 81 c. 22 Ex quo intelligitur, quales futuri ſint, quum ſe plane corporis vinculis relaxauerint. Cic. Att. 10, 6 Pater enim nimis indulgens, quidquid ego adſtrinxi, relaxat. Cic. de Finib. 2, 95 Si longus, leuis: dat enim interualla et relaxat. Idem Acad. 4, 72 Quod idem contingit inſanis, vt et incipientes furere, ſentiant, et dicant aliquid quod non ſit, id videri ſibi: et quum relaxentur, ſentiant, atque illa dicant Alemaeonis, Sed mihi neutiquam cor conſentit cum oculorum aſpectu. Cic. Off. 1, 122 c. 34 Atque etiam quum relaxare Animos, et dare ſe iucunditati volent. Idem Philipp. 2, 39 Veruntamen homines quamvis in turbidis rebus ſint, tamen ſi modo homines ſunt, interdum Animis relaxantur. *Sic* de Clar. Orat. 21 Relaxa modo paullum Animum: aut ſane, ſi potes, libera. Mentem relaxare Senec. Hippol. ſ. 4. Cic. de Diuin. 100 c. 48 Haec me Peripateticorum ratio magis mouebat, *etc.* qui cenſent eſſe in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura praeſentiant, ſi aut furore diuino incitatus animus, aut ſomno relaxatus, ſolute moueatur ac libere. Cic. Att. 16, 16 Cum ſorore ages attentius, ſi te occupatione iſta relaxaris. A nimia neceſſitate aliquid faciendi ſe relaxare Cic. in Orat. 176.

RELAXATIO, ōnis. f. [ἄνεσις] Ad relaxationem cutis fricare Scribon. 10. *Metaphor.* Cic. Fam. 7, 27 Viſa eſt mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipſa fortaſſe iam ſeneſcentis morbi remiſſio profuiſſe. Idem de Orat. 2, 22 Verum otii fructus eſt, non contentio animi, ſed relaxatio. *add.* Id. de Fin. 2 c. 29.

RELAXĀTVS, a, um. *Vid. ſupra.*

RELAXĀTOR, ōris. m. Cael. Aurel. Acut. 2, 38 Relaxator fluentium.

RELĒGO, āre. [ἀποπέμπω, ἀποδιοπομπέομαι] *Separare, ſemouere, in alium locum (poenae in primis cauſa) mittere.* Virg. Georg. ., 212 Atque ideo tauros procul atque in ſola relegant Paſcua. Cic. Off. 3. 112 c. 31 Criminabatur etiam, quod Titum filium, qui poſtea eſt Torquatus appellatus, ab omnibus relegaſſet, et ruri habitare iuſſiſſet. Caeſ. Bell. Gall. 5, 30 Ne reiecti et longe relegati ab caeteris, aut ferro, aut fame intereant. ¶ 2 Clodius ſub miniſterii titulo M. Catonem a rep. relegauit Vell. 2, 45, 4 Nempe Relegare, [ἐξορίζειν] *In exilium mittere. Plerumque tamen mitior poena intelligitur, quae tantum vrbe aut certis regionibus interdicat, reliqua autem ciuitatis iura, rem familiarem, etc. relinquat. Vid. ICti, et mox* RELEGATVS. Plin. Epiſt. 2, 11, 20 Aſſenſerunt Conſules deſignati, Martianum in quinquennium relegant. Cic. Att. 2, 12 Narro tibi, plane relegatus mihi videor, poſtquam in Formiano ſum. Ouid. Triſt. 2, 201 Vnde precor ſupplex, vt nos in tuta releges. Cic. pro Sext. 29 c. 12 L. Lamiam, qui, *etc.* in concione relegauit: edixitque, vt ab Vrbe abeſſet millia paſſuum ducenta. Ouid. ex Pont. 2, 2, 7 Perlege, nec mecum pariter mea Verba relega, Vrbe licet veſtra verſibus eſſe meis. Relegari in exilium Liu. 25, 6. ¶ 3 Relegare *eſt velut retro, i. viciſſim legare*, ἀντιλεγατεύειν, *cum maritus, quantum dotis nomine ad ſe peruenit, tantum dare heredem vxori ſuae iubet. Sic ſaepe* Vlpian. *et alii* ICti in titulo Pand. (33, 4) de dote praelegata, *quod ipſum verbum in* relegata *mutari vult Haloander.* ¶ 4 *Aſſignare, referre tanquam ad auctorem, cauſam etc.* Tib. 4, 6, 5 Illa quidem ornandi cauſas cauſas tibi, Diua relegat: Eſt tamen occulte cui placuiſſe velit. Paterc. 2, 64, 2 Inuidiam rei in auctorem relegabat. Plin. 7, 1 *extr.* Neque tamen ego in plerisque obſtringam fidem meam, potiusque ad auctores relegabo, qui dubiis reddentur omnibus. *Retinet etiam hic primam et ſollemnem quaſi ſignificationem ſemouendi a ſe, et mittendi quaſi ad alium.*

RELEGĀTVS, a, um. Partic. [ἀποπεμφϑεὶς, ἐξωρισμένος] *vt,* Ambitio relegata Hor. Serm. 1, 10, 84. *h. e. Semota.* ¶ Relegatus, *In exilium miſſus ſed mitius, vt dictum:* Quippe relegatus, non exſul dicor Ouid. Triſt. 2, 137. Ouid. ex Pont. 4, 13, 40 Sed me iam Care nivali Sexta relegatum bruma ſub axe videt. Non ſaeua terris gens relegata vltimis Cic. Tuſc. 2, 10. *Ex Poëta.* Relegati dicuntur proprie, Quibus ignominiae, aut poenae cauſa neceſſe eſt ab vrbe Roma, alioue quo loco abeſſe lege, Senatusque conſulto, aut edicto magiſtratus, vt etiam Aelius Gallus, indicat, Feſtus. *Add.* Vlpian. l. 2 ext. ff. de his, qui ſui vel al.

RELEGATIO, ōnis. f. [ἐξορισμὸς] Liu. 3, 10 Exilio et relegatione ciuium vlciſcentes Tribunos. *Eſt etiam priuata* relegatio. Cic. pro Roſc. Amer. 43 c. 15 Tot praedia, tam pulchra, tam fructuoſa Sext. Roſcius filio ſuo relegationis ac ſupplicii gratia colenda ac tuenda tradiderat? *Et ibid.* Tamenne haec attenta vita et ruſticana, relegatio atque amandatio appellabitur? Cic. Att. 2, 7 Haec ieiuna ac bella relegatio datur ei, cuius Tribunatus ad iſtorum tempora reſeruatur. *Al.* Ieiuna tabellarii legatio, *etc.*

RELEGĀTOR, ōris. m. In Digeſtis *eſſe dicitur.*

RELĔGO, lēgi, lectum, ĕre. [ἐπαναγινώσκω] *Rurſus legere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 72 c. 28 Qui autem omnia, quae ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, et tanquam relegerent, ſunt dicti religioſi ex relegendo, vt elegantes ex eligendo. Scripta relegere, et Scripta relecta Ouid. de Rem. Amor. 717. Idem ex Ponto 3, 5, 11 *de oratione Cottae,*

Quae quanquam lingua mihi ſunt properante per horas
Lecta ſatis multas, pauca fuiſſe queror.
Plura ſed haec feci relegendo ſaepe: nec vnquam
Non mihi quam primo grata fuere magis.

Hor. Epod. 2, 69 Foenerator Alfius,
Iamiam futurus ruſticus
Omnem relegit Idibus pecuniam,
Quaerit Calendis ponere.

Tanquam enim eum, *inquit,* Acron, pro foenoris lucro iam receptae pecuniae poeniteret, ita recollectam Idibus, Calendis properat commodare. *Sed alii, praeſertim Bentleius,* redegit, *v. v. In loco* Caton. R. R. 150 *nihil eſſe praeſidii, oſtendit Gronou. Obſſ. 1, 20.* Iter relegere, Redire per eandem viam Stat. Achil. 1, 23. Litora errata retrorſum relegens Virg. Aen. 3, 690. Ouid. Triſt. 1, 10, 24 Helleſpontiacas illa relegit aquas, *i. retro nauigauit, vt* litora legere. *Certe ſic pro* reliquit *legendum videtur viris doctis.*

RELEGENS *Part. vid* RELIGENS.

RELECTVS, a, um. Ouid. Met. 8, 173 Ianua difficilis filo eſt inventa relecto, *de filo Ariadnes, quo Theſeus adiutus rediit ex Labyrintho.*

RELENTESCO, ĕre. Ouid. Amor. 1, 8, 76 Neue relenteſcat ſaepe repulſus amor. *i. ex acri lentus fiat, et imminuatur.*

RELĔVO, āre. [ἀνακουφίζω] Leuare *iacentem.* E terra corpus releuare Ouid. Met. 9, 318. Humeros paternos releuare Idem Faſt. 4, 169. *Ad multa alia transfertur. vt,* Aeſtus releuare Ouid. de Arte

Am.

Am. 3, 697. Cic. Att. 3, 10 Haec eo ſcripſi, vt potius releuares me, quod facis, quam aut caſtigatione, aut obiurgatione dignum putares, *quaſi laborantem ſub onere erigeres.* Animum releuare alicui Ter. Adelph. 4, 4, 11. Plin. Ep. 1 vlt. Scholaſticis dominis ſufficit abunde tantum ſoli, vt releuare caput, reficere oculos — poſſint. *Nempe inter legendum et ſcribendum dependet quaſi cernuum caput.* Caſus alicuius releuare Ouid. Triſt. 5, 3, 43. Cic. Qu. Frat. 1, 4 Si releuare potes communem Caſum miſericordia hominum: ſcilicet incredibile quiddam aſſequeris. Famem copia nulla releuat Ouid. Met. 11, 129. Fructus dotis releuat onera matrimonii Paullus in l. Quaeris, D. de pactis dotalibus. Labores releuare, *Minuere* Plin. in Paneg. Laborem longum requie releuare Ouid. Met. 15, 16. Mulier pro parte dimidia releuatur, *liberatur onere* Papinianus in l. Quum pater §. Quum exiſtimaret D. de leg. 2. Mulier per ſenatusconſultum releuatur. Vlpian. in l. Quamuis §. Interdum D. ad ſenatusconſultum Velleianum. Et releuant multo Pectora ſicca mero Ouid. Faſt. 3, 304. Cic. de Invent. 1, 25 Cibi Satietas atque faſtidium aut ſubamara aliqua re relevatur, aut dulci mitigatur. Sitim releuare Ouid. Met. 6, 354. Cic. de Diuin. 2, 7 Vt animus moleſtiis potiſſimum releuaretur. *Vetus codex habet,* Vt et animus moleſtiis hac potiſſimum re releuaretur. Idem in Catil. 1, 31 c. 13 Videbimur fortaſſe ad breue quoddam tempus cura et metu eſſe releuati. Dolore releuari Ouid. Met. 9, 674. *al.* Labore. Non eſt in medico ſemper releuetur vt aeger Ouid. ex Pont. 1, 3, 17. Releuare aliquem ſatisdatione Modeſtinus in l. Si procuratorem D. de Procurat. Vlpian. in l. poſt rem D. de Transactionib. Etſi transactio non perimit rem iudicatam, tamen in eo quod datum eſt, releuari rem iudicatam oportet, *vt nempe, quod ex transactione datum eſt, procedat et imputetur reo.* Vlpian. in l. 4 in princ. D. de Cenſibus Illam enim aequitatem debet admittere cenſitor, vt officio eius congruat, releuari eum, qui et in publicas tabulas delato modo frui certis ex cauſis non potuit; quare et ſi agri portio chaſmate perierit, debebit per cenſitorem releuari. Releuari, *In integrum reſtitui* Modeſtinus in l. Etiam §. 1 D. de Minoribus. Ex cauſa curationis condemnata pupilla, aduerſus vnum caput ſententiae reſtitui volebat: quia videbatur in caeteris litis ſpeciebus releuata fuiſſe.

RELEVĀTVS, a, um. Partic. [ἀνακουφισθεὶς] *vt,* Mens relevata a cura Ouid. Triſt. 1, 10, 12. Releuata mihi et recreata respublica videtur Cic. Catil. 2, 7 c. 4.

RELEVATIO, ōnis. f. Octau. Hor. 1, 9 Capillorum releuatio.

RELEVĀMEN, ĭnis. n. Priſcian. Perieg. Facilis releuamine partus.

RELĪBO, āre. Papinian.

RELIDO, ĕre. *Laedere repugnando.* Quae firmata probant, aut infirmata relidunt Auſon. Epiſt. 25, 43. *add.* Fortunat. Carm. lib. 5.

RELISVS, a, um. Reliſa fronte lignum diſſilit Prudent. paſſ. Caſſiani v. 48.

RELICĬNVS, a, um. *Significat, in occiput refugiente capillamento recriſpum.* Apul. Florid. 1 p. 341, 37 *de Marſya,* Laudauit ſeſe, quod erat et coma relicinus, et barba ſqualidus, et pectore hirſutus. Ibidem p. 344, 19 *de imaginibus Alexandri,* Et tabulis et toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma viridis iuuentae, eadem gratia relicinae frontis cerneretur. *Vid. ſupra* Licinus. *Neſcio quid ſibi velit* Vet. Gloſſ. Relicinus ὑποδεδυκώς.

RELICTVS, *vid.* RELINQVO.

RELIGENS *Participiali forma, tanquam a verbo* RELIGO *eſt apud* Gell. 4, 9 *vbi poſt* Nigidium Figulum *adfert* verſum ex antiquo carmine memoria dignum, Religentem eſſe oportet; religioſum nefas: cuius autem id carmen ſit, non ſcribit, *Gellio teſte* Nigidius. *Videtur autem* Religens *plane dictum eſſe vt* diligens. *Et quam comparationem habet* Legio *ad* legentem, *eam habet ad* religentem religio: *contrarium autem* diligentis *et* religentis *eſt* negligens. *Fuerit itaque ſecundum Nigidium* religens, *qui veretur et offendere metuit deos,* religioſus *autem, qui nimium eos metuit, vt* meticuloſus *a* metuente *diſtat.* Religens *porro ſimile fuerit* reuerenti, *in quo Praepoſitio itidem incrementum quoddam et augmentum ſignificat.* *Vid. ſtatim* RELIGIO, *ex* Cic. de N. D. 2, 72.

RELIGIO, ōnis. f. [θρησκεία, θεοσέβεια, ἐναγισμὸς] *Videtur prima origine ſignificaſſe magnum gradum* diligentiae: *cum* diligens *et* religens *ſint non minus cognata, quam* diſputo *et* reputo, dimitto *et* remitto *etc.* Diligit, *qui vnum* legit *prae aliis, et ſeparat;* religit *qui ſaepius.* *Vid. quae modo in* RELIGENS *dicta ſunt.* Ter. Andr. 5, 4, 37 *in recognitione puellae,* CHREMES *pater,* At mihi, *inquit,* vnus ſcrupulus etiam reſtat, qui me male habet. PAMPHILVS, *amator impatiens,* Dignus es Cum tua religione odium: nodum in ſcirpo quaeris. CRITO, Quid iſtuc eſt? CHR. nomen non conuenit. Religio *eſt hic diligentia in quaerendo, cautio non temere credendi. Et ne dicas, hic verſari tamen pietatem, quae cognata ſit religioni;* Cic. Orat. 25 c. 8 *de Athenienſibus,* Quorum ſemper fuit prudens ſincerumque iudicium, nihil vt poſſent niſi incorruptum audire et elegans. Eorum religioni cum ſeruiret orator, nullum verbum inſolens nullum odioſum (*an* otioſum) ponere audebat. *Sic* Cic. Bruto 282 Oratio nimia religione attenuata, *i. diligentia.* *Sed mox* Religioni, *quae eſt ſcrupuloſa quaedam diligentia, domicilium velut aſſignarunt in cultu et reuerentia, quae ſupremae naturae ſiue Deo debetur, omnique adeo officio, vbi exacta quadam cura et obſeruatione, cum metu peccandi coniuncta opus eſſe videbatur.* *Contrarium* religioni *non minus quam* diligentiae eſt negligentia *ſ.* neglectus. *Cum in* religione *ſit metus peccandi, pro ipſa interdum* formidinem *dici, non mirum eſt.* *Vid. Dan. Heinſ. ad* Sil. 2, 82. Virg. Aen. 7, 60 Multosque metu ſeruata per annos *Laurus.* Stat. Theb. 3, 661 Primus in orbe Deos fecit timor. *Sed videamus de* Religione, *quam docebunt exempla tria praeſertim continere, illam animi vel affectionem vel habitum, quo inducti homines caute circa cultum Dei, ſuumque officium verſantur; deinde eſt qualitas obiecti, hoc eſt* religio *tribuitur rei vel perſonae, circa quam caute et cum metu peccandi verſandum eſt; denique* religio *et praeſertim plurium numero* religiones *ſunt caerimoniae et ritus, quibus obſeruandis putant homines Deum a ſe coli, placariue. Sed interdum difficile eſt diſtinguere, quid horum proprie ſpectetur, interdum plura coniunguntur, etc. Cui otium eſt, farraginem quam referimus exemplorum, diſponat accuratius.* Cic. de Inuent. 2, 161 c. 53 *partem facit eius quod* natura ius *eſt,* quae ſuperioris cuiusdam naturae (quam diuinam vocant) curam caerimoniamque affert. *Etiam* 66 c. 22 *ſub* iure naturae *ponit* Religionem, quae in metu et caerimonia deorum ſit. Cic. de Nat. Deor. 2, 72 c. 28 Non enim philoſophi tantum, verum etiam maiores noſtri ſuperſtitionem a religione ſeparauerunt. Nam qui totos dies precabantur et immolabant, vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati: quod nomen patuit poſtea latius. Qui autem omnia, quae ad cultum deorum pertinerent, *diligenter* pertractarent, et tanquam *relegerent:* ſunt dicti *religioſi* ex *relegendo,* vt *elegantes* ex *eligendo,* tanquam a *deligendo diligentes,* ex *intelligendo intelligentes.* His enim in verbis omnibus ineſt vis *legendi* eadem, quae in religioſo. Ita factum eſt in ſuperſtitioſo et religioſo: alterum vitii nomen, alterum laudis. Lactantius 4, 28 a Religando dici Religionem *tradit, carpitque interpretationem Ciceronis: non recte, arbitror.* Idem Cic. de Nat. Deor. 1, 118 *de atheis loquens,* Horum enim ſententiae non modo ſuperſtitionem tollunt, in qua ineſt timor inanis deorum, ſed etiam religionem: quae deorum cultu pio continetur. *Cuius dicti meminit* Auguſtinus de Ciuitate 4, 30. Idem ibidem 6, 9 Quale autem illud eſt, quod Varro religioſum a ſuperſtitioſo ea diſtinctione diſcernit, vt a ſuperſtitioſo dicat timeri deos: a religioſo autem tantum vereri, vt parentes; non vt hoſtes timeri? *Add.* Id. Retract. 1, 13. *et* de vera Relig. c. 55. *Ponitur tamen interdum pro Superſtitione.* Iuſtin. 18, 6, 11 Cruenta ſacrorum religione et ſcelere pro remedio vſi. Idem 22, 6, 1 Terrebat eos portenti religio. *Sed in bonam partem fere Cicero, v. g.* Pietas, ſanctitas, religio, quae omnia pure et caſte deorum numini tribuenda ſunt Cic. de Nat. Deor. 2, 3. Religio eſt iuſtitia erga deos Id. in Partit. 78. Superſtitio imitatur religionem Idem ibid. 81. Idem pro Dom. 105 c. 40 *aſperrima in Clodium Ironia,* Adſpicite, adſpicite Pontifices, hominem religioſum, et, ſi vobis videtur, quod eſt bonorum Pontificum, monete eum, modum quendam eſſe religionis, nimium eſſe ſuperſtitioſum non oportere. Diuûm religio, *i. Religio erga deos* Lucret. 6, 1274. Caeleſtes religiones Tacit. Ann. 1, 11. Priſca religione ſacer receſſus Ouid. Met. 10, 693. Quaeque Aetheris alti relligio Virg. Aen. 12, 181. *i. quidquid in caelo colendum eſt.*

¶ 2 *Verba:* Plin. Epiſt. 4, 13, 7 Si parentibus — religio (*accurata diligentia*) recte iudicandi neceſſitate collationis Addatur. *vid.* ADHIBEO. Nondum diuinae religionis, non humani officii ratio Colebatur Cic. de Inuent. 1, 2. Cadit labefacta religio Claud. in Ruff. 1. 14. Cic. pro Planc. 80 Qui ſancti, qui religionum Colentes, niſi qui meritam diis immortalibus gratiam iuſtis honoribus et memori mente perſoluunt? Conficere ſacra Cereris ſumma religione, caerimoniaque Cic. pro Balb. 55. Conſecrata omnium religione. *vid.* CONSECRO. Diſcedere a religione (*diligenti obſeruatione*) officii Cic. Verr. 3, 2. Idem pro Domo 104 Publiusne Clodius, qui ex Pontificis Maximi domo religionem Eripuit, is in meam intulit? *profanauit ſacra Bonae Deae.* Expiare ſollemnes religiones ſupplicio alicuius Cic. pro Milon. 74. Expiabo religionem aedium mearum Cic. de Aruſp. Reſp. 10. Habere religionem Idem pro Dom. 126. Idem ibid. 105 *in Clodium inuehens,* Quae te tanta mentis imbecillitas tenuit, vt non putares Deos ſatis poſſe placari, niſi etiam muliebribus te religionibus Implicuiſſes? Interponere religionem Cic. in Piſon. 50. Introſpicere religiones numinum Tac. An. 3, 60. *i. cognoſcere de iure aſylorum.* Manere in religione Virg. Aen. 3, 409. Cic. pro Domo 124 c. 47 Numquid igitur is bona Lentuli religioni Obligauit. *Sed MSS. quidam* religionibus religauit. Cic. . . . . Quid te impurius, qui religiones omnes Pollueris, *etc.* Poſſidet religionem paternus maternusque ſanguis Cic. pro Roſc. Amer. 66 c. 24. Religare religione, *vid. modo* Obligare. Suſcipere cultum deorum, et puram religionem Cic. de Legib. 1, 69. Suſcipiunt gentes bella pro ſuis religionibus Idem pro Font. 20. Tollere religionem Idem de Diuin. 1, 105. Trahere in religionem Liu. 5, 23. Tueri populum antiqua ſub religione *dicitur donum Palladis, equus Troianus* Virg. Aen. 2, 188. Cic. de Nat. Deor. 2, 10 Gracchus quum comitia nihilominus peregiſſet, remque illam in religionem populo Veniſſe ſentiret, rem ad Senatum retulit. Violare religionem Cic. Verr. 4, 88. Religionibus ſuus tenor ſuaque obſeruatio reddenda Val. Max. 1, 1, 8.

¶ 3 *Frequens in primis eſt vſus, vbi affectionem illam animi notat, quam vulgo dicimus Conſcientiae ſcrupulum, i. metum peccandi,* Cic. de Aruſp. Reſp. 10 Quae tanta religio eſt, qua non in noſtris dubitationibus, atque in maximis ſuperſtitionibus vnius Publ. Seruilii ac Marci Luculli reſponſo ac verbo liberemur? Arcti nodi religionum Lucret. 4, 6. Liber religione animus, Afferre religionem, Cepit quosdam religio. *vid. hh. vv.* Conſtringi religione Curt. 6, 7, 7. *Ita* Religio iudicis *eſt accurata cautio, ne iusiurandum illud, quo adſtrictus eſt, violet. v. g.* Cic. pro Cluent. 158 c. 58 Religioni potius veſtrae quam odio pareatis. Idem pro Caec. 28 Decus atque ornamentum iudiciorum, exemplar antiquae religionis. Calliſtratus in l. diuus Adrianus D. de re iud. Conſpiratione aduerſariorum teſtibus pecunia corruptis, religionem iudicis circumuentam eſſe. *Paraſiti vox* Plaut. Curc. 2, 3, 71 Vocat ad coenam: religio fuit, denegare nolui. Ter. Heaut. 2, 1, 16 Tum quod dem ei, recte eſt: nam nihil eſſe mihi, religio eſt dicere *diligenter caueo, ne dicam.* Suet. Aug. c. 6 Huc introire, niſi neceſſario et caſte, religio eſt, *i. cauent homines, de loco, vbi Auguſtus nutritus eſt.* Religio mihi non eſt, quo minus hoc faciam Cic. in Catil. 3, 15 c. 6. Eximere religionem Liu. 4, 31 *i. Scrupulum, et vanum metum adimere.* Exſoluere religione. *vid.* EXSOLVO. Cic. Off. 2, 51 Nec tamen vt hoc fugiendum eſt, ita habendum eſt religioni, nocentem aliquando et nefarium defendere impiumque. *Conf.* Idem de Diuin. 1 c. 35. Impediri religione, *vid.* IMPEDIO. Inceſſit dein religio Tacit. Ann. 3, 71. Incutere religionem, *vid.* INCVTIO. Cic. Philipp. 1, 13 Vt inexpiabiles religiones in Rempub. Inducerentur? *Metus et poenae ob violata officia.* Infixa animis religio, Iniicere religionem alicuius rei, Mederi religioni, *vid. hh. vv.* Minuere Nep. 17, 4, 8. Cic. Philipp. 2, 83 Obſtrinxiſti Populum Romanum religione, augur auguri, Conſul Conſuli obnuntiaſti. *vid.* OBNVNTIO, *it.* SERVARE de caelo. Offerre religionem, *vid.* OFFERO. Soluere ciuitatem religione Cic. pro Caecin. 98. Plaut. Merc. 5, 2, 40. Liu. 7, 2. *Vid. Gronou. ad* Liu. l. c. *it. ad* 4, 31. *Taubm. ad* Plaut. l. c. Tangi religione Liu. 1, 45. Idem 26, 11 Et poſtero die eodem loco acies inſtructas eadem tempeſtas diremit. vbi recepiſſent ſe in caſtra, mira ſerenitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Poenos verſa eſt. *i. Poeni interpretati ſunt id diis non placere, vt pro vrbe Roma capienda confligerent, vel vt vrbs Roma armis oppugnaretur.* *Accuratam fidei in teſtimoniis obſeruationem notat,* Cic. pro Flacc. 10 Itaque videte, quo vultu, qua confidentia dicant: tum intelligetis, qua religione dicant. Teſtimoniorum religionem et fidem nunquam iſta natio coluit Cic. pro Flacc. 9. Homo ſine vlla religione et fide Nep. 12, 8, 2. Seruata religio *iurisiurandi* Nep. 17, 2, 5. *Hinc* Religio *pro ipſo iureiurando: vid. Schulting. ad* Quinctil. Declam. 1 p. 11.

¶ 4 Religio, Metus, et ſolicitudo, inquit Seruius Virg. Aen. 8, 344. Iam tum relligio paui-

pauidos terrebat agreſtes Dira loci. *Huc pertinet, cum pro Superſtitione ponitur, vt* Varro *apud* Non. 4, 387

Non fit theſauris non auro pectu' ſolutum
Non demant animis curas ac relligiones
Perſarum montes, non atria diuiti' Craſſi.

Lucret. 1, 64 Humana arte oculos foede cum vita iaceret In terris oppreſſa graui ſub relligione. Religio ſceleroſa Lucret. 1, 84. Refrenatus relligione Id. 5, 115.

RELIGIŌSVS, a, um. Adi. [θεοσεβὴς, εὐσεβὴς, εὐλαβὴς] Gell. 4, 9 *ex* Nigidio Figulo, Quocirca religioſus is appellabatur, qui nimia et ſuperſtitioſa religione ſeſe alligauerat: eaque res vitio aſſignabatur. *Pergit deinde,* Sed praeter iſta, quae Nigidius dicit, alio quodam diuerticulo ſignificationis, Religioſus pro caſto atque obſeruanti, cohibentique ſeſe certis legibus, finibusque dici coeptus. Simili autem modo illa quoque vocabula ab eadem profecta origine, diuerſum ſignificare videntur, *Religioſi dies,* et *Religioſa delubra.* *Religioſi* enim *dies* dicuntur triſti omine infames, impeditique, in quibus et res diuinas facere, et rem quampiam nouam exordiri temperandum eſt: quos multitudo imperitorum praue et perperam Nefaſtos appellant. Itaque M. Cicero (Att. 9, 5) *Maiores,* inquit, *noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt Allienſis pugnae, quam vrbis captae, quod hoc malum ex illo. Itaque alter* religioſus *etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus.* Idem tamen M. Tullius in oratione de Accuſatore conſtituendo, (Diu. in Caec. 3) *Religioſa delubra* dicit, non ominoſa nec triſtia, ſed maieſtatis venerationisque plena. Maſſurius autem Sabinus in commentariis, quos de indigenis compoſuit, *Religioſum,* inquit, *eſt, quod propter ſanctitatem aliquam remotum ac ſepoſitum a nobis eſt. Verbum a relinquendo dictum, tanquam caerimoniae a carendo.* Hactenus Gellius *apud quem etiam plura.* Religioſi, *vt etiam* Non. 5, 36 placet, dicti ſunt, quaſi relinquoſi caeterorum omnium, ſacrificiis deſeruiant. *Sed haud paullo melior etymologia in* Religens *et* Religio *propoſita eſt. Caeterum* Varro *apud* Auguſt. de C. D. 6, 9 Religioſum a ſuperſtitioſo ea diſtinctione diſcernit, vt a ſuperſtitioſo dicat timeri Deos, a Religioſo autem tantum vereri vt parentes, non vt hoſtes timeri. Religioſus *et* Impius, *contraria. vid.* IMPIVS. Cic. de Orat. 2, 184 c. 43 *poſtquam* reos *dixerat eſſe* omnes, quorum de re diſceptatur, *addit,* Horum igitur exprimere mores oratione, iuſtos, integros, religioſos, timidos, perferentes iniuriarum, mirum quiddam valet. *Nempe talem videri ſuum clientem, patrono optabile eſt.* Cic. de Fin. 2, 22 Atqui reperiemus aſotos ita non religioſos, vt edant de patella, *vaſe ſacro, nimirum, in quo Dis offertur, ſacrilegio ablata.* Aures Atticorum teretes et religioſae Cic. in Orat. 27. *vid.* RELIGIO n. 1. Dedicatio eſt religioſa Cic. pro Domo 125. Idem Verr. 4, 124 Herculis templum eſt apud Agrigentinos, non longe a foro, ſane ſanctum apud illos et religioſum. Dies religioſi, *vid. paullo ante ex* Gellio 4, 9. Cic. Qu. Frat. 2, 4 Dies erant duo, qui poſt Latinas habentur religioſi. *conf.* Liu. 6, 1. Domum facere aliquam religioſam Cic. de Aruſp. Reſp. 33. Fanum Idem pro L. Manil. c. 22. Limina religioſa deorum Virg. Aen. 2, 365. Res religioſiſſimae, *et* Nefas, *contraria* Cic. de Inuent. 2, 135. Religioſum eſt quod iurati legibus iudicauerunt Idem ibid. 1, 48. Religioſum eſt id facere, *religione prohibitum* Liu. 2, 5. Id. 3, 22 *pr.* Luſtrum, propter Capitolium captum, conſulem occiſum, condi religioſum fuit. Religioſum habere Plin. 28, 4. Cic. pro Caecin. 26 c. 10 Huic ego Teſti gratias agam, quod et in te miſericordem ſe praebuit, et teſtimonio religioſum. Cic. de Fin. 4, 61 Religioſiſſimus Teſtis. *Pro Superſtitioſo* Ter. Heaut. 4, 1, 37. Vt ſtultae et miſerae omnes ſumus religioſae. *Compar.* Agricolae religioſiores Columel. 11 *extr. conf.* Plin. 29, 1 ſ. 5. *Superl.* Mortales religioſiſſimi Salluſt. Catil. c. 12. Sacra religioſiſſima Paterc. 2, 45, 1. *conf.* Sen. Nat. Quaeſt. 7, 6. Petron. c. 21. *et* Cic. Verr. Diu. in Caec. 3.

RELIGIOSŬLVS, a, um. Dimin. Hieronym. adu. Ruffin. 3, 3.

RELIGIŌSE. Adu. [θεοσεβῶς] *i. Diligenter, ſolicite et accurate, etc. vt* religio *et* religioſus. Columel. 3, 10 Nihil curioſe, nihil religioſe adminiſtrant. Cic. pro Cael. 55 Vtrum temeraria, procax, irata mulier finxiſſe crimen: an grauis, ſapiens, moderatusque vir religioſe teſtimonium dixiſſe videatur. Si vos ſeuere religioſeque Iudicaueritis Cic. Verr. 1 c. 1. Religioſe promittere. *i. caute non temere* Nepos 25, 15, 1. Cic. Fam. 13, 18 Faciamque id quod debent facere hi, qui Religioſe et ſine ambitione commendant. Cineres et oſſa religioſe quieſcentia Quinctil. Decl. 10 p. 147. *Compar.* Plin. Epiſt. 3, 7 Natalem cuius religioſius quam ſuum celebrare. Idem Paneg. c. 65. *Superl.* Cic. de Inuent. 2, 1 Templum Iunonis, quod religioſiſſime colebant, egregiis picturis locupletare voluerunt. Plin. Epiſt. 3, 15 Poëticen religioſiſſime veneror. *conf.* Petron. c. 117.

RELIGIOSĬTAS, ātis. f. Apul. Doctr. Plat. 2 p. 6 Iuſtitia cum religioſitate, id eſt ὁσιότητι copulatur. *conf.* Tertull. Apol. c. 25.

RELĬGO, āre. [ἀναδέω] *Ligare retro, i. ne promoueri, prodire queat.* Colum. 2 Diutiusque perennat quae firmis truncorum et idoneis locis religata eſt. Claſſem religauit ab aggere Virg. Aen. 7, 106. Siue iactatam religaret vdo litore Nauim Hor. Od. 1, 32, 7. *Sed etiam* deſectam herbam religare Col. 2, 18, 5 *nempe in faſciculos.* Funiculus a puppi religatus Cic. de Inuent. 2, 54. Funis ab humeris religatus Plin. 9, 46. Cic. Tuſc. 1, 105 c. 43 Trahit Hectorem ad currum religatum Achilles Columel. 12, 44, 2. Ad maiores ramos religant mala Punica, vt immota permaneant. Caius, D. de diuiſione rerum l. riparum, Funes ex arboribus religare. Plin. 2, 65 Religetur in mali cacumine. Funem religare in querno ſtipite Ouid. Faſt. 4, 331. Catena religari Idem Epiſt. 10, 89. Claſſem religauit litore, *alligauit* Idem Met. 13, 439. Catull. 65, 174. Manus Pſeudo-Cic. anteq. ir. c. 6. Robora catenis religare Lucan. 2, 671. Religare lineo funiculo Columel. 7, 10. Iuſſu ipſius quadrigis religatus, ac in diuerſa diſtractus eſt Vict. de Viris illuſt. 4. Cic. pro Domo 124 c. 47 Vidimus hoc idem Cn. Lentulo Cenſori Tribunum plebis facere; numquid igitur is bona Lentuli religionibus religauit?

RELIGĀTVS, a, um. Part. [ἀναδεδεμένος] *Praeter ſuperiora* Hor. Carm. 4, 11, 5 — Eſt hederae vis Multa, qua crines religata fulges. Nodo religatus brachia Tibul. 1, 8, 5. Si prudentia extrinſecus religata pendeat Cic. Tuſc. 3, 37. Somno religata agmina Claud. Conſ. Hon. 6, 472. Equi religati Virg. Aen. 9, 352.

RELIGĀMEN, ĭnis. n. Prudent. Pſychom. 359 Conbibat infuſum croceo religamine nardum.

RELIGATIŌ, ōnis. f. [ἀνάδεσις] Cic. de Senect. 53 c. 15 Et ipſa natura delectat, adminiculorum ordines, capitum coniugatio, religatio, propagatio vitium ſarmentorumque.

RELĬNO, lēui *et* lĭni, lĭtum, ĕre. [ἀποχρίω] *Quod oblitum et obturatum erat aperire.* Ter. Heaut. 3, 1, 51 Releui dolia omnia omnes ſerias. Plaut. Stich. 5, 4, 38 Nolo ego nos pro ſummo bibere: nulli relerimus poſtea: *Pro* Releuerimus. *i. Nulli deinceps vinum depromſerimus.* Cic. Att. 1, 13 *pr.* Quotus enim quisque eſt, qui epiſtolam paullo grauiorem ferre poſſit, niſi eam per lectionem releuerit? *Sed Grut. Gronou.* pellectione releuarit, *cum alluſione ad grauiorem.*

RELINQVO, līqui, lictum, ĕre. [λείπω, ἀπολείπω, καταλείπω] *Diſcedere ab aliquo.* Plaut. Moſt. 1, 3, 45 Reliquit, deſeruitque me. Caeſ. Bell Gall. 5, 9 In litore molli atque aperto deligatas ad ancoras relinquebat. Plaut. Truc. 2, 6, 32 Quae me hic reliquit atque abſtitit. Praetereo ac relinquo Cic. Verr. 5, 105: *non tracto.* Relinquere *de hereditate,* Plaut. Aul. prol. 13 Agri reliquit ei non magnum modum, *etc.* Ter. Phorm. 2, 2, 46 At ſi talentûm rem reliquiſſet decem, primus eſſes, *etc.* Relinquere aliquem, *Nolle iuuare* Cic. Fam. 13, 64 Tantum a te petimus, vt agas eam rem, ne relinquas hominem innocentem ad alicuius tui diſſimilis quaeſtum. ¶ 2 *Subſtantiua:* Aculeos relinquere in animis auditorum. *vid.* ACVLEVS. Cic. pro Quint. 15 Propterea quod C. frater aliquantum Aeris alieni reliquerat. *i. Mortuus fuerat non perſoluto aere alieno.* Amata relinquere pernix Hor. in Arte Poët. 165 *in iuuenis ingenio deſcribendo.* Cic. de Fin. 2, 45 Quid ages tandem, ſi vtilitas ab amicitia (vt fit ſaepe) defecerit? relinquesne? Animam relinquam potius, quam illas deſeram. *i. Moriar potius,* Ter. Adelph. 3, 4, 52. Animus relinquit eam, *pro Deficit, ſiue concidit animo* Plaut. Mil. 4, 8, 37. *Et* Men. 5, 2, 6 Reliquere vires. *conf. Burm. ad* Quinctil. Decl. 13, 6 p. 278. Ter Heaut. 3, 3, 42 Ea relicta huic Arrhaboni eſt pro illo argento. *i. In pignus.* Liu. 4, 7 Tribuni plebis certamen ſine effectu in Beneficio apud primores patrum reliquere. Cic. de Fin. 2, 44 Ita caeterorum ſententiis ſemotis relinquitur, non mihi cum Torquato, ſed cum virtute Certatio. Comites in valle reliquit Ouid. de Arte Am. 3, 711. Concio reliquit Curionem Cic. Brut. 26. In Commentariis relinquere Plin. 29, 4. *ſubaud. ſcriptum.* Cic. Att. 5, 21 Illud tamen non deſinam, dum adeſſe putabo de Caeſaris nomine rogare, vt Confectum relinquas. *i. conficias ante diſceſſum.* Cic. Fam. 15, 21 Vt vnam mihi Conſolationem relinquas. Id. Acad. 1, 17 Illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus, et nulla affirmatione adhibita, Conſuetudinem diſſerendi reliquerunt. Conſultationi relinquere Liu. 25, . . . *Remittere ad conſultationem.* Curionem quondam concio relinquit Cic. de Clar. Orat. 26. Idem Fam. 4, 1 Vrbem ſine legibus, ſine iudicis, ſine iure, ſine fide relictam Direptioni et Incendiis. Ouid. Met. 7, 185 Praecipiti pinus Borea, cui cuncta remiſit Frena ſuus rector, quam Dîs, Votisque reliquit. Pinus, *i. Nauis pinea.* Dominos vt herifugae famuli ſolent Catul. de Berecynt. ſ. 61, 51. Cic. Fam. 15, 21 Nullam enim apud me reliquiſti Dubitationem, quantum me amaris. Idem Verr. 1, 72 Nemo iam Dolabella, neque tui, neque tuorum liberûm, quos tu miſeros in egeſtate, atque in ſolitudine reliquiſti, miſereri poteſt. Cic. Att. 9, 6 Etſi Ciceroni meo togam puram quum dare Arpini vellem, hanc eram ipſam Excuſationem relicturus ad Caeſarem. A Febre quartana relinqui Cic. Att. 8, 6. Gaudia relinquere Ouid. Epiſt. 16, 204. Cic. pro Quint. 15 Heredem teſtamento reliquit hunc P. Quintium. Incertam relinquere aliquam, et vulnere mentis turbatam Virg. Aen. 12, 160. Incepta fila relinquit Ouid. Met. 6, 34. Infecta ſacra relinquunt Idem ibid. 6, 202. Limen Virg. Aen. 5, 316. Cic. Fam. 1, 1 Sed plane nec precibus noſtris, nec admonitionibus relinquit Locum. *i. Nec ſe orari, nec admoneri ſinit: adeo praeſtat, certe vltro pollicetur, omnem diligentiam in tuo negotio.* *Sed* Ter. Andr. 3, 4, 22 Nihil eſt preci loci relictum, *i. non auditur deprecatio, occluſae ſunt aures precibus.* Non admittere preces, vt Ter. Andr. 3. 4 (5) 23. Locum ſubtilitati nullum relinquere Plin. 35, 10. Cic. Qu. Frat. 2, 4 Ne cui iniquo relinqueremus vituperandi locum. *i. Daremus anſam, etc.* Lucem Virg. Aen. 4, 452 *mori.* Mature relinquere aliquid Hor. Epiſt. 2, 1, 100. Cic. pro Cael. 48 Hic ego iam rem definiam: mulierem nullam nominabo, tantum in medio relinquam. *conf.* Id. Acad. 1 c. 10. Cic. Off. 2, 55 Prodigi, qui epulis et viſcerationibus, et gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum Memoriam aut breuem, aut nullam omnino ſint relicturi. Memoriam acrem ſui relinquunt Tacit. Ann. 15, 68. *de aſperis facetiis.* Cic. Verr. 3, 19 Quo maximarum rerum frequentiſſimae quotidie aduocationes fiunt: in eo loco, in ſermone hominum, audaciae ſuae Monimentum aeternum relinquere? Negotia longa relinquere Hor. Carm. 3, 5, 54. Neminem ſe vno in terris viliorem, aut improbiorem, aut inquinatiorem reliquit Apul. Apol. p. 321, 26. Nihil de tanto patrimonio relinquere Cic. pro Roſc. Amer. 10. Idem Fam. 10, 33 Antonium turpiter Mutinae obſeſſionem reliquiſſe. Cic. Diu. in Caec. 16 Verum non id mihi ſumo Iudices, et hoc non modo in oratione mea non pono, ſed ne in opinione cuiusquam relinquo, me omnibus patronis eſſe praepoſitum. Opus inceptum dextra reliquit Ouid. de Arte Am. 2, 78. Oſſa pauor reliquit Virg. Aen. 3, 57. Patrimonium filio meo ſatis amplum in memoria nominis mei relinquam Cic. Fam. 2, 15. *conf.* Id. pro Domo c. 58. Cic. pro Lege Manil. 37 Quid hunc hominem, magnum aut amplum de Repub. cogitare, qui Pecuniam ex aerario depromtam ad bellum adminiſtrandum, aut propter cupiditatem prouinciae magiſtratibus diuiſerit, aut propter auaritiam Romae in quaeſtu reliquerit? Caeſ. Bell. Gall. 1, 51 Poſtridie eius diei Caeſar Praeſidium vtrisque caſtris, quod ſatis eſſe viſum eſt, reliquit. Cic. de Clar. Orat. 74 Vtinam exſtarent illa carmina, quae multis ſaeclis ante ſuam aetatem in epulis eſſe cantitata a ſingulis conuiuis de clarorum virorum laudibus, in Originibus Scriptum reliquit Cato. *i. Scripſit. conf.* Nep. 9, 5, 3. Cic. Tuſc. 1, 39 Quam (niſi quid dicis) praetermittamus, et hanc totam ſpem immortalitatis relinquamus. *Sic* Caeſ. Bell. Gall. 1, 51 Ne qua ſpes in fuga relinqueretur. Cic. Diu. in Caec. 26 In quo quid eniti, aut, quid efficere poſſim, malo in aliorum ſpe, quam in oratione mea relinquere. Cic. Acad. 4, 7 Neque nos Studium exquirendi defatigati relinquemus. In Suſpenſo reliqui rem totam, dum te conſulerem Plin. Epiſt. 10, 40. Suſpicionem alicui Suet. Caeſ. c. 86. Terras dulces relinquere Virg. Aen. 4, 281. Teſtamento aliquid alicui Cic. Off. 3, 93 c. 24 Quum ei teſtamento ſeſtertiûm millies relinquatur. Verbum in ambiguo Lucret. 4, 1131. Verba imperfecta reliquit Ouid. Epiſt. 13, 13. Veſtigium amoris Plin. 36, 5. Vitam Virg. Georg. 3, 547. Tacit. Ann. 4, 34. Relinquendae vitae certus. Vita reliquit eum Lucret. 5, 64. Mihi ne vt dubitem quidem relinquitur Cic. Acad. 4, 120. ¶ 3 Relinquitur, *in concluſionibus,* Relinquitur, vt ea fortuita diuinari poſſint, quae nulla

nec arte nec ſapientia prouideri poſſunt, *vt* Supereſt, Reſtat. *Nempe in ratione pecuniaria ſaepe illa concluſio eſt, et illud quod computatione effecimus, ſcire quid* relinquatur, ſuperſit, reſtet. Cic. Att. 9, 4 Relinquitur, vt ſi vincimur in Hiſpania, quieſcamus. Donec ſextarius relinquatur Scribon. 127. Relinquendo Ouid. Triſt. 3, 13, 9 Inque relinquendo, quod idem fecere ſodales, Tu quoque dixiſſes triſtis in vrbe, vale. *al.* Iamque relinquendâ.

RELINQVENS, entis. Partic. Catull. 36, 3 Relinquens Comi moenia. Paterc. 1, 17, 7 Occupatam relinquens materiam quaerit nouam.

RELICTVS, a, um. Partic. [ἀπολαφθεὶς] Ter. Eun. 2, 2, 55 Eho numnam tu hîc relictus cuſtos, ne quis forte internuntius clam a milite ad iſtam curſitet? Pauper iam a maioribus relictus Nep. 15, 2, 1. Plin. Epiſt. 9, 36 *pr.* Ab his quae auocant abductus, et liber, et mihi relictus, non oculos animo, ſed animum oculis ſequor. Solus, inops, exſpes, leto poenaeque relictus Ouid. Met. 14, 217. At tu, oro, ſolare inopem, et ſuccurre relictae Virg. Aen. 9, 290. Cic. pro Rabir. 23 Nemo eſt inquam inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honeſtate, ſed etiam ſimulatione honeſtatis relictus, qui ſe in Capitolio fuiſſe cum Saturnino fateretur. Quid faciat? multum caeli poſt terga relictum Ouid. Met. 2, 187. *de Phäethonte.* Aes alienum relictum Cic. pro Quint. 77. Aetate relicta diſſimilem animum ſubiit Ouid. Met. 7, 170. *de Aeſone ſene priſtinae iuuentuti reſtituto.* Arbitrium relictum cuique intelligendi Plin. 6, 29. Curſus relictos iterare Hor. Carm. 1, 34, 5. Fides relicta Ouid. de Arte Am. 3, 460. Haeredium a patre relictum habebat Nep. 24, 1, 1. *Sic* Poſſeſſiones a maioribus relictae Cic. de L. Agr. 1, 2. Locis relictis Hor. Carm. 2, 1, 37. Mei ſi qua tamen eſt in te pia cura relicti Ouid. Amor. 2, 16, 47. Officiis omnibus relictis Hor. Epiſt. 2, 2, 67. Omnibus relictis mihi frequentem operam dediſtis Plaut. Ciſtel. 1, 1, 6. *conf.* Caeſ. B. C. 3, 102. Rebus relictis; *vſitatum loquendi genus veteribus, quod idem valet atque* Rebus aliis omnibus relictis. Plaut. Epid. 4, 2, 35 Ego relictis Rebus, Epidicum, operam quaerendo dabo. Lucret. 3, 1084 —— Iam rebus quisque relictis Naturam primum ſtudeat cognoſcere rerum. *conf.* Ter. Andr. 2, 5, 1. Herus me relictis rebus iuſſit Pamphilum quaerere. *Add.* Donat. ad *h. l.* Poſtes a tergo relicti Virg. Aen. 2, 454. Id. ibid. 5, 321 Inſequitur Salius: Spatio poſt deinde relicto, Tertius Euryalus. *i. intermiſſo, intercedente.* Virtute relicta inuidiam placare paras Hor. Serm. 2, 3, 13. Vita tantummodo relicta eſt mihi Ouid. ex Pont. 4, 16, 48. Repetere relicta Hor. Epiſt. 1, 7, 7. Relicta, Loca ſunt, quae limites non acceperunt, *vt ait* Frontinus de Limitibus p. 62 *Goeſ.*

RELICTIO, ōnis. f. [ἐγκατάλειψις] Cic. Verr. 1, 35 Quibus illam relictionem proditionemque Conſulis, *etc. Paullo anto dixerat,* Conſulem, exercitum, prouinciamque deſeruit. Idem Att. 16, 7 Quod effugiſſem duas maximas vituperationes. Vnam, quam itinere faciendo me intelligebam ſuſcipere deſperationis ac relictionis Reip.

RELICTVS, ûs. m. Gell. 3, 1 Labor virilis exercendique corporis ſtudium prae pecunia relictui ſunt.

RELĬQVVS, a, um. Adi. [λοιπὸς, ὑπόλοιπος] *Quod ſupereſt.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 13 Demonſtrant ſibi praeter agri ſolum nihil eſſe reliqui. *Concludendi formula eſt.* Cic. Fam. 7, 32 Reliquum eſt, vt officiis certemus inter nos. Ter. Adelph. 3, 2, 48 Hoc reliquum eſt, *(intell. commodi, in rebus malis)* ſi inficias ibit, teſtis mecum eſt annulus. Perge reliqua, *vid.* PERGO. Cic. pro Planc. 99 O reliquos omnes dies, noctesque eas, quibus iſte a me non recedens Theſſalonicam me, in Quaeſtoriumque perduxit. Cic. de Amicit. 6 Nec ſicut vulgus, ſed ut eruditi ſolent appellare ſapientem, qualem in reliqua Graecia neminem. Oppida erant mihi complura etiam reliqua, quae adire vellem Cic. Verr. 4, 65. Operam reliquam dare Plaut. Truc. prol. 15. Ter. Eun. 2, 2, 9 Itane paraſti te, vt ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi. Cic. Fam. 11, 5 Spem reliquam nullam video ſalutis. Cic. Verr. 1, 30 Menſes mihi tres quum eripuiſſetis, ad agendum maxime appoſitos, reliquum omne Tempus huius anni me vobis remiſſurum putaſtis. In reliquum tempus ſancit. *i. in futurum* Cic. de Lege Agr. 1, 13. *conf.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 20. Tranquillitatis ſpe reliquae, luctus fugere, *i. futurae* Cic. pro Sext. 73. Id. Verr. 5, 89 Et quod reliquum vitae viriumque fames fecerat, id ferro potiſſimum reddere volebat. Vaticinationis reliqua breui confecta ſunt Cic. de Diuin. 1, 68. ¶ 2 *Obſ. Formulae cum verbo facere.* Caeſ. B. G. 2, 26 *extr.* Nihil ad celeritatem ſibi reliqui fecerunt, *i. ſumma celeritate vſi ſunt.* Quibus lubido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant Salluſt. Cat. c. 28 *extr.* Cic. Verr. 3, 115 Et quibus nihil non modo de fructu, ſed ne de bonis quidem ſuis reliqui fecit. *i. Omnia abſumſit. conf.* Nep. 25, 21, 5. Nullum munus officii cuiquam reliquum feciſſe Cic. Fam. 3, Epiſt. vlt. Cic. Verr. 3, 126 Quid eſſe reliqui poterat ei, qui per hanc iniuriam non modo frumentum omne amittere, ſed etiam omne inſtrumentum vendere cogeretur? *conf.* Id. de Fin. 2 c. 31. Cic. de Orat. 1, 100 Quoniam id, quod difficillimum nobis videbatur, vt omnino de his rebus Craſſe loquerere, aſſecuti ſumus: de reliquo iam noſtra culpa fuerit, ſi te, niſi omnia quae percunctati erimus explicaris, dimiſerimus. Reliquum eſt, vt de me id ſcribam, quod te ex tuorum literis et ſpero, et malo cognoſcere Cic. in quadam Epiſtola. Quinctil. 4, 5 Propoſitis enim probationibus, omnis in reliquum gratia nouitatis praecerpitur. Praeter te neminem habeo reliquum, in quo *etc.* Cic. Fam. 9, 15. Id. Verr. 3, 126 Quos belli calamitas reliquos fecerat. Eum reliquum calamitas fecit Curt. 6, 9, 27. ¶ 3 *Siue Subſtantiuo:* Reliqui, *Plur.* Cic. Acad. 4, 96 Sunt enim multi, qui omnino Graecas non ament literas, plures, qui philoſophiam, reliqui, qui etiamſi haec non improbent, tamen, *etc. In primis ſic ponuntur* Reliqua, [ἐλλείμματα] *reſidua rationum, quae ſubducta ratione adhuc debentur.* Cic. Att. 16, 3 Maxime autem me angit ratio reliquorum meorum: quae quanquam explicata ſunt, tamen quod et Dolabellae nomen in iis eſt, et attributio eſt mihi nominum ignota, conturbor. Idem ad eundem 16, 1 *Etiam ſimul.* Ter. Phorm. 1, 1, 2 De ratiuncula reliquum pauxillulum numorum. Plaut. Ciſt. 1, 3, 41 Nunc quod reliquum reſtat, volo perſoluere, vt expungatur nomen, ne quid debeant. *conf.* Idem Capt. prol. v. 16 Nunc accipite reliquum, alieno vti nil moror. Plin. Epiſt. 9, 37 ad Paullinum, Nam priore luſtro, quanquam poſt magnas remiſſiones, reliqua creuerunt. Idem Epiſt. 3, 19 Reliqua colonorum minuit ad tempus. Diſpenſator, qui ad reliqua non reſpondet Quinctil. 6, 3, 93. *qui rationem non reddere poteſt reliquorum, quae adhuc debet.* In prouinciis vero etiam ex reliquis ingentes ſummas remiſit Spartian. in Adriano c. 7. *vid. Salmaſ. ad h. l. Spanhem. de Numiſm. Diſſ. 13 p. 552. add.* Symmach. Epiſt. 10, 47. Accepiſſe ſe reliqua mea Camillus ſcribit Cic. Att. 6, 1. *i. quae mihi reliqua debentur.* Trahere reliqua, *quod alii* Contrahere dicunt Paullus ff. de adminiſtratione et periculo tutorum l. 46 Lucius Titius, Curator Caii Seii tempore curae fundum Cornelianum locauit Sempronio: qui Sempronius reliqua traxit. *Sic enim habent Pandectae Flor. et Haloander. Ibidem paullo poſt,* Ex quibus quidam, quum reliqua traherent, idonei ipſo tempore adminiſtrationis eſſe deſierunt. Papin. in l. Seruus ſi heredi §. 1 D. de ſtatu liberis, Quod reſcriptum ita accipi debet: vt ſi reliqua non trahat, liber ſit. Quod ſi trahat: ita demum, ſi obtulerit eam quantitatem, quae refundi debuit, ex fide veritatis. *Eſt igitur* Reliqua trahere, *idem quod* Reliquari. ¶ 4 Relliquus, *vel* Rellicuus, *ſcribunt, qui metuunt, ne* re *ſolum produci non poſſit. V. g.* Rellicuo tempore Lucret. 1, 560. *Sed etiam* Reliquo *prima longa, et quatuor Syllabis legi poteſt: et ſic Hauerc. Conf. 2, 953 vbi* Relliquiae *ſcribunt quidam.*

RELĬQVOR, āri. Deponens. [λοιπάζομαι] *Aes alienum ex reliquis rationum contrahere.* Paullus de adminiſtratione tutorum, l. L. Titius, Paullus reſpondit, non ex eo, quod adultus eum, qui praedia eius coluit, procuratorem habere voluit: debitum quod ex conditione reliquatus eſt, agnouiſſe eum videri. Vlpianus de Muneribus et honoribus, l. Reſcripto, Eos demum debitores Reip. accipere debemus, qui ex adminiſtratione Reip. reliquantur. *Conf.* Scaeu. l. 20 §. 1 ff. de fundo inſtr.

RELIQVATIO, ōnis. f. [λοιπογραφία Gloſſ. Philox.] *Reliquorum rationes, vel ipſa adeo reliqua, de quibus modo n. 4.* Paullus in l. Qui nominibus, D. de adminiſtr. et peric. tut. Sed et ſi pupillus poſt pubertatem rationibus a tutore acceptis, reliquationem eius ſecutus vſuras acceptauerit: priuilegium ſuum non amittit in bonis tutoris venditis. Tertull. de Anima 56 Aiunt et immatura morte praeuentas *animas* eo vsque vagari iſtic, donec reliquatio compleatur aetatum, quas tum peruixiſſent, ſi non intempeſtiue obiiſſent.

RELIQVĀTOR, ōris. m. *Qui reliqua contraxit: Qui integrum non ſoluit, quod ex rationibus debebat, ſed partem aeris alieni ſeruat.* Scaeuola, De ſolutionibus et liberat. l. Creditor, Valerius L. Titii ſeruus ſcripſit, Accepi a Marino Materno ex ſumma maiore tot aureos. Quaero an haec ſumma in proximum annum ei accepta ferri debeat, quum ſuperioris anni ſit reliquator? *Conſ.* Crinit. de *honeſta diſcipl. 15, 3.*

RELIQVATRIX, īcis. f. Tertull. de Anima c. 35 Anima reliquatrix delictorum donec exſoluat nouiſſimum quadrantem.

RELIQVIA, ae. f. Apul. Apol. p. 277 Conuerritorem pridianae reliquiae. *de puluiſculo dentifricio.*

RELIQVIA, orum. n. *Pl.* [λείψανα, κατάλειμμα] *Laudatur* Phaedr. Fab. 1, 22, 6 Vt fruaris reliquiis, Quae ſunt roſuri. *Sed Burm.* Quas. Plaut. Milit. 1, 1, 54 At pedites tibi reliquia erant, ſi viuerent. *Sed* reliquiae *Gron. Nondum igitur certum auctorem haec forma habet.*

RELIQVIAE, ārum. f. *Pl. Quae ſuperſunt, relicta ſunt. De cibis.* Plaut. Stich. 2, 3, 40. *Et* Men. 3, 1, 13. Idem Perſ. 1, 2, 25 Nunc huc intro ibo, viſam heſternas reliquias quî euenerint. Nihil reliquiarum exſtat Lucret. 1, 1102. Animae reliquias reddere omnes Lucret. 3, 656 Belli Paterc. 2, 17. *Honeſta circumlocutione* Cic. de Nat. Deor. 2, 18 Cibi reliquiae depelluntur tum aſtringentibus ſe inteſtinis, tum relaxantibus. Cladis reliquiae Liu. 22, 56. *Metaphor. De coniuratione contra Caeſarem,* Cic. Fam. 12, 4 Vellem Idibus Martiis me ad coenam inuitaſſes: reliquiarum nihil fuiſſet. Cic. in Parad. 4 Et reliquiae coniurationis a Catilinae furiis ad tuum ſcelus furoremque conuerſae. Liu. . . . Reliquias duorum exercituum cum cura colligerent. *Conf.* Hirt. Bell. Alex. 40. Febrium reliquiae Celſ. 3, 4. Cic. Verr. 2, 74 *de Timarchide,* Non ſolum numos ſi qui iſti exciderant, tollere ſolebat, ex quibus pecuniam maximam fecit: ſed etiam voluptatum, flagitiorumque iſtius ipſe reliquias colligebat. Generis huius reliquiae, *De viro bono, antiquae honeſtatis* Ter. Adelph. 3, 3, 91. Legionum reliquias conſeruare Paterc. 2, 46, 4. De morbis: Si reliquiae remanſerint Scribon. 131. Reliquias tollit 160. *ſc. podagrae.* Motus vitalis reliquiae Lucret. 2, 954. Vitae reliquias membris ex omnibus aufert Lucret. 6, 825. Vitae alicuius lacerare reliquias et diſtrahere, *vid.* LACER. Colligere velut ex naufragio tantae cladis reliquias Liu. 22, 56. Cic. de Senect. 16 *de Carthaginis euerſione loquens,* Quam palmam vtinam dii immortales Scipio tibi reſeruent, vt aui reliquias perſequare, *peragas, quae ille non potuit.* Reliquiae, pro Cineribus. Modeſtinus in l. Quidam, De cond. inſtit. Quidam teſtamento ſuo heredem ſcripſerat tali conditione, ſi reliquias eius in mare proiiciat. Plinius ad Traianum, de reliquiis *ſepultorum* transferendis *epiſtolam ſcripſit 10, 73.* Legere reliquias, et legere oſſa Suet. Aug. c. 100. Idem Domit. c. 8 Monimentum, quod libertus eius e lapidibus templo Capitolini Iouis deſtinatis filio conſtruxerat, diruit per milites: oſſaque et reliquias quae inerant, mari merſit. Receptae reliquiae ex ardente Troia Virg. Aen. 7, 244. Colere reliquias ſuorum Idem ibid. 4, 343. *Sic*, Martyrum *vel* Sanctorum reliquiae: *vid., Elmenhorſt. ad* Gennad. p. 168.

RELOCO, āre. *Rurſus locare.* Vlpian. in l. Item quaeritur, §. Si lege, D. Locati et conducti, Si in lege operis locandi comprehenſum eſſet, vt ſi ad diem effectum non eſſet, alii relocare id liceret.

RELŎQVOR, ĕris, lŏqui. [ἀναφθέγγομαι] *Idem quod Eloqui, vt Reſonare.* Varro de L. L. 3, 7 Hinc etiam amplius dicuntur eloqui ac reloqui in fanis Sabinis e cella dei, qui reloquuntur, *etc.*

RELŪCEO, luxi, ēre. [στίλβω, ἐκλάμπω] *Valde lucere.* Virg. Aen. 2, 312 —— Sigaea igni freta lata relucent. Cic. de Nat. Deor. 2, 107 Huic non vna modo caput ornans ſtella relucet. *ex Poëta.* Liu. 22, 17 Relucens flamma. Dies reluxit caeco, *h. e. Viſum recepit* Tacit. Hiſt. 4, 81. Barba reluxit flammis Virg. Aen. 12, 300. Focus reluxit viuo torre Valer. Argon. 3, 115. Veſtis fulgore reluxit Ouid. Met. 11, 617. E Veſuuio latiſſimae flammae altaque incendia relucebant Plin. Epiſt. 6, 16.

RELVCESCO, ĕre. Mart. Capell. 8 p. 291 Luna quae ſolem ſpectat pleno lumine relucеſcit. Idem infra p. 294 Plena luminis effigie reluceſcit.

RELVCTOR, āri. [ἀντιπαλαίω] *Repugnare, reniti ſiue obniti.* Martial. 5, 36 Suſcitanti reluctatur. Claud. Ruff. 2, 354 —— Equites poſcentia curſum Ora reluctantur preſſis ſedare lupatis. Dracones reluctantes Hor. Carm. 4, 4, 11. Hoſtis reluctans Ouid. Amor.

Amor. 2, 9, 12. Ore reluctanti it equus Idem ibid. 3, 4, 14.

RELVCTANS, antis. Partic. Femina verecunde reluctans Curt. 6, 2, 6. Multa reluctanti *vitulo* nares obſtruere Virg. Georg. 4, 301. Reluctantibus fatis Petron. c. 111.

RELVCTĀTVS, a, um. Partic. [ἀντιπαλαισθεὶς] Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 42 Paene reluctatis iterum pugnantia rebus Rupiſſent elementa fidem, *quae olim, cum chaos eſſet, reluctatae fuerant.* Diu precibus reluctatum aegre vicerunt Curt. 8, 2, 11. Multa reluctatus itineris difficultati larem patrium ſalutaui Symmach. Epiſt. 5, 72.

RELVCTATIO, ōnis. f. Apul. de Mundo, Terrenae reluctationes.

RELVCTO, āre. Apul. Met. 4 *et* 6 Reluctare alicui. Fulgent. de Cont. Virg. Contra omnem furiam ſapientiae et ingenii arma reluctant.

RELVDO, ĕre. Temerarios mariti iocos reluſi Senec. Contr. 2, 10. Manil. 5, 170 Sibi reludere, *dicitur ex emendatione Scaligeri, quam recepit Bentl. qui per agilitatem membrorum duas velut perſonas agit, quaſi pilam et det et accipiat, expellat et repellat.*

RELVMĬNO, āre. *Rurſus illuminare, viſum reddere.* Tertull. Apol. 21 Cum ille caecos reluminaret, leproſos purgaret. Paull. Nolan. Epiſt. 30 (8) c. 4 Reluminare quod caecatum fuerat.

RELVMINATIO, ōnis. f. Gloſſ. Lat. Graec. Reluminatio, ἀνταυγασία.

RELVO, ui, ĕre. Eſt, *inquit* Feſtus, Reſoluere, repignerare. Caecil. in Carine, Vt aurum et veſtem, quod matris fuit, reluat, quod viua ipſi oppoſuit pigneri. *A* Luo *compoſitum, quod eſt* Soluo. Plautus, Repignorat, reluit, vendit. *Vſus eſt* Pſeudo-Cic. in Salluſt. *vt in optimo codice legit Turneb.* 17, 8 Vnde tu, *inquit*, qui modo ne paternam quidem domum reluere potueris, repente tanquam ſomnio beatus, hortos pretioſiſſimos, villam in Tiburti C. Caeſaris, reliquasque poſſeſſiones paraueris?

RELVVIA, *vid.* REDIVIA.

R E M

REMA, ae. *Sic vocare* Romam *quidam primorum ciuium volebant.* Ennius *apud* Cic. Diu. 1, 107 Certabant, vrbem Romamne Remamne vocarent. *Sed valde variant libri. Vid.* REMORA.

REMACRESCO, ĕre. Suet. Domit. c. 18 Poſtea caluitio quoque deformis, ventris obeſitate, crurum gracilitate, quae tamen ei longa valetudine remacruerant.

REMALEDĪCO, xi, ctum, ĕre. [ἀντιλοιδορῶ Gloſſ. Graec. Lat. ἀντικακολογέω] *Maledictum* maledicto retaliare. Suet. Veſp. c. 9 de iurgio quodam Senatoris Equitiſque Romani ita pronuntiauit: Non oportere maledici Senatoribus: remaledici, ciuile faſque eſſe. *Conf.* Tertull. de Idol. c. 21.

REMANCĬPO, āre. [ἀνταχειρόω] *Pro Mancipatam ſibi rem reddere, et iterum mancipare, hoc eſt redhibere.* Boëthius Topic. 4 Fiduciam accepiſſe dicitur, cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, vt mancipanti aliquando remancipet. *Vid.* FIDVCIA.

REMANCIPĀTVS, a, um. Part. Remancipatam Gallus Aelius eſſe ait, quae mancipata ſit ab eo, cui in manum conuenerit. Feſtus. *Et itaque genus diuortii.*

REMANDO, āre. Remandatum Pyrrho a ſenatu eſt Eutrop. 2, 7, 6. *Add.* Vulg. Eſai. 28, 10 Manda, remanda.

REMANDO, di, ſum, ĕre. [ἀναμασσάομαι] *Ruminare, rurſus manducare.* Plin. 10, 37 Pontici mures ſimili modo remandunt. Quinctil. 11, 2, 41 Deuoret initio taedium illud, et ſcripta, et lecta ſaepius reuoluendi, et quaſi eundem cibum remandendi.

REMĀNEO, ſi, ſum, ēre. [καταμένω, ὑπολείπομαι] *Retro manere, ſiſtere.* Cic. Tuſc. 1, 26 c. 12 Expone igitur, niſi moleſtum eſt, primum ſi potes, animos remanere poſt mortem. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 87 Annon audiſtis ex iis, qui per cauſam valetudinis remanſerunt, cohortes eſſe Brundiſii factas? Cic. Off. 1, 36 A peregrino receſſit, et proprie in eo, qui contra ferret arma, remanſit. *de verbo Hoſtis loquitur, quod Peregrinum olim ſignificabat.* Remanſit in mente Varro de L. L. 5. Cubito remanere preſſo Hor. Carm. 1, 28, 7. Amicus remanens in duris rebus Ouid. Triſt. 1, 8, 23. Cauſa iniuriae remanet Cic. Verr. 1, 59. Effigies remanſit non cognoſcendi Ouid. Met. 9, 263. De medicamento, Remanet Scribon. 25 *pro*, Seruatur. *It. pro*, Haeret 257. Mens animuſque remanſit Lucret. 3, 403. Res incolumi remanent corpore Idem 1, 147. Species remanens Ouid. Met. 8, 181. Veſtigia antiqui officii in illo remanent Cic. pro Roſc. Amer. 27.

REMANSIO, ōnis. f. [καταμονή] *Manſio.* Cic. pro Ligar. 4 c. 2 Profectio certe animum tuum non debet offendere: num igitur remanſio? multo minus. *Conf.* Idem ad Qu. Frat. 3, 1, 5.

REMANSOR, ōris. m. pro Emanſore dixit Arrius in l. 4 §. 13 de re milit. Edicta faciebant, qui diu abfuiſſet, vt is inter remanſores haberetur. *Et* l. 5 §. 6 Si remanſor, aut negligens ſuorum, aut ſegnis, aut extra contubernium agens, non credetur ei.

REMĀNO, āre. [ἀποῤῥέω] *Reſluere.* Lucret. 5, 207 Percolatur enim virus, retroque remanat Materies humoris. *i. Retrocedit. Sic et* 6, 635. *An Ennii ſit, videbimus ſtatim.*

REMANT, Repetant. Ennius l. 1 Deſunt riuos, campoſque remant. Haec Feſtus. *Sed corrupta fatentur viri docti: quorum coniecturas vide hic et in* Fragmentis Ennii p. 34 *Heſſel.*

REMASCVLATVS, a, um. Adi. Iſidor. Gl. Remaſculata, virili virtute reſumta.

REMEDĪTOR, āri. *ita legit* Lipſius in Sen. Epiſt. 72 *pr.*

REMEDIVM, i. n. [ἀλεξιφάρμακον, ἀντιφάρμακον] *Id quod medendi cauſa alicui morbo adhibetur.* Ter. Heaut. 3, 2, 28 Quippe quia magnarum ſaepe id remedium aegritudinum eſt. Idem Andr. 3, 1, 10 Quod remedium nunc huic malo inueniam? Cic. Verr. 3, 142 Quod eſt igitur remedium? Nihil aeque ſanitatem impedit, quam remediorum crebra mutatio Sen. Ep. 2. Ad dolorem remedium Scribon. 53. Ratio certa remedii Lucret. 6, 1224. Cic. pro Sulla 66 In aduerſis fortunis ſine vllo remedio atque alleuamento permanere. Incommodorum remedia Cic. Fam. 5, 12. Remedium vnum incommodis. Cic. Verr. 1, 9 Quum hoc vnum his tot incommodis remedium eſſe arbitrarer, vt homines idonei atque integri cauſam Reipubl. legumque ſuſciperent. Remedium contra tonitrum, clauus ferreus ſub ſtramine ouorum poſitus Plin. 10, 54. Acre remedium. Cic. pro Cluent. 67 c. 24 Acrioribus ſaluti ſuae remediis ſubueniendum putauit. Aſpera Quinctil. 2, 4. Lene Liu. 2, 23. Efficax remedium Celſ. 3, 18. Eximium remedium Plin. 7, 12. Praeſens, *vid. h. v.* Salutare Firmic. 6, 34. Singulare Plin. 26, 8 Adhibere remedium, *vid.* ADHIBEO. Cedere remediis, *vid.* CEDO. Cic. Verr. 5, 26 c. 10 Primum temporibus hibernis, ad magnitudinem frigorum, et ad tempeſtatum vim ac fluminum praeclarum ſibi hoc remedium comparat. Cic. de Nat. Deor. 2, 126 Auditum eſt pantheras, quae in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere, quo quum eſſent vſae, non morerentur. Cic. Philipp. 13, 25 Veneficum audes appellare eum virum, qui tuis veneficiis remedia inuenit? Lenire molli et leui manu remedia aſpera Quinctil. 2, 4. Pati remedium Liu. in praef. 1. Cic. Verr. 3, 129 Non inquam, perpeterere, vt homines iniuriae tuae remedium morte ac ſuſpendio quaererent. Quaerere remedium ad aliquam rem Cic. pro Cluent. 27 c. 9. Reperire remedium Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 50. Scatet remediis vrtica Plin. 22, 13. Eſſe remedio Scribon. 99. Celſ. praef. 1 Quod ſi iam incidat mali genus aliquod ignotum: non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obſcuris, ſed eum protinus viſurum, cui morbo proximum ſit, Tentaturumque remedia ſimilia iſtis, quae vicino malo ſaepe ſuccurrerunt: et per eius ſimilitudinem opem reperturum.

REMĔDIO, āre. *Curare, ſanare.* Scribonius Largus 14 Conſtat inter plures, et crocodili teſticulum ex aquae cyathis tribus ſumtum multos remediaſſe. Idem 18 Illud non oportet ignorare, ſanari hoc vitium quum cognitum eſt, aliquibus: viros facilius mulieribus remediari. *Conf.* Apul. de Herb. c. 112. Idem Scribon. Comp. 11 *et* 104. *et ſaepius. Item* Hieron. vit. Hilar. f. 94. *Et* Tertull. adu. Marc. 4, 35. ¶ 2 Remediari *deponentialiter uſurpatur, vt Munckerus probauit ad* Hygin. Fab. 101. *Et Andr. Borrich. Vind. p. 201.* ex Apul. de Herb. 2 Herba quinquefolium contrita, potui ſi datur cum vino, mire remediatur. Idem 105 Febricitanti mire remediaberis.

REMEDIĀTVS, a, um. Partic. Scribonius Largus 122 Oportet tamen non indifferenter remediatos in futurum viuere. *Paullo poſt,* Ante quam remediati erunt. *Add.* 162. *Conf.* Tertull. ad Scap. 4.

REMEDIATIO, ōnis. f. Scribonius Largus 11 Quod ſignum eſt remediationis.

REMEDIĀLIS, e. Adi. Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem, Perunctus vnguentis remedialibus. Macrob. Saturn. 7 *extr.* Ineſt aeri vis quaedam remedialis et ſiccifica, quam dimittit in vulnere.

REMEDIĀTOR, ōris. m. Tertull. cont. Marc. 4, 8 Remediator valetudinum. Idem c. 35 Remediator languorum.

REMEDIABĬLIS, e. Adi. Sen. Epiſt. 95 Minora peccantes et leui cura remediabiles. Caſſiod. Varr. 3, 14 Remediabile bonum eſt in peccatum accelerata correctio.

REMELĪGO, inis. f. Feſtus, Remeligines, et Remorae a morando dictae ſunt. Plaut. (Caſ. 4, 3, 7) Nam quid illae nunc tam diu intus remorantur remeligines. Afranius in Prodito, Remeligo a laribus miſſa ſum. Lucil. . . . Quaenam vox ex te reſonans, meo gradu remoram facit. *Lambinus mallet* Remoragines. *Scaligero videbatur, eſſe ab antiquo* Remello, *retardo: vt promello eſt procraſtino.*

REMEMINI, iſſe. *Quaſi retro memini.* Ne rememineritis priorum Tertull. adu. Marc. 4, 1.

REMEMORO, āre: *ſ. rectius* REMEMOROR, atus ſum, āri. Tertull adu. Marc. 4, 43.

REMEMORATIO, ōnis. f. Rememoratio vitiorum Sarisb. 8, 6.

REMEO, āre. [ἀναπορεύομαι] *Retro meare, redire, reuerti.* Plaut. Aſin. 1, 3, 75 Remeato audacter, mercedem ſi eris nactus. Martial. 1, 16, 8 Gaudia non remeant, ſed fugitiua volant. Remeare, redire, *vt* Commeare, vltro citroque ire. *Vnde* Commeatus dari dicitur, id eſt tempus, quo ire, redireque poſſit. Afranius in Emancipato, Vetuit me ſine mercede profuſum paucius remeare in ludum. Feſtus. Virg. Aen. 2, 95 Si patrios vnquam remeaſſem victor ad Argos. Varro de R. R. 3, 5 Idemque faciunt, quum ex Italia trans mare remeant. Vrbem remeare Virg. Aen. 11, 793. Cic. de Nat. Deor. 2, 118 Neque remearet aër, cuius ortus aqua omni exhauſta eſſe non poſſet. Calor remeat peſtifer Plin. 7, 50. *de febri.* Dies remeat Tibul. 1, 4, 28. Senec. Epiſt. 36 Obſerua orbem rerum in ſe remeantium: videbis in hoc mundo nihil exſtingui, ſed vicibus deſcendere ac reſurgere. Remeant aquae Plin. 6, 27. Lucret. 4, 724

Aut quod penetrantibus illis
Exitus ex oculis liber datur, in remeando
Laedere ne poſſint, *etc.*

REMEANS, antis. Partic. [ἀναπορευόμενος] Tacit. Ann. 1, 3 Caium remeantem Armenia, et vulnere inualidum, mors fato propera, vel nouercae Liuiae dolus abſtulit.

REMEĀTVS, ūs. m. *Reditus.* Martianus in l. Relegati, *in fine,* D. de poenis, Nemo poteſt commeatum remeatumue dare exuli, niſi Imperator ex aliqua cauſa.

REMEACVLVM, i. n. *Idem.* Apul. Met. 6 pr. p. 174, 12 Illuminarum Proſerpinae nuptiarum demeacula, et luminoſarum filiae inventionum remeacula.

REMEABĬLIS, e. Adi. *Redux, rediens.* Bellum Stat. Theb. 6 v. penult. Saxum *Siſyphi* Stat. Theb. 4, 538. Prudent. Apoth. 1053 E tumulo cum iam remeabilis adſtat Cerno Deum.

REMETIOR, menſus ſum, iri. Dep. [ἀναμετρέω] *Rurſum vel retro metiri.* Plin. Epiſt. 9, 11 Iam mihi reddita incipit refici, transmiſſumque diſcrimen conualeſcendo remetiri: *ex tarditate reconualeſcendi intelligitur, quantum fuerit diſcrimen, a quo ſe recipit.* Aſtra ſeruata remetior Virg. Aen. 5, 25. Iter remenſus Stat. Theb. 3, 324. Mari remenſo ire Virg. Aen. 3, 145. Pelagus remetiri Idem ibid. 2, 181. Stadia XXX fuere, quae remenſi ſunt Curt. 5, 3 *extr.* Senec. de Ira 3, 36 Quum ſublatum e conſpectu lumen eſt, et conticuit vxor, moris iam mei conſcia, totum diem mecum ſcrutor, facta ac dicta mea remetior, *recognoſcens perpendo.* Fabulam illam tuam remetire Apul. Met. 1 p. 9. *et* 2 p. 54, 9. *Flor.* Quinctil. Decl. 12, 19 *extr.* Frumentum pecunia remetiamur, libertatem noſtram addicimus.

REMENSVS, a, um. Partic. Martial. 6, 89 Ille fide ſumma teſtae ſua vina remenſus, *de eo, qui vrina ſua amphoram, quam ebiberat, repleuit.*

repleuit. Lucret. 2, 515 *de ſpatio*, Finitu' eſt, retroque pari ratione remenſum 'ſt. *Paſſiue.* Pelagoque remenſo Virg. Aen. 2, 181.

REMEX, *vid.* REMVS.

REMIGERO, āre. *Reuerti eſſe dicitur* Plauti Perſ. 4, 6, 3 Crumenam hanc emere aut facere, vt remigeret domum. *Sed Gron.* Remigret.

REMIGIVM, REMIGO, *vid.* REMVS.

REMĬGRO, āre. [ἀναπονοίομαι] *Iterum migrare, reuerti.* Cic. Tuſc. 1, 118 c. 49 In noſtram domum remigremus. Idem Acad. 1, 13 Remigrare in domum veterem e noua. Lucret. 2, 965 Inque locum quando remigrant, fit blanda voluptas. Romam tibi remigrandum eſt Cic. Fam. 9, 18. Atque ei ne integrum quidem erat, vt ad iuſtitiam remigraret Cic. Tuſc. 5, 62. Plaut. Poen. Prol. 47 Ad argumentum nunc viciſſatim volo remigrare. Idem Epid. 4, 1, 42 Remigrat animus nunc demum mihi.

REMĬGRANS, antis. Partic. Senec. Epiſt. 122 *extr.* Contra aquam remigrantes.

REMILLVS, *vid.* REMVS.

REMINISCENTIA, ae. *f.* Tertull. de Anima c. 23 Reminiſcentiae, *Plur.* Arnob. 2.

REMINISCO, *dictum a* Rufo *rhetore, reprehendit* Auſon. Ep. 47. *Conf.* Epigr. ſequ.

REMINISCOR, ĕris, iſci. [ἀναμιμνήσκομαι, ἀναμέμνημαι] *Recordari:* quod fit, quum ea, quae mens tenuit, repetuntur, *inquit*, Varro de L. L. 5, 6 quaſi iterum rem in mentem reuocare. Cic. Att. 4, 2 Reminiſcebantur enim Calendarum Ianuar. Caeſ. Bell. Gall. 1, 13 Reminiſceretur veteris incommodi. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 11 In noſtro euentu aliorum reminiſcentes caſus. Potius reminiſcere, quae digna tua perſona ſunt Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Ouid. ex Pont. 1, 8, 31 Nam modo vos animo dulces reminiſcor amici. Actus miſeros reminiſcitur Stat. Theb. 12, 391. Accius *apud* Nonium 9, 8 Heu me miſerum, quum haec recordor, quum illos reminiſcor dies. Tempus illud reminiſcitur moerens Ouid. Triſt. 5, 4, 30. Cic. de Senect. 79 Magno eſſe argumento homines ſcire pleraque antequam nati ſint: quod iam pueri quum artes difficiles diſcunt, ita celeriter res innumerabiles arripiant, vt eas non tum primum accipere videantur, ſed reminiſci et recordari. Cic. pro Ligar. 36 Quoniam hoc eſt animi, quoniam etiam ingenii tui, te aliquid de huius Quaeſtoris officio cogitantem, etiam de aliis quibusdam Quaeſtoribus reminiſcentem recordari. Cic. Tuſc. 1, 29 Declarare ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere. ¶ 2 *In eum, qui hoc Verbo tanquam Actiuo vel Neutro vteretur, ludit* Auſon. Epigr. 48 REMINISCO Rufus dixit in verſu ſuo: COR ergo verſus, immo Rufus non habet. *Et* 49 Qui REMINISCO putat ſe dicere poſſe Latine, Hic vbi CO ſcriptum eſt, legeret COR ſi cor haberet.

REMISCEO, ui, ēre. [ἀναμίγνυμι] *Idem quod ſimplex* Miſceo. Hor. in Arte Poët. 151 Atque ita mentitur, ſic veris falſa remiſcet. Animus naturae ſuae remiſcebitur Sen. Ep. 71 p. 265.

REMISTVS, *vel* REMIXTVS, a, um. Partic. Sen. de Conſt. 7 Venenum mihi dedit aliquis, ſed vim ſuam remiſtum cibo perdidit. Paullin. Nat. Fel. 6, 80 Remixto corpore.

REMĬTTO, miſi, miſſum, ĕre. [ἀναπέμπω, ἀναστέλλω, ἀνίημι, ὑφίημι, ἀποστέλλω, ἐνδίδωμι] *Retro vel viciſſim mittere.* Plauto *tribuitur*, Munera accipit frequens, remittit nunquam. Dona remittunt non leuiora datis Ouid. Met. 13, 702. Idem Her. 15, 53 At vos erronem tellure remittite noſtrum. *i. E tellure veſtra. Sed fluctuat lectio. Vid.* REMISSVS. Plaut. Caſin. 2, 8, 1 Sine modo rus veniat, remittam ad te virum ſub furca in vrbem tanquam carbonarium. Cic. Fam. 16, 1 Volebam ad te Marionem remittere, quem quum meliuſcule tibi eſſet, ad me mitteres. *Intelligimus, ante iam cum Tirone fuiſſe Marionem.* Curt. 4, 11, 15 Captiuos ſi placet reddi, honeſtius dono dabimus, quam pretio remittemus. *Quemadmodum ipſum ſimplex* mittere *late admodum patet, ita etiam ad omnem fere motum, qui retro fit, explicandum* remittere *cohibetur. V. g. de piſcibus.* Plin. 9, 18 His *(branchiis)* aquam acceptam ore remittunt. Colum. 1, 6, 23 Lapillis carent et glebulis, quas per trituram fere terrena remittit area. *i. Dimittit, cum calcatur et vim aliam patitur. Sic* Colum. 12, 20, 1 Remittunt aeruginem vaſa aenea. Remittunt librum arbores Col. 11, 2, 37. Scribon. 156 Haec radix — ex oleo coquitur, donec ſuccum omnem remittat, et quaſi arida fit. *Sic* Vaſa ceram remittunt Col. 12, 50, 14. Caſeus remittit nimium ſeri Idem 12, 13, 1. Humorem noctibus remittit humus Columel. 12, 15, 1 *etc.* *Etiam tranſitiue* Virg. Georg. 4, 35 Frigore mella Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit. *Vid. Burm. ad* Sammon. 69. ¶ 2 *Metaphor.* Remittere, *Concedere, condonare, dimittere, ignoſcere.* Cic. Verr. 3, 219 Verum hoc quoque vobis remitto, negligite praeterita ſi vultis. Nauem imperare ex foedere debuiſti: remiſiſti in triennium Cic. Verr. 4 c. 9. Vatin. ad Cic. Fam. 5, 10 Meam animaduerſionem et ſupplicium quo vſurus eram in eum, quem cepiſſem, remitto tibi et condono. Quod debeatur, remiſſuros Cic. Att. 13, 23 *extr.* Etenim, quibus ego iſtam laudationem remittam, quoniam ſunt leues, eorum teſtimonium non pertimeſcam Cic. pro Flacco 38 c. 16. In qua tibi remittunt omnes iſtam voluptatem, et ea ſe carere patiuntur Cic. de Orat. 1 c. 58. Etiamſi quid ab omnibus conceditur, id reddo ac remitto Idem pro Sulla c. 30. *Conf.* Idem Phil. 8 c. 8 *et* c. 9. Dionyſio ego non modo placabilem me praebuiſſem, ſed totum remiſiſſem Idem Att. 10, 16. Plin. Epiſt. 9, 21, 3 Licebit rurſus iraſci — Remitte aliquid adoleſcentiae illius, remitte lacrimis, remitte indulgentiae tuae. Ouid. Met. 11, 376 Sed mora damnoſa eſt, nec res dubitare remittit. Cic. Att. 10, 5 Tullium et Seruium queſtos eſſe, quia non idem ſibi, quod mihi remiſiſſet. *Vid. Burm. ad* Quinctil. Decl. 2, 1 p. 39. *et* Drakenb. *ad* Sil. 17, 367. Te mihi remittere atque concedere, vt omne ſtudium meum in Plancii honorem conſumerem Cic. pro Planc. c. 30. *Add.* Tacit. Ann. 1, 8, 6. Cic. Acad. 4, 106 Sed tibi aut concedendum eſt ita eſſe, quod minime vis: aut memoriam mihi remittas oportet, et facile eſſe ei locum, etiam ſi comprehenſio, perceptioque nulla ſit. *i. Concedas mihi memoriam eſſe.* Remittere, *Ceſſare.* Ter. Andr. 5, 1, 8 Nam ſi cogites, remittas iam me onerare iniuriis, *vt* omittas. De cuſtodia remittere, *Negligentiorem fieri* Columel. 1, 8 *ad finem.* Cic. Verr. 5, 168 c. 65 Aliquid de ſummo ſupplicio remitteres. *i. Minueres ſupplicium.* Cic. pro Rabir. Poſt. 31 Neque fuit Gabinii, remittere tantum de ſuo; nec regis imponere tantum pati ſuis. Idem ad Brut. 17 Perſuade tibi de voluntate mea nihil eſſe remiſſum, de iudicio largiter. Ex eo, quod ipſe poteſt in dicendo, aliquantum remittet, vt tu tamen aliquid eſſe videare Cic. Diuin. in Caecil. c. 15. Idem Verr. 3, 82 In illo reprehenditur, quod ex ea pecunia remiſerit, quam ipſe quaeſierat. Ex rugis aliquid vis tu remittere? Plin. Epiſt. 9, 17, 2. Ex virtute priſtina remittere aliquid Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 28. ¶ 3 *Reliqua ordine Subſtantiuorum elementari perſequemur.* Aedes remittere *quas emeris, emtione reſciſſa petenti venditori reſtituere*, Plaut. Moſt. 3, 2, 111. Plin. Epiſt. 7, 16 Ille me in Tribunatu, *etc.* quum mihi Caeſar annum remiſerit. Animum remittere, Delectare, *inquit* Nonius 4, 398 *cui contrarium eſt* Intendere. Cic. in Hortenſ. . . . Quaero enim non quibus intendam animum rebus, ſed quibus relaxem, ac remittam. Liu. 39, 24 Nunquam tamen remiſit animum a colligendis in pace viribus, quibus quandocunque data fortuna eſſet, ad bellum vteretur. *i. Nunquam ceſſauit colligere vires, etc.* Cic. de Legib. 2, 38 c. 15 Et incitat languentes, et languere facit excitatos: et tum remittit Animos, tum contrahit. Ardorem pugnae remittere Liu. 35, 5. *h. e. Minuere.* Aures cum erexere acerrimi auditus; cum remiſere, ſurdi Plin. 8, 32. Beneficium Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 32. Cauſam integram ad Senatum remittit Tacit. Ann. 3, 10, 5. Contentionem Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 14. *Conf.* Cic. de Cl. Orat. c. 55. Culpam remittens Valer. Argon. 3, 407. *i. Condonans.* Remiſſa aedilibus talis Cura Tac. Ann. 3, 55, 1. *i. condonata, ablata.* Curas remittens Stat. Silu. 4, 6, 1. Cic. Verr. 4, 137 c. 51 Quum diutius in eo negotio, curaque fueram, vt requieſcerem, curamque animi remitterem, ad Carpinatii praeclaras tabulas reuertebar. Cic. Att. 13, 23 Ne exiſtimes eos, qui non debita confectari ſoleant, quod debeatur remiſſuros. Decimam remiſi illis, qui ſoluerant Plin. Epiſt. 8, 2, 7. Dolores pedum remiſerunt Cic. de Cl. Orat. c. 34. Celſ. 3, 12 Horror autem eas fere febres antecedit, quae certum habent circuitum, et ex toto remittuntur. *Plenius*, Cum Se febris remiſerit Celſ. 3, 18. Fila incepta remiſit Ouid. Faſt. 2, 755. Frena remittere equo, *Laxare* Ouid. Triſt. 1, 4, 14. Frenos remittere dolori, *per tranſlationem* Plin. Epiſt. 5, 9. Idem ibid. 2, 5 Idem tamen, qui a te hanc auſteritatem exigo, cogor id, quod diuerſum eſt poſtulare, vt in pleriſque frontem remittas, *minus ſeuerus ſis.* Furor ille ſe remiſit Ouid. Epiſt. 4, 51. Habenas adducere et Remittere, *contraria* Cic. de Amicit. 45. Idem Verr. 1, 121 Hic tu fortaſſe eris diligens, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam. Imbres remiſerunt Liu. 40. *h. e. Ceſſarunt, vel Minores fuerunt.* Inimicitias ſuas remittere Reip. Liu. 39, 5. Interceſſionem remittere, *Ceſſare ab interceſſione* Idem 38, 54. Cic. Philipp. 8, 19 Quotidie aliquid Iracundiae remittebat. Iras Virg. Georg. 4, 536. Ius alicui Martial. 1, 96. Idem 10, 82 Parce, precor, laſſo, vanosque remitte Labores, Qui tibi nil proſunt, et mihi, Galle, nocent. *de officio affectandi, ſalutandi etc.* Hiems ſe remittit Vere Tibull. 3, 5, 4. Curt. 6, 11, 20 Legem ſe ſupplicio (*ſ.* ſupplicii) coniunctis ſontium remittere edixit. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 10 Illi deliberata reſpondent, ſcriptaque ad eum Mandata per eos remittunt. Caeſ. Bell. Gall. 6, 13 Quod fere pleriſque accidit, vt praeſidio literatorum diligentiam in perdiſcendo ac Memoriam remittant. *i. Memoriam non curent, et negligant meminiſſe.* Multam remittere, *vid.* Multam dicere, *in* DICO. Neruos remittere, *et* Intendere, *contraria* Plin. 26, 10. Vrgent tamen, et Nihil remittunt, *de contentione et ſeueritate, intellige* Cic. Fin. 4, 77 c. 28 *pr.* Tacit. Hiſt. 4 Vim principis complecti, nomen remittere. Cic. de Legib. 1, 11 Quemadmodum Roſcius familiaris tuus in ſenectute numeros in cantu remiſerat. Nuntium ad aliquem Plaut. Capt. 2, 3, 15. *Sed* Nuntium remittere vxori, *Repudiare* vxorem. Cic. in Topic. 19 c. 4 Si mulier quum fuiſſet nupta cum eo, cui connubii ius non eſſet, nuntium remiſit, quoniam qui nati ſunt, patrem non ſequuntur. *Conf.* Idem ad Att. 1, 13. Officium non debet ab eo, quem ego parentis loco obſeruo, exigere, quod parenti ſuo remiſiſſet Plin. Epiſt. 7, 23. Opera remittere Liu. 30, 3. Cic. pro Cluent. 6 c. 2 Deinde ſi quam Opinionem iam veſtris mentibus comprehendiſtis: ſi eam ratio conuellet, ſi ratio labefactabit, ſi denique veritas extorquebit, ne repugnetis, eamque animis veſtris aut libentibus aut aequis remittatis, *i. dimittatis.* Poenam Liu. 40, 10. Repudium Remittere, *Repudiare* Ter. Phorm. 5, 7, 36. Lucil *apud* Non. 4, 398. Cohibet domi moeſtus ſe Albinus, repudium quod filiae remiſit. Symmach. 6, 8 Actores abſentium, quibus Res longinqua remittitur *(committitur)* tanquam ſoluti legibus viuunt. Saporem remittere, *pro* Mitiorem reddere vel temperare Senec. de Prouident. Non mutant ſaporem maris, neque remittunt quidem. Simulac Se remiſerat Nep. 7, 1, 4. Sonum vocis intendere, et Remittere, contraria Cic. in Orat. 59. Spiritus remittant, comprimant animos ſuos, ſedent arrogantiam Cic. pro Flacc. 38. Tempus nullum remittis, neque te reſpicis. *i. Non ceſſas.* Ter. Heaut. 1, 1, 18. Verba aſpera remittere alicui, *i. Non acrius obiurgare aliquem* Ouid. ex Pont. 2, 6, 8. Vincula ſaeua Ouid. de Arte Am. 2, 291. Voluntate remittere Liu. 35, 45. Vultum Ouid. ex Pont. 2, 2, 65. ¶ 4 *Paſſ.* Remittor *Interquieſco, occupationes intermitto, et animum remitto.* Plin. Epiſt. 1, 16 Eſt ergo mecum per diem totum: eundem antequam ſcribam, eundem quum ſcripſi, eundem etiam quum remittor, non tanquam eundem lego. Lege remiſſum, *Conceſſum lege* Ouid. de Arte Am. 2, 599. Thyades membra remiſſae Senec. Oedip. 5.

REMITTENS, entis. Partic. Valer. Flacc. 3, 407 Culpam remittens.

REMISSVS, a, um. Partic. [ἀνειμένος, ἄνετος] *Retro miſſus.* Manil. 1, 757 Terra remiſſus, *i. a terra.* Virg. Aen. 5, 98 Manes Acheronte remiſſos. *Supra habuimus* Ouid. Her. 15, 53 Aut vos erronem tellure remittite noſtrum. *Sed etiam reliquas verbi ſignificationes habet. v. g. Laxus, non intentus. Sic* Cic. pro Cael. 13 Cum triſtibus ſeuere, cum remiſſis iucunde: cum ſenibus grauiter, cum iuuentute comiter: cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe viuere. Cic. de Finib. 3, 2 Quanquam in eo ſermone, qui cum Torquato eſt habitus, non remiſſi fuimus: tamen haec acrior eſt cum Stoicis parata contentio. In labore remiſſus nimis parumque patiens Nep. 11, 3, 1. Cic. Att. 16, 15 Ego ſi me non improbiſſime Dolabella tractaſſet, dubitaſſem fortaſſe, vtrum remiſſior eſſem, an ſummo iure contenderem. In vlciſcendo remiſſior Cic. poſt redit. ad Quirit. 23. Remiſſus animo Caeſ. Bell. Ciuil 2, 14. Mente remiſſus Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 143. Nec vllo ſpectaculi genere communior aut remiſſior erat

Sueton.

Sueton. Claud. c. 21. Cic. Verr. 3, 214 Remiſſior aliquanto eius fuit Aeſtimatio, quam annona. *i. minoris aeſtimauit frumentum, quam vulgo venibat.* Ouid. Epiſt. 7, 149 Hos populos potius in dotem ambage remiſſa Accipe. *i. Omiſſa. Alii legunt,* Ambage remota. Cic. de Diuin. 2, 81 Haec ſcilicet in imbecillo remiſſoque Animo multa omnibus modis confuſa et variata verſantur. Remiſſioris Animi vir Laelius Sen. Epiſt. 11. Animo leni et remiſſo eſſe Cic. de Orat. 2, 193. Animo ad otium et ad omnem comitatem remiſſiſſimo Sueton. Auguſt. c. 98. Aqua frigida remiſſa Scribon. 85. *i. tepida.* Cic. Tuſc. 2. 54 Onera contentis Corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt. Digitos inter remiſſos cecidere pocula Propert. 4, 9, 27. Frigus remiſſius Caeſ. Bell. Gall. 5, 12. Cic. pro Sext. 115 Facit, Iudices, veſter iſte in me animorum oculorumque contuitus, vt mihi iam licere putem remiſſiore vti Genere dicendi. Humeri remiſſi. *i. demiſſi* Quinctil. 11, 3, 159. Ira remiſſior Liu. 24, 39. Opus remiſſum, *Humile et non magnae artis, aut magni laboris* Ouid. Triſt. 2, 547. Paſtillus remiſſior Scribon. 91. *i. minus efficax.* Pectus remiſſum. *vid.* PECTVS. Ramus adductus, quum remiſſus eſſet, in oculum recidit Cic. de Diuin. 1, 123. Sanguis e pulmone remiſſus, *i. Eiectus* Ouid. ex Pont. 1, 3, 19. Sermo ſenis quietus et remiſſus Cic. de Sen. Sermones remiſſiores hilarioresque Sueton. Tib. c. 21. Studia remiſſa temporibus Cic. Tuſc. 1, 1. Ventus remiſſior Caeſ. Bell. Ciu. 3, 26. Plin. Epiſt. 7, 1 Quin etiam quum peruſtus ardentiſſima febri, tandem remiſſus vnctusque, acciperem a medico potionem, *etc.* Quum rem illi fuerint Scribon. 9?. *de iis, qui cephalalgia correpti. Solutus liquefactus.* Ammoniacum ſuper ignem remiſſum Pallad. 1, 41, 2. Adeps vulpis remiſſus et inſtillatus dolorem ſanat Sext. Placidus 1, 31. Cerae remiſſae Sammon. c. 15 v. 270.

REMISSIO, ōnis. f. [ἔνδοσις, ἄνεσις, πάρεσις, ἀποστολή] Plin. Epiſt. 4, 3 Ego tamen te vel magis in remiſſionibus miror; nam, *etc.* Arcum intenſio frangit, Animum remiſſio P. Syrus. Cic. in Catil. 4, 13 c. 6 *extr.* Remiſſio poenae. Idem Fam. 5, 2 Si humanitas appellanda eſt in acerbiſſima iniuria remiſſio animi ac diſſolutio. Idem pro Cael. 39 Quem non quies, non remiſſio, non aequalium ſtudia, non ludi, non conuiuia delectarent. Danda tamen eſt omnibus aliqua remiſſio Quinctil. 1, 3. Dolorum remiſſio Scribon. 99. Febris Sueton. Tib. c. 73. Non inutilis laborum remiſſio Quinctil. 3, 8. Cic Fam. 7, 27 Viſa eſt mihi vel loci mutatio, vel animi aeterna relaxatio, vel ipſa fortaſſe iam ſeneſcentis morbi remiſſio profuiſſe. Cic. Fam. 9, 24 Nec id ad voluptatem refero, ſed ad communitatem vitae atque victus, remiſſionemque animorum, quae maxime efficitur ſermone familiari, qui eſt in conuiuiis dulciſſimus. Remiſſio et moderatio vocis Cic. de Clar. Orat. 313 c. 91. Contentio vocis *et* Remiſſio, *contraria* Idem de Orat. 2, 261. *Et* Off. 1, 146 Ex oculorum obtutu, ex eleuatione, aut ſuperciliorum remiſſione, aut contractione. Remiſſio *penſionis* Suet. Iul. c. 20. Tacit. in Vita Agr. c. 9 Iam vero tempora curarum remiſſionumque diuiſa. Modus ſit remiſſionibus, ne aut odium ſtudiorum faciant negatae, aut conſuetudinem nimiae Quinctil. 1, 3. Columel. 1, 7 Nam vbi ſedulo colitur ager, plerumque compendium, nunquam detrimentum affert, eoque remiſſionem petere colonus non audet: *de penſione, quam debet.*

REMISSE. Adu. [ἀνειμένως] *Leniter vel laxe. Sequitur nempe naturam Nominis ſ. Participii.* Salluſt. . . . Pauca timide, remiſſeque locutus abſceſſit. Cic. de Orat. 3, 27 Quis vnquam res praeter hunc tragicas paene comice, triſtes remiſſe, ſeueras hilare, forenſes ſcenica prope venuſtate tractarit? Nonius 4, 398 Remiſſe *hoc loco,* Laeto animo *interpretatur.* Cic. Off. 3, 106 Neruoſius qui iſta differunt, ſolum audent malum dicere id, quod turpe ſit: qui autem remiſſius, hi tamen non dubitant ſummum malum dicere Cic. de Finib. 1, 1 Quidam autem non id tam reprehendunt, ſi Remiſſius agatur: ſed tantum ſtudium tamque multam operam in eo ponendam non arbitrantur. *conf.* Colum. 11, 1. Agere verſum leniter, remiſſe, non actuoſe Cic. de Orat. 3, 100. Remiſſe, leniter, vrbane agere cum aliquo, *cui opponitur* Grauiter, ſeuere, priſce Cic. pro Cael. 33 c. 14. Dicere Quinctil. 12, 10 Remiſſius et placatius Ferre Cic. Fam. 6, 13. Idem Verr. 4, 76 c. 34 Quum iſte nihilo Remiſſius atque etiam multo vehementius Inſtaret quotidie. Sueton. Claud. c. 33 Ingredientem deſtituebant poplites minus firmi, et Remiſſe quid vel ſerio agentem multa dehoneſtabant.

REMISSA, ae. f. *Pro Remiſſione.* Cyprian. Epiſt. 8, 14. Tertull. adu. Marc. 4, 18. *conf. Zimmerm. Anal. Miſcell. Menſ.* 5 §. 1 p. 225.

REMISSARIVS, a, um. Adi. [ἀνετικὸς] *vt,* Remiſſarius vectis *in ſucula torcularis, qui frequenter remittitur: vel quia ad remiſſionem factus eſt.* Cato c. 19 Vectes longiſſimos pedum decem et octo, ſecundos pedum ſexdecim, tertios pedum quindecim, remiſſarios pedum duodecim.

REMISSIBILIS, e. Adi. Delicta Tertull. de Pudic. c. 2. Cael. Aurel. Tard. 2, 13, 164 Remiſſibilis digeſtio, *i. lenis,* percuſſibili virtuti *contraria.*

REMISSĪVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 3, 4, 31 Remiſſiuis rebus relaxare tumentia.

REMISSOR, ōris. m. Ambroſ. de Off. 1, 7. *et* Chryſolog. Serm. 84.

REMIXTVS. *vid.* REMISCEO.

REMMIA *gens Romae, e qua fuit lator* legis Remmiae *in calumniatores lata, de qua eſt liber Brencmanni, et ad quam reſpicit* Cic. pro Roſc. Am. 57 c. 20.

REMOLIOR, īri. [ἀποσείω] *De ſuo loco pellere:* Ouid. Met. 5, 354 Saepe remolliri luctatur pondera terrae, Oppidaque et magnos deuoluere corpore montes. *de Typhoeo. h. e. Excutere: vel decutere et demoliri.* Arma remolitur Sil. 1, 36. *i. Retractat, et inſtaurat. conf. in* REMOLLIO.

REMOLĪTVS, a, um. Partic. *vt,* Orbis remolitus. Sen. Herc. fur. 504.

REMOLLIO, īui, ītum, īre. [ἀναμαλάττω] *Rurſus aut ex duro, mollire.* Columel. 2, 12, 9 Nihil itaque amplius in iteratione, quam remolliri terra debet aequaliter. *Sed mihi, cum recenſerem h. l. non occurrit alia lectio, nec ſententia alia, quam* remoliri, *i. denuo moueri, ſubigi.* Artus tactos remollit Salmacis Ouid. Met. 4, 286.

REMOLLĪTVS, a, um. Partic. [ἀναμαλαχθεὶς] Sueton. in Auguſt. c. 79 Vultu erat vel in ſermone, vel tacitus, adeo tranquillo ſerenoque, vt quidam e primoribus Galliarum confeſſus ſit inter ſuos, eo ſe inhibitum ac remollitum, quo minus, vt deſtinarat, in tranſitu Alpium per ſimulationem colloquii propius admiſſus, in praecipitium propelleret. Apul. Herb. c. 3 Grana humore remollita.

REMOLLESCO, ĕre. [ἀναμαλάττομαι] *Molle fieri.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 2 Vinum ad ſe importari non ſinunt, quod ea re ad laborem ferendum remolleſcere homines, atque effeminari arbitrantur. Cera remolleſcit ſole Ouid. Met. 10, 285. Sole remolleſcit, quae frigore conſtitit vnda Ouid. Met. 9, 661. *Per translationem,* Mitem et placatum fieri. Ouid. Met. 1, 377 — Precibus ſi numina iuſtis Victa remolleſcunt, ſi flectitur ira deorum. *Vid. modo* REMOLLITVS.

REMONEO, ēre. *Subinde monere.* Hic tibi cauenda cenſebam, hic beneuole remonebam Apul. Met. 5 p. 169, 23.

REMONIVM ſ. REMONA, Remi *habitatio. vid.* REMVRIA.

REMORA, *a Remo, Romuli fratre, appellatio.* Ennius *apud* Cic. de Diu. 1, 107 Curabant vrbem Romam Remoramne vocarent. *Sic in manuſcriptis. Editi,* Romamne-Remamne vocarent. *Turnebus priorem ſcripturam magis probat.*

REMORA. *appellatiuum. vid.* REMOROR.

REMORBESCERE. [ἀνανοσεῖν] Feſtus, Remorbeſcat Ennius poſuiſſe videtur, pro in morbum recidat.

REMORDEO, di, ſum, ēre. [ἀντιδάκνω] *Mordere ſubinde, ſollicitare.* Virg. Aen. 1, 261 — Quando haec te cura remordet. Cura remordet me Claud. de Bell. Get. 302. Praeteritiſque admiſſa malis peccata remordent Lucret. 3, 840. Animus conſcius remordet Idem 4, 1129. Libertatis deſiderium remordet animos Liu. 8, 4. *Propriae ſignificationis exemplum ſtatim damus in* REMORSVRVS.

REMORSV̄RVS, a, um. Partic. [ἀντιδήξων] *Proprie* Hor. Epod. 6, 4 Quin huc inanes, ſi potes, vertis minas, Et me remorſurum petis?

REMŎRES, um. m. Pl. Aues in auſpicio dicuntur, quae acturum aliquid remorari compellunt. Feſtus.

REMŎROR, āri. Dep. [ἀναβάλλω, ἐπέχω, ἀνέχω, παρέλκω] *Retardare:* Ter. Andr. 4, 4, 18 Ne quod veſtrum remorer commodum. Idem Eun. 2, 3, 10 Vt illum dî, deaeque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt. Hae res, quae caeteros remorari ſolent, non retardarunt Cic. pro L. Manil. c. 14. Ituros remorari Ouid. Met. 13, 220. Verba et preces puellae me remorantur Propert. 1, 6, 5. Cic. in Catil. 1, 4 Num vnum diem poſtea L. Saturninum Trib. Pleb. et C. Seruilium mors a Reipub. poena remorata eſt? Gradum remorari Plaut. Perſ. 1, 2 28. Iter Ouid. Met. 11, 233. Poenam Vlpian. in l. Si quis filio. §. Quid tamen D. de Iniuſto teſtamento. Cic. Att. 3. 13 Scito te me iis epiſtolis potius, et meas ſpes ſolitum eſſe remorari. Liu. 37, 45 In deteriore ſua fortuna pacem faciet rex, quia ſerius facit, quam facere potuit; ſi nunc remoratus fuerit *etc. Vetus codex habet* Moratus. Plaut. Caſ. 4, 3, 7 Nam quid illaec nunc tam diu intus remoratur, quaſi ob induſtriam? Nec remorantur ibi Lucret. 2, 74. *conf.* ib. v. 564. Non diu remoratus es Catul. in Epithal. Mallii ſ. 59, 200.

REMORĀTVS, a, um. Partic. [ἀναβεβλημένος] *vt,* Calamitas remorata longius ſerpit Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 14 c. 6. Ouid. Met. 4, 137 Sed poſtquam remorata ſuos cognouit amores, *i. poſt moram aliquam. Paſſ.* Ouid. Met. 10, 671. Et rurſus pomi iactu remorata ſecundi.

REMŎRANS, antis. *aliud* Partic. [ἀναβάλλων] Ouid. Faſt. 6, 772 Et fugiunt freno non remorante dies.

REMORATIO, ἀναστροφή, διατριβή. } In Vet. Gloſſ. Cyrill.
REMORATOR, παρελκύτης.
REMORATRIX, παρελκύστρια.

REMORĀMEN, inis. n. *Id quod moratur, retinet.* Ouid. Met. 3, 567 — Remoraminaque ipſa nocebant. *Vid. Heinſ. Eſt enim magna lectionis varietas.*

REMŎRA, ae. f. [παρέλκυσις] *Retardatio.* Lucilius *apud* Feſtum in ſchedis ſ. fragm. Quae vox ex te reſonans meo gradu remoram facit? Plaut. Trin. 1, 1, 15 Quae in rebus multis obſtant, odioſaeque ſunt, remoramque faciunt rei priuatae et publicae. *vid.* Idem Poen. 4, 2, 106. ¶ 2 Remora, [ἐχενηΐς] *Piſcis, qui nauem, cui adnixus ſit, remoratur.* Plin. 32, 1 Tamen omnia haec pariterque eodem impellentia vnus ac paruus admodum piſciculus echeneis appellatus in ſe tenet. Ruant venti licet, et ſaeuiant procellae, imperat furori, viresque tantas compeſcit, et cogit ſtare nauigia: quod non vincula vlla, non anchorae pondere irreuocabili iactae. *Et paullo poſt,* E noſtris quidam Latinis Remoram appellauere eum. ¶ 3 Remorae, *aues infauſtae: vid.* REMORES *p. a. et Scalig. in Coniectan.* ¶ 4 Remora *proprium a Remo, vid. p. a.*

REMŎVEO, mōui, mōtum, ēre. [ἀποκινέω, διακρέω] *Amouere, abducere, auferre.* Cic. Fam. 16, 12 Accepimus conditiones, ſed ita, vt remoueat praeſidia ex his locis, quae occupauit. Idem Qu. Frat. 2, 5 Hunc Catonem Lentulus a legibus remouit, *i. prohibuit, ne leges ferre poſſet.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 21 Senatus Caelium ab Repub. remouendum cenſuit. Hoc decreto eum Conſul Senatu prohibuit, et concionari conantem de roſtris deduxit. *Praetor adhuc fuerat Caelius.* Cic. Off. 1, 127 Quae natura occultauit, eadem omnes qui ſana mente ſunt, remouent ab oculis. Cic. in Brut. 48 Lyſiam primo profiteri ſolitum artem eſſe dicendi: deinde quod Theodorus eſſet in arte ſubtilior, in orationibus autem ieiunior, orationes eum ſcribere aliis coepiſſe, artem remouiſſe. ſimiliter Iſocratem primo artem dicendi eſſe negauiſſe, ſcribere autem ſolitum aliis orationes, quibus in iudiciis vterentur. Artem remouiſſe, *h. e. Negauiſſe vllam eſſe artem dicendi, vt multi alii negarunt: quod* Cic. de Orat. 1, 90 *ſcripſit. Ita vero interpretandum docet particula,* Similiter, *quae ſequitur. Et* Quinctil. 2, 18 *ſcribit* Lyſiam negaſſe artem eſſe. Cic. pro Roſc. Amer. 23 c. 8 *extr.* Multa palam domum ſuam auferebat, plura clam de medio remouebat. Ex vrbe me remoui in montes Hor. Serm. 2, 6, 16. A vulgo et ſcena in ſecreta ſe remouere Idem ibid. 2, 1, 18. Cauſas deſidiae remouere Ouid. Triſt. 3, 7, 31. Infantem remouere, *A lacte depellere. vid.* INFANS. Inuidiam a ſe remouere Ouid. Met. 12, 626. Manus remouere ex oculis Ouid. Met. 9, 390. Miniſterio ſceleris me remoui Ouid. Met. 3, 645. Metum Liu. 2, 2. Moram Plaut. Stich. 2, 1, 37. Nubem animi remouit ipſe dolor Ouid. Triſt. 1, 3, 13. Cic. pro Corn. Balb. 11 c. 5 Fuiſſe iudicem ex illis equitibus Romanis grauiſſimis viris neminem quin remoueret Oculos, et ſe totum auerteret. Cic. Acad. 4, 18 Quod ſi quum fungi munere debeamus, non modo operam noſtram nunquam a populari coetu remouemus, ſed ne literam quidem vllam facimus niſi forenſem. Pudorem Ouid. Met. 8, 157. Remedium remouere Scrib. 11. Cic. Att. 4, 8 Quid ſit quod ſe a me remouit, ſi modo remouit, ignoro, *i. quod diſceſſit ab amicitia mea, vt mox* Remouere ſe ab amicitia. Cic. Off. 1, 69 c. 20 Multi et ſunt et fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expetentes, a negotiis publicis ſe remouerunt. Se ab amicitia alicuius

cuius remouere Cic. de Amicit. 79 c. 12. Se a ſuſpicione alicuius commodi Cic. de Lege Agrar. 2, 22 c. 8. Idem in Orat. 5 Ne opifices quidem ſe (ab *inſerit Lambin.*) artibus ſuis remouerunt, qui aut Ialyſi (quem Rhodi vidimus) non potuerunt, aut Coae Veneris pulchritudinem imitari. Soporem cura remouens Ouid. Met. 6, 439. Cic. Verr. 1, 116 Tum iſte homo innocens, qui illam ſuſpicionem leuare, atque ab ea ſe remouere cuperet. Vim procul hinc remoue Ouid. Amor. 1, 14, 29. *Obſeru.* Remôſſe, pro Remouiſſe Lucret. 3, 68 — Falſo terrore coacti Effugiſſe volunt longe, longeque remôſſe. A vulgo remôrant ſe in ſecreta, *i. Remouerant, ſeceſſerant* Hor. Serm. 2, 1, 71. *Syncope eſt.* Sil. 11, 175 — Hi ſunt qui iura dedere Terrore expulſo, Sidicinaque bella remôrant.

REMŌTVS, a, um. Partic. Cic. Verr. 5, 80 Remoto atque ablegato viro, non liberius quam ante, *etc.* Cic. Verr. 3, 85 Etiamne haec tam parua ciuitas, tam procul a manibus tuis atque a conſpectu remota? Procul vrbe remotus Ouid. ex Pont. 4, 9, 123. Longa regione remotus Ouid. Triſt. 3, 4, 73. Longe remotus homo ab Ambitione. *vid.* LONGVS. A culpa remotus, *Qui caret culpa* Cic. pro Muraen. 73. Idem Verr. 1, 35 Quis tam remotus fuit a Cupiditate? Idem Att. 14, 12 Haec conſcripſi X. Cal. accubans apud Veſtorium, hominem remotum a Dialecticis, in Arithmeticis ſatis exercitatum. Apulia ab Impetu belli remotiſſima Cic. Att. 8, 3. Idem Verr. 2, 160 c. 66 Homines quietiſſimi, qui maxime ab iniuriis noſtrorum magiſtratuum Remotiſſimi conſueuerant eſſe praeſidio foederis, *etc.* Cic. Fam. 15, 4 Si quiſquam fuit vnquam remotus ab inani laude, et ſermonibus vulgi, ego profecto is ſum. A vulgari Intelligentia remotiora ſunt Cic. de Inu. 2 c. 22 *non intelliguntur a vulgo.* Ab Oratoris Officio procul remotus Cic. de Inuent. 1, 8 c. 6. A Pudore remotus longiſſime Idem de Lege Agrar. 2, 1 A Memoria, *vid. mox n.* 2 Res remota. Cic. pro Font. 11 Teſtibus, Iudices, non credere cupidis, et iratis, et coniuratis, et ab Religione remotis, non ſolum poteſtis, ſed etiam debetis. A Senſibus remotum Lucret. 5, 149. A Suſpicione minimi errati remotiſſimus Cic. Verr. 4, 30. Vitio ab omni remotus Hor. de Arte Poët. 384. ¶ 2 *Nomina rerum, quae* remotae *dicuntur.* Ambage remota verum abdidit Ouid. Faſt. 3, 337. Antrum remotius Ouid. Faſt. 6, 121. Arbitris remotis dicit eſſe quae ſecreto agere de Repub. velit, *etc.* Liu. 2, 37. Cuſtos remotus Hor. de Arte Poët. 161. Delectu omni et diſcrimine remoto officia tollebantur Cic. de Finib. 4, 69. Femina a viris remotiſſima, *Non dedita libidini* Columel. 12, 1. Ioco remoto tibi haec amiciſſimo animo praecipio Cic. Fam. 7, 11. *Quod et* Amoto ioco *dicitur.* Locus arbitris remotus Cic. Verr. 5, 79. Poſtquam exemta fames epulis Menſaeque remotae Virg. Aen. 1, 220. Nimbi remoti Hor. Carm. 4, 4, 8. Pietas remota Lucan. 5, 155. Cic. de Inuent. 1, 39 Quum autem Res ab noſtra memoria propter vetuſtatem remotas ex literarum monumentis repetere inſtituo, *etc.* Cic. Qu. Frat. 2, 2 Sine dubio Res a Lentulo remota videtur eſſe: *vt ille eam non conſequatur.* Sermo a ſtrepitu forenſi remotiſſimus Cic. in Orat. 32 c. 9 *extr.*

REMŌTE. Adu. *Compar.* Cic. de Nat. Deor. 87 c. 31 *de Stellis,* Aliae propius a terris, aliae remotius eadem ſpatia conficiunt. *Superl.* Remotiſſime Auguſtin. de Trin. 12, 5.

REMOTIO, ōnis. f. [ἀποκίνησις] Brachii remotio Auct. ad Herenn. 4. *Metaph.* Cic. de Inu. 1, 15 c. 11 Remotio criminis eſt, cum id crimen, quod infertur, ab ſe et a ſua culpa, vi, et poteſtate, in alium reus remouere conatur. Id dupliciter fieri poterit, ſi aut cauſa, aut factum in alium transferatur. *Similia de* Inuent. 2, 86 c. 29 Quum eius intentio facti, quod ab aduerſario infertur, in alium, aut in aliud dimouetur.

REMV̄GIO, īui *vel* ii, ītum, īre. [ἀναμυκάομαι, ἀναβρύχω] *Vt Reſonare, mugitum reddere vel edere.* Virg. Georg. 3, 45 Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit. Caelum remugit Idem Aen. 9, 504. Mons totus circum remugit Virg. Aen. 12, 928. Nemus remugit ventis Hor. Carm. 3, 10, 5. Nemus remugit bellatore Stat. Theb. 12, 602. Sinus Ionius remugiens Noto Hor. Epod. 10, 19. Tympanum remugit Catul. de Berecynt. ſ. 61, 29. Vox remugit aſſenſu nemorum ingeminata Virg. Georg. 3, 45. Antro remugit Sibylla Virg. Aen. 6, 99. Ad mea verba remugis Ouid. Met. 1, 657. *Verba Inachi ad filiam mutatam in vaccam: Mugitum reddis, non verba.* Inanis vlulatibus remugit Stat. Theb. 12, 274.

REMVLCEO, ēre. [ἀνακηλέω] *Mulcere, manu velut ſubinde percurrente. Repetitionem etiam hic indicante Praepoſitione.* Corda ſtimulata remulcere Stat. Theb. 8, 93. Minas remulcere Stat. Theb. 8, 93. Virg. Aen. 11, 812

Ac velut ille, prius quam tela inimica ſequantur,
Continuo in montes ſeſe auius abdidit altos
Occiſo paſtore lupus, magnoque iuuenco,
Conſcius audacis facti, caudamque remulcens
Subiecit pauitantem vtero, *etc.*

Caudam remulcens, *inquit Turneb. Aduerſ.* 21, 22. *i. Reflectens: ſic enim lupi et canes timentes reflectunt caudam, et eam ſub verenda reducant. Sic et* Demulcere aures *pro Demittere dixit* Lactantius. *vid.* DEMVLCEO.

REMVLCVS ſ. REMVLCVM. [ῥυμουλκός] *Videtur eſſe omnis machinatio, qua nauis ſuo inſtrumento deſtituta, et velut exarmata, vel quacunque alia cauſa ſua ope non progredi valens, trahitur. Sic videntur conciliari poſſe diuerſae virorum doctorum ſententiae e diuerſis locis hauſtae, quos proponemus, vt quiſque videtur apertior.* Iſid. Or. 19, 4 Remulcum funis, qua deligata nauis trahitur, vice remi. De quo Valgius, Hic mea me longo ſuccedens prora remulco Lactantem gratis ſiſtit in hoſpitiis. Feſtus in Fragm. Remulco eſt, cum ſcaphae remis nauis magna trahitur. Caeſ. de B. Ciu. 3, 40 Cn. Pompeius ſubmerſam nauim remulco, multiſque contendens funibus abduxit. Liu. 25, 30 Marcellus nocte nauim onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi ad Achradinam iuſſit. Idem 37, 24 Contemplatus Eudamus hoſtes claudas mutilataſque naues apertis nauibus remulco trahentes. Hyginus *apud* Chariſ. 1 p. 108 *extr.* Ab Actio nauigantes ſtadia XL veniunt ad Iſthmum Leucadienſium: ibi ſolent iteris minuendi cauſa remulco, quem Graece πάκτωνα dicunt, nauem traducere. *Quidquid ſit de nomine Graeco, intelligi videtur, foſſa per Iſthmum ducta, adhibitis quocunque modo funibus, vel hominum manu vel iumentorum niſu tractis, transmiſſas breui itinere naues circumnauigationem procurrentis peninſulae compendi factam.* Auſon. Moſella 41 Et quum per ripas nusquam ceſſante remulco, Intendunt collo mulorum vincula nautae. Idem Epiſt. 2, 9 Profugaeque dabam pia vota carinae, ſolus adhuc te, nate, videns; celeriſque remulci Culpabam properos aduerſo flumine curſus. *Vtroque hoc loco iumenta in litore currentia aduerſo flumine trahunt naues prora, et forte malo, deuinctas: quale quid me videre memini, vbi ex Fuldae et Werrae confluentibus ad Mundam Viſurgis oritur. Plura ex Graecorum praeſertim comparatione dabunt Scheffer. de Mil. nauali* 2, 5 p. 150 *et Dion. Voſſ. ad Caeſaris l. c.* Vet. Gloſſ. Remulcus πάκτων. *vid. mox* REMVLCO. ¶ 2 *Tranſlate* Ammian. 18, 5 Non contis, nec remulco, vt aiunt, id eſt, non flexiloquis ambagibus vel obſcuris, ſed velificatione plena in rempublicam ferebatur.

*REMVLCO, āre. *Potuerunt dicere Latini ex Graeco* ῥυμουλκεῖν *non minus quam* ῥυμουλκον *illorum* remulcum *fecere. Dixerunt autem Polybius et Strabo* ῥυμουλκεῖν *de eo, cum vel ab altera naui, vel a iumentis in litore currentibus, nauis trahitur: funis, qui ad eam rem adhibetur,* ῥῦμα *eſt. vid. Scheff. l. c. Nondum tamen alia verbi auctoritas prolata, praeterquam* Non. 1, 282 *cui tamen de etymologia credas caue.* Remulcare dictum, *ait,* quaſi molli et leui tractu ad progreſſum mulcere. Siſenna Hiſt. l. 2 Si quae celeriter ſolui poterat, in altum remulcare trahit. *Modo non fuerit apud Siſennam,* remulco retrahit. *Et video ſic dare Vrſinum in Fragm. Hiſtor.* p. 44. Vet. On. Remulculo ῥεωλκῶ.

REMVNCV̆LVS, i. m. Nauigium piſcatorium, *inquit* Non. 13, 8. Salluſt. Hiſtor. 2 Primo incidit forte ſuper (alii per) noctem in remunculo piſcantis. *Meminit et* Gell. 10, 25. *al.* Lenunculus *quod placuit etiam Mercero in Nonii l. c. al.* Lembunculus. *vid. Vrſin. ad* Salluſt. Fragm. c. 16 ſ. 2 *extr.*

REMV̆LVS, i. m. *Siluius cognomine, Rex Latinorum, ob impietatem fulmine ictus.* Ouid. Faſt. 4, 49 Iam tamen Agrippam natum Remulumque nepotem Viderat, in Remulum fulmina miſſa ferunt.

REMVNĔRO, āre. *et* REMVNĔROR, āri. Depon. [ἀντιμισθόω, ἀντιχαρίζομαι] *Retribuere, compenſare, beneficium reddere, gratiam referre, Munere aliquo, munus aliud compenſare.* Trai. ad Plin. Epiſt. 10, 57 Remuneranda eſt igitur probitas eorum, *etc.* Cic. Poſt red. in Senat. 30 c. 12 *pr.* Quibus autem officiis T. Annii beneficia remunerabor? Idem Att. 8, 1 Tu ſi tibi eadem cauſa eſt, me remunerare ſane velim. Hoc te Officio remunerent Qu. Cic. de Petit. Conſul. 29 c. 9 *extr.* Remunerare praemio Caeſ. Bell. Gall. 1, 44. *add.* Quinctil. Decl. 2. Papin. ICt. D. 17 t. 1 l. 17. Cic. Fam. 9, 8 Vt poſſem te Remunerari quam ſimillimo munere. Suppliciis his te remunerabor Catull. ad Caluum 14, 24. Ad remunerandum nihil ſuppetit praeter voluntatem Cic. Fam. 15, 13.

REMVNERĀTVS, a, um. Partic. Gell. 18, 13 Facete Diogenes ſophiſma remuneratus.

REMVNERATIO, ōnis. f. [ἀντίδωρον Gloſſ. Lat. Gr. ἀντιδωρεά, ἀντίχαρις]. Cic. de Amicit. 49 c. 14 Nihil eſt enim remuneratione beneuolentiae, nihil viciſſitudine ſtudiorum officiorumque iucundius. Idem Off. 2, 68 c. 20 A quo enim expeditior et celerior remuneratio fore videtur, in eum fere eſt voluntas noſtra propenſior.

REMVNERĀTOR, ōris. m. Tertull. Apol. c. 36 A Deo remuneratore. *add.* Vulgat. Ebr. 11, 7.

REMVNERABILIS, e. Adi. Sariſb. Ep. 143 Remunerabilius eſt exulem ad bonorum participium inuitare.

REMVRIA, ōrum. n. Pl. *Remi occiſi funeſti dies. Apud* Ouid. Faſt. 5, 451 *ſqq. Remi interfecti vmbra petit, diem ſibi feſtum celebrari:* v. 479

Romulus obſequitur, lucemque Remuria dixit
Illam qua poſitis (*ſepultis*) iuſta feruntur auis.
Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo
Litera, quae toto nomine prima fuit.
Mox etiam Lemures animas dixere ſilentum,
Is verbi ſenſus, vis ea vocis erat.

REMVRĪNVS, a, um. Adi. *vt,* Remurinus ager dictus, Quia poſſeſſus eſt a Remo. et Remi habitatio Remona: ſed et locus in ſummo Auentino Remoria dicitur, vbi Remus de vrbe condenda fuerat auſpicatus. Paullus *apud* Feſtum. *Vid. etiam fragm. ſ. ſchedas* p. 86 *vnde etiam* Remonium *vel* Remorium *exſculpunt viri docti, habitationem Remi.*

REMVRMV̆RO, āre. [ἀντιμορμύρω] Contra murmurare. Stat. Silu. 5, 1, 153

Qualiter alta comam ſiluarum gloria pinus,
Seu Iouis igne malo, ſeu iam radice ſoluta
Deficit, et nulli ſpoliata remurmurat aurae.

conf. Fortunat. 3 *extr.*

REMVS, i. m. [Ῥῶμος, Ῥέμος] *Filius Martis et Iliae, a fratre Romulo interemtus, vt ſcribit* Liu. 1, 5 *etc.* Poſt cuius mortem, oborta peſtilentia, conſulto oraculo reſponſum eſt, placandos eſſe manes fratris exſtincti: ob quam rem ſella curulis cum ſceptro et corona, et caeteris regni inſignibus ſemper iuxta ſancientem aliquid Romulum ponebatur, vt pariter imperare videretur: vnde eſt illud Virg. Aen. 1, 296 Cana Fides, et Veſta — Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt. *Haec Seruius.* Tibul. 2, 5, 24 Romulus aeternae nondum firmaverat vrbis Moenia, conſorti non habitanda Remo. De ratione nominis ita Victor de Orig. Gent. Rom. Romulum a virium magnitudine appellatum: nam Graeca lingua ῥώμην virtutem dici, certum eſt: alterum vero Remum dictum a tarditate, quippe talis naturae homines ab antiquis remores dicti. *Conf.* REMORA, REMVRIA, REMVRINVS.

RĒMVS, i. m. [κώπη, πλάτη, ἐρετμός] *Inſtrumentum quo naues aguntur.* Cic. Verr. 1, 134 Quam multos eſſe oporteret, ex ipſo nauigio, quod erat factum ſex remorum numero, coniiciebant. Non. 4, 393 Remi, ſunt nauales pedes, (*i. pro pedibus ſunt in naui*) ſicuti plerumque remos remiges Virgilii auctoritate poſſumus dicere, vt Aen. 5, 153

— Quam deinde Cloanthus
Conſequitur melior remis, ſed pondere pinus
Tarda tenet.

Breues remi Iuuen. Sat. 15, 128. Cic. Acad. 4, 19 Neque vero hoc loco exſpectandum eſt, dum de remo inflexo, aut de collo columbae, reſpondeam. *i. Cur in aqua inflexus videatur.* Lenti remi Sen. Hippol. ſ. 3. Validi Valer. Argon. 2, 311. ¶ 2 *Verba:* Abſtergere remos Curt. 9, 9, 16. Adiicere velū remis Ouid. de Rem. Amor. 790. Admotum fretum remis Ouid. Met. 6, 512. Aptare remos Virg. Aen. 5, 753. Certantibus aequora remis Idem ibid. 3, 668. Confiſa minutis remis cymba Propert. 1, 11, 9. Conſurgunt ordine terno remi Virg. Aen. 5, 120. Contorſit remum in hoſtem Lucan. 3, 671. Conuulſum remis dehiſcit aequor Virg. Aen. 5, 143. Detergere remos transcurrentes Caeſ. Bell. Ciu. 1, 58 *pr.* Dare aliquem ad remum, *vid. in Praepoſitione* AD. Ducere

re remos Ouid. Met. 1, 294. Franguntur remi Virg. Aen. 1, 108. Impellere remos Idem ibid. 4, 594. Impellere nauim remis, *i. Remigare* Cic. Tuſc. 4, 9. Impellit aequora properantibus remis Ouid. Met. 3, 65. Incumbere remis Idem de Arte Am. 2, 731. Incumbere validis remis Virg. Aen. 5, 15. Incuruans lentos gurgite remos Catul. Argon. 62, 183. Inhibere remos, *vid.* INHIBEO. Ineunt grauibus certamina remis Virg. Aen. 5, 114. Ouid. Met. 5, 558 *pulchra metaphora*, Poſſe ſuper fluctus alarum Inſiſtere remis Optaſtis. *i. Poſſe volare.* Inſurgere remis Virg. Aen. 3, 207. *Nempe vt validiore nixu incumbant remiges, ſurgunt inſurgunt.* Intenta remis brachia Virg. Aen. 5, 136. Lentandus remus in vnda Trinacria, Virg. Aen. 3, 384. *i. fretum Siculum nauigandum. vid.* LENTO. Obſiſtunt remis freta Ouid. Epiſt. 13, 5. Peragit freta agili remo Idem ibid. 15, 65. Perſtant in verbere remorum Ouid. Met. 3, 662. Petit maria agmine remorum celeri Virg. Aen. 5, 211. Petere aequora ſummis remis Lucan. 3, 532. Pulſata freta remis reſonant Sen. Octau. 6. Propellere remis Cic. Tuſc. 4 c. 5. Reducere remum ad pectora Ouid. Met. 11, 402. Reguntur rates remo Ouid. de Arte Am. 1, 3. *al. Mouentur.* Sollicitare freta remis Virg. Georg. 2, 503. Stringere remos Idem Aen. 1, 556. Subducere remos Ouid. Met. 11, 486. Torſit aquas remis Idem Faſt. 5, 644. Verrunt vada remis Virg. Aen. 6, 320. Verrebant freta demiſſi remi Ouid. Amor. 3, 8, 42. Remis ventiſque laeuam cuncta cohors petiuit Virg. Aen. 3, 563. *Prouerbialiter:* Cic. Fam. 12, 25 Atque inde Ventis remiſque in patriam omni feſtinatione properaui. *Vetus codex* Ventis remis *per aſyndeton. conſ. Interpr. ad* Sil. 1, 576. A remo ad tribunal, *vid.* A *vel* AB *Praepoſitiones.* Corporis remos, *pro Brachiis natantis dixit* Ouid. Epiſt. 18, 215. Pennarum remos *dixit* Sil. 12, 98.

REMIGO, āre. [ἐρέττω, κωπηλατέω] *Remis nauigare.* Cic. Tuſc. 4, 9 c. 4 *extr.* Vtrum igitur mauis: ſtatimne nos vela facere, an quaſi e portu egredientes, paullulum remigare? Plin. 32, 1 Tenuit et noſtra memoria Caii principis ab Aſtura Antium remigantis. Liu. 6, 4 Qui non remigaſſet Romam. *Poëtis verbum rarius: nondum enim ... nij:* Prop. 4, 6, 47 Nec te quod claſſis centenis remiget alis, Terreat.

REMIGANS, antis. Partic. Sen. Epiſt. 122 *extr.* Contra aquam remigantes.

REMIGATIO, ōnis. f. [εἰρεσία] Cic. Att. 13, 21 Inhibitio autem remigum motum habet, et vehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.

REMEX, igis. m. [ἐρέτης, κωπηλάτης, προσκώπος] *Qui remos agit et remigandi miniſterio mancipatus eſt.* Plaut. Merc. 4, 2, 5 Sed coquos quaſi in mari ſolitus eſt hortator remiges hortarier. Cic. de Diuin. 2, 114 c. 55 Quid, inquies, remex ille de claſſe Coponii, nonne ea praedixit quae facta ſunt? Caeſ. Bell. Gall. 3, 9 Naues interim longas aedificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum, remiges ex prouincia inſtitui, nautas, gubernatoreſque comparari iubet. Ictus remigis Ouid. Amor. 3, 6, 3. Officium remigis Idem Met. 15, 367. Claſſis infirma propter dimiſſionem propugnatorum et remigum Cic. Verr. 5, 85. Opem remigis addere velo Ouid. de Arte Am. 1, 368. Acri remige velocem agit Priſtin Virg. Aen. 5, 116. Remige iter carpere Ouid. Triſt. 1, 9, 4. Exercere remiges Nep. 10, 9, 2. Explere numerum nautarum et remigum Cic. Verr. 3 c. 54. Exſtructi remigis ordo quater ſurgens Lucan. 3, 525. Imperare remiges Cic. de Orat. 2, 40.

REMIGIVM, i. n. [εἰρεσία] *Remorum agitatio et remigatio, item Remiges et Remi adeo.* Virg. Georg. 1, 202 Non aliter, quam qui aduerſo vix flumine lembum Remigiis ſubigit. *Sed* Aptae remigio aquae Ouid. de Arte Am. 2, 196. Nudum remigio latus nauis Hor. Carm. 1, 14, 4. *i. deterſis remis.* Aptat remigio biremes Virg. Aen. 8, 80. Findere aquas remigio Ouid. Faſt. 3, 586. Meo remigio rem gero Plaut. Mil. 3, 1, 152. *Prouerbiale eſt, Illis velint nolint parendum eſt, quum mei ſint.* ¶ 2 Remigium, *ad aues transfertur, quoniam alis, veluti remis quibusdam, ad diffindendum aërem vtuntur.* Virg. Aen. 1, 300 — Volat ille per aëra magnum Remigio alarum. *Conf.* Idem 6, 19. Pennarum remigium Lucret. 6, 743. *Metonym.* Remigium, *Remigum multitudo* Virg. Aen. 3, 471 Remigium ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis. *Sic* Vitioſum remigium Vlyſſis Hor. Epiſt. 1, 6, 63. *i. Socii, a Circe corrupti. Remiges ... ſuo ... notat* Cic. Tuſc. 5, 14 Quae pugna, quae acies, quod remigium, qui motus hominum, *etc.*

REMILLVS, a, um. i. e. Repandus, *vt docet* Feſtus, *inſtar remi, qui dum lentatur, aliquantum pandatur, praeterquam quod magis etiam ... in aqua videtur.*

REMIPES, ĕdis. Auſon. Moſell. 201 Remipedes lembi. Idem Ep. 3, 13 Anates remipedes. *Sic quoque legendum videtur in* Varronis *apud* Non. 6, 65 Neque quaſſagi pennas anates, tremipedas (*leg. remipedes*) buxeis roſtris pecudes.

REMIVAGVS, a, um. *Vt*, Remiuaga celox Varr. *ap.* Non. 13, 1.

REMVTO, āre. Tacit. de Orat. 19, 2 Vidit namque conditionem temporum et diuerſitates auctorum, formam quoque ac ſpeciem orationis remutandam. *Al.* Mutandam.

R E N

REN, rēnis. m. [νεφρός] *Renes ſunt inteſtinum illud nigrum, geminum, quod lumbis ad ſummas coxas inhaeret: dictos volunt ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, fluere, quod riui vrinae et ſpermatis ab his oriantur.* Plaut. Curc. 2, 1, 21 Sed quid tibi eſt? C. lien necat, renes dolent, pulmones diſtrahuntur. Dolor renium Scribon. 125. Tumor renium 143. 144. Humores qui ex renibus veſicaque profunduntur, *i. Vrina* Cic. de Nat. Deor. 2, 137. Idem Tuſc. 2, 60 c. 25 Quum ex renibus laboraret, ipſo in eiulatu clamitabat falſa eſſe illa, quae, *etc.* Renibus laborantes Scribon. 93. Tentantur renes morbo acuto Hor. Serm. 2, 3, 163. Vexati renum dolore Scribon. 169. ¶ 2 Renes, *pro Lumbis ipſis.* Nemeſianus in Cynegeticis 112 Renibus ampla ſatis validis, diductaque coſtas. *Vſus eſt ſimili ſignificatione* Auſonius Epigr. 13 *Si probamus lectionem Tollii*, Vtere rene tuo. *Sed melior, honeſtior quidem videtur illa Aldi*, Dicebam tibi, Galla, ſeneſcimus, effugit aetas, Vtere vere tuo: caſta puella anus eſt. *conf.* RIENES.

RENVLVS, i. m. Oct. Horat. 4.

RENICVLVS *et* RENVNCVLVS. Dimin. Marc. Empir. 26.

RENALIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 5, 3 Renalis paſſio. Renalibus laborare vitiis Idem ibid.

RENOSVS *vel* RIENOSVS, a, um. Vet. Gloſſ. Rienoſus, νεφριτικός.

RENANCISCOR, ĕris, nactus ſum, ſci. Reprehendo. Feſtus, Renanciſcitur ſignificat reprehendit: vnde adhuc nos dicimus Nanciſcitur, et Nactus, id eſt adeptus.

RENARRO, āre. [ἐξηγέομαι] *Narrando repetere et referre.* Virg. Aen. 3, 717 Sic pater Aeneas intentis omnibus vnus Fata renarrabat diuûm, curſuſque docebat. Ouid. Met. 6, 316 Vtque fit, a facto propiore priora renarrant.

RENASCOR, ĕris, nātus ſum, ſci. [ἀναφύω] *Iterum naſci.* Plin. 11, 29 Deinde ad Canis ortum obire, et alias renaſci. Ibid. 37 Equus ſeptimo anno dentes omnes habet et renatos et immutabiles. Liu. 26, 41 Vt renixiſſe, aut renatum ſibi quiſque Scipionem imperatorem dicat. Cic. Tuſc. 1, 54 Nam principium exſtinctum, nec ipſum ab alio renaſcetur, nec a ſe aliud creabit. Ardor occultus renaſcitur ſub corde Stat. Achil. 2, 315. Cic. ad Brut. 4 Neu ſemper primi cuiuſque mali excidendi cauſa ſit, vt aliud renaſcatur illo peius. Qui mihi Pennas inciderunt, nolunt eaſdem renaſci Cic. Att. 4, 2.

RENASCENS, entis. Partic. [ἀναφύων] *Vt*, Renaſcens annus, *pro Primo Vere.* Plin. 16, 25.

RENATVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἀναπεφυκώς] *Vt*, Flumen rurſus renatum nouo fonte Lucan. 3, 262. Dentes renati Plin. 11, 37. Dies renatus Senec. Troad. 1. Cic. ad Brut. 13 Renatum bellum eſt, idque non paruo ſcelere Lepidi. *Conf.* Idem Fam. 11, 11. Renata vrbs Liu. 6, 1. De nihiloque renata forent quaecunque videmus Lucret. 1, 675. *Hinc*,

RENASCIBILIS, *vnde* RENASCIBILITAS, *apud* Auguſtin.

RENATO, āre. Rurſus poſt nouem annos eodem renatato ſtagno Auguſtin. de C. D. 18, 17.

RENAVIGO, āre. [ἀναπλέω] *Nauigando redire.* Cic. Att. 14, 16 Poſt in Puteolana et Cumana regna renauigare. Plin. 6, 23 Ex India renauigant menſe Aegyptio Tybi incipiente. Acheron inuius renauigari Sen. Herc. Fur. v. 716.

RENAVO, āre. *Affertur* Cic. Att. 1, 14 *extr.* Renauabo operam. *h. e. Diligenter ac celeriter praeſtabo. Sunt qui ſeiunctim legant*, Re nauabo: *ſunt qui* Renouabo. *Nunc editur*, Video hominem valde petiturire; nauabo operam.

RENECTO, ĕre. Cornipedis ſimul hunc lux indiſcreta renectit Auien. Phaenom. Arat. v. 475.

RENEO, ēre. Stant rata, non vlla fila renenda manu Albinouan. ad Liu. v. 444. *Eſt igitur diſſoluere neta.*

RENIDEO, ui, ēre. [στίλβω] Reſplendere. *Proprium eſſe aiunt aeris, quum politum et laeuigatum fuerit. Quae mihi verior videatur ſententia, mox dicam in* RENIDENS. *Interim verum eſt, de ſplendore rerum a politura vel aliunde lucentium dici.* Stat. Theb. 10, 654 Emicat effigies, et ſparſa orichalca renident. Hor. Carm. 2, 18, 1 Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. *h. e. Fulget, Porphyrio.* Idem 2, 5, 19 Renidet mari luna. Oratio renidet Quinctil. 12, 10. ¶ 2 *Proprium tamen magis putamus* Renidere, *pro Ridere*, [μειδᾶν, μηδᾶν] Catul. in Egnatium ſ. 39, 1

> Egnatius, quod candidos habet dentes,
> Renidet vſquequaque: ſeu ad rei ventum eſt
> Subſellium, quum orator excitat fletum,
> Renidet ille: ſeu pii ad rogum filî
> Lugetur, orba quum flet vnicum mater,
> Renidet ille: Quidquid eſt, vbicunque eſt,
> Quodcunque agit, renidet.

Paullo poſt, Nam riſu inepto res turpior nulla eſt. Renidet *ergo ſiue dubio eſt Ridet. vnde* Renidere *dicitur, quidquid hilarem aliquam ſpeciem prae ſe fert. quo ſenſu transfertur etiam ad inanimata.* Hor. Carm. 3, 6, 12 Et adiecifſe praedam Torquibus exiguis renidet. *i. gaudet cum riſu.* Apul. Met. 6 p. 187, 15 *Flor.* Venus renidens exitiabile.

RENIDENS, entis. Partic. [στίλβων] Reſplendens: *vt*, Domus auro renidens Lucret. 2, 27. Falſum vultu renidens Tac. Ann. 4, 60. Stat. Theb. 12, 688 Fictumque ac triſte renidens. *Etiam* Liu. 35, 49 *de ſuaui riſu narrantis fraudem culinae.* Aere renidenti fluctuat tellus, *i. Splendet armis rutilantibus* Virg. Georg. 2, 281. Renidenti Cortice Chiae *ficus* Calpurn. Ecl. 2, 81. *i. leniter fiſſa.* Flores *et* Arbores renidentes Apuleio *reſtitui vult Heinſ. ad* Ouid. Faſt. 4, 430. Lares renidentes *laudantur* Hor. Epod. 2, 65. h. e. Splendentes, aut vultu, aut garrulitate. Acron. *Sed totus locus inſpiciendus eſt*, Poſitoſque vernas, ditis examen domus, circum renidentes lares: *pertinet ad* Vernas. Ouid. Met. 8, 197

> Puer Icarus vna
> Stabat, et ignarus ſua ſe tractare pericla,
> Ore renidenti modo quas vaga mouerat aura
> Captabat plumas.

h. e. Ore hilari, laeto, et ridenti. Vtitur et Flacc. Arg. 4, 234 Ore renidenti luſtrans obit, *de vultu ad contemtum cum irriſione compoſito. Vid. quos laudat Burm. ad h. l.* Acro in illud Hor. Serm. 2, 7, 38 Naſum nidore ſupinor: Nidor, inquit, a nimio odore tractum, ſeu riſu: vnde et Renidet. Ibid. Porphyr. *licet falſo*, Nidorem pro riſu poſuit, a quo verbum fiat Renideo. Puer renidens Stat. Theb. 4, 789 *non eſt* Labra contrahens, *vt vult* Lactantius, *ſed leniter os ad loquendum aperiens. Forte huc etiam pertinet* Ouid. Met. 10, 558 Inque ſinu iuuenis poſita ceruice renidens Sic ait. *Quin et illud, quod de* Ore renidenti *Icari dedimus ex* Met. 8, 197. *Et ſolicitor putare totum hoc verbum primo ortum a geſtu gratum ſibi odorem ſubſtrictis aliquantum naribus, et hiſcente paullum ore captantium: qui idem contemtim irridentium, et loqui incipientium, blande praeſertim, geſtus eſt. Conf.* Ouid. de Arte Am. 2, 49. *et* Sen. Hippol. 277.

RENIDESCO, ĕre. Inchoatiuum. [ἀναστίλβω] Lucret. 2, 328 Fulgur ibi ad caelum ſe tollit: totaque circum Aere renideſcit tellus. *h. e. ſplendore armorum perfuſa hilaritatem quandam prae ſe fert, et quaſi riſu diffundit ſpectatorem. Lambin.*

RENIDENTIA, ae. f. Animaduertere alicuius nutus et renidentiam Tertull. de Anima c. 49.

RENITEO, ui, ēre. [ἀποστίλβω] *Valde nitere, q. d. nitorem reddere.* Plin. 37, 6 ſ. 23 Arabicae (Sardonyches) excellunt candore circuli praelucido atque non gracili, neque in receſſu gemmae aut in deiectu renitente, ſed in ipſis vmbonibus nitente, praeterea ſubſtrato nigerrimo colore. *Hard. leg.* ridente. *Conf.* Solin. c. 52.

RENITOR, ĕris, niſus *vel* nixus ſum, niti. [ἀντερείδω] *Contra, vel aduerſum niti.* Liu. 5, 49 Quum illi renitentes pacto dicerent ſeſe, negat eam pactionem ratam eſſe. Plin. 2, 82 Poſteſque alterno

pulſu renitentes. Ammian. 18, 2 Renitebatur firmiſſime Caeſar. Celſ. 5, 28 Si magis id renititur. Sanis conſiliis male renitens Sulp. Seu. 1, 20, 8.

RENIXVS, *vel* RENISVS, ûs. m. [ἀντέρεισις] Celſ. 5, 28 *de fiſtulis*, At cartilago vbi ſubhaeſit, ipſa ſedes docet, peruentumque eſſe ad eam ex renixu patet.

RENO, āre. [ἀνανήχομαι] Iterum nare, aut natando redire Albinou. ad Liu. 432 Nullaque per Stygias vmbra renauit aquas. Hor. Epod. 16, 25 Simul imis ſaxa renarint Vadis leuata.

RENO, *vid.* RHENO.

RENODIS, e. Fuit ſtatura procerus, capillo renodi et criſpo Capitolin. in Albino c. 13. *i. velut in nodos reflexo.*

RENŌDO, āre. *In nodum conſtringere.* Hor. Epod. 11 *extr.* Aut teretis pueri longam renodantis comam. ¶ 2 *Nodum diſſoluo, nodis ſoluo.* διαλύω, renodo, diſſoluo Vet. Gloſſ. Valer. Argon. 5, 38 Teque renodatam pharetris, ac pace fruentem.

RENORMATVS, a, um. Ager iuſſu Caeſaris Auguſti limitibus nominis eius renormatus Frontin. de Colon. p. 104 *et* 137. *i. denuo ad normam exactus.*

RENŎVO, āre. [ἀνανεόω, ἀνακαινίζω] *Rurſus ſ. ex antiquo nouum facere.* Cic. Acad. 1, 21 Immo vero et iſtam, et totam veterem Academiam aqua abſorptam diu, renouari a te, niſi moleſtum eſt, velim. Ager renouatur aratro Ouid. Triſt. 5, 12, 23. Amicitia ac ſocietas renouata Liu. 34, 31. Amores veteres renouamus deſiderio Catul. ad Caluum ſ. 93, 3. Hirt. de Bell. Afric. c. 18 (17) At cohortes ſuis ex terrore firmatis, rurſusque renouatis Animis legionarios conuerſis equitibus, *etc.* Cic. de Orat. 2, 199 Animos Equitum Romanorum, apud quos tum, Iudices, cauſa agebatur, ad Q. Caepionis odium, a quo erant ipſi propter iudicia abalienati, renouabam, atque reuocabam. Idem de Inuent. 2, 49 Animus aut renouatur ad ea quae reſtant, aut omnibus iam dictis exſuſcitatur. Annos renouaverat Titan Tibul. 4, 1, 113. Aratrum renouans terram Ouid. Triſt. 4, 6, 13. *i. nouis ſeminibus ſuſcipiendis parans.* Aruum renouauerat taurus Ouid. Met. 15, 125. Bellum renouare Caeſ. Bell. Gall. 3, 2. Campus renouatur aratris Ouid. Amor. 1, 3, 9. Caſus omnes renouare Virg. Aen. 2, 750. Clamorem renouare Liu. 34. Cic. Fam. 7, 18 Multa mihi crede, aſſequere: ego enim renouabo commendationem, ſed tempore. Conſilia belli Caeſ. Bell. Gall. 8, 1. Cic. poſt red. ad Quir. 8 Frater erat vnus, qui ſuo ſqualore veſtros oculos inflecteret: qui ſuo fletu deſiderium mei, memoriamque renouaret. Cic. de Lege Agr. 2, 54 Hic quoniam video vos Hominis dignitate, et contumelia legis eſſe commotos, renouabo illud, quod initio dixi, regnum comparari, libertatem veſtram hac lege funditus tolli. Virg. Aen. 2, 3 Infandum, Regina, iubes renouare Dolorem *narrandis calamitatibus noſtris. Vid. mox* Recordatione renouare. Liu. 1, 14 Foedus inter Romam Lauiniumque vrbes renouatum eſt. Honores Cic. Q. Fratr. 2, 11. Idem pro Deiot. 8 Tu vetus Hoſpitium renouare voluiſti. Humum Martial. 2, 74. Cic. Verr. 1, 68 Hoc inſtitui, atque adeo inſtitutum referri atque renouari moleſte ferunt. Cic. Acad. 1, 11 Haec incluſa habebam, et ne obſoleſcerent, renouabam, quum licebat, legendo. Locationem Vlp. in l. Item quaeritur §. vlt. D. Locati. Luctus renouabantur acerbi Tibul. 2, 6, 41. Cic. pro Muraen. 16 Et vt Scaurus Memoriam prope intermortuam generis ſui, virtute renouaret. Idem Verr. 5, 146 Renouabitur prima illa Militia, quum iſte e foro abduci, non vt ipſe praedicat, perduci ſolebat. Operam Cic. Att. 1, 14. Idem pro Muraen. 33 Tantum tamen conſilio atque auctoritate valuit, vt ſe, rege Armeniorum adiuncto, nouis Opibus copiiſque renouarit. Nuptias Papin. in l. Inter §. vlt. D. de pact. dotalib. Orationem Cic. de Inuent. 1, 100. Praelium Caeſ. Bell. Gall. 3, 20. Cic. de Fin. 1, 57 Stulti malorum memoria torquentur, ſapientes bona praeterita grata Recordatione renouata delectant. Cic. A. 1 in Verr. 11 c. 4 Quum in Cn. Dolabellam Scelus ſuum illud priſtinum renouauit, et inſtaurauit quaeſtorium. Seruitutem Iabolen. in l. Si locus D. Quemadm. ſeruit. amit. Cic. Fam. 12, 27 Quod Societatem Reip. conſeruandae tibi mecum a patre acceptam renouas, gratum eſt. Idem de Diuin. 2, 7 Quod quum accidiſſet noſtrae Reip. tum priſtinis orbati muneribus, haec Studia renouare coepimus, vt et animus moleſtus hac potiſſimum re leuaretur, et prodeſſemus ciuibus noſtris qua re cunque poſſemus. Vlcera renouare Scribon. 217. Vulnera alicuius Ouid. Triſt. 2, 209. Renouare a. Quinctil. 6, 3 *pr.* Animum a ſatietate vel a fatigatione renouat. *h. e. Recreat vel inſtaurat, et reficit, de riſu. Obſ. In MSS. permiſcentur* Renouare *et* Reuocare. *vid. Drakenb. ad Sil. 14, 112.*

RENOVĀTVS, a, um. Partic. [ἀνανεωθείς] Quinctil. 1, 3 Itaque et virium plus afferunt ad diſcendum renouati ac recentes. Ager renouatus Ouid. Met. 1, 110. Clades domus renouata Iuuen. Sat. 10, 243. Lucifer renouatus vnda Oceani Sil. 7, 639. Senectus renouata in florem redit Ouid. Met. 7, 215. Stellae altae et renouatae Cic. de Nat. Deor. 2, 118. Templum Honoris a M. Marcello renouatum Cic. de Nat. Deor. 2, 61 c. 23. Teſtamentum renouatum Vlpian. in l. In fraudem §. j. D. de milit. teſtam. *Sic quidem habent Pandectae Florentinae,* Reuocatum *Haloander.*

RENOVATIVVS, a, um. *Vt,* Renouatiuum fulgur vocatur, Quum ex aliquo fulgure functio fieri coepit, ſi factum eſt ſimile fulguri, quod idem ſignificet. Feſtus.

RENOVĀTIO, ōnis. f. [ἀνανέωσις, ἀνακαίνωσις] Cic. Att. 6, 1 Confeceram vt ſoluerent centeſimis ſexennii ductis, cum renouatione ſingulorum annorum, *deſcriptio Anatociſmi.* Idem de Clar. Orat. 150 c. 71 Vſurpatione et renouatione doctrinae. Renouatio timoris Cic. Fam. 11, 18.

RENOVĀMEN, ĭnis. n. *Idem.* [ἀνακαινισμός] Ouid. Met. 8, 729 Forma ſemel mota eſt, et in hoc renouamine manſit.

RENOVĀTOR, ōris. m. Inſcript. apud Fabrett. p. 102 INSTITVTORI NOVOR. AC RENOVATORI OBR. OPERVM PVBLICORVM.

RENOVELLO, āre. [ἐπανανεόω] *Idem quod* Renouare. Colum. de Arbor. c. 6 Eiuſmodi itaque vinea ſi non aridos in corpore habet truncos, et flecti poteſt, factis ſulcis optime ſternitur, atque ita renouellatur.

RENVBO, ĕre. *Denuo nubere.* Etſi non delinquas renubendo Tertull. ad Vxor. 1, 7.

RENVDVS, a, um. *Quaſi retro nudus.* A fronte quidem protectae, qua autem proprie caput eſt, renudae Tertull. de Vel. Virg. c. vlt.

RENVDO, āre. *Nudare denuo, quod tectum erat.* Niſi tectum, parietem, ianuas, parteſque alias operis renudet Arnob. 2 p. 98. *Add.* Mart. Capella 1 p. 15.

RENVDATVS, a, um. Brachiis humero tenus renudatis Apul. Met. 8 p. 214. *Conf.* Idem ibid. 2 p. 122.

RENVMĔRO, āre. [ἐπαναριθμέω] *Retro numerare et reddere, quod ante nobis numeratum fuerat, vt aurum, dotem, etc.* Ter. Hec. 3, 5, 51 Sin alio eſt animo, renumeret dotem huc, eat.

RENVNCIO *vel* RENVNTIO, āre. [ἀπαγγέλλω] *Referre quid actum ſit, quid, dixerit, velit, reſponderit aliquis, in primiſque conuenit, vbi quis miſſus eſt. Vt* Renunciare Legationem. *i. referre, quid ea actum ſit* Liu. 35, 32, 8. Plin. Ep. 4, 9, 20. *Burm. ad* Quinctil. 7, 4 p. 634. Cic. Verr. 3, 132 Fremebat tota prouincia, nemo id tibi renunciabat? Idem pro Cluent. 143 c. 52 Nam hoc perſaepe dixiſti, tibi ſic renunciari, me habere in animo cauſam hanc praeſidio legis defendere. Poſteaquam mihi renunciatum eſt de obitu Tulliae filiae tuae Cic. Fam. 4, 5. Id. Verr. 3, 73 Qua de re Agyrinenſes magiſtratus, et Quinqueprimi, quos tui quaeſtus cauſa euocas, acta et imperia tua domum ad Senatum ſuum renunciaverunt: quorum renunciatio legibus illorum literis publicis mandata eſt. Rem geſtam Mileſiis renunciauerat Cic. Verr. 1, 88. Idem pro Cluent. 143 Quisnam tibi hoc renunciauit? quis tam improbus fuit? cui ego autem narraui? Vt nobis renunciatur Cic. pro Cluent. 163. Ter. Andr. 3, 2, 28 Id ego iam nunc tibi renuncio here futurum, vt ſis ſciens, ne tu mihi hoc poſterius dicas, Daui factum conſilio, aut dolis. Cic. Act. 1 in Verr. 2, 19 Renuncio, inquit, tibi, te hodiernis comitiis eſſe abſolutum. Idem de Orat. 1, 230 Pedem nemo in illo iudicio ſupploſit, credo ne Stoicis renunciaretur. Renunciare alicui de re aliqua Plaut. Men. 2, 3, 67. Renunciare ad patrem, dixit Plaut. 1, 3, 49. *Obſeruatu dignum illud* Quinctil. 12, 11, 10 *vbi poſt obiectionem propoſitam ſubiicit*, Sed hi primum renuncient ſibi, quanta ſit humani ingenii vis *etc. i. cogitent, conſiderent, ad animum reuocent.* ¶ 2 *Saepe vero* Renunciare *eſt, vel verbis vel nuncio irritum reddere, de quo conuentum erat.* Tacit. Ann. 2, 70, 3 Componit epiſtolas, quis amicitiam ei renunciabat. Ter. Phorm. 4, 3, 72 Illis repudium renunciet, hanc ducat. Cic. Verr. 141 c. 54 Itaque renunciat Rabonius illam deciſionem tutoribus: accurrunt tamen ad tempus tutores, digitum tollit Iunius patruus. *Hic* Conductionem renunciare, *eſt* Irritam renunciare, *vt recte monet* Aſconius. Depoſito Vlpian. l. Si homines §. Quoties D. Depoſiti. Exceptionibus renunciare, *Profiteri, ſe iis non vſurum* Vlpian. in l. Sed et ſi quis §. Quaeſitum eſt D. Si quis caution. Excuſationi renunciare Vlpian. in l. Praetor. §. vlt. D. de vacation. muner. Cic. Verr. 2, 89 Itaque iſte vehementer Sthenio infenſus, Hoſpitium ei renunciat, domo eius emigrat. *i. Denunciat ſeſe nolle amplius hoſpitari in domo eius.* Liu. 25, 18 Badium Campanum T. Quintio Criſpino Rom. palam omnibus renunciare hoſpitium. Nihil ſibi cum eo conſociatum, nihil foederatum hoſti cum hoſte — Si vir eſſet, congrederetur. Legationi renunciare Paullus in l. Si abſenti D. de legation. Ciuilibus Officiis Quinctil. 10, 7. Societati renunciare Vlpian. in l. Si conuenerit, *et* Paullus in l. Actione D. pro Socio. Societatem alicui renunciare Liu. 38, 31. Vitae Suet. Galb. 11. *His cognatum illud* Senec. de Clement. 1, 9 Renunciari extemplo Amicis, quos in conſilium rogauerat, imperauit. *i. indicari, mutato conſilio nihil ſe eorum opera in praeſens vſurum.* ¶ 3 *Eſt comitiorum verbum, cum praeconis voce, quis ſuffragiis electus ſit, populo indicatur.* Conſulem renunciare aliquem Cic. de Orat. 2, 260 c. 64. Praetorem Idem de Lege Manil. 2 c. 1. Cic. Verr. 2, 129 *de ſacerdotibus Iouis*, Perfecerat iſte imperio, vt pro ſuffragio Theomnaſtus familiaris ſuus in tribus illis renunciaretur.

RENVNCIĀTVS, a, um. Partic. *Praeter ſuperiora.* Plin. Pan. 92 Tuo iudicio Conſules facti, tua voce renunciati ſumus. *i. Declarati. Ex altera ſignificatione* Cic. A. 1 Verr. 16 c. 6 Redemtio eſt huius iudicii grandi pecunia facta. Manſit in conditione atque pacto vsque ad eum finem, dum reiectio iudicum facta eſt. Quod et in ſortitione iſtius ſpem Fortuna Populi Rom. et in reiiciendis iudicibus mea diligentia iſtorum impudentiam vicerat: haec renunciata eſt tota conditio.

RENVNCIATIO, ōnis. f. [ἀπαγγελία] *Relatio.* Cic. Verr. 3, 88 c. 39 Caeſio renunciat ſe dediſſe: cognoſcite renunciationem ex literis. *Vox comitiorum eſt, vt* RENVNCIARE *n.* 3. Non idem eſt ordo dignitatis et renunciationis Cic. pro Mur. c. 8. Suffragiorum renunciatio Id. pro Planc. 14. Renunciatio dicitur Recuſatio eius rei, quae in pactum et promiſſionem venerat, Aſconius ad Cic. A. 1 Verr. 16 c. 6. Vlpian. in l. Verum eſt, in fine D. Pro ſocio, Voluntate diſtrahitur ſocietas renunciatione. Renunciatio, *Teſtimonii genus, cuiusmodi edere ſolent architecti et magiſtri vniuſcuiuſque opificii, quum opus eſt, qui propterea publice ſacramento adiguntur.* Vlpian. in l. 1 in princ. D. Si menſor falſum modum dixerit, Aduerſus menſorem agrorum Praetor in factum actionem propoſuit, a quo falli nos non oportet: nam intereſt noſtra, ne fallamur in modi renunciatione.

RENVNCIĀTOR, ōris. m. Tertull. de Anima c. 57. *et* de Pallio c. 4.

RENVNCIVS, i. m. [ἀπάγγελος] *Qui aliquid renunciat.* Plaut. Trin. 2, 1, 22 Cantrices, ciſtellatrices, nuncii, renuncii. Theod. Cod. 3 t. 7 Taciti nuncii, renunciique corrupti.

RENVO, ŭi, ūtum, ĕre. [ἀναίνομαι, ἀπαγορεύω] *Reſpuere, et nutu, ſimiliue ſigno aliquo oſtendere, aliquid ſibi diſplicere, et hinc negare, ac per Metonymiam nequire.* Martial. 2, 14 Renuente Deo. Nullum conuiuium renuere Cic. pro Cael. 27 c. 11. Fato renuente nouos furores Sil. 10, 49. Metro renuente Prudent. Periſt. 4, 162. Oculo renuente negaui Ouid. Epiſt. 17, 89. Quibus ſuperciliis renuentes huic decem millium crimini? *i. quam ſerio negantes* Cic. pro Rabir. Poſt. 36.

RENVTVS, ûs. m. [ἀνάνευσις] Plin. Epiſt. 1, 7 Nam ego quoque ſimili nutu ac renutu reſpondere voto tuo poſſum. Nutu. *i. Aſſenſu, dum promitto non agere aduerſus Gallum.* Renutu, *dum nolo adeſſe Gallo aduerſus Baeticos, cum reſpectu ad verſum Homericum,* Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ ἕτερον δ' ἀνένευσεν, *alterum dedit, alterum renuit.*

RENVTO, āre. Frequentat. [ἀπαγορεύω] Lucret. 3, 351 Quod ſupereſt, ſi quis corpus ſentire renutat. *Sed* Lucret. 4, 604 Vox Incolumis tranſire poteſt, ſimulacra renutant, *i. nequeunt.* ¶ 2 Ille gradum celerat fugiens, contra illa renutat Prudent. Hamart. v. 774. *de Lothi vxore, i. reſpicit, et retro ire nutu corporis iam parat.*

RENVTRIO, ire. Quem ex ruſticanis receptum domi renutrimus Paullin. Nol. Epiſt. 23 (*al. 3*) ad Seuer. c. 9.

R E O

REOR, ratus ſum, rēri. [νομίζω, δοκέω] *Exiſtimare, opinari.* Cic. de Nat. Deor. 3, 15 Rebantur enim fore, vt exercitus imperatorem equo incitato ſe in hoſtem immittentem perſequeretur, id quod euenit. Quinctil. 8, 3, 26 Horridum *eſſe dicit* Reor, tolerabile Autumo. Cic. de Orat. 3 c. 38 Raro habet etiam in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem: neque enim illud fugerim dicere — aut vt tu ſoles, Catule, non rebar. Poëtica *ergo et horrida videbantur* Reor *et* Rebar *Fabio et Ciceroni. Hic tamen non refugit* Top. 78 c. 20 *dicere*, Rentur eos eſſe, quales ſe ipſi velint. *Et* de Orat. 3, 79 c. . . Quem quidem antea rebar ita dicere. *Et* de N. D. 3, 15 c. 6 Rebantur enim, fore vt exercitus *etc. Et* Att. 7, 3 *poſt med.* Nicias Cous non rebatur, oppidum eſſe Piraeea. *It.* de Diuin. 2, 5 c. 2 Quos quidem plures, quam rebar, eſſe cognoui. *Et* Acad. 1, 26 c. 7 Quintum genus — diſſimile Ariſtoteles quiddam eſſe rebatur. *Ac* de Off. 2, 32 c. 9 Idcirco illos, in quibus eas virtutes eſſe remur, a natura ipſa diligere cogimur. *Add.* Ouidius *mollis Poëta* Her. 17, 148 Omnes in noſtris oculos vultibus eſſe reor: Nec reor hoc falſo. *Et* 18, 132 Ignotum nec me piſcibus eſſe reor *etc.* Virg. Aen. 9, 253 Quae vobis, quae digna, viri, pro talibus auſis Praemia poſſe rear ſolui? Quod minime reris Virg. Aen. 6, 97. Ducebam animo, rebarque Idem ibid. 6, 690. Tum reſtitutas fratribus rebor meis animas Senec. Herc. fur. 303. Vti tenebras omnes Acherunta reamur Liquiſſe Lucret. 4, 171. Tibi ſi rebare pudendum iuſta pati Sil. 13, 378. Te antequam me amare rebar, ei rei firmaſti fidem Ter. Hec. 4, 2, 5.

RATVS, a, um. Partic. [νομίσας] Priſcianus 10 p. 901 *med.* Reor quoque ratus facit Participium, vt puto, differentiae cauſa: quia Ritus aliud ſignificat, et Retus pro Retitus dicebant, quomodo Saucius pro Sauciatus, Laſſus pro Laſſatus *etc.* Plaut. Amph. 2, 2, 24 Victis hoſtibus quos nemo ſuperari poſſe ratus eſt. Aduerſariorum ratus neminem ad ſe venturum Nep. 10, 5, 4. Iuuenis viciſſe dolo ratus Virg. Aen. 11, 712. Metellum eſſe rati Salluſt. Iug. c. 69. *Et* Catil. 57 Optimum ratus in tali re fortunam belli tentare. Abunde ratus, *pro* Satis ratus Tacit. Hiſt. 2, 95. Obſidionem flagitii ratus Idem Ann. 3, 2 . ¶ 2 Feſtus, Ratus ſum, ſignificat Putaui: ſed aliquando pro Firmo certoque ponitur Ratus. *Ad hoc forte Participium pertinet, quod eſt apud* Priſcian. 8 p. 792 *med.* Reor quoque, — in ſignificatione paſſiua inuenitur. *Nempe* Ratum, [κύριον] *firmum, conſtans, certum, fixum.* Ter. Hec. 4, 4, 39 Ne quod egiſſem, eſſet ratum. *Add.* Nep. 7, 10, 1. Cic. de Nat. Deor. 2, 99 Qui quum tam certos caeli motus, tam ratos aſtrorum ordines, tamque inter ſe omnia connexa et apta viderit. Cic. de Nat. Deor. 2, 51 Nihil errat, quod in omni aeternitate conſeruat progreſſus et regreſſus, reliquosque motus conſtantes et ratos. Id. de Nat. Deor. 2, 95 Aſtrorum in omni aeternitate rati et immutabiles curſus. Cic. de Diuin. 2, 29 c. 7 Si nihil fieri poteſt, nihil accidere, nihil euenire, niſi quod ab omni aeternitate certum fuerit *eſſe* futurum rato tempore, quae poteſt eſſe fortuna. Idem pro Caecin. 96 Si populus iuſſerit me tuum, aut item te meum ſeruum eſſe, id iuſſum, ratum atque firmum futurum? Verum illud certum comprehenſum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuiſſe vis Cic. Acad. 4, 141. Sen. Exc. Controu. 4 pro. *in Pollione Aſinio notat,* Strictum eius et aſperum et nimis ratum in dicendo iudicium. Cic. de Prouinc. Conſul. 45 Cuius Tribunatus ſi ratus eſt, nihil eſt quod irritum ex actis Caeſaris poſſit eſſe. Idem de Orat. 1, 173 Teſtamentum ruptum aut ratum. Dicta rata Ouid. Faſt. 2, 488. Fides Idem Triſt. 3, 10, 36. Leges natura Senec. Oedip. 12. Ouid. in Ibin 76 Quaeque ratum triplici pollice netis opus, *de Parcis, quarum immutabilia decreta.* Virg. Aen. 10, 629 Atque haec Turno rata vita maneret. ¶ 3 Habere ratum aliquid, [δοκιμάζειν] Approbare, confirmare. Cic. pro Roſc. Com. 3 Quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit, vt quodcunque retuliſſet, id ratum haberet? *Conf.* Idem Att. 14, 21. Iudicium habere ratum, *et* Reſcindere iudicium, *contraria* Cic. in Partit. 125. Idem de Nat. Deor. 1, 10 Id habent ratum, quod ab eo, quem probant, iudicatum vident. Cic. de Diuin. 1, 85 c. 39 Quid habet aruſpex, cur pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus, et proferat diem? Quid augur, cur a dextra coruus, a ſiniſtra cornix faciat ratum? *Subaudi* Augurium. *Sic* Ratae preces *exauditae* Ouid. Faſt. 1, 696. Cic. Fam. 7, 24 Attamen iſta ipſa, quae te emiſſe ſcribis, non ſolum mihi rata erunt, fed etiam grata. ¶ 4 Pro rata, *ſiue* Pro rata parte, *idem eſt quod pro portione, pro ratione,* [ἀνὰ λόγον] Vlpian. in l. In his vero, de Soluti. Si vero ſumma vſurarum debitarum non eadem fit, aequaliter ad vtramque cauſam proficit, non pro rata. Idem ibidem, Si quis ita cauerit debitori in ſortem et in vſuras eius ſe accipere: vtrum pro rata et ſortis et vſurarum decedat. Cic. Tuſc. 1, 94 c. 39 Omnia iſta perinde vt cuique data ſunt pro rata parte a vita, longa aut breuia dicuntur. Liu. 45, 40 Pediti in ſingulos dati centeni, duplex centurioni, triplex equiti; tantum pediti daturum fuiſſe credunt, et pro rata aliis, ſi aut non refragati *etc.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 17. Pro rata portione Cic. in Somn. Scip. c. 5. ¶ 5 *Superl.* Feſtus, Ratiſſima quoque ab iis quae rata dicimus: vnde etiam rationes dictae. Cato in Q. Thermum, Erga Rempublicam multa beneficia ratiſſima atque gratiſſima.

RATIFICO, āre. [κυρόω] *Approbare, quod actum eſt, confirmare, non eſt probae notae vox. vid.* Voſſ. de Vit. L. L. 4, 19. *Veteres* RATARE *videntur dixiſſe, vnde eſt* Irritare *contrarium.*

RATIFICATIO, onis. f. *Eiusdem cenſus. vid.* Voſſ. ib. 3, 41.

RATO. Adu. *Certo.* Tertull. de Anima c. 35. *et* ad Vxor. 2, 9. *et* adu. Marc. 4, 8.

R E P

REPAGINO, āre. Si carnem, quae corrupta, quae putrefacta eſt — reſurgere repaginari poſſe credas Chryſolog. Serm. 62 in Symb. *extr. i. rurſus compingi et reſtitui. Vid.* REPANGO.

REPAGVLVM, i. n. [μοχλός] *quod et* REPAGES *dicitur, Obex, ex* Re *et* Pango *ſ.* Pago *compoſitum.* Feſtus, Repagula ſunt, vt Verrius ait, quae patefaciendi gratia ita figuntur, vt ex contrario oppagantur, vt Cicero in Verrem libro quarto (94 c. 43) Poſtea conuulſis repagulis, effractisque valuis, demoliri ſignum, ac vectibus labefactare conantur: quae Poëtae interdum repages appellant. *Hactenus Feſtus.* Plaut. Ciſt. 3, 18 Occludite aedes peſſulis, repagulis. Portae repagula ceciderunt Ouid. Met. 14, 783. Conuellere repagula, *vid.* CONVELLO. Laxare repagula Lucan. 1, 295. Perfringere repagula iuris, *vid.* PERFRINGO. Pedibusque repagula pulſant, *equi immiſſi carceribus, quae hic ſunt* repagula Ouid. Met. 2, 155. Rapta robuſta repagula de poſte Idem ibid. 5, 120. Cic. de Nat. Deor. 3, 66 c. 26 Ille transuerſa mente mihi hodie tradidit repagula, quibus ego iram omnem recludam: *ex Poeta, i. ianuam mihi aperuit.*

REPANDO, ere. *Aperire.* Claui ſubtracta fores ianuae repandit Apul. Met. 4 p. 150, 37.

REPANDVS, a, um. Adi. [ἀνάκυρτος] *Quod eſt recuruum et ſinuoſum, quod retrorſum panditur.* Plin. 14, 22 ſ. 28 Ad haec pertinet pectoroſa ceruicis repandae oſtentatio: *de motibus palaeſtricis, vbi reflexo capite pectus oſtentatur.* Idem 9, 7 Dorſum repandum *Delphinis tribuit.* Cic. de Nat. Deor. 1, 83 Quam tu nunquam ne in ſomnis quidem vides, niſi cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis: *de Soſpita Iunone. Conf.* Solin. 43 (30)

REPANDIROSTRVS, a, um. Pacuuius *apud* Quinctil. 1, 5, 67 Nerei Repandiroſtrum incuruiceruicum pecus, *in Delphini deſcriptione.*

REPANGO *ſ.* REPINGO, pēgi *et* panxi, pactum, ĕre. *Idem quod Pangere.* Columel. de Arborib. 22, 3 In quo ſcrobe deſtinaueris nucem ſerere, terram minutam in modum ſemipedis ponito, ibique ſemen ferulae repangito. *Repetit 5, 10, 14.* ¶ 2 Oculos pupilla repingit Fortunat. l. 1 de Vita Mart. *i. reſtituit. vid.* REPAGINO.

REPARCO, ſi, ſum, ĕre. [ἀναφείδομαι] *Idem quod Parcere, vt retinere, reſeruare.* Plaut. Truc. 2, 4, 25 Vtinam a principio rei item parſiſſem meae, vt nunc reparcis ſuauiis. Iſtius muneris operam non reparcam Symmach. Ep. 1, 33. ¶ 2 *Laudatur etiam* Reparcere, *ex contrario ſenſu, pro Non parcere, vt in Claudere et Recludere,* Lucret. 1, 668 Scilicet ex vlla facere id ſi parte reparcent. *i. vt volunt Turnebus et Lambinus, volent. Sed nimis fluctuat cum lectione ſententia.*

REPĀRO, āre. [ἀνακτάομαι, ἀναλαμβάνω, ἀκέομαι] *Inſtaurare, et in ſtatum priſtinum redigere, quaſi rurſus parare.* Plin. Epiſt. 10, 75 Sed quae ſunt vetuſtate ſublapſa, reparentur in melius. Cic. Verr. 3, 199 c. 86 Quibus iniuriis grauiſſimis tamen illud erat miſerum ſolatium, quod id perdere videbatur, quod alio Praetore, eodem ex agro reparare poſſet. Reparare quod amiſeris gratius eſt Plin. Epiſt. 6, 8. Amiſſas res reparare Hor. Serm. 2, 5, 2. Damna tamen celeres reparant caeleſtia lunae Hor. Od. 4, 7, 13. Exercitum Plaut. Capt. 1, 5, 52. *al.* Imperare. Reparare bellum Liu. 30, 7. Requies reparat vires Ouid. Epiſt. 4, 90. *Diſputatur de loco* Hor. Carm. 1, 37, 24 *de Cleopatra,*

— Quae generoſius
Perire quaerens, nec muliebriter
Expauit enſem, nec latentes
Claſſe cita reparauit oras.

Bentleius ex coniectura legi vult penetrauit: *blandius videtur* repetiuit. *Sed etiam poteſt retineri librorum conſentiens lectio, et intelligi, denuo parauit ſibi refugium, et locum vnde repugnare poſſet Romanis.* Reparare, *rurſus emere, de nouo emere eſt* Alfeno in l. Quidam D. de in rem verſo, Quidam fundum colendum ſeruo ſuo locauerat, et boues ei dederat. Quum hi boues non eſſent idonei, iuſſerat eos vaenire, et his nummis, qui recepti eſſent, alios reparari. Seruus boues vendiderat: alios redemerat: nummos venditori non ſoluerat, *etc.* *Paſſiue.* Lucret. 1, 1036 Vnde amiſſa ſolent reparari in tempore quoque. Ingenia velut attrita quotidiano actu forenſi, optime talium rerum blanditia reparantur Quinctil. 10, 1, 27. Reparari labore, ac refici Plin. in Paneg. 77.

REPARATVS, a, um. Partic. *Vt,* Vina Syra reparata merce Hor. Carm. 1, 31, 12. *h. e. vt interpretatur Duarenus lib. 1 Anniuerſ. Diſput. Vina, quae ſint emta numis ex venditione Syrae mercis refectis. Iuriſconſultis autem,* Parare, *pro emendi verbo in vſu eſt.* Reparare *igitur, pro parandi verbo ab Horatio eſt vſurpatum, quemadmodum et* Redimere, *pro eo quod eſt* Emere, *ponere ſolemus. Lambinus. Sed magis placent* reparata. *i. condita odoribus et ſaporibus Aſſyriis, ſpeciatim nardo. Sic Bentl. Al. emta vel permutata.* Maiores copias eſſe reparatas Curt. 4, 9, 11.

REPARĀTOR, ōris. m. [ἀνασκευαστής] Stat. Silu. 4, 1, 11 Ipſe etiam immenſi reparator maximus aeui Attollit vultus *etc.* *Conf.* Fab. Pict. *apud* Seru. Georg. 1, 21.

REPARATIO, ōnis. f. [ἀνασκευή] Salluſt. in Iugurth. 31 Sed ſane fuerit regni reparatio, plebi ſua iura reſtituere, *verum hic rectius leg.* Paratio. Prudent. Hymn. Exeq. 120 Mors haec reparatio vitae eſt. Veget. 3, 14 *extr.* Reparationis ſpes.

REPARABĬLIS, e. Adi. [ἀνασκευαστός] *Vt,* Damnum reparabile Ouid. Amor. 1, 14 *extr. et* Met. 1, 379. Pudicitia nulla arte reparabilis Ouid. Epiſt. 5, 103. Vitam abire, vt rem ſuperuacuam et reparabilem, finitis Senec. de Breu. vitae c. 6. Reparabilis echo Perſ. 1, 102 *actiue, quae reparat et reſtituit voces.* Calpurn. Ecl. 5, 20 Silua Pullat, et aeſtiuas reparabilis inchoat vmbras: *quamquam hoc etiam paſſiue poteſt accipi, dum reparatur.*

REPARTVRIO, ire. Grande bonum, teneris dum virtus creditur annis, Teque reparturiens melius quam corporis aluo Alcim. ad Soror. v. 7 . *i. regenerans, nouam vitam praeſtans.*

REPASCO, ĕre. Vt pullus aquilae dicitur repaſcere Cura parentes mutua Paullin. Nol. Iambo ad Cither. v. 853. *Conf.* Idem Epiſt. 44 (3) c. 1.

REPASTĬNO, āre. [ἀνορύσσω] *Subinde, certe iterum, paſtinare, i. fodere.* Feſtus, Repaſtinari is ager dicitur, vt Verrius exiſtimat, cuius natura mutatur fodiendo, quum aut ſilueſter excodicatur, aut lapis mollitur frangendo, vt fiat paſcui, vel pecoribus herba, vel hominibus ſatione. Cato in ea quam ſcribit de ſuis virtutibus contra Thermum, Ego iam a principio in parſimonia, atque in duritia, omnem adoleſcentiam meam abſtinui agro colendo, ſaxis Sabinis ſilicibus repaſtinandis, atque conſerendis. *Hactenus* Feſtus. Columel. 4, 32 Quum deinde cultus conſenuit, repaſtinandum eſt. Idem 2, 15 Aeſtiuis deinde menſibus non aliter ac ſi repaſtines, totum ſterquilinium raſtris permiſceri oportet. Plin. 13, 13 Cn. Terentium ſcribam agrum ſuum in Ianiculo repaſtinantem offendiſſe arcam. *Conf.* Varro

Varro de R. R. 1, 18, 8. *et* 37, 4. Vitam Tertull. de An. c. 50. Vngues Idem de Poenit. c. 11.

REPASTINATVS, a, um. Repaſtinatae vineae dictae veteres, quae refodiebantur — nunc conſuetudo, quidquid emoti ſoli vineis praeparatur, repaſtinatum vocat Colum. 3, 18.

REPASTINATIO, ōnis. f. Cic. de Senect. 54 c. 15 Quid agri foſſiones repaſtinationesque proferam? Colum. 2, 2, 13 Iunci et graminis pernicies repaſtinatio eſt: *al.* repaſtinationes.

REPATRIO, āre. *Redire.* Solinus 46 *extr.* Hoc Arabiae ſat eſt, hinc ad Peluſium repatriemus. Idem 40 Aſſiduis denique exemplis patet, eos peperciſſe, quum multi captiuorum aliquot leonibus obviis intacti repatriauerint. *h. e. In patriam reuerſi ſint. vid. Salmaſ. p. 400.*

REPECTO, xi *vel* xui, xum, ĕre. [ἀνακτενίζω] *Rurſum vel retro pectere. Vnde*

REPEXVS, a, um. Partic. [ἀνακτενισθεὶς] Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 3 Sparge diem meliore coma: crinemque repexi Blandius elato ſurgent temone iugales. Coma repexa modo Ouid. de Arte Am. 3, 154. ¶ 2 Repecto, *Quod pexum erat et compoſitum diſſoluo.* Stat. Theb. 6, 418 Colla toris crinita tument, ſtanteſque repectit Aura iubas. *h. e. Diſpergit, diſſoluit.* Lactantius. *De equis loquitur.*

REPĔDO, āre. [ἀναποδίζω] Pedem retrahere, recedere, *inquit* Feſtus, ſiue reuerti. Pacuu. Paullum repeda, gnate, a veſtibulo gradum. Lucilius 26 Rediiſſe ac repedaſſe, vt Roma vitet gladiatoribus. Non. 2, 738. Cic. de Legib. 3, 18 c. 8 Domum cum laude repedandum. *Obtinet fere hodie* redeunto. *Sed nec deſunt MSS. apud Dauiſium, qui* repedandum *agnoſcunt: et ex lectione Pariſ.* cum laudem pede imo *facilius efficias cum* laude repedanto, *quam* redeunto. *Reuocarunt verbum in vſum recentiores.* Si ad priſtina ſacramenta precum miſeratione maluerit repedare Impp. Honor. et Theod. l. Si quis 11 C. de cohort. Ad propriamque domum repedat, iam certa futuri Iuuenc. 1, 104. *Conf.* Id. 1, 223. 2, 75. 4, 495. Ad ſigna repedauit ocius miles Ammian. 24, 17.

REPEDABILIS, e. Adi. Extimuit fugitiua virum repedabilis arbor Fortunat. l. 1. *de Tantalo.*

REPELLO, pŭli, pulſum, ĕre. [ἀπωθέω, ἀνακόπτω] *Retro pellere quod ingruit, reiicere.* Plaut. Bacch. 4, 9, 43 Conflixi, atque hominem repuli. Cic. Verr. 4, 94 Qui primo quum obſiſtere ac defendere conarentur, male multati clauis ac fuſtibus repelluntur. Armis repellere, *Fugare, et auertere aliquem* Cic. pro Caecin. 33 c. 12. Id. Poſt redit. in Senat. 16 Tu meum generum propinquum tuum, tu affinem tuam, meam filiam ſuperbiſſimis et crudeliſſimis verbis a genibus tuis repuliſti. Idem pro Domo 54 Homines audaces ab eius templi aditu atque aſcenſu repuliſti? Cic. de Prouinc. Conſul. 32 Bellum Gallicum P. C. C. Caeſare Imperatore geſtum eſt, antea tantummodo repulſum; ſemper illas nationes noſtri imperatores refutandas potius bello, quam laceſſendas putauerunt. Cic. de Finib. 3, 53 Nec qui defendunt eam, verſuti ſunt in differendo: nec qui contra dicunt, cauſam difficilem repellunt. Contumelia repellatur, ſeueritas adhibeatur Cic. Off. 1, 137. Idem de Finib. 1, 30 c. 9 Dolorem aſpernari vt ſummum malum, et quantum poſſit a ſe repellere. Facinus Ouid. Met. 15, 777. Famem arte humili repulit Idem ex Pont. 4, 3, 40. Fraus conceſſa eſt repellere fraudem Ouid. de Arte Am. 3, 491. Hiemem ver repellit Idem Met. 10, 164. Impetum aegre repellere Cic. de Prouinc. Conſul. 6. Ictus validos cute reppulit Ouid. Met. 3, 64. Iugum ſeruitutis a corpore ſuo. Cic. anteq. iret in exil. 1 Sit is veſtris animis acceptiſſimus, qui a veſtro corpore iugum acerbiſſimum repulit ſeruitutis. Legatum a ſe Iulian. in l. Si hereditatem D. Mandati. Nefas reppulit ille Ouid. Faſt. 2, 140. *al.* Submouet. Preces alicuius Ouid. Met. 14, 377. Sanguinem repellere, *pro* Depellere, *vel* extrahere Plin. 18, 16. Seruitutem a ciuibus. Cic. ad Brut. 14 Tibi perſuade non te Idib. Martiis, quibus Seruitutem a tuis ciuibus repuliſti, plus profuiſſe patriae, quam ſi mature veneris, profuturum. Tellurem haſta Ouid. Met. 2, 786. Verba faſtidita Idem ex Pont. 4, 1, 19. Cic. pro Sext. 88 c. 17 Non verebar, ne quis aut vim vi repulſam reprehenderet, aut, *etc.* Vim repellere, *et* Inferre vim, *contraria* Cic. pro Milon. 52. Repellere ab impediendo et laedendo Cic. de Petit. Conſ. 42. Idem de Orat. 1, 46 Multi erant praeterea praeclari in Philoſophia et nobiles, a quibus omnibus vna paene repelli voce Oratorem a gubernaculis ciuitatum, excludi ab omni doctrina, rerumque maiorum ſcientia, *etc.* videbam. Quum te a Conſulatu repuli Cic. in Catil. 1, 27 c. 10. *Obſ. A librariis permutatur cum* REFELLO. *v. v.*

REPVLSVS, a, um. Partic. [ἀπωσθεὶς] *Vt*, Repulſus foribus, *pro* A foribus, *apud* Hor. Serm. 2, 7, 90. A vera ratione repulſum Lucret. 6, 767. Si quid meque vobiſque dignum petiueris, haud repulſus abibis Salluſt. Iug. c. 110. Per colloquia repulſus a Lepido Vell. 2, 63, 1. Aera repulſa toties Tibul. 1, 3, 24. Aera repulſa ſonant Idem 1, 8, 22. *h. e. Frequenter pulſata ſeu percuſſa.* Ouid. Met. 3, 532 Aëra aere repulſa. Amor ſaepe repulſus Ouid. Amor. 1, 8, 76. Hoſtis repulſus Idem Faſt. 6, 393. Noxa repulſa effugiat meis ſtabulis Ouid. Faſt. 4, 748. Tellus repulſa eſt Idem Met. 6, 512. Telum repulſum aere Virg. Aen. 2, 545. Repulſior ſecunda conlatione dixit Cato in ea quae eſt contra Cornelium apud Populum. Nec quis (inquit) incultior, religioſior, deſertior, publicis negotiis repulſior. Feſtus.

REPVLSVS, ûs. m. [ἀπώθησις] *Repellendi actus.* Plin. 34, 8 Ceruumque vna ita veſtigiis ſuſpendit, vt linum ſubter pedes trahatur alterno morſu digitis calceque retinentibus ſolum, ita vertebrato dente vtriſque in partibus, vt a repulſu per vices reſiliat. Idem 11, 37 Vipera praegnans veneno, impreſſo dentium repulſu virus fundit in morſus. Repulſu ſcopulorum adaugeſcit denſus ſtridor e vertice montis ortus, *ex Poëta* Cic. de Diuin. 1, 13 c. 7 *extr.* Rauci repulſus vmbonum Claud. de Bell. Gild. 433. Aſſiduus creberque repulſus Lucret. 4, 105. Plin. 8, 43 *de aſinis*, Repulſu durioris materiae clauditatem illico affert.

REPVLSA, ae. f. *Reiectio ab honore vel magiſtratu. Exempla dat* Valer. Max. 7, 5. Cic. Att. 5, 19 Quod ſcribis, libenter repulſam tuliſſe eum, qui cum ſororis tuae filii patruo certaret, hoc magni amoris ſignum. Idem pro Planc. 51 c. 21 C. Marius duabus Aedilitatis acceptis repulſis ſepties Conſul eſt factus. Grauior mihi morte repulſa eſt Ouid. Epiſt. 20, 167. Offenſiones et repulſas quaſi quandam ignominiam et infamiam timere Cic. Off. 1, 71. Rara repulſa Ouid. Amor. 2, 19, 6. Hor. Carm. 3, 2, 17 Virtus repulſae neſcia ſordidae Intaminatis fulget honoribus. Triſtes Claud. ſext. Conſ. Hon. 361. Turpis Hor. Epiſt. 1, 1, 43. Afferre repulſam, *vid.* AFFERO. Aſſequi magiſtratum ſine repulſa Cic. in Piſon. 2 c. 1. Ferre repulſam Cic. de Orat. 2, 280. Nepos 4, 2, 5. Cic. Att. 5, 19. Ferre repulſam et praeteriri Idem Philipp. 11, 19. Pati repulſam Ouid. Met. 2, 97. Cic. Off. 1, 139 Hic ſummi et clariſſimi viri filius in domum multiplicatam non ſolum repulſam retulit, ſed ignominiam, *etc.* Dolore repulſae creſcit amor Ouid. Met. 3, 395.

REPVLSIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Chron. 2. 7. 112.

REPVLSO, are. Frequent. [ἀπωθίζω] *Vnde*

REPVLSANS, antis. Partic. [ἀπωθίζων] Lucret. 4, 583 Ita colles collibus ipſis Verba repulſantes iterabant dicta referre. Lucret. 4, 912 Ne — Vera repulſanti diſcedas pectore dicta.

REPVLSORIVS, a, um. Cohortes Ammian. 24, 12 (Valeſ. 4)

REPENDO, di, ſum, ĕre. [ἀνταποδίδωμι, ἀμείβω, ἀμείβομαι, ἀντισηκόω, ἀντισταθμίζω] *Retribuere, compenſare.* Virg. Aen. 1, 243 Fatis contraria fata rependens. Plaut. Pſeud. 1, 2, 86 Sine modo, rependam ego cuncta ob haec hercle vna opera. *Sed al.* Reprehendam. Plin. 12, 25 *de opobalſamo*, Alexandro Magno res ibi gerente, toto die aeſtivo vnam concham impleri iuſtum erat. Omni vero foecunditate e maiori horto congios ſenos, minore ſingulos, cum duplo rependebatur argento. Ingenio formae Damna rependo meae Ouid. Epiſt. 15, 32. Dona rependere alicui Stat. Theb. 9, 658. Gratia rependatur facto, *Reddatur, Referatur* Ouid. Met. 2, 694. Poenas ſceleribus rependere pares Senec. Oedip. f. 14. Praemia digna Stat. Theb. 9, 50. Pretium pro officiis Ouid. Amor. 2, 8, 21. Vices Propert. 4, 4, 58. Vota alicui rependere pro re aliqua Stat. Silu. 3, 3, 155.

REPENSVS, a, um. Partic. [ἀντισταθμισθεὶς] Repenſum aurum pro capite Gracchi Cic. de Orat. 2, 269 c. 67. Plin. 33, 3 f. 14 Quum Septimuleius C. Gracchi familiaris, auro rependendum caput eius exciſum ad Opimium tulerit.

REPENSŪRVS, a, um. Partic. [ἀμείψων] *Vt*, Magna repenſurus Sil. 17, 578.

REPENSO, āre. Frequent. [ἀντισηκοῦμαι] Columel. 3, 2 Id tamen incommodum repenſat vuarum multitudine. Paterc. 2, 12, 5 Hac victoria videtur meruiſſe Marius, ne eius nati Remp. poeniteret, ac bona malis repenſaſſe.

REPENSATIO, ōnis. f. Saluian. 4 p. 151 Ad repenſationem viciſſitudinis.

REPENSATRIX, īcis. f. *Vt*, Repenſatrix data Mart. Capell. 9 p. 304.

RĔPENS, entis. Adi. [αἰφνίδιος, ἐξαιφνίδιος, ἐξαπιναῖος] *Subitus et repentinus.* Tacit. Ann. 6, 7 Quid repens, aut vetuſtate obſcurum? Cic. Tuſc. 3, 52 c. 22 Quamquam hoſtium repens aduentus magis aliquando conturbat, quam exſpectatus: et magis ſubita tempeſtas, quam ante prouiſa, terret nauigantes vehementius. Liu. 10, 7 Si quod repens bellum oriatur. Caſus Liu. 33, 2. Cauſa Tacit. Ann. 15, 68. Clades Liu. 22, 8 *pr.* Sil. 3, 220 Extemplo edicit conuellere ſigna repensque Caſtra quatit Clamor. Claud. de Bell. Get. 460 Gauiſa repens per moenia Clamor Tollitur. Cogitatio Tacit. Hiſt. 1, 23, 1. Conſternatio Curt. 10. Cura repens: Cic. Tuſc. 3, 29 Ne me imparatum cura laceraret repens. *ex Poëta.* Defectio Lucanorum Liu. 8, 29. Diſcordia Virg. Aen. 12, 313. Fama repens allata Liu. 6, 42. Nihil eſt immoderatius quam poſt longam triſtitiam repens Gaudium Nazar. Paneg. Conſtant. c. 32. Ictus fulminis repens Lucret. 5, 401. Lacrimas repentes fuderunt ſimulacra Tibul. 2, 5, 77. *al.* Tepentes. Metus Senec. Phoeniſſ. f. 6. Perfidia Tacit. Hiſt. 4, 25, 2. Religio repens ciuitatem eo tempore inuaſerat Liu. 29, 10. Sonus Seneca Medea 12 v. 971. Terror Liu. 21, 30. Tumultus Idem 1, 14. Vox Valer. Argon. 2, 91. *Obſ. A librariis permiſceri* Repens *et* Recens, *notat Drakenb. ad* Sil. 15, 604.

REPENTE. Adu. [αἰφνίδιον, ἐξαίφνης, ἄφνω, αἰφνιδίως] *Subito, ſtatim.* Cic. Fam. 9, 12 Gratulor Baiis noſtris, ſi quidem, vt ſcribis, ſalubres repente factae ſunt. Idem Off. 1, 120 c. 33 Magis decere cenſent ſapientes ſenſim diſſuere, quam repente praecidere amicitiam. Repente praeter ſpem dixit Cic. Fam. 4, 4. Sed repente, e veſtigio ex homine, tanquam aliquo Circaeo poculo, factus eſt verres Cic. Diu. in Caecil. 57. Repente tanquam ſomnio Pſeudo-Cic. in Salluſt. 20. Modo egens, repente diues Cic. Philipp. 2, 65 c. 27. Ruere omnia viſa repente Virg. Aen. 8, 525. Lapſa repente turris Id. Aen. 2, 465. De repente, *vid.* DE *Praep.*

REPENTĪNVS, a, um. Adi. [αἰφνίδιος, ἐξαιφνίδιος, ἐξαπιναῖος] Res ſubita, et a nemine prouiſa, ſeu de qua nemo cogitauerat. Ter. Andr. 5, 4, 34 Vix ſum apud me, ita animus commotus eſt metu, ſpe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono. Tertull. Apol. 10 Saturno, repentino vbique, caelitem contigit dici. Exſpectatus et repentinus Cic. de Orat. 2, 225. Sumque repentinas eiaculatus aquas Ouid. Faſt. 1, 270. Conſilium Nepos 4, 4, 5. Edictum exoritur peculiare repentinum Cic. Verr. 5, 36. Exitus repentinus et informis Tacit. Ann. 6, 49. Fragor Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 211. Homines: Cic. de Clar. Orat. 242 c. 69 Ignoti homines et repentini, Qaeſtores celeriter facti ſunt, oppidano quodam et inconditο genere dicendi. Turnebus, Homo repentinus dicitur, homo nouus, qui ſubito repenteque in hominum cognitionem, famam, commendationemque peruenit. Mala Cic. Tuſc. 3, 45 c. 18. Mors Idem de Diuin. 2, 74 c. 35. *et* pro Cluent. c. 62. Motu repentino accidentia, et Quae meditata inferuntur, *contraria.* Cic. Off. 1, 27 Leviora ſunt ea, quae repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quae meditata et praeparata inferuntur. Nuntius: Cic. Verr. 7, 27 Veniunt Syracuſas parentes propinquique miſerorum adoleſcentium, hoc repentino calamitatis ſuae commoti nuntio. Tumultus Ouid. Met. 5, 5. *Compar.* Nimbus quanto repentinior eſt, tanto vehementior Apul. de Mundo p. 240 *Stew.*

REPENTĪNO. Adu. [αἰφνιδίως] Plaut. Pſeud. 1, 1, 37 Repente exortus ſum, repentino occidi. Cic. pro Quint. 14 c. 4 Moritur in Gallia Quintius quum adeſſet Naeuius, et repentino. *Add.* Afran. *ap.* Chariſ. 2 p. 193.

REPENTINE. *Idem. Certe ſic MSS. et primae editt.* Lactant. 1, 11, 55 Quod ſoleamus eos, qui — repentine aduenerint, de caelo caecidiſſe dicere. *Addit Bunem. ex* Cyrilli Gloſſ. Repentine αἰφνιδίως, ἄφνω.

REPENTIM. *Idem.* Vet. Gl. ἄφνω Repente, repentim, repentine.

REPENTALITER. *Idem.* Fulg. Mythol. 3, 2 p. 105 Melius eſt labore partiliter ſecuriore doceri, quam ex neceſſitate veniente repentaliter perterreri.

REPERCVTIO, cuſſi, cuſſum, ĕre. [ἀντιτυπέω] *Percutientem ferire, vel ſimpliciter retro pellere.* Plin. Epiſt. 4, 30 An vt flumina, quae in mari deferuntur, aduerſantibus ventis, obuioque aeſtu retorquentur: ita eſt aliquid, quod huius fontis excurſum per momenta repercutiat? Repercutere aciem oculi Senec. Epiſt. 118. *i. praeſtinguere.* Quinctil. 6, 3, 23 Aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut eleuamus, aut repercutimus, aut eludimus. Repercutimus, *in ipſum retorquemus, vt telum in nos emiſſum.* *Ibid.* 46 Nihil in laceſſendo dici poteſt, quod non idem in repercutiendo. *Et* 78 Repercutiendi multa ſunt genera; venuſtiſſimum, quod etiam ſimilitudine aliqua verbi adiuuatur; vt Trachallus dicenti Suillio, Si hoc ita eſt, is in exilium: Si non eſt ita, redis. *Intelligimus in exilio iam fuiſſe Suillium.* Repercutere faſcinationes, *Diſcutere* Plin. 28, 4.

REPERCVSSVS, a, um. Partic. [ἀντιπεπυπημένος] Plin. 17, 21 Quum vero concreti ademere tranſitum, repercuſſa erumpit. Aëre repercuſſo Ouid. Met. 4, 782. Repercuſſus ſol: Virg. Aen. 8, 23

Sicut aquae tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercuſſo, aut radiantis imagine Lunae,
Omnia peruolitat late loca.

Vbi Seruius, Repercuſſo, aut vacat RE, aut bene repercuſſum, quia primo aquam ferit, inde poſtea tendit ad tecta. Ouid. Met. 2, 110 — Poſitaeque ex ordine gemmae Clara repercuſſo reddebant lumina Phoebo. Imaginis repercuſſae vmbra Ouid. Met. 3, 434. Altero latere repercuſſum contrarius fluctus in Nauem retulit Val. Max. 1, 9 ext. 11. Repercuſſae clamoribus valles Liu. 21, 33.

REPERCVSSVS, ûs. m. [ἀντιτυπία] *Ipſe repercutiendi actus.* Plin. Epiſt. 282 (10, 69) Nec in flumen, ſed in ipſum mare emittere, repercuſſus maris ſeruabit, et reprimet quidquid e lacu veniet. Repercuſſus colorum. Plin. 37, 2 Sunt qui maxime in iis laudent extremitates, et quosdam colorum repercuſſus, quales in caeleſti arcu ſpectantur. *La reverberation des couleurs.* Repercuſſus ſolis, quae vulgo *Reuerberatio* dicitur Plin. 5, 5. Repercuſſus ventorum Idem 5, 9. Repercuſſu vox intumeſcit Tacit. Germ. 3, 2.

REPERCVSSIO, ōnis. f. Sen. Nat. Quaeſt. 7, 19 Per repercuſſionem vicinorum ſiderum. *conf.* Vlp. Dig. t. 2 l. 17 §. 2.

REPERCVSSIBILIS, e. Adi. *Vt,* Repercuſſibilis vſus Cael. Aurel. Tard. 1, 1. Repercuſſibilis ſphaera Idem ibid. 3, 6.

REPĔRIO, repĕri, *vel Poëtice*, reppĕri, repertum, ire. [εὑρίσκω] *Idem quod inuenire ſiue caſu, ſiue quaeſitum: cognatum verbo* Aperire, *contrarium certe verbo* Operire. *Operire eſt tegere, Reperire retegere.* Plaut. Aul. 5, 1, 10 *de theſauro inuento,* Reperi. L. quid reperiſti? S. non quod pueri clamitant in faba ſe reperiſſe. *Diſtinctionis committendae occaſionem dedit grammaticis locus* Ouid. Met. 1, 654 *vbi ad Io filiam Inachus, vt volunt,* Tu non inuenta, *inquit, cum ſtudio omni te fruſtra quaereremus, ſed praeter ſpem noſtram nouis* reperta es. *Sed perit haec obſeruatio, et difficultas omnis circa locum euaneſcit, ſi cum Heinſio legamus et diſtinguamus,* Tu non inuenta, reperta (*Ablatiuo Caſu, i. quam reperta*) Luctus eras leuior: *minus lugebamus te nondum inuentam, quam poſtquam reperta es in vacca. Non differre haec verba, indicio eſt etiam* Quinctil. 5, 10, 116 Hoc reperire difficilius, quam cum inueneris argumentis adiuuare. *Sic ad Caſum referri non poteſt illud* Ter. Phorm. 1, 4, 15 Sed vbi Antiphonem reperiam? aut qua quaerere inſiſtam via? Cic. pro Quint. 56 Tamen in iſta populatione et proſcriptione bonorum, improbiſſimus reperiebare. *i. deprehendebare.* Plaut. Perſ. 5, 2, 59 Nec ſatis liber ſibi videtur, — ni grato ingratus repertus eſt. ¶ 2 *Subſtantiua ordine elementorum.* Aditum ſibi reperire, *vid.* ADITVS, *in* ADEO. Auxilium alicui rei Caeſ. Bell. Gall. 3, 15. Ter. Phorm. 2, 1, 4 Quid mihi dicent? aut quam Cauſam reperient? *i. excogitabunt.* *Sic* Idem Eun. 3, 3, 6 Vbi veni, cauſam vt ibi manerem, repperit. *Et* Cic. de Senect. 15 Quum complector animo, quatuor cauſas reperio, cur ſenectus miſera videatur. *Nec aliter* Plaut. Capt. *extr.* 5 Huiusmodi paucas Poëtae reperiunt Comoedias. *Ita* Ter. Phorm. 1, 4, 1 Nullus es Geta, niſi aliquod iam tibi conſilium celere repereris. *Conf.* Idem Heaut. 3, 2, 22. Cic. de Nat. Deor. 1, 108 Nec vos exitum reperitis, resque tota vacillat et claudicat. Gloriam armis Ter. Heaut. 1, 1, 60. Malefacta veſtra repperi radicitus Plaut. Moſt. 5, 1, 62. Aeſopus auctor quam Materiam repperit Phaedr. Prol. v. 1. Cic. Diu. in Caec. 70 Profecto nulla vnquam Medicina his tot incommodis reperietur. Negotium repperi in hac re Plaut. Rud. 2, 5, 26. Cic. Acad. 4, 16 Poſteaquam Archeſilas Zenoni, vt putatur obtrectans, nihil Noui reperienti, ſed emendanti ſuperiores immutationes verborum, *etc.* Occaſionem Plaut. Pſeud. 4, 4, 9. Parentes ſuos Ter. Andr. 4, 6, 11. Pars preſſa ſequuntur Signa pedum, cupiuntque ſuum reperire Periclum Ouid. Met. 8, 333. *de venatu apri Calydonii.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 50 In nouo genere belli nouae ab vtrisque bellandi Rationes reperiebantur. Cic. Att. 2, 1 Quod ſi in eam me partem incitarem, profecto iam aliquam reperirem reſiſtendi Viam. Idem Verr. 3, 110 Mihimet ineunda ratio et Via reperienda eſt, qua, *etc.* Virg. Aen. 5, 807 Nec reperire Viam, atque euoluere poſſet In mare ſe Xanthus. ¶ 3 *Formae aliae, in quibus excogitare ſignificat.* Aliquid reperiret, fingeret fallacias Ter. Heaut. 3, 2, 22. Reperiſti, tibi quod placeat Idem ib. 3, 3, 35. Celeriter, quae opus erant, reperiebat Nep. 2, 1, 3. Ferunt multi, ab ipſo primum repertum, vt *etc.* Lamprid. Heliog. c. 11. Hoc non ſecus reperies Plaut. Capt. 3, 4, 93. Non reperiebam quemadmodum poſſet iungi ſententia duorum tam diuerſa cenſentium Plin. Epiſt. 8, 14, 15. *Sic* Cic. de Clar. Orat. 8 Quibus armis quemadmodum vterentur, non reperiebant. Quid ad haec repereris? ſoluamus inquis Cic. Att. 7, 3. Reperire quamobrem Ter. Adel. 4, 3, 1. Cic. de Senect. 10 Quem Tarentum veniſſe L. Aemylio, App. Claudio Conſulibus reperio. *Conf.* Caeſ. B. G. 2, 4. *et* 6, 9. Cic. pro Cluent. 30 Cluentii numus nullus iudici datus vllo veſtigio reperitur. Plin. 10, 54 *extr.* Scitum de quodam potore reperitur, Syracuſis tamdiu potare ſolitum, donec cooperta terra foetum ederent oua. Reperiam multos, vel potius innumerabiles, non tam, *etc.* Cic. de Finib. 2, 29. ¶ 4 Reperibitur *teſte* Non. 10, 29 Pomponius *in futuro dixit: item* Plaut. Epid. (1, 2, 48) Quid illa fiet fidicina igitur? aliqua res reperibitur. *Et* Caecil. Oboloſtate, Nunc enimuero eſt, quum meae morti remedium reperibit nemo. *Haec Nonius.* *Pro* Reperiri Lucret. 4, 482 Nam maiore fide debet reperirier illud, *etc.*

REPERIENS, entis. Partic. Cic. Acad. 4, 16 c. 6 Zeno nihil noui reperiens, ſed emendans ſuperiores.

REPERTVS, a, um. Partic. *vt,* Carmina labore reperta Lucret. 3, 420. Ciuis repertus frater eius Sulpit. Apoll. in Ter. Eun. Arg. 11. Diuina antiqua reperta Lucret. 5, 13. Diuitiis repertis incumbere Virg. Aen. 6, 610. Fiſtula Ouid. Met. 1, 688. Obſcura reperta Graiorum Lucret. 1, 137. *add.* Id. 1, 732. *Superl.* Apul. Apol. p. 309 Per me licet fuerit repertiſſimum.

REPERTVM, i. n. [εὕρημα] Lucret. 1, 732 Carmina quin etiam diuini pectoris eius Vociferantur, et exponunt praeclara reperta. *i. Inventa, quae ipſe Empedocles (de quo hic ſit mentio) primus adinuenit.* Idem 5 *pr.* Diuina reperta.

REPERTICIVS, a, um. Quod repertum eſt. Salluſt. in Cic. 1 Reperticius, accitus, et paullo ante inſitus huic vrbi ciuis. Reperticius autem appellatur ciuis, Turnebo auctore, Qui non eſt origine ciuis, ſed iure, vt in ciuitate receptus, quaſi repertus ciuis et quaeſitus. Alii tamen Repticius legunt eleganter: quidam Irrepticius, non deeſt etiam qui Repeticius, quaſi is ſit, qui quum ſe ciuem Romanum ferat, ab aliis repetatur. Sed Reperticius, quod in veteribus libris perſcribitur, vt ingenuum et verum libentius retinuerim.

REPERTOR, ōris. m. [εὑρετής Gloſſ. Gr. Lat.] *Qui reperit.* Ouid. Faſt. 3, 620 Repertor mellis Silenus. Plin. 2, 12 Argumenti repertores. Doctrinarum repertores Lucret. 3, 1050. Hominum rerumque repertor Virg. Aen. 12, 829 *Iupiter.* Legum Quinctil. 2, 16. Opis medicae repertor Phoebus Ouid. de Rem. Amor. 76. Orbis Prudent. Cathem. 4, 9. Poenae mirandus repertor Idem Triſt. 3, 11, 51. Tormentorum Claud. in Eutrop. 1, 163. Vitis repertor, Bacchus Ouid. Faſt. 2, 329.

REPERTORIVM, i. n. *Quid ſit, declarat* Vlpianus de adminiſtratione et periculo tutorum, l. Tutor, his verbis, Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgo *inuentarium* appellatur, dolo feciſſe videtur, niſi forte aliqua neceſſaria et iuſtiſſima cauſa allegari poſſit, cur id factum non ſit.

REPERTRIX, īcis. f. Apul. Apol. p. 285 Paupertas omnium artium repertrix.

REPERTVS, ûs. m. Apul. Met. 11 p. 257 Ceres repertu laetata filiae. Idem Florid. p. 341 Ars iſta repertu nouo oriebatur.

REPERITO, āre. *Frequent.* Varr. R. R. 1, 1, 7 Indicabo, a quibus ſcriptoribus reperites, *i.* repares *intell. damnum vel defectum.* *Sic certe legi vult et explicari Scaliger.* *Al.* reperias.

REPĔTO, īui, *vel* ii, ītum, ĕre. [ἀπαιτέω, ἐπαναλαμβάνω] *Proprie Reſtituendum petere.* Auctor ad Herenn. 2, 19 Id quod argentario obtuleris expenſum, a ſocio eius recte repetere poſſis. Ter. Eun. 4, 6, 11 Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quidquam pretii. Cic. Verr. 5, 127 Repetere res ſuas *de ſociis ſermo eſt, et crimine repetundarum.* *Et mox* ſ. 128 c. 49 Sthenius hic — mentionem tuorum furtorum non facit; ſeſe ipſum abs te repetit, nihil amplius. *Sed eſt etiam ſollemnis et publica formula* Res repetere, *qua vtuntur non modo in rebus per iniuriam ablatis retentisue: ſed quoties ſatis ſibi fieri, aut reparari iniuriam quamcunque volunt, et, ſi id negetur, bellum indicunt.* *Vid.* Liu. 1, 22 *vbi res inuicem* repetuntur *ob praedas inuicem actas.* *Formulae res repetendi ſollemnes et integrae ſunt etiam* Liu. 1, 32 *vbi Ancus Marcius, vt* indicerentur bella aliquo ritu, ius — quod nunc Fetiales habent, deſcripſit, quo res repetuntur. Cic. pro Sext. 57 c. 26 *extr.* Rex amicus, nulla iniuria commemorata, nullis repetitis rebus, cum bonis omnibus publicaretur. *Et* de Off. 1, 36 c. 11 Nullum bellum iuſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante ſit, et indictum. *Add.* Seru. *ad* Aen. 10, 14 *et* CLARIGATIO. *Proprie tamen* repetuntur *quae data ſunt.* Cic. Tuſc. 1, 116 At ea quidem dedit vſuram vitae, tanquam pecuniae nulla praeſtituta die. Quid eſt igitur quod querare, ſi repetit quum vult? Beneficium repetere Senec. de Benef. 3, 15. Bona ſua repetere ac perſequi lite atque iudicio Cic. Verr. 3, 32. *Hinc quae noſtro iure petimus, repetere dicimur.* Cic. pro Planc. 101 Quid me aſpectas? Quid mea Promiſſa repetis? quid meam fidem imploras? Cic. pro Arch. 1 Si quid eſt in me ingenii — Earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me repetere prope ſuo iure debet. Fructum et officii praemium repetere Pſeudo - Cic. anteq. iret in Exil. 4. Gratiam pro beneficio repetere Liu. 1, 47. In ſeruitutem vrbes Liu. 34, 58. Cic. Diuin. in Caecil. 18 Ecquid auctoritatis apud vos in ſuo iure repetundo ſocii Populi Romani ſupplices veſtri habere debeant. ¶ 2 *Formulae diuerſae:* Cic. Verr. 5, 16 Verebatur, ne Populus Romanus ab iſto eas Poenas vi repetiſſe videretur, quas veritus eſſet, ne iſtis legibus et veſtro iudicio non eſſet perſoluturus. Repetit poenas *iudex, accuſator reſpublicas* dat, perſoluit *etc.* *reus ſ. damnatus.* Repetere, *Reuocare* Plaut. Truc. 4, 3, 72 Filium inſtinc tuum te melius eſt repetere. Ter. Andr. 1, 5, 14 Hem repudiatus repetor. Repetere, *Iterare* Columel. 4, 28 Poſtea licet eandem pampinationem repetere. Audita repetens Ouid. Ep. 20, 193. Virg. Aen. 2, 178

Exemplo tentanda fuga canit aequora Calchas:
Nec poſſe Argolicis exſcindi Pergama telis
Omina ni repetant Argis.

Sumtum ex diſciplina Romana, apud quos duces e prouincia et exercitu auſpiciorum repetendorum cauſa Romam non nunquam redierunt. Liu. 8, 30 Namque Papirius Dictator a pullario monitus, quum ad auſpicium repetendum Romam proficiſceretur, magiſtro Equitum denunciauit, vt ſeſe loco teneret. Sermonem de annulis repetimus, *i. ad illum revoluimur* Plin. 33, 1. Cic. Att. 13, 38 Deinde Somno repetito ſimul cum ſole experrectus ſum: *cum denuo obdormiuiſſem.* Repetere per iudicem Vlpian. l. 3 §. Si liber. D. de Condict. cauſ. dat. Paullus in l. Reum. D. de accuſat. Quod ſi libelli inſcriptione legitime ordinati non fuerint: rei nomen aboletur: et ex integro repetendi Reum poteſtas fiet. *i. Rurſus accuſandi.* Aliquem toxico repetere Sueton. in Claud. c. 44. Dolor repetit Scrib. 122. *Sic* Repeti *dicuntur gladiatores, cum vulnerati icti nouo ictu feriuntur.* *vid. Lipſ. Saturn.* 2, 20. *Huc pertinet* teſſera percuſſorum Caligulae *apud* Suet. c. 58 Repete. *Sic* Liu. 4, 19 *pr.* Repetitum cuſpide ad terram affixit. ¶ 3 Repetere. [ἐπανήκειν] *de redeuntibus dicitur, vt* Caſtra repetere Liu. 31, 21. Domum Ouid. Met. 3, 204. Praeſepia tauri repetunt Virg. Ecl. 7, 39. Vrbem Idem Aen. 2, 749. Iter Ouid. de Arte Am. 3, 747. Repetere Africam Liu. 25, 27. Miniſteria repetere ſolita, *Redire ad conſuetum opus* Plin. Epiſt. 9, 33, 9. Opus

propo-

propoſitum Ouid. Met. 3, 151. ● Relicta repetere, *Redire ad intermiſſa negotia* Hor. Epiſt. 1, 7, 97. Colum. 11, 2, 6 Itaque ab Idibus Ianuariis — ſi maior eſt vineae vel arbuſti modus, quidquid ex autumno putationis ſuperfuit, repetendum eſt. Studia Cic. de Fato 4 c. 2. Idem A. 1 in Verr. 17 Comitiis factis eadem illa vetera conſilia pecunia maiore repetuntur, *i. Renouantur.* ¶ 4 *E longinquo petere.* Tibul. 1, 3, 39 *in deſcriptione mercatoris,* Nec vagus ignotis repetens compendia terris, *etc. i. ex longinquis et remotis terris referre ſtudens. Affinis eſt illa ratio metaphorica, quum* Alte Repetitam orationem dicimus. Cic. de Orat. 3, 89 Quorſum igitur haec ſpectat, inquit, tam longa, et tam alte repetita oratio? *i. a principiis rerum exorſa:* Ibidem 23 Repetam, et non ab incunabulis noſtrae veteris puerilisque doctrinae quendam ordinem praeceptorum. Repetita longius interrogatio, apud Quinctil. 5, 7. Cic. pro Cluent. 66 Repetam paullo altius Iudices, et omnia quae in diuturna obſcuritate latuerunt, ſic aperiam, vt ea cernere oculis videamini. Altius omnis rei repetenda oratio eſt Quinctil. 6, 2. Cic. de Legib. 1, 18 c. 6 *pr.* Alte vero, et vt oportet, a capite frater repetis quod quaerimus. Ab initiis Vrbis Caius in l. 1 D. de orig. iuris. Ab origine prima repetens expediam omnem famam Virg. Georg. 4, 286. Ab vltimis, vel Ab vltima antiquitate repetere Cic. de Fin. 1 c. 20. Idem de Diuin. 1, 2 Principio Aſſyrii, vt ab vltimis auctoritatem repetam. Ab vltimo aliquid repetere, *i. ab initio* Auct. ad Heren. 1, 14. Cic. de Inuent. 1, 1 Quum autem res ab noſtra memoria propter vetuſtatem remotas, ex literarum monumentis repetere inſtituo, *etc.* Cic. de Legib. 1, 20 Dii immortales, quam tu longe iuris principia repetis! *conf.* Id. Fam. 13, 29. Cic. de Orat. 1, 91 Cum repeteret vsque a Corace neſcio quo. *Sic* Acad. 4, 13 Repetunt iam P. Valerium, — commemorant reliquos. Cic. Verr. 4, 105 De quo ſi paullo altius ordiar, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoſcite. Memoriam alicuius temporis Cic. pro Deiot. 20. Originem repetere Caius in l. 1 D. de orig. iuris. Liu. in Praefat. 1 Res eſt immenſi operis, vt quae ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur. *Sic* Repetita conſuetudo et inſtitutum *dicitur, hoc eſt Longo interuallo relata, ſiue a longiſſimis retrorſum temporibus petita.* Cic. Diu. in Caec. 67 c. 22 Neque enim magis animos hominum nocentium res vnquam vlla commouit, quam haec maiorum conſuetudo, longo interuallo repetita atque relata. Repetitum eſt, vt duobus mandaretur conſulum nomen imperiumque Liu. 3, 33. Repetita die, *Locutio a Iuriſconſultis vſurpata pro eo, quod* antidatam *appellant.* Vlpianus de fide inſtrumentorum, Repetita quidem die cautionem interponi non debuiſſe, *i. Die retrorſus ementita. Vbi dies pro tempore intelligi debet, vt in illa locutione,* Annua, bima, trima die. Idem de damno infecto, Videamus ſi cautio ei offeratur poſtquam miſſus eſt in poſſeſſionem, an prius decedere debeat, quam ſi ei caueatur, etiam de eo damno, quod ei contigerit poſteaquam miſſus eſt in poſſeſſionem: quod quidem magis probatur: repetita igitur die cauendum erit. *i. Referenda retrorſus cautio et in praeteritum. Huic opponitur,* Prolata die, in titulo De edendo *Budaeus.* ¶ 5 Repetere, *pro* Referire. Vnde repetere mulam calcibus, et canem morſu Senec. de Ira 3, 27. *i. Viciſſim impetere mulam, et canem remordere* Idem ibid. 2, 34. Repetere, [ἀναμιμνήσκεσθαι] *pro Recordari.* Suet. de Clar. Gram. c. 17 Me quidem adoleſcentulo, repeto quendam Principem nomine alternis diebus declamare, alternis diſputare. *Subauditur Memoriâ, vt* Plin. Ep. 3, 5 Repeto me correptum ab eo cur ambularem. *Sic* Ouid. Epiſt 20, 193 Audiet et repetens, quae ſint audita *etc. Plene* Cic. de Orat. 1, 1 Cogitanti mihi ſaepe numero et memoria vetera repetenti, perbeati fuiſſe Quinte frater, illi videri ſolent, qui *etc. conf.* Sen. Epiſt. 10. Cic. pro Arch. 1 Nam quoad longiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium praeteriti temporis, et pueritiae memoriam recordari vltimam, inde vſque repetens hunc video, *etc.*

REPETENS, entis. Virg. Aen. 1, 376. *et* 12, 439.

REPETENDVS, a, um. Partic. [ἐπαιτητέος] *vt,* Terra nunquam repetenda Ouid. Met. 13, 947. Vulnera repetenda Sil. 6, 320. *vid. mox* REPETVNDARVM.

REPETĪTVS, a, um. *aliud* Partic. [ἐπαναληφθεὶς] *vid. ſupra.* Per arma repetitus Ouid. Epiſt. 16, 341. Clades repetita Claud. de Bell. Get. 284. Diuinatio eſt ab omni aeternitate repetita Cic. de Diuin. 1, 25. Emtio repetita dicitur, *ſi re vendita pretio nondum ſoluto, conueniat inter contrahentes, vt diſcedatur ab ea venditione, et conſiſtat ſecunda, et quaſi alia non praeceſſerit. vid.* Pompon. l. 2 ff. de reſcind. vend. Exordia repetita Sil. 7, 435. Loci ex intima quaeſtionum naturalium ſubtilitate repetiti Quinctil. 1, 4. Cic. in Parad. 4 Eſſet iuris et aequitatis (quae vincula ſunt ciuitatis) repetita memoria. Poſſeſſio repetita per interdictum Cic. pro Caecin. 9. *vt reſtituatur, qui deiectus eſt.* Succus repetitus Scribon. 83. *i. iterum datus.* Semicremoque nouat repetitum ſtipite vulnus Ouid. Met. 12, 287.

REPETITVS, ûs. m. Pedato poſitum pro repetitu vel acceſſu quaſi per pedem Non. 1, 325.

REPETĪTOR, ōris. m. [ἀπαιτητὴς] *vt,* Ademtae nuptae repetitor Ouid. Epiſt. 8, 19.

REPETENTIA, ae. f. [ἐπανάληψις Gloſſ. Lat. Graec.] *Recordatio, et memoria* Lucret. 3, 864 Interrupta ſemel quum ſit repetentia noſtra. Amittere repetentiam priorum Arnob. 2 p. 61. Repetentiam detrahere Idem ib. p. 62.

REPETITIO, ōnis. f. [ἀπαίτησις, ἐπαναφορὰ] Cic. de Orat. 3, 204 c. 54 Et eiuſdem verbi crebra tum a primo repetitio, tum in extremum conuerſio.

REPETVNDARVM, Repetundis: *hos duos tantum caſus agnoſcunt Grammatici: cum re vera ſint integri Participii* Repetendus *vel* Repetundus. *Nempe* pecuniarum repetundarum, *vel de* repetundis pecuniis *a prouincialibus accuſatur is, qui praeſes prouinciae alienas pecunias aut vi, aut dolo ſuas fecit. Vnde* Marcianus l. 1 ff. ad L. Iul repetundar. Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel alio officio, munere, miniſteriove publico cepit, vel cum ex cohorte cuius eorum eſt. *Caeterum* Pecuniae *nomine, omnia, quibus diuitiae conſtant, continentur, vt vaſa pretioſa, veſtes, frumentum, nauigia etc. Et rem, et nominis rationem ſatis explicat* Cic. Diu. in Caec. 17 *et* 18 c. 5 Illud quaeramus, — ecquid auctoritatis apud vos in ſuo iure repetundo ſocii Populi Rom. — habere debeant. — quaſi vero dubium ſit, quin tota lex de pecuniis repetundis ſociorum cauſa conſtituta ſit. Nam ciuibus cum ſint ereptae pecuniae, ciuili fere actione et priuato iure repetuntur. Haec lex ſocialis eſt, hoc ius nationum exterarum eſt: —— Sicilia tota, ſi vna voce loqueretur, hoc diceret: Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis vrbibus, aedibus, delubris fuit: quod in vnaquaque re beneficio ſenatus populique Rom. iuris habui, id mihi tu, C. Verres, eripuiſti atque abſtuliſti: quo nomine abs te ſeſtertiûm millies ex lege repeto. Cic. Off. 2, 75 c. 21 Nondum centum et decem anni ſunt, quum de pecuniis repetundis a L. Piſone lata eſt lex, nulla antea cum fuiſſet. At vero poſtea tot leges, et proximae quaeque duriores, tot rei, tot damnati; tantum Italicum bellum propter iudiciorum metum excitatum; tanta ſublatis legibus et iudiciis expilatio direptioque ſociorum, vt imbecillitate aliorum non noſtra virtute valeamus. *Sic* Bruto 106 c. 27 L. Piſo tribunus Pl. legem primus de pecuniis repetundis Cenſorino et Manilio COSS. tulit. *Add.* Verr. 4, 56 c 25 *de hac lege* Cic. Verr. 5, 126 c. 48 Facilis eſt cauſa populi. Legem enim ſociorum cauſa iuſſiſſe — Hic portus, haec arx, haec ara ſociorum: quo quidem nunc non ita confugiunt, vt antea in ſuis repetendis rebus ſolebant: non argentum, non aurum, non veſtem, non mancipia repetunt, non ornamenta, quae ex vrbibus faniſque erepta ſunt. Idem pro Cluent. 104 c. 37 Qua lege in eo genere a ſenatore ratio repeti ſolet, de pecuniis repetundis, ea lege accuſatus honeſtiſſime eſt abſolutus. *Et* 147 c. 53 Quid mea (*Praetoris, quaeſtio*) de pecuniis repetundis? — Si quis apud me te, T. Atti, reum velit facere: clames, te lege pecuniarum repetundarum non teneri: neque tua haec recuſatio confeſſio ſit captae pecuniae; ſed laboris, ſed periculi non legitimi declinatio. *Cicero igitur* pecuniarum *nomen ſemper, puto, addit, vt et* Sall. Cat. 18, 3. *Sed* Tac. Ann. 4, 19, 4 Nec dubie repetundarum criminibus haerebant. *Et* Ann. 3, 66 *pr.* Silanum repetundarum a ſociis poſtulatum. *Et* 13, 43, 7 Filium eius Nerulinum aggreſſis accuſatoribus per — crimina repetundarum. *Et* Hiſt. 4, 45, 4 Anton. Flamma Cyrenenſibus damnatur lege repetundarum, et exilio ob ſaeuitiam. *Et ſic paſſim. Ita* Sueton. Caeſ. c. 43 Conuinci repetundarum. Quinctil. 4, 2, 15 Qui repetundarum inſimulabitur, — quibus cauſis prouinciam vniuerſam, vel accuſatorem, aut teſtem offenderit, non vtiliter exponet? *Sic* Plin. Ep. 2, 11, 2 Ego et Cornelius Tacitus adeſſe prouincialibus iuſſi, exiſtimauimus fidei noſtrae conuenire, notum Senatui facere, exceſſiſſe Priſcum immanitate et ſaeuitia crimina, quibus dari iudices poſſent, quum ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam, pecunias accepiſſet. Reſpondit Fronto Catius deprecatusque eſt, ne quid vltra repetundarum legem quaereretur. *et* ſ. 20 Marium repetundarum poenae, quam iam paſſus eſſet, cenſuit relinquendum. *Et* 4, 9, 16 Lege repetundarum Baſſum teneri. *Et ſic ſaepius, nunquam addito nomine* pecuniarum. *Caeterum de crimine, iudicioque, et auctis ſubinde poenis Repetundarum, ICti ad titulum* ff. ad L. Iuliam repetundar. *et vbi de legibus agunt antiquarii, conſuli poſſunt, nominatim* de Calpurnia, Acilia, Iunia, Glaucia *ſ. potius* Seruilia, Cornelia, Iulia: *praeſertim Manutius de Legib. Nos loca ipſa veterum retuliſſe contenti erimus.* Val. Max. 6, 9, 10 L. Lentulus Conſularis lege Caecilia repetundarum crimine oppreſſus, cenſor cum L. Cenſorino creatus eſt. Cic. ad Her. 1, 20 c. 11 Lex vetat eum, qui de repetundis damnatus ſit, in concione orationem habere. Augur quidam damnatus de repetundis, in demortui locum qui petat nominauit: petitur ab eo multa. *Sed poſtea exilium, i. aquae et ignis interdictionem fuiſſe huic crimini propoſitam, oſtendit Manutius, praeſertim ex* Aſcon. ad Verr 1, 8 c. 3 *vbi* ſupplicium commune, *quo vtitur Cicero, interpretatur* aeſtimationem litis et exilium. Val. Max. 9, 12, 7 C. Licinius Macer, vir praetorius, Calui pater, repetundarum reus, dum ſententiae dicerentur, in Moenianum conſcendit. Siquidem cum M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, praetextam ponentem vidiſſet, miſit ad eum, qui diceret, ſe non damnatum, ſed reum periiſſe, nec ſua bona haſtae poſſe ſubiici: ac protinus ſudario, quod forte in manu habebat, ore et faucibus coarctatis, incluſo ſpiritu poenam morte praecurrit. qua cognita re, Cicero de eo nihil pronuntiauit. *Ponamus adhuc vnum locum* Cic. pro C. Rabir. Poſt. c. 9 c. 4 Accuſaui de pecuniis repetundis, iudex ſedi, praetor quaeſiui, defendi plurimos: nulla pars, quae aliquam facultatem diſcendi (*ſic leg. pro* dicendi) afferre poſſet, non mea fuit. Ita contendo, Neminem vnquam, quo ea pecunia perueniſſet, cauſam dixiſſe, qui in aeſtimandis litibus appellatus non eſſet. In litibus autem nemo appellabatur, niſi ex teſtium dictis, *etc.*

REPETICIVS. *vid.* REPETICIVS *in* REPO.

REPIGNĔRO, āre. [ἀνεγχυριάζω] *Pignus recipere ſoluto pretio* Vlpian. tit. Commodati, l. Si vt certo §. Nunc videndum, in quibus ſpeciebus Commodati actio locum habeat: et eſt apud veteres de huiuſmodi ſpeciebus dubitatum. Rem tibi dedi, vt creditori tuo pignori dares: dediſti, non repigneras, vt mihi reddas. *Paullo poſt,* Si a me culpa abſit repignerandi, creditor autem nolit reddere pignus, *etc. Alii legunt* Repignoras, et Repignorandi. Feſtus, Reluere, ſoluere, repignerare.

REPIGRO, āre. *Retardare.* Apul. Met. 8 p. 208 Ipſo lumine dirarum beſtiarum repigratur impetus. *conf.* Zeno Veron. Serm. de Reſurrect. c. 13.

REPIGRĀTVS, a, um. Apul. Met. 1 p. 106 Obſepto vtero et repigrato foetu. Mart. Capella 1 p. 13 Stimulabat paullulum Iouem, ne vxoris Cyllenius fotibus repigratus, ſomnolento repente marcore torperet, et iam veluti maritali vacatione feriatus diſcurſare ſub praeceptis Iouialibus recuſaret.

REPIGRITIOR *apud* Martianum Capellam *paullo poſt locum modo indicatum* REPIGRATVS *eadem ſententia.*

REPINGO. *vid.* REPANGO.

REPLASMO, āre. *de nouo formare, i. creare.* Replaſmare hominem Vet. Interpr. Iren. 3, 20.

REPLAVDO, ĕre. *Hinc*

REPLAVDENS, entis. Apul. Met. 1 p. 105 Dextra frontem replaudens. *Et* Met. 6 p. 185 Quadrupedi curſu ſolum replaudens.

REPLEO, ēui, ētum, ēre. [ἀναπληρόω] *Implere,* Plaut. Poen. 3, 3, 88 Ibi te replebo vſque vnguentûm eccheumatis. Corpora replere toſta carne Ouid. Met. 12, 156. Delubra mors replerat corporibus exanimis Lucret. 6, 1270. Dolia replere Propert. 2, 1, 67. Domos exhauſtas Cic. de Prouinc. Conſ. 4. Foſſa repletur humo Ouid. Faſt. 4, 825. Femina lacte repletur, quae peperit Lucret. 5, 811. Martial. 7, 19 Miſto lagenam replet ad pedes vino. Litora voce replet Idem Met. 1, 338. Locum rumore Idem ex Pont. 4, 4, 19. Nemora ac montes ſiluaſque gemitu replebat Lucret. 5, 990. Populos fama replebat multiplici ſermone Virg. Aen. 4, 189. Tectum omne gemitu replebat Idem ibid. 2, 679. Repletur ex lege, quod ſententiae iudicis deeſt Vlpian. in l. 4 §. Si quis condemnatus D. de re iudicata. Lucret. 2, 535 Multa licet genere eſſe in eo numerumque repleri.

REPLĒ-

REPLĒTVS, a, um. Partic. [ἀναπεπληρωμένος] *vt*, Repleta *ab Apolline Cyrene* quatuor pueros peperit Iuſtin. 13, 7. Alte repletum oramen auris Celſ. 7, 8. Eruditione repletus Suet. in Auguſt. c. 89. Terrore trepido repletus Lucret. 5, 41. Cornu repletum pomis et lore Ouid. Met. 9, 87. Genus pietate repletum Lucret. 2, 1167. Inſula repleta ſiluis Plin. 12, 10. Lingua voce repleta, *i. iam iam prolocutura* Stat. Theb. 2, 625. Mare repletum ratibus euerſis Senec. Agam. ſ. 13. Templis omnibus repletis refertoque foro Cic. pro Lege Manil. 44.

REPLETIO, ōnis. f. *vt*, Belliſſima repletio Imp. Cod. 7 t. 2 l. 15 §. 4. *it.* Cod. 6 t. 28 l. 4. *et* Iuſtinian. Praef. 1 de Concept. Dig.

REPLETVRA, ae. f. *Idem. vt*, Accreſcentes repleturae Cod. Theod. lib. 13.

REPLĬCO, āre. [ἀναπτύσσω] *Retrorſum plicare, vel flectere* Plaut. . . . Replica tricam, atque extende. Cato R. R. 41, 4 Eos ſurculos — in terram demittito, replicatoque ad vitis caput. Idem 21, 2 Replicato in inferiorem partem cupae omnes quatuor Laminas. Replicari in rugas Plin. 17, 14. Senec. de Benef. 1, 4 Chryſippi acumen nimis tenue retunditur, et in ſe ſaepe replicatur. Cic. pro Sulla 27 c. 9 Si quaeris qui ſunt Romae regnum occupare conati, vt ne replices annalium memoriam, ex domeſticis imaginibus inuenies. *i. Euoluas annales. conf.* Idem de Legg. 3 c. 14. ¶ 2 Replicare *apud ICtos eſt reſpondere exceptioni, ſ. vt declarat* Imperator Inſt. de Replicationibus *pr.* reſoluere ius exceptionis. *vid.* l. 35 ff. de Pactis, *etc. Videtur vt multa alia a Graecis hauſta formula, qui ἀντιδιαπλέκειν dicunt.* ¶ 3 Repetere [ἀνακυκλεῖν] *et ſubinde inculcare eſt* Ammian. 30, 1 Aſſidue Cylaceis necem replicabat et Artabannis. *Sed paullo aliter* 30, 7 *ir.* Replicare nunc eſt opportunum, et ab ortu primigenio patris huiuſce Principis ad vſque ipſius obitum actus eius diſcurrere per epilogos breues. *Hic replicare eſt redire ad ſuperiora, et ea velut retractare. Huc referendum forte fuerit, ſi inueniatur, quod adfertur ex* Plin. . . . Cum ſaepius ille replicaſſet, tandem perſuaſit.

REPLĬCANS, antis. Part. *vt:* Cic. de Diu. 1, 127 Non illa quae futura ſunt ſubito exſiſtunt: ſed eſt quaſi rudentis explicatio, ſic traductio temporis nihil noui efficientis et primum quidque replicantis. Haec identidem mecum replicans Apul. Met. 3 p. 129. *i. repetens animo. Proprie* Plin. 8, 27 *de angue exuente pellem ſiue ſenectutem,* Exuit autem capite primum, nec celerius quam vno die ac nocte, replicans, vt extra fiat membranae quod fuerat intus.

REPLICĀTVS, a, um. Partic. *vt*, Intus replicatum Plin. 9, 33 Ceruix replicata Plin. 34, 8.

REPLICTVS, a, um. Partic. *vt*, Tunicae bulborum replictae Stat. Silu. 4, 9, 29.

REPLICATIO, ōnis. f. Cic. de Nat. Deor. 1, 53 c. 13 Modo alium quendam praeficit mundo, eique eas partes tribuit, vt replicatione quadam mundi motum regat. ¶ 2 Replicatio *Iuriſconſultis frequens, ad eas allegationes pertinet, quae intentionem ſuſtentant aduerſum exceptionis iniquitatem. De qua* Inſtit. Iuſtiniani 4, 14. *vid.* REPLICO n. 2.

REPLVM, i. n. *Architectonicum nomen ſatis adhuc obſcurum. Solus extitur* Vitruu. 4, 6 Item replum, de impage dimidia et ſexta parte. *Et* 10, 17 Chelonii replum, quod eſt operimentum. *In quibus locis* Pelum *legi debere ſuſpicatur* Turnebus 11, 4 *vt tanquam ornamentum et velamentum eſſe videatur. Auget coniecturam, quod haec dictio vix apud illum Latine loquentem reperiatur.* Baldi Lex. Vitr. *a replendo deriuaſſe videtur; interpretatur enim partem profundam inter impages et tympanum ianuae ſ. valuarum.*

REPLVMBO, āre. [ἀναμολυβδῶ Gloſſ. Gr. Lat.] *Diſſoluere quod plumbatum eſt* Vlpian. in l. 19 Cum aurum D. de aur. argent. mundo legatis. Celſus libro nono decimo Quaeſtionum quaerit, ſi centum pondo argenti fuerint relicta, an replumbari debeant, vt ſic adpendantur? *Et* Proculus et Celſus aiunt, exemto plumbo adpendi debere. Nam et emtoribus replumbatae aſſignantur, et in rationes argenti pondus ſic defertur. *Nempe de eo argento ſermo eſt, quod firmitatis vel quacunque alia cauſa, ferrum, cuprum, vilius metallum adiunctum ſibi habet.* Senec. Nat. Quaeſt. 4, 2 Argentum replumbatur, ſigna cum coagmenta ſoluuntur. *de Caloribus Aethiopiae loquitur.*

REPLVMIS, e. Adi. *Quod iterum plumis veſtitur.* Paullinus Iambo ad Cytherium v. 853

Vt pullus aquilae dicitur repaſcere
Cura parentes mutua:
Quos vis ſenectae rurſus implumes facit
Nidoque paſcendos refert:
Donec replumi veſtiantur corpore,
Pennisque floreſcant nouis.

REPLVO, ĕre. *Viciſſim pluere.* Senec. Controu. Praef. 5 Quis ferret hominem de ſiphonibus dicentem: caelo repluunt. Repluentes *ſunt* exabundantes *ap.* Iſidor. in Gloſſ.

REPO, pſi, tum, ĕre. [ἕρπω] *Proprie dicitur de animalibus, quae pedibus et ventre gradiuntur, vt ſunt vermes: quamuis et ea, quae paruos pedes habent, repere dicuntur, vt ſunt lacertae et ſimilia. Verum etiam infantes repere dicuntur* [Vet. Gloſſ. Cyrilli ἕρπω, ἐπὶ βρέφους] *et quoties inceſſum vel laborioſum ex imbecillitate, vel occultum et inſidioſum deſcribere volunt.* Qua vnus homo inermis vix poterat repere Nep. 23, 3, 4. Vulpecula (Nitedula *Bentl.*) per rimam repſerat in cumeram Hor. Epiſt. 1, 7, 29. Genibus repere Plin. 8, 7. In purpuris repit Quinctil. 1, 2 *infans dicitur.* Per iter longum repſere Lucan. 3, 458. Millia tum pranſi tria repſimus, *i. Lente proceſſimus* Hor. Serm. 1, 5, 25. *Metaph.* Columel. . . . Spatium autem radicibus qua repant, lapides praebent. In altitudinem repit vitis Columel. de Arbor. 16, 4.

REPENS, entis. Partic. [ἕρπων] *vt*, Repens humi Plin. 16, 34 *de hedera.* Animantis repentis itus Lucret. 3, 389. Fama Liu. 22, 11. Sermones repentes per humum, *i. Humiles, ſiue ſtili humilioris* Hor. Epiſt. 2, 1, 251. ¶ 2 Repens, *pro Celeri et ſubito, vid.* REPENS *paullo ante alphabetico ordine.*

REPTICIVS, a, um. Adi. [ἑρπυστικός] Pſeudo-Salluſt. in Cic. 1 Vbi M. Tullius leges, iudicia Populi Romani defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quaſi vnus reliquus, ex familia viri clariſſimi Scipionis Africani, ac non repticius, accitus, ac paullo ante inſitus huic vrbi ciuis. Repticius, *i. qui vt vermiculus prorepſit, terrae filius, vel qui velut clanculum irrepſit in hanc vrbem nouus homo. Sunt qui legant* Repeticius, *item* Reperticius.

REPTO, āre. Frequ. [ἑρπύζω] *Saepe ſeu perpetuo repere.* Pecudes reptant in colli tondentes pabula Lucret. 2, 318. Per vada reptabat pronus equus Claud. in Eutrop. 2, 443. Solo noſtro reptaſti Stat. Silu. 1, 2, 262 *de infante. Add.* Achill. 1, 477 Niue effoſſa reptans *paruus Achilles.* Reptare, *per translationem dicimus eum, qui ſegniter et quaſi teſtudineo paſſu incedit, quales ſunt, qui in hortis aut vineis ſpatiantur.* Hor. Epiſt. 1, 4, 4 An tacitum ſiluas inter reptare ſalubres. Sine cruribus et pennis reptare Plin. 11, 29. *Laudatur* Tacit. Ann. 4, 23 *pr.* Et adhuc reptabat Africam Tacfarinas. *Sed* reptabat, *i. vexabat al. quod magis conuenit.* Caput reptant Plaut. Merc. *Suppoſ.* 4, 6, 9.

REPTABVNDVS, a, um. Adi. [ἑρπύσιμος, ἑρπύζοντι ὅμοιος Gloſſ. Lat. Gr.] *Idem quod* Reptans. Senec. de Vita beata 18 Quo minus virtutem adorem, et ex ingenti interuallo reptabundus ſequar.

REPTĀTVS, a, um. Partic. [ἑρπυσθείς] *vt*, Ager reptatus Stat. Theb. 5, 581. *cum reſpectu ad ſerpentem, qui ibi egit. Sed ad infantis greſſum pertinet.* Cretaque ſe iactat tenero reptata Tonanti Claud. Conſ. Hon. 4, 153.

REPTĀTVS, ûs. m. [ἑρπυσμός] Plin. 14, 1 Aliae improbo reptatu atria media complentes. Limaces incedunt ſpumante reptatu Tertull. de Anima c. 10.

REPTATIO, ōnis. f. *Idem.* Quinctil. 1, 12 Nec illa per manus et genua reptatio grauiter affligit infantium corpora.

REPTĬLIS, e. Adi. [ἑρπυστικός] *Quidquid repit, vt*, Cochleae reptiles Sidon. Epiſt. 8, 12.

REPŎLIO, īre. *Rurſus polire.* Columel. 2, 21 Sin protinus vſui deſtinantur (nempe frumenta) nihil attinet repoliri: ſatiſque eſt in vmbra refrigerari, et ita granario inferri.

REPONDĔRO, āre. Sidon. Epiſt. 1, 4 Reminiſcaris velle me tibi ſtudii huiuſce viciſſitudinem reponderare. Pro falſitate veritatem alicui reponderare Claud. Mamert. 3, 15. Reponderatur tibi ex hoc conſummatiſſima gloria Sidon. Ep. 5, 1. *add.* 9, 11.

REPŌNO, pŏſui, pŏſĭtum, ĕre. [ἀποτίθημι, ταμιεύω, θησαυρίζω] *Rurſus ponere, ponere quod modo mouebatur, vt iam quieſcat, ponere ſeorſum.* Virg. Aen. 3, 231 Ariſque reponimus ignem, *i. Rurſus adhibemus ignem, et ſacrificamus.* Liu. 1, 34 Rurſus velut miniſterio diuinitus miſſa capiti apte reponit, *pileum, quem ſuſtulerat.* Inſigne regium quod ille de ſuo capite abiecerat, repoſuit Cic. pro Sext. 58. Reponere, *i. loco ſuo mota in eum reducere:* Articulamentum repoſitum Scrib. 206. Manus reponi non difficillime poteſt Celſ. 8, 17. Inteſtina repoſita Ibidem. Pontes vetuſtate ruptos Tac. Ann. 1, 63, 6. Lapidem quemque ſuo loco Cic. Verr. 1, 146 c. 56. Grues in tergo praeuolantium capita reponunt Idem de Nat. Deor. 2, 125 c. 49. Ligna large reponere ſuper foco Hor. Carm. 1, 9, 6. Pocula reponere Virg. Georg. 4, 378. Vina reponite menſis Idem Aen. 7, 134. ¶ 2 *In primis de iis dicitur, quae ſeruantur in futurum.* Aceruum farris tecto reponunt Virg. Aen. 4, 403. Alimenta in hiemem Quinctil. 2, 16, 16. Cic. de Nat. Deor. 2, 156 c. 62 *extr.* Neque ſerendi, neque colendi, neque tempeſtiue demetendi, percipiendique fructus, neque condendi ac reponendi vlla pecudum ſcientia eſt. Prouiſa ante reponere Virg. Georg. 1, 167. Seorſum reponere Columel. 9, 15. Vaſa in horreum ſicciſſimum reponi conuenit Idem 12, 15. *Paullo poſt,* Religatas iunco vel qualibet herba offas reponunt in crates. Ibidem, Siccatam in tabulatum reponunt. *Quam locutionem idem ſemel et iterum vſurpauit* Ibidem 12. *Rurſus* c. 16 Quum deinde modice aruerint, in vaſa noua ſicco loco reponito. Hiemi reponere aliquid, *Reſeruare in hiemem* Virg. Georg. 3, 403. ¶ 3 *Aliae formulae:* Cic. Fam. 9, 14 Intelligere debes in te repoſitam eſſe Remp. *i. ex te pendere, in te ſolo ſpem habere. Sed* Hor. Carm. 3, 5, 30 Nec vera virtus quum ſemel excidit, Curat reponi deterioribus. *i. permutari.* Cic. Att. 13, 12 Catulo et Lucullo alibi reponemus? ita tamen, ſi tu hoc probas? deque eo mihi reſcribas velim, *i. reddemus, quod nunc relatum eſt. Sed* Cic. Fam. 1, 9 Cur autem laudarim, peto a te, vt id a me, neue in hoc reo, neue in aliis requiras, ne tibi idem reponam, quum veneris, tametſi poſſim vel abſenti, *i. Ne te viciſſim rogem, ne tibi idem obiiciam. Sic* Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam? Iuuen. Sat. 1, 1. *i. Nunquam Poëtis ſua recitantibus, me auditore, vicem rependam mea recitans? vid.* Barth. *Adu.* 21, 1. Reponere Amiſſa vrbi Tac. A. 16, 13, 6. *i. reſtituere.* Iniuriam, *i. rependere* Sen. de Ira 2, 28. *Verum* Stat. Theb. 7, 201 Quoties iam torta reponam Fulmina, quam rarus terris hic imperet ignis. *Iupiter loquitur.* ¶ 4 Animas laetis ſedibus reponere *dicitur Mercurius* Hor. Carm. 1, 10, 30. Animum ſuum omniaque ſua in aliquem reponere Valer. Argon. 5, 390. Capillum reponere Quinctil. 8 Pr. 22. *turbatum iterum ordinare.* Ceruicem reponere Id. 4, 2, 39 *Geſtus effeminatus ſibi placentis, et caput reponentis in humerum.* Cic. pro Sull. c. 92 Veſtrae iam ſunt partes iudices: in veſtra manſuetudine atque humanitate cauſam totam repono. Martial. 2, 37 Vllus ſi pudor eſt, repone coenam, *i. Refer quae ſuſtuliſti e menſa. Addit,* Cras te, Caeciliane, non vocaui, *vt auferas, vnde eras coenes.* Donata reponere Hor. Epiſt. 1, 7, 39. *i. reddere.* Hor. in Arte Poët. 190 Fabula quae poſci vult et ſpectata reponi, *i. Primo et ſecundo in ſcena recitari.* Ibidem 123 Honoratum ſi forte reponis Achillem. *h. e. ſi fabulam ſemel de Achille poſitam, rurſus ponere in animo eſt.* An poteris ſiccis mea Fata reponere ocellis Propert. 1, 17, 11 *i. narrare aliis mortem meam. Nam interpretationi Paſſeratii, quam Brouckhuſius probat, vt* Fata reponere *ſit cineres et reliquias componere in vrna, repugnare videtur, quod naufragi nulla ſunt oſſa, vt ipſe ſtatim addit Poeta.* Fiduciam ſuam reponere in aliquo Plin. Ep. 3, 9, 16. Fructum honeſtatis in conſcientia Idem ibid. 1, 8, 14. Lacrimas reponere *ſeruare in futurum.* Stat. Silu. 5, 47. Membra reponunt ſtratis Virg. Aen. 4, 392. Mentem reponere, *Reddere animum* Valer. Argon. 7, 295. Numos reponere, *Reddere, reſtituere* Plaut. Perſ. 1, 1, 38. Odium reponere Tacit. in Vita Agric. 39, 4. *differre in tempus aliud.* Onus mens reponit, *Graues curas deponit* Catul. ad Sirmionem ſ. 29, 8. Remum reponere, *Ceſſare a remigando* Plaut. Aſin. 3, 1, 16. Senſibus imis reponere Virg. Ecl. 3, 54. Cic. Philipp. 5, 42 Magnam Spem in eius virtute, auctoritate, felicitate reponere, otii, pacis, concordiae, libertatis. Spem ſui in ſe ipſo reponere Cic. Tuſc. 5, 36 c. 12 *extr.* Spem vnicam ſenectutis in aliquo reponere Quinctil. Prooem. 6. In Caritate ciuium nihil Spei reponens Liu. 1, 49. ¶ 5 *Formulae ex Praepoſitione* IN. Cic. Philipp. 10, 15 Si qua tui exercitus, de quibus dixi, propterea laudantur, quod pro Populi Rom. libertate arma ceperunt, quid eſt, cur M. Bruti exercitus non in eadem cauſa reponantur? In coronamenta reponere, *pro referre Inter herbas, quibus coronae fiunt* Plin. 22, 21. Cic. de Nat. Deor. 1, 18 Quo honore abſurdius, quam aut res ſordidas atque deformes deorum honore afficere: aut homines iam morte deletos reponere in deos, quorum omnis cultus eſſet futurus in

luctu? In gradum reponi Quinctil. 5, 7. In gremio reponere aliquid Liu. 26, 15. In libris aliquem reponere pro alio *nomen et mentionem illius vſurpare* Cic. Att. 12, 7. Idem ad Brut. 16 Scilicet vt illo prohibito, rogaremus alterum, qui ſe in eius locum reponi pateretur. In medium quaeſita reponunt, *i. Quaeſita et parta in commune conſeruant, de apibus* Seruius *ad* Virg. Georg. 4, 157. In Memoriam vnius verbi admonitione reponuntur excidentes Quinctil. 11, 2, 19. Cic. de Opt. Gen. Orat. 17 Tamen hunc in numero non repono. *Sic* de Orat. 1, 63 Reponere in numero eloquentium. Cic. pro Sext. 143 Quos equidem in deorum immortalium coetu ac numero repono. In numerum fabularum reponere aliquid Idem de Inuent. 1, 39. In ordinem aliquorum Columel. 9, 12. In ſceptra reponere aliquem Virg. Aen. 1, 257. In ſilentio reponere recte facta alterius Plin. Epiſt. 1, 8. Cic. Att. 10, 13 Sic volo te tibi perſuadere, mihi neminem eſſe cariorem te, excepto Caeſare meo, meque illud vna iudicare, Caeſarem maxime in ſuis M. Ciceronem reponere. In vetuſtatem reponere aliquid Columel. 12, 44. *h. e. vt diu ſeruetur.* In Vicem alicuius rei aliud reponere Idem 4, 26. Cic. Qu. Frat. 1, 3 Teſtor omnes deos, me hac vna voce a morte eſſe reuocatum, quod omnes in mea Vita partem aliquam tuae repoſitam eſſe dicebant. ¶ 6 *Obſeru.* Repoſiui *pro* Repoſui Plaut. Aſin. 3, 1, 16 Si repoſiui remum.

REPOSĬTVS, *et per Syncopen* **REPOSTVS**, a, um. Partic. [ἀποκείμενος] *vt*, Repoſiti et frigidi cibi Quinctil. 2. *h. e. Rurſum appoſiti menſae.* Ceruice tereti repoſta Lucret. 1, 36. Epulae repoſtae Virg. Georg. 3, 527. i. e. Abundantes, aut variae, Seruius. *Puto in primis ſignificari binas eodem die epulas*, bis in die ſaturum fieri, *quod in Siculis Dionyſii coenis diſplicebat Platoni* Cic. Tuſc. 5, 100 c. 35. Fora Templaque Tac. H. 3, 34, 4. *i. denuo aedificata.* Honos repoſitus, *i. Reſtitutus* Tac. Ann. 14, 61, 3. Virg. Aen. 1, 26 — Manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis, ſpretaeque iniuria formae. Pecunia in theſauris repoſita Liu. 31, 13. Antonius Conſ. ad Cic. Att. 14, 13. Et voles P. Claudium in optima ſpe puerum repoſitum, exiſtimare, non te inſectatum eſſe, quum potueris amicos paternos. Terras tentare repoſtas Virg. Aen. 3, 364. i. e. Longe poſitas. Seruius. Tellure repoſti, *i. Sepulti* Idem ibid. 6, 665. Multa ex repoſito *(in theſauro)* acquiſitoque perdenda ſunt Sen. de Benef. 4, 20.

REPOSITIO, ōnis. f. Pallad. 1, 32 Repoſitiones foeni, ligni, *etc. i. horrea, vbi reponuntur.*

REPOSTOR, ōris. m. *Reſtitutor.* Ouid. Faſt. 1, 63 Templorum poſitor, templorum ſancte repoſtor.

REPOSITORIVM, ſ. **REPOSTORIVM**, i. n. *Inſtrumentum, in quo antiquorum reponebantur fercula, quae vna cum ipſo repoſitorio adferebantur et auferebantur.* Plin. 33, 11 ſ. 49 Iam vero et menſas repoſitoriis imponimus, *i. lances magnas inſtar menſarum argenteas, argenteis quoque repoſitoriis.* Idem ſ. 52 Repoſitoriis argentum addi, ſua memoria coeptum Feneſtella *tradit*, qui obiit nouiſſimo Tiberii Caeſaris principatu. Sed et teſtudinea tum in vſum veniſſe: ante ſe autem paullo lignea, rotunda, ſolida, nec multo maiora quam menſas fuiſſe. Se quidem puero quadrata et compacta aut acere operta aut citro coepiſſe. Mox additum argentum in angulis, lineasque per commiſſuras. Tympana vero ſe iuuene appellata, ſtateras et lances, quas antiqui Magidas appellauerant. Plin. 28, 2 Bibente conuiua menſam vel repoſitorium tolli, inauſpicatiſſimum iudicatur. *conf. Gonſal. ad* Petron. c. 33 p. 117 *Burm.* ¶ 2 *Locus ſecretior aptus ad aſſeruandas res pretioſas.* Capitol. Anton. Phil. c. 17 Gemmas multas in repoſitorio ſanctiore Adriani repererat.

REPORRIGO, ĕre. Petron. c. 51 ſ. Fragm. Trag. c. 23. *vid. Scheff. not. p. 115.*

REPORTO, āre. [ἀνακομίζω] *retro, vel in reditu portare, domum portare.* Virg. Georg. 1, 275 Aut atrae maſſam picis vrbe reportat. Dorſo vel collo reportare Columel. 7, 1. Humeris reportat ſuis exulem Italia Pſeudo-Salluſt. in Cic. *extr.* Ad aures alicuius reportare aliquid, *i. Nuntiare* Virg. Aen. 7, 167. Frigidiſſime reportauit puellam patronus, quam in aduerſa ſubſellia tranſtulerat Quinctil. 6, 1, 39. Cic. Att. 6, 1 Si nihil aliud de hac prouincia, niſi illius beneuolentiam reportaſſem, mihi id ſatis eſſe. Vetus exemplar legit Deportaſſem. Idem Verr. 4, 6 Vt illis benignis vſus eſt ad Commodandum, ſic ipſe diligens fuit ad reportandum. Dicta haec triſtia adytis reportat Virg. Aen. 2, 115. Caeſ. Bell. Gall. 5, 23 Duobus commeatibus Exercitus reportare conſtituit. *conf.* Cic. Att. 4, 17. Gaudia mente reportare Stat. Silu. 1, 3, 13. Gloriam reportare ex Proconſulatu Plin. Epiſt. 3, 7. Cic. de Legib. 3, 18 Nihil praeter Laudem bonis atque innocentibus, neque ex hoſtibus, neque a ſociis reportandum. Mandata Propert. 3, 6, 37 Pedem reportat ex hoſte Virg. Aen. 11, 764. Poenas, *vid.* **REPOSCO** poenas. Cic. de Lege Agr. 2, 60 c. 23 Si eſt aequum praedas ac manubias ſuas imperatores, non in monimenta deorum immortalium, neque in vrbis ornamenta conferre, ſed ad Decemuiros tanquam ad dominos reportare, nihil appetit ſibi praecipue Pompeius, nihil. Idem pro Lege Manil. 8 c. 3 Adhuc ita veſtri cum illo rege contenderunt imperatores, vt ab illo inſignia victoriae non Victoriam reportarent.

REPORTĀTVS, a, um. Partic. *vt*, Equis et curru reportatus Cic. Poſt redit. in Senat. 27 c. 11.

REPORTATIO, ōnis. f. ICt. in Dig.

REPORTATOR, oris. m. Apul. *tribuitur.*

REPOSCO, pŏpoſci, ĕre. [ἀπαιτέω] *Ab aliquo petere quod nobis debet, vel quod a nobis accepit.* Virg. Aen. 7, 606 — Parthosque repoſcere ſigna Ter. Adelph. 1, 2, 52 Nam ambos curare, propemodum repoſcere illum eſt, quem dediſti. Plaut. Curc. 5, 2, 16 Quam virginem me repoſcis? Cic. Verr. 4, 115 c. 57 Seſe a ſuis ciuibus haec habere mandata, vt ad Verrem adirent, et eum ſimulacrum Cereris et Victoriae repoſcerent. Idem Poſt redit. in Senat. 9 Quorum alter a me Catilinam amatorem ſuum multis audientibus, alter Cethegum conſobrinum repoſcebat. Auxilium datum repoſcere Liu. 3, 23. Foedus repoſcite flammis Virg. Aen. 12, 573. Fratrem clamore magno repoſcit Sil. 17, 460. Pacta repoſcere Stat. Theb. 11, 570. Virg. Aen. 6, 530 DI talia Graiis Inſtaurate, pio ſi poenas ore repoſco. Catul. ad Licinium ſ. 50, 20 Preceſque noſtras, Oramus, caue deſpuas, ocelle, Ne poenas Nemeſis repoſcat. *al.* reponat. Promiſſa ſua repoſci videt Virg. Aen. 12, 2. Rationem Caeſ. Bell. Gall. 5, 30. Cic. Verr. 3, 1 Legem ſibi ipſi indicunt, innocentiae, continentiae, virtutumque omnium, qui ab altero vitae Rationem repoſcunt. Rationem vos repoſcitis, quid Achaei Lacedaemoniis bello victis fecerimus? Liu. 39, 37. Vicem Martial. 8, 38. Repoſcere per iudicem, Calliſtratus in l. Extat D. de eo, quod metus cauſa, *etc.* Cauſa repoſcit, Exigit Vlpian. in l. in eos D. Ad legem Iul. maieſt. Lucret. 6, 920 Quo magis attentas aures animumque repoſco. Ad poenas repoſcere aliquem Virg. Aen. 2, 139. Ad ſupplicium aliquem repoſcere Id. Ibid. 8, 495. Propenſiores ad bene merendum, quam ad repoſcendum Cic. de Amicit. 32. *Vt magiſter* tradere *dicitur cum docet, ita* repoſcit, *cum diſcipulos reddere lectiones iubent.* Tu genus hoc memento Reddere, cum repoſcam Terent. Maurus de Anacreontio Choriambico p. 2439.

REPOSCŌNES, um. m. Ammian. 22, 16 Aegyptii controuerſi et repoſcones acerrimi. *Hi forte iidem, qui* Flagitatores acres, moleſti et aſſidui, *apud* Cic. in Brut. 5.

REPOSITORIVM, *vid.* **REPONO.**

REPOTIA, orum. n. Pl. [ἐπαύλια, Vet. Gloſſ.] *Genus epularum, de quo* Feſtus, Repotia: poſtridie nuptias apud nouum maritum coenatur, quia quaſi reficitur potatio. Hor. Serm. 2, 2, 60

Cuius odorem olei nequeas perferre, licebit
Ille repotia, natales, alioſue dierum
Feſtos albatus celebret.

Vbi Porphyrio, Repotia dicebatur Dies poſt nuptias. Acron *vero*, Repotia, *inquit*, dicuntur Septimus dies, quo noua ſolet nupta redire ad parentes ſuos. Alias Repotia ſunt, quae Graeci dicunt ποδοστρόφια aut mutuae inuitationes: vel dies ſecundus a nuptiis, quo virgo ad muliebrem habitum componitur. *Hic* pro Feſtis diebus accipitur. *Sic dedit G. Fabricius. Conuenit* Vet. Schol. *Cruquii, niſi quod vltima quatuor verba omittit. Turnebus, Sed crediderim, inquit, etiam* repotia *celebrari ſolita liberis natis, et cum maritis noua quotannis prope ſoboles naſcatur, vt renouanda ſit epulatio, idcirco ea conuiuia* repotia *appellata. Nec vero Auidieni perſonae conuenit nuptiale conuiuium. Ea, niſi me fallit augurium, dicere voluit Acron Grammaticus* παιδοτρόφια *Graece vocari, veluti ſublatis et ſuſceptis liberis et parentibus eos alere decernentibus. Nam in Graecorum poteſtate erat liberos exponere, nec alere. Vt autem ita* repotia *interpreter, mihi perſuadet* Auſonius *ſic ſcribens*, (Epiſt. 9, 50) Coniugioque dapes, aut ſacra repotia patrum. *Ecce eorum epulas dicit, qui ſuſceptis liberis facti ſunt parentes. Hactenus ille 3, 6 Sed refellitur a Cruquio ad Horatii l. c. qui etiam illud monet* ποδοστρόφια *forte mutanda apud Vet. Scholiaſten in* ποτοστρόφια, *vt vices compotationum indicentur. Sed addit, a Scaligero* ποδοστροφίαν *ex Gloſſario etiam adferri. Nempe ibi ita legitur*, Reoria ἡ τρίτη τῶν ἀγάμων ποδοστροφία. *Scaliger ad Feſti l. c. legi vult* Repotia ἡ τρίτη τῶν γάμων ποδοστροφία. *Quod probat Cuiac. Obſ. 16, 39 qui putat* ποδοστροφίαν *dixiſſe Graecos, qui* repotia *deriuarent a* pedibus *et* repedando *ſiue redeundo ad conuiuium. Quorſum pertinet etiam altera* Gloſſa, Reperidia, *et* Reproca *quam ita reconcinnat Scaliger*, Repotia, ἐπίβδα, ἡ μετὰ τὴν ἑορτὴν ποδοστροφία. *Caeterum* Repotia *poſt nuptias etiam commemorat* Symmach. 7, 19. *Apud* Gell. 2, 24 Nuptiis et repotiis HS mile *lege Iulia ſumtuaria* finiuntur. *Vinetus ad Auſonii l. c.* Reportia *eſſe ait in quibusdam libris Horatii et Auſonii, quaſi a* reportando.

REPOTATIO, ōnis. f. Varro de L. L. 5, 8 p. 61, 29 Ab eadem lingua πότω, vnde Potio, vnde poculum, potatio, repotatio: *etc.*

REPOTIĀLIS, e. *vt*, Liber repotialis *debetur ingenio Scaligeri.* Feſtus *voce* **REPOTIA** *verbis, quae modo dedimus, adiungit iſta:* Pacuvius in Iliona, Abeo depulſum mamma paedagogandum accipit apportalis liber. *Scaliger* Repotialis liber. *Sed quis eſſet* repotialis liber, *non docet, neque hic, neque Poët. 3, 101 vbi de repotiis. Suſpicatur Dacerius, eſſe natum ipſis* repotiis liberum *ſ. puerum; ſed quomodo cum Pacuuii fragmento conciliari queat haec interpretatio, non docet.* Turn. 13, 25 *eodem modo emendandum putat, quo Scaliger, additque*, Repotialem *vocari videri, qui ad repotia ventitare ſoleret, aut in repotiis liber factus eſſet.*

REPRAECISIO, ōnis. f. Caſtor ſe repraeciſione genitalium liberat Apul. Met. 1 p. 78 *Stew.* *Sed Elmenh.* p. 106, 12 *praeciſione, quod in emendationibus probat.*

REPRAESENTO, āre. [παρίστημι] *Proprie ſignificat in praeſentiam reducere, facere vt denuo praeſens ſit vel eſſe videatur id, quod praeſens fuit, ſed iam non eſt. Sic* Colum. 1, 8, 11 *vult*, Vt villicus ſemper ſe repraeſentet, *i. praeſentiam ſuam reſtituat, adſit ſubinde, cum rediturum non putabant operae. Repetit* 11, 1, 26. *Sic* Viridem ſaporem oliuarum repraeſentat, *reſtituit*, conditura Colum. 12, 47, 8. *In his non ad ſimulacrum qualecunque, ſed ad ipſam rei, de qua agitur praeſentiam refertur. Sic* Horat. Epiſt. 1, 19, 14

Quid? ſi quis vultu toruo ferus ac pede nudo,
Exiguaeque togae ſimulet textore Catonem?
Virtutemne repraeſentet moresque Catonis?

Ergo aliud eſt ſimulare Catonem: *aliud* repraeſentare, *praeſentem ſiſtere, in vitam ipſam reducere*, vitam et mores Catonis. *Hinc ad* Memoriam *et eam quae Phantaſia vocatur a Philoſophis, transferri ſolet.* Quinctil. 11, 2, 1 Nam et omnis diſciplina memoria conſtat, — et exemplorum, legum, reſponſorum, dictorum — velut quasdam copias, quas in promtu ſemper habere debet orator, eadem illa vis repraeſentat, *i. reducit velut in praeſentiam et ſiſtit, quoties opus eſt.* Idem 6, 1, 31 Veſtis illa (*Caeſaris*) ſanguine madens, ita repraeſentauit imaginem ſceleris, vt non occiſus eſſe Caeſar, ſed tum maxime occidi videretur. *Et* 6, 2, 29 Quas φαντασίας Graeci vocant, nos ſane viſiones appellemus, per quas imagines rerum abſentium ita repraeſentantur animo, vt eas cernere oculis, ac praeſentes habere videamus. *Et* 11, 3, 155 Mouendi ratio aut in repraeſentandis eſt, aut imitandis affectibus. *Diſtinguit* repraeſentare *tanquam maius ac potentius quiddam ab* imitari. *Sed ipſe etiam* Cic. pro Sext. 26 c. 11 Erat eodem tempore Senatus in aede Concordiae, quod ipſum templum repraeſentabat memoriam conſulatus mei, *i. reducebat, inſtaurabat, vt tanquam praeſentes inſpicere ſibi viderentur actiones Ciceronis in Conſulatu.* ¶ 2 *Sed etiam ad ſimilitudinem efficiendam adhibetur, vt* Sen. Epiſt. 11 Artifices ſcenici, qui imitantur affectus, qui metum et trepidationem exprimunt, qui triſtitiam repraeſentant, hoc indicio imitantur verecundiam, deiiciunt vultum, verba ſubmittunt, figunt in terram oculos et deprimunt, ruborem ſibi exprimere non poſſunt. Colum. 8, 17, 6 Quantum comminiſci valet hominis ingenium faciem repraeſentare (*i. aſſimilare*) veri maris. Vlpian. l. 1 §. 2 ff. Si is, qui teſtam. liber eſſe iuſſus erit, Culpa dolo proxima dolum repraeſentat, *i. dolo aequiparatur, pro dolo habetur.* ¶ 3 Repraeſentare *eſt ſimpliciter facere, vt aliquid praeſens ſit, i. exhibere, dare, praeſtare, cumque ſedem in primis habeat in re pecuniaria, et inde reliquae formae poſſint intelligi, hinc potiſſimum incipiamus: qua in re more noſtro non refellemus aliter ſentientes, ſed quod*

verum

ꝫerum videtur, eo diligentius explicabimus. *Ergo* repraeſentare pecuniam *eſt praeſentem ſoluere, καταβάλλειν, et numerare, non in diem, non differre etc. ſiue illud*, quod repraeſentamus, *hoc ipſo tempore debeatur, ſiue nondum debitum ante diem numeretur.* Cic. Att. 12, 25 *deliberat de mendo praedio ad monumentum Tulliae ſuae*, Numerato *ait ſe malle*, quam aeſtimatione, *i. praeſenti pecunia potius, quam permutatione praedii alterius, vbi vtrumque aeſtimandum ſit, et inaequalitas tollenda pretio. Pergit*, Vnde ergo numerato *ememus? Reſpondet* HS. DC exprimes ab Hermogene, cum praeſertim neceſſe erit, et domi video eſſe HS. DC. Reliquae pecuniae vel vſuram Silio pendemus, dum a Faberio (*ſoluendam nobis*) vel ab aliquo, qui Faberio debet, repraeſentabimus. *De eadem re agitur* Epiſt. 29 Si qua etiam iactura facienda ſit in repraeſentando, *vid. ibi Gronou. Et* Epiſt. 30 Magno etiam adiumento nobis Hermogenes eſſe poteſt in repraeſentando. *De eadem* Epiſt. 31 Explicare vel repraeſentatione non dubitarem de Silianis, *i. etiam numerata praeſentique pecunia emere hortos illos.* Sueton. Auguſt. c. 101 *de teſtamento ipſius*, Legauit — Praetorianis militibus ſingula millia nummorum — quam ſummam repraeſentari iuſſit, nam et confiſcatam ſemper repoſitamque habuerat. Reliqua legata varie dedit — quibus ſoluendis annuum diem finiit. Sueton. Aug. c. 101 Omnibus dena ſeſtertia repraeſentata, et quinquagena promiſſa. Idem Neron. c. 44 Partem cenſus omnes ordines conferre iuſſit, et inſuper inquilinos priuatarum aedium atque inſularum penſionem annuam repraeſentare fiſco, *i. ſtatim tantundem fiſco inferre, quantum mercedis pro habitatione annua ſolerent ſoluere dominis. Fac eſſe loca, vbi* repraeſentari *dicitur, quod ante diem ſoluitur: tamen* repraeſentantur *etiam quae diu poſt diem primum dictam ſoluuntur, vt* Sueton. Cal. c. 16 Legata ex teſtamento Tiberii, quamquam abolito, ſed et Iuliae Auguſtae, quod Tiberius ſuppreſſerat cum fide ac ſine calumnia repraeſentata perſoluit. *Itaque quod* Vlpian. l. 8 §. 6 D. de Transactionib. Repraeſentatam pecuniam *vocat, quae ante quam debebatur numerata eſt, poterat eadem plane ratione dicere ſimpliciter* numeratam *vel* praeſentem. *Eadem eſt ratio, ſi attendas* l. 36 D. de Conditt. et Demonſtrationib. *Agitur ibi omnino de fideicommiſſo ante diem praeſtando, et dubium non eſt, quin hoc etiam ſit* repraeſentare: *ſed hoc nego in* repraeſentandi *verbo ineſſe vim occupandi, praeueniendi, etc. Eadem plane ratio* l. 57 C. de Epiſcopis et Cler. Quia nec appellatio quidem annui conſeruetur, niſi per ſingulos annos contingat praeſtari, ſi ſemel repraeſentatum poſtea perſolute pereat. *In Graeco eſt καταβληθὲν, et plane eadem ſententia dixiſſet Imperator*, numeratum, ſolutum. *Sed, quam volumus notionem, ICtis pulchre vindicauit C. H. Mullerus in Bibl. miſcel. Hamburg. Vol.* 1 p. 90 *ſeqq. Conf.* REPRAESTO. ¶ 4 *Ad hanc rationem* repraeſentare *ſignificat ſtatim, in praeſenti, et nulla interpoſita mora, facere, dare, praeſtare aliquid.* Caeſ. B. G. 1, 40 Se quod in longiorem diem collaturus fuiſſet (*pro* fuiſſet) repraeſentaturum, et proxima nocte caſtra moturum. Sen. Epiſt. 95 Petis, vt id, quod in diem ſuum dixeram debere differri, repraeſentem, *i. ſtatim faciam.* Frontin. de Aquaed. art. 119 *curatorem aquaeductuum vult aeſtimare*, quae repraeſentanda, quae differenda ſint. Plin. Pan. 25, 2 An mediocris animi eſt, his potius repraeſentare (*ſtatim dare*) quibus magis negari poteſt? A. de B. Alex. 70 Caeſar reſpondet ſe fere aequiſſimum Pharnaci, ſi, quae polliceretur, repraeſentaturus eſſet. Vitruu. 7, 5 *extr.* Chryſocolla, oſtrum, Armenium — a domino, non a redemtore repraeſentantur, *i. dantur, curantur, in natura, vt loquuntur, i. ipſum corpus, non pretium. Sed operae pretium eſt formulas adhuc obſeruatas elementorum ordine diſponere.* Curt. 6, 11, 33 Timuiſſe, ne pater ſeptuaginta natus annos — extingueretur — Feſtinaſſe ergo ſe, dum praemium in manibus haberet, repraeſentare Conſilium. *Sic legendum de ſententia Gronou. de Pec. Vet.* 1, 6 p. 31. Cic. Fam. 16, 14 Dies promiſſorum adeſt, quem etiam repraeſentabo, ſi veneris, *i. faciam ſtatim quod promiſi, vt e manu mittam.* Dolum *vid.* n. 2. Ebrietatem repraeſentari narrant cyclamini radice in vinum addita, *i. ſtatim induci, effici* Plin. 25, 9 ſ. 67. Faciem maris, *vid.* n. 2. Cic. Att. 16, 2 Mihi quidem videntur iſtorum animi incendi ad repraeſentandam improbitatem ſuam, *i. ſtatim, ac citius aliquanto, quam feciſſent, oſtendendam.* Liu. 2, 36 Quum — Minas Iraſque caeleſtes, repraeſentatas caſibus ſuis, expoſuiſſet, *i. non modo minatum ſibi Iouem in ſomnis, ſed minas etiam repraeſentaſſe, ſtatimque exegiſſe denunciatam poenam. Sic* 8, 6 Nam et vera eſſe, et apte ad repraeſentandam Iram Deûm ficta poſſunt, *vt oſtenderetur, Deos ſtatim, et e veſtigio vltos eſſe vicem ſuam.* Iudicia Quinct. 10, 7, 2. *i. ſtatim dare.* Legata, *vid.* n. 3. Cic. Philipp. 2, 118 Quin etiam corpus libenter obtulerim, ſi repraeſentari morte mea libertas ciuitatis poteſt. Libertatem Vlpian. in l. Si pure D. de fideicomm. libert. et Scaeuol. in l. Thais §. 1 eodem tit. Plin. Epiſt. 6, 8, 7 *in formula SCti*, Quum Senatui P. Q. R. liberalitatis gratior repraeſentari nulla Materia poſſet, quam ſi abſtinentiſſimi fideliſſimique cuſtodis principalium opum facultates adiuuare contigiſſet. Medicinam, *i. ſtatim adhibere ac praeſtare* Cic. Fam. 5, 17 *fin.* Neque exſpectare temporis medicinam, quam repraeſentare ratione poſſimus. Memoriam, *vid.* n. 1. Mercedem repraeſentare Sueton. in Claud. c. 18. Frontin. Strat. 1, 11, 2 Quantum quisque numeratae pecuniae aut auri argentique haberet, conferret, vt repraeſentari merces proditoribus poſſet. Necem Sueton. Vitell. c. 10. Seneca Epiſt. 17 Quid in longum te ipſe differs? Exſpectabisne foenoris, aut ex merce compendium? aut tabulas beati ſenis? cum fieri poſſis ſtatim diues. Repraeſentat Opes ſapientia. Poenam repraeſentare, *i. Statim et ſine dilatione exigere* Sueton. Claud. c. 34. Val. Max. 6, 5 ext. 4. Praemia Suet. Ner. c. 5. Spectaculum repraeſentare, *pro ſtatim exhibere* Sueton. in Calig. c. 58. Supplicium repraeſentare, *vt* poenam, *i. ſtatim irrogare* Curt. 10, 1, 39. Sueton. in Claud. c. 34 Tormenta quaeſtionum, poenasque parricidarum repraeſentabat, exigebatque coram. Verbera et plagas, ſaepe vulnera, nonnunquam necem repraeſentantes aduerſantibus Suet. Vit. c. 10. Charmidas, quae quis exegerat Volumina in bibliothecis, legentis modo repraeſentauit Plin. 7, 24. Idem 28, 10 Nam ſi oleum non ſit, vicem eius repraeſentat. Sueton. Ner. c. 21 Flagitantibusque cunctis caeleſtem Vocem — repraeſentaturum ſe pollicitus eſt lubens: ac ſine mora nomen ſuum in albo profitentium citharoedorum iuſſit adſcribi, *etc.*

REPRAESENTANS, antis. Partic. Cael. ad Cic. Fam. 8, 2 Me repraeſentante pronunciatum eſt. *Sed nemo intelligit Gronou. ſuſpicatur*, me in re praeſente.

REPRAESENTĀTVS, a, um. Sueton. Othon. c. 5 Omnibus dena ſeſtertia repraeſentata. Minae caeleſtes repraeſentatae Liu. 2, 36.

REPRAESENTATIO, ōnis. f. [ὑποτύπωσις] Plin. 9, 6 Hoc ſcire orcas, infeſtam his beluam, et cuius imago nulla repraeſentatione exprimi poſſit alia, quam carnis immenſae dentibus truculentae. Plus eſt euidentia, vel, vt alii dicunt, Repraeſentatio, quam perſpicuitas Quinctil. 8, 3, 61. *Deſcribit eam, quam Graeci vocant ἐνάργειαν.* Repraeſentatio, *pecuniae praeſentis et numeratae ſolutio. vid.* REPRAESENTO n. 3. Cic. Att. 12, 31 Si enim Faberianum venderem, explicare vel repraeſentatione non dubitarem de Silianis, ſi modo adduceretur vt venderet. *Sic* Idem ibid. 13, 29 Nomen Dolabellae iam expeditum videtur, vt etiam repraeſentatione confidam.

REPRAESENTĀTOR, ōris. m. Tertull. aduerſ. Praxean c. 24 Filius repraeſentator patris.

REPRAESENTANEVS, a, um. Tertull. Apol. c. 28 *extr.* Repraeſentanea poteſtas *eſt, quae ſtatim repraeſentare ſe ad poenas vel praemia poteſt.*

REPRAESTO, āre. *Quaſi retro et viciſſim praeſtare.* Si non integras (*materias*) repraeſtauerit l. 47 D. act. emt. et vend. Fideicommiſſum eis repraeſtandum l. 22 pr. D. ad SC. Trebell. *Sed C. H. Mullerus in Bibl. Miſc. Hamb.* P. I p. 94 *vtroque loco verbum* Repraeſentare *ſubſtituendum magna cum ſpecie veri contendit. Sic* Iuſtin. 11, 12 Polliceturque ſe praeſtaturum ea Dario, ſi ſecundus ſibi, non par haberi velit. MSS. praeſentaturum: *Gronou. de Pec. Vet.* 1, 6 p. 30 *coniicit* repraeſentaturum.

REPREHENDO, *vel per Syncopen* REPRENDO, di, ſum, ĕre. [ἀντιλαμβάνω, μέμφομαι, ἐπιπλήττω, ἐπιτιμάω] *Retrahere, quaſi Retro prehendere, et corripere.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 19 Reprehende hominem, adſequere. Propert. 3, 19, 9 Quam poſſit noſtros quisquam reprehendere curſus. *Aliquem* ab exitio Lucret. 6, 568 *retrahendo ſeruare.* Phaedr. 5, 8, 3 *de occaſione, quam Graeca ratione, καιρὸν, virum facit*, Quem ſi occuparis, teneas: elapſum ſemel non ipſe poſſit Iupiter reprehendere. Cic. Verr. 3 c. 20 Quod erat imprudentia praetermiſſum, id quaeſtu ac tempore admonitus reprehendiſti, *i. reuocaſti, retractaſti.* Verſus antiquus *laudatur ab* Hieronymo Ep. 2, 15 it. ſq. Aegre reprehendas, quod finis conſueſcere. Cic. Acad. 4 139 c. 45 Reuocat virtus, vel potius reprehendit manu, pecudum illos motus eſſe dicit, hominem iungit Deo. Vel illae, quae me heri Pallio reprehenderunt Plaut. Mil. 1, 1, 59. *add.* Epid. 1, 1, 1. Heinſ. *ad* Ouid. Met. 15, 235. Verba elapſa reprendere Ouid. Epiſt. 11, 53. Lucret. 3, 598

Animo malefactum cum perhibetur,
Aut animam liquiſſe, vbi iam trepidatur, et omnes
Extremum cupiunt vires reprendere vinclum.

i. retinere vnionem illam inter corpus et animam. Ter. Adelph. 4, 4, 15 Senſi illico id illas ſuſpicari, ſed me reprehendi tamen, ne quid de fratre garrulae illi dicerem, ac fieret palam, *i. continuo. al. eadem ſententia* repreſſi. ¶ 2 *Metaphora frequentiſſima* Reprehendere *eſt ab inſtituto, vel facto noxio alterum verbis et caſtigationibus reuocare et velut retrahere.* Colum. 11, 1, 9 Reprehendiſſe peccantem non ſatis eſt, ſi non et recti viam doceas. Cic. Acad. 4, 65 Nam ſi minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coërcetur. Plerique mortales ad iudicandum ſatis ingenii habent aut ſimulant, veruntamen ad reprehendenda aliena facta aut dicta, ardet omnibus animus Salluſt. ad Caeſ. Orat. 1. Reprehendere et exagitare aliquem Cic. in Orat. 26. Diſceſſum alicuius reprehendere et ſubaccuſare Idem pro Planc. 86. Factum alicuius Ouid. Epiſt. 20, 49. Iuſtius reprehendi Hor. Serm. 2, 4, 86. Se ipſe reprehendit Nep. 14, 5, 1. Studia aliena Hor. Epiſt. 1, 18, 39. In aliquo vitio reprehendi Cic. in Partit. 129 c. 37. Sunt quidam proprii ſoni, quibus nonnunquam nationes reprehendimus Quinctil. 1, 5, 33. *Burm. putat leg.* deprehendimus: *ſed etiam reprehendunt et irrident ſe homines, ob diuerſitatem ſonorum, mutuo.*

REPREHENSVS, a, um. Partic. *Retractus. De fugitiuis* Curt. 4, 14, 2 Reprehenſos ex fuga Perſas pugnaturos. Plaut. Bacch. 2, 3, 130 Si ero reprehenſus: *praecedit* Aufugero. Ouid. Met. 15, 526 *de nece Hippolyti*, Membra rapi partim, partim reprenſa (*a ſtirpibus, auelli et ſic*) relinqui. Locus reprehenſus, qui praeteritus negligentia eſt, *i. denuo tractatus* Ter. Adelph. Prol. v. 14. *Item Culpatus.* Nepos 4, 1, 3 Pauſanias in eo reprehenſus, *etc. vid.* Hor. Serm. 1, 10, 55 Cum de ſe loquitur (*Lucilius*) non vt maiore reprenſis. *Ita de ſe loquitur, vt appareat, ipſum non videri ſibi maiorem his, quos reprehendit.*

REPREHENSIO, ōnis. f. [ἐπιτίμησις] Cic. de Finib. 1, 1 Quamobrem differentium inter ſe reprehenſiones non ſunt vituperandae. Non indigna laude Quinctil. 3, 11. Leuis reprehenſio, *vid.* LEVIS. Abeſſe a reprehenſione temeritatis Cic. Fam. 10, 23. Quinctil. 5, 7 Si reprehenſionem non capit ipſa perſona, infamare ſignatores licet. *de teſtibus.* Fugere reprehenſionem Cic. Att. 10, 3. Incurrere in varias reprehenſiones Idem de Finib. 1, 1. Vereri reprehenſionem doctorum atque prudentium Idem in Orat. 1.

REPREHENSOR, ōris. m. [ἐπιτιμητὴς] Cic. de Nat. Deor. 2, 20 Nam vt profluens amnis, aut vix, aut nullo modo, concluſa autem aqua facile corrumpitur: ſic orationis flumine reprehenſoris vitia diluuntur. Factum reprehenſore caruit Valer. Max. 6, 3, 9. Delicti reprehenſor Ouid. Epiſt. 17, 219. Cic. de Opt. gen. Orat. 18 c. 6 Duo genera reprehenſorum.

REPREHENSO, āre. Frequentat. [ἐπαναλαμβάνω] Liu. 2, 10 Reprehenſans ſingulos, obſiſtens, obteſtansque deûm et hominum fidem, teſtabatur, nequidquam deſerto praeſidio eos fugere.

REPREHENSIBILIS, e. Adi. *Vt*, Ebrietas reprehenſibilis Saluian. de Gubern. Dei 4 p. 141. *Conf.* Vulg. Galat. 2, 11.

REPREHENSIBILĬTER. Adu. Rufinus in Apologet. Libellus reprehenſibiliter ſcriptus.

REPRESSOR, REPRESSVS, *vid.* REPRIMO.

REPRĬMO, preſſi, preſſum, ĕre. [ἀναστέλλω, καταστέλλω, ἐπιστομίζω] *Retro premere conantem progredi vel erumpere, continere, cohibere. Metaphorice fere vſurpatur.* Ter. Adelph. 5, 3, 8 Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi. D. repreſſi, redii: mitto maledicta omnia. Cic. de Legib. 2, 51 c. 17 Reprimam iam me, nec inſequar longius, eoque minus, quo plus poenarum habeo quam petiui. Cic. de Finib. 1, 2 Difficilem quandam temperantiam poſtulant in eo, quod ſemel iam miſſum coërceri, reprimique non poteſt. Bella naſcentia repreſſit Claud. de Bell. Get. 400. Conatus hominum reprimere Cic. Verr. 2, 64 c. 26. Conſuetudinem peccandi Idem Verr. 2, 53. Curſum Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 93. Dextram Virg. Aen. 12, 939. Enſem Stat. Theb. 11, 309. Cic. Philipp. 11, 23 Hanc quaeſo pro tua ſingulari ſapientia reprime Famam, atque effice, ne id, quod non curas,

curas, cupere videare. Ferocitatem alicuius Cic. Off. 2, 40 c. 11. Fletu reprimi ne quid ſcribamus Cic. Att. 11, 5. Fluuium redundantem Idem de Diuin. 2, 69. Furorem exultantem Cic. pro Sext. 95 c. 44. Gemitum virtute Ouid. Met. 9, 163. Impetum populi Cic. de Legib. 3, 27 c. 12. Iram repreſſit pudore Ouid. Met. 1, 755. Cic. Att. 10, 1 Dubitauerat noſtrûm nemo, quin Caeſar Itinera repreſſiſſet. Liquorem reprimere, cum ſatis viſum fuerit fluxiſſe, *e naribus* Scribon. 8. Cic. Att. 4, 15 Nunc reprimam ſuſceptam Obiurgationem. Peſtis haec Reip. paulliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poteſt Cic. Cat. 1, 30. Pedem repreſſit retro Virg. Aen. 2, 378. Cic. Verr. 5, 73 Fit in eo gemitus omnium et clamor, cum tamen a praeſenti ſupplicio tuo ſe continuit Pop. Rom. et repreſſit, et ſalutis ſuae rationem Iudicum celeritati reſeruauit. Plin. in Paneg. 83 Eſt magnificum, quod te ab omni contagione vitiorum reprimis, ac reuocas: ſed magnificentius, quod tuos.

REPRIMENS, entis. Partic. Reprimentia *medicamenta*, *vt* verbenae, *ap.* Celſ. 3, 18.

REPRESSVS, a, um. Partic. [κατεσταλμένος] Cic. pro Lege Manil. 13 c. 5 Tamen impetus hoſtium repreſſos eſſe intelligunt ac retardatos. Fuga repreſſa Cic. Att. 7, 26.

REPRESSE. Adu. Gell. 12, 11 Repreſſius pudentiusque peccabitur. *al. Suppreſſius.* Agere Ammian. 29, 14.

REPRESSOR, ōris. m. [κατασταλτής] Cic. pro Sext. 144 c. vlt. Exſtinctorem domeſtici latrocinii, repreſſorem caedis quotidianae, defenſorem templorum atque tectorum, *etc.* Tributorum Eutrop. 10, 8. *de Iuliano.*

REPRŎBO, āre. [ἀθετέω, ἀποδοκιμάζω Gloſſ. Lat. Gr.] *Improbare, reiicere. Laudabatur olim* Cic. Acad. 4, 4 Qui quum Zenonis fuiſſet auditor, reprobauit ea, quae ille verbis, Nihil eſſe bonum, niſi virtutem. *Sed diu eſt, cum recte ibi editur*, Re probauit, *diſiunctim. Idem acciderat* Cic. de Amic. 24 c. 7 Atque hoc quidem omnes mortales et intelligunt, et re probant. *Itaque relinquitur, quod ſciam ſolus locus* Cic. de Finib. 1, 23 c. 7 Confirmat autem illud vel maxime, quod ipſa natura, vt ait ille, aſciſcat et reprobet, id eſt (*forte leg.* eſſe) voluptatem et dolorem. *Eſt ſane verbum bona aetate rariſſimum: quo nec* Lucretium, Virgilium, Horatium, Ouidium, Valerium Maximum, Plinium vtrumque, quin ne Apuleium quidem, Claudianum, Auſonium *caet. vſos eſſe, boni Indices perſuadent. Legitur quidem* Quinctil. 6 Pr. 3 DIs reprobantibus; *ſed plures libri habent* repugnantibus: *et Ciceronis l. c. non ſatis certus, in his quidem, quae proxime praecedunt, aperte mancus eſt. Vereor itaque ne ICtis relinquendum ſit, apud quos dicitur* reprobari medicus l. 11 §. 3 D. de muner. et honor. Paullus Sentent. 5, 25, 1 Qui vultu principis ſignatam monetam reprobauerit. Reprobari teſtimonium *dicitur* l. 21 D. de his, qui not. infam.

REPROBĀTVS, a, um. Partic. Scaeuola ICt. Statuas Imperatorum reprobatas conflare.

REPROBATIO, ōnis. f. Tertull. Apol. c. 13 Nec electio ſine reprobatione. *Add.* Idem adu. Iud. c. 14. *Et* adu. Marc. 4, 35. *et* de Fuga in Perſec. c. 1.

REPROBĀTOR, ōris. m. Auguſtin. *Vnde*

REPROBĀTRIX, īcis. f. Tertull. contr. Marc. 4, 36 Diſciplina reprobatrix ſuperbiae.

REPROBABILIS, e. Adi. *Dignus, qui reprobetur.* Reprobabili mente Interpr. Iren. 4, 54. Reprobabilem conſecrare Sariſb. 7, 20.

REPROBATICIVS, a, um. *Idem.* ἀποδοκιμαστέος Gloſſ. Lat. Gr.

REPRŎBVS, a, um. Adi. [ἀδόκιμος Gloſſ. Lat. Gr.] Vulg. Interpr. Rom. 1, 28. Vlpian. l. 24 §. 1 ff. de pign. act. Qui reprobos numos ſoluit creditori.

REPROMITTO, miſi, miſſum, ĕre. *Spondere ſtipulanti.* Plaut. Aſin. 2, 4, 48 Verum iſtuc argentum tamen mihi ſi vis denumerare, repromittam iſtoc nomine ſolutam rem futuram. *i. Stipulatione a te facta me obſtringam.* Cic. de Clar. Orat. 18 c. 5 Non me hercule, inquit, tibi repromittere iſtuc quidem auſus ſim. Aur. Vict. de Viris Illuſtr. 2 Illa petiit, quod illi in ſiniſtris manibus gerebant, videlicet annulos, armillas: quibus doloſe repromiſſis, Sabinos in arcem perduxit. Ibid. 12 Necem regis repromittens. Cic. pro Roſc. Com. 37 Repromittis tu abhinc triennium Roſcio? quid? recita iſtam reſtipulationem clarius. Repromittere *et* Promittere *in ſtipulationibus idem eſſe, colligitur etiam ex* Plauti Curc. 5, 2, 68 Ille ita repromiſit mihi, Si quiſquam hanc liberali aſſeruiſſet manu, ſine controuerſia omne argentum reddere. *De eadem re 5, 3, 31* Promiſtin' ſi liberali quiſquam hanc aſſereret manu, Te omne argentum redditurum? *etc.* Repromittit *ergo, qui ſtipulanti promittit, qui nuda ſtipulatione ſe obligat.* Paullus ICtus l. Non ſolum D. De operis noui nunciatione, Si quum iure poſſem te prohibere nunciauero tibi opus nouum, non alias aedificandi ius habebis, quam ſi ſatis dederis. Quod ſi nunciauero tibi, ne quid contra leges in loco publico facias, repromittere debebis: quoniam de eo opere, alieno iure contendo, non meo: et tanquam alieni iuris petitor, repromiſſione contentus eſſe debeo. *conf.* l. 9 §. 7 Dig. quod met. cauſa, *etc.* Suet. in Claud. c. 20 Quum quidam priuato ſumtu emiſſuros ſe repromitterent, ſi ſibi ſiccati agri concederentur. *Conf.* Plaut. Curc. 5, 3, 63.

REPROMISSVS, a, um. Adi. Aurel. Vict. de Vir. Illuſtr. 2 Annulis et armillis doloſe repromiſſis.

REPROMISSIO, ōnis. f. Cic. pro Roſc. Com. 39 c. 13 Roſcius, qui ex iuriſperitorum conſilio et auctoritate reſtipularetur a Fannio diligenter, vt quod is exegiſſet a Flauio, dimidiam partem ſibi diſſolveret, ſi quidem ſine cautione et repromiſſione nihilominus id Fannius ſocietati, hoc eſt, Roſcio debebat. *Add. ib. extr.* De repromiſſione in ſponſalibus, *vid. Taubm. ad* Plaut. Aul. p. 183. Terra repromiſſionis, *i. promiſſa* Ambroſ. Serm. 18 T. 5 p. 23. *Conf.* Tertull. adu. Haeret. c. 8.

REPROPITIO, āre. *Expiare.* Tertull. ad Nation. 1, 17 Neque imagines Caeſarum repropitiando hoſtes Populi nuncupamur. Repropitiari, *Paſſ.* Vulg. Leuit. 19, 22.

REPTABVNDVS, REPTILE, REPTO, *vid.* REPO.

REPVBESCO, ĕre. [ἀνηβάω] *Rurſum pubeſcere, iuuenem fieri.* Colum. 2, 1, 4 Non ergo eſt exiguarum frugum cauſa terrae vetuſtas, ſi modo quum ſemel inuaſit ſenectus, regreſſum non habet, nec reuireſcere, nec repubeſcere poteſt.

REPVDIVM, i. n. [ἀποστάσιον, ἀποπομπή] *Proprie dicitur Recuſatio ea, qua ſponſus ſponſam, vel vir vxorem dimittit, et a ſe reiicit ob rem aliquam pudendam.* Quinctil. 7, 4, 38 Simpliciores illae quaeſtiones iniuſti repudii: ſub qua lege controuerſiae illud proprium habent, quod a parte accuſantis (*v. g.* repudiatae) defenſio eſt (*ſe non commeruiſſe repudium*) et defendentis (*repudium a ſe miſſum*) accuſatio (*vxoris quam repudiauit*). Libellus repudii Vulg. Matth. 19, 7. Gaius l. 2 §. 2 D. de diuortiis et repudiis, In repudiis, i. e. Renunciatione comprobata ſunt haec verba, Res tuas tibi habeto. *Item haec,* Tuas res tibi agito. In ſponſalibus — Tua conditione non vtor. *Conf.* Iſidor. 9, 8. Repudium Verrius ait dictum quod fit ob rem pudendam. Feſtus. Repudio eiecta Acc. ap. eundem. Papinian. l. 8 D. de Diuortiis et repud. Diuus Hadrianus eum, qui alienam vxorem ex itinere domum ſuam duxiſſet, et inde marito eius repudium (*ſine dubio nomine mulieris*) miſiſſet, in triennium relegauit. Repudium alicui remittere Ter. Phorm. 5, 6, 35. Dicitur et Mittere repudium. *Add.* Plaut. Aul. 4, 10, 69. *Vid. poſt, in* REPVDIO. Repudium renunciare Ter. Phorm. 4, 3, 73. *Metaph.* Plerique naufragio liberati exinde repudium et naui et mari dicunt Tertull. de Poenit. c. 7.

REPVDIO, āre. [ἀποπέμπω, ἀπωθῶ, ἀφοσιόομαι] *Matrimonium dirimere ac dimittere a ſe coniugem.* Sueton. in Caeſ. c. 1 Neque vt repudiaret illam compelli a Dictatore Sulla vllo modo potuit. Repudiat *etiam maritum vxor.* Quinctil. 7, 8, 2 Saepe ſecubanti amatorium dedit, eundem repudiauit. Vlpian. l. 4 De diuortiis, Iulianus l. 18 Digeſtorum quaerit, an furioſa repudium mittere, vel repudiari poſſit: et ſcribit furioſam repudiari poſſe: repudiare autem non poſſe, *etc.* ¶ 2 Repudiare *latius patet, vt ſit recuſare, reſpuere, aſpernari.* Ter. Andr. 4, 4, 12 Repudio conſilium quod primum intenderam. Idem Adel. 5, 4, 4 Et quae tibi putaris prima, in experiundo repudies. Idem Andr. 1, 5, 15 Quod modis contemtus, ſpretus! Facta, transacta omnia: hem, repudiatus repetor. A parente repudiatus Cic. pro Mur. c. 5. Vatin. ad Cic. Fam. 5, 9 Non, puto, repudiabis in honore, quem in periculo recepiſti. Reip. qui non paret, ipſe eſt totus repudiandus Cic. Phil. 8 c. 8. Repudiare et Aſſumere, *contraria* Cic. in Orat. 209. Cic. de Finib. 2, 76 Metrodorum non putant ipſum profeſſum: ſed quum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum Beneficium noluiſſet. Conditionem repudiare aequiſſimam Cic. pro Quint. 46 c. 14. Cuſtodem repudiat fides mea Cic. Diu. in Caec. 51 c. 16. *i. ita nota eſt fides mea, vt cuſtode opus non ſit.* Gratiam alicuius repudiare Caeſ. Bell. Gall. 1, 40. Iracundia omnibus in rebus repudianda eſt Cic. Off. 1, 89 c. 25 *extr.* Repudiata reiectaque Legatio Cic. Phil. 9 c. 6. Morem patrium contumaciter repudiare, *vid.* CONTVMAX. Cic. pro Font. 38 Cauete, ne periculoſum ſuperbumque ſit, eius vos obſecrationem repudiare, cuius preces ſi dii aſpernarentur, haec ſalua eſſe non poſſent. Cic. Att. 2, 19 Honeſtior haec declinatio Periculi, ſed ego hoc non repudio. Senſum communem naturae Cic. pro Dom. c. 36. Preces Idem pro Dom. c. 10. Verba repudiata Quinct. 1, 5, 71. *et* 3, 6, 32. Cic. Verr. 1, 98 Eorum ego Voluntatem omnium repudiaui: non modo proditori, ſed ne perfugae quidem locus in meis caſtris cuiquam fuit. Idem pro Cluent. 201 c. 70 Cuius Vota et preces a veſtris mentibus repudiare debetis. Auctoritas alicuius repudiata, *h. e. Neglecta ratio illius non habita* Cic. Verr. 1, 153. Funditus repudiare aliquid Idem in Orat. 25. Repudiatus, *pro Repulſo in comitiis.* Cic. pro Planc. 50 c. 20 Nunquam enim nobilitas, praeſertim integra atque innocens, Populo Rom. ſupplex, repudiata fuit.

REPVDIATIO, ōnis. f. [ἀποπομπή] Cic. Att. 12, 51 Sed mihi ſimulatio pro repudiatione fuerit. Repudiatio ſupplicum ſuperbiam coarguit Cic. pro Mur. c. 4.

REPVDIĀTOR, ōris. m. *Qui repudiat.* Tertull. adu. Marc. 1, 14 Marcionita repudiator creatoris.

REPVDIŌSVS, a, um. Adi. Plaut. Perſ. 3, 1, 56 Verum videto, me vbi voles nuptum dare, ne haec fama faciat repudioſas nuptias. *i. Vt nemo velit me habere vxorem propter hanc famam.*

REPVERASCO, ĕre. [ἀνανηπιεύομαι] *In puerilem aetatem vel conditionem reuerti: in contemtum ſumitur.* Plaut. Merc. 2, 2, 25 Senex cum extemplo eſt, iam nec ſentit nec ſapit: Aiunt ſolere rurſum eum repueraſcere. *Sed* Cic. de Senect. 83 c. vlt. Et ſi quis deus largiatur, vt ex hac aetate repueraſcam, et in cunis vagiam, Valde recuſem. *Vetus exemplar legit* Repueriſcam. Idem de Orat. 2, 22 c. 6 Quum is diceret ſocerum ſuum Laelium ſemper fere cum Scipione ſolitum ruſticari, eoſque incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos, quum rus ex vrbe, tanquam ex vinculis euolauiſſent.

REPVGNO, āre. [ἀντιμάχομαι, ἀνθίσταμαι, ἀνταγωνίζομαι] *Pugnare contra aliquem, contradicere, refragari, obſiſtere.* Cic. de Amicit. 64 Cum omnium rerum ſimulatio eſt vitioſa (tollit enim iudicium veri, idque adulterat) tum amicitiae repugnat maxime. Non pugnare, ſed repugnare Cn. Magnus Domitio *ſub* Cic. Att. 8, 19. Idem Fam. 5, 2 Quare non ego oppugnaui fratrem tuum, ſed fratri tuo repugnaui. Dictis et factis repugnare et reſiſtere crudelitati Cic. pro Rabir. 15 c. 5. Idem Fam. 1, 2 Conſules neque concedebant, neque valde repugnabant. Vterque (*Caeſar et Pompeius*) repugnare vult Cic. Att. 8, 11 p. 785 *Gr. Sed videtur ſphalma pro* regnare. Nimium repugnare Ouid. de Arte Am. 1, 127. Cic. Tuſc. 5, 17 His autem perturbationibus, quas in vita hominum ſtultitia quaſi quaſdam furias immittit atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum eſt. Amori foedo Ouid. Met. 10, 319. Dictis Idem ibid. 2, 103. In vna parte repugnare Ouid. Met. 15, 854. Repugnant haec inter ſe Cic. Tuſc. 3, 72 c. 29. Idem pro Roſc. Com. 51 c. 17 Hoc cum ſentit Saturius eſſe apertum, reſiſtere et repugnare contra veritatem non audet. Quinctil. 8 prooem. Circa quae, ſi is, qui inſtituitur, non repugnarit, primum ad caetera habiturus eſt curſum. Cum ſaepe obnitens repugnaſſet Paterc. 2, 89. Cum id cenſuiſſet Caſſius, Brutus repugnauerat Vell. 2, 58, 2.

REPVGNANS, antis. Partic. [ἀντιμαχόμενος] Plin. 8, 16 Ita vt deuinciatur non repugnans. Cic. Offic. 1, 110 c. 31 Nihil decet inuita (vt aiunt) Minerua, id eſt, aduerſante et repugnante natura. *Add.* Idem Topic. c. 3 *ſeqq.* Cede repugnanti Ouid. de Arte Am. 2, 197. *Add.* Nep. 15, 9, 2. *Compar.* Quo quid repugnantius dici poſſit Lactant. de Ira Dei 9.

REPVGNATIO, ōnis. f. *Actus repugnandi.* Apul. de Phil. Platon. p. 9 Repugnationes nociuae.

REPVGNATOR, ōris. m. Beda Hiſt. Eccl. Angl. 1, 17.

REPVGNATORIVS, a, um. *Ad repugnandum utilis.* Vitruu. 10 vlt. In repugnatoriis rebus non tantum machinae, ſed etiam maxime conſilia ſunt comparanda.

REPVGNANTIA, ae. f. [ἐναντιότης] Cic. Philipp. 2, 19 c. 8

Sed

ſed qui tantarum rerum repugnantiam non videas, nihil profecto ſa-nis. Panaetius induxit eam, quae videretur eſſe, non quae eſſet, epugnantiam, *inter vtilitatem et honeſtatem* Cic. Off. 3, 34 c. 7.

REPVGNAX, ācis. Adi. [ἀντίμαχος] *Qui obſiſtit et reluctatur.* Cic. de Orat. 1, 95 c. 20 *extr.* Quibus dicere Carneades ſolebat, inge-nium tuum Craſſe vehementer admirans, me ſibi perfacilem in audien-do, te repugnacem in diſputando eſſe viſum. *Sed editur a Grutero nde* Perpugnacem, *ſine mentione varietatis.*

REPVGNANTER. Adu. [ἐναντιωμένως] *Cui contrarium eſt* Pa-tienter. Cic. de Amicit. 93 c. 25 Vt igitur et monere, et moneri, pro-prium eſt verae amicitiae: et alterum libere facere, non aſpere: al-terum, patienter accipere, non repugnanter. Non repugnanter Am-mian. 20, 19.

REPVLLESCO, *vid.* REPVLLVLASCO.

REPVLLVLO, āre. [ἀναβλαστάνω] *Iterum pullulare, ſ. ſurculos mittere, de arboribus.* Plin. 16, 20 Larix vſtis radicibus non repullu-lat, picea repullulat. Repullulare e radicibus Plin. 16, 44.

REPVLLVLASCO *vel* REPVLLVLESCO, *ſeu denique, vt eſt in optimis libris* REPVLLESCO, ĕre. [ἀναβλαστέω] *Rurſum pullu-laſcere, et nouos pullos ſ. ſurculos emittere: et de arboribus ac plantis fere ſemper dicitur.* Columel. 4, 22, 5 Quoniam fere plurimarum ſtir-pium natura ſic ſe commodat, vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repulleſcant. *Sic eſt in vetuſtis. Al.* repullulefcant. Ibid. 24, 4 Nam praeſtat ex vulnere ſobolem repulleſcentem vellere, quam nodo-ſam et ſcabram plagam relinquere.

REPVLSA, *etc. vid. ſub* REPELLO.

REPVMĬCO, āre. *Videtur a* Pumice *deductum, vt ſit quaſi Pumi-ce expolire. Vnde*

REPVMICATIO, ōnis. f. *in arboribus dicitur, quando gemmae hirſutae propter frigus, expoliuntur ipſo Vere.* Plin. 17, 26 *vbi de re-mediis* arborum, Item ſucco emiſſo quibusdam veluti detractio ſan-guinis circumraſi corticis, vitium extenuatio, et domitura palmitum. Gemmas ſi frigus retorridas hirſutasque fecerit, repumicatio, et quae-dam politura. *Leuigationem dicit, qua aſperitas tollitur.*

REPVNGO, pupugi *et* punxi, punctum, ĕre. [ἀντιστίζω] *Viciſſim pungere.* Cic. Fam. 1, 9 Quoniamque illi haberent ſuum Publium, da-rent mihi ipſi alium Publium, in quo poſſem illorum animos medio-criter laceſſitus leuiter repungere.

REPVRGO, āre. [ἀνακαθαίρω] *Purgare quod ſordidum fuerat, ac mundare.* Plin. 19, 10 Enecatur cyminum ab imo dorſo, niſi repur-getur. Hortum Curt. 4, 1, 21. Humum repurgare Ouid. de Nuce 125. Iter Liu. 44, 4 *extr.* Nomas repurgare Plin. 23, 4. Caelum repurgatum Ouid. Met. 5, 286. Repurgatus in ſinceriſſi-mum nitorem Senec. Epiſt. 67 (66)

REPVRGIVM, i. n. *a repurgando. Vtuntur* Iuſtinianus, C. de aquaeductibus, *it.* Cod. Theodoſ. l. 1. h. t. Repurgium formarum facere. *et* Ambroſius ad Theodoſium Epiſt. 17 Non audiſti Impera-tor, quia quum iuſſiſſet Iulianus reparari templum Hieroſolymis, di-uino qui faciebant repurgium, igne cremarint.

REPVTESCO, ĕre. *Putidum fieri, putreſcere.* Ne aliqua ſepul-turae conditione reputeſceret Tertull. de Anima c. 32 *pr.*

REPV̆TO, āre. [λογίζομαι, ἀναλογίζομαι] *Iterum iterumque ſ. di-ligenter putare. Interdum forte verum eſt illud,* Putamus inſtantia, re-putamus praeterita Donat. *ad* Ter. Eun. 4, 2, 4. *Sed multo conſue-tius ſignificat Multum ac diu cogitare, conſiderare, ſecum voluere.* Ter. Eun. 3, 5, 44 Dum haec mecum reputo, accerſitur lauatum interea virgo. Idem Andr. 2, 6, 11 Etenim eam ſecum rem recta reputa-uit via. Cic. Fam. 1, 9 Tamen non reputans quid ille vellet. Idem de Nat. Deor. 2, 119 Hunc horum nihil vnquam reputauiſſe cer-to ſcio. Tecum ipſe reputa furores Sidonios Sil. 17, 347. Non facile eſt reputare, vtrum, *etc.* Pſeudo-Cic. in Salluſt. 14. ¶ 2 Reputare, *pro Imputare.* Modeſtinus in l. Nihil intereſt, §. Si quum filius, D. de inofficioſo teſtamento, Tamen eſt aliquid, quod teſtatoris vitio reputetur, vt merito repellendus non ſit. Reputare, *Com-putare, compenſare* Vlpian. in l. 1 §. Si pupillus, D. de tutel. et ratio-nibus diſtrah. Item ſumtus litis tutor reputabit, et viatica, ſi ex offi-cio neceſſe habuit aliquo exire vel proficiſci Papin. in l. Sed ſi nondum, D. de relig. et ſumt. funer. Sed ſi nondum pater dotem recuperaue-rit: vir ſolus conuenietur, reputaturus patri, quod eo nomine prae-ſtiterit.

REPVTATIO, ōnis. f. [ἀναλογισμὸς] *Conſideratio.* Similitu-dinum in mente reputatio eſt Plin. 7, 12. Qua in reputatione miſereri ſortis humanae ſubit Plin. 25, 3. *Conf.* Idem 18, 1. *Et* 20, 37. Gell. 12, 5 Per incrementa aetatis exorta e ſeminibus ſuis ratio eſt, et vtendi conſilii reputatio, et honeſti contemplatio. Plin. Paneg. 70 Ingenia hebetabat miſera ſed vera reputatio, *etc.* Repu-tatio, *pro Computatione apud* Caium in l. Item ex diuerſo, D. familiae erciſcundae. Si iudex aut reputationes inter eos fecerit, aut curauerit cautiones interponi, quibus inter eos communicentur commoda et in-commoda. Marcellus in l. Titia, D. de ſolutionibus, Titia, quum propter dotem bona mariti poſſideret, omnia pro domina egit: redi-tus exegit, et mouentia diſtraxit. quaero an ea, quae ex re mariti percepit, in dotem ei reputari debeant? Marcellus reſpondit, reputa-tionem eius quod proponeretur, non iniquam videri.

R E Q

REQVIES, ēi *vel* ētis. f. [ἀνάπαυσις, ἡσυχία] *Quieſcendi actus, vel conditio et ſtatus. Praepoſitio indicat, praeceſſiſſe laborem.* Cic. de Senect. 52 c. 15 Vt meae ſenectutis requietem, oblectamentumque no-ſcatis. Chariſius 1 p. 52 *extr.* Cicero *requietem* dixit, ad Hoſtilium. *Sic* de Legib. 2, 2 In his ipſis rebus, quae ad requietem animi dele-ctationemque quaeruntur, natura dominatur. *Vid.* n. 2 Habere *et* Quaerere requietem. Labori requies haec erat Ouid. Met. 7, 812. Cic. de Finib. 1, 49 c. 15 Et ad dolores ita paratus eſt, vt meminerit maximos morte finiri, paruos multa habere interualla requietis. Sine requie moueri Scribon. 220. In amicitia Scipionis, requies plena oblectationis mihi fuit Cic. de Amicit. 103. Virg. Aen. 4, 433 Tempus inane peto, requiem ſpatiumque furori. Tantum temporis quantum ad animi et corporis requiem conceditur Cic. pro Arch. 13 c. 6. Tac. Ann. 2, 33, 4 Quae ad requiem animi aut ſa-lubritatem corporum parantur. Bellorum requies, *i. A bellis* Stat. Theb. 3, 295. Doloris feri requies Ouid. de Arte Am. 2, 490. Curarum requies animi oblectatio Cic. Off. 2, 6. Curae medicina et requies Ouid. Triſt. 4, 10, 118. Laborum certa requies Virg. Aen. 3, 393. Laboris grata requies Ouid. ad Liuiam 306. Mali nulla requies erat Lucret. 6, 1176. Pugnae requiem ſperabant Virg. Aen. 12, 241. Senectae meae ſera requies Idem ibid. 9, 481. Ouid. Epiſt. 4, 89 Quod caret alterna requie durabile non eſt. Moe-ſta Stat. Theb. 8, 161. Tutior Ouid. Met. 8, 557. ¶ 2 *Verba:* Attulit pugna requiem multorum dierum Ouid. Met. 12, 146. Dare requiem ab opere Columel. 6, 14. Et qui requiemque mo-dumque Voce dabat remis Ouid. Met. 3, 618. Cic. Att. 1, 15 Ita ſum ab hominibus deſtitutus, vt tantum requietis Habeam, quantum cum vxore et filiola et mellito Cicerone conſumitur. Negare re-quiem Ouid. Met. 10, 135. Petit exiguam requiem Idem ibid. 4, 622. Poſcunt requiem ſocii Ouid. Epiſt. 7, 175. Cic. de Finib. 5, 54 c. 19 Itaque ſi aut requietem natura non quaereret, aut eam poſſet alia quadam ratione conſequi. Et ſibi dum requiem, dum riſus vndique Quaerit Hor. Epiſt. 1, 7, 79. Cic. Fam. 5, 14 Vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quaerat ex magnis occupa-tionibus. *De defunctis:* DIVO CONSTANTIO RE-QVIES OPTIME MERITO Inſcr. Numi Conſt. Chlori *ap.* Mediobarb. p. 440.

REQVIESCO, ēui, ētum, ĕre. [ἀναπαύομαι, ῥαστωνεύω] *Simplici* Quieſco *addere videtur reſpectum ad praecedentem laborem. Ac frequen-ter idem eſt quod dormire.* Virg. Ecl. 1, 80 Hîc tamen hac mecum po-teris requieſcere nocte Fronde ſuper viridi. Lecto requieſcere Tibull. 1, 1, 43. Humo Ouid. Met. 10, 556. Somno molli Catul. ad Mallium ſ. 66, 5. Noctes longas Tibul. 3, 7, 21. *Sed latius patet, et ad omnem remiſſionem laboris et curarum refertur.* Cic. Verr. 4, 137 c. 61 Quum diutius in eo negotio curaque fueram, vt requieſce-rem, curamque animi remitterem, ad Carpinatii praeclaras tabulas reuertebar. Cic. Tuſc. 1, 107 c. 44 Vbi remiſſa humana vita cor-pus requieſcat a malis. *Ex Ennio.* A turba rerum Ouid. ex Pont. 4, 5, 27. In lectione Poëtarum Quinctil. 10, 1, 27. *Sed* 1, 12, 4 Stilus requieſcit lectione. Cic. Att. 8, 22 Et ſimul (crede mihi) requieſco paullum in his miſeriis, quum quaſi tecum loquor. Cic. de Diuin. 1, 104 c. 46 Quum virgo ſtaret, et Caecilia in ſella ſederet, neque diu vlla vox exſtitiſſet, puellam defatigatam petiiſſe a matertera vt ſibi concederet paulliſper, vt in eius ſella requieſceret. Cic. de Orat. 2, 234 Sed tamen defeſſus in labore, atque itinere diſputationis meae, requieſcam in Caeſaris ſermone, tanquam in aliquo peroppor-tuno diuerſorio. Idem pro Cael. 79 c. vlt. Senex in huius *filii* ſpe requieſcit. Cic. Att. 1, 15 Non ſunt permoleſti, ſed tamen inſident et vrgent, et nullius amantis conſilio aut ſermone requieſcunt. Ar-va requieſcunt mutatis foetibus Virg. Georg. 1, 82. Aures requi-erant omnibus, *a moleſtia audiendi* Catul. de Ario ſ. 83, 7. Cum tot ſideribus caelum requieuit in illo, *de Atlante* Ouid. Met. 4, 661. Pectora requierunt Stat. Theb. 12, 514. *Metaph. pro mori.* Nun-ciaui quod S. Pelagius mirabilia faciens requieuiſſet Euſtoch. in Vita Pelagiae. ¶ 2 Requieſcere, *Quietum facere, ſiue retardare, cum Accuſatiuo.* Virg. Ecl. 8, 4 Et mutata ſuos requierunt flumina curſus. *Vbi* Seruius, Requierunt, Curſus proprios retardaue-runt, et quietos eſſe fecerunt. *Sic* Salluſtius VI Hiſt. *Paullulum re-quietis militibus.* Quieſco ego enim duplicem habet ſignificationem: et aliter dico, *quieſco ego*, et aliter, *quieſco ſeruum*, id eſt, quieſcere fa-cio. Caluus in primo *Sol quoque perpetuos meminit requieſcere curſus. Haec* Seruius. *Eodem modo* Propert. 2, 18, 25 Iupiter Alcmenae ge-minas requieuerat Arctos.

REQIESCENS, entis. Partic. Requieſcens accubuiſti vt leo Vulg. Geneſ. 49, 9.

REQVIĒTVS, a, um. Adi. [ἀναπεπαυμένος] *Qui requieuit.* Sal-luſt. *apud* Seru. *ad* Virg. Georg. Ecl. 8, 4 Paullulum requietis militi-bus. *Conf.* Frontin. Strateg. 1, 6, 3. Sed me quoque nequior ipſo Exſultat toto non requieta toro Vet. Poëta in Catalect. Ager requietus Ouid. de Arte Am. 2, 351. Aruum vicibus annorum requietum agitatumque alternis Col. 2, 9, 4. Lac requietum Id. 7, 8, 1. Oua Col. 8, 5, 4. Porri requieti Apicio 3, 2. *et* 4, 5 *qui, poſtquam terra euulſi, aliquo tempore aſſeruati ſunt.* Columel. 2, 1, 5 Neque enim idcirco rudis et modo ex ſilueſtri habitu in aruum transducta foecundior haberi terra debet, quod ſit requietior et iunior.

REQVIETIO, ōnis. f. *Requies.* Hieron. adu. Iouin. 2, 12 Septi-mo requietionis anno. *Conf.* Interpr. Iren. 4, 76.

REQVIETORIVM, i. n. *Sepulcrum.* Vet. Inſcript. *apud* Gru-ter. p. 1030 n. 8 SIBI ET CONIVGI CARISSIMAE REQVIETORIVM FECIT.

REQVĪRO, ſiui, ſitum, ĕre. [ἀναζητέω] *Rurſum vel ſaepius, cer-te latentem quaerere, aut inueſtigare.* Ter. Phorm. 1, 2, 79 Abi Phae-dria, eum require, atque adduce huc. Cic. de Finib. 3, 10 Tu autem quum ipſe tantum librorum habeas, quos hic tandem requiris? Quaerere vt abſumant; abſumta requirere certant Ouid. Faſt. 1, 213. Non. 5, 46 Requirere et Quaerere hoc differunt: quoniam Requirere, eſt diu quaerere. Afranius Fratriis, Proin tu, quum quaeram, ne requiram te vide. Virg. Aen. 1, 221 Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt. Oculis requirere aliquid Curt. 4, 7, 11. Animo et oculis aliquem Ouid. Met. 4, 129. Cic. Att. 12, 40 Si quis requi-rit a te, cur Romae non ſim? quia diſceſſus eſt. *i. diſcedendi facultas.* Idem Acad. 1, 3 Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in men-tem venit a te requirere. *Conf.* Idem Top. *pr.* Cum requiſiuiſ-ſet, vbinam eſſet Nep. 25, 10, 4. *Conf.* Suet. Oth. c. 8. Cic. pro Cael. 67 c. 28 Ex quibus requiram, quonam modo latuerint. Re-quiſiuit rex, quis ſupremum diem Athenis obiiſſet Plin. 7, 29. Ab-ditas cauſas vocant, in quibus requiritur, ex quibus principiis noſtra corpora ſint *etc.* Celſ. 1 praef. Illud quoque requiſiui, qua ratione ex tot creditoribus nemo neque tum idem fecerit, neque nunc contra-dicat Cic. pro Quint. 84. Studioſe requirere Ouid. de Arte Am. 1, 145. Cau-ſam Ouid. Met. 10, 388. Cauſas requirit inſcius Virg. Aen. 6, 710. Do-mum lenonis non requirebat ille Cupido, *i. non poſtulabat in lenonis domo eſſe* Cic. Verr. 4, 7 c. 4. Id. ib. 5, 70 Abs te officium tuum debitum generi et nomini requiro et flagito. Id. ib. 5, 142 c. 67 Omnes hoc loco ciues Ro-mani et qui adſunt, et qui vbicunque ſunt, veſtram ſeueritatem deſi-derant, veſtram fidem implorant, veſtrum auxilium requirunt. Di-uitias Tibul. 1, 1, 41. ¶ 2 *Obſ.* Requirere, *pro Inſpi-cere, animaduertere, inquirere.* Caius in l. 4 D. de teſtament. Si quaeramus an valeat teſtamentum: in primis animaduertere debemus, an is, qui fecit teſtamentum, habuerit teſtamenti factionem: deinde ſi habuerit, requiremus, an ſecundum regulas iuris ciuilis teſtatus ſit. Requiri, *pro Neceſſarium eſſe: et* Requirere, *pro Opus habere.* Cic. de Finib. 1, 61 c. 18 Virtutem autem nixam hoc honeſto, nullam requi-

rere voluptatem, atque ad beate viuendum ſe ipſa eſſe contentam. Requirere, *pro Deſiderare quod non adeſt.* Cic. pro Lege Manil. 34 Quibus amiſſis, et pacis ornamenta, et ſubſidia belli requiretis. *de Vectigalibus.* Idem Fam. 6, 6 Vereor, ne literarum a me officium requiras. *Nam ſupra dixerat*, Vereor, ne deſideres officium meum. Idem in Parad. 1 In quo equidem continentiſſimorum hominum maiorum noſtrorum prudentiam requiro. Cic. de Senect. 50 Denique iſto bono vtare dum adſit: quum abſit, ne requiras: niſi forte adoleſcentes, pueritiam: paullum aetate progreſſi, adoleſcentiam debeant requirere. Plin. Epiſt. 2, 7, 6 Amaui iuuenem tam ardenter, quam nunc impatienter requiro. *Idem fere eſt quod inuiſere.* Infirmos viſitate, mortuos ſepelite, in carcere poſitos requirite, et de bonis veſtris miniſtrate Anon. editus cum Gennadio Elmenhorſtii p. 52.

REQVISITVS, a, um. Quinctil. 11, 2, 7 Quid quod quaedam requiſita *(cum quaeruntur)* ſe occultant, et eadem forte ſuccurrunt. *de memoria.* Iuſtin. 1, 6, 3 Requiſita origo. *Subſtant.* Ad requiſita reſpondere Quinctil. 8 prooem. 30. *Sed vid. quae ibi notauimus.* Poſt requiſitum etiam, niſi eiusmodi eſſet viſum verum, quale falſum Cic. Acad. 4, 77 c. 24. Diſcedere ad Requiſita naturae, *dixit* Salluſtius *per periphraſin, vt notat* Quinctil. 8, 6, 59 Pro Exonerare aluum. Ad requiſita naturae diſcedere Spartian. in Ant. Carac. c. 6. *Add.* Vulg. Deuteron. 23, 12.

REQVISITIO, ōnis. f. Gell. 18, 2 Hiſtoriae antiquioris requiſitio.

REQVIRĬTO, āre. Frequent. [ἀναζητῶμαι] Plaut. Moſt. 4, 3, 11 Quid tu otioſus res nouas requiritas?

R E R

REROGO, āre. Quiduis roga, reroga Plaut. Amph. 2, 2, 76 *legit Pareus, h. e. iterum roga, quoties vis roga: vt in* Vet. Interpr. Ieſaiae 28, 13 Manda remanda, exſpecta reexſpecta. *Sed editur recte*, Quid vis rogare? roga.

R E S

RES, rei. f. [χρῆμα, πράγος, πρᾶγμα] *Generalem habet ſignificationem, vt complectatur, quidquid vsquam eſt vel eſſe videtur: nec abſurde deduci ipſum nomen videtur a ῥέω dico, vt ſit velut ῥῆσις. Certe ita* דבר *Ebraeorum et* ῥῆμα *(ab eodem ῥέω) Graecorum, et forte Germanorum* Sache, *a* Sagen *deriuantur.* Res *eſt quidquid poteſt vel ſubiectum vel praedicatum eſſe enunciationis.* Res *vt* Caius *inquit* in l. 1 D. de rerum diuiſione, ſiue corporalia, ſiue incorporalia comprehendit. Corporales res ſunt, quae tangi poſſunt, vt fundus, homo, veſtis: incorporales ſunt, quae tangi non poſſunt, qualia ſunt ea, quae in iure conſiſtunt, ſicut hereditas, vſus fructus, obligationes. Similitudines plurimis in rebus apparent Cic. Acad. 4 c. 17. Imperium, litem, venerem cur vna notat res? Auſon. in Monoſyll. Eidyll. 12. *Nempe* rerum potiri *ſignificat imperium nanciſci;* reus *dicitur, qui* rem habet, cum aliquo: rem habere cum Thaide, *improbum eſt. Sed videamus primo, quibus Subſtantiuis iungatur.* Abdita rerum Hor. in Arte Poët. 49. *i. res abditae.* Cic. de Orat. 1, 3 Sed tamen in his vel aſperitatibus rerum, vel anguſtiis temporis, obſequar ſtudiis noſtris, *rebus aſperis.* Caput et fons rerum Hor. Epiſt. 1, 17, 45. Cauſas rerum cognoſcere Virg. Georg. 2, 490. Concordia rerum diſcors Hor. Epiſt. 1, 12, 19. Creatrix rerum natura Lucr. 1, 623. Curſus rerum Cic. Fam. 4, 2. Deſiderium rerum Lucret. 3, 931. Edax rerum tempus Ouid. Met. 15, 234. Fama rerum incredibilis Virg. Aen. 3, 294. Fundamina rerum mole ſub ingenti ponit Ouid. Met. 15, 433. Grauitas rerum Cic. ad Brut. Inopes rerum verſus Hor. in Arte Poët. 322. Inſcitia rerum Hor. Epiſt. 1, 3, 33. Interitus rerum Cic. Fam. 6, 1. Maieſtas rerum Lucret. 5, 7. Cic. Acad. 4, 84 Negas tantam ſimilitudinem in rerum Natura eſſe. Nouatrix rerum natura Ouid. Met. 15, 252. Opifex rerum Idem ibid. 1, 79. Perturbatio rerum vel confuſio Cic. Off. 1, 93. Prudens rerum animus Hor. Carm. 4, 9, 35. Prudentia rerum Virg. Georg. 1, 415. Tu Pulcherrime rerum Ouid. A. A. 1, 113. Ratio rerum naturalium Celſ. 1 praef. Sepulcrum commune rerum, terra Lucret. 5, 260. Status rerum Cic. Fam. 12. Trepidus rerum Virg. Aen. 12, 589. Cic. Att. 14, 5 Ne deſerere viderer hunc rerum tumorem. *i. tumultum, turbas.* Idem Fam. 6, 6 Expone rem etiam quemadmodum hic, et quanta in turba, quantaque in confuſione rerum viueremus. Turbine rerum miſerarum attonitus Ouid. Met. 7, 614. Varietas rerum Cic. Fam. 2. Viliſſima rerum aqua Hor. Serm. 1, 5, 85. *In conſtructione cum Genitiuo interdum abundare ſolet nomen* res. Plaut. Amph. 2, 2, 1 Satin parua res eſt voluptatum in vita: *vt Graeci*, τὸ χρῆμα τῆς νυκτὸς ὅσον. *Sic ſaepe apud* Lucretium res Veneris, *vt* 2, 173. *it.* 473 *et* 922 *et* 5, 846. Phaedr. 4, 7, 4 Si qua res eſſet cibi, *vt alias*, ſi quid cibi. Cic. pro Cael. 52 Res tanti ſceleris. *i. tantum ſcelus, res ſceleſta.* ¶ 2 *Epitheta:* Abſurda res, *vid.* ABSVRDVS. Acerba Lucret. 4, 665. Ampliſſimae res Cic. Fam. 5, 2. Anguſtae res, *Exiguae, non magni momenti, ruſticae* Virg. Georg. 3, 290. Animales res Vlpian. in l. a diuo, D. de re iud. Ad faciendam fidem res appoſitae Quinctil. 5, 8. Arcana Ouid. Met. 4, 223. Ardua, *vid.* ARDVVS. Bona, *vid.* BONVS. Bonae res, vel optimae Cic. Fam. 4, 3. Calamitoſae res Idem pro Lege Manil. 53. Certa, *vid.* CERTVS. Communis Hor. Serm. 2, 6, 36. Comperendinata res ſignificat Iudicium in diem tertium conſtitutum. Feſtus. Confeſſa, *vid.* CONFITEOR. Contorta, *vid.* CONTORQVEO. Contractae, *vid.* CONTRACTVS *ſub* CONTRAHO. Conuerſae res Cic. Fam. 1, 1. Corporales res, *vid. ſub* CORPVS. Corporea Lucret. 2, 185. Credula res amor eſt Ouid. Epiſt. 6, 21. Declamatoria res Quinctil. 4, 2. Deſperatae res Cic. Fam. 5, 21. Diſſociabiles res, principatus ac libertas Tac. Agr. 3. Cic. Att. 4, 15 Senex ad rem Diuinam dicit ſe velle diſcedere. *i. ſacrificium, vid.* DIVINVS. Euerſae res Cic. Fam. 6, 21. Facilis Lucret. 2, 1025. Furtiua Quinctil. 5, 13. Furtiuis rebus operam dare Plaut. Amph. 1, 3, 12. *i. Venereis. Conf. Taubm. ad h. l.* Horrenda relatu Ouid. Met. 15, 298. Illiberalis ad cognoſcendum, *vid.* ILLIBERALIS. Immoderata res eſt Cupido Ouid. ex Pont. 4, 15, 31. Implicata res controuerſiis, *vid.* IMPLICO. Incognita res turbat animos Virg. Aen. 1, 519. Incommodae res Cic. Fam. 6, 4. *vid.* INCOMMODVS. Incorporales res, *vid.* CORPVS. Incredibilis dictu res Quinctil. in Gladiatore, non procul a fine. Infirma et nugatoria ad probandum, *vid.* INFIRMVS. Ouid. Amor. 1, 8, 62 Crede mihi, res eſt Ingenioſa dare. Inquiſita et comperta, *vid.* INQVIRO. Inſolitam rem apportare auribus, *Referre aliquid inauditum antea* Lucret. 5, 101. Inuidioſa, *vid.* INVIDEO. Inuolutae et occultae res, *vid.* INVOLVO. Cic. Att. 4, 15 Eſt enim res Luculenta. Ludicra Hor. Epiſt. 2, 1, 180. Manifeſtas contra res et veras repugnare Lucret. 3, 354. Manifeſtaria res eſt, Medicatiſſima, Miſſiles res, *vid. hh. vv.* Moleſta et odioſa Quinctil. 5, 13. Naturales res Celſ. 1 praef. Nec opinata, Negotioſa, Nouae res, *vid. hh. vv.* Nudae atque inornatae Quinctil. 2, 4. Cic. Qu. Frat. 3, 5 Res operoſa eſt, et hominis, *etc.* Otii plurimi res Cic. Att. 4, 16. Otioſa, *vid.* OTIOSVS, *in* OTIVM. Parua res Virg. Ecl. 3, 54. Penſitata, *vid.* PENSO. Perditae res Cic. Fam. 6, 1. Periculoſa res: Cic. Acad. 4, 68 In magnis, Periculoſisque rebus, *etc.* Perturbatae res Cic. Fam. 6, 6. Ridicula et iocoſa Catul. ad Catonem ſ. 54, 1. Salua res eſt Ter. Eun. 2, 2, 37. Singularum rerum ſingulae proprietates ſunt Cic. Acad. 4 c. 18. Suaves Hor. Serm. 2, 8, 92. Teſtata, *vid.* TESTOR. Turbulentae res Cic. Fam. 9, 1. Rebus Venereis deditus Nep. 7, 11, 4. ¶ 3 *Verborum formulae:* Abducere a re aliqua ad aliam, Abire in rem aliquam, *vid. hh. vv.* Cic. Att. 7, 3 Quin nunc ipſum non dubito rem tantam Abiicere. Abrumpere ex re aliqua, Abſtinere rebus vrbanis, Abeſſe res videtur, *vid. ſſ. ll.* Abſumere aliquot dies frigidis rebus Plin. Epiſt. 1, 9. Abundare in re aliqua, Accedere alicui rei, Accipere ab aliquo rem aliquam, Accommodare in rem aliquam, Acquieſcere alicui rei, *vid. ſſ. ll.* Addere nomina rebus Ouid. Met. 5, 525. Adducere rem in locum, vel deducere Cic. Fam. 16, 12 *pr.* Adducere rem in diſcrimen Cic. Fam. 5, 21. Adhibere rebus cautionem Idem Att. 1, 16. Agere alias res, *it.* Res aliquas, *vid.* AGO. Ter. Hec. 5, 2, 7 Haec res hic agitur, Pamphilo, ne facere vt redeat vxor, Oportet: *q. d. haec ſumma eſt, in hoc verſatur cardo negotii.* Cedit illi res, Cogitare rem aliam ex alia, Conferre rem in pauca, Conſolatur me haec res, Damnatus rei capitalis, *vid. hh. vv.* Deducere rem aliquo Hor. Serm. 1, 1, 15. Deducta eſt eo res, Deducere rem aliquam in diuerſas partes, *vid. ſſ. ll.* Deferre rem ad aliquem, *vel alicui committere* Cic. Fam. 1, 8. Differe rem Idem ibid. 10, 16. Diminui rem familiarem, *vel* Re familiari comminui Cic. Att. 4, 3. *Et* Fam. 11, 28. Diſſipare rem familiarem Cic. Fam. 4, 7. Eſſe rem in motu Cic. Qu. Frat. . . . Ita res Erat, faciundum fuit Ter. Eun. 1, 2, 17. Eſſe rem in integro Cic. Fam. 5, 20. Eſſe rem loco, id eſt ſtatu Cic. Fam. 12, . . Exaſperare rem verbis Quinctil. 4, 2. Exponere rem verbis Lucret. 1, 833. Facere rem diuinam alicui deo Cic. de Nat. Deor. 3, 47 c. 18. Habere ſe Cic. Fam. 10, 6. Ita ſe res Habet Cic. pro S. Roſc. Amer. c. 43. *Add.* Ter. Eun. 4, 7, 30. Iactare rem ſermonibus, *vid.* IACTO, *in* IACIO. Imperitare rem aequam Hor. Serm. 2, 3, 188. Impertire de re familiari Cic. Off. 2, 87. Inclinata res eſt Idem Fam. 1, 1. Increbuit res prouerbio, *vid.* INCREBESCO. Inducere chaos rebus Senec. Agamemn. ſ. 6. Intendere honeſtis rebus animum Hor. Epiſt. 1, 2, 36. Cic. Att. 14, 15 Incipit res melius ire quam putaram. Ibat prorſus res Cic. Att. 14, 20 *ad fin. i. procedebat, ſucceſſum habebat.* Loqui magnis de rebus Lucret. 4, 1012. Mouere res Cic. Qu. Fratr. 2, 3. Ita rem Natam eſſe intelligo Plaut. Caſ. 2, 5, 35. *Add.* Idem Bacch. 2, 2, 40. Vt rem Natam video, hoc accipiendum eſt, quod datur Plaut. Truc. 5, 5, 70. *Verum* Ter. Hec. 5, 2, 31 Scit ſibi nobilitatem ex eo, et Rem natam, et gloriam eſſe. Rem, *diuitias.* Notare res nominibus nouis, *vid.* NOTA. Notare inſigni aliqua et nota re quippiam, *vid.* INSIGNIS. Pando rem ordine Virg. Aen. 3, 179. Procurare rem Cic. Att. 6, 9. Reddere rationem rei Lucret. 6, 918. Refrixit res Cic. Att. 1, 16. Reiicere rem Cic. Fam. 5, 6. Reuocare rem ad manus, *vid.* MANVS. Secernere apertas res a dubiis Lucret. 4, 469. Sequar ſumma faſtigia rerum Virg. Aen. 1, 346. Suſcipere rem Cic. Qu. Fratr. 3, 1. Tentare rem Hor. Epiſt. 2, 1, 259. Venire *vel* Ire in rem praeſentem, *vid.* PRAESENS n. 4. ¶ 4 *Nempe interdum eſt* Res, *Negotium, cauſa ipſa.* Ter. Adelph. 5, 3, 10 Mitto maledicta omnia. Rem ipſam putemus: dictum inter nos hoc fuit, *etc.* *Vbi* Donatus, Res cauſa litis. Ter. Hec. 3, 5, 18 Omnem rem ſcio, vt ſit geſta. *Conf.* Idem Adelph. 3, 5, 3. *et* 4, 4, 13. Idem Heaut. 1, 2, 23 Chreme, tantumne eſt ab re tua otii tibi, aliena vt cures, eaque quae ad te nihil attinent? *h. e. Familiariane negotia tua, tantum tibi concedunt otii, vt, etc.* Accingi ad rem aliquam, *vid.* ACCINGO. Agitur res in ſcenis, aut acta refertur Hor. in Arte Poët. 179. Agere rem quaſi alienam Quinctil. 6, 2. *Ad lites et iudicia in primis refertur haec formula, v. g.* Plaut. Aul. 3, 4, 13. *et* Men. 4, 2, 19. Rerum actus Suet. Claud. c. 23. *et* Plin. Epiſt. 9, 25 *negotia iudicialia.* Agitare res, *vid.* AGITO. Cic. Verr. 3, 115 c. 48 Quod ſi res tua non Ageretur, a te potius poſtularent, ne amplius, *etc.* *Add.* Horat. Epiſt. 1, 18, 84. Attinet ad rem Hor. Serm. 2, 2, 27. His rebus Effecit, vt Nep. 17, 3, 3. *Add.* Idem 7, 11, 6. Quibus rebus Factum eſt Idem 7, 7, 3. *add.* 1, 2, 3. Ab initio res quomodo Geſta ſit, exponemus Cic. pro S. Roſc. Amer. c. 5. In ipſa turba potaſti, quaſi re bene Geſta Ter. Adelph. 5, 1, 11. Gerere rem male Hor. Serm. 2, 3, 74. Gerendis in rebus acer, *vid.* ACER, Adi. Gerendis a rebus abſtrahere, *vid.* ABSTRAHO. Gerendis rebus minus apta Ouid. de Arte Am. 1, 415. *Vid.* GERO. Intereſt nihil ad rem, *vid.* INTEREST. Locuti ſumus nihil neque ante rem, neque praeter rem Auctor ad Herenn. 4, 1. Miniſtrare res timide gelideque Hor. in Arte Poët. 171. Monet res, Mouentur res magnae, *vid. hh. vv.* Natus rebus agendis Hor. in Arte Poët. 82. Res eſt mihi cum illo: *agendum, tranſigendum aliquid* Ter. Phorm. 1, 3, 19. Cic. Fam. 13, 27 Si qui difficiliores erunt, vt rem ſine controuerſia confici nolint, ſi eos, quando cum Senatore res eſt, Romam reieceris. *Affine eſt* Rem habere cum aliquo, *i. Conſuetudinem, amorem* Ter. Eun. 1, 2, 39. *Honeſta formula, qua de ſe vtitur Thais.* *Huc pertinet* Bellica res Hor. Carm. 4, 3, 6. Frumentaria Caeſ. B. C. 3, 16. Militaris Nep. 1, 8, 4. Cic pro Mur. c. 9. Militaris res diuinitus conſtituta, *vid.* CONSTITVO. Militaris rei ſcientia Cic. pro Lege Manil. 28. Naualis res Cic. Verr. 5, 42. Nautica Cic. de N. D. 2 c. 60. Numaria res, *vid.* NVMVS. Paſtoria, *vid.* PASTOR. Pecuniaria, *vid.* PECVNIA. In Rem Praeſentem, *vid.* IN *et* PRAESENS. ¶ 5 *Peculiariter obſeruari meretur formula* Res prolatae, *et* Rerum prolatio, *quae ſignificat Tempus illud, quum homines feriantur.*

ſeriantur. *Declarat maxime* Plautus in Capt. 1, 10 *ex perſona paraſiti*,

Vbi res prolatae ſunt, quum rus homines eunt,
Simul prolatae res ſunt noſtris dentibus.
Quaſi quum caletur, cochleae in occulto latent,
Suo ſibi ſucco viuunt, ros ſi non cadit:
Item paraſiti rebus prolatis latent,
In occulto miſeri victitant ſucco ſuo, *etc.*

Si quando, iudice feſſo, Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus Lucan. ad Piſ. v. 73. Cic. pro Muraen. 28 c. 13 Sapiens exiſtimari nemo poteſt in ea prudentia, quae neque extra Romam vsquam, neque Romae, rebus prolatis, quidquam valet. Idem Att. 14, 5 *med.* Meam ſtultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deſerere viderer hunc rerum tumorem. *Et* Qu. Frat. 3, 2 *a fine*, Res prolatae, ad interregnum comitia adducta. Idem Att. 7, 12 Iſtum quidem, cuius Phalariſmum times, omnia teterrime facturum puto. Nec enim rerum prolatio, nec Senatus magiſtratuumque diſceſſus, nec aerarium clauſum tardabit. *Vid. Manut. ad h. l. qui omnes ferias enumerat per hanc occaſionem, et add. Pithoe. Adu. 2 vlt. it. Caſaubon. ad Theophr. p. 179.* ¶ 6 Res publica, *quidquid ad totum populum pertinet, totius populi intereſt.* Ouid. Triſt. 4, 4, 15 Res eſt publica Caeſar Et de communi pars quoque noſtra bono eſt. Gell. 13, 23 Cum tantam rem publicam agier arbitrarer. Plin. 35, 2 *de Aſinio Pollione*, Qui primus Bibliothecam dicando ingenia hominum rem publicam fecit. *Neque enim ferri poteſt, qui ingeniorum rempublicam ſomniat, i. ciuitatem.* Liu. 26, 16 Quid magis e re publica duceret, aeſtimationem ſibi permiſſam. *i. ex vtilitate populi. Sed cum ſaepe coniunctim ſcribatur* Reſpublica, *ſeparatim de eo mox dicetur.* ¶ 7 *Formulae cum Praepoſitionibus, ſub ipſis illis quaerendae. Hic pauca exempli cauſa damus.* E re reſpondi id quod erat Catull. 10, 8. *i. e veſtigio. al. legunt aliter.* Quinctil. 5, 13 Accuſator dat teſtem, patronus ex re ipſa refellit. Redeunti interea ex re ipſa mihi incidit ſuſpicio Ter. Andr. 2, 2, 23. Reque eapſe, *pro* Re ipſa. Scipio Africanus Paulli filius, quum pro aede Caſtoris dixit, hac compoſitione vſus eſt: Quibus de hominibus ego ſaepe, atque in multis locis opera, factis, conſiliis reque eapſe (ſaepe) bene meritis ſpem, *etc.* Feſtus. Quinctil. 4, 5, 4 Pleraque gratiora ſunt, ſi iuuenta ſubito, nec domo allata, ſed inter dicendum ex ipſa re nata videantur. E re nata, i. e. Occaſione, *vt ait* Donatus *ad* Ter. Adelph. 3, 1, 8. Ex re conſulere Tacit. Ann. 1, 24. *h. e. Prout occaſio tulerit.* Pro re pauca loquar Virg. Aen. 4, 337. Cic. Att. 14, 6 Antonii colloquium cum heroibus noſtris pro re nata non incommodum. *i. Quantum ad praeſens tempus attinet.* Liu. 1, 17 Id ab re (quod nunc quoque tenet nomen) interregnum appellatum. *Conf.* Idem 35, 32. ¶ 8 Res, *Veritas.* Non re ductus es, ſed opinione Cic. pro Mur. c. 30. Virtutem non in re, ſed in verbo poſitam eſſe Flor. 4, 7, 11. *Conf.* Nep. 19, 3, 3. In quos iecit magis haec conſul verbotenus, quam vt inſimularet coetum Liu. 34, 5. Rem fabularis Plaut. Truc. 2, 4, 87. Dictu quam re facilius Liu. 31. Ter. Adelph. 4, 7, 12 Si non in re ipſa tibi iſtuc dolet, ſimulare certe eſt hominis. *Item* Hec. 5, 2, 7 Haec res hîc agitur, Pamphilo me facere vt redeat vxor, oportet. *Vbi* Donatus, Aut ſic intelligendum eſt, quaſi dicat. Hoc agebamus, quum tu aduenires. aut cum aſſeueratione pronuntiandum eſt, vt ſit Res, veritas: quaſi dicat, Hic non verba ſunt, ſed res agitur. Cic. pro Roſc. Amer. 44 Vides Eruci quantum diſtet argumentatio tua a re ipſa atque a veritate. Res ipſa indicat, *vid.* INDĬCO, āre. Res ipſa loquitur, *vid.* LOQVOR. Ter. Eun. 4, 6, 4 Vſque adeo ego illius ferre poſſum ineptias, et magnifica verba, Verba dum ſint: verum enim, ſi ad rem conferentur, vapulabit. *Vbi* Donatus: Verba ad rem contulit, h. e. Agere quod dicebat, aggreſſus eſt. Idem Andr. 5, 1, 5 Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes. Cic. pro Quint. 7 Deinde habet aduerſarium P. Quintius verbo S. Naeuium, re vera homines huiuſce aetatis diſertiſſimos. Idem pro Cluent. 54 c. 19 Verbo ille reus erat: re quidem vera, et periculo, et tota accuſatione, Oppianicus. *Conf.* Idem Att. 3, 23. Nep. 18, 1, 5 Apud nos reuera ſicut ſunt exiſtimantur mercenarii. *Conf.* 9, 2, 2. *et* 17, 2, 3. Cic. Verr. 1, 76 Quod iſte M. Marcelli et P. Africani monimenta, quae nomine illorum, re vera Populi Rom. et erant, et habebantur. Re vera *et* Verbo ac ſimulatione *opponuntur etiam* Verr. 3, 133. Velut ſi re vera pugnent, *de pictura* Hor. Serm. 2, 7, 99. *Sed* Cic. pro Roſc. Am. 123 Qui recuſet, eum profato, tametſi verbo non audeat, tamen re ipſa de maleficio ſuo confiteri. *Hic* verbo *plus eſt, nempe quia cum* fateri *iunctum eſt, cuius vis in verbo praeſertim ineſt. Huc ref. cum* res *et* ſpes *ſibi iunguntur.* Sall. Catil. 21, 1 Neque res neque ſpes bona vlla. *Et* c. 20 Mala res, ſpes multo aſperior. Ter. Heaut. 1, 1, 34 Crede inquam mihi, aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero. Re *poteſt hic etiam eſſe pecunia, re familiari.* ¶ 9 Res, *Vtilitas.* Ter. Hec. 1, 2, 27 Ita dî deaeque faxint, ſi in rem eſt Bacchidis. Idem Phorm. 2, 4, 9 Ego quae in rem tuam ſint, ea velim facias. In rem ſuam aliquid conuertere Cic. pro Roſc. Amer. 115 c. 39. E re, *Ex vtilitate, vtiliter* Papin. in l. Donationes, in §. 1 D. de donationib. Nec matrem offenſam e re petitionem habere. h. e. Matrem ex leui offenſione eas res vtiliter repetere non poſſe. Ter. Phorm. 2, 1, 41 Si eſt patrue, culpam vt Antipho in ſe admiſerit, ex qua re minus rei foret, aut famae temperans. Martianus in l. Quum vir, D. de doli mal. et met. except. Quum vir in area ab vxore ſibi donata aliquid aedificaſſet, pleriſque placet, doli mali exceptione poſita rem ſeruari poſſe. Ter. Adelph. 3, 3, 4 Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt, qui alicui rei eſt, etiam eum ad nequitiam abducere. *Vbi* Donatus, Recte: de hoc enim ſupra dixit, 1, 2, 15 Non fratrem videt rei dare operam, ruri eſſe parcum ac ſobrium? Noſti verbum illud egregie vetus, muſicam, quae ſit abſcondita, eſſe nulli rei Gell. 13, 29. Plaut. Stich. 5, 4, 38 Nulli rei erimus poſtea: *ſic coniicit Grut. pro* nulli referimus. *Affine eſt, quod* Res *pecuniam ſignificat.* Ter. Phorm. 2, 3, 46 At ſi talentûm rem reliquiſſet decem. Donatus hereditatem *interpretatur.* Ter. Adelph. 5, 3, 44 At enim metuas, ne ab re ſint tamen omiſſiores paullo. *i. Negligant curare rem familiarem.* Idem Adelph. 5, 3, 23 Tu illos duos olim pro re tollebas tua. *Vbi* Donatus: Pro re, pro Patrimonii tui qualitate. Paullo omiſſiorem eſſe ab re Ter. Adelph. 5, 3, 44. Idem Eun. 1, 2, 51 Eius frater aliquantum ad rem eſt auidior. Ter. Adelph. 5, 3, 48 Solum vnum hoc vitium affert ſenectus hominibus, attentiores ſumus ad res omnes, quam ſat eſt. Cic. in Catil. 2, 10 Res eos iam pridem, fides deficere nuper coepit. Et genus et virtus, niſi cum re, vilior alga eſt Hor. Sat. 2, 5, 8. Res et aurum Lucret. 5, 1112. Ampla res domi Iuuen. Sat. 12, 10. Anguſta res domi Id. ibid. 3, 165. Arctis in rebus abſit pudor, *In magna penuria* Valer. Argon. 5, 324. Auita res et patria, *vid.* AVITVS, *in* AVVS. Grandi pecunia et re Bona multa copioſus Gell. 17, 19. *Sed* Bonae res, *i. electiles cibi*, *vid. Barth. ad* Gallum Confeſſ. p. 89. Contemtae rei dominus ſplendidior Hor. Carm. 3, 16, 25. Contractae res, *vid.* CONTRAHO. Curtae neſcio quid ſemper abeſt rei Hor. Carm. 3, 24, 64. Familiaris res miniſtra et famula corporis Cic. Tuſc. 1, 75. Familiaris res mea Idem de Orat. 2, 97. Familiaris rei naufragia Idem Fam. 1, 9. *conf.* Tac. A. 6, 17, 7. Frumentaria res Cic. Att. 8, 2. Ennius *apud* Cic. Caton. *pr.* Ille vir haud Magna cum re, ſed plenu' fideii. Mobiles res Vlpian. in l. a diuo D. de re iud. Modica Iuuen. Sat. 13, 143. Mouentes res, pro Mobilibus, *vid.* MOVEO. Neque tamen non inprimis bene habitauit, omnibusque Optimis rebus vſus eſt Nep. 25, 13, 1. Paruis rebus alta praeſtatur quies Sen. Thyeſt. ſ. 5. Paupera res, *vid.* PAVPER. Pauperculae res, modicae et modeſtae, *vid.* MODVS. Pecuaria. *vid. in* PECVS. Praeclara Filius in re ſublatus male alitur Hor. Serm. 2, 5, 45. Priuatae res Cic. Att. 9, 6. Salua res et Perdita, *contraria* Ter. Eun. 2, 2, 26. Ampliare rem Hor. Serm. 1, 4, 32. Homo in Tenui re Hor. Epiſt. 1, 20, 20. Amplificare rem familiarem, *vid.* AMPLIFICO. Cic. pro Rabir. Poſt. 3 Ita vt in Augenda re, non auaritiae praedam, ſed inſtrumentum bonitati quaerere videretur. Comminuti re familiari, *vid. h. v.* Conficere rem ſuam non minus ſtrenue quam publicam Cic poſt red. in Sen. 10. Confringere rem. *vid. ſ. l.* Conſtabilire Ter. Adelph. 5, 1, 9. Corrumpere rem familiarem, *vid.* CORRVMPO. Curare rebus alienis ſuo veſtimento et cibo Plaut. Truc. 1, 2, 35. Dare operam rei Ter. Adelph. 1, 2, 15. Facere rem, *Lucrari.* Ter. Adelph. 2, 2, 12 Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines. Ex Donato. Vt rem Facias, rem, Si poſſis, recte; ſi non, quocunque modo rem Hor. Epiſt. 1, 1, 65. Cic. Off. 2, 73 Illud male dixit, non eſſe in ciuitate duo millia hominum, qui rem haberent. Intercipere res alicuius Ouid. Met. 9, 122. Merſat membra copia rerum Lucret. 5, 1006. Nitet res magna domino ſene Hor. Serm. 2, 5, 12. Obſtat virtutibus res anguſta domi Iuuen. Sat. 3, 164. Officient tibi multae res Hor. Serm. 1, 2, 97. Partae ſanguine res Ouid. Epiſt. 1, 92. Perdere rem patriam Hor. Serm. 1, 4, 111. Quaerere rem honeſte mercaturis faciendis Cic. in Parad. 6. Stringat praeclaram ingrata malus ingluuie rem Hor. Serm. 1, 2, 45. Struere Plaut. Aul 3, 6, 8. Tutari Ter. Andr. 1, 5, 54. ¶ 10 Res, *Status, conditio.* Virg. Aen. 6, 857 Hic rem Romanam magno turbante tumultu, Siſtet eques. Vbi Seruius: Rem Romanam, Statum Reip. Tueri armis res Italas Hor. Ep. 2, 1, 2. Forenſis res Quinctil. 4, 2. Reuocare ſe ad curam rei domeſticae, rei forenſis, Reipublicae Cic. pro Cael. 42. Priuatae ac domeſticae res Quinctil. 2, 21. Inuiſere res ruſticas vel fructus cauſa, vel delectationis Cic. de Orat. 1, 249. Obire rem priuatam vel publicam *vid.* OBEO. Ordinare publicas res Hor. Carm. 2, 1, 11. *Hinc* ¶ 11 Res, [ἀρχὴ] *Imperium, ciuitas.* Virg. Aen. 3, 1 Poſtquam res Aſiae, Priamique euertere gentem Immeritam viſum ſuperis Ibidem 54. Res Agamemnonias, victriciaque arma ſecutus. Seruius. Solatium proximi motus habebamus, incruentam vrbem, et res ſine diſcordia translatas Tac. H. 1, 29, 6. Adepta rerum, *vid. ſub* ADIPISCOR. Domina rerum Roma Ouid. Met. 15, 447. Caput rerum Tacit. Ann. 1, 47. Cuſtos rerum Caeſar Hor. Carm. 4, 15, 17. Imperia rerum Hor. Serm. 2, 7, 75. Origo rerum et molitio, *vid.* ORIGO. Pulcherrima rerum Roma Virg. Georg. 2, 534. Poteſtas ſumma rerum Id. Aen. 10, 100. *Speciatim* Rem, vel res gerere, *eſt bellum gerere.* Liuius 21, 60 Malletque aduerſus ſingulos ſeparatim, quam aduerſus duos ſimul rem gerere. Male rem gerere Darium, premique ab Scythis Nep. 1, 3, 3. *conf.* Id. 7, 5, 7. *et* 22, 3, 3. Ouid. A. A. 1, 415. Res Romana erat ſuperior Liu. ... *de praelio.* Plin. 2, 67 In Arabico ſinu res gerente C. Caeſare Auguſti filio, ſigna nauium ex Hiſpanienſibus naufragiis feruntur agnita. Res gerere et captos oſtendere ciuibus hoſtes, attingit ſolium Iouis, et caeleſtibus aequat Hor. Epiſt. 1, 17, 33. Bene geſtae res Virg. Aen. 9, 157. Maxima res effecta Id. ibid. 11, 14. Naualis res Tacit. Ann. 15, 46. Rem bellicam adminiſtrare Cic. de Diuin. 2, 76. Euentus rerum Lucan. 5, 779. Abſciſſa res erat, *vid.* ABSCINDO. Tunc res immenſo placuit ſtatura labore Lucan. 3, 381. Dare rem in caſum Tacit. Ann 12, 52. Diffidere rebus ſuis Liu. 1, 2. Emittere rem de manibus, *vid.* MANVS. Vtrum repetitum Macedoniam veniret, et eas res Occuparet Nep. 18, 6, 1. Potiri rerum Id. 25, 9, 6. Feſſi rerum Virg. Aen. 1, 182. Forma rerum Ouid. ex Pont. 1, 10, 17. Inclinationes rerum et temporum, *vid.* INCLINO. Summae rerum conſulere Ouid. Met. 2, 300. Rerum Summa ad Antipatrum defertur Nep. 18, 5, 1. Aduerſae res, *vid.* ADVERTO. Adflictae Virg. Aen. 1, 456. Anguſtae Hor. Carm. 2, 10, 21. Dubiis rebus non deficere Virg. Aen. 6, 196. Dura Id. ibid. 1, 567. Duris vrgens in rebus egeſtas Id. Georg. 1, 146. Egenis in rebus Idem Aen. 6, 91. Extremae Tacit. Hiſt. 1, 45. Feſſis rebus ferre finem Virg. Aen. 3, 145. Fluxae Sil. 7, 17. Fractae Virg. Georg. 4, 240. Humanae Id. Aen. 10, 152. Inclinata, *vid.* INCLINO. Infracta, *vid.* INFRINGO. Iucundae Hor. Serm. 2, 6, 96. Proſperae Nep. 10, 6, 1. Quem res plus nimio delectauere Secundae, Mutatae quatient Hor. Epiſt. 1, 10, 30. *conf.* Nep. 7, 6, 2. 9, 2, 1. 18, 5, 1. Secundae Virg. Aen. 9, 301. Secundis rebus merſus, *vid.* MERGO. Rem miſeram, Aduerbium dolentis Cic. Att. 7, 24. O rem lugubrem! *vid.* LVGEO. ¶ 12 *Obſeruatt. variae.* Res, *Modus.* Plaut. Rud. 4, 3, 87 Iam repperi rem, quo pacto nec fur, nec ſocius ſies. Res, [πεῖρα] *Experientia.* Ter. Adelph. 5, 4, 1 Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit, quin res, aetas, vſus ſemper aliquid apportet noui. *De argumentatione*: Te dementem et inſanum rebus addicam neceſſariis Cic. Parad. IV. *pr.* Fraternam res nulla poteſt defendere caedem Poëta Anon. in Eleg. de Maeuio. Horum deliratio manifeſtis rebus probatur C. Aurelian. Tard. 1, 6. *conf.* Tertull. de Pallio c. 2. *Argumentum ſcribendi, ſ. materia,* Heroi res erat iſta pedis Ouid. Faſt. 2, 126. Ego plures *fabulas* diſſero, vſus vetuſto genere, ſed rebus nouis Phaedr. 5, 1, 12. *Vocabulum*, rei, *excipit nonnunquam relatiuum neutrius generis*, *vt* Sumtu ne parcas vlla in re, quod ad valetudinem opus ſit Cic. Fam. 16, 4 med. *conf. Cort. ad* Salluſt. Iug. c. 41, 1. *Geſner. Lex. Ruſt. h. v.* Res *intruſum a librariis, repe-*

repetitum ab ipſis ſcriptoribus, *docent Gronou. et Drakenb. ad* Liu. 2, 18.

RECVLA, f. RESCVLA, ae. f. Imperes pro copia, pro recula Plaut. Clitell. Fragm. v. 29. Apibus curandis reculam auxit Donat. in Vita Virgilii *ſub init.* Pannoſae reſculae Apul. Met. 4 p. 148. *al.* Reculae. Reſculas *et* reſculis Saluian. l. 5 p. 113 *Baluz. conf. Rittersh. ad* Saluian. p. 546.

RESPVBLĬCA, ae. f. [πολιτεία] *Proprie duae voces ſunt, quae ſeparatim ſcribuntur et declinantur, res populi, vnde p. a. in* RES n. 6. *illas conſiderauimus. Sed ſaepiſſime tamen iunctim ſcribitur, et alioquin ita frequentes habet formulas, vt tanquam nomen compoſitum ſeparatim hic tractari non abſurdum ſit. Iunctimne an ſeparatim ſcribatur, parum refert. Monumenta antiqua parum iuuant, quatenus in iis continuantur etiam dictiones diuerſae. Frequentes tamen transpoſitiones, et analogia* rei familiaris, priuatae, militaris, Romanae *oſtendunt, verius eſſe, vt diſtinguantur. Sed vtamur etiam hic conſuetudine publica; ſcientiam nobis reſeruemus. Significat* res publica *vel totam ciuitatem, vel imperium magiſtratumue, interdum, patricia quadam arte, ſolum Senatum, v. g.* Liu. 1, 35. 5, 7 *etc.* Sed neceſſe eſt, caritate eam praeſtare, res publica nomen vniuerſae ciuitatis eſt: pro qua mori, et cui nos totos dedere, et in qua noſtra omnia ponere, et quaſi conſecrare debemus Cic. de Legib. 2, 5. Id. de Diuin. 2, 6 c. 2 Id ipſum a Platone, philoſophiaque didiceram, naturales eſſe quaſdam conuerſiones Rerum publicarum, vt eae tum a principibus tenerentur, tum a populis aliquando a ſingulis. Id. Fam. 3, 11 Quod ad me quaſi Formam communium temporum et totius reipublicae miſiſti expreſſam. Interitus Id. pro Sull. 33. Salus Id. Catil. 4, 4. Status, *it.* Summa reipublicae, *vid. ſſ. ll. itemque* Aegra Reſp. Beata, Caſtrata, Commutabilis, Conſtituta, Nuda a magiſtratibus, Inclinata, *in verbis indicatis.* Cic. de Legib. 3, 36 c. 16 Vtinam, inquit, *(M. Scaurus ad auum Ciceronum)* M. Cicero, iſto animo atque virtute in ſumma Republica nobiscum verſari, quam in municipali maluiſſes, *i. Romae, quam Arpini.* ¶ 2 *Verba:* Abducere aliquem a Repub. Accedere ad Remp. Accipere Rempub. Accommodare ſe ad Remp. Adire ad Rempub. *vid. hh. vv.* Adminiſtrari eo cenſu nullius ciuitatis Reſpublica potuit Cic. Verr. 2, 138 c. 55. Aedificare Remp. *vid.* AEDIFICO. Agere Remp. Paullus l. 35 §. 3 D. ex quib. cauſ. maior. Amplificare Remp. *vid.* AMPLIFICO. Arrodere, *vid.* ARRODO. Cic. Fam. 1, 9 Atque hanc quidem ille cauſam ſibi ait non attingendae Reip. fuiſſe, quod quum offendiſſet populum Athenienſem prope iam deſipientem ſenectute, *etc.* Cadere Reſp. vel occidere *dicitur* Cic. Fam. 6, 6. Capere Remp. *pro Occupare* Salluſt. in Catil. Capeſſere Remp. Cedere de Rep. Celebrare Remp. *vid. ſſ. ll.* Cenſere e Rep. Tacit. Ann. 3, 53. Conferre ſe ad Rempub. *vid.* CONFERO. Conflictare Rempub. per plura ſcelera Tacit. Ann. 6, 48. Remp. a me Conſeruatam dolent Cic. Fam. 5, 2, 2. Conſultare Reipub. Continere Remp. *vid. hh. vv.* Conſtituere Remp. *pro Stabilire vel confirmare* Cic. Fam. 6, 17. Conuellere Remp. Id. in Piſon. 4. Cruentare Remp. vulneribus, *vid.* CRVENTO. Deficere a Rep. Cic. Fam. 12, 10. Delere Remp. Id. Att. 10, 6. Erigere Id. Att. 8, 19. Excitare Id. pro Sext. 99. Exſurgere Id. Fam. 12, 10. Facere contra Rempub. Id. Qu. Frat. 2, 1. *conf.* Fam. 8, 8, 17. Gerere Remp. Id. Fam. 15, 12. Eſt ars difficilis, recte Remp. Gerere Id. Att. 7, 25. Plaut. Amph. 1, 1, 42. *et* 1, 3, 26. *eſt, adminiſtrare bellum. Et maxime quidem de ducibus dicitur* Liu. 23, 9. Inter COSS. conuenit, vt quem ad modum vno animo remp. geſſiſſent, *etc. Sed tamen etiam de militibus, v. g.* Liu. 2, 64 Et in Volſcis reſp. egregie geſta tum ducis tum militum opera. *Et* 8, 31 Furere *Dictatorem*, quod ſe abſente Reſp. egregie geſta eſſet. Caeſ. B. C. 1, 7 *ad milites* Hortatur, cuius Imperatoris ductu nouem annis remp. geſſiſſent. Gubernare Cic. Fam. 1. Id. ad Brut. 15 Hoc bello victores quam Remp. ſimus Habituri, neſcio, victis certe nulla vnquam erit. Incumbere in Remp. Id. Fam. 10, 1. Interit Reſp. Id. ibid. 6, 21. Labefactare et euertere Remp. Lugere Remp. Mederi Reipub. * *vid. hh. vv.* Cic. Fam. 10, 5 Nec quidquam ex omnibus rebus humanis eſt praeclarius aut praeſtantius, quam de Republica bene mereri. Obruere Remp. Salluſt. ... Et quam Remp. ſeruitio non potuerat obruere, *etc.* Opprimere Cic. Fam. 4, 3. Oppugnare Id. pro Sext. 120. Pendet Reſp. e Bruto, *vid.* PENDEO. Perturbare Remp. Cic. Fam. 9. Praecipitare Id. pro Sull. 87. Profligare ſuis conſiliis rempublicam Id. de Orat. 3, 3. Regere Id. Acad. 4, 115. Reuiuiſcit reſp. Id. Fam. 6, 10. Saluare Id. in Piſon. 78 c. 31. *omnes MSS. quos inſpexit Faernus. Sed editur* ſeruare. Cic. Tuſc. 1, 31 c. 14 Ergo arbores ſeret diligens agricola, quarum adſpiciet bacam ipſe nunquam: vir magnus leges, inſtituta, rem publicam, non ſeret. Stabilire Id. pro Sext. 143. Suſtinere Id. pro Domo 142. *Temperare* Id. Tuſc. 1, 2 Rem vero publicam noſtri maiores certe melioribus Temperauerunt et inſtitutis et legibus. Tenere Cic. Fam. 1, 9. *it.* 4, . . . Tractare Id. ibid. 6, 6. Trahere funditus Tacit. Ann. 3, 54. Salluſt. . . . Profecto neque Reſpub. ſicuti nunc vaſtaretur. Violare Cic. Fam. 1, 9. Reſpublicas multarum ciuitatum pluraliter dixit C. Gracchus in ea quam conſcripſit de lege P. Ennii et peregrinis, quum ait: Eae nationes, cum aliis rebus, per auaritiam atque ſtultitiam, Reſpublicas ſuas amiſerunt. Feſtus.

RESĂCRO, *vid.* RESECRO.

RESAEVIO, ire. *Iterum ſaeuire.* Ouid. Triſt. 1, 1, 103 Quaeque quieſcebat, ne mota reſaeuiat ira.

RESALVO, āre. Reſaluati Auguſtin. C. D. 18, 31 *Saluati poſt interitum.*

RESALŪTO, āre. [ἀντιπροσαγορεύω] *Salutantem ſalutare. Laudatur* Plaut. Pſeud. 2, 4, 19 Dic vtrum ſpemne an Matrem reſalutem Pſeudole? *Sed recte legitur* te ſalutem. Pedetentim hunc reſalutem Lucil. *ap.* Chariſ. 2 p. 190 Salutaturi aliquem non reſalutaturum Sen. de Tranqu. An. c. 12. Cic. Philipp. 2, 106 c. 41 Sed tum nimis inter omnes conſtabat, neminem eſſe reſalutatum. Martial. 4, 84 Securus nullum reſalutas, deſpicis omnes.

RESALVTATIO, ōnis. f. Sueton. Neron. c. 37 Neque proficiſcens quenquam oſculo impertiuit, ac ne reſalutatione quidem.

RESĀNO, āre. *Paullo vehementius ſuo ſimplici eſt.* Lactant. 4, 20 *pr.* Ne adduceret eos in poenitentiam, atque reſanaret. Id. 5, 22 *extr.*

RESANESCO, ĕre. Lactant. 5, 2, 6 Vt ſuſceptis Deorum cultibus reſaneſcant. *Gronou. Obſ. 2, 21 reſtituit hoc verbum ex MSS.* Ouid. Amor. 1, 10, 9 — Animique reſanuit error: *et* ibid. 2, 9, 27. *al. vtrobique* reuanuit.

RESARCIO, ſi, tum, īre. [ἀκέομαι] *Inſtaurare, integrare.* Sueton. in Claud. Caeſ. c. 6 Quod decretum abolitum eſt excuſante Tiberio imbecillitatem eius, ac damnum liberalitate ſua reſarturum pollicente. Ter. Adelph. 1, 2, 41 Fores effregit? reſtituentur: diſcidit veſtem? reſarcietur. *Haec eadem verba habet* Cic. pro Cael. 38. Damna reſarcire Id. Fam. 1, 9. Quaeſtum reſarcire Columel. 11, 1.

RESARRIO, iui, ītum, īre. [ἀνασκάλλω] *Rurſum ſarrire.* Plin. 18, 20 Quum hieme praegelida captae ſegetes eſſent, reſeuerunt, reſarrientes campos. Varro de L. L. 6, 6 p. 82, 38. Reſarrire, ab Serra dictum, id eſt Aperire. Hinc etiam Serae, quibus remotis fores panduntur. Reſerare a ſera *ſi legeretur, facilius intelligerem.*

RESCINDO, ſcidi, ſciſſum, ĕre. [ἀναςχίζω, ἀναῤῥήγνυμι] *Scindendo corrumpere, vel deſtruere, certe aperire, et ſoluere.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 7 Pontem, qui erat ad Geneuam, iubet reſcindi. Virg. Georg. 1, 280 Et coniuratos caelum reſcindere fratres. Locum aliquem reſcindere Cic. de Lege Agr. 2, 3. Vias Sen. Theb. ſ. 1. Id. in Phoeniſſ. v. 226. Columel. 2, 14 Et quod falx reliquerit, prius quam inareſcat, vomis reſcindat, atque obruat: id enim cedit pro ſtercore. Virg. Georg. 3, 453 Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os: alitur vitium, viuitque tegendo. *i. Aperire. Sic* Suppuratio ferro reſcinditur Colum. 6, 11, 1. *Sic* Vulnera reſcindere *eſt refricare, ita dure tractare, vt recrudeſcat.* Ouid. Met. 12, 543 Quid me meminiſſe malorum Cogis et obductos annis reſcindere Luctus. *Heinſ. emendat* obductum leuiter reſcindere Vulnus. *vid. Heinſ. hic et ad* Ouid. Tr. 3, 11, 63 *vbi ex MSS. legit,* Ergo quicunque es, reſcindere Vulnera noli, Deque graui duras vlcere tolle manus. *Alii hic legunt* reſcindere crimina, *i. commemorando renouare et refricare: quae nondum aliunde confirmata ratio eſt: niſi ſi ad* Luctus *prouocare placeat, de quo loco modo dictum.* Pectora ferro reſcindere Stat. Theb. 11, 507. Terram reſcindere, *quod et* Proſcindere *dictum eſt* Colum. 2, 2, 23 Vena reſcinditur Id. 6, 30, 5. Vias reſcindere noſtris ſenſibus, *i. aperire* Lucret. 2, 406. Vitem reſcindere Colum. 4, 29. ¶ 2 Reſcindere, *pro Abolere, ſiue abrogare accipitur, per translationem.* Ter. Phorm. 2, 4, 16 Mihi non videtur quod ſit factum legibus, reſcindi poſſe. Cic. Philipp. 13, 5 c. 3 Acta Antonii reſcidiſtis, leges refixiſtis per vim. Beneficium Sen. de Benef. 3, 13. Cic. de Legib. 2, 31 Quid enim maius eſt, ſi de iure quaerimus, quam poſſe a ſummis imperiis et ſummis poteſtatibus comitiatus tollere, et conſilia vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere? Damnationem Cic. Verr. 2, 100. Foedus Paterc. 2, 90. Cic. Verr. 2, 63 Fecerat haec egregie primo aduentu Metellus, vt omnes iſtius Iniurias, quas modo poſſet, reſcinderet et irritas faceret. Iudicia reſcindere, ſiue rem iudicatam Id. pro Planc. 10. Id. in Partit. 125 Negat probari oportere, eos qui leges ſcripſerunt, ratum habere Iudicium, ſi totum corruptum ſit: ſi vnus accuſator corruptus ſit, reſcindere nititur aequitate. *conf.* Id. Verr. 5 c. 8. *et pro* Cluent. c. 21. Iuſſa Iouis Ouid. Met. 2, 677. Cic. de Prouinc. Conſ. 10 c. 5 Pactiones ſine vlla iniuria factas reſcidit. Venditio reſcindenda eſt Scaeuola in l. Tutor. D. de minoribus. Pandectarum lib. 18 titulus quintus eſt, De reſcindenda venditione. Cic. Verr. 1, 111 c. 43 Solus tu inuentus es cui non ſatis fuerit corrigere voluntates viuorum, niſi etiam reſcinderes mortuorum.

RESCISSVS, a, um. Partic. [ἀνεῤῥηγμένος] Lucan. 4, 328 Reſciſſoque nocent ſuſpiria dura palato. Gloria reſciſſa cunctis Claud. de Bell. Get. 586. Fac mea reſciſſo pectora nuda ſinu Propert. 3, 6, 8.

RESCISSORIVS, a, um. Adi. *vt,* Actio reſciſſoria, *qua agitur ad reſcindendum contractum.* Vlpian. in l. Exemplo D. ex quibus cauſ. maior. *etc.* Reſciſſoria, *abſolute* l. 21 D. de Donat.

RESCISSIO, ōnis. f. In inſtitutione an in reſciſſione Tertull. adu. Marc. 2, 7. Vlpian. in l. Sed etſi D. Ex quibus cauſ. maior. in integr. reſt. Reſciſſio prioris decreti Calliſtratus in l. pen. D. de decret. ab ordin. faciend. Reſciſſio, *praeciſe pro* Reſciſſione *matrimonii poni videtur ab* Vlpian. l. 3 §. 5 D. de bonor. poſſ. contra tab. Si emancipatus filius vxore non ex voluntate patris ducta, filium fuerit ſortitus, dein nepos, patre iam mortuo, ad bonorum poſſeſſionem aui velit venire: admittendus eſt ad eam. Non enim per reſciſſionem is, qui filius iuſtus eſt, efficietur non filius, quum reſciſſio quo magis admittantur *(liberi ad poſſeſſionem, excluſa matre)* non quo minus, adhibeatur. Mortis reſciſſio Tertull. de Reſur. Carn. 57.

RESCIO, *vel* RESCISCO, īui, ītum, īre. [μανθάνω] *Factum aliquod occultius, aut inopinatum, inſperatumque cognoſcere vt vult* Gell. 2, 19 *pr. vel etiam ſimplicius, Rem, poſtquam geſta eſt, ſcire, quam neſciebas quum gereretur, vt interpretatur Valla carpens* Gell. 6, 23 *Et ſane pro Valla eſt locus* Ter. Hec. 5, 4, 25 PAMPH. Dic mihi, harum rerum num quid dixti iam Patri? BA. Nihil. PA. Neque opus eſt adeo mutito: placet non fieri hoc itidem vt in comoediis, Omnia omnes vbi reſciſcunt. Hic quos par fuerat reſciſcere, ſciunt. Quos non aequum eſt ſcire, neque reſciſcent, neque ſcient. Donatus, *Reſciſcunt,* ad quos pertinet. Et *reſciſcunt,* qui neſciunt. *Sciunt,* qui negligunt. Et *reſciſcimus* ex alio, *ſcimus* etiam per noſtram opinationem. *Reſcire* eſt recognoſcere, et vix inuenire, quod quis neſcierit. *Cum aliqua igitur exceptione verum eſt, quod addit* l. c. Gellius, Aliter dictum eſſe *reſciui* aut *reſcire* apud eos, qui diligenter locuti ſunt, nondum inuenimus, quam ſuper his rebus, quae aut conſulto conſilio latuerint, aut contra ſpem opinionemue vſu venerint. — *Laudat deinde* Naeuii *iſta*

Si vnquam quidquam filium reſciuero
Argentum amoris cauſa ſumſiſſe mutuum:
Ex templo illuc te ducam vbi non deſpuas.

Et Quadrigarii, Ea Lucani vbi reſciuerunt, ſibi per fallacias verba data eſſe. *Et alium locum* Quadrigarii, *et iſtum* Catonis, Deinde dictator iubet poſtridie magiſtrum equitum arceſſi. Mittam, te ſi vis, cum equitibus. Sero eſt, inquit magiſter equitum: iam reſciuere. *Haec ex Gellio. Talia ſunt etiam iſta:* Ne reſcirent Carthaginienſes Liu. 29, 14. Ter. Adelph. 5, 3, 5 Reſciuit omnem rem. Cic. Off. 3, 91 Quaerit etiam, ſi ſapiens adulterinos numos acceperit imprudens pro bonis, quum id reſcierit, ſoluturusne ſit eos, ſi cui debeat, pro bonis? Cic. Fam. 8, 12 Id poſtquam reſciit, excanduit. Intelligebat, aduerſarios reſcituros de ſuo aduentu Nep. 18, 8, 5. *add.* Id. 4, 3, 4. *Iuppiter apud* Ouid. Met. 2, 423 Hoc certe coniux furtum mea neſciet, inquit: Aut, ſi reſcierit, ſunt, o ſunt! iurgia tanti.

RESCRĪBO, pſi, tum, ĕre. [ἀντιγράφω, ἀντεπιστέλλω] *Iterum ſcribere, ſiue retractare ſcriptum ſuum,* μεταγράψαι, *ſignificat* Suet. Iul. c. 56 Pollio — exiſtimat, reſcripturum et correcturum fuiſſe *commentarios ſuos Caeſarem. Sic* Plin. Epiſt. 5, 8, 6 *coll.* 7 Retractare actiones *et* reſcribere *eodem intellectu dictum. Sic* 7, 9, 5 Poteris et, quae dixeris, poſt obliuionem retractare, multa retinere, plura tranſire; alia

alia interſcribere, alia reſcribere. ¶ 2 *Viciſſim ſcribere, vel alterius ſcripto reſpondere.* Ouid. Epiſt. 1, 2 Nil mihi reſcribas, attamen ipſe veni. Manu trepida reſcribere Id. Amor. 2, 2, 6. Cic. Att. 5, 12 Noſtra negotia (quoniam Romae commoraris) amabo te explica, cui rei fugerat me reſcribere. Cic. Fam. 11, 2 Reſcribas nobis ad omnia, rogamus. Ad omnia quae quaeruntur reſcribere Id. Fam. 1, 9. Id. Att. 2, 1 Tu tamen de Curtio ad me reſcribe certius. Id. ibid. 7, 16 Vni tuae diſertiſſimae epiſtolae non reſcripſi. *i. Non reſpondi. conf.* ib. 13, 2, 3. *et* 1, 10. ¶ 3 *Refutare contra ſcribere.* Quinctil. 10, 5 Melius hoc quam reſcribere veteribus orationibus. *conf.* Sueton. Calig. c. 53 Cuius etiam libris de orthographia reſcripſit, non ſine inſectatione ſtudiorum morumque eius Id. de Clar. Gramm. c. 19. Liu. 9, 10 Reſcriptae ex eodem milite nouae Legiones. *Sed* Reſcribere legionem ad equum, *eſt Eam quae peditum erat, in numerum equitum transſcribere* Caeſ. Bell. Gall. 1, 42. Ter. Phorm. 5, 7, 28 Sed tranſi ſodes ad forum, atque illud mihi argentum iube rurſum reſcribi Phormio. *Vbi* Donatus, Reſcribi, reddi, ſeu per menſae ſcripturam dari. Quoniam ad numerationem pecuniae antecedit ſcriptura, reſcribere dicebant pro renumerare. Hor. Serm. 2, 3, 76 Dictantis quod tu nunquam reſcribere poſſis: *ſcribere iubentis ſyngrapham, cuius ſummam tu ſoluere nunquam poſſis.* Plaut. Aſin. 2, 4, 34 Adducit domum etiam vltro, et reſcribit numos, *i. ſoluendos retro aſſignat. Sed al.* ſcribit.

RESCRIPTVS, a, um. Partic. Cic. Tuſc. 4, 3 c. 2 Cantus reſcriptos fuiſſe vocum ſonis, *i. Notatos et ſcriptos ſuis ſonis. Fuerit igitur* reſcriptos *idem quod* deſcriptos, *quod ſubſtitui quidam volunt, ſed contra conſenſum librorum.* Reſcripta Bruto Suet. Aug. c. 85. *i. contra Brutum ſcripta.*

RESCRIPTVM, i. n. [ἀντιγραφόμενον] *Epiſtola qua Principes conſulentibus eos reſpondent.* Vlpian. in l. 1 De appellationibus, Quaeſitum eſt an aduerſus reſcriptum principis prouocari poſſit: ſi forte Praeſes prouinciae, vel quis alius conſuluerit, et ad conſultationem eius fuerit reſcriptum. Tacit. Ann. 6, 9, 3 Immiti reſcripto venas reſoluit: *i. cum duriter reſcripſiſſet Princeps?*

RESCRIPTIO, ōnis. f. *Idem* L. 8 D. de Off. Praeſidis. Saepe audiui Caeſarem noſtrum dicentem hac reſcriptione. Princeps remittit negotia per reſcriptiones Ibid. l. 9.

RESCVLPO, pſi, ptum, ĕre. *Quae inſculpta fuerant, ſed oblinata et obducta ſunt, denuo ſculpere, et velut ſulcos antiquos aperire. Metaph.* Tertull. de Ieiun. c. 5 Populus primi hominis reſculpſerat crimen, *i. imitatione expreſſerat.* Prudent. Pſychom. Praef. v. 51 Haec ad figuram praenotata eſt linea, Quam noſtra recto vita reſculpat pede.

RESĔCO, ſecui, ſectum, āre. [ἀνατέμνω] *Reſcindere, abſcindere.* Colum. de Arboribus c. 6 Veterem vineam, ſi in ſummo radices habebit, reſecare nolito: alioqui etiam nouella vinea, quae ex reſectione enata fuerit, vim inutilem habebit. Alas reſecare Ouid. de Rem. Amor. 701. Ferro reſecare capillos Ouid. Met. 11, 83. Cic. de Diuin. 2, 96 c. 46 Aut quorum linguae ſic inhaererent, vt loqui non poſſent, hae ſcalpello reſectae liberarentur? Id. in Piſon. 43 c. 19 Quem Carthaginienſes reſectis palpebris, illigatum in machina vigilando necauerunt. *de Regulo.* Reſeces ſpem longam ſpatio breui Hor. Carm. 1, 11, 7. *i. in tam breui ſpatio vitae noli ſpes longas habere.* Vngues reſecare, *apud* Valer. Max. 3, 2, 15. Ad viuum reſecatur extrema pars vnguis Colum. 6, 12, 3. *Metaph.* Cic. Amic. c. 5 Id ſentio, amicitiam niſi in bonis eſſe non poſſe, neque id ad viuum reſeco, vt illi, qui haec ſubtilius diſſerunt, — negant quemquam virum bonum eſſe, niſi ſapientem. Sit ita ſane, ſed eam ſapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo eſt conſecutus. Ad viuum reſecare *ergo eſt ſeuere nimis et diſtricte diſputare. Alia tranſlatione* Cic. Tuſc. 4, 45 Haec tamen ita diſputant, vt reſecanda eſſe fateantur: euelli penitus dicant nec poſſe nec opus eſſe. Id. in Catil. 2, 11 Quae ſanari poterunt, quacunque ratione ſanabo: quae reſecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare. *Et* Att. 1, 15 In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum reſecandae libidinis et coërcendae iuuentutis, vehemens fui. *Sic* Verr. 3, 208 Reſecare audacias ac libidines.

RESECANDVS, a, um. Partic. [ἀνατμητέος] Seges falce reſecanda Ouid. Epiſt. 1, 53.

RESECTVS, a, um. *aliud* Partic. [ἀνατετμημένος] Farra reſecta Ouid. Faſt. 2, 520. Barba reſecta Id. Triſt. 4, 10, 58. Lingua enſe reſecta Id. in Ibin 441. *Compar.* Apul. Floridor. 23 p. 364, 9 Sic enim ferme adſolet apud prudentes viros eſſe in operibus elaboratis iudicatio reſtrictior (*quid.* reſecatior) in rebus ſubitariis venia prolixior.

RESECATIO, ōnis. f. Saluian. de Gubern. Dei 7 p. 108 Dum peccata auferre cupiunt, ipſi in peccatorum reſecatione peccant.

RESECTIO, ōnis. f. [ἀνατομή] *Idem.* Colum. 4, 29 Is nodus etiam ſi quatuor digitis a reſectione abfuerit, illigari tamen eum prius quam vitis findatur, conueniet. *conf.* Ibid. c. 24. *et* de Arbor. c. 6.

RESEGMEN, ĭnis. n. [ἀπότμημα] *Quod ex aliquo reſecatur:* vt Reſegmina vnguium Plin. 28, 1. Reſegminibus amputatis Id. 33, 12.

RESEX, ĕcis. m. *Genus palmitis in vite, qui et* Cuſtos *dicitur, et* Praeſidiarius *et* Subſidiarius. Colum. 3, 10, 15 Nam confiteor pampinarios quoque quum e duro prorepſerint, tempore anni ſequentis acquirere foecunditatem, et ideo in reſecem ſubmitti, vt progenerare poſſit. Verum eiusmodi partum comperimus, non tam ipſius reſecis, quam materni eſſe muneris. Pampinum reſecem *vocat, qui reſectus, reciſusque melius prouenit, fitque fructuoſior.* Reſeces bigemmes Colum. 4, 5, 11. Id. 4, 21, 3 *vocat* Cuſtodem et praeſidiarium. *Dicitur et* Subſidiarius Ibid. 24, 13.

RESĔCRO, *vel* RESĂCRO, āre. [ἀναλιπαρέω] eſt obſecrationem et preces retractare, *aut contrarias facere.* Plaut. Aul. 4, 7, 4 Nunc te obſecro, fac mentionem cum auunculo mater mea, reſecroque mater quod dudum obſecraueram. Feſtus, Reſecrare, reſoluere religione, vtique quum reus populum comitiis orauerat per deos, vt eo periculo liberaretur, iubebat magiſtratus eum reſecrare. Nepos 7, 6, 5 Reſtituta ergo Alcibiadi ſunt publice bona. Iidem illi Eumolpidae ſacerdotes reſacrare ſunt coacti, qui eum deuouerant: pilaeque illae, in quibus deuotio fuerat ſcripta, in mare praecipitatae, Reſacrare *ibi legitur per primam Vocalem.* Ammian. Marcell. 24, 6 *extr.* Iulianus Iouem teſtatus eſt, nulla Marti iam ſacra facturum: nec reſecrauit, celeri morte praereptus, *i. non retractauit votum. Sed*

Plaut. Perſ. 1, 1, 49 Obſecro te, reſecroque, *quidquid acute diſputent viri docti, videbantur mihi rectius intelligere, qui illud interpretantur, iterum iterumque obſecro. Habent ſimilem formulam ludicram Germani,* einen hinter Gott, und vor Gott bitten. *conf. P. Pithoei Aduerſ.* 1, 10.

RESECRATIO, ōnis. f. Auguſtin.

RESĒDA, ae. f. Plin. 27, 12 *extr.* Circa Ariminum nota eſt herba, quam reſedam vocant. Diſcutit collectiones inflammationesque omnes. Qui curant ea, addunt haec verba: Reſeda morbos reſeda, ſciſne ſciſne quis hic pullos egerit? radices, nec caput, nec pedes habeant. Haec ter dicunt, totiesque deſpuunt.

RESĒDO, āre. [ἀναπαύω] Plin. 27, 12 *Idem quod* Sedo *ſignificat. vid. modo* RESEDA.

RESEGMEN, *vid.* RESECO.

RESEMĬNO, āre. Ouid. Met. 15, 392 Vna eſt quae reparet, ſeque ipſa reſeminet ales.

RESEMINATIO, ōnis. f. Columellae *tribuitur.*

RESĔQVOR, ĕris, ſecutus, ſum, qui. [ἀνακολουθέω, ἀνταποκρίνομαι] *Retro ſequi.* Solatur noſtras echo reſecuta querelas Auſon. Epiſt. 25, 68. Et pereuntis adhuc gemitum reſecuta querelis Idem Epigr. 99 *de eadem echo.* Ouid. Met. 8, 862 Illa dei munus bene cedere ſenſit, et a ſe Se quaeri gaudens, his eſt reſecuta rogantem. *i. Sic reſpondit interroganti.* Ouid. Met. 13, 749 Nereis his contra reſecuta Crataeide natam eſt. *conf.* Id. ibid. 6, 36.

RESĔRO, āre. [ἀνοίγω] *Aperire.* Cic. Off. 2, 54 c. 15 Quam ob rem nec ita claudenda eſt res familiaris, vt eam benignitatis aperire non poſſit: nec ita reſeranda vt pateat omnibus. Reſerare, *inquit* Nonius Aperire, a Sera dictum, qua remota valuae pateſiunt. Virg. Aen. 8, 244 Non ſecus, ac ſi qua penitus vi terra dehiſcens Infernas reſeret ſedes. Ouid. Met. 6, 664 Reſerato pectore diras, Egerere inde dapes, demerſaque viſcera geſtit, *de Tereo perhorreſcente cibum, puerum ſuum a ſe comeſtum.* Claudere *et* Reſerare, *contraria* Plin. 10, 21. Fores reſerare Ouid. Met. 10, 384. Moenia Idem ibid. 8, 61. Vrbem reſerare, et pandere portas Virg. Aen. 12, 584. Cic. Philipp. 7, 2 c. 1 Vt conditiones ferret, leges imponeret, reſerare nos exteris gentibus Italiam iuberet. Vt reſeret pelagus, ſpargatque per aequora bellum Lucan. 2, 682. Annum longum reſerat Ianus Ouid. ex Pont. 4, 4, 23. Oracula reſerabo auguſtae mentis, *i. Diuinae* Ouid. Met. 15, 145. Secreta reſerans Valer. Argon. 2, 438.

RESERĀTVS, a, um. Partic. [ἀνεῳγμένος] *vt,* Ianua reſerata *patet* Ouid. Faſt. 2, 456. Carcere reſerato patent poſtes Idem Amor. 3, 2, 77.

RESERATVS, ûs. m. In voluminis ipſius operiſque reſeratu Sidon. Ep. 9, 11. *i. in libro legendo et intelligendo.*

RESĔRO, ſēui, ſatum, ĕre. [ἀναφυτεύω] *Rurſus ſerere, ſeu rurſus plantare.* Plin. 18, 20 Nam quum hieme praegelida captae ſegetes eſſent, reſeuerunt, reſarrientes campos menſe Martio. Colum. 3, 11 Nam de vinetis quae longo vſu exoleuerant, inter omnes auctores conſtitit peſſima eſſe ſi reſerere velimus.

RESERVO, āre. [διαφυλάττω, διατηρέω] *Retro ſeruare, vel in futurum ſeruare.* Plin. Epiſt. 10, 3 Sed hoc votum meum bonitati reſeruatum eſt. Vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui Cic. in Orat. 160. Rem totam vobis integram reſeruaui Id. Fam. 11, 21. Quaeſita reſeruare Ouid. Met. 7, 657. Cic. Verr. 5, 66 Quum tamen a praeſenti ſupplicio tuo ſe continuit Populus Rom. et repreſſit, et ſalutis tuae rationem iudicum ſeueritati reſeruauit. Praeſenti ſermoni reſeruentur caetera Cic. Qu. Frat. 2, 8. Supplicia reſeruare alicui Stat. Theb. 8, 121. Cic. pro Roſc. Amer. 151 c. 52 Ad eamne rem vos reſeruati eſtis, vt eos condemnaretis, *etc.* Id. Att. 1, 17 Mihi vero vt inuideant Piſcinarii noſtri, aut ſcribam ad te alias, aut in congreſſum noſtrum reſeruabo. Id. pro Cael. 59 c. 24 Proh dii immortales, cur interdum in hominum ſceleribus maximis aut conniuetis, aut praeſentis fraudis poenas in diem reſeruatis. Ad extremum Caeſ. Bell. Gall. 3, 3. Ad Maiora reſeruare ſe Virg. Aen. 4, 368. Ad Meliora ſeſe Sil. 10, 56. Cic. Verr. 5, 121 Quos (vt mihi videtur) ab illorum innocentium poena, fortuna ad hanc cauſam reſeruauit. Ad Periculum alterius reſeruari Caeſ. B. C. 1, 2. Quartam partem agri in Pratum reſeruare Cato c. 29. Cic. Verr. 1, 20 Ad quam Spem tam perfidioſum, tam importunum animal reſeruetis? Id. pro Font. 34 c. 15 Nonne et hominem ipſum ad dubia Reip. Tempora reſeruandum, et caeteros ſtudio laudis ac virtutis inflammandos putatis? Id. de Nat. Deor. 3, 3 Quare et mundus vniuerſus, et ſol, et luna, et ſtellae ſenſum ac mentem haberent, in idem tempus reſeruabo. *conf.* Id. de Prou. Conſul. c. 20.

RESERVANS, antis. Part. Nuptiale baſium reſeruans Mart. 11, 99. Naturales reſeruans ſemina Lucret. 1, 607.

RESERVATVS, a, um. Part. Habetis conſulem Ex plurimis periculis et inſidiis ad ſalutem veſtram reſeruatum Cic. Catil. 4 c. 9.

RESERVĀTVM, i. n. }
RESERVĀTIO, ōnis. f. } Voces apud ICtos.
RESERVĀTOR, ōris. m. }

RESES, *vid.* RESIDEO.

RESEX, *vid.* RESECO.

RESIBILO, *vnde*

RESIBILANS, antis. Contra tonitrus reſibilante audebat ſuperos ciere planta Sidon. Carm. 9, 8.

RESĬDEO, ſēdi, ēre. [ἀνακαθίζω, ἀνακάθημαι, ἀνάκειμαι] *Sedere poſt laborem, quieſcere, ſine motu ac firmum eſſe.* Virg. Aen. 7, 27 Quum venti poſuere, omniſque repente reſedit Flatus Reſidendo apparent magnitudines, ſi quae reliquae ſunt, *de cochlea tuſa* Scribon. 122. Reſidere, deinde ſpatiari Cic. pro Roſc. Amer. 39. Reſideamus ſi placet Id. de Fin. 3, 9. Aſelli tergo Ouid. Faſt. 3, 749. Humi Idem ibid. 3, 15. *et* de Arte Am. 3, 696. Ibi, vbi telum erat impoſitum, reſedit Nep. 14, 11, 3. Monte Ouid. Met. 5, 364. Saxo reſedit paſtor Id. Triſt. 4, 1, 11. In corpore mortui nullus reſidet ſenſus Cic. Tuſc. 1, 104 c. 43 *extr.* Plin. 8, 37 Similiter reſident in clunes, et binis pedibus gradiuntur, prioribuſque vt manibus vtuntur, *de muribus Ponticis. Alii legunt* Reſidunt. Plaut. Truc. prol. 7 In vobis reſident mores priſtini. In rupe reſidere Virg. Aen. 5, 180. In ſolio Ouid. Faſt. 6, 613. Lucret. 3, 399 Nam ſine mente, animoque nequit reſidere per artus Temporis exiguam partem pars vlla animaï. Acies reſidet hoc campo, *vid.* ACIES, pro Exercitu. Si quid amoris reſidet in te erga me Cic. Fam. 5, 5 *extr.* Id. de Senect. 61 Quorum non in ſententia ſolum, ſed etiam in nutu reſidebat auctoritas. Bellum horum tectis ac ſedibus reſidet Id. pro Domo 61. Brutus ad Cic. Ep. 16 Cuius Culpa non magis

magis in te reſidet, quam in omnibus aliis. Cic. Att. 1, 17. Culpa in nobis reſedit Lucret. 5, 1424. Culpa reſidet penes eum Alphenus in l. Si ex plagis §. 2 D. ad l. Aquiliam. Impetus Marcelli reſederunt, non inertia ſed conſilio Cael. ad Cic. 8, 2. Irae reſident Liu. 2, 29, 6. *i. Quieſcunt.* Pecunia publica reſidet apud eum, *i. In debitos vſus ab eo non erogata* Martianus in l. 4 D. ad legem Iuliam peculatus. *Nempe* reſidet, *quod* reſiduum eſt Sen. de Breu. Vit. 7 Diſpunge ac recenſe vitae tuae dies: videbis paucos admodum et reiiculos apud te reſidere. *Sic* Cic. Fam. 5, 7 Nulla re tam laetari ſoleo, quam officiorum meorum conſcientia: quibus ſi quando non mutue reſpondetur, apud me plus officii reſidere facillime patior. Cic. in Catil. 1, 31 Videbimur fortaſſe ad breue quoddam tempus cura, et metu eſſe releuati: Periculum autem reſidebit, et erit incluſum penitus in venis, atque in viſceribus Reipublicae. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 30 O miſera vitae Ratio, quae tamdiu reſides in voluptate! Id. Fam. 12, 3 Etiam nunc reſidet ſpes in virtute tua. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 9 Quomodo Spes ſalutis reliquis reſidebit, quum ciuibus praecluſa ſit exſpectatio incolumitatis? Res geſtae in quibus nulla poteſt reſidere inertiae Suſpicio Id. Qu. Frat. 1, 1, 22. Tumor animi reſidet Id. Tuſc. 3, 26. *i. Quieſcit.* Plaut. Capt. 3, 1, 8 Ita venter, gutturque reſident eſuriales ferias. *i. Otiantur, aguntque ferias eſuriendo, feriantur, quieſcunt. Poteſt eſſe formula* reſidere ferias. Cic. de Legib. 2, 55 c. 22 Nec vero tam Denicales, quae a nece appellatae ſunt, quia reſidentur mortui (*ſ.* mortuis) quam caeterorum caeleſtium quieti dies, Feriae nominarentur, niſi maiores eos, qui ex hac vita migraſſent, in deorum numero eſſe voluiſſent. *Secundum haec* feriae reſidentur mortuis. *Niſi probamus coniecturam Lambini,* neci dantur mortui: *quam formulam illuſtrare licet ex illo praeconio* in funeribus indictiuis *apud* Varron. L. L. 6, 3 p. 73, 27 Ollus leto datus eſt.

RESIDENS, entis. Partic. Plin. 34, 14 ſ. 40 Ariſtonides artifex quum exprimere vellet Athamantis furorem, Learchum filium praecipitare volentis, et praecipitato illo reſidentis poenitentiam, *etc. Alia exemplaria ſic habent,* Quum exprimere vellet Athamantis furorem Learcho filio praecipitato reſidentem, poenitentiamque, ferrum et aes miſcuit: vt rubigine eius per nitorem aeris relucente, exprimeretur verecundiae rubor. *conf. Hard. vid. Torrent. ad* Sueton. Caeſ. c. 4 Coruus celſa reſidens Arbore Phaedr. 1, 14, 4. Vertice reſidens Sil. 7, 366. In vertice reſidens Id. 5, 206.

RESES, idis. Adi. [ἀνακείμενος] *Qui remanet otioſus a labore, ſeu opere quod exercere ſolebat.* Liu. 2, 32 Timere patres reſidem in vrbe plebem, incerti manere eam, an abire mallent. Viros reſides in arma mouere Virg. Aen. 6, 813. Varr. de R. R. 3, 17 Piſcinas eius deſpiciebat, quod aeſtuaria idonea non haberet, ac in reſidem aquam et locis peſtilentibus habitarent piſces eius. Curas reſides ſoluere Valer. Argon. 8, 220. Piger Virg. Aen. 1, 726 Iampridem reſides animos, deſuetaque corda. *Vbi* Seruius, Reſides, pigros, et ad amandum inertes. *conf.* Feſt.

RESIDIA, ae. f. *legitur a quibusdam ap.* Plaut. Merc. Prol. v. 29. *vbi alii* deſidia.

RESIDVVS, a, um. Adi. [ὑπόλοιπος] *Quod reſidet et ſupereſt, ſiue reliquum eſt.* Liu. 33, 47 *pr.* Omnibus reſiduis pecuniis exactis, tributo priuatis remiſſo, *etc.* Cic. Fam. 10, 11 Cupio mehercules, nullam reſiduam ſolicitudinem eſſe. Dolores reſidui Scribon. 121 Quae reſidua eſt ſapa 111. Aceto reſiduo commixta 2. Vinum reſiduum 161. Quid relatum, quid reſiduum ſit Cic. de Lege Agr. 2, 58 c. 22. Reſidua et vetus ſimultas Liu. 29, 37. Sueton. in Auguſt. c. 73 Inſtrumenti eius et ſupellectilis parſimonia apparet etiam nunc reſiduis lectis, atque menſis. Quinctil. in Gladiatore, ſ. Decl. 9, 23 Cum confectum cladibus ſenem, et tantum poenae ſuae reſiduum conſidero. Superſtitem ad poenas talem *dixit* Inſtit. 6 Pr. 13. ¶ 2 *Subſt. intellecto* tributo, Paullus in l. Sacrilegi D. ad l. Iuliam peculat. Lex Iulia reſiduorum. Papin. ibid. l. vlt. Publica iudicia peculatus, et de reſiduis, et repetundarum. Martianus ibid. l. 4 Lege Iulia de reſiduis tenetur is, apud quem ex locatione, emtione, alimentaria ratione, ex pecunia quam accepit, aliaue qua cauſa pecunia publica reſedit. Illud vnum cuiusmodi eſt de condonatis reſiduis tributorum? Auſon. in Grat. Act.

RESĪDO, ſēdi, ĕre. [ἀνακαθέζομαι] *Motum ſignificat* reſidēre *incipientis.* Plin. Epiſt. 4, 22 Nam Viennenſium vitia inter ipſos reſidunt, noſtra late vagantur. Id. 28, 9 Datur et phthiſicis vnciatim cum vini veteris hemina decocta, donec tres vnciae e toto reſidant, *i. Superſint et remaneant, reſiduae ſint.* Si montes reſediſſent, amnes exaruiſſent Cic. in Piſon. 82 c. 33. Retro reſidit materia Lucret. 2, 283. Reſidunt in clunes Plin. 8, 37 *de muribus ponticis al.* reſident. Corda ex ira reſidunt Virg. Aen. 6, 407. Omnia quae commouerat, pace et otio reſederunt Cic. in Salluſt. 10. *conf.* Ouid. Her. 17, 190 *ex lect. Heinſ.*

RESIGNO, āre. [ἀποσφραγίζω, Gloſſ. Cyr. παραλύω Onomaſt.] *Quod ſignatum erat, aperire, relaxare, patefacere:* Plaut. Trin. 3, 3, 65 Iam ſi obſignatas non feret, dici poteſt, apud portitorem eas reſignatas ſibi, inſpectasque eſſe. Cic. Att. 11, 9 *de literis fratris ſui ad alios a ſe apertis,* Quas ſi putabis illi ipſi vtile eſſe reddi, reddes: nihil me laedet. nam quod reſignatae ſunt, habet, opinor, eius ſignum Pomponia. Loculi reſignati Plin. 14, 13 ſ. 14. Teſtamenta reſignare *dicitur autumnus, i. mortem multis adferre, quo facto teſtamenta aperiuntur* Hor. Epiſt. 1, 7, 9. *Quod* Reſignare, [ἐπισφραγίζειν] *Perfecte ſignare dicunt eſſe nihil eſt. Laudant* Colum. de Arboribus 20, 2 Prius quam arbuſculas transferas, rubrica reſignato, vt iisdem ventis, quibus ante ſteterunt conſtituas eas: *ſed in caſtigatis exemplis ſic legitur,* Rubrica, vel alia qualibet re ſignato. *Et tamen* Reſignare, Claudere *interpretatur ipſe* Seru. *ad* Virg. Aen. 4, 244. Dat ſomnos, adimitque, et lumina morte reſignat. *Verum recte* Turn. 24, 26 *fidem illi habendam hic negat:* reſignat *eſt aperit hic etiam. Clauſos mortuis oculos ſat notum. An etiam obſignati? Colligunt Germanus Valens et Cerda ex illo* Varronis *apud* Non. 2, 785 Ne filii patribus luci claro ſigillent oculos. Sigillent *potius quam ſuggillent legendum ſuadet interpretatio* Nonii, obcludere. Sil. 17, 426 Irrumpit Auſonius globus, et periuria Graeca reſignat, *i. Graecos periuros diſſipat, phalangem clauſam et velut obſignatam aperit.* Fata venientia reſignare Ouid. Faſt. 6, 535. *i. aperire. Similes formulae in Apocalypſi.* ¶ 2 Reſignare, pro Reſcribere dicebant antiqui, ſicuti Subſignare, pro Subſcribere: et Reſignatum aes dicebatur militi, quum ob delictum iuſſu Tribuni militum, ne ſtipendium ei daretur, in tabulas referebatur. Feſtus. *Potius compararem cum verbo* Aſſignare, *cui in ſolutionibus locum eſſe conſtat.* Reſignare, *eſt retro aſſignare, reddere, vt* Hor. Carm. 3, 29, 54 Si celeres quatit Pennas, reſigno quae dedit: *de Fortuna.* Id. Epiſt. 1, 7, 9 Hac ego ſi compellar imagine, cuncta reſigno. *h. e. Reddo, reſtituo.* ¶ 3 Reſignare, [ἀποκυροῦν] *quaſi ſigno ſ. ſigillo ablato irritum reddere.* Cic. pro Arch. 9 c. 5 *pr.* Nam quum Appii tabulae negligentius aſſeruatae dicerentur, Gabinii, quamdiu incolumis fuit, leuitas, poſt damnationem, calamitas, omnem tabularum fidem reſignaſſet. Brutus cum in Caſſio etiam ſuum animum perdidiſſet, ne quid ex conſtituti Fide reſignaret, ipſe quoque vni comitum ſuorum praebuit latus Flor. 4, 7 *extr. Quid ſit* Parem rationem reſignare Senec. de Benef. 6, . . *non vacat modo quaerere.*

RESIGNĀTVS, a, um. Partic. Cic. Att. 11, 9 Literae reſignatae.

RESIGNĀTOR, ōris. m. [ἀποσφραγιστής] Gloſſ. Cyril.

RESIGNATRIX, īcis. f. Tertull. de Habit. mulier. c. 1 Eua arboris illius reſignatrix.

RESIGNACVLVM, i. n. Tertull. adu. Marc. 2, 10 Tu es reſignaculum ſimilitudinis, qui ſcilicet integritatem imaginis et ſimilitudinis reſignaueris. *ex* Ezech. 28, 12.

RESĬLIO, ſilŭi, *vel* ſilii, ſultum, īre. [ἀναθρώσκω] *Retro ſalire.* Lucret. 4, 689 Omnia quandoquidem cogit natura referri, Ac reſilire ab rebus ad aequos reddita flexus. Piratae in aquas ſuas reſiluerunt Flor. 3, 6, 6. Grando reſilit a culmine tecti Ouid. Met. 12, 480. In ſpatium breue reſilire manus Id. ibid. 3, 677 Reſilire *dixit, pro Retrahi, ſeu potius Contrahi.* Vua iacens reſilit Scribon. 71. *i. redit ad locum ſuperiorem medicamento roborata. Sic* Plin. 11, 40 Detracto mamma alumno ſuo ſterileſcit illico *mamma* ac reſilit, *i. contrahitur, eadem plane ratione, vt modo de* Vua *dictum. Laudatur locus* Plinii, Quandoque reſilit Vulnus, et curare ſcalpello oportet. *Forte eſt* Plinii *illius* Valeriani. *Index certe Harduini non habet. Caeterum* reſilit vulnus *forte ſignificat recrudeſcit.* Celſ. 7, 3 *in Aldina eſt* Ergo quoties vlcus reſiluerit, eluere id — debebit. *Sic etiam Stephan. Sicque citat Rhodius in Lex. Scribon. al.* reſoluerit. *Metaph.* Cic. pro Roſc. Amer. 79 c. 29 Vbi ſcopulum offendis eiusmodi, vt non modo ab hoc crimen reſilire videas, verum omnem ſuſpicionem in vosmetipſos recidere intelligas. *Alia Metaphora* Reſilire, *a priore emtione diſcedere, ſiue abire.* Vlpian. in l. Sabinus D. de in diem addiction. Quid tamen, ſi hoc erat nominatim actum, vt liceret emtori reſilire, meliore conditione allata? Dicendum erit diſſolutam priorem emtionem.

RESVLTO, āre. Frequent. [ἀναπηδάω] Saepe reſilire, inquit Feſtus. ¶ 2 *De ſono et voce fere adhibent. Ac magis proprie* Plin. 11, 19 ſ. 21 Inimica eſt et echo reſultanti ſono. *Nempe ſic ipſe* Virg. Georg. 4, 50 *de eadem re, id eſt de apibus,* vbi concaua pulſu ſaxa ſonant, vocisque offenſa reſultat imago. Calpurn. Sic. 4, 5 Carmina iam dudum non quae nemorale reſultent, Voluimus. *Et* 1, 26 Nihil armentale reſultat, *i. reſonat. Sed Hypallage non abſurda* Virg. Aen. 5, 150 Pulſati colles clamore reſultant. *Hinc* Claud. Conſ. Olybr. 175 Collesque canoris Plauſibus impulſi ſeptena voce reſultant. Stat. Theb. 2, 714 Oranti nox et iuga longa reſultant *et ſic ſonum repercuſſu augent.* Plin. Pan. 73, 1 Inde reſultantia vocibus tecta. Tac. An. 1, 65 *pr.* Cum barbari laeto cantu ſubiecta vallium aut reſultantes ſaltus complerent. Apul. Met. 5 p. 161 Crebris eiulatibus ſaxa cautesque parilem ſonum reſultabant. *Non abſurda, inquam, eſt haec Hypallage: cum in omni ſono ineſſe percuſſionem corporis tremuli, eiusque repulſum, olim phyſici docuerint.*

RESVLTATIO, ōnis. f. Auguſt.

RESILVESCO, ĕre. Arentium ſterilitas reſilueſcit, Sarisb. 3, 3.

RESIMPLICATVS, a, um. Adi. Linteolum aqua tingentes, partibus reſimplicatum apponunt Cael. Aurel. Tard. 5, 1, 20 *i. duplicatum.*

RESĪMVS, a, um. [ἀνάσιμος] *Quaſi* Retro ſimus, *Qui ſurſum verſus reductas habet nares.* Columel. 6, 1, 3 *in boum deſcriptione* Naribus reſimis, patulisque. Varro de R. R. 2, 9, 3 *de canibus,* Labris ſubnigris, aut rubicundis, neque reſimis ſuperioribus, neque pendulis ſubtus. Plin. 8, 25 *de Hippopotamo,* Roſtro reſimo, cauda et dentibus aprorum aduncis, *etc.* Celſus 8, 3 Lamina ferrea eſt, aenea, firma, paullum reſima, *i. Panda.*

RESĪNA, ae. f. [ῥητίνη] *Humor pinguis ex arboribus defluens in iisdemque reſidens.* Plin. 16, 10 Pinus fert minimum reſinae, interdum et nucibus ipſis, *etc.* Plaut. Merc. 1, 28 Reſinam ex melle Aegyptiam vorato, ſaluum feceris. Ex cupreſſu et pinu reſina naſcitur Vitruu. 2, 9. Quid faciant vngues? nam certe non potes illos reſina, Veneto nec reſecare luto Martial. 3, 74. *conf. Turneb.* 35, 19. Reſina terebinthina Colum. 12, 20. Plin. 23, 1 Reſina condita, frigidis ſtomachis vtilia exiſtimantur, *vina reſinata.* Reſina terebinthina vera Scribon. 75. - Ex pinu 187. - Colophonia 206, 212. - Pituina 202, 205 *etc.* Pituina, id eſt, ex picea arbore 201. -- Vtraque, Ibid. - Fricta, *vid.* F.

RESINVLA, ae. f. Dimin. Arnob. 7 p. 233.

RESINACEVS, a, um. Adi. [ῥητινώδης] *Quod reſinam refert.* Plin. 24, 11 Alterum ſterile, alterum cui et caulis et ſemen reſinaceum, quod canchrys vocatur.

RESINĀLIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 2, 13 Reſinale quid in ſe continere.

RESINĀTVS, a, um. [ῥητινωτός] *Reſina illitus.* Iuuen. Sat. 8, 114 Quid reſinata iuuentus? *quae reſina vellit pilos de cruribus, aliis, obſcenis.* Reſinatum vinum, *Cui reſina admiſta eſt* Plin. 23, 1. Martial. 3, 77 Reſinata bibis vina, Falerna fugis.

RESINŌSVS, a, um. Adi. [ῥητινώδης] *Quod reſina abundat* Reſinoſa medicamina Colum. 12, 20. *conf.* Plin. 12, 23. *et* 13, 6. *et* 24, 11. Plin. 15, 7 Eſt enim pinguiſſima et reſinoſiſſima *pix.*

RESINO, ĕre. Fundum audio te hunc velle reſinere Cic. ad Qu. Frat. 3, 3. *verum perperam ita allegatur locus.*

RESĬPIO, īui, *et* ui, ĕre. [ἀπόζω] *Ex* Re *et* Sapio. *Metaphor.* Cic. de Nat. Deor. 2, 46, 17 Epicurus homo minime aptus ad iocandum, minimeque reſipiens patriam, *Athenas.* Plin. 14, 1 Iam inuenta vitis per ſe in vino picem reſipiens. Laboraui, vt abſurda, concinerent, inſulſa reſiperent, hiulca congruerent Auſon. Technop. praef. *i. ſaporem aliquem reciperent, inſipida eſſe deſinerent.* Vt reſipiit Suet. Ner. c. 42.

RESIPISCO, ĕre. [ἀνανήφω, ἐκνήφω] Ad priorem mentis ſtatum, vel ad meliorem mentem redire. Ter. Andr. 4, 2, 15 Reſipiſco. *vox Myſidis, animum recipientis a metu et deſperatione, poſt promiſſa Pamphili.* Id. Heaut. 4, 8, 3 Quum te intelligo, reſipiſſe. Cic. pro Sext. 80 c. 38 An quod, quum eſſet ablatus, primumque reſipuiſſet, non ſe referri iuſſit? *al.* reſipiſſet. Id. Att. 4, 5 Vix aliquando te auctore reſipiui. Liu. 36, 22

Vt

't tunc ſaltem experti regiam vanitatem reſipiſcerent. Reſipiſſe, *ro Reſipuiſſe* Iuuenc. 2, 256. Suet. in Tiber. c. 73 Quum extractum ſibi ꞉ficienti annulum mox reſipiſcens requiſiſſet, *vid.* RESIPISCENTIA.

RESIPISCENTIA, ae. f. *Nomen forte a* Lactantio *fictum.* *'a enim ille* 6, 24, 6 Quem facti ſui poenitet, errorem ſuum priſtinum ıtelligit. Ideoque Graeci melius et ſignificantius μετάνοιαν dicunt, uam nos Latine poſſumus reſipiſcentiam dicere. Reſipiſcit enim, : mentem ſuam quaſi ab inſania recipit, quem errati piget, caſti- atque ſe ipſum dementiae, et confirmat animum ſuum ad rectius vi- endum: tum illud ipſum maxime cauet, ne rurſus in eosdem laqueos ıducatur.

RESISTO, ſtiti, ſtitum, ĕre. [ἀντέχω, ἀνθίσταμαι] *Conſiſtere* iu. 1, 12 Reſtitere Romani, tanquam caeleſti voce iuſſi. Dabo *μέ- α κακὸν*, ni reſiſtis Plaut. Caſ. 3, 6, 9. *conſ.* Caeſ. B. C. 2, 35. Reſtitit ad oſtras feſſa labore fores Ouid. Faſt. 5, 234. Ad fores thalami reſi- ere Id. de Arte Am. 2, 704. Cic. de Fin. 4, 50 Quod bonum ſit, i eſſe optabile: quod optabile, id eſſe expetendum: quod ex- etendum, laudabile: deinde reliqui gradus: ſed ego in hoc reſiſto. ı voce media Virg. Aen. 4, 76. Nihil eſt iam vnde nos reficia- nus, aut vbi lapſi reſiſtamus Cic. pro Muraen. 84 c. 39. Liu. 36, ; Baebius reſtitit ad Pelineum oppugnandum. ¶ 2 Re- ſtere, *Aduerſari, Repugnare.* Caeſar Bell. Gall. 2, 22 Quum ıuerſis locis legiones aliae alia in parte hoſtibus reſiſterent. Id. err. 3, 36 Q. Septicio, honeſtiſſimo homine, equiteque Rom. reſi- ente Apronio, et affirmante ſe plus decima non daturum, exoritur eculiare edictum repentinum. Ne qua ſibi ſtatua poneretur, re- itit Nep. 25, 3, 2. Reſiſtere et peruincere Cic. Att. 2, 1. Age ꞉ltitero Peripateticis Id. Att. 4, 115. Amori reſtitit robur Lucan. 2, 79. Armis reſiſtere Cic. Tuſc. 2, 33. Malo reſiſtere Ouid. let. 1, 288. Cic. Verr. 1 *extr.* Cui ego niſi vi populi et hominum amore, atque conuicio reſtitiſſem. Arbor reſiſtit ventis Ouid. de rte Am. 2, 651. Sero reſiſtimus ei, quem per annos decem alui- us contra nos Cic. Att. 7, 5. Reſiſtere immobilem Plin. 12, 9. duerſus reſiſtere Nep. 16, 1, 3. Columel. 1, 5 Perſtructa valenter ꞉ſiſtent contra ea, quae poſtmodum ſuperpoſita incumbent. Contra eritatem reſiſtere et repugnare Cic. pro Roſc. Com. 51 c. 17. Con- ımaciter reſiſtere, *vid.* CONTVMAX. Cum a Cotta Acriter reſi- eretur Caeſ. B. G. 5, 30. Fortiter reſiſtere dolori Cic. Fam. 5, 17. 'bfirmate reſiſtere, *vid.* OBFIRMO. Paulliſper reſiſtere, *vid.* PAVLLI- 'ER *in* PARVM. Plin. 8, 27 Ceruus herba cinare venenatis pabulis ·ſiſtit. Quinctil. 11, 2, 46 Inde interruptus actionis impetus, et reſiſtens · ſalebroſa oratio. *h. e. Interſiſtens, non perpetuo tenore fluens, ſed in- rdum ſubſiſtens et haerens.* Species reſiſtentes, *vid.* ADAERO, āre. eſiſtitur, *Imperſ.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 3 Omnibus his reſiſtitur, omni- ısque oratio COS. Scipionis, Catonis opponitur. Liu. 3, 11 Tamen gi reſiſtebatur. Non facile valenti populo reſiſtitur Cic. de Rep. ·. Priſc. 15 p. 1014. *Paſſiue* Solin. c. 24 *Salm.* Fluctus ingrui ſiſtuntur.

RESISTENS, entis. Rurſus regreſſos ac reſiſtentes hoſtes in fu- m dederunt Caeſ. B. G. 2, 23.

RESOLVO, ſolui, ſolūtum, ĕre. [ἀναλύω] *Quod ligatum erat luere.* Ouid. Met. 1, 382 Et velate caput, cinctasque reſoluite veſtes. lın. 8, 12 Reſoluunt illi nodos manu. Vincire *et* Reſoluere, *con- aria* Columel. 11, 1. Quinctil. 12, 2 Proprietates vocis cuiusque oſſe, et ambigua aperire, et perplexa diſcernere, et de falſis iudica- :, et colligere ac reſoluere quae velis. Ab amplexu reſolui 'uid. Epiſt. Sabin. 1, 66. Artus nexos reſoluere Virg. Aen. 4, 695. .tus et animam Idem ibid. 4, 695. Bella Sil. 8, 277. Clau- ra vitae reſoluere, *i. Animam a corpore ſeparare* Lucret. 1, 416. rines Liu. 24, 26. Arida nec vinclis Crura reſolue ſuis. Ouid. : Arte Am. 3, 272. Curas Virg. Georg. 1, 302. Emtio ſub ›nditione reſoluitur, *Ad nihilum redigitur* Vlp. in l. 2 D. de in diem ldictione. Fauces reſoluere in verba, *Aperire fauces ad loquen- ım* Ouid. Met. 2, 282. Fila Idem ibid. 2, 654. Flumen, *v. v.* raudes Sil. 7, 153. Galeam alicui Ouid. Epiſt. 13, 147. Gle- a ſe reſoluit Zephyro Virg. Georg. 1, 44. Columel. 2, 2 Neque ım aliud eſt colere, quam reſoluere et fermentare terram. Iu- ılum ferro Ouid. Met. 6, 643. *et* 1, 227. Iura ſacrata Virg. Aen. 157. Latus enſe Lucan. ad Piſon. 132. Literas Liu. 26, 15. ebulae ventis ac ſole reſoluuntur Ouid. Met. 14, 400. Obliga- o reſoluitur Paullus in l. 3 et 4 D. de reſcind. vendit. Ora ſono uid. Met. 13, 126. Operata reſoluimus ora Idem Faſt. 6, 249. 'enebras Virg. Aen. 8, 591. Triſtitiam animi Plin. 24, 6. Vires ꞉ſoluunt Lucret. 4, 950. Vittas capitis Virg. Aen. 3, 370. Vo- ꞉m atque ora Virg. Aen. 3, 457. Vulnera Stat. Silu. 5, 5, 82. Vul- era reſolui Quinctil. 6, 2. Reſoluere corruptam partem a viua elſ. 5, 28. Reſoluere in puluerem, *Reducere* Columel. 11, 2. eſoluere in tabem margaritas Plin. 9, 35. In deſidiam nimia uiete reſolui Valer. Max. 7, 2. Reſoluere, *pro Numerare pe- mias creditoribus, aut aliis, quibus promiſimus.* Plaut. Epid. 3, 2, 16 'Iam leno omne argentum abſtulit pro fidicina: ego reſolui. Cic. hilipp. 14, 38 Senatum quae ſit antea pollicitus legionibus exercitibus- ue noſtris, ea ſummo ſtudio Reipubl. recuperata reſoluturum. Re- ›luere *et* Componere, *contraria* Senec. Epiſt. 30. Quinctil. 5, 13 eſoluere ex parte diuerſa dicta difficile erit. *i. refellere, diluere.* eſoluere, *pro Abſoluere piaculo et flagitio.* Hor. Carm. 1, 28, 34 Te- ue piacula nulla reſoluent. *h. e. Nullis hoſtiis expiaberis.* Audi- ›r reſolui *dicitur, cum ad riſum hilaritatemque commouetur: vid.* Quinctil. 8 prooem. *ibique Burm. p. 660.* Mollire et reſoluere ominem: *pro Effeminare* Senec. Epiſt. 36.

RESOLŪTVS, a, um. Partic. [ἀναλελυμένος] *Vt*, Comas reſo- ıta puella Tibull. 1, 3, 31. *quae reſoluit comas.* Amore reſolutus, *iber ab amore* Tibul. 1, 9, 83. Corpore reſoluto neci ſimilis 'uid. Met. 7, 328. Quiete reſolutus, *Dormiens* Idem ibid. 9, 468. rachia reſoluta ſomno Ouid. Faſt. 1, 371. Corpora fluxa et re- ›luta Columel. 1, 1. Gaudia reſoluta Sil. 11, 305. Ira re- ›luta frenis legum Lucan. 2, 145. Mundus Sen. Ep. 9. *ſc. per* ›*nflagrationem.* Sil. 3, 643 Dat gemitum patiens reſoluto pondere ıoles. *h. e. Saxo putrefacto igni et aceto.* Tellus reſoluta rareſcit n aquas Ouid. Met. 15, 245. Transactio reſoluta Vlpian. in l. 'leganter, in princ. D. de condiction. indebit. Vincla reſoluta il. 3, 462. *Compar.* Martial. 10, 98 Reſolutior cinaedo. Va- ꞉r. Max. 8, 7 ext. 1 *de Demoſthene*, Fertur ore inſertis calculis mul- ım ac diu loqui ſolitus, quo vacuum promtius eſſet et reſolutius.

RESOLŪTE Adu. *Compar.* Tertull. ad Nation. 1, 19 Quo fa- .lius rideatis et reſolutius decachinnetis.

RESOLVTIO, ōnis. f. Gell. 17, 9 Reſolutio lori. Sophisma- tis reſolutio, Idem 18, 2. Alui Celſ. 2, 7. Neruorum, quam παράλυσιν Graeci vocant Celſ. 2, 1. *add.* 3, 24. 5, 28. Ventris reſolutio Celſ. 2, 6. *et alibi paſſim.*

RESOLVBILIS, e. Adi. Artificis quia dextra ſolubilis illud Cae- mentum ſtruxit reſolubile Prudent. Apoth. v. 514. Sed dum reſo- lubile corpus Reuocas deus atque reformas Idem Cathem. 10, 149.

RESŎNO, ui, āre. [ἀντηχέω] *Sonare ex ſilentio, Contra ſonantem ſonare.* Virg. Ecl. 1, 5 Formoſam reſonare doces Amaryllida ſiluas. Aether clamoribus reſonat Virg. Aen. 5, 228. *al.* fragoribus. *conſ.* 4, 668. *et* 7, 12. Aether reſonat latratibus Ouid. Met. 3, 231. Gloria virtuti reſonat tanquam imago gloriae Cic. Tuſc. 3, 3. Re- ſonare, *Sonum reddere:* Cic. Tuſc. 1, 96 Qui quum coniectus in car- cerem, triginta iuſſu tyrannorum venenum vt ſitiens obbibiſſet, reli- quum ſic e poculo eiecit, vt id reſonaret. Quo ſonitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc, *etc.* Cornua, quae ad neruos reſonant in can- tibus Cic. de Nat. Deor. 2, 149. Cantu aſſiduo Virg. Aen. 7, 12. Ore ſuperbo Sil. 3, 247. Virg. Ecl. 2, 13 At mecum raucis tua dum veſtigia luſtro, Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis, *arbu- ſta repercutiunt ſonum cicadarum.* Auia tum reſonant auibus vir- gulta canoris Virg. Georg. 2, 328. Spectacula plauſu reſonant Ouid. Met. 10, 668. Hor. Serm. 1, 8, 41 Quo pacto alterna loquen- tes Vmbrae cum Sagana reſonarint triſte et acutum. Cic. de Clar. Orat. 171 c. 46 Illud eſt maius, quod in vocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam et reſonat vrbanius. Reſonauit *pro* Reſonuit Manil. 5, 566 Aura per extremas reſonauit flebile rupes. *Imperſ. Paſſ.* In fidibus teſtudine reſonatur, aut cornu Cic. de Nat. Deor. 2, 144 c. 57. ¶ 2 Reſŏnĕre, per tertiam Coniugatio- nem ab antiquis reperitur vſurpatum. Accius, Clamore et gemitu templum reſonit caelitum. Pacuu. Duloreſte Hymenaeum fre- munt aequales, aura reſonit crepitu muſico. Non. 10, 4. Ennius *apud* Priſcian. 9 p. 863 Clypei reſonunt.

RESŎNANS, antis. Partic. [κρέκων, ἠχήεις] *Vt*, Saxa reſonan- tia Virg. Aen. 3, 432. Carmina reſonantia chordis Romanis Lucan. ad Piſon. 229. Vitruu. 5, 8 *in ſcena aedificanda cauendi*, Loci reſo- nantes, qui dicuntur ἀντηχοῦντες — in quibus cum in ſolido tactu percuſſa (vox) reſiliat, imagines exprimendo (*Echo, imago vocis*) no- viſſimos caſus duplices faciunt auditu. Cic. Qu. Frat. 1, 1, 33 Qua- re quoniam eiusmodi theatrum totius Aſiae virtutibus eſt datum cele- britate refertiſſimum, magnitudine ampliſſimum, iudicio eruditiſſi- mum, natura autem ita reſonans, vt vsque Romam ſignificationes vo- cesque referantur. Vnda reſonante tunditur litus Catul. ad Fu- rium ſ. 11, 3.

RESONANTIA, ae. f. Vitruu. 5, 3 Locus vbi non impediatur reſonantia. Idem *paullo poſt*, Voces ſine reſonantia perueniunt ad aures.

RESONABĬLIS, e. Adi. *Epitheton Echûs, quae non ſonare ipſa prior, ſed* reſonare *tantum poteſt.* *Nempe ipſa* Ouid. Met. 3, 358 Vo- calis nymphae, quae nec reticere loquenti, Nec prior ipſa loqui di- dicit, reſonabilis Echo. Echo *dici poteſt* Reſonantia. Reſonabi- lis *eſt* Reſonans. *conſ.* Auſon. Epigr. 99.

RESŎNVS, a, um. Adi. [κατηχής] *Vt*, Ictus reſoni Valer. Ar- gon. 1, 619. Voces reſonae Ouid. Met. 3, 496.

RESŌPIO, īre. *Vigilantem ſopire.* Fulgent. Cont. Virg. p. 156 Tricerberum mellitis reſopit offulis.

RESORBEO, bui *et* pſi, ptum, ēre. [ἀναῤῥοφέω, ἀναῤῥοιβδέω] *Rur- ſum, certe retrorſum ſorbere.* Plin. Epiſt. 4 *vlt.* An quae Oceano natura, fonti quoque? quaque ille ratione aut impellitur, aut reſorbetur, hac modicus hic humor, vicibus alternis ſupprimitur, vel egeritur? Ouid. Epiſt. 12, 125 Quaeque vomit totidem fluctus, totidemque re- ſorbet. Reſorbere quae euomimus Plin. 9, 43. Aeſtum reſorbe- re Lucret. 6, 695. Lacrimas reſorbere Stat. Theb. 5, 654. Pon- tus ſaxa reuoluta reſorbens Virg. Aen. 11, 627. Vocem reſorbere Plin. 18, 35.

RESPATIANS, antis. *Scaliger putauit aliquando, vt ipſe ait, legi poſſe apud* Albinou. in Obit. Maec. 128 Reſpatiantis equi, *vbi recte ita legitur*, Tu mulcere iubas, cum iam torſiſſet habenas Proce- dente die reſpicientis equi.

RESPECTO *et* RESPECTVS, *vid.* RESPICIO.

RESPERGO, ſi, ſum, ĕre. [διαῤῥαίνω] *Idem fere quod adſpergo. Vis Praepoſitionis in eo eſt, quod impulſus liquor ab vna parte reſilit in alteram etc.* Columel. 1, 6 Deinde quum praedictum tectorium ina- ruit, rurſus amurca reſpergitur. Cic. Verr. 5, 78 c. 38 Quum Praetoris nequiſſimi inertiſſimique oculos praedonum remi reſperge- rent. Sanguine reſpergere dextram Catull. Argon. ſ. 62, 230. Liu. 1, 13 Ne ſe ſanguine nefando ſoceri generique reſpergerent. Me- ro reſpergere tergora Columel. 6, 2.

RESPERSVS, a, um. Partic. [διαῤῥανθεὶς] *Vt*, Reſperſae ma- tris cruore virgines Liu. 24, 26. Caede fraterna iuuenis reſper- ſus Catull. Argon. ſ. 62, 181. Puluere reſperſus Stat. Theb. 8, 8. Sanguine manus reſperſae Cic. pro Roſc. Amer. 68 c. 24. Comae reſperſae ſanguine Ouid. Faſt. 3, 452. Menſa reſperſa cruore Liu. 39, 43. Idem 1, 48. Vinum reſperſum dixerunt antiqui, quia vino ſepulcrum ſpargebatur. Feſtus.

RESPERSVS, ûs. m. [διάῤῥανσις] Plin. 10, 3 Haec cauſa eſt gregatim auibus natandi: quia plures ſimul non infeſtantur, reſperſu pinnarum hoſtem obcaecantes.

RESPERSIO, ōnis. f. [ἐπίῤῥανσις] *Idem.* Cic. de Diuin. 2, 48 c. 21 Habes et reſperſionem pigmentorum, et roſtrum ſuis, et alia permulta.

RESPERGO, ĭnis. f. *Idem.* Marmora tabenti reſpergine tincta Prudent. adu. Symm. 1, 502.

RESPĬCIO, ſpexi, ſpectum, ĕre. [ἀναβλέπω, ἀνακύπτω] *Retro adſpicere, ſiue flexis oculis adſpicere.* Ter. Eun. 2, 3, 50 Quum huc re- ſpicio ad virginem. Cic. de Diuin. 1, 49 Tum ei ducem illum praecepiſſe ne reſpiceret. Non. 5, 85 proſpicere aduorſum videre ſignificat: Reſpicere vero, quaſi retro adſpicere. Varr. Manio, Sedens altus alieno ſumtu, neque poſt reſpiciens, neque ante proſpi- ciens. Reſpicit Aeneas ſubito Virg. Aen. 6, 548. Inſtantem tergo Cloanthum reſpicit Virg. Aen. 5, 168. Tellus reſpicitur Ouid. Amor. 2, 11, 23. Tam longe retro reſpicere non poſſunt Cic. Tuſc. 5, 6 c. 2. A tergo reſpicere Virg. Aen. 8, 697. ¶ 2 *Saepe modo cum flexu aliquo adſpicere ſignificat* Ter. Andr. 2, 5, 6 Qua- ſi de improuiſo reſpice ad eum. Cic. de Diuin. 1, 69 Et noctu ad oppidum reſpicientes. *Saepe per metaphoram ad mentis et cogitatio-*

num directionem refertur, vel relationem quamcunque adeo. Cic. pro Arch. *pr.* Quoad longiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium praeteriti temporis. Quinctil. 2, 12 Et quum Latinis ſtudebimus literis, non reſpiciamus ad Graecas. Periculum rei venditae ad venditorem debet reſpicere, *i. pertinere* Vlpian. in l. Si quis vina vendiderit, D. de pericul. et comm. rei vendit. Idem ibidem, Periculum acoris et mucoris ad venditorem pertinebit. Caeſ. B. Ciu. 3, 5 *extr.* Toti officio maritimo M. Bibulus praepoſitus cuncta adminiſtrabat: ad hunc ſumma imperii reſpiciebat. Mala ſua reſpicere, *Conſiderare* Lucret. 4, 1152. Vitae exemplar reſpicere Hor. in Arte Poët. 317. ¶ 3 *Iuuare, Synecdoche omnibus fere populis communi, cum reſpicere ante omnia ſoleamus, quem iuuare volumus.* Ter. Andr. 5, 6, 11 Age, me in tuis ſecundis rebus reſpice. Idem Adel. 3, 2, 55 Nam Hercle alius nemo reſpicit nos. Cic. Fam. 2, 15 Vt reſpiciam generum meum, adoleſcentem optimum, mihique cariſſimum. Lucina reſpexit domum nullo vlulata dolore Stat. Theb. 3, 159. Cic. ad Brut. 14 Quod ipſum, ſi Rempublic. cui ſuſceptus es, reſpicis, tibi iam iamque faciendum eſt. Ter. Phorm. 5, 3, 34 Dî nos reſpiciunt: gnatam inueni nuptam cum tuo filio. Cic. Att. 1, 13 (16) Niſi quis nos Deus reſpexerit. Pietas reſpicit labores humanos Virg. Aen. 5, 689. Cauere alicui, et reſpicere eum Cic. Verr. 3, 26. ¶ 4 Reſpicere Caeſarem, *eſt rationem illius habere, illi obtemperare* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 1. Non ſoles reſpicere te, cum dicas iniuſte alteri Plaut. Pſeud. 2, 2, 18. Ter. Heaut. 1, 1, 4 Nullum remittis tempus, neque te reſpicis. Cic. de Finib. 2, 79 Ne tum quidem te reſpicies, et cogitabis ſibi quemque natum eſſe et ſuis voluptatibus? Aetatem ſuam reſpicere Ter. Phorm. 2, 3, 87.

RESPICIENS, entis. Partic. [ἀναβλέπων] Ouid. Triſt. 1, 3, 60 Reſpiciens oculis pignora cara meis. Aeneas moenia reſpiciens Virg. Aen. 5, 3. Reſpiciens Fortuna ad opem ferendam, *templum Romae habuit, quod docet* Cic. de Legib. 2, 28 c. 11.

RESPICIENDVS, a, um. Partic. [ἀναβλεπτέος] Ouid. Amor. 1, 8, 38 Quantum quisque ferat, reſpiciendus erit.

RESPECTVS, ûs. m. [ἀφόρασις] *Actus reſpiciendi, oculorum coniectus.* Plautus . . . Et me reſpectu terruit. Effuſe ac ſine reſpectu fugit rex Philippus Liu. 32, 12. Reſpectus honeſti Lucan. 8, 490. Cic. de Diuin. 1, 68 Fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore. *i. Horrendum ſpectaculum.* ¶ 2 Reſpectus, [λόγος] *Ratio, qua ad aliquid agendum mouemur.* Martial. 11, 50 Sit pudor, et tandem veri reſpectus et aequi.

Comprime motus,
Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit,
Decurrat, mentemque domet reſpectus honeſti

Claud. Conſul. Honor. 4, 267. Cic. ad Brut. 1 Meus quidem animus in acie eſt, neque reſpectum vllum quaerit, niſi me vtilitas ciuitatis forte conuerterit. Mouebat haec multitudo hoſtium reſpectu paucitatis ſuae Iuſtin. 11, 9, 2. Occultae muſicae nullum eſſe reſpectum Suet. Neron. c. 20. *Interdum ſpem et fiduciam auxilii, aut praeſidii notat.* Cic. Philipp. 10, 9 c. 4 Graecia — tendit dextram Italiae, ſuumque ei praeſidium pollicetur. Idem ibid. 5, 49 Itaque quum reſpectum ad Senatum, et ad bonos non haberet. *Puto ſic interpretandum illud* Cic. Phil. 11 c. 11 Non vt ex ea acie reſpectum haberemus. *i. non modo, vt ea nos reſpiceret, vtque in ea nos haberemus ſpem auxilii propinqui,* ſed vt ipſa acies ſubſidium haberet etiam transmarinum. *i. facile adſciſcere poſſet copias transmarinas.* Liu. 2, 30 Sed factione, reſpectuque rerum priuatarum, quae ſemper offecere, officientque publicis conſiliis, Appius vicit. Abſcindere rerum omnium reſpectum, *vid.* ABSCINDO. Reſpectu mei Ouid. Triſt. 1, 3, 100. Ouid. ex Ponto 4, 9, 100 *de Tomitis,* Illi me, quia velle vident, diſcedere malunt: Reſpectu cupiunt hic tamen eſſe ſui.

RESPECTO, āre. Frequent. [ἀναπαπταίνω] Ter. Adel. 2, 1, 3 Quid reſpectas? mihi pericli eſt. Cic. pro Planc. 45 Ne par ab his munus in ſua petitione reſpectent. Lumine obliquo reſpectare aliquem Stat. Theb. 3, 377. Si qua pios reſpectant numina Virg. Aen. 1, 607. Sed patet immani, et vaſto reſpectat hiatu Lucret. 5, 376. *i. Ianua leti valde late, et vaſte retrorſum patefacta eſt. Add. ibid. v. 973.*

RESPECTANS, antis. Partic. [ἀναπαπταίνων] Lucret. 6, 1232 Funera reſpectans, animum et mittebat ibidem, *etc.* *i. cogitans moriendum eſſe.* *Proprie* Paterc. 2, 107 Sine fine reſpectans Caeſarem.

RESPĪRO, āre. [ἀναπνέω, ἀναψύχω] *Recipere intro anhelitum, et per hoc ipſum vigorem, animum, vires.* Ter. Heaut. 2, 2, 12 ô Clitipho, timeo, CLIT. reſpira. Plaut. Epid. 2, 2, 20 Mane, ſine reſpirem quaeſo. P. immo acquieſce. E. animo male eſt, recipiam anhelitum. Cic. pro Roſc. Amer. 22 c. 8 Quum tot tantisque negotiis diſtentus ſit, vt reſpirare libere non poſſit. *Sic* de Finib. 1, 53. Quinctil. 1, 8 Quum poëticis voluptatibus aures a forenſi aſperitate reſpirent. A metu reſpirare Cic. pro Cluent. 200 c. 65. Idem Fam. 6, 2 Si armis aut conditione poſitis, aut defatigatione abiectis, aut victoria detractis, ciuitas reſpirauerit, et dignitate tua frui tibi, et fortuna vti licebit. *Proprie* Cic. de Nat. Deor. 2, 135 Eaque ad pulmones vsque pertineat, excipiatque animam, eam, quae ducta ſit ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret, et reddat. Idem Att. 2, 24 Item atque eo ſi poteſt acrius te rogo, vt plane ad nos aduoles: reſpiraro, ſi te videro. Reſpiraui, liberatus ſum Cic. pro Milon. 48. Idem pro Quint. 53 Si mehercule haec tecum duo verba feciſſes, Quid ago? reſpiraſſet cupiditas atque auaritia paullulum. Stat. Silu. 2, 2, 78 — Inde malignum Aera reſpirat pelago circumflua Neſſis.

RESPIRATIO, ōnis. f. [ἀναπνοή] Cic. de Vniuerſ. 16 Neque erant anima circumfuſa extrema mundi, vt reſpirationem requireret. Cic. de Nat. Deor. 2, 27 *de aëre,* Ipſe oritur ex reſpiratione aquarum; earum enim quaſi vapor quidam aër habendus eſt. Reſpiratio parua atque anhela Cael. Aurel. Acut. 2, 32, 167. Tardior ac maior cum quodam gemitu C. Aurel. Ac. 2, 3, 16. Cic. in Orat. 53 c. 16 Diſtincta alios, et interpuncta interualla, morae, reſpirationesque delectant. *Sic* Quinct. 11, 3, 49 Reſpiratio ſecunda.

RESPIRĀTVS, ûs. m. [ἀνάπνευσις] Cic. de Nat. Deor. 2, 136 c. 55 In pulmonibus autem ineſt raritas quaedam, et aſſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima: qui tum ſe contrahunt adſpirantes, tum in reſpiratu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime aluntur animantes. *Aliqua exemplaria habent,* Reſpiritu; *alia,* Tum ſpiritu dilatant, *etc.* Apul. Met. 4 p. 74 *Pric.* p. 149 *Elmenb.* Paruis reſpiratui circa nares et oculos datis foraminibus.

RESPIRĀMEN, ĭnis. n. [ἀνάπνευμα] *pro Halitu ſeu meatu ſpiritus.* Ouid. Met. 2, 828 Vitalesque vias, et reſpiramina clauſit. *Add.* ibid. 12, 142.

RESPIRAMENTVM, i. n. Auguſtin. Confeſſ. 7, 7 Luxamentum et reſpiramentum.

RESPIRACVLVM, i. n. Claud. Mamert. 2, 12 Redactae paullulum reſpiraculo pauſae vires.

RESPIRIVM, i. n. Gloſſ. Lat. Gr. Reſpirium, ἀναπνοή.

RESPLENDEO, ui, ēre. [μαρμαίρω, ςίλβω] *Idem quod* Splendere. Cic. de Finib. 2, 23 c. 8 Adſint etiam formoſi pueri, qui miniſtrent, reſplendeat iis veſtis, argentum, vel Corinthium orichalcum, locus ipſe, aedificium. Et tremula infuſo reſplendent caerula Phoebo Sil. 12, 732. *Add.* Virg. Aen. 12, 741.

RESPLENDENTIA, ae. f. Luculentis ingeniis non deſit reſplendentia veritatis Auguſtin. Ep. 52. *ad Macedonium.*

RESPONDEO, di, ſum, ēre. [ἀποκρίνομαι, ὑπολαμβάνω, ἀμείβομαι] *Proprie ſignificat praeſentem praeſenti ſermones reddere.* Sen. Epiſt. 67 *pr.* Sic afficior animo, quaſi tibi non reſcribam, ſed reſpondeam, *coram tecum agam de quaeſitis tuis.* Ter. Adel. 2, 1, 26 Reſponde. Non canimus ſurdis, reſpondent omnia ſiluae Virg. Ecl. 10, 8. Reſponde quod rogo Plaut. Pſeud. 4, 2, 12. Acute reſpondere, *vid.* ACVO. Benigne Hor. Epiſt. 1, 7, 63. Incaute Quinctil. 5, 11. Memoriter, *v. v.* Pariter et aequaliter, Paratiſſime, *vid.* PARATVS, *in* PARO. Propalam aliquid Tacit. Ann. 12, 46. Pudice Quinctil. 5, 11. Varie reſpondere Celſ. 5, 18. Venuſte Quinctil. 5, 7. Corde ſedato Virg. Aen. 12, 18. Cic. Verr. 5, 147 Quid ad haec cogitas reſpondere. Ad ea quae quaeſita ſunt reſpondere Cic. Phil. 1, 2 c. 1. Idem pro Flacc. 10 *de teſtibus Graecis,* Nunquam nobis ad rogatum reſpondent, ſemper accuſatori plus quam ad rogatum. *Vid.* Liu. 3, 4. Caeſ. Bell. Gall. 1, 44 Ariouiſtus ad poſtulata Caeſaris pauca reſpondit. Ad voluntatem alicuius Caeſ. Bell. Gall. 4, 5. Videat quid de illis reſpondeat, quos, *etc.* Cic. Verr. 1, 12. Cic. Acad. 4, 104 Item ea, quae interrogati in vtramque partem reſpondere poſſumus. Cic. pro Roſc. Amer. 33 Aiunt hominem (vt erat furioſus) reſpondiſſe, quod non totum telum corpore recepiſſet. Reſpondere pro aliquo. Cic. de Clar. Orat. 122 c. 32 Vt etiam pro Bruto reſpondeam. Reſpondere ius publice, *ICti opus* Plin. Epiſt. 6, 15, 3. Cic. de Clar. Orat. 13 Multaque opera, multaque induſtria Rutilius fuit, quae erat propterea gratior, quod idem magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. Vrbana militia reſpondendi, ſcribendi, cauendi Cic. pro Mur. c. 9. *Huc alludens* Cic. Fam. 7, 16 *ad Trebatium ICtum,* Qui iſtinc veniunt, *inquit,* ſuperbiam tuam accuſant, quod negant, te percunctantibus reſpondere. *Hoc indicat, in caſtris non multum operis eſſe ICto.* Cic. Fam. 11, 28 Reſpondebo criminibus, quibus tu pro me, vt par erat, tua ſingulari bonitate et amicitia noſtra ſaepe reſtitiſti. Grauiter reſpondere contra inimici contumeliam Cic. de Aruſp. Reſp. 17 c. 8. Hactenus Inuidiae reſpondimus, *i. inuidis* Ouid. Rem. Am. 397. Maledictis reſpondere Ter. in prol. Andr. 7. Ad nomina reſpondere, quod vulgo in iure dicitur, *Comparere* Liu. 7, 4. Non reſpondere citatum: *eſt, vt nunc loquuntur in iure, Deficere* Cic. Verr. 1, 19. Non reſpondere dicitur citatus, Quando non comparet Marcellus in l. penult. D. de in integrum reſtitution. Ad tempus reſpondere, *vel* ad diem *debitor dicitur, qui in mora non eſt.* Cic. Att. 16, 2 Quamquam enim reliqua ſatis apta ſunt ad ſoluendum, tamen fit ſaepe, vt ii, qui debent, non reſpondeant ad tempus. Sen. de Benef. 3, 17 *fin. de grato homine,* Nec quaerens, quomodo decoquat, ſed quemadmodum plenius vberiusque reſpondeat. ¶ 2 Reſpondere, *Conuenire, quadrare, conſentire, et parem eſſe.* Virg. Aen. 1, 585 Dictis reſpondent caetera matris. Dextra dextris reſpondent Cic. de Vniverſ. 41 c. 14. Vt omnia omnibus, paribus paria reſpondeant Cic. de Nat. Deor. 1, 50. Idem de Finib. 3, 8 Quid poſterius priori non conuenit? quid ſequitur, quod non reſpondeat ſuperiori? Structuram ad normam et libellam et ad perpendiculum reſpondere oportet. *i. Competere et quadrare* Vitruu. 7, 3. Plin. 36, 20. Varro de L. L. 9, 3 p. 135, 22 Quemadmodum crepat prima ad quartam chordam, ſic quarta ad ſeptimam reſpondet. *de analogia ſ. proportione.* Reſpondet frumentum ad pondus et menſuram Senec de Breuitate Vitae . . . Reſpondet ad ſpem euentus, *h. e. Secundum exſpectationem accidit* Liu. 28, 6. *Sic* Spei reſpondere, *vid.* SPES. Labori ſuo fama reſponſura Hor. Serm. 2, 8, 66. Labori fructus non reſpondens Ouid. Faſt. 4, 642. Laudibus reſpondere Graecorum Cic. Tuſc. 1, 3. Idem ad Brut. 7 Qui veſtris paucorum reſpondeat laudibus. *i. qui veſtras aequet laudes.* Meritis fauor non reſpondet Hor. Epiſt. 2, 1, 9. Opinioni hominum tua virtus non reſpondet Cic. Fam. 2, 4. Plin. Epiſt. 1, 7 Nam ego quoque ſimili nutu, ac renutu reſpondere voto tuo poſſum. *i. Facere quod deſideras.* Illa ſeges demum Votis reſpondet auari Agricolae Virg. Georg. 1, 47. Si bonitas tua reſponderit iudicio meo Antonius Cic. Att. 14, 13. Neque quidquam tam obſcenum dicere, cui non ab initio pueritiae omni genere facinoris aetas ſua reſpondeat Pſeudo-Cic. in Salluſt. 1. Cic. Fam. 15, 21 Cui ego quidem amori (vtinam caeteris rebus poſſem) amore certe reſpondebo. In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna reſpondit Cic. Fam. 2, 1. Par pari reſpondere Plaut. Truc. 2, 7, 45. Reſpondere patri, *pro Imitari mores patris, nec degenerare.* Cic. de Finib. 3, 8 Eſt enim magnae curae (quamquam quidem hoc proprium tuum munus eſt) vt ita erudiatur, vt et patri, et Scipioni noſtro, et tibi tam propinquo reſpondeat. Nobilitati maiorum reſpondere Quinctil. 3, 7. *Etiam ſine Caſu.* Male reſpondent ingenia coacta Senec. de Tranqu. an. c. 6. *Conf.* Plin. 18, 6. In feminam bene reſpondentibus menſtruis non cadit Celſ. 6, 6. *Vbique intelligi poteſt,* voto *vel* optatis. Reſpondere, Reſpicere, ſeu contra poſitum eſſe Virg. Aen. 6, 23. Contra elata mari reſpondet Gnoſia tellus, Seruius. Aedificare porticum quae palatio reſpondeat Cic. de Aruſp. Reſp. 49. Res ibi reſpondent ſimili forma, *etc. de ſpeculo* Lucret. 4, 168. Reſpondere, *pro Profectum habere, et non fallere conſilium et propoſitum medici.* Celſ. 2, 10 Id quod ſi in cura quoque aquae, quae inter cutem eſt, ita reſpondet, quanto magis neceſſe eſt in ſanguine reſpondeat? *Alibi* Cedere *vocat.* Celſ. 5, 18 Credo autem quo peius id malum eſt, minusque facile diſcutitur, eo plura eſſe tentata: quae in perſonis varie reſponderunt. *de malagmate ad ſtrumas.* *Add.* Scribon. 22. *it. in* Epiſt. *et* Peror. ¶ 3 *Obſ.* Reſponſum eſt, *Imperſ.* Cic. de

de Finib. 1, 2 Quamquam Philoſophiae quidem vituperatoribus ſatis reſponſum eſt eo libro, quo a nobis Philoſophia defenſa et collaudata eſt. *In tertia Coniugatione eius eſſe putatur* Manil. 5, 736 Sic etiam magno quaedam reſpondere mundo Haec natura facit. *Sed Bentl.* quaedam res publica mundo eſt, Quam natura facit. *Quod eſt* Martial. 3, 4 Si quando veniet, dicet reſponde Poëta : *et variat lectio, et ſunt plures Imperatiui 2 Coni. breues.*

RESPONSV. *Supinum.* Cic. pro Cluent. 164 Videtis haec quam ſint breuia genere ipſo, quam breuia reſponſu.

RESPONDENS, entis. Partic. [ἀποκρινόμενος] *Vt*, Tympana reſpondentia. *i. Sonantia, quod pulſata reclamant* Stat. Achil. 2, 175. *Vid. ſupra.* Nihil reſpondentem mulcauit Petron. c. 134. Alteros reſpondentes audire ſat erat Cic. in Orat. c. 42.

RESPONSO, āre. Frequent. [ἀπολογοῦμαι] *Ferociter et aſpere alteri compellanti reſpondere. Eſt in primis ſeruorum imperia detrectantium, aut obiurgationis impatientium.* Plaut. Men. 4, 2, 57 Num quis ſeruorum deliquit ? Num ancillae aut ſerui tibi reſponſant ? *Hinc Metaph.* Reſponſare cupidinibus, *i. Reſiſtere, repugnare, contradicere* Hor. Serm. 2, 7, 85. *Sic* 103 Tibi ingens Virtus atque animus coenis reſponſat opimis. *Et* 2, 4, 18 Gallina dura malum reſponſat palato, i. e. (*vt exponit* Acron) Reſiſtit, reluctatur in faucibus. *Denique* Fortunae ſuperbae reſponſare Idem Epiſt. 1, 1, 68. ¶ 2 *Tamen etiam pro reſpondere ſimpliciter poſuit* Plaut. Ciſt. 2, 1, 31 Pro me reſponſa (*ſ.* reſponſas) tibi. *Et* Moſt. 2, 1, 56 Neu quisquam reſponſet, quando haſce aedes pulſabit ſenex.

RESPONSĬTO, āre. [ἀνταποκρίνομαι] *Aliud Frequentatiuum a* Reſponſo, reſponſas. *Quod ad ICtorum conſuetudinem reſpondendi in primis refertur.* Gell. 17, 19 Conſulentibus de iure publice reſponſitauit. Cic. de Legib. 1, 14 c. 4 Egone? ſummos fuiſſe in ciuitate noſtra viros, qui id interpretari populo, et reſponſitare ſoliti ſint. Fertur, de iure reſponſitaſſe l. 1 §. 3 D. de poſtulando.

RESPONSVM, i. n. [ἀπόκρισις, ἀπολόγημα] *Reſponſio.* Ter. in Prol. Phorm. 17 Is ſibi reſponſum hoc habeat. Idem in prol. Eun. 5 Sciat reſponſum, non dictum eſſe. Cic. Att. 7, 16 Ex illius ad noſtra reſponſa reſponſis intelligentur. Liberale reſponſum, *vid.* 5. v. Fida Virg. Aen. 2, 376. Medium, *vid.* MEDIVS. Torua reſponſa trucis Senatus Sil. 11, 121. Auferre reſponſum ab aliquo Cic. de Orat. 1, 239 c. 56. Idem Verr. 4, 85 Senatus Sopatro reſponſum nullum dat, ſed commotus, perturbatusque diſcedit. Dare petenti Virg. Ecl. 1, 45. Elicere Quinctil. 5, 7. Cic. in Catil. 1, 19 c. 8 A me quoque id reſponſum tuliſti, me nullo modo poſſe. Cic. pro Planc. 34 c. 14 Quum ſenatus impediretur quo minus id, quod hoſtibus ſemper erat tributum, reſponſum equitibus Romanis redderetur. Cic. de Nat. Deor. 3, 10 Multa ex aruſpicum reſponſis commemorare poſſum. Virg. Aen. 9, 134 Si qua Phryges prae ſe iactant reſponſa deorum. E reſponſo Tacit. Ann. 3, 24. Perplexum reſponſum, *vid.* PERPLEXVS. Deluſit Apollo animum reſponſo Virg. Aen. 6, 344. Edere reſponſa Tacit. Ann. 2, 54. Horrent diuûm reſponſis regna Caſpia Virg. Aen. 6, 798. Petunt in dubiis reſponſa Idem ibid. 7, 86. Poſcens reſponſa ſacerdos Sil. 1, 121. Reddere reſponſa Virg. Georg. 3, 491. Reſponſa atque decreta iuriſconſultorum Cic. pro Muraen. 28 c. 13.

RESPONSVS, ûs. m. [ἀναλογία] Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione et reſponſu l. 1 §. 7 D. de oblig. et act. Ad reſponſum, *officii Palatini nomen, qui reſpondet nomine principis, quem Graeci* Ἀποκρισιάριον *vocant. Vid. ſupra in* AD n. 13. ¶ 2 *Quod de Verbo* RESPONDEO n. 2 *obſeruauimus, ad proportionem ſignificandam adhiberi : illud etiam de nomine notandum.* Vitruu. 10, 11 Quemadmodum Pythagoricum trigonum orthogonium deſcribitur, ſic id habeat reſponſum. *i. eam habeat proportionem.* Idem 1, 2 Symmetria eſt ex ipſius operis membris conueniens conſenſus : ex partibusque ſeparatis ad vniuerſae figurae ſpeciem ratae partis reſponſus. *Conf.* Id. 3, 1. Reſponſus, certasque vices, ſua nomina cuique attribuit Manil. 3, 71. *i.* ἀναλογίας. *Scalig.*

RESPONSIO, ōnis. f. [ἀπόκρισις, ἀπολογία] Cic. pro Corn. Balb. 36 c. 16. Accuſatoris interpretatio indigna reſponſione. *Et* in Piſon. 55 c. 23 Reſponſione inimica. Quinctil. 9, 1 Sibi ipſi reſponſio. *ex* Cic. de Orat. 3 c. 54.

RESPONSOR, ōris. m. [ἐγγυητής] *Fideiuſſorem, qui pro aliquo ſpondet accipiunt* Hor. Epiſt. 1, 16, 43 Quo reſponſore, et quo cauſae teſte tenentur. *Sed videndum iubent alii, numquid de eo loquatur, qui de iure reſpondebat ; et ita interpretatus eſt Torrent. Sed cum Reſponſor non habeat auctorem alium : melius eſt cum Cruquio et Bentleio legere,* quo res ſponſore *etc. Eſt pulchra boni viri deſcriptio, quam ponemus totam,*

Qui conſulta patrum, qui leges iuraque ſeruat,
Quo multae magnaeque ſecantur iudice lites,
Quo res ſponſore, et quo cauſae teſte tenentur.

Comparat Bentleius Perſ. 5, 78 *quos nec inuidemus lectori.* Marco ſpondente, recuſas Credere tu nummos ? Marco ſub iudice palles? Marcus dixit : ita eſt. *Habes vtroque in loco iudicem, ſponſorem, teſtem. Quare alium auctorem exſpectet* Reſponſor.

RESPONSĪVE. Adu. Aſcon. in Verr. p. 106 ſ. 1, 148 c. 56 Interrogatiue pronuntiandum eſt, et contra reſponſiue.

RESPVBLICA, *vid. ſupra in* RES.

RESPVO, ui, ūtum, ĕre. [ἀναπτύω, ἀποπτύω] *Repudiare, et quaſi cum ſputo per contemtum reiicere. Proprie* Scribon. 104 Varios liquores ex ſtomacho reſpuere. *It.* Stat. Theb. 8, 543 Saucius extremo donec cum ſanguine frenos Reſpuit. Vitruu. 7, 4 Ab ſe reſpuere liquorem. *Sed metaphor.* Liu. 2, 41 Adeo propter ſuſpicionem inſitam regni, velut abundarent omnia, munera eius in animis hominum reſpuebantur. Aſpernari et reſpuere aliquid Cic. de Orat. 3, 97. Reſpuere aliquid, et pro nihilo putare Cic. pro Caecin. 56. Reſpuunt aliquid aures Quinctil. 11, 1. Reſpuit hoc ſapientiſſimi cuiusque fides Plin. 28, 2. *h. e. nemo ſapiens id credit.* Auribus reſpuere hominem. Cic. in Piſon. 45 Qui vos non oculis fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur ? Cadauer humus reſpuet inuiſum Ouid. in Ibin 170. Conditionem reſpuere Caeſ. Bell. Gall. 1, 42. Cic. Tuſc. 3, 79 c. 33 Prodeſt haec quidem conſolatio, ſed nec ſemper, nec omnibus : ſunt enim qui reſpuant. Curam Claud Conſ. Mall. Theod 160. Ictum reſpuit ferri Plin. , 15. *h. e. Ferro non laeditur. Vid. mox* Secures. Tela. Impetum Columel. 6, 2. Cic. Att. 7, 25 Caeſaris interdicta ſi te ſecundo lumine hic offendero, reſpuuntur. Munera parua Tibull. 1, 1, 7. Secures reſpuere dicitur lignum, *Quod ſecuribus non poteſt ſindi* Plin. 17, 10. *vt modo* ICtum. *Plus dicit* Lucan. 3, 484 Vt grandine tecta Innocua percuſſa ſonant, ſic omnia tela Reſpuit. *i. reiicit, repellit. Sic plane* Senec. Epiſt. 54 Quaedam tela Philoſophia diſcutit, et in eum vsque qui miſer. reſpuit. Tergus reſpuens vulnus : *h. e. Quod nullo vulnere affici aut offendi poteſt, prae duritie* Plin. 8, 21. *Paſſiue* Lucret. 2, 389 Praeterea lumen per cornua tranſit, at imber Reſpuitur. Iuuenc. 2, 659 Reſpuor a vobis.

RESPVENS, entis. Partic. [ἀποπτύων] Gell. 6, 15 Communium vocum reſpuens minus, et faſtidiens.

RESTAGNO, āre. [λιμνάζω, πλημμύρω] *Aqua pigra et reſes ac nullo motu agitata reſtagnare dicitur.* Columel. 2, 17 Itaque ſi palus in aliqua parte ſubſidens reſtagnat, ſulcis deriuanda eſt : quippe aquarum abundantia atque penuria graminibus aeque exitio eſt. Idem 8, 15 Ora lacus ne corrumpantur violentia reſtagnantis vndae, quae ſemper interfluere debet, opere ſignino conſternuntur. Aquis reſtagnantibus Plin. 5, 5. Flumina reſtagnant alto vallo Lucan. 4, 89. Lacus reſtagnant vaſto gurgite Sil. 5, 4. Mare Ouid. Met. 11, 364. Palus Sil. 8, 382.

RESTAGNATIO, ōnis. f. [λιμνασμός] Oceani Plin. 2, 67. Idem 11, 37 ſ. 66 Ne reſtagnatio intempeſtiua alui obſtrepat. Plin. 6, 28 ſ. 32 Reſtagnatio Euphratis cum Tigri confluit.

RESTAVRO, āre. [ἀνακτίζω, ἀνοικοδομέω] *Renouare, Redintegrare, pro quo* Inſtaurare *fere malunt aureae aetatis ſcriptores.* Iuſtin. 20, 5, 6 Ita facta ſocietate, et auxiliis Gallorum auctus, bellum velut ex integro reſtaurat. *Sic* 2, 10, 1. 3, 5, 7. *et* 11, 3, 8. *Sed etiam* Tacit. Ann. 3, 72, 2 At Pompeii theatrum igne fortuito hauſtum Caeſar exſtructurum pollicitus eſt, eo quod nemo e familia reſtaurando ſufficeret. Idem Ann. 4, 43, 4 Et Segeſtani aedem Veneris montem apud Erycum vetuſtate delapſam reſtaurari poſtulauere. Accuſationem reſtaurare Vlp. l. 4 fin. D. ad l. Iul. de adult. Actio furti reſtauratur Tryphoninus in l. Si alienus 37 D. de noxalibus actionibus. Litem Modeſt. l. 29 §. 1 D. de minorib. Obligatio vetus reſtauratur Papinianus in l. Ob eam D. de praeſcriptis verbis. Vlpian. in l. Licet §. 1 D. de iure dotium, Reſtauranda erit in diem priſtinum obligatio. Seruitutem Iulianus in l. Si maritus fundum D. de fundo dotali Redintegrare ſeruitutem, *dicitur ibidem, eodem ſignificatu.*

RESTAVRĀTVS, a, um. Partic. *Vt*, Nauis reſtaurata Vlpian. in l. Quid tamen, §. In nauis D. Quib. mod. vſusfructus, *etc.* Vrbe aedificiis reſtaurata Vet. Inſcript. Hiſpan.

RESTAVRATIO, ōnis. f. Iulianus in l. Si maritus fundum D. de fund. dotal. Si eundem fundum Titio reddiderit ſine reſtauratione ſeruitutis.

RESTAVRĀTOR, ōris. m. Spon. Miſcell. p. 27 CVRAT. ET RESTAVRATOR.

RESTIBILIS, e. Adi. [παλίμβλαστος] *Agri epitheton.* Varro de L. L. 4, 4 p. 11, 26 Ager reſtibilis, qui reſtituitur, ac reſeritur quotquot annis : contra qui intermittitur a nouando noualis ager. *A reſtituendo deriuat.* Feſtus, Reſtibilis ager fit, qui continuo biennio ſeritur farreo ſpico, id eſt, ariſtato ; quod ne fiat, ſolent qui praedia locant, excipere. Varro de R. R. 1, 44 Illud quoque multum intereſt in rudi terra, an in ea feras, quae quotannis obſita ſit, quae vocatur reſtibilis, an in veruacto, quae interdum requierit. Arbor reſtibilis. Plin. 16, 32 *pr.* Eſt in exemplis, et ſine tempeſtate, vllaue cauſa alia quam prodigii, cecidiſſe multas, ac ſua ſponte reſurrexiſſe. Factum hoc Pop. Rom. Quiritibus oſtentum Cimbricis bellis Nuceriae in luco Iunonis, vlmo, poſtquam etiam cacumen amputatum erat, quoniam in aram ipſam procumbebat, reſtituta ſponte, ita vt protinus floreret. A quo deinde tempore maieſtas Pop. Rom. reſurrexit, quae ante vaſtata cladibus fuerat. Memoratur hoc idem factum et in Philippis, ſalice procidua atque detruncata : et Stagiris in Muſeo populo alba. Omnia fauſti ominis. Sed maxime mirum, Antandri platanus etiam circumdolatis lateribus reſtibilis ſponte facta, vitaeque reddita, longitudine quindecim cubitorum, craſſitudine quatuor vlnarum. *Ex his Plinii verbis probabile fit, vocem hanc*, Reſtibilis, *ductam eſſe a Verbo* Reſtituo. Aruum quod reſtibile poſſit fieri Plin. 18, 17 *extr.* Craſſitudo reſtibilis Idem 18, 17 *extr. terra ſatis craſſa et pinguis, vt quiete non habeat opus.* Fertilitas Plin. 19, 7. Foecunditas reſtibilis Idem 18, 29. Locus Cat. R. R. 35, 2. Varro de R. R. 1, 9, 6 Contra in agro pingui, vt in Hetruria licet videre fructuoſas ſegetes, ac reſtibiles, et arbores prolixas. Terra reſtibilis quae quotannis obſita ſit Varro R. R. 1, 44, 2. *Sed* 3, 16, 33 Vt in aratis, qui faciunt reſtibiles ſegetes, plus tollunt frumenti ex interuallis : ſic in aluis, ſi non quotannis eximas, *etc. An hoc dicit ſtatim ſeminis cauſa aliquid in agro relinqui ?* Vinea reſtibilis Columel. 3, 11, 4. *locus, vbi fuit ante vinetum, vitibus denuo conſerendus.* Columel. 3, 18, 1 Paſtinum vocant agricolae, ferramentum bifurcum, quo ſemina panguntur, vnde etiam repaſtinatae dictae fuere Vineae veteres, quae refodiebantur : haec enim propria appellatio reſtibilis Vineti erat.

RESTIBILIO, īre. *Reſtituere.* Pacuu. apud Feſt. *Voce* Sas, Tecrum regi ſapſa res reſtibiliet.

RESTILLO, āre. Prudent. adu. Symmach. 2, 287 Ad proprium reſtillet vena metallum, *fundantur inſtrumenta ferrea rurſus in maſſas informes. In* reſtillet *eſt pictura rei ipſius : ſtillatim fluunt ſumma vi ignis et flatus vrgente metalla. Metaphor.* Cic. Att. 9, 7 Literae tuae mihi quiddam quaſi animulae reſtillarunt.

RESTINGVO, ſtinxi, ſtinctum, ĕre. [ἀποσβέννυω] *Idem quod Exſtinguere.* Plaut. Caſin. 4, 1, 16 Ignem reſtinguunt aqua. Liu. 1, 39 Quum quidam familiarium aquam ad reſtinguendum ferret, ab regina retentum, *etc.* Ignis in aquam coniectus continuo reſtinguitur et refrigeratur Cic. pro Roſc. Amer. 17. Faculas ardentes reſtinxit lacte Stat. Silu. 5, 5, 17. Flammam reſtinguere Horat. Serm. 1, 5, 76. Curt. 6, 6, 16. Flamma reſtinguitur Lucret. 4, 871. *Conf. Ib.* v. 1080. Ignes reſtinguere fontibus Virgil. Aen. 2, 686. *Conf.* Cic. Cat. 3, 2 c. 1. Ignis vento reſtinguitur Ouid. de Rem. Amor. 8 7. Incendium reſtinguere Caeſ. Bell. Gall. 8, 42. ¶ 2 Reſtinguere, *per tranſlationem.* Cic. de Fin. 2, 7 Quid ille incendat ? reſtinguet citius, ſi ardentem acceperit, *de Oratore.* Animi hominum morte non reſtinguuntur Cic. pro Sext. c. 21. Id. de Finib. 1, 43 c. 13 Omnium cupiditatum Ardore reſtincto. Cic. Verr. 5, 14 Exortam videtur Flaminiani, paucorum dolore ac morte reſtinxiſſe. Genus ſuum Plaut. Trin. 3, 2, 50. Cic. Verr. 1, 153 Communi praeſidio talis Improbitas, tanquam aliquod incendium, reſtinguenda eſt. Incendium, ruina, *vid.* RVINA, *in* RVO. Iracundias reſtinguere et cupiditates Cic. de Nat. Deor. 2, 128 c. 59. Idem Att. 12, 19 Sermunculum omnem aut reſtinxerit, aut ſedarit : ſunt

ſunt enim qui loquantur etiam mecum. Cic. de Finib. 2, 9 c. 3 Eademne, inquam, quae reſtincta Sitis? Immo alio genere: reſtincta enim Sitis ſtabilitatem voluptatis habet, inquit. Virg. Ecl. 5, 47 Sitim reſtinguere riuo. Studia: Cic. in Orat. 5 Nec ipſe Ariſtoteles admirabili quadam ſcientia et copia caeterorum Studia reſtinxit. Reſtinguere incenſum, *Sedare, lenire* Ter. Phorm. 5, 8, 82. Idem Eun. 1, 1, 24 Haec Verba *(irata et minacia)* mehercule vna falſa lacrimula, Quam oculos terendo miſere vix vi expreſſerit, Reſtinguet. ¶ 3 Reſtingui *dicuntur ea, quae ob viciniam maioris lucis videri deſinunt, atque adeo maior lux* reſtinguit *minorem.* Lucret. 3, 1057 *de Epicuro*, Qui genus humanum ingenio ſuperauit, et omnes Reſtinxit, ſtellas exortus vti aetherius Sol. *Sic Salmaſ. Creech. Hauerc. Vid.* PRAESTINGVO. *Idem* Lucr. 5, 121 Qui ratione ſua diſturbent moenia Mundi Praeclarumque velint caeli reſtinguere Solem. *Metaphora alia, de diſputantibus.*

RESTINCTVS, a, um. Partic. [ἀποσβεσθεὶς] Cic. Fam. 11, 12 Ex tuis literis, et ex Graeceii oratione, non modo non reſtinctum bellum, ſed etiam inflammatum videtur. Reſtinctis iam animorum incendiis Cic. in Orat. c. 8. Reſtincta eſt ſeditio, inuentum eſt temperamentum Cic. de Legib. 3, 24. *Proprie* Reſtincto aggere Caeſ. B. G. 7, 25. *ſc. ardente.* Vapor reſtinctus omnis Virg. Aen. 5, 698.

RESTINGVIBILIS, e. Adi. Auguſtin.

RESTINCTIO, ōnis. f. [ἀπόσβεσις] Cic. de Finib. 2, 9 c. 3 Illa autem voluptas ipſius reſtinctionis in motu eſt.

RESTIO, īui, ītum, īre. *eſt, Ad referendum, laborandum, colendumue aptum eſſe. Certe ita interpretari poſſis, quod eſt in* Vet. Gloſſ. Reſtire παλιμφυεῖν. *Laudatus eſt etiam* Columel. 3, 21, 9 Nam et quae reſtire incipiunt tempeſtiue leguntur: et quae nondum maturitatem ceperunt vuae, ſine diſpendio differuntur. *Neſcio vnde acceperit Calepinus: nam ab hoc Stephanus. Legitur enim in exemplaribus, puto omnibus,* Et quae matureſcere incipiunt.

RESTIPŬLOR, āri. [ἀντεπερωτάω] *Viciſſim ſtipulari, et mutuam ſponſionem exigere.* Valer. Max. 2, 3, 1 Valerius ſponſione Lutatium prouocauit, non ſe petiturum triumphum, niſi ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa: nec dubitauit reſtipulari Lutatius. Dotem filiis ſuis reſtipulari Apul. Apol. 2 p. 338. *Conf.* l. 43 §. 1 D. de damno inf. Cic. pro Roſc. Com. 35 c. 13 Tua vox eſt Fanni: quid tu auferri petis a Flauio, ſi Flauius nihil debet? quid hic porro nunc reſtipulatur, quod iam pridem ipſe exegit? quid vero Flauius tibi daturus eſt? Varro L. L. 5, 36 p. 42, 36 Qui pecuniam alligat, ſtipulari et reſtipulari *dicunt:* qui pecuniam alligat, *obligat, promitti ſibi curat.*

RESTIPVLATIO, ōnis. f. [ἀντεπερώτησις] Cic. pro Roſc. Com. 37 c. 13 Quid enim reſtipulatio clamat? Quod a Flauio abſtulero, partem dimidiam inde Roſcio me ſoluturum ſpondeo. *Et paullo poſt,* Quis eſt huius reſtipulationis ſcriptor, teſtis? arbiter quis?

RESTIS, is. f. [σχοῖνος, σπάρτον] *in Accuſatiuo* Reſtem *vel* Reſtim, *Funis.* Plaut. Perſ. 5, 2, 34 Reſtim tibi cape craſſam, ac ſuſpende te. Ibid. 2, 4, 11 Caedêre hodie tu reſtibus. Apul. Met. 1 p. 109 Reſtim, qua grabatulus erat intextus, aggredior expedire. Plin. 17, 10 Eaque intrita reſtem circumlini. Ad reſtim mihi quidem res rediit planiſſime Ter. Phorm. 4, 4, 5. *Summa rerum deſperatio ſignificatur; nam in hac ſolent quidam amentes ad laqueum confugere.* Iuuen. Sat. 6, 30 Ferre potes dominam ſaluis tot reſtibus vllam? Alliorum connexa capita, Reſtes *apud* Plinium *dicuntur*, 20, 6. *vt* SERTA *ſub* SERO. *In ſaltatione* Reſtim ducere *dicuntur chori puerorum puellarumque manibus conſerti. Sic certe Donatus interpretatur illud* Ter. Adelph. 4, 3, 34 Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis. Liu. 27, 37 *de ſacrificio Iunoni reginae facto loquens*, Per manus reſte data, virgines ſonum vocis, pulſu pedum modulantes inceſſerunt.

RESTICŬLVS, i. m. Dimin. Vlpian. in l. Si vero, §. fin. D. de iis, qui deiecerunt, Si amphora ex reſticulo ſuſpenſa decidiſſet, et damnum dediſſet. *Alias legitur* Reticulo.

RESTICŬLA, ae. f. *Aliud* Dimin. [σχοίνιον, σπαρτίον] Varro de R. R. 1, 41 Tum enim reſticulas per ficus, quas edimus, maturas perferunt, et eas quum inaruerint, complicant, ac quo volunt, mittunt. Ammian. 14, 23 Hirſutis reſticulis cruribus eius innexis.

RESTIARIVS, i. m. RESTICVLARIS, is. *et* RESTIO, ōnis. Vet. Gloſſ. σχοινοπλόκος, reſticularis, reſtio. Fronto, Reſtiarius, qui facit; reſtio, qui vendit. Suet. c. 2 Tradit Auguſto proauum libertinum reſtionem exprobratum fuiſſe.

RESTITO, *vid.* RESTO.

RESTITVO, ui, ūtum, ĕre. [ἀνίστημι, ἀποκαθίστημι, ἐπανορθόω] *ex* Re *et* Statuo; *Reponere, Reddere, in priſtinam conditionem, ſtatum, integritatem reducere.* Ter. Andr. 4, 1, 57 Reſtitue in quem me accepiſti locum. Idem Heaut. 3, 1, 83 Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis, dum id quaero, tibi quî filium reſtituerem. Caeſ. Bell. Gall. 1, 28 Ipſos, oppida, vicoſque, quos incenderant, reſtituere iuſſit. Reſtituere ac reddere Ter. Eun. 1, 2, 67. Donatus, Reſtituimus volentem, reddimus volentibus. Reſtituere aliquem Curt. 8, 6, 26. *videtur poni ſimpliciter pro ignoſcere. Sed nimirum* fratrem *ibi Alexander* reſtituit *Eurylocho.* Caius de Verb. ſignif. l. Plus eſt: Plus eſt, inquit, in reſtitutione quam in exhibitione: nam exhibere eſt praeſentiam corporis praebere: Reſtituere vero, eſt etiam poſſeſſorem facere, fructusque reddere. Reſtituere ex toto Celſ. 8, 20. *ſanare.* Reſtitui in bona paterna Papin. in l. Si vno, §. vlt. D. de loc. et cond. Ter. Andr. 3, 5, 13 Tu rem impeditam et perditam reſtituas? Idem Adelph. 1, 2, 40 Fores effregit? reſtituentur. Cic. pro Milon. 37 Quae fuiſſet igitur cauſa reſtituendi mei, niſi fuiſſet iniuſta eiiciendi? In antiquum ſtatum reſtitui Cic. A. 1 Verr. 12 c. 4. A limine mortis reſtituere aliquem Catull. ad Mallium 66, 4. ¶ 2 *Nomina ordine elementorum:* Aciem reſtituere Liu. 5, 18. Cic. in Topic. 15 Si Aedes exeſae corruerunt, vitiumue fecerunt, quarum vſusfructus legatus eſt, heres reſtituere non debet. Animum alicui Liu. 25, 18. Cic. pro Roſc. Amer. 61 Reſtitue nobis aliquando veterem tuam illam Calliditatem atque prudentiam. Colorem corporis Scribon. 125. Comas turbatas Ouid. Faſt. 9, 16. Cic. Fam. 9, 10 Nec committam, vt ſi ego eum condemnaro, tu reſtituas. Idem pro Domo 86 c. 32 Rurſus ab eodem populo placato ſunt in ſuam priſtinam Dignitatem reſtituti. *Conf.* Ibid. 9 c. 4. *et* 87 c. 32. *Sic* Cic. A. 1 in Verr. 12 c. 4 Quam iſte per triennium ita vexauit ac perdidit, vt ea reſtitui in antiquum ſtatum nullo modo poſſit. Ouid. ex Pont. 3, 6, 36 Exſtinctos vel aqua, vel Marte, vel igni, Nulla poteſt iterum reſtituiſſe dies. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 60 Quam maximas potuerunt pecunias mutuati, perinde ac ſuis ſatisfacere, et Fraudata reſtituere vellent. In Gaudium reſtituere Plaut. Merc. 5, 2, 44. Ter. Hec. 3, 1, 11 Rem cognoſces, iram expedies, rurſum in Gratiam reſtitues. Cic. de Prouinc. Conſul. 23 Hic me meus in Rempubl. animus priſtinus ac perennis cum C. Caeſare reducit, reconciliat, reſtituit in Gratiam. In Honorem Tribunicium Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 77. Cic. pro Quint. 71 c. 22 Dicendum neceſſario eſt, reſtituendae Horae ad arbitrium noſtrum. *Sed hodie legitur*, Praeſtituendae, *vel* Conſtituendae. Imperium Populo Rom. Plin. 7, 26. In Integrum reſtituere, *i. in conditionem et ius prius et maxime pertinet ad eos, qui iudicio damnati fuerant.* Cic. Verr. 5, 12 c. 6 Hos ſolent exitus exitiales habere, vt damnati in Integrum reſtituantur, vincti ſoluantur, exules reducantur. Ter. Phorm. 2, 4, 11 Quod te abſente hic filius egit reſtitui in Integrum, aequum eſt et bonum. Cic. pro Cluent. 98 c. 36 Quos (ambitus condemnatos) ego non id circo arbitror in Integrum eſſe reſtitutos, quod planum fecerint — ſed quod iudicibus probarint, quod in eoſdem genere in quo ipſi offendiſſent, alios reprehendiſſent, ſe ad praemia legis venire oportere. Ius reſtituere ereptum Ouid. Faſt. 1, 626. *al.* Exemtum. In Locum antiquum gratiae et honoris reſtituere Caeſ. Bell. Gall. 1, 18. Cic. Att. 2, 23 Primum illud te ſcire volo, Sampſiceramum noſtrum amicum vehementer ſui ſtatus poenitere, reſtituique in eum Locum cupere ex quo decidit. Nomen ſuum alicui Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 32. * Patientiae veteri aliquem reſtituere Tacit. in Vita Agric. c. 16. Cic. pro Caecin. 36 In Poſſeſſionem in praeſentia non reſtituetur. Praelium, ſiue pugnam Liu. 6, 8. Idem 4, 38. Cic. pro Roſc. Amer. 114 Nonne ſi ex eo negotio tantulum in rem ſuam conuertiſſet, damnatus per arbitrium, et Rem reſtitueret, et honeſtatem omnem amitteret? Cic. Fam. 1, 9 Quum ſe maximum fructum cepiſſe dicerent ex libertate mea: meque tum denique ſibi viſum Reipubl. qualis fuiſſem, reſtitutum. *i. fortem et conſtantem eſſe in libere loquendo pro Republ. defendenda, qualis ſcilicet fuiſſem ante exilium meum.* Sanitatem reſtituere, et Sanitati Plin. 20, 6 *et* 7. Se reſtituere, ac reuiuiſcere apes *dicit* Varro de R. R. 3, 16, 38 ſ. *extr. Vid. mox* Vina. Tutelam reſtituere, *pro Rationem et reliqua tutelae, apud* Africanum in l. 10 D. rem pupil. ſal. fore. Vina reſtitui *ſibi dicuntur, quae mutata fuerant.* Plin. 14, 18 Vina in apothecis Canis ortu mutantur quaedam, poſteaque reſtituuntur ſibi. Viſum reſtituere Plin. 11, 37. ¶ 3. *Obſ.* Reſtituiri, pro Reſtitutum iri Iulianus l. 23 D. de action. emti. *Vid. de hoc genere A. Auguſtinus Emendatt. 2, 2 p. 111 ſq. Duker. de Latinit. ICtor. p. 346.*

RESTITVENS, entis. Partic. *Vt,* Capitis vlcera manantia ſanitati reſtituens Plin. 20, 6. Pompeius Hiempſalem reſtituens Sall. Fragm. c. 2. Regibus bellum reſtituentibus Iuſtin. 35, 1, 10.

RESTITVENDVS, a, um. Partic. [ἀποκαταστατέος] Plin. 17, 10 Inſitu reſtituenda. Ouid. ex Pont. 4, 13, 38 Caeſaris imperio reſtituendus eris. Lingua ſuppreſſa palato reſtituenda mero Ouid. Triſt. 3, 3, 22.

RESTITŪTVS, a, um. Part. *Vt,* Animus reſtitutus Liu. 21, 53. Reſtituta acie Plin. 29, 6. Ab Alexandro reſtituta Smyrna Idem 5, 29. Oppidum reſtitutum Plin. 6, 16. Poteſtas reſtituta Cic. de Lege Agr. 2, 36 c. 14. Lux ſalusque Idem pro Domo 75 c. 28. *Conf.* Ibid. 71 c. 27. *et* 86 c. 32.

RESTITVTIO, ōnis. f. [ἀποκατάστασις] Cic. Att. 4, 1 Profecto hac reſtitutione fortunae me ipſe non ſatis dignum iudicabo. Damnatorum Cic. Agrar. 2 c. 4. Nemini eſt triumphus honorificentius, quam mihi ſalus reſtitutioque perſcripta Cic. in Piſon. 35. Reſtitutio aedificiorum, pro Inſtauratione Vlpian. in l. Creditor, Si certum pet. Arnob. 1 p. 2 Se in veteres formas nouellarum ſemper — reſtitutione traducere. De in integrum reſtitutionibus *eſt* Titulus Digeſtorum 4, 1 *de quo* Vlpian. l. 1 Vtilitas huius tituli non eget commendatione. Nam ſub hoc titulo plurifariam praetor hominibus vel lapſis vel circumſcriptis ſubuenit, ſiue metu, ſiue calliditate, ſiue aetate, ſiue abſentia inciderunt in captionem. *Vid. ICti.*

RESTITŪTOR, ōris. m. Cic. pro Milon. 40 c. 15 P. Lentulus vltor ſceleris illius, propugnator Senatus, defenſor veſtrae voluntatis, patronus illius publici conſenſus, reſtitutor ſalutis meae. Reſtitutor orbis, vrbis, prouinciae, Tituli imperatorum in numis. *vid.* Spanh. diſſ. 13. Tanti operis effector et reſtitutor deus Apul. in Triſm. p. 92.

RESTITVTRIX, icis. f. Terra omnium generum, quae accipit, reſtitutrix Apul. in Triſmeg. p. 77.

RESTITVTORIVS, a, um. Adi. Caius in l. Qui proprio, §. Item, D. de procurator. Item quaeritur, ſi iudicium acceperit defenſor, et actor in integrum reſtitutus ſit: an cogendus ſit reſtitutorium iudicium accipere. Actio reſtitutoria Vlpian. in l. Quamuis pignori D. ad Senatusconſult. Velleian. Interdictum reſtitutorium Vlpianus in l. Stipulatio D. de nou. oper. nunciat. *Conf.* l. 3 §. 1 D. de eo per quem factum.

RESTO, as, ſtĭti, ſtĭtum, āre. [ὑπολείπομαι] *Supereſſe, ſiue reliquum eſſe frequentiſſime ſignificat: et vel perſonaliter, vel imperſonaliter ſumi videtur. Perſonaliter.* Cic. pro Quint. 33 Illud etiam reſtiterat, quod heſterno die fecerunt, vt te in ius adducerent. Idem Off. 3, 9 Qui e diuiſione tripertita duas partes abſoluerit, huic neceſſe eſt reſtare tertiam. *Item* ad Brut. 15 Longa ſunt, quae reſtant. De viginti reſtabam ſolus Ouid. Met. 3, 687. Duae noctes reſtant de menſe ſecundo Ouid. Faſt. 2, 758. *Cum Dat.* Quantum infinitae caedi reſtitiſſet Cic. Catil. 3 c. 10. *Sic* Virg. Aen. 7, 27 Hoc Latio reſtare canunt, *i. fatis deſtinari.* Reſtat reliquum Ter. Hec. 4, 2, 11. Cic. de Inuent. 2, 109 Quid etiam nobis ex eo genere reſtet et quare reſtet, admonendum videtur. Id reſtat, *ironia eſt, qua* Terentius *vtentem Aeſchinum inducit* Adelph. 2, 1, 34 *qui lenoni dicenti,*

Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium,
Periurus, peſtis: tamen tibi a me nulla eſt orta iniuria: *reſpondet*
Nam hercle etiam id reſtat.

Cic. Att. 13, 13 Illud vtique ſcire cupio, quem intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι, niſi forte Brutum: id hercle reſtabat. *Quaſi dicat: Inuidia exiſtit inter pares: at Varro neutiquam Bruto comparandus: cur igitur illi inuideat?* Cic. pro Marcell. 28 Haec igitur tibi reliqua pars eſt, hic reſtat actus, in hoc elaborandum eſt, vt Rempublicam conſtituas. Ter. Heaut. 5, 5, 22 Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere. Ter. Phorm. 1, 2, 35. Cic. Qu. Frat. 3, 1 In Maniliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem, ſed tamen nihil ei reſtabat praeter balnea

ria, et ambulationem, et auiarium. Quid reſtat, niſi porro, *etc.* Ter. Hec. 3, 1, 20. Vnum etiam reſtat amico noſtro ad omne dedecus, vt Domitio non ſubueniat Cic. Att. 8, 7. ¶ 2 Reſtat, *imperſonaliter.* Cic. de Diuin. 2, 70 Reſtat etiam de Chaldaeis: ſed primum auſpicia videamus. Hor. Epiſt. 1, 6, 27 Ire tamen reſtat Numa quo peruenit, et Ancus. Cic. Acad. 4, 6 c. 2 Reſtat vt his reſpondeam, qui ſermonibus eiusmodi nolint perſonas tam graues illegari. ¶ 3 *Proprie fuit* Reſtare, *Retro ſtare, Remanere, immorari, vel remorari.* Ter. Andr. 2, 6, 2 Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam portare, et ea me hic reſtitiſſe gratia. Id. Eun. 2, 3, 11 Vt illum dî deaeque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt: meque adeo qui reſtiterim. Romae reſtiterunt Cic. Catil. 4 c. 2. Id. pro Ligar. 5 Tertium eſt tempus, quo poſt aduentum Vari in Africa reſtitit. Id. Off. 3, 110 Ita incolumis in patria Regulus reſtitiſſet. Idem pro Mur. 79 c. 37 Non enim deſeruerunt *(exercitum Catilinae)* ſed ab illo in ſpeculis atque inſidiis relicti, in capite atque ceruicibus noſtris reſtiterunt. ¶ 4 *Repugnare, vt Reſiſtere, ſignificat.* Ratio nulla eſt reſtandi Lucret. 1, 111. Ter. Heaut. 5, 3, 6 In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? Dum vincunt Danai, dum reſtat barbarus Hector Propert. 3, 8, 31. *conf.* Ouid. Met. 3, 626. *et* Faſt. 2, 749. Aur. Victor de Caeſ. c. 42. *vid.* RESTANS. ¶ 5 *Obſeruatt.* Reſtat pro Diſtat *ait* Ennius: Ponere, cum is dicat, Impetus, aut longe mediis regionibus reſtat. Feſtus. Reſtaui, *pro* Reſtiti *tribuitur* Propert. 2, 25, 53. Nec ſi poſt Stygias aliquid reſtauerit vndas. *Sed* Reſtabit ad vndas *Douza et Br.*

RESTANS, antis. Partic. Sil. 10, 25 Nunc in reſtantes mucronem cominus vrget, *i. reſiſtentem.* Clauſtra reſtantia quatit morſu Sil. 7, 130. *i. Obſtantia.* Ita Aera clauſtris reſtantia Lucret. 2, 450. Laminae reſtantes aduerſus pila et gladios Tacit. Ann. 3, 46, 6. Dona reſtantia flammis, *i. Quae ex flammis reliqua fuerunt et relicta incendio* Virg. Aen. 1, 683.

RESTITO, are. Frequentat. [ἐφίσταμαι] *Cunctandi fere ſignificationem habet.* Plaut. Capt. 3, 2, 3 Ita me miſerum reſtitando, retinendoque laſſum reddiderunt. Ter. Eun. 4, 4 *pr.* Exi foras ſceleſte! at etiam reſtitas? fugitiue! prodi, *etc.* Liu. 7, 39 Nihil medium, aut imperium atque honorem, aut, vbi reſtitaret, mortem ni ſequeretur denunciantes.

RESTITANS, antis. Partic. Liu. 10, 19 Prope reſtitantes Conſules. Idem 30, 31 Reſtitantem ac tergiuerſantem attraxerim. *conf.* Plin. 8, 16.

RESTITRIX, icis. f. Plaut. Truc. 4, 2, 5 Ego interim reſtitrix his *(foribus)* praeſidebo, *i. hic reſtabo ad fores.*

RESTRINGO, ſtrinxi, ſtrictum, ere. [ἀνασέλλω, κατασέλλω, περισφίγγω] *Retro ſtringere, ſive ſtringere quod laxum fuerat.* Plaut. Capt. 3, 1, 25 Saltem ſi non arriderent, dentes vt reſtringerent, *i. reſtrictis labiis nudarent.* Dixerat v. 24 Ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitarier, *vid.* RESTRICTVS. Lucret. 2, 405

Haec magis hamatis inter ſe nexa teneri,
Proptereaque ſolere vias reſtringere noſtris
Senſibus, introituque ſuo perrumpere corpus.

Ibi pro Aperire poni volunt. Sed meliores habent reſcindere. Si omnino vera ſit lectio, eadem ratione interpreter, atque illud reſtringere dentes. *Nempe contractis et retro pulſis partibus vicinis, aperiri poteſt via.* Plin. Epiſt. 6, 19 Nam ſumtus Candidatorum foedos illos et infames, ambitus lege reſtrinxit, *contraxit, minuit.* Reſtrinxit Bellona faces Stat. Theb. 11, 413 *mel.* Reſtinxit. Sol exortus reſtrinxit ſtellas Lucret. 3, 1057 *mel.* Praeſtinxit. Plin. Epiſt. 1, 8 Nam quum omnes homines ad cuſtodiam pecuniae natura reſtrinxerit. Plin. 8, 27 Draco vernam nauſeam lactucae ſilueſtris ſucco reſtringit. *Sed mel.* reſtinguit. Apul. de Mundo p. 720 *pr.* Nimbus quanto repentinior eſt, tanto vehementior: et quanto improuiſior eius praecipitatio eſt, tanto breuiore caſu reſtringitur. *Quod praeterea laudatur ex* Apuleio, lumentum reſtrinxit, *i. ſoluit: itemque,* Et duplici, ne ſolui facile queat, reſtringit: *neutrum verum eſſe puto: certe reſtringere non eſt ſoluere.*

RESTRICTVS, a, um. Partic. [ἀνασαλθεὶς] *vt,* Lacertis reſtrictis ſenſit lora, *i. Vinctis in tergum* Hor. Carm. 3, 5, 35. Reſtrictis forte ſi labellis riſeris Apul. Apol. p. 409, 6 Flor. Membra catena reſtrictus Catul. Argon. f. 62, 296. *Metaphor.* Tacit. Ann. 15, 48, 3 Idque pluribus probabatur, qui in tanta vitiorum dulcedine ſummum imperium non reſtrictum, nec perſeuerum volunt, *i. Auſterum et rigidum.* *Sic pro parco ac diligente* Cic. Fam. 3, 8 Quum et natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior. Reſtrictus et tenax Cic. pro Planc. 54 c. 22. *Compar.* Plin. Epiſt. 9, 19, 6 An reſtrictius *(modeſtius)* per orbem terrarum legendam dare daturam memoriam ſui, quam vno in loco duobus verſiculis ſignare, quod feceris? Sermo tuus ſit reſtrictior Ambroſ. Off. 1, 3. Reſtrictiores in numero deorum Arnob. 7 p. 135. *i. parciores.* *Superl.* Imp. Cod. 1 t. 17 l. 2 §. 10 Reſtrictiſſima regula.

RESTRICTE. Adu. [περιεσαλμένως, φειδομένως] *Parce, cui opponitur* Plene. Plin. Epiſt. 5, 8 Quamuis illud pleniſſime, hoc reſtrictiſſime feceris. Cic. de Amicit. 58 c. 16 Ditior mihi et affluentior videtur eſſe vera amicitia, nec obſeruare reſtricte, ne plus reddat quam acceperit. Idem de Legib. 2, 45 Sed ego caetera non tam reſtricte praefinio, vel hominum vitiis, vel ſubſidiis temporum victus. Cic. de Fin. 2, 42 c. 13 Nec tamen cur id tam parce tamque reſtricte faciant, intelligo. *Compar.* Rebus praetereuntibus reſtrictius vti Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 3, 12 *pr.* *Superl.* Plin. Epiſt. 5, 8 Tum ſi laudaueris, parcus: ſi culpaueris, nimius fuiſſe dicaris, quamuis illud pleniſſime, hoc reſtrictiſſime feceris.

RESTRICTIM. *Aliud* Adu. [κατεςαλμένως] *Idem.* Afranius *apud* Non. 11, 55 Eaque firme ſedere melius conſultoribus, quam reſtrictim cogitata, atque omnibus rationibus.

RESTRICTIO, onis. f. Auguſtin. de Morib. Eccl. Cath. 31 Epularum reſtrictio, *i. moderatio.*

RESTRIGO, are. *Non ſtrigare, non interquieſcere.* Senec. Epiſt. 31 Surge et reſtriga, ac cliuum iſtum vno, ſi potes, ſpiritu exſupera. *Sic legi vult* Scalig. ad Propert. p. 281. *et in* Catalect. p. 240 *ſeq.* *Sed Gronou.* reſpira *retinuit.* *In Lipſii MSS. erat* inſpira.

RESTRVO, xi, ctum, ere. Tertull. Apol. c. 6 Licet aras reſtruxeritis. Id. de Ref. Carn. c. 31.

RESTRVCTVS, a, um. Partic. *vt,* Altitudo muri reſtructa Nepos 2, 6, 5. *al.* Exſtructa. Tertull. ad Nation. 1, 10 Varro commemorat ſtatuas a Senatu deiectas, non niſi per vim popularium reſtructas.

RESVDO, are. *Idem vere, quod* exſudo. Curt. 7, 10, 3 Solum ſub quo amnis fluit, ne modico quidem reſudat humore.

RESVDANS, antis. Partic. Curt. 5, 1, 12 Toto fere ſolo propter venas aquarum reſudante. *conf.* Prudent. Cath. 10, 107.

RESVLCO, are. *Denuo ſulcare, i. vulnerare.* Prudent. Vincent. 144 Praeſicca rurſus vlcera. Manus reſulcans diruet.

RESVLTO, are. *vid.* RESILIO.

RESVMO, ſumſi, ſumtum, ere. [ἀναλαμβάνω] *Iterum ſumere.* Plin. Epiſt. 4, 13 *pr.* Vereor enim, ne ſi hanc intentionem iam in finem laxauero, aegre reſumam. Idem ibid. 2, 18 Nam beneficio tuo in ſcholam redeo, et illam dulciſſimam aetatem quaſi reſumo. Idem in Paneg. 132 Hic Conſularibus curis exſolutus, principales reſumſit. Ponere *et* Reſumere, *oppoſita.* Ouid. Met. 9, 524 Inque vicem ſumtas ponit, poſitasque reſumit. Gemitus reſumere Stat. Theb. 6, 11. Tela Ouid. Amor. 2, 9, 34. Vires Idem Met. 9, 59.

RESVMTVS, a, um. Partic. Ouid. Met. 4, 665 — pennis ligat ille reſumtis Parte ab vtraque pedes. Ibidem 15, 743 — ſpecie caeleſte reſumta.

RESVMTIVVS, a, um. Cael. Aurel. Tard. 4, 3 Odoramenta reſumtiua, ἀναληπτικὰ, *quibus reſumuntur vires.*

RESVMTORIVS, a, um. Idem Acut. 3, 8.

RESVO, ui, utum, ere. [ἀναῤῥάπτω] *Contrarium ſignificat ſuo ſimplici.* Suet. Aug. c. 94 Sumenti virilem togam, tunica laticlaui reſuta ex vtraque parte, ad pedes decidit.

RESVPINO, are. [ὑπτιάζω, ἀναβάλλω] *Supinum aliquid retrorſum iacere.* Ter. Phorm. 5, 6, 24 Pone apprehendit pallio, reſupinat: reſpicio: rogo quamobrem retineat me. Liu. 4, 19 Adſurgentem ibi regem vmbone reſupinat. Sen. Ep. 123 Qui per pronum eunt, reſupinant corpora, qui per arduum, incumbunt. Plin. 24, 17 Hac admota, leones reſupinari cum hiatu laxo. Valuas reſupinare Propert. 4, 9, 24. Reſupinare collum Plin. 10, 34. Nares plana manu Quinctil. 11, 3, 80. Reſupinare *obſcenum eſt* Iuuen. Sat. 3, 112 Auiam reſupinat amici. *Sic* Reſupinatus. Reſupinare, A propoſito ſeu incoepto reuocare, differre, Accius, Quid agis? perturbas rem omnem, ac reſupinas ſoror Nonius 2, 734.

RESVPINATVS, a, um. Partic. [ἀναβεβλημένος] Os coxarum ab exteriore parte gibbum, ad ſpinam reſupinatum Celſ. 8, 1. *Obſcenum eſt, vt de verbo modo diximus,* Iuuen. Sat. 8, 176 Et reſupinati ceſſantia tympana Galli. *conf.* Petron. c. 29. *vid.* Vitruu. 3, 3. Solin. c. 65.

RESVPINVS, a, um. Adi. [ὕπτιος] *Qui facie, ventre anteriori parte in altum conuerſa eſt.* Plin. 7, 2 Eosdemque ſciopodas vocari, quod in maiore aeſtu humi iacentes reſupini, vmbra ſe pedum protegant. Iacuit reſupinus humi Ouid. Met. 4, 121. Haeret curru reſupinus inani Virg. Aen. 1, 480. Corpora reſupina Ouid. Met. 2, 267. Lucret. 1, 38 Eque tuo pendet reſupini ſpiritus ore. Reſupinus, *pro Molli et effeminato a geſtu et habitu languentium, cedentium libidini, etc.* Quinctil. 5, 12, 20 Quapropter eloquentiam, licet hanc libidinoſam reſupina voluptate auditoria probent, nullam eſſe exiſtimabo quae ne minimum quidem in ſe indicium maſculini et incorrupti, ne dicam grauis et ſancti viri oſtendet. *add.* 10, 3, 15. *Delicatum quiddam et molle in pronuntiando, neque tamen non laudabile notat* Quinctil. 11, 3, 167 Nam cantici quiddam habent, ſenſimque reſupina ſunt, Saxa atque ſolitudines voci reſpondent. *Rurſus geſtum orantis pingit* Martial. 12, 78 Multis dum precibus Iouem ſalutat Stans ſummos reſupinus vsque in vngues. *De Herculis ſtatua* Martial. 9, 44 Quaeque tulit ſpectat reſupino ſidera vultu. Paull. l. 25 ff. de probat. Qui ſoluit, nunquam ita reſupinus eſt, vt facile ſuas pecunias iactet, *i. negligens.* Plin. 19, 4 f. 20 *iubet hortos* areis diſtingui, easque reſupinis puluinorum toris, *i. faſtigium lene, et decliuitatem habentibus.*

RESVRGO, ſurrexi, ſurrectum, ere. [ἀνίσαμαι, ἐγείρομαι] *Rurſum ſurgere, poſt caſum aut accubitum.* Victa tamen vinces, euerſaque Troia reſurges Ouid. Faſt. 1, 523. Reſurgere *dicitur herba, vel arbor, quae iterum creſcit.* Plin. 13, 9 Sed praecipua vtilitas, quod caeſa anno tertio reſurgit. *de ſpina Aegyptia.* *vid.* Reſtibilis Arbor *in* RESTIBILIS. *it.* Ouid. Amor. 2, 16, 9. Amor reſurgens Virg. Aen. 4, 531. Incendium reſurrexit, *vid.* INCENDO. Maieſtas reſurrexit Plin. 16, 32. Res Romanae reſurgunt contra ſpem Liu. 24, 45. Vrbs reſurrexit Curt. 5, 7, 9. *Adde* Paterc. 1, 7, 4. *et* Propert. 4, 1, 87.

RESVRRECTIO, onis. f. Tertull. de Ref. Carn. paſſim.

RESVSCITO, are. [ἐγείρω] *Iterum ſuſcitare.* Ouid. Met. 8, 474 Poſitamque reſuſcitat iram. Legatum reſuſcitatur Paull. in l. Si ſeruo D. de adimend. legat. Prior obligatio nouo pacto reſuſcitatur. Paullus in l. Si vnus ex §. Sed ſi pactum D. de pactis. Reliquiae reſuſcitandae Prudent. Cath. 6, 136.

RESVSCIPIO, ere. Reſuſcipere vſum rei alicuius Arator.

RESVSCITATIO, onis. f. Tertull. Reſ. Carn. c. 30 *et* 25.

RESVSCITATOR, oris. m. Idem ibid. c. 30 *et* 57 Beda Hiſt. Eccl. Angl. 2, 1.

R E T

RETAE, arum. f. Plur. *ſunt* Arbores, quae aut ex ripis fluminum eminent, aut in alueis ipſorum exſtant appellatae a retibus, quod praetereuntes naues impedirent, et quaſi irretirent. *Vnde ex edicto Praetorum,* retanda flumina locari ſolita, hoc eſt, purganda, ne quid aut morae aut periculi nauibus in ea virgulta incidentibus fieret. *Haec fere* Gell. 11, 17 ex libro Gabii de Origine vocabulorum.

RETO, are. *vt,* Retare flumina, *pro Purgare* Gell. *l. c. ex edicto* Qui flumina retanda publice redemta habent.

RETARIVS, i. m. Inſcr. Vet. NEGOTIATOR ET RETARIVS.

RETALIO, are. *Talionem, ſiue par referre.* Gell. 20, 1, 16 Quod per imprudentiam factum eſt, retaliari per imprudentiam debet.

RETARDO, are. [ἐπέχω, ἀναχάζω] *Remorari, retinere.* Cic. de Senect. 57 Agro bene culto nil poteſt eſſe nec vſu vberius, nec ſpecie ornatius, ad quem fruendum non modo ſe non retardat, verum etiam inuitat, atque allectat ſenectus. Plin. Epiſt. 7, 3 Sed quid imprudens, quem reuocare conor, retardo? Cic. Att. 1, 7 Sed mihi crede, ſimulatque hoc noſtrum legerunt, neſcio quo pacto retardantur. Idem Philipp. 10, 11 c. 5 Quem niſi in via caducae hereditates retardaſſent, volaſſe eum, non iter feciſſe diceres. Flumina obiecta retardant equos Virg. Georg. 3, 253. Ora retardare Ouid. Met. 3, 82 — inſtantiaque ora retardat Cuſpide praetenta. Retinere ac retarda-

tardare Columel. 2, 2. Cic. de Nat. Deor. 2, 103 Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur, ſaepe etiam inſiſtunt. Idem Verr. 1, 17 Quum iſte, atque iſtius amici homines lauti et vrbani ſermones huiuſmodi diſſipaſſent, quo animos teſtium retardarent. Cic. pro Lege Manil. 22 Vt eorum collectio diſperſa moerorque patrius, Celeritatem perſequendi retardaret. Idem ibid. 13 c. 5 Tamen Impetus hoſtium repreſſos eſſe intelligunt, ac retardatos Hirt. Bell. Afric. 68. Iter retardare Ouid. Triſt. 3, 9, 32. *al.* Morari. Loquacitatem Cic. in Vatin. 2. Maritos retardare *dicitur* aura puellae Hor. Carm. 2, 8 *extr.* Menſes mulierum Plin. 21, 21. Sed vereor, ne nunc mea te fortuna retardet Ouid. Triſt. 3, 7, 22. Aliquantum retardati ſunt Boeotii Nepos 15, 9, 2. *conf.* Tacit. Hiſt. 4, 34, 9. Idem Ann. 6, 35, 5. *et* Curt. 4, 15, 28.

RETARDĀTVS, a, um. Partic. Sueton. Othon. c. 8 Et primo egreſſu inundationibus Tiberis retardatus. Idem Galba c. 20 In auxilium aduolauere, ſed ſerius, itinere deuio per ignorantiam locorum retardati. *conf.* Hirt. Bell. Afric. c. 66. Iuuenta retardata arte Claud. in Eutrop. 1, 345.

RETARDATIO, ōnis. f. [ἐποχὴ] Cic. Philipp. 5, 30 c. 11 Vnde eſt adhuc bellum, niſi retardatione et mora? *Plur.* Retardationes facere Vitruu. 4, 9.

RETAXO, āre. [ἀντεγκαλέω] Suet. Veſpaſ. c. 13 Licinium Mutianum notae impudicitiae, ſed meritorum fiducia minus ſui reuerentem, nunquam niſi clam, et hactenus retaxare ſuſtinuit, vt apud communem aliquem amicum querens, adderet clauſulae, Ego tamen vir ſum. Re-taxare *ergo eſt eum, a quo fueris taxatus, ſuorum vitiorum admonere, et viciſſim reprehendere.*

RETE, is. n. [δίκτυον, πλέγμα, ἀμφίβληστρον] *Plexus ille funiculorum, quo aues, piſces, animalia quaecunque capiuntur* Plaut. Rud. 4, 2, 8 Neque piſcium vllam vnciam pondo hodie cepi, niſi hoc, quod nunc fero in rete. Cic. de Nat. Deor. 2, 103 Vt in araneolis, aliae quaſi rete texunt: vt, ſi quid inhaeſerint, conficiant: aliae ex inopinato obſeruant, *etc.* Rete, a rapio, vel a raritate dicitur, *vt ludens ait* Varro L. L. 4, 29. Retis iactus *vid.* IACIO. Fallentia retia Ouid. de Arte Am. 2, 189. *Ablatiuus* Rete *eſt* Ouid. Faſt. 5, 371 Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leaenis Imbelles capreae? Plaut. Aſin. 1, 1, 86 Iubeas vna opera me piſcari in aëre, venari autem reti iaculo in medio mari. *Nemo inquit Turnebus, venari poſſit in mari, nemo piſcari in aëre, ſed venari et aucupari.* Rete *autem* iaculum *dicitur ad* verticuli *diſcrimen. Nam* iaculum iacitur, fundaque *etiam appellatur a Marone.* Verriculum *autem non iacitur, ſed* vertitur, *id eſt trahitur.* Plaut. in Truc. 1, 1, 14 Quaſi in piſcinam rete qui iaculum parat. *Hactenus Turnebus. vid.* IACVLVM *in* IACIO. Quae nimis Apparent retia, vitat auis Ouid. Rem. Am. 516. Rara retia Virg. Aen. 4, 131. Exire retibus Lucret. 4, 1141. Retia dolum meditantur ceruis Virg. Ecl. 5, 60. Ponere retia ceruis Virg. Georg. 1, 307. Seruare retia Virg. Ecl. 3, 75. Plin. 9, 8 Saltu nullus conatur euadere, ni ſummittantur ſibi retia. *de delphinis capturam mugilum adiuuantibus.* Tendere retia ceruis Ouid. de Arte Am. 1, 45. Non rete accipitri tenditur neque miluio Ter. Phorm. 2, 2, 16. Tendere diſtincta maculis retia Ouid. Epiſt. 5, 19.

RETIS, is. f. *Idem.* Plaut. in Rud. 4, 3, 45 Vbi demiſi retem atque hamum, quidquid haeſit extraho. Cannabina retis Varro R. R. 3, 5, 11. *Et* 14 Intra retem aues ſunt omne genus, maxime cantrices: vt luſciniolae, ac merulae, quibus aqua miniſtratur per canaliculum, cibus obiicitur ſub retem. Chariſ. 1 p. 45 *ergo non bene negat femininum eſſe.* *Rurſus* Priſcian. 7 p. 759 Muſculino genere protuliſſe *ait* Plautum, *laudatque* Rud. 4, 3, 5 Non vides proferre me vuidum retem ſine ſquammoſo pecu. *Verum ibi* rete *habent libri hodie.*

RETIA, ae. f. [δίκτυον] *Antiquum pro eodem, vt placet etiam* Priſciano 7 p. 759. Plaut. Rud. 4, 1, 9 Iam nunc et operam ludos facit, et retiam. *Sed hodie legitur* Retia, *neutro genere.* Vet. Gloſſ. δίκτυον, retium. δίκτυον κυνηγετικὸν, plagulae, retium, retia.

RETIACVLVM *videtur librariorum potius error, quam peculiare nomen eſſe.* De Plauto Aſin. 1, 1, 86. *iam dictum in* Rete iaculum. Apicii 8, 6 *nihil inuenio.* Vulg. Int. Eſa. 19, 8 Expandentes rete *habet editio Sixti V.* Seru. *ad* Georg. 1, 141 *vbi* fundam *explicat,* Genus retis, *inquit,* dictum a fundendo, id eſt, retiaculum quod dicitur Βόλος. *Sic etiam Maſuic. Sed* iaculum *Dau.* reticulum *Burm. Nondum ergo idoneum auctorem habet* retiaculum.

RETICVLVM, i. n. *interdum etiam* RETICVLVS. Dimin. [πλεγμάτιον] Plin. 31, 6 Item demiſſae reticulis in mari concauae e cera pilae, vel vaſa inania obturata, dulcem intra ſe colligunt humorem. Reticulum *in pilae luſu memorat* Ouid. Art. 3, 361 Reticuloque pilae leues fundantur aperto, Nec, niſi quam tolles, vlla mouenda pila eſt. *De reticulo formae ellipticae anſatae (qualis erat* ſiſtrorum) *intento,* Raquettam *vulgo dicunt, cogitarunt viri docti. Sed non ſatis conuenit verbis Poëtae.* Reticulum *potius intelligam ſacculum quo ſeruantur pilae politae ac leues. Ars eſt illas collocare, vt nulla auferri poſſit, quam non ſequantur aliae: ars contraria, auferre vnam ſolam.* Reticulum, [κεκρύφαλος] *Genus retis orbiculati, quo capillos continebant mulieres.* Iuuen. Sat. 2, 96 *de viro effeminato.* Reticulumque comis auratum ingentibus implet. Reticulum, *ait* Nonius 14, 32 Tegmen capitis muliebre. Varro, Suſpendit laribus marinas molles pilas, reticula, ac ſtrophia. *Non multum differt illud reticulum, de quo* Cic. Verr. 5, 27 c. 11 Ipſe autem coronam habebat vnam in capite, alteram in collo: reticulumque ad nares ſibi apponebat tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſae. Reticulum iunceum vel lineum Columel. 12, 51. Reticulum, *Sacculus* γύργαθος Gloſſ. Lat. Graec. Hor. Serm. 1, 1, 47

> Non tuus hoc capiet venter plus quam meus; vt ſi
> Reticulum panis vaenales inter onuſto
> Forte vehas humero, nihilo plus accipias, quam, *etc.*

Vbi Acron, Reticulum, Rete quo in vrbe panis inter vaenales ſeruos portari ſolet. ¶ 2 Reticula *etiam appellantur* Cancelli, *quibus loca ſeparantur a communi acceſſu.* Feſtus *in voce* Seceſpita; Sacraria in Templis reticulo aeneo olim ſepiebantur, in quo tubae (*caua*) relictae ſunt, per quas manibus ſacra tangere licet. ¶ 3 Reticulus. m. [γύργαθος καὶ κρομύφαντος Gloſſ. Lat. Graec.] Non. 3, 188 *huc refert* Cic. Verr. 5, 27 *quem modo dedimus* n. 1. *Meliore iure laudatur ibi* Feneſtellae Pectoralis reticulus. Plin. 12, 14 At Hercule Alexandriae vbi tura interpolantur, nulla ſatis cuſtodit diligentia officinas. Subligaria ſignantur opifici. Perſona adiicitur capiti, denſuſue reticulus: nudi emittuntur. Varro de R. R. 3, 5, 13 Inter columnas exteriores, pro pariete reticuli e neruis ſunt, vt perſpici in ſilua poſſit, et quae ibi ſunt, neque auis ea tranſire. Maſculine etiam protulit *de ſimili plane re agens* Vlpian. in l. fundi nihil D. de action. emt. et vend. Reticuli circa columnas, plutei circa parietes, item cilicia vela aedium non ſunt.

RETICVLĀTVS, a, um. Adi. [δικτυωτὸς] *Quod factum eſt in modum retis.* Plin. 36, 22 Dictyotheton vocant reticulatam ſtructuram, quam frequentiſſime Romae ſtruunt, rimis opportunam. Feneſtrae reticulatae, *Reticulis obductis munitae* Varro de R. R. 3, 7. *conf.* Vitruu. 2, 8.

RETIARIVS, i. m. [δικτυοφόρος, δικτυοπλόκος Gloſſ. Gr. Lat.] *Genus gladiatorum, quod componi cum Secutoribus ſolebat.* Iſid. 18, 54 Retiarius — occulte ferebat rete, quod iaculum appellatur, vt aduerſarium cuſpide inſiſtente operiret, implicitumque viribus ſuperaret, quae armatura pugnabat Neptuno tridentis cauſa. Quinctil. 6, 3, 61 Et Pedo de Mirmillone, qui retiarium conſequebatur, nec feriebat: Viuum, inquit, capere vult, *vid.* GLADIATOR *in* GLADIVS. *et* SEQVVTOR *in* SEQVOR. *conf.* Tertull. de Spectac. c. 25 *et locum Feſti, quem damus voce* MIRMILLO. Martial. in Praef. l. 2 Deinde videas an te delectet contra retiarium ferula, *i. rudis, gladius e ferula, contra tridentem, quo pugnat ferreo retiarius.*

RETIVM, i. n. *minutum rete.* Hieron. l. 2 Didymi. *conf.* Barth. *Adu.* 58, 6.

RETIŎLVM, i. n. Dimin. Apul. Met. 8 p. 202, 33 *Aper* Calcatu retiola, qua primos impetus reduxerat tranſabiit. *Sed poteſt etiam Ablatiuus eſſe: et ſic accepit Coluius. A* retia, *quod ex Plauto dedimus,* retiola. Gloſſ. Cyrill. Retiolum κεφαλοδέσμιον. Seru. *ad* Aen. 4, 138 Veluti retiolum, quod colligat comas. *conf.* Auguſtin. Epiſt. 109.

RETĔGO, texi, tectum, ĕre. [ἀποσκέπω, ἀνακαλύπτω] *Nudare, aperire.* Virg. Aen. 1, 360 Caecumque domus ſcelus omne retexit. Iuuen. Sat. 6, 277 Si tibi zelotypae retegantur ſcrinia moechae. Animi commenta retegere Ouid. Met. 13, 38. Caput retexit Petron. 17. Conſilium Hor. Carm. 3, 21, 15. Damna dies clara retexit Pharſalica Lucan. 7, 787. Diem lucifer retegens Ouid. Met. 8, 1. Inſidias Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 214. Orbem retexit Titan radiis Virg. Aen. 4, 119. *vid. Drakenb. ad* Sil. 6, 3. Pectus Ouid. Met. 13, 459. Siluas ferro Stat. Theb. 3, 174. Thecam numariam retegere Cic. Att. 4, 7. Vultus retegit ſciſſo velamine Lucan. 8, 669. *Paſſ.* Lucret. 3, 30

> His tibi me rebus quaedam diuina voluptas
> Percipit, atque horror, quod ſic natura tua vi
> Tam manifeſta patens ex omni parte retecta es.

Sic legendum contendit Lambinus. Sed melius, puto, editur, patet e: o. p. retecta.

RETECTVS, a, um. Partic. [ἀνακεκαλυμμένος] *vt,* Res luce retectae Virg. Aen. 9, 461. *conf.* 12, 374. *Idem quod Tectus, reconditus ſignificare putatur* Sueton. Auguſt. c. 78 Poſt cibum meridianum ita vt veſtitus calceatusque erat, retectis paulliſper pedibus, conquieſcebat. *Certe ſententia hunc intellectum poſtulare videtur, nec variat lectio. Inter coniecturas eruditorum facilius equidem admiſerim* Praetectis. *Quid ſi* retecti pedes *hic ſunt iterum tecti, praeter calceatum ordinarium? Quin poſtquam ſaepius redire ad h. l. contigit, illud videbatur probabilius,* retectos pedes *eſſe diſcalceatos, faſciis, corrigiis, ligularum adſtrictione ſolutos, qua ratione liberiorem ſanguini commeatum, quietem placidiorem contingere, nemo credo dubitat, nemo non experiri poteſt quotidie.*

RETEMPERO, āre. Theod. Priſcian. de Diaeta c. 19 *denuo tempero.*

RETENDO, di, ſum *vel* tum, ĕre. [ἀνίημι] *Laxare, contrariam habet ſignificationem ſuo ſimplici.* Ouid. Met. 2, 419 Exuit hic humero pharetram, lentosque retendit Arcus. Ibidem 3, 166 — Nympharum tradidit vni Armigerae iaculum, pharetramque arcusque retentos. Quinctil. 1, 3, 8 Retendi alterna quiete.

RETENTO, āre. [ἀναπειράω] *Iterum tentare.* Ouid. Met. 1, 746 *Io formae humanae reſtituta* — Timide verba intermiſſa *quam diu bos fuerat,* retentat. Id. Epiſt. 10, 11 *Ariadne loquitur de Theſeo ſuo,* Nullus erat, referoque manus, iterumque retento. *Sen.* Epiſt. 73 Diu res iſta non retentauit memoriam meam. *Studium* retentare, *Intermiſſa ſtudia repetere* Ouid. Triſt. 5, 12, 51. *Viam* leti ſine fine retentat *Aeſacus in mergum mutatus repetit aquam, in qua ſuffocatus fuerat* Ouid. Met. 11, 792. ¶ 2 Retento, *Frequent.* a Retineo, *vid. ſuo loco.*

RETENTĀTVS, a, um. Partic. *vt,* Dominatio retentata Aur. Vict. de Caeſ. 37, 1. Precibus fruſtra retentatis Ouid. Met. 14, 382.

RETERGO, ſi, ĕre. Ammian. 29, 37 (6) Reterſit obrutas rideribus foſſas. *Repurgauit.* Tergere *verbum proprium.*

RETĔRO, triui, trītum, ĕre. [ἀνατρίβω] *Iterum terere, purgare.* Colum. 2, 21 Pura frumenta, ſi in annos reconduntur, reteri debent. *Sic MS. et primi editi. al.* repurgari.

RETRIMENTVM, *vid. infra.*

RETEXO, texui, textum, ĕre. [ἀνυφαίνω, ἀναλύω] *Quod textum erat, non textum reddere, i. reſoluere.* Telas intertextas retexere Stat. Silu. 3, 5, 9. *add.* Ouid. ex Pont. 1, 3, 30. Penelopes telam retexere, *vid.* PENELOPE. Textum retexo Apul. Apol. p. 313. Properata fata retexere. *Reſoluere, vt poſſit qui mortuus eſt ad vitam redire* Ouid. Met. 10, 31. *al.* Fila. *Certe inde ducta Metaphora* Cic. de Orat. 2, 158 c. 38 Et ad extremum, ipſi ſe compungunt ſuis acuminibus, et multa quaerendo reperiunt, non modo ea quae iam non poſſint ipſi diſſoluere, ſed etiam quibus ante exorſa, vel potius detexta prope retexantur. Ouid. de Rem. Amor. 12 Nec noua praeteritum Muſa retexit opus. *Sic editur: in MS. eſt* praetextum, *forte* pertextum *praeſtat legere. Suauiſſime idem de reciproca mutatione elementorum* Met. 15, 249

> — — Reſolutaque tellus
> In liquidas roreſcit aquas, tenuatus in auras
> Aëraque humor abit, demto quoque pondere rurſus
> In ſuperos aër tenuiſſimus emicat ignes.
> Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo.
> Ignis enim denſum ſpiſſatus in aëra tranſit:
> Hic in aquas, tellus glomerata cogitur vnda.

Plenum orbem Luna quater retexuit, *Diſſoluit* Ouid. Met. 7, 531. Cic. Philipp. 2, 32 c. 13 Itaque iam retexo orationem meam: ſcribam ad illos, vt, ſi qui forte, quod a te mihi obiectum eſt, quaerent ſitne verum?

rum? ne cui negent, *i. retracto, quod negabam confiteor.* Id. Fam. 11, 14 Noui timores retexunt ſuperiora. Matius ad Cic. Fam. 11, 28 An quod adoleſcens praeſtiti, quum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc aetate praecipitata commutem, ac me ipſe retexam? *Mutem vitae et inſtituti rationem.* Id. Verr. 2, 63 c. 26 Omnia erant Metelli eiuſmodi, vt totam ſuam Praeturam retexere videretur. *Supra dixerat,* Vt omnes iſtius iniurias, quas poſſet, retexeret. *Paſſiue* Lucret. 1, 530. *de corpuſculis inſecabilibus,* Haec neque diſſolui plagis extrinſecus icta Poſſunt, nec porro penitus penetrata retexi. ¶ 2 Retexere *eſt etiam denuo texere, et per metaphoram, inſtaurare, repetere, iterum dicere.* Stat. Theb. 3, 337 Medias etiam non deſtitit vrbes — Inflammare odiis? multumque et vbique retexens, Legatum ſeſe — iſſe, *etc.* *Et* 9, 148 Sed memor Elyſii regis, noxasque retexens Tydeos, *i. in animum ſubinde reuocans, reuoluens. Sed hic MSS. plures recenſens, quae poteſt gloſſa eſſe.*

RETEXENS, entis. Partic. [ἀνυφαίνων] Hor. Serm. 2, 3, 2 ſcriptorum quaeque retexens, *retractans, mutans.*

RETEXTVS, a, um. Partic. Ouid. Amor. 3, 9, 30 Turdaque nocturno tela retexta dolo.

RETIARIVS, RETICVLVM, RETICVLVS, *vid.* RETE.

RETĬCEO, ēre. [ἀποσιωπάω] *Tacendo reprimere et retinere aliquid, et proprie de iis dicitur, quae dolorem ſiue ſolicitudinem afferunt.* Ter. Heaut. 1, 1, 33 Ne lacruma: atque iſtuc quidquid eſt, fac me vt ſciam. Ne retice Cic. de Legib. 2, 41 Quoniam mihi ſermo eſt apud deos, nihil reticebo. Nihil nec temere dicere, nec aſtute reticere debeo Id. Qu. Frat. 1, 2. Non poſſum reticere Catull. ad Mallium ſ. 66 (69) 41. Id. Fam. 14, 2 Quod ii, qui ea patefacere poſſent, propter metum reticuiſſent. Cic. Verr. 3, 90 Hoc tantum facinus non modo negare interrogati, ſed ne producti quidem reticere poterunt. Id. Off. 3, 36 Neque enim id eſt celare quidquid reticeas: ſed quum quod tu ſcias, id ignorare emolumenti tui cauſa velis eos, quorum interſit id ſcire. Ouid. Met. 3, 357 Quae nec reticere loquenti Nec prior ipſa loqui didicit: *vt reſpondere.* Magis reticuiſſe pigeret Salluſt. de Ord. Rep. c. 8. Reticere de: Cic. Verr. 1, 139 c. 53 Tamen de Chelidone reticuit, quoad potuit, alio reſponſionem ſuam deriuauit. Dolores reticere Propert. 1, 10, 13. *Paſſiu.* Ouid. Epiſt. 20, 151 Reticetur formula pacti. *Partic. Compar.* Auctor ad Herenn. 2, 10 c. 7 Alius alio reticentior eſt in dolore. *al.* Recentior. Multa reticenda linguae modeſtae Ouid. Epiſt. 19, 63. Arteriae reticendo adquieſcunt Auctor ad Herenn. 3, 21. Crimina reticenda deorum Stat. Theb. 1, 230. Propert. 2, 24, 4 Reticendus amor. Matrimonii reticenda publicare Iuſtin. 1, 7, 15.

RETICENTIA, ae. f. [ἐχεμυθία, ἀποσιώπησις] *Reticendi actus vel conſuetudo.* Cic. Off. 3, 65 c. 16 A Iureconſultis etiam reticentiae poena conſtituta eſt. Plaut. Merc. 5, 2, 52 Dic, enecas me miſerum tua reticentia. Ex locutione, ex reticentia iudicabimus Cic. Off. 1 c. 41. *Eſt et Figura rhetorica, Gr.* ἀποσιώπησις. *vid.* Quinctil. 9, 2. *et* Cic. de Orat. 3, 53 c. 53.

RETĬNEO, tinui, tentum, ēre. [ἐπέχω, κατέχω] *Remorari, quod Detinere dicitur.* Ter. Phorm. 1, 3, 23 Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi, quid velis retinere, amare, amittere. Cic. Att. 1, 14 Quare niſi iam profecti ſunt, retinebis homines. Venit ad me id temporis, vt retinendus eſſet Cic. Att. 13, 33. *ſc. ad coenam.* Amantem retinere Ouid. Epiſt. 18, 99. Firmis vinclis Id. Rem. Am. 13. Saucius arrepto piſcis retinetur ab hamo Id. de Arte Am. 1, 393. Abalienare et Retinere, *contraria, vid.* ABALIENO. *Vox deficientis et labaſcentis.* Plaut. Curc. 2, 3, 31 Retine, retine me obſecro, PH. vide vt expalluit? Ter. Heaut. 2, 4, 23 Ah! retine me obſecro. Retinere dicitur, qui aduerſum aliquem tenet, *inquit,* Donatus. *Metaph.* Ter. Adelph. 1, 1, 32 Pudore et liberalitate liberos retinere ſatius eſſe credo, quam metu. Plin. Epiſt. 10, 40 Et in publicis officiis retinere damnatos, non ſatis honeſtum putabam. *Sed proprie* Cic. Verr. 4, 74 Sagittae pendebant ab humero, ſiniſtra manu retinebat arcum. *Verſus* Cic. in Orat. 1. 2 Ius omne retinendae Maieſtatis, Rabirii cauſa continebatur. ergo in omni genere amplificationis exarſimus. Id. de Senect. 37 Ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi Ius ſuum retinet, ſi nemini mancipata eſt. *Sic* Retinere *eſt conſtanter conſeruare.* Retinebatur hoc tum quaſi communi conſilio, vt Cic. Verr. 3, 41 *pr.* Ne hoc quidem retinebimus? Id. ibid. *extr. conf.* Quinctil. 5, 60. *et* 1, 6, 20. ¶ 2 *Sed ponamus formulas ordine commentari nominum ſeruato:* Cic. pro Quint. 59 c. 18 Id egit, vt Amicos obſeruantia, rem parſimonia retineret. Amore patriae retineri Ouid. Triſt. 1, 3, 49. Cic. Tuſc. 1, 1 Retuli me Brute te hortante maxime ad ea ſtudia, quae retenta Animo, remiſſa temporibus, longo interuallo intermiſſa reuocaui. Id. de Amicit. 72 Quum cogniti ſunt et aut deorum, aut regum filii inuenti, retinent tamen Caritatem in paſtores, quos patres per multos annos eſſe duxerunt, *i. Amant ſemper ipſos paſtores.* Commiſſa retinent aures Hor. Epiſt. 1, 18, 70. Cic. pro Planc. 100 Vi me Plancius et Complexu ſuo retinuit. Id. Verr. 3, 38 Equitem Romanum ſcitote biduum cibo, tectoque prohibitum, biduum Leontinis in foro Cuſtodiis Apronii retentum atque ſeruatum. Decus natiuum retinent inuiolata Ouid. de Nuce 52. Cic. Att. 1, 13 Sum enim et ab obſeruando homine peruerſo liber, et ad Dignitatem in Rep. retinendam contra illius voluntatem ſolutus. Cic. pro Cluent. 56 Affirmabat enim lacrimans, non ſe cupidiorem eſſe ciuitatis retinendae, quam Exiſtimationis. Id. de Amicit. 90 Vna illa ſubleuanda offenſio eſt, vt et vtilitas in amicitia, et fides retineatur. In Fide retinere animos ſociorum Liu. 25, 41. Gaudia non retinere, *Laetitiam prae ſe ferre* Ouid. Met. 12, 285. Gemitus non retinere Id. Faſt. 4, 461. Cic. Qu. Frat. 2, 3 Quae tibi eo ſcribo, quod me de retinenda Sextii Gratia literis ſaepe monuiſti. Id. Att. 1, 1 Vides enim in quo curſu ſumus, et quam omnes Gratias non modo retinendas, verum etiam acquirendas putemus. Cic. Off. 1, 137 Rectum eſt autem etiam in illis contentionibus, quae cum inimiciſſimis fiunt, etiamſi nobis indigna audiamus, tamen Grauitatem retinere, iracundiam repellere. Id. Verr. 1, 65 Hic Philodamus, poſtquam ius ſuum obtinere non potuit, vt Humanitatem ſuam retineret, laborabat. Cic. Att. 2, 9 Sunt enim illi apud bonos inuidioſi: ego apud improbos meam retinuiſſem Inuidiam, alienam ſumſiſſem. Id. Act. Verr. 1, 31 Quem ego hominem, ſi eius fidei diffiſus eſſem, iudicem non retinuiſſem. Id. de Finib. 1, 50 Qui ſuum Iudicium retinent, ne voluptate victi faciant id, quod ſentiunt non eſſe faciendum: Hi voluptatem maximam adipiſcuntur, praetermittenda voluptate; *i. in ſuo iudicio perſeuerant.* Ius retinere Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 5. Cic. de Inuent. 1, 3 Vrbibus conſtitutis vt fidem colere, et Iuſtitiam retinere diſcerent. Lacrimas Ouid. Met. 1, 648. Manus Id. ibid. 6, 35. Cic. de Legib. 3, 29 c. 12 Ille vero, etſi tuus totus eſt ordo, gratiſſimamque Memoriam retinet conſulatus tui, pace tua dixerim, non modo cenſores, ſed etiam iudices omnes poteſt defatigare Id. pro Roſc. Amer. 33 Neque plura tamen dici poſſunt, quam Pop. Rom. Memoria retinet Nepos 25, 5, 11. Cic. Off. 1, 104 Ludendi etiam eſt Modus retinendus, vt ne nimis omnia profundamus, elatique voluptate in aliquam turpitudinem delabamur. Morbo retineri Liu. 34, 10. Cic. de Finib. 2, 2 Qui Mos cum a poſterioribus non eſſet retentus, Arceſilas eum reuocauit. Id. Verr. 5, 170 Quos de publico Numos acceperat, retinuit omnes. Id. pro Cluent. 133 Neque enim hoc homine ſanctior, neque probior, neque in omnibus Officiis retinendis diligentior eſſe quiſquam poteſt, *i. Obſeruandis.* Cic. pro Roſc. Amer. 70 Vt quos natura ipſa retinere in Officio non potuiſſet, ii magnitudine poenae maleficio ſummouerentur. Id. Cn. Magno Att. 8, 11 Meaque ſemper fuerit ſententia primum de Pace vel iniqua conditione retinenda, deinde de vrbe. Id. in Piſon. 69 c. 28 Iſte claudus (quomodo aiunt) Pilam, retinere quod acceperat. *Claudus forte pilam excepit: conſcius ſuae infirmitatis retinere illam maluit contra ludi legem, quam in diſcrimen dare, etc.* Cic. Off. 2, 65 Quam quidem ante hanc confuſionem temporum in poſſeſſione ſua principes retinuerunt. Id. Verr. A. 1, 46 Obſeruant quemadmodum ſe vnuſquiſque veſtrûm gerat in retinenda Religione conſeruandiſque legibus. Se retinere, *moderari ſibi,* Cic. de Leg. 1, 52 Quin labebar longius, niſi me retinuiſſem. Id. Att. 4, 15 Credo Platonem vix putaſſe ſatis conſonum fore, ſi hominem id aetatis in tam longo Sermone diutius retinuiſſet. Spem retinere Tacit. Hiſt. 3, 84. Cic. Att. 11, 16 At eas Cephalioni dedi, qui multos menſes Tempeſtatibus retentus eſt. Id. pro Quint. 75 Vnum tamen hoc cogitent, ita ſe graues eſſe, vt ſi Veritatem volent retinere, grauitatem poſſint obtinere. Id. de Finib. 3, 61 Neque his qui Virtute retinentur in vita, nec his qui ſine virtue ſunt, mors eſt oppetenda. Cic. Fam. 15, 19 Itaque et Panſa, qui ἡδονὴν ſequitur, Virtutem retinet. Id. Verr. 3, 81 Hic tantum potuit, vt nemo illo inuito, nec bona, nec patriam, nec Vitam retinere poſſet. Id. ibid. 2, 7 Aut hi, qui contra iſtum legatos decreuerant, et teſtimonium publicum, mandataque acceperant, Vi ac metu retinerentur. Vtilitatem haec et gratiam retinent Plin. Epiſt. 1, 8. *Paſſiue:* Lucret. 2, 453 Nec retinerentur enim inter ſe glomeramina quaeque, *i. Non cohaerent inter ſe, neque manent conſtipatae.* Ouid. Rem. Am. 631 Non facile eſuriens poſita retinebere menſa, *i. continere te poteris.*

RETĬNENS, entis. Partic. [κατέχων] *vt,* Retinentes pocula rite manu Lucret. 1, 496. Cic. Qu. Fratr. 1, 2, 3 Fuerat enim grauiter homo et mei obſeruantiſſimus, et ſui Iuris Dignitatiſque retinens. Gell. 10, 20 Salluſtius quoque proprietatum in verbis retinentiſſimus. Ferociam animi in vultu retinens Salluſt. Catil. c. 60. Vento retinente morari Ouid. Epiſt. 13, 3. Membra retinentia aliquid animae Ouid. Met. 6, 644. Modeſtiae retinens Tacit. Ann. 5, 11.

RETINENDVS, a, um. Partic. [καθεκτέος] *vt,* Cura retinendae puellae Ouid. de Arte Am. 2, 295.

RETENTVS, a, um. Partic. [κατασχεθεὶς] Martial. 1, 47 Exſpectare iube: velocius ibo retentus. Cic. Verr. 1, 29 Potamonem ſcribam et familiarem tuum retentum eſſe a Verre in prouincia, quum tu decederes. Sen. Epiſt. 9 Retentus in nauigatione longa. Equi fruſtra retenti, dominum trahunt per ſaxa Ouid. Faſt. 6, 741. Lingua retenta metu Id. Epiſt. 11, 82. Sub lingua retentum medicamentum Scribon. 72. Verba dolore retenta Ouid. Met. 10, 474. Hoc retento, reliqua voluntas auctoritati aut gratiae traditur Cic. de Legib. 3, 39.

RETENTIO, ōnis. f. [ἐπίσχεσις] Cic. Att. 13, 21 Semperque Carneades προβολὴν pugilis, et retentionem aurigae ſimilem facit ἐποχῇ. Id. Acad. 4, 78 c. 18 Illud certe opinatione et perceptione ſublata ſequitur, omnium aſſenſionum retentio, vt ſi oſtendero nihil poſſe percipi, tu concedas nunquam aſſenſurum eſſe. *conf.* Vitruu. 9, 4. *et* Lactant. 6, 10. Vlpian. 11 D. t. 7 l. 11 §. 6. Tertull. de Orat. c. 10.

RETENTOR, ōris. m. Apul. Florid. 1 p. 343 Retentores ſuos (*dracones*) toto corpore oblidere (*ſolent elephanti.*)

RETENTVS, ûs. m. Claud. Rufin. 2, 438 Viuos imitata retentus.

RETINENTIA, ae. f. *Vis retinendi, memoria.* Lucret. 3, 676 Nam ſi tantopere eſt animi mutata poteſtas, Omnis vt actarum exciderit retinentia rerum, *etc.* Id. eod. v. 864 Interrupta ſemel cum ſit retinentia noſtri. *Sed hic al.* repetentia *eod. ſenſu.*

RETENTO, āre. Frequent. [ἐπισχέω] Cic. de Diuin. 1, 17 Quae penitus ſenſus hominum vitasque retentat. Lucan. 4, 723 Ipſe caua regni vires in valle retentat. *h. e. Retinet exercitum.* Caelum a terris retentare, *Ne caelum cum terris miſceatur* Lucret. 2, 728. Frena retentare Ouid. Amor. 2, 9, 30. Lora retentat Sil. 4, 211. Cur me retentas? Plaut. Aſin. 3, 3 *pr.* Qui tanquam cochlea abſcondens retentat ſeſe tacitus Auct. ad Herenn. 4, 62 c. 49. ¶ 2 Retento, *compoſitum a* Tento, āre. *vid. ſuo loco.*

RETENTANS, antis. Partic. Aur. Vict. de Caeſ. 41, 10 Liberis Caeſarum nomina retentantibus, *i. Retinentibus.*

RETENTĀTOR, ōris. m. Caſſiod. Epiſt. 2, 10. *et* Epiſt. 1, 22. Gloſſ. Cyrill. retentator, διακάτοχος. *conf. Sirmond. ad* Ennod. p. 5

RETENTATRIX, īcis f. Macrob. Saturn. 7, 4 Secundae hoc cura virtutis eſt, quam Graeci, quia retentatrix eſt, vocant καταθεκτικήν. *de Digeſtione.*

RETĬNAX, ācis. Symmach. Epiſt. 1, 47 Retinax aduenarum lotos.

RETINACVLVM, i. n. [ἔχμα, ὀχὸς] *Quo aliquid retinetur.* Virg. Georg. 1, 265 Atque Amerina parant lentae retinacula viti. Plin. Epiſt. 1, 12 Multa ille, ſed minora, retinacula vitae abrupit. *h. e. Poſthabitis omnibus rationibus, quae eum retinere potuiſſent in vita, mori decreuit.* Vnca retinacula Stat. Silu. 3, 2, 32. Lora retinacula in ploſtrum, ad aratrum Cato R. R. 135, 5. Ferit retinacula ferro ſtricto Virg. Aen. 4, 580. Praerumpere puppis retinacula Ouid. Met. 14, 547. Soluere retinacula Id. Epiſt. 7, 55.

RETINGO, ĕre. [ἀναβάπτω] *Laudatur* Stat. Silu. 1, 4, 75 — Nec in otia pacis Permiſſum laxare animos, ferrumque retingi. *Sed hic legendum* Recingi, *i. Diſcingi. Nec aliter Barth. Gronou. Markl. Nec facile dixeris, quid ſit retingere ferrum. Nec ſatis video quid ſibi velit* Pallad. 13, 2 Vinum myrtite retingemus. Tinguemus *quidam:* retingere *itaque vel* retinguere *fuerit imbuere ſapore quodam. Sed a* Tangendo

gendo *ductum eſt, modo verum ſit, illud* Vbi coierint, et altera alteram retigerit Cato R. R. c. 160. *Sic editi quidam: ſed al.* tetigerit.

RETINNIO, īre. *vt,* Reſonare, Retonare *et ſimilia dixiſſe ſuſpicor veteres, legendumque apud* Varron. R. R. 2 Pr. 2 Nec putant ſe habere villam, ſi non multis vocabulis retinniat (*vulg.* retineant) Graecis, quam vocent particulatim loca προκοιτῶνα, παλαίστραν, *etc. In tinniendi verbo ſignificatur aliquid molle, quod auriculis blandiatur.*

RETIS, *vid.* RETE.

RETO, āre, *vid.* RETAE.

RETONDEO, di, ſum. *Hinc*

RETONSVS, a, um. Partic. Plin. 18, 17 Retonſarum vero etiam ſemel omnino certum eſt, granum longius fieri *ſed inane caſſumque. De ſegetibus.*

RETŎNO, āre. [ἀναβροντάω] *Contra tonare, vt reſonare.* Catul. de Aty ſ. 62, 82 Face cuncta mugienti fremitu loca retonent. *Verba Cybeles ad Furorem.*

RETORPESCO, ĕre. Tertull. adu. Gnoſt. c. 1 Priſtini ſenſus retorpeſcunt.

RETORQVEO, torſi, tortum, ēre. [ἀντιστρέφω, ἀνακάμπτω] *Retro torquere.* Cic. de Senect. 83 Quo quidem me proficiſcentem haud ſane quis facile retraxerit, nec tanquam pilam retorſerit. *Sed nunc editur* Neue tanquam Peliam recoxerit. Quinctil. Decl. 17, 18 Tibi imputes, quod me retorſiſti, *i. retraxiſti a conſilio moriendi. Sic* Decl. 15, . . Rurſus in ſe cogitationes meas, rurſus retorſit oculos. Ille dolore ferox, caput in ſua terga retorſit Ouid. Met. 3, 68. Colla retorquere ferocis equi Id. Epiſt. 4, 79. *Heinſ. leg.* recuruas. Currus auerſos retorſit Virg. Aen. 12, 485. Retorqueri ſub terra Plin. 17, 10. *h. e. Reflecti.* Retorquere telam, Diſſoluere, retexere Plin. 11, 22 Prima telas bombycinas retorquere, *etc.* Ex vetuſto codice legendum, Redordiri. Retorquere ſarmentum Columel. lib. 4. Ouid. Met. 10, 696 Sacra retorſerunt oculos, *i. auerterunt a foedo ſpectaculo. Sed* Cic. in Catil. 2, 2 c. 1 Retorquet Oculos profecto ſaepe ad hanc vrbem, quam ex ſuis faucibus ereptam eſſe luget. *Sic* Quinctil. Decl. 8, 8 *extr.* Omnium tamen in ſe retorquet Oculos vnus aeger. Animum ad praeterita Sen. de Benef. 3, 3. Plin. Paneg. 86 Nec dubito quin agitauerit ſecum, an gubernacula retorqueret: et feciſſet, niſi quod paene ipſo contubernio principis felicius, iucundiusque eſt deſiderare principem. Vlpian. l. 14 §. 6 Dig. de bon. libert. Si ab eo petitus, retorſit in eum crimina, *i. accuſauit accuſatorem ſuum, ea actio* ἀντικατηγορία *vocatur, de qua, vid.* ANTICATEGORIA.

RETORQVENS, entis. Partic. Virg. Aen. 8, 460 Demiſſa ab laeua pantherae terga retorquens. *add.* Tertull. de Pallio c. 2.

RETORTVS, a, um. Partic. [καμπύλος] Plin. Paneg. 34 Quum delatorum ſupina ora, retortasque ceruices agnoſcebamus, et fruebamur. Brachia tergo retorta Hor. Carm. 3, 5, 22. Manibus retortis trahi Id. Epiſt. 2, 1, 191. Specus in cochleam retorti Columel. 8 c. vlt. Vndae violenter retortae Hor. Carm. 1, 2, 13.

RETORRĬDVS, a, um. Adi. [κατάξηρος] *A calore nimio contractus in rugas.* Columel. de Arbor. 17 Si in olea vnus ramus aliquanto caeteris laetior eſt, niſi eum recideris, arbor tota fiet retorrida. Idem 3, 11 Igitur ſi non retorrida et ſcabra, ſed leuia et nitida, et prolixa foecundaque viderimus, eam intelligemus eſſe terram ſurcularem. *conf.* Plin. 15, 29 ſ. 36. Sen. Epiſt. 12 *pr.* Apparet, has platanos negligi: nullas habent frondes: quam nodoſi ſunt et retorridi rami? *Et valde proprie* Epiſt. 66 Ego dubitem, quin magis laudem truncam illam et retorridam manum Mucii, quam cuiuslibet fortiſſimi ſaluam? Stetit — et manum ſuam in hoſtili foculo deſtillantem ſpectauit. Retorridae frondis oleae Columel. 11, 2, 87. *Add.* 3, 12, 2. Prata retorrida et muſcoſa Varr. R. R. 1, 9, 5. *Tralate ſenex et hinc Veteratorius, verſutus, vafer* Phaedr. 4, 1, 7 — Venit et retorridus Qui ſaepe laqueos et muſcipulam effugerat, *etc. de mure.*

RETORRIDE. Adu. [κατεξηρασμένως] Plin. 17, 5 *pr.* Terram amaram ſiue macram ſi quis probare velit, demonſtrant atrae herbae, frigidam autem retorride nata.

RETORRESCO, ĕre. [καταξηραίνομαι] *Retorridum fieri.* Columel. 3, 3, 4 Deinde ſata non ita enutriunt, vt ante conualeſcant ac proſiliant, quam retorreſcant. Id. 3, 5, 1. 3, 17, 4

RETOSTVS, a, um. Partic. [παλίνοπτος] Plin. 13, 4 *ſub fin.* Marceſcitque non retoſtus furnis.

RETRACTO, *vid.* RETRAHO.

RETRĀDO, tradidi, tradĭtum, ĕre. *Rurſus tradere.* Pomponius in l. Tenetur D. de action. emt. et vendit. Si aream tibi vendidi certo pretio, et tradidi, ita vt inſula aedificata partem dimidiam mihi retradas: verum eſt, vt aedifices agere me poſſe ex vendito, et vt aedificatam mihi retradas. Si per vim res tradita eſt, retradatur Vlpian. l. 9 §. 7 D. quod met. cauſſa.

RETRĂHO, traxi, tractum, ĕre. [ἀνέλκω] *Retro trahere.* Cic. pro Cael. 63 Licinium autem cum iam manum ad tradendum pyxidem porrexiſſet, retraxiſſe. Idem de Senect. 83 Quo quidem me proficiſcentem haud ſane quis facile retraxerit. Non habeo certum quae te res hinc maxime retrahat Cic. Fam. 5, 14. Retrahere ad ſe fugitiuum argentum Ter. Heaut. 4, 2, 11. Ab ictu ſe Ouid. Met. 3, 87. Aliquem a ſtudio Ter. prol. Phorm. *pr. i. Reuocare. Sic,* Retrahere aliquem a Republica Cic. pro Sext. 34 c. 15. Ex fuga retrahere Plaut. Merc. Perioch. 1, 7. Varro de L. L. 4, 1 p. 6, 16 Quare illa, quae iam maioribus noſtris ademit obliuio fugitiua, ſi ſedulitas Muci et Bruti, retrahere nequit, non, ſi non potuero indagare, eo ero tardior, ſed velocior ideo ſi quiuero. *Translatio eſt: fugitiui enim* ſerui *dicuntur* retrahi, *qui e fuga reducuntur domum ad herum, vnde et apud Varronem de* R. R. Fugitiuarius *dicitur, qui fugitiuum conquirit et ſectatur. De verbis igitur, vt de ſeruis, honeſta praeclaraque translatione loquutus eſt. Turnebus Aduerſ.* 24, 29. Cic. pro Cael. 64 c. 26 Qui minus enim Licinius comprehendi potuit, quum ſe retraxit, ne pyxidem traderet, quam ſi non retraxiſſet? Scipio Annibalem in Africam retraxit, *i. redire coëgit* Cic. de Finib. 2, 56. Aliquem retrahere in conditionem miniſtrorum Plin. Epiſt. 10, 41. Quo fata trahunt, retrahuntque, ſequamur Virg. Aen. 5, 709. Nocturnae quietis imaginem ad ſpem haud dubiam retraxit *pro* traxit Tac. Ann. 16, 3. Retrahere ſe, *Deſiſtere a re aliqua* Catull. ad Alphenum ſ. 28, 9. Hor. Epiſt. 1, 18, 58 Ac ne te retrahas, et inexcuſabilis abſis, *i. vt Lambinus explicat, Ne te nimis longe abducas ab exercitationibus tuis, etc.* Interdum in conuiuio eſſe, interdum ab eo ſe retrahere Celſ. 1, 1. Retrahere Verba, *pro Reducere et quaſi reſorbere: quum interuentu alicuius ſermonem interrumpimus* Senec. Epiſt. 3 p. 7. Idem ibid. 79 p. 316 Modeſtia — tanta in te eſt, vt videaris mihi retracturus ingenii tui Vires, ſi vincendi periculum ſit: tanta tibi priorum reuerentia eſt. *Paſſiu.* Retrahi ex fuga Salluſt. Catil. 47 *extr.*

RETRĂHENS, entis. Partic. Cic. in Salluſt. 10 c. 3 Ipſa republica manu retrahente me.

RETRACTVS, a, um. Partic. [ἀνελχθεὶς] Cic. Philipp. 6, 10 c. 4 Neſcio quomodo ſe coniecit in vrbem, atque iſta moeſtus rediit, vt retractus, non reuerſus videretur. Retractis ac reſupinis capitibus Columel. 2, 2. Retractus in tutum animus Sen. de Benef. . . . Plin. Epiſt. 2, 17 Huius a laeua retractius paullo cubiculum eſt amplum. Liu. 34, 9 Hiſpanis retractior a mari trium millium paſſuum in circuitu murus erat. Liu. 36, 1 Teſpienſium emporium eſt in intimo ſinu Corinthiaco retractum. Retracti, Fugitiui *dicuntur, quum reprehenduntur, vt apud* Cic. Att. 6, 10. Salluſtius Catil. 47 Ceparius (namque is paullo ante ex fuga retractus erat) Cn. Terentio traditur. *Et* 48 Ad Catilinam proficiſcentem ex itinere retractum eſſe aiebant.

RETRACTIO, ōnis. f. Vitruu. 3, 3 Retractiones graduum, *vt vnus altero ſit remotior a perpendiculo.* Macrob. Saturn. 1, 14 *pr.* Modo auctio, modo retractio dierum proueniebat.

RETRACTVS, ûs. m. Tertull. adu. Gnoſt. c. 1 Bellicam machinam retractu tela vegetantem de ſcorpio nominant.

RETRACTO, āre. Rurſus tractare *vt* Feſtus *ait: qua in re non nunquam illud ipſum ſimpliciter indicatur, interdum hoc intelligitur, mutari aliquid, et aliter, vel contra quam antea inſtitui.* Liu. 2, 30 Tutius viſum eſt defendere inermes Latinos, quam pati retractare arma. Tacit. Germ. 22 *extr.* Ergo detecta et nuda omnium mens poſtera die retractatur, et ſalua vtriusque temporis ratio eſt. Virg. Aen. 12, 889 Quae nunc deinde mora eſt, aut quid iam, Turne, retractas? *i. tergiuerſaris, mutato ſubinde conſilio, vid. Cort. ad* Salluſt. Fragm. p. 946. *et conf.* RETRACTANS *et* RETRACTATIO. Plin. Epiſt. 7, 6 Praeceptum eſt Seruiano, vt vacaret finitam cauſam retractanti, ſi quid noui afferret. *Sed* Largitiones retractare, *pro Reuocare, reprobare,* Traianus ad Plin. 10, 112. Columel. 4, 26 *pr.* Tamen in his, haec eorumque ſimilia pedamenta poſt putationem retractanda ſunt, parteſque eorum putres dedolandae, *etc. denuo inſpicienda, curanda.* Cic. Att. 8, 9 Sed haec omittamus: augemus enim dolorem retractando. Hor. Carm. 2, 1, 38 Sed ne relictis Muſa procax iocis, Ceae retractes munera naeniae, *i. poſt Simonidem, ſummum Poëtam, tractes.* Vulnera cruda retractare, *Rurſus vel frequenter contrectare* Ouid. Triſt. 3, 11, 19. Plin. Epiſt. 1, 16, 2 Omnia haec mire placent — placent ſi retractentur, *i. denuo et diligenter legantur et conſiderentur. conf.* Plin. Epiſt. 4, 9 *extr.* Neue retractando nondum coëuntia rumpe Vulnera Ouid. Triſt. 4, 4, 41. Plin. Epiſt. 5, 8 Egi magnas et graues cauſas, has deſtino retractare. Ibid. Reſcribere vocat. Budaeus. Dicta retractare Virg. Aen. 12, 11 *mutare.* Locus de ambitus criminibus retractandus Cic. pro Mur. c. 26 *iterum tractandus. Sic* Materiam eandem Quinctil. 2, 4. Oratiunculam Plin. Ep. 9, 10. Verba deſueta Ouid. Triſt. 5, 7, 63. Cic. de Nat. Deor. 2, 72 Qui omnia, quae ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, et tanquam relegerent, ſunt dicti religioſi ex relegendo. Retractare ac recogitare ſecum Columel. 1 Pr. 13.

RETRACTANS, antis. Partic. [ἀνθελκόμενος] Salluſt. Fragm. c. 7 Vos muſſantes et retractantes verbis, *vid. Cort. ad h. l. conf.* Liu. 3, 49 *pr. et* c. 52 *et* 53. *it.* Aurel. Vict. de Caeſ. *paſſim, vt* 3, 8. *et* 14, 18 *etc.* Retractans iuuencus, et calcitroſus, *Qui non poteſt facile duci, quo volumus, et retractat ac renuit* Colum. 2, 2, 26 *Alii legunt* Retrectantem *per ſecundam Vocalem.*

RETRACTATVS, a, um. Partic. [ἀναμεταχειρισθεὶς] Quinctil. 2, 4 Quoties eandem materiam rurſus a me retractatam, ſcribere de integro iuberem. *Comp.* Cic. Att. 16, 3 Sed tamen idem σύνταγμα miſi ad te retractatius, et quidem ἀρχέτυπον ipſum, crebris locis inculcatum et refectum.

RETRACTATIO, ōnis. f. *De tergiuerſatione et cunctatione.* Cic. Att. 13, 25 *pr.* Conficies igitur, et quidem ſine vlla dubitatione aut retractatione. Idem Tuſc. 5 c. 29 Sine retractatione libere dicere, *vid. Gronou. ad* Liu. 3, 49.

RETRACTATVS, ûs. m. *Idem.* Sine vllo retractatu praeſcribitis Tertull. Apol. c. 4. *conf.* Id. adu. Marc. 1, 1.

RETRACTABILIS, e. Adi. *Vnde* Irretractabilis, *de quo ſ. l.*

RETRACTĀTOR, ōris. m. Tertull. de Ieiun. 15 Retractator officii. *conf. Salmaſ. ad* Spartian. Hadr. c. 12 *et ad* Getam c. 4 *pr.*

RETRECTANS, *vid. ſuperius* RETRACTANS.

RETRANSEO, īre. Via retranſit limitem Innocent. de Caſ. p. 222. *i. denuo tranſire.*

RETRIBVO, ui, ūtum, ĕre. [ἀνταποδίδωμι, ἀμείβω] *Reddere.* Cic. pro Roſc. Com. 44 Nihil mihi detraham, quum illis exactae aetatis ſeueriſſime fructum, quem meruerunt, retribuam. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 2 c. 1 Fidei conducit, in loco debitum retribuere. *conf.* Ib. 8 c. 3. Liu. 2, 41 Pecuniam acceptam retribui populo. Rebus retribuere corpora Lucret. 5, 278. *i. augere illa nouis particulis in locum decedentium.*

RETRIBŪTVS, a, um. Partic. Paullin. Epiſt. Nec retributa ſuis, nec potienda tibi.

RETRIBVTIO, ōnis. f. [ἀνταπόδοσις Gloſſ. Gr. Lat.] Auguſt. Ciu. Dei 22, 23. Tertull. adu. Marc. 5, 4. *et* 2, 18. Lactant. 4, 13. *et* 6, 18.

RETRIBŪTOR, ōris. m. Paullin. Nolan. Epiſt. 11. Saluian. Gub. Dei 1. Tertull. adu. Marc. 4, 29. *et* 5, 16.

RETRICES, um. *Riuuli nomen videtur extra vrbem, ex quo aqua irrigandorum pratorum ac hortorum gratia deriuabatur. Certe ita* Feſtus, Retricibus quum ait Cato in ea quam ſcripſit, quum ediſſertauit Fuluii Nobilioris cenſuram, ſignificat aquam eo nomine, quae eſt ſupra viam Ardeatinam, inter lapidem ſecundum, et tertium, qua irrigantur horti infra viam Ardeatinam, et Aſinariam, vsque ad Latinam. *Videtur Nomen proprium, vndecunque ductum ſit. conf. Nardin. Rom. Vet.* 3, 3.

RETRIMENTVM, i. n. [ἀπόχυμα] *a* Retero; *ſicut* Detrimentum *a* Detero. Varr. de R. R. 1, 64, 1 Amurca quum ex olea eſt expreſſa, qui eſt humor aquatilis, ac retrimentum conditum in vas fictile. *Excrementum foeculentum, et ſtercus notat* Macrob. 7, 4 In ventre fit prima digeſtio, cuius faex, retrimenta ſunt, quae per inteſtina inferiora orificio trudente labuntur. *Item,* Aridiora retrimenta in aluum conuenire refert, humidiora in veſicam retrahi. Vrina eſt retrimentum potus Macrob. ibid. c. 15. *Haec,* Recrementa *a Celſo vocantur et Gellio, de quo ſ. l.*

RETRO. Adu. [ὄπισθεν, ὀπίσω] *Contrarium eſt Ante.* Ter. Heaut. 5, 1, 29 Eſt mihi vltimis conclaue in aedibus quoddam retro. Plin. 28, 6

3, 6 Contra lippitudines retro aures fricare prodeſt. Retro ad lpes verſus iter mihi incidit Cic. Fam. 8, 15. Idem de Diuin. 1, 9 Tum viſam beluam vaſtam, *etc.* praecepiſſeque vt pergeret proti-us: quid retro, atque a tergo fieret, ne laboraret. Retro inhi-ita nauis Liu. 30, 10. Vocare retro aliquem Virg. Georg. 4, 495. ic. Tuſc. 5, 87 Vt omnia quae ſine ea ſint, longe et retro ponenda nſeat. Ibid. 6 Quod tam longe retro reſpicere non poſſunt. bduxere retro longe capita ardua ab ictu Virg. Aen. 5, 428. bſcedere retro, *vid.* ABSCEDO. Ambulare retro. Plin. 7, 45. edere retro, *ſiue vna dictione, vt aliis placet*, Retrocedere. Liu. 8, Si haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retroce-entes in interualla ordinum principes recipiebant. Cedens retro irg. Aen. 3, 496. Cic. de Nat. Deor. 3, 31 Cumque eadem viciſſim etro Commeant. Dare retro, et Retro reddere Marcellus in l. quis duos D. de ſolution. Diſcedere retro Lucret. 4, 911. Fer-:. Eloquentia retro ſe tulit Sen. Controu. 1 praef. Fluere retro nnes noſtra vidit aetas Plin. 2, 103. Fugit retro Virg. Aen. 11, 405. e retro Hor. Carm. 3, 10, 10. Properare retro Ouid. Epiſt. 5, 31. in. in Paneg. 38 Cur enim poſteris amplior honor, quam maioribus aberetur? curue retro quoque recurreret aequitas eadem? *i. ad aiores.* Inde ad hunc orbem Redii, Vnde retro nemo Sen. Herc. et. v. 48. Referri retro Virg. Georg. 1, 200. Ruere retro at. Theb. 12, 19. Quinctil. 10, 3, 6 Expulſuri tela neruos retro endimus. Verſa retro Virg. Aen. 10, 6. Retroago *et plura genus damus ſeorſim.* ¶ 2 *Frequenter ad tempus praeteri-m refertur. Huc pertinet locus Plinii, quem modo dedimus in* Re-urrere-retro. *Sic* Iul. Capitol. in Pertinace: Stipendia, inquit, lurimis retro debita exſoluit. Pacatus in Paneg. Theodoſii *pr.* um te ſemper vltra omnes retro principes laudari oportuerit. Plin. piſt. 10, 119 Hic quoque, ait, non mediocriter haereo, ne cuius-iam retro habeatur ratio, dandumque quod tunc quum vincerent, n debebatur. Quum id ab aliis retro factum recordarer Ter-ll. ad Vx. 2, 2. *Sic*, Retro-anni, Retro-ſaecula, *etc. per hyphen cuntur. Vid.* Borrich. Cogit. adu. Sciopp. p. 282. *et* Gruter. Inſcr. 281 n. 4. *et* p. 283 n 11. ¶ 3 Retro, *pro Contra, vel conuerſo.* Ab imo ad ſummum ac retro, multi ſunt gradus Quinctil. 11, 3, 15. Africanus in l. Si de eo D. de acqu. vel amitt. poſ-ſ. Non ideo magis hoc tempore clam poſſidere me videri ait. Nam etro quoque, ſi ſciens tuum non a domino emerim, *etc.*

RETROĀGO, ēgi, actum, ĕre. [ἀναχαιτίζω, ἀναποδίζω] *Si tamen unctim efferenda ſunt talia.* Plin. 7, 44 Aut quos non honores cur-ſque illa ſua violentia fortuna retroëgit, per mediam vrbem Cen-re tracto? Capillos retroagere Quinctil. 11, 3, 160. Expoſi-onem Idem 2, 4, 15. Ordinem Quinctil. 12, 2, 10. *Conf.* ela 3, 1.

RETROACTVS, a, um. Quinctil. 9, 4, 81 Dactylus retro-ctus vocatur Anapaeſtus.

RETROCĒDO, ĕre. Liu. 8, 8 Pede preſſo retrocedentes.

RETROCESSVS, ûs. m. Apul. Doctr. Plat. 1 p. 53 Proceſſus et troceſſus, *etc.*

RETROCITVS, a, um. Lucret. 4, 546 Aut reboant rau-m retrocita cornua bombum. *i. retro flexa, retrocuruata, quae ſta-m dabimus ex Plinio.*

RETROCVRVATVS, a, um. Pontus Euxinus magno lito-um flexu retrocuruatus in cornua Plin. 4, 12.

RETRODŪCO, ĕre. Vitruu. 10, 6 *extr.* Neceſſe erat rurſus re-oducere.

RETROEO, īui, īre. [ἀναχωρέω] Plin. 2, 16 Retroire incipiunt ellae. *Ibid.* Et retroire cogit vapor repercuſſas.

RETROFĔRO, fers, túli, lātum. Retroferre ſe, *pro Retrocedere.* eneca in praef. Decl. Neſcio qua iniquitate et ad malum pronitate aturae eloquentia ſe retrotulerit.

RETROLĀTVS, a, um. Partic. Cod. Theod. 13, 1 Retrolatarum inctionum auctoritas.

RETROFLECTO, ĕre. Petron. 126 Frons radices capillorum etroflexerat

RETROFLEXVS, a, um. Apul. Met. 3 p. 131, 40 Retrofle-um effigere lapide geſtit.

RETROGRADIOR, ĕris, greſſus ſum, gradi. [ἀναχάζομαι] lin. 2, 15 Ab his retrogradiuntur ad ſolem, et occaſu veſpertino de-teſcunt. Idem 8, 15 Ob id retrograditur in paſcendo.

RETROGRĂDVS, a, um. Adi. [ἀναποδίζων, ἀψοῤῥος] *Vt*, Re-rogradum fieri Mercurium Plin. 2, 17. Firmic. 1 c. 2. Sidon. piſt. 8, 11.

RETROGRĂDO, āre. Mart. Capell. 8 p. 300 *f.* Eas retrograda-e facit.

RETROGRADATIO, ōnis. f. Mart. Cap. 8 p. 298 Retrograda-ione ſui viciniae ſolis admotus.

RETROGRESSVS, ûs. m. Macrob. Saturn. 1, 17 Sol retro-reſſum agit.

RETROLĔGO, ĕre. Quinctil. Decl. 6 p. 80 Curua litora etrolego.

RETROPENDŬLVS, a, um. Adi. Apul. Met. 5.

RETRORSVS *vel* RETRORSVM. Adu. [ὀπίσω, εἰς τ' ὀπίσω] *Retro verſum.* Plin. 6, 15 Ab ea gente retrorſus ad Cyrum amnem pro-luntur ducenta viginti millia. Cic. de Nat. Deor. 2, 84 Nam ex erra, aqua: ex aqua oritur aër: ex aëre, aether: deinde retror-um viciſſim, ex aethere, aër, inde aqua: ex aqua, terra infima. Hor. Epiſt. 1, 1, 75 Quia me veſtigia terrent Omnia te aduerſum ſpe-ctantia, nulla retrorſum. *Conf.* Varro L. L. 4, 30. Cedentem mpellit retrorſus in aequora pontum Sil. 11, 512. Retrorſum ad d tempus conuentionem reducere emtoris, quo venditor conuentus it Vlpian. in l. Si ex duobus D. de peculio. Retrorſum ſe actio efert Vlpian. in l. Item illa, §. 1 D. de conſtituta pecunia. Reie-ctae retrorſum Hannibalis minae Hor. Carm. 4, 8, 16. Retrorſum omo mihi veniit Africanus in l. Si duobus D. de diuerſis praeſcri-ptionibus. Retrorſum valere *dicuntur argumenta, quae reciproca ſunt.* Quinctil. 5, 9 Sed quaedam et retrorſum idem valent: vt vi-vere hominem qui ſpirat, et ſpirare qui viuit.

RETRORSVS *ſ.* RETROSVS, a, um. Adi. [ὀπισθοφανής] Plin. 26, 9 *cum agit de remediis aduerſus panos*, Experti affirmauere, pluri-mum referre ſi *(inguinariam herbam, etc.)* virgo imponat nuda, ieiu-na ieiuno, et manu ſupina tangens dicat, Negat Apollo peſtem poſſe creſcere, quam nuda virgo reſtinguat! atque ita retrorſa manu ter dicat, totieſque ambo deſpuant. Apul. Met. 2 p. 117 Denique ſae-pe retrorſa reſpiciens ſubſtitit. *i. Reflexa, obliquata. Vid.* Idem 4, 143. *Compar.* Retrorſiores primoribus veſtris ſapientibus Tertull. Apol. c. 19. *i. vetuſtiores.* Retrorſiores *videtur deberi Meurſio. Editi, credo, omnes* Retroſiores *a* retro.

RETROSĔCVS. Adu. Tacit. Germ. 38, 3 Apud Sueuos vsque ad canitiem horrentem capillum retroſecus. *Conf. Voſſ. Etym. p. 461.*

RETROSPĬCIO, ĕre. Vitruu. 9, 4 *ſub fin.* Orientis orbem Sol retroſpiciens.

RETROTRAHO, ĕre. Cum omnis ratihabitio prorſus retrotra-hatur Iuſtin. Cod. 4 t. 28 l. 7. Idem quaſi ſurſum verſus retroque trahatur Cic. Partit. Orat. 24 c. 7. *al.* dicatur.

RETROTRIMĔTER, tri. m. Quinctil. 9, 4, 90 Sol adeo ad-iungat retrotrimetros. *Sed diuiſim recte legitur: pertinet enim ad* adiungat.

RETROVEHO, ĕre. Senec. Herc. fur. 817.

RETROVERSVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 4, 655 Ipſe retrouer-ſus ſquallentia prodidit ora. *Conf.* Solin. 4. *et* Lactant. 1, 16.

RETROVERSVS, RETROVERSVM. Adu. Haec colonia re-trouerſus creſcit, tanquam coda vituli Petron. c. 44. Retrouerſum cedam Plaut. *ap.* Non. 2, 592. Numero retrouerſum cedente Ma-crob. Sat. 1, 17. Rurſum, eſt retrouerſum: vt prorſum, prius ver-ſum Donat. *ad* Ter. Adelph. 1, 1.

RETROVERSIM. Adu. Retrouerſim cedere Cl. Mamert. 1, 7.

RETRŪDO, ſi, ſum, ĕre. [ἀνωθέω] *Retro trudere.* Plaut. Epid. 2, 2, 64 Coepi rurſum vorſum ad illas pauxillatim accedere, quaſi re-truderet hominum me vis inuitum. Sulp. Seuer. Vita Martin. c. 4 Retrudi in cuſtodiam iubetur.

RETRŪSVS, a, um. Partic. Cic. Verr. 1, 7 c. 3 Simulacra iacent ab iſto retruſa atque abdita. Cic. de Orat. 1, 87 c. 19 Haec au-tem eſſe penitus in media Philoſophia retruſa atque abdita, quae iſti rhetores ne primoribus quidem labris attigiſſent.

RETVNDO, túdi, tuſum, ĕre. [ἀνακόπτω, ἀμβλύνω] *Repercute-re, cuſpidem vel aciem alicuius rei vſu nimio vel alio caſu perſtringere, atque hebetare.* Plin. 16, 40 Argumentum afferunt, quod citiſſime aſci-as retundat. Ferrum retundere iugulis Lucan. 6, 61. Cic. in Catil. 3, 2 c. 1 Iidemque gladios in Rempubl. diſtrictos retudimus, mu-croneſque eorum a iugulis veſtris reiecimus. Idem pro Cluent. 123 c. 44 Ne Cenſorium ſtilum, cuius mucronem multis remediis ma-iores noſtri retuderunt, aeque poſthac atque illum Dictatorium gla-dium pertimeſcamus. Improbitatem alicuius retundere, *Repri-mere* Quinctil. 6, 4. Linguam et ſermones quorundam Liu. 35, 33. *Conf.* Cael. ad Cic. Fam. 8, 6. Cic. pro Domo 63 In me omnia quae ego quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhaeſerunt. Cic. Att. 16, 14 In praeſentia belle iſte puer retundit Antonium, *h. e. Reprimit.*

RETŪSVS *vel* RETVNSVS, a, um. Partic. [ἀμβλυνθεὶς] Co-lumel. 4, 24 *extr.* Quod euenit in retuſo et craſſo ferramento. Au-rum retuſum hebeti mucrone Lucret. 5, 1273. Ferrum Hor. Carm. 1, 35, 39. Plaut. Pſeud. 1, 2, 26 At haec (ſecuris) retunſa eſt. LE. Sine fiet: itidem vos quoque eſtis plagis omnes *(nempe* retunſi) Tela Ouid. Met. 12, 456. Plaut. Pſeud. 4, 4, 8 Mihi cor retunſum eſt oppugnando pectore. *Ita ſolicitudine et anxietate palpitauit et tre-pidauit mihi cor, vt frequenti ad pectus appulſu* retunſum *videatur.* Cic. de Diuin. 1, 79 c. 36 Et ſunt partes agrorum aliae peſtilentes, aliae ſalubres, aliae quae acuta Ingenia gignant, aliae quae retuſa. Sil. 16, 21 — Rebuſque retuſis Fidas ductoris tenuit reuerentia men-tes. *i. Fractis, et aduerſante fortuna.*

RETŪRO, āre. *Recludere, contrar. obturare.* Varro Agathone, Pueri obſcenis verbis nouae nuptae aures returant. Non. Marc. 4, 330. *Nempe ante hoc tempus verbis nudis et obſcenis aures virgi-num obturatae et occluſae.*

R E V

REVALEO, ēre. *vel* REVALESCO, ui, ĕre. [ἀναῤῥώννυμαι] *Vale-tudinem recipere.* Gell. 16, 13 Quod in eorum finibus ſub ipſo oppido ex capitali morbo reualuiſſet. Ouid. Epiſt. 21, 231 Ne tamen igno-res ope qua reualeſcere poſſis. *Conf.* l. 28 §. 3 ff. de vſur.

REVANESCO, ĕre. [ἀναφανίζομαι] *Iterum euaneſcere, et in ni-hilum redigi.* Ouid. Amor. 2, 9, 27 Quum bene pertaeſum eſt, animi-que reuanuit ardor, Neſcio quo miſerae turbine mentis agor.

REVĔHO, xi, ctum, ĕre. *Reducere.* Plaut. Bacch. 1, 1, 9 Vt vbi emeritum ſibi ſit, ſe reuehat domum. Liu. 3, 70 Conficerent equos viroſque, ne quis veheretur inde ad praelium, aut integraret pugnam. Stat. Theb. 2, 734

Figamque ſuperbis
Arma tholis, quaeque ipſe meo quaeſita reuexi
Sanguine.

Aliquem domum reuehere Hor. Epod. 13, 16. In caſtra reuectus Conſul Liu. 2, 47. Curru reuectus eſt triumphali Plin. 7, 26. Equo reuehi Liu. 34, 15 *pr.* Famam reuehere Plin. Epiſt. 177. Manus reuehere, Reducere exercitum Senec. Med. 7. Pecuniam ex re vendita reuehere, *pro* Colligere Liu. 35. Praedam reuehere Idem 1, 35. *Metaphor.* Cic. de Clar. Orat. 225 Sed ad paullo ſuperio-rem aetatem reuecti ſumus, nunc ad eam, de qua aliquantum locuti ſumus, reuertamur.

REVĒLO, āre. [ἀποκαλύπτω] *Contrarium eſt ſuo ſimplici Velo, quod Tego ſignificat.* Frontem reuelare Tacit. Germ. 31, 2. Tem-pus omnia reuelat Tertull. Apol. c. 7.

REVELĀTVS, a, um. Partic. *Vt*, Os reuelatum Ouid. Faſt. 6, 619.

REVELATIO, ōnis. f. [ἐπιφάνεια, ἀποκάλυψις Gloſſ. Lat. Gr.] *Vt*, Reuelatio pudendorum Arnob. 5 p. 182. Auguſtin. Confeſſ. 9, 10 Somnia et imaginariae reuelationes. *Conf.* Hieron. Epiſt. 25, 2. Tertull. adu. Marc. 5, 4.

REVELAMEN, inis. n. Zeno Veron.

REVELATOR, ōris. m. Nec reuelator ipſe erit, qui abſcondi-tor non fuit Tertull. contra Marc. 4, 25.

REVELATORIVS, a, um. Adi. Prophetica, reuelatoria, aedifi-catoria Tertull. de Anima c. 47.

REVELLO, velli *et* vulſi, vulſum, ĕre. [ἀποσπάω, ἀνασπάω] *Vel-lendo ſeparare, atque adeo auferre, detrahere.* Columel. 2, 3 Boues quum ab opere diſiunxerit, ſubſtrictos confricet, manibuſque com-primat dorſum, et pellem reuellat, nec patiatur corpori adhaerere. Cic. Verr. 4, 124 Gorgonis os pulcherrimum, cinctum anguibus, re-vellit, atque abſtulit. Acies reuellunt ſigna Lucan. 7, 77. Clau-

Bb 2 ſtra

ſtra reuellere et effringere multorum fores Cic. Verr. 4, 52 c. 23. *Et* Liu. 5, 21 Reuellere clauſtra portarum. Humum reuellit dente Ouid. Amor. 3, 10, 14. Tabulam reuellere, in qua nomina ciuitate donatorum inciſa ſunt Cic. Fam. 13, 37. Titulum chartae de fronte reuellere Ouid. ex Pont. 4, 13, 7. Cic. in Piſon. 25 c. 11 Et abſentem principe Cn. Pompeio referente, et de corpore Reip. tuorum ſcelerum tela reuellente, reuocarunt. Idem pro Caecin. 70 Nam qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit non modo iudiciorum, ſed etiam vtilitatis, vitaeque communis. Stat. Silu. 3, 2, 57 *deſcribit diſceſſum amicorum altero nauigante*

Saeuus vbi e puppi longo clamore magiſter
Diſſipat amplexus, atque Oſcula fida reuellit,
Nec longum cara licet in ceruice morari.

Metaphor. Cic. Philipp. 13, 26 In quibus tu es videlicet conſularis, cuius totus conſulatus eſt ex omni monimentorum memoria reuulſus. Dum veteres auias tibi de pulmone reuello Perſ. 5, 92. *i. ſuperſtitiones te dedoceo ab auiis hauſtas.* Reuelli habet Virg. Aen. 12, 787 *etc.* Ouid. Epiſt. 6, 104. *Et* Cic. Att. 5, 20 Perilluſtres fuimus et omnes iniurias reuellimus ſuperiores. *Paſſ.* Lucret. 1, 602 Quae quoniam per ſe nequeunt conſtare: neceſſe'ſt; Haerere: vt nequeant vlla ratione reuelli. Reuellatur penitus falſorum recepta perſuaſio Sen. Epiſt. 95.

REVVLSVS, a, um. Partic. [ἀποσπασθεὶς] *Vt*, Axis reuulſus temone Ouid. Met. 2, 316. Caput a ceruice reuulſum Virg. Georg. 4, 523. Fores Templi reuulſae Suet. Calig. c. 6. Gradibus reuulſis, ſublato aditu Cic. in Piſon. 23. Ianua effracta et reuulſa Cic. pro Muraen. 33 c. 15. Limen reuulſum tellure Ouid. Met. 12, 281. Saxum e monte reuulſum Idem ibid. 12, 341. Statuae reuulſae iacentesque Cic. Verr. 4, 144. Tabula reuulſa Idem ibid. 4, 112.

REVVLSIO, ōnis. f. [ἀπόσπασμα] Plin. 13, 12 *de charta ex papyro*, Sed ratio deprehendit vitium vnius ſchedae reuulſione plures infeſtante paginas.

REVENDO, vendĭdi, vendĭtum, ĕre. *Iterum vendere.* Vlpian. in l. Iulianus, D. de bonis libertorum, Iulianus ait, ſi patronus libertatis cauſa impoſita liberto reuendiderit, filium eius a bonorum poſſeſſione ſubmoueri. *Paullo poſt*, Quoties pater eius donum, munus, operas liberto reuendiderit.

REVĒNEO, īre. *Iterum venire, rurſus vendi.* Neratius in l. Lege fundo vendito dicta D. de lege commiſſoria, Sed ſi fundus reueniſſet: Ariſto exiſtimabat, venditori de his iudicium in emtorem dandum eſſe.

REVĔNIO, vēni, ventum, īre. [ἐπανέρχομαι] *Reuerti.* Plaut. Amphit. 1, 1, 33 Victis hoſtibus legiones reueniunt domum. Idem Capt. 2, 3, 87 Et tua huc ornatus reueniam ex ſententia. Cic. de Orat. 1, 175 c. 38 Quum miles domum reueniſſet, egiſſetque lege in hereditatem paternam. *Conf.* Ibid. c. 40. Poſtquam Alexandria reuenerit Apul. Apol. p. 311. Reuenire ex aliquo loco Tacit. Ann. 3, 24 *extr.* Reuenire in gratiam Plaut. Stich. 1, 3, 8. Rurſus reuentum in gratiam Plaut. Amph. 3, 2, 61.

REVENTVS, ûs. m. Macrob. Saturn. 2, 14 Suo poſt inde reuentu.

REVERA, *Ablatiuus ex* Re *et* Verum, *vid.* RES, rei.

REVERBĔRO, āre. *Repellere.* Senec. de Clement. 2, 5 Omnem fortunae impetum reuerberabit, et ante ſe franget. Columel. 3, 13, 7 Ne humus incrementa radicum duritie ſua reuerberet.

REVEREOR, ēris, verĭtus ſum, ēri. [αἰδέομαι, ἐντρέπομαι] *Timere, vereri, Honorare.* Ter. Phorm. 1, 5, 3 Age, mitto imperium, non ſimultatem meam reuereri? ſaltem non pudere? *etc.* *Haec eadem verba refert* Cic. Att. 2, 19. Ter. Hec. 3, 1, 10 Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile ſcio reuerituras. Difficile eſt primum virtutem reuereri, qui ſemper ſecunda fortuna ſit vſus Auctor ad Herenn. 4, 17. Lectum reuerere parentis Ouid. Epiſt. 4, 127. Cic. de Inuent. 2, 66 c. 22 Obſeruantiam per quam aetate, aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur et colimus. Reuereri, *Genitiuo iunctum*: Varro Sardis Venalibus: Non te tui ſaltem pudet, ſi nihil mei reuereatur? *apud* Nonium 9, 3 *vbi Genitiuum pro Accuſatiuo poni multis exemplis docet.* Reuereo et Reuereor Priſcianus p. 799. *refert inter ea, quae tam Actiua, quam Paſſiua voce vnum atque idem ſignificant.*

REVĔRENS, ior, iſſimus. [αἰδέμενος] *Participium eſt, qui defert, ſiue habet honorem.* Dicam, non reuerens aſſentandi ſuſpicionem Cic. de Orat. 2 c. 28. *Alias fere Nominis vicem ſubit.* Plin. Epiſt. 6, 17 Niſi forte aliud iudicas tu: quamquam quis vno te reuerentior huius operis? quis benignior aeſtimator? Idem Epiſt. 10, 18 Probum, induſtrium, atque inter iſta reuerentiſſimum mei. Quis enim vel vno die reuerentior Senatus candidatus, quam tu, cum omni vita, tum illo ipſo tempore, quo iudicas de candidatis? Plin. in Paneg. 69, 3. Illa nulla eſt reuerentior deorum Ouid. Met. 1, 323. *al.* Metuentior. Sermo erga patrem reuerens Tacit. Hiſt. 1, 17, 1. Florus *tum de eo qui exhibet, tum qui meretur reuerentiam. De illo* 2, 12, 11 Nec reuerentior captae maieſtatis alius Paullo fuit. *De hoc* 4, 12, 66 Sanctius et reuerentius viſum eſt nomen Auguſti.

REVERENDVS, a, um. Partic. [αἰδοῖος, αἰδεσέος] *Vt*, Canities reuerenda Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 12. *leg.* Lucida. Nox reuerenda ſpecie tenebrarum Ouid. in Ibin 73. *Superl.* Reuerendiſſimum, *habent* Impp. Honor. *et* Theod. Cod. 1 t. 55 l. 8. *et* Inſcriptio Chriſtiana *apud* Fabrett. p. 145.

REVERENTIA, ae. f. [ἐντροπή, αἰδὼς, σέβας] *Honor, quem tam verbis, quam factis alicui exhibemus.* Cic. Off. 1, 99 c. 28 Adhibenda eſt igitur quaedam reuerentia aduerſus homines. Magna fuit quondam Capitis reuerentia cani Ouid. Faſt. 5, 57. Propert. 3, 13, 13 Nulla eſt poſcendi, nulla eſt reuerentia dandi. Clauſtra pudoris et reuerentiae refracta Plin. Epiſt. 2, 14 ad Maximum. Plin. Epiſt. 5, 3, 8 Qui recitat, aliquanto acrius ſcriptis ſuis auditorum reuerentia intendit. Vultu placido decens reuerentia Ouid. Faſt. 5, 23. Famae reuerentia Idem Met. 9, 555. Imperii reuerentia Tacit. Hiſt. 1, 55, 4. Columel. 11, 1, 10 Niſi magnitudo rei peperit reuerentiam vel diſcendi, vel profitendi paene immenſam ſcientiam, *h. e. Timorem.* Sacramenti reuerentia Tacit. Hiſt. 1, 12, 1. Abſit reuerentia vero, *i. Secedat perſonae reſpectus, et omnis pudor, vbi quid ex fide narratur* Ouid. Epiſt. 5, 11. Adhibere reuerentiam, *vid.* ADHIBEO. Amittere reuerentiam, *Paſſ. de eo, quem non reuerentur ſui vid.* AMITTO. Conſtat magiſtratibus reuerentia, *vid.* CONSTO. Debetur reuerentia parentibus Quinctil. 11, 1. Iuven. Sat. 14, 44 Maxima debetur puero reuerentia, ſi quid Turpe paras. Exuere reuerentiam imperii Tacit. Hiſt. 1, 55, 4. Inſeruire reuerentiae alicuius, *h. e. Deferre honorem* Plin. in Paneg. *extr.* Obſtat nobis reuerentia perſonae Quinctil. 9, 2. Praeſtare reuerentiam Plin. Epiſt. 3, 8. Remiſit libertas reuerentiam Stat. Silu. 1, 6, 45. Rumpere ſacramenti reuerentiam Tacit. Hiſt. 1, 12, 1.

REVERENTER. Adu. [αἰδημόνως] *Honorifice.* Plin. Epiſt. 7, 31 Idem quam reuerenter, quam fideliter amicos colat, multorum ſupremis iudiciis, *etc.* Suet. Octau. c. 93 Peregrinarum caerimoniarum, ſicut veteres ac praeceptas reuerentiſſime coluit, ita caeteras contemtui habuit. Auſonius Epigr. 8 Fortunam reuerenter habe, quicunque repente Diues ab exili progrediere loco. *Compar.* Plin. Epiſt. 8, 21 Lego enim omnia, vt omnia emendem: quod contingere non poteſt, electa recitantibus. At illud modeſtius, et fortaſſe reuerentius, ſed hoc ſimplicius, et amantius, *vid.* Idem Paneg. 25, 1. *Superl.* Suet. Neron. c. 23 Reuerentiſſime alloquebatur. *Conf.* Plin. Epiſt. 10, 32.

REVERĬTVS, a, um. Gell. 11, 11 Nigidium Cicero ſumme reueritus. Curt. 6, 2, 8 Fortunam captiuae reueritus. Idem 3, 13, 17 Regis vicem reueritus.

REVERECVNDĬTER. Adu. *Ex* Ennio *apud* Priſcianum 15, p. 1010 *extr.*

REVERGO, ĕre. In aliorum commoda reuergit Cl. Mamert. in Epp. Sid. Appollin. 4, 2.

REVERRO, ĕre. Reuerram hercle hoc, quod conuerri modo Plaut. Stich. 2, 2, 64. *Paraſitus, operam dederat verrendae et purgandae domui: audit veniſſe paraſitos alios: ergo retractare vult operam ſuam.*

REVERTOR, ĕris, verſus ſum, ti. [ἀναστρέφω, ὑποστρέφω, ἀναχωρέω, ἀνακάμπτω] *Retro, domum ſuam vertere ſe, et redire.* Ter. Heaut. 1, 1, 70 Domum reuertor moeſtus. Caeſ. Bell. Gall. 1, 54 Sueui, qui ad ripas Rheni venerant, domum reuerti coeperunt. Domum reuertens ſera nocte Virg. Georg. 4, 132. Iterum reuerti Idem Aen. 6, 720. Cum laude reuerti Ouid. Met. 13, 248. Vnde cum honore diſceſſeris, eodem cum ignominia reuerti Cic. pro Muraen. 89 c. 41. Ad priſtinum actum Plin. Epiſt. 10, 37. Cic. Verr. 3, 109 Ad illam quam inſtitui cauſam frumenti ac decumarum reuertar. Ad diem Caeſ. Bell Gall. 6, 32. Cic. de Finib. 2, 104 c. 32 *pr.* Sed vt ad propoſitum reuertamur, *etc.* nunc totum illud concludi ſic licet. Ad vitam Lucret. 2, 960. In ciuitatem Cic. Fam. 6, 6. In gratiam cum aliquo Liu. 8, 35. Eo reuerti, vnde egreſſus es Quinctil. 2, 4. Cic. de Fato 7 Sed Poſidonium, aequum eſt, cum bona gratia dimittamus: ad Chryſippi laqueos reuertamur. *Locus de Chryſippo cum aliis in hoc libro periit.* Reuerſus ſum *pro* Reuerti. Minus diebus triginta in Aſiam reuerſus eſt Nep. 2, 5, 2. Hirt. de Bell. Hiſp. c. 13 Qui cum in oppidum reuerſi eſſent. *Conf.* Ibid. c. 18. Phaedr. 4, 13, 10 Sero domum eſt reuerſus. *vid.* Borrich. Vind. p. 204. *Diſponti Collectanea in Phaedr. p. 262.*

REVERTO, ti, ĕre. [μεταστρέφω] *Actiue, ſaepe apud Ciceronem legitur: ſed non niſi in Praeterito, aut in temporibus a Praeterito formatis, cum altera forma in his abſtineat, in praeſentibus autem non alia quam deponentiali vtatur.* *Sed* Non. 7, 68 Reuortit (*Praeſenti tempore*) Pomponius Maiali, Coenam quaeritat: ſi eum nemo vocat, reuortit maeſtus ad menam miſeri. Lucret. 3, 1073

Exit ſaepe foras magnis ex aedibus ille,
Eſſe domi quem pertaeſum eſt, ſubitoque reuertit:
Quippe foris nihilo melius qui ſentiat eſſe.

Idem 5, 1152 Circumretit enim vis atque iniuria quemque, Atque vnde exorta eſt, ad eum plerumque reuertit. *Sed reuertimur ad Ciceronem. Is* Fam. 3, 10 Conſcendens iam nauem, Epheſo Laodiceam reuertit. Idem Off. 3, 45 c. 10 Vas factus eſt alter ſiſtendi eius: vt ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ipſi. Cic. Att. 8, 3 Ipſe ne quo inciderem, reuerti Formias. Legati Ameriam, re-inorata, reuerterunt Idem pro Roſc. Amer. 26 c. 9. Ad illum animum meum reuerti priſtinum Cic. Fam. 10, 28. Reuertendi, [τοῦ ἀναστρέφειν] Ouid. Epiſt. 1, 80 Neue reuertendi liber abeſſe velis.

REVERTENS, entis. Partic. Virg. Georg. 1, 274 — Lapidemque reuertens — reportat. Ib. 427 Luna reuertentes cum primum colligit ignes. *Controuerſus eſt locus* Cic. Tuſc. 73 c. 30 Itaque dubitans, circumſpectans, haeſitans, multa aduerſa reuertens, tanquam ratis in mare immenſo noſtra vehitur oratio. *Laborat Turn.* 10, 14 *in explicanda hac lectione, et eo euadit, vt multa aduerſa aduerbialiter accipiat pro multum huc illuc, antrorſum et retro ſe vertens etc. Facilior certe et planior eſt lectio, quam ex MSS. etiam aſſeruit Dauiſius,* reuerens, *i. metuens.*

REVERSVS, a, um. Partic. Manil. 5, 464 Sol reuerſus. *Adde* Salluſt. *apud* Non. 1, 232. *et* Caeſ. Bell. Gall. 6, 41.

REVERSŪRVS, a, um. Partic. [ἀναστρέψων] Ouid. de Arte Am. 1, 340 Poena reuerſura eſt in caput iſta tuum.

REVERSIO, ōnis. f. [ἀναστροφή, ἀναχώρησις, ἐπαναστροφή] Cic. Philipp. 1, 1 Exponam vobis breuiter conſilium et profectionis et reuerſionis meae. Reuerſio *et* Reditus *nonnihil differre videntur.* Cic. Att. 16, 7 *de eadem re, de qua locum ex Philippica protulimus,* Dii immortales quam valde ille reditu, vel potius reuerſione mea laetatus, effudit illa omnia, quae tacuerat. *Qui regreditur ante quam eo perueniat, quo animum intenderat, is non redire dicitur, ſed reuerti: redire autem, qui coeptum iter abſoluit. Reuerſione igitur, quia quum proceſſiſſet, ab auſtro retro verſus eſt: id quod ipſe luculentiſſime dicit in ipſo ſtatim initio huius epiſtolae.* Febrium reuerſio et motus Cic. de Nat. Deor. 3, 24. Temporum reuerſiones Apul. Doctr. Plat. 1 p. 7.

REVERTICVLVM, i. n. *Vt*, Solis annua reuerticula Apul. Florid. 4. *Et* Met. 3 p. 134, 12 Luſus ille quem — per annua reuerticula celebramus.

REVERSOR, āri. Veget. Mulom. 3, 11 Si dyſenteria iumentum apprehenderit, reuerſatur eius extalis, *i. inteſtinum rectum excidere et conuerti ſolet.* Vulg. Int. Hoſe. 7, 8 Panis ſubcinericius, qui non reuerſatur, *ὁ μεταστρεφόμενος, qui non verti et verſari ſolet.*

REVERSĀTVS, a, um. Part. Plin. Valer. 1, 23 Reuerſata prius palpebra.

REVESTIO, īre. Deſpectum victor ſua luce reueſtit Tertull. ſ. Cyprian. in Marc. c. 5.

REVESTITVS, a, um. Part. Reueſtitos voluit eadem ſubſtantia, qua fugerant exuti Tertull. de Reſurr. c. 42.

REVIBRO, āre. Inſtar ſpeculi radios reuibrare Mart. Capella 2 p. 41. *Add.* Idem 8 p. 273.

REVIBRATVS, ûs. m. Mart. Cap. 2 p. 27.

REVIBRATIO, ōnis. f. Lunam ſolis lumine accepto lucere onnulli exiſtimant reuibratione Hygin. de Planet. 4, 14.

REVIDEO, ēre. Nunc ad horam reuidebo Plaut. Truc. 2, 2, 65. It cito felices vos reuidere queam Fortunat. l. 10.

REVIGEO, ēre. *aut* REVIGESCO, ĕre. Multa ſaecula poſt reuiguit ythagoreorum nomen Cic. Tuſc. 1 c. 16 *ſec.* Non. 9, 12. *al.* ſic viuit. Hunc ſimilem ſancti flatus reuigeſcere certum eſt Iuuenc. Hiſt. uang. 2, 204.

REVILESCO, ĕre. *Vile fieri.* Sen. de Tranquill. Vitae c. vlt. ed nec virtuti periculum eſt, ne admota oculis reuileſcat.

REVINCIO, vinxi, vinctum, īre. [ἀνκδεσμόω] *Retro vincire, el Vehementer et arcte vincire.* Virg. Aen. 2, 57 Ecce manus iuuenem nterea poſt terga reuinctum. Caeſ. Bell. Gall. 7, 23 Reuinciuntur retrorſus, et multo aggere veſtiuntur. Latus enſe reuincit ropert. 3, 14, 11. ¶ 2 *Idem quod reſoluere vinctum eſſe idetur* Columel. 1, 8, 16 Num villicus aut alligauerit quempiam domino neſciente, aut reuinxerit. Nam vtrumque maxime ſeruare debet, t et, quem paterfam. tali poena multauerit, villicus niſi eiusdem ermiſſu compeditus non eximat; et quem ipſe ſua ſponte vinxerit, nte quam ſciat dominus non reſoluat.

REVINCIENS, entis. Partic. *Vt,* Mentem amore reuinciens Catull. in Epithal. Iul. ſ. 59 (62) 33.

REVINCTVS, a, um. Partic. Lucret. 5, 554 Niſi eſſet Partibus ēriis mundi, caeloque reuincta.

REVINCO, vīci, victum, ĕre. [ἐξελέγχω] *Conuincere et confutare.* Cic. pro Arch. 12 c. 6 Quaere argumenta, ſi qua potes: nunquam enim hic neque ſuo, neque amicorum iudicio reuincetur. Reuincere crimen verbis, aut rebus Liu. 6, 26. An confutabunt nares oculiue reuincent? Lucret. 4, 490. Reuinci in culpa Gell. , 2. Inſimulari quiuis innocens poteſt, reuinci niſi nocens non poteſt Apul. Apol. . . . *Conf.* Idem de Syllog. Categ. p. 378. Reuincere, *Viciſſim vincere et ſuperare.* Lucret. 1, 587 — Nam ſi rimordia rerum Commutari aliqua poſſent ratione reuicta. *i. Viciſſim ſuperata.*

REVICTVS, a, um. Partic. Tac. Ann. 15, 73 Coniuratio reuicta. *i. conuicta.* Apul. Met. 8 p. 205, 36 Simulanter reuicta harite ſuſcipit. *i. conuictam ſe ſimulans.* Vires reuictae cadunt ucret. 5, 410. *i. denuo victae.* Apul. de habitud. doctrin. Plat. 637 *Floridi*, Vniuerſalis *propoſitio* vtrauis (dedicatiua, *i. affirmans* *vtor et* Abdicatiua) particularem ſuam (*ſubordinatam*) comprobata ique confirmat: reuicta non vtique infirmat. Haereſes reuictae Tertull. de Praeſcript. c. 35.

REVICTIO, ōnis. f. Apul. de Syllog. Cat. p. 377 Vtriusuis harum reuictio confirmat alteram. *i. refutatio; vna falſa, altera vera.*

REVINCIBILIS, e. Adi. *Quod reuinci ſ. refutari poteſt.* Mateae literis ſacris reuincibiles Tertull. de Reſurr. Carn. c. 63.

REVIRESCO, ui, ĕre. [ἀναθάλλω, ἀναθαλέω] *Iterum vireſcere.* olumel. 2, 1 Non eſt ergo exiguarum frugum cauſa terrae vetuſtas, modo quum ſemel inuaſit ſenectus, regreſſum non habet, nec reuiſcere nec repubeſcere poteſt. Siluae laeſae reuireſcunt Ouid. Met. 2, 407. Reuireſcere, *per translationem, pro Reuiuiſcere et nouari ac renaſci.* Cic. de Prouinc. Conſul. 34 c. 14 Impolitae vero es, et acerbae, ſi erunt relictae, quamquam ſunt abſciſſae, tamen fferent ſe aliquando, et ad renouandum bellum reuireſcent. Id. tt. 15, 13 Ille enim nunquam reuiruiſſet, nos timor confirmare eius cta non coëgiſſet. Arte ſuum parili reuireſcere poſſe parentem, *Reiuueneſcere* Ouid. Met. 7, 305. Pignore laudis reuireſcens, *udens, et animum recipiens ob promiſſa* Sil. 8, 228. Pars crent toruos patrui reuireſcere vultus Idem 15, 134. *Conf. Heinſ. et rakenb. ad h. l.*

REVIREO, ēre. Albinouan. de morte Maecen. 113 Redditur arboribus florens reuirentibus aetas.

REVIRĪDO, āre. *Idem.* Vulg. Int. 4 Esdr. 5, 36.

REVISCERO, āre. *Vnde*

REVISCERATIO, ōnis. f. Oportebit oſſium quoque credi reuiſcerationem et reſpirationem Tertull. de Reſurr. Carn. c. 30. *i. futurum, vt carnibus iterum veſtiantur oſſa.*

REVISĬTO, āre. [ἀνεπισκέπτομαι] *Iterum viſitare.* Plin. 18, 3 undinis vrbem reuiſitabant.

REVĪSO, ſi, ſum, ĕre. [ἀνεπισκέπτομαι] *Redire ad videndum.* Ter. Eun. 5, 4, 1 Reuiſo quidnam Chaerea hic rerum gerat. Cic. tt. 1, 14 Reuiſe nos aliquando. Eidem 12, 49 Quare quum potes, reuiſes nos. *Add.* Idem Fam. 1, 10, 3. Saepius aliquem euiſere Virg. Ecl. 7, 67. *Conf.* Hor. Epiſt. 1, 7, 12. Agrum aepe reuiſere Columel. 1, 4. Domos Liu. 7, 39. Ad aliquem Gell. 13, 30. *it.* 7, 17. Sedes ſuas Virg. Aen. 1, 419. rbem Lucret. 3, 1080. Crebra reuiſit ad ſtabulum mater vituli ucret. 2, 360. Ad hanc quia ſigna reuiſunt Idem 5, 635. Furor euiſit, *Redit* Lucret. 4, 1111.

REVISENS, entis. Partic. Catull. 65, 376 Non illam nutrix rienti luce reuiſens. Ibid. 387 Saepe pater diuûm templo in fulgente reuiſens. Virg. Aen. 11, 426 — Multos alterna reuiſens uſit, et in ſolido rurſus fortuna locauit.

REVISIO, ōnis. f. Claud. Mamert. ad Sidon. Epiſt. 4, 2 Reuiſionis poteſtas intercluditur.

REVIVISCO, vixi, ĕre. [ἀναβιόω, ἀναζωπυρῶμαι] *Rurſum viuum fieri.* Cic. de Finib. 4, 61 c. 22 Quid ſi reuiuiſcant Platonici illi, : deinceps illi, qui auditores eorum fuerunt, et tecum ita loquantur? , vbi galli cantum audiuit, auum ſuum reuixiſſe putat Cic. in Piſon. 7 c. 23. *Per translationem.* Cic. Fam. 4, 4 Vt ſpeciem aliquam iderer videre quaſi reuiuiſcentis Reip. *Et* Philipp. 7, 1 Senatum olent ad auctoritatis priſtinae ſpem reuiuiſcere. Plin. 11, 28 lullis eorum pennae reuiuiſcunt auulſae. Reuiuiſcere, reſpirare metu caedis, emergere a fluctibus ſeruitutis Cic. de Aruſp. Reſp. 48. nima moribunda reuixit ab alloquiis Ouid. Triſt. 4, 5, 3. Aduentu noſtro reuiuiſcunt iuſtitia, abſtinentia clementia tui Ciceronis ic. Att. 5, 16. Ad verba alicuius reuiuiſcere Ouid. ex Pont. 1, 3, 9.

REVĪVO, ĕre. Paull. Nolan. de obitu Celſi pueri 563 Omnes in ua vixerunt carne reuiuent.

REVIVIFICĀTVS, a, um. Tertull. de Reſurr. Carn. 19 Redimatus et reuiuificatus Deo.

REVNGO. *Vnde*

REVNCTOR, ōris. m. *Miniſter et mediaſtinus eorum medicorum, i iatralepticen, hoc eſt reunctoriam medicinam tractabant.* Plin. 29, 1 Prodicus Selymbriae natus, diſcipulus eius, inſtituens quam vocant iatralepticen, reunctoribus quoque medicorum, ac mediaſtinis vectigal inuenit.

REVŎCO, āre. [ἀνακαλέω] *Interdum eſt retro vocare euntem, vel abſentem: interdum viciſſim vocare, qui nos vocauit: interdum retractare, et irritum voce ſua facere aliquid. Alias etiam multas parit formas dicendi: quae non niſi exemplis cognoſci poſſunt omnia.* Plaut. Merc. 2, 4, 6 Mane, mane obſecro Charine. C. qui me reuocat? Cic. pro Quint. 83 Reuocares eum, quem in Galliam miſeras? Repetere et reuocare aliquem Cic. pro Domo 44. Vnde tu me ex iure conſertum vocaſti, inde ibi ego te reuoco Cic. pro Muraen. 26. *Verba iuris.* Ter. Eun. 1, 1, 4 Excluſit: reuocat. Cic. Ac. 4, 11 c. 4 Philoſophia, quae nunc prope dimiſſa reuocatur. Plin. Epiſt. 3, 5, 12 Memini quendam ex amicis, quum lector quaedam perperam pronunciaſſet, reuocaſſe, et repeti coëgiſſe: huic auunculum meum dixiſſe, Intellexeras nempe? quum ille annuiſſet, Cur ergo reuocabas? *Sic ipſe* Cic. pro Sext. 120 c. 56 Reuocabatur ab vniverſis *Roſcius in ſcena agens, i. repetere iubebatur, quod placuerat. Et* 123 c. 58 Millies reuocatum eſt. *Plura ad h. l. Abram.* Cic. pro Arch. 18 c. 8 Quoties ego hunc vidi — magnum numerum optimorum verſuum — dicere ex tempore? quoties reuocatum eandem rem dicere commutatis verbis atque ſententiis? *Sed* Ouid. Met. 9, 617 Si facta mihi reuocare liceret. *h. e. Si poſſem efficere, vt facta eſſent infecta.* Vlp. in l. Si quis poſtea D. de iudiciis, In ea cauſa ius reuocandi forum non habebit. *renunciandi foro ſemel agnito.* Promiſſum reuocare, *Negare quod promiſeras* Seneca de Benef. 4, . . Quaeſtio reuocatur inter easdem perſonas, *quum eadem res, quae priore iudicio petita fuit, ſecundo petitur.* Vlp. in l. 3 D. de except. rei iud. Quoties inter easdem perſonas eadem quaeſtio reuocatur, vel alio genere iudicii. Seneca Epiſt. 51 Robora in rectum, quamuis flexa, reuocabis. *i. corriges.* Cic. Verr. 3, 213 An me ad M. Antonii aeſtimationem frumenti, exactionemque pecuniae reuocaturus es? *h. e. Illam iubebis conſiderare, et cum tua comparare. Diceſne mihi, te imitatum fuiſſe Antonium in exactione pecuniae, et ſimile Antonio aliquid feciſſe, quod ad aeſtimationem frumenti attinet?* Reuocare, *auctore* Nonio 2, 751 Per vices mutuo vocare. Varr. Sexageſ. Qui nobis miniſtrarunt pueri diebus feſtis cicer viride, qui nos prouocare ac vocare cum audeant, nos illos reuocare timemus. Cic. pro Roſc. Am. 52 c. 18 Domum ſuam iſtum non fere quisquam vocabat; nec mirum, qui neque in vrbe viueret, neque reuocaturus eſſet. Lactant. 6, 12 Idem Deus praecepit, vt, ſi quando coenam parauerimus, eos in conuictum adhibeamus, qui reuocare non poſſunt, et vicem reddere. *Conf.* Phaedr. 1, 27, 3. *et* Turneb. Aduerſ. 28, 13. Reuocare, *Inſtaurare.* Suet. Claud. c. 22 Item circa omnium ordinum ſtatum, domi forisque, aut correxit, aut exoleta reuocauit, aut etiam noua inſtituit. ¶ 2 *Cum Praepoſitionibus varie ponitur.* Ab armis ingenium reuocatur Ouid. Amor. 2, 18, 11. Cic. Att. 3, 15 Quod ſi non modo tu, ſed quisquam fuiſſet, qui me Pompeii minus liberali reſponſo perterritum a turpiſſimo conſilio reuocaret, *etc.* A contagione omni vitiorum reprimis te ac reuocas Plin. Pan. 83, 2. A cupiditate reuocare Cic. pro Cluent. 12. Idem Verr. 2, 99 Commouentur amici Sthenii, ſperant fore, vt patris literis nuntiisque, filius ab incoepto furore reuocetur. Idem pro Lege Manil. 40 Non auaritia ab inſtituto curſu ad praedam aliquam reuocauit. *al.* Deuocauit. *Conf.* Ter. Phorm. 5, 6, 8. Ab errore lapſos Quinctil. 2, 6. Ab exilio Plin. 7, 30. Cic. pro Milon. 80 c. 29 Etiamſi propter amicitiam vellet illum ab inferis reuocare, propter Remp. non feciſſet. Plin. 7, 44 A limine ipſo mortis reuocatus. Idem 23, 6 Dyſentericos a morte reuocari. Ab ira animum Ouid. Triſt. 2, 557. Ab opere reuocare. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 82 Caeſar ab opere legiones reuocat. Cic. de Legib. 2, 16 Quam multos diuini ſupplicii metus a ſcelere reuocauit. Idem ad Brut. 4 Quod enim nondum Senatus cenſuit, nec Populus Rom. iuſſit, id arroganter non praeiudico, neque reuoco ad arbitrium meum. *i. Nolo arbitratu meo rem peragi.* Cic. pro Domo 15 Nonnulli autem illam rem ad illam rationem, coniecturamque reuocabant. Ad Corpus vnum reuocabis omnia miſta Pallad. 1, 17, 3. Ad curam reuocare aliquid Plin. 28, 9. *i. Cum cura et diligentia facere.* Cic. Verr. 3, 210 Quo me igitur, aut ad quae exempla reuocas? Ad incertum reuocari Cic. pro Caec. 38 c. 13. Idem pro Cluent. 136 Quum Tribunus plebis populo concitato rem paene ad manus reuocauiſſet. *h. e. Ita commouiſſet populum, vt propter eam rem paene inter ſe digladiarentur.* Cic. Off. 1, 140 Quarum quidem certe eſt adhibendus modus, ad Mediocritatemque reuocandus. Idem pro Flacc. 60 Reuocarem animos veſtros ad Mithridatici belli memoriam, ad illa vniuerſorum ciuium Romanorum per tot vrbes vno puncto temporis miſeram, crudelemque caedem. Cic. Tuſc. 3, 33 Quod ſi qui forte quum in luctu eſſe vellent, aliquid fecerunt humanius, aut ſi hilarius locuti ſunt, reuocant ſe rurſus ad moeſtitiam, peccatique ſe inſimulant, quod dolere intermiſerint. Cic. de Amicit. 60 c. 16 Sed impuri cuiusdam, et ambitioſi, aut omnia ad ſuam Potentiam reuocantis eſſe ſententiam. Ad Rationem operum operarumque villicum Cato c. 2. Cic. de Finib. 2, 43 Herillus autem ad Scientiam omnia reuocans, vnum quoddam bonum vidit. Ad ſolicitudinem ſuam rerum adminiſtrationem reuocare. *In ſe recipere.* Scaeuola in l. Maeuia, D. de annuis legat. et fideicommiſſ. Cic. de Clar. Orat. 10 c. 3 Nam veſtris primum literis recreatus, me ad priſtina Studia reuocaui. Idem Att. 7, 2 Sed tamen M. Lepidum, L. Torquatum, C. Caſſium Trib. plebis, Philotimi literae ad Vitam reuocarunt. *i. recrearunt.* *Sed* Lucret. 3, 469

Vnde neque exaudit voces, nec noſcere vultus
Illorum potis eſt, ad vitam qui reuocantes
Circumſtant lacrimis rorantes ora, *etc.*

de ritu conclamandi mortuos. Cic. pro Caecin. 84 Et me ex hoc vt ita dicam Campo aequitatis ad iſtas verborum anguſtias, et ad omnes literarum angulos reuocas. Idem de Diuin. 2, 20 c. 8 Quod enim is, qui diuinat, praedicit, id vero futurum eſt, vt ne illud quidem ſciam, quale ſit, quod Deiotarum neceſſarium noſtrum ex Itinere Aquila reuocauit. Ex otio reuocare Plin. in Paneg. 87. Cic. pro Roſc. Amer. 113 c. 39 In minimis priuatisque rebus etiam negligentia in crimen mandati, iudiciumque infame reuocatur. Cic. pro Caecin. 76 c. 27 Populi Rom. cauſa, ciuitatis ius, bona, fortunae, poſſeſſionesque in Dubium incertumque reuocabuntur. In Formam priorem Senec. de Benef. 2, 21. In Lucem aliquid Plin. 29, 1. In Vitam reuocare Cic. Att. 7, 23. ¶ 3 *Subſtantiua rerum, quae* *reuocari*

reuocari dicuntur : Amor reuocatur admonitu Ouid. de Rem. Amor. 729. *al.* Refricatur. Animum ab ira reuocare Ouid. Triſt. 2, 557. Euntem Catull. ad libellum ſuum. Exordia pugnae Virg. Aen. 7, 40. Gradum reuocare, *Redire* Idem ibid. 6, 128. Ingenium reuocatur ab armis Ouid. Amor. 2, 18, 11. Labores inceptos Valer. Argon. 3, 625. Libertatem reuocare ac reducere Plin. in Paneg. . . . Ouid. de Arte Am. 452 Et reuocat cupidas alea ſaepe manus, *ſubinde ad ſe vocat.* Cic. Tuſc. 1, 37 Magni autem eſt ingenii reuocare Mentem a ſenſibus, et cogitationem a conſuetudine abducere. Idem de Finib. 2, 2 Qui Mos cum a poſterioribus non eſſet retentus, Arceſilas eum reuocauit. Oculos alicuius Ouid. Epiſt. 16, 252. Opus coeptum, *de tela Penelopes* Idem Epiſt. Sabin. 1, 54. Pecunias Plin. Epiſt. 3, 9, 17. *Sic* Quae ante perceperant, non reuocantur Ep. 10, 120. Virg. Aen. 9, 125 Cunctatur et amnis Rauca ſonans reuocatque Pedem Tiberinus ab alto. *i. refluit a mari.* Praetermiſſum reuocare Plin. 18, 6 ſ. 8. *i. ſero facere, quod prius erat faciendum.* Se reuocare, *Mutare ſententiam.* Cic. Acad. 4, 52 c. 17 Dubitant, haeſitant, reuocant ſe interdum, hisque quae videntur imbecillius aſſentiuntur. Studia intermiſſa reuocare Cic. Tuſc. 1, 1. Vires victu reuocare Virg. Aen. 1, 218. Vitis reuocatur Pallad. Febr. 12, 4. *cum ſuperiori parte reciſa ex nouo palmite reparatur.* Publice aliquem Quinctil. 6, 11.

REVŎCANS, antis. Partic. Ouid. Met. 1, 503 Neque ad haec reuocantis verba reſiſtit. Ad vetera inſtituta reuocans, quae iampridem corruptis moribus ludibrio ſunt Salluſt. de Rep. Ord. c. 5.

REVOCĀTVS, a, um. Partic. [ἀνακεκλημένος] *Praeter iam dicta* Petron. c. 10. Caeſ. Bell. Gall. 5, 7. Ab omnibus ad priſtinam dignitatem exſpectatus atque reuocatus Cic. pro Domo c. 22. Voce reuocatus de curſu Reip. Cic. Fam. 10, 1. Dum iacet et lente reuocatas ruminat herbas Ouid. Amor. 3, 5, 17. Seruare aliquem reuocatum a morte Virg. Aen. 5, 476. Tardius reuocati, praelio exceſſerant Salluſt. Catil. c. 9. Auſonius in Profeſſor. 1, 30 Narrantem fido per ſingula puncta recurſu Quae data per longas, quae reuocata moras. *de ludo XII ſcriptorum.*

REVOCATIO, ōnis. f. [ἀνάκλησις] Cic. Philipp. 13, 15 c. 7 Receptui ſignum, aut reuocationem a bello audire non poſſumus. Idem Tuſc. 3, 33 Leuationem autem aegritudinis in duabus rebus ponit, auocatione a cogitanda moleſtia, et reuocatione ad contemplandas voluptates. *Plur.* Vitruu. 9, 4 A ſole reuocationibus.

REVOCĀMEN, ĭnis. n. [τὸ ἀνακλητικὸν] *Idem quod Reuocatio.* Ouid. Faſt. 1, 561 Accipio reuocamen ait : vocemque ſequutus Impia per ſiluas victor ad antra venit. Idem Met. 2, 596 Talia dicenti tibi, ait, reuocamina coruus, *etc.*

REVOCABĬLIS, e. Adi. [ἀνακλητὸς] *Qui poteſt reuocari.* Ouid. ad Liu. 427 Supprime iam lacrimas, non eſt reuocabilis iſtis, Quem ſemel vmbrifera nauita lintre tulit. Carmen fatorum nulli reuocabile Propert. 4, 7, 51. Damnum reuocabile Claud. in Eutrop. 2, 488. Telum non reuocabile Ouid. Met. 6, 264. Verum non reuocabile Stat. Theb. 1, 291.

REVOCĀTOR, ōris. m. *Vt,* Reuocator animarum Quinctil. Decl. 10 *extr. Magus, mortuorum excantator.*

REVOCATORIVS, a, um. Adi. *Vt,* Reuocatoria emplaſtra Theod. Priſc. 2, 32.

REVŎLO, āre. [ἀνίπταμαι] *Retro, vel rurſum volare.* Cic. de Nat Deor. 2, 125 c. 49 Eaeque in tergo praeuolantium colla et capita reponunt : quod quia ipſe dux facere non poteſt, quia non habet vbi nitatur, reuolat, vt ipſe quoque quieſcat. *de gruibus.* Cum medio celeres reuolant ex aequore mergi Virg. Georg. 1, 361. Paterc. 2, 120 Paullo poſt, Feſtinanter reuocauit filium. Ille ad patrem exſpectato reuolauit.

REVŎLANS, antis. Partic. Manil. 1, 190 Cum Sol aequoreis reuolans decurrit ab aſtris.

REVOLVO, volui, volūtum, ĕre. [ἀνελίσσω, ἀνακυλίνδω, ἀνακαλινδέω] *Rurſum ſ. retrorſum voluere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 106 Toruus draco ſerpit ſubter, ſuperaque reuoluens Seſe, conficiensque ſinus e corpore flexos. *ex Poëta.* Columel. 8, 17 Quoniam gelidum ab imo fluctum reuoluit in partem ſuperiorem. Reuoluere iter Virg. Aen. 9, 391. ¶ 2 *Metaphoras habet frequentes.* Cic. de Orat. 2, 130 Contraque quae pro reo dicentur, omnia neceſſario a tempore, atque homine ad communes rerum et generum ſummas reuoluentur. *Gr.* ἀνακυκλεῖν. Cic. Acad. 4, 148 c. 48 Egone ? inquit : ad patris reuoluor ſententiam. Victoria ad irritum reuoluebatur Tacit. Hiſt. 3, 26, 2. Ter. Hec. 4, 4, 69 Nam in eandem vitam te reuolutum denuo video eſſe. *Vbi* Donatus : Non rediiſſe, ſed reuolutum eſſe, tanquam inuitum aut neſcium ; relinquit enim quandam veniam, vt velit eſſe correctior. Cic. Att. 13, 26 Itaque reuoluor identidem in Tuſculanum. Eo reuolui, vel eodem Cic. Acad. 4, 18. *Et* Tuſc. 1, 12 Reuolueris eodem. *h. e. Idem dicis.* Ouid. Met. 10, 335 Quid in iſta reuoluor ? *in damnatas antea cogitationes iterum incido.* In eundem ſomnum reuolui Valer. Max. 7, 2. *de Q. Metello.* Retro reuolui Celſ. 7, 26. Reuoluitur ad emtorem infecti damni ſtipulatio Paullus in l. Damni, §. Emtor praedii D. de damno infecto, *etc.* Reuoluere libros, ineptias, *pro* Voluendo *ſubinde tractare et legere* Liu. 34, 5. Martial. 11, 1. Antiqua reuoluere Sil. 8, 49. Virg. Aen. 10, 61

— Xanthum et Simoënta
Redde oro miſeris : iterumque reuoluere caſus
Da pater Iliacos Teucris.

Vbi Seruius, Si ad Troiam vis referre, ſic dicit, Nobis redde Troiam per naufragia et pericula. i. e. Patiamur denuo quae pertulimus : duntaxat nobis Troia reddatur. Si vero ad Italiam vis referre, ſic intellige, Redde nobis Italiam, et libenter repetimus ea, quae in Troia pertulimus. Vulnera ſua reuoluere Stat. Silu. 1, 2, 100. *dicitur Poëta, i. amores ſuos canere.* ¶ 3 *In MSS. permutantur inuicem* Reuoluere *et* Reſoluere, *v. v.*

REVOLVTVS, a, um. Partic. [ἀνελιχθεὶς] Liu. 4, 12 Reuolutus ad diſpenſationem inopiae. Molis obiectu reuolutus Amnis Tac. H. 5, 14, 3. Equo ſuffoſſo reuolutus Virg. Aen. 11, 671. Penſa reuoluta Idem ibid. 9, 476. Saecula reuoluta, *Aetates, ſiue anni iam exacti* Ouid. Faſt. 4, 29. Saxa aeſtu reuoluta Pontus reſorbet Virg. Aen. 11, 627. Idem ibid. 10, 256 — Et interea reuoluta ruebat Matura iam luce dies. Reuoluta, aperta : ſicut contra, Inuolutum dicimus eſſe quod clauſum eſt. Seruius. *Sed malim ad illam propriam corporum caeleſtium reuolutionem referre.*

REVOLVTIO, ōnis. f. Auguſtin. de Ciuitate Dei 22, 12 *extr.* Poſt multas per diuerſa corpora reuolutiones. *de Animarum illa migratione Pythagorica.* Idem de Trin. 12 c. vlt.

REVOLVBĬLIS, e. Adi. [δινητὸς] Ouid. in Ibin 191 Siſyphe cui tradas reuolubile pondus habebis.

REVŎMO, ui, ĭtum, ĕre. [ἀνεμέω] *Idem quod Euomere.* Plin. 10, 72 Dracones auibus deuoratis ſolidis, contentione plumas, et oſſa reuomunt. Scylla reuomit carinas Ouid. Met. 13, 731. Ac miſeri fluitant reuomentes aequora nautae Sil. 10, 326. Virg. Aen. 5, 182 Et ſalſos rident reuomentem pectore fluctus. Lucret. 2, 199 Tam cupide ſurſum reuomit magis atque remittit, *aqua trabes in eam depreſſas ac vi demerſas.*

REVS, i. m. [ἔνοχος, ὑπαίτιος, ὑπόδικος, ὑπεύθυνος] *Quicunque in litem adducitur, etiamſi nihil admiſerit, i. contra quem quispiam agit.* Cic. de Orat. 2, 183 c. 43 Reos autem appello non eos modo, qui arguuntur, ſed omnes, quorum de re diſceptatur. *Audiamus* Feſtum, *ex emendatione Scaligeri :* Reus nunc dicitur, qui cauſam dicit : Et item qui quid promiſit ſpoponditue, ac debet. *At* Gallus Aelius l. 2 ſignificationum verborum, quae ad ius pertinent, ait : Reus eſt, qui cum altero litem conteſtatam habet, ſiue is egit, ſiue cum eo actum eſt. Reus ſtipulando eſt, idem qui ſtipulator dicitur ; quippe ſuo nomine ab altero, qui ſtipulatus eſt, non is, qui alteri adſtipulatus eſt. Reus promittendo eſt, qui ſuo nomine alteri quid promiſit, quiue pro altero quid promiſit. At Capito Ateius in eadem quidem opinione eſt. Sed exemplo adiuuat interpretationem Numa, in ſecunda tabula, ſecunda lege, in qua ſcriptum eſt : SEI QVID HORVM FVAT VNVM IVDICI, ARBITROVE, REOVE, DIES DIFFVNSVS ESTO. Nunc vterque, actor reusque in iudicium euocatur. Petitor et Reus, *contraria* Cic. pro Roſc. Com. 42. Capulares rei, *i. Capulo digni, apud* Fulgent. Expoſ. Serm. ant. 23. Diuturni rei, *quorum lis diu pendet* Suet. Auguſt. c. 32. Nocens reus Cic. Diu. Caec. 1. Solutus reus cauſam dicit Plaut. Truc. 2, 7, 58. Sontes rei Claud. quart. Conſ. Hon. 88. Trepidi rei Ouid. ex Pont. 1, 2, 18. Reus eſt maximis plurimisque criminibus in iudicium vocatus Cic. Verr. 2, 95. *Fem.* Seneca Controuerſ. 4, 29 Rea es. Idem mox, Haec rea non mittenda in exilium. *Ibid. Plur.* Comparemus inter ſe duas reas. *Recurrit ſubinde ibid. hoc vocabulum.* Reos, *inquit* Nonius 6, 71 non ſolum crimini et culpae obnoxios, ſed etiam honeſti vel voti debitores promiſſi auctoritas voluit. Virg. Aen. 5, 236 Conſtituam ante aras, voti reus. Reus *etiam interdum pro Expromiſſore accipitur.* Vlp. in l. 1 §. Exceptionem D. Quarum rerum actio non datur, Exceptionem onerandae libertatis cauſa, ſicut et caeteras, fideiuſſori non eſſe denegandam ſciendum eſt : nec ei quidem, qui rogatu liberti reus factus eſt. Modeſtinus. Quum ſeruus pecuniam pro libertate pactus eſt, et ob eam rem reum dederit, quamuis ſeruus ab alio manumiſſus eſt, reus tamen obligabitur. *Budaeus.* Reus ſatisdandi, *ab* Vlpiano *dicitur, qui ſatisdato obligatus eſt, id eſt fideiuſſore dato.* Reus *vero* ſatisaccipiendi, *qui fideiuſſores accepit ob debitum.* In l. Qui hominem, §. Quidam, De ſolutionibus, Dici poteſt quoties reus ſatisdandi, reo ſatisaccipiendi heres exſtiterit, fideiuſſores liberari. Modeſt. in l. j. D. de duobus reis conſtit. Qui ſtipulatur, reus ſtipulandi dicitur : qui promittit, reus promittendi habetur. ¶ 2 *Genitiui rerum, quarum aliquis reus dicitur :* Cic. Att. 4, 15 Candidati conſulares omnes rei Ambitus. Idem pro Flacc. 7 Et is eſt reus Auaritiae, qui in vberrima re, turpe compendium : in maledicentiſſima ciuitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio maledictum omne, non modo crimen effugit. Capitis reus Apul. Met. 3 p. 132. Criminis alicuius reus Ouid. Epiſt. 16, 324. Culpae reus Caius in l. Ex maleficio, §. vlt. D. de act. et oblig. Culpae alienae Liu. 24, 22. Delicti reus Nepos 7, 8, 4. Deſidiae Martial. 10, 70. Facti reus, *Qui factum aliquod commiſit* Plaut. Ciſt. 1, 3, 16. Fortunae eius diei reus Liu. 6, 24, 8. Iniuriarum Quinctil. 4, 2. Maieſtatis laeſae, *vid.* LAEDO. Peculatus Quinctil. 5, 13. Pugnorum Martial. 10, 87. Sacrilegii reus eſt Quinctil. 4, 2. Tutandae ſuae partis, *i. ſtationis* reus *dicitur, qui ſtationem ea lege cuſtodit, vt illi imputetur, ſi quid ibi aduerſi acciderit* Liu. 25, 30. Voti reus, *inquit* Macrobius Saturn. 3, 2. Qui ſuſcepto voto numinibus ſe obligat. Virg. Aen. 5, 237 Conſtituam ante aras voti *reus. Add. Seru. ad* Aen. 4, 699. *et iam laudauimus* Non. 6, 71. Cic. Att. 2, 24 Nunc reus erat apud Craſſum diuitem Vectius de vi, et quum eſſet damnatus, erat iudicium poſtulaturus. ¶ 3 *Verba:* Agere reum, *vid.* AGO. Abſens quum reus infelix agor Ouid. Epiſt. 20, 91. Agi ream falſi criminis Ouid. de Rem. Amor. 388. Ouid. Epiſt. 14, 120 Quid fiet ſonti, cum rea laudis agar. *i. accuſer facti laudabilis cauſa.* Agitur ſpretarum legum reus Ouid. Met. 15, 36. Ampliati rei, Arguere reum, Citare reum, *vid. ſſ. ll.* Non citatur reus audaciae, virtutis reus citatur Pſeudo-Cic anteq. iret in exil. 6. Coarguere reum teſtibus, Comperendinare reum, Conſidere in reum, *vid. hh. vv.* Conſtituere aliquem reum, *i. Facere* Papinian. in l. libertus a patrono reus conſtitutus D. de in ius vocand. Deferre reum criminis Quinctil. 11, 1. *h. e. Accuſare.* Plin. Epiſt. 6, 5 Addidit etiam petendum a Conſulibus, vt referrent ſub exemplo legis ambitus, de lege Repetundarum, an placeret in futurum ad eam legem adiici, vt ſicut accuſatoribus inquirendi, teſtibusque Denuntiandi poteſtas ea lege eſſet, ita reis quoque fieret. Eximere ex, vel de reis Cic. Verr. 2, 99. Tacit. Ann. 1, 58 Violatorem foederis veſtri Arminium, apud Varum, qui tum exercitui praeſidebat, reum Feci. Cic. Verr. 2, 94 Ea poſtea quam numerata eſt, contentus hac iniquitate non fuit : palam de ſella, ac tribunali pronunciat, ſi quis abſentem Sthenium rei capitalis reum Facere vellet, ſeſe eius nomen recepturum, et ſimul vt ad cauſam accederet, nomenque deferret. Tum cum a me reus Factus ſit Cic. Verr. prooem. Act. c. 2. Facere aliquem reum de moribus Quinctil. 4, 2 Fieri reum (inquit Aſconius) eſt apud Praetorem legibus interrogari. Quum enim in ius ventum eſſet, dicebat apud Praetorem accuſator reo, Aio te Siculos (verbi gratia) ſpoliaſſe. Si tacuiſſet, lis ei aeſtimabatur vt victo : ſi negaſſet, petebat a magiſtratu dies accuſator inquirendorum criminum, et inſtruebatur accuſatio. Fieri reum, *eſt Se expromiſſorem et alieni debiti debitorem conſtituere.* Vlp. in l. 1 §. Except. D. Quarum rerum act. non dat. Cum enim propoſitum ſit Praetoris, in huiusmodi obligationibus reo ſuccurrere : non ſeruaturus eſt propoſitum ſuum, niſi fideiuſſorem quoque et eum, qui rogatu liberti reus factus fuerit, aduerſus patronum defenderit. Pendentes rei, *vid.* PENDEO. Plin. Epiſt. 3, 9, 30 Dum ille peragitur reus, ſedimus. Poſtulare reum, Referre in reos, Repetere reum,

eum, *vid. hh. vv.* Subdere reum Tacit. Ann. 1, 6. Supponere ſe reum Cic. pro Deiot. 42.

REATVS, *vid. ſupra ſ. l.*

REVVLSIO, REVVLSVS, *vid.* REVELLO.

REX, regis. *vid.* REGO.

REZONO, are. Rezonare numum. Non. *ap. Salmaſ. in Hiſt. Aug.* p. 153. *i. ex zona promere.*

R H A

RHA, [῾Ρᾶ] *Fluuii nomen in Ponto, et radicis nobilis.* Ammian. Marc. 22, 8 p. 340 *Gronou. poſt mentionem Tanais,* Huic Rha vicinus eſt amnis, in cuius ſuperciliis quaedam vegetabilis eiusdem nominis gignitur radix, proficiens ad vſus multiplices medelarum. *Putatur ea* Radix Pontica Celſi, *vid.* MEDICI. *et Salmaſ. Exerc. Plin.* p. 796.

RHABDOS, i. f. [ῥάβδος] *Baculus, Meteoron apud* Apul. de Mundo p. 64, 12 Rhabdos, *inquit,* ad virgae rigorem per longum colorata nubecula.

RHACHIS *ſpina dorſi,* RHACHITIS *morbus illam infeſtans, Medicis Graecis quam Latinis familiora.*

RHACINVS, i. m. *Piſcis e ſolo Ouidio commemoratus: ob id forſaſſis, quod non alibi,* quam in Ponto naſcatur, vbi ſupremis ſuis temporibus opus hoc Ouidius inchoauit Plin. 32 c. vlt. *vbi* Rhacinumque nullum ex Ouidio laudat.

RHACOMA, atis. n. *Herba,* affertur ex his, quae ſupra Pontum ſunt regionibus: radix coſto nigro *eſt* ſimilis, minor et ruſior paullo, ſine odore, calefaciens guſtu et adſtringens Plin. 27, 12.

RHADAMANTHVS, i. m. *Iouis ex Europa filius, et rex Lyciae, qui, quod ſeuerus eſſet, et iuſtitiae exſecutor, fingitur a Poëtis apud inferos nocentum explorare culpas.* Virg. Aen. 6, 566 Gnoſius haec Rhadamanthus habet duriſſima regna, *etc. conf.* Ouid. Met. 9, 436. Plin. 7, 56.

RHADINE, es. f. [ῥαδινή] *i. Gracilis, tenella, nomen, quo amatae blanditur amator apud* Lucret. 4, 1160 ῾Ραδινὴ vero eſt iam mortua tuſſi.

RHAETIA, RHAETI, *vid.* RHETIA, *etc.*

RHAGAS, adis. f. *et* RHAGADIA, orum. n. [ῥαγὰς] Rhagades *vocantur Sciſſurae ſiue fiſſa, quae in ſede, pedibus, labiis, aliaue qua corporis parte proueniunt; dictae a verbo Graeco* ῥήσσω, *quod ſignificat rumpo.* Plin. 23, 4 Attrita ſanat et furfures, rhagadas, condylomata, articulos luxatos. Ibidem c. 3 Vſus eius cum aceto, aut vino vetere, aut mulſo, vt quaeque cauſa exigat in curatione oris, dentium, narium, vlcerum manantium, genitalium, rhagadum. *conf.* Ibid. c. 7. Item 7, 15 Arboris ipſius cinis ex melle ſedat rhagadia. *vid.* Celſ. 6, 18. Scribon. 223.

RHAGION, i. n. *Aranei ſpecies,* acino nigro ſimilis, ore minimo ſub aluo, pedibus breuiſſimis, tanquam imperfectis. Dolor morſu eius qualis a Scorpione Plin. 29, 4. *Sane* Rhagion *vertitur Latine, paruus acinus.*

RHAGOIDES, is. f. [ῥαγοειδὴς] *Tunicula oculi, quam* vueam *Latine vocare licet.* Celſ. 7, 7 Oculus ſummas habet duas tunicas, ex quibus ſuperior a Graecis κερατοειδὴς vocatur. Ea, qua parte alba eſt, ſatis craſſa, pupillae loco extenuatur. Huic inferior adiuncta eſt, media parte, qua pupilla eſt, modico foramine concaua, circa tenuis, vlterioribus partibus ipſa quoque plenior, quae ῥαγοειδὴς a Graecis nominatur. Hae duae tunicae cum interiora oculi cingant, ruſus ſub his coëunt, extenuataeque, et in vnum coactae, per foramen, quod inter oſſa eſt, ad membranam cerebri perueniunt, eique inhaereſcunt. Sub his autem, qua parte pupilla eſt, locus vacuus eſt, *etc. Caeterum* ῥαγοειδὴς *dedit H. Stephanus in Medicis Principibus:* ῥαγοειδὴς *alii.*

RHAMMEI, orum. m. *Populi in Nabathaea, Arabiae regione, quorum originem referunt quidam ad Rhadamanthum, Minois fratrem* Plin. 6, 28. *Sed Hard.* Rhadamei, *ad quam formam nominis certe melius quadrant verba, quae ſequuntur,* et horum origo Rhadamanthus putatur, frater Minois.

RHAMNENSES, *vel* RHAMNES, *vel melius, cum non ſit Graecae originis, ſine adſpiratione* RAMNES, *ſ.* RAMNENSES, um. m. Plur. [῾Ραμνήσιοι] Hor. de Arte Poët. 342 Celſi praetereant auſtera poëmata Rhamnes. Acron, Rhamnes, Luceres, Tatienſes, Romanae tribus erant: vel vt verius, Equites. *Hactenus ille.* Propert. 4, 1, 31 Hinc Tities, Rhamneſque viri, Luceresque coloni. Liu. 1, 13 Eodem tempore et centuriae tres equitum conſcriptae ſunt, Ramnenſes a Romulo, ab Tito Tatio Titienſes appellati. Varro de L. L. 4, 9 p. 16, 26 Ager Romanus primum diuiſus in partes tris, a quo tribus appellatae Tatienſium, Ramnium, Lucerum: nominatae, vt ait Ennius, — Ramnenſes a Romulo — Sed omnia haec vocabula Tuſca.

RHAMNVS, i. m. [ῥάμνος] *Genus ſentium aſperrimum aculeis, flore gratiſſimum.* Plin. 24, 14 Inter genera ruborum rhamnos appellatur a Graecis, candidior et fruticoſior. Is floret ramos ſpargens rectis aculeis, non vt caeteri aduncis, foliis maioribus, *vid.* Dioſc. 1, 119. *et* Columel. 10, 373. Plin. 24, 3.

RHAMNVS, untis. m. *Pagus in Attica, non procul a Marathone* Plin. 4, 7 *et* 12. *Hinc*

RHAMNVSIVS, a, um. Patronym. [῾Ραμνούσιος] *Quod eſt ex Rhamnunte.* Ter. Andr. 5, 4, 26 Hoc certo ſcio, Rhamnuſium ſe aiebat eſſe. *A cultu in hoc pago dicta Nemeſis, ſ. Adraſtea,* Virgo Rhamnuſia Catull. Argon. ſ. 62, 395. Claud. de Bell. Get. 601 Sed Dea, quae nimiis obſtat Rhamnuſia votis. Ouid. Triſt. 5, 9, 9 Exiget indignas vltrix Rhamnuſia poenas, *vid.* NEMESIS.

RHAMNVSIS, idis. f. Patronym. [῾Ραμνουσὶς] Ouid. Met. 14, 694 Memoremque time Rhamnuſidis iram. *h. e.* Rhamnuſiae, *ſ. Nemeſis.*

RHANIS, idis. f. *Graece* ῥανὶς *Gutta eſt, aptum nomen Nymphae, ſiue Dianae comitum, cuius meminit* Ouid. Met. 3, 171 Excipiunt laticem Nymphaeque, Hyalaeque, Rhaniſque.

RHAPEION, i. n. *Herba, alias Leontopetalon* Plin. 27, 11. *al.* Rhapheion.

RHAPHANE, es. f. *Oppidum.* Plin. 6, 14 Reliqua Medorum oppida, Phauſia, Agamzua, Apamia Rhaphane cognominata.

RHAPHANITIS, idis. f. *Iridis Illyricae genus primum.* Plin. 21, 7 Illyrica quoque (*de Iride loquitur*) duorum generum eſt, Rhaphanitis a ſimilitudine, quae et melior: Rizotomos ſubrufa, optima, quae contactu ſternutamenta mouet. Illa herba caulem habet cubitalem, erectum. Floret diuerſi coloris ſpecie, ſicut arcus caeleſtis, unde et nomen habet.

RHAPHANOS AGRIA. [ῥάφανος ἀγρία] Herba, quae alias Apios, ſiue Iſchas dicitur Plin. 26, 8.

RHAPHANVS, *vid.* RAPHANVS.

RHAPHEION, i. n. Herba eadem, quae Leontopetalon Plin. 27, 11.

RHAPHIVS, i. m. Animal. Plin. 8, 19 Pompeii magni primum ludi oſtenderunt chaum, quem Galli rhaphium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis. *Sed Harduin.* Chama, quem Galli Rufium.

RHAPSODIA, ae. f. *Graecum eſt* ῥαψῳδία, *quaſi tu conſutum ex pluribus verſibus carmen dicas. Sic nempe ſingulos libros vocant, literis Alphabeti ſignatas, vt* ῥαψῳδία A *ſit liber primus, et ita porro. Illam in libros diſtributionem Piſiſtrato tribuit etiam* Cic. de Or. 3, 137 c. 34. Nepos 10, 6, 4 Verſum illum Homeri retulit ex ſecunda rhapſodia, *vid. Scalig. Poët. 1, 41. et Salmaſ. Exerc. Plin.* p. 867.

R H E

RHEA, ae. f. [῾Ρέα] *Caeli et Terrae filia, quae alio nomine Cybele dicitur. Saturni vxor, mater Iouis et fratrum illius. Nomen hoc Graecis quam Latinis literis magis frequentatum. Vtitur tamen* Ouid. Faſt. 4, 201 *qui cum narraſſet, a Saturno deuoratos eſſe ſuos liberos, addit* Saepe Rhea quaeſta eſt toties fecunda, nec vnquam Mater, *intell. nunquam dicta* mater *a ſuis natis. Eſſe eandem, quae Cybele, Mater Deûm alias celebratur, etiam indicat ille verſus* Stat. Achill. 2, 153 Quater aera Rheae, quater Euia pulſant Terga manu *in deſcriptione ſacrorum aemulantium illa Phrygia.* Idem Achill. 1, 387 Taceaſque precor, quo more tacebat Creta Rheae. *Thetis Inſulam alloquitur Scyron, cum ei committeret Achillem ſuum. Nulla praeterea nominis huius mentio apud Ouidium, Virgilium, Horatium, Claudianum, etc. tanto frequentior apud Heſiodum et Graecos alios.* ¶ 2 Rhea Siluia, *quae eadem Ilia, Romuli et Remi ex Martis compreſſu mater, hoc nomen meruiſſe videtur, ex quo filius eius* Romulus *in Deos relatus eſt.* Flor. 1, 1 *pr.* Primus ille et vrbis et imperii conditor Romulus fuit Marte genitus et Rhea Siluia. *Add.* Vict. Orig. Gent. Rom. 19 *vbi etiam in Arntzenii editione* Rea *ſcribitur. Sic etiam* c. 20 *et* 21 *non indicata vlla varietate. Sed* Prudent. in Symm. 1, 174 Et, ſi Rhea ſacram laſciui Martis amore Luſa pudicitiam fluuiali amiſit in vlua, *etc.* ¶ 3 *Maior hac, ſed quae forte in ſolidum ingenio Poëtae debetur, de qua* Virg. Aen. 7, 659 *de* Auentino Herculis *filio,* quem Rhea ſacerdos Furtiuum partu ſub luminis cadit oras Mixta deo mulier, *etc. Hic penultimam producit. Nempe* ῾Ρέα *et* ῾Ρεία *eſt.*

RHEBAS, ae. m. [῾Ρήβας] *Fluuius.* Plin. 6, 1 Ergo a faucibus Boſphori eſt amnis Rhebas, quem aliqui Rhoeſum dixerunt. Valer. Argon. 4, 698 — Nigrantia quin iam Litora, longinquique exirent flumina Rhebae.

RHECTAE, arum. m. Plur. [ῥῆκται] Species terrae motuum, quorum impulſu diſſilit tellus, *vt habet* Apul. de Mundo p. 65. *Nempe* ῥήσσω *vel* ῥήγνυμι *rumpo eſt.*

RHEDA, *vel, quia Graecum non eſt, ſine adſpiratione,* REDA, ae. f. [ἀπήνη] Vocabulum Gallicum, *vt ait* Quinctil. 1, 9, 55 *et* 67. *conf.* Caſaub. *ad* Suet. p. 34 *Eſt autem genus leuiculi currus, quo geſtabantur in villas ſuas.* Cic. Att. 5, 17 Hanc epiſtolam dictaui ſedens in rheda, quum in caſtra proficiſcerer, a quibus aberam bidui. Eidem 6, 1 Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus eſſedis, et rheda equis iuncta, et lectica, et familia magna. Cic. pro Milon. 28 c. 10 Clodius expeditus in equo, nulla rheda. — *Milo* cum vxore in rheda penulatus. — Cum hic de rheda reiecta penula deſiluiſſet. Caeſ. Bell. Gall. 1, 51 Omnemque aciem ſuam rhedis et carris circumdederunt. Tollere aliquem rheda *aſſumere ſibi, qui vna vehatur* Hor. Serm. 2, 6, 42. Excuſſus a rheda Scribon. 101. *vid. Io. Rhod. ad h. l. p.* 167.

RHEDARIVS, i. m. [ἀπηνηλάτης] *Auriga, rectorque rhedae.* Cic. pro Milon. 29 c. 10 Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco ſuperiore impetum, aduerſi rhedarium occidunt. *conf.* Capitol. Max. et Balb. c. 5.

RHEDARIVS, a, um. Adi. *vt,* Rhedarius mulus, *qui rhedam ducebat* Varro de R. R. 3, 17, 7.

RHEDONES, um. m. Plur. *Galliae populi, in ducatu Britanniae, de quibus* Caeſ. Bell. Gall. 7, 75. *Scribitur ſine adſpiratione melius.*

RHEGIVM, i. n. [῾Ρήγιον] *Oppidum ſitum in margine Italiae, ex aduerſo Siciliae, cui Graeci a fractura nomen dedere.* Plin. 3, 8 Sicilia — interfuſo mari auulſa — Ab hoc dehiſcendi argumento, Rhegium Graeci nomen dedere oppido in margine Italiae ſito. Feſtus: Rhegium appellatur id municipium, quod in freto Siciliae eſt, quoniam id a rumpendo dictum eſt, quod eſt Graece ῥῆξαι, eo quidem magis, quia in Gallia Ciſalpina, vbi forum Lepidi fuerat, Regium vocatur. *conf.* Iuſtin. 4, 1. Ouid. Met. 14, 48 Liquerat et Zanclen aduerſaque moenia Rhegi.

RHEGINI, orum. m. [῾Ρηγῖνοι] *Populi, qui Rhegium incolunt.* Cic. pro Arch. 5.

RHEGINVS, a, um. Adi. [῾Ρηγῖνος] Sil. 13, 94 Dum Lybis haud laetus Rhegina ad litora tendit.

RHEGMOCHASMVS, i. m. *Hians ruptura* ῥηγμοχασμὸς *cum* parte aliqua rupta ſanguis exit Celſ. 4, 4, 5.

RHENO, *melius ſine adſpiratione* RENO, onis. f. [διφθέρα] *Gallica res, nomen certe Gallicum, ſi audimus* Varronem de L. L. 4, 35 p. 40, 10 In his (*de veſtium nominibus agit*) multa peregrina, vt ſagum, reno Gallica. Caeſ. Bell. Gall. 6, 21 Intra annum XX. feminae notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus: cuius rei nulla eſt occultatio: quod et promiſcue in fluminibus perluuntur, et pellibus aut paruis renonum tegumentis vtuntur, magna corporis parte nuda. Iſid. 19, 23 Renones ſunt velamina humerorum et pectoris vſque ad vmbilicum, atque intortis villis adeo hiſpida, vt imbres reſpuant, quos vulgo *reptos* vocant, eo quod longitudo villorum quaſi *reptat:* de quibus Salluſtius, Germani intectum renonibus corpus tegunt. Dicti autem renones a Rheno Germaniae flumine, vbi iis frequenter vtuntur. Sidon. Epiſt. 4, 20 *Deſcribens Sigiſmeris, qui Athalarici regis comes erat, comitatum,* Viridantia ſaga — baltei ſupercurrentibus ſtrinxerant clauſa bullatis latera rhenonibus. *Interior itaque hic veſtis* rhenones, *iniecta his* ſaga. Seru. *ad* Georg. 3, 383 Et pecudum fuluis velatur corpora ſetis, Rhenonibus: nam vt Salluſtius dicit in hiſtoriis, Veſtes de pellibus rhenones vocantur.

RHENVS, i. m. [῾Ρῆνος] *Germaniae fluuius celeberrimus, de quo* Caeſ. Bell. Gall. 4, 10 Rhenus oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, et longo ſpatio per fines Nantuatium, Heluetiorum, Sequanorum, Mediomatricum, Tribocorum, Treuirorum citatus fertur: et vbi Oceano appropinquauit, in plures diffluit partes, multis ingentibuſque inſu-

inſulis effectis: quarum pars magna a feris barbariſque nationibus incolitur: ex quibus ſunt, qui piſcibus atque ouis auium viuere exiſtimantur: multiſque capitibus in Oceanum influit. *Hactenus ille, vid.* Tacit. Ann. 2, 6. Heſperioſque amnes, Rhenum, Rhodanumque, Padumque Ouid. Met. 2, 258. Caput luteum Rheni Hor. Serm. 1, 10, 37. Ripae feraces Rheni Lucan. 1, 459. Bicornis Rhenus: propter duo cornua, ſeu oſtia Virg. Aen. 8, 727. Citatus Rhenus, *vid.* CITO. Gallicus Catull. ad Furium 11, 11. Minax Claud. in prim. Conſ. Stil. 1, 220. Rebellis Stat. Silu. 1, 4, 89. Spumans vertice Arctoo Lucan. 1, 371. Squallidus Ouid. ex Pont. 3, 4, 108. ¶ 2 *Alius fluuius Italiae Bononiam alluens* Sil 8, 601 — Paruique Bononia Rheni. *conſ.* Plin. 3, 36. ¶ 3 Rheni, *Rheni accolae, Germani videlicet et Galli dicti ſunt a* Perſ. Sat. 6, 47. Flumen Rhenum Hor. de Arte Poët. 18.

RHENĀNVS, a, um. Adi. [Ῥηναῖος] *Vnde* Ciſrhenanus, *et* Transrhenanus, *qua dictione vtitur* Caeſ. Bell. Gall. 4, 16 Vbii autem, qui vni ex transrhenanis, ad Caeſarem legatos miſerunt, *etc.* Martial. 9, 36 Rhenana manus.

RHĒSVS, i. m. [Ῥῆσος] Rex Thraciae fuit (inquit Seruius) qui quum ad Troiae veniſſet auxilia, clauſiſque iam portis tentoria locauiſſet in litore, Dolone prodente Troiano, qui miſſus fuerat ſpeculator: a Diomede et Vlyſſe eſt interfectus, qui et ipſi ſpeculatum venerant, abductique ſunt equi, quibus pendebant fata Troiana. *Hactenus* Seruius *ad* Virg. Aen. 1, 473 Nec procul hinc Rheſi, *etc.* Sithonii tentoria Rheſi Ouid. de Arte Am. 2, 137. Nec Rheſi niueae citaeque bigae Catul. 56, 26.

RHETI, ſ. RHAETI, *quod melius,* orum. m. [Ῥαῖτοι] *inter Alpinas gentes*, Plinio *commemorantur* 3, 20 Rhaetos Tuſcorum prolem arbitrantur a Gallis pulſos duce Rhaeto. Hor. Carm. 4, 4, 17 Videre Rhaetis bella ſub Alpibus Druſum gerentem Vindelici. Immanes Rheti Hor. Carm. 4, 14, 15. Saeui Claud. in Epithal. Palladii 89. *al.* Geti.

RHETIA, *vel* RHAETIA, ae. f. [Ῥαιτία] *Regio* Claud. de Bell. Get. 330 Prominet Hercyniae confinis Rhaetia ſiluae.

RHETĬCVS, a, um. Adi. [Ῥαιτικὸς] *vt*, Rheticae vites, *et* Rheticum vinum, *quod inter generoſa Italiae vina numeratur;* Virg. Georg. 2, 96 Et quo te carmine dicam, Rhaetica? Arma Rhetica Ouid. Triſt. 2, 226. Rheticae vites Plin. 14, 2.

RHETOR, ŏris. m. *Accuſ.* Rhetorem *vel* Rhetora. [ῥήτωρ] *Graeci ipſum oratorem ita vocant; Latini eum, qui artem oratoriam profitetur, et dicendi praecepta tradit.* Cic. de Orat. 1, 84 c. 18 Carneades — ſignificabat, eos, qui rhetores nominarentur, et qui dicendi praecepta traderent, nihil plane tenere, neque poſſe quemquam facultatem aſſequi dicendi, niſi qui philoſophorum inuenta didiciſſet. Idem de Fin. 3, 4 Item ipſae rhetorum artes, quae ſunt totae forenſes atque populares, verbis tamen in docendo quaſi priuatis vtuntur ac ſuis. Martial. 5, 57 Omnes grammaticoſque, rhetoraſque Diuites moneo. Plin. Epiſt. 3, 3 Iam circumſpiciendus rhetor Latinus, cuius ſcholae ſeueritas, pudor in primis, caſtitas conſtet. Quinctil. 2 *pr. quem* doctorem eloquentiae dixerat, *mox* rhetorem *appellat. conf. Voſſ. de Nat. et Conſt. Rhet.* c. 1. Mar. Victorin. Expoſ. in 1 Rhet. Cic. Cicero noſter dum ego adſum, non ceſſauit apud rhetorem Cic. Qu. Frat. 3, 1. Eminentiſſimus rhetor Quinctil. 2, 3. Magnus et nobilis, *vid.* NOBILIS. Congredi cum rhetore, *vid.* CONGREDIOR. ¶ 2 *Sed et Latinis* Rhetor *interdum pro Oratore vſurpatur.* Cic. Orat. 61 c. 19 Sed et Graece ab eloquendo ῥήτωρ, et Latine eloquens dictus eſt. Id. de Fin. 2, 17 c. 6 Zeno rhetoricam palmae, dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compreſſius. Cic. in Brut. 42 At ille ridens, Tuo vero, inquit, arbitratu, quoniam quidem conceſſum eſt rhetoribus ementiri in hiſtoriis, vt aliquid dicere poſſint argutius. Vt enim tu nunc de Coriolano, ſic Clitarchus, ſic Stratocles de Themiſtocle finxit. Rhetoribus, *et his, qui docent artem dicendi, et his, qui orant. Vtrumque enim Cicero hic complecti voluit: quod et qui docent, declamationes fingant, ac mentiantur: et qui orant, hiſtorias ſaepe aliter referant. Sic Aeſchinem mentitum ſaepe conuincit Demoſthenes.* Idem libro eodem 265 c. 76 Reliqui ſunt, qui mortui ſint; L. Torquatus, quem tu non tam cito rhetorem dixiſſes (etſi non deerat oratio) quam (vt Graeci dicunt) πολιτικόν. Rhetorem, *id eſt oratorem, in hoc enim libro catalogum texit oratorum.* Idem de Fin. 2, 17 c. 6 Quaſi vero perpetua oratio Rhetorum ſolum, non etiam Philoſophorum ſit Iuuen. Sat. 1, 44 Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram.

RHETORĬCE, es. *vel* RHETORICA, ae. f. [ῥητορικὴ] Quinctil. 2, 15 Huic eius ſubſtantiae maxime conuenit finitio, rhetoricen eſſe bene dicendi ſcientiam. Artificioſa eloquentia, quam rhetoricam vocant Cic. de Inuent. 1, 6 c. 5 *pr.* Idem de Finib. 2, 17 c. 6 Zenonis eſt, inquam, hoc Stoici, omnem vim loquendi, vt iam ante Ariſtoteles, in duas tributam eſſe partes dicere: rhetoricam palmae, dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compreſſius. Rhetorica, *duplex eſt, altera* forenſis, *altera* philoſophica, *quod* de Fin. 2, 17 c. 6 *oſtendit* Cicero, *quum ait:* Obſequar igitur voluntati tuae, dicamque ſi potero rhetorice: ſed hac rhetorica philoſophorum, non noſtra illa forenſi, quam neceſſe eſt, quum populariter loquatur, eſſe interdum paullo hebetiorem. *De forenſi ſic idem* Cic. in Orat. 13 Sic eloquentia haec forenſis, ſpreta a philoſophis et repudiata, multis quidem illa adiumentis, magniſque caruit: ſed tamen ornata verbis atque ſententiis, iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehenſionemque pertimuit. *Senſus eſt, quoniam Philoſophi eloquentiam forenſem ſpreuerunt, qui poterant ei plurimum prodeſſe: populares homines eius ſtudium amplexi, verborum luminibus exornarunt, et populi iudicio contenti, quid de ſe philoſophi ſentirent, penitus neglexerunt. Hanc igitur forenſem eloquentiam philoſophi ſpreuerunt, non illam doctam et elegantem, quam in Platone et Ariſtotele videmus. Spreuerunt, inquam, quoniam ab adminiſtratione Reipublicae remoti, ſuis tantum ſtudiis vacabant. Subdit ibidem* Cicero: Ita et doctis eloquentia popularis, et diſertis elegans doctrina defuit. Doctis, *id eſt, philoſophis:* Diſertis, *oratoribus, qui tantum forenſi eloquentia inſtructi, philoſophiam non attigerant.* Exercere rhetoricen apud Grammaticos Quinctil. 2, 1, 3.

RHETORICVS, a, um. Cic. de Fato 4 c. 2 Rhetorica mihi noſtra ſat nota. Quinctil. 3, 1, 20 Poſt quem tacere modeſtiſſimum foret, niſi et rhetoricos ſuos ipſe adoleſcenti ſibi elapſos diceret. *de Cicerone. Et* 3, 5, 14 Sicut ex Ciceronis quoque rhetorico primo manifeſtum eſt. Cic. de Orat. 2, 10 Rhetoricis nunc quibuſdam libris quos tu agreſtes putas. Ars rhetorica Quinctil. 2, 17. More rhetorico loqui Cic. de Orat. 1, 133 c. 29. Iuuenal. Sat. 7, 173 Ad pugnam qui rhetorica deſcendit ab vmbra. *Compar.* Cic. de Orat. 3, 169 c. 43 Quae quum dixiſſet, in Albucium illudens, ne a me quidem abſtinuit. Craſſum habeo generum, ne rhetoricotero' tu ſis. *Lucilii verſus eſt, in quo* S *finale Latino more eliditur.*

RHETORĬCE. Adu. Rhetorice magis diſputare, quam dialectice Cic. de Fin. 2 c. 6. Rhetorice et augeri et ornari Id. ibid. 3 c. 7. Cic. de Clar. Orat. 43 c. 11 Hanc enim mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt. Rhetorice, *id eſt, Eleganter, copioſe, electis verbis et ornatis, qualibus oratores vti ſolent.* Tragice, *Grauiter et verbis grandibus, quibus tragici vtuntur.*

RHETORĬCOR, āri. [ῥητορίζω] *Rhetorum more loqui, i. oratorum, figurate.* Tertull. de Reſ. Carn. c. 5 Ita nos rhetoricari prouocant haeretici. Nouius Aſinio, Age nunc, quando rhetoricaſti, reſponde, quod te rogo *ap.* Nonium 7, 69.

RHETORISSO, āre. [ῥητορεύω] *Rhetorice loqui.* Pomp. Medico, Dolaſti vxorem nunc, et propter me cupis concidere, et iam rhetoriſſas. *Haec* Nonius 2, 742.

RHETRA, ae. f. [ῥήτρα] *Oraculum proprie: tum dicebatur de legibus Lycurgi.* Ammian. 16, 5 *pr.* Tanquam adſtrictus ſumtuariis legibus viueret, quas ex rhetris Lycurgi et axonibus Romam translatas diuque obſeruatas et ſeneſcentes paullatim, reparauit Sulla dictator. *vid. Valeſ. ad* Ammian. p. 124.

RHETVS, *vid.* RHOECVS *et* RHOETVS.

RHEVMA, atis. n. [ῥεῦμα] *Vnda, fluxus, catharrus,* ἀπὸ τȣ̃ ῥέω, *quod eſt fluo.* Hieron. Epiſt. 46, 2.

RHEVMATĬCVS, a, um. Adi. [ῥευματικὸς] *Qui rheumate ſiue fluxione laborat.* Plin. 29, 6 Humaniſſimi eorum cinerem crematarum reſeruandum ad hos vſus in cornea pyxide cenſuere, aut tritas clyſteribus infundendas orthopnoïcis, aut rheumaticis.

RHEVMATĬDĬO, āre. *Fluxione laborare.* Th. Priſc. 1, 12 Si oculi rheumatidiauerint. *Terminatio eſt ex Graeco* ίζω, *vt in* Catomidiare, *etc.*

RHEVMATISMVS, i. m. [ῥευματισμὸς] *Fluxio dicitur.* Plin 22, 18 Radicem eius aliqui conciſam ſeruari iubent funiculis pendentem, decoquuntque in cibo contra fluxiones, quas Graeci rheumatiſmos vocant. *conf.* Id. 24, 3. Rheumatiſmus ventris Plin. 27, 12

RHEXENOR, oris. m. [Ῥηξήνωρ] *Nauſithoi filius, et frater Alcinoi Phaeacum regis, et pater Aretes, ab Apolline ſagitta interfectus* Homer. Odyſſ. lib. 7.

RHEXIA, ae. f. *Herba, proprio nomine Onocheles, de qua* Plin. 22, 21 ſ. 25 *quem locum damus in* ARCEBIOS.

R H I

RHIA *pro* RHOEA, *ſ.* RHOEAS Plin. 20, 19.

RHINA, ae. f. [ῥίνη] *Piſcis marinus, alias Squatina.* Plin. 32, 7.

RHINENCHȲTES, ae. m. [ῥινεγχύτης] Rhinenchytes cornu per quod infunditur in nares medicamentum Scribon. 7. *Add.* 8. *et Rhodium* p. 38.

RHINION, i. n. *Dictum videtur voce Diminutiua, hoc eſt, a limula, quod ad limae ſimilitudinem cicatrices et callos oculorum deterat.* ῥίνη *enim lima eſt.* Celſus 6, 6, 30 Collyrium vero aptiſſimum eſt, quod Rhinion vocatur. *Meminit et Galenus* 4, 7 *de compoſitione pharmacorum ſecundum locos. Habet item* Paullus lib. 7 *quod* Rhinarion *vocat.*

RHINŎCĔROS, ōtis. m. [ῥινόκερως] *Animal, dictum a* ῥὶν, ῥινὸς, *quod naſum ſignificat, et* κέρας, *cornu.* Plin. 8, 20 Iiſdem ludis et rhinoceros, vnius in nare cornu, qualis ſaepe viſus. Alter hic genitus hoſtis elephanto: cornu ad ſaxa limato praeparat ſe pugnae in dimicatione aluum maxime petens, quam ſcit eſſe molliorem. Longitudo ei par, crura multo breuiora, color buxeus. *conf.* Solin. c. 43 Feſtus, Rhinocerotem quidam putant eſſe bouem Aegyptium. Martial. de Spectac. 22 de Rhinocerote et vrſo, Namque grauem gemino cornu ſic extulit vrſum Iactat vt impoſitas taurus in aſtra pilas. Id. 1, 4 ad Librum ſuum, Maiores nuſquam ronchi: iuueneſque, ſeneſque Et pueri naſum rhinocerotis habent. *Vtuntur naſo et ſannis ad irridendum valide, vt Rhinoceros.* ¶ 2 Martial. 14, 52 Guttu corneus *loquitur*, Geſtauit modo fronte me iuuencus, Verum rhinocerota me putabis. *Vnde colligas, in luxurioſa ſupellectili fuiſſe guttum, ex cornu rhinocerotis. Sed* Vet. Schol. *ad* Iuuen. Sat. 7, 130

— Exitus hic eſt
Tongilli, magno cum rhinocerote lauari
Qui ſolet.

id eſt, *inquit*, magno gutto, quod, ſicut Rhinoceros ingentis naſi *Fuerit ergo ipſum vas, gutturnium,* rhinoceros, *vt* Naſiterna. ¶ 3 Rhinoceros, *per translationem dicitur, qui dente eminente bronchus eſt* Lucilius, Bronchus bouillanus dente aduerſo eminulo, hic eſt Rhinoceros Non. 1, 102.

RHINOCEROTĬCVS, a, um. Adi. Sidon. Carm. 9 *extr* Rugato Cato tetricus labello Narem rhinoceroticam minetur.

RHINOCLISIA, ae. f. [ῥινοκλίσια] *Alterum* Callae *herbae genu* Plin. 27, 8 Alterum genus eius, quidam Anchuſam vocant, alii Rhinocliſiam. Folia lactucae longiora, plumoſa, radice rubra, quae igne ſacros cum flore polentae ſanat impoſita.

RHINOCOLVRA, ae. f. *in Aegypto vrbs, inde ita nuncupata, quod incolae forent* mutilati nares, *vt Stephanus interpretatur, e pluribus expoſuit Diodorus. Meminit* ad Dardanum Hieronymus: *vid.* Sen de Ira 3, 20 *cum not. Lipſ.*

RHINTHON, *vid.* RHYNTON.

RHION, i. n. [Ῥίον] *Achaiae promontorium.* Plin. 4, 2 Promontorium Antirrhinum, vbi oſtium Corinthiaci ſinus minus mill paſſuum latitudine influentis, Aetholoſque dirimentis a Peleponneſo Promontorium quod contra procedit, appellatur Rhion. Liuius *quoque* 28, 7 *huius* Rhii *meminit.*

RHIPHAEVS, ſ. RHIPAEVS, a, um. Riphaei montes. [Ῥίπαια ὄρη] *ſeptentrionales Scythiae.* Plin. 4, 12 Arces Rhipeae Virg. Georg 1, 240 *optimi quique libri.* Nix Riphaea Stat. Theb. 11, 115 Pruinae Ripaeae Virg. Georg. 4, 518.

RHIPHAEI, ſ. RHIPAEI, orum. m. Plur. Populi ſunt ſeptentrionales Rhiphaeorum montium accolae. Virg. Georg. 3, 382 Gens effrena virûm Rhipaeo tunditur Euro.

RHIPHEVS, *ſiue* RIPHEVS, i. m. [Ῥιφεὺς] *Vnus ex Centauris, Ixionis et Nubis filius* Ouid. Met. 12, 352. ¶ 2 *Fuit et alter* Rhiphaeus *Troianus, Iuſtitiae nomine Troianis omnibus praelatus vt auctor eſt* Virg. Aen. 2, 426.

RHIZAGRA, ae. f. [ῥιζάγρα] *Forceps, qua Chirurgi dentes radicitus eximunt* Celſ. 7, 12, 1.

RHIZIAS, ae. m. [ῥιζίας] *Succus eſt ex radice laſerpitii proflu-ns : nam qui e caulibus exprimitur*, caulias *appellatur.* Plin. 19, 3 uccus duobus modis capiebatur, e radice, atque caule. Et haec duo rant nomina, rhizias atque caulias, vilior illo putreſcens.

RHIZOTOMVS, i. m. [ῥιζοτόμος] *Qui radices ſecat, quo nomine eniebant, qui nunc* Botanici *vocantur. Item herba,* ſubrufa iridis *ſpe-ies* Plin. 21, 7.

RHIZOTOMVMĔNA ſcripſit Micton Plin. 20, 23.

RHIZVS, i. m. Oppidum in Magneſia iuxta Meliboeam et Ery-mnas Plin. 4, 9.

R H O

RHODĂNVS, i. m. [Ῥοδανὸς] *Fluuius Galliae*, a Rhoda, Rho-iorum oppido, multo fertiliſſimus, ex Alpibus ſe rapiens per Lema-um lacum, ſegnemque deſerens Ararim, nec minus ſe ipſo torren-s Iſaram et Druentiam *etc.* Plin. 3, 4. *Vid.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 1. ientes ferae Rhodani Lucan. 6, 145. Celer Tibull. 1, 7, 11. Tor-ens Claud. de mulabus Gallicis 1. Velox Claud. in Ruff. 2, 111.

RHODANĬCVS, a, um. Adi. Vet. Inſcript. apud Gruter. p. 418 . 3 IIVIR. VIENNENSIVM PATRONO RHODA-IICORVM ET ARRICOR.

RHODANĪTIS, idis. f. Sidon. Anacr. Epiſt. 9, 13 Rhodanitidas er vrbes.

RHODON, i. n. [ῥόδον] *Graecis roſa eſt. Inde*

RHODĬNVS, a, um. Adi. [ῥόδινος] Rhodinum oleum, *quod* Ro-iceum *noſtri nuncupauerunt.* Plin. 15, 7 *de oleo facticio loquens*, Sic t rhodinum e roſis, iuncinum e iunco, quod eſt roſaceo ſimillimum. lin. 13, 1 Itaque ſimpliciſſima Rhodini miſtura diu fuit, additis om-hacio, flore roſae, *etc. int. unguentum.*

RHODITES, is. [ῥοδίτης] *Gemma a roſae rubore nomen ſortita.* lin. l. vlt. 11. *et* Dioſc. 5, 35.

RHODODAPHNE, es. f. [ῥοδοδάφνη] *Frutex eſt, quem alio omine vocant* Rhododendron, *florem habens ſimilem roſae, folium au-m indeciduum, ſimile lauri foliis, vnde* Rhododaphne *appellatur, no-me ex* roſa *et* lauro *compoſito. Vid.* Plin. 16, 20. *et* 24, 11. *Dioſc.* , 82. Prudent. Hamartig. 234 Viridem qui veſtit flos rhododaphnen. cribon. 55.

RHODODENDROS, i. n. [ῥοδόδενδρος] *Quaſi* Roſa arboreſcens *-cta, frutex eſt, qui et* Nerion *et* Rhododaphne *dicitur a flore* roſeo, *et -lio* laureo ; *officinis* oleander *appellatur.* Plin. 24, 11 Rhododendros : nomen quidem apud nos inuenit Latinum : rhododaphnen vocant it nerium. Mirum, folia eius quadrupedum venenum eſſe, homini ero contra ſerpentes praeſidium, ruta addita, et e vino pota. Pecus iam et caprae, ſi aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori cuntur. *Conf. Dioſc.* 6, 82. Plin. 16, 20. 17, 12. 21, 9.

RHODOMELI. n. *Mel roſaceum.* Pallad. in Maio 16. *et ioſc.* 5, 35.

RHODŎPE, es. f. [Ῥοδόπη] *Mons Thraciae, a* Rhodope, *Thra-m regina, ibi ſepulta. Vel a* Rhodope *Strymonis amnis filia, ex qua eptunus Athon gigantem genuit, qui et ipſe monti nomen dedit. Sed uidius ipſam* Rhodopen *conuerſam tradidit, quod deos aſpernaretur. Vid.* Met. 6, 86. Virg. Ecl. 8, 44 *de Amore*

Duris in cotibus illum
Aut Tmaros, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Nec generis noſtri puerum, nec ſanguinis edunt.

t Georg. 3, 351 Quaque redit medium Rhodope porrecta ſub axem. e. *inquit* Seruius, Qua Rhodope mons Thraciae protentus in Ori-ntalem plagam, Gammaides in Septentrionalem reflectitur. Nam leo ait, Redit ſub Axem. Nam axis eſt Septentrio, qui Graece ἄρκτος nominatur. Nunc vocatur Baſiliſſa, βασίλισσα, quaſi montium egina. Aliis Mons argenti dicitur, propter argentifodinas, quae il-c ſunt frequentes. Glacialis Rhodope Ouid. Epiſt. 2, 113. hracia Senec. Herc. Oet. 12.

RHODOPEIVS, a, um. [Ῥοδοπήιος] *Poſſeſſiuum, quinque ſylla-arum, vt* Orpheus Rhodopeïus, *i. Thracius* Ouid. Met. 10, 50. dem de Arte Am. 3, 321 Saxa feraſque lyra mouit Rhodopeïus Or-heus. Rhodopeia ſpicula Sil. 12, 399. Rhodopeïae arces irg. Georg. 4, 461.

RHODŎPIS, idis. f. [Ῥοδῶπις, Suid.] *vel* RHODOPE, es. *Meretrix fuit quaedam Thraciae, mirae pulchritudinis, quae vna cum Aeſopo captiua fuit. Illam Charaxes Mitylenaeus frater Sapphûs maxima ecunia redemit, vt Herodotus ſcribit l. 2. Cuius rei etiam meminit* Sap-ho in epiſtola ad Phaonem apud Ouid. Epiſt. 15, 63. *Hanc eandem* lin. 36, 12 Pyramidem laudatiſſimam conſtruxiſſe ſcribit, ne quis pes regum miretur : vt maiore ſit miraculo, eam tantas opes mere-ricio quaeſtu conquiſiſſe : *traditque et ipſe*, illam Aeſopi Philoſophi onſeruam et contubernalem fuiſſe. Iuuen. Sat. 9, 4 *puellae turpia atientis nomen.*

RHODŎRA, ae. f. *Herba.* Plin. 24, 19 Rombotinum arborem emonſtrauimus inter arbuſta. Iuxta hanc viduam vite naſcitur her-a, quam Galli Rhodoram vocant : caulem habet virgae ficulneae nodo geniculatum, folia vrticae in medio exalbida, eadem proceden-e tempore tota rubentia, florem argenteum. Praecipua contra tumo-es, feruoreſque et collectiones, *etc.*

RHODOS, i. f. [Ῥόδος] *Nomen Inſulae nobiliſſimae, et in ea vrbis, uae* Roſam *cognominem in numis adhuc oſtendit. Ea portubus olim et is, et moenibus, et reliquis ornamentis tantopere caeteras ſuperauit, vt ulla putaretur aequalis : legum praeſtantia et naualis rei peritia adeo aluit, vt annis multis maris imperio potiretur, et piratarum latrocinia ſtulerit. Inſula, quam Plinius Lyciae, et primam Cycladum ſcribit ſe, venientibus ab Oriente, inter Aſiaticas inſulas tertia eſt. Nam esbos et Cyprus maiores habentur. Prius* Ophiuſa *dicta eſt, deinde* Sta-ia, *poſtea* Telchin, *eo quod Telchines inſulam incolerent. Sed infini-a ſunt, quae dici de Rhodo poſſunt. Plurima collegit Meurſius, cuius de ypro, Creta, Rhodo commentarii coniunctim editi ſunt.* Aſpera Rho-os Stat. Silu. 1, 1, 104. *propter ſaxa et montes.* Hor. Carm. 1, 7, Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitilenem : *vel quod in ea* nun-quam (*vt ait* Plin. 2, 62) tanta nubila obducantur, vt non aliqua ho-a Sol cernatur : *vel quod clara, nobilis et illuſtris fuit libertate, re maritima, Romanorum amicitia, rebus geſtis, pictura, et artibus etiam liberalibus, quas ibi magni viri ſunt profeſſi, et in his Poſidonius et Mo-o, cui Cicero et Caeſar operam dederunt. Vid.* Sueton. Iul. c. 4. *Hic Ti-erius etiam vixit. Vid.* Sueton. c. 11 *ſq.* Nobilis Catull. Phaſelo 4, 8. Phoebea Ouid. Met. 7, 365.

RHODIVS, *et* RHODIENSIS, *et* RHODIACVS. Rhodii galli Col. 8, 2, 12 *etc.* Fici Rhodiae Col. 5, 10, 11. *et* 8, 11. *it.* Plin. 31, 14. Vitis Col. 3, 2, 1. Virg. Georg. 2, 102 Non ego te menſis et diis accepta ſecundis Tranſierim Rhodia. Rhodium genus di-cendi *interiectum velut inter tenuitatem Atticam, et Aſianam abundan-tiam. Vid. quae dedimus ſupra in* ASIANVS.

RHOEA, ae. *vel* RHOEAS, adis. f. *Papaueris genus*, errati-cum Plin. 19, 8. *Add.* 19, 36. *et* 21, 23. Apul. de Herb. p. 53. *Conf.* RHIA.

RHOEBVS, i. m. [Ῥοῖβος] *Equus Mezentii apud* Virg. Aen. 10, 861 Rhoebe diu, res ſi qua diu mortalibus vlla eſt, Viximus, *etc.*

RHOECVS, i. m. Vnus Gigantum, apud Hor Carm. 3, 4, 55 *vt vulgo ſcribitur* · Rhoetus *probat Bentl. hic et* Od. 2, 19, 23. ¶ 2 Rhoecus, plaſtices inuentor Plin. 35, 12.

RHOETVS, i. m. [Ῥοῖτος] Marrubiorum Rex in Italia, qui Anchemolo filio Caſperiam ſuperduxit nouercam, hanc priuignus ſtu-prauit, quo cognito quum eum pater perſequeretur, et ad poenam vocaret, fugiens ille, ſe ad Turnum contulit. *Haec* Seruius *in illud* Virg. Aen. 10, 388 Hinc Helenum petit, et Rhoeti de gente vetuſta Anchemolum, thalamos auſum inceſtare nouercae. ¶ 2 Rhoe-tus, *Centaurus.* Lucan. 6, 390 Teque ſub Oeteo torquentem vertice volſas Rhoete ferox, quas vix Boreas euerteret, ornos. *Vid.* Virg. Georg. 2, 456. *et* Val. Flac. 1, 140.

RHOETĒVM, i. n. [Ῥοίτειον] Troadis oppidum et promonto-rium, vbi fuit Aiacis Aſylum, *inquit* Seruius : ſicut in Sigeo, Achil-lis. Quidam Rhoetum montem Troianum fuiſſe dicunt, in quo Aiax Telamonius poſtquam ſe ipſum interfecit, ſepultus fuit. *Hinc*

RHOETEVS, *et* RHOETEÏVS, a, um. Adi. *Vt,* Rapax Rhoeteum Ouid. Faſt. 4, 279. *vbi impetuoſum mare eſt.* Litora Rhoetea Virg. Aen. 6, 505. Orae Rhoeteae Id. ib. 3, 108. Profundum Rhoeteum Ouid. Met. 11, 197.

RHOÏCVS, *vid. ſub* RHVS.

RHOITES, ae. m. [ῥοΐτης] *Vinum ex malis punicis expreſſum, quae Graeci* ῥοιὰς *appellant. Dioſcorides* 5, 25. Plin. 14, 16.

RHOLVS, i. m. *Vnus ex his architectis, qui Lemnium Labyrinthum aedificarunt* Plin. 36, 13.

RHOMBVS, i. m. [ῥόμβος] *Graeca vox a* ῥέμβειν *verbo ducta, quae vertiginoſum circumactum notat. Primo ita dictus fuſus, in quem fila mulieres glomerant, qui cum plenus eſt, in medio nempe craſſiſſimus, decreſcente verſus vtrumque extremum craſſitie, verticalis quaeque illius ſectio per axin inſtituta exhibet eam figuram, quae* Rhombus *inde a ma-thematicis dicitur, quadrilateram nempe, angulis oppoſitis aequalibus, ſed his, qui ad latus ſunt fuſi obtuſis ; acutis, qui verſus extrema.* Martian. Capella 6 p. 230 *inter ſpecies quinque figurarum quadrilaterarum*, Ter-tia aequilatera eſt, non tamen directiangula, et dicitur ῥόμβος. *Hanc figuram indicat etiam ille vſus Graecorum, quem explicamus verbis Scho-liaſtae Apollon. Argon.* 1139 Ῥόμβος τροχίσκος, ὃν στρέφουσιν ἱμᾶσι τύπτοντες. *Hunc* Trochum *Latina conſuetudo potius dixit, et* Turbinem, *quem circumplicato loro et ſubito impetu detracto, vel flagello etiam, circuma-gunt pueri. Iam vſum illum domeſticum feminarum* Fuſi *appellatio fre-quentior obſcurauit ; ſed ſupereſt frequens* Rhombi *mentio in ſacris ma-gicis apud Graecos et Latinos. Ad nos hi tantum pertinent :* Prop. 2, 21, 35 Deficiunt magico torti ſub carmine rhombi. *Et* 3, 4, 26 Non me moribus illa, ſed herbis improba vicit : Staminea rhombi ducitur ille rota, *i. rotatione, circumactione rhombi, in quod ſtamen glomeratur.* Ouidius Am. 1, 8, 7 Scit bene, quid gramen, quid torto concita Rhombo Licia, quid valeat virus amantis equae. *Et* Faſt. 2, 575 Tum cantata ligat cum fuſco licia Rhombo. *Hoc nempe eſt* Lucan. 6, 460 Tortum magica vertigine filum. Martial. 9, 30, 9 Theſ-ſalico lunam deducere Rhombo. Idem 12, 57 Cum ſecta Colcho luna vapulat Rhombo. *Hic eſt igitur, de quo* Horat. Epod. 17, 8 Citumque retro ſolue, ſolue, turbinem. *Ad hunc magicum* Rhombum, turbinem, fuſum *pertinere credo* Plin. 28, 2 Pagana lege in pleriſque Italiae praediis cauetur, ne per itinera ambulantes tor-queant fuſos, aut omnino detectos ferant, quoniam aduerſetur id omnium ſpei, praecipueque frugum. ¶ 2 Rhombus, *Piſcis, quem Graeci alio nomine* ψῆτταν *vocant, vt ſcribit Athenaeus l. 7 in extremo, A figura autem* Rhombus *appellatus eſt. Piſcem fuiſſe magni pretii declarat* Hor. Serm. 2, 8, 30. Iuuen. Sat. 4, 39 Inci-dit Hadriaci ſpatium admirabile rhombi Ante domum Veneris. Martial. 13, 81 Quamuis lata gerat patella rhombum, Rhombus latior eſt tamen patella. Idem 3, 60 Res tibi cum Rhombo eſt ; at mihi cum ſparulo. *Et* 10, 30 Rhombum paſcit et lupos vernas. *Sic* Plin. 32, 9. Grandes rhombi Hor. Serm. 2, 2, 95. *Conf.* Idem Sat. 2, 2, 41. *et* 1, 2, 116. Ouid. Halieut. 125.

RHOMBOIDES, is. Adi. *Rhombi formam habens, ap. Geometras. Vid.* Martian. Capella 6 p. 230 Quae ex aduerſo latera ſibi aequalia, et contrarios angulos inuicem ſibi aequales habet, et neque omnia latera inuicem ſibi aequalia, neque angulos directos, et dicitur ῥομβοειδής. *Loquitur de figuris rectilineis quadrilateris.*

RHOMPHAEA, RHOMPHĔA, *it.* RVMPIA, ae. f. [ῥομφαῖα framea, gladius Vet. Gloſſ.] *Genus gladii.* Valer. Flacc. Argon. 6, 98 Aequaque nec ferro breuior, nec rhomphea ligno. *Burm. cum Heinſio* Rumpia. Gell. 10, 25 Rumpia (*Sic Heinſ. ad* Val. Flac. *l. c. Sic etiam Gron. alii* rhomphea) genus teli eſt Thracae nationis, poſi-tumque hoc vocabulum in Qu. Ennii annalium quartodecimo. Rom-phea *ex inferioris aetatis ſcriptoribus illuſtrat Wetzius ad* Val. Fl. *l. c.* Humerum eius Birrhia rhomphaea traiecit Aſcon. Ped. argum. Milonia-nae p. 181. *Conf.* Tertull. de Anima 5, 5. *Sed etiam ipſe* Liu. 31, 39 Thracas quoque Rhomphaeae, ingentis et ipſae longitudinis, inter adiectos vndique ramos impediebant. *Vid.* Iſidor. 18, 3. *Clu-ver. Germ. Ant.* 1, 44.

RHOMPHAEALIS, e. Adi. Prudent. Cathem 7, 93 Dextram perarmat rhomphaeali incendio. *i. Rhomphaea flammante. Add.* 6, 85.

RHONCHVS, i. m. [ῥόγχος] *Stertentis it. irridentis ſonus, no-men ex ſono fictum, qui naribus adiuuatur.* Martial. 1, 4 Maiores nuſ-quam rhonchi : iuueneſque ſeneſque, Et pueri naſum rhinocerotis habent. Nec rhonchos metuas maligniorum Martial. 4, 86.

RHONCHO, āre. Sidon. Epiſt. 1, 6 Bubſequae ruſticani, ſubulci-que rhonchantes. *Conf.* Vet. Gloſſ.

RHONCHISSO, āre. [ῥογχάζω] *Stertere.* Plaut. . . . Cy-athiſſat dum coenat : dum dormit, rhonchiſſat.

RHONCHISŎNVS, a, um. Adi. *Qui ſonat rhonchos, et deriſor eſt.* Sidonius Carm. 3 Nec nos rhonchiſonos rhinocerote notat. *Vid. modo* RHONCHVS.

RHOPALON, i. n. Herba, *de qua* Plin. 25, 7 Nymphaea nata traditur,

traditur, Nympha zelotypia erga Herculem, mortua. Quare Heraclion vocant aliqui, alii Rhopalon, a radice clauae ſimili. Ideoque eos, qui biberint eam, duodecim diebus coitu genituraque priuari. Laudatiſſima in Orchomeno et Marathone. Boeoti Madon vocant, qui et ſemen edunt. Naſcitur in aquoſis, foliis magnis, in ſumma aqua, et aliis ex radice prodeuntibus, flore Lilio ſimili, et quum defloruit, capiti papaueris in caule. Secatur Autumno. Radix nigra in ſole ſiccatur, aduerſaturque aluinis. Eſt et alia Nymphaea in Theſſalia *etc.* *Vid. etiam 26, 10 pr. it.* Apul. de Herb. c. 67.

RHOPALĬCVS, a, um. Adi. *Grammaticis* Rhopalicus verſus *dicitur, qui a monoſyllaba voce incipiens gradatim creſcit, et* ῥόπαλον, *i. Herculis clauam imitatur, ab anguſto et tenui in latitudinem deſinens, vt, Spes Deus aeternae ſtationis conciliator.* Seruius in Centim. p. 1826 Cum Verba, vt ſequuntur, per Syllabas creſcunt, vt Rem tibi conceſſi, doctiſſime, dulciſonorem. *Ita leg. non vt editum*, dulcis honorem. *Vid.* Salmaſ. ad Solin. p. 942.

RHOSOS, i. f. [Ῥῶσος *Steph.* Ῥωσσὸς *Strab.*] Oppidum Syriae ad Caſium montem, inter Iſſum Ciliciae et Seleuciam poſitum Plin. 5, 22. *et Strab. l. 16. Scribitur et* Rhoſſus.

RHOSIVS, a, um. Adi. Plin. 5, 22 Oppidum Rhoſos, et a tergo portae, quae Syriae appellantur, interuallo Rhoſiorum montium et Tauri.

RHOSIĂCVS, a, um. Adi. *Vt*, Rhoſiaca vaſa *fictilia, vt putant viri docti* Cic. Att. 6, 1.

R H V

RHVS, rhois *et* rhus. c. [ῥῦς] *Fruticis genus, de quo* Plin. 24, 11 ſ. 54 Nec rhus latinum nomen habet, cum in vſum plurimis modis veniat. Nam et herba eſt ſilueſtris, foliis myrti, cauliculis breuibus, quae tineas pellit: et frutex coriarius appellatur, ſubrutilus cubitalis, craſſitudine digitali, cuius aridis foliis, vt malicorio, coria perficiuntur *etc.* *Deinde* Rhus, quae erythros appellatur, frutex eſt, et huius fruticis ſemen vim habet adſtringendi, refrigerandiue. Adſpergitur pro ſale opſoniis, Aluos ſoluit, omnesque carnes cum ſilphio ſuauiores facit *etc.* *Huius* Rhus quo coqui vtuntur *mentio* Scribon. 113. *Conf.* Plin. 13, 6. *et* 20, 3. Celſ. 6, 11. Apic. 10, 2 *et* 7. Rhus Syriacus Scribon. 256. Rhus Syriaci ſextarii duo III. Rhois, quo coriarii vtuntur, opii *etc.* Scribon. 142.

RHOICVS, a, um. Adi. *Ex* rhoë *ſ.* rhu, *de quo modo dictum.* Plin. 24, 11 ſ. 54 Medici rhoicis vtuntur ad contuſa, item coeliacos, et ſedis vlcera *etc.*

RHVSELINON, i. n. [ῥουσέλινον] *Apium ruſticum* Apul. de Herb. c. 8.

R H Y

RHYAS, ădis. f. [ῥυὰς] *Morbus oculorum, de quo* Celſ. 7, 7, 4 Si abſciſſa eſt *cum vngue caruncula ex angulo oculi*, pateſit foramen, per quod poſtea ſemper humor deſcendit ῥυάδα Graeci vocant.

RHYNTON, *(quod primis fere editoribus placuit, ſ. vt poſt emendatum eſt) ſeu* RHINTON, [Ῥίνθων] *Poëta hilaro tragoedus patria Tarentinus, cuius verſum citat* Cic. Att. 1 *extr.* Nam vt ait Rhinton, vt quinor, Οἱ μὲν παρ᾽ οὐδὲν εἰσιν, οἷς δ᾽ οὐδὲν μέλει. Mihi vero vt inuideant piſcinarii noſtri. *Hortenſium et Lucullum in primis tangit. Huc alluſiſſe putatur, agens de piſcinis* Varro de R. R. 3, 3, 9 Quis contra nunc Rhinton non dicit ſua nihil intereſſe, vtrum his piſcibus (ſqualos *et* mugiles *nominauit)* ſtagnum habeat plenum, an ranis? *Eadem verba habet* Columel. 8, 16, 4 Donatus *ſ. auctor* de Tragoedia et Comoedia, Latium hominem, actorem fabularum ſ. hiſtrionem fuiſſe ait Rhintonem, et certo earum generi nomen dediſſe. *Quare olim ſuſpicatus ſum, Aeſopi hiſtrionis luxuriem taxare ſub hoc nomine Varronem voluiſſe.*

RHYPAROGRĂPHVS, i. m. *Sordidarum humiliumque rerum pictor.* Plin. 35, 10 Piteicus arte paucis poſtferendus, propoſito neſcio an deſtruxerit ſe, quoniam humilia quidem ſecutus humilitatis tamen ſummam adeptus eſt gloriam. Tonſtrinas ſutrinasque pinxit, et aſellos, et opſonia, ac ſimilia, ob hoc cognominatus Rhyparographus, in iis conſummatae voluptatis: quippe eae pluris vaeniere quam maximae multorum.

RHYPŌDES, is. m. Emplaſtrum ad extrahendum Celſ. 5, 19, 15 a ſimilitudine ſordium *appellatum.* *Add. 5, 26, 23.*

RHYPTŪSA, ae. f. [ῥύπτουσα] Celſo 5, 26, 23 *in loco emplaſtri laudata.*

RHYTHMVS, i. m. [ῥυθμὸς] *Latine Numerus dicitur.* Gell. 16, 18 Longior menſura vocis ῥυθμὸς dicitur, altior μέλος. *Nimirum* rhythmus *eſt ordo quidam, et alternatio ſonorum breuium et longorum; ſi iidem ſoni nunc altiores nunc depreſſiores ſint, orietur cantus. Rhythmus ſolus eſt in pulſibus vnius mallei, vel aequalium, in percuſſione pedum cum ſaltatur etc.* Quinctil. 9, 4, 46 Rhythmi, id eſt, numeri ſpatio temporum conſtant, metra etiam ordine. *Si de* rhythmo *ſolo quaeratur, Dactylus, et Anapaeſtus ſunt indifferentes, non item cum de metro.* Metron in verbis modo, rhythmus etiam in corporis motu eſt. *Sunt plura ad l. c. Fabii a nobis vel diſputata vel indicata.* Vitruu. 1, 1 Eſt ratiocinatio medicis de venarum rhythmo. *i. De proportione interuallorum.*

RHYTHMĬCVS, i. m. [ῥυθμικὸς] *Qui numeros in cantu vel in prolatione aut ſono obſeruat.* Cic. de Orat. 3, 190 c. 49 Neque tamen hoc tanti laboris eſt, quanti videtur: nec ſunt haec rhythmicorum ac muſicorum acerrima norma dirigenda.

RHYTHMĬCVS, a, um. Adi. *Vt*, Rhythmica muſicae pars Iſidor. Orig. 2, 16 *et* 21. Tempus rhythmicum Mart. Capell. 9 p. 327.

RHYTHMĬCE, es. f. [ῥυθμικὴ] Mart. Capell. 9 p. 327 Rhythmice eſt ars omnis in numeris.

RHYTHMIZOMENON, i. n. Materia numerorum Mart. Cap. 9 p. 336.

RHYTHMIZATIO, ōnis. f. Vet. Interpr. Irenaei 2, 20 Apta rhythmizatio.

RHYTHMOIDES, is. [ῥυθμοειδὴς] *i. Similis numeris* Mart. Cap. 9 p. 327 *et* 328.

RHYTHMOPOEIA, ae. f. [ῥυθμοποιΐα] Idem l. c.

RHYTIVM, i. n. *Genus vaſis cornu ſimile apud Athenaeum.* Martial. 2, 35 Quum ſint crura tibi, ſimulent quae cornua lunae, In rhytio poteras Phoebe lauare pedes. *al.* Imbricio. *v. v. ſub* IMBREX.

R I C

RICA, ae. f. Quadratum veſtimentum fimbriatum, et purpureum, quo pro palliolo vtebantur Flaminicae. Alii dicunt quod ex lana fiat ſuccida alba, quod conficiunt virgines ingenuae patrimae, matrimae ciues, et inficiatur caeruleo colore. *Haec* Feſtus Paulli. Plaut. Epid. 2, 2, 48 Supparum, aut ſubminiam, ricam, baſilicum, aut exoticum. Nonius 14, 15 Rica eſt, quod nunc ſudarium dicimus. *Habet ille auctores plures. Dictum* a ritu, *vt* Varro *auctor eſt* de L. L. 4, 29 p. 31, 26 quod Romano ritu ſacrificia feminae quum faciunt, capita tegunt. Caput rica velatus Gell. 6, 10 *de Euclide Megarenſi veſtitu muliebri ſe occultante.* Maſſurius Sabinus *ap.* Gell. 10, 15 Flaminica — in rica ſurculum de arbore felici habet. *Conf.* Germanic. in aſteriſmo Virginis v. 122. Seru. *ad* Aen. 4, 137.

RICŬLA, ae. f. Dimin. Feſtus, Ricae et riculae vocantur parua ricinia, vt palliola, ad vſum capitis facta. Granius quidem ait eſſe muliebre cingulum capitis, quo pro vitta Flaminica redimiatur. Nonius 14, 16 *pro Capitis quodam velamine poſitum oſtendit, cum laudat* Turpil. Velitern. Ducit me ſecum, poſtquam ad aedem venimus, veneratur deos. Interea adſpexit virginem geſtantem in capite riculam indutam oſtrinam.

RICINIVM, *ſ.* RECINIVM, i. n. *et* RICINVS, *ſ.* RECINVS, i. m. *auctore* Nonio 14, 33 Quod nunc maſurtium (*vox barbara vid.* MAVORTE) dicitur, Palliolum eſt femineum breue. *Laudat deinde ex* Varrone, Nihilo magis dicere muliebre, quam de muliebri ricinio pallium ſimplex: *itemque* Varron. de Vita Populi Romani l. 1 Et quo mulieres in aduerſis rebus ac luctibus, quum omnem veſtitum delicatiorem ac luxurioſum poſtea inſtitutum ponunt, ricinia ſumunt. Feſtus, Recinium, omne veſtimentum quadratum. Ii, qui duodecim (*tabulas*) interpretati ſunt, eſſe dixerunt virilem togam, qua mulieres vtebantur, praetextam clauo purpureo. *Ad hanc legem XII tabularum pertinet* Cic. de Legib. 2, 59 c. 23 Extenuato igitur ſumtu tribus riciniis, et vinculis purpurae, et decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. Varro de L. L. 4, 30 p. 33, 3 Ricinium *dictum putat*, quod eo vterentur duplici, ab eo quod dimidiam partem retrorſum iaciebant, a reiciendo. Seruius *ad* Aen. 1, 282 Togas etiam feminas habuiſſe, cycladum et recini vſus oſtendit. Recinus autem dicitur ab eo, quod poſt tergum reiicitur, quod vulgo Mauorte (*al.* Maforte) dicunt. *Add.* Iſid. 19, 25 *cum de ſtola dixiſſet*, Eadem, *inquit*, et ricinium Latino nomine appellatum, eo quod dimidia eius pars retro eiicitur, quod vulgo Mauortem dicunt. Vocatam autem dicunt Mauortem, quaſi Martem. Signum enim maritalis dignitatis et poteſtatis in eo eſt. Caput enim mulieris vir eſt: inde et ſuper caput mulieris eſt. *Reſpicit, credo, ad* ἐξουσίαν *illam Paulli Corinthiis commendatam. Caeterum, ſi ea iam coniugamus, quae dicta ſunt ex antiquis, videtur res eadem fuiſſe* rica, ricinus, ricinium *ſiue per ſecundam Vocalem* reca *etc. veſtimenti ſimplicis genus primo capiti et humeris tegendis factum, vt Palliola: deinde a luxurie auctum. Plura id genus ſumſiſſe videntur mulieres lugentes et in exſequias prodeuntes, quae ſuo de corpore demta in rogum maritorum inuicerent inſulturae ipſe quoque, ſi credimus, niſi cari homines alii prohiberent. Lex XII tabularum coërcet numerum, et plus tria ricinia adhiberi vetat. Conf. viri docti qui XII tabulas illuſtrarunt.*

RICINIĀTVS, a, um. Adi. *Ricinio indutus.* Riciniati, mimi planipedes Feſt. Arnob. aduerſus gentes 6 *ſub fin.* Fronte Ianus ancipiti, riciniatus Iupiter.

RICĪNVS, a, um. Adi. *apud* Non. 14, 15 *vt*, Mitra ricina. Varr. Prometheo l. 1 Aliae mitram ricinam, aut mitram Melitenſem.

RICĬNVS, i. m. [κυνοραιστὴς, κρότων] *Genus vermis, canes acrius atque boues infeſtans.* Sanguine ſeu ricini, quem bos geſtauerit ante Sammonic. v. 699. In alio pedicellum vides, in te ricinum non vides Petron. c. 57. *prouerbialiter.* *Conf. Reineſ. ad h. l. p. 81.* Varro de R. R. 2, 9 Quidam nucibus Graecis in aqua tritis perungunt aures, quod muſcae, et ricini et pulices ſoleant (ſi hoc vnguine non ſis vſus) eas exulcerare. Plin. 22. 18 Et ricinos canum necant. Columel. 6, 2. *Conf. Interpp.* Nemeſian. Cyneg. v. 209. Ricini *quoque* ouium *ſunt* Cato de R. R. c. 96 *et* 103. ¶ 2 Ricinus, [κίκι] *Frutex grana ferens* ricinis *animalibus ſimilia, vnde nomen traxit. Vocatur et* Croton *Graeco nempe nomine, et* CICI, *vbi vid.* ¶ 3 Plin. 23, 7 Mori germinatione prius quam in folia exeant, ſiniſtra decerpi iubentur futura poma, ricinos Graeci vocant. Hi terram ſi non attigere, ſanguinem ſiſtunt adalligati.

RICTO, āre. *vid. in* RINGO.

RICTVS, *vid.* RINGO.

RICOTIA, ae. f. Medicamenti genus Octau. Hor. 1, 5.

RICVLA, *vid.* RICA.

R I D

RIDEO, ſi, ſum, ēre. [γελάω, μειδιάω] *Propriam illam hominum affectionem notat, quae in re iucunda os, genas, oculos, et cum vehementior eſt, pulmones et arteriam mouet.* Gell. 1, 19 Rex, quaſi anus (Sibylla) aetate deſiperet deriſit — Sed enim Tarquinius id multo riſit magis. Cic. Verr. 5, 62 Ridere conuiuae, cachinnari. Fletu miſto riſit Stat. Theb. 9, 820. Ore ridere catuli Gallicani, *apud* Catull. 42, 10 *Turnebo interprete.* Catull. 60, 219 Torquatus volo paruolus, Matris e gremio ſuae, Porrigens teneras manus, Dulce rideat ad patrem Semihiante labello. *De eadem re* Virg. Ecl. 4, 68 Qui non riſere parentes, *i. ad parentes*, Nec Deus hunc (*quemcunque horum*) menſa, dea nec dignata cubili eſt. *Eſt turpiter et late inter ridendum os diducere, vt patulus erat oris rictus canibus Gallicis venaticis.* M. Craſſus ſemel in vita riſit, ex quo vocatus ἀγέλαστος Cic. de Finib. 5, 92 c. 30. Cic. Att. 14, 14 Ioca tua plena facetiarum, de haereſi Veſtorina, et de Phetriorum more Puteolano, riſiſſe me ſatis, nihil eſt neceſſe ſcribere. Plaut. Truc. 5, 8 Si mihi rides, *i. arrides.* Non puto eſſe, qui temporibus his ridere poſſit Cic. Fam. 2, 4. *i. iocari.* Alicui ridere Virg. Aen. 5, 358. Rideo, inquit Galba, prouerbium eſt, quod Sinnius Capito interpretatur in iis, qui principio rei alicuius inchoatae deficiunt animo. Sulpicius Galba, quum in prouinciam exiens ad portam ipſam Canterium ſuum animaduertiſſet cecidiſſe, rideo, inquit, Canteri te iam laſſum eſſe, quum tam longum iter iturus, vix ſis ingreſſus. Feſtus. Ridere aliquem, *pro Deridere* Ter. Adelph. 4, 2, 10. *Sic* Cic. de Aruſp. Reſp. 8 c. 4 Quum riſeritis impudentiam hominis, tum a me de tota concione audietis. Ille dolum ridens Virg. Ecl. 6, 23. Cum orationem in ſenatu agreſtius pronuncians riſus eſſet Spartian. in Hadr. c. 3. Bene riſus eſt in imperio ſuo Carus Vopiſc. in Carino c. 20. Amatorem ridet Lyda puella ſuum Ouid. Faſt. 2, 356. Deos ridere inulte Ouid. Amor. 2, 3, 20. Niuem

.ſi atram, teque hilari animo eſſe et promto ad iocandum valde me iuat Cic. Qu. Fratr. 2, 2. Idem Fam. 7, 26 Videris mihi vereri, ne ſi iſtum habuerimus, rideamus γέλωτα Σαρδώνιον. Tacit. in b. de moribus German. 19 *de ſeueritate in adulteriis puniendis*, Nemo lic vitia ridet, nec corrumpere et corrumpi, ſaeculum vocatur. ſalis ridens alienis Horat. Sat. 2, 3, 72. Verſus alicuius ridere Horat. Serm. 1, 10, 54. Ab omni conuentu rideri Hor. Serm. 1, 7, 22. Cic. Fam. 2, 15 Hoc adſperſi, vt ſcires me tamen in ſtomacho (*in moleſtia et indignatione*) ſolere ridere. Intempeſtiue ridere Quinctil. 6, 1. ¶ 2 Ridere *etiam dicitur quidquid placet ſenſibus, et velut blanditur.* Omnia nunc rident Virg. Ecl. 7, 55. Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum Hor. Epiſt. 1, 7, 27. Aequora Ponti tibi rident Lucret. 1, 8. Anguſtus mihi ridet, *i. Arridet, placet* Hor. Carm. 2, 6, 13. Si armigerae rident Tritonidis arces Petron. c. 5. *i. ſi iuuat Athenas proficiſci.* Domus ridet argento, *Splendet* Hor. Carm. 4, 11, 6. Fortuna ridet vultu ſereno Ouid. Triſt. 1, 4, 27. Albaque de viridi riſerunt Lilia prato Petron. c. 127. Tempeſtas ridet Lucret. 5, 1394. Venus dulce ridet Ouid. Epiſt. 16, 83. Lucret. 3, 22 Semperque innubilus aether Integit, et large diffuſo lumine ridet. *Add. Giph. Ind.* Lucret. *Paſſerat. ad* Catulli Epithal.

RIDENS, entis. Partic. [γελῶν] *Vt*, Hor. de Arte Poët. 101 Vt ridentibus arrident, ſic flentibus afflent Humani vultus. Ridentem dicere verum Quid vetat? Hor. Sat. 1, 1, 24. Dulce ridens Catul. ad Lesbiam ſ. 49 (52) 5. Hor. Od. 1, 22, 23. Vndae ridentes Lucret. 5, 1003.

RIDENDVS, a, um. Partic. [γελαςέος] Hor. Epiſt. 1, 1, 9 Solue ſeneſcentem mature ſanus equum, ne Peccet ad extremum ridendus.

RIDIBVNDVS, a, um. Adi. [μειδιῶν] Plaut. Epid. 3, 3, 33 Illam ridibundam, atque hilarem huc adduxit ſimul. *Vid.* Gell. 11, 15 *vbi te de his, quae in* BVNDVS *finita ſunt diſſerit.*

RIDICVLVS, a, um. Adi. [γελοῖος, καταγέλαςος] *Quidquid, vel dignum eſt, quod rideatur, vel re ipſa et actu, vt aiunt, ridetur. Saepe ſtut ſubſtantiue ponitur, intellecto nempe dictum vel factum. In quo autem inſit* ridiculum, *difficile eſt vna comprehenſione et finitione dicere. Pleraque certe complexus* Ariſtot. Poët. c. 5 Γελοῖον ἐςιν ἁμάρτημά τι καὶ αἶσχος ἀνώδυνον καὶ οὐ φθαρτικόν. *Conuenit* Feſtus, Ridiculus proprie dicitur, qui in rebus turpibus ridetur. *Vid.* Quinctil. 6, 3, 7 *et quae ſequuntur. Totum illud caput bene longum agit* de ridiculis. Cic. de Orat. 2, 235 c. 58 *ſeqq. pulchre etiam de* ridiculis *praecipit: ac ſtatim* 236 Locus autem, *inquit*, et regio quaſi ridiculi turpitudine et deformitate quadam continetur *etc.* Ter. Andr. 3, 1, 6 Hui, tam cito? ridiculum. Idem Eun. 5, 7, 3 Mihi ſolae ridiculo fuit, quae, quid timeret, ſciebam. Cic. A. 1 in Verr. 19 Aliis illud indignum, aliis ridiculum videbatur. Dicuntur ſaepe etiam ſententiae ridicula Cic. de Orat. 2, 256. Eludere ridiculum ridiculo Quinctil. 6, 3. Eſt ridiculum ad ea quae habemus, nihil dicere, *etc.* Cic. pro Arch. 8. Eſſe in ridiculo, Haberi in ridiculo, *vid.* *h. v.* Iacere ridiculum, et Mittere, *vid. hh. vv.* Iteratu ridiculum, *vid.* ITERO. Obtinere regem ridiculis ſuis Plaut. Stich. 2, 2. Cic. Off. 2, 134 c. 37 Quum ſtudioſe de abſentibus detrahendi cauſa, aut per ridiculum, aut ſeuere, maledice, contumelioſeque dicitur. Idem de Orat. 2, 237 Quatenus ſint ridicula tractanda oratori, perquam diligenter videndum eſt. Ter. Eun. 3, 13 At ego infelix, neque ridiculus eſſe, neque plagas pati poſſum. *Conf.* Plaut. Capt. 3, 1, 10. Cic. Verr. 2, 143 c. 60 Hoc poſtulatum de ſtatuis ridiculum eſſe videatur ei, qui rem ſententiamque non perſpiciat. Plaut. Stich. 1, 3, 68 Iocos ridiculos vendo, agite liceamini. *al.* logos rid. Nil habet infelix paupertas durius in ſe, Quam quod ridiculos homines facit Iuuenal. 3, 153. Ridiculus, *etiam dicitur homo facetus, qui quae diceret ea, quibus homines riderent, non ipſe rideretur.* Cic. in Brut. 217 Cn. Sicinius homo impurus, ſed admodum ridiculus, neque aliud in eo oratoris ſimile quidquam: is quum Tribunus plebis Curionem et Octauium Conſules produxiſſet, Curioque multa diſſet ſedente Cn. Octauio collega, qui deuinctus erat faſciis, et multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus: Nunquam, inquit, Octaui collegae tuo gratiam referes: qui niſi ſe ſuo more iactauiſſet, hodie te iſtic muſcae comediſſent. Libro eodem 114 Longe autem poſt natos homines improbiſſimus C. Seruilius Glaucia, ſed peracutus, callidus, cumprimisque ridiculus. *i. Facetus, cuius etiam ioci* lib. 2 de Orat. 217 *ponuntur.* Facie magis quam facetiis ridiculus Cic. Att. 1, 13. Multa Graecorum ridicula et ſalſa Idem de Orat. 2, 217. Mus ridiculus Hor. de Arte Poët. 139. Poëma ridiculum Hor. Epiſt. 2, 1, 237. Rem ô ridiculam! Catul. ad Catonem 54 (57) 1. Ridiculiſſimus, *antiquum.* Plaut. Stich. 2, 2, 58 Eo quando adbibero, alludiabo, tum ſum ridiculiſſimus. *al.* Ridiloſiſſimus.

RIDICVLARIVS, a, um. Adi. *antiquum.* [καταγέλαςος] *Idem quod Ridiculum.* Plaut. Trin. 1, 2, 28 Sed hoc animum aduorte, aufer ridicularia. *Conf.* Idem Aſin. 2, 2, 69. *it.* Truc. 3, 2, 16. Gell. 4, 20 Qui iurabat cauillator quidam, et canicula, et nimis ridicularius fuit. *Vid.* Berrich. Cogit. p. 224.

RIDICVLE. Adu. [γελοίως] Ter. Adel. 4, 5, 42

— Haec mi pater
Te dicere aequum fuit, et id defendere.
M. Ridicule: aduerſumne illum cauſam dicerem,
Cui veneram aduocatus?

Homo ridicule inſanus Cic. Verr. 2 c. 66. Idem de Orat. 1, 243 c. 57 Non modo acute, ſed etiam ridicule ac facete.

RIDICVLOSVS, a, um. *Idem.* Arnob. 5 p. 175 Ridiculoſa negotia defendere. *Et* Hieron. adu. Rufin. 3, 4 *pr.* Non ridiculoſa, ſcribis, ſed ridicula mihi forte res accidit. Ridiculoſiſſimus Plaut. Stich. 2, 2, 64.

RISITO, are. Frequent. *a* Rideo. Naeuius *apud* Non. 3, 116 Clamitant, irruunt, cachinnos, ioca, dicta riſitant.

RISILOQVIVM, i. n. *Sermo ridiculus.* Tertull. de Poenit. 10 In riſiloquio conſiſtere.

RISIO, onis. f. [μειδίασις, γέλασις] Plaut. Stich. 5, 2, 10 Quot voluptates fero, quot riſiones, quot iocos.

RISOR, oris. m. [γελαςής] Hor. in Arte Poët. 225 Verum ita riſores, ita commendare dicaces Conueniet Satyros.

RISORIVS, a, um. Adi. *Ridiculus.* Fulgent. Mythol. 2 Riſorii honores.

RISIBILIS, e. Adi. *Aptus ad ridendum: vtuntur eo philoſophi, Boethius, aliique vid. Goclen. Probl. Gramm. 2, 57.*

RISVS, us. m. [γέλως, μειδίαμα] *Idem quod Riſio.* Quinctil. 6, 3 *toto de virtute illa oratoris agit*, Quae riſum iudicis mouendo et illos triſtes ſoluit affectus, et animum ab intentione rerum frequenter auertit, et aliquando etiam reficit, et a ſatietate vel a fatigatione renouat. — ſ. 7 Neque hoc ab vllo ſatis explicari puto, licet multi tentauerint, vnde riſus; qui non ſolum facto aliquo dictoue, ſed interdum quodam etiam corporis tactu laceſſitur. Tactu *hoc vnice verum eſſe, oſtendimus ad h. l. Ad hunc* tactum *pertinet illud* Nemeſian. Ecl. 3, 29 *vbi Bacchum, paruulum alumnum ſuum vocat ad riſum digito Silenus. vid.* RIDICVLVS. *Exceſſus quidam* riſus *eſt* cachinnatio. Cic. Tuſc. 4, 66 c. 31 Vt ſi ridere conceſſum ſit, vitetur tamen cachinnatio. Plaut. Milit. 4, 2, 81 Nequeo hercle quidem riſu meo moderarier. Blando riſu fraudem praetexere Claud. in Rufin. 1, 99. Gratus riſus Hor. Carm. 1, 9, 22. Indecens Sueton. Claud. c. 30. Inepto riſu res ineptior nulla eſt Catull. 39, 16. Lacrimoſi Stat. Theb. 6, 164. Lentus Hor. Carm. 2, 16, 26. Multus Idem ibid. 4, 13, 27. Obſceni Ouid. Triſt. 2, 409. Soluto riſu ludere Virg. Georg. 2, 386. Soluti Hor. Sat. 1, 4, 82. Teneri riſus pueri Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 346. Tremulus Lucret. 1, 918. ¶ 2 *Verba:* Adimere riſum, *vid.* ADIMO. Cic. Tuſc. 2, 17 c. 7 Epicurus ea dicit, vt mihi riſus Captare videatur. Solutos qui Captat hominum riſus Hor. Sat. 1, 4, 82. Compeſcere mappa *in os intruſa nimirum: geſtus paraſiticus* Hor. Serm. 2, 8, 63. Componitur non bene riſus ore mendaci Tibul. 3, 7, 3. Conciliatur riſus Quinctil. 6, 3. Cic. de Orat. 2, 235 c. 58 Atque illud primum quid ſit ipſe riſus, quo pacto concitetur, vbi ſit, quo modo exiſtat, atque ita repente erumpat. Cic. Fam. 5, 2 Viſa eſt oratio non iniucunda, et mediocris quidam eſt riſus conſequutus. Idem Quint. Frat. 2, 76 Magni riſus conſequebantur. Nimium riſus pretium eſt, ſi probitatis impendio Conſtat Quinctil. 6, 3. Conſumere riſum, Continere, *vid. hh. vv.* Dare riſus alicui Hor. Serm. 2, 5, 98. Cic. Qu. Frat. 2, 10 Memini quum hominem portarem ad Baias, *etc.* miros riſus nos Edere. Elicere riſum alicui Iuuen. Sat. 7, 212. Cic. Philipp. 2, 73 Qui riſus hominum de te erat? Fabia riſui ſorori fuit Liu. 6, 34. Excipere aliquid riſu et oſculo Quinctil. 1, 2. Excitare riſum alicui Nep. 23, 11, 5. Hor. Serm. 1. 4, 34 Dummodo riſum Excutiat ſibi, non hic cuiquam parcet amico. Cic. Verr. 4, 27 Riſus populi atque admurmuratio omnium facta eſt. Mereri riſum Quinctil. 6, 1. Cic. Att. 6, 3 In quo tamen ille mihi riſum magis quam ſtomachum mouere ſolet. Mouere riſum facto aliquo, vel ipſo vultu Quinctil. 6, 1. Oriebantur vnde riſus, dulceſque cachinni Lucret. 5, 1402. Quatere populum riſu Hor. Epiſt. 2, 2, 84. Ridere riſum Sardonium, *i. mortiferum, et pernicioſum. Graeco vtitur* Cic. Fam. 7, 25 Videris enim mihi vereri, ne ſi iſtum habuerimus, rideamus γέλωτα σαρδόνιον. *Originem ita declarat* Seru. *ad* Virg. Ecl. 7, 41 Immo ego Sardois videor tibi amarior herbis: In Sardinia naſcitur quaedam herba, vt Salluſtius dicit, apiaſtri ſimilis: haec ora hominum rictus dolore contrahit et quaſi ridentes interimit. Soluentur riſu tabulae Hor. Serm. 2, 1, 86. Cic. de Clar. Orat. 292 Equidem in quibusdam riſum vix tenebam. Tollere riſum Hor. in Arte Poët. 381. ¶ 3 Riſus deus. Apul. Met. 3 p. 134, 12 Nam riſus iſte, quem publice gratiſſimo deo Riſui per annua reuerticula ſollemniter celebramus.

RIDICA, ae. f. [χάραξ Gloſſ. Gr. Lat.] *Pedamentum vinearum ex ligno fiſſo, et anguloſum, vt* palus *rotundum.* Columel. 2, 12 Palos vna opera caedere, et exputatos acuere centum numero poteſt: ridicas autem querneas ſiue oleagineas findere, et dedolatas vtraque parte exacuere numero ſexaginta. Varr. de R. R. 1, 8, 4 Vnum robuſtum quod optimum ſolet afferri in vineam e quercu ac iunipero, et vocatur ridica. Columel. 4, 12 Hic annus nondum vehementem palum aut ridicam deſiderat. Plin. 17, 22 Pedamenta optima quae diximus, aut ridicae robore, oleaque: aut ſi non ſint, pali e iunipero, cupreſſo, laburno, ſambuco. *conf.* Cat. R. R. 17, 1.

RIDICVLA, ae. f. Dimin. Senec. Quaeſt. Nat. 1, 3 *de fullone*, Cum os aqua impleuit, et veſtimenta ridiculis diducta leuiter adſpergit, apparet varios edi colores, *etc. Quidam, etiam Gronou.* rediculis *edidere.*

RIDICVLVS, *vid.* RIDEO.

R I E

RIENES, um. antiqui vocabant Nefrundines, quia Graeci νεφροὺς eos vocant. Plaut. in Satyrione Male tibi eueniſſe video. Glaber erat tanquam rien. Feſtus. Rienes *ergo iidem, qui* Renes. *vid.* REN.

R I G

RIGEO, RIGIDVS, *vid.* RIGOR.

RIGO, are. [δεύω, βρέχω, ποτίζω] *Madefacere, humore adſpergere.* Plin. 12, 11 Rigatur arbor gelidis fontibus. Conſpergere et rigare Columel. 5, 6. Agros imbribus quoties Iuppiter vtilibus rigat Ouid. ex Pont. 2, 1, 13. *al.* Iuuat. Arma cruore rigare Virg. Aen. 12, 308. Arua rigare Hor. Carm. 3, 3, 48. Babylonica rigantur Lucret. 4, 1023. Fons circumiectos rigat Campos Curt. 3, 1, 3. Caelum lux ſolis rigat Idem 4, 203. *conf.* Idem 5, 594. Rigare *poſuit pro ſpargere.* Genas indigno teneras imbre rigante Ouid. de Arte Am. 1, 532. Hortus rigatur fonte Ouid. Faſt. 5, 210. Ora rigantur aquis Idem Amor. 3, 9, 26. Ora rigauit fletibus Idem Met. 11, 419. Sanguinem venae rigant vitalem membris Plin. 11, 37. Aquae rigant Solum Curt. 6, 4, 3. Vultum lacrimis et ora rigare Virg. Aen. 9, 251. Cic. de Diuin. 1, 20 *de Lupa Romuli et Remi nutrice*, Quae paruos Mauortis ſemine natos Vberibus grauidis vitali rore rigabat. *Metaph.* Auctor ad Herenn. 4, 10 c. 6 Iſti cum non modo dominos ſe fontium, ſed ſeipſos fontes eſſe dicant, et omnium rigare debeant ingenia, non putant fore ridiculum, ſi quum id polliceantur aliis, areſcant ipſi ſiccitate. Lucret. 2, 262 Nam dubio procul his rebus ſua cuique voluntas Principium dat: et hinc motus per membra rigantur, *ſparguntur, propagantur. Peculiaris formula eſt*, Aquam emiſſam per agros rigare Liu. 5, 1, 4 *extr. i. deducere.* Erymanthus ab accolis rigantibus carpitur: ea cauſa eſt, cur tenues reliquias in mare emittat Curt. 8, 9, 10.

RIGANS, antis. Partic. [βρέχων] *vt*, Lucret. 6, 520 Atque aliis aliae nubes, nimbique rigantes.

RIGATV aliquid madefacere Fortunat. . . .

RIGATIO, onis. f. [βροχή] Columel. 11, 3 Sin autem ſicco loco

loco ſeri debuerint, quod rigationem miniſtrari non expediat, menſe Febr. ſesquipedali altitudine ſulci faciendi ſunt.

RIGĀTOR, ōris. m. Tertull. adu. Valent. c. 15 O fletum rigatorem. Plantator et rigator Auguſtin. Epiſt. 112 ad Paullinam. Et ſitientis humi percuſſa rupe rigator Paullin. Natal. Felic. 8, 239. *conf.* Idem Epiſt. 39 *(al. 30)* n. 6. Dracont. Hexaëm. v. 432.

RIGATRIX, īcis. f. Auguſtin.

RIGVS, ŏris. n. Plin. 5, 4 Diarrhytum a Graecis dictum propter aquarum rigus. *al.* Irrigua, *vt ipſe Hard. ne mentione quidem alterius lectionis facta.* *Optime forte Elzeu.* **rigua**: *vnde ratio reddi poteſt inauditi alias nominis* rigus.

RIGVVS, a, um. Adi. [ἐπίῤῥυτος] *Quod aquis irrigatur: cui opponitur* Siccaneus. Columel. 2, 17 *de prato loquens*, Eius igitur, inquit, animaduertimus duo genera: quorum alterum eſt ſiccaneum, alterum riguum. *add.* ibid. c. 7. Amnes rigui Virg. Georg. 2, 485. Hortus riguus Ouid. Met. 8, 646. Saltus rigui Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 5. ¶ 2 *Subſtant.* Rigua, *ſunt irrigationes:* Plin. 17, 26 ſ. 40 Rigua aeſtiuis vaporibus vtilia, hieme inimica, autumno varia. *Paullo poſt*, Circa canis ortus rigua maxime proſunt, ac ne tunc quidem nimia, quoniam inebriatis radicibus nocent. *Rurſus* 27 ſ. 46 Vrit vineas fimum ſuillum, niſi quinquennio interpoſito, praeterquam ſi riguis diluatur.

RIGOR, ōris. m. [ῥῖγος] *Frigiditas vehemens.* Liu. 21, 58 Torpentibus rigore nervis vix flectere artus poterant. Plin. Ep. 8, 8 Rigor aquae certauerit niuibus, nec color cedit. Columel. 9, 14 Quam recentiſſimi rigoris aqua infuſa. Rigore detracto Scribon. 83 *ſc. aquae frigidae.* Humida, vel nimiis rigoribus torporata Lactant. 2, 8, 62. Calor *et* Rigor, *contraria* Plin. 7, 50 Tenet exſangues rigor horridus artus. *de metu, qui frigore tangit membra et torporem adfert.* ¶ 2 Rigor, [σκληρότης] *Durities, qualem inducit humori et humidis frigus.* Virg. Georg. 1, 143 Tum ferri rigor, atque argutae lamina ſerrae. Lucret. 1, 493 Quin labefactatus rigor auri ſoluitur aeſtu. Rigoribus quibusdam torpet corpus Scribon. 187. Arborum Vitruu. 2, 9. Neruorum Celſ. 2, 1. *et* 4, 3 *pr.* *Metaphor.* Modeſtin. in l. Si expreſſim D. de Appell. Si expreſſim ſententia contra iuris rigorem data fuerit. ¶ 3 *Seueritas et velut immobilis quaedam durities in animo, quae vultus conſtantia et non mutato tenore declaratur.* Plin. 7, 19 Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatemque naturae duram et inflexibilem, affectusque humanos adimit. Idem 9, 3 Oratio habeat rectam quandam, velut faciem, quae ſtupere immobili rigore non debeat. Cn. Piſo fuit memoria noſtra vir a multis vitiis integer, ſed prauus, et cui placebat pro conſtantia rigor Sen. de Ira 1, 16. *Add.* Sueton. Aug. c. 66. Triſte rigor nimius: Torquati deſpue mores Claud. Honor. Conſ. 4, 402. *Sed etiam in laude ponit* Claud. Nupt. Honor. 524 Pudor emicat vna. Formoſusque rigor, vultusque auctura verendos Canities feſtina venit, ¶ 4 *Rectam lineam et perpendiculum, qua cadit aqua, ſignificat.* Stillicidii rigor Scaeuolae in l. Olymp. §. vlt. D. de ſeruit. vrb. praed. Rigor *eſt etiam Tractus, qui flecti non poteſt.* Vlpian. in l. 1 D. de fluminibus, ne quid, *etc.* Ripa autem recte ita definitur: id quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens. Idem titulo ſequenti proxime, Quod autem ait, aliter fluat, non ad quantitatem aquae fluentis pertinet, ſed ad modum, et ad rigorem curſus aquae referendum eſt. Frontin. de qualitate agrorum p. 31 *edit. Goeſ.* Rigor eſt, quidquid inter duo ſigna vel in medio lineae, rectum perſpicitur. *Et mox:* Quidquid in agro menſori operis cauſa ad finem rectum fuerat, rigor appellatur. Quidquid ad horum (rigorum) imitationem in forma ſcribitur, linea appellatur. Rigor finalis *eſt apud Goeſ.* p. 296 *ad quem locum diſputat Goeſius, vtrum* rigor acutus *et* hebes *dici poſſit.* Acutus *videtur etiam dici* Pinnalis *apud* Frontin. p. 120. *Certe ſic Rigaltius interpretatur. At* linea *nec hebes nec acuta intelligitur: vnde forte* finalis *magis et h. l. aliis placuit.* *Quid ſi ſuccurrat locus* Aggeni Vrbici p. 52 *vbi accipitur pro toro, vel puluino inter agros iacente a natura, qui flecti nullo modo poſſit.* *Sic Goeſius.* *Finimus in illo* Plaut. Bacch. 2, 3, 46 Longum eſt rigorem maleficum exornarier. *Quae quid ſibi velint, non temere quis dixerit.*

RIGOROSVS, a, um. *Barbara vox, cui falſo quaeritur praeſidium in* Senec. Epiſt. 11.

RIGORĀTVS, a, um. Adi. [σκληρωθεὶς] Plin. 17, 23 ſ. 35, 26. Traduces, Gallica cultura, bini vtrinque lateribus, ſi pars quadrageno diſtet ſpatio, quaterni ſi viceno, inter ſe obuii, miſcentur, alliganturque vna conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati qua deficiant. *h. e. rigidiores et firmiores facti.* *vid. Harduin. qui comparat* Columel. 4, 16, 4 Compluribus arundinum faſciculis connectuntur, vt rigorem habeant.

RIGĬDVS, a, um. Adi. [ῥίγιος] *Frigidus, et vel hac vel alia cauſa, durus ac rigens.* Virg. Georg. 2, 316 Tellurem borea rigidam ſpirante moueri. Nec poterit rigidas ſcindere remus aquas Ouid. Triſt. 3, 10, 48. Manus rigida Idem Met. 13, 647. Pruinae Lucret. 2, 520. Virg. Ecl. 6, 28 — Tum rigidas motare cacumina quercus. Aeſculus rigida Hor. Carm. 3, 10, 17. Cic. Tuſc. 1, 37. Per ſpeluncas ſaxis ſtructas aſperis, pendentibus, Maximis, vbi rigida et craſſa conſtat caligo inferûm. *Ex Poëta* Capillis rigidis hirta canities Ouid. Met. 10, 425. Ceruix rigida *morbus, tetanus* Scribon. 255. *Sed* Sueton. Tib. c. 68 Ceruice rigida et obſtipa incedebat. Cornu Ouid. Met. 9, 85. Cruribus rigidis aues ibes Cic. de Nat. Deor. 1, 102. Enſem in rigidum falces conflantur Virg. Georg. 1, 508. Ferro rigido fodit pectora Ouid. de Rem. Amor. 19. Mons Idem Met. 8, 797. Pectore in rigido nec mite pone caput Idem Amor. 1, 4, 36. Roſtrum Ouid. Met. 5, 673. Silex Idem ibid. 10, 242. Vngues Idem Amor. 2, 6, 4. ¶ 2 *Ad animum et mores pertinent iſta:* Leo rigidus Martial. 10, 65. Fores Ouid. Amor. 3, 7, 24. Innocentia rigida Liu. 39, 40 *de Catone.* Ius eſt rigidum et ineuitabile Ouid. ad Liuiam 443. Mente rigida patriae negauit opem. *h. e. Dura et pertinaci* Ouid. Epiſt. 3, 96. Minae Idem Amor. 1, 8, 24. Mores Ouid. de Rem. Amor. 762. Mors Lucret. 6, 1194. Pudor Claud. Conſ. Mall. Theod. 246. Plin. Epiſt. 4, 4 Sententiam Macri vt rigidam duramque reprehendunt. Vox *flexibili oppoſita* Quinctil. 11, 3, 69. Vultus trux et rigidus Ouid. Epiſt. 4, 73. *Comparat.* In vita imperatoria paullo rigidior et auſterior Capitolin. in Macrino c. 11. Praeponderant illecebroſa rigidioribus Ambroſ. Epiſt. 3. Signa Canachi rigidiora eſſe quam vt imitentur veritatem Cic. de Clar. Orat. 70 c. 18. Signa *intelligit* Statuas, *non molles et riuis ſimiles.* *conf.* Quinctil. 12, 10, 7. Rigidiſſima Stoliditas Arnob. 5 p. 164. *conf.* Tertull. adu. Valent. c. 8.

RIGĬDE. Adu. *vt*, Tectorium inductum rigideque obſolidatum Vitruu. 2, 3. Submouere rigide Ouid. ex Pont. 3, 3, 55. *Compar.* Valer. Max. 9, 7 *extr.* Diſciplinam praefractius et rigidius adſtringere.

RIGIDĬTAS, ātis. f. *Rigor.* Vitruu. 2, 9 Rigiditatem habere.

RIGEO, ēre. [ῥιγέω] *Frigere a frigore, deinde a quacunque alia cauſa durum eſſe ac rigidum.* Plin. 6, 13 Verum Aſiae quoque magna portio appoſita Septentrioni, iniuria ſideris rigentis, vaſtas ſolitudines habet 8, 36. Cic. Tuſc. 1, 69 c. 28 Caeteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut vrantur calore. *add.* Iuſtin. 2, 1, 6. Frigore rigere Lucret. 3, 904. Frigore perpetuo Sarmatis ora riget Ouid. ex Pont. 2, 7, 72. Liu. 21, 32 Homines intonſi et inculti, animalia, inanimaque omnia rigentia gelu, caetera viſu quam dictu foediora terrorem renouauere. *add.* ibid. c. 55. Pruinis hiemis rigens Petron. c. 122. Lingua riget Ouid. de Arte Am. 1, 515. Prata rigent Hor. Carm. 4, 12, 3. Comae rigebant terrore gelido Ouid. Met. 3, 100. Capilli metu rigent Ouid. Faſt. 1, 97. Ceruix horrida riget Idem Met. 8, 284. Hor. Epod. 8, 17 Illiteratiuum minus nerui rigent? *de re venerea.* Ianua riget duris fulta roboribus Idem Amor. 1, 6, 38. Virg. Aen. 5, 405. Terga boum, plumbo inſuto, ferroque rigebant.

RIGENS, entis. Partic. [ῥιγῶν] *vt*, Artus rigentes imbri ventoque Stat. Theb. 1, 387. Bruma rigens Lucan. 1, 16. Capite praeduro ac rigente barbaries quaedam mentis oſtenditur Quinctil. 11, 3, 69. Idem 2, 13, 9 A ſummo ad imum rigens corpus. *Alii legunt melius* A ſummis ad ima rigens opus. *de Statuis et picturis.* Membra rigentia Lucan. 2, 25. Oculi rigentes Plin. 11, 37. Palla rigens ſignis et auro Virg. Aen. 1, 652. Veſtes auro et oſtro rigentes Idem ibid. 11, 72. Vngue rigente ſecui genas, *i. Duro* Ouid. Epiſt. 5, 72. *Superl.* Damnata pars mundi, aquilonis conceptaculis rigentiſſima Solin. c. 15.

RIGEFĂCIO, ēre. Frontin. Strat. 2, 5, 23 Ieiunum exercitum in maximo frigore tranſitu fluminis rigefecit. *Alii*, Rigere fecit

RIGESCO, ēre. [ῥιγοῦμαι] *Indurari.* Virg. Georg. 3, 36 Aeraque diſſiliunt vulgo, veſtesque rigeſcunt. *Vbi* Seru. Rigeſcunt Durantur, vt frangi potius, quam ſcindi poſſe videantur. Plin. 17, 22 Vua quae naſcatur e duro rigeſcente. Ouid. Met. 2, 364 *de ſororibus Phaëthontis, ſ. Heliadibus, in arbores verſis*, Inde fluunt lacrimae, ſtillataque ſole rigeſcunt De ramis electra nouis. Vbera ſenſit rigeſcere Ouid. Met. 9, 357. *conf.* Celſ. 8, 10. Senec. Q. N. 3, 10. Pallad. 1, 7.

RIGĬDOR, āri. *Rigidum fieri.* Senec. Epiſt. 72 (71) Flexuram non recipit? rigidari quidem, amplius intendi non poteſt. *Alii legunt* Rigida eſt.

RIGVVS, a, um. *vid.* RIGO.

R I M

RIMA, ae. f. [ὀπὴ, τρῆμα, σχίσμα] *Fiſſura.* Rimae *proprie dicuntur, exiguae diſtantiae tabularum in iuncturis.* *Vnde tractum eſt vt omnes fiſſurae*, rimae *dicantur.* Rima improbe Diducta Petron. c. 26. Plin. 15, 8 Amurca ſubigi areas terendis meſſibus, vt formicae, rimaeque abſint. Hiantes rimae Lucan. 1, 619. Agere rimas Ouid. Met. 2, 211. Cic. Att. 14, 9. *Metaphor.* Cic. in Orat. 231 c. 69 Neque inferciens verba, quaſi rimas expleat, nec minutos numeros ſequens concidat, delumbetque ſententias. Iam clarum mane feneſtras Intrat, et anguſtas Extendit lumine rimas Perſ. 3 *pr.* Facere, Recipere rimas Vitruu. 7, 3. Fatiſcunt naues rimis Virg. Aen. 1, 127 Plaut. Curc. 4, 2, 24 Rogitationes plurimas propter vos populus ſciuit: quas vos rogatas rumpitis, aliquam reperitis rimam, *qua elabi poſſitis, et effugere vim legum.* *Lepide Parmeno* Terent. Eun. 1, 2, 25 *interroganti Phaedriam Thaidi*, Pontin' eſt hic tacere? *ita reſpondet*,

Quae vera audiui, taceo et contineo optime,
Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuo palam eſt.
Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo
Proin tu, tacere ſi vis, vera dicito.

vid. RIMOSVS.

RIMŬLA, ae. f. Dimin. Celſ. 8, 4 Ne paruae rimulae fallant. Exiguae cauernarum rimulae Lactant. de Opif. 8, 14.

RIMŌSVS, a, um. Adi. [διαῤῥὼξ, διάτρητος] *Quod eſt rimis plenum.* Columel. 1, 5 Quidquid ab inferiore mox appoſueris, fiſſum erit rimoſumque. Hor. Serm. 2, 6, 46 Et quae rimoſa bene deponuntur in aure: *Cum reſpectu ad formulam* Terentianam *de rimis, quibus ſe plenum ait Parmeno.* *Locum modo dedimus in* RIMA. *Nempe dicit Horatius Maecenatem ſecum non temere loqui, niſi de his, quae poſſint cuicunque etiam loquaci committi*, Hoc genus, Hora quota eſt? Threx eſt Gallina Syro par? Matutina parum cautos iam frigora mordent. Et quae *etc.* Cymba rimoſa Virg. Aen. 6, 414. Prudent. Hippolyto v. 69. *conf.* Virg. Georg. 4, 45. Propert. 2, 13, 72. Vitruu. 2, 3. *Compar.* Gell. 17, 11 Pulmo rimoſior.

RIMO, āre. *Citatur* Feſtus *in voce* Ruſpari: Et ego ibo, vt latebras ruſpans rimarem optimas. *Ita in ſchedis legi teſtatur Dacerius. Sed Scaliger legere cupit*, Rimer maritimas. *Alii* Rimer amaptimas. *Nihil certi.*

RIMOR, āri. [ἐκζητέω, ἐρευνάω] *Diligenter quaerere, ſcrutari, quaſi rimas quasque perquirere.* Tractum a ſuibus, qui glandes rimantur de rimis terrarum, *auctore* Seruio *ad* Virg. Georg. 1, 385 Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri. i. e. Paſcuntur in pratis cibum per terrae rimas requirentes: *inquit* Seruius. *At* Nonius 4, 395 Rimantur *exponit hic*, Inhabitant. Volucres, quae Stagna et Paludes rimantur Colum. 8, 15. Cic. de Diuin. 1, 130 c. 57 Sed tamen id quoque rimatur quantum poteſt, *ſcrutatur, diſputat.* Diligentiſſime rimari Quinctil. 5, 13. Iuga rimari canibus Claud. de Bell. Gild. 357. Partes apertas rimari Virg. Aen. 11, 748. Vultus alicuius rimari lumine acerbo Stat. Theb. 11, 526. Rimari, Scindere, et quaſi In rimas agere Virg. Georg. 3, 534. Ergo aegre raſtris terram rimantur. Seruius. *conf.* Stat. Theb. 8, 760 *c. ſchol.* Lutat. Virg. Aen. 6, 599 Rimaturque epulis habitatque ſub alto Pectore. *Seruius. ſ. potius* rimatur in Epiſt. *Plura loca, vid ap.* Non. 4, 395.

RIMANS, antis. Partic. *Quaerens.* Virg. Aen. 7, 507 — Quod cuique repertum Rimanti, telum ira facit.

RIMĀTVS, a, um. Paſſiue. Sidon. Epiſt. 7, 2 Diligenter, quae ad ſocrum pertinuerant, rimatis conuaſatisque.

RIMĀTIM. Adu. Martian. Capella 2 Rimatim ab oſtio ſpe-
lari, *i. per rimam.*

RIMĀTOR, ōris. m. *Qui rimatur.* Arnob. 5 p. 161 Varro in antiuitatis indagatione rimator. Morum Caſſiodor. Varr. 3, 6.

RIMABVNDVS, a, um. *Intente contemplans.* Apul. Met. 2 p. 116 Dum haec identidem rimabundus eximie delector.

R I N

RINGO, rictum, ĕre. [σήρω] *velcertius,* RINGOR, ĕris. Deponens: *s torquere, vt dentes appareant, quod canes faciunt latraturi, vel quum e ira in rugas deducunt os.* Hinc Ringi, Iraſci, et tacitum ſtomachari, *vt ait* Donatus. Ter. Phorm. 2, 2, 27 Quum ille et cura et mtu abſumitur, dum tibi ſit quod placeat, ille ringitur, tu rideas. idonius Carm. 23, 87 Multum ringitur otioſa virtus. Horat. piſt. 2, 2, 128 Praetulerim ſcriptor delirus inerſque videri, Dum mea electent mala me, vel denique fallant; Quam ſapere et ringi.

RINGENS, entis. Partic. Petron. c. 75 Me non facies ringenm, amaſiuncula.

RICTO, āre. Frequent. *Eſt leopardorum, quum vocem emittunt.* partianus in Geta c. 5 Leopardi rictant.

RICTVS, ûs. m. [τὸ σεσηρὸς, ſiue τὸ κεχηνὸς] *Eſt Oris diſtentio, ualis eſſe ſolet non in* ringentibus *modo animalibus, ſed etiam in hominibus, praeſertim in ridentibus.* Martial. 3, 93 Quum comparata ictibus tuis ora Niliacus habeat crocodilus anguſta. Rictus, Riae, Rixoſae, Ringitur, dici videntur, quia in diuerſum rumpantur, ontrariaque ſint recto, quod vocabulum dictum videtur a regendo, eſtus. Ferarum rictum dici volunt, *inquit* Non. 6, 43 cum Tinnius auctor ſit, etiam hominis dici debere: vt Pomponius Proſtiulo, Quis hic eſt, quamobrem hic proſtat? rictum et labia quum nſidero? *Sunt ibi plura. Ipſe* Cic. Verr. 4, 94 *de Herculis ſtatua,* ſque eo iudices vt rictus eius ac mentum paullo ſit attritius. *al.* rium *ex* Nonio. Quinctil. 1, 11 Obſeruandum, ne labra diſtoreantur, ne immodicus hiatus rictum diſtendat, *i. Os in ringentis moum formet.* Tum ille rictu oris labiorumque ductu contemni ſe oſtendens et rem, de qua quaereretur; et hominem ipſum, qui uaereret Gell. 18, 4. Columbi rictus Plin. 10, 9. Caninus ictus Iuuen. Sat. 10, 272. Crudi Senec. Agamemn. f. 9. Deiſcens rictus ad aures Plin. 8, 21. Flexibiles rictus quadrupedis ue equi Lucan. ad Piſon. 53. Fluidi ſanguine Ouid. Met. 14, 168. ulmineus lupi Idem ibid. 11, 367. Immanes Claud. Conſ. Hon. 4, 249. Lati Ouid. Met. 3, 673. Letiferi Claud. in Ruff. 261. Modici Ouid. de Arte Am. 3, 283. Niger Sil. 13, 560. blitus ſpumis Ouid. Met. 11, 367. Patuli Idem ibid. 6, 378. Peiferi Idem ibid. 3, 74. *de ſerpente Cadmeo.* Spumantes Idem ibid. , 98. Tabido rictu moeſta iacens Fames Senec. Herc. fur. f. 9. iducere riſu rictum, *Ad hilaritatem impellere* Hor. Serm. 1, 10, 7. Diicere rictum, *Os aperire* Iuuen. Sat. 10, 230. Diſtendere rictum uinctil. 1, 11. Reddere rictum alicuius in loquendo Plin. 7, 12. uunt nimboſoque ſpumantia flumina rictu, *i. Ore vehente nimbos et quas* Sil. 1, 207.

RICTVM, i. n. Lucret. 5, 1063 Mollia ricta fremunt duros nuantia dentes. *Adde* 6, 1193. *et* Cic. Verr. 4, 94 c. 43 *de Herculis ſigno,* t rictum eius ac mentum paullo ſit attritius, quod — non ſolum l venerari, verum etiam oſculari ſolent.

R I P

RIPA, ae. f. [ὄχθη] *Extremitas terrae, aquae vicina. Et proprie fluminum vel fontium, ſicut* Litus *maris.* Ouid. Met. 1, 42 — ampoque recepta Liberioris aquae, pro ripis litora pulſant. Ripae otius ſunt quam litora Mela 3, 10. Caeſ. Bell. Gall. 6, 6 Erat inter abienum atque hoſtem difficili tranſitu flumen, ripiſque praeruptis. tc 5, 18. *Tamen* Ripa *et* Litus, *pro eodem accipi videntur apud* Colum. 5, 5 Villa ſemper mare recte conſpicit, quum pulſatur, aut fluctu eſpergitur; nunquam ex ripa, ſed paullum ſummota a litore. *De ari Pontico* Plin. 9, 15 Thynni dextra ripa intrant, laeua exeunt. gger ripae gramineus Virg. Aen. 7, 106. Anfractu riparum inuruus fluuius Stat. Theb. 4, 52. Margo riparum Ouid Faſt. 2, 222. lurus riparum Plin. 16, 37. *h. e. Ripae vicem murorum praebentes.* eſtitus viridiſſimi riparum Cic. de Nat. Deor. 2, 98. Abruptiſmae ripae Plin. Epiſt. 9, 39. Algentes Stat. Silu. 1, 3, 44. Arentes irg. Georg. 3, 555. Arundineae Stat. Theb. 6, 274. Deliues Ouid. Met. 5, 591. Fluuiales Idem Epiſt. 5, 25. Frondentes laud. Conſ. Hon. 6, 194. Gelidae Hor. Serm. 2, 3, 294. Lioſae Ouid. Amor. 3, 6, 1. Maeoniae Idem Met. 2, 252. *i. Cayſtri, uminis Maeoniae ſiue Lydiae.* Opacae Sil. 4, 85. Pendens ripa uid. de Arte Am. 1, 620. Peregrina Idem Met. 2, 337. Tacens tat Silu. 4, 3, 90. Trementes ripae verbere. *i. Vndis et ventis erberatae* Hor. Carm. 3, 27, 24. Tumentes aeſtate ripae Nili Luan. 8, 826. Virides Ouid. Met. 2, 371. Viridiſſima gramine irg. Georg. 3, 144. Vmbroſa Hor. Carm. 3, 1, 23. ¶ 2 *Verorum formae:* Aſcendit eodem equo aduerſam ripam Cic. de Diu. 1, 58. ſſuetae volucres ripis Virg. Aen. 7, 33. Caret taciturna ripa ventis agis Hor. Carm. 3, 29, 24. Cingere obliquis ripis flumina Ouid. Met. 1, 39. Coercere fluuium extra ripas diffluentem Cic. de Clar. Orat. 316 c. 91. Effuſus capacibus ripis amnis Ouid. Amor. 3, 6, 19. abitare ripis Virg. Georg. 3, 430. Inambulare in viridi et opaca ipa Cic. de Legib. 1, 15. Intrare ripas fluminis Virg Aen. 7, 201. abuntur altis ripis aquae Hor. Epod. 2, 25. Rodunt flumina raentia ripas Lucret. 5, 257. Stringens Tiberis ripas flumine pleno irg. Aen. 8, 63.

RIPVLA, ae. f. Dimin. [ὀχθίδιον] Cic. Att. 15, 6 (16) Itaque ne referunt pedes in Tuſculanum, tamen haec τοπογραφία ripulae, viletur habitura celerem ſatietatem.

RIPARIVS, a, um. Adi. *vt,* Ripariae hirundines Plin. 30, 4. *ta vocant in riparum cauis aedificantes. De milite ad ripam poſito.* Riparius, ὀχθοφύλαξ Vet. Gloſſ.

RIPARIŎLA, ae. f. Hirundo riparia Marcell. Emp. c. 15.

RIPARIENSES, um. m. *De quibus mentio* fit C. de Re militari L. le caſtris Riparienſibus, *erant Milites, qui in imperii limitibus excubabant ro Republica aduerſus Barbaros: puta in ripis Danubii, ad tuendas Pannonis aduerſus Sarmatas: et in ripis Euphratis, aduerſus Parthos. Herodiaus 6. Alciatus. Mentio illorum etiam apud* Vopiſc. Aurel. c. 38. *vid. ac. Gothofr. ad* l. vlt. C. Theod. de re milit. *it. ad* l. 14 de erogat. milit. nn. *et* l. 7 de tironib.

RIPENSIS, e. Adi. Iuxta ripam, cui opponitur Mediterraneus Ammian. 26, 30. Dacia ripenſis.

RIPATĬCVM, i. n. *Tributum, quod accipitur in ripis.* ICti.

RIPHAEI *montes, et* RIPHAEI *populi, vid.* RHIPHAEVS, a, um.

RIPHEVS, *vid.* RHIPHEVS.

R I S

RISCVS, i. m. [ῥίσκος] *Auctore* Donato, eſt Ciſta pelle contecta. Nomen Phrygium Ter. Eun 4, 6, 16 Abi tu, ciſtellam Pythia domo effer cum monumentis. P. vbi ſita eſt? T. in riſco. Riſcus, loca in parietibus anguſta Nonius 2, 736. Riſcus in mundo muliebri *ponitur ab* Vlpiano in l. 25 §. 4 D. de auro, et argent. leg. *Pollux etiam ῥίσκον inter arculas muliebres memorat.* Κιβωτὸς μεγάλη Vet. Gloſſ. Lat. Gr. λάρναξ Gloſſ. Gr. Lat. *conf. Cuiac. Obſ.* 8, 1.

RISVS, *vid.* RIDEO.

R I T

RITVS, ûs. m. [θεσμὸς, θεσμοθεσία] *Mos, ratio agendi, conſuetudo, ſollemnis caerimonia.* Feſtus, Ritus, mos eſt comprobatus in adminiſtrandis ſacrificiis, ſiue ritus eſt mos vel conſuetudo. Viuere latronum ritu Cic. Phil 2, 62 c. 25. Plaut. Men. 2, 3, 44 Certe haec mulier cantherino ritu aſtans ſomniat Quadrupedum ritus Lucret. 4, 1260. *geſtus in Venere.* Ritu Naturae capite hominem gigni mos eſt, pedibus efferri Plin. 12, 8. Tempeſtatis ritu mobilia Horat. Serm. 2, 3, 268. ¶ 2 *Peculiariter ad religionem et caerimonias ſacrorum pertinet.* Cic. de Legib. 2, 22 c. 9 Ex patribus ritibus optima colunto. Deique Ritibus inſtruitur Ouid. Met. 6, 591. Morem rituſque ſacrorum Adiiciam Virg. Aen. 12, 836. Quin et propago degener, Ritum ſecuta inconditum Prudent. Hymno de Epiphania v. 193. *Sic* Antiquus ritus Iuuen. Sat. 10, 335 *nuptialis.* Barbarici Lucan 1, 445. Profani Tacit. Ann. 2, 85, 4. Ediſcere ritus nouos Ouid. Faſt. 2, 546. Exigere ritus humanos ad caeleſtia Ouid. Met. 9, 500. Exuere ritus Tacit. Ann. 2, 85. Indere ritus Idem Hiſt. 5, 4. Luſtrari magico ritu Ouid. Met. 10, 398. *Obſ.* Rituis, pro Ritûs, Genitiuus antiquus. Varro Cato, vel De liber. educand. Itaque domi rituis noſtri, qui per deum fidium iurare vult, prodire ſolet in compluuium Non. 8, 93.

RITES, is. m. *Idem.* Stat Theb. 11, 285 Hei mihi primitiis ararum, et rite nefaſto Libatus, *etc.* Priſcian. 14 p. 983 *fin.* Rite, *inquit, laudato hoc loco,* pro ritu poſuit. *Sed* Vet. Schol. Impio et abominabili oraculo ſeu reſponſo. Rite fiebat, quod ſecundum ordinem religionis et monita numinum fiebat.

RITVALIS, e. Adi. Cic. de Diu. 1, 73 c. 33 Quod Etruſcorum declarant et haruſpicini et fulgurales, et rituales libri, noſtri etiam augurales. Feſtus, Rituales nominantur Hetruſcorum libri, in quibus perſcriptum eſt, quo ritu condantur vrbes, arae, aedes ſacrentur, qua ſanctitate muri, quo iure portae, quo modo tribus, curiae, centuriae diſtribuantur, exercitus conſtituantur, ordinentur, caeteraque eiuſmodi ad bellum, ac pacem pertinentia.

RITVALITER. Adu. Ammian. 29, 7 Ritualiter conſecratus.

RITE. Adu. [κατὰ θεσμὸν] *Eſt Ablatiuus nominis* Rites, *quod modo declarauimus.* Priſc. 15 p. 1011. *A* Rito verbo, *ſignificat* Recte, quia nihil traditur ritibus, quod non rectum eſſe credatur. Varro de L. L. 6, 5 Quia quod fit rite, id ratum et rectum eſt. *Significationem recte indicat* Feſtus, Rite, bene ſignificat, ac recte. Id vt rite intelligas Afran. *ap.* Chariſ. 2 p. 193. Cic de Finib. 2, 37 Quam igitur pronuntiabit ſententiam ratio? Adhibita primum diuinarum humanarumque ſcientia, quae poteſt appellari rite ſapientia. Affuerunt teſtes rite, teſtamentum ipſo praeſente conſcribunt Auctor ad Herenn. 1, 23. Coli rite Ouid. Met. 13, 633. Colere deos rite Cic. de Diuin. 1, 21 c. 13. Perpetrare rite ſacrificium Liu. 44, 57 *extr.*

R I V

RIVĀLIS, is. m. [ἀντεραστὴς Gloſſ. Lat. Gr. ἀντίζηλος] *Qui eandem amat cum aliquo: quemadmodum* Procus, *qui eandem petit.* Plaut. Stich. 3, 1, 30 Eſt amica ambobus: riuales ſumus. Ter. Eun. 2, 2, 37 Sed Parmenonem ante oſtium Thaidis triſtem video riualis ſeruum. Riuales dicti ſunt, *inquit* Nonius 1, 137 Quaſi in vnum amorem deriuantes. Ter. Eun. 2, 3, 62 Miles Thraſo, Phaedriae riualis. Amare nullo riuale Ouid. Amor. 1, 8, 95. Sine riuale diligere *dicuntur, qui ſtulte mirantur, quod nemo alius concupiſcat.* Cic. Qu. Frat. 3, 8 *de Hirro,* O dii quam ineptus, quam ſe ipſe amans, ſine riuali? Hor. in Arte Poët. 444 Nullum vltra verbum aut operam ſumebat inanem Quin ſine riuali, teque et tua ſolus amares. *Translatio ſumta* vel a beſtiis, quae ſitientes, quum ex eodem riuulo hauſtum petunt, in praelium contra ſe inuicem concitantur, Donat. *ad* Ter. Eun. 5, 842. *Vel a re ruſtica: nam riuales dicuntur ii, quorum agros riuus aliquis determinat, qui incerto et mutatione crebra curſu, lites ſaepe inter eos ſuſcitat. vid. poſt* RIVVS. At tu riualem noli tibi fingere quenquam Ouid. Rem. Am. v, 769. Poppaeam adeo dilexit, vt ne riualem quidem Neronem aequo tulerit animo Sueton. Oth. c. 3. *Etiam ad animalia transfertur.* Colum. 7, 3, 4 Riualem ferre nequit aries.

RIVALĬTAS, ātis. f. [ζηλοτυπία] *Dicta eſt Aemulatio illa inter amatores.* Cic. Tuſc. 4, 56 c. 26 Obtrectare vero alteri, aut illa vitioſa aemulatione, quae riualitati ſimilis eſt. Scaeua Apul. Met. 10 p. 250. Riualitates defendere Tertull. de Pudic. c. 5.

RIVARIVS, i. *i. riualis.* Riuaria ζήλη Gloſſ. Vet.

RIVĪNVS, i. m. [ζηλότυπος] *Idem qui Riualis.* Plaut. Aſin. Perioch. 6 Riuinus, amens ob praereptam mulierem. Riuinus ἀντίζηλος Vet. Onomaſt.

RIVVS, i. m. [ῥύαξ] Eſt Locus (*inquit* Vlpianus D. de riuis l. 1) per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat: cui nomen eſt, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν. Feſtus, Riuus vulgo appellatur tenuis fluor aquae, non ſpe conſilioue (*leg. cum Turn.* ſpecu inciliue) factus, verum naturali ſuo impetu. Sed et ii riui dicuntur, qui manufacti ſunt, ſiue ſuper terra in foſſa, ſiue ſuper ſpecu: cuius vocabuli origo ex Graeco pendet. *conf.* Vitruu. 8, 7. Cic. in Topic. 33 c. 8 Tanquam riuorum a fonte deductio. Subſtructiones riuorum Frontin. de Aquaed. *ſaepius.* Aquae purae riuus Hor. Carm. 3, 16, 29. Ruris riui Hor. Epiſt. 1, 10, 6. ¶ 2 *Epitheta:* Apertus riuus Paull. in l. 2 D. de riuis. Arens, Siccus fere Virg. Aen. ., 35.. Caementicius Vlpian. in l. 3 D. de riuis. Fluens Virg. Ecl. 8, 87. Garrulus Ouid. Faſt. 2, 316. Integer Vlpian. in l. 1 D. de riuis. Lapido-

pidoſus Ouid. Faſt. 3, 273. Mobiles Hor. Carm. 1, 7, 14. Obliquus Idem ibid 2, 3, 12. Proni Idem ibid. 1, 29, 11. Rauci Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 221. Saliens riuus dulcis aquae Virg. Ecl. 5, 47. Signinus Vlpian. in l. 1 D. de riuis. Structilis Idem in l. 3 D. de riuis. Subterranei Frontin. de Aquaed. *ſaepe* Terrenus Vlpian. in l. 3 D. de riuis. ¶ 3 *Verba:* Agit aquas riuus Ouid. Faſt. 1, 404. Claudere riuos Virg. Ecl. 3, 111. Deducere riuos, *vid.* DEDVCO. Ouid. ex Pont. 2, 5, 22 Ingenioque meo, vena quod paupere manat, Plaudis, et e riuo flumina magna Facis. *Habet formam Prouerbii.* Fugiens tenuis per gramina Virg. Georg. 4, 19. Gaudent potis riuis intyba Idem ibid. 4, 120. Indigens riuus purgatione et refectione Vlpian. in l. 1 D. de riuis. Inficere Gelidos riuos ſanguine Hor. Carm. 3, 13, 104. Labens riuus cum murmure Ouid. Met. 2, 456. Morari celeres riuos Hor. Carm. 3, 11, 14. Reficere riuos Vlpian. in l. 3 D. de riuis. Trepidat aqua cum murmure per pronum riuum Hor. Epiſt. 1, 10, 21. ¶ 4 *Nomina, fere translata:* Argenti riuus et auri Lucret. 5, 1255. Lactantius de Opific. Dei c. vlt. Tenuis in nobis facundiae riuus eſt. Fortunae riuus Hor. Epiſt. 1, 12, 9. Lacrimarum riuus Ouid. Met. 9, 655. Lactis vberes riui Hor. Carm. 2, 19, 11. Sanguinis riuus Plin. 11, 37. Sanguinis riuos vomens Virg. Aen. 11, 668. *conf.* Ibid. 9, 456.

RIVVLVS, i. m. Dimin. [ῥυάκιον] Almonis vsque perueniitis riuulum Prudent. in Rom. v. 160. Cic. Acad. 1, 7 c. 2 Vt ea a fontibus potius hauriant, quam riuulos conſectentur. Tardi ingenii eſt, riuulos conſectari, fontes rerum non videre Cic. de Orat. 2 c. 27. Idem pro Cael. 19 Nam ſi ipſe orietur et naſcetur ex ſeſe, fortaſſe vt ſoleo, commouebor: ſiue autem vt riuulus arceſſitus et ductus ab ipſo capite accuſationis veſtrae, laetabor.

RIVALIS, e. Adi. *Riuos frequentans.* Colum. 8, 15, 6 Datur cammarus, et riualis alecula, vel ſi qua ſunt incrementi parui fluuiorum animalia. *Item* Riuales, *Qui eodem riuo vtuntur.* Vlpian. in l. 1 D. de aqua quotidian. et aeſtiu. Si inter riuales, id eſt, qui per eundem riuum aquam ducunt, ſit contentio de aquae vſu, *etc.* Idem l. 3 eodem tit. is qui ius aquae quotidianae habet, vel fiſtulam in riuo ponere, vel aliud quodlibet facere poteſt: dummodo ne fundum domino, aut aquagium riualibus deterius faciat. *vid.* Gell. 14, 1 Negotia quoque alicuius, quod ei forte de aquae ductu cum riualibus, aut de communi pariete cum vicino apud iudicem eſt. ¶ 2 Riualis, *Amator, vid. p. a. ordine alphabetico.*

RIVĀTIM. Adu. Macrob. Saturn. 7, 12 Quae igitur ratio facit, vt riuatim aquae de Ponto fluant, quum foris influentes aquas Pontus accipiat?

RIVORVM, i. n. *Minor riuus. vt,* In monte poſita tria riuora, *etc.* Vet. Auct. Rei agr. *Goeſ.* p. 235 *et alias.*

RIVŌSVS, a, um. Gloſſ. Lat. Gr. Riuoſus, ῥειθώδης.

RIVIFINĀLIS, e. *Obiectu riui fines inter vicinos faciens.* Siculus Flacc. de Condit. Agr. *Goeſ.* p. 12 Per omnem tractum riuifinalem.

R I X

RIXA, ae. f. [μάχη Gloſſ. Lat. Gr.] *Nomen e ſono fictum, vel a ringendo, quod eſt proprium canum, quando irritantur. Sed* Feſtus, Rictus, rixae, rixoſae, ringitur, dici videntur, quia in diuerſum rumpantur, contrariaque ſint recto. Iurgia primum, mox rixa Tac. Hiſtor. 1, 64, 4. Cic. Verr. 4, 148 Ecce autem noua turba atque rixa. *h. e. Contentio et pugna.* Calidae rixae Hor. Carm. 3, 27, 70. Dulcis rixa *cum puella amata* Propert. 3, 6, 1. Ouid. de Arte Am. 3, 71 Nec tua Nocturna frangetur ianua rixa. Sanguineae rixae Hor. Carm. 1, 27, 4. Vecors Catull. ad Rauidum 38, (41) 4. Ciere Vell. 1, 2, 2. Committere rixam, *vid.* COMMITTO. Committere ſe rixae Lucan. ad Piſon. 187. Concitus ad rixam, *vid.* CONCIO. Excitare Catull. ad Rauidum 38 (41) 4. Inferere rixas Tibull. 1, 1, 88. *i. occipere, committere.* Eſt rixa cum eo magna Cic. Fam. 9, 22. Sedata rixa Liu. 2, 29.

RIXĀTOR, ōris. m. Firmic. 5, 8 Homines erunt mali, litigioſi, rixatores, contentioſi. Quinctil. 11, 1, 29 Videas rixatores quoſdam, neque iudicum reuerentia, neque agendi more ac modo contineri.

RIXATIO, onis. f. Tacito *adſcribitur.*

RIXŌSVS, a, um. Adi. [ἐριστικὸς, δύσερις] *Contentioſus.* Aues rixoſae, *Pugnaces, et ad ineunda inter ſeſe certamina procliues, cuiusmodi erant apud Graecos,* qui ferociſſimum quemque alitem (*de gallinaceo genere ſermo eſt*) certaminibus et pugnae praeparabant. Nos cenſemus inſtituere vectigal induſtrii patris familias, non rixoſarum auium laniſtae, cuius plerumque totum patrimonium, pignus aleae, victor gallinaceus pyctes abſtulit. *Haec* Colum. 8, 2, 5.

RIXO, āre. *Antiqui pro* Rixor *ſunt vſi.* Varr. *apud* Non. 7, 82 Armorum iudicio, Ille viros hortari, vt rixarent, praeclari philoſophi. Idem Serrano, Dormit altius, nimirum vigilant, clamant, calent, rixant. Idem de Rerum Natur. lib. 1 Ne familiae rixent cum vicinis. *add.* Minuc. Felix p. 344.

RIXOR, ari. Dep. [ἐρίζω, ἐριδαίνω] *Pugnare, verbis manibusque contendere.* Rixatur, μάχεται Gloſſ. Vet. Hor. Ep. 1, 18, 15 Alter rixatur de lana ſaepe caprina, Propugnat nugis armatus. *Sed quid. leg.* rixator, *vid.* LANA. *Ad ſanguinolentam rixam pertinet* Cic. de Orat. 2, 240 c. 59 Quum eſſet cum eo Tarracinae de amicula rixatus. *Metaphor.* Rixari, *eſt reniti, etiam vbi de inanimatis ſermo eſt.* Plin. 16, 2 *de ſilua Hercynia,* Conſtat attolli colles occurſantium inter ſe radicum repercuſſu: aut vbi ſecuta tellus non ſit, arcus ad ramos vsque et ipſos inter ſe rixantes, curuari portarum patentium modo, vt turmas equitum tranſmittant. Cum corpore anima rixatur properans, *i. illud odit, vult relinquere* Quinctil. Decl. 48. Varro de R. R. 1, 47, 1 Aridae factae herbae rixantur, ac celerius rumpuntur, quam ſequuntur. *Suſpicabar, nec poenitet,* adoleſcfactae rixantur *i. renituntur.* Rixantur Conſonantes quoque, eaeque praecipue, quae ſunt aſperiores, in Commiſſura verborum Quinctil. 9, 4, 37. *Similia* Diomedes 2 p. 463.

RIXANS, antis. Partic. [ἐρίζων] Lucret. 6. 1284 Rixantes potius quam corpora deſererentur. Rixantis modo dixit Quinctil. 11, 3, 172. *add* Petron. c 28.

RIZONICVS, a, um. *vid.* RHIZINIVM.

ROBĪGO, ROBIGVS, ROBIGALIA, *vid.* RVBIGO, *quamquam prior ſcriptura per* O *melior eſt.*

ROBOR, *vel* ROBVR, *it.* ROBVS, ŏris. n. [δρῦς] *Species quercûs duriſſimae.* Robus *eſt* Catonis 17 *pr. it. apud* Feſtum *cuius locum damus in* ROBVS, a, um. Quis robur illud Cecidit, Dolauit Cic. de Diu. 2 c. 41. Plin. 16, 2 Roborum vaſtitas intacta aeuis et congenita mundo. Cic. de Diuin. 2, 85 Itaque perfracto, ſaxo ſortes erupiſſe in robore inſculptis priſcarum literarum notis. *Add.* Colum. 4, 26 Pallad 1, 37. Acutum robur, *vid* CVO. Ambeſa flammis Virg. Aen. 5, 753. Cauum Idem ibid 2, 260 *Sic vocat Equum durateum.* Congeſta robora Virg. Georg. 3, 377. Fiſſile robur cuneis ſcinditur Idem Aen. 6, 181. Graue robur aratri Idem Georg. 1, 162. Indurata flammis Stat. Theb. 4, 64. Infabricata Virg. Aen. 4, 399. Innata rupibus Ouid. Ep. 7, 38. Magnum Senec. Her. fur. f. 9 *Clauam intelligit trinodem.* Nodoſo robore fregit illi tempora Ouid. Met. 12, 349. Solidum Virg. Georg. 2, 64. Mouere conuulſa robora terra Ouid. Met. 7, 204. Succidere robur Idem ibid. 8, 752. ¶ 2 Robur quoque in carcere, Is dicitur locus, quo praecipitatur maleficorum genus, quod antea arcis robuſteis includebatur. *Haec* Feſtus, *qui forte illuſtrari poteſt ex* Plaut. Curc. 5, 4, 13 At ego vos ambo in robuſto carcere vt pereatis: *genus ſupplicii, quod idem* Plaut. Poen. 5, 3, 34 Codicem robuſtum *vocat. Certe a munitiſſima firmitate dictum, apparet.* Liu. 38, 59 Vt in carcere inter fures nocturnos et latrones vir clariſſimus Scipio includatur, et in robore et tenebris exſpiret. Calpurn. Flacc. Decl. 4 p. 297 *Burm.* Video carcerem publicum, ſaxis ingentibus ſtructum, anguſtis foraminibus tenuem lucis vmbram recipientem. In hunc coniecti Robur Tullianumque proſpiciunt: et quoties iacentes ferrati poſtis ſtridor excitat, exanimantur, et alienum ſupplicium ſpectando ſuum diſcunt. *Eſt igitur locus ſupplicii* Robur, *non minus quam* Tullianum: *quin ſunt libri, qui plane iungunt* robur Tullianum: *quam lectionem probat etiam Lipſ. ad illud* Tacit. Ann. 4, 29 Vulgi rumore territus, robur, et ſaxum, aut parricidarum poenas minitantium. *Etiam hic nempe ſupplicium in carcere, ipſoque adeo Tulliano, ſumendum poteſt intelligi. Sed* Valer. Max. 6, 3, 1 De Tiberio et Caio Gracchis, Quin etiam familiares eorum, ne quis Reipub. inimicis amicus eſſe vellet, de robore praecipitati ſunt. *Qui locus negotium faceſſit interpretibus, cum in* robur coniici de ſaxo *autem* praecipitari *alias dicantur nocentes. Itaque varia conantur. Sed ſunt plura apud hunc ſcriptorem, vel ab ipſo male narrata, vel corrupta a ſequioris aetatis deſcriptoribus. Et tamen etiam* Lucanus *fauere videtur* 2, 125 Saeua tribunicio maduerunt robora tabo, *ſi loquitur de* Sexto Licinio, *quem, vt ait* Epit. Liu. 80 Marius de ſaxo deiici iuſſit. *Hinc* Apuleius in ſecunda Apologia p. 325 O mirum commentum, ô ſubtilitas digna carcere et robore. *conſ. Turneb. Adu.* 23, 21. Lucret. 3, 1030 Carcer et horribilis de ſaxo iactu' deorſum, Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tedae. *Sed Turnebus Adu. 20, 26 fuſtem hic intelligit.* ¶ 3 Robur, [τὸ ἀνδρεῖον μένος] *per tranſlationem, pro animi fortitudine, qua quis durat aduerſus pericula, pro firmitate corporis, et eo quod vnaquaque re validiſſimum eſt.* Cic. pro Font. 16 Equites Rom. quos non vidimus, *etc.* habuerunt tantum animi, tantum roboris, vt *etc.* Idem de Orat. 2, 343 Aliae quae in ingenii aliqua facultate: aut animi magnitudine et robore. Idem Fam. 6, 1 Quantum in cuiusque animo roboris eſt atque neruorum. Animis ineſt robur Lucan. 5, 18. Incredibili quodam robore animi homo Cic. pro Milon. 102 c. 37. *conf.* Idem Tuſc. 1 c. 40. Cic. pro Roſc. Amer. 149 Fori iudiciique rationem Meſſala, vt videtis, Iudices, ſuſcepit: qui ſi iam ſatis aetatis ac roboris haberet, ipſe pro Sext. Roſcio diceret. Idem Philipp. 10, 16 Alter virtutis robore firmior, quam aetatis, cum iſtis ipſis veteranis ad D. Brutum liberandum profectus eſt. Colum. 2, 9, 2 *de ſeminibus,* Quod protinus exile natum ſit, nunquam robur accipere manifeſtum eſt. Seruius, Omne quod forte eſt, robur vocamus *ad* Virg. Aen. 7, 610 Aeternaque ferri Robora. *conf.* Lucret. 2, 449. Saxi robur Lucret. 1, 881. Verba plena roboris Senec. Epiſt. 10. Cic. pro Lege Manil. 10 c. 4 Sed tamen alterius partis periculum Sertorianae atque Hiſpanienſis, quae multo plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompeii diuino conſilio ac ſingulari virtute depulſum eſt. Cic. pro Muraen. 58 Venio nunc ad Catonem, quod eſt firmamentum et robur accuſationis. Soboles et robur militum interiit Cic. Fam. 10, 33, 3. *conf.* Liu. 7, 12. Quinctil. 3, 5 p. 64 Cic. pro Cael. 73 c. 30 Quum autem paullum iam roboris acceſſiſſet Aetati, in Africam profectus eſt. Aetatis firmius robur Quinctil. 1, 8. Aetatis quam maturrimum robur Tacit. Ann. 12, 65. Arboris robur Ouid. Met. 3, 94. Aeternaque Verbi robora Virg. Aen. 7, 601. Corporum robora Celſ. 1 praef. Herba expers roboris Ouid. Met. 15, 202. Adultum, *vid.* ADVLTVS, *in* ADOLEO. Antiquo robore quercus Virg. Georg. 3, 332. Non expugnabile Stat. Theb. 6, 103. Illibatum robur hominis, *vid.* ILLIBATVS. Rude Valer. Argon. 3, 680. Virili robore aucta proles Stat. Silu. 4, 8, 26. Aſſumere robora Ouid. Met. 15, 422. Capere robur, *vid.* CAPIO. Collectum robur viresque receptae Virg Georg. 3, 235. Habere robur Cic. pro Roſc. Amer. 149. Mentiri inani ſagina verum robur Quinctil. 2, 15. Ponebat inuictum non pectore robur, *i Deponebat* Sil. 11, 157. Proſequi honore verborum robur Quinctil. 3, 7. Stant vires ſolidae ſuo robore Virg. Aen. 2, 639. Subeſt robur illi aetati Celſus 2, 10. Sumere robur corporibus Liu 1, 4. Cic. de Finib. 5, 12 Dummodo plus in virtute teneamus, quam ille tenuit firmitatis et roboris. ¶ 4 Robur *eſt morbus iumentorum.* Veg. Mulom. 3, 24, 3 Quorum nerui recenti dolore et frigore compellente, et ſpaſmum patiuntur, et obdureſcunt in robur. *Et mox* contactis neruis patiuntur ſpaſmum et robur incurrunt. *conf. mox* ROBOROSVS. ¶ 5 *Eſt etiam tritici genus* Columel. 2, 6, 1.

ROBOREVS, a, um. Adi. [δρύϊνος] *Quod eſt ex materia roboris.* Columel. 6, 19, 1 Eſt autem talis machinae forma, roboreis axibus compingitur ſolum. *Add.* Idem 11, 2, 13. Pons roboreus Ouid. Faſt. 5, 622. *Add.* Gell. 2, 20. Pallad. 1, 21.

ROBVRNEVS, a, um. *Aliud* Adi. *Quod ex robore naſcitur. Vt,* Fruges roburneae, Columel. 9, 1, 5. *Mox* querneam glandem et iligneam *appellat.*

ROBVSTEVS, a, um. *Denominat. a* Robur. Robuſtea materies, Varro de R. R. 1, 38. Alii legunt Robuſta. *Vid.* Vitruu. 3, 3. 2, 1. 5, 12.

ROBVSTVS, a, um. Adi. *Quod e* Robore *arbore eſt.* Columel. 2, 15, 6 Sed eodem medio loco robuſtam materiam defigere conuenit. Robu-

ɔbuſtus codex Plaut. Poen. 5, 3, 34. *Et* Robuſtus carcer Id. Curc. 5, 3, .. *h. e. Ex robore arbore.* *Vid.* ROBVR n. 2. ¶ 2 Ro- aſtus, [εὔρωστος, ἐῤῥωμένος, εὔτονος, ἰσχυρὸς] *Quod eſt multi roboris.* olumel. 2, 9 Neque dubium eſt, ex robuſto ſemine poſſe fieri non ıbuſtum. Ad incurſum robuſtus Plin. 11, 37. Cic. Diu. in aecil. 48 In clamando quidem video eum eſſe bene robuſtum atque excitatum. Cic. Philipp. 5, 31 Magni honores habiti Cn. Pompeio, ıum eſſet adoleſcens, et quidem iure: ſubuenit enim Reipubl. ſed tate multo robuſtior. Idem in Catil. 2, 20 Tertium genus eſt, .tate iam confectum, exercitatione robuſtum. Cic. de Diuin. 1, 35 uae eſt igitur iſta calliditas, res vetuſtate robuſtas calumniando velle ruertere? Nep. 7, 2, 3 Cum robuſtior eſt factus. Aetas ro- ıſtior Claud. quart. Conſ. Hon. 360. Animus Cic. Off. 1, 67 c. ɔ. Ouid. Met. 15, 206 Tranſit in aeſtatem poſt ver robu- .or Annus. Collum Catull. Argon. 62, 332. Robuſtiſſima ırs Exercitus Iuſtin. 25, 4, 6. Cic. Philipp. 2, 63 25 Sed haec, quae robuſtioris Improbitatis ſunt, omittamus. Le- ones robuſtiſſimae Cic. Fam. 7, 3, 8. Idem Philipp. , 63 Omne Malum naſcens facile opprimitur: inueteratum plerumque robuſtius. Plauſtra Hor. Epiſt. 2, 2, 74. Ro- ıſtiſſima Oppida Flor. 1, 12, 3. Puer robuſtus acri militia Hor. ırm. 3, 2, 2. Satelles robuſtus, et valens, et audax Cic. de Le- Agrar. 2, 84 c. 31. Semen robuſtius facere Pallad. Oct. 11. ıneae robuſtiſſimae Colum. de Arb. c. 3. Viribus robuſtis ado- ıit aetas Lucret. 3, 450.

ROBVSTE. Adu. Natio ita raptim adoleuit robuſteque recreata t Nazar. Paneg. Conſtant. c. 17.

ROBŎRO, āre. [τονόω, ἰσχυρίζω] *Robur addere, firmare.* Plin. 10, *pr.* Hirundines nidos luto conſtruunt, ſtramento roborant. Ar- s adulta aetas roborat Lucret. 4, 1032. *Conf.* Pallad. Iul. 2. Cic. Off. 112 c. 31 Catoni autem cum incredibilem tribuiſſet natura grauita- m, eamque ipſe perpetua conſtantia roborauiſſet, ſemperque in pro- ıſito, ſuſceptoque conſilio permanſiſſet, moriendum potius quam ty- nni vultus adſpiciendus erat. Mas roborandus eſt largo cibo ɔlum. 6, 27. Cic. in Orat. 42 Sed quod educata eiusmodi nu- imentis eloquentia eſt, ipſa ſe poſtea colorat et roborat, non alie- ım fuit de oratoris quaſi incunabulis dicere. Vox roboratur in. 11, 51.

ROBORĀTVS, a, um. Partic. Sariſb. 7, 1 Humanis viribus ro- ɔrati intumuerunt. *Compar.* Tertul. de Anima 25 Robora- ɔr exitus.

ROBORASCO, ĕre. Naeuius *apud* Nonium 2, 368 Cuius vox gal- laſcit, eius iam ramus roboraſcit, *i. nerui rigere in Venerem ıpiunt.*

ROBORARIVM, i. n. [παράδεισος] *Audiamus* Gell. 2, 20 Ro- ɔraria aliquot Romae doctos viros dicere audiui id ſignificare, quod ɔs viuaria dicimus, appellataque eſſe a tabulis roboreis, quibus ſe- a eſſent — *Ponit deinde verba* Scipionis — Vbi agros optime ltos atque villas expolitiſſimas vidiſſet, in his regionibus excelſiſſimo co murum ſtatuere aiebat; inde corrigere viam, aliis per vineas edias, aliis per roborarium, atque piſcinam, aliis per villam.

ROBORĒTVM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. δρυμὼν, Quercetum, ıboretum.

ROBORŌSVS, a, um. *Vt*, Roboroſa paſſio Veget. de Re Vet. 24, 1 Quae animal rigidum facit, ad ſimilitudinem ligni (roboris) *nempe idem quod* Robur, *vbi vid.* n. 4. *Poſt verba ibi laudata ſta- m ſequitur* Veg. 3, 24, 4 Ex nimia quoque pruina — fieri adſo- nt roboroſi.

ROBVS, a, um. [ἐρυθρὸς] Feſtus, Robum rubro colore, et quae ıſo ſignificari, vt bouem quoque ruſtici appellant, manifeſtum eſt. nde et materia, quae plurimas huius coloris venas habet, dicta eſt ro- ıs: et homines valentes, ac boni coloris, robuſti.

ROBVS, i. m. *Genus frumenti.* Columel. 2, 6, 1 Tritici genera ımplura cognouimus. Verum ex his maxime ferendum eſt, quod ro- ıs dicitur, quoniam et pondere, et nitore praeſtet. *Vel a ıore robeo dictum, vel quod* robur *ſ.* robus *eſt, i. potentiſſimum praeſtantiſſimum ſui generis. Nam poteſt etiam Neutrum eſſe* Robus, ıs. *v. ċ. n. 5.*

ROBEVS, a, um. Adi. Robeus color Varro de R. R. 2, 5, 8 *in bus probatur. Vid. ibi Scal. qui ex* Seruio MS. *adfert* Nitela mus greſtis robeus. *Itemque alium eiusdem* Seruii *e* MS. *locum ad illud* Ecl. 23 Sanguineis frontem moris, *quem ita dedit Burm.* Multi ob hoc ... putant, quod rubeus color deorum ſit; vnde et triumphan- s facie miniata, et in Capitolio Iupiter in quadriga miniata. *Pro ... autem Scaliger citat* robus. *Caeterum etiam in* Varronis l. c. *pro* ɔbeo colore *eualuit in editis* rubeo. *Sed liber praeſtantiſſimus Poli- ... rubeo.*

ROBVSTEVS, ROBVSTVS, *vid.* ROBOR.

R O D

RŌDO, ſi, ſum, dĕre. [τρώγω, κατατρώγω] *Proprie Murium eſt, qui dentibus fere ſemper aliquid atterunt vel comminuunt.* Cic. de Diuin. , 59 c. 27 Quaſi vero quidquam interſit mures diem et noctem aliquid ɔdentes, ſcuta an cribra corroſerint. Dentem dente rodere, *dici- ır, qui carpit eum, qui neque laedi queat, neque ſentiat: aut qui mordet ırı mordacitate praeditum quempiam.* Martial. 13, 2 *in obtrectatorem,* — Quid dentem dente iuuabit Rodere? carne opus eſt, ſi ſatur ſe velis. Pollicem rodens Hor. Epod. 5, 78. *Meta- bor.* Ripas rodunt flumina Lucret. 5, 257. Hor. Serm. 1, 10, 71 t in verſu faciendo Saepe caput ſcaberet, viuos et roderet vngues. *er translationem, pro Obtrectare alicui.* Cic. pro Corn. Balbo 57 c. 26 lore hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis idcirco vel- cant. Amicum abſentem rodere Hor. Serm. 1, 4, 81.

RODOR. Paſſ. Lucret. 5, 259 Praeterea, pro parte ſua quodcun- ue aliud auget, Roditur, *etc. i. minuitur, atteritur.* Ferrum ɔditur ſcabra rubigine Ouid. ex Pont. 1, 1, 71.

ROSIO, ōnis. f. Plin. 20, 14 Stomachi autem ex aqua item roſio- es ſiſtit, et vomitiones cum aceto et polenta. Ibid. c. 21 Succus ecoctae neruis prodeſt, et veſicae, et inteſtinorum roſionibus. *Conf.* dem 28, 9. Praecordiorum roſiones Idem 23, 1. Spumans ılis aluo cum roſione redditur Celſ. 7, 23.

ROSOR, ōris. m. *Qui rodit.* Ambroſ. Serm. 81 p. 380 Mures, hor- ɔorum roſores.

RODVS, *vid.* RAVDVS.

R O E *et* R O G

ROECVS, *vid.* RHOECVS.

ROGO, āre. [δέομαι, ἀξιόω] *Duo ſignificat, quaerere ſ. interrogare, et petere: puto quod interrogandi formulis etiam petimus,* Viſne mihi hoc tribuere? *Sic* Quaeſo *eſt ipſum* Quaero, *quod ex* quaeſiui *et* quaeſtus *ſatis apparet. Eſt igitur* Rogare *petere, in primis commodato.* Moleſtum verbum eſt et demiſſo vultu dicendum, Rogo Sen. de Benef. 2, 2. Plin. Epiſt. 1, 9 Ille me ad ſignandum teſtamentum, ille in aduocationem, ille in conſilium rogauit. Cic. Fam. 7, 24 Eſt ne aut tui pudoris aut noſtri, primum rogare de die, deinde *etc.* Plaut. Rud. 2, 3, 73 Ego, quod mihi imperauit ſacerdos, id faciam, atque aquam hinc de proximo rogabo: Nam extemplo ſi verbis ſuis peterem, daturos dixit. Lucil. *ap.* Non. 4, 397 Ferri tantum ſi roget me, non dem, quantum auri petit. Cic. Fam. 12, 27 Hoc te vehementer rogo. Audacter Deum roga, nil illum de alieno rogaturus Sen. Epiſt. 10. Nihil Deum roga, niſi quod rogare poſſis palam Idem ibid. Cic. Qu. Fratr. 3, 1 ... mul Taurum, quem tibi audio promiſiſſe, qui nunc Romae erat, de aqua per fundum eius ducenda rogabo. Caeſar dixit, ſe ſenatui roganti de Marcello ne hominis quidem cauſa negaturum Cic. Fam 4, 4, 7. Caeſ. B. G. 1, 11 Legatos ad Caeſarem mittunt rogatum Auxilium. Beneficium hoc meo iure te rogo Cic. Att. 14, 13. Martial. 4, 33 Nunquam diuitias deos rogaui. Finem rogant erroris Ouid. Met. 12, 484. Bonam Mentem Sen. Ep. 10. Opem rogauit ſummiſſa voce Ouid. ex Pont. 4, 3, 41. Cic. Diuin. in Caec. 3 Rogare et orare, ne illos ſupplices adſpernarer, quos me incolumi nemini ſupplices eſſe oporteret. Idem Fam. 13, 67 Te oro atque rogo, vt eum et in reliquiis veteris negotiationis colligendis iuues. Ac te illud primum rogabo, ne quid, *etc.* Cic. Fam. 13, 1. Ter. Heaut. 2, 3, 64 Vbi dicimus rediſſe te, et rogare vti veniret ad te mulier, *etc.* Cic. Qu. Fratr. 1, 2, 3 Hoc te ita rogo, vt maiore ſtudio rogare non poſſim. Voce ſupplice rogare Ouid. Met. 6, 33. Blande et Concinne Cic. pro Roſc. Com. 49 c. 16. Concinne rogare, *vid.* CONCINNE, *in* CONCINNVS. Impudenter rogare, et impudentiſſime poſtulare, *vid.* IMPVDENS. Leuiter rogare Senec. de Benef. 1, 1. Miſerabiliter rogare Sen. de Benef. 2, 14. Cic. Att. 1, 17 Iam illud moleſte rogo, quod maxime cupio, vt quam primum venias. Moleſte. *i. Cum moleſtia tua.* Nominatim rogare, *vid. h. v.* Te Penitus rogo Cic. Fam. 16, 8. Idem Verr. 5, 58 Quo tempore in tanta inopia nauium tantaque calamitate prouinciae, etiam ſi precario eſſent rogandi, tamen ab iis impetraretur. Suppliciter rogare deos Ouid. ex Pont. 1, 10, 44. Occidere aliquem rogando Hor. Epod. 14, 5. *i. Moleſtum eſſe, et inſtare ſemper rogando.* Omittere rogare, *vid.* OMITTO. ¶ 2 *Vt diximus,* Rogare, *ſpeciatim eſt petere vtendum* Cic. Verr. 4, 12 c. 6 *extr.* Profecto hinc natum eſt, Malo emere, quam rogare. Rogare vtendum Cato c. 5. Mutuum aliquem rogare, *vid.* MVTVVS. Gell. 13, 20 Crepidarium cultellum rogauit a crepidario ſutore. Plaut. Aſin. 4, 1, 33 Spectandum ne cui annulum det, neque roget. Pecuniam mutuam aliquem rogare Celſ. in l. Si me D. Si certum petatur. Cic. Verr. 4, 41 Mittit rogatum vaſa ea, quae pulcherrima apud illum viderat, ait ſe ſuis celatoribus velle oſtendere. ¶ 3 *Prima notio videtur* [ἐρωτᾷν] *Interrogare.* Plaut. Amphit. 2, 2, 76 Alcumena vnum rogare te volo. AL. quiduis roga. Rogabit me, vbi fuerim Ter. Adelph. 4, 1, 11. *al.* rogitabit. Rogaui, perueniſſentne Agrigentum: dixit perueniſſe, quemadmodum reuertiſſent Cic. Verr. 4, 123. Plaut. Perſ. 4, 4, 90 Iam de iſtoc rogare omitte: non vides, nolle eam loqui? Cic. in Vatin. 10 Tum reſpondeto ad ea, quae de te ipſo rogaro. Roget quis. *Modus eſt loquendi, et veluti quaedam dilutio eorum, quae obiici poſſent:* Ter. Eun. 3, 3, 5 Roget quis, quid tibi cum illa? *Eſt modi potentialis, Poſſit aliquis rogare. Add.* Non. 4, 397. ¶ 4 *Comitiorum verbum eſt.* Feſtus, Rogat, eſt Conſulit populum, vel petit ab eo, vt id ſciſcat, quod ferat. Vnde nos quoque in conſuetudine habemus pro Petere et orare. Cato in diſſuaſione, ne lex Baebia derogaretur, ait, Hoc potius agam, quod hic rogat. *Haec ille.* Vti rogas, *quo ſenſu dici ſoleret, hinc intelliges.* Cic. Att. 1, 14 Quum dies veniſſet rogationi ex Senatusconſulto ferendae, concurſabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinae, duce filiola Curionis: et populum, vt antiquaret, rogabant. Piſo autem Conſul lator rogationis, idem erat diſſuaſor, operae Clodianae pontes occuparant: tabellae miniſtrabantur, ita vt nulla daretur, Vti rogas. Hic tibi Roſtra Cato aduolat, *etc. Nempe quum populus in campum Martium conuenerat, vti rogationem aliquam aut acciperet, aut antiquaret: tabellae ſingulis binae dabantur, diuerſe inſcriptae: altera ſic,* V. R. *h. e.* Vti Rogas: *qua ſignificabant, ſe rogationem accipere, et velle, vti rogaſſet is, qui rogationem tuliſſet: altera, cum litera A, quae erat* antiquatae, *id eſt ſublatae rogationis nota.* Liu. 10, 8 *extr.* Ego hanc legem, Quirites, quod bonum, fauſtum, felixque ſit vobis ac Reipublicae, vti rogas, iubendam cenſeo. *Vid. Drakenborch.* Idem 33, 25 Ea rogatio in Capitolio ad plebem lata eſt, omnes quinque et triginta tribus, vti rogatae, iuſſerunt. Idem 30, 43 Tum — Tribuni pl. ad populum tulerunt, Vellent iuberentne ſenatum decernere, vt cum Karthaginienſibus pax fieret — De pace, Vti rogaſſent, omnes tribus iuſſerunt. Idem 31, 8 *pr.* Ab hac oratione in ſuffragium miſſi, vti rogarat, bellum iuſſerunt. *Vid. hic Gron.* Id. 38, 54 Omnes tribus, vti rogaſſet, iuſſerunt. *Hinc* Legem rogare, *interdum idem eſt, quod legem ferre.* Gell. 2, 24 Lex deinde Licinia rogata eſt. Cic. Philipp. 2, 72 Ego leges pernicioſas rogaui. Idem de Legib. 2, 23 Et ſi quae forte a me hodie rogabuntur, quae non ſint in noſtra Republ. nec fuerint, tamen erant fere in more maiorum, qui tum vt lex valebat. *Conf.* ABROGO, ARROGO, DEROGO, IRROGO, OBROGO, PRAEROGATIVA: *quae omnia ad hanc comitialem rationem pertinent. Sic* Magiſtratum aliquem rogare, *eſt Rogatis ſuffragiis creare.* Cic. Att. 9, 9 Id aſſequitur, ſi per Praetores Conſules creantur. Nos autem in libris habemus non modo Conſules a Praetore, ſed ne Praetores quidem creari ius eſſe, idque factum eſſe nunquam: Conſules, eo non eſſe ius, quod maius imperium a minore rogari non ſit ius: Praetores autem, quum ita rogentur, vt collegae Conſulum ſint, quorum eſt maius imperium. Gell. 13, 15 *ex Meſſalae auguris libro,* Praetor etſi collega conſulis eſt, neque Praetorem neque Conſulem iure rogare poteſt — quia imperium minus Praetor, maius habet Conſul; et a minori imperio maius aut maior collega iure rogari non poteſt. Nos his temporibus Praetores Praetore creante, veterum auctoritatem ſumus ſecuti, neque iis comitiis in auſpicio fuimus. Cic.

de

de Diuin. 1, 33 Comitia Conſulibus rogandis habuit. Liuius 6 *in fine* Factum Senatusconſultum, vt duo viros Aediles ex patribus Dictator populum rogaret. Cic. de Legib. 3, 10 Tribunisque quos ſibi plebes rogaſſit, ius eſto cum patribus agendi. *Verba ſunt XII Tabul.* Rogaſſit, *id eſt Creauerit.* *Eadem ſententia* Prouincia Piſoni rogata eſt Cic. pro Sext. c. 24. *Sed* ¶ 5 Militem ſacramento rogare Liu. 35, 2. *eſt idem fere, quod* ſacramento adſtringere *vel* obligare. *Nempe etiam qui* iurare *vel* coniurare *potius cogit milites (vid.* CONIVRO) *ille rogat,* velintne apud ſigna manere, iniuſſu imperatoris non diſcedere *etc.* *Sic* Liu. 32, 26 Cum quinque legatis profectus, obuios in agris ſacramento rogatos, arma capere et ſequi cogebat. Caeſar Bell. Gall. 6, 1 Ab Cn. Pompeio PROCOS. petit, vt — quos ex Ciſalpina Gallia Conſulis ſacramento rogauiſſet, ad ſigna conuenire, et ad ſe proficiſci iuberet. *Videtur leg.* Conſul is, *i. quos ille, Pompeius,* Conſul *cum eſſet, collegerat.* ¶ 6 Sententiam rogare, *in ſenatu* Conſul, *vel illo impedito aut nolente, Praetor ſolet : qua de re audiamus* Gell. 4, 10 Ante legem, quae nunc de Senatu habendo obſeruatur, ordo rogandi ſententias varius fuit. Alias primus rogabatur, qui a Cenſore princeps in Senatum lectus fuerat, alias qui deſignati COSS. erant: quidam Conſulum ſtudio aut neceſſitudine aliqua adducti, quem iis viſum erat, honoris gratia extra ordinem ſententiam primum rogabant. Obſeruatum tamen eſt, quum extra ordinem fieret, ne quis quemquam ex alio quam ex conſulari loco ſententiam primum rogaret. C. Caeſar in conſulatu, quem cum Bibulo geſſit, quatuor ſolos extra ordinem ſententiam rogaſſe dicitur : ex iis quatuor principem rogabat M. Craſſum ; ſed poſtquam filiam Cn. Pompeio deſponderat, primum coeperat Pompeium rogare *etc.* *Sunt enim et alia ibi, quae ad ſententiae rogandae rationem pertinent.* *Conf. etiam* 14, 7. *Videtur Ciceroni proximo a Conſulatu ſuo anno hic eſſe honos habitus, vt primus rogaretur ſententiam, credo, ob recens meritum oppreſſae coniurationis.* *Sed de anno, qui hunc ſecutus eſt, ipſe ad* Att. 1, 13 Primum ergo ſcito, primum me non eſſe rogatum ſententiam, praepoſitumque eſſe nobis pacificatorem Allobrogum, idque admurmurante *(indignationem aliquam ſignificante)* ſenatu, neque me inuito, eſſe factum. Sum enim et ab obſeruando *(propter talem honorem)* homine peruerſo *(Piſone Conſule)* liber, et ad dignitatem in Rep. retinendam contra illius voluntatem ſolutus : et ille ſecundus *(quem illi tributum tamen, hinc intelligitur)* in dicendo locus habet auctoritatem paene — principis, et voluntatem non nimis deuinctam beneficio conſulis. Tertius eſt Catulus, quartus, ſi etiam hoc quaeris, Hortenſius. *Et Catulus et Hortenſius diu ante Ciceronem Conſules fuerant.* Quinctil. 6, 3, 97 Cicero — in eum, qui, cum antea ſtultiſſimus eſſet habitus, poſt acceptam hereditatem primus ſententiam rogabatur, *(dixit verbis noti tum verſiculi ex parte mutatis)* Cuius *hereditas* eſt, quam vocant ſapientiam ; pro illo, *facultas* eſt. *Caeterum vter Conſul rogaret ſententias, i. ſenatum haberet, illud varia ratione iudicari poterat : qui prior renunciatus eſſet, qui illo die faſces haberet, comparare inter ſe potuerunt, etc.* ¶ 7 *Peculiare eſt* Cic. pro Flacco 30 c. 13 Nos hic in mare ſuperum et inferum ſeſtertiûm ter et quadragies rogabamus. *Recte in Claui Erneſtus aut* rogabamus *intelligendum vidit* erogabamus, *aut ſic legendum etiam.*

ROGANS, antis. Partic. [δεόμενος] *Vt,* Veniam dare roganti Ouid. Met. 6, 33. Animi ficta grauitate rogantes Idem ibid. 7, 308. Facilis rogantibus Ouid. Amor. 2, 3, 5. Partes rogantis agere Id. Faſt. 6, 70. Verba rogantia Ouid. Epiſt. 20, 93. Voce rogante flectitur iratus deus Idem de Arte Am. 1, 442.

ROGANDVS, a, um. Partic. [δεητέος] Ouid. Triſt. 3, 8, 20 Tunc quoque ſollicita mente rogandus erit. Cic. de Diuin. 1, 53 Qui quum tabernaculum vitio cepiſſet imprudens, quod inauſpicato pomarium transgreſſus eſſet, comitia Conſulibus rogandis habuit. Liu. 38, 42 Comitia conſulibus rogandis fuerunt ad XII Calend Mart. Creati Conſules M. Aemilius Lepidus, C. Flaminius. *i. Creandis. Vid.* ROGO n. 3.

ROGĀTVS, a, um. Partic. [ἐρωτηθεὶς] *Vt,* Cic. de Amic. 2, 9 c. 11 Aeque nefas ſit tale aliquid facere rogatum, et rogare. *Sic* Rogatus ſententiam in Conſulatu Plin. 7, 48. Cic. Verr. 1, 113 Erat in conſilio etiam aequiſſimus iudex, ipſe Verres : erant nonnulli rogati creditores Graecorum, quibus ad exigendas pecunias improbiſſimi cuiusque legati plurimum prodeſt gratia. *Emendatiora exemplaria legunt* Togati. Leges rogatas rumpere Plaut. Curc. 4, 2, 24. *Conf.* Gell. 10, 20. Puellae gaudent eſſe rogatae Ouid. de Arte Am. 1, 345.

ROGĀTVS, ûs. m. [ἀξίωσις] Cic. de Nat. Deor. 1, 15 c. 7 Nam quum feriis Latinis ad eum ipſius rogatu accerſituque veniſſem, offendi eum ſedentem in exhedra. Impetrauit rogatu meo Cic. Fam. 13, 36 (37). Non reſpondere ad rogatum, *Ad interrogationem* Cic. pro Flac. 10 c. 4. Venire ad aliquem ipſius rogatu Cic. de Nat. Deor. 2, 15.

ROGATIO, ōnis. f. [δέησις, δέημα, λιτανεία] *Interrogatio.* Rogationis *etiam nomine continetur Lex, plebiſcitum, priuilegium in quantum* rogantur *in Comitiis, vid.* ROGO n. 3. Suet. Caeſ. c. 5 Reditum in ciuitatem rogatione Plotia confecit. *i. Lege a Plotio lata.* *Non ſatis accurate, certe praeter conſuetudinem aliorum.* Feſtus, Rogatio ea dicitur, quum populus conſulitur de vno, pluribusue hominibus, quod non ad omnes pertineat : et de vna pluribusue rebus, de quibus non omnibus ſanciatur. Nam quod in omnes homines resue populus ſciuit, lex appellatur. Itaque Gallus Aelius ait, Inter legem et rogationem hoc intereſt, rogatio eſt genus legis : quae lex non continuo eſt, ea rogatio eſt : non poteſt non eſſe lex, ſi modo iuſtis comitiis rogata eſt. Haec Feſtus. *Qualis hodie eſt.* *Emendatiora ſunt* Gell. 10, 20. *Cum dixiſſet de* Lege *et* Plebiſcito, *addit,* Sed totius huius rei — caput ipſum et origo, et quaſi fons, rogatio eſt. Iſta enim omnia vocabula cenſentur rogationis principali genere et nomine continenturque. Nam niſi populus aut plebes rogetur, nullum plebis aut populi iuſſum fieri poteſt *etc.* *Si quid ergo diſtinguere placet, eſt illud, quod videtur voluiſſe Aelius Gallus, quod* Rogatio *vocatur etiam, ante quam accipiatur a populo, quo facto,* Lex *fit.* *Sed neque hoc ſeruatur ab antiquis diſcrimen.* Cic. de Finib. 4, 77 Et eadem imbecillitate et conſtantia L. Tubulum fuiſſe, qua illum, cuius condemnatus eſt rogatione, P. Scaeuolam. Cic. in Brut. 89 de C. Galba : Rogatione Manilia, Iugurthinae coniurationis inuidia, oppreſſus eſt. *Paullo poſt,* Inuidioſa lege Manilia quaeſtione C. Galbam Gracchani iudices ſuſtulerunt. Rogationes et plebiſcita Quinctil. 2, 14. Cic. Att. 1, 14 Vt Conſules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam, *vid.* ACCIPIO. Ferre rogationem ad populum Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 1. Cic. Qu. Fratr. 2, 2 Sed tamen ſuſpicor per vim rogationem Caninium perlaturum. Tribuniciae rogationes Cic. poſt Red. ad Quir. 10 c. 4. Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie Cic. pro Sext. 25 c. 10. ¶ 2 Rogatio, *pro Supplicatione, et prece.* Valer. Max. 6, 4, 4 *de Publio Rutilio,* Quum amici cuiusdam iniuſtae rogationi reſiſteret, atque is per ſummam indignationem dixiſſet, Quid ergo, inquit, mihi opus eſt amicitia tua, ſi quod rogo, non facis ? reſpondit, Immo quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſte facturus ſum ? *Sic* Alicuius rogatione aliquem diligere Cic. Qu. Fratr. 3, 1. Rogatio et huic finitima percontatio Cic. de Orat. 3, 201 c. 53. Idem Off. 3, 44 c. 10 Itaque praeclarum a maioribus morem accepimus rogandi iudicis, (ſi eum teneremus) quae ſalua fide facere poſſit. Haec rogatio iudicis ad ea pertinet, quae paullo ante dixi, honeſte amico a iudice poſſe concedi. *Parentheſis illa continet querelam de moribus ſaeculi, quam tentare non debebat vir hic nimis bonus Graeuius.*

ROGATIVNCVLA, ae. f. Dimin. [δεημάτιον] Cic. pro Domo 51 c. 20 Te meam domum conſecraſſe, te monimentum feciſſe, in meis aedibus te ſignum dedicaſſe, eaque te ex vna rogatiuncula feciſſe. *Conf.* de Fin. 1, 39 c. 11.

ROGĀTOR, ōris. m. [αἰτητὴρ] *Vt,* Rogator comitiorum, *qui ea habet, populumque rogat.* Cic. de Diuin. 1, 33 Qui recentibus comitiis in Senatum introducti negauerunt iuſtum comitiorum rogatorem fuiſſe. *Sed etiam* Rogatores *illi, qui in centuria aliqua rogabant ſuffragia, et renunciabant Magiſtratui comitia habenti.* *De his* Cic. poſt Red. in Sen. 28 c. 11 *cum dixiſſet de Lentulo COS., qui comitia, quibus reuocatus fuit, habuit, addit,* Quando tantam frequentiam in campo, — quando illa dignitate rogatores, diribitores, cuſtodesque vidiſtis. *Vtrumque genus memoratur* de Nat. Deor. 2, 11 c. 4 Atqui et noſtrorum Augurum, et Etruſcorum, et haruſpicum diſciplinam P. Scipione C. Figulo COSS. res ipſa probauit. Quos cum Ti. Gracchus conſul iterum recrearet, primus rogatorum *(al.* rogator, *eadem ſententia),* vt eos *(Conſules, ſine dubio, modo dictos)* retulit, ibidem eſt repente mortuus. Gracchus cum comitia nihilo ſecius peregiſſet, remque illam in religionem populo veniſſe ſentiret, ad ſenatum retulit. Senatus, quos ad ſoleret, referendum cenſuit. Haruſpices introducti reſponderunt, non fuiſſe iuſtum comitiorum rogatorem. Tum Gracchus incenſus ira, Itane vero ? ego non iuſtus, qui et conſul rogaui, et augur, et auſpicato? *etc. poſt enim narrat, vt ſententiam mutarit Gracchus.* *Hoc maneat,* Rogator *eſt hic ipſe conſul, qui habet comitia.* *Sunt et* rogatores *alii, qui centuriarum ſuffragia* rogant *et referunt.* *Dubitationem omnem duplicis huius ſignificationis eximit ipſe* Cic. de Diuin. 2, 74 *ſq.* c. 35 *in eiusdem rei commemoratione,* At haruſpices diuini : quos cum Ti. Gracchus propter mortem repentinam eius, qui in praerogatiua referenda ſubito concidiſſet, in ſenatum introduxiſſet, non iuſtum rogatorem fuiſſe dixerunt. Primum vide, ne in eum dixerint, qui rogator centuriae fuiſſet : is enim erat mortuus. *Quidquid ſit de ratiocinatione, illud quidem apparet,* Rogatorem centuriae *eſſe,* qui praerogatiuam centuriam *(rogauit, et eius ſuffragium)* retulit. *Talis* rogator *poſterioris generis fuit* Maluginenſis ille Scipio, *de quo* Cic. de Orat. 2, 260 c. 64 Cum ex centuria ſua *(cuius adeo* rogator *eſſet)* renunciaret *(T. Manlium)* Acidinum conſulem, praecoque dixiſſet, Dic de L. Manlio : *(ille non reſpondit, quod ad rem hanc pertinebat, ſed, quod nemo hic exſpectabat)* Virum bonum, egregiumque ciuem eſſe arbitror. ¶ 2 Rogator, *mendicus.* Plaut. . . . Vt rogator oſtiatim petam panem? Cic. Att. 16, 16 Quamquam haec epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris. Baianos ſedet ad lacus rogator Martial. 4, 30. *Add.* 10, 5 Inter raucos vltimus rogatores.

ROGATORIVS, a, um. Adi. *Vt,* Rogatoriae literae Alcuin. de Diu. Offic.

ROGATVRA, ae. f. Gloſſ. Gr. Lat. ἀσπασμὸς, Rogatura.

ROGATRIX, icis. f. Sidon.

ROGĀMEN, ĭnis. n. Gloſſ. Gr. Lat. δέημα, Rogamen.

ROGAMENTVM, i. n. *Idem.* [πεῦσις Gloſſ. Gr. Lat.] *Sed* Apul de Syllog. Categ. p. 29 *eſt* Axioma. p. 31 Rogamentum proponere, *i propoſitionem categoricam.*

ROGĬTO, āre. Frequent. [ἀξιῶμαι] *Saepe rogare. Precari* Ter. Eun. 2, 2, 35 Sed ego ceſſo ad Thaidem hanc deducere, et rogitare ad coenam vt veniat. *Citatur etiam, adſcripto* Plin. . . . *neſcio vnde,* Patrem adit, rogitat vt ſui miſereatur. Rogitare, *Sciſcitari.* Ter. Andr. 1, 2, 57 Rogitabam, heus puer, dic ſodes, quis heri Chriſidem habuit ? Idem Adelph. 1, 2, 2 Rogitas me, vbi nobis Aeſchinus ſiet, quid triſtis ego ſim ? In rogitando moleſtus Cic. Fam. 13, 1. Plaut. Aul. 2, 8, 3 Venio ad macellum, rogito piſces, indicant caros. Prop. 1, 8, 23 Nec me deficiet nautas rogitare citatos, Dicite, quo portu clauſa puella mea eſt. Rogitare ſuper aliquo, *de aliquo interrogare* Virg Aen. 1, 754.

ROGITATIO, ōnis. f. [ψήφισμα, νομοθεσία] *Lex, plebiſcitum.* Plaut. Curc. 4, 2, 23 Rogitationes plurimas propter vos populus ſciuit.

ROGITATOR, ōris. m. Auguſtin.

ROGVS, i. m. [πυρὰ] *Strues lignorum ad cremanda cadauera.* Plaut. Men. 1, 2, 44 Age ſane igitur quando aequum oras, quam mox incendo rogum. Cic. de Finib. 3, 76 f. *extr.* Nam ſi beatus vnquam fuiſſet, beatam vitam vsque ad illum a Cyro exſtructum rogum protuliſſet. Quinctil. Decl. 6 Refertur rogus, *hoc eſt, lignum cremando cadaueri aduectum refertur domum.* Auidi rogi Ouid. de Rem. Amor. 38. Flagrans Senec. Herc. fur. f. 1. Idem Octau. f. 6 Laceroque ſeni violenta rogos nata negauit. Ouid. Faſt. 4, 856 Vltima Plorato ſubdita flamma rogo eſt. Tepidi Idem Epiſt. 6, 90. Triſtis Lucan. 8, 762. Accendere rogum Id. 9, 55. Cic. de Diuin. 1, 47 c. 23 Siquidem ad mortem proficiſcens Calanus Indus, quum aſcenderet in rogum ardentem, O praeclarum diſceſſum, inquit, e vita, quum (vt Herculi contigit) mortali corpore cremato, in lucem animus exceſſerit! Conſumtus rogis crematus Ouid. Epiſt. 7, 193. Dare corpus plebeio rogo Ouid. in Ibin 154. Exſtruere rogum Lucan. 6, 825. Imponere aliquem in rogum Cic. Tuſc. 1, 85 c. 35. Impoſiti rogis iuuenes Virg. Georg. 4, 477. Proſequi vsque ad rogum Cic. pro Quint. 99 c. 31. Rogum etiam Neutro genere dicitur, *vt auctor eſt* Nonius 3, 186 Afran. Epiſtola, Pulchre hoc incendi rogum, ardet, tenetur, hoc ſepulcro ſepeli licet.

ROGĀLIS, e. Adi. [ὁ τῆς πυρᾶς] *Vt,* Ignis rogalis Stat. Theb. 1, 112. Flammae rogales Ouid. Amor. 3, 9, 41. Deformior Cadauere rogali Sidon. Epiſt. 3, 13. *Conf.* ibid. ep. 3.

ROGARIVS, i. m. *Qui rogum curat, corpus comburit.* Gloſſ. Gr. Lat. νεκροκαύστης, Rogarius, buſtuarius.

ROMA, ae. f. [Ῥώμη] *Orbis aliquando caput, et ampliſſimi impe-i domicilium,* Quo tandem narrari debet opere? *dixit de ea* Plin. 37, ſ. 6. *Operis ſane magni et multorum voluminum fuerit de ea agere. d nos pauca, quae ad ipſam quodammodo linguam pertinent, pro noſtri -eris ratione ponimus. Nomen Graecum* Ῥώμη *Latine extulere quidam* alentiam. *Hinc* Solin. 1 *pr.* Sunt qui videri velint, Romae voca-ılum ab Euandro primum datum, cum oppidum ibi offendiſſet, quod ıſtructum antea Valentiam dixerat iuuentus Latina, ſeruataque ſigni-ıatione impoſiti prius nominis Romam Graece Valentiam nomina-m. *Haec ille. vid. Salmaſ. p. 5 ſq.* *Sed* Plin. 3, 5 Romae nomen ;erum dicere arcanis caerimoniarum nefas habetur, optimaque et ſalu-ıri fide abolitum enunciauit Valerius Soranus, luitque mox poenas. *Id.* Seru. *ad* Aen. 1, 276 Romulus — Romanosque ſuo de nomine (cet. Macrob. 3, 9 Romani et Deum, in cuius tutela vrbs Roma ı, vt ipſius vrbis Latinum nomen ignotum eſſe voluerunt *etc. ne euo-ci poſſet Deus. Vid.* EVOCATIO. *Alii mulieris nomen dicunt* Ro-ım *Troianae, quae nupta Latino, Aboriginum regi, Romulum et Remum* ɟerit, *apud Dionyſ. Halic. lib. 1.* Plin. 3, 4 *habet deſcriptionem* ı*bis, qualis ea aetate erat. v. g.* Vrbem tris portas habentem Ro-ılus reliquit, aut quatuor — complexa montes ſeptem, ipſa di-ıditur in regiones quatuordecim — Exſpatiantia (*vltra moenia et* ɟ*tas*) tecta multas addidere vrbes. *De magnitudine vid. Lipſius pe-c. libro. Iſ. Voſſ. Obſeruatt. c. 1 - 7 etc. Nam origines, antiqui-tes, hiſtoriam, magnitudinem Romae aliis relinquimus. Hic nihil per-ſ et praeter illa elogia, quae ad facultatem loquendi et ſcribendi aliquid* c*ferunt. Quamquam haec etiam,* ſi pro materia dicantur, alterum cus, *vt de* Roma *ait* Mela 2, 4, 21 *h. e. peculiaris libri opus. Ante* -*guſtum Roma non tam aedificiis ſplendida erat, quam clara hominibus.* tc. de L. Agr. 2, 96 c. 35 Romam in montibus poſitam et conualli-ls, coenaculis ſublatam, atque ſuſpenſam, non optimis viis, anguſtiſ-ſiis ſemitis, prae ſua Capua, planiſſimo in loco explicata irridebunt a ue contemnent. *Et tamen* Cyneas *Pyrrhi legatus a domino ſuo* in-t rogatus *apud* Iuſtin. 18, 2 qualis Roma eſſet? reſpondit, Regum ıem ſibi viſam. *Caeterum* Auguſtus *teſte* Suet. c. 28 vrbem neque ɟ maieſtate imperii ornatam, et inundationibus incendiisque obno-ım, excoluit adeo, vt iure ſit gloriatus, Marmoream ſe relinquere, cam Latericiam accepiſſet. Tutam vero (*ab incendiis et inundatio-nıs*) quantum prouideri humana ratione potuit, etiam in poſterum ɟ eſtitit. *Haec omnia deinde perſequitur. Ab hoc igitur tempore potuit* ı *um videri ſplendidum* Claudiani *elogium* de ſecund. Conſ. Stilich. 131

Proxime Dis conſul, qui tantae proſpicis vrbi,
Qua nihil in terris complectitur altius aether:
Cuius nec ſpatium viſus, nec corda decorem,
Nec laudem vox vlla capit: quae luce metalli
Aemula vicinis faſtigia conſerit aſtris.
Quae ſeptem ſcopulis Zonas imitatur Olympi.
Armorum legumque parens: quae fundit in omnes
Imperium, primique dedit cunabula iuris *etc.*

S tem ſcopuli, *ſunt* ſeptem montes, *de quibus eodem libro 65*

— Septem circumſpice montes
Qui Solis radios auri fulgore laceſſunt,
Indutosque arcus ſpoliis, aequataque templa
Nubibus, et quidquid tanti ſtruxere triumphi.

ıos Roma Hor. Carm. 3, 5, 12. Aeterna *in monimentis dici coe-ſ ſub Antoninis, vid. Ez. Spanh. Diſſ. 3 p. 138.* Altae Romae moe-ı Virg. Aen. 1, 11. Arx omnium gentium Cic. Catil. 4, 11 c. 6. l gum ac nationum caeterarum pro Sulla 33 c. 11. Beata Horat. (m. 3, 29, 12. Bellatrix Ouid. Triſt. 2, 321. Caput orbis tarum Liu. 1, 16. *et* 21, 30. Caput rerum Tac. Hiſt. 2, 32, 5. -rrarum Dea gentiumque Roma, Cui par nihil, et nihil ſecundum ɟrt. 12, 8. Inter ſidereos Roma recepta polos Rutil. 1, 48. L ı, *templis culta. vid.* Tac. An. 4, 56. *et ibi Lipſ. Proſopographia* ı*us pulcherrima* Claud. de Conſ. Probin. et Olyb. 75 *ſqq. Vid. Spanh.* a *vſu et praeſt. num. Diſſ. 3 p. 138 ſq. et Diſſ. 13 p. 653.* Dardania (id. Met. 15, 431. Domicilium imperii et gloriae Cic. de Orat. 1, 105 c 3. *Add.* pro Sulla 33. Domina Roma, Dominans Hor. Carm. 4, 14, 4 *Sic* Virgil. *de Romanis ait,* Populum late regem Aen. 1, 25. Ferox Hor. Carm. 3, 3, 44. Lux orbis terrarum Cic. Cat. 4, 11 c. 6. Magna Martial. 12, 69. Martia Ouid. ad Liu. 246. Potens Hor. Eſt. 2, 1, 61. Princeps vrbium Idem Carm. 4, 3, 13. Pulcher-rıa rerum Virg. Georg. 2, 534. Regia Hor. Epiſt. 1, 7, 44. Regina Rutil. It. 1, 48. ¶ 2 Rome, ῥώμη, *Canis nomen* (um. 7, 12, 12.

ROMĀNVS, a, um. Adi. [Ῥωμαῖος] *Qui e Roma eſt, vel Romam* ı *bitat.* Romanus ſedendo vincit *Prouerbium, a Fabio forte Cuncta-t ortum* Varro R. R. 1, 2, 2. Domini rerum Romani Virgil. An. 1, 286. Achilles Romanus, *vid.* ACHILLES. Acer Virg. Gorg. 3, 346. Arces Idem ibid. 2, 172. Calendae Romanae Lamprid. Commodo 12. *i. Nouembres. Hunc enim menſem* Roma-rm *vocauerat Commodus, qui caeteris etiam nomina immutauit. Vid. Caubon. et Salmaſ. ad* Lamprid. l. c. c. 11 *praeſertim ex Dione* l. 72 p. 84. Gens Virg. Aen. 1, 37. Linguae Romanae facundia (id. ex Pont. 1, 2, 69. Menſis, *vid.* Calendae Romanae. Ore R mano profluit Graecia, *i. Homo Romanus Graece loquitur* Lucan. ad Pıon. 77. Populus Hor. Epiſt. 1, 1, 70. *et millies apud omnes.* Rmanam Portam vulgus appellat vbi ex epiſtylio defluit aqua. Qui l us ab antiquis appellari ſolitus eſt Statuae Cinciae, quod in eo fuit ſulcrum eius familiae. Sed porta Romana inſtituta eſt a Romulo iımo cliuo Victoriae, qui locus gradibus in quadram formatus eſt. E autem appellata Romana a Sabinis praecipue, quod ea proximus a tus erat Romam. *Haec* Feſtus. *Conf.* ROMANVLA. Poten-t Ouid. Met. 15, 877. Pubes Hor. Carm. 4, 4, 46. Sermo Cinctil. 2, 14. Tellus Virg. Aen. 4, 275. Vrbis Romanae cıditor Ouid. Met. 14, 849. Vincit Romanus ſedendo; Prouerb. i eos, qui tranquilli atque otioſi, tamen, quae volunt, efficiunt Varro d R. R. 1, 2 *pr.*

ROMĀNE. Adu. Gell. 13, 21 Haec Romane et ſeuere dixit.

ROMANĬCVS, a, um. Adi. [Ῥωμαϊκὸς] *Videtur epitheton ea-ɾn rerum, quae Romae elaborantur, certe venales ſunt.* Cato c. 135 Ara-t in terram validam Romanica bona erunt, in terram pullam Campa-ra, iuga Romanica optima erunt. *Sic* Romanicum oleum, *apud eun-c* 7, c. 152 in lege oleae pendentis.

ROMANENSIS, *ſ.* ROMANIENSIS, e. [Ῥωμανήσιος] *Qui a ı ortus, Romae verſatur.* Cato in l. de R. R. c. vlt. Salem Romanen-ſeı appellat, non Romae factum, ſed qui Romae vendebatur. Grut. Inſcript. p. 41 n. 7 PISTOR ROMANIENSIS. Tertull. de Praeſcript. 30 Romanenſis eccleſia, *quae Romae collecta erat, vt* Hi-ſpanienſis *exercitus.*

ROMANIA, ae. f. *Barbariae opponitur.* Fortunat. Carm. 6, 4, 7 Hinc cui barbaries, illinc Romania plaudit.

ROMANĪTAS, ātis. f. *pro Orbe, ſiue Imperio Romano, ponitur a* Tertull. de Pallio c. 4 *pr.*

ROMANVLA porta *teſte* Varrone l. 4 de L. L. in Palatino monte fuit, gradus habens in naualia ad Volupiae ſacellum.

ROMILIVS, a, um. *Gentis Romanae nomen: vnde* Romilia lex: *al.* Romuleia *v. v.* Tribus Romilia, *vid.* TRIBVS.

ROMIPETA, ae. c. *Qui Romam peregrinationem inſtituit* Sarisber. 6, 1.

ROMPHAEA, *vid.* RHOMPHAEA.

ROMVLA, *Arbor dicebatur, ſub qua Remus et Romulus pueri inuenti ſunt. Vid.* RVMINALIS.

ROMVLEIVS *vel* ROMVLIVS, a, um. *Gentis Romanae nomen, e qua ortum habere putabatur lex* Romuleia *vel* Romulia, de triumviris epulonum creandis: *quam exſculpunt ex* Liu. 33, 42 *pr. v. g. Manutius et Merula. Sed oſtendunt Sigonius, Gronouius, Drakenborchius illum* T. Romuleium *deberi librariis, qui illum ſaepiſſime inculcarint pro* Tr. Plebei. *Ergo nulla lex eſt ſecundum hos* Romilia, Romulia, Romuleia.

ROMVLENSIS, e. *Colonia Romanorum in Celtica Hiſpalenſium.* Plin. 3, 1 Et a laeua Hiſpalis colonia, cognomine Romulenſis.

ROMŬLVS, i. m. [Ῥωμύλος] *Martis et Iliae filius, frater Remi, primus rex Romanorum. Cuius et Remi fratris hiſtoriam ſic ſcribit* Seruius, Amulius et Numitor fratres fuerunt. Amulius fratrem imperio pepulit, et filium eius necauit: filiam vero eius Iliam, Veſtae ſacerdotem fecit, vt ſpem ſobolis auferret, a qua ſe puniri poſſe cognouerat. Hanc, vt multi dicunt, Mars compreſſit, vnde ſunt nati Remus et Romus, quos cum matre Amulius praecipitari iuſſit in Tiberim: tum, vt quidam dicunt, Iliam ſibi Anien fluuius fecit vxorem: vt alii, inter quos Horat. Tiberis: vnde ait (Carm. 1, 2, 17) Iliae dum ſe, — Vxorius amnis. Pueri vero expoſiti ſunt ad ripam vicinam: hos Fauſtulus reperit paſtor, cuius vxor erat nuper meretrix, Acca Laurentia, quae ſuſceptos aluit pueros. Hi poſtea auum ſuum Numitorem occiſo Amulio in regna reuocauerunt. quibus dum cum eo anguſtum Albae videretur imperium, receſſerunt, et captatis auguriis vrbem condiderunt. Sed Remus prior ſex vultures vidit, Romus poſtea duodecim: quae res poſtea bellum creauit, in quo exſtinctus eſt Remus: et a Romi nomine Romani appellati. Vt autem pro Romo, Romulus diceretur, blandimenti gratia factum eſt, quod gaudet diminutione. Quod autem a lupa dicuntur nutriti, fabuloſum figmentum eſt, ad celandam auctorum Romani generis turpitudinem: nec incongrue factum eſt: nam et meretrices lupas vocamus, vnde et lupanaria. Et conſtat hoc animal in tutela eſſe Martis. *Hactenus* Seruius *enarrans illud* Virg. Aen. 1, 274

— Donec regina ſacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem,
Inde lupae fuluo nutricis tegmine laetus
Romulus excipiet gentem, et Mauortia condet
Moenia, Romanosque ſuo de nomine dicet.

Caeterum hiſtoriam vel fabulam copioſius longe elegantiusque enarrat Liu. 1, 3 *ſq.* Romulus, Martis filius, educatusque a Lupa dicitur Quinctil. 3, 7. Romulus poſt exceſſum ſuum dixit Proculo Iulio, ſe Deum eſſe, et Quirinum vocari, templumque ſibi dedicari in eo loco iuſſit Cic. de Legib. 1, 3. *Narrat hiſtoriam vel fabulam* Liu. 1, 16. Mauortius Romulus Virg. Aen. 6, 778. ¶ 2 *Alius inter reges Albanos* Romulus Siluius, *de quo* Liu. 1, 3.

ROMVLĔVS, a, um. Poſſeſſiuum. [Ῥωμύλιος] *Vt,* Colles Romulei Ouid. Met. 14, 845. *i. Romani.* Virg. Aen. 8, 654 Romuleoque recens horrebat regia culmo. Enſe Romuleo cadit Amulius, *i. Enſe Romuli* Ouid. Faſt. 3, 67. Muri Romulei Sil. 7, 485. Vrbs Romulea Ouid. Met. 15, 625.

ROMŬLVS, a, um. Adi. pro Romuleus. *Vt,* Tellus Romula Virg. Aen. 6, 876. Gens Romula Hor. in Carm. ſaecul. 60.

ROMVLĬDAE, arum. m. [Ῥωμυλίδαι] *Dicti ſunt Romani a Romulo.* Perſ. Sat. 1, 31 Ecce inter pocula quaerunt Romulidae ſaturi quid dia poëmata narrent. Arx Romulidarum Lucret. 4, 687.

ROMPOTINVM, *vid.* RVMPOTINVM.

R O R *et* R O S

RORO, āre. *Vid.* ROS.

ROS, rōris. m. [δρόσος, ψεκὰς, ἔρση] *Humor, qui ſereno tempore, ſerena nocte, non gelu, neque ardoribus, neque ventis exiſtentibus, in plantis colligitur, ſ. lapſus ex aëre ſ. ex ipſis exhalatus.* Apuleius lib. de Mundo p. 61, 9 Ros nocturnus humor, quem ſerenitas tenuiter ſpargit. Rore aluntur cicadae Plin. 11, 26. Cic. de Diu. 1, 14 c. 8 Cum primum gelidos rores aurora remittit. Virg. Ecl. 8, 15 Cum ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt. Ouid. Faſt. 3, 880 Canuerint herbae rore recente quater. Virg. Georg. 2, 202 Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. Nocturni Plin. 21, 17 *ad finem.* Vitreoque madentia rore Tempora noctis eunt Ouid. Amor. 1, 6, 55. ¶ 2 *Pro quouis alio humore interdum* Ros *dicitur: vt de aqua luſtrali* Virg. Aen. 6, 230. Claud. ſext. Conſ. Honor. 326. *Sic* Ouid. Met. 3, 164 Fons ſonat a dextra — Hic Dea ſiluarum — ſolebat Virgineos artus liquido perfundere rore. *Sic* Virg. Georg. 4, 431 Rorem amarum *dixit de aqua marina.* Hor. Carm. 3, 4, 61 *de Apolline,* Qui rore puro Caſtaliae lauit Crines ſolutos. *De lacte* Cic. de Diuin. 1, 20 c. 12 *de lupa,* Quae paruos Mauortis ſemine natos Vberibus grauidis vitali rore rigabat. Ros genitalis Firmic. 2, 12. *de ſemine.* Obſceni ex virgine rores Sammon. 168. *i. vrina. Vid. hic Keuchen. et Burm. ad* Grat. 37. Sanguinei rores Sil. 14, 487. *Sanguis aqua marina miſtus.* Stillauit ſanguineis roribus arbor Lucan. 7, 837. *auibus carniuoris praedam de cadaueribus eo ferentibus.* Lacrimarum rore madidae coronae Ouid. Met. 14, 708. *Sic* Met. 10, 360 Tepido ſuffundit lumina rore. *De Aqua marina* Lucret. 4, 440 Nam quaecunque ſupra rorem ſalis edita pars eſt Remorum, recta'ſt, *etc.* Marino rore reſperſus Apul. Met. 11 p. 262. *de aqua marina.* Ros meri, *vinum* Sidon. Carm. 22, 25. ¶ 3 *Sed* Ros marinus, Ros maris, Ros terrae *planta odorata, vid.* ROSMARINVS. Ros Syriacus *non in recto ſolum caſu, vbi* facilis eſt *confuſio, ſed in obliquis etiam*

etiam paſſim inuenitur. *v. g.* Colum. 9, 13, 5 Vuae paſſae cum rore Syriaco, (*quidam libri* Sutorio : *vt ſit* rhus coriariorum) *it.* 12, 41, 4 Roris Syriaci tres heminae. *Sic* Pallad. Mar. 15, 1. *Vix videntur talia ſolis imputanda librariis, ſed conſuetudo ſaeculi paullatim pro* rhoë *Graeca introduxiſſe Latinum* rorem. *Vid. Lex. ruſt. h. v.* *In* rore Syriaco *criticam ſeueritatem cohibere* Ros marinus *vel maxime debet.*

RORĀLIS, e. Adi. Ouid. Faſt. 4, 28 *de luſtratione in ſacris*, Virgaque rorales laurea miſit aquas. *Alii legunt* Roratas. *Et ſic Burm.*

RORĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [δροσοφόρος] *Vt*, Aura rorifera Senec. Hippol. v. 11. Biga Lunae rorifera Stat. Theb. 1, 338. Vmbris roriferis terram nox obruit Lucret. 6, 864.

RORIFLVVS, a, um. *Vt*, Rorifluam ſectemur carmine lunam Vetus Poëta Catalect. 2 p. 239. edit. Scalig.

RORVLENTVS, a, um. Adi. [δροσερὸς, δροσώδης, πολύδροσος] *Plenum rore.* Columel. 5, 6 Cauendum, ne aut Septentrionalibus ventis, aut rorulentae, ſed ſiccae ferantur Vites. Idem 12, 38 Ne rorulentae Baccae legantur, cauendum. Terrae Acc. *ap.* Non. 4, 427. Vua Plin. 18, 31.

ROSCĬDVS, a, um. Adi. [δροσερὸς, ἑρσήεις] *Quod eſt rore conſperſum ;* vnde Nox roſcida, *rore humecta* Plin. 18, 28. *et* 2, 62. *it.* 3, 12 Roſcidis collibus. Antra roſcida Ouid. Faſt. 2, 332. Aurora Ouid. ad Liuiam 282. Sil. 15, 439. Gramina Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 104. Herba roſcida Varro de R. R. 2, 2. Iris Virg. Aen. 4, 700. *Phyſice, quia in nube rorulenta conſpicitur.* Mala roſcida, *matutino rore humecta* Virg. Ecl. 8, 37. Plin. 11, 11 Itaque tum prima aurora, folia arborum melle roſcida inueniuntur. Mella Virg. Ecl. 4, 30. Poma Propert. 2, 20, 36. Pruina roſcida foliis excuſſa Ouid. Faſt. 5, 215. Solum roſcidum Columel. 3, 2. Tellus roſcida Senec. Hippol. 1. *Conf.* Columel. 3, 1. *et* 7, 7. Pallad. Ian. 13.

ROSĬDVS, a, um. *Idem.* Columel. 5, 6, 10 Roſidum et nebuloſum ſolum. *Et* 3, 1, 6 Roſida caeli qualitas. *Et* Virgae roſidae 4, 30, 6.

RORĬDVS, a, um. *Idem.* Propert. 2, 23, 27. *Vid. ibi Brouckhuſ.*

RORARIVS, a, um. Adi. Rorarii milites dicebantur, Qui armatura leui praelium primi committebant : quod vt ante pluuias caelum rorare ſolet, ſic illi ante grauem armaturam qui prodibant, rorarii appellabantur, qui et ferentarii. *Haec* Feſtus. Liu. 8, 8 Primum vexillum Triarios ducebat, veteranum militem ſpectatae virtutis : ſecundum Rorarios, minoris roboris aetate factisque : tertium Accenſos, minimae fiduciae manum. Varro de L. L. 6, 3 Rorarii dicti a rore, qui bellum committebant ante, ideo quod ante rorat, quam pluit. *Eadem, et plura* Non. 18, 3. *Vid.* Plaut. Fragm. Friuolar. v. 4. Symmach. Ep. 8, 7. Vinum rorarium, Quod rorariis dabatur Feſtus. *Vid. Heinſ. ad* Sil. 1, 564. *Stewech. ad* Veget. 1, 20. *et Dalechamp. ad* Plin. 2, 60.

RORO, āre. [δροσίζω, ψεκάζω, ῥαίνω] *Humorem inſtar roris paullatim deſtillare.* Virg. Aen. 8, 645 — Et ſparſi rorabant ſanguine vepres. Columel. 11, 2, 45 IIII. Id. Iun. Delphinus veſpere exoritur : Fauonius : interdum rorat. *Et* 76 Idibus Octob. Nonnunquam rorat. Plin. 17, 10 Periculum tantum eo die eſt, ſi rorauerit quantulumcunque imbrem. *Conf.* Suet. Aug. c. 92. Sen Qu. Nat. 1, 6. Vndique dant ſaltus, multaque aſpergine rorant Ouid. Met. 3, 683. *de delphinis.* Oculi rorantur lacrimis Ouid. Epiſt. 15, 97. *i. Rigantur.* *Add.* Idem Met. 1, 267. Sil. 10, 263 Quum videt in ſcopulo rorantem ſaxa cruore, Toruoque obtutu labentem in Tartara Paullum.

RORANS, antis. Partic. [δροσίζων, ῥαντίζων] Lucret. 3, 470 Lacrimis rorantes ora, genasque. Antra rorantia fontibus Ouid. Met. 3, 177. Guttis Columel. 10, 287. Aſtra rorantia Virg. Aen. 3, 567. Capilli rorantes Ouid. Faſt. 4, 141. Rorantes ſanguine Criſtae Virg. Aen. 11, 9. Lacrimis rorantibus ſpargunt ora Lucret. 2, 976. Pocula minuta et rorantia Cic. de Senect. 46 c. 14. *in quibus minutae bullulae pellucidae ab infuſione ſurgunt, vt in generoſis quibusdam vinis fit. Galli* petiller *vocant.*

RORATVS, a, um. Partic. [ῥαντισθεὶς] Ouid. Faſt. 3, 357 Mollis erat tellus rorata mane pruina. Alii legunt Rorataque, *vt referatur ad* Tellus. Roſae roratae Ouid. ex Pont. 2, 1, 36. *Conf.* Idem Heroid. 19, 124.

RORATIO, ōnis. f. [ῥαντισμὸς] *Morbus eſt vitium, quem vulgo* Colaturam *vocamus.* Plin. 17, 24 Siderationis genus eſt in vitibus defloreſcentibus roratio. Aut quum acini priusquam creſcant, decoquuntur in callum. *Theophraſtus lib. 4 de plantis, Roratio, inquit, fit, quum vitis defloreſcens irrorat. Fit autem id genus affectionis, quum acini defluunt : et qui remanent, paruuli ſunt. Propter hoc vitium* Floralia, *ab antiquis inſtituta ſunt.* Plin. 18, 29 Floralia quarto Cal. Maii inſtituerunt, anno vrbis quingenteſimo ſextodecimo ex oraculis Sibyllae : vt omnia bene defloreſcerent, Roratio, *generatim Roris diſtillatio. vt,* Nocturnae rorationes Apul. Met. 9 p. 232.

RORAMENTVM, i. n. Capitolin. in Vero 10 Capiti auri roramenta reſpergere. *Alii* Ramenta, *quod merito praeferunt Caſaub. et Salmaſ.*

RORESCO, ĕre. [δροσίζομαι] *Rore adſpergi. Vox dubiae auctoritatis.* Plin. 18. 34 *fin.* Aquilonem praenunciat terra ſicceſcens, ſed roreſcens repente, *etc.* *Sic leg. in veteri edit. A. D. 1491. ſed hodierna exemplaria omittunt voces,* Sed roreſcens. *Conf. Dalechamp. Not.* Ouid. Met. 15, 245 — Reſolutaque tellus In liquidas roreſcit aquas. *al.* Rareſcit, *quam lectionem recepit Robertus Stephanus. Vid.* RARESCO. *Heinſ. et Burm.* Roreſcit *ex MSS.*

RŎSA, ae. f. [ῥόδον] *Flos e ſpina naſcens, cui ῥόδος Graecum nomen eſt.* Plin. 21, 4 Roſa naſcitur ſpina verius quam frutice, in rubo quoque proueniens, illic etiam iucundi odoris, quamuis anguſti. Germinat omnis primo incluſa granoſo cortice : quo mox intumeſcente, et in virides alabaſtros faſtigiato, paullatim rubeſcens dehiſcit ac ſe ſe pandit, in calicis medio ſui ſtantes complexa luteos apices. *Vid.* Epigr. Flori *editum a Salmaſ. ad Spartian. Adrian. 16 p. 155 Hack.*

Venerunt aliquando roſae. Proh veris amoeni
Ingenium ! vna dies oſtendit *Spicula* florum,
Altera *Pyramidas*, *nodo* maiore tumentes,
Tertia iam *calathos*, totum lux quarta peregit
Floris opus. Pereunt hodie, niſi mane legantur.

Spicula *igitur gemmae ſunt tenuiſſimae adhuc et acutiſſimae,* pyramides *maiores, et ima parte craſſiores,* calathi *iam ſupra tument inferiore parte anguſtiore, explicantibus ſe iam et intra dehiſcentem calicem latiora ſibi ſpatia quaerentibus foliis.* Cic. Verr. 5, 27 Sed quum roſam viderat, tunc incipere Ver arbitrabatur. Contemnunt ſpinam, cum cecidere roſae Ouid. Faſt. 5, 354. Roſae virgines Apul. Met. 3 *extr.* p. 142. Quam longa vna dies, Aetas tam longa roſarum, Quas Pubeſcentes iuncta ſenecta premit Auſon. Eid. 14. Flos roſarum Hor. Carm. 3, 29, 3. Roſae luteus flos Scribon. 61. Atria plena roſarum Ouid. Met. 2, 113. Albentes roſae Idem de Arte Am. 3, 182. Amoenae Hor. Carm. 2, 3, 14. Arentes Virg. Georg. 4, 268. Confuſa rubore, *vid.* CONFVNDO. Hibernae pretium ſic meruere roſae Martial. 4, 29, 4. *Conf.* Flor. 2, 8, 9. Mamert. Paneg. Iuliani c. 11. Pacat. Paneg. Theod. c. 14. Plena nimium pudoris roſa, Nimium rubra Columel. 10, 102. Punicea Hor. Carm. 4, 10, 4. Sera Idem ibid. 1, 38, 3. Siluatica roſa, quam caninam quidam vocant Scribon 85. ¶ 2 *Verba :* Armat ſpina roſas, mella tegunt apes Claud. de Nupt. Hon. Alcaic. v. 108. Carpere roſam Virg. Georg. 4, 134. Deligere primam tenui vngue roſam Ouid. Epiſt. 4, 30. Dicere an tu me in viola putas aut in roſa ? Cic. Tuſc. 5, 73. Fulgent quale roſae inter ſua lilia miſtae Ouid. Amor. 2, 5, 37. Perlucidus puluinus Melitenſi roſa Farctus Cic. Verr 7, 17. Potans in roſa Thorius ad m. Fin. 2 c. 20. Redimiri ſertis et roſa Cic. Tuſc. 3, 43. Spargere roſas Hor. Carm. 3, 19, 22. ¶ 3 *Metaph.* Viuere in roſis, *i. Florere, et omni felicitate affluere.* Martial. 8, 77 — In aeterna viuere digne roſa. Roſam ſuam *vocat amicam amator apud* Plaut Aſin. 3, 3, 74. *blandiendi gratia.* ¶ 4 Roſa, *pro Oleo roſaceo.* Celſ. 8, 3 Neque alienum eſt inſtillare paullum roſae, vel lactis, quo magis lubrico circumagatur. Ibid. 4 Quod ſi membrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit roſa tepida. *Conf.* Idem 4, 5. *Sic ſaepiſſime* Scribon. *Conf Rhod.* Pota roſa 194.

ROSŬLA, ae. f. Dimin. Dracont. Hexaëm. v. 597 Qui roſulis ſtellare nemus vel floribus agros Imperat Autumni.

ROSEVS, a, um. Adi. [ῥόδινος] *Quod eſt coloris roſae.* Plin. 28, 19 Aſini a coitu ſpuma collecta roſeo panno, et incluſa argento, Venerem ſtimulat. Idem 14, 1 Hic purpureo lucent colore, illic fulgent roſeo. Ceruix roſea, *i. Pulchra,* Seruius, Virg. Aen. 1, 406 Conualles roſeae, *i. Florulentae, ſpecies pro genere* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 85. Dea roſea, *Aurora* Ouid. de Arte Am. 3, 84. Face roſea ſol infert lumina caelo Lucret. 5, 974. Genae roſeae Virg. Aen. 12, 606. Labella Catul. de Berecinth. ſ. 61, 74. Os roſeum Virg. Aen. 2, 593. Panno roſeo cooperire Pallad. 1, 35 Rubor Ouid. Amor. 3, 3, 5. Vinum Iſidor. Orig. 20, 3.

ROSACEVS, a, um. Adi. [ῥοδόεις] *Quod ex roſa factum eſt. vnde* Roſaceum oleum, quod ex roſis expreſſum eſt, quod Graeci Rhodinon vocant Plin. 20, 3. Oleum roſaceum Scribon. 227. 234. Plin. 21, 3 L. Fuluius argentarius, bello Punico ſecundo, cum corona roſacea interdiu e pergula ſua in forum proſpexiſſe dictus. Vnguentum Iſidor. 4, 12.

ROSACEVM, i. n. *ſubaud.* Oleum Plin. 21, 29. *et* 37, 3.

ROSARIVS, a, um. Adi. Abſorptio roſaria Suet. Neron. c. 27. *Vid.* ABSORPTIO *ſub* ABSORBEO.

ROSARIVS, i. m. ῥοδοπώλης Gloſſ. Lat. Gr. *Venditor roſarum.*

ROSARIVM, i. n. [ῥοδὼν] *Copiam fruticum ſignificat, vno loco roſas gignentium : vel Locum in quo ſunt huiusmodi frutices.* Plin. 21, 11 Roſaria a fauonio foſſa oportet eſſe, iterumque ſolſtitio. *Add.* Idem 18, 26. Columel. 11, 2, 29 Roſarium ſerotinum, perfoſſum et cultum habere iam tempus eſt. Amoena roſaria Ouid. Triſt. 5, 2, 23. *Conf* Ouid. Met. 15, 708. Virg. Georg. 4, 119. Martial. 12, 31. Suet. Neron. c. 27. Columel. praef. 1. Pallad. Febr. 21. *et* Nou. 11. Apul. Met. 4 p. 142.

ROSO, āre. Varro Attacin. Carm. de defectu lunae. *Hinc*

ROSĀTVS, a, um Partic. *Vt*, Propoma roſatum Pallad. Febr. 32. *it. abſolute, roſatum, de vino roſato,* Pallad. Iun. t. 13. *et* Octob. t. 15. *Vid.* Lamprid. Heliogab. 19 *et* 21. *et* Apic. 1, 1.

ROSĒTVM, i. n. [ῥοδωνιὰ] *Locus roſis conſitus.* Virg. Ecl. 5, 17 Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis. *Conf.* Tertull. de Pallio c. 2. *et* Pallad. 11, 11.

ROSVLENTVS, a, um. Adi. Mart. Capella lib. 1 p. 19 Roſulenti ſplendoris gratia. Floribus vt roſulenta putes prata pubeſcere Prudent. in Paſſ. Eulal. v. 199.

ROSEA, ae. f. *auctore* Feſto, Campus in agro Reatino appellatur, quia in eo arua rore humida ſemper feruntur. Varro de R. R. 1, 7 *extr.* Caeſar Vopiſcus Aedilicius, cauſam quum ageret apud Cenſores, campos Roſeae, Italiae dixit eſſe ſumen, in quo relicta pertica poſtridie non appareret propter herbam. *Ead.* Plin. 17, 4 *extr.* Lex Roſcia *laudatur* Hor. Epiſt. 1, 1, 62.

ROSEĀNVS, a, um. Adi. *Vt*, Roſeani equites Varro de R. R. 2, 7, 6.

ROSCIDVS, *vid.* ROS.

ROSCIA *gens Romae, e qua v. g.* Roſcius Otho, [Ῥώσκιος Ὄθων *Tribunus plebis legem tulit, vt Equitibus Romanis in theatro XIIII gradus proximi aſſignarentur, qui cenſum CCCC. HS. haberent. Vid.* Cic Att. 2, 1. Plin. 7, 30. *Ipſe* Cicero pro Muraen. 21 L. Otho vir fortis meus neceſſarius equeſtri ordini reſtituit non ſolum dignitatem, ſed etiam voluptatem. Roſcius Comoedus, *Ciceronis praeceptor in pronunciationis et geſtus exercitatione, eo praeſtantiae venit, vt perfectus in arte aliqua, in ſuo genere Roſcius dicatur, teſte* Cicerone de Orat 1, 130. *Hic a* Cicerone *defenſus eſt, oratione, quae exſtat ; in cauſa pecuniaria.* Doctus Roſcius Hor. Epiſt. 2, 1, 82. *Nobilis eſt etiam* Roſcius Amerinus, *in cauſa parricidii defenſus a Cicerone.*

ROSCIĀNVS, a, um. Adi. Roſciana imitatio Cic. de Orat. 2, 242

ROSEVS, *vid.* ROSA.

ROSIO, *vid.* RODO.

ROSMARĪNVM, i. n. *vel* ROSMARĪNVS, i. m. [λιβανωτὶς] *Frutex.* Plin. 19, 12 Libanotis odorem turis (*habet, quod eſt λιβανωτὸν*) — Libanotis, locis putridis et macris ac roſcidis ſeritur ſemine. Radicem habet oluſatri, nihil a ture differentem. Vſus eius poſt annum ſtomacho ſaluberrimus. Quidam eam nomine alio roſmarinum appellant. Dioſcorides 3, 89 Λιβανωτὶς ἣν Ῥωμαῖοι καλοῦσι ῥοσμαρῖνον, καὶ οἱ στεφανοπλόκοι χρῶνται. Plin. 24, 11 Eſt et Roſmarinum : duo genera eius, alterum ſterile, alterum, cui et caulis et ſemen reſinaceum, quod cachrys vocatur : foliis odor turis. Ros *illud an tractum ex Graecorum ῥοῦς, ῥοῦ, quam vocant* Rhus *vel* Rhois *etiam Latini ? Vid.* ROS n. 3. *Sed ſic etiam optima aetas.* Hor. Od. 3, 23, 15 Paruos coronantem marino Rore Deos, fragilique myrto. Ouid. Art.

rt. 3, 690 Ros maris, et lauri, nigraque myrtus olent. Roſmarini folia Scribon. 268. Rori marini radix ibid. 165. Roſmarini ſesquilibra Columel. 12, 36. Idem 9, 4, 2 Roſmarinus: *ſed* 6 Marinus ros. *conf.* Pallad. 1, 37, 1. *it.* Martial. 15, 1. Ros *terrae vocatur* Apul. de Herb. 79.

ROSTELLVM, *vid* ROSTRVM.

ROSTRVM, i. n. [ῥύγχος, ῥάμφος] *A rodendo dictum. Os nempe, quo aues cibum capiunt. Nec ſolum de auibus, ſed etiam de reliquis animalibus, et de ipſo homine interdum dicitur.* Cic. de Nat. Deor. 1, 102 c. 36 Procero corporeoque roſtro aues. Acumen roſtri, *vid.* ACVMEN *in* ACVO. Acies roſtri Plin. 11, 37. *de Hippopotamo.* Idem 8, 25 Roſtro reſimo, nuda et dentibus aprorum, *etc.* Arietis Varro R. R. 2, 2, 4. Idem 2, 3, 2 Duo enim genera caprarum, ſub roſtra duas vt mammulas penſiles habeant. Plin. 8, 40 Ventos et odorem captantes, prodentesque roſtro cubilia. *de canibus.* Ceruorum Idem 8, 32. Delphinorum Idem 9, 8. Draconum piſcium Idem 9, 27. Malleorum roſtrum Idem 34, 14. *i. Caput, ſ. Ferreum illud in malleis, quo proprie ad percutiendum vtimur.* Columel. 7, 9 Sues *vult eligi* Roſtris breuibus et reſupinis. Sus roſtro ſi humi, A literam impreſſerit, num propterea ſuſpicari potes, Andromacham Ennii ab ea poſſe deſcribi? Cic. de Diuin. 1, 23. *et* 2, 48. Teſtudinum piſcium Plin. 9, 10. Turſionum piſcium Idem 9, 9. Tragelaphorum Idem 8, 33. *Eminet roſtrum vt in parvo ſit haud diſſimile ſuillo.* Roſtrum *de Homine* Plaut. Men. 1, 1, 13

Quem tu aſſeruare recte, ne aufugiat, voles,
Eſca atque potione vinciri decet
Apud menſam plenam homini roſtrum deliges.

Petron. 75 p. 277 Vt celerius roſtrum barbatum haberem labra de lucerna vngebam, *vid.* Non. 6, 41. Vlpian. l. 17 § 9 de actionib. emti vend. Perſonas, ex quorum roſtris aqua ſalire ſolet. ¶ 2 *Epitheta, pleraque auium roſtris propria, niſi vbi monemus.* Acutum roſtrum, *vid.* ACVTVS *in* ACVO. Aptum rapinae Ouid. Faſt. 1, 153. Corneum, *vid.* CORNEVS *in* CORNV. Crepitante ipſa ſibi plaudat ciconiae roſtro Ouid. Met. 6, 97. Immodicum Idem ibid. 6, 673. Obuncum vulturis Virg. Aen. 6, 597. Pandum Ouid. Met. 14, 282. Nunc *canes* demiſſi nare ſagaci Captent auras, Altraque Preſſo quaerant roſtro Senec. Hippolyto v. 39. Nec creditur vlli ſilua cani, niſi qui Preſſo veſtigia roſtro Colligit Lucan. 4, 442. Ouid. Amor. 2, 6, 22 *de Pſittaco,* Tincta gerens rubro punica roſtra croco. Reduncum Ouid. Met. 12, 562. Rigidum Idem ibid. 6, 673. Contingere cibum terreſtrem roſtris facile Cic. de Nat. Deor. 2, 122. Occalleſcere oſque meum ſenſi pando roſtro Ouid. Met. 14, 282. Prominet immodicum pro longa cuſpide roſtrum Idem ibid. 6, 673. Exacuunt ſpicula roſtris *apes* Virg. Georg. 4, 74. Cic. de Legib. 2, 6 Sed ventum in Inſulam eſt. Hac vero nihil eſt amoenius. vt enim hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus, et diviſus aequaliter in duas partes latera haec alluit, *etc.* *Sic* Plin. 10, 33 ſ. 49 Inſulae roſtrum palea et ſtramento firmant hirundines, ne amnis laceret. ¶ 3 *A ſimilitudine roſtri auium, aut aliorum animalium dictum eſt* Roſtrum Falcis Columel. 4, 25, 3 *pars acuta et flexa.* Mallei Plin. 34, 14 *quod alias caput eſt, quo proprie pulſatur.* ¶ 4 *Tum praeſertim pars illa nauis exporrecta atque acuta e prora, a qua Naues ipſae,* Roſtratae *dicuntur.* Caeſ. Bell. Gall. 3, 13 Roſtro enim noceri non poſſe cognouerant. *vid. Scheffer. de re naual.* 2, 5. Nauium roſtra Plin. 16, 4. Aequata Virg. Aen. 5, 232. Nauis roſtro Percuſſa ſidere coepit Nepos 12, 4, 2. Erepta roſtra carinis Virg. Aen. 7, 186. Stridentibus roſtris et remis aequor conuulſum dehiſcit Idem ibid. 5, 143. ¶ 5 Roſtra, *ἐμβόλα*. *In foro Romano quae fuerint, ſic docet* Liu. 8, 14 Naues Antiatium, partim incenſae, roſtriſque earum ſuggeſtum in foro exſtructum adornari placuit; Roſtraque id templum appellatum. Plin. 34, 4 ſ. 5 Antea roſtra nauium tribunali praefixa fori decus erant, veluti populo Rom. ipſi corona (*roſtrata*) impoſita. Poſtquam vero tribuniciis ſeditionibus calcari ac pollui coepere — tum a pedibus eorum ſubiere in capita ciuium roſtra. *Ita magnifice an tumide dicit, coronas roſtratas inuentas poſt eſſe, quam roſtra tribunorum furoribus prophanata ſint. conf.* Varro de L. L. 4, 32. Vet. Schol. in Horat. Epod. 16. Liu. 8, 14 *extr.* Plin. 34, 5. Flor. 1, 11. Cic. in Piſon. c. 3 *extr.* Et ſemper in Roſtris curiam, in Senatu populum defenderim. Idem Att. 3, 8 Conſcripſerunt communiter edictum cum poena atque iudicio, conſtituuntque, vt omnes ſimul in Roſtra poſt meridiem deſcenderent. Aſcendere in roſtra, Conuocare ad roſtra, Deducere de roſtris, *vid. hh. vv.* Peroraſſet quum Vectius deſcendiſſetque de roſtris Cic. in Vatin. 26 c. 11 *pr.* Statuere in roſtris ſtatuam alicui Idem ad Brut. 15. Idem Phil. 9, 15 *in formula* Cti Senatui placere, Ser. Sulpicio ſtatuam pedeſtrem aeneam in Roſtris ex huius ordinis ſententia ſtatui, circumque eam ſtatuam ludis gladiatoribusque liberos poſterosque eius quaqua verſus pedes quinque habere, *etc.*

ROSTRATVS, a, um. Adi. [ῥυγχωτός] Cic. de Inuent. 2, 98 c. 32 Lex eſt apud Rhodios, vt ſi qua roſtrata in portu nauis deprehenſa ſit, publicetur. Columnae, *vid. ſ. l.* Corona roſtrata Plin. 16, 4 ſ. 3. Falces roſtratae Columel. 2, 21, 3 *denticulatis opponuntur: cumine quodam inſtructae, quod roſtrum vocatur.* Plin. 10, 23 *de agmine anſerum et olorum volantium,* Liburnicarum more roſtrato impetu feruntur, facilius ita findentes aëra, quam ſi recta fronte impellerent. Virg. Aen. 8, 685 Cui belli inſigne ſuperbum, Tempora nauali fulgent roſtrata carina. Sextus Pompeius, Pompeii filius, in Sicilia piraticam exercuit, contra quem primo cum Agrippa pugnauit Auguſtus. Poſtea Agrippae cura data eſt, qui eum deleuit: ob quod Auguſtus ei roſtratam dedit coronam, quia vicerat nauali certamine, Seruius.

ROSTRĀLIS, e. Adi. Sidon. Ep. 1, 11 Dignum poëma, quod apicibus perennandum auratis iuſte tabula roſtralis acciperet, aut etiam Capitolina, *i. quod aureis literis deſcriptum ad aeternam memoriam proponatur in Roſtris vel in Capitolio.*

ROSTRO, āre. [ῥυγχόω] *Hinc*

ROSTRANS, antis. Partic. Plin. 18, 19 In collibus tranſuerſo tantum monte aratur: ſed modo in ſuperiora, modo in inferiora roſtrante vomere. *i. Roſtrum impingente, vt ait Budaeus.*

ROSTELLVM, i. n. Dimin. [ῥαμφίδιον] *Paruum roſtrum.* Plin. 30, 11 Muris roſtellum, auriculaſque ſummas roſeo panno, ipſumque dimittunt. Columel. 8, 5 Die viceſimo animaduertat, an pulli roſtellis oua percuderint.

ROTA, ae. f. [τροχός, κύκλος] *Orbis, quo currus omnis generis promouentur, machinae mouentur, etc. Dicta a ruendo: ruit enim facile in ſuos orbes.* Plaut. Capt. 2, 3, 9 Pro rota me vti licet: vel ego huc, vel illuc vortar, quo imperabitis. Plin. 16, 40 Sed lignum non alio paene quam ad radios rotarum vtile. Curuatura ſummae rotae Ouid. Met. 2, 107. Orbis rotarum Plin. 8, 16. Radii fractarum rotarum Ouid. Met. 2, 317. Strepitus rotarum Hor. Ep. 1, 18, 7. Veſtigia rotae Ouid. Met. 2, 133. Aquariae rotae, *apud* Caton. 11, 3. *it.* Paullum Sentent. 4, 6. *ſunt, Per quas tollitur aqua.* Aquilega rota Tertullian. de Anima 33. Hor. Carm. 3, 10, 10 Ingratam Veneri pone ſuperbiam, Ne currente rota funis eat retro. Effuſae rotae, Currentes Propert. 4, 8, 18. Errantes Stat. Theb. 1, 220. Radiata Varr. R. R. 3, 5, 15. Volucres Claud. de Rapt. Proſ. 3, 431. Euitata feruidis rotis meta Hor. Carm. 1, 1, 5. Inducere rotam, *vid.* INDVCO. *Metaphora an Metonymia, eſt in his:* Per varios praeceps caſus rota voluitur Aeui Sil. 6, 121. Ouid. de Arte Am. 1, 40 *propoſita materia et argumento operis,* Hic modus, haec noſtro ſignabitur area curru, Haec erit admiſſa meta terenda rota. *Hinc forte mutatus, pro volubilitate et celeritate quadam linguae, et eloquentia adeo videtur poſuiſſe* Auſon. Profeſſ. 4, 16 p. 155 *Toll.* Doctrina nulli tanta in illo tempore, Curſuſque tot fandi et rotae. Sidon. Apoll. 9, 15 *ad fin.* Homericaeque par et ipſe gloriae Rotas Maronis arte ſectans compari: *niſi tamen currum triumphalem cogitarit. Sed vid.* ROTATE. *Et* Sidon. 9, 13 Vis vt noſtra dehinc curſitet orbita, Qua Flaccus Lyricos Pindaricum ad melos Frenis flexit equos plectri potentibus. *Nempe ponitur* Rota *pro rotatione et circumactu. Sic etiam* Prop. 3, 4, 26 Staminea rhombi ducitur ille rota. *Sic* Fortunae rota *etiam vid tur accipienda apud* Cic. Piſon. 22 c. 10 Ne tum quidem cum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem, fortunae rotam pertimeſcebat *Sic apud Heſych.* ῥόμβος *περιφορά, κίνησις. Reſpicit ad Appollon. Rhod. Argon.* 1, 1139. *vbi conf. Schol.* Verſa rota Fortunae ante veſperum poteſt eſſe miſerrimus Ammian. 26, 25. ¶ 2 Rota, *pro Solis orbe a Latinis ſurpatur, ſicut* δίσκος *pro eodem a Graecis.* Sidonius . . . Inde patefecit radiis rota candida caelum *i. Sol exortus caelum noctu clauſum aperuit luce ſua: noctu enim caelum claudi cenſebant. Hinc illud* Maronis Aen. 1, 378 Ante diem clauſo componet veſper Olympo. *Turnebus* 18, 27. *conf.* Brouckhuſ. ad Tibull. 1, 10, 62. ¶ 3 Rota, *Supplicii genus apud Graecos, quo diſtento corpore homines torquebantur, ſicque definiebant,* Τροχός ἐστι βασανιστικὸν ὄργανον, διατείνοντα σώματα τῶν βασανιζομένων. Cic. Tuſc. 5, 24 c. 9 In eo etiam putatur dicere, in rotam beatam vitam non eſcendere. *Tormenti genus fuiſſe ad verum exprimendum, apparet.* Apul. Met. 3 p. 133, 8 Prohinc tormentis veritas eruenda. — Nec mora, cum ritu Graecienſi ignis et rota, tum omne flagrorum genus inferuntur. Idem 10 p. 243, 22 Nec rota vel eculeus more Graecorum tormentis eius apparata iam deerant. *Apud Ioſephum in Maccabaeis, eius ſupplicii crebra mentio eſt. Meminit et Ariſtophanes: ſed et Plutarchus quoque in Nicia.* ¶ 4 *Figulorum eſt* rota Hor. A. P. 22 Amphora coepit inſtitui: currente rota cur vrceus exit? Perſ. 3, 24 Vdum et molle lutum es, nunc nunc properandus, et acri Fingendus ſine fine rota. ¶ 5 Rotae, *Genus caprarum.* Varro de R. R. 2, 1, 5 Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum ſunt aliquot, vt in Phrygia ex ouibus, vbi greges videntur complures: vt in Samothrace, caprarum quas Latine rotas appellant. *Sed quantiuis pretii eſt emendatio, quae verbo Latine rotas in Platycerotas mutat.* ¶ 6 Rota, *Piſcis* Plin. 32, 11. *Add.* Idem 9, 4.

ROTVLA, ae. f. Dimin. [τροχίσκος, τροχίδιον] Plaut. Perſ. 3, 3, 38 Iam a foro argentarii abeunt, quam in curſu rotula circumvortitur. Plin. 18, 18 *ſub fin.* Galliae aratro duas addiderunt rotulas. *Conf.* Colum. 11, 3, 52 Poſſunt vaſis maioribus rotulae ſubiici, quo minore labore producantur, et rurſus intra tecta recipiantur. *Sed* Pallad. 1, 20, 1 *incertum rotuli ne an rotulae intelligantur* Trapetis et rotulis et praelo nata eſt forma, *etc. in inſtrumento oleario. vid. mox* ROTVLVS.

ROTVLVS, i. m. *Cylindrus eſt, quod oſtendit illa vulgaris appellatio apud ICtos,* Rotulus teſtium, *i.* volumen, *in quo teſtium dicta conſignata ſunt: teſtificatio:* vt volumen *a voluendo, etc. Videtur hoc nomen reſtituendum* Calpurnio Sic. 7, 51. Sternitur adiunctis (*ad murum et podium amphitheatri*) ebur admirabile truncis, Et coit (*cum truncis ligneis quibus inducitur*) in rotulum, tereti quo lubricus axe Impoſitos ſubita vertigine falleret vngues, Excuteretque feras. *Cylindri eboreis lamellis inductis leuiſſimi, et axibus mobilibus ſuſpenſi ad lineam horizonti parallelam, tutos praeſtant ſpectatores arenae proximos ab inſultu efferatarum beſtiarum, quae dum aſcenſum parant, non modo vngues figere in ebore non poſſunt, ſed fallente lubrico veſtigio a circumactu talis cylindri, retro coguntur cadere, et ex periculo voluptatem parant ſpectatoribus. Ita intellexit h. l. Lipſ. de Amphith. c.* 12 *et eo accommodauit iconas. Caeterum legen. um conicit,* Et coit in rotulam teretem, quo lubricus axis; *quo facto ſane facilia omnia et expedita.* Rotulam *enim eſſe Columellae et Palladii, modo vidimus. Sed propoſita modo ratio ideo nobis praeferendi videtur, quod minus diſcedit a literis. Sententiam eandem tenet de re ipſa Salmaſ. ad* Vopiſci Probum 19 p. 676. *coll.* p. 705 *b. ſed rutulum legit.* ¶ 2 *Trochaeus pes.* Diomedes 3 p. 474 *cum dixiſſet,* Trochaeum — ex rotae ſitu et volubili modo *dictum, addit:* Aiunt hunc Trochaeum Auruncos Rotulum nuncupaſſe, nimirum ſimili ratione, qua Graeci a rota imitati, *etc. Huc forte reſpiciens, vel ad trochum, puerorum ludicrum,* rotatiles Trochaeos *dixit Sidonius, vt ſ. l. monemus.*

ROTVLO, āre. Sariſb. 8, 12 In orbe rotulari quam incedere magis idoneus eſt.

ROTO, āre. [κυκλόω, γυρόω] *In modum rotae verſare, vertere, circumagere.* Columel. 8, 11, 8 Signa ſunt exſtimulatae libidinis, quum ſemetipſum veluti mirantem caudae gemmantibus pinnis, protegit: idque quum facit, rotare dicitur. *de pauone.* More fundae rotare aliquem Ouid. Met. 4, 517. Canes rotat aper Ouid. de Arte Am. 2, 374. Caput enſe rotare Lucan. 8, 673. *i. rotato enſe abſcindere.* Strictum Enſem Virg. Aen. 10, 577. Flammas venti rotant cauis fornacibus Lucret. 6, 201. Siluas rotare Stat. Silu. 4, 3, 79. Sanguinea praeceps dura Se rotat vrſus arena Martial. Spect. 11. Telum immane rotat Stat. Theb. 9, 802. Circum et infra rotare Idem Achil. 1, 56. Cardo ſeptimus annum rotat Prud. Cathem. praef. 3. *i. ſeptimus annus agitur.*

ROTANS, antis. Partic. [κυκλῶν] Flammae rotantes fumum Hor. Carm. 4, 11, 11 Turbine rotanti portant res venti Lucret. 1, 294. Clypeum rotans Val. Flacc. 6, 551. Qua ſaxa rotantia late intulerat torrens

torrens Virg. Aen. 10, 362. *Hic intranſitiue ponitur, vt* Voluentibus annis, Vertente anno, *etc.*

ROTĀTVS, a, um. Partic. [κυκλωθεὶς] *vt*, Ceruix rotata *equi ſubito flexi.* Lucan. ad Piſon. v. 53 Ignis rotatus Ouid. Met. 12, 296. Rotata annalium millia Prudent. Cath. 11, 29. *deſcriptio longi temporis.* Iuuen. Sat. 6, 448 Et curtum ſermone rotato Torqueat enthymema. *i. celeriter effuſo, et inſtar teli vibrato.* Prudent. Periſt. 10, 537 Quandoque caelum ceu liber plicabitur. Cadet rotati ſolis in terram globus: *eſt imago globi praecipiti lapſu et vertiginoſo ruentis. Add.* Idem Pſychom. v. 272. Claud. Conſ. Honor. 4, 330. *Buchner.* in Prudent. Hymn. de Salu. Nat. v. 29. Viri rotatio, *i. in vertiginem acti et proſtrati caeſtibus* Valer. Flacc. 4, 181.

ROTĀTIM. Adu. *Rotarum modo.* Apul. Met. 10 p. 253 In orbe rotatim flexuoſi.

ROTĀTVS, ûs. m. Claudian. de Conſul. Mallii 77 Rapido caeli rotatu. Linguae rotatus Hieron. Epiſt. 61, 4 ad Pammach. *de facundia.* Praeceps rotatus Auſon. Moſella v. 362. *conf.* Stat. Achill. 2, 416.

ROTATIO, ōnis. f. *Idem.* Vitruu. 10, 8 Sine porrecto rotationis. *Et in fine capitis*, Per rotationem circini. *vid.* Idem. 9, 4. Apul. Apol. p. 303. Mart. Capella 8 p. 287.

ROTĀTOR, ōris. m. Stat. Silu. 2, 7, 7 *de Baccho*, Et tu Baſſaridum rotator Euan. *conf.* Caſſiodor. Varr. Epiſt. 7, 5.

ROTĀLIS, e. Adi. *vt*, Carpentum rotale Capitolin. in Macrin. 12. *rotis impoſitum.*

ROTATĬLIS, e. Adi. *quod rotatur, volubilis.* Sidon. Ep. 2, 9 Inter rotatiles cataſtropharum gyros. Rotatiles trochaei Prudent. Periſteph. praef. v. 8. *i. celeres, volubiles, vid.* ROTVLVS n. 2.

ROTABĬLIS, e. *Idem.* Ammian. 23, 4 (Valeſ. c. 4 f. 356 Lindebr. p. 260) Agiliter rotabilis.

ROTVNDVS, a, um. Adi. [ϛρογγύλος, περιφερὴς, περίτροχος, κυκλόεις, κυκλοτερὴς] A rota dictum eſt, et eſt rotundum collectum, et per omnem circuitum leue ſine offenſione aſperi anguli. *Sic* Non. 1, 297. Plin. 10, 52 Aquatilium oua rotunda. Ibidem Oua exeunt a rotundiſſima ſui parte dum pariuntur. Quadratum et Rotundum, *contraria* Cic. de Finib. 2, 36. *Etiam in veſtibus, vt v. g.* Toga rotunda *eſt. vid.* Quinct. 11, 3, 139. Diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis Hor. Epiſt. 1, 1, 100. Lances rotundae Hor. Sat. 2, 4, 40. Rotundam Aedem Veſtae Numa Pompilius rex Roman. conſecraſſe videtur, quod eandem eſſe terram, qua vita hominis ſuſtentaretur crediderit, eamque pilae forma eſſe, vt ſui ſimili templo Dea coleretur. Ambitus rotundus Cic. de Vniuerſ. 23. Baccae rotundiores Hor. Epod. 8, 53. Caelum rotundum Cic. de Orat. 3, 176. *et* de N. D. 3 c. 45. Deus volubilis et rotundus Cic. de Nat. Deor. 2, 46. Figurae rotundae *praeſtantia et perfectio laudatur a* Cic. de Vniu. 15 c. 6 *et* de Nat. Deor. 2, 47 Quid pulchrius, inquit, ea figura, quae ſola omnes alias figuras complexa continet, quaeque nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt, nihil inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum? Cumque duae formae praeſtantes ſint, ex ſolidis globus, (ſic enim ſphaeram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Graece dicitur: his duabus formis contingit ſolis, vt omnes earum partes ſint inter ſe ſimillimae, a medioque tantum abſit extremum, quantum idem a ſummo, quo nihil fieri poteſt aptius: huius enim figurae extremitas paribus a medio radiis attingitur. *Hactenus Cicero.* Stellae globoſae et rotundae Cic. Somn. Scip. 6 c. 3. Forma rotunda vllam negat eſſe pulchriorem Plato Cic. de Nat. Deor. 1, 24 c. 10. *Vt igitur Deo rotundam figuram adſcripſere Stoici, ita etiam Sapienti, qui Dei ſimilis eſt.* Hor. Sat. 2, 7, 86 In ſe ipſo totus, teres atque rotundus, Externi ne quid poſſit per leue *(propter leuitatem et aequabilem tenorem)* morari. *Diuerſo reſpectu ſapiens* quadratus *eſt, quem nihil poſſit loco, ſtatuque ſuo mouere;* rotundus *eſt, cuius curſum nihil impediat, etc.* ¶ 2 Rotundum *in oratione, bene compoſitum, vbi prima vltimis bene connexa ſunt, vnde ipſa* Periodus *nomen habet.* Quinctil. 8, 5, 27 Illa rotunda et vndique circumciſa inſiſtere inuicem nequeunt. *Sed* 3, 4, 16 Diſtributio celeris et rotunda magis quam vera, *in qua ſibi pulchre reſpondere partes videntur et proportionem habere aequabilem.* Cic. Brut. 271 Conſtructio verborum apta et quaſi rotunda. Hor. A. Poët. 323 Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo Muſa loqui. Cic. in Orat. 40 c. 12 Thucydides autem praefractior, nec ſatis, vt ita dicam, rotundus, *i. elegans et compoſitus. Compar.* Cic. de Vniuerſ. c. 6 Ita tornauit, vt nihil effici poſſit rotundius. Rotundiores ſcillae Plin. 19, 5. Tuberculum rotundius Celſ. 5, 29, 9. *add.* Idem 5, 28, 9. *et* 8, 1. *Superl.* Capita rotundiſſima Celſ. 8, 1.

ROTVNDA, ae. *Subſt. pro ea, quam* turundam *alias vocant, poſita a* Scribon. 201 Emplaſtrum manibus ſubigetur, et redactum in rotundas ampliores — reponetur. Turneb. 17, 7 *hinc etiam* Turundas Catonis *in* rotundas *mutari velit.*

ROTVNDVLA, ae. f. 3. Dim. Apul. de Herb. 13 His bene commixtis facies exinde velut rotundulam.

ROTVNDĬTAS, ātis. f. [τὸ κυκλοτερὲς] Plin. 9, 30 Cornibus quae ſunt propria rotunditate praepilata, ad latera porrectis. Ibidem c. 36 Rotunditas oris. Idem 16, 23 Folia in iuuenta circinatae ſunt rotunditatis. Caeli Vitruu. 9, 4. Extra rotunditatem Idem 10, 14. *conf.* Plin. 2, 65. Sidon. Epiſt. 1, 1. Pallad. Mart. t. 13.

ROTVNDO, āre. *Rotundum facere.* Cic. de Vniuerſ. 31 c. 10 Quumque ſimilem vniuerſi naturae efficere vellet, ad volubilitatem rotundauit, *i. rotundam fecit, vt volubilis eſſet.* Vitruu. 10, 11 Id ad circinum rotundatur. Caput rotundare, *Rotundum habere, vel producere* Plin. 20, 18. Rotundare, *pro Implere, et perficere numerum perfectiorem* Horat. Epiſt. 1, 6, 34 Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro Tertia ſuccedant, *vid.* CORROTVNDO. *Add.* Mela 1, 18.

ROTVNDĀTVS, a, um. Partic. *vt*, Solis orbis rotundatus Vellei. 2, 59, 6 Hendecaſyllabi rotundati Sidon. Epiſt. 8, 4. *add.* Ib. Epiſt. 2. Ammian. 1, 20. Apul. Met. 11 p. 261.

ROTVNDATIO, ōnis. f. Vitruu. 10, 11 Sic et in rotundatione et in longitudine aequalia ſpatia fient. Circulorum rotundationes infinitae Vitruu. 5, 3. *Add.* Idem 1, 5. *conf.* Idem 1, 6 *paſſim, et* 3, 3. *et* 10, 1.

ROTVNDE. Adu. [ϛρογγύλως] Cic. de Finib. 4, 7 c. 3 Iſta ipſa, quae tu breuiter Regem, dictatorem, diuitem, ſolum eſſe ſapientem, a te quidem apte ac rotunde, quippe: habes enim a rhetoribus. *i. Concinne, et collecte, vt ait* Nonius 2, 727.

ROTVNDIFOLIVS, a, um. *vt*, Phlomides rotundifoliae Apul. de Herb. c. 71.

R R *et* R V B

RR. R duobus in compluribus orationibus, quum de actis diſſeritur, quae etiam perſcribi ſolet, id eſt, Rationum relatarum, quod iis tabulis docentur iudices, quae publice data atque accepta ſint.

RVBEA, vimina, *vid.* RVBI.

RVBEAS, *Promontorium eſt in Ponto.* Plin. 4, 13 Philemon Mocimaruſam a Cimbris vocari, hoc eſt mortuum mare, vsque ad promontorium Rubeas: vltra deinde Cronium.

RVBEDO, RVBEFACIO, *vid.* RVBEVS.

RVBELLVS, a, um. Adi. [ὑπέρυθρος] Dimin. *a* Ruber, bra, brum. Caluitium rubellum Mart Capella 8 p. 271. Martial. 1, 104 Et Veientani bibitur faex craſſa rubelli. Plin. 14, 2 Proxima dignitas Nomentanis rubente materia, *(palmitibus, flagellis)* quapropter quidam rubellas appellauere vineas.

RVBELLVLVS, a, um. *Aliud* Dimin. Vmbilicus rubellulus Mart. Capell. 5 p. 187.

RVBELLIĀNVS, a, um. Adi. Colum. 3, 2 Sed earum quoque feracior eſt minor, cuius et folium parcius ſcinditur, et materia non ita rubet, vt amineis: a quo colore rubellianae nuncupantur.

RVBELLIO, ōnis. m. *it.* RVBELLVS, i. m. [ἐρυθρῖνος] *Piſcis.* Plin. 32, 10. Apic. 10, 7.

RVBENS, RVBER, *vid.* RVBEVS.

RVBENSIS, e. Adi. *vt*, Rubenſis lacus *in Narbonenſi prouincia, quem praeterlabitur Atax.* Plin. 3, 4 Flumen Atax e Pyrenaeo Rubenſem permeans lacum.

RVBĒTA, ae. f. [φρῦνος] *Rana venenata, ruborum incola.* Plin. 8, 31 Ranae quoque rubetae, quarum et in terra et in humore vita, plurimis refertae medicaminibus. Idem 32, 5 Sunt quae in vepribus tantum viuunt, ob id rubetarum nomine, vt diximus, quas Graeci phrynos vocant, grandiſſimae cunctarum, geminis veluti cornibus, plenae veneficiorum. Mira de his certatim tradunt auctores. *Ponamus quaedam ſpeciminis cauſa:* Illatis in populum, ſilentium fieri: officulo, quod ſit in dextro latere, in aquam feruentem deiecto refrigerari fas, nec poſtea feruere, niſi exemto — Et aliud eſſe in ſiniſtro latere, quo deiecto feruere videatur, apocynon vocari. Canum impetus cohiberi, amorem concitari, *etc.* Iuuen. Sat. 1, 70 Quae molle Calenum Porrectura viro miſcet ſitiente rubetam. Rana rubeta Plin. 25, 10. Auxiliantur contra ranam rubetam. *conf.* Idem 11, 18. 18, 17 *et* 29. Propert. 3, 6, 27.

RVBETVM, *vid.* RVBVS.

RVBEVS, a, um. Adi. [ἐρυθρὸς] *Idem quod rubens ſ. ruber. Suſpectum vocabulum, quod defenditur a Borrichio in Cogitatt.* p. 226 *ex* Plin. 9, 28 Rubeus color nigrante deterior. *Sed editur poſt Hermolaum Barb.* rubens. Gell. 2, 26 Rufus color et ruber nihil a vocabulo rubei differunt. *Ita Ald. Sed aliter poſteriores. In his igitur nihil certi.* Hygin. Fab. 136 Vitulum, qui ter in die colorem mutaret, per quaternas horas, primum album, ſecundo rubeum, deinde nigrum. *Pluſcula ad h. l. inferioris aeui teſtimonia collegit Munckerus.* Colum. 6, 1 *extr. boues vult eſſe* colore rubeo vel fuſco. Pallad. Mart. 11, 2 *de eadem re*, rubei maxime coloris vel fuſci. *Et* 14, 3 *Aſinum admiſſarium commendat* nigri vel murini maxime coloris, aut rubei. *In quibus omnibus nihil varietatis obſeruaui. Addit Borrich.* Firmic. 4, 12 Mars — faciet aſperos — rubeis capillis. *Sed* Robeus *fere magis placet accuratioribus, de quo ſub* ROBVS. *Et ſi verum eſt, quod Scaligero ita videtur, et MS. Politiani comprobat, apud* Varron. 2, 5, 8 *in bouis colore non* rubeo *legendum, quod fere vulgatum eſt, ſed* robeo: *trahet forte Varro etiam Columellam et Palladium, relinquenturque ſoli Hyginus et Firmicus et horum ſimiles, vel etiam his inferiores.* ¶ 2 Rubeus *a* Rubo *frutice. vid.* RVBVS

RVBEO, ēre. [ἐρυθριάω, ἐρυθραίνομαι, ἐρεύθομαι] *Rubrum eſſe.* Gell 2, 26 Sed quum aliter rubeat ignis, aliter ſanguis, aliter oſtrum, aliter crocus, *etc. vid.* RVFVS. Virg. Georg. 2, 430 Sanguineisque inculta rubent auiaria baccis. Cic. Att. 15, 4 Rubeo, mihi crede: ſed iam ſcripſeram, delere nolui. Rubet, *qui erubuit.* Idem Verr. 2, 187 c. 76 Haerere homo, aduerſari, rubere. Facies rubet igne ſacri veneni Stat. Theb. 9, 748. Prata ante nouis rubeant, quam coloribus Virg. Georg. 4, 306. Terra rubet ſanguine Ouid. Faſt. 2, 212. *conf.* Celſ. 7, 1 *et* 27. Sen. Q. N. 1, 5. Solin. c. 33 *et* 46.

RVBENS, entis. Part. [ἐρυθριῶν] *vt*, Dulce rubens Stat. Theb. 4, 224 Sublimis agebat Dulce rubens, viridique genas ſpectabilis aeuo. Color rubens Plin. 9, 36. Dextera Hor. Od. 1, 2, 2. Hiacynthus ſuaue rubens Virg. Ecl. 3, 63. *conf.* ibid. 4, 43. Ferrum rubens igne Ouid. Met. 12, 277. Luna Hor. Od. 2, 11, 10. *it.* Sat. 1, 8, 35. *Recens nati Periphraſis* Iuuenal. 7, 196 Modo primus incipientem Edere vagitus, et adhuc a matre rubentem. Nupta rubens dulci probitate Stat. Silu. 1, 2, 12. Vina rubentia Ouid. Faſt. 5, 511. Zona ſemper ſole coruſco rubens Virg. Georg. 1, 234. *Comp.* Superficies locuſtarum maris cruſtis rubentior Plin. 37, 6.

RVBESCO, ĕre. [ἐρυθραίνομαι] *Rubrum fieri.* Plin. 9, 35 Miror ipſo tantum eas caelo gaudere, ſole rubeſcere, coloremque perdere vt corpus humanum. *conf.* Idem 18, 29. 28, 12. 37, 2. Pallad. Nou. 7. Aurora rubeſcebat Virg. Aen. 3, 571 Mare radiis rubeſcit Idem ibid. 7, 25. Ouid. Met. 2, 116 *de incendio Phaëthontis* Tum pater vt terras mundumque rubeſcere vidit. *Add.* Id. Faſt. 4, 165.

RVBEFĂCIO, fēci, factum, ĕre. [ἐρεύθω, ἐρυθραίνω] *Ruborem afferre.* Sil. 16, 137 — Vixque Atlantiadum rubefecerat ora ſororum. *De Aurora loquitur, quae purae luci Atlantiadum, i. Pleiadum ſ. Hyadum, Atlantis filiarum aliquid vmbrae admiſcet, et ex candidis rubras facit primo, deinde plane viſui Sol ſubducit.* Setas rubefecit ſanguine Ouid. Met. 9, 383.

RVBEFACTVS, a, um. Partic. [ἐρυθρανθεὶς] Ouid. Met. 13, 394 Expulit ipſe cruor, rubefactaque ſanguine tellus.

RVBĒDO, ĭnis. f. Firmic. 2, 12 Leo ſignificat colorem croceum, atque ad rubedinem declinantem. *vid. Voſſ. de Vit. Serm.* p. 602.

RVBER, bra, brum. Adi. [ἐρυθρὸς] *Idem quod* Rubens: *magis Latinum eſt* Ruber, *quam* rubeus. Martial. 1, 56 Flauaque de rubro ponere mella cado. Auctor ad Herenn. 4, 64 Hunc dico rubrum, breuem, incuruum, canum, ſubcriſpum, caeſium. Martial. 12, 54 Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine laeſus, Rem magnam praeſtas, Zoile, ſi bonus es. Aequor rubrum Virg. Georg. 3, 359. Aurora rubra Propert. 3, 13, 16. Deus ruber hortorum Ouid. Faſt. 1, 415. Flamma rubra Idem Met. 11, 368. Humor ruber occupat os Lucret. 4, 1244. Mare Rubrum Plin. 6, 23 *ad finem*,

Irrum-

rumpit deinde et in hac parte geminum mare in terras, quod Rubrum xere noſtri. Graecia Erythraeum, a rege Erythra, aut (vt alii) ſolis percuſſu talem reddi colorem exiſtimantes: alii ab arena terraque: ii tali aquae ipſius natura. Cic. de Nat. Deor. 1, 97 c. 35. *Conf.* urt. 8, 9, 14. *et* 10, 1, 13. *Relandi Diſſ. de Mari Rubro.* Medicamentum rubrum Scribon. 213. Sanguis ruber Hor. Carm. 3, 13, 7. *mpar.* Plin. 10, 63 Colorem ilico mutant rubriore pilo. *Superl.* Vua ruberrima Scribon. Larg. Compoſ. 249. Nitrum quam berrimum Celſ. 5, 18, 31.

RVBRVS, a, um. *Idem quod* Ruber. Solinus c. 53 (40) Colores o ſunt, quos fingere non valet, rubrus et candidus: caeteros face mentitur. *de chamaeleonte.*

RVBOR, ōris. m. [ἐρύθημα, ἔρευθος, φοινιγμὸς] *Color rubens, qui teriori aetate et* Rubedo *dictus.* Plin. 11, 37 In malis maxime oſten cur rubor. Idem 2, 18 Ardentior circulus tingit appropinquan n *ſibi planetam* in ruborem. *Add.* Celſ. 7, 1. Plin. 11, 27. lutus rubor, *debilis, et velut aqua permiſta parum intenſus atque ar cis.* Plin. 22, 22 *et* 23 *de fungis*, Tutiſſimi, qui rubent callo, mis diluto rubore quam boleti. Igneus rubor Lucan. 5, 214. ſtus candore, *vid.* MISCEO. Tyrii rubores, *Purpura* Virg. org. 3, 307. Virgineus rubor, *pro Pudore* Idem ibid. 1, 430. uere ruborem, *ſplendidiorem reddere, vid.* Gell. 2, 26 *quem damus tim in* RVBIDVS. Confeſſus ſecreta rubor Claud. de Nupt. Honr. et Mar. 9. Conſequitur pudorem rubor Cic. Tuſc. 4, 19 c. 8. ctus rubor attrita de fronte Iuuen. Sat. 13, 240. Incanduit ore bor Claud. de Nupt. Honor. et Mar. 8. Notauit ſubitus rubor a Ouid. Met. 6, 46. Rubor grauiſſimis quoque viris ſubitus unditur Sen. Ep. 11. Praeſtet ingenuitatem et ruborem ſuum, borum turpitudine, et rerum obſcenitate vitanda Cic. de Orat. 2, 2 c. 59. Audienti rubor Suffuſus Liu. 30, 15 *pr.* Traxerunt tora tenuem percuſſa ruborem Ouid. Met. 3, 482.

RVBICVNDVS, a, um. Adi. [ἐρευθήεις, ἐρυθρίας] *Rubenti ſimi et paullo minus adeo quam rubens, ſi audimus* Priſcianum 4 p. 636: *, vt inductione exemplorum videtur poſſe colligi continuationem et con etiam quandam notat illa terminatio* cundus, *quam ex* bundus *leuiter nutatam putat idem Grammaticus l. c.* Excipitur (*a deſinentibus in* ndus) alternitatis cauſa rubicundus, quod in penultima Syllaba pro C habet, ne ſit abſonum, ſi *rubibundus* dicamus. *Certe valet haec io etiam in* facundus, fecundus, iucundus (*q. d.* iuuicundus) *in qui Syllaba proxime antecedens certe labialem literam habet.* Ter. Hec. , 26 Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, caeſius. Habitus etae rubicundior Sen. Q. N. 7, 11. Varro de R. R. 2, 8 Hin qui appellatur, ex equo et aſina, minor eſt, quam mulus corpore, runque rubicundior. Martial. 14, 114. Rubicunda Ceres Virg. rg. 1, 297. Rubicundiora Corpora Plin. 20, 6 *extr.* Tumor icundus Scribon. 138. *Conf.* Celſ. 5, 21. Plaut. Rud. 2, 2, 8. S. Q. N. 1, 5. Spartian. in Nigro c. 6. Colum. 8, 2. Cor rubicunda Hor. Epiſt. 1, 17, 8. Coniux rubicunda Vmbri ma Ouid. de Arte Am. 3, 303.

RVBICVNDŬLVS, a, um. Adi. Dimin. Iuuen. Sat. 6, 425 — ndem illa venit rubicundula, totum Oenophorum ſitiens.

RVBIDVS, a, um. Adi. [ἐρυθρόλευκος] Quod eſt colore rufo ore multo miſtum. Gell. 2, 2, 26 Fuluus, et Flauus, et Rubidus, hoeniceus, et Rutilus, et Luteus, et Spadix, appellationes ſunt rufi oris, aut acuentes eum, *etc. vid.* RVFVS. Plaut. Stich. 1, 3, 77 biginoſam ſtrigilem, ampullamque rubidam. Iubar rubidum guſtin. in Feſto Aſcenſ. Serm. 5. *Sic* Sympoſ. Aen. 86 Rubida, ua capax *etc. epithetha* Strigilis. Feſtus: Scorteae ampullae uſtate rugoſae, et coloris eiuſdem, (*intell. cuius* panis rubidus) idae dici ſolent. *Nempe* Idem Feſtus Rubidum panem Plauti *inter atur* parum coctum. *Sed vitii ſuſpectum facit* Iſid. 20, 2 Rubidus is recoctus et rubefactus. *Locus eſt* Caſin. 2, 5, 2 Vna edepol ra in furnum calidum condito, Atque ibi torreto me pro pane ru o: *qui certe Iſidori ſententiam probabiliorem facit.*

RVBIA, ae. f. [ἐρυθρόδανον, ἐρευθόδανον] *Herba.* Fiunt etiam purei colores infecta creta rubiae radice *etc.* Vitruu. 7, 14. *Conf.* Sen. v. 707 *et* 1065. Plin. 24, 11 Erythrodanus quam aliqui uthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanae, pelleſque ficiuntur: in medicina vrinam ciet. *Add.* Plin. 27, 12. *et* 19, 3. *rmacopolae* rubram maiorem, *et* rubram tinctorum *vocant.*

RVBĬCON, ōnis. m. [Ῥουβίκων] *Fluuius Galliam citeriorem a re a disterminans Italia, cuius multa mentio eſt apud Plutarchum in vita npeii et Caeſaris.* Sueton. in Caeſ. c. 31 Conſecutuſque cohortes ad biconem flumen, qui prouinciae eius finis erat, paullum conſtitit, a reputans, quantum moliretur, conuerſus ad proximos, Etiam nunc, uit, regredi poſſumus: quod ſi ponticulum tranſierimus, omnia is agenda erunt. *Sunt ibi plura tum in ipſo Suetonio, tum in commentio Burmanni memorabilia.* *Nobis ſatis ſit* Lucan. 1, 213

Fonte cadit modico paruiſque impellitur vndis
Puniceus Rubicon, cum feruida canduit aeſtas:
Perque imas ſerpit valles, et Gallica certus
Limes ab Auſoniis disterminat arua colonis.

icei appellatio videtur ad nomen Rubiconis *alludere: hoc autem or a colore aquarum turbidarum.*

RVBICVNDVS, RVBIDVS, *vid.* RVBEVS.

RVBIGO, *ſ. melius* ROBIGO, inis. f. [ἰὸς] *Vitium metallo , ferri praecipue, quod ab humore et ſitu contrahitur, ipſum metallum llatim abſumens. Dicta* Robigo *a colore, nam veteres* robum, *ru m dicebant, vt oſtendimus h. v. Rem conficit illud, quod* Ruber, Ru undus, *et reliqua habent primam breuem: ſed* Robus, Robeus, *non ius quam* Robigo *longam. Auctoritates pro O, vid. ap. Brouckh. ad pert.* 2, 19, 55. Plin. 17, 4 Ferroque omnis (*terra*) rubigin obducit. *Eſt tamen aliorum etiam metallorum, vt* Veteris gran templi Pocula, adorandae robiginis, *i. venerandae antiquitatis.* ien. Sat. 13, 148. Nigrae robiginis morſu ſcabri enſes Lucan. 243. Putris Stat. Theb. 3, 582. Virg. Georg. 2, 220 Nec bie ac ſalſa laedat robigine ferrum. Squallida Catull. Argon. ſ. , 42. Ferrum rubigo Conſumit Curt. 7, 8, 15. Corripit ruo ferrum Solin. c. 4. Deterſa Sil. 4, 12. Exeſa inueniet bra robigine tela Virg. Georg. 1, 495. Sentit rubiginem ferrum r. 2, 3, 2. *Metaph.* Ouid. Met. 2, 776 Liuent robigine den *Et* Art. 1, 515 Careant robigine dentes. *vbi* rubigine *editur, et* Ingenium rubigine laeſum Ouid. Triſt. 5, 12, 21. Catull. 6, 151 Ne voſtrum ſcabra tangat robigine nomen Haec atque illa dies, ue alia, atque alia. *Sic de prauis conſortiis* Sen. Epiſt. 7 Malignus comes quamuis candido et ſimplici robiginem ſuam affricuit. ¶ 2 *Peculiariter Morbus ſegetum et frumentorum eſt* Robigo, *cum nigreſcunt grana et in puluerem abeunt.* Virg. Georg. 1, 150 Mox et frumentis labor additus, vt mala culmos Eſſet robigo, *vbi* Seruius: Robigo genus eſt vitii, quo culmi pereunt, quod a ruſticanis calamitas dicitur. Hoc autem genus vitii ex nebula naſci ſolet, cum nigreſcunt, et conſumunt (*leg.* conſumuntur) frumenta. Inde Robigus Deus, et ſacra eius ſeptimo Kalendas Maias Robigalia appellantur. Plin. 18, 17 Rubigo quidem maxima ſegetum peſtis lauri ramis in aruo defixis, tranſit in earum folia ex aruis. Sterilem rubiginem non ſentiet ſeges Hor. Carm. 3, 23, 7. *Prima Syllaba perperam corripitur a* Prudentio Pſychom. v. 105. *In loco autem* Martialis 2, 61 *pro* rubigine, *plures legunt* aerugine. ¶ 3 *Aduerſus hunc morbum ſegetum inuocabatur* Robigo Dea, *quae et* Robigus *eſt.* Ouid. Faſt. 4, 907

Flamen in antiquae lucum Robiginis ibat
Edidit haec flamen verba, Quirine, tuus:
Aſpera Robigo, parcas Cerealibus herbis —
Vis tua non leuis eſt, quae tu frumenta notaſti,
Moeſtus in amiſſis illa colonus habet. —
— Si culmos Titan incalfacit vdos
Tum locus eſt irae, diua timenda, tuae.
Parce precor, ſcabraſque manus a meſſibus aufer
Neue noce cultis, poſſe nocere ſat eſt.
Nec teneras ſegetes, ſed durum amplectere ferrum,
Quodque poteſt alios perdere, perde prior *etc.*

Vix continuimus manum ab illis precibus totis deſcribendis, in quibus admirabilis Poëtae et dulcedo et facilitas emineat. Add. ſtatim ROBIGVS. ¶ 4 *Peculiare eſt, quod obſeruat* Seruius *ad* Georg. 1, 151 *cum de vitio frumenti dixiſſet, quae poſuimus, addit,* Sed haec abuſiue *Robigo* dicitur: nam proprie Robigo eſt, vt Varro dicit, vitium obſcenae libidinis, quod vlcus vocatur: (id autem abundantia et ſuperfluitate humoris ſolet naſci, quae Graece σατυρίασις dicitur) *Quae incluſimus, ea abeſſe a quibuſdam libris, monuit Burmannus.* Vlcus *poni de pruritu Venereo, etiam ſine morbo qui eſt, ſuo loco obſeruamus.*

RVBIGVS, *melius* ROBIGVS, i. *Deus, cuius eaedem partes, quae Deae Robiginis. Locum* Varronis *dedimus voce* FLORA. *Alium* Varronis *et* Feſti *ſtatim ponemus voce* ROBIGALIA. *Add.* Gell. 5, 12. Tertull. de Spectac. c. 5.

RVBIGALIA, *vel potius* ROBIGALIA, um. n. Feſtus, Robigalia dies feſtus ſeptimo Kalendas Maias, quo Robigo deo ſuo, quem putabant robiginem auertere, Romani ſacrificabant. Varro de L. L. 5, 3 p. 47, 21 Robigalia dicta ab Robigo. Secundum ſegetes huic deo ſacrificatur, ne robigo occupet ſegetes.

RVBIGINŌSVS, a, um. Adi. [ἰώδης] *Plenum rubigine.* Plaut. Stich. 1, 3, 77 Rubiginoſam ſtrigilem. *Apud* Martial. 5, 29 Rubiginoſi dentes. Telum ſanguine rubiginoſum Apul. de Deo Socrat. p. 45. Rubiginoſi aura marſupii Sidon. Epiſt. 5, 7.

RVBIGĬNO, āre. [ἰόομαι] *Rubiginem contrahere.* Apuleius Florid. 3 p. 357 Profecto vt gladius vſu ſplendeſcit, ſitu rubiginatur, ita vox in vagina ſilentii condita, diutino torpore hebetatur.

RVBOR, *vid.* RVBER.

RVBRANS, antis. *Rubens.* Alcim. Auit. 5, 525 Rubranti profundo.

RVBRICA, ae. f. [μίλτος] *Terra rubentis coloris, et minio proxima.* Colum. 2, 10, 3 *de Lupino,* Exilem amat terram, et rubricam praecipue. Columel. de Arboribus 17 *ad finem,* Omnes arbuſculas prius quam transferas, rubrica notare conuenit: vt quum ſerentur, eaſdem caeli partes adſpiciant, quas etiam in ſeminario conſpexerant. Plin. 35, 6 Ex reliquis rubricae generibus fabris vtiliſſima Aegyptia et Africana: quoniam maxime ſorbentur. Picturis autem apta naſcitur et in ferrariis metallis *Conf.* Pallad 6, 12. Perſ. 1, 66 Scit tendere verſum Non ſecus, ac ſi oculo rubricam dirigat vno. *Nempe qui rubrica tinctam lineam ſ. funiculum intendunt fabri, et ſic praeſignant ſibi velut terminos, ii velut collineantes alterum oculum claudunt.* Col. 5, 10, 10 Rubricam amurca diluere. Lemnia rubrica Scribon. 170. Sinopis rubrica Id. 42. Lateres faciendi de rubrica Vitr. 2, 3. *Add.* Idem 7, 7. Rubricâ picta praelia Hor. Sat. 2, 7, 98. Res rubrica delibuta Ad Herenn. 3, 37 c. 22. ¶ 2 Rubrica, *pro Iure ciuili et publico.* Perſ. Sat. 5, 90

Vindicta poſtquam meus a praetore receſſi,
Cur mihi non liceat iuſſit quodcunque voluntas
Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetauit?

Quod de Iureconſulto Maſurio Sabino eſt intelligendum; cum vt aliorum ſcriptorum initia et ſumma capita, ita et legum titulos rubrica ſiue minio ſcriberent. De aliis libris Sidon. 7, 12 *pr.* Iure vobis in hoc opere primae titulorum rubricae — dedicarentur. *De legibus* Idem 6, 8 Peremtorias rubricas *dixit.* Prudentius adu. Symmach. 2, 461

Dicant cur condita ſit lex
Bis ſex in tabulis, aut cur rubrica minetur
Quae prohibet peccare reos?

Quinctilianus 12, 3, 11 Quorum alii ſe ad album ac rubricas transtulerunt, ac formularii, ac (vt Cicero ait) leguleii quidam eſſe maluerunt. Album *pro iure praetorio dixit,* rubricas *pro iure ciuili.* Vet. Gloſſ. Rubrica ἡ διὰ μίλτου ἐπιγραφή. *Hinc* Iuuen. 14, 193 Perlege rubras maiorum leges.

RVBRICĒTA, ae. f. [ἀνδρείκελος] *Vt volunt, Color quo mulieres ad conciliandum faciei ruborem vtuntur. Laudant* Plaut. Truc. 2, 2, 39 Buccas rubriceta omne corpus intinxit tibi, peſſumae eſtis. *Sed legitur,* Buccas rubricae; cera omne corpus intixit tibi. *Scaliger coniiciebat,* Buccas rubrica, cera omne corpus intinxti tibi.

RVBRĪCO, āre. *Rubrica tangere. Claudiano tribuit Paſſeratius: negat Index Pyrrhonis.*

RVBRICĀTVS, a, um. *Vt,* Herba rubricata Marc. Empir. c. 33. Libri rubricati, *i. quorum capita et tituli ſunt minio notati.* Petron. Fragm. Tragur. p. 18 c. 46. *Vid. Not. Scheff. p. 106.* Mutinus Priap. 73.

RVBRICŌSVS, a, um. Adi. [μιλτώδης] *Vt,* Rubricoſus Ager Cato R. R. c. 34. *Cui multum rubricae admixtum, terra rubra.* Plin. 18, 17 In ſolo autem rubricoſo lupinum. Columel. 4, 33 Spiſſum ſolum et rubricoſum reformidat. *Conf.* Idem 2, 16.

RVBRIVS, a, um. *Gentis Romanae nomen. Hinc*

RVBRIANVM Senatusconſultum *Traiani temporibus factum,* Rubrio Gallo et Caelio Piſone COSS. *cuius ſententia habetur* l. 26 *et* 28. *it.* 33 §. 1 D. de fideicommiſſariis libertatib. *it.* l. 3 D. de tutorib.

RVBVS, i. m. *vel* f. [βάτος] *Sentis genus.* Columel. 11, 3, 5

de ſepibus hortorum, Ea *ſemina* ſint vaſtiſſimarum ſpinarum, maximeque rubi et paliuri, et eius quam Graeci vocant κυνόσβατον, nos ſentem canis appellamus. Horum autem ruborum ſemina quam maturiſſime legi oportet. Ibidem *in Femin. gen.* Alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in hortis conſitas habere. Gell. 19, 12 Videt forte vicinum rubos late atque alte obortas excidentem. *Differt a cynosbato : vid.* Colum. 5, 11. 4, 31. 7, 6. Apul de Herb. c. 87. Celſ. 6, 14. *et* 7, 27. Pallad. 1, 34. Cauliculi rubi Scribon. 113. 128. Succus cauliculorum rubi 113. Acuta rubus, *vid.* ACVTVS, *in* ACVO. Aſper rubus Virg. Ecl. 3, 89. Caninus rubus Palladius 1, 34. Columella *l. c* cynosbaton *vocat*, *et* ſentem canis. Duri rubi Ouid. ex Pont. 4, 4, 4. Horrentes rubi Virg. Georg. 3, 315. Idaeus rubus, *ab Ida monte Phrygio. Dioſcorid.* 4, 34. *et* Plin. 24, 14. Mordax rubus Ouid. de Medic. faciei 4. Punicei rubi Propert. 3, 13, 28. *i. Mori ſilueſtres.* ❡ 2 *De ipſo fructu.* Ne fraga rubosque colligerem Calpurn. Ecl. 4, 31. ❡ 3 Rubi, orum. *Oppidum Campaniae, a* ruborum *frequentia forte dictum.* Hor. Sat. 1, 5, 94 Inde Rubos feſſi peruenimus.

RVBEVS, a, um. *Spinoſus*, *vt*, Virg. Georg. 1, 266 Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga : a Rubo, frutice, vel a Rubis oppido Campaniae, *vt putat* Seruius.

RVBETVM, i. n. [βατὼν] *Locus, in quo rubi ſunt*, *vt*, Dura rubeta Ouid. Met. 1, 105. *Conf. Keuchen. ad* Sammon. v. 235.

R V C

RVCTA, vel frumen in homine, rumen in beſtia, pars gutturis, gurgulioni proxima Iſid. Gloſſ.

RVCTVS, ûs. m. [ἐρυγὴ] *Cibi et potus in ſtomacho male concocti ventoſa per os efflatio.* Celſ. 4, 5 *ad finem*, Sed ſi coacuit intus cibus, aut computruit (quorum vtrumlibet ructus oſtendit) eiiciendus eſt. Plin. 19, 5 ſ. 26, 1 *de raphano*, Et vis mira colligendi ſpiritum, laxandique ructum : ob id cibus illiberalis. Idem 20, 18 Anethum quoque ructus mouet, et tormina ſedat. Cic. Fam. 9, 22 *extr.* Stoici crepitus aiunt aeque liberos ac ructus eſſe oportere. Ructus Nonio 2, 733 a Ructando ductus. Plaut. Pſeud. (5, 2, 9) Pergin' ructare in os mihi. PS. Suauis ructus mihi eſt, ſic ſine modo. Lucilius Satyra, Exhalas tum acidos ex pectore ructus. Crebri ructus, cruditatis indicium Columel. 6, 6 *pr.* Ructu grauis herba, *h. e. Grauem odorem ipſo ructu ori referens, quale eſt allium* Plin. 24, 15. Mouere ructum Scribon. 116. Tertull. de Ieiun. *ad fin.* Deus enim tibi venter eſt, et pulmo templum, et aqualiculus altare, et ſacerdos cocus, et Sanctus Spiritus nidor, et condimenta chariſmata, et ructus prophetia.

RVCTO, āre. [ἐρυγγάνω, ἐρεύγομαι] *Ructus emittere.* Plaut. Pſeud. 5, 2, 9 Pergin' ructare in os mihi ? Cic. Fam. 12, 25 Quem ego ructantem et nauſeantem, conieci in Caeſaris Octauiani plagas. Iuuen. Sat. 3, 108 Laudare paratus, Si bene ructauit, ſi rectum minxit amicus. Nunquam ructaſſe dicitur Pomponius conſularis Poëta Plin. 7, 9 ſ. 18. *Conf.* Solin. c. 4. Cui ructare turpe eſſet, is vomuit Cic. Philipp. 2, 63 c. 25. Confer ſudantes, ructantes, refertos epulis tanquam opimos boues Cic. Tuſc. 5, 100 c. 34. *Add.* Sidon Ep. 4, 7. Iuuenc. 2, 834.

RVCTOR, āri. Depon. [ἐρυγγάνομαι] *Idem ſignificat.* Feſtus Paulli, Ructare non ructari dicendum eſt. Flaccus, Videres alios ructare, ac reſpuere, pulcherrima ſuperbia. Cicero tamen Ructaretur dixit. *Humanitatis vox eſt* Varr. R. R. 3, 2, 3 Te praeſertim cuius aues hoſpitales etiam nunc ructor, quas mihi appoſuiſti paucis ante diebus in villa *etc.* Verſus ructari *Translate dixit* Hor. in Arte Poët. 457. *Conf.* Sidon. Epiſt. 4, 17. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 16.

RVCTĀTVS, a, um. Partic. Paſſ. [ἐρευχθεὶς] *Vt*, Sil. 15, 432 Permiſcetque mero ructatos ore cruores. ❡ 2 *In bonam partem de re omnium ſanctiſſima* Prudent. Apoth. 93

Immo animus Patris, et ratio, et via conſiliorum,
Quae non facta manu, nec voce creata iubentis,
Protulit imperium patrio ructata profundo.

Vid. ERVCTO, EVOMO.

RVCTĀTOR, ōris. m. [ἐρευτὴρ] *et* RVCTĀTRIX, īcis. f. Ructatrix herba, *quae ructus inducit.* Martial. 10, 48 Nec deeſt ructatrix menta, nec herba ſalax.

RVCTĀMEN, inis. n. Prudent. Hamartig. 466 Carnis et immodicae ſpurco ructamine crudos.

RVCTÍTO, *quod ex* Colum. 6, 6, 4 *adfertur*, *ex corrupta lectione eſt*, *cuius nullam plane auctoritatem adhuc inueni.*

RVCTVŌSVS, a, um. Adi. [ἐρευγματώδης] *Vt*, Marc. Caelius *ap.* Quinctil. 4, 2, 123 Ipſum offendunt temulento ſopore profligatum, totis praecordiis ſtertentem, ructuoſos ſpiritus geminare.

R V D

RVDENS, entis, *vid.* RVDO.

RVDERO, RVDETVM, *vid.* RVDVS.

RVDIAE, ārum. f. [Ῥυδίαι] *Vetus Apuliae oppidum.* Pomponius Mela 2, 4 Poſt Barium (inquit) Egnatia, et Ennio ciue nobiles Rudiae.

RVDIVS, a, um. Adi. Hominem Rudium, Cic. pro Arch. 22 Ennium *vocat.*

RVDĪNVS, a, um. Adi. *Idem.* Auſon. Eidyll. 12 Vnde Rudinus ait diuûm domus altiſonum cael.

RVDIARIVS, *vid.* RVDIS, *Subſtantiuum.*

RVDIMENTVM, *vid.* RVDIS, *Adiect.*

RVDIS, is f. [ῥάβδος, σπάθη] *Virga ſ. baculus.* Cato de R. R. c. 104 Haec rude miſceto ter in die, dies quinque continuas. *Conf.* Ibid. c. 79 Rudibus ferreis aut ferulaceis verſare Plin. 34, 18. Rudibus *ſolitos* pugnare gladiatores, *teſtis eſt* Lampridius, *quum ait* Commodum in arena rudibus inter cubiculares gladiatores depugnaſſe, c. 9. *Conf.* Suet. Calig. c. 32. Ferro, non rudibus dimicantes Auct Dial. de Orat. c. 34, 5. Cic. Philipp. 2, 74 c. 30 Tam bonus gladiator rudem tam cito accepiſti ? Rudis *nempe ſignum*, *dimiſſum aliquem e ludo*, *et remiſſam illi pugnandi neceſſitatem : quod genus* Laniſtae *facti alios docebant artem.* Pſeudo-Cic. ad Octau. *fin.* Veteres vulneribus et aetate confectos Iulianos gladiatores, egentes reliquias Caeſaris ludi ad rudem compuliſſet ? quibus ille ſeptus omnia miſceret, nulli parceret, ſibi viueret. *An hoc vult declamator*, ad rudem *ſuam qui eſſet magnus laniſta*, compuliſſe ? *Vt* Hor. Epiſt. 1, 1, 2 Spectatum ſatis, et donatum iam rude, quaeris Maecenas iterum me antiquo includere ludo. *Item* Iuuen. 7, 171 Ergo ſibi dabit ipſe rudem, ſi noſtra mouebunt Conſilia. Martial. 3, 36 Hoc merui Fabiane toga, tritaque, meaque, Vt nondum credas me meruiſſe rudem. *h. e. Vacationem, vel ceſſationem ab officio praeſtando et ſalutationibus.* Ouid. Amor. 2, 9, 22 Feſſus in acceptos miles deducitur agros : Tutaque depoſito poſcitur enſe, rudis. Varro R. R. 1, 2, 12 Docete nos — Ad te enim rudem eſſe agriculturae nunc olim ad Stolonem fuiſſe, dicunt. Ad te, *i. apud te :* rudem, *inſigni vt laniſtae, ita alterius in ſua arte conſummati. Ita Scaliger, cuius hu ratio prae Gronouiana mihi placebat.*

RVDICVLA, ae. f. Dimin. [σπαθίδιον] *Parua virga. v. g. admo venda et agitanda ea, quae ſuper igne decoquuntur :* Cato de R. R. 9 Conuoluulus in vinea ne fiet, amurcam, igni leni coquito, rudicula agitato crebro, vsque adeo dum fiat tam craſſa quam mel. Plin. 29 3 Non eſt opus in hoc vſu lanas rudiculis eſſe curatas. *Sed hic locu aliter nunc legitur.* Columel. 12, 46. Cato c. 95. Celſ. 6, 19.

RVDIARIVS, i. m. [ἄφετος] *Qui impetrarunt miſſionem arti gladiatoriae, donati rude.* Sueton. in Tiber. c. 7 Rudiariis quoque quibusdam reuocatis auctoramento centum millium. ❡ 2 Rudiarius, qui ſaga *rudia et* noua polit, Cincius *apud* Feſtum. Rudiarius, Qui ruderarium cibrum facit, et rudiora linteamina.

RVDIS, e. Adi. [ἀπαίδευτος, ἀμαθής, *it.* rude, ἄγναφον Gloſſ. Vet. *Imperitus, indoctus, inſcius, ignarus.* Feſtus in Rodus *ex* Cincio Omnis fere materia non deformata rudis appellatur, ſicut Veſtimentum rude, non perpolitum (Vet. Gloſſ. rude ἄγναφον *fullonem non expertum). Haec habentur etiam in fragmento p. 73, vbi illud quoque,* Hominem imperitum rudem dicimus. Cic. pro Flacc. 16 c. 8 Quum in theatro homines imperiti, homines rerum omnium rudes, ignar que conſederant. Plin. 2, 7 Sedere coepit ſententia haec, parite que et eruditum vulgus et rude in eam curſu vadit. Ad bella ru dis Liu. 24, 48. Ad mala iampridem non ſumus vlla rudes Oui ex Pont. 3, 7, 18. Ad ſeditiones rudis Liu. 28, 25. Cic. Orat. 1, 40 Quem tu adoleſcentulus perpuliſti, ignarum legum, hae tantem in maiorum inſtitutis, rudem in iure ciuili. *Et* de Ora 1, 32 Quid eſſe poteſt in otio aut iucundius, aut magis proprium h manitatis, quam ſermo facetus ac nulla in re rudis ? Rudis eſ videbar in cauſa Cic. Fam. 4, 1. In re nulla orator tiro ac rud nec peregrinus atque hoſpes eſſe debet Cic. de Orat. 1, 218 c. 50. R des, et omnium ignari Quinctil. 1, 8. Iuuen. Sat. 11, 143 Tunc r dis, et Graias mirari neſcius artes. ❡ 2 *Ponitur cum G nitiuo et Ablatiuo.* Artium rudes homines Liu. 1, 7. Artium b narum rudis Tacit. Ann. 1, 3. Belli rudis, *Inexpertus armoru* Hor. Epiſt. 2, 2, 47. Coniugii rudis iuuenca Ouid. Faſt. 4, 33 Dicendi rudis Tacit. Ann. 1, 29, 1. Cic. pro Corn. Balb. 47 Dic ſe non imperitum foederis, non rudem exemplorum, non ignaru belli fuiſſe. Literarum Graecarum rudes Cic. Off. 1, 1. Op rum rudes iuuenci Ouid. Faſt. 1, 83. Cic. Verr. 2, 17 Nolebat i agendo diſcere, tametſi non prouinciae rudis erat et tiro. Rerum rudis Valer. Argon. 1, 771. Rerum omnium rudis Cic. *Tuſc.* 1 57. Idem Acad. 4, 2 c. 1 Quum eſſet Roma profectus *rei militaris* rudis. *Item* Arte rudis Ouid. Triſt. 2, 424. *Adoleſcens* Studiis rudis Vell. 2, 73, 1. Senſibus celebris, Verbis *rudis* Idem 2, 9, 5. Tractandi rudis militares animos Curt. 4, 2 17 ❡ 3 *Iam videamus, quorum Nominum epitheton ſi* Anni rudes Quinctil. 1, 1, 5. *et* 20. *i. pueritia. Conf.* Claud. Cor Hon. 3, 85. Argentum *non laboratum* Plin. 33, 3. Campus r dis ; *vid.* CAMPVS. Capilli rudes, *Non comti* Senec. Hippol. 31 Carmen rude, *Inemendatum* Ouid. Triſt. 1, 7, 22. Diſcipulum r rudem atque integrum accipe Cic. de Nat. Deor. 3, 7 c. 3. Epi rus hebes ac rudis Idem de Diuin. 2, 103. Forma ingenii adm dum impolita et plane rudis Cic. de Clar. Orat. 293. Genus h minum rude, hebes et impolitum Idem de Orat. 2, 133. Ingeniu rude, *Nullis ſtudiis excultum* Hor. de Arte Poët. 410. Lanae r des Ouid. de Arte Am. 2, 220. *et* Heroid. 1, 78. *i. Impolitae.* M teria rudis, *Chaos informe* Lucan. 2, 8. Moles rudis indigeſtaq Ouid. Met. 1, 7. Pectus Ouid. Epiſt. 4, 23. Populi *Ide* Faſt. 1, 38. Puer rudis ignoto amore tactus Ouid. Amor. 2, 1, Simplicitas Idem de Arte Am. 3, 113. Terram rudem proſcinder Varro R. R. 1, 27. Veſtimentum *habuimus* n. 1. *ex Feſto.* V auſtas Ouid. Faſt. 1, 131. Vulgus Idem Faſt. 2, 292. *Superl.* Am mian. 26, 6 In rabido corde rudiſſimus, nec reddendae nec accipiend rationis capax.

RVDITAS, ātis. f. [ἀμαθία, σκαιότης] *Imperitia.* Apul. Flori 4 p. 263, 7 Prima cratera literatoris ruditatem eximit. *i. prima diſ plina Grammatici efficit, vt rudes eſſe deſinant, qui ea imbuuntur.*

RVDIMENTVM, i. n. [προπαίδευμα] *Principium artis, pri diſciplina, quae rudibus datur : quod et tirocinium appellatur.* Cla rudimenta primae militiae Stat. Silu. 5, 2, 9. Bellique propinq Dura rudimenta Virg. Aen. 11, 157. *i. Difficilia.* Turpe rudime tum patriae praeponere raptam Ouid. Epiſt. 5, 97. Dicendi rud menta Quinctil. 2, 1. Lucis rudimentum, *pro Initio vitae* Pli 7 in Prooem. Militiae rudimentis imbutus cum aliquo actae I terc. 2, 129, 2. Regni puerilis rudimentum Liu. 1, 3. *Add.* 1 3, 11. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 8 c. 3 An vlla alia putas eſſe rud menta et incunabula virtutis? Tale rudimentum tanto ſub nom ne Debes Ouid. A. A. 1, 193. Deponere rudimenta tirocinii ſ aliquo Iuſtinus 9, 1 *extr. Specimen dare, ſe non iam rudem.* Pſe do-Cic. in Salluſt. 2 Verum eo magis odiſſe debetis hominem, qui incipiens quidem peccare minimis rebus poſuit rudimentum, ſed i ingreſſus eſt, vt neque ab alio vinci poſſit, *etc.*

RVDO, ĕre. [ὀγκάομαι] *Animalium quorundam vox v. g. aſinoru* Aſini rudunt Spartian. in Geta c. 5. Perſ. Sat. 3, 9 Findor, Arcadiae pecuaria rudere credas. Rudiui fortiter Apul. Met. p. 193. Ouid. Faſt. 6, 342 *de aſello*, Intempeſtiuo cum rudit il ſono. Vt rudit a ſcabra turpis Aſella mola Ouid. de Arte Am. 290. Rudere, abuſiue et de leonibus, et de hominibus dicitu Virg. Aen. 7, 16 Gemitus iraeque leonum Vincla recuſantum, et ſe ſub nocte rudentum. Idem Aen. 8, 248 *de caco, quem hoc ipſo cu belua comparat*, Incluſumque cauo ſaxo, atque inſueta rudente *Ergo Virgilius primam ſemper corripit, quam producit, vt vidimus, Pe ſius. De ceruis* Virg. Georg. 3, 374 Grauiterque rudentes Caedunt. ❡ 2 Rudeo, ēre, *per ſecundam coniugarum antiqui.* Lucilius, Haec inquam rudet ex roſtreis, atque hinnilitab Varr. de L. L. 6, 5 p. 81, 33.

RVDENS, entis. Partic. [ὀγκώμενος] *vt*, Virg. Aen. 3, 561 — rimusque rudentem Contorſit laeuas proram Palinurus ad vndas, *i.* ridentem ac ſonantem, *ait* Seruius. Aſellus rudens Ouid. Faſt. 1, 33. Leones rudentes Virg. Aen. 7, 16. *Subſtant.* Rudens, *id. mox ſeorſim.*

RVDĪTVS, ûs. m. *Clamor aſini.* Apul. de Aſino 8 p. 215 Audito dditu meo. *Penultima longa eſt, a* rudiui.

RVDOR, oris. m. *Idem.* Apul. Florid. 3 p. 357 Vox hominis et iba rudore toruior, et lyra concentu variatior.

RVDENS, entis. tam m. quam f. [πεῖσμα, κάλως, πρότονος] *Funis nauticus.* Virg. Aen. 1, 91 Inſequitur clamorque virûm, ſtridorue rudentum. Plaut. Rud. 4, 3, Heus mane. ſi quid maneam? T. um hanc tibi rudentem, quam trahis, complico. *conf.* Non. 3, 187. ic. Tuſc. 5, 40 Non ſane optabilis eſt quidem, inquit, rudentibus ota fortuna. Rudentes ea cauſa ſapientiſſimi dictos volunt, quod unes, quum vento verberentur, rudere exiſtimentur: atque hunc omum proprium funium non aſinorum putant Nonius 1, 254. Aptare mos et rudentes Virg. Aen 5, 753. Excutere rudentes Idem bid. 3, 682. Cic. de Diuin. 1, 127 c. 56 *de fato loquens,* Non enim lla, quae futura ſunt, ſubito exiſtunt; Sed eſt quaſi rudentis explitio, ſic traductio temporis nihil noui efficientis, et primum quidque plicantis. Iactare rudentes Ouid. ex Pont. 4, 9, 73. Immitre rudentes, *vid.* IMMITTO. Laxare excuſſos rudentes Virg. en. 3, 267. Porrexit innumeros rudentes puppis vtrinque Stat. ilu. 5, 1, 243. Quatere Lucan. 2, 698. Suſtollunt intorti rudentes vela Catul. Argon. ſ. 62, 235. Tractare duros rudentes Iuen. Sat. 6, 102.

RVDENTISIBILVS, i. m. *Dictio compoſita, qua vſus* Pacuius, *vt auctor eſt* Varr. de L. L. 4, 1 p. 7, 2.

RVDVS, eris. n. [βῶλος, χῶμα, καὶ χαλκὸς ἀνέργαστος, καὶ γῆς σωρὸς loſſ. Lat. Gr.] *Proprie ſignificat rem rudem, aſperam et imperfectam, ales ſunt glebae illae terra, lapide, metallis conſtantes, e quibus metalla ura in metallicorum fornacibus excoquuntur: itemque materia ex ruinis dificiorum arena, calce, caementis, lateribus mixta. De illis* Prudent. poth. 725 Non ſicut ſculptor ab aeris Rudere decoctam conſueſcit *i. conſuefacit, docet, facit)* viuere maſſam. Idem Periſteph. 2, 90 Aurum effoſſa gignunt rudera: Et de metallis ſqualidis Poenalis xcudit labor. Feſtus *h. v.* Apud aedem Apollinis aes conflatum cuit, id (*forte leg.* ideo) ad rudus appellabant. *Puto templum ipſum ab aliis Apollinis aedibus diſtingueretur,* Aedem Apollinis ad rudus *atum.* ¶ 2 *Peculiarem ſedem et domicilium quaſi habet in dificandi ratione* Rudus *enim vocant materiam, quae ad pauimenta hibetur.* Iſid. Orig. 16, 3 Rudus (*ſic vid. leg. pro* Rudos *hic et* 19, 10) rtifices appellant lapides contuſos calci admixtos, quos in pauimentis ciendis ſuperfundunt: vnde et *Rudera* dicuntur. *Vid.* Vitruu. , 1 Primum incipiam de ruderatione — Et ſi plano ſolo ſit rudendum — inducatur cum ſtatumine rudus —— Rudus ſi noum erit, ad tres partes vna calcis miſceatur, ſi rediuiuum fuerit, *in alio aedificio adhibitum)* quinque ad duum mixtiones (*forte* mixonis) habeat reſponſum (*ad quinque partes ruderis duae calcis admiantur)* Deinde rudus inducatur et vectibus ligneis — pinſatione ſodetur. *De eadem re agens, qui Vitruuium in talibus ſolet ſequi,* Pallad. 9, 4 Tunc ſuperſtatuminabis rudus, id eſt ſaxa contuſa duabus partibus, et vna calcis temperante conſtitues. *vid. reliqua et conf.* Plin. 6, 25 Ruderi nouo tertiam partem teſtae tuſae addi: deinde rudus, a quo duae quintae calcis miſceantur pedali craſſitudine fiſtucari, *etc.* *andem ipſe audiatur* Cato R. R. 18, 7 Fundamenta primum fiſtucato, oſtea caementis minutis et calce arenato ſemipedem vnum quodque orium ſtruito. Pauimenta ad hunc modum facito, vbi librau eris, e glarea et calce arenato primum corium facito; id pilis ſubigito, *c.* *Illud apparet,* rudus *eſſe minutias quaſdam caementorum, glareae, renae, teſtae contuſae, etc.* *Sed totam etiam maſſam calce et aqua affuſa mperatam,* rudus *eſſe, liquet ex* Pallad. Mai. 11, 2 Pedaneum ſuper rus inducimus, et aſſiduo vecte denſamus: tunc antequam rudus ſicceur, *etc.* *Viis ſternendis* rudus *adhibitum docet* Lucil. *apud* Non. 1, 5 Viam ſternendam et iaciendum huc aggerem, et id genus rudus. *Male hic* Nonius, *vel ſi quis interpolauit,* rudus *interpretatur* ſtercus; *ale a* radendo *deriuat. Caeterum ad* Lucilii *verſum facit, quod* Plinio *ibuitur, non bona, puto, fide, ſi fideles hic indices,* Complanatae veri rudere viae. *Sic* Tacit. An. 15, 43, 3 *vbi de reſtituenda poſt inndium Neronis Roma,* Ruderi accipiendo Hoſtienſes paludes deſtinaat, utque naues, quae frumentum Tiberi ſubuectaſſent, onuſtae rudere ecurrerent. Rutil. Itiner. 1, 412 Sola manent interceptis veſtigia uris: Ruderibus latis tecta ſepulta iacent. Colum. 10, 81 Rudere tum pingui, ſolido vel ſtercore aſelli, Armentiue fimo ſatures iunia terrae. Rudus pingue *intelligo, cui argilla multa admixta eſt de arietibus craticiis. Haec ſunt, quae de rudere ſic ſatis diligenti inquiſiione inuenire potui. Nihil autem occurrit, vnde probari poſſit, recte os loqui, cum vulgo aedificiorum etiam ſtantes reliquias parietinasque* ruderum *nomine appellamus. Nec aliud ex libris iuris annotatum inuenio.* Vet. Gloſſ. Rudera ſunt illa, quae decidunt diſcuſſis moenibus fragmenta apidum, et demolimenta caementorum Rudera egerere l. 7 §. 2 D. de amno infecto. Tollere l. 6 eod. In cuius aedes rudera decidiſſent l. 7 . vlt. eod. ¶ 3 *Aes etiam factum et laboratum antiquis* rudus *dictum, non ea modo indicant, quae ſupra, voce* RAVDVS, *et quae nde deriuantur, dedimus, praeſertim* Varro. de L. L. 4, 34 p. 39, 19 orta Rauduſcula, quod aerata fuit: aes Raudus dictum. *Vix enim dubium eſt* Raudus, Rudus *et* Rodus *eandem vocem eſſe: deriuarique a* ruendo, *quod* ruitur, eruitur, *etc. vt ab* ὕω *eſt* vdus *itemque* ſudor. *Non aliter differunt, puto, quam* claudo *et* cludo, Claudius *et* Clodius.

RVDĔRO, āre. *Rudus inducere.* Vitruu. 7, 1 Tunc inſuper ſtatuminetur, ne minore ſaxo, quam quod poſſit manum implere, ſtatuminationibus inductis ruderetur.

RVDERATIO, ōnis. f. Vitruu. 7, 1 Primumque incipiam de ruderatione, quae principia tenet expolitionum, *vid. loca in* RVDVS . 2 *citata.* Ruderationi Statuminatio *fundamenti loco ſubiicitur. Statuminatio fit lapidibus et caementis libralibus et manualibus, ſine calce et arena:* Ruderatio *vero* ſtatumini *ſuperinducitur cum calce et arena, ut rudere nouo aut rediuiuo, id eſt, ex vetere aedificio ſumto, non nuper effoſſo, quod conſtat e caemento, ad differentiam* nuclei, *qui e teſta contuſa conſtat, et tertio loco inducitur. De his omnibus* Vitruu. 7, 1.

RVDERĀTVS, a, um. Adi. Ruderatus ager, *qui rudere ſ. verum aedificiorum materia abundat, qualem* amat roſa Plin. 21, 4.

RVDETVM, *vel, vt ſcribitur non nunquam* RVDECTVM, i. n. *Locus plenus ruderibus.* Cato 35 Lentim in rudeto et rubricoſo loco, qui herboſus non ſiet, ſerito. Idem c. 34, 2 Ager rubricoſus, et terra pulla, materina, rudeta, arenoſa. *Poſſis etiam pro Adiectiuo habere,* RVDECTVS, a, um.

RVDERARIVS, a, um. Adi. Ruderarium cibrum, Apuleius *dixit* Met. 8 p. 212 *quo vtuntur ad* Rudus.

RVDERATA arenoſaque loca primum arari *iubet* Cato R. R. 131 *Poſſis ſuſpicari* ruderata. *Sed* Rudeta *vel* Rudecta *in bonis libris eſt*

RVDVSCVLVM, *vid.* RAVDVSCVLVM.

R V F

RVFILLVS, i. m. *Nomen viri delicati apud* Hor. Serm. 1, 2, 27 Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. *Eſt deminutum nomen ex*

RVFINVS, *quod* Iuniorum, Liciniorum, Memmiorum *aliorumque cognomen eſt. Nobilis ille Hieronymi aduerſarius, et ille, in quem* Claudianus *ſcripſit.*

RVFRAE, arum. f. *Oppidum Campaniae, cuius meminit* Virg. Aen. 7, 739. *vid.* Sil. 8, 568 *et ibi Drakenb*

RVFRENI, orum. m. *Incolae.* Cic. Fam. 10, 71.

RVFRI MACERIAE, arum. f. *Oppidum Campaniae.* Cato 22, 4 Venduntur ad Rufri macerias numis centum octoginta, temperantur numis triginta, tantidem Pompeiis emuntur. Idem c. 135.

RVFVS, a, um. Adi. [πυῤῥὸς] *Color idem qui ruber.* Gell. 2, 26 Fauorinus *ita diſputat,* Rufus color a rubore quidem appellatus eſt. Sed cum aliter rubeat ignis, aliter ſanguis, aliter oſtrum, aliter crocum, has ſingulas Rufi varietates Latina oratio ſingulis propriisque vocabulis non demonſtrat, omniaque iſta ſignificat vna ruboris appellatione — *Ruſſeus* enim color et *Ruber,* nihil a colore *Rufi* differunt — Tum Fronto ad Fauorinum — Non haec ſunt ſola vocabula rufum colorem demonſtrantia — ſed alia quoque habemus plura, — *Fuluus* enim, et *Flauus* et *Rubidus,* et *Phoeniceus,* et *Rutilus,* et *Luteus* et *Spadix* appellationes ſunt rufi coloris, aut acuentes eum quaſi incendentes, aut cum colore viridi miſcentes, aut nigro infuſcantes aut virenti ſenſim albo illuminantes, *etc.* Martial. 14, 129 Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia rufis. Rufus quidam Plaut. Pſeud. 4, 7, 120 *ad colorem capilli, ſuperciliorum, barbae.* Ter. Phorm. 1, 2, 1 Si quis me quaeret rufus. Idem Heaut. 5, 5, 17 Rufamne illam virginem, *etc.* *Quidam ſcribunt duplici* F, Ruffus. *Sed* Martial. 8, 51 *aperte docet, Vocatiuum* Rufe *conſtare tantum literis quatuor. Damus totum epigramma in* BIBO. Agna rufa Hor. Serm. 2, 3, 214. *al.* Nitida. Color Plin. 12, 12. *Add.* Scribon. 213. *et Conf. Rhod. in Lex. it.* Vitruu. 8, 3. Pallad. 1, 10. Emplaſtrum Celſ. 5, 9, 5. Gingiua Catul. in Egnatium ſ. 37, 19. *al.* Ruſſa. Medicamentum rufum fit Scribon. 212. Sputum ſiue rufum eſt ſiue cruentum Celſ. 2, 8. Lucret. 4, 73 Et vulgo faciant id lutea, ruſaque Vela. *al.* Ruſſa. *Compar.* [πυῤῥότερος] Plin. 16, 14 Namque et materies maris dura, rufiorque, ac nodoſa. Radix rufior paullo Plin. 27, 2. Siligo rufior Campana, at Piſana candidior Idem 18, 9. ¶ 2 Rufus *eſt cognomen Romanum, vt in* Curtio *illo* Rufo, *in* Virginiis, *etc. ſine dubio a colore pilorum primo ortum.*

RVFŬLVS, a, um. Dimin. [ὑπόπυῤῥος] Plaut. Amphit. 4, 4, 63 Vt primum coiuit cicatrix rufula. *Conf.* Idem Aſin. 2, 3, 20. Plin. 25, 13. Tunicae Vopiſc. in Probo c. 4. Rufuli appellati ſunt Tribuni militum, non a populo, ſed a Conſule facti, quod de eorum iure Rutilius Rufus legem tulerit: hi poſtea mutatione vnius literae, Rutuli ſunt appellati. Feſtus. *vid.* Liu. 7, 5. *et* 9, 30. Aſcon. in Verr. p. 56.

RVFO, āre. [πυῤῥοποιέω] *Rufum facere.* Plin. 15, 22 Rufatur capillus primum prodeuntibus nucleis. *Et* 23, 2 Tunc addito lentiſcino oleo illita vna nocte rufat capillum. *add.* ibid. c. 4.

RVFFO, ēre. *a quo* RVFESCO, ere. [πυῤῥοποιοῦμαι] *Rufum fieri.* Plin. 10, 29 Grues ſenectute nigreſcunt, Merula ex nigra rufeſcit. Donec ruſeſcat Idem 28, 12. *add.* Idem 36, 19.

R V G

RVGA, ae. f. [ῥυτὶς, πτυχὴ] *Sulcus veluti quidam, quam ſenectus in laxata cute efficit.* Cic. de Senect. 92 c. 18 Non cani, non rugae repente auctoritatem arripere poſſunt, ſed honeſte acta ſuperior aetas, *etc.* Aniles rugae Ouid. Met. 14, 96. Cauae Ouid. Met. 7, 291. *al.* Venae. Deformes Claud. in Eutrop. 2, 67. Cum bene vir traxit vultum rugasque Coëgit Ouid. Amor. 2, 2, 33. Senilis Ouid. Faſt. 5, 58. Cogitur denſiſſima ruga in frontem Iuuen. Sat. 13, 215. Decipere aliquem rugis et ſupercilio Cic. poſt red. in Senat. 14 c. 7 *de Piſonis vultu ſeuero et in rugas contracto.* Exarat ſenectus frontem rugis Hor. Epod. 8, 3. Excutere rugas Ouid. Amor. 1, 8, 45. Inducit rugas ſenectus Tibul. 2, 2, 20. Laxantur corpora rugis Ouid. de Arte Am. 3, 73. Portare rugas Idem Am. 1, 8, 45. Remittere aliquid ex rugis, *i. de ſeueritate* Plin. Epiſt. 9, 17. Trahere rugam Iuuen. Sat. 14, 325. Turpant te capitis niues et rugae Hor. Carm. 4, 13, 11. Venient iam rugae quae tibi corpus arent Ouid. de Arte Am. 2, 118. ¶ 2 Ruga, *non ſolum in corporibus dici ſolet, ſed etiam in veſtibus.* Plin. 35, 8 Praeter quae in veſte et rugas et ſinus inuenit. Idem 12, 7 Deeſt tota illa maturitas, ideoque et rugarum coloriſque ſimilitudo. Perſ. 6, 79 Rem duplica! feci: iam triplex, iam mihi quarto, iam decies Redit in rugam, *i. multiplicatur:* Ruga plica *eſt, a qua res* duplicari, triplicari, *etc. dicuntur.*

RVGOSVS, a, um. Adi. [ῥυτιδώδης, πτυχώδης, ῥυτιδωτὸς] *Rugis plenus.* Plin. 12, 13 Amomum laudatur quam maxime punici mali foliis ſimile, nec rugoſis. Acina rugoſa Columel. 13, 43. Cortex rugoſus Plin. 16, 31. Ouid. Heroid. 5, 28. Facies rugoſior vua paſſa Claud. in Eutrop. 1, 111. Folium rugoſum Plin. 13 c. vlt. Frons rugoſior Martial. 3, 93. Genae Ouid. Amor. 1, 8, 112. Palmae Idem Met. 8, 674. Piper Perſ. 5, 55. Senecta rugoſa ora pallent Tibull. 3, 5, 25. *add.* Celſ. 2, 8. 5, 26. *et* 28. 7, 19. Ouid. Faſt. 1, 185.

RVGINŌSVS, a, um. Idem Cael. Aurel. Acut. 1, 11 Cutis veluti ruginoſa vel ſulcata pannoſitas.

RVGOSĬTAS, ātis. f. pro *Seueritate poſuit.* Tertull. de Patient. 15 Frons nulla moeroris aut irae rugoſitate contracta.

RVGO, āre. Rugare *dicitur veſtis, quum multos ſinus facit.* Plaut. Caſin. 2, 3, 30 Vide palliolum vt rugat. *add.* Fragm. *ap.* Gell. 18, 12.

RVGĀTVS, a, um. *vt,* Rugata teſta, *apud* Plin. 9, 33.

RVGIO, īre. [βρυχάομαι] *Rugire dicitur leo, quum vocem emittit.* Auctor Philomelae v. 49 Tigrides indomitae raucant, rugiuntque leo-

nes. *conf.* Spartian. in Geta 5. Numquid rugiet onager, cum habuerit herbam? Vulg. Iob. 6, 5. Rugiunt clamantes contra deos ſuos, ſicut in gehenna mortui Firmic. de Error. prof. relig. p. 38 *de ſacerdotibus gentilium.*

RVGIENS, entis. Diabolus tanquam leo rugiens circumit Vulg. 1 Pet. 5, 8. Catulus leonis ſaeuus et rugiens Vulg. Iud. 14, 5. *add.* Pſalm. 104 (103) 21. Zephan. 3, 3.

RVGĪTVS, ûs. m. [ἐϱυχηϑμὸς] Vopiſc. in Prob. c. 19 Rugitibus tonitrua excitare. Leonum Prouerb. 20, 2. Inteſtinorum Hieron. Epiſt. 22, 5 *ad* Euſtochium.

RVGVSCI, orum. m. Alpini populi *inter eos quos Caeſar ſubegit* Plin. 3, 20.

R V I *et* R V L

RVĬDVS, *ſiue* RVVĬDVS, a, um. Adi. [ἄξεϛος] Plin. 18, 10 ſ. 23 *de piſtura,* Maior pars Italiae ruido vtitur pilo. *Hermolaus, non tam quod ſine ferro eſt, id nomen habet, quam quod aſperum, impolitumque. Nam* et Ruuidus panis *Plauto (vt ait Feſtus)* eum ſignificat, qui parum coctus, rugoſusque ſit, *quanquam* Rubidus *fere ſcribitur, v. v.*

RVINA, *vid.* RVO.

RVLLA, ae. f. *Inſtrumentum ferreum, ſtimulo ruſticorum additum, ad vomerem detergendum.* Plin. 18, 19 Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla. *Diminutiuum a* Runa, *quod eſt* teli genus, *vt ait* Feſtus. Ennius Runata recedit. *Habet vt videtur hoc telum latiorem cuſpidem. Sed conf.* RALLA.

RVLLVS, i. m. [Ῥȣ̃λλος] *Cognomen Romanum* Seruiliorum. Plin. 8, 51 Solidum aprum Romanorum primus in epulis appoſuit, qui Ciceronis Conſulatu legem Agrariam promulgauit. *Videtur fuiſſe forma diminuta ex* Rurus, *i. ruralis, ruſticus.* Rullus, mendicus, ἀγύϱτης *vel* ἀγϱοῖκος Vet. Gloſſ. *ſed vid. Voſſ. in Etymol.* p. 438.

R V M

RVMA, ae. f. *Idem quod* Rumen. Seruius *ad* Virg. Ecl. 6, 54 Rumatio dicta eſt a ruma eminente gutturis parte, per quam demiſſus cibus a certis reuocatur animalibus. *Conf.* RVMINATOR. *Add.* Iſidor. 12, 1. ¶ 2 *Mamma eſt,* vt Rumen *et* Rumis. *Fluctuat enim vox non tam ſcriptoribus vſitata, quam iactata inter paruos et nutrices.* Varro de R. R. 2, 11, 5 Mammae enim Rumis ſiue Rumae. *Diſertiorem ex Nonio locum, vid. in* RVMINA DEA.

RVMBOTINVS, *vid.* RVMPOTINVS.

RVMO, āre. [ἀναμασσάομαι, μηϱυκάζω] *Idem quod* Ruminare *dicebatur apud veteres.* Feſtus *in* RVMEN. ¶ 2 *Eſt etiam* Rumare, *Lactare, quaſi mammam in rumen immittere. conf.* IRRVMARE.

RVMEN, ĭnis. n. Feſtus: Rumen eſt pars colli, qua eſca deuoratur: vnde et rumare dicebatur, quod nunc ruminare. ¶ 2 Rumen, *Mamma dicitur.* [μαϛὸς] Plin. 15, 18 ſ. 20 *de* Ficu Ruminali, Magisque ob memoriam eius, quae nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata: quoniam ſub ea inuenta eſt lupa infantibus praebens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex aere iuxta dicato, tanquam in comitium ſponte tranſiiſſet. ¶ 3 Rumen, Nonius 1, 64 docet eſſe Locum in ventre, quo ſumitur cibus, et vnde redditur. Pomponius Proſtibulo, Ego rumorem paruifacio, dum ſit rumen quî impleam.

RVMĬNO, āre. [μηϱυκάζω] *et* RVMĬNOR, āri. *eſt Reuomere, ac rurſus conſumere; quaſi cibum ad rumen reuocare, iterumque conficere.* Columel. 6, 6 Propter quae bos neque ruminat, neque lingua ſe detergit. Scarus ſolus piſcium dicitur ruminare Plin. 9, 17. *conf.* Idem 10, 73. 11, 37. Herbas ruminare Ouid. Amor. 3, 5, 17. *et* Virg. Ecl. 6, 54. Ruminari, per translationem, In memoriam reuocare. Varro Tanaquile, Non modo abſens quidquam de te ſaepius cogitabit, ſed etiam ruminabitur humanitatem. Liuius Aegiſtho, Nemo haec voſter ruminabitur mulieri. *Alii legunt,* Voſtrae ruminetur. *Haec* Nonius 2, 746. *conf.* Idem 7, 103. *Sic* Sermo intellectu ruminandus Tertull. de Reſurr. carn. c. 37. Ruminare carmina, libros veterum Sidon. Epiſt. 3, 13. *et* 1, 3. *i. recenſere, retractare.*

RVMINATIO, ōnis. f. [μηϱυκασμὸς] Plin. 11, 37 Quibus neque dentes vtrinque, nec ruminatio. Idem 17, 22 Si faucias recenti medicina mordeat quaedam hiemis ruminatio, *i. Frigoris reiteratio. ducta metaphora a cibi repetitione et reuocatione. Similis metaphora* Cic. Att. 2, 12 Quanto magis vidi ex tuis literis, quam ex illius ſermone, quid ageretur de ruminatione quotidiana, de cogitatione Publii, *etc.*

RVMINĀTOR, ōris. m. Arnob. 7 p. 230 Aerumnae (*al.* Rumae) ſunt prima in gurgulionibus capita, qua deiicere cibos et referre natura eſt ruminatoribus ſaeculis, *i. animalibus ruminantibus. conf.* Voſſ. Etym. p. 438.

RVMINĀLIS, e. Ficus ruminalis, [Ῥωμινάλιος ἐϱινεὸς] ſub qua Lupa Romulo et Remo dicitur mammam praebuiſſe, *vt ait* Feſtus: *quae et* Romula *vocitata eſt. vid.* Seru. *ad* Aen. 8, 90. *et Salmaſ. ad Solin.* p. 800. Ouid. Faſt. 2, 411 Arbor erat, remanent veſtigia, quaeque vocatur Romula nunc ficus, Rumina ficus erat. Ruminalis arbor deminuta et reuireſcens Tac. A. 13, 58, 1. *conf.* Liu. 1, 4. Plin. 15, 18 *quem locum damus, voce* RVMEN n. 2. Ruminales hoſtiae, *eorum animalium quae ruminant* Plin. 8, 51.

RVMINVS *inter Iouis cognomina eſt* Auguſtin. de C. D. 7, 11 *pr.* Dixerunt eum Victorem — Almum, Ruminum, et alia. *quia cum* Almo *iungit, forte intelligi voluit, qui velut lactaret, quaſi rumine praebito, omnia.*

RVMĬNA, ae. f. *Dea eadem, quae* Rumia. Varr. Cato, vel de Liberis educandis: Hiſce manibus lacte fit, non vino, Cuninae propter cunas, Ruminae propter rumam, id eſt, priſco vocabulo, mammam, a quo ſubrumi etiam nunc dicuntur agni. *Haec* Nonius 2, 756.

RVMIS, is. f. [ϑήλη] *Idem quod* Ruma, *iſt eſt, mamma, ſed proprie animalium.* Varr. R. R. 2, 11, 5 Mammae enim rumis, ſiue rumae, vt ante dicebam, a rumi, et inde dicuntur ſubrumi agni lactentes, a lacte. *Reſpicit ad* 2, 1, 20. *Vterque locus varietate lectionis laborat. Hinc legendum arbitror* Iuuenal. 11, 106 Geminos ſub rume Quirinos, *pro rupe, quod vix conuenit. conf.* Tert. de Reſurr. Carn. c. 4.

RVMIA, ae. f. [Ῥȣμία] *Dicta eſt, Dea, quae rumis, id eſt, mammis, hoc eſt, pueris lactentibus praeſidebat. Huius meminit* Auguſtin. de Ciuit. Dei 4, 11. *et* 6, 10. Varr. de R. R. 2, 11, 5 Non negarim inquam, ideo apud diuae Rumiae ſacellum a paſtoribus ſatam ficum. Ibi enim ſolent ſacrificare lacte pro vino, et pro lactentibus, *vid.* RVMINA *paullo ante.*

RVMENTVM, i. n. *Abruptio, ap.* Feſtum, *cuius locum lacerum ita ſanendum putat Scaliger,* Rumentum in auguralibus ſignificare videtur abruptionem: Dum verberat anciliorum aerimen *(i. aes)* auis canerit *(cecinerit)* interea, id eo augurio rumentum eſto.

RVMEX, ĭcis. m. [λαπάϑον] *Lapathi ſilueſtris genus.* Plin. 19, 12 Solum vero ex omnibus lapathum ſilueſtre melius, hoc in ſatiuis rumex vocatur, naſciturque fortiſſimum. *conf.* Idem 11, 8. *et* 26, 4 *et* 20. Apul. de Herb. c. 13. Apic. 1, 1. Radices rumicis Scribon. 111, 127. Erraticae radices rumicis 253. *i. agreſtes.* ¶ 2 Rumex, Genus teli, ſimile ſpari Gallici, cuius meminit Lucilius Tum ſpara, tum rumices portantur, ſtragula porro. *Haec* Feſtus, *e quo reſtituti ſunt* rumices *etiam* Gellio, 10, 25 *vbi inter* telorum nomina — geſa, lancea, ſpari, rumices, trifaces. *In MSS. erat* rumi geſtri faces: *vnde Turnebus exſculpſerat* runae, ceſtri.

RVMIGESTRI, *Teli genus laudatur e* Gell. 10, 25. *Sed. vid.* RVMEX n. 2.

RVMĬGO, āre. *apud* Apul. de Aſino aureo 4 p. 153 Iam fere tertium palam rumigabam, *i. vt interpretor, Ruminabam.*

RVMIFERO, RVMIGERO, *vid.* RVMOR.

RVMON, *nomen antiquum Tiberis.* Seru. *ad* Aen. 8, 63 Stringentem ripas: Radentem, imminuentem: nam hoc eſt Tiberini fluminis proprium, adeo vt ab antiquis *Rumon* dictus ſit, quaſi ripas ruminans et exedens: in ſacris etiam *Serra* dicebatur: vnde ait nunc Et pinguia culta ſecantem: in aliqua etiam vrbis parte *Terentum* dicitur, eo quod ripas terat. *Ad* Aen. 8, 90 Ergo iter inceptum celerant rumore ſecundo, Aut, *inquit,* Rumore pro Rumone profuit: nam, vt ſupra diximus, Rumon dictus eſt, vnde et ficus Ruminalis, *etc.* Ergo ſi fuerit Rumone ſecundo, fauente fluuio intelligimus. *Codex Virgilii Mediceus, cui principatum in eo genere tribuunt, vt eſt a Fogginio publicatus* Rumone *habet a prima manu: literae* N *iugulatae* R *ſuperpoſitum. Sed vid.* RVMOR Secundus.

RVMOR, ōris. m. [ϑϱόος, φήμη] *Sermo in populo ſine certo auctore, in bonum vel in malum, de re recenti diſperſus.* Cic. Verr. 3, 98 Multa ſunt impoſita huic ordini munera, multi labores, multa pericula, non ſolum legum ac iudiciorum, ſed etiam rumorum ac temporum. Cic. de Finib. 2, 49 Honeſtum quid ſit, ſi id non eſt in voluptate, negat ſe intelligere: niſi forte illud quod multitudinis rumore laudetur. Idem Fam. 12, 9 Nihil perfertur ad nos praeter rumores de oppreſſo Dolabella, ſatis illos quidem conſtantes, ſed adhuc ſine auctore. Cic. pro Lege Manil. 45 Sinite hoc loco Quirites, ſicut Poëtae ſolent, qui res Romanas ſcribunt, praeterire me noſtram calamitatem, quae tanta fuit, vt eam ad aures L. Luculli non ex praelio nuntius, ſex ex ſermone rumor afferret. Cic. pro Muraen. 35 Totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. ¶ 2 *Epitheta.* Aduerſus Tac. Hiſt. 2, 26, 4. *et* Ann. 14, 11, 6. Amāro rumore accenſus, *a ſiniſtra fama irritatus* Virg. Aen. 4, 203. *conf. Barth. ad* Claud. p. 1107. *contrarium eſt* ſecundus, *de quo mox.* Atrox Tac. Hiſt. 1, 54. Cic. Fam. 8, 1 Quod ad Caeſarem attinet, crebri, *et non* belli de eo rumores veniunt: alius equitem perdidiſſe: *alius, etc.* Celebris, *vid. h. v.* Clarus Tac. Ann. 15, 48. Clemens Salluſt. Iugurth. c. 22. Conſtans, *vid. h. v.* Crebri rumores, *vid.* Bellus RVMOR. Fallax Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 294. Cic. Att. 11 vlt. Illum diſceſſiſſe Alexandria rumor eſt non Firmus, ortus ex Sulpicii literis. Frigidus Hor Serm. 2, 6, 50. *languidus: manat enim non ruit, non currit.* Gemmeus Martial. 10, 3. *i. bona fama* Iniquus Ouid. Faſt. 4, 307. Iniucundus, *vid. mox* Triſtis. Magnus, *vid.* MAGNVS. Miſerabilis Claud. de Bell. Get. 199. Cic. Fam 12, 10 Nos de Dolabella quotidie quae volumus, audiuimus: ſed adhuc ſine capite, ſine auctore, rumore Nuntio. Cic. Fam. 9, 2 T vero nolo, niſi ipſe rumor iam Raucus erit factus, ad Baias venire *i. reſederint paullatim et moderatiores erunt ſermones de victoria Caeſari. Paullo ante dixerat,* Dum deferueſcit haec gratulatio. Secundu rumor, *cum de nauigatione ſermo eſt, murmur illud aquae a tergo impellentis, idemque fere ſignificat ac ſecundo curſu.* Vet. Poëta *ap.* Cic de Diuin. 1, 29 c. 17 Soluere imperat ſecundo rumore atque aduerſa aui. Virg. Aen. 8, 90 Ergo iter inceptum celerant rumore ſecundo. *Comparat cum hoc verſu* Macrob. 6, 1 *verſum veteris Poëtae* Suaeuii, Redeunt, referunt petita rumore ſecundo. Rumorem *tribuit fluuio etiam* Auſon. Moſella 21 Et virides Baccho colles, et amoena fluenta interlabentis tacito rumore Moſellae. *Conf. Gronou. Obſ.* 2, 17. *Alias ad famam pertinet bonam.* Tacit. Ann. 3, 29 Vtque haec ſecundo rumore, ita aduerſis animis acceptum, quod filio Claudii ſocer Seianus deſtinaretur, *vid.* Horat. Epiſt. 1, 10, 9. *Ita* Honeſtiorem et rumoris ſecundi eſſe Apul. Dogm. Plat. 2 p. 25. Sine capite Cic Fam. 12, 10. *i.* ἀδέσποτος, *cuius neſcitur auctor ſ. origo.* Siniſter Lucan. 8, 52. Tac. Hiſt. 2, 93, 3. Triſtis Cic. Fam. 15, 17. Rumores triſtiores, ſed ἀδέσποτοι. Idem Qu. Frat. 3, 8 Rumor Dictatori iniucundus bonis. Vagus Tacit. Ann. 2, 39. Validus Idem ibid 4, 10. ¶ 3 *Verborum formulae:* Omnem infimae plebis rumorem in theatro, vt ſpectator, in circo vt fautor, Affectauit Tac H. 2, 91, 2. Afferre rumores, Affingere rumoribus, *vid. hh. vv* Cic. Att. 16, 5 Sed tamen rumoris neſcio quid Afflauerat, commiſſione Graecorum frequentiam non fuiſſe. Affluit rumor Idem Qu. Fratr 3, 3. Martial. 3, 80 Rumor ait linguae te tamen eſſe malae. Aucupari inanem rumorem, Calent rumores, Colligere rumorem, *vid hh. vv.* Diditur hic ſubito Troiana per agmina rumor Virg. Aen 7, 144. Differre rumorem Tranquillus in Octau. c. 7. Ter. Heaut prol. v. 16. Diſſipatis rumoribus improbiſſimis Cic. Philipp. 14 10 c. 4. Effertis quae vos ad caelum rumore ſecundo Hor. Epiſt 1, 10, 9. It facti rumor per oppida Ouid. Met. 6, 147. Cic pro Deiot. 25 c. 9 At eo, inquit, tempore ipſo Niceam Epheſumque mittebat, qui rumores Africanos Exciperent, et celeriter ad ſe referrent. Exſtinguere rumorem Idem Att. 15, 10. Flagrare rumore malo Hor. Serm. 1, 4, 125. Incedit rumor Tacit. Ann 1, 5. *et* 6, 23, 4. *h. e. Subit.* Increbeſcit, *vid.* INCREBRESCO Inflat animos, *vid.* INFLO. Plaut. Caſin. prol. 11 Nos, poſtquam populi rumore Intelleximus, Studioſe expetere vos Plautinas fabulas *al.* rumorem. Manat frigidus a roſtris per compita rumor Hor Serm. 2, 6, 50 *vt* Serpit. Narrat rumor, Ortus rumor, *vid. ſſ. ll.* Perferret multa etiam ipſe rumor Cic. Fam. 2, 8. Nihil Perfertur ad nos praeter rumores Idem ibid. 12, 9. Perſtrepit rumor in aula Stat. Achil. 2, 76. Pertulit hoc idem nobis Germanice rumor Ouid ex Pont. 2, 1, 49. Peruaſerat rumor, ipſo tempore flagrantis vrbis

is, *etc.* Tacit. Ann. 15, 39, 3. Cic. de Nat. Deor. 3, 13 Rumoibus, inquit, mecum pugnas Balbe, ego autem a te rationes requiro. eneſcunt rumores Tacit. Ann. 2, 77, 2. *h. e. Vaneſcunt, et conſuuntur.* Serere varios rumores Virg. Aen. 12, 228. Serpit umor Cic. pro Mur. 45. *vt* Manat. Seruire rumori, *i.* Famae Plaut. Trin. ,2,14. Spargere rumorem Cic. pro Deiot. 25. Subdere rumorem Tac. Iiſt. 3, 25. Sum: Erat claro apud vulgum rumore Id. Ann. 15, 48. *de Piſone.* ſt rumor in ambiguo Ouid. Met. 3, 253. Ter. Andr. 1, 2, 14 Meum natum rumor eſt amare. Idem Phorm. 5, 8, 18 Nam qui erit umor populi inquit, ſi feceris? Cic. Fam. 1, 8 Rem te valde ene geſſiſſe rumor erat. *Sic* Martial. 4, 16. Surrexit rumor Tacit. Iiſt. 2, 42, 1. Vagantur rumores Ouid. Met. 12, 55 Miſtaque cum eris paſſim commenta vagantur Millia rumorum. Quos rumor lba gemmeus Vehit penna Martial. 10, 3. Venit rumor, datum i gladiatores Terent. in Hec. prol. 39.

RVMVSCVLVS, i. m. Dimin. Cic. pro Cluent. 105 c. 38 Tum tiam illi quinque, qui imperitorum hominum rumuſculos aucupati, m illum abſoluerunt, iam ſuam clementiam laudari magnopere nobant. Rumuſculi populares Cic. de Legib. 3, 35 c. 16.

RVMIFĔRO, āre. [θρυλλέω] *Rumoribus ferre: antique.* Plaut. mph. 2, 2, 46 Quamque adeo ciues Thebani vero rumiferant probam, *d.* Non. 2, 748.

RVMIGĔRO, āre. [διαθρυλλέω Gloſſ. Gr. Lat.] *Idem, ſed obſoleum, vid.* Feſt. *in voce* RVMITO.

RVMIGERATIO, ōnis. f. Lamprid. Heliogab. c. 10 Infami umigeratione paſci. *vid.* Voſſ. de Vit. Serm. Lat. 44, 22 p. 769.

RVMIGERVLVS, i. m. [θρυλλητής Gloſſ. Lat. Gr.] Ammian. 3, 1 Per clandeſtinos rumigerulos. Me ſuſpicioſum et rumigeulum clamitas Hieron. Epiſt. 47 de vitando ſuſpecto contubernio c. 4.

RVMĬTO, āre. Feſtus, Rumitant, rumigerantur. Naeuius, Simul ius aliunde rumitant inter ſe.

RVMPO, rūpi, ruptum, ĕre. [ῥηγνύω, ῥήσσω] *Frangere, certe vim acere.* Virg. Aen. 10, 233 Rupimus inuitae tua vincula. Hor. rm. 2, 7, 70 Rumpere catenas. Cic. Verr. 5, 78 Quid ſi aufuſſet, ſi vincula rupiſſet. Cic. in Vatin. 10 c. 4 Vt aliquando iſta, ae ſunt inflata rumpantur. *Ad inuidiam Vatinii et ſtrumas ſimul reicit. Vid. mox* RVMPI inuidia. Rumpitur rana *in fabula ab flatione* Phaedr. 1, 14. *Hyperbola frequenti, quae nititur conſuedine conatus verba ponendi pro actu et effectu, vt in* enecare, obtunere, *etc.* Rumpere *interdum non multo plus eſt, quam* Defatigare. Plaut. ferc. 1, 1, 40 Opera licet experiri, qui me rupi currendo tua cauſa. er. Hec. 3, 4, 21 Vt me ambulando rumperet? Ego me tua cauſa on rupturus ſum Plaut. Capt. prol. v. 14. Omne animal eſt debile rumpitur Veget. Mulom. 3, 1, 9. Rupit Hiarbitam Timagenis aemula ngua Hor. Ep. 1, 19, 15. *Talia ſunt:* Virg. Georg. 3, 328 Et cantu erulae rumpent Arbuſta cicadae, *hyperbole, pro vehementer implebunt, t mouebunt adeo. Sic* Iuuen. 1, 13 Conuulſaque marmora clamant emper, et aſſiduo ruptae lectore Columnae. *Simile* Iuuen. 7, 86 d cum fregit ſubſellia verſu, Eſurit. *Similia Graecorum dedit Graeus Lect. Heſiod.* c. 20 *ad v.* 203. *Forte etiam huc referas* Virg. l. 8, 71 Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis, *i. a nocendo cohitur. Sic apud ICtos* Rupiſſe videtur, qui corrupit Vlpianus vi onor. rapt. l. Praetor. Idem in l. Si ſeruus ſeruum §. inquit D. l Aquil. Inquit lex, ruperit: quod verbum fere omnes veteres ſic tellexerunt, Corruperit. Alphen. in l. Qui inſulam Locati, Qui ulas ad certum pondus oneris locarat, quum maiore onere conductor s rupiſſet. ¶ 2 *Formulae cum Nominibus:* Aditus rumre, *vid.* ADEO, īre. Aëra ictibus rumpit Ouid. Met. 4, 124. mnes fontibus rumpuntur Virg. Georg. 3, 428. *i. erumpunt, vid. mox* e rumpere. *it.* Diem rumpere. Amores tantos rumpi non ſperet irg. Aen. 4, 292. Caelum *et* Nubes *in tempeſtate rumpi dicuntur oëtis: vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 196. Ouid. Met. 10, 723 Pariterque nus, pariterque Capillos Rupit. Conditiones pacis Vell. 2, 48, 5. urſum Val. Flacc. 1, 3. *vbi vid. Burm.* Fulmen emicuit, et rupit iem, *i. Erumpendo emiſit lucem igneam* Lucan. 1, 153. *vt fontibus mnes rumpi modo vidimus.* Edicta rumpere Hor. Carm. 3, 15, 22. idem Liu. 9, 40. Foedus Idem 3, 25. Virg. Aen. 12, 585. Ibid. 540. Foedera negligere, violare, rumpere Cic. pro Corn. Balb. c. 5. Frena pudoris Propert. 3, 19, 3. Funem ab litore rumre, et fugere Virg. Aen. 3, 640. Germen rumpit *intell. corticem ſtantem* Pallad. Mart. 1, 3. *i. erumpit.* Guttura cultro Ouid. Met. , 464. Horrea rumpunt immenſae meſſes Virg. Georg. 1, 49. d. n. 1. *et* FRANGERE Subſellia. Imperium Tac. Ann. 13, 36. Iter rumre ad litora Ponti Adriaci *dicitur* Aufidus Per clypeos, galeaſque virûm eſoſque per artus. Sil. 1, 54. *vid. Drakenb. ad* Sil. 7, 568. *Verum* Ouid. Am. 6, 88. *ad amnem iter amantis remorantem,* Quid coeptum, ruſtice, mpis iter, *i. abrumpis tranſitu prohibendo. Sic* Hor. Od. 3, 27, 5 umpat ſerpens Iter inſtitutum. Ius rumpere Liu. 4, 17. Moras rumere *b. e. Feſtinare,* Virg. Georg. 3, 43. Martial. 2, 64 Eia age, rumpe oras, quo te ſpectabimus vſque? Mulas rumpere, *i. corrumpere, id.* n. 1. Graecia coniurata rumpere Nuptias Hor. Carm. 1, ;, 7. Patientiam rumpere, *vid.* PATIENTIA *in* PATIOR. Petora rumpere enſe Virg. Aen. 9, 432. Pectora fremitu rumpere ucret. 3, 298. *de leonibus.* Praecordia ferro Ouid. Met. 6, 251. ueſtus pectore rumpere Virg. Aen. 4, 553. *i. In quaeſtus repente et are erumpere.* Reuerentiam ſacramenti rumpere Tacit. Hiſtor. 1, 12. e: Non ſi te ruperis: *parua rana ad matrem, etc.* Hor. Serm. 2, 3, 319. umpere ſe *dicuntur* amnes *pro* Erumpere. *Certe variant libri, et ntentiae interpretum, vid.* ERVMPO n. 3. *et add. Burm. ad* Grat. 432 uptique ambuſtis faucibus amnes. *Et iam dedimus ex* Virg. Georg. 428 Rumpuntur fontibus amnes. Virg. Aen. 10, 64 Quid me alta ilentia cogis Rumpere, et obductum verbis vulgare dolorem? Sintia ſermone rupit Ouid. Met. 1, 208. Somnos Lucan. 3, 25. elum rupit terga nouena boum clypei Ouid. Met. 12, 97. Cic. e Orat. 1, 241 c. 57 Quia conſtat agnoſcendo rumpi Teſtamentum, rgo in hoc genere iuris iudicia nulla ſunt. Teſtamentum rumpi icitur, quum permanente ſuo in ſtatu teſtatore caſu aliquo euertitur 3 §. 2 D. de iniuſto, rup. et irrito teſtamen. Tunicas Virg. eorg. 2, 75. Veſtes Ouid. Met. 6, 131. Vincula Virg. Aen. 2, 233. Cic. Catil. 4 c. 4. Vocem rumpere, *de eo dicitur, qui cum iu tacuerit, repente quidpiam edit.* Virg. Aen. 2, 129 Compoſito umpit vocem, et me deſtinat arae. Seruius, h. e. Erumpit in vocem. t dictum eſt per contrarium. Nam ſi Silentium rumpere, eſt loui: Vocem rumpere, eſt tacere. Sed aliqua interdum ſimpliciter, nterdum per contrarium intelliguntur. Idem Aen. 3, 246 — Rupitque hanc pectore vocem. h. e. Cum indignatione loquitur, *vt ait* Seruius. *conſ. Drakenb. ad* Sil. 4, 528. ¶ 3 *Obſeruatt.* Inuidia rumpi Virg. Ecl. 7, 26. Rumpatur quiſquis rumpitur inuidia Martial. 9, 98. Ouid. Rem. 389 Rumpere, liuor edax, iam magnum nomen habemus. Malis rumpi, et Non moueri, *contraria* Cic. Qu. Fratr. 3, 9. Hor. Serm. 1, 3, 136 Vrgeris turba circum teſtante: miſerque Rumperis, *et* latras. *Similia dedimus* n. 1. Ter. Eun. 5, 6, 26 Ceſſo huc intro rumpere? *h. e. vi adbibita certe celeritate, intrare.* Plin. 30, 4 *de bupreſti,* Deuoratumque tacto felle ita bouem inflammat, vt rumpat, *i. a nimia inflatione perniciem adferat. Metaphor.* Martial. 10, 79 *de* Otacilio *paupere* Torquatum *diuitem aemulante, ita finit,*

Conſul Torquatus, vici fuit ille magiſter
Nec minor in tanto viſus honore ſibi.
Grandis vt exiguam bos ranam ruperat olim,
Sic puto Torquatus rumpet Otacilium.

i. occaſionem praebebit, vt aemulatione ſtulta ſibi interitum rei familiaris adferat. Rupſit, pro Ruperit, Praeteritum antiquum in XII Tab. *apud* Feſtum, Si membrum rupſit, *etc. i. Ruperit.*

RVMPTVS, a, um. pro Ruptus. Vlpianus l. 3 §. 4 Dig. de iniuſto, rumpto, irrito facto teſtamento. *Add.* ibidem l. 4.

RVPTVS, a, um. Partic. *vt,* Rupta pacis fides Liu. 24, 29. Aggeres rupti Virg. Aen. 2, 496. Comis ruptis exululare Ouid. Epiſt. 15, 114. *al.* Sciſſis. Idem Epiſt. Sabin. 2, 96 Rupi, quam ruptam ſum mihi queſta, Fidem. Virg. Georg. 1, 510 Vicinae ruptis inter ſe legibus vrbes Arma ferunt. Montes rupti Lucan. 3, 63. Obiicibus Virg. Georg. 2, 480. Puſtula rupta laedit teneras manus Tibul. 2, 3, 10. Quies populis rupta Lucan. 1, 239. Teſtamentum ruptum, et Ratum, *contraria* Cic. de Orat. 1, 173 c. 38. *Eſt titulus Pandectarum* De iniuſto, rupto, irrito facto teſtamento. Rumpto *ibi ſolere ſcribi, modo obſeruatum.* Ouid. de Rem. Amor. 598 Ruptaque ſingultu Verba loquentis erant, *i. interrupta.* Vincla rupta Virg. Aen. 8, 651. Plin. 20, 6 Conuulſis et ruptis, cum ſale et oleo. Sanare ruptos Martial. 10, 56.

RVPTVRA, ae. f. *barbarum, pro agro proſciſſo, vid. Gloſſar. C. du Freſne.*

RVPTIM. Adu. *Laudatur* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 5 Aguntur omnia ruptim atque turbate. *Sed videtur ſphalma pro* raptim.

RVPTOR, ōris. m. Liu. 4, 19 Hiccine eſt, inquit, ruptor foederis humani, violatorque gentium iuris? *Adde* Idem 21, 40. Tac. Hiſtor. 4, 57. Ruptores pacis Idem Ann. 2, 13, 2. *add.* Sidon. Epiſt. 3, 13.

RVPTIO, ōnis. f. Vlpianus in l. Si ſeruus §. rupiſſe D. ad legem Aquiliam, Aquilia, enim eas ruptiones, quae damna dant, perſequitur.

RVMPI, orum. m. *qui et* Traduces *dicuntur.* Varro de R. R. 1, 8, 4 Quartum pedamentum eſt natiuum eius generis, vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quos traduces, quidam rumpos appellant. *Ab his* Rumpis *ductum videtur nomen*

RVMPOTINVS, RVMBOTINVS, ROMBOTINVS, *vel denique* RHOMBOTINVS, a, um. Columel. 5, 7, 1 Eſt et alterum genus arbuſti Gallici, quod vocatur rumpotinum: id deſiderat arborem humilem, nec frondoſam: Cui rei maxime videtur idonea opulus. Ea eſt arbor corno ſimilis: quin etiam cornus, et carpinus, *etc. Apparet* rumpotinum Columellae *eſſe generale nomen arboris humilis, nec frondoſae, ad quam vitis diſponatur.* Arbores rumpotinas *mox vocat, quae verba ſtatim damus in* RVMPOTINETVM. *Sed* Plin. 14, 1 f. 3 *videtur peculiarem ſpeciem facere* Rumbotinum: *ſic habent libri, vel* rhombotinum, *vel* rombotinum. Rumbotinus, *inquit,* vocatur, et alio nomine populus *(al.* opulus: *ſed illud defendit ex MSS. Harduinus)* arbor Italiae Padum transgreſſis, cuius tabulata in orbem patula replent, vites, *etc.* Plin. 24 vlt. f. 112 *ad hunc ipſum locum reſpiciens,* Rombotinum, (*al.* Rumpot.) arborem demonſtrauimus inter arbuſta: iuxta hanc viduam vite naſcitur herba, quam Galli rhodoram vocant. Plin. 24 vlt. f. 112. *vid. ſequentia.*

RVMPOTINĒTVM, i. n. *Locus arboribus rumpotinis conſitus.* Columel. 5, 7, 2 Nam fere ita conſtitutum rumpotinetum animaduerti, vt ad octo pedes locis ſiccis et cliuoſis, ad duodecim locis planis et vliginoſis tabulata diſponantur, plerumque autem ea arbor in tres ramos diuiditur, quibus ſingulis ab vtraque parte complura brachia ſummittuntur, tum omnes paene virgae, ne vmbrent eo tempore, quo vitis putatur, abraduntur. Arboribus rumpotinis ſi frumentum non inſeritur, in vtramque partem viginti pedum ſpatia interueniunt.

RVMVSCVLVS, *vid.* RVMOR.

R V N

RVNA, ae. f. Genus teli ſignificat, *auctore* Feſto. *Turnebus ſuſpicabatur, reſtituendum hoc nomen* Cic. de Legib. 3, 20 c. 9 C. vero Gracchus ruinis et ſicis iis, quas ipſe ſe proieciſſe in forum dixit, quibus digladiarentur inter ſe ciues. *Sed retinuit tamen et probauit* ruinis. *At Dauiſius* runis *in ipſo textu.*

RVNATVS, a, um. Ennius, Runata recedit, i. e. Pilata, Feſtus Paulli.

RVNCA, ae. f. pro Runcina veteres vſurpauerunt, teſte Feſto.

RVNCĪNA, ae. f. [ῥυκάνη Gloſſ. Lat. Gr. *et* Gr. Lat.] *Inſtrumentum fabrile,* planulam *ſemibarbari dicebant, qua aſſes ſ. tabulae raduntur et poliuntur,* Rabot, *Galli vocant, Germani* Hobel. *Diſerte admodum* Plin. 16, 42 f. 82 *de abiete,* Eadem et valuarum repagulis, et ad quaeque libeat inteſtina opera aptiſſima — ramentorum crinibus pampinato ſemper orbe ſe voluens ad incitatos runcinarum raptus. *Videmusne fabrum, vt totis viribus impellit runcinam, vt per ipſum cauum runcinae exeunt illa ramenta in helices et ſpiras, pampini, i. capreoli more ab ipſo runcinantis impetu flexa?*

RVNCĪNO, āre. [ῥυκανίζω Gloſſ. Gr. Lat. runcinat ῥυκανίζει καὶ ῥυγχάδει] Varro de L. L. 5 *extr.* Runcinare a runcina, cuius origo Graeca, ῥύγχος. *Et* Arnob. 5 p. 177 Ex arbore ramum dolat, runcinat, *etc.* Deus ligneus caeditur, dolatur, runcinatur Min. Felix c. 23 n. 9.

RVNCO, āre. [βοτανίζω] *Eruere, euellere noxias herbas.* Cornutus *ad* Perſ. 4, 36 Runcari proprie ſegetes vel herbae dicuntur. Plin. 18, 21 Siliginem, far, triticum, ſemen, hordeum occato, ſarrito, runcato quibus dictum erit diebus. *Apud* Caton. c. 2 Runcare ſpinas. *conſ.* ibid. c. 161. Colum. 2, 11. *et* 11, 2, 40. Varro. R. R. 1, 30. Pallad. Febr. 6. Plin. 18, 18.

RVNCANS, antis. Perſ. 4, 36 *virum mollem et loca obſcena vellentem deſcribit*, Penemque arcanaque lumbi Runcantem. Inter buſequas ruſticanos ſubulcosque runcantes Sidon Epiſt. 1, 6. *Colvius p. 11 emendat* roncantes *aut* ronchantes: *et ſic edidit Sirmond.*

RVNCATIO, ōnis. f. [βοτανισμός] *Euulſio ipſa.* Plin. 18, 21 Runcatio, quum ſeges in articulo eſt, euulſis inutilibus herbis, frugum radicem vindicat, ſegetemque diſcernit a caeſpite. *conf.* Columel. 2, 9 *et* 12. *item* 11, 3, 19. Pallad. Mart. t. 9.

RVNCĀTOR, ōris. m. [βοτανιστής] Columel. 11, 3, 19 Quaeque praeteriero, intelligi oportebit nullam operam poſtulare runcatoris. *conf.* Idem 2, 13, 1.

RVNCINA Dea, *tum placabatur, quum frumenta runcanda eſſent* Auguſtinus de C. D. 4, 8.

RVNCO, ōnis. m. Pallad. 1, 43, 3 Runcones, quibus vepreta perſequimur. *conf.* Iſidor. 20, 16.

R V O

RVO, rui, rutum, ĕre. [πίπτω, ἀΐσσω, ὁρμῶ] *Concidere, ſed etiam impetu quocunque ſurſum, deorſum, in quamcunque plagam ferri* Virg. Aen. 2, 290 Ruit alto a culmine Troia. Ter. Heaut. 4, 3, 41 Quid ſi nunc caelum ruat? Ruere illa non poſſunt, vt haec non eodem labefacta motu concidant Cic. pro Lege Manil. 19. Et ſubito caſu, quae valuēre, ruunt Ouid. ex Pont. 4, 3, 36. Aether arduus ruit Virg. Georg. 1, 324. *i. pluit vehementer.* Caelum ruit imbribus Martial. 3, 100. Dies ruit Virg. Aen. 10, 256. *i. celeriter aduenit.* Ita ruit reſoluta frenis legum Lucan. 2, 145. Rara fides, vbi iam melior Fortuna ruit Sen. Herc. Oet. v. 602. Nox ruit Virg. Aen. 6, 539. Sol ruit interea, et montes vmbrantur opaci Idem ibid. 3, 508. Venti ruunt qua data porta Idem ibid. 1, 87. Venti ruant liceat, et ſaeuiant procellae, imperat furori viresque tantas compeſcit Plin. 32, 1 *in fabuloſae echeneidis exaggeratione.* Ver ruit, *Praecipitatur, declinat, in finem vergit* Virg. Georg. 1, 313 Vel quum ruit imbriferum Ver. Idem Aen. 6, 44 Vnde ruunt totidem Voces reſponſa Sibyllae, *i. funduntur, exeunt.* Amnes de montibus ruunt Virg. Aen. 4, 164. Flumina ruunt per apertos campos Ouid. Met. 1, 285. Impetus vnde ruit Idem ibid. 11, 530. *Frequenter de his dicitur, qui non ratione iam ducuntur, ſed cupiditate, et velut furore quodam feruntur impulſi.* Virg. Aen. 10, 811 Quo moriture ruis? maioraque viribus audes? *conf.* ibid. 9, 438 *etc.* Ter. Heaut. 2, 3, 128 Vide ſis ne quid imprudens ruas. Cic. Att. 7, 19. *de Caeſare*, At illum ruere nuntiant, et iam iamque adeſſe. *ap.* Tacitum *frequens eius hoc ſenſu vſus eſt: vid. Pichen. ad* Agric. n. 68. Cic. pro Marcell. 14 c. 5 Tantumque apud me grati animi fidelis memoria valuit, vt nulla non modo cupiditate, ſed ne ſpe quidem prudens et ſciens tanquam ad interitum ruerem voluntarium. Quo, quo ſceleſti, ruitis? Hor. Epod. 7, 1. Cic. Att. 2, 14 Nihil eſt iam, quod magis timendum nobis putem, quamne ille noſter Sampſiceramus (*Pompeius*) quum ſe omnium ſermonibus vapulare videbit, ruere incipiat, *i. imprudenter per iracundiam agere omnia.* Cic. Offic. 3, 55 Emtorem pati ruere, *cupiditate excaecatum nimis caro emere.* ¶ 2 *Cum Praepoſitionibus ſaepe ponitur.* Ad naues Tacit. Hiſt. 3, 77, 3. Ad vrbem ruere infeſto agmine Liu. 3, 3. In agendo ruere, et ſaepe peccare Cic. pro Domo 141. In arma media ruere Virg. Aen. 2, 353. In bella Idem ibid. 7, 782. In facinus Senec. Octau. 17. In fata media Liu. 8, 24. In ferrum Virg. Aen. 8, 648. In fugam Liu. 26, 40. In furias et ignem Virg. Georg. 3, 244. In perniciem ſuam Liu. 37, 43. In praelium auidi ruunt Idem 7, 14 *extr.* In rixam Quinctil. 2, 12. In hoſtium tela Liu. 7, 15. In vulnera ac tela Id. 26, 44. Per fas omne nefasque ruere Lucan. 5, 313. Per medios ruit Virg. Aen. 4, 647. Per nefas vetitum gens humana ruit Hor. Carm. 1, 3, 26. Sine lege ruere Ouid. Met. 2, 204. Portis (*ex portis*) mane ruunt Virg. Georg. 4, 185. Portis ruere *etiam* Liu. 27, 41. ¶ 3 *Tranſitiue ſignificat facere vt aliquid ruat, impellere.* Plaut. Trin. 4, 1, 18 Imbres fluctusque atque procellae infenſae frangere malum, Ruere antennas, ſcindere vela. Lucret. 1, 273 Venti vis verberat incita pontum, Ingentesque ruit naues, et nubila differt. Hor. Sat. 2, 5, 22 Tu, protinus, vnde Diuitias aerisque ruam dic, augur, aceruos, *i. eruam: nam vnde eſt* ex quo. *Vt* Virg. Aen. 11, 211 Moerentes altum cinerem, et confuſa ruebant Oſſa focis: *quod per* eruere, leuare *interpretatur* Seruius. Virg. Georg. 1, 105 Quid dicam, iacto qui ſemine cominus arua Inſequitur, Cumulosque ruit malepinguis arenae? *i. mouet, diruitque.* Virg. Georg. 2, 308 *de igni*, Et totum inuoluit flammis nemus: et ruit atram Ad caelum picea craſſus caligine nubem. i. e. Egerit, emittit, et ruere facit. nam modo Ruit, agentis eſt. Seruius. Ter. Adelph. 3, 2, 21 Caeteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, proſternerem, *vid. Donat. ad h. l.* Cedentemque ſequens inſtat, turbatque, ruitque, Attonitoque negat requiem Ouid. Met. 12, 134. Plin. 11, 37 Cornea et acuta volucribus roſtra. Eadem rapto viuentibus adunca; collecto, recta; herbas ruentibus, limumque lata, vt ſuum generi. Spumas ſalis aere ruebant Virg. Aen. 1, 35. Laxabat ferro, campoque pericla ruebat Sil. 6, 319. Curuatas glacie ſiluas vmbone ruebat Claud. de Laud. Stilic. 1, 128. *conf. Cort. ad* Salluſt. Iugurth. 85, 26. Quaerit, quorſum potiſſimum in praedam ſuperne ſe ruat Apul. Flor. p. 341, 6 *de aquila.* *Ab hac ſignificatione tranſitiua* Rutrum *dictum eſt; item compoſita*, Deruo, Diruo, Eruo, Obruo.

RVENS, entis. Part. Virg. Aen. 4, 401 Migrantes cernas, totaque ex vrbe ruentes. *conf.* Catull. 65, 392. Hor. Carm. 1, 16, 12 Nec ſaeuus ignis, nec tremendo Iuppiter ipſe ruens tumultu. Danai ad tecta ruentes Virg. Aen. 2, 440. Nimio ruentium onere preſſae naues Tacit. Hiſt. 3, 77, 4. Aceruus ruens Horat. Epiſt. 2, 1, 47 *eſt* Sorites. Accedat ſtomacho fultura ruenti Idem Sat. 2, 3, 154. Imperium ruens Lucan. 5, 200. Ira ruens Propert. 3, 14, 44. Dextra Suſtentare ruentem Virg. Aen. 10, 338. Nilus Idem Georg. 4, 292. Fulcire ruentem Sil. 11, 234.

RVTVS, a, um. Partic. Paſſ. *cuius vſus praeſertim, et forte ſolus eſt, in formula* ruta caeſa, *quam ita interpretantur cum* Scaeuola *ſuo ICti* l. 66 D. de contrah. emtion. Quae neque aedium, neque fundi ſunt. *Et* l. 241 de V S. Quae terra non tenerentur, quaeque opere ſtructili tectorioue non continerentur. Feſtus Ruta caeſa dicuntur, quae venditor poſſeſſionis ſui vſus gratia concidit, ruendo contraxit. *Prioris generis itaque fuerint ligna et ſupellex omnis generis; huius fruges in granariis, arena, calx, etc. Ac reliquam diſputationem ICtis relinquimus. Vid. v. g.* Vlpian. l. 17 §. 6. *et* l. 18 §. 1 D. de action. emti. *etc.* Cic. de Orat. 2, 226 c. 55 *Craſſus ad Brutum*, An iuri ciuili? (*te ſtudere dices?*) Eſt paternum. Sed dicet, te cum aedes venderes, ne in rutis quidem et caeſis ſolium tibi paternum recepiſſe. *Vna ergo vendidit ruta et caeſa, et in his etiam ſolium, in quo pater ſedens conſulentibus operam dare conſueuerat.* Cic. Topic. *extr.* Plura, quam a te deſiderata erant, ſum complexus, fecique, quod ſaepe liberales venditores ſolent, vt cum aedes fundumue vendiderint, rutis caeſis receptis, concedant tamen aliquid emtori, quod ornandi cauſa apte et loco poſitum eſſe videatur. Sic tibi ad id, quod quaſi mancipio dare debuimus, ornamenta quaedam voluimus non debita accedere. Cic. Partition. 107 c. 31 Cum ex lege praedii quaeritur, quae ſint ruta caeſa? non ſcripti genus, ſed verbi interpretatio controuerſiam parit. Varro de L. L. 8, 60 p. 122, 36 In venditionis lege fundi ruta caeſa ita dicimus, vt V producamus.

RVITVRVS, a, um. Partic. *vt*, Pons ruiturus Lucan. 2, 499.

RVES, is. f. *pro ruina, in* Gloſſ. Cyrilli.

RVĪNA, ae. f. [πτῶσις, πτῶμα] *Proprie Caſum ſignificat alicuius rei, quae ruit, ſ. concidit.* Cic. de Diuin. 2, 40 Eos enim ipſos iocandi cauſa inducit Epicurus perlucidos et perflabiles, et habitantes tanquam inter duos lucos, ſic inter duos mundos propter metum ruinarum. *de diis loquitur.* Hor. Od. 2, 19, 15 Non leui ruina disiecta tecta Plin. 17, 25 *extr.* Prodigium in noſtro aeuo (*nempe aeuo*) Neroni principis, ruina factum in agro Marrucino, Vectii Marcelli — oli veto vniuerſo viam publicam transgreſſo, aruisque inde e contrario i locum olivueti profectis. Ruina *eſt labes terrae et ſubita, tanquam terrae motu concuſſio. Tempeſtates caeli ruinam vocari, non eſt mirum poſtquam* aethera, caelumque ruere *vidimus, vid.* RVO. Virg. Aen. 1, 133 Fluctibus oppreſſos Troas, caelique ruina, i. e. Tonitribus quorum ſonus ſimilis eſt ruinis. Seruius. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 1, 25 *Metaphor.* Cic. in Catil. 1, 14 c. 6 Praetermitto ruinas fortunarum tu rum. Mentis illa fuit prima ruina meae Ouid. Epiſt. 12, 32. Patria ruina Idem Met. 8, 498. In ruinam prona ſunt, quae ſine funda mento creuere Senec. de Ira 1, 16. Auida Stat. Theb. 8, 132. Gr ves Horat. Serm. 2, 8, 54. Impendens Ouid. ad Liu. 363. I nocens, *vid.* INNOCENS. Perlucens Iuuen. Sat. 11, 13. Probroſ Hor. Carm. 3, 5, 40. Putres Lucret 2, 1145. Triſtes Vir Aen. 1, 242. ¶ 2 *Verba:* Cadunt properante ruina ſumm Lucan. 5, 746. Collabi ruina, *vid.* COLLABOR. Conuul loca ruina Virg. Aen. 3, 414. Dedit ruinam domus Idem ibi 2, 310. Dare ſonitu ingenti ruinam Idem ibid. 11, 613. Ede ruinas Cic. de Legib. 1, 39. Facere ruinam, *Ruere* Horat. Ser 2, 8, 54. *Hinc Metaphor.* Lucret. 1, 741 Principiis tamen in reru fecere ruinas, *i. Grauiter ceciderunt, lapſi ſunt.* Fit quaſi paullati nobis per membra ruina Lucret. 4, 940. Si fractus illabatur orbi Impauidum Ferient ruinae Horat. Od. 3, 3, 8. Horum Conſulu ruinas, vos, Conſules, veſtra virtute Fulſiſtis Cic. poſt Red. in Sena c. 8 *pr.* Impendet magna ruina Idem Att. 11, 22 (24). Incide ruinae capitibus noſtris, *vid.* INCIDO. Labent cuncta quaſſa ruina Senec. Thyeſt. 9. Opprimi ruina, *vid.* OPPRIMO. Pe ire ruina Lucan. 5, 637. Reſtinguere incendium ruina, Catilina *apu* Salluſt. in Catil. c. 31 *extr.* Cic. pro Mur. c. 25 *Vt in magno peri culo, ne incendium euagetur latius, vicinarum vtrinque domuum deſtructione et ruina cauetur: ita minatur Catilina, ſe non ſolum periturum, et illo velut incendio conflagraturum eſſe, ſed potius tentaturum omnia, ſumma imis miſturum, vt ſolatium haberet remp. ſibi non eſſe ſuperſtitem certe multos vt reſtinguatur illud incendium, vna ruituros.* Sarcir generis lapſi ruinas Virg. Georg. 4, 249. Vt extra ruinam Sin quae impendet Cic. Att. 11, 24. Subdere caput ruinae, *Periculo exponere* Curt. 5, 10, 9. Tonat horrificis Aetna ruinis Vir Aen. 3, 571.

RVINŌSVS, a, um. Adi. [ἐρειπιώδης] *Quod ruinam minat* Cic. Off. 3, 54 c. 13 Male materiatae, ruinoſae *Aedes. Vid.* Vitruu. 2, Sen. de Ira 3 c. 35.

R V P

RVPES, is. f. [ῥώξ, ἀπόῤῥωξ, ἀποῤῥωγάς] *Praerupta pars terre vel ſcopuli, aut ſaxi praegrandis, propter altitudinem ac procliuitate inacceſſa, quod veluti abrupta ſit, a rumpendo dicta.* Caeſ. Bel Gall. 2, 29 Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altiſſimas ru pes, deſpectusque haberet, vna ex parte leuiter accliuis aditus in alti tudinem non amplius ducentorum pedum relinquebatur. Vir Ecl. 10, 14 Pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem Maenalus, gelidi fleuerunt ſaxa Lycaei. Acuta Senec. Agamem. f. 6. Aër *in multum aëra aſſurgens* Virg. Georg. 5, 508. Alta Idem E 1, 57. Ardua Ouid. Faſt. 5, 293. Cauata Virg. Aen. 1, 314. Exe Lucan. 3, 226. Frigida Propert. 1, 18, 27. Frondoſae S 7, 468. Ex magnis rupibus nactus planitiem Caeſ. B. C. 1, Maxima Horat. Serm. 2, 3, 59. Nubifera Valer. Argon. 4, 55 Praecelſa Virg. Aen. 3, 647. Scopuloſa Lucan. 2, 619. Vaſt Virg. Aen. 1, 166. Vndiſonae Stat. Achil. 1, 198. Exſcinde rupes Stat. Silu. 3, 1, 124.

RVPICĀPRA, ae. f. [αἰξάγρος] *Capra ſilueſtris, quaſi ru um capra.* Plin. 11, 37 Rupicapris in dorſum adunca cornua, Dam in aduerſum. *add.* Idem 8, 53. *et* 28, 17.

RVPEX, icis. m. *Auis charadrium, ſicut vertit Gaza* Leuit. *et* Deut.

RVPICES, um. m. Rupices a rupibus dicebantur et ruſtici, et Petrones a petrarum aſperitate appellabantur. Feſtus. Gell. 9 Sed enim veteres noſtri non vsque adeo rupices et agreſtes fuerun *vid.* Tertull. de Pallio c. 5. *et* Idem Apol. c. 21. *et* de Anima c. Lucil. *ap.* Feſt. in Squarroſi. *Salmaſ. ad* Tertull. de Pallio *l. c.* S vian. de Gubern. Dei 1 p. 34 *de tabulis decalogi vſurpat.*

RVPĬCO, onis. m. *Idem.* Apul. Florid. p. 344, 34 Rupicon baiuli, tabernarii iunguntur.

RVPILIVS, a, um. *Gentis nomen, ex qua vnus cognomento R de quo* Horat. Serm. 1, 7, 1 Proſcripti regis Rupili pus atque venenu Hybrida quo pacto, *etc.*

RVPINAE, arum. f. Pl. *Abrupta montium.* Apul. Met. p. 184 Vides iſtas rupinas proximas et praeacutas in his praeminent ſilices. *conf.* 7 p. 193. *vid. Voſſ. Etym. in* Rupes.

RVPITIO, īre. Rupitias in XII (Tab.) ſignificat Damnum d deris. Feſtus. *Sed incerta omnia. Scal. ſuſpicatur*, rupſit.

RVPTOR, RVPTIO, RVPTVS, *vid.* RVMPO.

R V R et R V S

RVRESTRIS, RVRICOLA, RVRO, are. *vid.* RVS.

RVRINA, *vid.* RVSINA.

RVRSVS, *et* RVRSVM. Adu. [αὖ, ἄψοῤῥον, αὖθις, ἐσαῦθις] *gnificant Retro.* Ter. Hec. 3, 1, 35 Tace, trepidari ſentio, curſari irſum prorſum. Donatus, Rurſum proprie Retro, Prorſum Ante gnificat, et eſt prouerbiale, vt dicimus, Surſum deorſum, Intro foras, ac illac, et ſimilia. Rurſus, et Prorſus, *contraria.* Varr. Andabat. lortales multi rurſus ac prorſus meant. *vid.* Non. 4, 402. *ibidem-ue* Enn. Rurſum vorſum Plaut. Epid. 2, 2, 63. Rurſus, E ontrario, *vt vult* Donatus. Ter. Eun. 4, 4, 45 Heus tu, negato rurim. *i. Contrarium ſuperioribus dicito.* Ibid. 2, 2, 20 Quidquid cunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque. Quem cam neque, vt plerique fortium virorum, ambitioſe, neque per lamen- rurſus ac moerorem muliebriter tulit Tacit. Agric. c. 28. *Conſ.* lem Hiſt. 2, 43, 2. Rurſus, *Denuo, iterum.* Ter. Eun. 1, 1, 16 iimicitiae, induciae, bellum, pax rurſum. Cic. pro Muraen. 15 acis vt rurſus plebs in Auentinum ſeuocanda eſſe videatur. Virg. en. 2, 655 Rurſus in arma feror. Scandunt rurſus equum Virg. en. 2, 401. *Add.* Naeu. *ap.* Chariſ. 2 p. 193. *Abundat* Plaut. oen. Prol. 79 Reuertor rurſus denuo Carthaginem. Recidit rurs Suet. Caeſ. c. 17. Rurſus reducere legiones Caeſ. B. G. 6, 1. *a cum* Referre Tac. Germ. c. 18 *extr.* Renouare Caeſ. B. C. 3, 2. Repetere Suet. Caeſ. c. 2. Reuerti Caeſ. B. G. 4, 4. euocare Claud. in Rufin. 1, 359. Petron. c. 23 *vbi vid. Erhard.*

RVS, rūris. n. [ἀγρὸς] *Locus extra vrbem, vbi agri ſunt et villae.* Ter. Eun. 1, 2, 107 Rus ibo. Rura, veteres Incultos agros dicebant, id eſt, ſiluas, et paſcua. Ex libello variorum auctorum, de Li-itibus *apud Rigalt.* p. 299. Solatia ruris Aues Ouid. Faſt. 1, 441. *d ordinarie loca culta: vt* Amatores ruris Hor. Epiſt. 1, 10, 2. Cic. o Roſc. Amer. 133 c. 46 Habet animi relaxandi cauſa rus amoenum ſuburbanum. Aprica Hor. Carm. 3, 18, 2. Aſpera dumis irg. Aen. 4, 527. Cretoſa rura Cimoli Ouid. Met. 7, 463. De-a Ouid. Met. 1, 676. Diuini gloria ruris Virg. Georg. 1, 168. xiguum, *vid. mox* Ingentia. Ferax Ouid. Met. 1, 694. Flo-a Virg. Aen. 1, 434. Fluuialia Sil. 13, 85. Frigida Virg. eorg. 3, 324. Gaudentia Stat. Silu. 3, 1, 78. Inambitioſa uid. Met. 11, 766. Laudato Ingentia rura, Exiguum colito irg. Georg. 2, 412. Innocui ruris labor Sen. Herc. fur. ſ. 11. Me-m, *homo plane ruſticus* Plaut. Truc. 2, 2, 14. Obſita pomis uid. Met. 13, 719. Opaci ruris vmbrae Virg. Georg. 1, 156. pulenta Senec. Troad. 1021. Parua Hor. Carm. 2, 16, 37. ſcua Lucret. 5, 1247. Saturum Perſ. Sat. 1, 71. Sobria, *In ibus non naſcitur vinum* Stat. Silu. 4, 2, 37. Sordida Virg. Ecl. 28. Suburbana Hor. Epiſt. 1, 7, 76. ¶ 2 *Verba:* bducere rus, *vid.* ABDVCO. Auellere rus ab aliquo, *vid.* AVEL-O. Carpere rura, *vid.* CARPO. Continere ſe ruri Ter. horm. 2, 2, 16. Euolare rus ex vrbe, tanquam ex vinculis Cic. Orat. 2, 22 c. 6. Habitare ruri Cic. Off. 3, 112 c. 31. Incere in rura oues et armenta, *vid.* INDVCO. Mittere aliquem s Quinctil. 2, 8. Morans rure Martial. 4, 45. Nutrit rura Ces, almaque Fauſtitas Hor. Carm. 4, 5, 18. Paſcuntur omni rure olumel. 8, 10. Peragrare rura, *vid.* PERAGRO. Scindere ra bubus Senec. Troad. 11. Secedere rus Scribon. 163. Rede vel venire rure Ter. Eun. 5, 5, 25. Cic. Fam. 5, 20 Quum ullius rure redierit, mittam eum ad te. Hirtius Ciceroni Att. 6 Rure iam redierim. Eſt ruri: Cic. pro Cluent. 141 c. 51 Forenenit vt ruri in Priuernate eſſemus. Rure eſſe autumant aut. Merc. 4, 5. ſuppoſ. 2, 18. Tendit rus Quinctil. 11, 2. 3 Rus, *per tralationem, pro Sermone inconcinno, inuenuſto, illepido, ornato, et ruſticitatis pleno.* Rus merum Plaut. Truc. 2, 2, 14. *de mine agreſti.* Catull. in Annales Voluſii ſ. 34, 19 Pleni ruris, et ficetiarum Annales Voluſi, cacata charta. Inficeto inficetior re Catull. 22, 14. Hor. Epiſt. 2, 1, 160 — Sed in longum taen aeuum Manſerunt, hodieque manent veſtigia ruris. Ruri rure, *aduerbialiter, vt* Peregre et peregri. Feſtus, Ruri eſſe non re, dicendum. teſtis eſt Ter. in Phorm. (2, 2, 17) quum ait, Ruri continebat, ibi agrum de noſtro patre, *etc.* *Nullum fere diſcrim obſeruari in vſu* rure *et* ruri, *notat Malaſp. ad* Cic. Att. 13, 49. *iam* Chariſ. 1 p. 115 *cum multis exemplis oſtendiſſet non modo dici* Ruveni; *ſed et* filium negat eſſe rure: *addit,* Tamen contra, *Ruri gere vitam, perparce ac duriter ſe habere,* Mitionem Terentius in delph. (1, 1, 20) loquentem de fratre commeminit, non *rure.*

RVSCVLLNTIA, ae. f. *Ruſticitas, ap.* Plaut. 3, 2, 7. *vulgo* uculentia: *ſed vid. Taubm. ad* Plaut. p. 1435. *Parei Lex. Cr. p.* 1102.

RVSCVLVM, i. n. Dimin. Gell. 19, 9 Sub vrbe in ruſculo.

RVRINA, ae. f. *Dea agrorum, vid.* RVSINA.

RVRO, āre: [ἀγραυλέω] *et* RVROR, āri. Depon. *Ruri agere, et opus facere.* Plaut. Capt. 1, 1, 16 Dum ruri rurant homines. arro Serrano, Dum in agro ſtudioſius ruror, adſpicio Triptolemum ulponeatum bigas ſequi cornutas. *Vid.* Non. 2, 731.

RVRĀLIS, e. Adi. *Quod ad rus pertinet.* Macrob. Saturn. 5, 2 Virgius Theocritum ſibi fecit paſtoralis operis auctorem, ruralis Heſioam. Caeſ. Bell. Gall. 3, 14 Falces praeacutae, inſertae, affixaele longuriis, non abſimili forma ruralium falcium. *Sic legit Rortellus, non* Muralium, *idque ex tribus vetuſtis codicibus.* Edere cuſtas ſolitus ruralibus Aruis Iuuenc. 1, 325. *de Io. Baptiſta.* Rulia Negotia Ammian. 30, 7. Ruralium Operum negotioſus Sidon. 8. Firmicus 8, 11 In Virginis parte decima oritur Spica. Quinque ſub hoc ſidere natus fuerit, erit ruralibus officiis ſemper applitus, et ad agrorum cultum patientia laboris adiunctus.

RVRALĬTER. Adu. Caſſiodor. Epiſt. 3, 51 Necdum fundatis aediciis ruraliter.

RVRATIO, ōnis. f. Apul. Apol. p. 310 Iſte nec diis rurationis, ui eum paſcunt ac veſtiunt, ſegetis vllas, aut vitis, aut gregis priitias impertit. Ruratio omnis in ſarculo et ſurculo Apul. lor. 2 p. 350.

RVRESCO, ĕre. Enn. *ap.* Chariſ. p. 105. *al.* rareſcunt.

RVRESTRIS, e. Adi. [ἐπάγροικος] *Quod eſt ruris, vel eorum proium, qui ruri degunt:* Apuleius Met. 4 p. 143 Rureſtri vocabulo ilgus indoctum *Roſas aureas* appellat. Campi Apul. Met. 7 p. 4. Tibia Mart. Capella 9 p. 307. Opus rureſtre, *i. Ruicum.* Paullus in l. Seruis vrbanis §. muliones D. de legat. 3 Muliones de vrbano miniſterio ſunt: niſi propter opus rureſtre teſtator eos deſtinatos habebat.

RVRICŎLA, ae. c. [ἄγραυλος] *Qui colit rus.* Columel. 10, 339 Haec ne ruricolae paterentur monſtra. Boues ruricolae Ouid. Met. 5, 479. Aratrum ruricola Idem Triſt. 4, 6 *pr.* Formicula ruricola Apul. Met. 6 p. 177. Lupae Prudent. aduerſus Symm. 1, 105.

RVRICOLĀRIS, e. Adi. Fortunat. de Vita Martin. 1, 326 Cultorès ruricolares.

RVSTĬCVS, a, um. Adi. [ἄγροικος] *Cultor ruris, aut moribus, ſermone, ſententiis eorum ſimilis, qui ruri ſemper, remoti ab vrbana vita, degunt. Licet ſubſtantiue interdum poni videatur, praeſertim cum aliud ſibi Adiectiuum adiunctum habet, tamen veri nominis Adiectiuum eſt.* Virg. Georg. 2, 406 Iam tum acer curas venientem extendit in annum Ruſticus, *etc.* Vrbani fiunt ruſtici Plaut. Merc. 4, 3, 17. Ruſticus, abnormis ſapiens, craſſaque Minerua Horat. Sat. 2, 2 *pr.* Catus, quantumuis ruſticus Idem Epiſt. 2, 2, 39. Ruſticus exſpectat Hor. Epiſt. 1, 2, 42. Ruſtica Phidile Idem Od. 3, 23, 2. Et poterit dici petulans, quae ruſtica non eſt. Et poterit dici ruſtica, ſi qua proba Ouid. Rem. Am. v. 350. *Conſ.* Idem Am. 3, 10, 17. Ruſtici, *in genere pro indoctis et indiſertis, ap.* S. Hieron. *vid. Gronou. Obſ. Eccleſ. c. 19.* Virg. Ecl. 2, 56 Ruſticus es Corydon. Sermo vrbanorum, *et* Ruſticorum, *contraria* Cic. in Orat. 81. Idem pro Quint. 12 Erat ei pecuaria res ampla et ruſtica, ſane bene culta et fructuoſa. Aratra ruſtica Ouid. de Arte Am. 2, 184. Coniux Ouid. Epiſt. 1, 77. Conuicia Idem Met. 14, 522. Corda Propert. 4, 1, 12. Dona Ouid. de Arte Am. 2, 264. Gallina ruſtica *quae ſit, diſputatur ad* Varron. 3, 9, 16 Gallinae ruſticae ſunt in vrbe rarae, nec fere manſuetae ſine cauea videntur Romae, ſimiles facie non his villaticis gallinis noſtris, ſed Africanis, *etc.* *An eadem auis, de qua* Martial. 13, 76 Ruſtica ſum perdix: quid refert, ſi ſapor idem eſt? Carior eſt perdix? ſic ſapit illa magis. Homines ruſtici et agreſtes Cic. Philipp. 10, 22 c. 10. Manus indoctae ac ruſticae Quinctil. 1, 11, 16. Mores Cic. pro Roſc. Amer. 75 c. 27. Pollio amat noſtram, quamuis eſt ruſtica, Muſam Virg. Ecl. 3, 84. Populus Ouid. Faſt. 3, 783. Prouerbium Liu. 23, 47. Quaerela Ouid. Epiſt. 17, 12. Res ruſticas vel fructûs cauſa, vel delectationis inuiſere Cic. de Orat. 1, 249 c. 58. Ouid Faſt. 6, 534 Ruſtica Sedulitas gratior arte fuit. Silua ruſtica Ouid. Epiſt. 4, 102. Titulus ruſticior Senec. Epiſt. 88. Vinalia ruſtica, *vid. ſ. l.* Vita ruſtica et agreſtis Cic. pro Roſc. Amer. 75 c. 27. Quinctil. 2, 4. *Comparat.* Sermonari ruſticius videtur, ſed rectius: ſermocinari, crebrius eſt, ſed corruptius Gell. 17, 2.

RVSTĬCE. Adu. [ἀγροίκως] *Vt ſolet ruſticus, Imperite.* Cic. de Orat. 3, 42 Ex quo ſic locutum eſſe eius patrem iudico, ſic maiores, non aſpere, vt ille quem dixi, non vaſte, non ruſtice, non hiulce, ſed preſſe et aequaliter, et leniter. Ruſtice facere Cic Att. 12, 36. Squalere Apul. Met. 5 p. 172. Vrgent ruſtice ſane Cic. Off. 3 c. 9. *Compar.* Hor. Serm. 1, 3, 31 Rideri poſſit eo quod Ruſticius tonſo toga defluit.

RVSTICĬTAS, ātis. f. [ἀγροικία] *Contraria eſt Vrbanitati.* Martial. 7, 57 Quaere aliquem Curios ſemper, Fabioſque loquentem, Hirſutum et dura ruſticitate trucem. Plin. 35, 4 ſ. 9 Poſt eum M. Agrippa, vir ruſticitati quam deliciis proprior. *deinde* toruitatem *dicit.* Vrbanitati contraria eſt ruſticitas Quinctil. 6, 3, 17. Ruſticitas ſermonis Idem 11, 3, 10. Vultus pudentes ſine ruſticitate Ouid. Epiſt. 20, 59. *Hic eſt* Ruſticitas, *timida quaedam et indecens verecundia. Sic* Ouid. Amor. 1, 8, 44 Et ſi ruſticitas non vetat, ipſa rogat. Ruſticitas, non pudor ille fuit Ouid. A. A. 1, 672. Excutienda eſt ruſticitas Ouid. Epiſt. 17, 186. ¶ 2 In laude eſt Plin. 1, 14, 4 Brixia multum adhuc verecundiae frugalitatis atque etiam ruſticitatis antiquae retinet. Hieron. Epiſt. 43 Non adeo hebetis me fuiſſe cordis, et tam craſſae ruſticitatis. Idem Epiſt. 1 Quanto magis nos, expolito iam artibus mundo, id non debemus omittere, quod illi ſibi praeſtiterunt, apud quos erat cruda ruſticitas, et qui humanitatem quodammodo neſciebant. ¶ 3 Ruſticitas, *Opus ruſticum, et tractationem rei ruſticae notat* Pallad. de inſit. 6 *vbi ſuos libros vocat* Pura tantum ruſticitate rudes. *Et in ipſo fine,* Carmina tu duros inter formata bidentes Aſpera, ſed miti ruſticitate, leges. Pro *ruſticis* Pallad. 1, 31 Et ſi qua ruſticitas conſueuit infundere. *Sic* Lege 3 §. 3 Cod. de defenſ. ciuit. Vtili ratione proſpectum eſt, vt innocens et quieta ruſticitas peculiaris patrocinii, id eſt, defenſoris locorum beneficio fruatur.

RVSTICV̆LVS, a, um. Dimin. Cic. pro Sext. 82 c. 38 Senſit ruſticulus non incautus, *etc.* Ruſticulo cuidam, forte humilitatis obſcuro Arnob. 7 p. 244. Lupae Prud. adu. Symm. 1, 105. *al.* ruricolae. Nomen Auſon. Eidyll. 7, 4. Martial. 10, 19

Nec doctum ſatis, et parum ſeuerum,
Sed non ruſticulum nimis libellum
Facundo mea Plinio Thalia
I, perfer, *etc.*

RVSTICELLVS, i. m. Dimin. Varro apud Plin. 7, 20 ſ. 19 Ruſticellus, inquit, Hercules appellatus.

RVSTICĀNVS, a, um. Adi. [ἀγρότερος] *Idem quod Ruſticus.* Cic. Verr. 5, 34 Vnum illud quod ita fuit illuſtre, notumque omnibus, vt nemo tam ruſticanus homo, L. Lucullo, et M. Cotta Conſulibus, Romam ex vllo municipio vadimonii cauſa venerit, *etc.* Buſequae Sidon. Epiſt. 1, 6. Homines ruſticani ex municipiis Cic. Verr. 1, 127. *Conſ.* Idem Att. 8, 13. Municipia Cic. S. Roſc. Am. c 15. Parſimonia ruſticana Cic. pro Quint. 92. Idem de Orat. 3, 39 Et illud quod loquitur, priſcum viſum iri putat, ſi plane fuerit ruſticanum. Cic. pro Roſc. Amer. 44 c. 15 Tamenne haec attenta vita et ruſticana, relegatio atque amandatio appellabitur?

RVSTICARIVS, a, um. Adi. [ἀγροικικὸς] *Quod ad ruſticum pertinet.* Cato 11, 4 Falces ſiluaticas quinque, arborarias tres, ruſticarias decem. *Sic primae editt. Sed a Victorio* Ruſcarias. Varro de R. R. 1, 22, 5 Ruſticariae falces. *Et hîc* Ruſcariae *legitur. Vid. ſub* RVSCVM.

RVSTĬCOR, āri. [ἀγραυλέω] *Ruri agere.* Cic. Fam. 16, 23 Liceat modo ruſticari. Idem pro Arch. 16 c. 7 Pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. Dies ad ruſticandum dati Cic. de Legg. 1 c. 3. *Conſ.* Idem de Orat. 2 c. 6. Colum. 11, 1. Sidon. Epiſt. 8, 6.

RVSTICATIO, ōnis. f. Columel. 11, 1, 6 Scientia ruſticationis. Idem 11, 1, 10 Ruſticationis magna et diffuſa materia. *Add.* 11, 1, 28. *it.* 1 Pr. 13. 1, 1, 6 *etc.* Cic. de Amicit. 103 c. vlt. Neque ſolum

militia,

militia, ſed etiam peregrinationes, ruſticationesque communes. Auſon. Epigr. 10.

RVSTICĀTIM. Adu. [ἀγροίκως] *pro* Ruſtice. Pomponius, Aleonibus, At ego ruſticatim tangam, vrbanatim neſcio. *Haec* Non. 2, 747.

RVSTICĀTVS, ûs. m. *Ruſticatio.* Cic. Att. 12, 1 In ruſticatu garrire et ſcribere. *Alii aliter legunt.*

RVSCINO, ōnis. f. Oppidum in extremis Galliae finibus, non procul a Pyrenaeis montibus, *cuius meminit* Plin. 3, 4.

RVSCVM, i. n. *ſiue* RVSCVS, i. m. [χαμαιδάφνη, κυνόσβατον, εἶδος βοτάνης Gloſſ. Lat. Gr.] Feſtus, Ruſcum eſt, vt ait Verrius, amplius paullo herba, et exilius virgultis fruticibusque, non diſſimile iunco. *Quae ſequuntur apud Feſtum de colore, damus in* RVSSEVS. Virgultum vnde vites ligantur, *auctore* Seruio. Virg. Georg. 2, 413 Nec non etiam aſpera ruſci Vimina per ſiluam. Horridior ruſco Virg. Ecl. 7, 42. *vbi* Seru. Virgulta breuia, acutis foliis et pungentibus; vnde et in ſacris ſcopae fieri ſolent. Ruſto legit Giſan. Ind. Lucret. *Conf.* Colum. 7, 10. Plin. 21, 16. *et* 23, 9. Ruſco *etiam ſepes muniebantur antiquis.* Columel. 10, 375 Hirſuta ſepes nunc horrida ruſco Prodit.

RVSCARIVS, a, um. Adi. *Vt*, Falx ruſcaria, *i. Ruſcis ſecandis apta* Cato R. R. 11, 4. *vbi ſatis hanc lectionem videmur ſtabiliiſſe.*

RVSCO, āre. *i. Runcare. Ita legit Hauercamp. ad* Tertull. Apol. 4 Nouis principalium edictorum et reſcriptorum ſecuribus ruſcatis et caeditis.

RVSINA, ae. f. *Dea*, Cui rura committebant antiqui, *vt ait* Auguſtinus C. D. 4, 8. *Eam quidam* Rurinam *vocitarunt.*

RVSPO, āre. *et* RVSPOR, ari. [ἐξερευνάω] Saepe ſeu diligenter ſerutari Accius Meleagro, Vagent ruſpantes ſiluas. *Haec* Nonius 2, 744. Feſtus, Ruſpari eſſe crebro quaerere, hoc verſu indicatur, Et ego ibo, vt latebras ruſpans rimer amaptimas. Alibi ſtipantem copiam, alibi deferentem runcare atque ruſpare Tertull. de Pall. c. 2. *Conf. Iunii not. p. 9.*

RVSSATVS, *vid.* RVSSVS.

RVSSVS, *et* RVSSEVS, a, um. [Vet. Gloſſ. πυῤῥός] *Coloris nomen eſt rubri, ignei, ſanguinei, in equis etiam* probati. *Vnde dictus ſit non definiam: a* rhoë *id eſt malo Punico, an, quod placet Scaligero Coniect. in Varron. p. 147 pr. a* ruſco, *quaſi* ruſceus? *Nempe* Feſtus *in deſcriptione* ruſci, *quam dedimus, addit*, Cuius coloris rebus vti mulieres ſolitae: *et laudat locum e* Catonis Originum ſeptimo, *quem ita conſtituit Scaliger, vt tribuat mulieribus* ruſſeas faſcias. *Sic* Fotis Apuleiana Met. 2 p. 117, 33 Linea tunica mundule amicta, et ruſſea faſciola praenitente — ſuccinctula. *Ridiculum facit Trimalchionem ſuum* Petron. 27 *pr.* Senem caluum, tunica veſtitum ruſſea. Pallad. Mart. 13, 4 Colores *equorum*, hi praecipui, badius, aureus, albineus, ruſſeus, murteus, ceruinus *etc.* *Apud* Iſid. Orig. 12, 1 Roſeus *legitur, ſed vitioſe, vt* Caſſiod. Var. 3, 52 *vbi tamen notat Fornerius, in Vett. editt. eſſe* ruſſeum. Corippus 1, 324 *vbi de quatuor factionibus Circi*, Roſeus aeſtatis rubra ſic veſte refulgens. *Ruizius transponit*, Aeſtatis roſeus *etc.* *Sed videtur dediſſe auctor* Ruſſeus. Ruſſeus *etiam firmat apud* Tertull. de Spectac. 9 *Pamelius.* *Et* Ruſſata *factio nimis nota.* *Bochartus Hieroz.* 1, 2, 7 *pr.* Ruſſeos equos *eſſe Graecorum* πυῤῥὰς *luculenter oſtendit.* Catullus 39, 17 Quod quisque minxit, hoc ſolet ſibi mane Dentem atque ruſſam defricare gingiuam. *Placuit praeſertim hic color in veſtibus militaribus. Locum Iſidori dabimus ſtatim in* RVSSATVS. *Nempe etiam de Romanis verum quoque erat illud* Sil. 3, 236 Rubrae velamine veſtis Ars erat in pugna fuſum occuluiſſe cruorem. *Vid. quos hic laudat Drakenb.* Tunicas ruſſas militares *memorat* Trebell. Pollio in Claud. 14 p. 383 *Hack.* Φοινικᾶς χιτῶνας *i. purpureas vocari Graece, oſtendit Salmaſius et laudat* Martial. 14, 129 *cuius lemma*, Canuſinae rufae (ruſſae) Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia rufis (ruſſis) Et placet hic pueris militibusque color. Ruſſae *et* ruſſis *vnde habeat, non indicat, ne varietatem quidem indicat Salmaſius.* *Repetit ad* Vopiſci Aurel. 46 p. 563. *De* factione ruſſea, *vid.* FACTIO n. 2. *Add. Fabrett.* Inſcriptt. 10, 2 Decurionibus et familiae panni ruſſei. *Caeterum docent exempla, non obtemperatum eſſe* Grammaticis *apud* Chariſ. 1 p. 57 *med.* Qui ruſſeum non magis dicendum putabant, quam albeum aut praſineum. *Vid. Munker. ad Hygin. fab. 69 vbi de illo e inſerto in pluribus agit. Sed recte, et Grammaticorum ad regulam*, Lucret. 4, 73 Et volgo faciunt id lutea, ruſſàque vela, Et ferrugina, *etc.*

RVSSĀTVS, a, um. *Ruſſata veſtis.* Iſid. Or. 19, 22 Ruſſata, quam Graeci phoenicam [φοινικίδα, φοινικᾶν] vocant, nos coccineam, reperta eſt a Lacedaemoniis (*quorum alio qui* Purpura *nobilis*) ad celandum coloris ſimilitudine ſanguinem, quotiens quis in acie vulneraretur, ne contemplanti aduerſario animus augeſceret. Hac ſub conſulibus Romani vſi ſunt milites, vnde etiam ruſſati vocabantur. Solebat enim (*leg.* etiam) pridie quam dimicandum eſſet, ante principia poni, quaſi admonitio et indicium futurae pugnae. *Quidquid ſit de nomine, rubri coloris fuiſſe ſaga, ſagula, et paludamenta, ſatis conſtat.* *Caeterum huc alludens* Tertull. de Coron. mil. Chriſtiani 1 *pr.* Et nunc ſanguine ſuo ruſſatus, ſpe calceatus *etc.* *De* factione ruſſata, *vid.* FACTIO n. 2.

RVSSŬLVS, a, um. Adi. *Idem quod Ruſſus, vt*, Faſciolae ruſſulae Capitol. in Albino 5. Tunicae ruſſulae Vopiſc. in Probo 4.

RVSSEŎLVS, a, um. *Idem. vt*, Sanies ruſſeola Prudent. Periſteph. 11, 130.

RVSTVM ex rubus *apud* Feſtum: *hinc dictae, vt quibusdam videtur*,

RVSTARIAE falces, *apud Varronem* R. R. 1, 22, 5 *quibus ruri ſecantur rubi, qui per agros ſerpunt.* *Sic* Turnebus 13, 26. *Sed* Ruſcum *et* Ruſcariae *praeferendum, videor probaſſe ad* Caton. 11, 4.

RVSTO, āre. *Legitur a quibusdam ap.* Tertull. de Pall. c. 2. *et* Apol. c. 4. *vbi vid. Hauercamp. it. Salmaſ. ad* Tert. de Pallio p. 117. *et Confut. Cercoët. p. 122. Gesner. ad* Cat. 11, 4. *Goeſ. Ind. in Scriptores* Rei Agr. *voc.* Subrunciui. *Vid.* RVSCO, *quod praeferendum videtur. Eſt autem idem quod runcare*, ruſcum *exſcindere.*

R V T

RVTA Caeſa, *vid.* RVTVS, a, um. *ſub* RVO.

RVTA, ae. f. [πήγανον] *Herba, inter communiſſimas vna, de qua* Plin. 20, 13 In praecipuis medicaminibus ruta eſt: latiora ſatiuae folia, rami fruticoſiores: ſilueſtris horrida eſt ad effectum, et ad omnia acrior. — Inter prima miſcetur antidotis *etc.* *Multa verſabatur circa eam herbam ſuperſtitio. v. g.* Plin. 19, 7 *extr.* Rutam furtiuam tantum prouenire fertilius putant, ſicut apes furtiuas peſſime. Pallad. Mart. 4, 9, 13 *et* 14 *pluſcula, et hoc etiam*, Proſequuntur (*inter ſerendum*) maledictis *etc.* Col. 11, 3, 38 Velata manu debebit runcari: quam niſi contexeris, pernicioſa naſcentur vlcera. *Conf.* Scribon. 118. 188 *ſq.* *Apud quem etiam* Siluatica *memoratur* 117. *et* viridis 5 *etc.* Celſ. 4, 21 *fin.* Neque alienum eſt . . . cataplaſmata immo ventri inguinibusque circumdare, praecipueque ex aceto rutam: vitare etiam, ne ſupinus obdormiat. *Ita enim legendum et interpungendum eſſe monet Morgagn. Ep. 1 in* Celſ. *De prouerbio* Cic. Fam. 16, 23 *vid.* PVLEGIVM. Coniici in rutae folium Petron. c. 37 *et* 58. *Prouerbii ſpeciem habet, et forte ſignificat, In ſpatium minimum cogi et contrahi poſſe. Certe nihil dixiſſe melius puto interpretes.* Acuentes lumina rutae Ouid. Rem. Am. v. 801. Capelliana ruta Mart. 11, 32. *Botanici hodierni* Rutam caprariam *habent.*

RVTŬLA, ae. f. *Ruta puſilla.* Cic. Fam. 9, 22 Volo mentam puſillam ita appellare, vt rutulam.

RVTACEVS, a, um. Adi. *Ex ruta, aut mixtum, aut omnino confectum.* Oleum rutaceum Plin. Valer. 2, 28.

RVTĀTVS, a, um. *Aliud* Adi. [πηγανωτὸς] *Ex ruta factum ſ. conditum.* Plin. 19, 8 Inuenio muſtum rutatum populo datum. *h. e. In quo macerata eſt ruta, ſiue ruta medicatum.* Martial. 10, 48, 11 Secta coronabunt rutatos oua lacertos.

RVTABRI, orum. m. Dicti ſunt olim Raſtri, quod eradant terram atque eruant, *teſte* Varrone de L. L. 4, 31.

RVTABŬLVM, i. n. *Inſtrumentum ruendo aptum.* Inſtrumentum, quo vtuntur ruſtici in proruendo igne, panis coquendi gratia, Feſtus. *Vtuntur* Cato c. 11. *et* Columel. 12, 18 *et* 20 *et* 31. *Inter munera ridicula ſaturnalicia refertur a* Suet. Aug. c. 75. ¶ 2 *Apud* Feſtum, Naeuius obſcoenam viri partem deſcribens, Vel (inquit) quae ſperat ſe nupturam iri adoleſcentulo, ea licet ſenile tractet retritum rutabulum.

RVTILIVS, a, um. *Gentis Romanae nomen: e qua ille, de quo* Cicero in Brut. 113 Rutilius in quodam triſti et ſeuero dicendi genere verſatus, magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. Sunt eius orationes ieiunae, multa praeclara de iure, doctus vir, et Graecis literis eruditus, Panaetii auditor, prope perfectus in Stoicis. *Hic eſt, de quo* Ouid. ex Ponto 1, 3, 63 Et graue magnanimi robur mirare Rutili. *Al.* Rutilli. *Sed vno l Heinſ. ac Burm. hic et* Faſt. 6, 563 Hanc tibi, Quo properas? memorant dixiſſe, Rutili. *Sed* Martial 5, 57 Famae Rutilium ſuae relinquat. *Verſus eſt Phalaecius. Eſt hic* Rutilius Lupus *Rhetor nobilis. Plures laudant* Cicero, Val. Maximus, *etc.* Rutilius Geminus in Pontificalibus libris *laudatur a* Fulgent. Expoſ. Serm. Ant. p. 172 *Munk.* Feſtus, Rutilium, rufum ſignificat: cuius coloris ſtudioſae etiam antiquae mulieres fuere, vnde traxere, cognomina Rutiliae, vt indicat frequenter Afranius. *Sed Coler. ad* Val. Max. 2, 7, 3 Rutilum *legit, et omittit* Rutiliae.

RVTĬLO, āre. [πυῤῥίζω] *Splendere: vnde dicit*, Aurum rutilare Plin. 16, 11. Arma rutilant Virg. Aen. 8, 529. Varro de L. L. 6, 5 p. 78, 29 Apud Actium, Iamque auroram rutilare procul cerno. Aurora dicitur ante ſolis ortum, ab eo, quod ab igne ſolis tum aureo aër aureſcit. Quod addit Rutilare, eſt ab eodem colore. Aurei enim rutuli: et inde etiam mulieres valde rufae Rutilae dictae. ¶ 2 Rutilare, *Actiuum, pro Rutilum facere.* Val. Max. 2, 1, 5 *de matronis Romanis*, Quo formam ſuam concinniorem efficerent, ſumma cum diligentia capillos cinere rutilarunt. *Vid. Iſ. Voſſ. ad Catull. p. 142.* Caligula *apud* Suet. c. 47 Rutilare comam *cogit eos, qui Germani videri debebant.* Plin. 18, 12 *de ſapone*, Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis ex ſeuo et cinere. *i. ſapone: de qua re* Martial. 14, 26 Cauſtica (Cattica *al.*) Teutonicos accendit ſpuma capillos: Captiuis (*abſciſſis e Germanico corpore*) poteris cultior eſſe comis. (*Vid.* SPVMA n. 2.) Accendit *igitur idem eſt quod* rutilat. *Ergo* rutilare comas *non eſt* criſpare, *quod videbatur Gronouio, ſummo viro, ad* Sen. Herc. fur. 948: *ſed colorem* rutilum, ξανθὸν *ſ.* πυῤῥὸν *inducere: quod egiſſe* Gallos *et Germanos, dilucide ait Diod. Sic.* 5, 28 *pr.* Se flammis *ſolis* Arnob. 1 p. 7.

RVTĬLANS, antis. Partic. Stat. Theb. 11, 514 Aruaque ſanguineo ſcribit rutilantia gyro. *Compar.* Fortunat. 8, 5 Vellere candidior niueo, rutilantior auro.

RVTILĀTVS, a, um. Tacit. Hiſt. 4, 61, 1 Ciuilis, barbaro voto propexum rutilatumque crinem patrata demum caede legionum, depoſuit. Comae promiſſae et rutilatae Liu. 38, 17. *i. rutilae a cultu et ſapone, vid.* RVTILO n. 2. Rutilato Colore coruſcare Tertull. de Anima c. 9.

RVTILESCO, ĕre. [πυῤῥακῶμαι] *Rutilum fieri.* Plin. 8, 55 In Alpibus candidi lepores, quibus hibernis menſibus pro cibatu niuem credunt eſſe: certe liqueſcente ea rutileſcunt annis omnibus. Sacra fulgura cur rutileſcant Mart. Capella 2 p. 21.

RVTĬLVS, a, um. Adi. [πυῤῥός, πυρόεις] *Rubri ſ. rufi coloris ſpecies, quod robigini, capillis, auro, ſanguini etc. tribuitur.* *Vid.* Gell. 2, 26. *Seruulus veru tergens apud* Plaut. Rud. 5, 2, 14 Nam hoc quidem pol e robigine non e ferro fabrefactum eſt: ita quanto magis extergeo, rutilum, atque tenuius fit. In fidem maieſtatis adeo permulſiſſe malas, vt e nigro rutilum aerique aſſimilem capillum redderent: quod inſigne manſit et in poſteris eius et magna pars rutila barba fuerunt Suet. Ner. c. 1. *de Aenobarbis.* Plin. 8, 18 Albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus. Idem 6, 22 Ipſos vero excedere hominum magnitudinem, rutilis comis, caeruleis oculis, oris ſono truci. Aurei rutili, et inde etiam mulieres valde rufae, rutilae dictae Varro de L. L. 6, 5 p. 78, 32. Canes rutilae, id eſt non procul a rubro colore, immolantur, vt ait Ateius Capito, Canario ſacrificio pro frugibus deprecandae ſaeuitiae cauſa ſideris Caniculae. Feſtus. Capilli rutili Ouid. Met. 2, 319. Ceruix *leonis* Sen. Herc. fur. 948. Comae Tac. Germ. 4, 2 *vbi vid. Lipſ. et* Agric. c 11, 2. Sint rectis rutilisque Criſtulis Colum. 8, 2. *de gallis gallinaceis.* Cruor Ouid. Met. 5, 83. Flamma Idem Faſt. 3, 285. Mars rutilus et horribilis terris Cic. in Somn. Scip. 9 c. 4 *de ſidere.* Paleae ex rutilo albicantes Colum. 8, 2. Squamae Virg. Georg. 4, 93. *Comparat.* Cato in Originib. *apud* Chariſ. Mulieres noſtrae capillum cinere inungitabant, vt rutilior eſſet crinis. *Sic laudat Voſſ. ad* Catull. p. 142. *Sed Putſchius p. 78 med* rutilus *dedit.*

RVTRVM, i. n. [σκάφη] *Inſtrumentum, quo quid ruitur.* Varro de L. L. 4, 31 p. 35, 15 Rutrum vt ruitum a ruendo. *Scaliger* falcem *interpretatur (hoc enim* κρωπίον *eſt) itemque* hoſtorium. Feſtus, Rutrum tenentis iuuenis effigies in Capitolio Ephebi fuit, more Graecorum

corum arenam eruentis, exercitationis gratia, quod ſignum deportavit ex Bithynia Romam Pompeius Bithynicus. Cato c. 11 Oportet habere villicum palas ſex, rutra quatuor, raſtros quadridentes duos. Idem c. 128 *Lutum, ad habitationem delutandam*, rutro concidito. Plin. 36, 23 ſ. 55 Experimentum marmorati eſt in ſubigendo, donec rutro non cohaereat. *Conf.* Vitruu. 7, 3. Pallad. 1 tit. 15 *vbi* Calci ſubigendae *adhibetur.* *Adde* Liu. 28, 45 *vbi* Secures, rutra, falces *in inſtrumento nauium.* Sarculo *valde cognatum oſtendit proverbialis, vt videtur, verſus* Pomponii *apud* Non. 1, 66 Sarculum hinc illo profectus, illinc rediſti rutrum. *Ponit idem ex* Varrone, Cui celer δι' ἑνὸς λήμματος λόγος (*enthymema*) Antipatri Stoici filius (*inventum*) rutro caput diſplanat.

RVTELLVM, i. n. Dimin. [σκαφίον] *Paruum rutrum.* Non. 1, 66 *laudat ex* Lucilio, Frumentarius eſt, modium hic ſecum, atque rutellum, Vna adfert, *vbi vel eſt inſtrumentum hoſtorium ad aequandam menſuram et deruendum quod ſupereſt: vel inſtrumentum, quo fruges corruuntur in modium, id eſt, coniiciuntur.*

RVTŬLVS, i. m. *Idem quod* ROTVLVS *v. v.*

RVTŬBA, ae. m. [Ῥύτυβα] *Fluuius Liguriae ex Apennino fluens, cuius meminit* Plin. 3, 5. Lucan. 2, 422 Dexteriora petens montis decliuia Tibrim Vnda facit, Rutubamque cauum. ¶ 2 Rutuba Perturbatio. Varro Sexageſima, Ergo tum Romae parce, pureque pudentis viuere in patriam: nunc ſumus in rutuba. *Haec, neſcio quam ſana,* Nonius 2, 750. *Apparet, Diſtichon elegiacum fuiſſe. Quid ſi legamus* Pudentes Viuere, et in patria. *Et tamen ipſa* Rutuba *pro perturbatione, miror, ſi plane nusquam inueniatur.*

RVTŬLI, orum. m. Antiquiſſimi Italiae populi, qui Latium tenuerunt, *teſte* Plin. 3, 5.

RVTŬLVS, a, um. Adi. *Vt*, Caſtra Rutula Tibull. 1, 5, 47. Colles Rutuli Virg. Aen. 7, 798. Hoſtes Rutuli Ouid. Triſt. 1, 5, 22.

RVTVPIAE, arum. f. [Ῥυτύπιαι] *Britanniae inſulae portus, apud Ptolemaeum 2, 3. Hinc*

RVTVPĪNVS, a, um. Adi. [Ῥυτυπινὸς] Lucan. 6, 67 Aut vaga quum Thetys, Rutupinaque litora feruent, Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.

S.

Litera S.

S LITERA, S ſibilum facit dentibus verberatis Mart. Capella 3 p. 58. *Tantam habet cum H ſiue adſpiratione cognationem, vt veteres eam loco ipſius adſpirationis poſuerint,* in huiusmodi vocibus et aliis; ἅλς, ſal: ἑξ, ſex: ἑπτὰ, ſeptem: ὕλη ſilua, ὑλίας ſolea, ὕραξ ſorex, ὁλκὸς ſulcus, ὗς ſus, ὑπὸ ſub, ὑπὲρ ſuper, ἕρπω ſerpo, ἅλλομαι ſalio, οὗ, οἷ, ἕ ſui, ſibi, ſe *etc.* ¶ 2 *In Latinis vocibus Graecae originis, additur interdum, vt in* ſcruta, *ex* γρύτη· *vid. Gronou. ad Plin. 22, 2. vbi ex* Galatico *cocco* Scarlatum *deriuat.* *Sic* ſcribo *ex* γράφω *ducis etc.* ¶ 3 S *literam in fine dictionis veteres elidebant ſubſequente Conſonante.* Quinctil. 9, 4, 37 Caeterum Conſonantes quoque, eaeque praecipue, quae ſunt aſperiores, in commiſſura verborum rixantur, et S vltima cum X proxima, (*Hic aliquid corrupti eſſe, ad Quinctilianum faſſus ſum mihi videri*) quarum triſtior, etiam ſi binae collidantur, ſtridor eſt; vt Ars ſtudiorum. Quae fuit cauſa et Seruio (vt dixi) ſubtrahendae S literae, quoties vltima eſſet, aliaque Conſonante ſuſciperetur. Quod reprehendit Lauranius: Meſſala defendit. Nam neque Lucilium putant vti eadem vltima, quum dicit Serenu' fuit, et Dignu' loco. Quin etiam Cicero in Oratore plures antiquorum tradit ſic loquutos. *Hactenus Quinctilianus.* Cic. in Orat. 161 c. 48 Quin etiam, quod iam ſubruſticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eaedem erant poſtremae duae literae, quae ſunt in Optumus, poſtremam literam detrahebant, niſi Vocalis ſequebatur. Ita non erat ea offenſio in verſibus, quam nunc fugiunt Poëtae noui. Ita enim loquebantur,

Qui eſt omnibu' princeps. non, Omnibus princeps. et,
Vita illa dignu' locoque. non, Dignus.

Vid. et Gell. 12, 4 *qui hoc affert* Ennii *exemplum,* Suauis homo, facundu', ſuo contentu', beatus. *Add.* Varro *ap.* Non. 2, 98. Tollebatur etiam in dictionibus, quibus annexa eſt Coniunctio enclitica NE, vt Scin' pro Scisne; Satin' pro Satisne. Tollebatur etiam in dictionibus, quae a Graecis deriuatae fuerunt, vt a ποιητὴς, Poëta; a προφήτης, Propheta; a σοφιστὴς, Sophiſta. *Contra ea* Ciceronis temporibus, paullumque infra (*vt docet* Quinctil. 1, 7, 20) fere quoties S litera media Vocalium longarum, vel ſubiecta longis eſſet, geminabatur: vt *Cauſſa, Caſſus, Diuiſſiones;* quo modo et ipſum, et Virgilium quoque ſcripſiſſe, manus eorum docent. Atqui paullulum ſuperiores etiam illud quod nos gemina S, dicimus *Iuſſi*, vna dixerunt, *iuſi.* ¶ 4 *Huic literae magna cum T cognatio eſt, et cum R. De hoc prius:* Varro de L. L. 6, 3 p. 70 *vbi docuit* Camenas *eſſe quaſi* Carmenas, *pro quo* Caſmenas *dixerint, addit,* Vt in multis verbis, in quo antiqui dicebant S, poſtea dicunt R. Vt in carmine Saliorum ſunt haec, *Coſauli,* (*Choſauli*) *Doloſi, Eſo.* — Iam *Cuſiatii, Muſes, Ruſe* — poſt *Melios, Melior; Foedeſum, Foederum; Pluſima, Plurima; Aſena, Arena; Ianitos, Ianitor.* Quare *Caſmena, Carmena,* inde *Carmina. Haec Varro.* Quinctil. 1, 4, 13 *Arbos, Vapos,* et *Clamos* ac *Laſes* aetatis fuerunt. *Nec hodierni editores talia plane refugiunt. v. g.* Salluſt. Iug. 100, 4 Quam vti militibus exaequatus cum imperatore labos volentibus eſſet. *Ad quem locum plura ex eo genere notat Cortius. Addit Fabius l. c.* Et haec ipſa S litera ab his nominibus excluſa, in quibusdam ipſa alteri ſucceſſit: nam Mertare, atque *Pultare* dicebant. *Sic eſt lepidus libellus Luciani, Iudicium Vocalium, vbi litera Σ vicinam T de vi et rapina bonorum ſuorum in ius vocat. Nempe Attici ea fere ratione, qua hodie inferior Germania pro S amabant T. Huc refero etiam* Illas circa S literam delicias, *quas magiſter in paruis non feret, ſi audit* Quinctilianum 1, 11, 6 *qua* blaeſum *quid ex D aſſumunt infantes et feminae: ſed totae nationes. Nonnunquam tranſiit in X, vt* Αἴας, *Aiax;* πίστρις, *Piſtrix.* ¶ 5 *Sono literae S vel St ſilentium etiam veteres Latinos imperaſſe, indicant iſta* Feſti, Silere tacere ſignificat, ficto verbo ab S litera, quae nota ſilentii eſt. ¶ 6 *In notis S nunc praenomen* Sextus *ſignificat, nunc* Sacrum, Sacellum, Sacerdos, Scilicet, Scriptus, Semis, Semuncia, Senatus, Sententia, Sepulcrum, Sequitur, Seruus, Sibi, Sine, Sit, Situs, Siue, Soluit, Sodalis, Stipendium, Stuitus, Stupidus, Sub, Suis. ∽ *iacens* Vncia *vel* Centuria. S—Bes. SA. Salus, Sua, Sanguis, Sacerdos, Sententia. SABatina *tribu.* SACerdote VRBano Sibi Praeeunte. S. A. D. Sub Aſcia Dedicauit. S. A. S. Saturno Auguſto Sacrum. SATurnalia. SC. Senatus Conſultum: (*etiam ſic,* S. VE. C. SenatusVe Conſulto) Sententia Conſtitutionis. Sumtu Communi. SCAptia *tribu.* S. C. D. Senatus Conſulto Decretum. S. C. D. S. Sibi Curauit De Suo. S. C. E. C. Simul Cum Eo Conditus. S. C. F. E. Senatus Conſultum Factum Eſt. SC. L. CM. Sacrae Largitionis Comes. SC. MM. Sanctae Memoriae. S. C. P. S. Senatus Conſulto Plebiſcitum. SCRibendo ADFuere. S. D. Sacrum Deo *vel* Dis. Salutem Dedit, Sententiam Dixit, Sibi Dedit. S. D. S. Soli Deo Sacrum, Sibi De Suo. SENtentia SENatus. SERratus *numus,* Sergia *tribu,* Sergius, Seruilius, Seruius, Seruus. S. E. S. O. Sibi Et Suis Omnibus. S. E. T. L. Sit Ei Terra Leuis. SEVerus, Seuir. S. F. Satis (Sibi, Suis) Fecit, Sine Fraude, Sacris Faciundis. S. G. Satis Geſtum, Sine Genitalibus. S. H. L. Sibi Hoc Legauit. SICuti Voluit. SIGNifer LEGionis. SIGnum PRo SAlute. S. I. M. Soli Inuicto Mithrae. SI. P. P. S. F. Signum Poſuit Pecunia Sua Factum. S. I. R. Sua Impenſa Reſtituit, Sacrum Iunoni Reginae. SI. V. G. V. Si Vales, Gaudeo, Valeo. S. L. Sacrorum Ludorum, Sacrarum Largitionum, Senatus Legitimus, Soluit Lubens, Suis Liberis (Libertis) S. L. M. Soluit Lubens Merito. S. L. M. N. Sibi Locum Monumenti Nuncupauit. S. M. Sacrum Manibus (Memoriae) Sine Malo, Soluit Merito, Sacra (Signata) Moneta. S. M. A. G. (L.) S. Sacrum Memori Animo Gratus (Lubens) Soluit. S. M. D. Sacrum Matris Deûm. S. M. P. E. Sibi Monumentum Publice Elegit (Erexit) S. M. T. S. Sacra Moneta Treuiris Signata. SN. Senatus, Sententia, Sine. S. N. C. Seſtertii Numi Centum. SN. D. Sine Dubio. S. N. Q. L. Sociis Nominique Latino. S. N. S. Q. Si Negat Sacramento Quaerito. S. O. Sine Occaſione, Sine Oculis. SPurnius, Spectatus, Spectauit, Sportula, Stipendium, Supra. S. P. Sacerdos Perpetua, Sacri Palatii, Sacrum (Sibi) Poſuit, Sua Pecunia, Sumtu Proprio (Publico) Sodales Poſuerunt. S. P. C. S. Sibi Poſuit Cum Suis, Sua Pecunia Curauit Sibi. S. P. D. Salutem Plurimam Dicit. SPD. Supra Dictus. S P. D. D. Sua Pecunia Donum Dedit. S. P. EIVS C. C. Q. Q. Solo Priuato Eius Collegium Conſenſu Quinquennaliciorum. S. P. F. Sua Pecunia Fecit. S. P. P. Sibi Poſteris Poſuit. S. P. P. D. D. Sumtu Proprio Poſitum Dono Dedit. S. P. Q. R. CL. V. Senatus PopulusQue Romanus Clipeum Vouit. S. P. Q. S. C. P. S. Sibi PoſterisQue Suis Curauit Pecunia Sua. S. P. V. T. S. Sua Pecunia Vſus, Titulo Suo. S. Q. D. E. R. A. P. P. V. L. O. E. COSS. PRR. TR. PL. Q. N. S. Q. E. V. A. P. P. V. F. Si Quid De Ea Re Ad Populum PlebemVe Latu Opus Eſt, Conſules Praetores Tribuni Plebis, Qui Nunc Sunt, Quod Eis Videbitur, Ad Populum PlebemVe Ferant. S. Q. SS. E. Q. N. I. R. S. E. H. L. N. R. Si Quid SacroSancti Eſt, Quod Non Iure Rogatum Sit, Eius Hac Lege Nihil Rogatum Sit. (*Al.* Q. I. N. S. R. Quod Ius Non Sit Rogari). S. R. L. E. E. I. C. Q. O. R. E. Si Rem (*f.* SiRemps *v. v.*) Lex Ex Eius Iuſſu Cauſaque Omnium Rerum Eſto. SS. Sanctiſſimus, Seſtertiis, Suauiſſimis, Suis. S. S. Sacri Scrinii, Sententia Senatus, Sibi Suis, Suo Sumtu, Supra Scriptus. S. S. C. S. D. E. T. V. Secundum Suam Cauſam, Sicut Dixi, Eſſe Tibi Vindictam. S. S. S. Sancto Siluano (Soli Sanctiſſimo) Sacrum. Supra Scriptae Summae, Supra Scripta Sunt. S. S. T. N. Supra Scriptorum Tantum Nomine. ST. *Silentium imperat.* Sententia, Stipendium, Stlitibus, Stadium, Statuit, Status. S. T. Sine Teſtibus (Teſticulis) S. T. A. Sine Tutoris Auctoritate. STEllatina *tribu.* STF. Satisfecit. STipendio MISſus. S. T. T. L. Sit Tibi Terra Leuis. S. TS. Statutum Tempus. S. T. V. B. E. E. Q. V. Si Tu Vales Bene Eſt, EgoQue Valeo. SVBurana *vel* SVCuſana *tribu.* SVFfectus. S. V. F. (P.) Sibi Viuus Fecit (Poſuit). S. V. G. E. V. Si Vales, Gaudeo Ego (Et) Valeo. S. V. L. Q. Sibi Vxori LiberisQue. S. V. L. Q. V. V. B. E. E. E. V. V. Si Vos LiberiQue Veſtri Valetis, Bene Eſt: Ego Exercitusque Valemus. S. V. P. HAC F. Sponſione Vtriusque Partis Hac Facta. S. VR. Sine Virilibus (*vt* S. G. Sine Genitalibus. S. T. Sine Teſticulis). SVSCeptum EX VISu. S. V. T. L. Sit Vobis Terra Leuis.

S A B

SABA, *vnde dicti* SABAEI *memorantur vix aliter, quam cum ture.* Plin. 12, 14 *pr.* Tura praeter Arabiam nullis, ac ne Arabiae quidem vniuerſae: in medio eius fere ſunt Atramitae, pagus Sabaeorum, capite regni Sabora, in monte excelſo, a quo octo manſionibus diſtat regio illorum turifera, Saba appellata, quod ſignificare Graeci myſterium dicunt, *etc.* *An huc referendum, quod* Seruius *ad illud* Virg. Georg. 1, 57 India mittit ebur, molles ſua tura Sabaei, *ait,* dicti Sabaei ἀπὸ τῦ σέβεσθαι, quod apud eos tus naſcitur, quo Deos placamus. Dociles ſeruire Sabaei Claud. quart. Conſ. Hon. 305. Leues Sabaei Claud. in Eutrop. 1, 321. Turiferi Sabaei Valer. Argon. 6, 138. *Sed etiam* Virg. Aen. 1, 420 Centumque Sabaeo Ture calent arae. Flores Sabaei Stat. Silu. 5, 1, 211. Myrrha Sabaea Sen. Herc. Oet. 376. Odor Colum. 10, 262. Ros Sabaeus Flacc. Argon. 6, 709. *Sic Heinſ. pro* Flore *aliorum. Vid. Burm.*

SABAIA, ae. f. *Apud Illyricos Ceruiſiae genus vocatur.* Ammian. 26, 8 Eſt ſabaia ex hordeo vel frumento in liquorem conuerſis paupertinus

tinus in Illyrico potus. *Add.* Hieron. in Eſai. 6, 19. *Vbi explicat* ζῦθον, genus potionis ex frugibus aquaque confectum, et vulgo in Dalmatiae Pannoniaeque prouinciis gentili barbaroque ſermone appellatur Sabaium. *Vid. Lindebrogius ad h. l. qui genera ac nomina eiuſmodi potuum copioſe perſequitur. Hinc*

SABAIARIVS, i. m. Ammian. 26, 8 Iniurioſe compellabatur vt ſabaiarius. *Ponit deinde, quae modo dedimus in* SABAIA.

SABĀNVM, i. n. *Linteae veſtis genus.* Marc. Empir. 26 In ſabanis conſtitutus. Pallad. Iun. 7, 3 Nunc mella conficimus, congeſtis in mundiſſimum Sabanum fauis, ac diligenter expreſſis. *Vid. Schoetg. ad h. l.* Iſid. 19, 26 Sabanum Graecum nomen eſt, facitergium et manutergium vocatur. *Add. Caſaub. ad* Suet. Aug. c. 83. *Meurſ. Auct. Philol. p. 172.*

SABAOTH. f. Pl. [σαβαώθ] *Militiae vel exercitus: vnde* Dominus ſabaoth. *Vid.* Tertull. aduerſ. Iud. 13. Hic eſt, quem Sabaoth Deum vocamus Prudent. Cathem. 4, 7. Eſt impoſſibile, ſpectare profunda Sabaoth Idem Apoth. v. 901. *vbi penultimam producit, et tanquam eſſet nomen Dei in Caſu recto tractat.*

SABĀTA, *Ptolemaeo* 3, 1. Sabatium Plin. 3, 4. Sabatia Pomponio 2. *Maritima ciuitas Liguriae. Hinc*

SABATIVS, a, um. Adi. Sil. 8, 491 Quique tuos Flauina focos, Sabatia quique Stagna tenent. *Strab. lib. 4 Ad Genuam Liguſticum emporium, et Sabatia vada nuncupata, quae paludes ſunt, Apenninus quidem a Genua, Alpes vero a Sabatiis initium capiunt: Inter Genuam vero et Sabatios ducenta ac ſexaginta ſtadia interſunt.*

SABATINVS lacus *eſt* Columel. 8, 16, 2 Inde Velinus, inde etiam Sabatinus, et item Volſinienſis, et Ciminus, lupos, auratasque procreauerunt.

SABATINA Tribus. *vid.* TRIBVS.

SABATHRA, *Ptolemaeo 4, 3 Vrbs paruae Syrtis.* Plinio Sabrata *dicta. Vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 256.

SABAZIVS, i. m. *Nomen commune* Ioui *et* Baccho. Valer. Max. 1, 3, 2 *de* Cornelio Hiſpalo, Praetore peregrino, Idem, qui Sabazii Iouis cultu ſimulato mores Romanos inficere conati ſunt, domos ſuas repetere coëgit. *Poſtea tamen admiſſum* Iouem Sabazium *teſtantur* Inſcriptiones antiquae Grut. p. 22, 4. 5 *et* 6. *itemque Reineſ. 1, 256 vbi illuſtrat. Simile huius Iouis factum fuiſſe Athenis docet* Cic. de Legib. 2, 37 c. 15 Nouos Deos, et in his colendis nocturnas peruigilationes ſic Ariſtophanes, facetiſſimus Poëta veteris comoediae vexat, vt apud eum Sabazius et quidam alii DI peregrini iudicati e ciuitate eiiciantur. *Sed hic* Sabazius *forte* Bacchus *eſt, qui paſſim apud Graecos hoc nomine celebratur. Vid. ſtatim* SABAZIA.

SABAZIA, orum. n. *Sacra in honorem Bacchi inſtituta; de quibus* Cic. de Nat. Deor. 3, 58 c. 23 Dionyſos multos habemus *(i. Bacchos)* — tertium Caprio patre, eumque regem Aſiae praefuiſſe dicunt: cui Sabazia ſunt inſtituta. *Vid. hic, ex Graecis praeſertim, Dauiſius.* Arnob. 5 p. 171 *cum narraſſet Iouem in Draconem mutatum e Proſerpina (quam ſub tauri ſpecie latens e Cerere, ſua matre, genuerat) ſuſcepiſſe taurum, probandi cauſa citat primo* Tarentinum notumque ſenarium, Taurus draconem genuit, et taurum draco: *additque,* Ipſa nouiſſima ſacra et ritus initiationis ipſius, quibus Sabadiis nomen eſt, teſtimonio eſſe poterunt veritati, in quibus aureus coluber in ſinum demittitur conſecratis, et eximitur naſus ab inferioribus partibus *etc.* Sabadius, Sebadius, Sebazius, Sabazius *eſſe idem plane nomen, non indiget probatione.* Iul. Firm. de errore profan. relig. p. 15 Sebazium colentes Iouem anguem cum initiantur per ſinum ducunt. Apul. Met. 8 p. 213, 9 Omnipotens et omniparens dea Syria, et Sanctus Sabacius, et Bellona, et mater Idaea, cum ſuo Adone Venus domina, *furioſa omnes numina, coniunguntur.* Macrob. Sat. 1, 18 In Thracia eundem haberi Solem atque Liberum accipimus, quem illi Sebadium nuncupantes magnifica religione celebrant. *Vid. Selden. de DIs Syris c. 3. Dan. Heinſ. Ariſt. 5, 1 etc.*

SABBĂTHVM, *vel* SABBĂTVM, i. n. [τὸ σάββατον] *Vox Hebraica, inflexione Latina declinata, ſignificans quietem, ceſſationem ab opere. Eſt autem Septimus dies, quo requieuit Deus ab operibus ſuis.* Plin. 31, 2 In Iudaea riuus ſabbatis omnibus ſiccatur. *Antiqua ergo eſt fabella, quam habent Iudaei de ſuo Sambataione. Non ſatis attendiſſe Auguſtum rebus Iudaeorum, i. Sabbati nomen etiam ieiuniis illorum tribuiſſe, apparet ex epiſtola illius, quam ſeruauit* Sueton. in Auguſt. c. 76 Ne Iudaeus quidem mi Tiberi, tam diligenter ſabbatis ieiunium ſeruat, quam ego hodie ſeruaui. Idem in Tiber. c. 32 Diogenes Grammaticus diſputare ſabbatis Rhodi ſolitus, venientem, *etc. Mentio Sabbati etiam,* Hor. Serm. 1, 9, 69. Iuſtin. 36, 2, 14. Tertull. Apol. 18. Sen. Epiſt. 95. Rutil. Itin. v. 389. *De Sabbato gentilium peculiaris eſt Syrbii diſquiſitio. poſt Selden. de* I. N. *et* G. 3, 15. *Conf. item Brouckh. in* Tibul. 1, 3, 18. *Sam. Petit. Var. Lect. 2, 2. A. Riuet. de Sabbato.* Iuuen. Sat. 6, 158 Obſeruant vbi feſta mero pede ſabbata reges. Ouid. Rem. Amor. 219 Nec pluuias opta, nec te peregrina morentur Sabbata, nec damnis Allia nota tuis.

SABBATARIVS, i. m. [ὁ σαββατίζων] *Qui ſabbatum colit et obſeruat, Iudaeus.* Martial. 4, 4 *in foedo odore deſcribendo,* Quod ieiunia ſabbatariorum, Moeſtorum quod anhelitus reorum, *etc.* Dicitur adiectiue Sabbatarius luxus, *i. Magnus et Feſtiuus* Sidon. Epiſt. 1, 2. *Add. Sirmondi not. p. 9.*

SABBATISMVS, i. m. *Sabbati celebratio.* Auguſtin. de Ciu. Dei 22, 30.

SABBATIZO, āre. Incircumciſum, nec ſabbatizantem laudauit Tertull. adu. Iud. c. 2. *Add.* Vulg. Exod. 16, 30. *et* Leuit. 25, 2. *Eſt nempe Sabbatum colere.*

SABELLVS, SABELLICVS, *vid.* SABINVS.

SABIDIVS, *Gentis nomen: cuius erat is, quem* Martial. *inſectatur 1, 33 (89)*

Non amo te Sabidi, nec poſſum dicere quare:
Hoc tantum poſſum dicere, non amo te.

Idem 3, 17 Circumlata diu menſis ſcriblita ſecundis,
Vrebat nimio ſaeua calore manus.
Sed magis ardebat Sabidi gula, protinus ergo
Sufflauit buccis terque quaterque ſuis.
Illa quidem tepuit, digitosque admittere viſa eſt:
Sed nemo potuit tangere, merda fuit.

SABĪNA, ae. f. [τὸ βράθυ] *Herba, de qua* Plin. 24, 11 Herba Sabina brathy appellata a Graecis, duorum generum eſt. Altera tamaricae ſimilis folio eſt, altera cupreſſo, *etc.* Columel. 6, 4 Alii ſabinam herbam, rutamque cum mero diluunt. *Conf.* Plin. 16, 20. *et* 17, 13. Apul. de Herb. c. 85.

SABĪNA, *Telum, vid.* SIBYNA.

SABĪNI, orum. m. *Antiquiſſimi Italiae populi ſunt, et indigenae atque aborigines, vicini Latio, quos* Apennini montis iuga vtrinque vallant, *vt ait* Plin. 3, 12 *extr.* Sabini, vt quidam exiſtimauere, a religione et deorum cultu, [ἀπὸ τοῦ σέβειν] Seuini appellati Plin. 3, 12. Silius *a* Sabo, *gentis auctore,* Sabinos *dici putat,* 8, 423

Pars laudes ore ferebant
Sabe tuas: qui de patrio cognomine primus
Dixiſti populos magna ditione Sabinos.

Sabum *iſtum Sanci vel Sancti eſſe filium tradit Dion. Halicarn. Antiq. 2, 51.* Hos *vocat* fortiſſimos et florem Italiae Cic. pro Ligar. 32. Seueriſſimi homines Cic. in Vatin. c. 15. Triſtem et tetricam diſciplinam *antiquis* Sabinis *tribuit* Liu. 1, 18. *Mulieres* Sabinae *(ex quo numero primas ſibi rapuerunt Romani) prae caeteris placuerunt tanquam pudicae et caſtae; vid.* Ouid. Amor. 1, 101 *etc.* Hor. Epod. 2, 39. Martial. 1, 63. Ardui Sabini Hor. Carm. 3, 4, 21. Bacifero Sabino nutrita gens Sil. 3, 596. Incultae Sabinae Ouid. Amor. 1, 8, 39. *al.* Immundae. Rigidi Sabini Hor. Epiſt. 2, 1, 25. Tetricae Sabinae Ouid. Amor. 3, 8, 61. Veteres Sabinae Iuuen. Sat. 10, 299. Veteres Quirites Sabini Colum. 1 Pr. 19. ¶ 2 *Adiectiue:* Ager Sabinus Hor. Serm. 2, 7, 118. Varro R. R. 1, 14, 4. Caelum Hor. Epiſt. 1, 7, 77. Diota Idem Carm. 1, 9, 7. Ficus Varro R. R. 1, 67. Gens Sabina Ouid. Met. 15, 4. Herba Sabina Propert. 4, 3, 58. *Sed de hac ſeparatim agimus.* Oleum Pall. Mart. 9, 8. Salix Col. 4, 30, 4. Sol Sabinus Stat. Silu. 5, 1, 123. Hor. Carm. 1, 20, 1 Vile potabis modicis Sabinum Cantharis. *Subaudi,* Vinum. ¶ 3 *Cognomen* Sabini *aſſumebant quidam commendationis cauſa.* Cic. Fam. 15, 20 Oratorem meum Sabino tuo commendaui. Natio me hominis impulit, vt ei recte *(commendari)* putarem: niſi forte candidatorum licentia hic quoque vſus hoc ſubito cognomen arripuit: etſi modeſtus eius vultus, ſermoque conſtans, habere quiddam a Curibus *(quae vrbs Sabinorum quondam caput fuit, Numae patria)* videbatur. *Hinc* Sabini *in* Albiis, Albutiis *aliisque pluribus gentibus: Sabinarum vero nomen hodie inter mulierculas frequentatur, quasdam etiam non valde tetricas.*

SABELLVS, a, um. *Aliud* Adi. *Diminutiui forma.* Iuuen. Sat. 3, 169 Fictilibus coenare pudet, quod turpe negauit Tranſlatus ſubito ad Marſos, menſamque Sabellam. Virg. Georg. 2, 167 *de Italia,*

Haec genus acre virûm Marſos, pubemque Sabellam,
Aſſuetumque malo Ligurem Volſcosque verutos
Extulit, *etc.*

Idem Aen. 8, 510 Gnatum exhortarer, ni miſtus matre Sabella Hinc partem patriae traheret. Anus Sabella Hor. Serm. 1, 9, 29. Carmina Sabella Idem Epod. 17, 28. Iaculator Sabellus Sil. 4, 221. Ligonibus Sabellis verſare glebas Hor. Carm. 3, 6, 38. Pubes Sabella Virg. Georg. 2, 167.

SABELLĬCVS, a, um. *Aliud* Adi. *Vt,* Virg. Georg. 3, 255 Ipſe ruit, dentesque Sabellicus exacuit ſus.

SABELLIVS, i. m. Hereticus Trinitatem Perſonarum in Deitate negans. *Vid.* Arat. Apoſt. 1 v. 924.

SABIVSA, Porta dicebatur, quae recta in Sabinos ducebat.

SABRATHA, *vid.* SABATHRA.

SABVCVM Scribon. 160. *pro,* Sambucum.

SABŬLVM, i. n. [ἄμμος] *Arena tenuior et minutior.* Plin. 17, 4 Inuicem ſabulum album in Ticinenſi, multisque in locis nigrum, itemque rubrum, etiam pingui terrae permiſtum, infoecundum eſt. Curt. 4, 6, 9 Deſidens ſabulum. Tenaciſſimum ſabulum, praealtum et veſtigio cedens, aegre moliuntur pedes Curt. 4, 7, 7. *Add. ib. n. 11.* ¶ 2 Sabulum *pro inſtrumento muſico ap.* Apul. Flor. *accipit Ioſ. Scalig. in Coniect. ad Varr. p. 121. Sed Elmenhorſt. p. 351, 9 legit* pulſabulum, *i. plectrum,* Dextra pſallentis geſtu ſuo pulſabulum citharae admouet, ceu parata percutere.

SABŬLO, ōnis. m. *Idem.* Colum. 4, 33 *de caſtanea,* Pullam terram et reſolutam deſiderat, ſabulonem humidum, vel refractum tophum non reſpuit. Varro de R. R. 1, 9 In quîs lapis marmor rudus, arena, ſabulo, argilla, *etc.* Ibidem 4 Praeterea diſcrimina etiam omnium horum generum ſubtiliora alia, vt in ſabuloſa terra quod ibi refert, ſabulo albus ſit, an rubicundus. Columel. 3, 11, 9 Nigrum tamen et rutilum ſabulonem, qui ſit humidae terrae permiſtus, probauerunt antiqui. Faciendi lateres de maſculo ſabulone Vitr. 2, 3. *Add.* Id. 8, 1. Pallad. 1, 6 *et* 9. *it.* Ian. 4, 13. ¶ 2 *Item qui ſabulo canit* Macrob. Saturn. 2, 1 *vt Scalig. Coniect. in Varr. p. 121 coniicit: Sed vid.* SVBVLO.

SABVLŌSVS, a, um. Adi. [ἀμμώδης] *Plenum ſabulo.* Colum. 2, 9 Nec in ſabuloſo ſolo, ſed in arena quoque proueniunt modo humido caelo, vel riguo ſolo. Plin. 13, 4 Palma gignitur leui ſabuloſaque terra. *Apud* Columel. 6, 23 Stabula ſabuloſa. Lateres non de arenoſo, neque calculoſo, neque ſabuloſo luto ſunt ducendi Vitr. 2, 3 *pr.* *Add. ib. c. 14.*

SABVLĒTVM, i. n. [ὁ ἀμαθών] *Locus qui ſabulo abundat.* Plin. 27, 8 Crocodilium naſcitur in ſabuletis.

SABŬRA, ae. m. *Nomen viri proprium, apud Numidas.* Lucan. 4, 723

Mittitur exigua qui praelia prima laceſſat,
Eliciatque manu, Numidis a rege ſecundus,
Vt ſibi commiſſi ſimulator Sabura belli.

Vid. Voſſ. ad Caeſ. B. C. 2, 38. *et ad* Sil. 15, 44 *Drakenb. It.* Frontin. Strat. 2, 5, 40.

SABVRRA, ae. f. [ἕρμα] *Arena craſſior, qua naues onerari vsque ad certam menſuram, quo ſtabiliores ſint, conſueuerunt.* Plin. 10, 23 Certum eſt, Pontum tranſuolaturas, primum omnium anguſtias petere inter duo promontoria Criu metopum, et Carambin: mox ſaburra ſtabiliri. *de gruibus.* Liu. 37, 14 Se in animo habuiſſe tota claſſe Epheſum petere, et onerarias ducere multa ſaburra grauatas, atque eas in faucibus portus ſupprimere. Virg. Georg. 4, 195.

— Et ſaepe lapillos
Vt cymbae inſtabiles fluctu iactante ſaburram,
Tollunt. *Add.* Vitr. 8, 7.

SABVRRALIS, e. Adi. *Saburra conſtans* Vitruu. 9, 9.

SABVRRO, āre. [ἑρματίζω] *Saburra ſtabilire.* Plin. 18, 35 Echini affigentes ſeſe, aut arena ſaburrantes, tempeſtatis ſigna ſunt. Solin. c. 15 Grues volaturae arenas deuorant, ſublatisque lapillis ad moderatam grauitatem ſaburrantur.

SABVRRĀTVS, a, um. Partic. [ὁ ἑρματισθείς] *Saburra oneratus per translationem,* Plaut. Ciſtell. 1, 2, 2 Quae vbi ſaburra ta

ae ſumus, largiloquae extemplo ſumus, *i. cibo et potu bene ppletae.*

SABVS, *vid.* SABINI.

S A C

SACAE, ārum. m. Plur. *Scythiae populi.* Plin. 6, 17 Vltra ſunt Scytharum populi, Perſae illos Sacas vniuerſos appellauere a proxima gente, antiqui Arameos, Scythae ipſi Perſas, Chorſaros. Mela 3, 7 *pr.* Scythae ſunt Androphagi et Sacae, diſtincti regione, quia feris caret inhabitabili.

SACAL, *Electrum, lingua Aegyptiorum* Plin. 37, 2.

SACATOS, i. m. *Rosmarinum infructuoſum ap.* Apul. de Herb. c. 79.

SACCATVS, SACCARIVS, *etc. vid.* SACCVS.

SACCHARVM, i. n. [τὸ σάκχαρον] *Mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum, ac fragile.* Plin. 12, 8 ſ. 17 Saccharum et Arabia fert, ſed laudatius India. Eſt autem mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile. Ampliſſimum, nucis auellanae magnitudine, ad medicinae tantum vſum. *vid. Harduin. ad loc. et peculiaris libellus Cl. Salmaſii de manna et ſaccharo* Pariſ. 1663. 8. *et ſub exercitatt. Plin.*

SACCVS, i. m. [ὁ σάκκος] *Receptaculum ad pecuniam, frumentum, quidquid pluribus rebus minutis, non fragilibus, etc. conſtat, condendum; nec non ad vinum percolandum et defaecandum.* Hor. Serm. 1, 1, 70 Congeſtis vndique ſaccis Indormis inhians. Idem ibid. 2, 3, 149 Menſam poni iubet, atque Effundi ſaccos nummorum. Plin. 14, 22 Quinimmo vt plus capiamus, ſacco franguntur vires. Colum. 9, 15 Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius contextus ſaccus inverſae metae ſimilis. Idem 12, 17 Poſtea in iunceis fiſcellis, vel ſparteis ſaccis percolant. Cic. Verr. 1, 95 Quum iſte ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, ſaccos imperaret, neque ea ſumeret: pro his rebus pecuniam exigeret. Saccus niuarius, *lemma eſt* Martial. 14, 40 Attenuare niues norunt et lintea noſtra, Frigidior colo non ſalit vnda tuo. Idem 12, 61 Turbida ſollicito transmittere Caecuba ſacco. Vet. Gloſſ. ὑλίζω defaeco, ſacco percolo. Sen. Epiſt. 87 Nihil intereſt, centum per veſicam tuam an mille amphorae tranſeant: ſaccus es. Plinius 19, 4 Heu, inquit, prodigia ventris. Hi niues, illi glaciem potant, poenasque montium in voluptatem gulae vertunt. Seruatur algor aeſtibus, excogitaturque, vt alienis menſibus nix algeat. Decoquunt alii aquas, mox et illas hiemant. *Paullo ante dixerat,* Inueterari vina, ſaccisque caſtrari. *Tunc autem caſtrari vina dicuntur, quum vires ſacco franguntur.* Plin. 23, 50 Vtiliſſimum omnibus ſacco viribus fractis. *conf.* ibid. c. 1. *et* 14, 22. Saccus vinarius Plin. 24, 1. [ὑλιστὴρ Vet. Gloſſ.] ¶ 2 *Obſ.* Plaut. Capt. 1, 1, 22 Vel ire extra portam trigeminam ad ſaccum licet. *Al.* ſacculum. *Mendicitatem indicari, probabile eſt. Sed neſcio, an probatum ſit aliunde etiam,* ſaccum *eſſe inſigne mendicantium.* ¶ 3 *De genere veſtis rudi, duro, quo vterentur, qui durius in ſe vellent conſulere,* Saccum *appellant eccleſiaſtici. Vid.* CILICIVM. *it. Heinſ. Ariſtar.* 5, 5. *Salmaſ. ad* Tertull. de Pall. p. 72.

SACCVLVS, i. m. Dim. [σακκίον] Cic. de Fin. 2, 23 c. 8 Hir, Siphon, Cui nihil demſit, ius et ſacculus abſtulerit. *Vetus codex legit* Sarculos. *In magna caeteroquin lectionis varietate illud videtur conſtare inter eruditos,* ſacculum *eſſe* ſaccum, *quo* vires vini, *vt modo vidimus e Plinio,* franguntur. Martial. 5, 40 Excuſſi loculosque ſacculumque. Non ſentit ſacculus iſta meus Idem 11, 4. Plaut. Capt. 1, 1, 20 Vel extra portam ire trigeminam ad ſacculum licet, *vid.* SACCVS n. 2. Plenus ſacculus eſt aranearum Catul. 13, 8. Pleno cum turget ſacculus ore Iuuen. Sat. 14, 138.

SACCVLVM, i. n. [βαλάντιον, βαλαντίδιον *Idem.* Vet. Gloſſ. Graec. Lat.

SACCELLVS, i. m. *Aliud* Dimin. [βαλάντιον Vet. Gloſſ.] Petron. Vnde plani autem, vnde leuatores viuerent, niſi aut locellos (*paruos loculos, arculas cum loculamentis*) *aut* ſonantes aere ſaccellos pro hamis in turbam mitterent. *Sic enim leg. pro* ſacellos, *bene viri docti monuerunt.* Salem calidis cum ſacellis ſuperponere Celſ. 4, 7. *conf.* Commodian. Inſtr. 9, 3.

SACCIA, *pro ſacco, in* Gloſſ. Graec. Lat.

SACCIBVCCIS, e. Buccarum cumulatione ſaccibucces Arnob. 3 p. 108.

SACCIPERIO, ōnis. m. *vel* SACCIPERIVM, i. n. *Marſupium maioris modi; a* Sacco *et* Pera. Non. 12, 50 Nubentes veteri lege Romana aſſes tres ad maritum venientes ſolere peruehere, atque — tertium, quem in ſacciperione condidiſſent, compito vicinali ſolere rezonare, *i. Zona, quae continet ſacciperium, ſoluta ſoluere, vel deponere. vid. Salmaſ. ad H. Aug. p.* 153. Plaut. Rud. 2, 6, 64 Meum marſupium, quod plenum argenti fuit in ſacciperio.

SACCOPHORVS, i. m. Saccophori, *haeretici ap.* Impp. Theodoſ. *et* Valent. Cod. 1 t. 5 l. 5. *Cael. Rhodig.* 25, 20 *circa fin.*

SACCELLO, āre. *i. ſaccellos imponere, ap. medicos, vid. Reineſ, Var.* 3, 4.

SACCELLATIO, onis. f. Saccellationibus caput vaporare Veget. Mulom. 2, 11, 3.

SACCARIA, ae. f. [ἡ τῶν σάκκων ἐμβόλησις] *Saccorum mercatura vt volunt,* Apul. de Aſino Saccariam faciens merebam. *Sed Elmenhorſt.* p. 105 Sagariam.

SACCARIVS, i. m. *Baiulus vel gerulus* [ὁ σακκοφόρος] *qui ſaccis geſtandis victitat.* Paullus in l. 40 Qui fundum, De contrahend. emt. §. 3. Caeterum ſecundum verba non eſſe exceptum quod ex ſtipula naſceretur, non magis, quam ſi quid ex eo quod ex ſacco ſaccarii cecidiſſet, aut auibus ex ore cecidiſſet, natum eſſet. *Item, qui ſaccos conficit* Vet. Gloſſ. Lat. Gr. σακκοπλόκος.

SACCARIVS, a, um. Adi. *vt,* Saccaria nauis. Quinctil. 8, 2, 13 Fallunt etiam verba, vel regionibus quibusdam magis familiaria, vel artium propria, vt Atabulus ventus et nauis Saccaria, *i. mercatoria, ſaccos frumentorum, aliarumque rerum vehens, qua coniectura Caelii Rhod.* 25, 20 *nihil dum melius prolatum videtur.*

SACCVLARIVS, i. m. [βαλαντιοκλέπτης] *Quid ſignificet, declarat* Vlpianus, De extraordin. criminibus, L. Saccularii, his verbis, Saccularii, qui vetitas artes excercentes in ſacculos partem ſubducunt, partem ſubtrahunt, *vid. Gothofred. ad h. l.* Equeſter ordo pro Cinnanis partibus contra Sullam ſteterat, multasque pecunias abſtulerant, ex quo ſaccularii erant appellati Aſcon. in Anton. *et* Catil. p. 149. ſ. *vt nunc laudari ſolet* in toga cand. circa med.

SACCO, āre. Sacco percolare, *vt explicat* Colum. 12, 17. ſaccat ὑλίζει Gloſſ. Vet. Martial. 2, 40 Caecuba ſaccentur, quaeque annus coxit Opimi, *vid. Turneb.* 23, 25. Plin. 29, 2 Quae pinguitudo in linteo ſaccatur, *vid.* CASTRARE Vinum.

SACCĀTVS, a, um. Partic. [ὁ διὰ σάκκου κεχυμένος] Vinum Falernum non ſaccatum Scribon. 122. Plin. 20, 19 *de diacodio,* Fit autem huius papaueris aut cuiuscunque ſilueſtris capitibus CXX in aquae caeleſtis ſextariis tribus biduo maceratis, in eademque diſcoctis: deinde ſaccatis, iterumque cum melle decoctis ad dimidias partes vapore tenui. Idem 29 c. vlt. Saccatusque lineis ſaccis, et in fictili nouo repoſitus loco frigido, minus putreſcit addito melle. *de adipe auium praeparando.* Saccatus, *i. per ſaccum colatus.* Sen. Epiſt. 86 Non ſaccata aqua lauabatur, ſed ſaepe turbida. *Sed MSS; ſed alia eſt lectio quorundam exemplarium.* Saccatus corporis humor. Lucret. 4, 1022. Sammon. v. 77. *i. vrina. vid. Keuchen et Burm. ad* Sammon. Saccatum Liquor eſt aquae faeci vini admixtus, ſacco expreſſus Iſidor. 19, 3. *Pro lotio ſimpliciter* ſaccatum *dixit* Arnob. 2 p. 69. *vt* Saccatus corporis humor.

SACELLVM. [τὸ ναΐδιον] *vid.* SACER.

SACER, cra, crum. [ἱερὸς] *Venerabilis, conſecratus, diuinus* Virg. Aen. 8, 591 *de Lucifero ſtella,* Suſtulit os ſacrum caelo. Plaut. Men. 5, 5, 38 At ego te ſacram coronam ſurripuiſſe Ioui ſcio. Plin. Ep. 8, 34, 3 Reuerere gloriam veterem, et hanc ipſam ſenectutem, quae in homine venerabilis, in vrbibus ſacra eſt. Confundere ſacra profanis Claud. Conſ. Honor. 4, 238. Miſcere ſacra profanis Hor. Epiſt. 1, 16, 54. Gallus Aelius, *apud* Feſtum, ait, ſacrum eſſe quocunque modo atque inſtituto ciuitatis conſecratum ſit, ſiue aedis, ſiue ara, ſiue ſignum, ſiue locus, ſiue pecunia, ſiue quid aliud, quod dîs dedicatum atque conſecratum ſit. Quod autem priuati ſuae religionis cauſa aliquid earum rerum deo dedicent, id pontifices Romanos non exiſtimare ſacrum, *etc. ſunt enim pluſcula apud Feſtum.* Aedes ſacra Cic. Fam. 13, 12. Amor ſacer Valer. Arg. 3, 367. *Sphalma erat: recte editur nunc* Acer. Virg. Georg. 3, 160 Aut Aris ſeruare ſacris aut ſcindere terram. *Sic quidam, ſed in Romano et Mediceo codice legitur* Sacros, *quod potius arridet viris doctis: et ad* boues *pertinet.* Aruum ſacrum Martis Ouid. Met. 7, 100. Chorus ſacer Idem Faſt. 2, 156. Dies ſacer Dianae Hor. Carm. 2, 12, 20. Effigies ſacrae diuûm Virg. Aen. 3, 148. Eſculus Ioui ſacra Plin. 16, 4 ſ. 5. Fontes ſacri Virg. Ecl. 1, 53. Horror ſacer Claud. Conſ. Hon. 6, 33. Ignibus ſacris imponit libamina Virg. Aen. 6, 244. Iura ſacerrima lecti Ouid. Epiſt. 9, 159. Locus ſacer, *et* Locus profanus, *contraria* Cic. de Inuent. 1, 38. *et* Nep. 2, 6, 5. Lucus late ſacer Virg. Aen. 5, 761. Medicamen ſacrum, *Diuinum* Ouid. Met. 2, 122. Idem Faſt. 6, 6 Eſt deus in nobis, agitante caleſcimus illo, Impetus hic ſacrae ſemina mentis habet, *i. Diuinae.* Signa ſacra et religioſa Cic. de Legib. 3, 31. Voce ſacra profatur Tellus Ouid. Met. 2, 278. *Alii* Voce ſicca locuta eſt. Vrbes: *vid. Spanhem. de Numiſm.* 9 *p.* 659. Vulgus ſacrum, *Coetus deorum* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 71. Sacer, *cum Genitiuo:* Illa inſula horum deorum ſacra putatur Cic. Verr. 1 c. 18. O Chriſti Valerianae ſacer Prudent. Hippol. v. 2. *vid. Heinſ. ad h. l. p.* 58. Plin. 8, 21 Feram nomine Axim, hinnuli pelle, pluribus candidioribusque maculis, ſacram Liberi patris. *Cum Datiuo* Idem 16, 4 Ciuica *corona* iligna primo fuit, poſtea magis placuit ex eſculo Ioui ſacra. Ibidem c. 33 Diti ſacra cupreſſus. Liu. 3, 55 *pr.* Caput Ioui ſacrum. Plin. 11, 37 Morientibus oculos operire, rurſusque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu ſacrum eſt. ¶ 2 *Hinc porro* ſacrum *dicitur, quod deorum proprium eſt, et ad praerogatiuam naturae illorum pertinet. vid. Burm. ad illud* Ouid. Met. 2, 122 Tum pater (*Phoebus*) ora ſui ſacro medicamine nati (*Phaëthontis*) contigit, et rapidae fecit patientia flammae. *Qua notione* arcanum *et* ſacrum *promiſcue vſurpari, oſtendit idem Burm. ad* Val. Flacc. 4, 15. *et* 6, 477. *Sed* Veri ſacra fides Claudian. de B. G. 554. *potius* ſera *eſt Heinſio et Gronou. iudicibus. Nempe etiam res magicae, quae in arcano tractari vel maxime ſolent,* ſacrae *dicuntur, vt* Sacrum venenum Val. Flacc. 7, 165. *Et* Sacra Venena Colchidos Nemeſ. Cyneg. 42 *vbi vid. Barth. et Burm. Hoc reſpectu* Val. Fl. 7, 358. Sacer cruor *Promethei dicitur. Tale quid vidiſſe videtur* Horat. Epod. 7 *extr.* Vt immerentis fluxit in terram Remi Sacer nepotibus cruor: *qui tanquam venenum aliquod inficit, vrit, in furorem concitat poſteros, velut illa tunica, Neſſi centauri ſanguine infecta, Herculem. Sic* Voces ſacrae Horat. Epod. 17, 6 *ſunt carmina magica veneficae.* ¶ 3 Sacer, *exſecrandus ſceleſtus* [ἐναγὴς] *non, quod volunt quidam, per euphemiſmum aut antiphraſin: ſed quod DIs conſecrata nemini licet attingere:* ſacrum *ergo, quod attigiſſe nefas. Item* Sacri *ſunt, quos interficere ſacrificium eſt:* ſacra *ſunt propter aliquam cum DIs communionem, Magorum opera et inſtrumenta:* ſacra *eadem quae horribilia, item quae occulta. Non licet modo ſeparatim omnia exſequi: ſed velut fontes aperuiſſe praecipuos contenti, iam loca veterum et exempla promiſcue ponemus.* Plaut. Moſt. 4, 2, 67 Vnus iſtic ſeruus eſt ſacerrimus, is vel Herculi conterere quaeſtum poſſit. Homo ſacerrimus Plaut. Poen. prol. v. 90. Hor. Serm. 2, 3, 181 *pater moriens filiis denuntiat,* Vter aedilis fuerit, vel Veſtrûm praetor, is inteſtabilis et ſacer eſto. Feſtus *h. v.* Homo ſacer is eſt, quem populus iudicauit ob maleficium, neque fas eſt eum immolari, ſed qui occidit, parricidii non damnatur. Nam lege tribunicia prima cavetur, SI QVIS EVM, QVI EO PLEBISCITO SACER SIT, OCCIDERIT, PARRICIDA NE SIT: ex quo quiuis homo malus atque improbus ſacer appellari ſolet. Macrob. Sat. 3, 7 Quidquid deſtinatum eſt DIs, ſacrum vocatur. Peruenire autem ad deos non poteſt anima, niſi libera ab onere corporis fuerit, quod niſi morte fieri non poteſt. — Hoc loco non alienum videtur, de conditione eorum hominum referre, quos leges ſacros eſſe certis DIs iubent: quia non ignoro quibusdam mirum videri, quod cum caetera ſacra violari nefas ſit, hominem ſacrum ius fuerit occidi. Cuius rei cauſa haec eſt. Veteres nullum animal ſacrum in finibus ſuis eſſe patiebantur, ſed abigebant ad fines deorum, quibus ſacrum eſſet: animas vero ſacratorum hominum, — DIs debitas aeſtimabant — Sic animas, quas ſacras in caelum mitti poſſe arbitrati ſunt, viduatas corpore quam primum illo ire voluerunt. ¶ 4 Sacrum, *quod violari non poteſt aut non debet.* Plin. 2, 63 *in elogio terrae,* Nullo magis ſacra merito (*ita Hard. ex MSS. pro* ſacramento) quam quo nos quoque ſacros facit, *i. inuiolabiles, cum reſpectu ad religionem ſepulcrorum. Sic* Lucan. 9, 980

O ſacer, et magnus vatum labor! omnia fato
Eripis, et populis donas mortalibus aeuum.
Inuidia ſacrae, Caeſar, ne tangere famae, *Pompeii.*

Hinc Sacroſancti, *v. v.* Sen. Controu. 1 praef. 67 Sacerrimam eloquentiam, quia praeſtare non poſſunt, violare non deſinunt: *acumen in* ſacerrimam violare. ¶ 5 *Ob ſimilem cauſam, ſed etiam maieſtatis et reuerentiae ergo Principes ipſi pariter et res illorum* ſacrae, ſacratae, *etc. dicebantur. v. g.* Sacrae occupationes Tiberii *apud* Suet. c. 27 *extr. Quod enim ille tum prohibuit, illud paullo poſt in morem et legem tranſiit. vid. Gloſſar. Nomicum, quod* Codici Theodoſiano *ſubiecit Iac. Gothofr. voce* SACRILEGIVM. ¶ 6 Sacrum *eſt* θεήλατον *diuinitus immiſſum malum, cui fruſtra fere proponuntur humana remedia. Sic* ἱερὰν νόσον *Graeci appellant, comitialem morbum. Sic* ſacer ignis, *de quo vid.* IGNIS n. 5. Celſ. 5, 28, 4 *qui locus claſſicus eſt.* Columel. 7, 5, 16 Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam puſulam vocant paſtores. ea niſi compeſcitur intra primam pecudem, quae tali modo correpta eſt, vniuerſum gregem contagione proſternit: ſic quidem nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur: nam paene ad omnem tactum excandeſcit. Lucret. 6, 1165 Et ſimul vlceribus quaſi inuſtis omne rubere Corpus, vt eſt, per membra ſacer quum diditur ignis. *Sed etiam ad animi morbos videtur referri.* Virg. Aen. 3, 56 Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames! *Quidquid* Seruius *hic de* hominibus ſacratis, *nominatim de illis, qui apud Maſſilienſes ſaginati, deinde cum exſecrationibus auferendae peſtilentiae cauſa necati ſunt:* ſacra fames *eſt morbus animi, in poenam diuinitus immiſſus, vt illa* fames Eriſichthonis, *vt* ſacri morbi *ſunt apud Medicos, quorum ratio et curatio diuinitus repetitur. Eadem* fames auri *eſt exſecrabilis, deſperanda, vt* morbus *etiam* ſacer *ſ. epilepſia* deſpuitur. *vid.* DESPVO. *Caeterum alludit ad Virgilii dictum* Plin. 33, 1 *pr. de auro,* Vtinamque poſſit e vita in totum abdicari, ſacrum fame, vt celeberrimi auctores dixere. *Sic ex MSS. Hard. pro vulg.* aurum, ſacra fames: *niſi malis* auri ſacra fames. *Sic forte interpreteris* Sacros vatum errores Sil. 8, 100 *diuinitus immiſſos. Sic* Val. Flacc. 1, 798 Sacer effera raptat Corda pauor. ¶ 7 *Nomina locorum format* Sacri *appellatio. Nobilis eſt* ſacer mons, *in quem populus ſeceſſit* Liu. 2, 32. *it.* 3, 52. Cic. in Brut. 54 Videmus item (inquit) paucis annis poſt reges exactos, quum plebs prope ripam Anienis ad tertium milliarium conſediſſet, eumque montem, qui Sacer appellatus eſt, occupauiſſet, M. Valerium Dictatorem dicendo ſedauiſſe diſcordias, eique ob eam rem honores ampliſſimos habitos, et eum primum ob eam ipſam cauſam Maximum eſſe appellatum. *Hactenus Cicero.* Sacer mons, *inquit* Feſtus. Pompeius, appellatur trans Anienem fluuium paullo vltra tertium milliarium, quod eum plebes, quum seceſſiſſet a patribus, creatis Tribunis plebis, qui ſibi eſſent auxilio, diſcedentes, Ioui conſecrauerunt. Sacri Portus, *vid. mox* SACRIPORTVS. Sacra Via *qua e foro ibatur in Capitolium.* Cicero pro Planc. 17 Equidem ſi quando, vt fit, iactor in turba, non illum accuſo, qui eſt in ſumma Sacra via, quum ego ad Fabium fornicem impellor: ſed eum, qui in meipſum incurrit atque incidit. Hor. Serm. 1, 9, 1 Ibam forte via ſacra, ſicut meus eſt mos. Idem Od. 4, 2, 35 *in deſcriptione triumphi* Concines — Caeſarem, quandoque feroces Per ſacrum cliuum merita decorus Fronde Sicambros. *vid.* Feſtus, *voce* SACRAM Viam.

SACRVM, i. n. [τὸ ἱερὸν, θῦμα] *Subſtant. vel intellecto nomine Opus, quidquid peragitur aut efficitur elaboraturue in honorem dei vnius, aut plurium deorum. Frequens inprimis eſt de ſacrificiis et cultu externo.* Virg. Aen. 3, 19 Sacra Dionaeae matri diuisque ferebam. Idem ibid. 4, 638 Sacra Ioui Stygio, quae rite incoepta paraui, Perficere eſt animus. Macrob. Saturn. 1, 16 Sacra celebritas eſt, vel quum ſacrificia diis offeruntur, vel quum dies diuinis epulationibus celebratur: vel quum ludi in honorem aguntur deorum, vel quum feriae obſeruantur. Ne quid de ſacrorum religione mutetur Cic. pro Domo 36. Vates ſacrorum Ouid. Met. 11, 68. Tacit. Ann. 1, 42 Hoſtium quoque ius et ſacra legationis, et fas gentium rupiſtis. *Hic* iura *intelligam.* Idem ibid. 13, 17 Quanquam intra ſacra menſae, *etc.* properata ſit, *ſc. Mors.* Menſa *eſt ara quaedam genii, larium, Iouis hoſpitalis.* Arceſſita ſacra, *vid* ARCESSO. Anniuerſaria ſacra Cic. Att. 1, 18. Annua ſacra Virg. Georg. 1, 338. *et* Aen. 8, 173. Arcana ſacra Ouid. Met. 10, 436. Familiare ſacrum, erat Sacrificium priuatum ſingularum familiarum, *vid.* Macrob. Saturn. 1, 16. Fera ſacra Ouid. Met. 13, 454. Funebria ſacra Idem Triſt. 4, 4 *ad finem.* Liu. 5, 52 An gentilicia ſacra, *(Gentis ſ. familiae propria)* ne in bello quidem intermitti, publica ſacra et Romanos Deos etiam in pace deſeri placet? *vid.* Macrob. Saturn. 1, 16. Non Gratum ſacrum Lucan. 1, 611. Horrida ſacra Sil. 3, 140. Iugalia ſacra, *Nuptiarum celebritas aut celebratio* Ouid. Met. 7, 700. Municipalia ſacra, *vid. h. v. ſub* MVNVS. Myſtica ſacra Ouid. Epiſt. 2, 42. Nefanda ſacra Idem Met. 10, 227. Nouendiale ſacrum, *vid. h. v. ſub* NOVEM. Nuptialia ſacra Quinctil. 1, 7. Peregrina ſacra, *vid. h. v.* Liu. 29, 19 Praetor Legatique Locros profecti, primam, ſicuti mandatum erat, religionis curam habuere. Omnem enim ſacram pecuniam, quaeque apud Pleminium, quaeque apud milites erat, conquiſitam, cum ea, quam ipſi ſecum attulerant, in theſauris repoſuerunt, ac piaculare ſacrum fecerunt. Priuata ſacra perpetua manento Cic. de Legib. 2, 22. Populare ſacrum dicebatur Publicum, quia pro populo publice fiebat. Feſtus. Publicum vocabatur, Quod publico ſumtu pro populo fiebat. quodque pro montibus, pagis, curiis et ſacellis. Feſtus. Pura ſacra Ouid. Met. 2, 713. Sancta ſacra generis Sen. Herc. fur. 13. Secluſum ſacrum fuit, quod Graeci Myſterium vocabant. Feſtus. Sollemne, Quod certis temporibus annisque fieri ſolet. Feſtus. *Vocabatur etiam* Statum. *vid. infra.* Socialia ſacra, *Coniugium* Ouid. Epiſt. 21, 155. Sollemne, et neceſſarium ſacrum Tacit. Ann. 9. Sollemne ſacrum luſtri Troici Sen. Troad. 8. Stata ſacra, *dicuntur, quae ſtato et certo tempore ſingulis annis recurrunt, diuerſa ab illis, quae* Indictiua *vocantur, celebranda die a Pontificibus quotannis, vel quoties opus eſſet, indicto.* Ouid. Faſt. 1, 660

Ter, quater euolui ſignantes tempora Faſtos,
Nec Sementinae eſt vlla reperta dies.
Tum mihi (ſenſit enim) lux haec indicitur inquit
Muſa, quid a Faſtis non ſtata ſacra petis?

Veneranda ſacra Sil. 7, 382. ¶ 2 *Verba:* Accedere factis ſacris Stat. Achil. 1, 370. Alligari ſacris, *vid.* ALLIGO. Aſtringere ſe ſacris, *vid.* ASTRINGO. Virg. Aen. 2, 239 — circum pueri innuptaeque puellae Sacra Canunt. i. e. Hymnos dicunt. Seruius. Conficere ſacra, *vid.* CONFICIO. Cic. de Aruſp. Reſp. 57 c. 15 Itaque ne quis meorum imprudens introſpicere tuam domum poſſit, ac te ſacra illa tua facientem videre, tollam altius tectum, *vid.* Liu. 29, 19. *Sic* Duumuiri, *it.* V, X, XV viri ſacris faciundis Liu. 3, 10 *pr.* 5, 13. 6, 37 *extr.* Frequentare ſacra Ouid. Met. 3, 581. Initiari ſacris Quinctil. 1, 2. Inſtaurabat ſacrum diis loci Tacit. Hiſt. 2, 70. *h. e. Adornabat.* Iurare per commune ſacrum doloris Stat. Theb. 12, 392. Obire ſacra, *vid.* OBEO. Parare ſacra Ouid. Met. 12, 11. Parcere ſacris Hor. Serm. 1, 1, 75. Peragere ſacra de more Ouid. Faſt. 5, 444. Peregiſſe mihi videor ſacra tradentium artes Quinctil. 5, 14. Procurare Nep. 2, 2 *extr* De ſacris autem (qui locus patet latius) haec ſit vna ſententia, vt conſeruentur, et deinceps familiis Prodantur, et (vt in lege poſui) perpetua ſint ſacra Cic. de Legib. 2, 42. Violare Nep. 7, 4, 3. Sine Sacris hereditas, Feſto *auctore,* in prouerbio dici ſolet, cum aliquid obuenerit ſine vlla incommoda appendice: quod olim ſacra non ſolum publica curioſiſſime adminiſtrabant: Sed etiam priuata: relictusque heres ſic pecuniae etiam ſacrorum erat, vt ea diligentiſſime adminiſtrare eſſet neceſſarium. Sacrum *dicitur Templum;* [ἱερὸν] Paullus Iureconſ. D. Ad legem Iuliam peculatus, L. Sacrilegi capite puniantur. Sunt autem ſacrilegi, qui publica ſacra compilarint. At qui priuata ſacra, vel aediculas incuſtoditas tentauerint, amplius quam fures, minus quam ſacrilegi, merentur. Sacrum, ſacroue commendatum qui clepſerit rapſeritque, parricida eſto Cic. de Legib. 2, 22. *conf. Barth. ad* Stat. Theb. 2, 219. *Burm. ad* Quinctil. 1, 4 p. 39. Sacrum, Magicum quoddam ad compeſcendas detrahentium linguas. Ouid. Faſt. 2, 571 Ecce anus; in mediis reſidens annoſa puellis, Sacra facit tacite, nec tamen ipſa tacet. Magica ſacra Virg. Ecl. 8, 66 ¶ 3 *Pro ſimulacris:* Sacra retorſerunt oculos Ouid. Met. 10, 696. *conf.* Iuſtin. 36, 2, 13. ¶ 4 *pro DIs manibus, ap.* Propert 3, 1, 1 *vt putat Brouckhuſ.* Inter ſacrum et ſaxum ſtare: prouerbialis locutio, pro In periculo eſſe. Plaut. Capt. 3, 4, 85 Nunc ego inter ſacrum ſaxumque ſto, nec quid faciam ſcio. *i. In ſummo vitae periculo ſto.* Apuleius Met. 11 p. 271 Plurimum ergo duritia paupertatis intercedente, quod ait vetus prouerbium, Inter ſacrum et ſaxum poſitus, cruciabar. *Sumtum ex priſcis foederis feriendi caerimoniis, in quibus Fetialis porcum ſaxo feriebat. Cogita Fetialis manum cum ſaxo ſublatam ad feriendum, inter hanc autem et inter* ſacrum, *i. hoſtiam, ſubito intercedere aliquem, etc.*

SACELLVM, i. n. [τὸ ναΐδιον] Dimin. *a* Sacrum, *ſignificat Locum paruum deo ſacratum cum ara. Ludit Varroniano more apud* Gell. 6, 12 Trebacius, *cum poſt finem, quem modo dedimus, addit,* ſacellum ex duobus verbis arbitror compoſitum, ſacri et cellae, quaſi ſacra cella. *Quod recte refellit Gellius.* Sacella dicuntur loca DIs ſacrata ſine tecto, Feſt. *Non videtur autem hoc eſſe perpetuum.* Plin. Epiſt. 8, 8 Sparſa ſunt circa ſacella complura, totidemque dei: ſua cuique veneratio, ſuum nomen. Cic. de Lege Agr. 2, 36 Sunt enim loca publica vrbis, ſunt ſacella, quae poſt reſtitutam Tribuniciam poteſtatem nemo attigit: quae maiores in vrbe partim, periculi perfugia eſſe voluerunt. Idem de Diuin. 1, 104 c. 46 Quum vellet ſororis ſuae filiam in matrimonium collocare, exiſſe in quoddam ſacellum ominis capiendi cauſa. quod fieri more veterum ſolebat. Plin. 6, 29 Delubrum Ammonis eſt ibi religioſum, et toto tractu ſacella. Propert. 4, 3, 57 Flore ſacella tego. Virg. Ecl. 3, 9 Nouimus et qui te, transuerſa tuentibus hircis, Et quo, ſed faciles Nymphae riſere, ſacello. Tacit. Hiſt. 3, 74 Modicum ſacellum Ioui conſeruatori, aramque poſuit. *add.* Nep. 2, 6, 6. Solin. c. 2.

SACRO, āre. [ἱερόω] *Dedicare, et ſacrum facere.* Plin. 36, 11 Eiusdem remanet et alius *(obeliſcus)* centum cubitorum, quem poſt caecitatem viſu reddito, ex oraculo Soli ſacrauit. Cic. de Diuin. 1, 22 Quod patriae vocis ſtudiis, nobisque ſacraſti. Aras ſacrare Virg. Aen. 5, 305. Carmina ſacrarunt auum tuum, *Immortalem fecerunt.* Ouid. ex Pont. 4, 8, 64. Haud fruſtra te, Iupiter, hac ſede ſacrauimus Liu. 8, 6. *i. religioſum cultum tibi decreuimus.* Sen. de Benef. 3, 11 Parentum conditionem ſacrauimus, quia expediebat liberos tolli. *Parentes liberis inuiolabiles et deorum inſtar colendos eſſe voluimus.* Septimum Diem ieiunio ſacrauit Iuſtin. 36, 2, 14. Liu. 38, 3 Foedus quod in Capitolio, quod Olympiae, quod in arce Athenis ſacratum fuiſſet, irritum per illos eſſe. Virg. Aen. 12, 413 — hunc illi rex aetheris altus Honorem Iuppiter erepta pro virginitate ſacrauit. Martial. 1, 117 Condidit hic natae cineres, nomenque ſacrauit. Sanctiones ſacrandae ſunt Cic. pro Balbo 33 c. 14. *vid. mox* SACRATAE Leges. Plin. 8, 16 ſ. 21 Libero patri Templum in Samo Elpis ſacrauit. Virg. Aen. 8, 715 Votum immortale ſacrabo. Vrbem Mineruae Iuſtin. 2, 6, 9. ¶ 2 Sacrare, [ἐναγίζειν] *Deuouere, et deteſtabile decernere, et ita morti addicere, vt impune violari et occidi poſſit.* Liu. 2, 8 Ante omnes de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populum, ſacrandoque cum bonis capite eius, qui regni occupandi conſilia iniiſſet, gratae in vulgus leges fuere. *Sed* 5, 25 Eum praedam Veientanam publicando, ſacrandoque ad nihilum redegiſſe, abſentes ferociter increpant. *Caput aliter ſacrari quam bona, ex his etiam conſtat, quae diximus, voce* SACER n. 3. ¶ 3 *Paſſ.* Ouid. Faſt. 1, 535 Vtque ego perpetuis olim ſacrabor in aris, Sic Auguſta nouum Liuia numen erit. Spei aedes ſacratur Tacit. A. 2, 49, 4.

SACRĀTVS, a, um. Partic. [ὁ ἱερωθεὶς] Virg. Aen. 3, 371 *de Heleno vate,* Exorat pacem diuûm, vittasque reſoluit Sacrati capitis *ſui.* Ouid. ex Pont. 4, 14, 55 Tempora ſacrata mea ſunt velata corona, *i. Corona hederacea Baccho ſacra, qua coronabantur Poëtae.* Caeſaris alma Dies, et luce ſacratior illa, Conſcia Dictaeum qua tulit Ida Iouem Martial. lib. 4 *pr.* Dona ducum ſacrata Lucan. 1, 138. Virg. Aen. 2, 157 Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura, *i. Iusiurandum militare.* Homines ſacrati, *morti deuoti* Macrob. Saturn. 3, 7. *vid.* SACER n. 3. Auguſtin. de Ciu. Dei 2, 26. Leges ſacratae, quibus ſanctum eſt, qui quid aduerſus eas fecerit, ſacer alicui deorum ſicut (*leg.* ſit, cum) familia pecuniaque. *Addit,* Sunt qui eſſe dicunt ſacratas, quas plebes iurata in monte ſacro ſciuerit. *De illis Romanorum* ſacratis legibus. *Vid. Perizon. Animadu. c. 10 p. 418. et Erneſt. Claue, Ind. leg. h. v. Breuiter* Leges ſacratae *apud Romanos proprie illae ſunt, quibus libertas ciuium et vis tribunorum plebis* ſancita *eſt. Locus claſſicus eſt* Cic. Fragm. pro Cornel. *non procul a fine,* Tanta igitur in illis virtus fuit, vt anno XVI poſt reges exactos, propter niminam dominationem potentium, ſecederent, leges ſacratas ipſi ſibi reſtituerent, duos tribunos crearent, montem illum trans Anienem, qui hodie mons ſacer nominatur, in quo armati conſederant, aeternae memoriae cauſa conſecrarent, *etc.* Idem pro Balbo 33 c. 14 Sanctiones ſacrandae ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione et conſecratione legis, aut poenae, cum caput eius, qui contra facit conſecratur. *Hiſtoria eſt* Liu. 2, 33. *Add.* 2, 54. *et* 3, 32. *it.* Cic. pro Domo 43 c. 17. Idem pro Sext. c. 30. de Offic. 3 c. 31

. 31. de Legib. 3, c. 7. Plin. 16, 44. Leges ſacratae *etiam apud alios opulos memorantur, temporariae, in delectu habendo, vt de Aequis et olſcis* Liu. 4, 26 *pr. De Etruſcis* 9, 39. *De Liguribus* 36, 38. *In rimis autem de Samnitibus* 10, 38 *vbi tota caerimonia luculenter deſcri-itur. Summa eſt,* Vt qui iuniorum non conueniſſet ad imperatorium dictum, quique iniuſſu abiſſet, caput Ioui ſacratum eſſet. *Alia* lex ıcrata militaris Liu. 7, 41 *popularis, et illis ſuperioribus pro libertate uium latis adiungenda,* Ne cuius militis ſcripti nomen, niſi ipſo vo-ente, deleretur: additumque legi, ne quis, vbi tribunus militum iiſſet, poſtea ordinum ductor eſſet. Numen nullum ſacratius Sil. , 228. Opus alicui ſacratum Ouid. Triſt. 2, 552. Ponti-ces ſacratiſſimi Sidon. 7, 6. Princeps ſacratiſſimus *titulus prope ollemnis Imperatorum Romanorum, quo vtuntur v. g. ICti de ſuo Iuſti-iano frequentiſſime: antiquior longe eſt. v. g.* Gaius l. 8 D. ad SC. ertull. Sacratiſſimi principis noſtri *(Hadriani)* oratione cauetur. *t de Traiano* Frontin. *in* Script. Rei Agrar. p. 276 Clara ſacratiſſimi nperatoris noſtri expeditio. Sede ſacrata recondere Virg. Aen. 685. *Compar.* Plin. 16, 44 Nihil habent Druidae (ita ſuos ap-pellant magos) viſco et arbore in qua gignatur ſacratius. *Superl. raeter allata,* Plin. 33, 4 Aurea ſtatua prima omnium nulla inanitate, t ante quam ex aere aliqua illo modo fieret, quam vocant holoſphy-atum in templo Anaitidis poſita dicitur, quod in ſitu terrarum nomine oc ſignificauimus, numine illis gentibus ſacratiſſimo.

SACRATE. Adu. Auguſt. Epiſt. 22 *ſub fin.* Aliud bene, aliud ıcrate viuere. An magis ſacrate accipiendus ſit numerus, *i. my-ice.* Idem Doctr. Chr. 2, 16.

SACRATIO, ōnis. f. Macrob. Saturn. 3, 7 Sacrationis voca-ulo obſeruantiam diuini iuris impleuit.

SACRĀTOR, ōris. m. Auguſt. Epiſt. 140 Sacrator iuſtitiae. 2 Item nomen proprium apud Virgil. Aen. 10, 747 Caedicus Alca-ıoum obtruncat Sacrator Hydaſpen.

SACRARIVS, i. m. Inſcript. *apud* Gruter. p. 308 n. 1 SA-RARIVS IVNONIS QVIRITIS, *i. cuſtos ſacrarii.*

SACRARIVM, i. n. [τὸ ἱεροφυλάκιον τὸ ἄδυτον] Locus in mplo, in quo ſacra reponuntur, *vt definit* Seru. *ad* Aen. 12, 199. lpian. l. Sacra, De diuiſione rerum, Sacer locus eſt, locus conſecra-ıs. Sacrarium, eſt locus in quo ſacrae res ponuntur. Liu. 7, 20 aere ſacrarium Populi Rom. diuerſorium ſacerdotum, ac receptacu-ım Romanorum ſacrorum, intactum, inuiolatumque crimine belli, oſpitio Veſtalium, cultisque diis darent. *Sed multo latius patet.* ic. pro Milon. 86 c. 31 Sacrarium Bonae deae, *locus in domo Caeſaris, bi tum ſacra Bonae deae fiebant.* Propert. 3, 23, 19 Mens bona (ſi ia dea es) tua me in ſacraria condo. Diri ſacraria Ditis Virg. en. 12, 199. Probro vetito temerat ſacraria: *Templum polluit violat concubitu nefario* Ouid. Met. 10, 695. Sacrarium [ναίσκα-ν Gloſſ. Lat. Gr.] *pro Sacello,* Sueton. Aug. c. 5 Natus eſt Auguſtus l capita bubula, vbi nunc ſacrarium habetur, aliquanto poſtquam ıceſſit conſtitutum. Sueton. Tib. c. 51 Liuia veteres quoſdam ad Auguſti codicillos de acerbitate et intolerantia morum Tiberii e ſa-ario protulit, *i. loco vbi memoriam eius diuino honore proſequebatur, et ιμήλια ab eo relicta aſſeruabat.* Idem Veſp. c. 5 Neronem diebus timis monitum per quietem, vt thenſam Iouis O. M. e ſacrario in omum Veſpaſiani — deduceret. Cic. Verr. 4, 4 c. 2 Erat pud Heium ſacrarium cum magna dignitate in aedibus a maioribus tra-itum perantiquum. *Ibidem,* Sacrarium Cereris eſt apud Cati-enſes, eadem religione qua Romae, qua in caeteris locis. *conf.* Tac. nn. 2, 41, 1. Stat. Theb. 3, 246. Sidon. Epiſt. 8, 4. Sacrarium idei fuit in vrbis regione prima Liu. 1, 21. Sacrarium Martis radiui *fuit locus in ipſius templo, in quo* Ancilia *ſeruabantur. Vid.* ruium *in* Virg. Aen. 7, 603. *Pro ipſis templis* ſacraria *dixit* Sal-ian. de Gub. Dei lib. 3. Sacrarium, *pro* Larario *in aedibus pri-atis* Cic. Fam. 13, 2 *pr.* Caio Auiano Euandro, qui habitat in tuo crario, et ipſo multum vtor, et patrono eius M. Aemilio familia-ſſime. *conf.* Suet. Tib. *c.* 51. *c. not. Caſaub. et Torrent.* Teſtor mentis craria, *Iouis iuſiurandum* Stat. Theb. 3, 246. Cic. in Catil. 2, Quum aquilam illam argenteam (cui ille etiam ſacrarium ſcelerum omi ſuae fecerat) ſcirem eſſe praemiſſam. ¶ 2 Sacrarium principis, *ro Interiore eius conſilio vſurpatur* l. 11 C. Th. de poenis. *De aerario cro* l. 49 C. Th. de haereticis. *De aula vel cubiculo principis* l. 9 §. egati D. de mun. et honor. l. 8 C. Th. de Legatis et decr. legat. Sa-arium imperialis oraculi Auſon. Grat. Act. *pr. i. conſiſtorium, ſ. locus i ius dicebat imperator.*

SACRIS, e. Adi. *q. d. ſacrabilis. Sincerus, ad ſacrificium ido-us.* Feſtus *vt ſuppletus eſt a Scaligero,* Sacrem porcum dici ait Ver-us, vbi iam a partu habetur purus, *etc.* Plaut. Men. 2, 2, 16 uibus hic pretiis porci veneunt ſacres, ſinceri? *Et* in Rud. 4, 6, Sunt domi agni et porci ſacres. Varr. de R. R. 2, 1, 20 Fere l quatuor menſes a mamma non diſiunguntur agni, haedi tres, porci uo, e quis, quoniam puri ſunt ad ſacrificium, vt immolentur, olim ppellati ſacres: quos appellat Plautus quum ait, Quanti ſunt porci ıcres? Idem 2, 4, 16 Porci, qui a partu decimo die habentur uri, ab eo appellantur ab antiquis ſacres, quod tum ad ſacrificia lonei dicuntur primum. *vid. Turneb. Aduerſ.* 29, 32. *Muret. Var. ect.* 3, 7. *Raeuard. Coniect.* 3, 1.

SACRAMENTVM, i. n. [ἡ ὁρκωμωσία, ὁ ἱερὸς ὅρκος] Quod ıſiurandi ſacratione interpoſita geritur, *vt ait* Feſti *epitomator* Paullus acramentum militare. [ὁρκωμόσιον Gloſſ. Lat. Gr. ὅρκος ϛρατιωτικὸς bid.] Veget. de Re Milit. 2, 5 Milites iurare ſolent, et ideo militiae ıcramenta dicuntur. Iurant autem, ſe omnia ſtrenue facturos, quae raeceperit Imperator, nunquam deſerturos militiam pro Romana Re-ubl. Plin. Epiſt. ad Traianum ſ. 10, 29 *de ſeruis inter tirones inuentis,* ſe enim dubito ob haec maxime, quod vt iam dixerant ſacramento ilitari, ita nondum diſtributi in numeros erant. *Antiquitus* Sa-ramentum *militare a iureiurando diuerſum fuit. Vid.* Liu. 22, 38 *qui cus claſſicus eſt, ex quo apparet etiam coniurationis genus fuiſſe. Vid. lum in* CONIVRO. *Recentiora tempora reſpicit* Seru. *ad* Aen. 7, 614 ria ſunt militiae genera: *Sacramentum,* in quo iurat vnusquisque iles, ſe non recedere, niſi praecepto conſulis, poſt completa ſtipen-ia, id eſt, militiae tempora. *Alia duo ſunt* Coniuratio, *et* Euo-atio, *de quibus ſſ. ll. Coniuratum etiam fuiſſe in* Sacramento, *quin hanc eſſe* Sacramenti *veteris naturam, intelligitur ex illo* Hor. Carm. 2, 17, 10 le dies vtramque Ducet ruinam: non ego perfidum Dixi ſacramentum. bimus, ibimus, Vtcunque praecedes, ſupremum Carpere iter comites arati. Liu. 10, 38 *de Samnitibus,* Deorum etiam adhibuerant pes, ritu quodam ſacramenti vetuſto, velut initiatis militibus: *qui de-inde copioſe deſcribitur: vid.* SACRATA lex. Iuſtin. 20, 4 *de Pythagoreis Crotone,* Sed CCC ex iuuenibus cum ſodalitii iuris ſacramento quodam nexi ſeparatam a caeteris ciuibus vitam exercerent, quaſi coetum clandeſtinae coniurationis haberent, ciuitatem in ſe conuerterunt; quae eos cum in vnam domum conueniſſent, cremare voluit. *Hoc intellectu* Plin. 10, 97, 7 *de Chriſtianis, illos* ſe Sacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent. Petron. c. 80 Ego mori debeo, qui amicitiae ſacramentum deleui. Quinctil. Decl. 357 Acceſſiſſe nouum amori ſuo ſacramentum, *i. cauſam et qu. vinculum amoris. Sic et* Decl. 17, 18 Ablata ſunt ſacramenta pereundi, *i. rationes et cauſae, quibus tanquam ſacramentis obligatus perire veneno hauſto volebam. Quidquid hic mutaueris, ſenſum corruperis. Haec ducta ſunt ex illa notione* ſacramenti militaris, *quatenus coniurationis genus erat. Sed poſtea* iuſiurandum militare *et* ſacramentum *promiſcue dicta. Vid.* Gell. 16, 4. Curt. 7, 1, 29. *Torrent. ad* Sueton. Calig. c. 15. Longo ſacramento Caeſarum imbutus miles, *i. diu illis iurare et fidem praeſtare aſſuetus* Tacit. Hiſt. 1, 5. Sollemne ſacramentum Idem ibid. 1, 55. Accedere ſacramento alicuius, *vid.* ACCEDO. Adigere ſacramento alicuius, *vid.* ADIGO. Tacit. Hiſt. 4, 59 Inſtantibus Tribunis dixit ſacramentum. Idem Ann. 1, 36 Percennione, et Vibuleno ſacramentum dicturi ſumus? *vid.* DICO, ĕre. Tacit. Hiſt. 3, 42, 4 Cuius ſacramentum cunctis circa hoſtilibus non exuerat. Obligare ſacramento Cic. Off. 1, 36 c. 11. Obſtringere religione ſacramenti Iuſtin. 1, 9, 18. Tacit. Ann. 1, 8 Addebat Meſſala Valerius, renouandum per annos ſacramentum in nomen Tiberii. Quinctil. 12, 2 Sed haec inter ipſos, qui velut ſacramento rogati, vel etiam ſuperſtitione conſtricti, nefas ducunt a ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere, *i. Iureiurando adacti et iurati, vid.* ROGARE n. 4. Neglecto ſacramento, quo nunc Tenemini reſpicitis illud, quod ſublatum eſt Caeſ. B. C. 2, 32. Suet. in Caeſ. c. 42 Sanxit, ne quis ciuis maior viginti annis, minorue decem, qui ſacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abeſſet. *Hinc* Sacramenta *Milites a* Iuvenale *dici volunt* Sat. 16, 36 Praemia nunc alia, atque alia emolumenta notemus Sacramentorum. *h. e. Militum iuratorum et ſacramento rogatorum. Sed malim dicere cum* Veget. 2, 5 Militiam *vel* militias ſacramenta *dici. Quin ſimpliciter dicere licet,* emolumenta ſacramentorum *eſſe commoda, quae quis conſequitur in eo ipſo, quod* ſacramento *adigi ſe patitur, et in verba militibus conſueta iurat. Hinc* Scribon. Epiſt. p. 2 Ne hoſtibus quidem malum medicamentum dabit, qui ſacramento medicinae legitime eſt obligatus. *Notus eſt ὅρκος, Iuſiurandum Hippocratis: illud* Sacramentum *eſt.* ¶ 2 *De Chriſtianorum ritibus.* Marem et feminam ad ſacramentum baptiſmatis et euchariſtiae admittens Tertull. adu. Marc. 4, 34. *conf.* Idem contra Valent. c. 27. *et* de Cor. milit. c. 3. Recordare tirocinii tui diem, quo Chriſto in baptiſmate conſepultus in ſacramenti verba iuraſti Hieron. Ep. 1 ad Heliod. Vocati ſumus ad militiam Dei viui iam tunc, quum in ſacramenti verba reſpondimus Tertull. ad Martyr. c. 3. *Add.* Idem de Spectac. c. 4. *Cum illa* ſacramenta *ſua occultarent Chriſtiani, vt ſua Graeci μυϛήρια, hinc reliquam etiam* Myſterii *notionem, i. rei occultae,* ſacramento *tribuerunt. v. g.* Velum ſciſſum eſt, et omnia Legis ſacramenta, quae prius tegebantur, prodita ſunt Hieron. in Matth. c. 27, 27. *conf.* Idem in c. 2. Sacramentum Numeri ternarii Zeno Veron. Serm. de Iuda. *conf.* Id Serm. de Abraham. Redemtionis ſacramentum, pro Myſterio Redemtionis Fulgent. de Incarn. c. 2. *add.* ibid. c. 3. Caſaub. contra Baron. Exerc. 16 ſect. 43. ¶ 3 Sacramentum *ICtis quid ſit, docet* Varro de L. L. 5, 36 p. 42, 13 Ea pecunia, quae in iudicium venit in litibus, ſacramentum a ſacro. Qui petebat, et qui infitiabatur de aliis rebus, vterque quingentos aeris (*al.* quinquagenos) ad pontem (*al. rectius* pontificem) deponebat: de aliis rebus item certo alio legitimo numero aſſium. Qui iudicio vicerat, ſuum ſacramentum a ſacro auferebat, victi ad aerarium redibat. Feſtus, Sacramentum aes ſignificat, quod poenae nomine penditur, *tum recitatis* Legis Papiriae *verbis, qua* treſuiri ſacramenta exigere *iubentur, pergit,* Sacramenti autem nomine id aes (*adhuc deſcriptum*) dici coeptum eſt, quod et propter aerarii inopiam, et ſacrorum publicorum multitudinem conſumebatur id in rebus diuinis. *Poſſis alioquin ſuſpicari,* ſacramenti *appellationem inde ortam, quod haec pecunia* Sacramenti *inſtar, i. iuriſiurandi eſſet et fidem faceret iudicibus, non temere litigari. Caeterum quod vim et naturam* ſponſionis *haberet hoc genus depoſiti, hinc ab* Iſid. Orig. 5, 24 pignus ſponſionis vocatur. *Hinc* pignore contendere *et* ſacramento *idem eſt.* Cic. Fam. 7, 32 Pugna, ſi me amas, niſi — arguta apparebunt, vt ſacramento contendas mea non eſſe. *vid. Io. Frid. Schreiteri* Sacramentorum *in veteris Romae iudiciis ſollemnium antiquitates, duabus diſputationibus Lipſiae 1740 explicatae.* ¶ 4 *Sed etiam pro tota lite et cauſa poſitum deprehendas.* Cic. pro Caecin. 97 c. 33 Quum Arretinae mulieris libertatem defenderem, et Cotta decemuiris religionem inieciſſet, non poſſe Sacramentum noſtrum iuſtum iudicari, quod Arretinis ademta ciuitas eſſet, et ego vehementius contendiſſem, ciuitatem adimi non potuiſſe — ſacramentum noſtrum iuſtum iudicauerunt. Idem pro Domo 78 c. 29 Quin etiam ſi decemuiri ſacramentum in libertatem iniuſtum iudicaſſent. *i. totam cauſam et vindicias libertatis. Et in* Miloniana 74 c. 27 Qui non calumnia litium, non iniuſtis vindiciis ac ſacramentis alienos fundos; ſed caſtris, exercitu, ſignis inferendis petebat. *Huc reſpicit* Cic. de Orat. 1, 41 c. 10 Quod vero — quaſi tuo iure ſumſiſti, Oratorem in omnis ſermonis diſputatione poſſe copioſiſſime verſari, id, niſi hic in tuo regno eſſemus, non tuliſſem, multisque praeeſſem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu conſertum vocarent, quod in alienas poſſeſſiones tam temere irruiſſes. Agerent enim tecum lege primum Pythagorei omnes, atque Democritici, caeterique in ſuo genere Phyſici, vindicarentque ornati in dicendo homines et graues, quibuscum tibi iuſto ſacramento contendere non liceret. — Et cum vniuerſi in te impetum feciſſent, tum ſingulae familiae litem tibi intenderent.

SACRAMENTĀLIS, e. Adi. *Ad ſacramentum pertinens.* Gloſſ. Somneri.

SACROSANCTVS, a, um. *Sanctione legis ſacer et Inuiolabilis: a* ſacro *et* ſanciendo. *vid.* Feſt. Dacer. Macrob. Sat. v. 3, 3. Accuſator velut ſacroſanctus Tac. Ann. 4, 36, 4. Liu. 29, 20 Sacroſancta poteſtas. Sacroſanctum Feſto *auctore* dicitur, quod iureiurando interpoſito eſt inſtitutum: ſi quis id violaſſet, morte poenas penderet, cuius generis ſunt Tribuni pl. aedilesque eiusdem ordinis: quod affirmat M. Cato in ea (*ſ. oratione*) quam ſcripſit

Aedilis plebis ſacroſanctos eſſe. *Haec* Feſtus. ***Pluribus hoc explicat Dion. Halic.*** l. 6 p. 410 *ſq. vbi* ſacroſanctum ἱερὸν καὶ ἄσυλον *reddit. Sed locus claſſicus eſt* Liu. 3, 55 Et quum plebem hinc prouocatione hinc tribunicio auxilio ſatis firmaſſent, ipſis quoque tribunis, vt ſacroſancti viderentur, (cuius rei prope iam memoria aboleuerat) relatis quibusdam ex magno interuallo caerimoniis, renouarunt; et quum religone *(caerimoniis)* inuiolatos eos, *(i. ſacros)* tum lege etiam fecerunt, ſanciendo *(a quo* ſancti *dicuntur)* vt qui tribunis plebis — nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet, familia ad aedem Cereris, Liberi Liberaeque venum iret. — Tribunos vetere iureiurando plebis, quum primum eam poteſtatem creauit, ſacroſanctos eſſe. Cic. pro Corn. Balb. 35 c. 14 Quid fuit in rogatione ea, quae de Pompeio a Gellio, et a Lentulo COSS. lata eſt, in qua aliquid ſacroſanctum videretur? Primo enim ſacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod populus, plebesue ſanxiſſet, *etc.* Plin. 7, 44 Quum reſiſtendi ſacroque ſanctum repellendi ius non eſſet, virtutis ſuae opera et cenſura periturus, *etc.* Hi Poſtulant, vt ſacroſancti habeantur, quibus ipſi DI neque ſacri neque ſancti ſunt Liu. 3, 39. Idem 9, 8 Tum Poſtumius, Interea dedite, inquit, profanos nos, quos ſalua religione poteſtis: dedetis deinde et iſtos ſacroſanctos, quum primum magiſtratu abierint. *Ibid.* Pro eo, quod ſpondendo pacem, ſeruaſſent exercitum Populi Romani, poenam nullam meritos eſſe: neque ad extremum, quum ſacroſancti eſſent, dedi hoſtibus violariue poſſe. *Ideo principes Romanos videmus Tribuniciam poteſtatem aſſumere ſibi ſolitos: vt auguſtiores ſe et ſacroſanctos facerent.* Cic. in Catil. 2, 18 c. 8 Ergo in vaſtatione omnium tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas? *h. e. Intactas, et ab omni iniuria tutas. Hinc etiam* Sacroſanctas Eccleſias *eſſe dicique voluerunt de quibus eſt* titulus Cod. Iuſtin. *vid.* l. vn. C. Th. de bonis clericor. Liu. 29, 20 Comprehendere Tribuni iuberent, ac iure ſacroſanctae Poteſtatis reducerent. Teſtem ſacroſanctum *vocat Domitianum* Stat. in Epiſt. ad Stellam. Sidon. 4, 3 Sacroſanctos Patres Hieronymum, *etc. De quantitate antepenultimae ambigi poteſt; Corripitur a Voſſio Arte Gram.* 2, 20. *Compar.* Valer. Max. 5, 3 *de Phocione,* Honore arae decoratos cineres ſacroſanctiores colis.

SACERSANCTVS, a, um. *Pro ſacroſanctus* Tertull. de Corona Milit. c. 13.

SACRŎVIR, ĭri. m. *Cognomen* Iulii *apud* Tacit. Ann. 3, 40, 1. *et* 3, 44, 3.

SACROVIRIĀNVS, a, um. *vt,* Bellum ſacrouirianum Tacit. Ann. 4, 18, 1.

SACRICŎLAE, arum. m. Pl. [ἱεροποιοὶ] *Cultor ſacrorum, Sacerdos.* Tacit. Hiſt. 3, 74, 1 Domitianus prima irruptione apud aedituum occultatus, ſolertia liberti lineo amictu turbae ſacricolarum immiſtus, ignoratus apud Cornelium Primum paternum clientem, iuxta Velabrum delituit. Macrob. Saturn. 5, 19 Velut ad ſacricolarum Sagarumque carmina et deuotiones fugientem. Et ipſi Ciceroni hanc vocem refert Guiliel. Verr. 4, 111 c. 50 Omnes ſacricolae et Antiſtites Cereris eſſe videntur. *Vulgo,* Accolae. Sum non ignotus illius *Dei* ſacricola Apul. Flor. p. 361, 35. *add.* Solin. c. 23. Ammian. 22, 14. Prudent. adu. Symm. 1 praef. v. 47.

SACRIFACIO, ĕre. *Pro ſacrificare, ap.* Hieron.

SACRIFĬCO, āre. [ἱεροποιέω, ἱερουργέω, θύω] *Sacrum ſ. rem ſacram facere.* Plaut. Moſtel. 1, 3, 84 Edepol ſummo Ioui ſi viuo argento ſacrificaſſem. Idem Capt. 2, 2, 4 Quin etiam, vt magis noſcas, genio vbi ſuo quando ſacruficat, ad rem diuinam quibus eſt opus Samiis vaſis vtitur. Deae Forti ſacrificare Ouid. Faſt. 3, 850. Suem ſacrificare Idem ibid. 4, 414. Plaut. Poen. 2, 1, 2 Si Hercle iſtuc vnquam factum eſt, tum me Iuppiter faciat, vt ſemper ſacruficem, neque vnquam litem. Plin. 3, 5 Namque diua Angerona, cui ſacrificatur ad diem XII Cal. Ianuarii, ore obligato, *etc.* Orco ſacrificare Plaut. Epid. 2, 1, 7. *vid.* ORCVS. Sacrificare abſolute, *Immolare hoſtias* Nepos 23, 2, 4. Sacrificor *pro* Sacrifico Nonius *ex* Varrone 7, 98. *conf.* Varro L. L. 8, 61 p. 122 *ſq.* Gell. 18, 12. *et* 6, 41. Plin. 36, 5. Solin. c. 2. Lactant. 4, 14.

SACRIFICANS, antis. Liu. 25, 1. Vulg. Interp. Iſai 66, 3 Sacrificans de grege.

SACRIFICĀTVS, a, um. Partic. Cypr. Epiſt. 52. *it.* lib. de Lapſis.

SACRIFICĀTVS, ûs. m. Apul. Met. 7 p. 196 Nullum pecus ſacrificatui habere.

SACRIFICATIO, ōnis. f. [τὸ ἱερούργημα] Cic. de Nat. Deor. 2, 67 c. 27 Itaque in ea dea, quod eſt rerum cuſtos intimarum, omnis et precatio et ſacrificatio externa eſt.

SACRIFICĀLIS, e. Adi. [ὁ ἱερουργικὸς] *vt,* Tacit. Ann. 2, 69, 2 Sacrificalem apparatum, feſtam Antiochenſium plebem per lictores proturbat. *Al.* Sacrificialis. Apul. Met. 9 p. 217 Epulae ſacrificiales. *Vid.* Tertull. adu. Haeret. c. 40. Macrob. Saturn. 3, 2. Termini ſacrificales Auct. de Limit. p. 308.

SACRIFICĀTOR, ōris. m. Tertull. de Spectac. c. 8.

SACRIFĬCVS, a, um. Adi. [ἱερατικὸς] *vt,* Sacrificae tibiae, *quibus vtebantur in ſacrificiis.* Plin. 16, 36 Nunc ſacrificae Tuſcorum e buxo tibiae. Arae ſacrificae Valer. Argon. 8, 243. Dies ſacrifici Ouid. Met. 13, 590. Os ſacrificum Idem Faſt. 1, 130. Preces ſacrificae Sen. Med. f. 2. Rex ſacrificus Liu. 40, 42. *qui alias* Sacrificulus. Ritus ſacrifici Ouid. Met. 15, 483. Veſtis ſacrifica Sil. 3, 27.

SACRIFĬCVS, i. m. [ἱερουργος, ἱεροποιὸς] *Qui ſacra facit.* Ancus ſacrificus Ouid. Faſt. 6, 803. Des mihi ſacrificos calituraſque ignibus aras Idem Met. 13, 590.

SACRIFICŬLVS, i. m. [ὁ ἱερομνήμων] *Diminutiua forma, etiam vbi non notat contemtum.* Liu. 2, 2 Quia quaedam publica ſacra per ipſos reges factitata erant, ne vbiubi regum deſiderium eſſet, regem ſacrificulum creant. Id ſacerdotium pontifici ſubiecere, ne additus nomini honos libertati officeret. *Idem* Rex ſacrificiorum 9, 34. Sacrorum 27, 6 *et* 36. Rex ſacrificus 40, 42. Gell. 10, 15 ex Fabio Pictore, Super Flaminem dialem in conuiuio, niſi rex ſacrificulus, haud quiſquam alius accumbit. Liu. 16, 41 Vulgo ergo pontifices, augures, ſacrificuli reges creentur, cuilibet apicem Dialem, dummodo homo ſit, imponamus. Sueton. in Domit. c. 1 Ardente templo, apud aedituum clam pernoctauit: ac mane Iſiaci celatus habitu, interque ſacrificulos vanae ſuperſtitionis, *etc. add.* Feſt. *c. not. Dacer.* Liu. 39, 8 Sacrificulus Graecus *contemtim dici videtur. Sic* Sacrificulus et vates Idem 25, 1, 8. *add.* Lactant. 5, 20.

SACRIFICIVM, i. n. [ἡ ἱερουργία] *Sacrum, ſeu res diuina.* Liu. 1, 28 Sacrificium luſtrale in diem poſterum parat. Cic. de Clar. Orat. 56 c. 14 Quum M. Popilius ſacrificium publicum cum laena faceret, quod erat flamen Carmentalis. Idem Fam. 15, 11 In eoque ſum maiorum exemplum ſecutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiae tribuerunt, cuius vos Pontifices ad aram in velabro ſacrificium facere ſoletis. *Et* de Aruſp. Reſp. 12 De illo ipſo ſacrificio, quod fi pro ſalute Pop. Rom. Anniuerſaria ſacrificia Cic. Verr. 4, 128 c. 57 Penetrale ſacrificium, *vid.* PENETRALIS *in* PENETRO. Liu. 45, 3 In monte ſacrificio rite perpetrato. *Add.* Columel. 1, 8. *et* 2, 22 Sidon. Epiſt. 8, 14.

SACRĬFER, a, um. Adi. [ἱεροφόρος] *Qui fert ſacra: vt,* Ouid. Faſt. 4, 252 Quum Troiam Aeneas Italos portaret in agros, Eſt dea ſacriferas paene ſecuta rates.

SACRĬLĔGVS, a, um. Adi. [ἱερόσυλος] *Qui ſacra, aut de ſacro legit id eſt tollit, furatur: quae res cum graui poena digna cenſeatur; hinc eſt, vt conuicii locum obtineat, quo non hoc indicetur, aliquem commiſiſſe, ſed tam impium eſſe, qui committere poſſit ſacrilegium.* Ter. Adelph. 2, 4, 1 Vbi eſt ille ſacrilegus? Plin. 24, 17 Ophiuſam in Elephantine eiuſdem Aethiopiae, liuidam, difficilemque adſpectu, qua pota terrorem minaſque ſerpentium obuerſari, ita vt mortem ſibi eo metu conſciſcant, ob id cogi ſacrilegos illam bibere. Cic. Verr. 1, 5 c. 3 Non Sacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum religionumque. Idem de Legib. 2, 40 Sacrilego poena eſt, neque ei ſoli, qui ſacrum abſtulerit, ſed etiam ei, qui ſacro commendatum, quod et nunc multis fit in fanis. Sacrilegorum numero haberi Nep. 17, 4, 8. Cic. Verr. 3, 69 c. 28 Quorum ciuis Rom. nemo erat, ſed Graeci, ſacrilegi, iam pridem *(modo)* improbi: repente Cornelii, *i. a* Cornelio *Verre ciuitate donati, et in nomen illius ob eam cauſam adoptati.* Haec ibi ſi non ſunt, minor exſtat ſacrilegus, qui Radat inaurati femur Herculis, *etc.* Iuuen. Sat. 13, 150. Artes ſacrilegae meretricum Ouid. de Arte Am. 1, 435. Cic. Verr. 5, 187 c. vlt. Caeteros iterum deos deaſque omnes imploro atque obteſtor, quorum templis et religionibus iſte nefario quodam furore et audacia inſtinctus, bellum ſacrilegum ſemper impiumque habuit indictum. Martial. 9, 86 Quum tua ſacrilegos contra Norbane furores Staret pro domino Caeſare ſancta fides. Ignes ſacrilegos admouere templis Tibul. 3, 5, 11. Lingua ſacrilega Ouid. de Rem. Amor. 367. Literae Lactant. 5, 4 *pr.* Manus ſacrilega Hor. Carm. 2, 13, 2. Cic. Philipp. 12. Sanguis ſacrilegus Virg. Aen. 7, 595. *Superl.* Exi e fano, natum quantum eſt hominum ſacrilegiſſume Plaut. Rud. 3, 4, 1.

SACRILEGE. Adu. Tertull. Apol. c. 12 Contumelioſiſſime et ſacrilege.

SACRILEGIVM, i. n. [ἡ ἱεροσυλία] Rerum ſacrarum Furtum. In ſodalitium ſacrilegii alicuius abire Pſeudo-Cic. in Salluſt. 14 c. 5. Quinctil. 4, 2, 8 In eo, qui, cum pecuniam priuatam ex aede ſacra ſurripuerit, ſacrilegii reus eſt, confeſſio verecundior quam expoſitio: Non negamus pecuniam de templo eſſe ſublatam; calumniatur tamen accuſator actione ſacrilegii, cum priuata fuerit, non ſacra. Vos autem de hoc cognoſcetis, An ſacrilegium ſit admiſſum? Committere ſacrilegium Quinctil. 7, 3. Genere quodam parricidium ac ſacrilegium Committere Scribon. Ep. m. Damnare aliquem ſacrilegii Nepos 7, 6, 4. Quinctil. 5, 10 Si quis ſacrilegium faciet, faciet et furtum. *conf.* Sen. de Vita Beata c. 27. Sacrilegium verius quam ſacrum videbatur Curt. 4, 3, 23. Prope ſacrilegium ratus ſum Liu. 4, 20. ¶ 2 *Vt* ſacri principes, et res principum: *ita* Sacrilegium *dicitur de violatoribus conſtitutionum et legum, itemque de maieſtatis crimine, etc. Exemplorum affatim dabit Iac. Gothofred. in Gloſſario nomico, quod* Thedoſiano Codici *ſubiecit, h. v.*

SACRIMA appellabant muſtum, quod Libero ſacrificabant pro vineis, et vaſis et ipſo vino conſeruandis. Sicut praemeſſum de ſpicis, quas primum meſſuiſſent ſacrificabant Cereri. *Haec* Feſtus. *Nec multum abeunt, quae in ſchedis ſuperſunt.*

SACRIPORTVS, ûs. m. *Locus in vrbe Roma ſic dictus.* Varr. de L. L. 4, 8 p. 16, 18 In hac regione ſacriportus eſt. *Sed* Aur. Vict. Vir. ill. 68. *it.* 75. *eſt oppidum prope Praeneſte.* Lucan. 1, 134 Iam quot apud Sacri cecidere cadauera portum?

SACERDOS, ōtis. c. [ὁ ἱερεὺς, ὁ ἱεροφάντης] *Qui deo dicatus eſt ad ſacra facienda.* Varro de L. L. 4, 15 p. 22, 32 Sacerdotes vniuerſi a ſacris dicti. *Deinde ſub hoc genere ponit* Pontifices, Curiones, Flamines, Salios, Lupercos, Fratres Aruales, Sodales Titios, Fetiales. *Olim* Sacerdotes *omnes patricii. Sed A. V. C.* 452. *apud* Liu. 10, 6 Rogationem promulgarunt *tribuni pl.* vt quum quatuor augures, quatuor Pontifices ea tempeſtate eſſent, placeretque augeri Sacerdotum numerum, quatuor pontifices quinque augures, de plebe omnes allegerentur. *Ponit deinde orationem* P. Decii Muris *pro illa rogatione habitam, e qua tum alia diſcuntur, tum illud c. 8* Decemuiros ſacris faciundis *etiam plebeios iam tum fieri potuiſſe, etc. Ergo* ſacerdotes Pontifices, Augures, Decemuiri ſacris faciundis. *Sed etiam* Rex ſacrificulus, Veſtales, Septemuiri epulonum, tum Flamines Diales, Martiales, Quirinales, Galli *qui Cybeles ſacra faciebant,* Bellonarii *et* Lucan. 1, 595 *ſqq. multa ſacerdotum genera deſcribit.* Cic. Acad. 4, 121 Sed quum ſacerdotes deorum vacationem habeant, quanto eſt aequius habere ipſos deos? Et a phyſicis et a philoſophis et ab ſacerdotibus iudicatur, ex poteſtate aquae omnes res conſtare Vitruu. 8, 1. Purus Muſarum, Phoebique ſacerdos Ouid. Amor. 3, 8, 23. Muſarum ſacerdos; *Poëta, vates* Hor. Carm. 3, 1, 3. Caſti Sacerdotes Virg. Aen. 6, 661. Doctus ſacerdos Claud. Conſ. Hon. 6, 326. Religioſus libertatis ſacerdos *ironia in Clodium* Cic. pro Domo 111. *De eodem* pro Sext. 39 Cum ſororis adultero, cum ſtuprorum ſacerdote, cum venefico. Maximum ſacerdotem creare Cic. Verr. 2, 128. Furiata ſacerdos Stat. Theb. 2, 21. Magna ſacerdos Virg. Aen. 6, 544. Longaeua ſacerdos Idem ibid 6, 321. Regina Idem ibid. 1, 272. Veneria, *i. Veneris* Plaut. Rud. 2, 2, 23. Sacra Cereris per Graecas ſemper curata ſunt ſacerdotes Cic. pro Corn. Balb. 53 c. 24. Plin. Epiſt. 2, 1 Illo die, quo ſacerdotes *(augures)* ſolent nominare. *conf.* Ep. 4, 8. *vid.* NOMINO *it.* COOPTO. ¶ 2 *Eſt etiam* Sacerdos *Liciniorum. v. g. anteceſſoris Verris, in quem refertur iocus Ciceronis* Quinctil. 6, 3, 55. Cic. Verr. 3, c. 92.

SACERDOTISSA, ae. f. *Laudatur* Vet. Inſcriptio Hiſpanica; CORNELIAE CLEMENTIS FILIAE TVSCAE SACERDOTISSAE PERPETVAE. *Sed dubitare licet, an ſit ſatis antiqua. Certe cum frequentiſſima ſit mentio* Sacerdotum *virorum et feminarum in Gruteriano theſauro,* Sacerdotiſſam *non habent Scaligerani Indices. Elegans coniectura Birrii,* SACERDOTI SSAE, *i. ſanctiſſimae. Laudatur etiam* Gell. 10, 15 Eaedem ferme caerimoniae ſunt, quas Flamini-

ıinicas (ſacerdotiſſas) Dialis ſeorſum aiunt obſeruitare. *Sed omittit* ?ronou. *Et* Idem 13, 19 Sacerdotes feminas dicit: *et iſtud* Sacerdotiſſa *vt* ?loſſema reiicitur merito.*

SACERDOTVLA, ae. f. Varro de L. L. 4, 29 p. 32, 25 Saerdotulae in capite capital nunc ſolent habere.

SACERDOTIVM, i. n. [ἡ ἱερατεία, τὸ ἱεράτευμα, ἡ ἱερωσύνη] *acerdotis munus ac dignitas.* Liu. 30, 26 *cum narraſſet mortem Qu. ?abii Maximi,* Augur in locum eius inauguratus Qu. Fabius Maximus lius: in eiusdem locum Pontifex (nam duo Sacerdotia habuit) eru. Sulpicius Galba. Idem 9, 29 Gens Potitia, cuius ad aram Ierculis familiare ſacerdotium erat. Auctus ſacerdotiis et honoibus, *vid.* AVGEO. Inire ſacerdotium Cic. pro Domo 135 c. 52. Iandare ſacerdotia per religionem populus non poterat Cic. de Lege gr. 2, 18. *Conf.* Cic. Att. 8, 3. Vitr. 2, 8. Tac. Ann. 3, 19, 1. *et* , 64, 4. *it.* Hiſt. 5, 8, 6. Petron. c. 137. Sidon. Ep. 2, 6. Cic. ro Domo 136 c. 52 Quum Licinia virgo Veſtalis ſummo loco nata, ınctiſſimo ſacerdotio praedita, T. Flaminio, Q. Metello COSS. aram aediculam et puluinar ſub ſacro ſaxo dedicaſſet. Idem de Diuin. 89 In qua et reges augures, et poſtea priuati eodem ſacerdotio praeiti Rempubl. religionum auctoritate rexerunt. Tum hic bonus ıgur eo ſacerdotio ſe praeditum eſſe dixit, *vt* Cic. Phil. 2 c. 32. *conf.* lin. Ep. 4, 8. Tacit. Ann. 11, 11 Iisque intentius affui ſacerdotio ?uindecimuirali praeditus. Cic. pro Domo 37 Cur enim quisuam vellet Tribunum plebis ſe fieri non licere? anguſtiorem ſibi ſſe petitionem Conſulatus? in ſacerdotium quum poſſit venire, quia atricio non ſit is locus, non venire.

SACERDOTALIS, e. Adi. [ἱερατικὸς] *Quod ad ſacerdotem perınet. Laudatur* Liu. 5, 40 Virgines, ſacraque in plauſtrum impoſuit, Caere quo iter ſacerdotalibus erat, peruexit. *Sed Gron. et Drakenb.* ıcerdotibus, *ne mentione quidem alterius lectionis facta.* Lex ſaerdotalis Tertull. adu. Iud. 5. Nomen ſacerdotale Macrob. Saırn. 3, 5. Ludi Plin. Ep. 7, 24. *vid. Iuret. ad* Symmach. p. 122. *ımcj. Ep. p. 156.*

SACODIOS, ii. f. *Gemma hyacinthini coloris.* Plin. 37, 10.

SACOMA, atis. n. [τὸ σάκωμα] *Eſt Aequipondium, hoc eſt quod ı libra apponitur ad aequilibrium faciendum, vel quod lanci trutinae ırſum latae adiungitur, vt grauiori fiat aequalis. Teſtis Iulius Pollux , 24. Ariſtoteles in Mechanicis dicit* σήκωμα ποιεῖν, *pro aequilibrium ıcere.* Vitruuius 9, 3 *de Hierone,* Quum auream coronam votiuam is immortalibus in quodam fano conſtituiſſet ponendam, immani etio locauit faciendam, et aurum ad ſacoma appendit redemtori. Is tempus opus manufactum ſubtiliter, regi approbauit, et ad ſacoma ondus coronae viſus eſt praeſtitiſſe. *Al. gen. Femin.* ad ſacomam: *vid. oſſ. Inſt. Orat. p. 258.* Idem eod. lib. cap. vlt. Pendet ex vna ırte phellos ſiue tympanum, quod ab aqua ſubleuatur, ex altera quo pondere phelli ſacoma ſaburrale. Pareus Lex. Crit. *h. v.* *git* Veget. 1, 5 Proceritatem tironum ad Sacomam ſemper ſcio eſſe actam, *vt ſit* Sacoma *menſura quaedam. Sed haud paullo probabilior ?tio Scriuer. et Beſſel. in Miſcellan.* a Conſule Mario.

SACOPOENIVM, i. n. *Idem quod* Sagapenum, *v. v.*

SACRAMENTVM, *vid.* SACER.

SACRANI, *Populi, quorum origo ſic* Seruio *narratur in illud* Virg. en. 7, 795 Et Sacranae acies, et picti ſcuta Labici. Dicunt quendam orybantem veniſſe ad Italiam, et tenuiſſe loca, quae nunc vrbi vicina ınt. Et ex eo populos ducentes originem, Sacranos appellatos. Iam ſacrati ſunt Matri deûm Corybantes. Alii Sacranas acies Ardeoım volunt, qui aliquando quum peſtilentia laborarent, Ver ſacrum ouerunt, vnde Sacrani dicti ſunt. *Hactenus* Seruius. Feſtus, ıcrani appellati ſunt Reate orti, qui ex Septimontio Ligures Siculosıe exegerunt. Nam vere ſacro nati erant

SACRATVS, SACRIFICO, SACRILEGVS, SACRO, SARVM, *vid.* SACER.

SACRIVM, i. n. *Succinum ap. Scythas, ſec.* Plin. 37, 2.

S A D

SADDVCAEI, [Σαδδουκαῖοι] dicuntur, Qui Sadducaeum quenım magiſtrum legis ſequentes, neque reſurrectionem credebant, neque ıgelos, neque ſpiritus eſſe. *Vid.* Hieron. in Matth. c. 22. Tertull. u. Haeret. c. 45. Ecce Phariſaei Sadducaeique doloſi Iunc. 3, 222.

SADOR. *Verbum neſcio cuius ſignificationis.* Lucil. *ap.* Non. 2, 202: *l Douſa in Reliqu. p. 40. et Turneb. Adu. 29, 22* Rador.

SADYATTES, fuit Ardyos filii Gygis filius, qui poſt patrem reıauit in Lydia. *Vide* de hoc Herodotum lib. 1 Hiſtoriarum.

S A E

SAECVLVM, *vid.* SECVLVM.

SAEPE. Adu. [πολλάκις] ius, iſſime. *i. Frequenter.* Ter. ın. 5, 2, 34 Saepe ex huiusmodi re quapiam, et ex malo principio, agna familiaritas conflata eſt. Idem Heaut. 3, 4, 53 Non licet ominem eſſe ſaepe ita vt vult, ſi res non ſinit. Cic. de Inuent. 1, 1 ıepe et multum hoc mecum cogitaui, bonine, an mali plus, *etc.* em pro Quint. 3 M. Iunius, *etc.* in hac multum et ſaepe verſatus. ıepe ac diu Cic. pro Quint. 96. Semel, atque iterum, ac ſaepius em pro Font. 16 c. 8. Caeſar Ciceroni Att. 9, 6 Etſi hoc et feci epe, et ſaepius mihi facturus videor. Quod etſi ſaepe dictum , dicendum tamen eſt ſaepius Cic. Off. 3, 69 c. 17. Saepiſſime iquid experiri Salluſt. Iug. c. 63. Saepe fugam Danai moliti irg. Aen. 2, 108. *Add.* Idem Georg. 1, 379. Iterum et ſaepius rogo Cic. Fam. 13, 43. Idem de Fin. 2, 41 Interdum, vel potius ımium ſaepe, *vid.* NIMIS. Cic. Fam. 1, 7 Scis temporibus illis on ſaepe in Senatu fuiſſe.

SAEPIOR, us. *et*

SAEPISSIMVS, a, um. Adiectiua antiqua ab Adu. Saepe, vt teſtar Priſcian. 15 p. 1016.

SAEPICVLE. Adu. *Sic ſatis ſaepe. Frequens vox* Apuleio *v. g.* et. 6 p. 185. *et* 9 p. 235 *Occurrit et ſemel in* Plaut. Caſ. 3, 5, 59 epicule peccas.

SAEPIVSCVLE. Adu. Priſcian. 3 p. 611 a Saepius *deriuat; et t legit* Plaut. *l. c.*

SAEPENVMERO. Adu. [πολλάκις] *Idem quod ſimplex* Saepe: lin. 11, 37 Septimo menſe genitis ſaepenumero foramina aurium et naım defuere. Cic. Fam. 16, 21 Sum totos dies cum eo, noctisque ſaepenumero partem. Cic. de Senect. 4 c. 2 *pr.* Saepenumero mirari ſoleo, *etc. Add.* Idem pro Roſc. Am. c. 29 *et* 41. Salluſt. Catil. c. 52. Caeſ. B. G. 1, 33. Colum. Praef. 1 *pr.* Gell. 3, 16 Gigni hominem ſeptimo rarenter, nunquam octauo, ſaepe nono, ſaepiusnumero decimo menſe.

SAEVIO, SAEVITIA, *vid. poſt* SAEVVS.

SAEVVS, a, um. Adi. [ὁ καὶ ἡ ἀνελεήμων, χαλεπὸς, δαιὸς] *Durus, crudelis, certe vehemens in laedendo: nec enim ſemper ad animi crudelis furorem pertinet, ſed ſaepe ſimpliciter ad noxam, et nocendi vel voluntatem et conatum, vel actum etiam ſine conſilio. Vanus cum Nonio Seruius, cum* ſaeuum *eſſe* fortem, magnum, potentem, *contendunt.* Virg. Aen. 5, 270 Quum ſaeuo e ſcopulo multa vix arte reuulſus. *in quo nauis nec ſine damno adhaeſerat:* Ter. Adel. 5, 4, 12 Ego ille agreſtis, ſaeuus, triſtis, parcus, truculentus, tenax. Virg. Aen. 1, 8 Saeuae memorem Iunonis ob iram. Idem ibid. 1, 105 Saeuus vbi Aeacidae telo iacet Hector. Tibull. 1, 10, 67 Sed manibus qui ſaeuus erit, ſcutumque, ſudemque Is gerat. Virg. Aen. 1, 462 Et ſaeuum ambobus Achillem, *iratum, infenſum.* Idem ibid. 12, 1 7 Maternis ſaeuus in armis. Seru. *ad* Aen. 1, 4 *laudat verba* Ennii Indutus fuit ſaeua ſtola, *et interpretatur* magnam. *Ipſe viderit.* Virg. Aen. 1, 142 Non illi imperium pelagi, ſaeuumque tridentem, Sed mihi ſorte datum. Saeuum tridentem *dicit, vt* iras maris *et ſimilia: vim et impetum notat.* ¶ 2 *Subſtantiua:* Tacit. Ann. 4, 20 Nam pleraque ab ſaeuis Adulationibus aliorum, in melius flexit. *de Lepido.* Amor ſaeuus Virg. Ecl. 8, 47. Amore ſaeuo ſaucia Medea Cic. pro Cael. 18. Armis ſaeuis cominus certare Virg. Aen. 12, 890. Beluae ſaeuae Hor. Carm. 1, 12, 22. Belli ſaeui certamina Lucret. 1, 476. Caedes ſaeua Ouid. Met. 1, 161. Catenae ſaeuae Hor. Carm. 3, 11, 45. Dolor ſaeuus Sil. 13, 234. Dolores ſaeui animo exciderant Virg. Aen. 1, 29. Facies ſaeua ac deformis Tacit. Hiſt. 3, 83. Faces ſaeuae Virg. Aen. 4, 566. Ferae ſaeuae Ouid. Met. 7, 387. Gelu ſaeuum Valer. Argon. 1, 512. Gens ſaeua Cic. Tuſc. 2, 20. Hiems ſaeua Valer. Argon. 7, 52. Horror ſaeuus Virg. Aen. 2, 556. *i. magnus.* Iocus ſaeuus Hor. Carm. 1, 33, 12. Idem Epiſt. 2, 1, 148. Ira ſaeua Ouid. Met. 1, 453. Lea ſaeua Idem ibid. 4, 102. Militia ſaeua Hor. Epiſt. 1, 18, 55. Neceſſitas ſaeua Idem Carm. 1, 35, 17. Nouerca ſaeua, *vid.* NOVERCA. Odor vini ſaeuus, *vid.* ODOR. Paupertas ſaeua Hor. Carm. 1, 12, 43. Rabies ventorum ſaeua Ouid. Met. 5, 6. Scopulo e ſaeuo reuulſus Virg. Aen. 5, 270. Tempeſtates ſaeuae Tacit. in Vita Agric. c. 22, 2. Turbines ſaeui Cic. de Orat. 3, 155 c. 39. *ex Poëta.* Venenum ſaeuum Virg. Aen. 12, 857. Ventus ſaeuus Cic. Att. 5, 12 Ad VIII Iduum ab Ceo iucunde inde ad Gyarum ſaeuo Vento, non aduerſo. Verbera ſaeua Virg. Georg. 3, 252. Verba ſaeua Hor. Epod. 12, 13. Cic. de Diuin. 2, 115 c. 56 Sancte Apollo, qui vmbilicum certum terrarum obſides, vnde ſuperſtitioſa primum ſaeua euaſit *(erupit, exſtitit)* Vox fera. Saeua *et* fera *epitheta videntur ex Graeco verſa* δαιὴ καὶ ἄγριος. *Oracula ſaepe denunciarunt hominibus calamitates.* ¶ 3 *Obſeruatt.* Saeua et deteſtanda alicui clamitare Tac. A. 3, 23, 2. *Aduerbialiter. vt,* Cui ſaeuum arridens Sil. 1, 398. Saeuum fremere Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 285. *et* 2, 242. *Compar.* Iuvencis indomitis ſaeuior Ouid. Met. 13, 798. Peſtis nulla ſaeuior Virg. Aen. 3, 214. Quibusuis lupis et vrſis ſaeuiores Apul. Met. 8 p. 209. *Superl.* Centaurorum ſaeuorum ſaeuiſſimus Eurytus Ouid. Met. 12, 219. Dominus Plin. Paneg. c. 52. Nobilium ſaeuiſſimus L. Sulla Tac. H. 2, 38, 3. Liu. 34, 32 Et eo tyranno, quam qui vnquam fuit, ſaeuiſſimo et violentiſſimo in ſuos? Iuno ſaeuiſſima Virg. Aen. 2, 612. Iuſſa ſaeuiſſima matris ferre Valer. Argon. 3, 47.

SAEVE. Adu. Suet. Tiber. c. 59 Multa ſaeue et atrociter factitavit. *Compar.* Aut ſaeuius aut lenius agendo Columel. 11, 1. *Superl.* Quaedam loca aeſtate ſaeuiſſime candent Idem 1, 4 *extr.*

SAEVITER. Adu. [ὠμῶς] Plaut. Pſeud. 5, 2, 31 Magis cogito ſaeuiter blanditerne alloquar. *Conf.* Idem Poen. 1, 2, 121. *et* Trin. 4, 3, 53. Nimium ſaeuiter, *vid.* NIMIS.

SAEVITIA, ae. f. [ἡ ὠμότης] *Crudelitas.* Plin. 6, 17 Proxima inculta ſaeuitia gentium. Idem 18, 31 Hoc non tam ſaepe prouentu nimio euenit, quam ſaeuitia inſidiantium caritati ciuili. Tibull. 1, 6, 3 Quid tibi ſaeuitiae mecum eſt? Cic. in Partit. 11 Quas res ſibi proponet in iſtis tribus generibus orator? C. P. Delectationem in exornatione: in iudicio, aut ſaeuitiam, aut clementiam. Quis neſcit aliorum imperatorum hilarem diritatem, Cachinnantemque ſaeuitiam? a quibus ingenita crudelitas figmento laetitiae tegebatur Mamertin. Paneg. Iuliani c. 24. Iactati ſaeuitia Maris Vell. 1, 2, 7. Inteſtabilis ſaeuitia, ſed obtectis libidinibus Tacit. Ann. 6, 51. Intolerabilis ſaeuitia, *vid.* INTOLERABILIS. Nefandae ſaeuitiae mos, parcere morti pereuntis. *i. Crudele eſt hominem ita cruciare, vt non ſtatim moriatur, ſed efficere, vt elangueat, quo ſint cruciatus grauiores, vt ſentiat ſe mori* Lucan. 2, 180. Adhibere ſaeuitiam in aliquem Cic. Off. 2 c. 7. Afflictat ſaeuitia: Tacit. Ann. 13, 50 Italiam luxuria, ſaeuitiaque Afflictauiſſet. Demere aliquid ſaeuitiae Catull. ad Iuuentium 96, 6. Da breue ſaeuitiae ſpatium, pelagique, tuaeque Ouid. Epiſt. 7, 73. Gliſcit ſaeuitia. Tacit. Ann. 6, 19 Quantumque ſaeuitia Gliſceret, miſeratio arcebatur. Relinquere ſaevitiam, et vires, iramque, animosque minaces Ouid. Met. 6, 688. Tacit. Ann. 3, 22 Exemit etiam Druſum Conſulem deſignatum dicendae primo loco ſententiae, quod alii ciuile rebantur, ne caeteris aſſentiendi neceſſitas fieret: quidam ad ſaeuitiam trahebant.

SAEVITAS, ātis. f. *Idem quod* Saeuitia. Cum ſaepe morbos maior armet ſaeuitas Prudent. Romano v. 483. *Conf. Heinſ. not.* Firmicus 5, 5 Semper ad arma parati vnde alios ſua fortitudine aut ſaeuitate deterreant. Apul. Met. 9 En rei ſaeuitatem. *Al.* ſcaevitatem: *ſicut et l. 3. Vid. Elmenhorſt. p. 135 et 221. Beroald. p. 357.*

SAEVITIES, ēi. f. *Idem.* Tacit. Ann. 11, 10, 8 Per ſaeuitiem et luxum adegit Parthos. Socrus ſaeuitiem exſecrata Apul. Met. 6 p. 181.

SAEVITVDO, ĭnis. f. Plaut. *apud* Non. 2, 796 Mole ſaeuitudo mala ſit peior.

SAEVIDĬCVS, a, um. Ter. Phorm. 1, 4, 36 Ne te iratus ſuis ſaeuidicis dictis protelet. *Al.* Saeuidictis, *aut* Saeuis dictis.

SAEVIO, īui, ītum, īre. [μαίνομαι, χαλεπαίνω] *Crudeliter in aliquem agere, aut Vehementius iraſci.* Ter. Andr. 5, 2, 27 Ah ne ſaeui tantopere, *ad patrem minantem filio et ſeruo dicitur. Sic* Virg. Aen. 6, 544.

6, 544 Ne ſaeui, magna ſacerdos, *i. noli iraſci.* *Sed* Aen. 12, 387 *Aeneas vulneratus* Saeuit, et infracta luctatur arundine telum Eripere, auxilioque viam, quae proxima, poſcit. Orpheus rapta grauiter pro coniuge ſaeuit Virg. Georg. 4, 456. Liu. 7, 19 In Tarquinienſes acerbe ſaeuitum, multis mortalibus in acie caeſis. Idem 28, 34 Caeterum ſe neque arma iis ademturum, neque ſe in obſides innoxios, ſed in ipſos, ſi defecerint, ſaeuiturum. Liu. 3, 45 Saeuite in tergum, et in ceruices noſtras, pudicitia ſaltem in tuto ſit. Flagellis ſaeuire Iuuen. Sat. 10, 180. Rabie fameque ſaeuit Ouid. Met. 11, 369. Accipiter in aues omnes ſaeuit Idem ibid. 11, 345. Amor reſurgens ſaeuit Virg. Aen. 4, 532. Dolor ſaeuit in erepto amore Propert. 2, 8, 36. Ouid. Met. 14, 193 — ô ſi quis referat mihi caſus Vlyſſem, Aut aliquem ex ſociis, in quem mea ſaeuiat ira. Quo fortuna magis ſaeuit, magis ipſe reſiſtis Ouid. ex Pont. 2, 3, 51. Latratus canum ſaeuit in auras Virg. Aen. 5, 257. *Paſſiue praeter dicta:* In Peruſinos magis irâ militum quam voluntate ſaeuitum eſt ducis Vell. 2, 74, 4. Etiam in tecta ſaeuitum eſt Curt. 8, 10, 6.

SAEVIENS, entis. Procellam fortunae ſaeuientis euadere Apul. Met. 10 p. 240. Merum ſaeuienti ventri auiditer ingurgitare Id. 4 p. 145. Saeuiente pelago Tac. A. 15, 46, 3. Purpurati barbara ferocitate ſaeuientes Curt. 3, 8, 15. Lupi nimia ferocitate ſaeuientes Apul. Met. 8 p. 208. Interpellare ſaeuientium minas Petron. c. 108.

S A G

SAGA, ae. f. [ἡ φαρμακὶς, ἡ φαρμακεύτρια, ἡ ἐπῳδὸς] *Maga, divinatrix.* Cic. de Diuin. 1, 65 c. 31 Sagire ſentire acute eſt: ex quo ſagae anus, quia multa ſcire volunt, et ſagaces dicti canes. Feſtus, *voce* SAGACES. Saga quoque dicitur mulier perita ſacrorum. *Nempe* Magica *etiam ſunt* ſacra. *Rurſus* Sagae ſunt praecantatrices (*quae praeeunt et docent*, praecantant *certe carmina magica*) quae vel arceſſere carminibus mala hominibus poſſunt, vel expellere Vet. Schol. *ad* Hor. Carm. 1, 27, 21 Quae ſaga, quis te ſoluere Theſſalis Magus venenis, quis poterit deus? Vt mihi verax Pollicita eſt magico ſaga miniſterio Tibull. 1, 2, 41. Columel. 11, 1 Sacrificia niſi ex praecepto domini facere neſciat, aruſpicem ſagamque ſua ſponte non nouerit: quae vtraque genera, vana ſuperſtitione rudes animos infeſtant. *Add.* Idem 1, 8. Rapacis ſagae praecepta Tibull. 1, 5, 59. Theſſala ſaga Propert. 3, 24, 10. Sagarum ſuperſtitione interpretari ſomnia Cic. de Diuin. 2 c. 63. *Vid. mox* SAGVS, a, um. ¶ 2 Saga eſt etiam, virorum Indagatrix ad libidinem, *vt interpretatur* Nonius 1, 86. Lucil. Aetatem et faciem vt ſaga et bona conciliatrix. Turpilius, Non ago hoc per ſagam, pretio conductam, vt vulgo ſolent. *Nempe magica vanitas ſaepe amoribus conciliandis aut reuocandis ſeruiit. Hoc argumentum* Pharmaceutriae Virgilii Ecl. 8, . . *ex Theocrito repetitae.* ¶ 3 Sagam *pro* Sagum *edebatur ante Victorium* Caton. R. R. 59. *Sed vid.* SAGVM.

SAGAPENVM, i. n. [σαγάπηνον] *Succus eſt herbae ferulaceae, quae in Media naſcitur. Optimum eſt translucens, fuluo forinſecus colore, et intus albo, neſcio quid inter laſer et galbanum redolens, guſtu acri. Auctor Dioſcorides 3, 79.* Sagapeni *meminit* Plin. 20, 18. 12, 25. 19, 3. 28, 11. Celſ. 6, 6. *It.* Scribon. 69. 100. 167 *etc.*

SĂGĀNA, ae. f. Priſcian. 4 p. 622 Sagana et Saga idem ſignificant. *Iure ergo nomen eſt celebris Veneficae apud* Hor. Epod. 5, 25. *et* Sat. 1, 8, 25 *et* 41 *et* 48. *qui primam ſemper corripit. Tanto minus obſtare debet modus illius Syllabae, quo minus cognatae originis ſint* Sagio, Saga, Sagana, Sagax: *quorum duo priora producuntur, corripiuntur altera. Etiam* Petronio c. 58 *a quibusdam tribuitur* Sagana tibi irata ſit. *Sed fluctuat lectio.*

SAGARIA, SAGARIVS, *vid.* SAGVM.

SAGĂRVS, SAGARIS, *Fluuius, vid.* SANGARIVS.

SAGATVS, *vid.* SAGVM.

SAGVS, a, um. *Antiquum forte nomen, e quo* Saga (*intell.* mulier) *ortum eſſe poteſt, et in vſum reuocatum a recentioribus; vel etiam ab his e* Saga *formatum. Significat enim idem fere quod* praeſagos, *et ad futurarum rerum ſignificationem refertur.* Nunc ſagas affatur Aues Stat. Achil. 1, 519. Nec ſago Clangore loquax et ſtridula cornix Prudent. Apoth. v. 298. Ipſe nihil certum ſagis Clangoribus aether Praecinet Stat. Theb. 8, 204.

SĀGIO, īre. *Acute ſentire, praeſertim naribus.* Cic. de Diu. 1, 65 c. 31 Sagire ſentire acute eſt: ex quo ſagae anus, quia multa ſcire volunt: et ſagaces dicti canes. Is igitur, qui ante ſagit, quam oblata res eſt, dicitur praeſagire, id eſt futura ante ſentire. Priſcian. 6 p. 638 In AX verbalia inueniuntur ab omni coniugatione — Pellicio pellicis pellax, Sagio ſagis ſagax. Vet. Schol. inedit. *ad h. l.* Sagio proſpecto, praeuideo.

SĂGAX, ācis. Adi. [ἐχέφρων, ἀγχίνους, πανοῦργος, προγνωστικὸς Gloſſ. Lat. Gr.] *Acutus, ſolers. Eſt enim vt* Rapax *a* rapio, *ita a* Sagio ſagax, *licet modus Syllabae primae variet. Sedem habet in primis in* naribus canum *et ſimilium animalium. v. g.* Lucan. 7, 829 *poſt deſcriptionem praelii cruenti ad Pharſalum,*

Tunc vrſae latebras, obſceni tecta domusque
Deſeruere canes, et quidquid nare ſagaci
Aëra non ſanum motumque cadauere ſentit.

Non. 1, 86 Sagaces canes dicuntur ferarum vel animalium quaeſitores. *Similia* Feſtus, *qui addit*: Sagaces appellantur, multi ac ſolertis acuminis. *Conf Scaliger. Exerc. 252 ſ. 2.* Cic. Att. 6, 3 Quaeſtorem nemo dignum putat: etenim eſt leuis, libidinoſus, ſagax. *Sed recte hic reſtitutum* tagax *i.* furax. Martial. 12, 87 Excogitauit homo ſagax et aſtutus. Cic. de Finib. 2, 45 c. 14 Homines enim, etſi multis aliis, tamen hoc vno a beſtiis plurimum differunt, quod rationem habeant a natura datam, mentemque et acrem et vigentem, celerrimeque multa ſimul agitantem, et vt ita dicam, ſagacem, quae et cauſas rerum, et conſequutiones videat. Cic. Fam. 10, 23 Sed certe nimia eius indulgentia in Lepidum, ad haec pericula perſpicienda fecit eum minus ſagacem. Cic. in Catil. 1, 19 c. 8 Quem tu videlicet et ad cuſtodiendum te diligentiſſimum, et ad ſuſpicandum ſagaciſſimum, et ad vindicandum fortiſſimum fore putaſti. In coniecturis ſagaciſſimus Iuſtin. 1, 9, 14. Plin. 8, 37 *de muribus*, Quorum palatum in guſtu ſagaciſſimum, auctores quonam modo intellexerint, miror. Acies oculorum ſagax, *vid.* ACIES. Lucret. 1, 403 *cum reſpectu ad canum ſagacitatem*, Verum Animo ſatis haec veſtigia parua ſagaci Sunt, per quae poſſis cognoſcere caetera tute. Ouid. Rem. Am 201 Nunc leporem pronum Catulo ſectare ſagaci. *Et* Met 11, 599 Nec voce ſilentia rumpunt Sollicitiue canes, Canibusue ſagacior Anſer. Curae ſagaces Hor. Carm. 4, 4, 75. Cura ſagaci aliquid videre Cic. de Diuin. 1, 22. Mens ſagax Lucr. 1, 1021 Ratione ſagaci videndum eſt Idem 1, 131. Columel. 1, 1 praef Nam qui ſe in hac ſcientia perfectum volet profiteri, ſit oportet rerun naturae ſagaciſſimus, declinationum mundi non ignarus. Plaut. i Curc. 1, 2, 17 Canem eſſe hanc quidem magis par fuit: Naſum ede pol ſagax habet.

SAGACĬTAS, ātis. f. [ἡ εὐαισθησία] *Calliditas.* Cic. Verr. 4 29 Tuam tantam fuiſſe ſagacitatem, vt eas per illum ipſum inſpiceres vbi erant depoſitae, *etc.* Idem Verr. 1, 105 Vtrum admonitus, a tentatus, an (qua eſt iſte ſagacitate in his rebus) ſine duce vllo, ſin indice peruenerit ad hanc improbitatem, neſcio. Ea erat ſagacitate, vt decipi non poſſet Nep. 7, 5, 2. Narium ſagacitas Cic. d Nat. Deor. 2, 158 c. 63. Sagacitas etiam ſenſuum corporis Sen. Epiſt 96. Vigili ſagacitate occulta facinora perquirere Firmic. 5, 5.

SAGACĬTER. Adu. [ἀγχίνως] *Prudenter, callide* Cic. de Orat 1, 123 c. 51 Acuto homine nobis opus eſt, et natura vſuque callido, qu ſagaciter perueſtiget, quid ſui ciues, iique homines, quibus aliquid dicendo perſuadere velit, cogitent, ſentiant, opinentur, exſpectent Columel. 7, 12, 7 Satisque pulchre funguntur officio, ſi et aduenienten ſagaciter odorantur (*ſic enim legendum oſtendimus, pro vulg.* adoriuntur et latratu conterrent. Liu. 27, 28 Ibi duo duces ſagaciter mo ſunt, alter ad inferendam, alter ad cauendam fraudem. *Compa* Odorari ſagacius Hor. Epod. 12, 4. Cic. Att 6, 6. *Superl* Cic. de Orat. 2, 186 c. 44 Omni mente in ea cogitatione curaque ve ſor, vt odorer quam ſagaciſſime poſſim quid ſentiant, quid exiſtimen quid exſpectent, quid velint.

SAGDA, ae. f. Plin. 37, 10. *et* Solin. c. 50. *gemma porracei colori.*

SAGĒNA, ae. f. [ἡ σαγήνη] *Genus retis piſcatorii. σαγήνη Graeci, Latini Verriculum appellant* Manilius 5, 678 Excipitur vaſta ci cumuallata ſagena. *Conf.* Vlpian. Dig. 47 t. 3 l. 13 §. 7.

SAGENON, i. n. *Gemmae ſpecies.* Plin. 37, 9. *al.* argenon.

SAGĪNA, ae. f. [τὸ λῖπος, τὸ πῖος] *Cibus, quo animal pingue e ficitur.* Sympoſius Aen. 36 *de Porco*, Setigerae matris fecunda nat in aluo, Deſuper ex alto virides exſpecto ſaginas. *i. glandes.* Ce lum. 6, 27, 9 Sagina hilaris admiſſarius. Sagina anſerum Var R. R. 3, 10, 1. *Et* Col. 8, 14, 11 *ratio ſaginandi.* Sagina viu Varr. R. R. 3, 17, 7 *Piſciculi minores, maiorum cibus.* Iuuenal. Sa 4, 67 Genialis agatur Iſte dies, propera ſtomachum laxare ſagini Plaut. Moſt. 1, 1, 62 Bibite, pergraecamini, Eſte, effercite vos, ſagi nam caedite. *i. Salmaſio interprete*, cibum caedite, *a quo* cibicida *dicti ſunt voraces.* Ibid. 1, 3, 79 Diesque noctesque eſtur, Bibitur, neque quisquam parſimoniam adhibet: ſagina plane eſt. *i. nihi agitur, quam vt ſaginent ſe homines.* *Et* Trin. 3, 3, 96 Aut aliquen ad regem in ſaginam herus ſe coniiciet meus: *pro cibo illi addicet ope ram ſuam, vt gladiatores.* Plaut. Mil. 3, 2, 31 Poſtules ſagina eii cere cellaria. Plin. 9, 56 Saginam cochlearum commentatus e ſapa et farre, aliisque generibus. Dulcior herba ſaginâ *roris* au fluminis Pallad. Mai. c. 7. Columel. 8, 14 *extr.* Eſt facilis harum auium ſagina. *Add. Vlit. et Burm. ad* Nemeſian. Cyneg. v. 166. Propert. 4, 8, 25 Qui dabit immundae venalia farta ſaginae. *Metaph.* Quinctil. 10, 5, 17 Forenſibus certaminibus exercitatos, et quaſi militantes reficit ac reparat haec velut ſagina dicendi, *de exercitationibus rhetoricis liberioribus.* Cic. pro Flacc. 17 c. 7 Qui multitudinem illam non auctoritate, ſed ſagina tenebat, *de Mithridate quodam* Inanis ſagina *dicendi* Quinctil. 2, 15. ¶ 2 Sagina, [παραπλήρωμα Gloſſ. Lat. Gr.] *Pinguedo ſuperuacua, arte non natura ac aucta, per totum corpus diſperſa.* Nimia tendis mole ſaginam A ſon. Ephem. v. 9. Iuſtinus 21, 2 *pr.* Sublatis deinde aemulis i ſegnitiem lapſus, ſaginam corporis ex nimia luxuria, oculorumq valetudinem contraxit.

SAGINVM, i. n. Pallad. Mai. t. 7. *edidit Aldus: ſed praeſt legere* ſagina.

SAGĪNO, āre. [σιτεύω, σιτίζω, πιαίνω, λιπαίνω] *Pingue facer* Columel. 6, 38, 4 Ea herba viridis, nec tarde tamen arida, foeni vic ſaginat iumenta, verum modice danda, ne nimio ſanguine ſtrangule tur pecus. Ibid 27 Ordeo ſaginandus equus. Ibid. Quidam etiam praecipiunt eodem ritu, quo mulos admiſſarium ſaginare, vt hac ſagina hilaris plurimis feminis ſufficiat. Varro de R. R. 3, 3 Et nata nutricare, ſaginareque in macellum vt perueniant. Piſce ſanguine humano Sen. de Clem. 1, 18. Saginare exquiſitis epuli Plin. 9, 35. Saginari ſanguine ciuium Cic. pro Sext. 78 c. 36 Saginare plebem populares ſuos vt iugularentur Liu 6, 17 *pr.*

SAGINĀTVS, a, um. Partic. [ὁ σιτευτὸς] *Vt*, Porcus ſaginatu Propert. 4, 1, 23. Saginati corporis inutilis belua Curt. 9, 7, 16 Boues altiles ad ſacrificia publica ſaginati Varro R. R. 2, 1. *Ad* Solin. c. 8. Petron. c. 125. Colum. 2, 1. *Compar.* Saginatior Chriſtianus, vrſis et leonibus forte, quam Deo, erit neceſſariu Tertull. de Ieiun. *extr.* *Conf.* Idem de Idolol. c. 6. *et* adu Pſychic. c. 17.

SAGINATIO, ōnis. f. [λιπασμὸς, πιασμὸς] Plin. 8, 51 Pingue ſcunt ſexaginta diebus, ſed magis tridui inedia ſaginationem orſa *Add.* Tertull. de Pall. c. 4.

SAGIMEN, inis. n. *pro Sagina afferebatur ex* Colum. 6, 38 N nimio ſagimine ſtrangulentur pecora: *Sed editi, puto omnes*, Ne nimio ſanguine ſtranguletur pecus.

SAGINARIVM, i. n. [τὸ σιτευτήριον] *Locus, vbi ſaginantur alti lia.* Varro de R. R. 3, 10, 7 Ad ſaginandum eligunt pullos circite ſeſquimenſe qui ſunt natu, eos includunt in ſaginario, ibique polentam et pollinem aqua madefacta dant cibum, ita vt perinde ſe ſaturent.

SAGINARIVS, a, um. *vid.* SAGMARIVS.

SAGINATOR, ōris. m. βοῶν σιτευτὴς Gloſſ. Gr. Lat.

SAGIO, *vid. ſub* SAGA.

SAGITTA, ae. f. [τὸ βέλος, ὁ ἰὸς, τὸ βέλεμνον] *Iaculi genus, quo arcu emittitur.* Iſidor. Orat. 18, 8 *pr.* Sagitta a Sagaci iactu, id eſt, veloci ictu vocata: *cui fauere videtur, quod quidam libri Virgiliani, Pierio teſte,* Sagictam *ſcribunt. Sed magis placet, quod Voſſio, σάγη τὸ ὅπλον Si enim armorum omne genus notat σάγη, facile* Sagitta *paruum illud telum, quod arcu mittitur, notabit.* Aculeus ſagittae, *vid.* ACVLEVS. Acuta ſagitta, *vid.* ACVO. Hamatae Ouid. Triſt. 3, 10, 63. Infeſtae Iuuen. Sat. 15, 74. Leues Virg. Aen. 5, 68. Miſſiles Hor. Carm. 3, 6, 16. Pennigerae Sil. 8, 375. Sceleratae Ouid. de

e Arte Am. 1, 199. Volucris ſagitta Sil. 7, 646. ¶ 2 *'erborum formulae*: Acuere ſagittas, *vid.* ACVO. Aptare ner-o ſagittas Virg. Aen. 10, 131. Armatus ſagittis, ac face. Quin-til. 2, 4 Et quid ita crederetur Cupido puer ac volucer, et ſagittis ac ace armatus. Aſperare ſagittas oſſibus. Tacit. de Germ. 46 Sola ı ſagittis ſpes, quas inopia ferri oſſibus Aſperant. Conficere ſa-ittis Cic. Acad. 4 c. 2. Configere ſagittis, *vid.* CONFIGO. eleres ſagittas Corripere Virg. Aen. 1, 191. Depromere ſagittam naretra Virg. Aen. 11, 858. Idem ibid. 5, 503 Primaque per cae-ım neruo ſtridente ſagitta Hyrtacidae iuuenis volucres Diuerberat ıras. Emittere ſagittas arcu, *vid.* EMITTO. Expellere ſa-ttas arcu, *vid.* ARCVS. Stat. Silu. 3, 5, 4 Non metuo ne laeſa des, aut pectore in iſto Alter amor, nullis in te datur Ire ſagittis. nbuit ſagittas Phoebi primus draco, *i. Tinxit cruore ſuo* Sen. Herc. ır. f. 6. Imponere ſagittam neruo Ouid. Met. 8, 380. Virg. en. 12, 856 Non ſecus ac neruo per nubem Impulſa ſagitta. Infi-ere ſagittarum venabula praetereuntibus, *vid.* INFIGO. Pende-ant ſagittae ab humero Cic. Verr. 4, 74. Promere celeres ſa-ttas Hor. Carm. 3, 20, 9. Volans ſagitta Ouid. Triſt. 3, 10, 55. lti nudis ſagittis ad bella Ouid. Rem. Amor. 25. ¶ 3 Sa-ttam, *inquit* Columel. 3, 17 ruſtici vocant nouiſſimam partem ſurcu-: ſiue quia longius receſſit a matre, et quaſi emicuit atque proſiluit: u quia cacumine attenuata, praedicti teli ſpeciem gerit. Idem 10 Nam ſi ſagittam, id eſt ſuperiorem partem malleoli, vituperan-m cenſebant, quum eſſet eadem pars ſurculi frugiferi: quanto ma-is vel ex optima vitis parte natum flagellum, ſi eſt ſterile improba-ıı ab his ratio ipſa declarat? *Sic* Plin. 17, 21. ¶ 4 Sa-tta, *Signum caeleſte.* Manil. 1, 349 Hinc imitata nitent curſumque abitumque ſagittae Sidera. *Add.* 5, 293 *vbi* Parte octaua chelarum *am oriri docet.* Plin. 18, 26 Pridie Nonas Ianuarii Caeſaris Del-hinus matutino exoritur, et poſtero die Fidicula, quo Aegypto Sa-tta veſperi occidit. *Conf.* Idem 8, 51. ¶ 5 Sagitta, *erba.* Plin. 21, 17 Item piſtanam dicit a Graecis vocari, quam inter nos ſagittam appellamus.

SAGITTVLA, ae. f. Dimin. Apul. Met. 10 p. 254 Pinnulis ſagittulis.

SAGITTARIVS, a, um. Adi. Plin. 16, 36 Suum genus ſagitta-o calamo. *i. idoneo, vt ex eo fiant ſagittae.*

SAGITTARIVS, i. m. [ὁ τοξότης] *Qui ſagittas emittit.* Cre-e ſagittarii, et funditores Baleares Caeſ. B. G. 2, 7. Cic. Att. 18 Magna tormentorum copia, multis ſagittariis, magno labore, ap-ratu, multis fauciis noſtris, incolumi exercitu negotium confecimus. *letaphor.* Idem pro Sext. 133 Neque putaui, quum omnibus machi-s ac tormentis, vi, exercitu, copiis oppugnaret, de vno ſagittario me eri conuenire. *hoſtem minorem, quaſi leuis armaturae, et contemtibi-n, intelligit.* *Sed proprie* Idem Fam. 15, 4 Vſusque multis tor-entis, multis ſagittariis, magno labore meo, ſine vlla moleſtia ſumtu-: ſociorum, ſeptimo et quinquageſimo die rem confeci. *Add.* Idem il 5 c. 6. ¶ 2 Sagittarius, *Numiſma erat Perſicum, a tae genere ita nuncupatum. Quod genus nummi iidem erant, qui Darici oque dicuntur, auctore Plutarcho in Apophthegmatis. Ex quo celebre anauit Ageſilai dictum, ſe ex Aſia pulſum triginta milibus ſagittariorum, ium Perſarum rex ea numorum ſumma corruptis per Timocratem Athe-enſibus effeciſſet, vt is de prouincia decederet. Videri poſſunt tales nu-ı cum ſagittario apud Spanh. diſſ. 6 p. 324 ſq.* ¶ 3 Sagit-rius, *Signum caeleſte.* Plin. 17, 24 Quum ſit Luna in Leone, Scorpi-ne, Sagittario. Semiferum centaurum *vocat* Manil. 4, 230. *Sed* Hy-n Poët. Aſtron. 2, 27 Hunc complures Centaurum eſſe dixerunt: ii autem hac de cauſa negauerunt, quod nemo Centaurus ſagittis ſit us. *Ipſe deinde* Crotum *videtur probare, v. v.* *Add.* Macrob. t. 1, 21 *extr.*

SAGITTIFER, a, um. Adi. [βελοφόρος] *Qui fert ſagittas: vt* eloni ſagittiferi Virg. Aen. 8, 725. Pecus ſagittifera Claud. de iſtrice 48. Pharetrae ſagittiferae Stat. Achill. 1, 416. *Et* aid. Met. 1, 468.

SAGITTIGER, Auien. Arat. v. 842.

SAGITTIPOTENS. [βελοκράτωρ] *Sagittarius.* Cic. in Arato 311 Menſe ſagittipotens ſolis quum ſuſtinet orbem. *Conf.* Q. Cic. Auſon. in Eclogario p. 559.

SAGITTO, āre. *Sagittas emittere.* Curt. 7, 5, 42 Sagittandi ce-oris vſus. *Conf.* Iuſtin. 41, 2, 5. Veget. de Re Mil. 3, 9. So-ı. c. 31. Voſſ. de Vit. Serm. 1, 23. *et* 4, 23.

SAGITTĀTVS, a, um. Partic. Plaut. Trin. 2, 1, 16 Quam extem-o fauiis ſagittatis percuſſus eſt, *i. tanquam ex arcu emiſſis, letiferis.* id Taubm. *Et notus nemini non eſt Cupido Sagittarius.* *Sed vulne-tus ſagitta eſt* Cael. Aurel. Tard. 2, 12 Quidam in bello ſagittatus.

SAGMA, ae. f. *vel* SAGMA, atis. n. [σάγμα] *Fulmentum, et rtum quoddam, quod ſubiicitur oneribus, vt ea commodius et ſine lae-ne cutis geſtari dorſo iumentorum poſſint, clitellae molliores: Gr. ττον farcire eſt.* Veget. Mulom. 2, 59, 1 Exceptis his, qui deputati nt circo, reliquum mulorum, equorum, aſinorumque genus ſub ſel-ı aut ſagmis ſolo tergo praeſtat officium. — Sagmarum vel ſella-ım menſura conueniens et apta qualitas debet adhiberi. Si enim ta minora fuerint vel maiora, anguſtiora vel vltra modum lata, vel 1ae non congruunt, grauiter nocent. *Mox* Strata *vocat.* *Et* Cento-s vel ſaga ſufficientia et mollia *etc.* *a* ſagmis *et* ſellis *diſtinxerat.* ulg. Leuit. 15, 9 Sagma, ſuper quo ſederit, immundum erit, *ex Gr.* ἐπίσαγμα ὄνου. *Ergo ephippii etiam genus, ſ. ſellae: certe poſcit taie id Ebraica veritas.* Iſid. 20, 16 Sagma, quae corrupte vulgo dicitur lma, a ſtratu ſagorum vocatur. Vet. Gloſſ. σάγματα, κανθήλια itellae aut ſtrata iumentorum. *Diligenter etiam hanc partem argu-nti ſui tractauit Scheffer. de re vehic.* 2, 2. ¶ 2 Sagma uti theca *teſte* Vet. Schol. Stat. Theb. 9, 730. *et Barth. ibid.*

SAGMARIVS *epitheton iumentorum, quibus Sagma imponitur, pro to fere locum occupauit* Saginarius. Lamprid. Elag. 4 *inter* ridicula natusconſulta ridicula de legibus matronalibus, quae, quo veſtitu cederet, quae, cui cederet; quae, ad cuius oſculum veniret; quae lento, quae equo ſagmario veheretur. Seru. *ad* Aen. 1, 417 gmarius mulus: *vbi laudat Burmannus Salmaſium Exerc. Plin. p.* 824, ad Vopiſci Aurel. c. 7. *it. Goldaſt. Rer. Alem. T.* 1, 1 *p.* 119. *Omnia quirit Scheffer. l. c.* ¶ 2 *Sunt etiam* Sagmarii *homines rendis ſarcinis et annonae deſtinati, apud* Veget. R. Mil. 2, 10 *de qui-s Stewech. p.* 118 *et* 200.

SAGMARIVM *idem quod* Sagum *apud* Seru. *ad* Aen. 1, 417 *aut rte onus iumento in ſagma impoſitum.*

SAGMEN, ĭnis. n. [ὁ περιστερεών] Feſtus, Sagmina vocantur ver-benae, id eſt herbae purae, quia ex loco ſancto arcebantur (*vid.* ARCEO n. 3) a Conſule, Praetoreue, legatis proficiſcentibus ad foedus faciendum, bellumque indicendum. Vel a Sanciendo, id eſt confir-mando. Naeuius, Ius ſacratum Iouis iurandum ſagmine. Paullus *ex* Feſto *addit*, Naeuii *verſum*, Scapos atque verbenas ſagmine ſum-ſerunt. Liu. 1, 24 Fetialis Tullum ita rogauit, Iubesne me rex cum Patre patrato populi Albani foedus ferire? Iubente rege: Sagmi-na, inquit, te rex poſco. Rex ait, Puram tollito. Fetialis ex arce graminis herbam puram attulit: ita poſtea regem interrogauit: Rex, facisne me tu regium nuntium Populique Rom. Quiritium? vaſa, co-miteſque meos? Rex reſpondit, Quod ſine fraude mea, Populique Rom. Quiritium fiat, facio. *Hactenus Liuius.* Idem 30, 43 Sena-tusconſultum in haec verba factum eſt: vt *Fetiales* priuos lapides ſi-lices, priuasque verbenas ſecum ferrent: vti Praetor Romanus his imperaret, vt foedus ferirent; illi Praetorem ſagmina poſcerent. *Addit de ſuo Liuius*, Herbae id genus ex arce ſumtum dari Fetialibus ſolet. *De ſurdis i. ignobilibus et vulgaribus* herbis. Plin. 22, 2 Quo-niam non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, et in ſacris, le-gationibusque verbenae. Certe vtroque nomine idem ſignificatur, hoc eſt Gramen ex arce cum ſua terra euulſum. Martianus in l. 8 Sanctum D. de diuiſione rerum, Sanctum eſt, quod ab iniuria homi-num defenſum atque munitum eſt. Sanctum autem dictum eſt a ſagmi-nibus. Sunt enim Sagmina quaedam Herbae, quas legati Populi Ro-mani ferre ſolebant, ne quis eos violaret. Sicuti legati Graecorum ea quae vocantur ceryeia. *Quod ait ICtus*, a ſagminibus dictum eſſe ſanctum, *illud forte conuerſum fuerit verius, vt a* ſanciendo *dicta ſint* ſagmina, *vt* fragmina *a* frangendo. *G et C alternant, vt in* Ago, actus, agmen, Seco, ſegmen *etc.* Sagmina *eadem* Verbenae *v. v.*

SAGRA, *Fluuius eſt in ora magnae Graeciae in Italia. Auctor* Plin. 3, 10. Cic. de Nat. Deor. 2, 6 Quum ad fluuium Sagram Crotoni-atas Locri maximo praelio deuiciſſent, eo ipſo die auditam eſſe eam pugnam ludis Olympiae, memoriae proditum eſt. Ibid. 3, 13 De Sagra, Graecorum eſt vulgare prouerbium, qui quae affirmant certio-ra eſſe dicunt, quam ea, quae apud Sagram.

SAGVM, i. n. [τὸ σάγον *vel* σαγίον] *Veſtimentum apertum et infibulatum, quod reliquis veſtimentis ſuperinduceretur. Gallica vox, ſi audimus* Iſid. 19, 24. *Ipſe* Varro de L. L. 4, 35 p. 40, 10 peregri-num *eſſe dicit. Germanis etiam tribuit* Tac. Germ. 17, 1. *Romanis ve-ſtis militum.* Caeſ. B. C. 1, 75 Reliqui — repentino periculo ex-territi, ſiniſtras ſagis inuoluunt, gladiosque diſtringunt, atque ita ſe a cetratis equitibusque defendunt. *De militibus, qui ad colloquium et pacem extra ſua caſtra proceſſerant.* Non. 14, 10 Sagum veſtimentum militare, *quod deinde probat teſtimoniis.* *Ergo* Sagum *fuit Index belli, vt* Toga *pacis, quod tamen Conſulares non geſtabant.* Cic. Philipp. 8, 32 c. 11 Equidem Patres Conſcripti, quamquam hoc honore vſi, to-gati eſſe ſolent, quum eſt in ſagis ciuitas: ſtatui tamen a vobis, caete-risque ciuibus in tanta atrocitate temporis, tantaque perturbatione Rei-publ. non differre veſtitu. Non ita nos gerimus hoc bello Conſulares, vt aequo animo Pop. Rom. viſurus ſit noſtri honoris inſignia. Ad ſaga ire, *et* redire ad togas Cic. Philipp. 14, 2 c. 1. *Conf.* Idem Phil. 5 c. 12. Vell. 2, 16, 4. Hor. Epod. 9, 28 Terra marique victus hoſtis Punico Lugubre mutauit ſagum. Sueton. Auguſto c. 26 Conſulatum viceſimo aetatis anno inuaſit: admotis hoſtiliter ad vr-bem legionibus, miſſisque qui ſibi nomine exercitus depoſcerent. Quum quidem cunctante Senatu, Cornelius Centurio princeps legatio-nis, reiecto ſagulo, oſtendens gladii capulum, non dubitaſſet in curia dicere, Hic faciet, ſi non feceritis vos. Cic. Verr. 5, 93 Tum iſte excitatus exit; audit rem omnem ex Timarchide, ſagum ſumit. *Conf. Turneb. Adu.* 2, 6. *Humiliorum etiam, ſeruorumque veſtis fuit. Sic* Cato R. R. 59 Familiae ſaga alternis annis *dari iubet.* *Quod enim* Sagam *memorant, nihil eſſe videtur.* Ruſticum ſagum Hieron. in Vita Hilarion. *bis.* Grabatus ille verus ſit, et ſagum, et panis durus ac ſordidus Sen. Ep. 18. Primores ſagis velantur, vulgus beſtiarum pecudumque pellibus Pomp. Mela 1, 8 *de Afris barbaris.* Columel. 1, 8, 9 Quae cuncta prohibentur pellibus manicatis, centoni-bus confectis, vel ſagis cucullis: *forte* cucullatis *hic et* 11, 1, 21. ¶ 2 Sagum, *eſt etiam Veſtis ſtragulae genus, non diſſimilis culcito.* Suet. in Oth. c. 2 Ferebatur et vagari noctibus ſolitus, et inualidum quemque obuiorum vel potulentum corripere, ac diſtento ſago impo-ſitum in ſublime iactare. Audieris cum grande ſophos, cum baſia captas, Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago Martial. 1, 4, 7. *Eſt illud ludi contumelioſi genus, de quo agit Libanii Sophiſtae Oratio* περὶ τῦ τά-πητος *contra iuuenes, qui hoc ludibrii genere paedagogum ſuum affecerant.* Plin. 16 *vlt. ad finem, de viſco loquens*, Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit, falce demetit, candido id excipitur ſago. Cic. Fam. 7, 10 Valde metuo, ne frigeas in hibernis: quamobrem ca-mino luculento vtendum cenſeo. Idem Mucio et Manilio placebat, praeſertim qui ſagis non abundares: quamquam vos nunc iſtic ſatis calere audio. *De tegumentis ſ. coopertoriis equorum: vid. Caſaub. ad* Capitolin. Verum 6 *Vbi is* Equum Veri ſagis fuco tinctis coopertum *memorat.* Saga et centones ſub ſellis et ſagmis Veget. Mu-lom. 2, 59, 2. *Vſus eorum quoque eſt ad calefacienda iumenta, vt videre licet ap.* Veget. Mulom. 1, 42, 4. *it.* 3, 15, 16. *De ſagis hoc genus plane detritis intelligi poteſt* Varro de L. L. 4, 35 p. 40, 4 Poſteaquam tranſierunt ad culcitas, quod in ea ſagum, aut tomentum, aliudue quid calcabant, ab inculcando culcita dicta. *Cum ſit in libris antiquis* ſagus, *coniiciunt inde Scal. et Turnebus, legendum* quod in eas acus *etc.* Acus, aceris, *res culcitris apta.* *Sed* Sagum *ſeruat Scioppius.*

SAGOCHLAMYS, ĭdis. f. Veſtis compoſita ex Sago Romano, et Chlamyde Graecanica Treb. Poll. in Claud. c. 14.

SAGVS, i. m. *Veſtimenti genus.* Ennius *apud* Non. 3, 201 Ter-gum ſagus pinguis opertat. Cum neque aptam humeris fibulam mollis ſagus ferret Varro ibid.

SAGVLVM, i. n. Dimin. *Quod indifferenter pro ſago poni videtur.* Virg. Aen 8, 660 Virgatis lucent ſagulis. Caeſ. Bell. Gall. 5, 41 Gladiis caeſpites circumcidere, manibus, ſagulisque terram exhaurire cogebantur. Cic. in Piſon. 54 c. 23 Togulae lictoribus ad portam praeſto fuerunt: quibus illi acceptis, ſagula reiecerunt, et cater-vam imperatori ſuo nouam praebuerunt. *Germani nudi aut ſa-gulo leues* Tac. Germ. 6, 3. Sil. 17, 527

Addit clipeumque iubasque Romulei ducis,
Atque humeris imponit honorem
Fulgentis ſaguli. *i. paludamenti.*

Sic etiam 4, 519 Humeroque refulget Sanguinei patrium ſaguli decus.

Rurſus Sil. 9, 420 Et iuxta ſagulo circumuolitare rubenti Lictorem. *Fuit itaque* Saguli, *vt* paludamenti *appellatio communis imperatoriae veſti et lictoris. Vid.* PALVDATVS lictor. Liu. 7, 34 Haec omnia ſagulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne ducem circumire hoſtes notarent, perluſtrauit. Sagulum Hiſpanum Liu. 27, 19. Idem 21, 4 Multi ſaepe militari ſagulo opertum, humi iacentem, inter cuſtodias, ſtationesque militum conſpexerunt.

SAGATIO, onis. f. πάλμὸς Gloſſ. Lat. Gr. *vid.* SAGVM.

SAGĀTVS, a, um. Adi. [σαγαφόρος] *Qui ſago indutus eſt.* Suet. in Caeſ. c. 48 Conuiuatum aſſidue duobus tricliniis, vno quo ſagati, palliatiue, altero quo togati cum illuſtrioribus prouinciarum diſcumberent. Deinde cras ſagati prodeamus Cic. Philipp. 14, 1. Cic. ad Caeſarem iuniorem *apud* Non. 14, 10 Pridie Nonas Februarias, quum ad te literas mane dediſſem, deſcendi ad forum togatus, quum reliqui Conſulares ſagati vellent deſcendere. Capitolin. Antonin. Phil. 27 Per Brunduſium veniens in Italiam, togam et ipſe ſumſit, et milites togatos eſſe iuſſit: nec vnquam ſagati fuerunt *(in vrbe, in Italia)* milites. Galli ſagati, braccatique Cic. pro Font. 23 c. 11. Martial. 6, 11 *comparat ſuam paupertatem cum Marci luxuria*, Te Cadmaea Tyros, me pinguis Gallia veſtit, Vis te purpureum, Marce, ſagatus amem? Cultam veſtitamque familiam vtiliter magis habeat quam delicate, id eſt, munitam diligenter a frigoribus et imbribus: quae vtraque prohibentur optime pellibus manicatis et ſagatis cucullis Colum. 11, 1, 21. Sagis cucullatis *mihi magis probari, oſtendi, vid.* CVCVLLATVS.

SAGVLĀTVS, a, um. Adi. [σάγανον ἐνδεδυμένος] *Sagulo indutus.* Suet. in Vitell. c. 11 Vrbem denique ad claſſicum introiit paludatus ferroque ſuccinctus, inter ſigna atque vexilla, ſagulatis comitibus, ac detectis commilitonum armis.

SAGARIVS, i. m. [σαγοπώλης] *Qui ſaga vendit.* Gruter. Inſcript. p. 650 n. 2 MERCATOR SAGARIVS. COLLEG. SAGARIOR. Spon. Miſc. p. 67.

SAGARIA, ae. f. [σαγοπωλεία] *Eſt proprie Adiectiuum*, Negotiatio Sagaria, *vt ab* Argento, Argentaria. Vlp. in l. procuratores D. de Tributaria actione, Duas negotiationes exercebat, puta ſagariam et linteariam. Sagaria communio: Vlp. in l. Cum duobus §. Quidam D. pro ſocio, Quidam ſagariam communionem inierunt. Facere ſagariam Apul. Met. 1 p. 105. Senatus auctoritate ſagaria Siſenna *apud* Non. 14, 10 *forte de tali perturbatione agens, vbi Senatus ſagis ſumendis periculum Reip. indicaret.*

SAGESTRE, is. n. *Huc refert* Turnebus 12, 16 *et ſic explicat; Operimentum craſſum, vt ſagorum erat craſſior pannus. Fundus eſt verſus* Lucilii *apud* Non. 14, 3 Penula, ſi quaeris, cantherius, ſeruus, ſegeſtre. *Sic Mercer. p. 537. et ſic legendum. Vid.* SEGESTRE.

SAGVNTIA, ae. f. [Σαγυντία] *Ptolemaeo 2, 4. et* Plin. 3, 3 *Hiſpaniae vrbs. Eidem etiam* Sarguntia *dicta c. 1.*

SAGVNTVS, *vel* SAGVNTVM. [Σάγυντος] *Hiſpaniae ciuitas vltra Iberum fluuium a Zacynthiis condita.* Florus 2, 6 Saguntus vetus Hiſpaniae ciuitas, et opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem ſed triſte monumentum. Strabo 3 *Saguntus (inquit) occurrit a Zacynthiis condita, quam Annibal contra Populi Romani foedera diruens, belli Punici ſecundi ſuſcitauit incendium. Vrbis ſitum eleganter deſcribit* Silius 1, 271 *ſqq.* Liu. 21 *ab initio per bonam partem libri res et fatum vrbis deſcribit.*

SAGVNTINVS, a, um. Saguntini *ciues Sagunti* Liu. 21, 2 *etc.* Saguntinae ficus Cato R. R. 8, 1.

S A I

SAIONES, *miniſtri iudiciorum, lictorum quoddam et exactorum genus.* Caſſiod. Var. 12, 3 *officium praeſcribit* Vniuerſis Saionibus, qui ſunt Cancellariis deputati.

S A L

SAL, ſalis. m. *et* n. [ἅλς] *Denſatus ille liquor, quo in condiendis cibis vtimur. A Graeco ἡ ἅλς, Spiritu aſpero, vt ſollemne eſt, in ſibilum tranſeunte. Neutro genere etiam dictum, oſtendit* Non. 3, 197 Varro, Commentario veteri Fabii Pictoris legi, Muries fit ex ſale, quod ſale ſordidum ſuſtum *(leg.* tunſum) eſt, et in ollam rudem fictilem adiectum eſt, et poſtea id ſal Virgines Veſtales ſerra ferrea ſecant. *Ponamus etiam locum* Feſti, *cum in* MVRIES *omiſſus ſit*, Muries eſt, quemadmodum Veranius docet, ea, quae fit ex ſale ſordido in pila pinſato, et in ollam fritilem coniecto, ibique operto gypſatoque et in furno percocto, cui Virgines Veſtales ſerra ferrea ſecto, et in feriam coniecto, quae eſt intus in aede Veſtae, in penu exteriore, aquam iugem, vel quamlibet, praeterquam quae per fiſtulas venit, addunt, atque ea demum in ſacrificiis vtuntur. *Plerumque tamen Maſculini generis eſt.* Cato *apud* Priſcian. 5 p. 659 Ex ſale, qui apud Carthaginienſes fit. Idem R. R. 88 Salem candidum ſic facito. Amphoram — impleto aquae purae, in ſole ponito: ibi fiſcellam cum ſale populari ſuſpendito, et quaſſato, — donec ſal deſiuerit tabeſcere — — Ea muries erit, vel carnem, vel caſeos, vel ſalſamenta quo condias. Eam muriam — in ſole ponito. Vsque adeo in ſole habeto, donec concreuerit: inde flos ſalis fiet. Floris ſalis *mentio etiam* Plin. 31, 10. Idem 31, 9 Nihil vtilius ſale et ſole totis corporibus, dicunt: *quod ad Podagras in primis applicat. Sed plurima de* ſale *ibi* Plinius, *nempe, 31, 7 - 10 qui eſt locus claſſicus.* Salluſtius in Iugurtha c. 89 Neque ſalem, neque alia gulae irritamenta. Plaut. Caſin. 3, 2, 8 *in ſenem nullius pretii*, Non ecaſtor vili eſt emtus, modio qui venit ſalis. *Serui viliſſimi apud Graecos ἁλώνητοι ſale paruo emti. Ergo auget vilitatem, cum dicit* non vili eſſe emtum, *licet* venerit vno ſalis modio. Cic. de Amicit. 69 c. 19 Verumque eſt illud quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, vt amicitiae munus expletum ſit. Concha ſalis puri Hor. Serm. 1, 3, 14. Animam pro ſale datam ſui ait Chryſippus Cic. de Nat. Deor. 2, 160 c. 64. *Add.* de Fin. 5 c. 13. Varr. R. R. 2, 4, 10. *et mox* SALILLVM. ¶ 2 Ammoniacus ſal Scribon. 45 *etc.* Foſſicius ſal Scribon. 60. 206. Marinus 217. Frictus Col. 7, 5, 9. Veſco ſale ſaxa pereſa. Lucret. 1, 327 *de aqua marina.* Sal torridus Columel. 7, 5, 8. Sal foſſilis Celſ. 6, 13. *et* Columel. 6, 33, 1 *vbi alii* Fuſilis. Coctum Col. 12, 53, 4. Varro R. R. 1, 7, 8 In Gallia transalpina — aliquot regiones acceſſi, — vbi ſalem nec Foſſicium nec Marinum haberent; ſed ex quibusdam lignis combuſtis carbonibus ſalſis pro eo vterentur. Sal montanus, Hiſpanus, Ammoniacus, Cappadocus minute tritus et immiſtus melli Colum. 6, 17, 7. *Se*[…] Auſon. Eid. 17 p. 481 Irritamentum quibus additur, aequoreum Sal[…] Plin. 31, 7 Sed et ſumma fluminum denſantur in ſalem, amne reliqu[o] veluti ſub gelu fluente, vt apud Caſpias portas, quae ſalis flumina appellantur. Idem 33, 4 Torretur et cum ſalis grumo. Gran[a] Salis Scribon. 135. Plin. 32, 7 ſ. 39 Sunt et Montes natiui ſalis vt in Indis Oromenus, in quo lapicidinarum modo caeditur renaſcens maiusque regum vectigal ex eo eſt, quam ex auro atque margaritis[.] Adſpergere ſalem carnibus, *et* Sale carnes, *vid.* ADSPERGO. Ou[a] plurimum habentia ſalis Scribon. 185. *i. probe ſalita.* Obruere ſale *vid.* OBRVO. Salem Lingere, *de tenuiſſimo victu. vid. Lambin ad* Hor. Od. 1, 16. *Meurſ. de Luxu Rom. Mantiſſ. c. 2.* Sales *Plur. pro Condimento ipſo.* Columel. 7, 8, 4 Adſpergitur tritis ſalibus *Add.* Varr. 2, 11, 5. Colum. 7, 4, 8 *etc.* ¶ 3 Sal, *Vitium in gemmis.* Plin. 37, 2 *de murrhinis*, Translucere quidquam, aut pallere vitium eſt: item ſales verrucaeque non eminentes, ſed, vt in corpore etiam, plerumque ſeſſiles. *Fuerint ergo* Sales *aſperitates quaedam tactu deprehenſae.* Calor, ſanguis, ſudor auiditatem animalium naturali ſale, augent Plin. 10, 72 ſ. 93. *quod Harduin. interpretatur d[e] naturali incitamento ſ. ſtimulo ad cibum potumue.* ¶ 4 Sal [σοφία] *pro Sapientia.* Ter. Eun. 3, 1, 10 Labore alieno magnam partam gloriam, verbis ſaepe in ſe transmouet, qui habet ſalem, qui in te eſt. Vbi Donatus; Sal neutraliter Condimentum: Maſculinum pro Sapientia. *Sed Bentl.* Qui Sal habet, Quod in te eſt, *etiam contra hunc et* Priſcianum, *et* Nonium 3, 197 *defendit. Mureto* Sal[e] *placuerat. Vid. mox n. 6. Notat autem non ſimpliciter ſapientiam, ſe[d] hilarem quandam, et placentem in primis quodam mordaci acumine ſapientiam. Eſt igitur* Sal *Venuſtas quaedam viuida et agilis, ſenſum afficien[s] iucunde, tum Vrbanitas, iocus, et dicta ad riſum vel delectationem compoſita, tam Singulari quam Plurali numero.* Afranius *apud* Priſcian 5 p. 659 Vt quidquid loquitur ſal merum eſt! Lucret 4, 1156 Paruula, pumilio, χαρίτων ἴα, tota merum ſal. Catull. de Quinti[a] (87) 85 Totum illud, formoſa, nego: nam nulla venuſtas, Nulla i[n] tam magno eſt corpore mica ſalis. *Vid.* Quinctil. 6, 3. *Victoriu[s] Variar. lect. 12, 13* Salem *apud* Catullum *interpretatur Venuſtatem, a[r]gutiamque ac leporem: quomodo Graeci ſalſam ſua voce quae huic reſpondet, acremque pulchritudinem appellabant, ἁλμυρὸν καὶ δριμὺ κάλλος intelligentes non inertem, nec parum aptam ad conciliandos ſibi eos, qui vi[derint?] diſſent: ſed contra miſtam venuſtate quadam, ac factam ad alliciendum quaeque tanquam pungit ac vehementer commouet, vt dapes ſale condita delectare magis excitareque deſiderium cibi conſueuerunt. Id teſtatus e[ſt] Plutarchus in 5 lib. συμποσιακῶν capite extremo. Haec Victorius.* Plin 31, 7 Ergo hercule vita humanior ſine ſale nequit degere, adeoque neceſſarium elementum eſt, vt tranſierit intellectus ad voluptates anim[i] quoque. Nam ita ſales appellantur, omnisque vitae lepos et ſumma hilaritas, laborumque requies non alio magis vocabulo conſtat. Martial. 3, 20 Lepore tinctos Attico ſales narrat. Homo ingenioſus, acutus, acer, et qui plurimum in ſcribendo et ſalis habet et fellis Plin. Ep. 3, 21, 1. *de Martiale.* Salis enim ſatis eſt, ſannionum parum Cic. Fam. 9, 16. *i. ſatis materiae ad ridendum, ſatis ingenii, ſed pauci audent ridere ob metum, pauci poſſunt ob calamitatem temporum.* Cic. Orat. 87 c. 26 Huic generi orationis adſpergentur etiam ſales. Idem Q. Fratr. 1, 2, 2 Quibus quidem in rebus ſi apud te plus auctoritas mea, quam tua, ſiue natura paullo acrior, ſiue quaedam dulcedo iracundiae, ſiue dicendi ſal, facetiaeque valuiſſent, nihil ſane eſſet quod nos poeniteret. In cauillando natura inuenuſtus, nec arte conditus, diluti ſalis et fellis ignaui Auſon. Epiſt. 11. Librorum ſales Propert. 3, 21, 28. Cic. Att. 1, 10 Pure loquuntur *epiſtolae tuae*, cum humanitatis ſparſae ſale, tum inſignes amoris notis. Idem Tuſc. 5, 55 C. Caeſaris in quo mihi videtur fuiſſe ſpecimen humanitatis, ſalis, ſuauitatis, leporis. Idem Off. 1, 135 c. 37 Sale ver[o] et facetiis Caeſar Catuli patris frater vicit omnes. Cic. de Finib 1, 8 Quem quidem locum cum multa venuſtate et omni ſale, *etc* Amari ſales, *vid.* AMARVS. Adſperſi ſales Claud. in prim. Con[ſ.] Stilich. 2, 170. Facetus ſal Plin. 36, 63. Seneca Suaſori[a] prima, Calliſthenem occidit Alexander propter intempeſtiue Libero ſales. Sale Nigro delectari, *iocis amaris* Hor. Epiſt. 2, 2, 60. Sen de Tranquill. Vitae 1, 4 Quidam vrbanitatem neſciunt continere, nec periculoſis abſtinere ſalibus. Stat. Silu. 1, 6, 6 Et ridens iocus, et ſales proterui. Vehemens ſalibus natis intra pomoeria, *h. e. Vrbanis, non ruſticis* Iuuen. Sat. 9, 11. Tota illa comicorum Poëtarum manus in me Venenatos ſales ſuos effudit Sen. de Vita beata c. 27. Verſiculi habent ſalem ac leporem Catul. ad Aurelium ſ. 16, 7. Vrbani ſales Cic. Fam. 9, 15. *Peculiari ratione* Nep. 25, 13, 2 Tectum antiquitus conſtitutum plus ſalis quam ſumtus habebat: ſali[s] *i. venuſtatis ab arte et ingenio architecti et domini. Affine tamen e[ſt] illud amici Nepotis,* Catulli 85 Nulla in tam magno eſt corpore mic[a] ſalis. ¶ 5 Sal, *aliquando Mare dicitur, quia ſalſum eſt, e[t] ex cuius aqua ſal elicitur, plane vt ἅλς Graecorum.* Virg. Aen. 1, 39 E[t] ſpumas ſalis aere ruebant. Idem Aen. 5, 848 Mene ſalis placid[i] vultum, fluctusque quietos Ignorare iubes? Idem Aen. 3, 383 *et* 10, 214. Catull. Argon. ſ. 63, 67 Fluctus ſalis alludebant. *Et* 12[…] Tum tremuli ſalis aduerſas procurrere in vndas. Veſco ſale ſax[a] pereſa Lucret. 1, 327. ¶ 6 Sal, *quatenus Maſculinum eſt eſſe ab integro* Salis: *quatenus Neutrum a Nominatiuo* Sale, *probabil[e] eſt.* Ennius *apud* Gell. 2, 26 Caeruleum ſpumat ſale conferta rat[e] pulſum. *Quam lectionem firmat* Priſcian. 5 p. 639 Etiam *hoc Sale* Ennius protulit *etc. Quin* Chariſ. 1 p. 13 *extr.* Sale *ſemper, vt* mar[e] et lacte dici debere *contendit. Muretus etiam* Ter. Eun. 3, 1, 10 *legit*, qui ſale habet. Sal *Monoſyllabum produci, ait* Beda de metris p. 2359 *bis.* Auſon. Epigr. 86 Sal, oleum, panis, mel, piper herba, nouem.

SALIFODINA, ae. f. *Locus vbi ſal effoditur, vt* Aerifodina. Vitruu. 8, 3 Per ſalifodinas percurrentes fontes et lacus.

SALARIVS, i. m. [ἁλοπώλης] *Qui ſalem vel ſalſamenta vendit* Martial. 1, 42 Quod viles pueri ſalariorum.

SALARIVS, a, um. Adi. [τοῦ ἁλὸς] *Quod ad ſalem pertinet* Liu. 29, 37 Vectigal etiam nouum ex ſalaria annona ſtatuerunt Plin. 31, 7 Sicut apparet ex nomine Salariae viae, quoniam illa ſal i[n] Sabinos portari conſueuerat. Salaria via Romae eſt appellata, qui[a] per eam Sabini ſal a mari deferebant Liu. 7, 9. *Memorat illam* Varro R. R. 1, 14, 3. 3, 1, 6. 3, 2, 14. *Conf.* Feſt. *et* Suet Ner. c. 48.

SALARIVM, i. n. [μισθὸς] *Stipendium, ſeu Merces, quam qui[s] pro opera vel miniſterio accipit: a* Sale *originem habere vel ipſius voca[…]*

bul

ili ſono notum eſt: Plin. 31, 7 Honoribus etiam militiaeque interponitur ſalariis inde dictis. Vopiſcus in Aureliano 9 Nam illi Romam venienti ſalaria ſui ordinis ſunt decreta. *Deinde*, Panes militares numero ſedecim, panes militares caſtrenſes quadraginta, vini menſalis ſextarios quadraginta, porcellum dimidium, gallinaceos duo, porcinae pondo triginta, *et quae ſequuntur, e quibus intelligimus, annonam cuique deſtinatam et aſſignatam* ſalarium *dici. Latius tamen ſtuit hoc vocabulum, ſignificauitque non tantum annonam, verum etiam commoda et ſtipendium.* Plin. 34, 3 *pr.* Nec pudet tribunorum militarium ſalariis emere. *Quod* Iuuenalis *dicit*, Sat. 3, 133 Alter enim quantum in legione Tribuni Accipiunt, donat Caluinae vel Catienae. Salario aliquem ſuſtentare Sueton. Tiber. c. 46. Salarium Proconſuli ſolitum offerri Tacit. Agric. 42, 5. Salarium annuum, et ſalarium conſtituere Scaeuola in l. vlt. D. de act. et obligat. *add.* Sueton. Ner. c. 10. Capitol. in Anton. Pio c. 7. *et* in Alb. c. 10. Spartian. in Nigro c. 7. Sidon. 5, 7.

SALARIARIVS, i. m. *Cui ſalarium ſoluitur.* Vlpian. Niſi ſalariarius fuit, et hoc conuenit, vt ſumtus de ſuo faceret ad haec munera. hoc eſt, de ſalario l. 17 Dig. t. 1 leg. 10 §. 9.

SALSVS, a, um. Adi. [ἁλικός, ἁλυκός, ἁλμυρός, ἁλμυρώδης] *Quod ſalis ſaporem habet, ſiue quod ſale conditum aut aſperſum eſt. Habet formam participii a* Sallo, *vt a* Fallo falſus. Plaut. Rud. 2, 7, 31 *de naufragio ridicule iocans*, Quaſi vinis Graecis *(quae muria vel aqua marina temperantur)* Neptunus nobis ſuffudit mare: Itaque aluum prodi (*leg.* proluui) ſperauit nobis ſalſis poculis. Hoc ſalſum eſt parum Ter. Adelph. 3, 3, 72. Aequora ſalſa Hor. Epod. 16, 34. Fluctus ſalſos ore reuomere Virg. Aen. 5, 182. Ius ſalſiſſimum Scribon. 185. Lacrimae ſalſae Lucret. 1, 126. Robigo ſalſa Virg. Georg. 2, 220. Corporis ſalſi humor Lucret. 4, 223. Sudor ſalſus Virg. Aen. 2, 273. *Compar.* Marina aqua ſalſior Plin. 31, 7 *extr.* *Superl.* Mare ſalſiſſimum Plin. 31, 6. ¶ 2 Salſus *etiam pro Faceto.* Quintil. 6, 3, 18 Salſum in conſuetudine pro ridiculo tantum accipimus: natura non vtique hoc eſt: quamquam et ridicula oporteat eſſe ſalſa. Nam et Cicero omne quod ſalſum ſit, ait eſſe Atticorum; non quia ſunt maxime ad riſum compoſiti: et Catullus cum dicit, Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis, non hoc dicit, nihil in corpore eius eſſe ridiculum. Salſum igitur erit, quod non erit inſulſum velut quoddam ſimplex orationis condimentum, quod ſentitur latente iudicio, et velut palatum excitat, quod et a taedio defendit orationem. Sane vt ille in cibis paullo liberalius aſperſus, ſi tamen non ſit immodicus, affert aliquid propriae voluptatis: ita hi quoque in dicendo habent quiddam, quod nobis faciat audiendi ſitim. Ciceronis *locus eſt* Orat. c. 26 Quidquid eſt ſalſum aut ſalubre in oratione, id proprium Atticorum eſt: e quibus tamen non omnes faceti. Cic. Philipp. 2, 42 Salſus homo. Idem Fam. 9, 15 Accedunt non Attici, ſed ſalſiores quam illi Atticorum, Romani veteres atque vrbani ſales. Si adiunctum eſt ambiguum, ſit ſalſius Cic. de Orat. 2 c. 63. Quae dicuntur, ſalſiora videri ſolent Idem ibid. 2 c. 71. Fuit, vt mihi quidem videtur, ſalſiſſimus Idem ibid. c. 63.

SALSE. Adu. [ἁλμυρῶς] Cic. de Orat. 2, 275 c. 68 Valde haec ridentur, et hercule omnia quae a prudentibus, quaſi per diſſimulationem non intelligendi, ſubabſurde ſalſeque dicuntur, *i. Acute, et quaſi cum quodam morſu.* Dicere ſalſe Quinctil. 6, 3 *extr.* *Compar.* Nihil dicitur ſalſius Quinctil. ibid. Salſiſſime dici Cic. de Orat. 2 c. 54.

SALSVLVS, a, um. Adi. Mela 2, 5 *in Gallia Narbonenſi*, Salſae *(aquae)* fons non dulcibus, ſed ſalſioribus etiam, quam marinae ſunt, aquis defluens. Ammian. 28, 4 Aqua ſalſula.

SALSIVSCVLVS, a, um. Adi. Dimin. Auguſt. Confeſſ. 8, 3 [illegible]rioſi ſalſiuſcula comedunt.

SALSAMEN, inis. n. Arnob. 7 p. 230 Pulpamenta et ſalſamina.

SALSAMENTVM, i. n. [τάριχος, ζάμαξ, ὀξύγαρον] *Quod ſale conditur ad vſum diuturnum, vt piſces, et caetera id genus.* Ter. Adel. 3, 3, 27 Salſamenta haec Stephanio fac macerentur pulchre. Varr. de R. R. 3, 17 Praeterea ſalſamenta in eas piſcinas emticia coniiciebat. *Sic* Cic. de Diuin. 2, 117 c. 57 De vino aut ſalſamento ipſos loqui, quae euaneſcunt vetuſtate. *Adde* Columel. 12, 53, 4. Cil. 2, 7.

SALSAMENTARIVS, a, um. Adi. [ταριχοπωλικός] *Quod ad ſalſamenta pertinet.* Plin. 32, 8 Quin et teſtis cadi ſalſamentarii cinis cum axungia vetere, mirum in modum prodeſt. Columel. 2, 2, 16 In vaſis oleariis, ſalſamentariisque. Plin. 28, 9 Parotidas admiſta farina ſalſamentariae teſtae. Subaud. Sanat. *Add.* Pallad. Iun. t. 3.

SALSAMENTARIVS, i. m. [ταριχοπώλης] *Qui ſalſamenta vel facit, vel vendit.* Auctor ad Herennium 4 c. 54 Vt ſi ſalſamentarii filio dicas: Quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat. Sueton. in Vita Hor. Patre, vt vere creditum eſt, ſalſamentario.

SALSILĀGO, inis. f. *Humor ſalſus, vel ſale abundans.* Plin. 31, 7 Salſilago tota liquida. Ciceris natura eſt, gigni cum ſalſilagine Idem l. 12. *add* 35, 13. *et* 36, 23.

SALSŪGO, inis. f. Plin. 31, 7 *extr.* Appellatur in ſalinis ſalſugo. Remittere ſalſuginem Vitruu. 2, 4.

SALSITVDO, inis. f. *Conditio, natura ſalſi corporis.* Plin. 20, 14 Salſitudo corporis. Vitruu. 1, 4 Inconſueta ſalſitudo.

SALSIPOTENS, *Neptuni epitheton.* Plaut. Trin. 4, 1, 1.

SALSVRA, ae. f. [ταρίχευμα] *Idem quod Salſamentum.* Columel. 8, 17, 13 Nulla tamen aeque quam praedictae ſalſurae pabulum, commode dantur, quoniam odorata ſunt. *Idem frequenter* 12, 53. Salſura ſuillae carnis Idem 12, 21. *Et* Varro de R. R. 2, 4, 18 Corpus ſuis in ſalſura fuit. Plaut. Curc. 2, 1, 27 Nondum ſalſura ſat bona eſt. Idem Stich. 1, 2, 35 Ita meae animae ſalſura euenit, *i. halitu vitio, o filiae, bono et ſano iam euenit oſculis veſtris ſalſura quaedam et condimentum ſenili animae meae.*

SALSĒDO, inis. f. *Ipſe ſalis ſapor.* Vet. Onom. Salſedo ἅλμη.

SALĪNA, ae. f. *et frequent. plur.* SALINAE, arum. [ἁλαί, vel ἁλαί, Vet. Gloſſ.] [ἁλυκίς] *Locus vbi fit ſal.* Cic. Att. 5, 12 De ſtrue ſalinarum plane rogo. Idem pro Lege Manil. 16 c. 6 Cum publicani familias maximas, quas in ſalinis habent, quas in agris, quas in portubus atque cuſtodiis magno periculo ſe habere arbitrantur. *al.* Saltibus. *Vid. Turneb. Aduerſ.* 1, 5. *Lipſ. de Magnit. Rom.* 2, 1. Salinae ab ora maritima remotiſſimae Cic. de Nat. Deor. 2, 132 c. 53. Salis magna vis ex ſalinis congeſta Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 37. Stagnum ſalinarum Hirt. Bell. Afric. 8. *Metaphor.* Cic. Fam. 7, 32 Quibus in literis omnia mihi periucunda fuerunt, praeter illud, quod parum diligenter poſſeſſio ſalinarum mearum a te procuratore defenditur. *Sed proprie* Salinas celebrare Manil. 5, 682. *qui claſſicus eſt.* *Conf.* Rutil. Itin. 1, 475 *ſeqq.* Vitruu. 1, 9. Solin. c. 11. Columel. 2, 2. Gai. ICt. D. 3 t. 4. l. 1.

SALINACIDVS, *vid.* SALMACIDVS.

SALĪNVM, i. n. [ἁλοδοχεῖον] *Vaſculum in quo ſal reponitur, tum ad menſae vſum, tum ad ſacrificia paratum.* Perſ. Sat. 3, 25 — Purum et ſine labe ſalinum. Liu. 26, 36 Vt ſalinum patellamque deorum cauſa habere poſſint. Exiguum ſalinum Stat. Silu. 1, 4 *extr.* Reguſtatum ſalinum digito terebrare Perſ. Sat. 5, 138 *parce nimis et tenuiter viuere.* Hor. Carm. 2, 16, 13 Viuitur paruo bene, cui paternum Splendet in menſa tenui ſalinum. Vterque patellam Deorum et ſalinum habuit Val. Max. 4, 4, 3. Salinum in menſa pro Aquali ſolitum eſſe poni ait Verrius *apud* Feſtum cum patella, quia nihil aliud ſit ſal, quam aqua. *Pergit* Feſtus, Salinum, cum ſale in menſa ponere figulis religioni habetur, quod quondam in Eſquilina regione figulus, cum fornax plena vaſorum coqueretur, atque ille proxime eam conuiuatus ſuper modum potus ſomno eſſet oppreſſus cum conuiuis ſuis, praeteriens quidam petulans oſtio patente ex menſa ſalinum coniecit in fornacem, atque ita incendio excitato figulus cum ſuis concrematus eſt. *Haec ille.*

SALILLVM, i. n. Plaut. Trin. 2, 4, 91 Verum nos homunculi ſalillum animae. *An ad eos reſpicit, quibus anima pro ſale eſt, vt de ſuibus Chryſippus. Vid.* SAL. Purior ſalillo *culus* Catull. ad Furium ſ. 23, 19.

SALINARIVS, a, um. Adi. *Ad ſalem ſpectans* Vitruu. 8, 3.

SALINARIVM, i. n. *Locus, vbi ſal exhauritur.* Vtinam ſubmergatur in thermis aut ſepeliatur in ſalinario Heduorum Sarisber. Epiſt. 196.

SALINĀTOR, ōris. m. *Qui rei ſalariae operam dat.* Arnob. inter artifices numerat 2 p. 10. *Et hinc* Liuio Salinatori *cognomen eſt.* Liu. 29, 37 *de M. Liuio, et C. Claudio cenſoribus loquens.* Vectigal etiam nouum ex ſalaria annona ſtatuerunt, Sextante ſal et Romae, et per totam Italiam erat. Romae pretio eodem, pluris in foris et conciliabulis, et alio alibi pretio praebendum locauerunt. Id vectigal commentum alterum ex Cenſoribus ſatis credebant, populo iratum, quod iniquo iudicio quondam damnatus eſſet: et in pretio ſalis maxime oneratas tribus, quarum opera damnatus erat, credebant. Inde Salinatori Liuio inditum cognomen. *Haec Liuius.* Cic. in Bruto 73 Ludi iuuentutis quos Salinator Senenſi praelio vouerat. *Quo in loco* πρόληψις *eſt; nam quum ludos vouit, nondum Salinator dicebatur, vt ex verbis Liuii apparet, ſcribentis eum, quum Cenſor eſſet, id eſt annis tribus poſtquam Conſul ludos vouerat,* Salinatorem *appellatum fuiſſe. Sic* Tarquinius *eidem de* Legibus 1, 4 *dicitur, qui nondum* Tarquinius *appellabatur. Praelium autem Senenſe deſcribit* Liu. 27, 46.

SALIO, *vel* SALLIO, īre. *itemque* SALLO, ĕre. [ἁλίζω] *ſale condire ſignificant: et non niſi orthographia et coniugatione diſcreta ſunt.* Priſcian. 10 *extr.* *Sallio ſallitum* facit, *Sallo ſalſum*, quomodo *vello vulſum. (Commodius exemplum eſt.* Fallo falſum) Siſenna, Sic in eam paludem multi piſcium ſaliendorum cauſa a nauibus ſemionuſtus (ſ. nauibus ſemionuſtis) commeant. A *ſallio ſalliendorum* dixit, non *ſallendorum.* Salluſtius vero in 3 Hiſtor. Parte conſumta reliqua cadauerum ad diuturnitatem vſus ſallerent; *ſallerent* dixit a *Sallo* non a *Sallio.* Similiter Lucilius in 8 *Sallere murenas mercem in frigidaria ferre.* Inde etiam Futuri Participia, *Sallituгus* et *Salſurus.* Naeuius, *Sallliturus iſtaec mittam Salem.* Mummius, *Iſtaec ſum multo ſale ſalſurus.* Sed etiam Praeteriti Participium *Sallitus* et *Salſus.* Cornelius Seuerus in 8 de ſtatu ſuo, *Ad quem ſalliti pumiliones afferebantur. Haec Priſcianus.* Cato R. R. 23 Oleae caducae ſalliantur. *Et* 162 Sallire pernas. *Add.* Varro R. R. 1, 2 *extr.* *vbi* Salire *quidam, quidam* Salere. *Etiam* Varro de L. L. 4, 22 p. 28, 28 Nam id pecus primum occidere coeperunt domini, et vt ſeruarent, ſalere. *Sic Scal.* Colum. 12, 53, 2 Cocto ſale — diligenter ſalito. *Al.* inſallito. *Et* 7, 7, 2 Pecora ferro necanda, et ſalienda. Salire oliuam Idem 12, 48, 3. Celſ. 2, 18 Item piſces omnes, qui ſalem non patiuntur ſolidiue ſaliuntur. ¶ 2 Salio, Salii, Saltum. *Vid. infra ſ. l.*

SALIENS. Partic. *Huc refertur* Hor. Od. 3, 23 *extr.* Mollire auerſos penates Farre pio et ſaliente mica. *Sic* Ouid. Faſt. 4, 409 Farra deae, micaeque licet ſalientis honorem Detis, et in veteres turea grana focos. *Denique* Tib. 3, 4, 10 Omina noctis Farre pio placant, et ſaliente ſale. *Sed videntur haec referri ad alterum quoque verbum* Salio *poſſe, cum ſit natura Salis, vt reſiliat ab igne cum crepitu quodam; quin poſſis putare, hanc naturam Salis appellationi occaſionem dediſſe. Apud Graecos etiam* ἅλς, ἁλίζω, ἅλλομαι *cognata ſunt.*

SALITVS, a, um. Salita oliua Pallad. Oct. t. 10, 1. Salitus thynnus Colum. 6, 32, 1. Sallitus *habuimus in Verbo.*

SALITOR, ōris. *Afferebatur ex* Cic. Att. 4, 17. *Sed ibi ita legitur,* Accepi — literas — datas a litoribus Britanniae. *Vnde fecerant* data ſalitoribus.

SALITŪRA, ae. f. [ταρίχευσις] *Condiendi ſale ratio* Columel. 12, 21, 3 Foenum graecum quum eſt aridum factum, molitur, et ex eo molito poſt ſaliturам muſti cochlear cumulatum.

SALACCACABIA, orum. n. *i. ſalſitia, inteſtina farta: vid.* Apic. 4. 1.

SALACIA, ae. f. [Σαλακία] *Amphitrite, Dea aquae.* Feſtus Paulli Salaciam dicebant Deam aquae, quam putabant ſalum ciere, hoc eſt mare mouere: vnde Ouidius, — Nymphaeque ſalaces. quo vocabulo Poëtae pro aqua vſi ſunt. Pacuuius, Hinc ſaeuitiam Salaciae fugimus. *Haec ille.* Oceanus et Salacia, caeli ſatu, terraeque conceptu generati Cic. de Vniuerſ. 35. Gellius 13, 22 In Romanis comprecationibus, quae ritu Romano fiebant, *nominari ait* Luam Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini. *Eſt ergo* Salacia, *quam Poëtae* Amphitriten *appellant.* Salmacia *item dicitur, vt in antiquo Lexico legiſſe ſe Turnebus ſcribit. Vid.* Auguſt. de Ciuit. Dei Iam vtique habebat Salaciam Neptunus vxorem, quam inferiorem aquam maris eſſe dixerunt. — Venilia vnda eſt, quae ad litus venit: Salacia, quae in ſalum redit. ¶ 2 Salacia *Vrbs ad Tagum Luſitaniae fluuium* Plin. 4, 22.

SALACOMA, atis. n. [σαλάκωμα] Cic. Att. 14, 2 Altera epiſtola de Madaro ſcripta: apud quem nullum ſalacoma, *i. apud quem nulla mea fuit inanis iactantia, tanquam interitu Caeſaris recuperata Republica. al.* φαλάκρωμα.

SALĂCON, *vel* SALĂCO, onis. m. *Autolyci pater, molliculus,* et

et deliciis diffluens, infamatusque propterea. Ariſtoteles in Rhetoricis a Delicato diſparare Salaconem *videtur; nam diuitum mores exprimens, eos eſſe ait* Trypheros, *id eſt delicatos et* Salaconas. *Et* Trypheros *quidem ob delicias et felicitatis oſtentationem:* Salaconas *autem et* Soloecos, *quia inſueuerint, omnes circa id, quod amant immorari, quodque admirantur ac putare eisdem caeteros affici quibus ipſi.* Cael. Rhodig. 12, 16 *Heſychio et Suidae, is dicitur* Salacon, *qui totidem fere literis* ἀλάζων *vocatur, id eſt Superbus, arrogans, glorioſus, iactabundus, inſolens, praeferox.* Cic. Fam. 7, 24 Cognoſti meam cauſam et iſtius Salaconis iniquitatem. *Etiam 16, 18 Victorius* Salaco *malit, vbi nunc eſt* Helico nequiſſimus.

SALAMANDRA, ae. f. [σαλαμάνδρα] Plin. 10, 67 Sicut ſalamandra, animal lacerti figura, ſtellatum, nunquam niſi magnis imbribus proueniens et ſerenitate deficiens. Huic tantus rigor, vt ignem tactum exſtinguat non alio modo quam glacies. Eiusdem ſanie, quae lactea ore vomitur, quacunque parte corporis humani contacta, toti defluunt pili: idque quod contactum eſt, colorem in vitiliginem mutat. Marcianus ICt. l. 3 §. 3 D. ad L. Cornel. de ſic. Alio SCto effectum eſt, vt pigmentarii, ſi cui temere cicutam, Salamandram, aconitum — dederint, poena teneantur huius legis. *Ergo inter venena eſt. Vid.* Plin. 29, 4 *et* 32, 4. *Rhod. ad* Scribon. Compoſ. 187. Petron. c. 107. *c. not. Barth.*

SALAMBO, ōnis. Salambonem *Babylonii Venerem dicunt.* Lampridius in Heliogabalo 7 Salambonem (inquit) omni planctu Syriaci cultus et iactatione exhibuit.

SALĂMIS, vel SALĂMIN, īnis: *ſiue* SALAMINA, ae. f. [Σαλαμὶς] *Inſula in mari Euboico contra Athenas ſita, in qua vrbs eſt eiusdem nominis, vbi Telamon Aiacis et Teucri pater regnauit. Sed quum reuerteretur Teucer a bello Troiano, nec inimicos Aiacis vltus fuiſſet, expulſus a patre, in Cyprum nauigauit: ibique vrbem aliam condidit nomine Salaminam. Inde* Iouis Salaminii *cognomen Teucro auctore, qui ad Salaminem huic deo inſigne, et magnificum templum exſtruxit, vt auctor eſt* Tacitus Ann. 3, 62. *Nobilitauit eam victoria Graecorum Perſica.* Cic. Off. 1 c. 18 Citeturque Salamis clariſſimae teſtis victoriae. Idem Tuſc. 1, 110 c. 46 Ante enim Salaminam ipſam Neptunus obruet, quam Salaminii tropaei memoriam: priusque Boeotia Leuctra tollentur, quam pugnae Leuctricae gloria. Hor. Carm. 1, 7, 28

— Teuter Salamina patremque
Cum fugeret, *etc.*
Certus enim promiſit Apollo,
Ambiguam Tellure noua Salamina futuram.

SALAMINIVS, a, um. Poſſeſſ. [Σαλαμίνιος] Cic. pro Arch. 19 Homerum Colophonii ciuem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnaei vero ſuum eſſe confirmant. *De Cypria vrbe vt* Att. 5, 21. *Sed* Nepos 3, 2. Salaminia pugna.

SALAMINIĂCVS, a, um. *Aliud* Adi. [Σαλαμινιακὸς] *vt*, Mare Salaminiacum, *i. Mare Salaminis inſulae* Lucan. 5, 109. Salaminiaca tropaea Sil. 14, 283.

SALAPIA, Vrbs eſt Apuliae Daunorum meretricio Hannibalis amore nobilitata Plin. 3, 11.

SALAPITTA, *vel* SALPITTA, ae. f. *Alapa.* [Vet. Gloſſ. Salapitta ῥάπισμα] Delectantur *Dii* ſtupidorum capitibus raſis, ſalapittarum ſonitu atque plauſu Arnob. 7 p. 239. *conf. Herald. ad h. l. ex* Tertull. de Spectac. 23. *et Gronou. ad* Plin. 35, 2. *Conf.* SALPICTA *ſub* SALPINX *it.* SALPITTIVM.

SALAPITTIVM, SALAPVTIVM, SALICIPPIVM, SALOPVGIVM. *Haec ſunt praecipuae varietates conuicii iocoſi, et in laude ipſa contumelioſi apud* Catullum 53

Riſi neſcio quem modo in corona,
Qui, quum mirifice Vatiniana
Meus crimina Caluus explicaſſet,
Admirans ait haec manusque tollens,
DI magni, Salaputium diſertum!

Hic homo miratur tantam eloquentiam in paruo corpuſculo. Senec. Controu. 3, 19 p. 257 *de hoc Caluo,* Idem — imponi ſe ſupra cippum iuſſit. Erat enim paruulus ſtatura, propter quod etiam Catullus in hendecaſyllabis vocat illum Salaputium diſertum. Salaputium *poſuimus vtroque loco, quae lectio et libris nititur, et Scaligeri auctoritate. Is enim ad* Catal. p. 245 *ſq. contendit,* Salaputium *eſſe nutricum* ὑποκορισμὸν *tractum a* putus, (πόσθων, *vnde* praeputium *eſt) a qua parte ſuos alumnos per laſciuiam non modo* putos, *ſed etiam* Salaputia, *quaſi tu* ſalaces caudas *dicas appellarint. Vid.* PVTVS n. 2. Salicippium *placuit viris doctis apud Andr. Schottum ad Sen. l. c. p. 621. quod deriuant ex eo, quod in* cippum inſiluerit *ad augendam quodammodo ſtaturam, vt Itali hodie* Saltimbaneos *nominant nugiuendulos circumforaneos.* Salopugium, σαλοπύγιον, *motacilla, a motu perpetuo caudae dicta auis, placuit Salmaſio ad Solin. p. 50* bB: *cum* motacilla *ſit eadem quae* fritilla, *a quo nomine eſt Gallicum* fretiller, *quod dicunt in homines multum agiles et ſatagentes. Probat Salmaſianam ſententiam Gronouius ad Senecam l. c. Iſ. Voſſius ad Melam 2, 7, 152 p. 518* Salicippium *probat, refellit Salmaſium: ſed ad Catullum p. 118* Salpittium *putat verius, et a* σαλπίζειν, *ſ.* σαλπίττειν *deriuat, quod tuba canere ſignificat.* Salpittas, Salapittas, Salpittones, Saluitones, Salutiones *dictos, qui buccis (tubicinum inſtar) inflatis alapas (quae et ipſae* Salapittae *v. v.) exciperent; a quo etiam* Bufones *et* Suffletones *recentioribus dicti ſint: illud quod inflarent ſe* Bufonum *ſ. ranarum rubetarum inſtar; hoc ab ipſo* ſufflandi *verbo, etc. Ignobiliores ſententias videre licet apud Voſſ. etymol. et Schottum ad l. c. Senecae.*

SALAR, aris. m. *Piſcis.* Auſon. Moſel. v. 881 Purpureisque ſalar ſtellatus tergore guttis, Rapaciſſimi ſalares Sidon. Epiſt. 2, 2. *ex truttarum genere illum eſſe, et ſtellae et rapacitas indicant.*

SALARIA VIA, *vid. in* SAL.

SALARIA, *Regio Italiae, ſuis* caſtaneis *Romae nobilitata; quas* Salarianas appellarunt. Plin. 15, 23 Pura et plana eſt ex eis et Salariana.

SALARIVM, *vid.* SAL.

SALAVCES. *Colchorum rex ditiſſimus ob peritiam auri inveniendi. De eo ſic* Plin. 33, 3 Iam regnauerat in Colchis Salauces et Eſubopes, qui terram virginem nactus, plurimum argenti aurique eruiſſe dicitur in Samnorum gente, et alioquin velleribus aureis inclyto regno. Sed et illius aureae camerae, et argenteae trabes narrantur, et columnae atque paraſtatae, victo Seſoſtre Aegypti rege tam ſuperbo, vt prodatur annis quibusque ſorte reges ſingulos e ſubiectis iungere ad currum ſolitus, ſicque triumphare.

SALAX, ācis. Adi. [ἀφροδισιαστικὸς] *Libidinoſus, laſciuus. A* Salio *eſt* Salax; *vt ab* Audeo, Audax: *Vid.* SALIO *n. 2.* Colum. 7, 9 *pr.* Maximeque quod ad rem pertinet, quum ſalaciſſimos oporte eſſe mares, qui et annicula aetate commode progenerant. *Conf.* Idem 8, 2. Quid eſt, quare apud Poëtas ſalaciſſimus Iupiter deſierit liberos tollere Sen. *ap.* Lactant. 1, 16. Aquae ſalaces, *i. Scaturiente quaſi e terra proſilientes, neſcio vnde laudantur.* Aries ſalax Ouid. Faſt. 4, 771. Galli Varro R. R. 3, 9, 5. *Cibi* ſalaces, *Venerem concitantes: vt,* Erucae ſalaces Ouid. de Rem. Amor. 799. *add.* Martial. 3, 75. Herba ſalax Ouid. de Arte Am. 2, 422. Taberna ſalax Catull. *ad contubernales* 37, 1. *Compar.* Si ita eſſet, ſalaciora pl iecoris habuiſſent Lactant. de Opif. D. c. 14. Salaciſſimi mare Columel. 8, 2, 9.

SALACĬTAS, ātis. f. *Laſciuia et propenſio in Venerem,* [τ ἀφροδισιαστικὸν] Plin. 10, 36 Paſſeri minimum vitae, cui ſalacitas pa *Conf.* Colum. 8, 2. Pallad. 1, 29.

SALE, Stagnum eſt Maeoniae eodem in loco, in quo olim Sypilu totius regionis caput, terrae hiatu deſedit Plin. 5, 29.

SALEBRA, ae. f. [ἐκρήγματα Gloſſ.] *a* Saltu dicta, *vt ait* Nonius 2, 828. *Loca inaequalia et aſpera, quae quaſi ſine ſaltu praeteri non poſſunt. Metaphor.* Martial. 11, 91 Carmina nulla probas, mol quae limite currunt, Sed quae per ſalebras, altaque ſaxa cadunt. *Proprie* Propert. 3, 15, 15 Luna miniſtrat iter, demonſtrant aſtra ſalebra Hor. Epiſt. 1, 18, 53 Qui queritur ſalebras et acerbum frigus. *Rurſ metaphor.* Cic. de Finib. 2, 30 c. 10 Hic ſi definire et diuidere didiciſſet, ſi loquendi vim, ſi denique conſuetudinem verborum tenere nunquam in tantas ſalebras incidiſſet, *i. In tantas aſperitates et inculta inſolentesque orationis formulas. De Epicuro.* Valer. Max. 6, ext. 5 Triſtitiae ſalebra. Apul. Met. 1 Verborum ſalebra. Ci de Finib. 5, 84 c. 28 Quod veſtri non item, tria genera bonoru procliuius currit oratio, venit ad extremum, haeret in ſalebra.

SALEBRĀTVS, a, um. Adi. *Salebris aſper.* Sidon. Epiſt. 2, Salebratis ſaxorum obicibus anfractus. *Sic Colu.*

SALEBRATIM. Adu. Sidon. Epiſt. 2, 2. *in edit. Sirmond.*

SALEBRĬTAS, ātis. f. *Aſperitas viae.* Apul. Met. 6 p. 1 Inacceſſa ſalebritate lubricus.

SALEBRŌSVS, a, um. Adi. [ἐκρηγματώδης] *Quod multas habet ſalebras, aſperum.* Nec me ſalebroſa mouebunt Saxa Ouid. Heroid. 4, 1 Semita Apul. Met. 8 p. 708. Martial. 11, 3 Lectores tetrici ſalebroſum ediſcite Sanctram: *difficilem, moroſum.* Quinctil. 11, 46 Inde interruptus actionis impetus, et reſiſtens ac ſalebroſa orati Salebroſa et exſiliens oratio Sen. Epiſt. 100. Omiſſa epithalam teneritudine, per aſperrimas philoſophiae et ſalebroſiſſimas regulas ſ lum traxi Sidon. Carm. 13. *Conf.* Sidon. Epiſt. 9, 7.

SALEIVS, i. m. *Pauper quidam Poëta.* Iuuen. Sat. 7, — Tenuique Salio Gloria quantalibet. *Conf.* Quinctil. 10, 1.

SALENTIA. [Σαλεντία] *Vrbs Meſſapiorum, a qua*

SALENTINVS, a, um. [Σαλεντικὸς *Steph.*] *Nomen gentile.* Oui Met. 15, 51 Praeterit et Sybarim, Salentinumque Neaethum. Co hortes Salentinae Sil. 8, 576. Virg. Aen. 3, 400 Et Salentinos ob ſedit milite campos.

SĂLERNVM. [Σάλερνον] *Picentinorum oppidum in Italia.* Plin 3, 5 A Surrento ad Silarum amnem XXX. M. paſſ. ager Picentinus fuit. Tuſcorum templo Iunonis Argiuae ſub Iaſone condito inſignis. Intus oppidum Salerni, Picentia. Sil. 8, 583 Ille et pugnacis laudauit tela Salerni.

SĂLGAMA, orum. n. Pl. [σάλγαμα] *Appellantur quaecunqu conditanea ad victum in vaſis ſeruantur, interdum ſicca, ſaepe cum liqu mine et iure: vt puta mala, pyra, fici, vuae, rapae.* Colum. 10, 11

Tempore non alio vili quoque ſalgama merce,
Capparis, et triſtes inulae, ferulaeque minaces
Plantantur.

Idem 12, 4 Poſt hoc praeceptum, locum et vaſa idonea ſalgamis pra parari iubent. Locum eſſe debere auerſum a ſole, quam frigidiſ mum et ſicciſſimum, ne ſitu penora mucorem contrahant. *Conf.* Auſo Epigr. 125. In codice Imperatorio, lib. 12 tit. 41 Salgami nomi contineri culcitram, lignum, oleum. *Vid. Gothofred. ad* C. Theo l. 3 de Salgamo hoſpitibus non praebendo.

SALGAMARIVS, i. m. [παντοπώλης Gloſſ. Gr. Lat.] Colum 12, 44 Libros tres edidit, quos inſcripſit nominibus coci, et cetari et ſalgamarii. *Add.* Idem ibid. c. 54. *Vid. Vinet. in* Auſon. p. 238.

SALGAMENTARIVS, i. m. Si mutuum a te quippiam pro pola aut ſalgamentarius poſtularet Saluian. contra Auar. 4 p. 307.

SALI, orum. m. *Auiculae, quas Ariſtoteles* αἰγίθους, *et* αἰγιόθ *appellat, fecunditatis magnae, vt Perdices, gallinaeque.* Plin. 10, 5 Plurima oua pariunt ſtruthiocameli, gallinae, perdices, ſali.

SALICIPPIVM, *vid.* SALAPITTIVM.

SALICA LEX, *vid.* SALII Germaniae populi.

SALICASTRVM, i. n. [ἀγριάμπελος] *Herba.* Plin. 23, 1 E labruſcae ſimilis, ſed in ſalictis naſcens, ideo diſtinguitur nomin quum eosdem vſus habeat, et ſalicaſtrum vocatur.

SALICETVM, SALICTVM, SALIGNEVS, *vid.* SALI

SALII. [Σάλιοι] *Sacerdotes Martis, Curetibus et Corybantib Graecorum ſimiles ſic dicti, quod in portandis Ancilibus ſaltare eos m eſſet.* Varro de L. L. 4, 15 p. 23, 8 Salii a ſaltando, quod facere i comitio in ſacris quotannis et ſolent et debent. Idem 5, 3 p. 4 35 Libros Saliorum *memorat,* quorum cognomen Agonenſium. *Et* 6 p. 53, 29 Salii qui cantant Mamurium Veturium, ſignificant vetere memoriam. Feſtus Salios a ſaliendo et ſaltando dictos eſſe, quan vis dubitari non debeat, tamen Polemon ait Arcada quendam fuiſ nomine Salium, quem Aeneas a Mantinea in Italiam deduxerit, qu iuuenes Italicos ἐνόπλιον *(armatam)* ſaltationem docuerit. At Cri tolaus Saonem ex Samothrace cum Aenea deos penates, qui Lauiniu transtulerit, ſaliare genus ſaltandi inſtituiſſe, a quo appellatos Salio quibus per omnes dies, vbicunque manent, quia amplae ponuntu coenae, ſi quae aliae magnae ſunt, Saliares appellantur. *Vid. ad h. Gisb. Cuperus Obſſ. 4, 2 vbi plura de Saliis, quos etiam libro ſingulari i luſtrauit Tobias Gutberlethus. Nobis modo ſatis erit, vnum alterumq locum laudaſſe.* Liu. 1, 20 Numa item Salios duodecim Marti Gra diuo legit, tunicaeque pictae inſigne dedit, et ſuper tunicam aeneu pectori tegumen, caeleſtiaque arma (quae Ancilia appellantur) ferre ac per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis ſollemnique ſaltat iuſſit. *Vid.* Plin. 21, 3. Cic. de Orat. 3, 197 c. 51 Vt epularum ſollemnium fides ac tibiae, Saliorumque verſus indicant Ouid. Faſt 3, 387 Iam dederint Saliis (a ſaltu nomina dicta) Exſultantes Sali Virg. Aen. 8, 285. Curia Saliorum Cic. de Diuin. 1, 30 c. 17

ſalivs, Adi. *eſſe volunt* Hor. Carm. 1, 36, 12 Neu morem : Salium ſit requies pedum. *Sed poteſt etiam intelligi Genitivus plur.* ntractus. *Sed* Salias virgines Cincius ait eſſe Conducticias, quae Salios adhibeantur cum apicibus paludatae, quas Aelius Stilo ſcriit ſacrificium facere in regia cum Pontifice paludatas cum apicibus in odum Saliorum. *Haec* Feſtus.

ſaliāris, e. Adi. *Ad Salios pertinens*, Saliare Numae caren Tacit. Ann. 2, 83, 1. *conſ.* Hor. Epiſt. 2, 1, 86. *it.* Feſt. Curſus liaris Sen. Epiſt 15. Saliares Coenae, Dapes, Epulae, [Σαλιαχοὶ δεῖπνοι] auctore Feſto, Magnae et copioſae coenae dicebantur, et iparae, quales ſolebant facere Salii ſacerdotes Martis. Hor. Carm. 36 (37) 2

— Nunc Saliaribus
Ornare puluinar Deorum
Tempus erat dapibus.

nf. *Interpp. it. Torrent. ad* Sueton. Claud. c. 33. Saliares coenate enas Apul. Met. 4 p. 152. *add.* ibid. 7 p. 192. *et* 9 p. 227. Epulari liarem in modum Cic. Att. 5, 9.

ſaliatvs, ûs. m. *Munus Salii.* Capitol. in M. Anton. Philoſ. c. 4 ſaliatu omen accepit imperii, coronas omnibus in puluinar ex more ientibus; aliae aliis locis haeſerunt; huius veluti manu, capiti lartis aptata eſt. Fuit in eo ſacerdotio et praeſul et vates et maſter; et multos inaugurauit atque exaugurauit, nemine praeeunte, uod ipſe carmina cuncta didiciſſet. *Paullo ante dixerat*, octauo tatis anno in Saliorum collegium *ab Hadriano eſſe relatum.*

ſalii, orum. m. [Σάλιοι] *Germaniae populi, qui et* Franci *dicuntur*, donius, Salius pede, falce Gelonus. Ammianus Marcellinus . 17 *de Conſtantio*, Quibus paratis, petit primos omnium Francos, s videlicet, quos conſuetudo Salios appellauit. *Ab his Saliis putat* ctatus Legem Salicam *nomen duxiſſe, quaſi dicas* Francicam. *conf. Clu-* Germ. *Ant.* 3, 17 *etc.*

ſalinae, *et* ſalinvm, *vid.* ſal.

ſalio, ſaliui, *vel* ſalii, *vel* ſalui, ſaltum, īre. [πηδάω, ἅλλομαι] *Subito altum ſe mouere.* Virg. Georg. 2, 383 Mollibus in pratis vnctos iere per vtres. *Meliores* legunt Saluere. *Vid. Heinſ. et Burm.* *compoſitis etiam Praeteritum Perf. frequenter*, ui, *formatur. Vid.* *akenb. ad* Sil. 7, 46. Plin. 10, 38 Saliunt aliquae aues, vt paſſeres. d ſtrepitum tibicinae ſalire Hor. Epiſt. 1, 14, 26. Saliendo ſe ercere Plaut. Bacch. 3, 3, 25. Salire de muro Liu. 25, 24. ire e terra Lucret. 1, 183. *i. Prodire, emitti. De aqua etiam* Varro R. 1, 13, 3. *de compluuio.* Grando ſalit in tectis Virg. Georg. 449. Salit mihi cor: *per translationem* Plaut. Ciſtel. 2, 6, 62. 2 Salire *dicuntur animalia, quando mares ineunt feminas, nam ſalilo aſcendunt.* Ouid. de Arte Am. 2, 485 Laeta ſalitur ouis, tauro, que laeta iuuenca eſt. *Sic et* Varro 2, 2, 14. Salire matrem; equo dictum Idem de R. R. 2, 7, 8. Salire in aqua Idem ibid. o. *de aniſeribus.*

ſaliens. Partic. [ἀλλόμενος] *vt*, Aqua ſaliens, Plin. Epiſt. 17, 24. *et* Suet. Auguſt. c. 82 Grandine ſaliente graues ceciderunt ubi Ouid. Met. 14, 543. Piſcem ſalientem ducere ſeta Martial. 56. Riuo ſaliente ſitim reſtinguere Virg. Ecl. 5, 47. *Conf.* lumel. 1, 5, 4. Vena ſaliens ſanguine Virg. Georg. 3, 460. 2 Salientes *Subſtantiue, vel per ellipſin nominis* tubi, *genere maſculo:* [κρουνοί] Vitruuius 8, 3 p. 159 Haec maxime conſiderantur henis: ibi enim ex eiusmodi locis fontibus, et in Aſty, et ad porn Piraeeum, ducti ſunt ſalientes, e quibus bibit nemo, ſed lauatioous et reliquis rebus vtuntur, bibunt autem ex puteis. Ibidem 7 In medio ponentur fiſtulae in omnes lacus et ſalientes. Cic. . Fratr. 3, 1 Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo, mirifica uitate te villam habiturum piſcina et ſalientibus additis palaeſtra, . *Vid. Keuchen ad* Frontin. de Aquaed. p 377.

ſalto, are. Frequ. [ὀρχέομαι] *Tripudiare.* Cic. in Catil. 2, Hi pueri tam lepidi, ac delicati, non ſolum amare et amari, neque ntare et ſaltare, ſed etiam ſicas vibrare, et ſpargere venena didicent. *Vetus exemplar legit*, Pſallere. Idem Off. 3, 93 At ſi dares hac vim M. Craſſo, et digitorum percuſſione heres poſſet ſcriptus eſſe, i reuera non eſſet heres, in foro mihi crede ſaltaret Ad tibiis modos Liu. 7, 2. Commode Nep. Praef. n. 1. Eleter Salluſt. Catil. c. 25. Nemo fere ſaltat ſobrius Cic. pro Muraen. c. 6. Nudus in conuiuio ſaltaret Idem in Piſon. 22. ¶ 2 *hiſtrionicos illos motus refertur, qui in manuum in primis geſtu ſpentur, quibus hiſtorias totas vel fabulas Pantomimi etiam ſine voce exmebant.* Paſtorem ſaltare Cyclopa Horat. Sat. 1, 5, 63. Salturus Virgilii Turnum Sueton. Ner. c. 54. Si vox eſt canta: ſi llia brachia, ſalta Ouid. A. A. 1, 595. Quis dubitet, quin ſcire lim ſaltare puellam, Vt moueat poſito brachia iuſſa ſono Idem ibid. 349. *add.* Propert. 2, 22, 5. ¶ 3 *Eſt vitium orationis, in d incidunt, qui* numeroſam comprehenſionem *(periodum longiorem)* giunt, *quorum numquam acquieſcit, ſubſultat ſemper oratio. Vid.* Cic. at. 226 c. 67 A. Dial. de Orator. 26 Neque enim oratorius iſte, mo hercule ne virilis quidem cultus eſt, quo plerique temporum ſtrorum actores *(cauſarum, oratores)* ita vtuntur, vt laſciuia verrum, et leuitate ſententiarum, et licentia compoſitionis, hiſtrioes modos exprimant. Quodque vix fas auditu eſſe debebat, laudis loco plerique iactant, cantari ſaltarique commentarios ſuos. *mpe haec laus Poëtae, vt* Ouid. Tr. 2, 519 Et mea ſunt populo ſalta Poëmata ſaepe. *Et* 5, 7, 25 Carmina quod pleno ſaltari noſtra Theatro, Scribis. *Ad vtrumque forte genus, tum hoc, tum illud, quo n. 2, pertinet* Plin. Pan. 54 *pr.* Et quis iam locus miſerae adulanis manebat ignarus, cum laudes imperatorum ludis etiam et comſſionibus *(ſic leg. pro* commiſſationibus*)* celebrarentur, ſaltarent, *etc.* *conf.* ſaltito, ſaltatio, ſaltativncvla.

ſaltans, antis. Brachia ſaltantis, vocem mirare canentis Ouid. Arte Am. 2, 305. Saltantes ſatyros imitabitur Alpheſiboeus rg. Ecl. 5, 73.

ſaltĭto, āre. Frequent. A Salto. Macrob. 3, 14 Sed quid quor de hiſtrionibus, quum Appius Claudius vir triumphalis, qui ius adusque ſenectutem fuit, pro gloria obtinuerit, quod inter colas optime ſaltitabat. Arnob. lib. 2 p. 73 Saltitaret et caneret. *de* Quinctil. 9, 4, 42 Duram potius atque aſperam compoſitionem lim eſſe, quam effeminatam et eneruem, qualis apud multos: et otidie magis laſciuimus Syntonorum modis ſaltitantes. *Vid.* Vopiſc. Aurel. c. 6.

ſalitio, ōnis. f. *Actus ſaliendi.* Veget. de Re Milit. 1, 18 Salitio equorum, *i. initur.*

ſaliſatio, ōnis. f. [παλμός] *Palpitatio.* Gloſſ. Gr. Lat. Cordis pulſus ſiue ſaliſatio Marc. Empir. c. 21.

ſaliſator, ōris. m. Gloſſ. Iſid. 8, 9. *conf. Sarisber.* 1, 12. *Scaliger. Lect. Auſon.* 1, 16.

ſaltatio, ōnis. f. [ὄρχησις, ὄρχημα] Cic. pro Muraen. 13 c. 6 Intempeſtiui conuiuii, amoeni loci, multarum deliciarum, comes eſt extrema ſaltatio *Add.* Id. de Fin. 3, 24. Ambroſ. Ep. 6, 56. Cordax ſaltatio, *vid.* cordax, *ſub* cor. Quinctil. 11, 3, 66 Saltatio frequenter ſine voce intelligitur. *Nempe illa Pantomimorum, de qua eſt Luciani περὶ ὀρχήσεως, de ſaltatione, libellus.* Quinctil. 1, 11, 18 Lacedaemonios etiam ſaltationem quandam, tanquam ad bella quoque vtilem, habuiſſe inter exercitationes accepimus. *Et quid aliud ſibi volunt illae hodie in tempora ſua et numeros accurate deſcriptae exercitationes: milites bene coëxercitati ſaltationem peragunt cum incedunt, cum arma tractant, etc.* *Addit* Quinctil. *l. c.* Neque id *(ſaltare)* veteribus Romanis dedecori fuit. Argumentum eſt ſacerdotum nomine ac religione durans ad hoc tempus ſaltatio. *De* Saliis *loquitur. Vid.* ſalva res eſt, *voce* ſalvvs. *Sed conferre etiam operae pretium eſt, quae contra* Saltationem *diſputantur* Macrob. Sat. 2, 10. Cic. de Clar. Orat. 225 c. 62 Quos Sex. Titius conſequutus, homo loquax ſane et ſatis acutus, ſed tam ſolutus et mollis in geſtu, vt ſaltatio quaedam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet. *Conf.* Quinctil. 11, 3, 128. Armatam ſaltationem Curetes docuere: Pyrrichen Pyrrhus Plin. 7, 56. *Conf.* Seru. *in* Virg. Ecl. 5.

ſaltativncŭla, ae. f. Dimin. Vopiſc. in Aurel. c. 6 Pueri ſaltatiunculas in Aurelianum componerent, quibus diebus feſtis militariter ſaltarent,

Mille mille, mille, mille, mille decollauimus.
Vnus homo mille, mille, mille decollauimus.
Mille, mille, mille! viuat, qui mille, mille occidit.
Tantum vini habet nemo, quantum fudit ſanguinis.

Hos ergo trochaicos cantu et motu corporis ſimul expreſſerunt. Poſt paullo talem ſaltatiunculam *(cantilenam ibi vocat) alteram profert.*

ſaltātor, ōris. m. [ὀρχηστής] *Apud Romanos nomen contemtum inſinuans. Vid.* Cic. pro Muraen. 13 c. 6. Idem Off. 1, 150 Adde huc, ſi placet, vnguentarios, ſaltatores, totumque ludum talarium. *Conf.* Sueton. Calig. c. 54. Plin. 35, 11. Quinctil. 6, 3. *et* 11, 3, 89. Facere aliquem ſaltatorem Idem 1, 12. Motus certus datus ſaltatori Cic. de Fin. 3, 24.

ſaltatorivs, a, um. Adi. [ὀρχηστικός] *Quod ad ſaltationem pertinet: vt* Ludus ſaltatorius, *in quo ſaltare docetur.* Scipio Afric. *apud* Macrob. 2, 10 *in querela de corruptis moribus* Eunt in ludum ſaltatorium inter cinaedos virgines puerique ingenui. Cic. in Piſon. 22 c. 10 Quumque ipſe nudus in conuiuio ſaltaret, in quo ne tum quidem, quum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem, Fortunae rotam pertimeſcebat. Orbes ſaltatorios vertere Arnob. 2 p. 73.

ſaltatoriē. Adu. Saltatorie procurrens Apul. Met. 10 p. 253.

ſaltātrix, īcis. f. [ὀρχήστρια] Cic. in Piſon. 18 c. 8 Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus, cum illa ſaltatrice tonſa, Senatum Reip. occaſum atque interitum lugere vetuiſti. Macrob. Sat. 2, 10 Ante cuius triclinium modo ſaltatricem vel ſaltatorem te vidiſſe meminiſti. *conf.* Iuſtin 9, 8, 2. 13, 2, 11. 38, 15, 5. Plin. 10, 23. Prudent. Pſychom. v. 385.

ſaltatricŭla, ae. f. [ὀρχηστρίσκη] Dimin. *a* Saltatrix. Gell. 1, 5 Dionyſiamque eum notiſſimae ſaltatriculae nomine appellaret.

ſaltātvs, ûs. m. [ὀρχησμός] *Saltatio.* Liu. 1, 20 *de Saliis* Per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis ſollemnique ſaltatu iuſſit. Ouid. Met. 14, 637 Quid non et ſatyri ſaltatibus apta iuuentus Fecere? Qui vel in honeſto ſaltatu tripudiant Lactant. 1, 21, 45.

ſaltvs, ûs. m. [ἅλμα, ὄρχησις, πήδημα] *Saliendi actus, qualis eſt ceruorum et leporum* Virg. Aen. 9, 554 — Saltu ſupra venabula fertur. *Dicitur et de hominibus. Sic* Virg. de Turno Aen. 9, 815 Tum demum ſaltu praeceps, ſeſe omnibus armis In fluuium dedit. Superbus ſaltu Virg. Aen. 12, 326. Sen. Epiſt 15 *in generibus exercitationis eſt* Curſus — et ſaltus, vel ille, qui corpus in altum leuat, vel ille, qui in longum mittit, vel ille, vt ita dicam, Saliaris, aut, vt contumelioſius dicam, Fullonius. Agreſtis ſaltus Ouid. Met. 14, 521. Facilis ſaltus Claud. de Bell. Get. 178. Rapidus ſaltus Stat. Achil. 1, 178. Volucer ſaltus Idem Teb. 6, 569. Dare ſaltum Ouid. Faſt. 1, 507. *i. Salire.* In vrbem hoſtium plenam praecipiti ſaltu ſemet ipſe Immiſit Curt. 9, 5, 2. Inſilire ſaltu, *vid.* insilio. Superare viam ſaltu Virg. Georg. 3, 141. Vti excurſione et ſaltu Cic. de Senect. 19. ¶ 2 Saltus, *Silua*, *vid. ſuo ordine.*

ſaltĭcvs, a, um. Tertull. adu. Gnoſt. c. 8 Contumelioſa caede truncatur in puellae ſalticae lucar, *i. mercedem puellae ſaltatriculae datam.*

ſaltabvndvs, a, um. Gell. 20, 2 Saltabundi canebant, quae nunc ſtantes canunt.

ſaltvāris, e. Adi. [πηδηματικός] *Saltus edere ſolitus.* Plin. 2, 95 Sunt et in Nymphaeo paruae inſulae, ſaltuares dictae, quoniam in ſymphoniae cantu ad ictus modulantium pedum mouentur. *Vid.* calamina.

ſaltvātim. Adu. [πηδηματικῶς] *h. e. Per ſaltus.* Gell. 9, 4 Atque item eſſe alia apud vltimas Orientis terras miracula: homines qui monomeri appellantur, ſingulis cruribus ſaltuatim currentes, viuaciſſimae pernicitatis. *Metaph.* Siſenna Hiſtor. lib. 1. *apud* Non. 2, 758 Nos vna aetate in Aſia et Graecia geſta literis idcirco continentia mandauimus, ne vellicatim, aut ſaltuatim ſcribendo, lectorum animos impediremus. *Vid.* Amm. 26, 12. Sidon. 4, 3. *et* 8, 3.

ſaliſvbſvlvs. *Mars dictus a ſaliendo ſubſultandoque, ſi audimus Muretum ad illud* Catull. 17, 6 Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat, in quo vel Saliſubſuli ſacra ſuſcipiunto. *Muretus, inquam, ita interpretatur, pons ita latus firmusque, vt poſſit etiam Martis ſacra peragentes Salios ſuſtinere.* *Saliſubſulum vocat Martem.* Pacuuius, Pro imperio ſic Saliſubſulus veſtro excubet. *Arripit verſum Scaliger, ſed Saliſubſulos hic intelligit ipſos Salios, qui non minus quam Mars ſuus ita dicti ſint. Cum verſus Pacuuii nusquam compareat, confictum eſſe a Mureto, et hic quoque, vt in Trabeae carminibus, os ſublitum Scaligero, exiſtimat Iſ. Voſſius ad Catull. p. 46. Ipſe ita legit,*

In quo vel Salii ipſulis ſacra ſuſcipiunto; *et* ipſulas *interpretatur eas, quas* Ipſullices *vocat* Feſtus. *Locum illius damus in* IPSVLLICES *et in* SVBSILLES. *Quid verum ſit, hic videre difficile eſt.* Saliſubſuli *eſſe in libris omnibus, fatetur etiam Voſſius, qui certe hoc boni habet, quod ſacra in pontibus adminiſtrata illuſtrauit. Catullus optat pontem coloniae ita firmum, in quo illa ſacra poſſint peragi. Scimus* Pontifices *vnde dicti ſint. quid ſi ita approbandus, inaugurandusque, vel ſtato tempore explorandus fuit pons ſublicius, vt ſua ibi* Salii *ſacra cum ſaltu peragerent.*

SALĪVA, ae. f. *vel* SALIVVM, i. n. [πτύελον, σίαλις, σίαλος] *Sputum: quod fere ſalis ſaporem habeat: Vel a* ſaliendo, *quod in ore ſaliat et creſcat.* Catull. 23, 16 A te ſudor abeſt, abeſt ſaliua, Mucusque et mala pituita naſi. Abundare ſaliua Scribon. 104. Fluere ſaliuam pati Idem 9. Iungere ſaliuas oris Lucret. 4, 1101. Saliua humani oris ieiuni Plin. 7, 2. Ieiuna ſaliua Idem 28, 4. Matutina Sammon. v. 161. *vbi conf. Interpp.* Tertull. de Ieiunio c. 6 Ipſa natura enunciabit, quales nos ante pabulum et potum in Virgine adhuc Saliua exhibere conſuerit. *Res eadem* Saliua ieiuna, matutina, virgo. *Caeterum bona pars medicinae ſuperſtitioſae fuit in* Saliua ieiuna. *Locus velut claſſicus eſt, quem modo citauimus* Plin. 28, 4 *ſed paullo longior.* Longam Manantia labra ſaliuam Iuuen. 6, 622. Mercurialis ſaliua, *pro Lucro* Perſ. Sat. 5, 12. Spurca ſaliua lupae comminctae Catull. ad Iuuentium ſ. 96, 10. ¶ 2 *Item in genere pro quouis Succo aut humore* Plin. 9, 36 Purpurae conchae viuunt ſaliua ſua. Succis herbarum et concharum ſaliuis incoquere lanas Tertull. de Cult. Fem. c. 10 *pr.* Saliua lacrimationum, *Humor lacrimarum* Plin. 11, 37 ſ. 54. Idem 11, 12 Siue eſt caeli ſudor, ſiue quaedam ſiderum ſaliua. ¶ 3 *Sapor, qui ſaliuae ope percipitur:* Plin. 23, 1 Sua cuique vino ſaliua innocentiſſima, ſua cuique aetas gratiſſima, hoc eſt media. Et Methymnaei Graia ſaliua Meri Propert. 4, 8, 38. Plin. 14, 6 *de vino Setino,* Non temere cruditatibus noxiis ab ea ſaliua. *In quibus locis* ſaliua *ſapor eſt, et hinc vinum certi ſaporis. Gratum cibum praeſagientibus ſaliua moueri et affluere ſolet, velut parata ad officium. Vnde vulgaris formula, qua etiam metaphorice* Seneca *vtitur* Epiſt. 79 p. 316 Aetna tibi ſaliuam mouet, *te allicit ad ſcribendum. Vid. Caſaub. ad* Perſ. p. 486 ſ. 6, 24 Tenuis ſaliua turdorum. *Sed* Vna ſaliua Hieron. Epiſt. 61, 4. *i. vno oris halitu: vid. Caſaub. ad Theophraſt. Char. p. 153.*

SALIVŌSVS, a, um. Adi. [σιαλώδης] *Quod ſaliuae ſaporem habet, vel ſaliuae eſt ſimile.* Plin. 16, 38 Humor vlmis ſaliuoſus. *Sub finem carminis obſceni,* in Catalect. Virg. p. 87 Quibus repletus vt ſaliuoſis aquis Obeſam ad vxorem redis. *Scalig. ad h. l. p. 229 interpretatur* Saliuoſum, *quidquid guſtum reficit. Sed* Cael. Acut. 2, 2, 12 Saliuoſus *eſt cui nimia ſaliua fluit.*

SALĪVO, āre. [σιαλόω] *Saliuam facere, ſiue emittere.* Plin. 9, 36 Congregantur verno tempore purpurae, mutuoque attritu lentorem cuiusdam cerae ſaliuant. *de purpuris conchis.* ¶ 2 Saliuare *etiam eſt, quod* Saluiare *male ſcribitur, medicamentis quibusdam* ſaliuam *pecudum mouere, ſubducere, et purgare, eaque ipſa re appetentiam cibi augere. De hac ſcribendi ratione diximus in Lexico ruſtico, laudauimusque in primis Victorium ad* Colum. 6, 9, 1. *et Harduin. ad* Plin. 27, 11 ſ. 76. Columel. 6, 5, 2 Tunc panacis et eryngii radices foeniculi ſeminibus miſcendae, et cum defruti ac moliti tritici farina, candentique aqua conſpergendae, eoque medicamine ſaliuandum aegrotum pecus. Saliuatur tenero olere — foeta vacca *vel* tener vitulus Columel. 6, 24, 5. Ibid. 37, 9 *de aſino admiſſario,* Et defecto viridi pabulo, et largo ordeo firmandus, nonnunquam etiam ſaliuandus erit.

SALIVATVM, i. n. *quod* SALVIATVM *ſaepe ſcribitur, medicamentum, quo* ſaliuantur *animalia, i. nimia ſaliua et pituita liberantur. Ruellius in Hippiatricis* ποτὸν, πόμα, προπότισμα ſaluiatum *reddere ſolet. Sed non ſola poculenta ſic vocari, exemplorum inductione patet.* Colum. 6, 10, 1 Saliuatum farinae hordeaceae. Pallad. Apr. 7 Saliuati more praebendum milium. *Add.* Veg. Mulom. 3, 4. *In his potio poteſt intelligi. Sed* Colum. 6, 9, 1 Saliuati more demitti *debent* braſſicae coliculi. *Et* 6, 25 Poteſt etiam cum arida fico et eruo conteri herba Santonica, et formata in offam ſicut ſaliuatum demitti. *Add.* Plin. 27, 11 ſ 76. Colum. 6, 5, 2. *collato* Veget. 3, 2, 25.

SALIVATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Acut. 3, 2, 7 Plurima ſaliuatio, *i. copioſae ſaliuae fluxus.*

SALIVARIVS, a, um. Adi. [σιαλικὸς] Plin. 9, 51 Quae durioris teſtae ſunt, vt murices, purpurae, ſaliuario lentore proueniunt, *i. Viſcoſitate ſaliuae ſimili.*

SALIVNCA, ae. f. [νάρδος Κελτική] *Herba.* Saliunca, *pro Nardo ſilueſtri* Scribon. 153. 166. 195. Nardi Celticae, id eſt, ſaliuncae Idem 258. Plin. 21, 7 Saliunca folioſa quidem eſt, ſed breuis, et quae necti non poſſit. Radici numeroſae cohaeret: herba verius quam flos, denſa veluti manu preſſa, breuiterque caeſpes ſui generis. Pannonia hanc gignit, et Norici, Alpiumque aprica. Humilis ſaliunca Virg. Ecl. 5, 17. Neglectisque roſis ſaliuncam ſumitis agri Sedul. 1, 30.

SALIVS, *vid.* SALII *paullo ante.*

SALIX, icis. f. [ἰτέα] *Arbor aquatica, facillimi prouentus, vſus quotidiani ad viendum, plectendum, etc. Vid.* Plin. 16, 37 *vbi octo illius genera enumerat, et vtilitates recenſet. v. g.* In proceritatem magnam emittunt iugis vinearum perticas, pariuntque baltheo corticis vincula: aliae virgas ſequacis ad vincturas lentitiae: aliae praetenues viminibus texendis ſpectabili ſubtilitate: rurſus aliae firmiores corbibus, ac plurimae agricolarum ſupellectili; candidiores ablato cortice leuique tractatu: vilioribus vaſis, quam ſi e corio fiant, atque etiam ſupinarum in delicias cathedrarum aptiſſimae, *etc. Conf.* Colum. 4, 30. Virg. Ecl. 10, 40 Mecum inter ſalices lenta ſub vite iaceret. Salicem, Verrius, Virgulti genus, non Arboris dicit, et ridicule interpretatur dictam, quod ea celeritate creſcat, vt ſalire videatur. Feſtus. *Melius deriuatur a Graeco* ἑλίκη, *quo nomine* ſalicem *Arcades dicebant, ab* ἑλίσσω: *quaſi tu* flexilem, vitilem, *dicas.* Amnicolae ſalices Ouid. Met. 10, 96. Amarae ſalices Virg. Ecl. 1, 79. Curua ſalix Ouid. Met. 5, 594. Erratica Vitruu. 8, 1. Fecundae ſalices viminibus Virg. Georg. 2, 446. Frugiperda ſalix, *vid.* FRVGIPERDA, *in* FRVGES. Glaucae ſalices Virg. Georg. 4, 182. Lenta ſalix Idem Ecl. 3, 83. *et* 5, 16. Munda ſalix apud *Iuriſconſultum* l. 12 Gaius D. de annuis legatis *ea dicitur, quae a frondibus forte et corticibus liberata et purgata eſt, apta ad viendum et alligandum.* Perticalis ſalix, *vid.* PERTICALIS, *in* PERTICA. Tenerae ſalices Lucret. 2, 361. Viminalis ſalix, *vid. in* VIMEN.

SALIGNVS, a, um. Adi. [ἰτεϊνὸς] *Quod ex ſalice factum e* Colum. 7, 1 Quippe vel foliis, ſpinisque, vel perticis ſalignis alit Crates umbonum ſalignae Virg. Aen. 7, 632. Falx ſaligna Ide Georg. 4, 110. Fores ſalignae Stat. Theb. 4, 161. Fu ſalignus Hor. Serm. 1, 5, 22. Lectus ſalignus Ouid. Met. 8, 6 Liber Colum. 7, 10.

SALIGNEVS, a, um. *Aliud* Adi. [ἰτεϊνὸς] *Idem.* Colu 7, 10, 2 Deinde ab ictu virgae oportet tumentem venam ferro reſcin detractoque ſanguine colligari ſaligneo libro, vel etiam vlmeo. I 11, 3. *et* 6, 2. Salignea claua. *Conf.* Idem 7, 1. 4, 16. 9, 15. Petro c. 135. Vitruu. 10, 11. Pallad. 1, 38. *et* Febr. 17. *et* Nou. 17. Virg ſaligneas inſtituendi ſalicti cauſa ſi quis defixerit, haeque radices eg rint Vlpian. in l. 3 §. j. D. arb. furt. caeſar.

SALICĒTVM, *et* per ſyncopen, SALICTVM, i. n. *Quod vſitatius,* [ἰτεὼν]. *Locus ſalicibus conſitus.* Cato R. R. 9 Salicta lo aquoſis humectis, vmbroſis, propter amnes: ibi ſeri oportet. Va ro . . . Idoneus locus eligendus vbi faciat ſalictum. Flos licti Virg. Ecl. 1, 55. Amoena ſalicta Cic. de Diuin. 1, 40. *con* Idem Agr. 2 c. 14. Canentia ſalicta fronde glauca Virg. Geor 2, 13. Denſis ſalictis obſeſſa palus Ouid. Met. 11, 363. Humi ſalictum Iuuen. Sat. 11, 67. Incultum ſalictum Virg Georg. 415. Vdum ſalictum Hor. Carm. 2, 5, 8. *Add.* Liu. 25, 17. Ca R. R. c. 33. Plaut. Aul. 4, 6, 9. Colum. praef. 1 *et* 4, 30. *et* 11, 2. Oui Met. 5, 590. Inſtituere ſalictum. *Vid paullo ante* Virgas ſalignea

SALICTARIVS, a, um. Adi. *Qui ſalictum curat, et ex eo materia ſalignam viti pedandae iugandaeque parat.* Meminit Cato de R. R. *vbi de* vinea inſtruenda *loquitur. Adiectiue apud* Plin. 21, 15 Lupus lictarius; *Herba.*

SALICTETVM, i. n. Vlpian. l. 3 §. 2 ff. arbor. furt. caeſ.

SALLIO, SALLO, *vid.* SAL.

SALLVSTIVS, i. m. [Σαλλούστιος] *Gentis Romanae nome quam illuſtrauit* C. Criſpus Salluſtius, *de quo* Martial. 14, 191 Criſp Romana primus in hiſtoria. *Saepe laudat illum* Quinctilianus. v. 2, 5, 19 Et hic hiſtoriae maior eſt auctor (*quam Liuius*) ad que tamen intelligendum iam profectu opus ſit. Tacit. Ann. 3, 30 C ſpum Equeſtri ortum loco, C. Salluſtius rerum Romanarum florenti mus auctor, ſororis nepotem in nomen adſciuit. Subtiliſſim breuitatis artifex Gell. 3, 1.

SALLVSTIĀNVS, a, um. Adi. Tacit. Ann. 13, 47 Horti Sall ſtiani. Salluſtiana breuitas Quinctil. 4, 2.

SALMACIDVS, a, um. [ἁλμυρὸς] *Salem acidum reſipien* Plin. 31, 3 ſ. 22 Nam nitroſas atque ſalmacidas in deſertis Rubru mare petentes addita polenta vtiles, intra duas horas faciunt, ipſaq veſcuntur polenta. Gloſſ. Phil. Salmacidum ἁλμυρὸν, Salmacidus ἁλμυρὸς, ἁλώδης. *Et* Gloſſ. Graec. Lat. Ἁλμυρὸς ſalmacidus, ſalſu Ἁλμυρὸν ſalmacidum. *Huc forte refer. ibid.* Salmacia aqua ἁλμυρὸ ὕδωρ *pro* Salmacida. *Reineſ. Var. Lect. 3, 4 p. 408 non modo* Pl nio Valer. 5, 41 *ſed etiam Plinio ipſi Secundo l. c. et Gloſſis abiudicatu it hoc nomen, et vbique illud mutat in* Salinacidus, *vel* Salinaceus. *Qui cum facit etiam Salmaſ. in Solin. f. 81. et Graeuius ad* Cic. Off. 1 c. 18 *Sed durum videtur tot loca mutare, cum* ἅλμη *et* ἁλμυρὸς *Graecorum poſſin originem dediſſe voci Hybridae. Certe Harduinus ſeruauit* Salmacidas. *Scal. ad* Auſon. Epigr. 69 *ſ. Lectt. Auſon. 1, 28 plane* Ennio *tribuebat apud* Cic. Off. 1 c. 18 *quaſi* Salmacida ſpolia *ſint* εὐθήρατα *facilia captu, quia marina. Sed vid.* SALMACIS.

SALMĂCIS, idis. f. *Fons Cariae, quem ingreſſi putabantur effeminati et molles exire: quae Poetis fuit occaſio fingendi Nympham eo nomine, quae Hermaphroditum, Mercurii et Veneris filium arte complexa cum illo coaluerit. Molliſſime narrat fabulam* Ouid. Met. 4, 285 *ſq* Vnde ſit infamis, quare male fortibus vndis Salmacis eneruet, tactos que remolliat artus, Diſcite, *etc. Breuiter* idem 15, 319 Cui no audita eſt obſcenae Salmacis vndae? Auſon. Epigr. 69 Vidit ſem virum fons Salmacis Hermaphroditum. *Et* Epigr. 101 Salmac optato concreta eſt nympha marito, *etc. Caeterum refutat narrati nem* Strabon. l. 14. Vitruuius *autem* 2, 8 p. 30 *honeſtam originem a fert, nempe ad eum fontem taberna a Graeco homine inſtructa omnibu copiis allectos barbaros e duro feroque more ad Graecam ſuauitatem mo litos. De hac Nympha, et aqua cognomine* Feſtus, Nympha Cael et Terrae filia, fertur cauſa fontis Halicarnaſſi aquae appellandae fuiſſe Salmacidis, quam qui bibiſſet vitio impudicitiae molleſceret, ob eam rem, quod eius aditus anguſtatus parietibus, occaſionem largitur iuvenibus petulantibus antecedentium (*alias* accedentium) puerorum puellarumque violandarum, quia non patet refugium. Ennius. Salmaci, da ſpolia ſine ſanguine et ſudore. *Haec* Feſtus: *in verſu Ennii* Salmacida *vno nomine legi vult Scaliger, vt modo monuimus. Vid* SALMACIDVS. *Caeterum vtitur illo verſu etiam* Cic. Off. 1, 6 c. 18 Intelligendum eſt autem cum propoſita genera ſint quatuor, quibus honeſtas officiumque manaret, ſplendidiſſimum videri, quod animo magno elatoque, humanasque res deſpiciente factum ſit. Itaque in probris maxime in promtu eſt, ſi quid tale dici poteſt, *Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem: Illa virago viri.* Et, ſi quid eiusmodi, *Salmaci da ſpolia, ſine ſudore et ſanguine. Haec Cicero. Vi in priore loco mollities quaedam viris obiicitur: Ita poſterior videtur habere conuicium in hominem mollem, qui* Salmaci *vocandi caſu compellatur*

SALMACIVS, a, um. *Vi. paullo ante* SALMACIDVS.

SALMO, ōnis. m. *Genus piſcis, qui hoc nomen fere per Europam retinet.* Plin. 9, 18 In Aquitania ſalmo fluuiatilis marinis omnibus praefertur. Auſon. in Moſel. 97

Nec te puniceo rutilantem viſcere ſalmo
Tranſierim, latae cuius vaga verbera caudae
Gurgite de medio ſummas referuntur in vndas.

SALMŌNA, ae. f. *Fluuius in Moſellam profluens.* Auſon. Moſell. 366 Nec faſtiditos Salmonae vſurpo fluores.

SALMONE. *Vna ex octo vrbibus Piſanae regionis, in qua olim Salmoneum imperaſſe auctor eſt Strabo lib. 8.*

SALMŌNEVS, i. m. triſyllabum. [Σαλμωνεὺς] Aeoli filius, non regis ventorum, ſed cuiusdam apud Elidem, vbi regnauit: qui fabricato ponte aereo, ſuper eum agitabat currus, ad imitanda tonitrua: et in quem iaculatus eſſet faciem, eum iubebat occidi. Hic poſtea verum expertus eſt fulmen. *Hactenus* Seruius *enarrans locum* Virg. Aen. 6, 580 Vidi et crudeles dantem Salmonea poenas, *etc.*

SALMŌNIS, idis. f. Patronym. Nympha Salmonis, *Tyro Salmoneos filia.* Valer. Argon. 5, 478 *Ex hac et Cretheo natus eſt Aeſon Iaſonis pater.* Siccus vt amplecti Salmonida poſſet Enipeus Ouid. Amor. 3, 6, 43.

SALO, ōnis. m. *Fluuius apud Celtiberos non procul a Bilbili oppi-'o, optima ferri temperatura nobilis.* Martial. 10, 96 Auriferumque Cagum ſitiam patriumque Salonem.

SALOMON *et* SOLOMON, ōnis. m. [Σολομῶν] *Vtroque modo ſcribitur nomen Regis Iudaeorum nobiliſſimi apud Tertullianum, Lactan-tium etc. magis tamen videtur recepta antiquis Graeca ratio per O ſcri-endi primam Syllabam. Vid. v. g.* Tertull. adu. Marc. 4, 11 *vbi* Salo-ionem *habes. Sed* de Praeſcript. 3 *eſt* Solomon. *Sic* Lactant. 4, 16, 7 olomon in libro ſapientiae. Hieronymus *Frobenianus ſemper, cre-o,* Salomon.

SALOMONIVS, a, um. Adi. Poſſeſſ. [Σολομώνιος] *Vt,* Tem-lum Salomonium, *apud* Lactant. 4, 13, 26. *vbi meliores* Solomonium.

SOLONA, ae. *vel* SALŌNAE, arum. f. Pl. [Σαλῶναι] *Vrbs)almatiae, capta olim ab Aſinio Pollione. Reſpicit* Hor. Carm. 2, 1, 15 'ui laurus aeternus honores Dalmatio peperit triumpho. *Vid.* lela 2, 3 *extr.*

SALONINVS, a, um. [Σαλονῖνος] Seru. *in* Ecl. 4 *pr.* Aſinius Pollio, iquit, ductor Germanici exercitus, quum poſt captas Salonas Dalma-ae ciuitatem, primo meruiſſet lauream, poſt etiam Conſulatum 'deptus fuiſſet, eodem anno ſuſcepit filium, quem a capta ciuitate, Sa-)ninum vocauit, cui nunc Virgilius Genethliacon dicit, quem con-at natum riſiſſe ſtatim: quod parentibus omen eſt infelicitatis; nam)ſum puerum inter ipſa primordia periiſſe manifeſtum eſt.

SALONIANI, Catones, Catonis Cenſorii genus apud Romanos :lebre, ex Salonio cliente Catonis, cuius ille filiam vxorem duxit, 'que genuit anno ſuae aetatis LXXX Plin. 7, 14.

SALOPVGIVM, *vid.* SALAPITTIVM.

SALOR, *vid.* SALVM.

SALPA, ae. f. [σάλπη] *Genus piſcis, qui* principatum obtinet rca Ebuſum, obſcenus alibi, et qui nusquam percoqui poſſit, niſi 'rula verberatus, *vt ait* Plin. 9, 18. Ibid. 51 Salpae Autumno gnuntur. *Conf.* Idem 32, 11 Merito viliſſima ſalpa. Ouid. Hal. 121 *Vid. Bruyerin. de re Cib.* 20, 11.

SALPINX, ingis: *vel* SALPIX, icis. f. *Tuba.* Salpicis Apoſto-cae clangor Adelhelm. de Virginit. c. 28.

SALPISTA *vel* SALPICTA, ae. m. *Tubicen.* Exhibuit cen-m ſalpiſtas vno crepitu concinentes Vopiſc. in Carino c. 19. Sal-ictas reddet, ſed qui in bello confoſſi moriantur Firmic. l. 8. Sal-ictas *etiam ap.* Arnob. 7 p. 239. *aliqui legunt, vbi alii* ſalapittas, *v. v.*

SALPŪGA, ae. f. Genus formicarum Plin. 29, 4 *extr. et* 34, 4. d. SOLPVGA.

SALSAMENTVM, SALSE, SALSILAGO, SALSITVDO, ALSVRA, *vid.* SAL.

SALTATOR, SALTATRIX, SALTATRICVLA, *vid.* ALIO, *et* SALTO.

SALTEM. [γέ, γοῦν, ἀλλὰ μὴν, ἀλλ᾽ οὖν, τὸ ἔλαττον, τοὐλάχιστον] *articula concedentis alia, vt vnum certe obtineat, quam vim alias ipſum c certe vel minimum, habere ſolet.* Seruius *ad illud Didonis* Aen. 4, 7 Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet Ante fugam ſoboles. ıltem, Vel hoc. Eſt autem ſermo tractus a captiuis, qui quum tene-'ntur ab hoſtibus, dicebant, ſublatis manibus, (*Burm.* omnibus) Sa-tem concede. Inde per ſynaereſim, hic natus eſt ſermo, vt in con-mtu rerum multarum petituri aliquid ſaltem dicamus. Donatus *l* Ter. Andr. 3, 2, 14 Deſperatis rebus, ſolam petentes ſalutem,)c verbo vtimur. *Add.* Idem *ad* Adelph. 2, 2, 42. *Vid.* Gellium :, 14. *Pincier. Ot. Marp.* 3, 42. Ter. Andr. 3, 2, 14 Itane ndem idoneus tibi videor, quem tam aperte fallere incipias dolis? ıltem accurate, vt metui videar. Idem Phorm. 2, 1, 3 Itane tan-:m vxorem duxit Antipho iniuſſu meo? Nec meum imperium . . . age, mitto, imperium: non ſimultatem meam reuereri ſaltem? ic. Att. 8, 16 Quare nunc ſaltem ad illos calculos reuertamur. Ei-:m 9, 6 Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem. Atque iquo ſi non bono, at ſaltem certo ſtatu ciuitatis haec inter nos ſtu-a exercere poſſemus Cic. Fam. 9, 8. ¶ 2 *Paullo latius ıan particulae extendi,* Quinctiliani *vſus docet, vt cum* quidem *fere ıı ıaat. V. g.* 6, 4, 15. Idem 6, 5, 1 *Locus de iudicio* adeo parti-ıs operis huius omnibus connexus ac mixtus eſt, vt ne a ſententiis iidem, aut verbis ſaltem ſingulis poſſit ſeparari: *ne hoc quidem con-di poteſt, vt vel vnicum ſingulum verbum ponatur ſine iudicio.* Illud x ſaltem praecipiendum videtur, *i. ne quidem.* Nihil ſuperbum, hil elatum ſaltem ac ſublime deſideret Quinctil. 6, 2, 19. *i. ne qui-m elatum quidquam. Tale eſt* Nec vero ſaltem iis, quibus ad euitan-vitia iudicii ſatis fuit, ſufficiat imaginem virtutis efficere Idem 10, 15. *i. ne iis quidem.* Vt ipſum iter non imperuium, neque 'tem durum putent Idem 12, 11, 11. *i. ne durum quidem. Diſpu-tur de ſignificatione* ſolum, tantum, modo, *excludendi an minuendi: d. Borrich. Cogit. p.* 206. *et Anal. p.* 19. *Vorſt. de Lat. ſuſp. c.* 18. *'llar. Cur. Poſt. p.* 421. *A. Borrich. Vind. p.* 206. *Tutius certe ' abſtinere ab vſu illo, quem non ſatis probaſſe, certe bonae aetati non lerniſſe videtur Borrichius. Nonnulli ſcribunt* Saltim. *Vid.* 'iſcian. 15 p. 1013. *Add. Vorſt. l. c.*

SALTITO, SALTO, SALTVARES, SALTVS, *etc. vid.* ALIO.

SALTVS, us. m. [ὕλη, δρυμὸς] *Denſior ſilua et inuia, in qua ſci et aeſtuare pecudes ſolent: De etymo ἄλσος an* ſalio? *vid.* Varr. L. 4, 4. Voſſ. Etymol. Virg. Georg. 3, 143 Saltibus in va-is paſcant, et plena ſecundum Flumina. *Praeſertim hoc nomine venent anguſtiae illae ac fauces, quibus non ſine periculo intrantur regio-s naturali quadam illo aggere munitae. Talis eſt* Saltus *ille* Graius, *a Alpes* tranſierat Hercules *apud* Nep. 23, 3. *et ibidem* Saltus Pyre-eus, *quem* tranſiit Hannibal. *Sic* Liu. 44, 22 Quae loca praeſidiis 'cupanda; quando aut quo ſaltu intranda Macedonia? *Hinc turpi-la metaphora* Plaut. Caſ. 5, 2, 35 Vbi illum ſaltum video obſeptum, go vt alterum ſinat adire. Saltum, Gallus Aelius libro ſecundo ;nificationum, quae ad ius pertinent, ita definit: Saltus eſt, vbi ıuae, et paſtiones ſunt, quarum cauſa caſae quoque. Si qua particula : eo ſaltu paſtorum, aut cuſtodum cauſa aratur, ea res non perimit men ſaltui, non magis, quam fundi, qui eſt in agro culto, et eius cau-habet aedificium, ſi qua particula in eo habet ſiluam. Feſtus. Sal-is, ſalti, ſecundae Declinat. antiquis. Accius Menalippo, Hi Mena-'pum interea traiectus nemorum in ſalti faucibus. Nonius 8, 18. :morum ſaltus Virg. Ecl. 6, 57. Apti ſaltus venantibus Ouid. 'riſt. 5, 17. Floriferi ſaltus Lucret. 3, 11. Graius Nep. 23, 3, 4. Inoxius ſaltus, *vid.* INNOXIVS. Inuii ſaltus, *vid.* INVIVS. Iofundi Virg. Georg. 2, 391. Pyrenaeus Nep. 23, 3, 3. Py-rnaei Caeſ. Bell. Ciu. 1, 37. Vmbriferi ſaltus Iuuen. Sat. 10, 194.

Cingere ſaltus indagine Virg. Aen. 4, 121. Circumdare magnos ſaltus canibus Virg. Georg. 1, 140. Depaſcere ſaltus Ouid. Faſt. 5, 283. Detrudi de ſaltu agroque communi Cic. pro Quint. 28 c. 6. Occupare ſaltus, *vid.* OCCVPO. Peragrare virides ſaltus Lucret. 2, 355. Sepire ſaltum plagis Lucret. 5, 1250. Vno in ſaltu apros duos venari Plaut. Caſ. 2, 8, 42. *i. geminum ex vna re lucrum petere.* ¶ 2 Saltus *eſt modus agri.* Varro R. R. 1, 10, 3 Quatuor centuriae coniunctae, vt ſint in vtramque partem binae, appellantur in agris diuiſis viritim publice ſaltus. *Huc pertinet* Catulli Carm. 112

Firmano ſaltu non falſo Mentula diues
  Fertur: qui quot res in ſe habet egregias!
Aucupia omne genus, piſces, prata, arua, ferasque.
  Necquidquam: fructus ſumtibus exſuperat.
Quare concedo, ſit diues, dum omnia deſint.
  Saltum laudemus, dum tamen ipſe egeat.

¶ 3 Saltum *pro luſtris ferarum dici, fruſtra probatur ex* Plin. 8, 32 ſ. 50 Editos partus *cerui* exercent curſu et fugam meditari docent: ad prae-rupta ducunt, ſaltumque demonſtrant, *i. quomodo* ſaliendum *ſit vel in altum, vel de alto.*

SANVS, a, um. Adi. [ὑγιὴς, ὑγιεινὸς] *Integer et incorruptu[...] bene habens, ad corporis pariter valetudinem, et animi ſtatum inconcuſſu[...] pertinet.* Cic. pro Sext. 135 c. 65 Non ea eſt medicina, quum ſanae parti corporis ſcalpellum adhibetur. Idem pro Sext. 97 Qu[...] integri ſunt, et ſani. Cic. Off. 3, 92 c. 24 Si quis medicamen[...]tum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, ſi eo medica[...]mento ſanus factus eſſet, *etc.* Idem Philipp. 2, 101 c. 39 Qua[...] medicus ille te ſanum feciſſet. Fieri ſanum ex morbo Cato c. 15[...] Strumae fiunt ſanae Scribon. 228. Nec quisquam ex illo vulne[...] ſanus abit Propert. 2, 12, 12. ¶ 2 *Ad animum translatu[...]* Ter. Eun. 3, 5, 8 Quid mihi quaeram: ſanus ſim: anne inſaniam[...] Idem Heaut. 4, 3, 29 Satin' ſanus eſt, aut ſobrius? *Sic* Cic. d[...] Diuin. 2, 94 Sanus homo. Pro ſano aliquid facere Caeſ. Bel[...] Gall. 5, 7. Homo ſanus, *cui opponitur* Furioſus Cic. Acad 4, 8[...] c. 28 *pr.* *Conf.* Idem de Inuent. 2 c. 45. Male ſanus, *i. Inſanien[...]* Cic. Att. 9, 15. Mentis ſanus Plaut. Trin. 2, 4, 53. Mens ben[...] ſana Hor. Serm. 1, 9, 44. Si ſana Mens eſſet Nep. 17, 5, 2. Ci[...] de Nat. Deor. 2 Eſſe igitur deos ita perſpicuum eſt, vt id qui nege[...] vix eum ſanae Mentis exiſtimem. Orandum eſt, vt ſit Mens ſan[...] in corpore ſano Iuuenal. 10, 356. Mentis ſanae vix compos Ouid Met. 8, 35. Cic. Att. 9, 18 Miſi etiam Caeſaris ad eos ſana ment[...] ſcriptas literas, quomodo in tanta inſania? Cic. Fam. 12, 2[...] Nullam partem et aetatem ſanae ac ſaluae Reip. guſtare potuiſti. Sa[...]num genus dicendi Cic. in Bruto 202. *i. Incorruptum.* *Compar* Hor. Serm. 2, 3, 241 — Quî ſanior, ac ſi Idem illud in rapidum flumen, iaceretue cloacam? Qui ad philoſophorum ſcholas venit aut ſanior domum redeat, aut ſanabilior Sen. Epiſt. 108. Saniore[...] oratores Cic. de Clar. Orat. 51 c. 13. *Superl.* Etiam ſaniſſimo dari debet cibus Celſ. 3, 4. Creſcebat interim indies Sullae exercitus, confluentibus ad eum optimo quoquo et ſaniſſimo Vell. 2, 25, 2. Saniſſimi iuuenes Auguſtin. de C. D. 20, 2. *Conf.* Ambroſ. Serm. 90 *ſub fin.* Cic. Acad. 4, 89 *pr.* c. 28 *pr.*

SANE. Adu. [ὑγιηρῶς] Plaut. Curc. 1, 3, 20 Bonum eſt pauxillum amare ſane, inſane non bonum eſt. Euctemon dixit ſanius quam Glycon Sen. Controu. 34. *Compar.* Hor. Carm. 2, 7, 26 — Non ego ſanius, Bacchabor Edonis, *i. Libet mihi Edonos illos Thraciae populos bibaciſſimos intemperanter bibendo imitari.* ¶ 2 *De illa aſſeuerandi et concedendi particula* Sane *vid. ſupra ſuo loco.*

SANĬTER. Aduerbium priſcum *auctore* Nonio 11, 51 Afran. Megalenſibus, Adeſto, aſſentio te non amare me, at adorare ſaniter.

SANITAS, ātis. f. [ὑγίεια, εὐεξία, ῥῶσις, ῥώμη] *Proprie ad corporis valetudinem pertinet, deinde ad animum transfertur.* Quinctil. 5, ... Si robur corporibus bonum non eſt, minus ſanitas. Petere ſanitatem aegri Quinctil. 2, 17. *De Animo:* nam Dementia res eſt ſaniti contraria Ceſtius *ap.* Sen. Controu. 12. Cic. Fam. 12, 10 Quis tamen ad ſanitatem redeundi ante Cal. Septemb. poteſtas facta eſt. *ad partes meliores in Rep.* Cic. Tuſc. 3, 9 c. 5 Ita fit, vt ſapientia ſanitas ſit animi, inſipientia autem quaſi inſanitas quaedam, quae et inſania eademque dementia. Metri ſanitas, *vid.* METRVM. ...ſulſitatem et inſolentiam tanquam inſaniam quandam orationis odit, ſanitatem autem et integritatem quaſi religionem et verecundiam orationis probat Cic. de Clar. Orat. 283. *Vid.* Succus orationis, *in* SVCCVS. Eloquentia omnem illam ſalubritatem Atticae dictionis quaſi ſanitatem perdidit Cic. de Clar. Orat. 51. Qui incorrupta ſanitate ſunt Cic. de Opt. Gen. Orat. 8 c. 3. *Sic* Quinctil. 12, 10, 15. ...num quemque ſcelus de ſanitate ac mente deturbat Cic. in Piſon. 46. Reddere ſanitatem veram Celſ. 8, 2. Reddita ſanitas Celſ. 5, 20. Cic. pro Sulla 83 Adeone vobis alienus a ſanitate, adeo oblitus conſtantiae meae, adeo immemor rerum a me geſtarum eſſe videor?

SANO, āre. [ὑγιόω, ἰάομαι] *Sanum facere.* Cic. Tuſc. 4, 82 Cicusque repentinus oculorum tumor ſanatur, quam diuturna lippitudo depellitur. Nihil reliqui feci, quod ad ſanandum me pertineret ...ep. 25, 21, 5. Corpora vix ferro quaedam ſanantur Ouid. Rem. Amor. 527. Medicina ſanat dolores Propert. 2, 1, 57. Medicamentum ſanare *dicitur* Scribon. 99. Sanandi ſcientia vnius artis Idem Ep. m. Carmine et herbis ſanare Ouid. Met. 10, 397. Vulnera ſanare Idem ex Pont. 1, 3, 22. Sanare vulnera Reipublicae; *per translationem* Cic. de Finib. 4, 66 c. 24. Quos quidem ...o, ſi vllo modo fieri poſſet, non tam vlciſci ſtudeo, quam ſanare, et ſos placare Reip. Cic. in Catil. 2, 17. Animos ſanare et men...s conſolatione Caeſ. Bell. Gall. 8, 38. Idem Bell. Ciuil. 1, 55. ...iras ſanare Tibull. 2, 3, 13. Cic. Fam. 5, 16 Quae leuare Dolorem tuum poſſet, ſi minus ſanare potuiſſet. Malum ſanabunt vi... Propert. 3, 17, 10. Malum natiuum ſanare Cic. pro Domo 12. ...empublicam aegram et labentem ſanare et confirmare Cic. pro Milon. 69 c. 25. Idem Verr. 5, 120 c. 46 Auaritiae vulnera crudelatis remediis poſſe ſanare. *Paſſiue* Lucret. 3, 509 Et quoniam ...entem ſanari, corpus vt aegrum Cernimus, *etc.* Pars ſanitatis, ...lle ſanari, fuit Sen. Hippol. v. 249. Vbi turpis eſt medicina ...ari piget Idem Oed. v. 517. Domi ſanata diſcordia ...u. 2, 52.

SANANS, antis. Partic. Omnia ſanantem appellant Druidae ...ſcum Plin. 16, 44 ſ. 95. Circuibat Ieſus, ſanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo Vulg. Matth. 4, 23.

SANATVS, a, um. Part. Qua radicula inuenta et Ptolemaeus ſanatus dicitur, et multi milites vulnerati Cic. Diuin. 2 c. 66. *Add.* ...uid. Rem. Am. v. 113 *et vlt.*

SANĀTOR, ōris. m. Vulg. Interp. Exod. 15, 17 Ego Dominus ...ator tuus.

SANATIO, ōnis. f. [ἴασις] Cic. Tuſc. 4, 35 c. 15 *extr.* Eorum ...tur malorum in vna virtute poſita ſanatio eſt. Ibid. 69 Haec proprie, et certa ſanatio, ſi doceas, *etc.* *Conf.* Tertull. de Fuga Perſec. c. 3.

SANABĬLIS, e. Adi. [ἰάσιμος] *Quod facile ſanatur.* Cic. Tuſc. 4, 80 c. 37 Qui autem natura dicuntur iracundi, aut miſericordes, aut ...idi, aut tale quid, ii ſunt eiuſmodi conſtituti quaſi mala valetudine ...imi, ſanabiles tamen. Quisquis dolor deorſum tendit, ſanabi...r eſt Celſ. 2, 8. *Conf.* Idem 7, 4. Sen. de Ira 2, 13. *et* de ...em. 2, 7. *it. ſupra in* SANVS. Genus vulneris ſanabile Ouid. ex ...nt. 2, 2, 59. Vulnus Sanabile Idem Rem. Amor. 121.

SANESCO, ēre. [ὑγιάζω] *Sanum fieri.* Columel. 6, 7 *extr.* Sed ...lnera facta igne, dum ſaneſcunt, defricare bubula vrina conuenit. ...n. 17, 23 Diu enim dolent talia quoque vlcera et difficile ſaneſcunt. *Adde* Celſ. 5, 18. *et* 5, 26. *et* 8, 4. Saneſcunt dentes, dum tauri ...le iuuantur Sammon. v. 231.

SANATES, *vid. in ſuo loco.*

SANATIVVS, a, um. Adi. *Sanabilis.* Conducere ſanis et ſanatis Sariſb. 7, 10.

SANIFER, a, um. Adi. *Sanitatem afferens.* Virtus Paullin. Nol. Natal. Felic. 7, 224.

S A P

SĂPA, ae. f. [ἕψημα, σίραιον] Potio facta ex muſto Scribon. 111. ...muſtum coctum ad tertiam partem, vt deſcribit Plin. 23, 2 ſ. 30 Vino ...gnata res ſapa eſt, muſto decocto, donec tertia pars ſuperſit. Ex ...o hoc melius. Columel. 12, 19 *pr. ita loquitur, vti hoc nomine comprehendat, ſiue quarta, ſiue tertia, ſiue denique dimidia pars muſti decocta fuerit.* Detrutum *autem ita deſcribit, vt Plinius* ſapam. Caeterum Plin. 9, 56 *de cochleis*, Quin et ſaginam earum commentatus eſt ...a et farre, aliisque generibus. *Vid.* Varro de R. R. 3, 14 *extr.* ...n. 14, 9 ſ. 11. Pallad. Ian. 15. Sapa quod nunc mellaceum ...dimus, muſtum ad mediam partem decoctum. Varro de Vita P. Rom. l. 1 Sapam appellabant, quod de muſto ad mediam partem ...oxerant. Nonius 17, 14. Purpurea ſapa Ouid. Faſt. 4, 778.

SAPAEI, orum. m. *Populi ſunt in Thracia.* Plinius 4, 11 Inter ...tos, Diobeſos, Carbyleſos, inde Bryſas, Sapaeos. Exta canum ...i Triuiae libare Sapaeos Ouid. Faſt. 1, 389.

SAPERDA, ae. m. [κομψὸς] Non. 2, 823 Saperdae, quaſi Sapientes et elegantes Varro Modio, Omnes videmur nobis eſſe belli, ſaperdae, feſtiui, quum ſimus σαπροί. *Sic Merc. pro vltima voce* copriae *ſet Lipſius; i.* Scurrae, *vt exponit Scaliger. Vid. Voſſ. Inſtit. Or. 5 p.* ... σαπροί, *i. Putidi, legit et exponit etiam Iunius.* ¶ 2 Saperda, *piſcis nomen.* Perſ. Sat. 5, 134 Et quid agas, rogitas? ſaperdam aduehe Ponto. *Athenaeus* Saperdam *appellat* Coracinum. *Vid.* Caſaub. 7, 17. *Ponticum opſonium* ποντικὸν ὄψον *vocat Archeſtratus apud Athen. 3, 30.*

SAPHON, onis. m. Funis in prora poſitus vt ex Caecilio habet Iſidor. 19, 4. *Iſ. Voſſ. ad Catull. p. 13 ineptiarum poſtulat Iſidorum,* Saphonem, Safonem *ſ.* Sauonem *flumen Campaniae accipit inter Liris et Vulturnum. Vid.* SAVO.

SAPHIRVS, *vid.* SAPPHIRVS.

SAPIDVS, SAPIENS, SAPIENTIA, *vid.* SAPIO.

SAPINOS, *Gemma ex genere Iaſpidum.* Plin. 37, 9 Dilutior ex eodem ſapinos vocatur.

SAPINVS, i f. [ἐλάτη] *Arbor.* Plin. 16, 39 ſ. 76 Abietis quae pars a terra fuit, enodis eſt: haec qua diximus ratione diluiata decorticatur, atque ita ſapinus vocatur: ſuperior pars nodoſa duriorque, fuſterna. Et in ipſis autem arboribus robuſtiores Aquiloniae partes. Et in totum deteriores ex humidis opacisque: ſpiſſiores ex apricis et diuturnae. Ideo Romae infernas abies ſupernati praefertur. *Conf.* Vitruu. 1, 2. ib. c. 12. Varr. de R. R. 1, 6, 6 (vbi ſappinus) *Bald. Lex.* Vitr. *p.* 104.

SAPINEVS, a, um. Adi. [ἐλάτινος] Columella 12, 5 Alii nucibus ſapineis ardentibus idem efficiunt. *Conf.* Vitruuius 2, 9. Plin. 15, 10.

SAPIO, ui, ĕre. [χυμίζω] *Proprie pertinet ad ſenſum guſtus: diciturque res ipſa ſapere, quae aliquem habet ſaporem.* Iuuen. Sat. 11, 81 Qui meminit, calidae ſapiat quid vulua popinae. Anas, *v. v.* Iucundiſſime ſapit Columel. 7, 8. Mare ſapit Plin. 14, 7. Laudatiſſimi conchylium ſapiunt Plin. 9, 17. Oleum male ſapiet Cato de R. R. c. 66. *Verum* ¶ 2 Cic. de Finib. 2, 24 c. 8 Nec enim ſequitur, vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. *h. e. De ſaporibus recte iudicet.* ¶ 3 Sapio, *interdum refertur ad odorem: vt Cicero apud* Plinium 17, 5 ſ. 3 Meliora, inquit, unguenta eſſe, quae terram ſapiunt, quam quae crocum. Plaut. Pſeud. 2, 4, 47 Sed iſtic ſeruus ex Cariſto hic qui aduenit quid ſapit? CH. hircum ab alis. *Al.* Vsque a cunabulis, *nullo aut inepto ſenſu. Vid. Turnebus et Gronou. ad l. c. et add.* Quinctil. 6, 3, 107 Atticiſmos ille redolens Athenarum proprium ſaporem. ¶ 4 Sapere, [φρονεῖν, πέπνυσθαι] *ad animum ſaepiſſime transfertur, pro Sapientem eſſe, ſeu Rectam ſententiam vel opinionem habere.* Ter. Adel. 3, 3, 32 Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt videre, ſed etiam illa, quae futura ſunt proſpicere. Ibid. 5, 3, 41 Video eos ſapere, intelligere, in loco vereri, inter ſe amare. Feliciter is ſapit, qui periculo alieno ſapit Plaut. Merc. 4, 7, 40. Cic Fam. 14, 1 Nam quid ego de Cicerone dicam? qui quum primum ſapere coepit, acerbiſſimos dolores miſeriasque percepit. Martial. 9, 6 Nubere vis Priſco, non miror, Paulla, ſapiſti: Ducere te non vult Priſcus; et ille ſapit. Nemo mortalium omnibus horis ſapit Plin. 7, 40. Pectus ſapit illi Plaut. Bacch. 4, 4, 12. Idem Pſeud. 1, 5, 81 Deſiſte, recte ego meam rem ſapio. *h. e. Scio, quid mihi agendum ſit.* Cic. de Diuin. 1, 133 Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam. *Ex Poëta.* Ter. Heaut. 5, 1, 50 Nonne id flagitium eſt, te aliis conſilium dare, Foris ſapere; tibi non poſſe auxiliarier? Sapiunt Male miſeri Plaut. Merc. 4, 6, 8. Sapere pleno pectore Plaut. Epid. 2, 2, 101. Sapitis plus, vel ſatis Idem ibid. 2, 2, 77. Plaut. Trin. 3, 2, 10. Nemo ſolus Satis ſapit Idem Mil. 3, 3, 12. Cic. Att. 14, 5 Nam iſta quidem Caeſaris libertorum coniuratio facile opprimeretur, ſi recta ſaperet Antonius. Haud Stulte ſapis, ſi quidem id ſapere eſt Ter. Heaut. 2, 3, 81. Plaut. Perſ. 1, 3, 28 Sapis multum ad genium. *h. e. Noſti probe curare cuticulam et indulgere genio.* Ad alia omnia aetate ſapimus rectius Ter. Adelph. 5, 3, 46. Plaut. Truc 4, 4, 1 Blittea et lutea eſt meretrix, niſi quae ſapit in vino ad rem ſuam. Cic. Off. 2, 48 Quem qui audiunt, intelligere etiam et ſapere plus quam caeteros arbitrantur. Cic. Fam. 7, 29 Quamquam quis. qui aliquid ſapiat, nunc eſſe beatus poteſt? Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit Nequidquam ſapit Cael. ad Cic. Fam. 8, 6. Cic de Diuin. 2, 81 c. 39 . . . Quaſi vero quidquam ſit tam valde, quam nihil ſapere, vulgare. Idem Verr. 1, 55 Hic plane nihil ſapit. Per ſe ſapere Hor. in Arte Poët. 367. ¶ 5 Sapiui, pro Sapui antiquis. Nouius Virgine praegnante, Quando ego plus ſapiui, qui fullonem compreſſi quinquatribus Nonius 10, 31. *Huc referendum illud* Sapiſti, *quod habuimus ex* Mart. 9, 6.

SAPIENS, entis. Adi. [σοφός, δεξιός, δαίμων] *Qui ſapit.* Cic. Off. 1, 16 c. 5 Vt enim quisque maxime perſpicit, quid in quaque veriſſimum ſit, quique et acutiſſime, et celerrime poteſt videre et explicare rationem, is prudentiſſimus et ſapientiſſimus rite haberi ſolet. Idem pro Cluent. 84 c. 31 Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui quod opus ſit, ipſi veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet. Miſera mors ſapienti non poteſt accidere Cic. in Catil. 4, 3. Idem Philipp. 10, 17 Quis aut ſapientior ad coniecturam rerum futurarum? Ad normam alicuius ſapiens, *vid.* NORMA. Facere ſapientem Quinctil. 1, 10. Formare ſapientem Idem 1, 10. Iudicatus ſapiens, *vid.* IVDICO. Dictum ſat ſapienti Plaut. Perſ. 4, 7, 19. Aetas fera et ſapientior Ouid. de Arte Am. 1, 65. Conſilium ſapiens Idem Met. 13, 433. Excuſatio ſapiens Cic. Att. 1, 16. Mores ſapientes Plaut. Rud. 4, 7, 25. Nutrices ſapientes Quinctil. 1, 1. Populus ſapiens Hor. Epiſt. 2, 1, 18. Puella ſapiens Ouid. Met. 10, 622. Vir bonus et ſapiens Hor. Epiſt. 1, 7, 22. Sapientes κατ' ἐξοχὴν *apud Graecos fuere, Cleobulus, Solon, Chilo, Pittacus, Thales, Bias, Periander: quorum multae ſunt ſententiae, quas leges vitae vocat* Quinctil. 5, 11. Lactantius 4, 1 Temere eos ſibi Sapientum nomen tribuiſſe *affirmat. Eſt inter* Auſonii *carmina* Ludus ſeptem Sapientum, *vnde modo vltimos verſus ponemus,*

Chilon, cui patria eſt Lacedaemon, Noſcere ſe ipſum.
Periander, Trepidam moderare, Corinthius, iram.
Et Mitylenaeis, Nimium nil, Pittacus, oris.
Menſura optima, ait Cleobulus Lindius, in re.
Exſpectare Solon finem docet, ortus Athenis.
Plures eſſe Bias prauos, quem clara Priene.
Mileti, fugiſſe, Thales, vadimonia, alumnus.

SAPIENTIA, ae. f. [σοφία] *In primo ſenſu ad ſenſus corporeos pertinet, et de ſapore dicitur. Sic ſalit in hac voce* Ter. Adel 3, 4, 62 Hoc ſalſum, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parum: illud recte: ſedulo moneo, quae poſſum pro mea ſapientia. De fumo facies, ſapientia de mare nata eſt Sympoſ. Aenigm. 83. *de perna.* ¶ 2 *Sed plerumque ad animum refertur, et eſt, vt ait* Cic. Tuſc. 4, 57 Rerum diuinarum et humanarum ſcientia cognitioque, quae cuiusque rei cauſa ſit. *Vid.* Idem Off. 2, 5. *Sed quo diligentius attenderis, tanto magis intelliges, ſapientiae nomen late admodum patere, et omnem cognitionem veri et boni, mentisque ad verum bonum applicationem comprehendet.* Ita fit mater omnium bonarum rerum ſapientia: a quovis amore, Graeco verbo Philoſophia nomen inuenit Cic. de Legib. 1, 58 c. 22. Sapientia, hominis cuſtos et procuratrix Idem de Fin. 4, 1. Sapientia, moderatrix omnium rerum Cic. de Inuent. 1, 5.

Principeſque omnium virtutum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν Graeci vocant Cic. Off. 1, 153 c. 43. Primus ſapientiae Gradus eſt, falſa intelligere: ſecundus, vera cognoſcere Lactant. 1, 23. Doctores ſapientiae, pro Philoſophis Tacit. Ann. 14, 16. Morbus Sapientiae Plin. 7, 51 ſ. 52. *cum homines* per ſapientiam moriuntur, *vt loquitur p. a. c. 50 ſ. 51. i. integris ſenſibus et mente ſana. Opponit enim* furoris morbum. Praecepta ſapientiae Quinctil. 1, 4. Profeſſores ſapientiae Idem in Prooem. l. 1. *de Philoſophis.* Sapientia cuſtodiendae ciuitatis Cic. de Orat. 2, 154. Studia ſapientiae Tacit. Ann. 14, 56. Studium Celſ. 1 praef. Vbi ſapientiae conſultiſſima Via? Petron. c. 88. Caeleſtis ſapientia Hor. Epiſt. 1, 3, 27. Plin. 18, 3 *in fine;* D. Syllanus Sapientiae Compoſitiſſimae. *Sed poſt editum,* Sapientes vero complures. Conſummata ſapientia, *vid.* CONSVMMO. Cic. Philipp. 13, 6 Nae ego iſtam Eruditam ſapientiam non audiam. Fracta ſapientia cadet Ouid. Triſt. 5, 12, 13. Inops dicendi ſapientia, *vid.* INOPS. Inſanientis ſapientiae conſultus Epicureus Hor. Carm. 1, 34, 2. Cic. de Orat. 2, 144 c. 33 Iſtam oſcitantem et dormitantem ſapientiam, Scaeuolarum et caeterorum beatorum otio concedamus. Sapientiam *vult accipi Iuriſprudentiam,* Oſcitantem et dormitantem, *quia languet otio, domique ſecura manet. Signum* languoris et ſecuritatis *eſt* oſcitatio. *Significat Iuriſconſultos non agitari tumultu forenſium cauſarum dictionumque: ſed in otio ſecuraque tranquillitate de iure conſulentibus domi reſpondere.* Peruerſa ſapientia Tuberonis Cic. pro Muraen. 75. Virtus eſt vitium fugere, et ſapientia Prima ſtultitia caruiſſe Hor. Epiſt. 1, 1, 41. Apul. Apol. p. 328, 4 Eſt ille Poëtae verſus non ignotus, Odi puerulos praecoci ſapientia. Plaut. Trin. 2, 2, 88 Non aetate, verum ingenio Adipiſcitur ſapientia. *i. paratur.* Compilare ſapientiam alicuius, *vid.* COMPILO. Sapientia vino Obumbratur Plin. 23, 1. *prouerbium.* Sapientiam, *pro Iudicio videtur ponere* Cic. in Orat. 70 Sed eſt eloquentiae, inquit, ſicut reliquarum rerum, fundamentum ſapientia. Vt enim in vita, ſic in oratione nihil eſt difficilius, quam quid deceat videre. πρέπον appellant hoc Graeci, nos dicamus ſane decorum. *Pro prudentia:* Nunquam temeritas cum ſapientia commiſcetur, nec ad conſilium caſus admittitur Cic. pro Marc. c. 2. *Conf.* pro L. Manil. c. 7. *Pro Clementia, lenitate:* Re iniquum eſt, ſed tua ſapientia fit aequiſſimum Cic. pro Deiot. c. 2. *Add.* Idem pro Marc. c. 6. *Nempe verum eſt, quod diximus,* Sapientia *omne ſtudium veri et boni, omnem poſſeſſionem, complectitur.*

SAPIENTIĀLIS, e. Adi. *Sapientia pollens.* Tertull. de Anim. 15 Summus in anima gradus vitalis et ſapientialis. *Add. ib. p. p.*

SAPIENTIPŎTENS, entis. Adi. [σοφοκράτωρ] Cic. de Diuin. 2, 116 c. 56 Poſtremo quamquam ſemper fuit, vt apud Ennium eſt, ſtolidum genus Aeacidarum, bellipotentes ſunt magis quam ſapientipotentes, tamen hanc amphiboliam verſus intelligere potuiſſet.

SAPIENTER. Adu. [σοφῶς] Plaut. Men. 5, 7, 2 Imperium meum ſapienter habeatis curae. Vitam ſapienter inſtituere Ter. Andr. 1, 1, 40. Cic. pro Domo 77 Quia ius a maioribus noſtris, qui non ficte et fallaciter populares, ſed vere et ſapienter fuerunt, ita comparatum eſt, *etc.* Agendum ſapienter Ouid. Met. 15, 577. Amare ſapienter Idem Epiſt. 21, 57. Facere ſapienter Cic. pro Roſc. Amer. 70. Facere aliquid ſapienter et fortiter Idem Fam. 1, 7. Monere ſapienter Cic. de Finib. 3. Vti ratione ſapienter Quinctil. 2, 5. *Compar.* Cic. Fam. 2, 6 (7) Nemo eſt qui tibi ſuadere ſapientius poſſit te ipſo. Quod difficilius putatur, multo ſapientius tulit ſecundam quam aduerſam fortunam Nep. 20, 1, 2. *Superl.* Seruius ſapientiſſime perfecit, vt *etc.* Cic. de Clar. Orat. c. 42.

SAPOR, ōris. m. *a* Sapio. [χυλὸς, χυμὸς] *Qualitas illa, quae lingua ſiue guſtu deprehenditur. Interdum etiam ipſe Senſus, quo aliquid ſapimus, et guſtu quale ſit dignoſcimus.* Plin. 15, 27 Interim, quae ſunt communia et pomis omnibusque ſuccis ſaporum genera, tredecim reperiuntur, dulcis, ſuauis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, ſalſus. *Deinde peculiariter de* vini, lactis, aquae, ſapore *diſputat.* Cic. de Finib. 3, 34 c. 10 Vt enim mel, etſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, non comparatione cum aliis, dulce eſſe ſentitur. Sapor oris Plin. 30, 4. Acumen ſaporis, *vid.* ACVMEN *in* ACVO. Aſper in ore ſapor Virg. Georg. 4, 277. Acidulo ſapore iucunda pira Plin. 15, 15 ſ. 16. *et* 2, 100 Sapor maris Aſper. Aſperrimus ſapor, Calidus ac vinoſus ſapor, Cerealis ſapor, Cibarius ſapor, *vid. ſſ. ll.* Dulcis ſapor Hor. Carm. 3, 1, 19. Durus ſapor Virg. Georg. 4, 102. Ferruginei ſaporis aqua Plin. 31, 2. *vid.* FERRVM. Foedus ſapor Lucret. 2, 401. Horridus ſapor Plin. 3, 13. Ingrati ſaporis caſeus, *vid.* INGRATVS. Infirmi ſaporis vinum, *vid.* INFIRMVS. Inimitabilis ſapor Quinctil. 2, 10. Iucundus, Medicatus, Mulſeus ſapor, *vid. ſſ. ll.* Salſi ſaporis humor Lucret. 6, 928. Caſeus Sciti ſaporis Apul. Met. 1 p. 104. Tardus ſapor Virg Georg. 2, 126. Triſtis ſapor Ouid. Triſt. 4, 6, 12. Vinoſus ſapor Plin. 12, 13. Adiudicare ſaporem, *vid.* ADIVDICO. Capi aliquo ſapore Cic. pro Cael. 42. Conſpurcare tetro ſapore omnia Lucret. 6, 21. Domare ſaporem durum Virg. Georg. 4, 102. Imbuere ſapore Quinctil. 1, 1. Infuſcare ſaporem, *vid.* INFVSCO. Noſſe ſaporem, *vid.* NOSCO. Perficere ſaporem Quinctil. 1, 10. Redolere ſaporem Idem 6, 3. ¶ 2 Sapor, *per translationem, pro Iucunditate ſermonis.* Cic. de Clar. Orat. 172 c. 46 Tincam Granius obruebat neſcio quo ſapore vernaculo. Vrbanius recinere et reſonare, *vid. ſub* VRBS. Sermonem habes non publici ſaporis Petron. 3. *i. non placentem vulgo, ſed ſapientibus. Ad ſenſum communem et intelligentiam refertur.* Arnob. 3 p. 108 Quisquamne eſt hominum rationis alicuius ſapore contactus. *Et* Ennod. Epigr. 15 Tu mea vel tenui perfundis corda ſapore. *Conf. Barth. Aduerſ.* 43, 19.

SAPŌRO, āre. *Sapore imbuere.* Petr. Chryſol. Serm. 157 Chriſtus in nuptiis aquas ſaporauit in vinum. Autumni, qui dulcia poma ſaporat Dracont. Hexaëm. v. 539.

SAPORĀTVS, a, um. Petron. Fragm. p. 675 Mille ſaporatam medicatis frugibus offam. *Haud multum differt ab illo* Virg. Aen. 6, 420 Melle ſaporatam et medicatis frugibus offam Obiicit. *Sed alii legunt* Soporatam: de qua lectione *vid. Turnebi Aduerſ.* 28, 45. *et* 29, 6 *quocum conſentit Hadr. Iunius. Conf. Barth. ad* Stat. Theb. 6, 235. *Sed auctoritate et ratione* ſoporatam *apud Virgilium praefertur.* Saporatos cibos dixit Ammian. 3, 1, 2. Pulmenta bene ſaporata Tertull. de Spectac. 27. Comparatiuo *vſus eſt* Arnob. 5 p. 164 Ex ſanguine ſaporatiore genus ducunt.

SAPŌRVS, a, um. Adi. Lactant. 3, 16, 15 Vocat Piper et Palma merces ſaporas. Nil eſt dulcius ac magis ſaporum Prudent. C them. 4, 49.

SAPORŌSVS, a, um. Adi. Conſtant. Afer de Febr. c. 4 Sangu eſt omnibus elementis ſaporoſior.

SAPĬDVS, a, um. Adi. *Quod gratum habet ſaporem.* Apic. 9, 1 Ius ſapidum. *et* c. 11 Piſces ſapidiores. *Add. 6, 6. Conf.* Apu Met. 2 p. 117. *et* 10 p. 244. ¶ 2 Sapidae puellae Alcin Auit. ad Soror. v. 458. *i. ſapientes, ex Matth. c. 25.* Sapidus tepidus *permutantur a librariis: Burm. ad* Sammon. v. 170.

SAPIDE. Adu. *Superl. apud* Apul. Met. 8 p. 216 Femur ſapidiſſin concoctum.

SAPIS, is. m. *Fluuius Italiae* in Flaminia prope Ceſenam vrbe Plin. 3, 15. *Eſt et* Sapis, *Galliae Ciſalpinae fluuius Senogalliam v. bem ſubterlabens, iuxta quam et Iſaurus fluit.* Lucan. 2, 406 Cruſtum umque rapax et iunctus Sapis Iſauro. *Add.* Sil. 8, 45 Plin. 3, 15.

SAPIVM *vel* SAPPIVM, i. n. *Picis genus.* Plin. 16, 12 *ext* Inter haec genera proprium quidam fecere ſapium, quoniam ex cogn tione earum ſeritur, qualis dicta eſt in nucleis.

SAPLVTVS *vel* ZAPLVTVS, a, um. Adi. [ζάπλουτος] *Va de diues.* Petron. Fragm. Tragur. c. 37 Adeo ſaplutus eſt. *Con Scheffer. Not. p. 73.*

SAPO, ōnis. m. [σμῆλη, σμῆγμα] *Maſſa, illa vulgaris ex pingu et lixiuo cinere cocta.* Plin. 28, 12 ſ. 51 Prodeſt et ſapo: Galloru hoc inuentum rutilandis capillis, ex ſeuo et cinere. Optimus fagi et carpino duobus modis, ſpiſſus ac liquidus: vterque apud German maiore in vſu viris quam feminis. Attrito ſapone genas purga memento Sammon. c. 12 v. 155.

SAPONARIVS, i. m. Plin. Valer. 1, 21.

SAPONATVM, i. n. Theod. Priſcian. 1, 18.

SAPOR, *vid.* SAPIO.

SAPPHĪRVS, i. f. [σάπφειρος] *Lapis pretioſus, qui nomen ſ vat in plerisque Europae linguis, caeleſtis coloris etc.* Plin 37, 9 In aliquando et aureus puluis, non qualis in ſapphirinis. Sapphirus eni et aureis punctis collucet. Caeruleae et ſapphiri, raroque cum pu pura. Optimae apud Medos, nusquam tamen perlucidae. Praeter inutiles ſcalpturae interuenientibus cryſtallinis centris. *Conf.* Dio 5, 100. Tertull adu. Marc 2, 10.

SAPPHIRĬNVS, a, um. Adi. [σαπφείρινος] *Vt,* Lapis ſappl rinus Plin. 37, 9.

SAPPHIRĀTVS, a, um. Adi. [σαπφειρωτὸς] *Sapphiris int textis variegatus.* Sidonius Epiſt. 2, 10 Ac ſi ſub verſicoloribus figu vernans herbida cruſta ſapphiratos.

SAPPHO, ûs. f. [Σαπφῶ] *Mulier non minus Lyrici carmi ſuauitate nobilis, quam amoribus, partim impuris in ſuum ſexum, in mis: cuius de vita et rebus omnia collegit diligentia Io. Chriſtia Wolfii.* Hor. Carm. 2, 13, 25 *inducit apud inferos,* Aeoli fidibus querentem Sappho puellis de popularibus. Maſc la Sappho Hor. Epiſt. 1, 19, 28. Lesbia Sappho Oui Triſt. 2, 365.

SAPPHĬCVS, a, um. Adi. [Σαπφικὸς] *Vt,* Carmen Sapphi cum Diomed. p. 508. Muſa Sapphica Catull. ad libellum 35, 17.

SAPROS, *putridus eſt Graecis,* σαπρὸς. *De caſeorum generibus* Plin. 28, 9 ſ. 34 Sapron vocant, qui cum ſale et ſorbis ſiccis e vino tr tus potusque medetur coeliacis.

SAPROPHĂGVS, i. m. [σαπροφάγος] *Qui* ſaprum, *i. putridu deuorat, quod* σαπροφαγεῖν *vno verbo Graeci dicunt, quo verbo vtit* Martial. 3, 27 Neſcio quod ſtomachi vitium ſecretius eſſe Suſpice vt quid enim Baetice, σαπροφαγεῖς.

SAPSA, *a veteribus dictum eſſe pro* Ipſa, *vel* ſua ipſa, *colligas* Feſto *voce* SAS. *Poſt ea enim, quae damus voce* SAS, *ita perg* Idem cum ait Sapſam pro ipſa: nec alia (*f.* aliter) ponit in lib XVI Quo res ſapſa loco ſeſe oſtentatque, iubetque. *Et* Pacuui in Teucro, Nam Teucrum regi ſapſa res reſtibiliet. *Haec ille.*

S A R

SARABALLVM, i. n. *Veſtis erat Parthorum fluxio* Hieronymus in Danielem c. 3. *et* Ep. ad Innocent. de mulier ſepties icta.

SARABARA, ae. f. *Veſtis eadem vid.* Iſidor. 19, 23 Alii interpr tantur crurum Operimenta et indumenta. Eius mentio apud Sept mium Florentem de Pall. c. 4. *et* de Reſurr. Carn. c. 58. Monu Turneb. 7, 20.

SARCASMVS, i. m. [σαρκασμὸς] *Latine dicitur Iocus cum an ritudine, in primis in mortuum vel ſtatim moriturum. Vt apud* Vi Aen. 2, 547

— Referes ergo haec, et nuntius ibis
Pelidae genitori: illi mea triſtia facta,
Degeneremque Neoptolemum narrare memento.

Vid. Chariſ. p. 247. Diomed. p. 458. Quinctil. 8, 6. I dor. 1, 36.

SARCINA, ae. f. *vid.* SARCIO.

SARCIO, ſi, (ſarciui Val. Prob. Cathol. p. 1482 *Putſch.*) tum, ir [καταρτάω, ἀκέομαι] Integrum facere, inquit Feſtus. *Proprie Veſtes conſuere. Transfertur tamen etiam ad alia.* Plin. 11, 10 Ap ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerinis a ſolo fornicatis, ne de aditus ad ſarciendum. Cato c. 31 Vimina matura: falces per ten pus legantur, vti ſit vnde corbulae fiant, et veteres ſarciantur. *Ad* c. 23. Deinde impudentia proſequor: ſed idem ſarciam Cic. Fa 13, 62. Centones, *vid. h. v.* Damna ſarcire, *Reparare* Colume 9, 15. *Sic* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 45 Dum ſarcire acceptum detrime tum volunt, temere inſecuti fugientes, *etc.* *Add.* Idem Bell. G. 6, Fideicommiſſum ſarcire Vlpian. in l. Fideicommiſſa §. ſi quis alic decem ff. de legat. 3. Vt acceptum Incommodum Virtute ſarciret Caeſ. B. C 3, 73. Infamiam ſarcire Idem Bell. Ciuil. 3, 74. Ru nas ſarcire generis lapſi Virg. Georg. 4, 449. Cic. Fam. 3, 1 Quo cum ita ſit, perficiam profecto, vt longi temporis vſuram, qua caruim intermiſſa noſtra conſuetudine, et gratia, et crebritate, et magnitudi officiorum meorum ſarciam.

SARTVS, a, um. Partic. [ἐπισκευασθεὶς] *Vt,* Male ſarta grati nequidquam coit, et reſcinditur Hor. Epiſt 1, 3, 31 Vulnus ſa tum Scribon 206. Sarta tecta [ἐπισκευή, κατασκευή] *vocaba tu*

t., *auctore* Feſto, *voce* SARTE, Opera publica quae locabantur, vt i.:egra praeſtarentur. Sarta tecta *exigendi cura ad Cenſores ſpecta-b, interdum etiam ad Aediles, raro ad Praetores, nec niſi quum Senatus d reuerat*, Cic. Verr. 1, 128 c. 50 Quum L. Octauius, Caeſar Aurelius C nſules, aedes ſacras locauiſſent, neque potuiſſent omnia ſarta tecta e gere, neque ipſi, neque ii Praetores, quibus erat negotium datum, C. ſ:erdos, et M. Caeſius: factum eſt Senatusconſultum, quibus de ſar-ti tectis cognitum et iudicatum non eſſet, vti C. Verres, P. Caelius P etores cognoſcerent, et iudicarent. *Idem paullo poſt*, Quaeſiuit, q s aedem Caſtoris ſartam tectam deberet tradere. *Et rurſus*, M numentum illa amplitudine, illo opere quamuis ſartum tectum, in-tegrumque eſſet: tamen aliquid ſe inuenturum, in quo moliri prae-d ique poſſet, arbitrabatur. *Ex cuius orationis lectione, facile intelli-gitur, quomodo ſarta* tecta locari *ſolerent* exigique. Liu. 42, 3 Cen-ſorem moribus regendis creatum, cui ſarta tecta exigere ſacris publicis e loca tuenda more maiorum traditum eſſet. Cenſores ſarta te-cta acriter et cum ſumma fide exegerunt Liu. 29, 37 *pr.* Qui-b ſarta tecta aedium ſacrarum locorumque communium tueri poſſunt C. Fam. 13, 11. Idem Verr. 1, 136 c. 50 *de Chelidone meretrice*, C ae iſto praetore — in his ſartis tectisque dominata eſt. *Sic le ndum, cum dicat* Aſconius, Addiditque, vt eſſet plenum dictum: n n ſarta tecta dicuntur. Vopiſc. Aurel. 35 De proprio poſſeſſi-o s, quas in Mauritania habuit, ſartis tectis Capitolio deputauit. *S pe eo vtuntur ICti. V. g.* l. 17 D. de vſu et habit. *etc.* *Metaph.* C. Fam. 13, 50 Hoc mihi da atque largire, vt M. Curium ſartum et te:um, vt aiunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia ſincerum in:grumque conſerues. Plaut. Trinum. 2, 2, 36 Sarta tecta tua p ecepta pater vsque habui mea modeſtia.

ARTE. Adu. Integre. Feſtus. *Add.* Chariſ. 2 p. 195.

ARTOR, ōris. m. Non. 1, 24 Sartores dicuntur non ſolum a ſar-ci ido, verum etiam a ſarriendo, *vid. in* SARRIO, SARRITOR.

ARTRIX, īcis. f. *apud* Frontonem p. 1327.

ARTVRA, ae. f. *Refectio, inſtauratio.* Per ſarturas veteris lin-te effluens Sen. de Vita Beata c. 25. Columel. 4, 26, 2 Iugo, ſi n erit opus noua ſartura, recentia vincula inſerantur. *Add.* Pl. 18, 27.

ARSVRA, ae. f. *Idem.* Varr. R. R. 3, 9, 1 Ego quae requiro ſ urae aſſurae membra de palumbis. *Vid.* Turnebi Aduerſ. 24, 22. q *vtcunque hanc lectionem Victorianam interpretatur*, requiro ſarſurae *i. l ſarciendum id, quod deeſt tractatui noſtro. Sed melius ſententiae cc ulitur, ſi legamus cum primis editt.* farturae *vel* farſurae *a* f: iendo.

ARCINA, ae. f. [φορτίον ὁδοιπορικὸν Gloſſ. Lat. Gr. ſarcinae, σκεύη ὁδ ιπορικὰ Gloſſ. Vet.] *A* Sarcio, *neſcio quam bene, deriuatur, et proprie eſ eorum, quae ad cultum, ad ornatum, et ad reliquum vſum pertinent, v ti Faſcis, quem quis in itinere faciendo portat.* Plaut. Moſtel. 2, 1, 83 V le aduenienti ſarcinam imponam ſeni. *i. illum mendacio fallam. F c ſimpliciter* imponere *dicebant pro fallere.* Caeſ. Bell. Gall. 2, r Legionem adoriri ſub ſarcinis. Prop. 4, 3, 46 Romanis vti-n patuiſſent caſtra puellis, Eſſem militiae ſarcina fida tuae. *Sic* B eis ad Achillem, Ouid. Epiſt. 3, 68 Non ego ſum claſſi ſarcina n na tuae. *Metaph.* Sarcinaque haec animo non ſedet apta m Ouid. Heroid. 4, 24. Vxor ſarcina praegnationis onerata A l. Met. 10 p. 249. *Add.* 1 p. 106, 20. *et* 5 p. 164, 17. Con-ſt ngere ſarcinam Plaut. Trin. 3, 2, 93. Sarcinas *etiam vocant R domi ciſtis capſisque compoſitas.* Quinctil. in Paſtu cadauerum, Ia-ce: relictae ſine herede ſarcinae.

ARCINAS, *vid.* SARSINAS.

ARCINVLA, ae. f. Dimin. [σκευάριον] Iuuen. Sat. 3, 161 Quis g er hic placuit cenſu minor, atque puellae Sarcinulis impar? *Ita cc emtim diuitias appellat.* Aptae ſarcinulae, et expeditae Catul. ad Veranium 28, 2. Collige ſarcinulas! Iuuen. Sat. 6, 145. *For-m diuortii denuntiandi.* *Conf.* Petron. 81. Sumo ſarcinulam m m Apul. Met. 1 p. 108. *Add.* Ibid. 8 p. 210.

ARCINVLATVS, a, um. Adi Equi Brito Armoric. Phil. 12, 25.

ARCINALIS, e. Adi. *Ad ſarcinas pertinens.* Ammian. 15, 7 Sa:inalium iumentorum actuarius. *Conf.* Idem 29, 34.

ARCINOSVS, a, um. Adi. Apul. Met. 8 p. 208 Lupi vaſtis cor-pc ibus ſarcinoſi. Sarcinoſior Priapei. 79, 4. *i. mentulatior.*

ARCINO, āre. [σκευάζω Vet. Onom.] *Conf. Colu. ad* Apul. M. 5 p. 76.

ARCINATVS, a, um. Adi. [σκευοφορῶν] *Sarcinis onuſtus.* Pl t. Poen. 5, 2, 19 Viden' homines ſarcinatos conſequi?

ARCINARIVS, a, um. Adi. [σκευοφορικὸς] *Quod ad ſarcinas p inet.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 81 Illi et inopia pabuli adducti, et quo eſ nt ad id expeditiores, omnia ſarcinaria iumenta interfici iubent.

ARCINATOR, ōris. m. [σκευοφόρος, *it.* ῥάπτης Gloſſ. Cyr.] *Sc or, qui ſarcit ac reparat; vel qui ſarcinas compingit.* Plaut. Aul. 3, 41 Petunt fullones, ſarcinatores petunt. Lucilius *apud* Non. 2, 81 Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optime. Paullus de urtis: in L. Fullo, Fullo vel ſarcinator, qui polienda et ſarcienda v imenta accepit, ex contrectatione eorum furtum facit.

ARCINATRIX, īcis. f. [ἀκέστρια, καλλωπίστρια, ῥάπτις Vet. Gl.] *Q e veſtes ſuit et reficit.* Caius in l. Et ancillarum, De peculio, Et a illarum nomine, et filiarumfamilias in peculio actio datur: ma-xime ſi qua ſarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium vulgare e rceat. Sarcinatricis in machinis Non. 1, 276. *Conf.* Feſt. *in* AVS. Cyprian. Epiſt. 42 *edit. Oxon.*

ARCITOR, ōris. m. *Idem qui Sarcinator.* Inſcript. apud Fa-br t. p. 753 M. PVPIVS. M. L. VRBANVS. SARCI-TOR. SIBI. ET. CLARAE. CONLIBER. ET. LAV-R NTINAE. F.

ARCITRIX, īcis. f. Non. 1, 276.

ARCITECTOR, ōris. m. Iſidor. 19, 19 Sarcitector dictus, quod e multis hinc inde coniunctis tabulis vnum tecti faciat corpus; idem e ignarius.

ARCIMEN, ĭnis. n. [ῥαφή] *Sutura.* Apuleius Met. 4 p. 149, 2 Tunc tenui ſarcimine ſummas oras eius adaequauimus, et iuncturae ri am ſetae denſitate ſepſimus *de latrone vrſinae pelli inſuendo.*

ARCION, [σαρκίον] *Eſt veluti Carnoſa quaedam gemmarum ve-n itiumque Carchedoniis et Smaragdis admodum pe uliare.* Plin. 37, 5 P uliare erat in his vitium Sarcion appellatum, hoc eſt, quaedam g mae caro. *Σαρκίον caruncula.*

ARCITES, Gemma, quae bubulas carnes repraeſentat Pl. 37, 10.

SARCOCELE, es. f. *Herniae genus* Celſ. 7, 18 *cum* caro quoque inter tunicas increſcit.

SARCOCOLLA, ae. f. [σαρκοκόλλα] *Lacrima arboris in Perſi-de naſcentis, inquit Dioſcorides; dicta ab effectu, quem praeſtat, et vi poteſtateque ſua, nempe a vulneribus glutinandis, hoc eſt carnibus, quas Graeci σάρκας vocant, κόλλαν enim illi glutinum vocant.* Plin. 24, 14 Sunt qui et ſarcocollam ſpinae lacrimam putent, pollini turis ſimilem, cum quadam acrimonia dulcem. Idem 13, 11 Fit et ex ſarcocolla (ita vocatur arbor) gummi vtiliſſimum pictoribus ac medicis, ſimile pollini turis. *Vides quemadmodum Plinius et Arborem ipſam et Gummi, eodem nomine appellet.* *Conf. Dioſc.* 3, 90. Apul. de Herb. 31. Scribon. 22.

SARCOGRAPHIA, ae. f. Figurae, quae Sarcographia dicitur, vis in eo conſiſtit, quod rebus incorporalibus corporis lineamenta li-center attribuit Sarisber. 7, 24.

SARCŌMA, atis. n. Iſidor. 4, 7 Superfluum carnis incrementum, quo vltra modum corpora faginantur.

SARCOPHĂGOS, i. m. [σαρκόφαγος] Sepulcrum, Cepulum *auctore* Nonio 1, 13. Macer in l. Funeris ſumtus D. de relig. *etc.* Sar-cophagus, *Lapis.* Plin. 2, 96 At circa Aſſon Troadis lapis naſcitur, quo conſumuntur omnia corpora: ſarcophagus vocatur. *Conf.* Id. 28, 9 f. 37. *et* 36, 17. Iuuen. Sat. 10, 172 Vnus Pellaeo iuueni (*Alexandro M.*) non ſufficit orbis — Cum tamen a figulis muni-tam intrauerit vrbem, Sarcophago contentus erit. *Vrnae fictilis ſati-rica deſcriptio.* Funereo quieſcere ſarcophago Prudent. Ca-them. 3 *extr.*

SARCOPTES, ae. m. *Titulus libri* 2 Apicii, *σαρκόπτης quaſi tu* Carnium aſſatorem *dicas.*

SARCOSIS, eos. f. [σάρκωσις] Sarcoſis talis eſt paſſio: iumen-tum cum biberit inflatur, et ſufflat. Hac eum ratione curabis *etc.* Veget. Mulom. 3, 26 *pr.*

SARCVLVM, i. n. *et* SARCVLVS, i. m. [σκαλὶς] *a Sar-riendo dicitur, Inſtrumentum ruſticum, quo ſegetes purgantur: id enim ſarriendo agitur.* Cato de R. R. c. 10 Sarcula octo, palas quatuor. Plaut. Trucul. 2, 2, 21. Cic. de Fin. 2, 23 c. 8 Cui nihil dum ſit, ius et ſarculos abſtulerit. Ceſſant ſarcula Ouid. Faſt. 1, 699. Diſperſa per agros ſarcula Ouid. Met. 11, 36. Arare ſarculis Plin. 18, 19. Agros findere ſarculo patrio Hor. Carm. 1, 1, 11. Sar-culi vel ſimplices vel bicornes Pallad. Ian. t. 43. *Conf.* Colum. 2, 12.

SARCVLO, āri. [σκάλλω, σκαλίζω] *Sarculo fodere et purgare.* Si ſiccas ſegetes ſarculaueris Pallad. Ian. t. 9. Lupinus ſi ſarcule-tur Ibid. Sunt ſarculanda frumenta Ibid.

SARCVLATVS, a, um. Partic. Nata in hortis ſarculatis Pru-dent. in Romano v. 264.

SARCVLATIO, ōnis. f. [σκάλυσις] *Idem quod Sarritio.* Plin. 18, 21 Sarculatio induratam hiberno rigore ſoli triſtitiam laxat tempo-ribus vernis. *Videtur legendum* Teporibus. Caulis gaudet ſter-core et ſarculatione Pallad. Febr. t. 24

SARDA, ae. f. [σάρδιος] *Genus gemmae.* Plin. 37, 7 Omnia au-tem haec genera, ſcalpturae contumaciter reſiſtunt, partemque cerae in ſigno tenent. E diuerſo ad haec Sarda vtiliſſima, quae nomen cum ſardonyche communicauit. Ipſa gemma vulgaris et primum Sardibus reperta. *Eſt etiam* ¶ 2 *Genus cepae, ap.* Plin. 19, 6. *Item* ¶ 3 *Genus cretae, ap.* Plin. 35, 17. ¶ 4 Sarda, *Piſcis ex genere pelamidum* Plin. 32, 4. *it.* 7 *et* 11. Colum. 8, 17, 12 Sardiniam *dicere videtur.*

SARDACHATES, Gemma Achates a Sardinia nomine accepto, quod ibi inueniatur a caeteris degenerans Plin. 37, 10.

SARDANAPĀLVS, i. m. [Σαρδανάπαλος] *Vltimus Aſſyriorum rex, de quo* Iuſtinus 1, 3 Fuit hic omnis generis luxuriae deditus: nec erubuit inter ſcortorum greges nere, et muliebri habitu feminas omnes laſciuia anteire. Quamobrem indignati Aſſyrii tali feminae parere, duce Arbace deſciſcentes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui victus, in regiam ſe recepit, et exſtructa pyra, ſe atque diuitias in incendium miſit. *Hic, vt fertur, moriens condidit hoc epitaphium, Ede, bibe, lude, poſt mortem nulla voluptas.* Cic. Tuſc. 5 Quomodo igitur iucun-da vita poteſt eſſe, a qua abſit prudentia, abſit moderatio? Ibid. *hoc ei tribuitur Epitaphium*, Haec habui, quae edi, quaeque exſa-turata libido Hauſit, at illa iacent multa et praeclara relicta. *Vid. Athenaeus* 12, 7. *Max. Tyr. Diſſ.* 29 *extr. et Clem. Strom.* 1, 2 *extr. In primis Strabo* l. 14 p. 462. Iuuen. Sat. 10, 362

Et potiores
Herculis aerumnas credat, ſaeuosque labores,
Et Venere, et coenis, et plumis Sardanapali.

SARDANAPALĬCVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 2, 13 Sardana-palicum in morem.

SARDI, orum. m. [Σαρδῷοι, Σαρδιανοὶ ἄνιοι] *Qui in Sardinia nati ſunt.* Aur. Vict. de Vir. Ill. 57 Tiberius Sempronius Gracchus, altero con-ſulatu Sardiniam domuit, tantumque captiuorum adduxit, vt longa ven-ditione res in prouerbium veniret, Sardi venales. Plutarchus in Rom. p. 33, E. *aliam affert cauſam, nimirum olim inoleuiſſe morem apud Romanos ſollemnem, vt qui ludos ederent in Capitolio, Sardos venales pro-nuntiarent, prodiretque ſenex quiſpiam, per ludibrium puerile inſigne ha-bens, quam bullam vocant. Eum morem hinc ortum putat, quod Veien-tes Hetruſcorum populi coloni Sardorum in bello cum Romulo duce ob ſe-nium imbecillo et prope deliro vſi eſſent. Vſus eſt hoc adagio* Cic. Fam. 7, 24 Habes, *inquit*, Sardos venales, alium alio nequiorem, *de con-temtis et improbis, et patria quoque Sardis. Nam ita paullo ante hunc locum*, Id ego in lucris pono, non ferre hominem peſtilentiorem patria ſua.

SARDINIA, ae. f. [Σαρδώ] *Sardorum patria, Inſula maris Me-diterranei.* Salluſtius, Sardinia, in Afro mari facie humani veſtigii in Occidentem quam in Orientem latior prominet. *De ea* Plin. 3, 7 *vbi inter alia* Timaeus Sandaliotin appellauit ab effigie ſoleae; Myrſilus Ichnuſam, a ſimilitudine veſtigii. Claud. de Bello Gil-don. 508 Humanae ſpeciem plantae ſinuoſa figurat Inſula: Sardi-niam veteres dixere coloni. *Ferax eſt, et inter ſubſidia frumenta-ria Romae, vt ſcribit* Varro de R. R. 2 praef. *Conf.* Plin. 3, 7. Opi-ma Sardinia Hor. Carm. 1, 31, 3. *Aëre fuit in ſaluberrimo infamis. Vnde* Cic. Fam. 7, 27 Sardum quendam patria ſua peſtilentiorem *dixit. Et in hoc* Martialis *Sardiniam Tiburi opponit* 4, 60 Nullo fata loco poſſis excludere quum mors Venerit, in medio Tibure Sardinia eſt. *Et* Claud. de Bello Gildon. *extr.* Hinc hominum pecudumque lues, hinc peſtifer aër Saeuit, et excluſis regnant Aquilonibus Auſtri. *Vid. et* Tacit. Ann. 2, 85.

SARDVS, a, um. Adi. Hor. de Arte Poët. v. 375 Mel ſardum, *i. Peſſimum.* De Sardis *incolis*, *vid. ſupra* SARDI.

SARDIVS, i. m. *Pretioſus lapis*, *ap.* Tertull. adu. Marc. 2, 10. *Add.* Vulg. Exod. 28, 20.

SARDŌVS, a, um Adi. *Herba Sardoa.* Virg. Ecl. 7, 41 Immo ego Sardoïs videar tibi amarior herbis. Regna Sardoa Ouid. Faſt. 4, 289.

SARDONIVS, a, um. *Idem.* Solin. 4 Sinus Sardonii Claudian. B. Get. 218. Sardonius riſus, [Σαρδώνιος γέλως] *Prouerbium de riſu exitiali, qualem, i. conuulſiones riſui ſimiles, efficere dicitur herba* Sardoa. Seruius *ad* Virg. Eclog. 7, 41 Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis. In Sardinia naſcitur quaedam herba, quae Sardoa dicitur, vt Salluſtius dicit, apiaſtri ſimilis: haec comeſa hominum rictus dolore contrahit, et quaſi ridentes interimit. Cic. Fam. 7, 25 Videris mihi vereri, ne ſi iſtum habuerimus, rideamus γέλωτα Σαρδώνιον, *i. exitiabilem, morte luendum.*

SARDINIENSIS, e. *Aliud* Adi. Nepos 24, 1, 4 Triumphus Sardinienſis, *e Sardinia relatus.*

SARDONĬCVS, a, um. Adi. Rutil. 1, 354 Nec quae Sardonico ceſpite maſſa fluit.

SARDINIA, ae. f. *Piſcis genus, ad condimenta et ſalituras vtilis, apud Italos plurimus.* Columel. 8, 17, 12 Tabentes haleculas, et ſalibus exeſam chalcidem, putremque ſardiniam. *Videtur idem, qui* SARDA.

SARDIS, is. *et Pl.* SARDES, ium. f. [Σάρδις] *Vrbs Lydiae magna, ad latus Tmoli montis maxime celebris, regia Croeſi Lydorum regis.* Hor. Epiſt. 1, 11, 2 Quid concinna Samos, quid Croeſi regia, Sardis? *Frequentius legitur Pluralis Sardes.* Nepos 1, 4, 1 Athenienſium auxilio Iones Sardes expugnaſſent. Ouid. Met. 11, 137 Vade ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem. *Intelligit Pactolum.*

SARDIANVS, a, um. Adi. Sardiani balani a Graecis dictae ſunt Caſtaneae, quod circa Sardis primum fuerint inuentae Plin. 15, 23.

SARDO, āre. *Antiquum verbum.* Feſtus Paulli, Sardare, intelligere: Naeuius, Quod bruti nec ſatis ſardare queunt.

SARDŎNYX, y̆chis. m. *et* f. [σαρδόνυξ] *Lapis pretioſus. Componitur ex* Sarda, *quae lapis fuit in Sardinia primum compertus, coloris rubei, et* Onyx *gemma, cui eſt candor ſubcandidus, vnguis humani ſimilitudine, quaſi vtriusque colorem obtineat.* Iuuen. Sat. 6, 282 In manibus denſi radiant teſtudine tota Sardonyches. Perſ. Sat. 1, 16 Et natalitia tandem cum ſardonyche albus. Plin. 37, 7 ſ. 31 E diverſo ad haec ſarda vtiliſſima, quae nomen cum ſardonyche communicauit. *Conf.* Idem ibid. c. 12. Solin. 36. Iuuenal. 7, 143. Sardonycha, *Accuſ.* Vlpian. l. 6 ff. de bon. damnat. *Gen. Plur.* Iuuen. Sat. 13, 139 Arguit ipſorum quos litera gemmaque princeps Sardonychum, loculis quae cuſtoditur eburnis. *i. ſignum gemma impreſſum, quam ob pretium* principem Sardonychum *vocat.*

SARDONYCHĀTVS, a, um. Adi. [σαρδονυχωτὸς] *Sardonyche ornatus.* Martial. 2, 29 Cuius et hinc lucet ſardonychata manus.

SARDOVS, *vid.* SARDINIA.

SAREPTA, ae. f. *Sidonis vrbs, vnde*

SAREPTĀNVS, a, um. Poſſeſſ. [Σαρεπτανὸς] Sidonius Apoll. Carm. 17, 15 Vina mihi non ſunt Gazetica, Chia, Falerna, Quaeque Sareptano palmite miſſa bibas.

SARGVS, i. m. [σάργος] Piſcis genus (inquit Feſtus) qui in Aegyptio mari fere naſcitur. Lucil. in Sat. Quem praeclarus elops, quem Aegypto ſargu' mouebit. Inſignis ſargusque notis, inſignis et alis Ouid. Hal. v. 105. Plin. 9, 51. Ibid. 17 Lutarium ſemper comitatur ſargus nomine alius piſcis: et coenum fodiente eo, excitatum deuorat pabulum. *Add.* Apul. Apol. p. 299 *Elmenh.*

SARI. n. Indecl. [σάρι] *Genus fruticis prouenicns in aqua, radice dura intortaque, ferrariis officinis vtile, de quo* Plin. 13, 23 Fruticoſi eſt generis et Sari, circa Nilum naſcens duorum cubitorum altitudine, pollicari craſſitudine, coma papyri, ſimilique manditur modo, radice ferrariis officinis praecipua, carbonis vſu propter duritiam.

SARISSA, ae. f. [ἀκόντιον Μακεδονικὸν Gloſſ. Cyr.] Haſtae Macedonicae genus, *auctore* Feſto. Liu. 9, 19 Arma, clipeus, ſariſſaeque illis: Romano ſcutum maius corpori tegumentum. Idem 37, 42 Ibi ſimul perturbati ordines, et impeditus intercurſu ſuorum vſus praelongarum haſtarum (ſariſſas Macedones vocant) intulere ſigna Romanae legiones. *Conf.* Idem 38, 7. Veget. 3, 24. Macedonia ſariſſa Ouid. Met. 12, 466 *et* 479. Lucan. 8, 298 Primi Pellaeas arcu fregere ſariſſas. Idem 10, 47. *Add. Scal. Lect. Auſon. 1, 23.*

SARISSOPHORVS, i. m. *Sariſſam gerens, ſariſſa armatus.* Liu. 36, 18 Macedonum robur ſariſſophoros appellabant. *Add.* Curt. 4, 15, 13.

SARMATIA, ae. f. *Sarmatarum regio. Sunt autem duae* Sarmatiae *ſecundum Ptolemaeum: quarum vna eſt in Europa, altera in Aſia, ad Septentrionalem orientem vtraque porrecta etc.*

SARMĂTAE, arum. m. Pl. [Σαρμάται] *Populi ad Iſtrum et Tanain collocantur ab antiquis: Graecis* Sauromatae, *Scythicae nationis.* Plin. 4, 12. *it.* 6, 7. Ouidius Scythas, Sauromatas *et* Getas *exilii ſui vicinos fere indifferenter appellat. Vid. v. g.* ex Ponto 1, 2, 78 *ſq. Deſcribit vtcunque* Mela 2, 1 Sarmatae, *quos ad Iſtrum et ipſe collocat*, auri et argenti, maximarum peſtium, ignari, vice rerum commercia exercent: atque ob ſaeua hiemis admodum aſſidue demerſis in humum ſedibus, ſpecus aut ſuffoſſa habitant, totum braccati corpus, et, niſi qua vident, etiam ora veſtiti. *Sed latius paullatim extenſum nomen* Sarmatarum: *vt hodie* Poloni *eo ſoleant vel maxime appellari.* Diſcors Sarmata Claud. quart. Conſ. Hon. 484. Frigidus Sarmata Sen. Herc. Oet. ſ. 2. Intonſi Sarmatae Sen. Herc. fur. ſ. 7. Refugi Sarmatae Stat. Silu. 4, 7, 50. Vagus Sarmata Sen. Hippol. ſ. 1.

SARMATĬCVS, a, um. Adi. [Σαρματικὸς] *Vt*, Belli Sarmatici ieiunia Lucan. 3, 282. Braccae Sarmaticae Valer. Argon. 5, 424. Hiemes Sarmaticae Stat. Silu. 5, 1, 128. Iuga Sarmatica Ouid. Triſt. 1, 7, 40. Nec mea Sarmaticum contegat oſſa ſolum Idem ex Ponto 1, 2, 60.

SARMATICE. Adu. [Σαρματικῶς] Ouid. Triſt. 5, 12, 59 Iam didici Graece, Sarmaticeque loqui.

SARMĂTIS, ĭdis. f. Patronym. [Σαρματὶς] Ouid. ex Pont. 1, 2, 114 Terreat hic manes Sarmatis vmbra meos. Tellus Sarmatis Ouid. Triſt. 1, 2, 82.

SARMENTVM, i. n. [κλῆμα ξηρὸν Gloſſ. Gr. Lat. Sarmenta κλήματα ἢ φρύγανα Gloſſ. Vet.] *Sarmenta ſunt rami arborum, praeſertim vitium ſuperuacui abſcindendi, vel abſciſſi a* ſarpendo *dicti, tanquam* ſarpimenta. *Deinde nonnunquam omnem ramum, vel palmitem etiam cundum notat.* Varro de R. R. 1, 31 Iuncidum enim ſarmentum p pter infirmitatem ſterile, neque ex ſe poteſt eiicere vitem, quam norem vocant flagellum, maiorem etiam vnde vuae naſcuntur, palma Deuecta ſarmenta cremare Virg. Georg. 2, 408. Cinis ſarm torum Scribon. 182. 184. Ligna et ſarmenta circumdare, ign ſubiicere coeperunt Cic. Verr. 1, 69. Codrus ſarmenta collo rens Iuſtin. 2, 6, 19. Sarmentum *pro ſurculo vel ſemine vitis* C lum. 4, 24, 7. 5, 5, 16 *etc. Pro Palmite*, Columell. 3, 16 Nec tam eam vitem feracem dixerim, cuius ſingulae vuae in ſingulis ſarmen conſpiciuntur: ſed ſi per vnumquemque pampinum maior vuar numerus dependet. *Sic* Idem 3, 10. *Et* 4, 6. Pallad. Fel t. 9 *et* 10. Celſ. 7, 1. Amputatio ſarmentorum, *et* Immiſſ *contraria* Cic. de Senect. 52 c. 15. In vitibus noua Sarmenta c tura excitantur Cic de Orat. 2, 88 c. 21. Idem de Senect. 52 c. Vitis, quae natura caduca eſt, et niſi fulta ſit, ad terram fertur: ead vt ſe erigat clauiculis ſuis quaſi manibus, quidquid eſt nacta comp ctitur: quam ſerpentem multiplici lapſu et erratico, ferro amputa coërcet ars agricolarum, ne ſilueſcat ſarmentis, et in omnes partes mia fundatur. Sarmenta ſata Colum. 4, 24, 7. *it.* Arb. 17, *et* Pallad. Febr. 12, 2 *interpretatur Pontedera* Epiſt. 59 p. 523 *bina c lita, et ob id ipſum ſterilia*, Sarmenta mali terrae Scribon. 2 Myrrhae Solin. c. 33. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 7, 31. Sarmen *Lignoſi illi ramuſculi, quibus ſtipatim affiguntur vuarum acini.* Plin. 1 Sarmenta earum, in quibus acini fuere, adſtringendi vim habe efficaciora ex ollis.

SARMENTICIVS, a, um. Adi. [φρυγάνιος] *Quod eſt ex ma ria ſarmentorum.* Columel. 6, 26 Verum vulnera eius ſarmenticio nere cum argenti ſpuma linienda ſunt. *Chriſtianos* Sarmenticios et S maxios *appellatos*, quod ad ſtipitem dimidii axis reuincti, ſarmentor ambitu exurerentur *docet* Tertull. Apol. c. 50.

SARMENTŌSVS, a, um. *Aliud* Adi. [φρυγανώδης] *Quod plu mum habet ſarmenti.* Plin. 25, 11 Pſyllion alii cynoïdes, a cryſtallion, alii ſicelion, alii cynomyian appellant, radice tenui, peruacua, ſarmentoſum.

SARMENTVS, i. m. [Σάρμεντος] *Nomen ſcurrae apud* H Serm. 1, 5, 52

— Nunc mihi paucis
Sarmenti ſcurrae pugnam, Meſſique Cicerri,
Muſa velim memores.

SARNVS, i. m. [Σάρνος] *Campaniae fluuius.* Strabo 5. Pli 3, 5. Mitis Sarni opes Sil. 8, 539. Pompeianus Sarnus Stat. Sil 1, 2, 265. *Hinc*

SARONĬCVS, i. m. [Σαρωνικὸς] *Portus vel Sinus adeo, Achaia, ad Iſthmum Corinthiacum.* Plinius 4, 5 Sinus Saronicus oli querno nemore redimitus, vnde nomen, ita Graecia antiqua a pellante quercum.

SARPĒDON, ŏnis. m. [Σαρπηδὼν] *Homero* Iliad. 16 *Iouis fili ex Laodamia Bellerophontis filia. Herodotus vero in Polyhymnia ſcrib fuiſſe Iouis filium ex Europa, ac Minois fratrem. Hic quum rex eſſet Ly ciae, Troianis contra Graecos fauit, a Patroclo tandem interfectus.* Sarpedon Iouis progenies Virg. Aen. 10, 471. Ingens Sarpedon Virg Aen. 1, 100. Lycius Sarpedon Ouid. Met. 13, 256. ¶ 2 *Eſt et* Sarpedon, *Ciliciae promontorium*, finis aliquando regni Sarpedonis, et quod Ciliciam a Pamphilia diſtinguit Mela 1, 13.

SARPA, ae. f. *Falcis nomen, quin ipſum Graecorum ἅρπη, ſpiritu aſp ro in S tranſeunte, vt in ἕρπω ſerpo, et multis aliis.* Pallad. 1, 43, 2 *inſtrumentis ruri neceſſariis memorat* Serrulas manubriatas minores m ioresque — quibus facile eſt, quod per ſarpam fieri non pote etc. *Sic Mediceus Codex a Politiano tractatus pro vulg.* Serram. Sar *hodie in vſu eſt Italorum et Gallorum.*

SARPO, ĕre. *Idem quod* Putare. Feſtus, Sarpuntur vineae, id putantur, vt in duodecim: quandoque ſarpta, donec demta erunt.

SARPTA vinea putata, id eſt pura facta. Virgulae enim relict impedimento vitibus ſolent eſſe, quae ideo abſcinduntur: inde etia Sarmenta ſcriptores dici putant, ſarpere enim antiqui pro purgare d cebant. *Haec* Feſtus.

SARRA, ae. f. [Σάῤῥα] *Nomen ciuitatis, quae poſtea Tyrus dict eſt, teſte* Gellio 14, 6 *a qua* Sarranum Oſtrum *eſt nominatum.*

SARRĀNVS, a, um. Adi. [Σαῤῥανὸς] *Quod ex* Sarra *eſt. Vnde* Sarranae veſtes, *Tyriae dictae ſunt, quae et* Oſtrinae *et* Purpureae Virg. Georg. 2, 506 — Sarrano dormiat oſtro. Sarrano clarior oſtro roſa Col. 10, 287. Iuuen. Sat. 10, 38 — Aut picta Sarrana ferentem Ex humeris aulaea togae. *i. Togam pictam et pu pura diſtinctam, vt ſit periphraſis Togae triumphalis.* Gens Sarra Sil. 1, 72. Numina Sarrana Sil. 8, 46. Viola Sarrana Columel. 9, 4, 4.

SARRĀCVM, i. n. [Sarraca, ἅμαξα Gloſſ. Vet.] *Plauſtri genu quo ligna, marmora, et grandiores lapides vehi conſueuerunt.* Iuuen. Sa 3, 255 — Longa coruſcat, Sarraco veniente abies. Idem Sa 5, 23 Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootae. Quinctil. 8, 3, An quum dicit in Piſonem Cicero, Quum tibi tota cognatio in ſarrac aduehatur, incidiſſe videtur in ſordidum nomen, non eo contemtu hominis, quem deſtructum volebat, auxiſſe? *Conf.* Vitruu. 10, Capitol. in Anton. Philoſ. c. 13. Sidon. Ep. 4, 17. Vlpian. a L. Aquil. *Nonnulli ſcriptum eſſe potius* Soracum *volunt, ducente a Gr.* σώρακος. *Et* Soracum *habet* Plaut. Perſ. 3, 1, 64 Librorum eccillum habeo plenum ſoracum: — Dabuntur dotis tibi inde ſexcent logi. Necnon et Feſtus. Soracum eſt, Quo ornamenta portantur ſcenicorum.

SARRASTES. [Σαρράσιοι] *Populi Campaniae, Sarno amni vicini a quo et nomen accepiſſe putantur.* Virg. Aen. 7, 738 — Late iam tum ditione premebat Sarraſtes populos, et quae rigat aequora Sarnus.

SARRIO, *vel* SARIO, ĭui, ĭtum, ĭre. [σκάλλω, σκαλίζω, σκαλεύω] *Sarculis fodere, purgare, quod fit, quum ſegetes leuiter ſcalpendo et raſtris a noxiis herbis purgamus.* Sarrit, βοτανίζει, Gloſſ. Vet. *Saepe vno tantum R ſcribitur.* Plaut. Capt. 3, 5, 5 Nam ſemper occant prius quam ſarriunt ruſtici. In ſariendo iterum et tertio Varro R. R. 1, 18, 8. Idem de R. R. 1, 29 Prata purgari, ſalicta ſeri ſegetes ſarriri. Fabam ſarriuiſſe nimium teneram, non expedit Columel. 11, 2. Sarrire Frumenta Cato 37, 5. Sarrire Saxum Martial. 3, 93. Panicum occatur et ſarritur Plin. 18, 21.

SARRITVS, a, um. Planta ſaepius ſarrita et ſtercorata melius conualeſcit Colum. 11, 3. Seges ſerius ſarrita Idem 2, 2 *extr.*

SARRITOR, *vel* SARITOR, ōris. m. [σκαλευτὴς] Colum. 2, 13 *pr.* Trimodii quatuor vel quinque bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris unam, ſarritoris duas primum, et unam quum iterum ſarriuntur. genus praedii per ſaritores occare ſolent Varro R. R. 1, 29. *Scribitur et pro* Sarritor, Sartor *apud* Plaut. Capt. 3, 5, 3 Sator ſartorque ſlerum, et meſſor maxime: *a* Sarriendo *certe deducit reſpondens domino ſuo* Tyndarus, Non occatorem dicere audebas prius? Nam ſuper occant prius quam ſarriunt ruſtici. *Sed eſt ille vernilis luſus.* Sator ſcelerum *videtur potius a ſarciendis et conſuendis mendaciis dici.*

SARRITORIVS, a, um. Columel. 2, 13 Opera ſarritoria.

SARRITVRA, ae. f. [σκάλισις] Columel. 11, 2, 27 Sarritura coque frumentorum iteratur egregie, modios tres vna opera recte ſrit. *Et apud* Plin. 18, 27 *Legitur etiam* Sartura.

SARRITIO, *vel* SARTIO, ōnis. f. [σκάλευσις] *Idem.* Colum. R. R. 2, 12, 1 Peracta ſementi, ſequens cura eſt ſarritionis. Columel. 2, 9 Frequentem tamen exigunt ſarritionem. *add.* ibid. 11, 2, 9. *Sæpe eſſe in MSS.* Sartio, *etc. obſeruaui in Lex. ruſtico h. v.*

SARSINNA, *vid.* SASERNA.

SARSĪNA, ae. f. [Σάρσινα] Plin. 3, 14 Oppidum in Vmbria, *e qua Plautus ortus eſt.* Sil. 8, 463 — His Sarſina diues Lacis, *etc.* *Vid. Drakenb. ad loc. qui oſtendit, quoſdam hunc locum nomine* Saſſinam. Martial. 9, 59 Nec tua Baianas Sarſina malit aquas.

SARSINAS, atis. m. *Ibi natus.* Plin. 3, 14 Sarſinas Vmbra uti *velut cognomen a patria: ad quod ille alludere videtur* Moſt. 2, 83 Nec mihi vmbra vsquam eſt, niſi in puteo quaepiam eſt. Quid? Sarſinatis (*antique pro contracto* Sarſinas) ecqua eſt, ſi vmbram non habes? *quaſi de* Vmbra *muliere quaereretur, quales ſunt* Sarſinates.

SARSVRA, *vid.* SARCIO.

SARTĀGO, inis. f. [τήγανον] *Vas, in quo caro frigitur.* Plin. , 11 Item terebinthinam in ſartagine referuenti. Iuuen. Sat. 1 64 Fiunt vrceoli, pelues, ſartago, patellae. *add.* Vlpian. l. 19 §. 12 ff. de auro, arg. mundo *etc.* Sidon. Epiſt. 8, 14. ¶ 2 Sartago loquendi Perſ. Sat. 1, 79

Hos pueris monitus patres infundere lippos
Quum videas, quaeriſne vnde haec ſartago loquendi,
Venerit in buccas?

. Hic inguae ſtridor, qualis ex ſartagine, cum aliquid frigitur, ſonat: . Hic corruptus ac deprauatus loquendi mos. Frigendo enim ſartago c fuſum et diſſonum reddit ſtrepitum, vid. Caſaubon. ad loc.

SARTOR, *vid.* SARTIO, *et* SARRIO.

S A S

SAS. [σὰς] Verrius putat ſignificare Eas, teſte Ennio, qui dicat libro primo, Virgines nam ſibi quisque domi Romanus habet ſas: cum Suas magis videtur ſignificare. Sicuti eiusdem libro ſeptimo ...ndum eſt Eam ſignificari, quum ait, Nec quisquam ſophiam, ſapientia quae perhibetur, in ſomnis vidit prius, quam ſam dicere coe... Feſtus *ex emendatione Scalig. Add.* SAPSA.

SASERNA, ae. *Hoſtiliae gentis cognomen.* Saſernae *duo* pater filius *ſcriptores rei ruſticae paſſim laudantur a* Varrone *v. g.* 1, 2, 22 ...s. *item a* Columel. 1, 1, 4 *etc. et* Plin. 17, 23. *quamquam ibi male* Saſena *legitur.*

SASON, ōnis. [Σάσων] *Inſula inter Epirum et Brunduſium, vt auctor Strabo lib. 6.* Sil. 7, 480 Adriaci fugite infauſtas Saſonis arenas.

S A T

SAT. [ἅλις] Adu. *vt Satis; ſignificat quantum opus eſt.* Virg. . 10, 70 Haec ſat erit diuae veſtrum cecinilſe Poëtam. Sat bonum te facit Cic. pro Roſc. Amer. 89. Sat Cito, ſi ſat Bene Cat. Hieron. ad Pammach. Epiſt. 26, 4. Sat Commode Ter. Andr. 3, 1, 17. Sat Diu vixit Plaut. Capt. 4, 2, 12. Cic. Att. 15, 3 Modo et libenter fuerit, et ſat Diu. Ter. Andr. 1, 1, 143 Sat eſt, cabo. Cic. de Senect. 48 Quantum ſat eſt. Sat eſt oſculi Plaut. Sch. 1, 2, 34. Sat litium, *apud eundem in* Rud. 2, 7, 25. Cic. de Fin. 2, 62 c. 19 Teſtium ſat eſt. Non mihi facti Fama ſat eſt Virg. Aen. 9, 195. Sinum lactis et haec te liba, Priape, quotannis Exſpectare, ſat eſt Idem Ecl. 7, 35. Non ego tam facilis, ſit erit mihi cognitus vnus Propert. 2, 29, 33. *add. Barth. ad* Stat. Theb. 1 p. 78. Sat fecit officium Ter. Eun. 4, 5, 3. *conf.* Idem 45, 12. Ter. Andr. 4, 2, 22 Sat habeo. Idem Eun. 3, 2, 32 ...i tempus tibi erit, Sat habet, ſi tum recipitur. Ter. Adelph. 3, 6 Perſuaſit ille impurus, Sat ſcio ibid. 4, 1, 10.

SATĀGO, ēgi, ĕre. [περιεργάζομαι, πολυπραγμονῶ, διαπονοῦμαι] *Satis habere quod agas, Anxium eſſe, anxie diſtorqueri difficultate alicuius rei conficiendae.* ἀγωνιῶ Gloſſ. Lat. Gr. *et* Gr. Lat. Ter. Heaut. 2, 13 Nam hic Clinia, etſi is ſuarum rerum ſatagit. Plaut. Aſin. 2, 34 Nunc ſatagit, adducit domum etiam vltro, et ſcribit numos. Gell. 9, 11 Conſulibus de vi ac multitudine hoſtium ſatagentibus. *h. e. Sollicitis.* Quinctil. 6, 3, 54 Afer venuſte Manlium Suram multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus iactantem, togam deiicientem et imponentem, non agere dixit, ſed ſatagere. *h. e. Anxie multa ſimul agere, ſed ita, vt nullum pro dignitate conficiat.* *Repetit* 3, 126. Ille ſatagit, hic negligit Tertull. de Poenit. c. 7.

SATAGENS, entis. Part. Interea haec ſatagens Petron. c. 137. Caeſar mittit, qui ſatagentibus celeriter occurreret Hirt. B. Afric. c. 78. Secularibus ſatis agentes ſumus Tertull. ad Vxor. 1, 1. *Diſſoluta voce, quod etiam ab aliis factum oſtendit Cerda.*

SATAGEVS, i. m. *i. Satagens.* Iſtos ſatageos ac ſibi moleſtos ſcribam tibi Sen. Epiſt. 98.

SATAGITO, āre. *In quo verbo tmeſin adhibet* Plaut. Bacch. 4, 23 Nunc agitas ſat tute tuarum rerum.

SATANAS, ae. m. [σατανᾶς] *Hebraicum verbum a* שטן, *quod aduerſari, hoſtemque eſſe ſignificat. Quo nomine appellatus eſt Diabolus, quod bonorum aduerſarius ſit: nam διάβολος calumniantem impoſtoremque ſignificabat.* Satanas princeps huius mali generis Tertull. Apol. c. 22.

SATANARIA, ae. f. *Herba, ap.* Apul. de Herb. c. 94. *al. Peucedanos.*

SATARCHAE, arum. m. [Σατάρχαι] *Populi Septentrionales, ad paludem Maeotin vergentes, vt ſcribit* Pomponius Mela 2, 1. Valer. Flacc. Argon. 6, 144 Exomatae, Torinique, et flaui crine Satarchae.

SATARNEI, *Gentes circa Maeotin* Plin. 6, 7.

SATAROS, *notiore nomine* Patara, *Vrbs Lyciae apud* Plin. 5, 27.

SATELLES, itis. m. [δορυφόρος Gloſſ. Lat. Gr.] *Miles mercede conductus, vt ab imperatoris latere non diſcedat.* Plin. 12, 14 Sed praeter hos et cuſtodes ſatellitesque, et oſtiarii, et miniſtri populantur. Liu. 2, 12 Comprehenſum regii ſatellites retraxiſſent ad tribunal regis. Ouid. Faſt. 5, 538 Ille deae cuſtos, ille ſatelles erat. Stipatores corporis conſtituit, eosdem miniſtros et ſatellites poteſtatis Cic. Agrar. 2 c. 13. Adminiſtri et ſatellites Idem pro Quint. 90. Vides tamen tyranni ſatellites in imperiis Idem Att. 14, 5. Aurum per medios ire ſatellites amat Hor. Carm. 3, 16, 9. Rigidus ſatelles Idem Epiſt. 1, 17. *Conf.* Sueton. Caeſ. c. 49. Sen. de Tranquill. c. 3. Iuſtin. 2, 8, 10. 5, 8, 10 *etc.* C. Manlius audaciae ſatelles atque adminiſter tuae Cic. in Catil. 1, 7 c. 3. Satelles Iouis, *Aquila* Id. Tuſc. 2, 24 c. 10 *ex Aeſchylo*, Triſti aduolatu aduncis lacerans vnguibus Iouis ſatelles paſtu dilaniat fero. *Vbi obſerua genere feminino cum reſpectu ad aquilam, addi,* Iecore opimo farta et ſatiata affatim. *Sic* de Diuinat. 1, 106 c. 47 ex Mario, Hic Iouis altiſoni ſubito pinnata ſatelles — ſerpentis ſaucia morſu. Satellitem Furoris ſui aliquem facere Flor. 3, 16, 4. Diligentiſſimus ſatelles Scelerum miniſter cupiditatum Cic. de Prou. Conſ. c. 3. Id. Verr. 3, 21 Qui primus certos inſtituerit, nomine decumanos, re vera miniſtros ac ſatellites cupidatum ſuarum. Hos omnes immaniſſimi Facinoris ſatellites habuit *Catilina* Flor. 4, 1, 3. Satellites voluptatum, virtutes Cic. de Fin. 2, 37. *conf. Iac. Gothof. ed. Diſſ. ad* L. Quisquis Cod. ad L. Iuliam maieſt. c. 9.

SATELLITIVM, i. n. [Gloſſ. Lat. Gr. τὸ δορυφορικὸν] *Collectiuum nomen eſt, ipſos ſignificans Satellites, tuendi corporis cauſa adhibitos, quemadmodum* Seruitium *accipitur pro ipſis* Seruis, Sodalitium *pro ipſis Sodalibus.* Gloſſ. Vet. Satellitium δορυφόρημα.

SATELLIVS Quadratus, *vt ait* Seneca Epiſt. 27 fuit quidam ſtultorum diuitum arroſor, et quod ſequitur arriſor, et quod duobus his annexum eſt, deriſor.

SATHIMNVS *et* SATHIMVS *leguntur apud* Macrob. Sat. 1, 8 *extr.* Propter abſciſſionis pudendorum fabulam — Saturnum vocitarunt, παρὰ τὴν σάθην, quae membrum virile declarat, velut Sathimum, vnde etiam Satyros veluti Sathimnos, *etc.*

SATIAS, SATIETAS, *vid. poſt* SATIO.

SATIN', *vid.* SATIS.

SATIO, āre. [κορέννυμι, χορτάζω] *A* Sat *deduci videtur; ſignificatque, vt* Saturare, *explere, et dare quod ſatis ſit.* *Pertinet ad omnes ſenſus, et frequenter ad animum quoque.* Colum. 8, 9 Satiatque ſemodius cibi in diebus ſingulis vicenos et centenos turtures. Cibus, quem occupant, ſatiat Curt. 3, 2, 15. *Ad animum* Cic. de Senect. 52 Satiari delectatione non poſſum, vt meae ſenectutis requietem, oblectamentumque noſcatis. Illa, quae mirando non ſatiamur Plin. praef. p, 5, 10 *Hard.* Legendo non poſſe ſatiari Cic. de Fin. 3, 7 c. 2. Nunquam expletur nec ſatiatur cupiditatis ſitis Cic. in Parad. 1 c. 2. Fretum non ſatiatur aquis Ouid. Met. 8, 836. Numerus primo agnoſcitur, deinde ſatiat, poſtea cognita facilitate contemnitur Cic. in Orat. 215 c. 63. Animum non poſſe ſatiare in lacerando alicuius corpore Idem Philipp. 11, 8. Nec volo, quod cruciat: nec volo, quod ſatiat Martial. 1, 58. Cor ſatiare Ouid. Met. 9, 178. Cupiditatem ſatiare Plin. 34, 8. Cic. de Fin. 2, 15 Veniebat enim ad coenam, vt ſatiaret animo quieto deſideria naturae. Iram ſatiare Ouid. Triſt. 3, 8, 19. Lumina ſatiauit longo viſu Stat. Silu. 4, 6, 34. Oculos ſatiemus amore Propert. 2, 12, 23. Ex longa fame ſatiare Se auro Curt. 5, 1, 6. Odium ſatiare, cupiditates explere Cic. in Partit. 96. Pectora ſua ſatiare luctu alterius Ouid. Met. 6, 281. Satia Te ſanguine, quem ſitiſti Iuſtin. 1, 8. Satiari et expleri *quid differant ex* Non. 5, 13 *poſuimus voce* EXPLEO. ¶ 2 Satiare *videtur a* Plinio *poſitum pro* Abundare 5, 9 ſ. 10 Praeterea obſeruatum eſt, prout in Mauritania niues imbresue ſatiauerint, ita Nilum increſcere. *Sic omnes etiam quos Harduinus conſuluit.*

SATIĀTVS, a, um. Partic. [κεκορεσμένος] *vt*, Cruore hoſtium ſatiatus Tacit. Ann. 2, 21, 5. Satiato Antonio, poena finita Vell. 2, 64, 3. Longo ludo ſatiatus Hor. Carm. 1, 2, 37. Satiata Sanguinis haſta Sil. 4, 437. Somno ſatiatus Liu. 2, 65 *pr.* Suppliciis ſatiati nocentium Idem 8, 20. Senex et proſperis aduerſisque ſatiatus Tac. Hiſt. 3, 66, 4. Ira nondum ſatiata caedibus Lucan. 7, 803. Libido mentis ſatiata Catul. Argon. ſ. 62 (65) 147. Senecta vita longa ſatiata Sen. Herc. Fur. ſ. 10.

SATIATE. Adu. Vitruu. 2, 9. *Superl.* Caetera Hermippus Berytenſis quinione voluminum ſatiatiſſime exhibebit Tertull. de Anima c. 46.

SATIANS, antis. Partic. Apul. Met. 5 p. 162.

SATIANTER. Adu. Apul. Met. 7 p. 195 Satianter paſtus.

SATIĔTAS, ātis. f. [κόρος, πλησμονὴ] *Faſtidium ex copia aut abundantia, odium.* Cic. Verr. 5, 99 Poſteaquam e portu piratae non metu aliquo affecti, ſed ſatietate exierant. Cibi ſatietas et faſtidium, aut ſubamara aliqua re releuatur, aut dulci mitigatur Cic. de Inuent. 1, 25 c. 17. Omnibus in rebus ſimilitudo eſt ſatietatis mater Idem ibid. 1, 76. Mortalibus ſuarum Rerum ſatietas eſt, alienarumque auiditas Plin. 12, 17. Satietas vitae Plin. 4, 12. Satietas hominum Ter. Eun. 3, 1, 13. Satietas noſtri et Deſiderium, contraria Cic. Att. 2, 5. Satietas et Auiditas, contraria Plin. 12, 17. Citra ſatietatem, *vid.* CITRA Praepoſitionem. Abire in ſatietatem Plin. 8, 16. Affert haec res multum hominibus ſatietatis ac faſtidii Cic. pro Muraen. 22. Ter. Eun. 3, 1, 13 Sicubi eum ſatietas hominum, aut negotii ſi quando odium Ceperat. Satietas voluptatibus non Deeſt Plin. 5, 1. Defatigari ſatietate, *vel* Defeſſum eſſe Cic. de Orat. 2, 177. *et* Fam. 2, 3. Dare ſatietatem Cic. de Nat. Deor. 3, 90. Explere naturam ſatietate viuendi Idem pro Marcell. 28. Omnium rerum ſatietas, vitae Facit ſatietatem Cic. de Senect. 76 c. 20. *al.* ſtudiorum. Quinctil. 5, 14 Et odium ex quadam ſeruitute, et ex copia ſatietatem, et ex amplitudine faſtidium tulerit. Cic. . . . Facillime Fugiant ſatietatem. Habere ſatietatem, *pro Afferre* Idem Att. 15, 16. Occurrit ſatietati varietas Idem in Orat. 174 c. 52. Parere ſatietatem Idem ad Herenn. 4, 7. Idem pro Muraen. 21 Ego mei ſatietatem magno meo labore ſuperaui. Tenet me alicuius rei ſatietas Salluſt. in Iugurth. 31. Trucidare ad ſatietatem Liu. 24, 38. Vincere ſatietatem Cic. de Orat. 3, . . Vitare ſatietatem Idem ad Herenn. . . .

SATIES, ēi. f. [πλησμονὴ] *Idem. Laudatur* Nec finis ſatiesue Sil. 4, 110. *Sed* Satias *Drakenb. Heinſio auctore ex MSS.* Satie

tie necari Plin. 8, 51 ſ. 77. *Sed locus non ſatis ſanus videtur.* Provenit tamen his ſaties potusque cibique Iuuenc. 1, 638. *add.* Idem 3, 21.

SATIAS, ātis. f. [πλησμονὴ] *Pro Satietas aliquando ponitur, vid.* Non. 2, 791. Ter. Eun. 5, 6, 3 Vbi ſatias coepit fieri, commuto locum. Idem Hec. 4, 2, 13 Satias me iam tenet ſtudiorum iſtorum. Lucret. 5, 40 Nil, vt opinor, ita ad ſatiatem, *etc.* Feſſus ſatiate videndi Lucret. 2, 1037. Salluſt. *apud* Non. 2, 791 Frumentique ex inopia graui ſatias Facta. Satias eum cepit amoris in vxore Liu. 30, 3. *add.* Tacit. Ann. 3, 30, 7. Solin. c. 25. Sen. Thyeſt. v. 974. Cibi ſatias Lucret. 5, 1390. *conf. Drakenb. ad* Sil. 4, 110. Macrob. Saturnal. 7, 12 Cur qui auidius vorant, *(eos)* facilius ſatias capit, quam qui eadem quietius ederint.

SATICVLVS, i. m. *Populus Campaniae moribus aſper, de quo* Virg. Aen. 7, 729 — Amniſque vadoſi Accola Vulturni: pariterque Saticulus aſper.

SATIO, ōnis, *vid.* SERO, ſeui.

SATIS. Adu. [ἅλις, ἱκανῶς, ἅδδην, ἀγαπητῶς, ἀποχρώντως] *Idem quod* Sat, *de quo ſ. l. nempe quantum opus eſt.* Plaut. Men. 5, 5, 49 Accerſe homines, qui illum ad me deferant. S. quot ſunt ſatis? Non ego ſum ſatis ad tantae praeconia laudis Tibull. 4, 1, 117. Satis ſunt mihi pauci, ſatis eſt vnus, ſatis eſt nullus *Democritus ap.* Sen. Epiſt. 7. Cic. Verr. 3, 172 c. 74 Sed ab iis, quos repudias, exigis tantum pecuniae, quantum ad eum numerum frumenti ſatis ſit, quem ciuitati imperas. Mihi autem ad vincendum ſatis eſt, fuiſſe procuratorem, qui cum experiri poſſet, quales is, *etc.* Cic. pro Quint. 68. Quod ad ea colligenda ſatis ſit Scribon. 169. Quod ad ea excipienda ſatis ſit Id. 167. Satis Audacter Plaut. Amph. 3, 1, 208. Satis Bene Plaut. Poen. 1, 2, 73. Satis Certe, *vel* certo ſcio Ter. Adelph. 2, 3, 3. Idem Heaut. 1, 1, 19 Haec non voluptati eſſe, ſatis Certo ſcio. Conuenit ſatis Scribon. 105. Ter. Eun. 5, 9, 21 Gaudeo. C. Satis Credo, nihil eſt Thaide tua dignius, quod ametur. Prodeſt ſatis Scribon. 246. Satis anxia viuas, Mouerit e votis pars quotacunque deos Tibull. 1, 7, 35. *vid. h. l. Brouckh.* Satis Cum periculo Ter. Andr. 1, 1, 104. Satis iam Deluſum cenſeo: nunc rem, vt eſt eloquamur Plaut. Aſin. 3, 3, 141. Satis Diu hoc iam ſaxum voluo Ter. Eun. 5, 9, 55. Hor. Epiſt. 1, 2, 46 Quod ſatis Eſt cui contingit, nihil amplius optet. Ter. Eun. 4, 7, 39 Hic furti ſe alligat. CH. ſatis hoc tibi Eſt. Cic. de Amicit. Satis Erat reſpondere magnas, ingentes inquit. Quod ſatis Eſt ſapio mihi Perſ. Sat. 3, 78. Reſponſa non dabantur Fida ſatis Virg. Aen. 2, 375. Satis Fortis homo, et ſatis plane frugi Cic. Verr. 3, 67. Satis habeo Plaut. Capt. 2, 3, 86. Ter. Adelph. 3, 2, 15 Satis mihi id Habeam ſupplicii, dum illos vlciſcar modo. Salluſt. in Iugurth. Satis Habeatis animam retinere. *Conf.* Nep. 15, 8, 4. *et* 20, 2, 4. Imbrem ſatis Largum caelo demittere Virg. Georg. 1, 23. Cic. Off. 1, 25 Vt nuper M. Craſſus negabat vllam ſatis magnam pecuniam eſſe ei, qui in Repub. princeps vellet eſſe. Ter. Eun. 3, 4, 9 Quid illud mali eſt? nequeo ſatis Mirari. Cic. Fam. 11, 10 Satis me Multa ſcripſiſſe, quae literis commendari poſſint, arbitror. Idem Acad. 4, 147 Et quoniam ſatis Multa dixi, eſt mihi perorandum. Nec ſatis, extremas Coriti penetrauit ad vrbes Virg. Aen. 9, 10. Non eſt ſatis: niſi praeſens confirmaſſem; ne id quidem ſatis eſt Cic. Verr. 3, ... Id. de Nat. Deor. 1, 73 c. 26 Sed quum agellus eum Non ſatis aleret, vt opinor, ludimagiſter fuit. *de patre Epicuri.* Non ſatis eſt id, cur alia percipi poſſe dicas, alia non poſſe Cic. Acad. 4, 44. Non eſt ſatis aeſtimare parens melior homini, an triſtior nouerca fuerit. Plin. 7 praefat. *h. e. Non ſatis aeſtimari poſſit.* Cic. Acad. 4, . . Me quoque iocansne, an ita ſentiens (Non enim ſatis intelligebam) coepit hortari, vt ſententia deſiſterem. Et Ne ſatis habeas ſemel circuire Cato R. R. 1. Nondum ſatis pernoſti qualis ſim Ter. Adelph. 3, 2, 23. Satis Proſpicere oculis, Satis cernere, Satis videre Plaut. Amph. 5, 1, 7. Ter. Adel. 3, 3, 85 Eſtne hic Hegio tribulis noſter? ſi ſatis cerno, is hercle eſt. Vtrum ego deſipio, et Plus quam ſatis eſt doleo Cic. Verr. 5, 123 c. 46. Satis Praeceptum Plaut. Poen. 3, 2, 17. Satis Recte mones Plaut. Perſ. 4, 4, 53. Satis Saepe iam et virtutem militum et fortunam tentatam Salluſt. in Iugurth. . . . Satis ne Sani eſſent, qui tam proterue ſibi illuderent? Curt. 4, 1, 23. Ter. Heaut. 3, 1, 30 Non poſſum; Satis iam, Satis pater durus fui. Liu. 1 *pr.* Nec ſatis Scio, nec ſi ſciam dicere auſim. Cic. Verr. 2, 128 Satis putabat ſe ad comitia Tempori venturum, ſi pridie veniſſet. *h. e. Satis tempeſtiue.* Quum hominem nomino, ſatis mihi Videor dicere Cic. pro Quint. 40. ¶ 2 *Obſeruatt.* Quare de hoc ſatis *(intell.* dictum ſit) Cic. Att. 6, 9. *Add.* Nep. 7, 11, 6. Satis, *cum Genitiuo:* Ter. Andr. 1, 1, 111 Nec ſatis ad obiurgandum cauſae. Satis exemplorum alienae clades praebent Liu. 32, 21. Satis hiſtoriarum eſt? Plaut. Bacch. 1, 2, 50. Orationis ſatis eſt, *vid.* ORATIO *in* ORO. Satis eſt mihi tuae Salutis, nihil moror Plaut. Trucul. 2, 2, 4. Satis Temporis ad dicendum Cic. Verr. 2, 1. Satis iam Verborum eſt Plaut. Capt. 1, 2, 16. Ter. Phorm. 2, 2, 89. *Cum Accuſ.* Amor amara dat tibi ſatis Plaut. Trin. 2, 1, 27. Si ſatis conſilium quadam de re haberem Cic. Att. 12, 50. Abſtinentiae erit hoc ſatis teſtimonium Nep. 15, 4, 6. *add.* Idem 23, 5, 4. Lucret. 1, 241. Fortunamque dies habuit ſatis Ouid. Met. 3, 149. *conf. Burm. h. l.* Satis ſuperque [ἐξαρκούντως, κάρτα] Virg. Aen. 2, 642 — Satis vna ſuperque Vidimus excidia. Cic. de Nat. Deor. 2, 2 c. 1 Nam contra Epicurum ſatis ſuperque dictum eſt. Hor. Epod. 1, 31 Satis ſuperque me benignitas tua Ditauit. Dedi ſatis ſuperque poenarum Idem Epod. 17, 19. Satis abundeque coërceri menſorem viſum eſt, ſi *etc.* Vlpian. in l. 1 §. Haec actio ff. Si menſor falſum modum dixerit. Papinianus, Tutores qui poſt §. 1 ff. de Adminiſtratione Tutorum, Quum ſatis abundeque ſit, vel in vna ſpecie per amici laborem domino conſuli. ¶ 3 Satin' *per Syncopen, pro* Satisne. Ter. Eun. 5, 2, 12 Satin' id tibi placet? C. non. Id. Andr. 4, 5, 10 Satin' ſanus es, qui me id rogites? *Add.* Plaut. Amph. 2, 2 *pr.* Satin' ſaluae? *Modus loquendi, vbi quid turbati erat aut alioquin ſuſpicioſi, vid.* SALVE. *Aduerb.* ¶ 4 Satis *interdum diminuendi vim habet. Sic gradus deorſum numerantur in illo* Caton. *apud* Cic. Off. 2, 89 c. 25 Bene paſcere, Satis bene paſcere, Male paſcere. *Locum totum damus in* PASCO. Id. Cato de R. R. 137 In loco bono parte octaua corbi diuidat, ſatis bono ſeptima, tertio loco ſexta. Idem Att. 1, 19 Videor mihi noſtrum illum conſularem exercitum bonorum omnium, et ſatis bonorum, habere firmiſſimum. *Rurſum tres gradus enumerat* Cic. de Orat. 3 c. 22 Quare ſi me vultis eſſe oratorem, ſi etiam ſat bonum, ſi bonum denique, non repugnabo.

SATISACCĬPIO, ēpi, eptum, ĕre. [ἱκανῶς λαμβάνω, συγγρ φομαι, κατεγγυάω. *Quod quidam ſeparatim malunt ſcribere: (in an quiſſimis quidem libris diſcerni non poteſt, cum vno omnia tenore, v continuatione ſcribantur indiſcretis vocibus)* Satis accipere *igitur* dictu eſt eodem modo, quo Satisfacere. Nam quia id, quo quis co tentus erat, ei praeſtabatur, Satisfieri dictum eſt: ita quia tales, quib contentus quis futurus eſſet, ſic dabantur, vt verbis obligarentur, S tisaccipi dictum eſt. *Haec* Pomponius in l. ſtipulationum aliae de verbor. obligat. Cic. pro Roſc. Com. 40 Qua de cauſa Fl vius, quum de tota lite faceret pactionem, neque ſatisacciperet a R ſcio, neque iudicio abſolueretur a Fannio. Idem pro Quint. c. 13 Si veretur, vt res iudicio facto parata ſit, iudicatum ſolui ſatis cipiat. Cato R.R. c. 2 Quae ſatisaccipienda ſient ſatisaccipiant Satis acceptum, *per translationem pro Certum, compertum, et firmu veluti datis fideiuſſoribus et ſponſoribus.* Satis *enim* accipit, *cui praec et ſponſores dantur.* Plaut. Moſtell. 1, 3, 67 Si tibi ſat acceptu eſt, fore victum tibi ſempiternum, *etc. i. ſi vsque quaque certum firmum. Et* ibid. v. 90 Si acceptum ſat habes, tibi fore illum au cum ſempiternum. *Et in* Stich. 4, 1, 4 Satis abs te accipiam, n vieeam mihi te amicum eſſe Antipho.

SATISACCEPTIO, ōnis. f. [ἱκανοληψία] Satisacceptione appellat Pomponius in l. Stipulationum aliae. de Verb. obligat. Stip lationem, quae ita obligat promiſſorem, vt expromiſſores quoque eo accipiantur: in eſt, qui idem promittunt.

SATISAGENS, *vid.* SATAGENS.

SATISDO, dĕdi, datum, are. [ἱκανὸν διδόναι] *Significat ap ICtos fideiuſſore dato ſecurum reddere eum, qui aliquid a nobis petit, vul cauere vel cautionem ſiſtere dicunt.* Caius ff. Qui ſatisdare c l. 1 Satisdatio eodem modo appellata eſt, quo Satisfactio. Nam Satisfacere dicimur ei, cuius deſiderium implemus: ita Satisdare cimur aduerſario noſtro, quum pro eo, quod a nobis petit, ita cauem vt eum hoc nomine ſecurum faciamus, datis fideiuſſoribus. C Att. 5, 1 De ſatisdando te rogo quoad eris Romae, tu vt ſatisdes. pro Quint. 30 c. 7 Iudicatum ſolui ſatisdare. Idem Verr. 2, Amici, ſi quis quid peteret iudicio, ſecum agi paſſuros, iudicat ſolui ſatisdaturos eſſe dicebant. Cic. pro Quint. 85 c. 28 vellet pecuniam petere, P. Quintium iudicatum ſolui ſatisdaturum. 29 c. 7 Iſte poſtulat, vt procurator iudicatum ſolui ſatisdaret. C Verr. 1, 146 Qui redemerit, ſatisdet damni infecti *ſcilicet* Nomi *Conf.* Plin. 36, 2 ſ. 2.

SATISDATIO, ōnis. f. [ἱκανοδοσία] Cic. Att. 5, 1 De ſat dando vero te rogo, quoad eris Romae tu vt ſatisdes: et ſunt aliqu ſatisdationes ſecundum mancipium, in his Memmianorum praedioru vel Atilianorum. Capitalis ſatisdatio, *Cum aliquid in nos reci mus cum obſtrictione capitis.* Plin. 36, 5 Nec minor quaeſtio in Septis, Olympum et Pana Chironemque cum Achille qui fecerit praeſertim quum capitali ſatisdatione fama iudicet dignos. *Hoc a tem et ipſe* Plinius 34, 7 *apertius declarat* Aetas noſtra vidit in Capitoli priusquam id nouiſſime conflagrauit a Vitellianis incenſum, in cel Iunonis, canem ex aere, vulnus ſuum lambentem: cuius *eximiu* miraculum et indiſcreta veri ſimilitudo, non eo ſolum *intelligitu* quod ibi dicata fuerat, verum et noua ſatisdatione: nam *ſumma null* par videbatur: capite tutelarios cauere pro ea, inſtituti *publici* fuit Satisdationem implere non potuit Papinian. in l. 2 ff. de cuſtod. reo Vlpian. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria ff. qui ſatiſd. cog. Si nece ſaria ſatisdatio fuerit, et non facile poſſit reus ibi praeſtare, vbi co venitur: poteſt audiri, ſi in alia eiusdem prouinciae ciuitate ſatisd tionem praeſtare paratus ſit. Si autem ſatisdatio voluntaria eſt, n in alium locum remittitur.

SATISDĂTVM, i. n. [ἱκανοδοθέν] Cic. Att. 16, 15 Sed et i turpe arbitror, eo nomine, quod ſatisdato debeat, procuratores ei non diſſoluere. Pomponius in l. Et magis ff. de ſolut. Potius eni eo nomine exſoluiſſe videor, quod ſatisdato, quam quod ſine ſatisd tione debeo. Satisdato promittere Papinian. in l. 2 in princip. de cuſtod. reor. Vlpian. duob. loc. in l. §. Sed et ſi quis §. Quaeſitum eſt Si quis caution. Satis exigere, vel non exigere; ea forma dicitur, q Satisdare vel non dare Vlpian. in l. Iulian. §. Si tibi ff. ad exhibendu Paullus in l. Lucius Titius §. Cum in teſtamento ff. de adminiſtrat. t torum, A quo magiſtratus ſatis exegerunt rem ſaluam fore.

SATISDĂTOR, ōris. m. [ἱκανοδότης Gloſſ. Gr. Lat.] Sidon Epiſt. 4, 24 Curatori necdum ſatisdator eſt inuentus.

SATISFĂCIO, ēci, actum, ĕre. [ἱκανῶς ποιέω] Tantum facer quantum ſatis ſit irato ad vindictam, inquit Aſconius ad Cic. Verr. 79 c. 31 Niſi publice ſatisfactum ſit, ei ciuitati bellum indici, *et Sed generale verbum eſt, et quemcunque modum ſignificat expediendi debi amoliendae culpae, ſ. excuſando et deprecando, ſiue defendendo, refere dae gratiae e. i. g. a.* Plaut. Amph. 3, 2, 8 Quin ego illum aut d feram, aut ſatisfaciat mihi. Cic. Att. 7, 23 Cui nos valde ſati facere multi ad me ſcripſerunt. Vide, quomodo ſatisfiat ei, c ſcis me ſatisfieri velle Cic. Fam. 14, 6. Satisfacere quibus deb mus Idem Att. 11, 13. Aliter de ſeruo ſatisfit, aliter de libero vi dicta ſumitur Vlpian. l. 9 ff. ſi ex noxali cauſa agatur. Sati facere *pro Diſſoluere aes alienum* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 60 Qua maximas potuerunt pecunias mutuati, perinde ac ſatisfacere, et fra data reſtituere vellent. Cic. Qu. Fratr. 1, 3 Sentio quid ſceler admiſerim, quum de viſceribus tuis et filii tui ſatisfacturus ſis, qu bus debes, ego acceptam ex aerario pecuniam tuo nomine fruſtra diſ parim. Cael. ad Cic. Fam 8, 12 Vt ſi mihi in pecunia minus ſ tisfeciſſet, per hanc ſpeciem ſimultatis eum conſectarer. De r aliqua plene et ſtatim ſatisfacere *dicitur orator, cum dicit quae exſpecta auditor* Quinctil. 4, 5, 18. Iam pro iis *(vinis venditis)* ſatisfeci Sticho? Plaut. Aſin. 2, 4, 31. Cic. Philipp. 2, 49 c. 20 *pr.* Ac ceperam enim iam ante Caeſaris literas, vt mihi ſatisfieri paterer a te *i. Vt acciperem tuam excuſationem et purgationem. Saepe deprecar eſt:* Catonem quidam in balneo percuſſit imprudens: — poſte ſatisfacienti Cato: non memini, inquit, percuſſum me Sen. de Ir 2, 32. Val. Catullum, a quo ſibi verſiculis de Mamurra perpetu ſtigmata impoſita non diſſimulauerat ſatisfacientem eodem die adhibui coenae Sueton. Caeſ. c. 73. Conſularem ſatisfacientem ſibi, et pe genua orare conantem ita ſuffugit, vt caderet ſupinus Id. Tib. c. 27 *Conf. Turneb. Adu. 18, 25. Pet. Nann. Miſc. 2, 7. Herald. Digreſſ* 2, 4. Satisfacere cumulate alicui Cic. Qu. Fratr. 2, 4. Idem i Topicis. Caeſ. Bell. Gall. 5, 1 Seſeque paratos eſſe demonſtrant omnibus rationibus de iniuriis ſatisfacere. ¶ 2 *Datiui quibus iungitur hoc verbum:* Amicitiae ſatisfacere Cic. Fam. 10, 1 Cauſae

ſfae et officio ſuo ſatisfacere Cic. Diuin. in Caec. Verr. 4 c. 14. Id. Fam. 14, 7 Cui quidem tu Deo, quemadmodum ſoles, pie et caſte ſatisfacias: *id eſt Apollini et Aeſculapio.* Idem de Legib. 1, 5 Nec enim ſatis fieri cenſent huic Loco, qui nunc eſt in manibus, niſi hoc ipſum naturae ius eſſe diſputarint, *i. huic parti diſputationis.* Cic. Verr. 3, 133 Commoneri te oportuit vocare Apronium, nec illum ante ſatisfacere, quam tu omnium Exiſtimationi ſatisfeciſſes. Id. Fam. 13, 17 Nunc autem incenſus ſtudio rerum tuarum, eas literis Graecis mandare cupiebat: poſſe arbitror. valet ingenio: habet vsum: iampridem in eo genere ſtudii, literarumque verſatur: ſatisfacere Immortalitati Laudum tuarum mirabiliter cupit, *i. Laudes tuas ita ſcribere, ut immortales eſſe per illum poſſint.* Cic. Att. 6, 1 Noli enim putare, me quidquam maluiſſe, quam vt Mandatis tuis ſatisfacerem, nec vlla de re plus laboraſſe. *Vetuſtum exemplar,* Vt mandatis facerem. Cic. pro Cluent. 29 c. 10 Qui et Naturae et Legibus ſatisfecit: quem leges exſilio, natura morte multauit. Id. Q. Fratr. 2, 2 In ea re nos et Officio erga Lentulum mirifice, et Voluntati Pompeii praeclare ſatisfecimus. Opinioni omnium vt ſatisfiat Idem pro Rabir. Poſt. 45. Promiſſo noſtro ac recepto ſatisfactum eſt Cic. Verr. 5, 138. Idem Verr. 1, 70 Sed aliqua ex parte violatus ſit, niſi publice ſatisfactum ſit, ei ciuitati bellum indici atque inferri ſolere. Cic. pro Rabir. Poſt. 45 Sed vt omnium vel Suſpicioni, vel Maleuolentiae, vel Crudelitati ſatisfiat, occultat pecuniam Poſtumus, latent regiae diuitiae. Vitae ſatisfacere Cic. Fam. 10, 1. Voluntati voluntate ſatisfacere Sen. de Benef. 2, 35. *Sine caſu,* Histriones in diſſimillimis perſonis ſatisfaciunt, *intell. ſpectatoribus, cum placent et probantur* Cic. in Orat. 109.

SATISFIO, ĕri. *Praeter dicta* Ouid. de Rem. Amor. 698 Qui ſilet, eſt firmus; qui dicit multa puellae Probra, ſatisfieri poſtulat ille ſibi. Quanquam a te quidem cumulate ſatisfit et mihi et omnibus Cic. Fam. 13, 55. Satisfacitur, pro Satisfit Varr. *apud* Priſcian. 8 p. 789.

SATISFACTIO, ōnis. f. [πληροφορία, πληροφόρημα] *Purgatio, excuſatio.* Cic. Fam. 7, 13 Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis. Idem Att. 4, 6 Et ſimul ne βαθύτης mea, quae in agendo apparuit, in ſcribendo ſit occultior, et aliquid ſatisfactio leuitatis habere videatur. In accipienda ſatisfactione facillimus Vell. 2, 29, 4. Satisfactionem ex nulla conſcientia de culpa proponere Salluſt. Cat. c. 5. *Conf. Cort. Excurſ. 5.* Fraudem parat, non ſatisfactionem Petron. c. 107. Luitur homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque ſatisfactionem vniuerſa domus Tac. Germ. 21, 2. *Conf.* Arnob. 4 p. 152. Tertull. de Patient. c. 10. Sen. Suaſ. 6, 40. Vlpian. D. 46 t. 3 l. 53. Iſidor. 6, 19.

SATISFACTIONALIS, e. Caſſiodor. Hiſt. Tripl. l. 9.

SATISHABEO, ēre. Satishabere *aliquid, eſt illo contentum eſſe.* Satishaberem huius quoque promiſſionis praeiudicium Tertull. adu. Marc. 3, 24. Tam ingratus es, vt voluptates a Deo contributas tibi ſatis non habeas Idem de Spectac. c. 29. *Sed ſaepius diuiſe vſurpatur. Conf.* Curt. 4, 9, 20. Nep. 15, 4, 5.

SATIOR, us, ōris. *Melior.* Plin. 17, 5 Erit igitur haec optima, et operi ſatior. *De terra tenera. Sed Hard.* et operi et ſatis, *i. ſegetibus.*

SATIVS. Adu. [κρεῖττον] *Compar. a* Satis, *et ſignificat Melius, quod eſt vltra id, quod opus eſt.* Ducere, Putare ſatius Nep. 4, 5. 16, 1, 3. 18, 6, 5. Ter. Heaut. 3, 1, 66 Et tibi perdere talentum hoc pacto ſatius eſt, quam illo minam. Virg. Ecl. 2, 15 Nonne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras, Atque ſuperba pati faſtidia? Cic. Att. 7, 1 Video cum altero vinci ſatius eſſe, quam cum altero vincere. Iuuenal. 7, 13 Hoc ſatius, quam ſi dicas ſub iudice, Vidi, Quod non vidiſti. Non igitur ſatius eſſet, dicet aliquis, ab initio, praeſertim quum ſcribas, ad optimum et electiſſimum verbum deuenire? Eſt quum non eſt ſatius, ſi *etc.* Auctor ad Herenn. 4, 37. Multo ſatius eſt Lucret. 5, 1126. Nimio ſatius, *vid.* NIMIS.

SATOR, SATIVVS, *vid.* SERO, ſeui.

SATRĂPES, *vel* SATRĂPA, ae. m. [σατράπης Gloſſ. Gr. Lat.] *Dictio Perſica, quae apud nos Praefectum ſignificat.* Ter. Heaut. 3, 1, 43 Satrapes ſi ſiet amator, nunquam ſufferre eius ſumtus queat. Mardonius ſatrapes regius natione Medus, regis gener Nep. 4, 1, 2. *Conf.* Gell. 1[illegible], 18. Plin. 6, 26. *Freinsh. Ind. Curt. et quem laudat Briſſon. de Perſar. Princip. n. 168 ſqq.*

SATRAPS, ăpis. m. *Idem.* Donec miratus ceſſare incendia ſatraps Alcim. Auit. 6, 589. Sidon. Carm. 2, 78 Quisque ſedet, ſub rege ſatraps. Non eſt praetereundum factum Pharnabazi ſatrapis regii Nep. 6, 4, 1 Sed de hoc Genitiuo, *qui vel a* Satraps, *vel a* Satrapes *deduci poteſt, vid. Voſſ. de Anal.* 2, 3.

SATRAPIA, ae. f. [σατραπεία] *Regio, et Praefectura.* Plin. 6, 20 Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, ſed adiiciunt quatuor ſatrapias, Gedroſos, Arachotas, Arios, Paropamiſſadas. *Dicitur et* Satrapēa, *vid. Varia lectio* Curt. 5, 1, 44 Mazeum transfugam ſatrapea Babyloniae donat Idem 6, 2, 11.

SATRICVM, i. n. Clara Latii ciuitas *apud* Plin. 3, 5.

SATRĂCVS, i. m. *Quidam a* Silio *memoratus, quem filius ſuus interfecit* Sil. 9, 68. 77. 104. 111.

SATRVS, *vid.* SVRVS n. 2.

SATVLLO, *et* SATVLLVS, *vid.* SATVR.

SATVR, ura, urum. Adi. [κορεσθείς, εὔπλεως] *Cibo plenus, qui ſatis edit.* Ter. Hec. 5, 2, 2 Sed quum tu ſatura atque ebria eris, puer vt ſatur ſit, facito. Ire quo ſaturi ſolent Plaut. Curc. 2, 3, 83. Cic. de Diuin. 1, 77 Praeclara vero auſpicia, ſi eſurientibus pullis res geri poterit, ſaturis nihil geritur. Altilium ſatur Hor. Epiſt. 1, [illegible], 35. *h. e. Saturatus altilibus.* Satur anſeris Extis Perſ. Sat. 6, 71. Rerum ſatur omnium Ter. Adel. 5, 1, 3. Fricando ſatur Plaut. Poen. 1, 2, 21. Capellae ſaturae Virg. Ecl. 10, 77. Columba ſatur Hor. Serm. 1, 1, 119. Cor ſaturum *laudatur ex* Catull. ad Iuuentium 48, 4. *Et edebatur* Nec vnquam ſaturum inde cor futurum eſt *(de baſiatione agitur) Sed Voſſ. ex MSS.* Nec vnquam inde ero ſatur futurus: *quod transpoſitum al. legitur,* Nec vnquam ſatur inde ero futurus. Martial. 2, 90 Sit mihi verna ſatur; ſit non doctiſſima coniux; Sit nox cum ſomno; ſit ſine lite dies. Cic. in Orat. 123 c. 36 *pr.* Eloquens nec ſatura ieiune dicet, nec grandia minute, nec item contra: ſed erit rebus ipſis par et aequalis oratio. Res ſaturae, *quae magna dicendi copia explicari poſſunt, cum reſpectu ad* ieiune. Perſ. Sat. 1, 71 Nec rus ſaturum laudare. *Metonymice, quod ſaturos facit.* Virg. Georg. 2, 197 Saltus et ſaturi petito longinqua Tarenti. Vbi Seruius: Saturi, aut Fecundi: aut Quod iuxta oppidum Saturum. Tarentum enim et Saturum vicinae ſunt Calabriae ciuitates. Praeſepia ſatura Virg. Georg. 3, 214. Meſſes Seuer. in Aetna v. 12. Coloni ſaturi Tibul. 2, 1, 23. *conf.* Catull. 21, 9. Satur color, *Plenus, vehemens, diluto oppoſitus.* Plin. 37, 10 Ion apud Indos violacea eſt, ſed raro ſaturo colore lucet. Geſtus Manil. 5, 480. *i. varius, de pantomimis, vid. Scalig. p. 40[illegible]. qui* παντοῖων ὑπόκρισιν *intelligit. Sed Bentl. (cui eſt 479) ex MS.* Externis tamen aptus erit nunc voce Poëtis, Nunc tacito geſtu. Vellera fucata ſaturo colore Virg. Georg. 4, 335. Saturior lactis agnus Columel. 7, 4. Senec. Qu. Nat. 1, 5. *ad fin.* Purpuram Tyriam, quo melior ſaturiorque eſt, eo oportet altius tollas, vt fulgorem ſuum oſtendat. ¶ 2 *De* Satura lance, lege per ſaturam, ſaturo carmine, *mox dicetur ſeparatim.*

SATVLLVS, a, um. Dimin. Varr. de R. R. 2, 2, 15 Vt agni ſatulli fiant lacte. *Sic Victor. Ante eum* Saturi.

SATVLLE. Adu. Apponere ſatulle Apul. Met. 7 p. 114 Colu. *i. copioſe. Elmenh. Emendat. p. 192 probat* ſcitule.

SATVLLO, āre. *pro* Saturare, *vid. poſt* SATVRO.

SATVRA *et* SATVRVM *ad Adiectiuum* Satur, *quod modo tractauimus, referri poſſunt et debent: commodius tamen ſeparatim hic tractantur.* Satura *igitur* Lanx *memoranda primum eſt, a qua veteres quidam* Satyram *ſ.* Satiram *deriuabant.* Vet. Schol. *Cruqu.* Horat. ad Serm. 1 *pr.* Satura *(ſcribitur fere* Satyra*)* dicitur lancis genus, tractum a choro Liberi patris, qui eſt dator vini et laetitiae. Ab ea autem lance, quae plena diuerſis frugibus in templum Cereris inferebatur, nomen accepiſſe *Satyram,* plerique dicunt. Diomed. 3 p. 483 Lanx Satyra *(ſic eſt, ibi pro* ſatura*)* referta variis multisque primitiis in ſacro apud priſcos Diis inferebatur — cuius generis lancium meminit Virg. Georg. (2, 194) Lancibus et pandis fumantia reddimus exta. *Et* (ibid. 394) — Lancesque et liba feremus. *Nimirum vt hinc intelligimus, mos erat, quando Cereri, Baccho, aut aliis Diis agri annua vota ſoluerent, pro laeto frugum fructuumque prouentu, vt primitias rerum collectarum in lancem congeſtas, cuique Deo pro ratione eius cultus, afferrent. Hae cum lances refertae eſſent variarum rerum copia,* ſaturae *appellabantur. Et hinc aliarum quoque rerum mixturas, vocaſſe* Saturas *videntur. Sic ap.* Diomed. *l. c.* Satura Farciminis genus multis rebus refertum, *laudat* Varronis Plautin Quaeſt. 2 Satura eſt, vua paſſa et polenta, et nuclei pinei ex mulſo conſperſi: ad haec, *inquit,* addunt alii de malo Punico grana. Feſtus, Satura et cibi genus, ex variis rebus conditum eſt, et lex multis aliis legibus conferta. Diomedes *l. c. et ipſe* Legem Satyram (ſaturam *credo voluit) vocat,* quae vno rogatu multa ſimul comprehendat. *Sic hi Grammatici, et* Iſid. 4, 16 *it.* Vet. Gloſſ. Satura, νόμος πολλὰ περιέχων. *Sed legis nomen additum nondum,* puto, *prolatum eſt ex antiquo auctore.* Lucilius *apud* Diomed. *l. c.* Per Saturam aedilem factum, qui legibus ſoluat: *i. per turbam, confuſis ſuffragiis. De loco Salluſtii, quem etiam citat, ſtatim.* Feſtus, *addit his, quae poſuimus,* Itaque in ſanctione legum adſcribitur, neue per ſaturam abrogato aut derogato, *id eſt, interprete Cuiacio Obſſ. 14, 7 extr. ne commiſtis rebus pluribus, ne confuſe, ſed ſpecialiter, explicate, diſerte. Huc ſpectaſſe videtur* Lex Didia et Caecilia *apud* Cic. pro Domo 53 c. 20 Ne populo neceſſe ſit in coniunctis rebus compluribus aut id quod nolit accipere, aut id quod velit repudiare. *Pergit,* Feſtus, T. Annius Luſcus in ea, quam dixit aduerſus Tiberium Gracchum, Imperium quod plebes per ſaturam dederat, id abrogatum eſt, *etc.* Salluſtius Iugurth. 29, 3 Rex — reliqua cum Beſtia et Scauro ſecreta tranſigit: dein poſtero die, quaſi per ſaturam exquiſitis *(a Conſule ſui conſilii)* ſententiis in deditionem accipitur. *Per ſaturam eſt perturbate, confuſe, vt non audirentur ordine, qui forte monere aliquid vellent. Imitatus videtur* Ammian. Marc. 16, 6 Cum res in inquiſitionem veniret, et — obiectorum probatio ſperaretur, tanquam per ſaturam ſubito ſuffragantibus cubiculariis — vinculis ſunt ſolutae perſonae, *etc.* Eumen. Paneg. 8, 11 *pr.* Separate igitur vtraque dicam: neque enim quaſi per ſaturam confundenda ſunt tanta beneficia. Lactant. 1, 21, 13 Peſcennius Feſtus in libris hiſtoriarum per ſaturam refert, Carthaginienſes Saturno humanas hoſtias ſolitos immolare, *etc.* Libri hiſtoriarum per ſaturam *ſunt* ποικίλης ἱστορίας, *vbi memorabilia quaedam, ſine ordine, vt ab Aeliano factum, referuntur.* Chariſ. Gramm. 3 p. 175 *med.* Cum aduerbium Stoici πανδέκτην vocent. Nam omnia in ſe capit quaſi collata per ſaturam (Satyram *ſcribitur*) conceſſa ſibi rerum varia poteſtate. *Hac formula, ex antiquitate reuocata, vſus etiam his eſt* Imperator Iuſtinian. in Conſtit Omnem Reip. ſ. Prooem de Rat. diſc. Iur. §. 1 Et primi anni hoc opus legentibus tradebatur non ſecundum edicti perpetui ordinationem; ſed paſſim et quaſi per ſaturam collectum, vtile cum inutilibus mixtum. *Et* Conſt. ſ. l. vn. Cod. de Lat. lib. toll. ſ. Cum dediticii liberti iam ſublati ſunt, ea propter imperfecta Latinorum libertas incertis veſtigiis titubat, et quaſi inducta per ſaturam adhuc remanet, *i. permixta aliis, non ſatis diſtincta. Secundum haec* Satura *Latinum fuerit, ſignificetque varium quiddam et copioſe permiſtum,* farrarigem *quandam. Sed etiam hanc ſignificationem a Graecis deriuat Dan. Heinſius de Satyra Horat. 1 p. 11 cum apud Heſychium ſit* σάτυραι σκάφαι βοτρύων παρὰ Λάκωσιν. *Sed H[illegible] editio habet* σατήραι. *Viderit, et forte iam vidit Cl. E[illegible] H[illegible] bii, Albertus.* ¶ 2 *Nos vnum hic addimus, pro Adiectiuo accepiſſe hoc nomen, in quo verſamur, veterem Scholiaſten Horatii, quem* Acronis *nomine dedit Fabricius ad* Ser. 1, 1 *pr. Certe ibi legas,* Satyrum carmen a primo omnium auctore Lucilio repertum eſt. *Et ſub* Porphyrionis *nomine* Quamuis ſatyrum eſſe opus hoc confiteatur *etc.* Saturum *voluiſſe videtur ille Acro certe, quatenus a* ſaturando *et* ſaturis, *i. ebriis hominibus, ipſum* Satyrae *nomen deriuat. vid.* SATYRA.

¶ 3 Satura, *Palus vna Pomtinarum.* Virg. Aen. 7, 801

— Queis Iupiter Anxurus aruis
Praeſidet, et viridi gaudens Feronia luco,
Qua Saturae facit alta palus, gelidusque per imas
Quaerit iter valles atque in mare conditur Vfens.

conf. Sil. 8, 382.

SATVRIO, ōnis. m. [διακορής] *Idem quod Satur.* Plaut. Perſ. 1, 3, 23 Nam eſurio venio, non aduenio ſaturio. *Ludit in etymologia nominis ſui, quod eſt* Saturio.

SATVRĬTAS, ātis. f. [πλησμονή] *Status et conditio ſaturi.* Plaut. Capt. 4, 2, 85 Proin tu deum hunc ſaturitate tranquillum facias tibi. *Paraſiti vox, qui ſe Iouem dixerat modo.* Idem ibid. 4, 2, 97 Ita me amabit ſancta Saturitas, itaque ſuo me ſemper condecoret cognomine. *i. velut Deam facit. Coloris, qui ſaturatus dicitur, attributum eſt.* Plin. 9, 39 Sic gignitur laudatus ille pallor ſaturitate fraudata. Cic. de Seneƈt. 56 c. 16 Neque ſolum officio, quod homini

num generi vniuerſo, cultura agrorum eſt ſalutaris, ſed etiam delectatione quam dixi, et ſaturitate (*abundantia, quae ſaturare homines poſſit*) copiaque rerum omnium, quae ad victum hominum, et cultum etiam deorum pertinent. Saturitas, *pro Excrementis ventris.* Plin. 10, 33 *de hirundinibus* Notabili munditia egerunt excrementa pullorum, adultioresque circumagi docent, et foris ſaturitatem emittere.

SATVRO, āre. [ἰλάω, κορέω, χορτάζω] *Explere. Ad omnes ſenſus pertinet, proprie tamen ad guſtum.* Cic. Philipp. 2, 59 c. 24 Verſatus in bello eſt, ſaturauit ſe ſanguine diſſimillimorum ſui ciuium. Virg. Ecl. 10, 30 Nec cytiſo ſaturantur apes, nec fronde capellae. Nuper nati mammas appetunt, earumque vbertate ſaturantur Cic. de Nat. Deor. 2, 118. Famem epulis ſaturare Claud. de Phoenice 13. Cic. pro Domo 44 Expleui animos inuidorum, placaui odia improborum, ſaturaui etiam perfidiam ſcelus proditorum. Idem pro Flacc. 95 Mactare victimam gratiorem, quam ſi L. Flacci ſanguine illius nefarium in vos omnes Odium ſaturaueritis? *conf.* Idem in Vatin. c. 3. Saturnus appellatus quod ſe ſaturat annis, *Stoica etymologia apud* Cic. de Nat. Deor. 2, 64. Sola fimo pingui Virg. Georg. 1, 80. Stercore ſaturare noualia Columel. 2, 9, 15. Saturare ieiunia terrae Idem 10, 82. Prata laetamine Pallad. Febr. 1 Saturari multo ſtercore amat beta Idem ibid. 24, 10. *add.* Vitruu. 10, 11. Catull. 69, 82. Pallad. 1, 35, 11 Mures ruſticos, ſi querneo cinere aditus eorum ſatures, attactu frequenti ſcabies occupabit, et perimet, *i. oppleas.* Haemorrhoides *dicuntur* ſaturari Scribon. 227. *i. illini.*

SATVRĀTVS, a, um. [διάκορος, χορτασθείς] Partic. *Metaphor.* Virg. Aen. 5, 608 Multa mouens, necdum antiquum ſaturata dolorem. Cic. Verr. 3, 100 Vt aliquando ex eorum agris, atque vrbibus expleti atque ſaturati, cum hoc cumulo quaeſtus decederent. Caede armenti ſaturati leones Ouid. Met. 10, 541. Homines ſaturati honoribus Cic. pro Planc. 20 c. 8. Mens ſaturata bonarum cogitationum epulis Idem de Diuin. 1, 61 c. 29. Nondum Lumina ſunt gnati cara ſaturata figura Catul. Argon. ſ. 63, 220. Saturatae veſtes murice, *i. Tinctae* Martial. 8, 48. *Compar. vt* Saturatior color Plin. 21, 8.

SATVLLO, āre. [χορτάζω] *Idem quod Saturare.* Varro *apud* Non. 2, 786 Neque in puluere mythico (*Merc.* mitico) coquam carnes, quibus ſatullem corpora, et famem ventris.

SATVRĀTIM. Adu. *ad ſaturitatem.* κατακόρως Gloſſ. Gr. Lat.

SATVRANTER. Adu. *Idem. Compar.* Fulgent. Mytholog. 3 Haec ſaturantius Apuleius enarrauit.

SATVRATIO, ōnis. f. χορτασία τροφῆς Gloſſ. Vet. Lat. Gr.

SATVRABĪLIS, e. χορταστικός Gloſſ. Vet. Lat. Gr.

SATVREIA, ae. f. [θύμβρα Gloſſ. Lat. Gr.] *Herba fragrantis odoris, quae et Cunila quibusdam dicitur, et* Origanum Heracleoticum: Scribon. 124. Colum. 10, 233 Et ſatureia thymi referens thymbraeque ſaporem. Plin. 19, 8 Thymbram vero quae ſit cunila. Haec apud nos habet vocabulum et aliud, ſatureia dicta in condimentario genere. Seritur menſe Februario, origano aemula. *conf.* Celſ. 2, 21 *et* 31. Columel. 9, 4. 11, 3. 12, 7. Pallad. 1 t. 37. *et* Febr. t. 24. *et* Mart. t. 9. Apic. 1, 3. 3, 13. 6, 6.

SATVREIVM, i. n. *Idem.* Ouid. de Arte Am. 2, 415 Sunt qui praecipiunt herbas, ſatureia, nocentes Sumere, *ad Venerem roborandam.* Martial. 3, 74 Improba nec proſunt iam ſatureia tibi.

SATVREIVM, i. n. *Vrbs in Apulia. Scribitur et* Saturium. *Hinc*

SATVREIANVS, a, um. *vt,* Caballus Satureianus Hor. Serm. 1, 6, 59.

SATVRCHEI, Populi ſunt circa Maeotim *apud* Plin. 6, 7.

SATVRNVS, i. m. [Κρόνος] *Caeli filius.* Cicero de Nat. Deor. 2, 63 c. 24 Vetus haec opinio Graeciam oppleuit, ſcilicet exſectum Caelum a filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipſum a filio Ioue. Phyſica ratio non inelegans incluſa eſt in impias fabulas. Caeleſtem enim altiſſimam aethereamque naturam, id eſt igneam, quae per ſeſe omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte coporis, quae coniunctione alterius egeret ad procreandum. Saturnum autem eum eſſe voluerunt, qui curſum et conuerſionem ſpatiorum, ac temporum contineret, qui deus Graece id ipſum nomen habet: Κρόνος enim dicitur, qui eſt idem χρόνος, id eſt ſpatium temporis. Saturnus autem eſt appellatus, quod ſaturetur annis. Ex ſe enim natos comeſſe fingitur ſolitus, quia conſumit aetas temporum ſpatia, annisque praeteritis inſaturabiliter expletur. Vinctus eſt autem a Ioue, ne immoderatos curſus haberet, atque vt eum ſiderum vinclis alligaret. *Hactenus Cicero ex perſona Stoici, vid. omnino de rebus et cultu Saturni dedita opera diſputantem* Macrob. Saturn. 1, 7 *et* 8. *Alii ſatis nugaciter interpretantur* Saturnum Cronon, *veluti a ſatietate intellectus, eo quod Graece* ſatietas κόρος; *intellectus vero ſiue mens* νοῦς *dicitur, vt ſit nomen compoſitum Saturnus ex prima parte Latina, et poſteriore Graeca, ipſa* Satietas mentis. Feſtus *voce* Saturnia: Faunus in Saliaribus Saturnus appellatur, videlicet a ſationibus. *Quidam apud* Macrob. Sat. 1, 8 *extr. a verbo quod Graeci dicunt* σάθην *nomen Saturni ducunt, quo virilia ſignificantur, quod patris pudenda abſcidiſſe, atque in mare proieciſſe dicitur: unde Venerem procreatam ferunt, quae a ſpuma, vnde coaluit,* Aphrodites *nomen accepit, vid.* SATHIMVS. *Rariſſime Saturnus in monumentis veterum apparet. Alias* pingebatur vt homo ſenex, canus, barba prolixa, curuus, triſtis et pallidus, tecto capite, colore glauco, qui vna manu, ſed dextra, falcem tenebat, et in eadem ſerpentis portabat imaginem, qui caudam propriam dentibus commordebat. Altera vero filium paruulum ad os applicabat, et eum deuorare videbatur. Qui iuxta ſe habebat filios, Iouem, Neptunum, Platonem, et Iunonem: quorum virilia abſciſſa proiiciebat, de quibus Venus pulcherrima puella naſcebatur. *Haec* Albricus de Deor. Imag. c. 1. *Vltima commentum nouum videntur* cum falce adunca. Virg. Aen. 7, 179 Vitiſator curuam ſeruans ſub imagine falcem Saturnusque ſenex. Dies Saturni *infauſtus habebatur rebus agendis, quod ex Iudaica diſciplina deriuatum videtur.* Tibull. 1, 3, 17 Aut ego ſum cauſatus aues, aut omina dira, Saturni aut ſacrum me tenuiſſe diem. Dens curuus Saturni, *i. Falx* Virg. Georg. 2, 406. Saturnus regnis a Ioue pulſus erat Ouid. Faſt. 3, 796. Aureus Saturnus Virg. Georg. 2, 538. *Quia ſub Saturno fuit aetas aurea.* Grauis Saturnus Perſ. Sat. 5, 50. Impius Saturnus Hor. Carm. 2, 17, 22. Senex Saturnus Virg. Aen. 7, 180. Saturni ſtella, Phaenon Graece, XXX fere annis curſum ſuum conficit Cic. de Nat. Deor. 2, 53. Sidus graue Saturni Propert. 4, 1, 84. Stella Saturni frigida Virg. Georg. 1, 336. Stella quae Saturnia nominatur Cic. de Somn. Scip. 9.

SATVRNIVS. Adi. [Σατούρνιος, Κρόνιος] *vt,* Arua Saturn Virg. Aen. 1, 573. Coniux Saturnia Sil. 10, 338. Iuno Sat nia Virg. Aen. 3, 380. *Etiam ſimpliciter* Ouid. Tr. 1, 2, 7 Ode Aenean propior Saturnia Turno. Metrum Saturnium in honor Dei Naeuius inuenit, addita vna Syllaba ad Iambicum verſum, Summas opes qui regum regias refregit Diomed. 3 p. 512. Se Cent. p. 1825 *ponit exemplum* Iſis pererrat orbem crinibus profuſis. Terentianus p. 2439

Et Naeuio Poëtae Sic ferunt Metellos
Cum ſaepe laederentur, Eſſe comminatos
Dabunt malum Metelli Naeuio Poëtae.

vid. mox Verſus Saturnius. Mons Saturnius, Tarpeius et Capi linus, Romae notiſſimus. Pes, *alio nomine* Palimbachius, *it* Latius, ˉ ˉ ˘ *apud* Diomed. 3 p. 476 *pr.* Regna Saturr Virg. Ecl. 4, 6. Tellus Saturnia frugum parens Idem Geo 2, 173. Verſus Saturnii quoque antiquiſſimi, quibus Faunus f ceciniſſe hominibus videtur, Saturnii appellantur, quibus et a Naeu bellum Punicum ſcriptum eſt, et a multis aliis plura compoſita ſu Feſtus, *voce* SATVRNO. *Vide quae modo de metro* Saturnio *dixim et add.* Atil. Fortunatian. p. 2679 *ſq.* Noſtri antiqui vſu ſunt eo n obſeruata lege, nec vno genere cuſtodito inter ſe verſus: ſed praet quam quod duriſſimos fecerunt, etiam alios breuiores, alios longiores i ſeruerunt, vt vix inuenerim apud Naeuium, quos pro exemplo poner — Apud noſtros autem in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces Capitolio figebant, victoriaeque ſuae titulum Saturniis verſibus p ſequebantur, talia reperi exempla ex Regili tabula, *Duello magno di mendo, regibus ſubigendis* — in Acilii Glabrionis tabula, *Funa fugat, proſternit maximas legiones, etc.* ¶ 2 Saturnia, N *men regionis, et oppidi.* Varro de L. L. 4, 6 p. 13 *de monte Capitol eodemque Tarpeio cum dixiſſet, pergit,* Hunc antea montem Saturni appellatum prodiderunt, et ab eo late Saturniam terram, vt etiam E nius appellat. Antiquum oppidum in hoc fuiſſe Saturniam ſc bitur. Eius veſtigia etiam nunc manent tria: quod Saturni fan in faucibus; quod Saturnia porta, quam Iunius ſcribit, quam nu vocant Pandanam; quod poſt aedem Saturni in aedificiorum legi parietes poſtici muri ſunt ſcripti, *i. in formulis venditio earum aedium, quae ſunt poſt aedem Saturni, fit mentio muri moenium antiquae vrbis, ad quae parietes illi poſtici reſpicerent.* A *diamus etiam* Feſtum, Virg. Aen. 8, 358 Ianiculum huic, illi fuerat S turnia nomen. Saturnia, Italia: et Mons, qui nunc eſt Capi linus, Saturnius appellabatur, quod in tutela Saturni eſſe exiſtimat Saturnii quoque dicebantur, Qui caſtrum in imo cliuo Capitolino i colebant, vbi ara dicata ei deo ante bellum Troianum videtur, qu apud eam ſupplicant apertis capitibus. Nam Italici auctore Aen velant capita, quod is, cum rem diuinam faceret in litore Lauren agri Veneri matri, ne ab Vlyſſe cognitus interrumperet ſacrificiu caput adoperuit, atque ita conſpectum hoſtis euitauit. *Haec Feſt* Aur. Victor. de Or. G. R. 4 Faunus — ſolet futura praecine verſibus, quos Saturnios dicimus, quod genus metri, in vaticinatio Saturniae primum proditum eſt. Sed vrbem Saturnus, cum in It liam veniſſet, condidiſſe traditur.

SATVRNALIA, ium, *et* ōrum. (*Vtramque terminationem G nitiui auctoribus idoneis probat* Macrob. Saturn. 1, 4. *vt tamen* Saturna liorum *dicat vſitatius*) n. Pl. [Κρόνια] *Sacra antiquiſſima apu Romanos Decembri menſe per ſummam hilaritatem celebrari ſolita: de qu rum origine et ritibus claſſicus locus eſt* Macrob. Saturn. 1, 7 *ſqq.* i Stat. Silu. 1, 6. *et ex recentioribus Lipſius Saturnal. 1, 2 ſqq. Breuiter* S turnalia *per dies ab vno ad ſeptem diuerſo tempore celebrata memoriam ferebant illius temporis, quo Saturnus in regni ſocietatem a Iano recept felicem et quaſi auream aetatem Italiae populis praeſtitit. Igitur va bant a labore omni, conuiuia agitabant, dona miſſitabant, ſeruos vt aeq les tractabant, etc.* Tu in ſcholam reuocas, ego adhuc Saturna extendo Plin. Epiſt. 6, 7. Sueton. in Auguſt. c. 75 Saturn libus, et ſi quando alias libuiſſet, modo munera diuidebat, veſtem aurum et argentum: modo numos omnis notae. *conf.* Idem Ve c. 19. Cic. Att. 5, 20 Saturnalibus mane, *etc. vid.* Hor. Ser 2, 3, 5. *add.* Cic. Catil. 3 c. 4. Cato R. R. c. 57. Sen. Epiſt. Sueton. Claud. c. 5. Solin. c. 3. Tertull. de Idolol. c. 10. Ci Att. 13, 52 Sed quum ſecundis Saturnalibus (*i. die ſecundo Saturnal rum*) ad Philippum veſperi veniſſet, villa ita completa militibus e *etc. Paullo poſt,* Ille tertiis Saturnalibus apud Philippum ad hora nec quenquam admiſit. Hilara Saturnalia Cic. Att. 5, 20. E his vnus cum vidiſſet capita conferentes et fortunas ſuas deplorant cauſidicos, accedit et ait: dicebam vobis, non ſemper ſaturnalia eru Senec. de Morte Claud. *Feminarum* Saturnalia alia *erant, Kal. Ma. vid. Torrent. ad* Hor. Od. 3, 8. *Barth. ad* Stat. Silu. p. 153.

SATVRNALITIVS. Adi. [Κρόνιος] *Quod ad Saturnalia p tinet.* Martial. 5, 20 Saturnalitiae ligulam miſiſſe ſelibrae Ibid. — potiusque videtur Saturnalitias perdere Varro nuces. *add.* Ide 7, 90. *vid.* Gell. 18, 2. Spartian. in Hadr. c. 7.

SATVRNIGĔNA, ae. m. *Nomen Iouis a Saturno geni* Auſon. Eidyll. 15, 22 Teſtatur Saturnigenam nec nomine ceſſat Inc ſare Iouem. *conf.* Sidon. Carm. 9, 132.

SATVRNINVS, *Cognomen Romanum. v. g.* Voluſius, Vrb praefectus, a Plinio 11, 38. *commemoratur* quotannis ſanguinem per miſiſſe, tametſi nonageſimum exceſſerit annum. L. Apuleius S turninus, *Tribunus plebis ſeditioſus, qui cum pernicioſis legibus rempub cam perturbaret, ſumtis ex Senatusconſulto armis, in Capitolio occiſus a Scaeua quodam Q. Crotonis ſeruo, cui idcirco libertas praemii loco da eſt. Fuerunt multis poſt annis, qui a Caio Rabirio occiſum diceren quo nomine ille a T. Labieno in iudicium vocatus, et perduellionis re factus, a Cicerone defenſus eſt pulcherrima illa oratione, quae* pro Ca Rabirio Poſtumo perduellionis reo, *inſcribitur, vid.* Flor. 3, 16. Aur. Vict. c. 73. ¶ 2 Saturnini *etiam* fuerunt Populi i Etruria Plin. 3, 5. *a quibus forte id cognomen ortum.*

SATVRO, *vid.* SATVR.

SATVS, *vid.* SERO, ſeui.

SATYRA, SATIRA, SATVRA, ae. f. *Tot enim modis ſcr bitur, eſt genus carminis, Romanis proprium, cuius diuerſos quaſi grad diſtinguere et genera conuenit duce* Liuio 7, 2 *quem totum locum inte poſitis interpretamentis quibusdam hic proponere placet. Loquitur initiis ludorum ſcenicorum, et A. V. C. CCCXLI.* Sine carmi vllo (*verbis, quae canerentur*) ſine imitandorum carminum actu (*geſtu*) ludiones ex Etruria acciti ad tibicinis modos ſaltantes, haud i decoros motus more Tuſco dabant. Imitati deinde eos iuuen ſim

...nul inconditis (*non exactis ad metrum et legem poëticam*) inter ſe ...cularia fundentes verſibus (*breuibus dictis, vtcunque modulatis*) coe...re: nec abſoni a voce motus erant. Accepta itaque res, ſaepiusque vſurpando excitata. Vernaculis (*Romanis, Latinis certe*) artificiis, quia hiſter Tuſco verbo ludio vocabatur, nomen hiſtrionibus ...ditum: qui non, ſicut ante, Feſcennino verſu ſimilem, incompoſitum (inconditum *modo dixit*) temere ac rudem alternis iaciebant, (*quae fuerat prima infantia Satirae*) ſed impletas iam modis ſaturas (*ita hic optimi libri, ſed nec deſunt, qui ſatiras vel ſatyras habent*) deſcripto iam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. *Hae ...tur ſaturae, cantilenae, verſus ſunt ioculares, decantati ludis ſcenicis ...n cantu tibiarum et motibus actorum.* Liuius (*Andronicus Graecus ...mo, Liuii Salinatoris libertus*) poſt aliquot annos (A. V. DXIII) ...i ab ſaturis (*modo deſcriptis diſcedens et reuocans populum*) auſus eſt ...mus argumento fabulam ſerere (*i. more Graecorum fabulam comicam ... tragicam argumento conſtantem et velut hiſtoria, contexere*) —— ...Iſtquam lege hac fabularum ab riſu ac ſoluto ioco (*quem habuit ſa...ra*) res auocabatur, et ludus in artem paullatim verterat; iuuentus ...ſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo (*ſa...rarum*) ridicula intexta verſibus iactitare coepit, quae inde exodia ...ſtea appellata, conſertaque fabellis potiſſimum Atellanis ſunt. *Nar... eadem* Val. Max. 2, 4, 4 *vnde haec modo ponimus*, Paullatim deinde ...hera ars ad Satyrarum modos perreptit: a quibus omnium primus ...eta Liuius ad fabularum argumenta ſpectantium animos tranſtulit. ...*c primum genus eorum carminum, quibus* Satirae nomen datum eſt. ¶ 2 *Alterum genus eſt* Satirae, *quod deſcribemus verbis* Diomedis 3 ...483 *pr.* Olim carmen, quod ex variis poëmatibus conſtabat, Saty... (*ſic Putſch.*) vocabatur, quale ſcripſerunt Pacuuius et Ennius. *Ac ... Pacuuii ſatiris nihil ſupereſſe Caſaubono facile credimus l. c. 2, 2. De ...nianis ſuperſunt pluſcula, vnde Diomedis dicta firmari poſſunt, colle... etiam ab Hier. Columna: vnde etiam apparet, toto genere hanc Sa...am a ſuperiore illa diuerſam eſſe. Huc pertinet* Quinctil. 9, 2, 36 Sed ...mas quoque fingimus ſaepe, vt Famam Virgilius — vt Martem ... Vitam, quas contendentes in Satyra tradit Ennius. ¶ 3 *...rtium et celeberrimum genus, quod reliqua fere obſcurauit, eſt* Lucilia... *...ula Satira, et velut* κατ' ἐξοχὴν *hoc nomen merita.* Quinctil. 10, 1, 93 ...ira quidem tota noſtra (*Romanorum*) eſt, in qua primus inſignem ...dem adeptus eſt Lucilius. — Eruditio in eo mira, et libertas, ...ue inde acerbitas, et abunde ſalis. Multo eſt terſior, ac purus ma... Horatius, et ad notandos hominum mores praecipuus. Multum ...verae gloriae, quamuis vno libro, Perſius meruit. Sunt clari ho...que, et qui olim nominabantur. Iuuenalem *videtur ſignare. Cer... Horatii, Perſii et* Iuuenalis Satiras *legem et canonem huius generis car...um habemus.* ¶ 4 *Peculiare genus conſtituit* Satira Var...iana, *quam* Menippeam *etiam vocamus.* Quinctil. 10, 1, 95 Alterum ...d eſt et prius (*non aetate, puto, quod tamen placet Caſaubono l. c. 2, 2. 196, ſed praeſtantia*) ſatirae genus, quod non ſola carminum va...tate (*ſed etiam proſa oratione*) mixtum, condidit Terentius Varro ... *Ex fragmentis* Satirarum Varronis *apparet, verum illum de ſe prae...re apud* Ciceronem Acad. 1, 8 c. 2 *extr.* Et tamen in illis veteri... noſtris, quae Menippum imitati, non interpretati, quadam hila...te conſperſimus, multa admiſta ex intima philoſophia, multa di...dialectice *etc.* Macrob. Sat. 1, 11 *de Seruis philoſophis*, Ex qui... ille Menippus fuit, cuius libros M. Varro in Satyris aemulatus eſt; ...s alii Cynicas, ipſe appellat Menippeas. *Ex hoc genere ſunt* Senecae ...us in mortem Claudii, *ex hoc* Petronii *quae ſuperſunt*; Martianus ...ella Satiram *vocat opus ſuum* de nuptiis Philologiae et Mercurii ac ...artibus liberalibus, *vid. H. Grot. in pr. notar. In hoc genere eſt* ...thii opus de conſolatione Philoſophiae. ¶ 5 *Iam de ...one appellationis magna olim fuere ſententiarum diuortia: quas com...us eſt* Diomedes 3 p. 483 *pr.* Satyra dicta ſ. a Satyris, quod ſimi...r in hoc carmine ridiculae res pudendaeque dicuntur, quae velut a ...yris proferuntur et fiunt: ſiue a Satura (*ſic leg. pro* Satyra) lance, — ſiue a quodam genere farciminis — Alii a lege ſatura — ... *Reliqua enim dedimus in* SATVRA. *Videtur illa a* Satyris, *laſci...vi vel animalibus vel DIs, deriuatio pluribus placuiſſe, quod Vocalis ...eca fere vbique mediam ſyllabam occupat: ipſi vero Poëtae Satyrici, ... exſtant, nuſquam, puto opus ſuum* Satyris *adſcribunt, vel ad eos ...dunt: quae enim ſunt in* arte poëtica Hor. 221 *ſqq. ea ad* Satyri... Graecorum *Poëſin pertinent, de qua mox ſ. l. Caeterum Ioſ. Scali... (cuius pater Poët. 1, 12 ipſam* lancem Satyram a Satyris, *qui eam ...arent, deriuabat) ad Manil. p. 408 literam Graecam in* Satura *damnat (...m a* Satira *differre ait, vt* maximum *a* maxumo) *et* Saturam *dicit ...ſ omnigeni argumenti poëſin. Iſ. Caſaubonus ſummis ingenii et doctri...* viribus Satirae *nomen et rem Romanis vindicat, et* Satyricam poëſin *G...ecis, quod ipſe titulus operis indicat, de Satyrica Graecorum poëſi, et Romanorum Satira libri duo. Fauet huic ſententiae illud* Iuuena... 1, 85 Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, ...dia, diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli. Farrago *miſcellum quid...m eſt, non minus quam lanx illa ſatura. Dan. Heinſius contra ea de ...tyra Horatiana libris duobus inter alia de affinitate eius cum Graecorum ...tyris diſputauit, et ab eorum ludis dictum eſſe poëma illud* ludicrum ...*orſi generis, perſuadere ſtuduit: quam Nicolaus illius filius tuetur ...ſt. 355 ſq. et perſuadet Graeuio. Nec tamen videtur effeciſſe, vt ... Scaligeri et Caſauboni ſententia magnam certe veri ſimilitudinem ha...t.* ¶ 6 *Supereſt vt exempla quaedam ponamus. Ar* Sati...*ras vocarit ſua poemata Horatius, non eſt dubium propter* Serm. 2, 1, 1 Sunt quibus in Satira videor nimis acer *etc. Sed titulum non hunc poſuit, ...t des Veteribus libris et* Vet. Scholiaſtae: *verum duobus libris* Sermo...*num vt formam ita nomen dedit, duobus aliis* Epiſtolarum. Iuue... 1, 22 Cum tener vxorem ducat ſpado, *deinde longa ſeries ſimilium ...rem, et v. 30* Difficile eſt ſatiram non ſcribere. *Et* 4, 106 Im...bior ſatiram ſcribente cinaedo. *Et* 6, 634 Fingimus haec, al... Satira ſumente cothurnum. Stat. Silu. 1, 3, 103 Liuentem ſa...m nigrae rubigine turbae.

...ATYRICVS, *vel* SATIRICVS, i. m. *Qui ſatiras ſcribit.* Si... 4, 1 Si quid ſatiricus figuratum condidit. Materia Satirica ...on. 8, 11. *Add.* Lactant. 2, 4. *Add.* Iſidor. 8, 7. ¶ 2 ...tyricus *a Satyris, vid. p. p.*

...ATYROGRAPHVS, i. m. *Vt*, Satyrographum te aut exſe...tur aut reformidant Sidon. Ep. 1 *vlt. Add.* 4, 8.

...ATYRICE. Adu. [σατυρικῶς] Acriter, cum conuitio.

...ATYRI. [Σάτυροι] *Monſtra quaedam poetica, quibus archety... nullum, ſui quidem generis et perpetuum, in rerum natura reſpondet. ...ulae enim merae ſunt* Plin. 7, 2 Satyri Subſolanis Indorum montibus, perniciſſimum animal, tum quadrupedes tum recte currentes humana effigie, propter velocitatem niſi ſenes aut aegri non capiuntur: *aut ſunt ex ſimiarum genere, vt* Plin. 8, 54. *illique* Solin. 34 *qui de* hominibus nihil aliud praeferunt quam figuram; *et qui* c. 30 *extr. memorat*, Inter ſimias habentur — quas vocant Satyros, facie admodum grata, geſticulatis motibus inquietae. *Vid.* AEGIPAN. *Ex hoc genere forte fuit, de quo Plutarchus in Sulla memorat, captum, et ad Sullam adductum. At de quo* Hieronymus in vita Paulli Eremitae, *quem S. Antonio collocutum ait, forte illuſio fuit ieiuni hominis: is denique, quem ſub rege Conſtantino captum dicit l. c.* Hieronymus, *potiſt monſtrum fuiſſe. Certe Caſaub. de Poëſi Satyrica 1, 2 negat,* Satyros *eſſe alios, niſi in carminibus Poëtarum, quos faciunt Semideos quosdam, ſilueſtres, ruricolos, capripedes, auribus et corniculis caprorum, caetera homines aſtutos, celerrimos, irriſores, libidinoſos, nympharum amatores, quorum dux quidam* Pan, *cognati* Fauni, Siluani, *etc. Multa de iis Caſaubon. l. c.* Ouid. Met. 1, 192 *Iupiter hominibus iratus, et diluuium immiſſurus, ait*

> Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina, Nymphae,
> Faunique, Satyrique, et Monticolae Siluani,
> Quos quoniam caeli nondum dignamur honore,
> Quos dedimus, certe terras habitare ſinamus.

Cic. de Nat. D. 3, 43 c. 17 Nymphae, Paniſci et Satyri *iunguntur.* Hor Carm. 2, 19, 3 Aures Capripedum Satyrorum acutas. *i. attentas docenti Baccho.* Iuuentus Satyrorum in Venerem prona Ouid. Faſt. 1, 397. Agreſtes Satyri Hor. in Arte Poët. 221. Dicaces ibid. 225. Laſciuus Satyrus Sil. 3, 103. Leues Satyri Ouid. de Arte Am. 1, 542. Proterui Satyri Hor. in Arte Poët. 233. Saltantes Satyros imitari Virg. Ecl. 5, 73. *De ſigno vel imagine*, Cic. Verr. 4, 135 c. 60 Satyrus, qui apud Tarentinos in aede Veſtae eſt.

SATYRISCVS, i. m. Dimin. Cic. de Diuin. 1, 39 c. 20 Dionyſii mater ſomniauit, ſe peperiſſe Satyriſcum.

SATYRICVS, a, um. [σατυρικὸς] *A Satyris ductum denominatium. Vt* Fabula Satyrica apud Graecos, in qua Tragici Poëtae non reges aut heroas, ſed Satyros induxerunt, ludendi cauſa iocandique ſimul, vt ſpectator inter res Tragicas feriasque Satyrorum quoque iocis et luſibus delectaretur, vt et Horatius ſentit his verſibus (A. P. 220)

> Carmine qui Tragico vilem certauit ob hircum,
> Mox etiam agreſtes Satiros nudauit, et aſper
> Incolumi grauitate iocum tentauit eo, quod
> Illecebris erat et grata nouitate morandus
> Spectator *etc.*

Hucusque Horatii verſus poſuit, cuius et ſuperiora ſunt, Diomedes 3 p. 488. *De hac Satyrica Graecorum poëſi eſt liber Iſ. Caſauboni, cui adiunxit Euripidis Cyclopem, fabulam ex hoc genere vnicam, quae ſuperſit, ex interpretatione Flor. Chriſtiani. Ad hoc genus fabularum pertinet* Satyrica ſcena *apud* Vitruu. 5, 8 *a* Comica *et* Tragica *differt*, ornaturque arboribus, ſpeluncis, montibus, reliquisque agreſtibus rebus, *vt* regalibus Tragica, *et* Comica priuatorum aedificiorum ſpecie. *Et* 7, 5 Scenarum frontes Tragico more aut comico, ſeu Satyrico deſignarent. Satyricum ſignum, *Satyri vel adeo Priapi effigies, quae in hortis conſtitui ſolet ad faſcinationes hortorum arcendas, Graece* σατυρικὸν ἄγαλμα. Plin. 19, 4 ſ. 19, 1 Quam rem comitata eſt et religio quaedam, hortoque et foco tantum contra inuidentium effaſcinationes dicari videmus in remedio Satyrica ſigna, quamquam hortos Veneris tutelae Plauto adſignante. *Vid. Harduin. in loc. et not. m. 9.*

SATYRIDES, ium. f. *Inſulae, in quibus inhabitant Satyri, apud Graecos.* Dicebat *Euphemus apud Pauſaniam* Attic. 1, 23 *cum in Italiam nauigaret, ſe vi ventorum et tempeſtate abreptum, a recto curſu longe admodum aberraſſe, atque in mare peregrinum, et inauditum, in quo denique nauigari non ſolet, delatum eſſe. In eo mari inſulas eſſe multas deſertas atque incultas, in quibus habitarent tamen homines feri, et agreſtes, et ruffi: quibus caudae, non multo caudis equinis minores, ad coxas vsque propenderent: inſulas autem illas appellari Satyridas. Vid. Ptolem. 7, 2.*

SATYRIASIS, is. *vel* SATYRIASMVS, i. m. [σατυρίασις, σατυριασμὸς, σατυρισμὸς] Satyriaſis eſt vehemens Veneris appetentia. vocatur autem ab herbae virtute, quam ſatyrion vocant: hanc enim accipientes in Venerem prouocantur cum tentigine genitalium partium Cael. Aurel. 3, 18. *Add.* Theod. Priſcian. 2, 11. *Quae apud Graecos diſputantur, huc non pertinent. Vid. v. g. Foeſii Oeconomia Hippocratis.*

SATYRION, i. n. [σατύριον] *Herba.* Plin. 26, 10 Concitatricem vim habet ſatyrion. Duo eius genera: vna longioribus foliis quam oleae, caule quatuor digitorum, flore purpureo, radice gemina, ad formam hominis teſtium, alternis annis intumeſcente ac reſidente. Altera ſatyrion, orchis cognominatur, et femina eſſe creditur: diſtinguitur internodiis, et ramoſiore frutice, radice faſcinis vtili. Naſcitur fere iuxta mare. *Rura, inquit Ruellius 3, 65 vocant teſticulum ſacerdotis.* Satyrion bibiſſe, *ad libidinem eſſe incitatum et inflammatum, e vi illius herbae.* Petronius 8 Vbique omnes mihi videbantur ſatyrion bibiſſe. *Conf.* Apul. de Herb. c. 15. Petron. c. 20 *et* 21.

SATYRVS, i. m. *Inſignis architectus, quem memorat* Plin. 36, 9 A Satyro (inquit) architecto aliqui deuectum tradunt rate.

S A V

SAVCIO, are. [τραυματίζω, κατατραυματίζω] *Vulnerare.* Plaut. Bacch. 1, 1, 30 Animum fodicant, bona diſſimulant facta, et famam ſauciant. Idem Rud. 3, 4, 53 Quid cauſae eſt, quin virgis te vsque ad ſaturitatem ſauciem? Cic. Verr. 1, 67 c. 26 Serui nonnulli vulnerantur, ipſe Rubrius in turba ſauciatur. Idem de Fato 36 Ex his igitur neceſſe eſt inuito Epicuro, alterum verum eſſe, alterum falſum: vt ſauciabitur Philocteta, omnibus ante ſaeculis verum fuit: non ſauciabitur, falſum. Cic. in Vatin. 13 Omniaque mea tela ſic in te conicientur, vt nemo per tuum latus (quod ſoles dicere) ſaucietur. Columel. 4, 24 Si neque is reperiatur, ſauciandа ferro eſt, atque exulceranda vitis in ea parte, qua pampinum ſtudemus elicere. Vites ſauciare Columel. 4, 4. Genas ſauciat vngue Ouid. de Arte Am. 3, 708.

SAVCIATVS, a, um. Partic. [τραυματίας] Columel. 11, 1 Siue quis (quod plerumque accidit) ſauciatus in opere noxam ceperit, adhibeat fomenta. Id temporis, quo de die epulatis iam Vinoque ſau-

ciatis principium ſomni eſſet Liu. 25, 23. *al.* Iam vini ſatias, principiumque. *et ſic Gronou. ac Drakenb.*

SAVCIATIO, ōnis. f. [τρῶσις] Cic. pro Caecin. 41 c. 15 Et ſauciatio quaereretur, quum fugam factam eſſe conſtabit ?

SAVCIETAS, atis. f. Cael. Aurel. Tard. 2, 13, 179 Cum neque grauedo — aut ſingultus, vel quaepiam ſanitati impedita ſaucietas aegrum ſequi videbitur.

SÁVCIVS, a, um. Adi. [τρωθεὶς, τραυματισθεὶς] *Quod naſcitur à Participio* Sauciatus : *quomodo* Laſſus, *a* Laſſatus, *et* Lacerus *vel* Lacer, *a* Laceratus. *Verbo* Saucius *eſt Vulneratus, vel propria ſignificatione vel translata.* Virg. Aen. 2, 223 Quales mugitus, fugit quum ſaucius aras Taurus. Cic. pro Caecin. 40 Nemo inquit, occiſus eſt, neque ſaucius. Regina graui iamdudum ſaucia Cura, Vulnus alit venis Virg Aen. 4 *pr.* Saucia vena mero Martial. 4, 66, 12. Leuiter ſaucius, *vid.* LEVIS. Vulnere graui ſaucius Virg. Aen. 12, 5. Pectus ſaucia Bellona Tibull. 1, 6, 49. Saucius ſaeuo amore Cic. pro Cael. 18 c. 8. Saucius, *de Labore etiam dicitur.* Apuleius Met. 2 p. 121 Mihi vero fatigationis heſternae etiam nunc ſaucio da veniam. Pſyche animi ſaucia Apul. Met. 4 p. 157. Cic. Att. 1, 17 Subeſſe neſcio quid opinionis incommodae, ſauciumque eius animum, et inſediſſe quasdam odioſas ſuſpiciones. Brachia direpta ſaucia fecit acu Ouid. Amor. 1, 14, 18. Gladiator confectus et ſaucius Cic. in Catil. 2, 24 c. 11. Mens ſaucia amore Lucret. 4, 1041. Nubila diuiduis clareſcunt ſaucia ſulcis Claud. Conſ. Prob. 102. Terra ſaucia vomeribus Ouid. Met. 1, 102. Trabs ſecuri ſaucia Ouid. Met. 10, 372. Saucius *pro Ebrio:* Saucia Terpſichore Martial. 4, 66. Mulieres ſauciae Petron. c. 62. *Conf.* Iuſtin. 24, 8. Apul. Met. 7 p. 193.

SAVFEIVS, *gentis Rom. nomen, e qua v. g. ille,* qui cum a balneo reuerſus mulſum bibiſſet, ouumque ſorberet, *morte repentina periſſe* Plin. 7, 53 *commemoratur.* Licet me Saufeium putes eſſe, nihil eſt me inertius Cic. Att. 2, 8. *Conf.* Nepos 25, 12, 3. Cic. Att. 4, 6. *et* 7, 1.

SAVILLVM *vel* SVAVILLVM, i. n. *Apud* Catonem de R. R. c. 84 *Genus placentae quoddam eſt, a ſuauitate nomen habens.* Noſtrum *enim* ſuauium *ſ.* ſauium *appellare ſolemus noſtras delicias.* Sauii *vero Diminutiuum eſt* Sauillum, *vt et* Sauiolum. *Haec Turnebus Adu. 23, 10. Si inſpicias Catonem plus potius videtur.*

SAVIOR, SAVIVM, *vid.* SVAVIVM.

SAVO, onis. m. *Fluuius eſt in finibus Campaniae* Plin. 3, 5. Piger Sauo Stat. Silu. 4, 3, 66. *Conf.* SAPHON.

SAVRA, ae. f. [σαῦρα] *Lacerta, quae in maceriis et in ſepibus deliteſcit. Eſt et* Piſcis nomen, quem et Latini Lacertam nominant Dioſc. 2, 57.

SAVRION, i. n. *Herba, al. ſinapi.* Plin. 19, 8.

SAVRITES, ae. m. [σαυρίτης] *Quaſi tu* lacertariam *dicas, Gemmae ſpecies,* quae in ventre viridis lacertae traditur inueniri Plin. 37, 10. *Harduin.* Sauritis.

SAVROCTONON, i. n. *Signum quod Praxiteles mira arte fabricaſſe dicitur.* Plin. 34, 8 Fecit et puberem ſubrepenti lacertae cominus ſagitta inſidiantem, quem Sauroctonon vocant. *interfectorem lacertae.*

SAVROMĂTAE, arum. m. *Pl.* [Σαυρομάται] *Iidem dicuntur, qui et Sarmatae. Vid.* SARMATAE. Inter Sauromatas Getasque Ouid. Triſt. 3, 3, 6. Truces Sauromatae Iuuen. Sat. 15, 125. Auidi Sauromatae Stat. Theb. 3, 352.

SAVRVS, i. m. *Nobilis ſtatuarius, cuius opera commemorat* Plin. 36, 5. ¶ 2 *Item Latro ab Hercule interfectus Pauſan. 6.* ¶ 3 *Item Piſcis ita vocatus* Plin. 32, 8.

SAVVS, i. m. [Σαύος] *Fluuius, qui ex Alpibus defluit in Germaniam, mox intrat Illyricum : labitur per mediam Segeſtem, Pannoniam et Tauriſcos.* Strabo 4. Pannonius potorque Saui Claudian. de Laud. Stil. 2, 192.

S A X

SAXŎNES, um. m. *Pl.* [Σάξονες] *Ptolemaeo 3, 11 Germaniae Populi, non longe a Cimbris, in Oceani Septentrionalis litoribus et paludibus inuiis.* Domitus Saxo Claud. in Eutrop. 1, 392.

SAXVM, i. n. [πέτρα, πέτρος, λίθος] *Lapis : ſed fere maius, quiddam aſperius, duriusque quam Lapis.* Cic. de Fato 6 c. 3 Quid mirum igitur, ex ſpelunca ſaxum in crura eius incidiſſe ? Liu. 1, 24 Porcum ſaxo ſilice percuſſit *Fetialis.* Radices validae ſaxi Lucret. 1, 102. Robur ſaxi Idem 1, 881. Adamantina ſaxa, *vid.* ADAMAS. Antiqua ſaxa, *Ingentia* Virg. Aen. 12, 897. Arentia Ouid. Met. 13, 691. Auulſa ſaxis ſaxa Virg. Aen. 2, 608. Circumlita muſco ſaxa Hor. Epiſt. 1, 10, 7. Cruda Valer. Argon. 2, 542. Dura Virg. Georg. 3, 230. Frigida Stat. Theb. 10, 52. Graue Ouid. Met. 13, 26. Ingens Virg. Aen. 6, 616. Intemerata gradu inacceſſa Sil. 3, 499. Liquefacta ſaxa Virg. Aen. 3, 576. Liquefacta ſaxa voluit Aetna Virg. Georg. 1, 472. Lucida ſaxa Stat. Silu. 3, 3, 200. Miſſilia ſaxa, *vid.* MISSILE *in* MITTO. Obliqua ſaxa Ouid. Met. 8, 552. Obluctantia ſaxa Stat. Silu. 3, 1, 20. Praeruptis oppida ſaxis Virg. Georg. 2, 156. Putria ſaxa Claud. in Eutrop. 2, 277. Quaſi ſaxum Scribon. 181. Rigidum Saxum Ouid. Met. 4, 517. Rubrum ſaxum quadratum Vitruu. 2, 8. *vid.* ORTHOSTATA. Sciſſile *Agricol.* Scrupoſa ſaxa Lucan. 5, 675. Surda ſaxa Ouid. Amor. 3, 7, 58. Venerabile tumuli ſaxum Lucan. 8, 855. Ouid. Met. 14, 712 Durior et ferro quod Noricus excoquit ignis Et ſaxo quod adhuc Viuum radice tenetur. *h. e. quod nondum e terra eſt effoſſum, vel excisum.* ¶ 2 *Verba et Participia:* Adhaerere ſaxis Scribon. 151. Lucan. 2, 452 Saxorumque orbes, et quae ſuper eminus hoſtem Tela petant, altis munerum turribus Aptant, *i. ſaxa globoſa e machinis deiicienda in oppugnatores, vel devoluenda adeo.* Aſperari ſaxo pugionem vetuſtate obtuſum, et mucronem ardeſcere iuſſit Tacit. Ann. 15, 54. Auulſa ſaxis ſaxa Virg. Aen. 2, 608. Ouid. de Arte Am. 1, 476 Dura tamen molli ſaxa Cauantur aqua. Coniicere grandia ſaxa Virg. Georg. 4, 26. Defendere ſaxis Virg. Aen. 10, 130. Ouid. Faſt. 3, 832 Quique Facis docta mollia ſaxa manu, *Statuarii paraphraſis :* mollia ſaxa, *i. quae mobilia videantur, vt* Spirantia mollius aëra. Frangere corpora ad ſaxum, *dicitur Polyphemus ſociorum Vlyſſis* Virg. Aen. 3, 625. Ingerere ſaxa, *vid.* INGERO. Intorquere ſaxum Sil. 7, 623. Perrumpere ſaxa amat aurum Hor. Carm. 3, 16, 10. Pertundunt guttae ſaxa Lucret. 4, 1281. Peti ſaxis Ouid. de Nuce 2. Poſitus inter Sacrum et Saxum, *i. in praeſenti et ancipiti periculo, vid.* SACRVM. Reuulſum ſaxum e monte Ouid. Met. 12, 341. I tare moenibus auulſa ſaxa Stat. Theb. 10, 528. Signare carm ſaxum, *Inſculpere epitaphium* Ouid. Met. 2, 326. Structum ſa Virg. Aen. 3, 84 Templa Dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto. Su gere ſaxum, *Rotare, voluere* Sil. 13, 610. Volant faces et ſ Virg. Aen. 1, 154. Voluere ſaxa infeſto pondere Idem ibid. 9, Ter. Eun. 5, 9, 55 Satis diu iam hoc ſaxum voluo. Donatus *monet,* prouerbium fuiſſe dictum in eos, qui inextricabili ſudore a gerentur : tractumque putat a notiſſima Siſyphi fabula, ſaxum a inferos ſurſum ac deorſum voluentis. *Vnde* Virg. Aen. 6, Saxum ingens voluunt alii. Saxum *genus cretae* Plin. 35, ¶ 3 Saxum, *pro Scopulo.* Virg. Aen. 1, 112 Tres Notus abreptas ſaxa latentia torquet. Ibid. 541 Perque vndas ſuperante ſalo, p que inuia ſaxa Diſpulit. Ardua ſaxis inſula Virg. Aen. 3, Acuta ſaxa Hor. Carm. 3, 27, 61. Cic. in Piſon. 43 Tu nauf gio expulſus vſpiam, ſaxis fixus Aſperis, *etc. ex* Ennio. Aſp ſaxa Ouid. Met. 6, 76. Caeca ſaxa, *occulta et eo periculoſ* Virg. Aen. 5, 165. Candentibus late ſaxis Anxur impoſitum H Serm. 1, 5, 26. Caua ſaxa Virg. Aen. 3, 566. Doloſa ſa *Sub vndis latentia* Sen. Troad. 857. Fera Valer. Argon. 4, Gelida Lucret. 3, 905. Immania, *vid.* IMMANIS. Inuia Vi Aen. 1, 541. Laeuia ſaxa Virg. Georg. 1, 110. Late ſaxa Idem Aen. 1, 112. Nauifraga ſaxa Stat. Theb. 5, 415. Pe ſa Lucret. 1, 327. Praecipitia Ouid. in Ibin 495. Proc rentibus in ſaxis infelix haeſit Virg. Aen. 5, 204. Rauca Id ibid. 5, 866. Reſonantia Virg. Aen. 3, 432. Rigentia ſ Sen. Herc. Oet. 2. Salebroſa ſaxa Ouid Epiſt. 4, 103. Vn ſonum ſaxum Valer. Argon. 4, 44. Illidere ſaxis, *vid.* ILLII ¶ 4 Saxum, *pro Monte.* Virg. Aen. 2, 307 — Stupet inſcius al Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor. Apricis in ſaxis m coquitur vindemia Virg. Georg. 2, 522. Concaua ſaxa Idem A 5, 677. Hirta dumis ſaxa Stat. Silu. 3, 1, 13. Immobilis xum Capitolii Virg. Aen. 9, 448. Nubiloſa ſaxa Lucan. 6, Ducere ſaxa, ac ſiluas Quinctil. 1, 10. *Speciatim de Tarpeio m te, ap.* Liu. 25, 7. Aur. Victor. 2, 27, 9. Plaut. Trin. 2, 1, Tac. Ann. 2, 32, 5. Deiicere de ſaxo, Praecipitare de ſaxo, *na publica, de qua S. Fr. Dreſigii commentatio de praecipitatione, po Romanorum publica Lipſ. 1737.* Hor. Sat. 1, 6, 39 Dionyſi fil audes Deiicere e ſaxo ciues *etc.* *De Capitolio* Sil. 1, 54 *vbi Dan. Heinſ.*

SAXVLVM, i. n. Dimin. [πετρίδιον] Cic. de Orat. 1, 196 c. Vt Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis, tanquam nidulum affixam,

SAXĒTVM, i. n. [τραχών] *Locus ſaxoſus et petroſus.* C pro Lege Agr. 2, 66 c. 25 Quod ſolum tam exile et macrum eſt, qu aratro perſtringi non poſſit ? aut quod eſt tam aſperum ſaxetum, quo agricolarum cultus non elaboret ?

SAXEVS, a, um. Adi. [πετρινὸς] *Quod eſt e ſaxo.* Plin. 12, 1 xeae intus crepidinis corona muſcoſos complexa pumices. Diſie ſaxea domorum Lucret. 6, 951. Effigies ſaxea Catul. Argon. 61. Imber ſaxeus ingruit Sil. 13, 181. *de lapidibus in pugna ia latis.* Moles ſaxea Ouid. Met. 12, 283. Moles ex profun ſaxea Cic. N. D. 2 c. 35. *Add.* Sidon. Ep. 5, 7. Pons ſaxeus L can. 4, 15. Septa ſaxea: Lucret. 4, 703 — Quoniam per ſax ſepta Non penetrat. Strata ſaxea detrita vulgi pedibus Lucre 1, 317. Tecta ſaxea Ouid. Epiſt. 10, 128. Vmbra ſaxea Vir Georg. 3, 145. *quam ſaxum imminens efficit.* ¶ 2 *Metapho durus, ſtupidus.* Quem tu niſi concupiſcis cognoſcere, ſaxeus fe reusque es Plin. Ep. 2, 3.

SAXŌSVS, a, um. Adi. [πετρήεις, πετρώδης] *Quod abundat xis.* Plin. 5, 24 Mox vbi perfregit Euphratem, vltra quoque ſaxoſ et violentum. Columel. 5, 10 Loca aprica, calculoſa, glareoſa, terdum et ſaxoſa amat. Flumina ſaxoſa Virg. Ecl. 5, 84. F tex ſaxoſus, *In ſaxis creſcens, vel ſaxoſis locis* Plin. 15, 7. Inc dia ſaxoſa torquet Phlegethon, *i. flumen igneum inter ſaxa* Sil. 13, 5 Montes ſaxoſi Virg. Georg. 2, 111. Turres Meſſ. Coruin. poſt Valles Virg. Ecl. 5, 84. *Metaph.* Loca ſaxoſa in capite *iume appellantur ex MS. in margine editionis Sambuci apud* Veget. Mulom. 13, 4 not. g, *vbi in contextu orationis eſt* in locis oſſuoſis et commiſſur libus. Viam ſaxoſam terere Propert. 4, 5, 20. *Conf.* Colu 8, 16. Pallad. Febr. 4, 24. Aggen. in Frontin. p. 49. *A verb.* Hypanis ſonans ſaxoſum Virg. Georg. 4, 370.

SAXOSĬTAS, ātis. f. Cael. Aurel. Tard. 3, 6.

SAXITAS, ātis. f. Idem 3, 4.

SAXVŌSVS, a, um. Adi. Flacc. *Goeſ.* p. 4 Loca ſaxuoſa. *Ad* Ib. p. 11 *et* 49.

SAXIALIS, e. Adi. Frontinus de Colon. p. 355 (Goeſ. p. 132)

SAXETĀNVS, a, um. *Aliud* Adi. [πετρινὸς] *Quod inter ſa habitat.* Martial. 7, 77 Quum ſaxetani ponatur cauda lacerti. C lias ſaxetanus Plin. 32, 11. *al.* Saxitanus.

SAXATĬLIS, e. Adi. [πετραῖος] *Quod ſaxa incolit.* Colum 8, 16 (17) Rurſus optime ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit, q ſcilicet quod in petris ſtabulentur, ſaxatiles dicti ſunt, vt merula turdique, nec minus melanuri. *Sic* Plin. 9, 15. *Add.* Solin. c. 16. Ce 2, 18 *et* 21. Varro de R. R. 3, 7 Vnum (*columbarum genus*) agr ſte, vt alii dicunt ſaxatile, quod habetur in turribus ac columinib villae, a quo appellatae columbae. Saxatilis piſcatus, *qui int ſaxa fit* Plaut. Rud. 2, 1, 10.

SAXĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. Valer. Flacc. Argon. 5, 608 — Sa xiferae ſurgat quibus imber habenae. *i. copia lapidum fund excuſſorum.*

SAXIFĬCVS, a, um. Adi. [πετροποιὸς] *Vt,* Os ſaxificum, *Vultus temere adſpicientes in ſaxa vertens* Sen. Herc. fur. 11 v. 90 Saxifica Meduſa Lucan. 9, 670 In quo ſaxificam iuſſit ſpectare Medu ſam. *Conf.* Sil. 10, 178. Mart. Capell. 6 p. 188. Vultu ſaxificus Ouid. Met. 5, 217. *Add.* Id. in Ibin 554.

SAXIFRĂGVS, a, um. Adi. Saxifragae vndae Cic. de Orat. 167 c. 42 *quae alliduntur ad ſaxa.* ¶ 2 Saxifraga, *vel* Saxifragum, *herbae nomen valde controuerſum, certe plurima habet homo nyma, an Synonyma ?* Plin. 22, 21 ſ. 30 *De* Adianto — aquas re ſpuit, perfuſum merſumue ſicco ſimile eſt — Quidam callitricho vocant, alii polytrichon, vtrumque ab effectu — aliqui tricho manes vocant. — Calculos e corpore mire pellit, frangitque, vti que nigrum. Qua de cauſa potius, quam quod in ſaxis naſceretur, noſtris ſaxifragum appellatum crediderim. *Nominum magnam vim habet* Apul. de Herb. 47 *et* 97. Seren. Sammon. 602

Si

Si vero in lapides denſus conuertitur humor,
Qui retinet curſus gemitumque dolore frequentat,
Saxifragam ſeu fontigenam ſuccurrere credunt.

I verbo fontigenam *ſunt horribilia paene lectionis et ſententrum diuortia.*

AXIGENVS, a, um. Adi. Incuſſu ſilicis lumina nos tamen monſtras ſaxigeno ſemine quaerere Prudent. Cath. 5, 7. Saxigenn ſemen luminis *ſunt ſcintillae e ſilice natae et excuſſae.*

S C A

CABELLVM, *vid.* SCAMNVM.

CABER, bra, brum. [τραχὺς, τραχώδης] Adi. *a* ſcabendo, *vt* Sabies *deducitur ; et Aſperum ſignificat : quod aſperitas inducitur ſcabendo rebus quibusdam : itaque* ſcaber *etiam pro ſcabioſo dicitur.* Virg. Georg. 1, 495 Exeſa inuenies ſcabra rubigine pila. Celſ. 6, v. *ad finem*, At vbi ſcabri vngues ſunt, circumaperiri debent qua corpus contingunt. *Add.* Idem 7, 12. Intonſus et ſcaber Hor. Epiſt. 1, 7, 90. Adſpectu ſcabro res, *pro Re quae adſpectu ſcabra* v.*tur* Plin. 12, 25. Corticem ſcabrum myrrhae quidam dixere Plin. 12, 15. Dentes ſcabri rubigine Ouid. Met. 8, 802. Petrn. c. 124. Lucan. 1, 243 Et ſcabros nigrae morſu rubiginis enſes. Molae ſcabrae Ouid. Faſt. 6, 312. *i. aſperatae.* Oues ſcorae Plaut. Trin. 2, 2, 140. Colum. 7, 3, 10. Os ſcabrum Scribon. 201. Pectus ſcabrum. Cic. Tuſc. 3, 26 Atque intonſa inſcat pectus illuuie ſcabrum. Pecus ſcabrum, *pro Scabioſo.* Colo R. R. 96 Si haec ſic feceris, non ſcabrae fient, et lanae plus, et iorem habebunt. *Sic* Pallad. Mai. 8, 2. Rubigo ſcabra Virg. Georg. 1, 495. Verſus ſcabri, *vid.* VERSVS *in* VERTO. Vnguis ſcaber Ouid. de Arte Am. 3, 276. *Compar.* Plin. 33, 6 ſ. 33 is ſcabrior et horrridior.

CABRE. *Aduerbium laudatur ex* Varrone *apud* Non. 2, 761 Derelinqueretur, ac periret, ſquale, ſcabreque illuuie et vaſtitudine. *Ad titulum poſuit Nonius* Scabre, *illud videtur induxiſſe homines, vt* ... ore *Aduerbium putarent. Sed vid. mox* SCABRES.

CABRATVS, *forma participialis a Verbo* Scabrare. [τετραχυσμένος] Columel. 4, 24, 22 Quo plerumque fit, vt quod praecidi debeat, perfringatur, et ſic vitis laniata ſcabrataque putreſcat humoribus, nec ...gae conſanentur.

CABRITIA, ae. *vel* SCABRITIES, ei. f. [τραχύτης] *Aſperitas :* Plin. 20, 7 Communia autem ſponte naſcentibus, candor, cauli nterdum cubitali longitudine, et ipſo et foliis ſcabritia. Arte... ſcabritias ſanat ex paſſo Plin. 17, 12. Cutis ſcabritias in facie emendat oleum raphaninum Plin. 23, 4. Faucium ſcabritiae Idem 29, 3. Genarum ſcabritia Plin. 23 prooem. *Add.* Idem 31. Linguae Plin. 31, 9. *Add.* Idem 37, 6. Oculorum ſcabritias ac prurigines emendare Plin. 28, 7. Vnguium ſcabritias expolit Idem 24, 4 ſ. 6. Columel. 7, 5 Poteſt etiam ſcabritiam tollere ſuccus viridis cicutae. *Add.* Plin. 31, 9.

CABREDO, inis. f. *Idem quod* Scabrities, hoc eſt aſperitas et inaequalitas, τραχύτης, quo verbo Hieronymus eſt vſus in Diui Hilarionis vita. *Et* Apul. de Herb. 73.

CABRES, ei. f. *i. ſcabrities.* Ager derelinqueretur ac periret ſquale ſcabreque, illuuie et vaſtitudine Varro *ap.* Non. 2, 761. Sordidus et ſcabre patiar tabeſcere tali Virg. Ciri v. 249. *ex emend. Scaligeri.* Infandi morbi putredine in ſerpentium ſcabrem ſolutus Apul. Flor. 2 *ſub f. vt legunt Colu. p. 231. et Voſſ. Etymol. p. 451 : contra Elmenhorſt. p. 352.* ſcabiem. *Loquitur autem de Pherecyde phthiriaſi affecto. Add. Turneb. Adu. 15, 15. et 29, 20.*

CABREO, ēre. Pacuu. *ap. Turneb. Adu.* 29, 20.

CABRVM, i. n. [τὸ τραχὺ] *Idem.* Plin. 37, 2 Infeſtantur plurimis vitiis, ſcabro, ferrugine, maculoſa nube, *etc. Hard.* Scabro ferrumine. *Quid ſi* ſcabra ferrugine. *De cryſtallis.*

CABRO, ōnis. m. l. 12 §. vlt. D. de aedil. edict. *Qui illuuie labet, nec os colluit. Voſſ. Etym. Vid. Cuiac. Obſeru.* 2, 10.

CABROSVS, a, um. Adi. [τραχώδης] *Idem quod* Scaber. Plin. 2, 21 Hippolapathi radices priuatim vngues ſcabroſos detrahunt. *Harduin. hic legit* Scabros.

CABIES, ēi. f. [ψώρα, ψωρίασις] *a Scabo, vel a corporis aſperitate dicta eſt, quae, vt* Celſus *ſcribit* 5, 28, 16 eſt Durior cutis rubicunda ex qua puſtulae oriuntur, quaedam humidiores, quaedam ſicciores. Exit ex quibusdam ſanies, fitque ex his continuata exulceratio pruriens, ſerpitque in quibusdam cito. Atque in aliis quidem ex toto deſinit, in aliis vero certo tempore anni reuertitur. Quo aſperior eſt quoque prurit magis, eo difficilius tollitur. Itaque eam, quae talis eſt, ἀγρίαν Graeci appellant, id eſt, feram Plin. 20, 17 *iungit* Scabiem, pruriginem, pſoras. Locus ſcabiei Scribon. 253. Vuſta ſcabie leuis canis Iuuen. Sat. 8, 34. Cadit totus grex ... porci ſcabie Idem Sat. 2, 79. Ferre ſcabiem Virg. Georg. 3, 299. Habere ſcabiem Scribon. 134. Laborare ſcabie Celſ. 5, 28, 16. Tentat turpis oues ſcabies Virg. Georg. 3, 441. Tollere ſcabiem Scribon. 250. Vrget illum mala ſcabies Hor. de Arte Poët. 453. *Metaphor.* Cic. de Legib. 1, 47 c. 7 At vere animis omnes tenduntur inſidiae, vel ab iis, quos modo enumeraui, *etc.* vel ab ea, quae penitus in omni ſenſu implicata, inſidet imitatrix boni, voluptas, malorum autem mater omnium : cuius blanditiis corrupta, quae natura bona ſunt, quia dulcedine hac et ſcabie carent, non cernuntur ſatis. *Modo haud multum abſimili Scabiem dixit* Horatius *de nimio Lucri ſtudio, quod, ſcabiei ad inſtar, animum ſollicitat ac pungit*, Epiſt. 1, 12, 14 Cum tu inter ſcabiem tantam et contagia lucri Nil paruum ſapias.

CABITVDO, inis. f. *Idem.* Petron. 99 Omnem ſcabitudinem animo, tanquam bonarum artium magiſter, deleret ſine cicatrice.

CABIOSVS, a, um. Adi. [ψωραλέος] *Qui ſcabie laborat.* Plin. 2.. 2 Vtile tale exiſtimantes eroſis, et duris genis, angulis ſcabioſis et lacrimantibus. Apul. Met. 9 p. 223 *pr.* Aſini — totum corium veterno atque ſcabioſa macie exaſperati. Perſ. 2, 13 Namque eſt ſcabioſus, et acri Bile tumet.

CABO, ſcabi, ĕre. [κνάω, κνήθω] *Paullo minus quam Scalpere, et vnguibus fere peragitur.* Plin. 8, 27 Si vero ſquamae obtorpuere, ſpinis iuniperi ſe ſcabit. *de angue. De crocodilo* Ibid. 25 Mox dentes, et inde fauces quoque ad hanc ſcabendi dulcedinem quam maxime hiantem Hor. Serm. 1, 10, 71 Et in verſu faciendo Saepe caput ſcaberet, viuos et roderet vngues. Aliae ſcabentes ſeſe, *columbae* Plin. 36, 25.

CABILE, SCABILLVM, *vid.* SCAMNVM.

SCADIRA, ae. f. *Vna ex Sporadibus inſulis in ſinu Pagaſico.* Plin. 4, 12 Sed Cycladum et Sporadum extimam, Gerontiam, Scadiram, *etc. Harduin. legit* Scandilam.

SCAEA, ae. f. [Σκαιὰ] *Porta Troiana.* Vitruu. 1, 5 Curandum — vti portarum itinera non ſint directa, ſed σκαιὰ, *i. obliqua. Hinc* Virg Aen. 2, 612 Hic Iuno Scaeas ſaeuiſſima portas Prima tenet. Sil. 13, 73.

SCAEVA, ae. f. *Omen et augurium ſignificat, eſtque et* bona ſcaeva *et* mala. Bona ſcaeua Plaut. Pſeud 4, 7, 39. *et* Stich. 5, 2, 24. *Bonum augurium ſ. omen, et fortuna adeo bona eſt.* Scaeuam vulgus quidem et in bona et in mala re vocat, cum aiunt bonam et malam ſcaeuam. At ſcriptores in mala ponere conſueuerunt Feſt. Plaut. Caſ. 5, 4, 4 Hac ibo, caninam ſcaeuam ſpero meliorem fore. *i. augurium, quod facit canis. Dubitans ſenex moechus introducitur, quem hoc ipſum augurium ſuum facit incidere, in vxorem rixoſam, quam paſſim canem appellat Plautus.* ¶ 2 Scaeua, [σκαιὰ] Latine dicitur Siniſtra *apud* Feſt. *et* Varr. de L. L. 6, 5. ¶ 3 Scaevae, arum. m. Pl. Qui ſiniſtra manu pro dextera vtuntur : *quos* Vlpianus l. Qui clauum, De Aedilicio edicto, *ait*, non eſſe morboſos aut vitioſos, praeterquam ſi imbecillitate dexterae validius ſiniſtra vtuntur : ſed hos non ſcaeuas, ſed mancos dici. *Hinc* Scaeua *etiam in Cognomen tranſiit.* Hor. Epiſt. 1, 17, 1 Quamuis, Scaeua, ſatis per te tibi conſulis, et ſcis. *In quem locum obſeruat Torrentius illud* Iuniorum *et* Caſſiorum *cognomen fuiſſe.*

SCAEVVS, a, um. Adi. [σκαιὸς] Feſtus Paulli, Scaeua res dicitur Mala, quaſi ſiniſtra, σκαιὸς enim Graece, ſiniſtrum dicitur. Varro de L. L. 6, 5 Dicta ab ſcaeua, id eſt ſiniſtra, quod quae ſiniſtra ſunt, bona auſpicia exiſtimantur. Gell. 12, 14 (13) Scaeuus profecto et caecus animi forem. Scaeui ominis femina Apul. Apol. p. 332. Dicuntur augures obnuntiare, qui aliquid mali ominis ſcaeuumque viderint, Donat. *ad* Ter Adelph. 4, 2, 7. Scaeuiſſimo ſomnio nunc etiam redintegratur infortunium meum Apul. Met. 4 p. 154. *Add.* Idem l. 8.

SCAEVITAS, ātis. f. *Peruerſitas.* Ammian. 30, 12 Artium ſcaevitas. *i. Peruerſa earum abuſio.* Gellii Praefat. Male doctorum hominum ſcaeuitas. *Add. 6, 2 vbi* ſcaeuitas *et* voluntarius impetus *coniunguntur. Vtroque loco intellectus, non voluntatis vitium notari, puto, quod monui ad* Plin. Epiſt. 6, 18, 3. *Vid.* SINISTERITAS. Scaevitas, iniquitas Gloſſ. Iſid. Arnob. 2 p. 76 Scaeuitas innumerabilis vitiorum. Apul. Met. 9 p. 221 En indignae rei ſcaeuitatem. *Conf.* Idem 3 p. 138.

SCAEVŎLA, ae. m. [Σκαιόλας] *a* Scaeua *appellatus eſt, vti docet* Varro de L. L. 6, 5 Vnde ita dictus eſt Mucius nobilis vir Romanus, qui debilitata dextra, ſiniſtra vſus eſt Liu. 2, 12. *Vid.* MVTIVS.

SCALA, ae. *vel* SCALAE, arum. f. [κλίμαξ, κλίμακες Gloſſ. Lat. Gr. *et* Gr. Lat.] *Gradus plures iuncti, ſiue mobiles ac portatiles, ex funibus, longuriiſue et bacillis, ſiue aedificio continentes, lignei vel lapidei : dicuntur a ſcandendo, quod iis altiora ſcandamus.* Liu 26, 45 Rarae ſcalae altitudini aequari poterant : et quo quaeque altiores, eo infirmiores erant. Itaque cum ſummus quisque euadere non poſſet, ſubirent tamen alii, onere ipſo frangebantur. Quidam ſtantibus ſcalis, quum altitudo caliginem oculis offudiſſet, ad terram delati ſunt. Et cum paſſim homines ſcalaeque ruerent *etc.* Caecil. ad Cic. Fam. 6, 7 Quemadmodum ſcalarum gradus, ſi alios tollas, alios incidas, nonnullos male haerentes relinquas, ruinae periculum ſtruas, non adſcenſum pares : ſic tot malis cum vinctum tum fractum ſtudium ſcribendi, quid dignum auribus aut probabile poteſt afferre ? Plaut. Rud. 3, 1, 10 Rogare ſcalas vt darem vtendas ſibi. Lapſu ſcalarum exanimatus, *vid.* LABOR, laberis. Gemoniae *cum dicuntur, intelliguntur* Scalae. Applicare ſcalas moenibus Curt. 4, 2, 9. Admouere Idem 9, 1, 18. Adſcendere ſcalis muros Virg. Aen. 9, 507. Sil. 13, 112. Deuolutus ſcalis Scribon. 101. Haerent parietibus ſcalae Virg. Aen. 2, 442. Induerat ſcalas, lecturum poma putares Ouid. Met. 14, 650. *Qui ſcalas ferunt, videntur eas induere, quum collo per interſtitium graduum transmiſſo, ferunt. Singulari vtitur* Caius Iureconſ. in l. Si pignore D. de furtis, Vel ſcalam ſciens accommodauerit ad adſcendendum. Col 1, 6, 10 Granaria ſcalis adeantur. Plin. 14, 1 Etiam nunc ſcalis tectum Epheſiae Dianae ſcanditur. Salluſt. in Iugurth. 60 Deinde vbi vnae atque alterae ſcalae comminutae ſunt : qui ſuperſteterant, afflicti ſunt. *Vid.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 81. Horat. Epiſt. 2, 2, 15 *de ſeruulo*, In ſcalis latuit metuens pendentis habenae. *Sic* Cic. Phil. 2, 21 c. 9 Niſi ille ſe in ſcalas tabernae librariae conieciſſet, hisque oppilatis impetum tuum compreſſiſſet. *De eadem re* Cic. pro Milon. 41 Quum ſe ille fugiens in ſcalarum tenebris abdidiſſet. *In apparatu* oleae legendae ſcalae *ſunt* Columel. 12, 50, 8. *Conf.* Celſ. 8, 15. Tac. Ann. 12, 17, 2.

SCALĀRIS, e. Adi. Vitruu. 10, 13 Regulae ſcalari forma compactae.

SCALARIVM, i. n. [κλιμακιων Gloſſ. Gr. Lat.] Scalaria Vitr. 5, 6 *eadem, quas* Scalas *et* aſcenſus *vocat in Theatris. Conf Lipſ. de Amphith. c. 13.*

SCALDE *vel* SCALDIS, is. m. [Σκάλδη] *Fluuius Galliae Belgicae, ex Caeſaris commentariis notiſſimus.* Plin. 4, 17 A Scalde ad Sequanam Belgica, *etc.*

SCĀLI, orum. m. Pl. Piſces plani, qui ſupine veſcuntur Plin. 9, 24.

SCALMVS, i. m. [σκαλμὸς] *Lignum teres, cui nautae remos* τροπωτῆρι, *i. loro quodam alligant, quod ex Graecis oſtendit Scheffer.* 2, 5 *p. 138 ſq. ſiue, vt alii volunt, Lignum crenatum ac feneſtratum in apſidem capiens remum, vt facilius ac ſolidius impellatur.* Vitruu 10, 8 Remi circa ſcalmos ſtrophis religati. Cic. Off. 3, 59 c. 14 Venit ipſe mature : ſcalmum nullum videt. Idem de Clar. Orat. 196 c. 53 At vero vt contra Craſſus ab adoleſcente delicato, qui in litore ambulans, ſcalmum reperiſſet, ob eamque rem aedificare nauem concupiuiſſet, exorſus eſt : ſimiliter Scaeuolam ex vno ſcalmo captionis centumuirale iudicium haereditatis effeciſſe. Nauicula duorum ſcalmorum Cic. de Orat. 1, 174 c. 38. Quatuor ſcalmorum nauis Vell. 2, 43, 1. Cic. Att. 16, 3 *extr.* Haec ego conſcendens e Pompeiano tribus actuariolis decem ſcalmis. *Al. forte melius* decem ſcalmorum. *Al. formant Adiectiuum nomen* Decemſcalmus. *Illud intelligitur, tot* ſcalmorum *eſſe nauem, quot habet remos.*

SCALPHAS, ae. f. eſt Aſopiae terrae locus apud Strabonem 9.

SCALPO, pſi, ptum, ĕre. [ξέω, κνήθω, ἀποξέω, ἀποξύω, ἐπιξέω, ἐπιξύω] Fodere, et vnguibus pruritum auferre : ſcalpunt enim homines vnguibus,

bus, et gallinae pedibus. Plin. 9, 45 Contactos piſces attrituque petrae ſcalpentes pruritum, inuadit. Caput ſcalpere vno digito Iuuen. Sat. 9, 133. *mollius ornatorum, qui metuunt, ne comas in gradus et cincinnos ſtructas ſcalpendo turbent.* Terram ſcalpere vnguibus Hor. Serm. 1, 8, 26. Scalpere morſu Columel. 7, 5. Cic. de Nat. Deor. 2, 150 c. 60 Itaque ad pingendum, fingendum, ad ſcalpendum, ad neruorum eliciendos ſonos ac tibiarum, apta manus eſt admotione digitorum. Phidiam tradunt ſcalpſiſſe marmora Plin. 36, 5. Cic. Acad. 4, 100 c. 31 Non enim eſt e ſaxo ſcalptus aut e robore dolatus: habet corpus, habet animum, mouetur mente. Vetus codex legit Sculptus: et ſic optima exemplaria. Hor. Carm. 3, 11, 50 I ſecundo Omine, et noſtri memorem ſepulcro Scalpe querelam. Infabre ſcalptum, aut fuſum durius Hor. Serm. 2, 3, 23. Scalpo *ſemper dicendum eſſe, non* Sculpo, *vult* Diomedes 1 p. 374 *poſt med.* Nec ſolum Coniugationes, verum etiam ipſam poſitionem verborum compoſitio mutat, vt *calco* facit *inculco, conculco,* non *incalco* vel *concalco;* et *calcio diſculcio, ſcalpo inſculpo:* quare *gemma ſcalpta* dicendum eſt, non *ſculpta,* adiecta enim Praepoſitione facit *ſculpta. Sed Voſſium potius audiero, qui vt γλύφω et γλάφω, ita Latinis deriuatum inde* ſculpo *et* ſcalpo *eadem ſignificatione placuiſſe, arbitratur. Ab hac Grammaticorum obſeruatione interim videtur illa varietas librorum ex parte deriuanda, qua A et V in hoc verbo et compoſitis ita ſaepe permutantur. Conf. inprimis Salmaſ. ad* Iuſtin. 15, 4, 4.

SCALPENS, entis. Part. Scalpens gemmas Plin. 37, 5.

SCALPTVS, a, um. Part. Flores et acanthi eleganter ſcalpti Vitruu. 2, 7. *Conf. ſupra: et* Diomed. p. 374.

SCALPTOR, ōris. m. [γλύπτης] *Qui ſcalpit.* Plin. 37, 4 *de adamantibus,* Expetuntur a ſcalptoribus, ferroque includuntur, nullam non duritiem ex facili cauantes. Plin. Epiſt. 3, 10 Sed tamen vt ſcalptorem, vt pictorem, qui filii veſtri imaginem faceret admoneretis, *etc. Add.* Plin. 36, 6. 20, 13. 7, 9. Solin. c 55. Vell. 1, 17, 4.

SCALPTORIVM, i. n. *Inſtrumentum, quo ſcapulae prurientes fricantur.* Martial. 14, 83 *habet titulum ſ. lemma,*

Scalptorium.

Defendet manus haec ſcapulas mordente moleſto
Pulice, vel ſi quid pulice ſordidius.

SCALPTVRA, ae. f. [γλυφή] *Scalpendi actio vel ratio.* Plin. 37, 7 Omnia autem haec genera, ſcalpturae contumaciter reſiſtunt, partemque cerae in ſigno tenent. *Add.* Idem 36, 8. Vitruu. 4, 1. *et* 3, 3. Solin. c. 33. Pallad. Nou. t. 15.

SCALPTVRARIA, ae. f. *Ars ſcalpendi. Apud* Fortunatum *legit Reineſius.*

SCALPTVRO, āre. [γλύφω] *Certe forma Participii, ab hoc verbo ducti,* Plin 36, 25 Pauimenta credo primum facta, quae nunc reuocamus barbarica, *etc.* Romae ſcalpturatum in Iouis Capitolini aede primum factum eſt poſt tertium Punicum bellum initum. *Hoc eſt, variis ſcalpturis ornatum et excultum.*

SCALPVRIO, īre. *Idem quod* Scalpere, *proprie eſt galli gallinacei, quum terram frequentibus ictibus percutit.* Plaut. Aul. 3, 4, 8 Vbi erat haec defoſſa, occoepit ibi ſcalpurire vngulis circumcirca. *al.* Scalpurire *legit Mercer. ap.* Non. 2, 789.

SCALPER, pri. m. [ἐγκοπεύς] *Inſtrumentum cuneatum, quo malleo adacto quid exciditur.* Celſ. 8, 3 Tunc exciſorius ſcalper ab altero foramine ad alterum malleolo adactus, id quod inter vtrumque medium eſt, excidit. Ibid. 4 Ab eoque ſcalper duabus lineis ad rimam agendus. *Vnde apud eundem* Scalpellus *pro Ferramento veniſecae identidem accipitur* 2, 9.

SCALPRVM, i. n. [σμίλη] *Ferramentum ſutorium.* Hor. Serm. 2, 3, 106 Si ſcalpra et formas non ſutor. *In* falce vinitoria Columellae 4, 25, 2 *pars illa,* quae a flexu procurrit, *inter ſinum et roſtrum, qua vtitur vinitor,* cum alleuare aliquid vult, *vocatur* ſcalprum. *Vid. figura noſtrae editionis.* Cato de R. R. 42 Ficos et oleas altero modo. Quod genus aut ficum, aut oleam eſſe voles, inde librum ſcalpro eximito. Vermes circa arborem aureo ſcalpro ſemel raſi, non vltra naſcentur Pallad. Febr. t. 25. Tac. Ann. 5, 8, 3 Spem ac metum iuxta grauatus Vitellius, petito per ſpeciem ſtudiorum ſcalpro, leuem ictum venis intulit, vitamque aegritudine animi finiuit. *De eodem* Suet. in Vitell. c. 2 Ac poſt Praeturae honorem inter Seiani conſcios arreptus, et in cuſtodiam fratri datus, ſcalpro librario venas ſibi incidit. *Conf. Caſaub. ad h. l.* Scalprum fabrile, quo magiſtri elephantos interimebant Liu. 27, 49. Medicinale ſcalprum Scribon. 53. Scalprum *inter* Inſtrumenta chirurgica *etiam numerat* Cornelius Celſus 8, 4 Tum demum ad manum ſcalprumque veniendum eſt. *Sed hic poteſt eſſe a Nominat.* Scalper, *quo illum vti vidimus.*

SCALPVRĪGO, ĭnis. f. *Prurigo.* Solinus c. 45 (32) Os beluae huiuſce paullatim ſcalpit, et ſenſim ſcalpurigine blandiente aditum ſibi in vsque fauces facit. *vid. Salmaſ. p. 316. Al.* ſcalpturigine.

SCALPRĀTVS, a, um. Adi. [κολαπτηροειδής] Ferramentum ſcalpratum Columel. 9, 15, 9 *ad ſimilitudinem ſcalpri formatum, quo ait opus eſſe ad caſtrandos apum alueos: cum a* cultro *diſtinguat, et* aduerſa fronte imprimi velit, *ſimilitudinem habet illius, qui* Scalper Celſo *dicitur, qui malleolo ſolet adigi, qui forte a* Caelo *nihil differt.*

SCALPELLVS, i. m. *vel* SCALPELLVM, i. n. Dimin. [σμίλιον, Vet. Gloſſ. φλεβότομον] Cic. pro Sext. 135 c. 65 Non ea eſt medicina, quum ſanae parti corporis ſcalpellum adhibetur, atque integrae. Manubriolo ſcalpelli deducenda Chalazia Celſ. 7, 7, 4. *Add.* 7, 7, 5 *in cura* vnguis oculorum, *de quo ita:* Non nimium adducto vngue, ſcalpellus adhibendus eſt, deinde ſic excidenda membranula *(haec nempe ipſa* vnguis *eſt)* ne quid ex angulo laedatur. Ibid. c. 19 Sed primo rectus ſcalpellus quam leuiſſima manu teneri debet, donec ſcrotum ipſum diducat. Columel. 5, 11 Medium truncum acuto ſcalpello permodice findito. Reſecare linguam ſcalpello Cic. de Diuin. 2, 96. Scalpellus, *Ferramentum, quo chirurgi venas incidunt.* Celſ. 2, 10 At ſi timide ſcalpellus demittitur, ſummam cutem lacerat: neque venam incidit. *Add.* Idem 6, 6. Sen. Ep. 20. *Et* de Ira 3, 39. Tertull. adu. Gnoſt. c. 5.

SCALTVS, i. m. *i. Impetigo ap.* Papiam.

SCALTICVS, a, um. Adi. *Impetigine laborans.* Theod. Priſcian. de Diaeta c. 9.

SCAMANDER, dri. m. [Σκάμανδρος] *Fluuius Troiae ex Ida monte deſcendens, quem Heſiodus* θεῖον Σκάμανδρον, *id eſt,* diuinum *appellauit.* Catull. 63, 357 Teſtis erit magnis virtutibus Vnda Scamandri. Parui Scamandri frigida flumina Hor. Epod. 13, 14.

SCAMANDRIA, ae. f. [Σκαμάνδρια] *Vrbs parua, a portu Iliuſi parum remota.* Plin. 4, 30.

SCAMANDRVS, i. m. [Σκάμανδρος] *Hectoris et Andromaches filius, quod nomen ei pater Hector impoſuerat, teſte Homero l. 5 Iliados, caeteri* Aſtyanacta *vocari maluerunt, quod ſolus illius pater vrbem tutaret*

SCAMBVS, i. m. [σκαμβός, ſcaurus, valgus, curuus, vat Vet. Gloſſ.] *Qui crura deprauata habet curuaque.* Suet. in Othon. vlt. Fuiſſe, inquit, traditur et modicae ſtaturae, et male pedatus ſca busque. *Quam lectionem prae altera* caluusque *tuentur viri docti ad l* Nonius 1, 109 Strabones ſunt, quos Scambos nunc dicimus. M cer. p. 27 Strambi.

SCAMBOSVS, a, um. Adi. Veget. Mulomed.

SCAMMA, ătis. n. [σκάμμα, Foſſum, Gloſſ. Gr. Lat.] *Spati definitum certamini, et foſſa circumſcriptum.* Hieron. Epiſt. 61, 5 ſcammate egredi, eſt E propoſito diuagari. *Conf.* Ambroſ. Off 1, 16. *et* de Helia et Ieiun. Serm. c. 13. *Pet. Faber Agon Octau. Falconer. in Inſcriptt. Athlet. Interdum ſic ipſum Certan athleticum intelligitur.* Tertull. ad Martyr. 3 Epiſtates veſter vos ſ ritu vnxit, et ad hoc ſcamma produxit, *in quo nempe decertetis. V Faber l. c. 2, 5 p. 126.*

SCAMMONIA, *vel* SCAMMONEA, ae. f. *vel* SCAMM NIVM, i. n. [σκαμμώνιον] *Herba in transmarinis regionibus, pr ſertimque Aſia in Colophonio agro creſcens, cuius ſuccus valet ad medi nas. Quidam* Scammoniam, *Fem. gen. pro Herba:* Scammonium *tem Neutro, pro Succo radicis ponunt.* Scammonia Scribon. 140. Plin. 24, 15 Sed Graeci clematidas et alias habent, vnam quam a qui echitem vocant, alii laginem, nonnulli tenuem ſcammoniam: pedales, folioſos, non diſſimiles ſcammoniae ramos habet, niſi qu nigriora, minoraque ſunt folia. Cic. de Diuin. 1, 16 c. 10 Qu ſcammoneae radix ad purgandum, quid ariſtolochia ad morſus ſerpe tum poſſit. *Adde* Caton. de R. R. 157, 12. Celſ. 3, 24. *et* 5, Plin. 26, 8. 27, 9. Iſidor. 17, 9.

SCAMMONITES, ae. m. *Idem cum ſcammonio ap.* Plin. 14, 16.

SCAMNVM, i. n. [βάθρον Gloſſ. Lat. Gr.] *Quod lecto vel gradus apponitur, vt per id in lectum facilius aſcendatur.* Varro de L. 4, 35 p. 40, 15 Quia ſimplici ſcanſione in lectum non altum ſcan bant, ſcabellum, in altiorem, ſcamnum. Ouid. de Arte Am, 162 Et caua ſub tenerum ſcamna dediſſe pedem. *Mobilia fuiſſ verſatilia aut ductilia* Scamna lectorum *docet* Id. Art. 2, 211 Nec dul ta tereti *(puluinato)* ſcamnum producere lecto, *cum vult aſcendere deſcendere)* Et tenero ſoleam deme *(ſi aſcendere velit)* vel adde *deſcendere)* pedi. ¶ 2 Plin 18, 19 Scamna inter duos ſ cos cruda ne relinquantur, glebae ne exſultent. Columel. 2, 2, Sed ita necubi crudum ſolum et immotum relinquat, quod agricol ſcamnum vocant. *Vid.* Idem 2, 4, 3. 3, 13, 2 *et* 10. ¶ Scamnum, *pro Subſelliis.* Ouid. Faſt. 6, 305 Ante focos olim ſ mnis conſidere longis Mos erat. *Hinc* Ennius *apud* Cic. de I vin. 1, 108 c. 48 Auſpicio regni ſtabilita ſcamna ſolumque. ¶ Scamna *in arboribus dicuntur, Rami et brachia, per quae vites aſcendu* Plin. 12, 1 Aliud exemplum Caii principis in Veliterno rure mir plantani vnius tabulata, laxiſque ramorum trabibus ſcamna patul *Add.* Idem 17, 23. ¶ 5 *In diſciplina agrimenſorum,* Qui quid in longitudinem eſt delimitatum per ſtrigas appellatur, quidqu per altitudinem, per ſcamna. *Haec verba* Frontini *ita interpret tur* Aggenus p. 46 *Goeſ.* Strigatus ager, eſt qui a ſeptentrione in lon gitudinem in meridianum decurrit. Scamnatus autem, qui eo mod ab occidente in orientem creſcit, et altitudinem hanc ſecundum idio ma artis voluit Frontinus in Orientem intelligi. *Add.* Hygin. d limitib. p. 198.

SCAMNATVS ager *qui eſſet agrimenſoribus, modo dictum verb* Aggeni, *in* SCAMNVM n. 5.

SCAMILLVM, *vel quod Priſciano placet* SCAMELLVM, SCAMNELLVM *adeo,* i. n. Dimin. *Paruum ſcamnum.* Priſcinus 3 p. 615 *extr.* Alia habent E in penultima — vt bonum b lum, geminum gemellum, ſcamnum ſcammellum. *Deinde lau* Apuleium in 1 Hermag. Verum infirma ſcammellorum obice fult fores. *Negotium viris doctis fecerunt* Scamilli impares Vitruuia *de quibus ita 3, 3 p. 55* Stylobatam ita oportet exaequari, vti habe per medium adiectionem per ſcamillos impares. Si enim ad lib lam dirigetur, alueolatus oculo videbitur. *Et* 5, 9 p. 93 *ext* Stylobatiſque adiectio, quae fit per ſcamillos impares ex deſcription quae ſupra ſcripta eſt in libro tertio, ſumatur. *Periit iſta deſcr ptio. Artifices vehementer diſſentiunt. In editione Laeti Elzeuiriana, pagina inde 145, eſt iuſta Bern. Baldi diſſertatio, ad quam ſtudioſos r mittimus, ſi plus inde ſapiant, quam mihi contigit, ad Vitruuii verl intelligenda. Pulcherrima ſunt, quae hic dedit Perraltus, graphidis ingenii ſpecimina. Sed vereor vt Vitruuium iuuent. Si licet hic etia noſtram hariolationem interponere, putabamus* Scamillos impares *eſſe pr tuberationes quaſdam in planis alioquin ſtylobatae parietibus, vt illi i non ad libellam reſpondeant, ſed curuis aliquantum lineis contineantu quae per opticas rationes rectae contuentibus videantur. Ratio appella di a* ſcamnis *latentibus agrorum.* Adiectio *ſic ponitur 3, 2 extr.*

SCABELLVM, *vel* SCABILLVM, i. n. Dimin. Scabillu ὑποπόδιον Vet. Gloſſ. Nec miretur puer, cur ex ſcamno fiat ſcabellu Quinctil. 1, 4, 12. *Vnde apparet, eandem rem eſſe* Scamellum *et* ſc bellum, ſcamillum *et* ſcabillum. Cato de R. R. 10 Scamnum in c biculo vnum, ſcabilla tria, ſellas quatuor. *al.* Scabilia, *ſed ma* ¶ 2 *Eſt inſtrumenti ſonantis genus, quo in ſcena et ad ſaltationes v bantur.* Cic. pro Cael. 65 c. 27 Mimi ergo eſt iam exitus, non fab lae: in quo cum clauſula non inuenitur, fugit aliquis e manibu deinde ſcabilla concrepant, aulaeum tollitur. Sueton. Calig. 5 Saltabat nonnunquam etiam noctu: et quondam tres conſulares ſecu da vigilia in palatium accitos — ſuper pulpitum collocauit: d inde repente magno tibiarum et ſcabellorum crepitu, cum palla tu caque talari proſiluit, ac deſaltato cantico abiit. Arnob. 2 p. 7 *pr.* Idcirco animas miſit, — cantionibus vt praeirent obſcenis, n meroſos iterarent ſcabillorum concrepationibus ſonores, quibus an marum alia laſciuiens multitudo incompoſitos corporum diſſolueretur motus, ſaltitaret et cantaret. *Etiam in honore deorum adhibita oſte dit* Arnob. 7 p. 237 *med.* Quid efficiunt crepitus ſcabillorum, vt cu eos audierint numina, honorifice ſecum exiſtiment actum? A guſtin. de Muſica 4 Quaero abs te, vtrum poſſint copulati ſibi pede quos copulari oportet *(de pedibus rhythmicis, dactylo, ſpondeo etc. ſe mo eſt)* perpetuum quendam numerum creare, vbi nullus finis cert appareat: veluti cum ſymphoniaci ſcabella et cymbala pedibus fer antur, certis quidem numeris, et his, qui ſibi cum aurium voluptat iunguntur, ſed tamen tenore perpetuo, ita vt ſi tibias non audias — *Ergo numeros tantum et rhythmos exprimere poſſunt illa* Scabella, *no melo.*

tos, non cantum, vt tibia. Eſt ergo probabile ſcabellum vel ſcabillum ... illud σιδηρῶν ὑπόδημα ferream ſoleam, qua humum ferire ſolitos, do- ... Lucian. de Saltat. c. 83. Conf. c. 63. et quae ibi a me adnotata ſunt. ... ſſe etiam e ligno ſcabella, colligas ex Vet. Schol. Stat. Theb. 7, 171. ... de bacchantibus, Ad inſpirata rotari Buxa. Tibiae intelliguntur ... dubie, e buxo ſolitae fieri: Sed Schol. Tibia, inquit, vel ſcabellu, quod in ſacris tibicines pede ſonare conſueuerunt. De Scabilorum vſu in ſacris dedimus locum Arnobii: quod inſpirata buxa ... at Statius, illud facit, vt tibias intelligere paene cogamur. Sed ſi Scabilus eſt cuius figuram dedit Rubenius de re veſtiar. 2, 17 et inde Bartolin. de tibiis Vet. 23, 4 p. 365 videtur non male inſpiratus dici poſſe, ... fiſſura illa repraeſentare videatur aliquid folli ſimile, quo et concipi ſpiritus, et cum ſtrepitu quodam elidi poſſit. Vid. Salmaſ. ad Vopiſc. ... p. 839 Hack. Plane autem aberrare a vero arbitramur, qui Scamillos volunt eſſe tibias, quas Germani Schalmeyen vocant, quod nomen potius cum Gallorum chalumeau conuenit. Scabellorum autem veſtigia ſunt in Hiſpanorum Caſcavelas et Gallorum Caſcaveaux, de quo Menag. Origg. Franc.

SCAMILLARII apud Gruter. Inſcr. p. 467, 7. SCAMBILLARII apud Gudium p. 99, 7. vbi eſt Praefectus operum Scambillariorum Theatri: aut SCABELLARII, vt in Doniano lapide p. 325, 4 legendum contendit Gorius, videntur artifices rythmici et ſaltatores, ... motus illos decoros ſonoroſque ederent.

SCANDALVM, i. n. [σκάνδαλον, πρόσκομμα] Graeca vox eſt, ... Offendiculum, vel offenſionem dicas. Vox religionis noſtrae propria, etc. Vtuntur tamen antiquiſſimi, vt Tertull. de Virg. vel. c. 3. et alibi ſaepe. Vulg. Exod. 32, 33.

SCANDALIZO, āre. [σκανδαλίζω] Offendere. Tertull. de vel. Virg. c. 3 etc. Vulgat. Matth. 5, 29.

SCANDALIZATVS, a, um. Nequitiae angelorum ſcandalizatorum in filias hominum Tertull. adu. Marc. 5, 18.

SCANDIA, vel SCANDINAVIA, ae. f. Regio in Europae partibus Borealibus, quam veteres Inſulam credidere. Ita Plin. 4, 13 ... Inſulam eſſe incompertae magnitudinis; ſed compertum eſt tractum eſſe telluris ſatis amplum, et reuera Continentem; quae diuiditur ... Sueciam et Noruegiam.

SCANDIANVS, a, um. Adi. vt, Colum. 5, 10, 19 Praeterea ... lorum genera exquirenda, maxime Scandiana, Matiana, orbiculata. ... d. Cato 7, 3. Varro 1, 59. Apud Catonem Scantiana fere legitur: ... ndina Scribon. 104 ſc. mala. A Scandio quodam dicta ait Plin. ... 14 Scandiana, et a Scantianis Catonis diſtinguit.

SCANDIX, icis. f. Herba, quae inter olera ſilueſtria a Graecis ... itur. Plin. 21, 15 Reliqua vulgarium in cibo apud eos (Aegyptios) herbarum nomina condrylla, hypochoeris, et caucalis, anthriſcum, ſcandix, quae ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco ſimillima. Idem 22, 22 Scandix quoque in olere ſiluestri a Graecis ponitur, vt Opion et Eraſiſtratus tradunt.

SCANDO, di, ſum, ĕre. [βαίνω, ἀναβαίνω] In altum niti. Cic. de Sen. 27 c. 6 Vt ſi qui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant, cum alii malos ſcandant, alii per foros curſent. Virg. Aen. 2, ... — Scandit fatalis machina muros. In aduerſum ſcandere, ... ADVERTO. In ſubreptum ſcandere, felium modo arborum ... atores (auium genus) ait Plin. 10, 18 pr. i. latenter ſubrepere. In aggerem ſcandere Liu. 3, 67. In arces Tarpeias ſcandere Ouid. ... Pont. 2, 1, 57. Scandenda eſt torui publica cymba Canis Properti. 3, 18, 24. Equum ſcandere Virg. Aen. 2, 401. Montem ſcandere Catul. 102, 1. Muros ſcandere Virg. Aen. 2, 237. et ... 37. Gradus aetatis paullatim ſcandere adultae Lucret. 2, 1121. ... per titulos maiorum ſuorum ſcandere Lucan. ad Piſon. 33. Scandere verſum, apud Grammaticos eſt, Digitis metiri. Paſſ. Plin. 14, 1 Etiam nunc ſcalis tectum Epheſiae Dianae ſcanditur vite vna Cypria. Sic 2, 16 ... ae quum ita ſint, manifeſtum erit ab exortu matutino latitudines ſcandi.

SCANDENS, entis. Part. Vites marinas con plexae atque per ramos ... ulorum procacibus brachiis geniculato curſu ſcandentes Plin. 14. Scandentes de vallibus arces Propert. 4, 1, 65. add. ibid. v. 125.

SCANSILIS, e. Adi. [ἀνάβατος] Per quod facile aſcenditur. Plin. ... 16 Ficumque ſic etiam ſcanſilem fieri, quae ſcandi facile ... : ἀναβατικὴν Theophraſtus dixerat. Scanſilis annorum lex, quam climacteras appellant Plin. 7, 49.

SCANSIO, ōnis. f. Aſcenſio per gradus. Vitruu. 6, 1 Scanſiones fanorum. Conf. Varr. L. L. 4, 35.

SCANSOR, ōris. m. [κατασειστής] Strator, qui equum parat, ... nſcendatur Vet. Gloſſ.

SCANSORIVS, a, um. Vitruu. 10, 1 Scanſorium (machinarum genus) eſt, cum machinae ita fuerint collocatae, vt ad altitudinem ... is ſtatutis, et transuerſariis colligatis ſine periculo ſcandatur ad apparatus ſpectationem. Add. Veget. de Re Milit. 4, 21.

SCANDVLA, ae. f. [σχίδαξ] Scandulae, Paruae tabellae, hoc ... in paruas laminas ſciſſae, quibus tecta teguntur a ſcindendo, ſec. Iſid. 17, 3. et 19, 19. Et ſane Pallad. 1, 22 in MSS. ſcindulae vocantur. Plin. 16, 10 Scandulae e robore aptiſſimae, mox e glandiferis aliis, fagoque: facillimae ex omnibus quae reſinam ferunt, ſed minime durant, praeter quam e pinu. Scandula contectam fuiſſe Romam vsque ad bellum Pyrrhi annis quadringentis LXX, Cornelius Nepos auctor eſt. Ibid. Piceae commendantur ad fiſſiles ſcandulas. Columel. 8, 3, 6 Ab cohorte forinſecus praedictis feneſtellis ſcandulae ſimiliter iniungantur, quibus irrepant aues ad requiem nocturnam: Arculos formatis gradibus aſperatos vocauit. De gallinariis autem loquitur. Sed ordinarie ad tecta pertinent, vid. Caeſ. Bell. Gall. 8, 42. ... Vitr. 2, 1 et 23. Bald. Lex. Vitruu. p. 106. Voſſ. de Vit. Serm. 3, 47.

SCANDVLARIVS, i. m. Faber eſt lignarius, qui ſcandulas tegendis domibus aptas fabricat. Scandularios iure immunitatis gaudere teſtatur Aurelius Arcadius libro ſingulari de muneribus ciuilibus. (e Haloander. Gothofr. Taruntenus Paternus, l. 1 Militarium) l. 6 ff. de iure immunitatis, Quibusdam, inquit, aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit, vt ſunt menſores, carpentarii, ſcandularii, gladiatores, aquilices, etc.

SCANDVLARIS, e. Adi. Apul. Met. 3 p. 137 Tectum ſcandulare. Colu. autem legit ſcindulare.

SCANDVLACA apud Feſtum genus herbae frugibus inimicae, quod eas velut hedera implicando necat. Orobanche putatur.

SCANTIANVS, a, um. Adi. Scantiana poma, a Scantio inventore dicta, quae Cato tradit in doliis optime condi, referente Plin. 15, 14. vid. SCANDIANA. Scantiana vua a Varrone dicta eſt, quae alio nomine Amminea maior appellatur, vt refert idem Plin. 14, 4. vid. Cato 7, 2.

SCAPHA, ae. f. [σκάφη] Nauicula ex ligno cauata: a σκάπτω, fodio, cauo. Aluus, Linter, qui nauim maiorem ſequitur. Et, Paruae ad piſcandum naues, Scaphae dicuntur. Liu. 25, 3 [Quum merſiſſent eas in alto, exceptis in praeparatas ſcaphas nautis, multiplices fuiſſe merces ementiebantur Cic. de Inuent. 2, 154 c. 51 Vt dominus nauis, cum idem gubernator eſſet, in ſcapham confugeret, et inde funiculo, qui a puppi religatus ſcapham annexam trahebat, nauim, quoad poſſet, moderaretur. Biremis ſcapha Hor. Carm. 3, 29, 62. conf. Non. 13, 11. Gell. 10, 25. Conſcendere in ſcapham Auctor ad Herenn. 1, 19 c. 11. Scapha piſcatoria Iuſtin. 2, 14, 10. Prouerbium Scapham ſcapham appellare Graecum eſt, cuius hanc originem refert Plut. Apophth. p. 178, b. Conquerebantur Laſthenes et alii Olynthii, ſe proditores ab ipſis Macedonibus appellari. Philippus ait, σκαιοὺς φύσει καὶ ἀγροίκους εἶναι Μακεδόνας, καὶ τὴν σκάφην σκάφην λέγοντας.

SCAPHARII, vid. poſt SCAPHIVM.

SCAPHE, es. f. Horologii genus, quod et SCAPHIVM, de quo mox Vitruu. 9, 9 pr. Vas concauum ad hemiſphaerii formam confectum, vid. Salmaſ. ad Solin. p. 448 bG.

SCAPHVLA, ae. f. Dim. Veget. de Re Mil. 3, 7. Paullin. Nol. Ep. 49 (36) c. 1.

SCAPHISTERIVM, i. n. Sic ſunt qui vocent Inſtrumentum Columellae purgandis ſeminibus aptum, vt Cael. 8, 3: quod damus in CAPISTERIVM.

SCAPHIVM, i. n. [σκάφιον] Diminutiuum Graecum eſt, Scaphulam aut alueolum dixeris, et rebus pluribus ob ſimilitudinem tribuitur. Vaſa vel alueolos intelligit, ad vſum domeſticum comparatos, Lucret. 6, 1044 de magnetis natura

> Exſultare etiam Samothracia ferrea vidi,
> Et ramenta ſimul ferri furere intus ahenis
> In ſcaphiis, lapis hic magnes cum ſubditus eſſet.

Tale eſt Scaphium aereum, aut plumbeum Vitruu. 8, 1 p. 153 pr. ¶ 2 Pro poculis nauigii vel cymbae (vid. CYMBIVM) formam habentibus Cic. in Verr. 4, 37 c. 17 Scaphia cum emblematis Lilybaei vtrum empta eſſe dicis, an confiteris erepta? In primis ita Plaut. Bacch. 1, 1, 37 Pro galea ſcaphium, pro inſigni ſit corolla plectilis. Sic Stich. 5, 4, 11 Quibus diuitiae domi ſunt, ſcaphio, cantharis, bibunt. Et Perſ. 1, 3, 44 Ampullam, ſtrigilem, ſcaphium, ſoccos, pallium Marſupium habeat paraſitus. ¶ 3 Vas vrinae excipiendae muliebre cur ſcaphae formam habuerit, non opus eſt diuinatione ſubtili. Pollux 10, 45 cum ſellas et laſana memoraſſet, addit τῇ δὲ γυναικὶ σκαφίον, idque auctoritatibus comicorum probat. Hoc intellectu Iuuenal. 6, 264 Et vide mulierem (athletice exercitam) poſitis ſcaphium cum ſumitur armis. Magis Satyricum eſt hoc, quam neſcio quod ornamentum capitis intelligere. Martial. 11, 12 Qui Mentora frangit In ſcaphium moechae, i. pocula a Mentore caelata frangi iubet, et inde fieri vas obſcenum. Sic intellexiſſe Raderum quoque, indicio eſt, quod omiſit. Vlpian. l. Q. Mucius 27 §. 5 D. de auro arg. Argento legato non puto ventris cauſa habita ſcaphia contineri: quia argenti numero non habentur. ¶ 4 Scaphia dicuntur rotunda ex aere vaſa, quae horarum ductus ſtili in medio fundo ſui proceritate diſcriminant, qui ſtilus gnomon appellatur. Haec Martian. Capell. 6 p. 194 extr. De hac re plura Salmaſ. in Solin. p. 448 bF ſq. conf. SCAPHE. ¶ 5 Apud Graecos σκαφεῖον, quaſi tu foſſorium dicas, ligo eſt: quam ſignificationem quidam non bene ad Iuuenalis Scaphium applicant. Sic Graecis, non Latinis, σκάφιον caput eſt, item tonſurae genus, vnde ornamentum capitis quidam exſculpſere. Scaphium Plutarcho etiam ſcamma eſſe, oſtendit. P. Faber Agoniſt. 2, 8.

SCAPHARIVS, i. m. Qui ſcaphis negotiatur. Gruter. Inſcript. p. 258 n. 1 SCAPHARII QVI IVLIAE ROMVLAE NEGOTIANTVR. Conf. ibid. p. 257 n. 12. Reineſ. Cl. 3 n. 26.

SCAPHVM an SCAPHVS? i. Vitr. 9, 9 p. 200 Aequaliter per id cauum influens aqua ſubleuat ſcaphum inuerſum, quod ab artificibus phellos ſ. tympanum dicitur. Quid ſi Scaphium? In indice Scapus laudatur.

SCAPOS, i. f. Inſula eſt maris mediterranei, non procul a Cherroneſo Plin. 4, 12.

SCAPTENSVLA, ſ. SCAPTESVLA, ae. f. Feſto, Locus eſt vbi argentum effoditur in Macedonia ita dictus a fodiendo, quod eſt Graece σκάπτειν Lucretius (6, 810) Quales exſpirat Scapteſula ſubter odores. Lambinus ad l. c. Lucretii Scapteſula legendum contendit, et addit, Vt autem notior ſit huius vocabuli origo, Scapteſula dicta eſt quaſi σκαπτὴ ὕλη, id eſt, foſſilis materia, mutata eſt enim adſpirationis nota in s, Scapte hula, Scapteſula, vt in ὗς ſus, ὑπὲρ ſuper, etc. Et eſt ſane Scapteſula σκαπτησύλη ap. Stephanum Byzantinum vrbs Thraciae, quae cum Macedonia frequenter confunditur, a metallifodinis forte dicta. Scaptenſulam tamen ex libris Lucretii et Feſti tuetur Giſanius. Et poteſt vtriusque viri docti ſententia ſtare. Scaptenſula Latinis placuit, σκαπτησύλη Graecis, qui etiam Ὀρτήσιον malunt, quam Hortenſium. Poteſt idem nomen proprium eſſe, et appellatiuum.

SCAPTIA, [Σκαπτία] apud Plin. 3, 5 Oppidum in Latio, a quo

SCAPTIVS, a, um. vt Scaptia Tribus, vid. TRIBVS. Pubes Scaptia Sil. 8, 397. P. Scaptius, homo de plebe Ardeatium, agrum teſtimonio ſuo ad Pop. Romanum tranſtulit Liu. 3, 71.

SCAPVLA, ae. f. [ὦμος, ὠμοπλάτης] Humerus. Celſ. 8, 1 Rurſus a ceruice duo lata oſſa vtrinque ad ſcapulas tendunt: noſtri ſcutula operta, ὠμοπλάτας Graeci nominant. — Latum ſcapularum os deinde appellat. Videtur itaque non peculiare aliquod os denotari hac voce, ſed tota illa regio ſuprema dorſi ceruicibus ſubiecta. Hic eſt veluti Sedes plagarum. Scapulae geſtibant mihi Plaut. Aſin. 2, 2, 49. Qui ſaepe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt Idem ibid. 3, 2, 7. Plaut. Trin. 4, 3, 2 Ne ſubito metus exoriatur ſcapulis, ſtultitiam abde. Ter. Phorm. 1, 2, 26 Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi. Claudian. in Eutrop. 1, 76 Qua miſeri ſcapulas tutabimur arte? Et forte dictae ſunt a ſcapis, i. fuſtibus, vid. SCAPVLVM ſub SCAPVS. Ouid. Art. Am. 3, 273 Conueniunt tenues ſcapulis analectrides altis. Scapulae altae ſunt vitium, quod diſſimulatur per analectridas, quaecunque illae ſint denique. Varro de R. R. 2, 7, 5 Lumbis deorſum verſum preſſis, ſcapulis latis, ſpina maxime duplici. de equo. Radiantibus ſcapulis geſtati enſes Claud. in 1 Conſ. Stil. 2, 91 nihil eſt: capulis enim meliores. Metaph. Machinarum ſcapulae Vitruu. 10, 3. Montium Tertull. de Pallio c. 2.

SCAPILIVM, i. n. [μετάφρενον] Non habet auctorem: ſed quae eſt inter ſcapulas quaſi vallicula, Interſcapilium dicitur.

SCAPVLVM, vid. ſub SCAPVS.

SCAPVS, i. m. Prima origine ſua (vt docet Salmaſ. ad Vopiſci Firmum p. 699 Hack.) eſt Doricum σκᾶπος, aliorum Graecorum σκῆπος, unde et σκῆπων, et σκῆπτρον fuſtis, baculus, ramus teres. Hinc pluribus rebus hanc formam habentibus. Ita in columna ſcapus eſt ipſe truncus, inter

inter ſtylobaten *et* epiſtylium *non modo, ſed inter* baſin *ſuam et* capitulum, *porrectus*, corpus *columnae omnibus ornamentis detractis. Ita ſemper* Vitruuius *v. g.* 3, 2. ¶ 2 *In plantis* ſcapus *eſt, quod eſt inter radicem et cacumen interiectum, caulis erectus etc.* Varro de R. R. 1, 31, 5 Quibus quum ſurſum ſerpit, ad ſcapum lupini vel alium. *de vicia loquitur.* Plin. 18, 10 Inuentus eſt iam et ſcapus vnus centum fabis onuſtus. Albuci ſcapus cubitalis Idem 21, 17. Aſphodeli ſcapus Colum. 9, 4, 4. Ferulae ſcapus Idem 22, 4. Loti ſcapus Idem 13, 8. ¶ 3 *Hinc ad multa artis opera transfertur. v. g.* Candelabrorum ſcapi' *ſunt* Plin. 34, 3. Scapi ſcalarum Vitruu. 9, 2 *ſunt trunci in cochlidibus quidem perpendiculares, in aliis autem ad angulum acutum obliquati, in quibus gradus tanquam rami quidam nituntur.* Trutinae *ſ. librae, vid.* AGINA. Valvarum ſcapus Cardinalis, *Rectum illud et paullo craſſius lignum in valuis, quo fores ipſae ſuſtinentur et reguntur praecipue, et cuius capitibus ſeu ambabus extremitatibus in ſuperiori et inferiori cardine inſertis, valuae ipſae voluuntur aut aperiendae aut claudendae.* Vitruu. 4, 6 Fores ita compingantur, vti ſcapi cardinales ſint ex altitudine luminis totius duodecima parte. Inter duos ſcapos tympana ex duodecim partibus, *etc. vid. Lexicon Vitruu. voce* REPLVM. ¶ 4 Scapus, *in chartarum ratione, pro Plagularum congerie.* Plin. 13, 12 Premitur deinde prelis, et ſiccantur ſole plagulae, atque inter ſe iunguntur, proximarum ſemper bonitatis diminutione ad deterrimas. Nunquam plures ſcapo quam vicenae. *Etiam hic cogitanda eſt figura* ſcapi *naturalis,* cylindrus *nempe ſ. volumen, quod efficitur vicenis illis plagulis ſibi agglutinatis, vt longiſſimum parallelogrammum fiat, ſimile telae linteae vel laneae, quod in bacillum deinde conuoluitur, et ſic formam cylindri accipit. Hinc apparet, cur* ſcapus chartae *vulgo dicatur, hodie, qui Germanis* liber, manus *autem Gallis eſt, vid. Scal. Auſon. Lect. 2, 31. Salmaſ. ad Vopiſc. p. 699 Hack. vid.* CHARTA. ¶ 5 Scapi, *Inſtrumenta textoris, vel quorum pulſu tela coarctatur et condenſatur, vel quibus inuoluta ſunt fila, apud* Lucret. 5, 1352 Inſubula, ac fuſi, radii, ſcapique ſonantes: *illud Lambinus in locum tuetur, hoc Salmaſ. in Vopiſcum p. 699 Hack.* ¶ 6 Scapus *equi pro veretro ſ. cole et fiſtula vrinali* Veget. Mulom. 3, 15, 17 *in MS. Corbeienſi, vbi veretri alii.* ¶ 7 Scapi *a quibusdam vocantur petioli, a quibus vuarum acini pendent. Sed hi ſunt* Scopi *et* Scopiones. *v. v.*

SCAPVLVM, *ſ.* SCAPOLVM, *in* Gl. Iſid. *eſt* fuſtis longus. *Barth. Adu. 55, 9* Scapulium *legi vult; quod probat Reineſ. V. L. 1, 8 extr. p. 29. et firmat loco Chronici Conſtantinop. ap. Meurſ. Gloſſar. p. 636* Φέρουσα ἐπὶ τῶν ὤμων σκαπέλιον, καὶ πτύον ἐν τῇ χειρί: *vt ſit flagellum triturantium, fuſtis breuis et craſſior alligatus ad longurium, excutiendis granis.*

SCAPOSOLIDVS. *Fecerunt monſtroſum nomen ex illo* Apul. de Herb. c. 16 Gentiana tactu molli, guſtu amaro, ſcapo ſolido.

SCARA, ae. f. *Turma aut cuneus, Schaar, ap.* Ammian. 4, 36.

SCARDIA, ae. f. *Herba, al. ariſtolochia* Apul. de Herb. c. 19.

SCARABAEVS, i. m. [κάνθαρος] *Inſectum cruſta tectum.* Plin. 11, 28 ſ. 34 Quibusdam pennarum tutelae cruſta ſuperuenit, vt ſcarabaeis: quorum tenuior fragiliorque penna; his negatus aculeus. Sed in quodam genere eorum grandi cornua praelonga, biſulcis dentata forcipibus, in cacumine, quum libuit ad morſum coëuntibus, infantium etiam remediis ex ceruice ſuſpenduntur. Lucanos vocat hos Nigidius. Aliud rurſus eorum genus, qui e fimo ingentes pilas auerſis pedibus volutant: paruosque in iis contra rigorem hiemis vermiculos foetus ſui nidulantur. Volitant alii magno cum murmure ac mugitu. Alii focos et prata crebris foraminibus excauant, nocturno ſtridore vocales. Lucent ignium modo noctu, laterum et clunium colore lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc vero compreſſu obumbratae, non ante matura pabula, aut poſt defecta conſpicuae. Auſon. Epigr. 70 in Marcum *turpiſſimum puerorum corruptorem,* Si *(de Pythagorae ſententia)* redeat vitam rurſus in aëriam — Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus, Non caper aut aries, ſed ſcarabaeus erit: *cum reſpectu ad genus illud,* qui e fimo pilas volutant, *etc. Aelian. de Animal. 10, 15* Ὁ κάνθαρος ἄθηλυ ζῶόν ἐστι· σπείρει δὲ εἰς τὴν σφαῖραν ἣν κυλίει. Plin. etiam 30, 11 ſ. 30 *nominat* Scarabaeum, qui pilas voluit. Propter hunc Aegypti magna pars ſcarabaeos inter numina colit, curioſa Apionis interpretatione, qua colligat, Solis operum ſimilitudinem huic animali eſſe, ad excuſandos gentis ſuae ritus. Sed et alium adalligant Magi, cui ſunt cornicula reflexa — Tertium, qui vocatur fullo, albis guttis.

SCARDONA, ae. f. *Vrbs, it.* Amnis, Liburniam a Dalmatia ſegregans Plin. 3, 22. *Ab ea fit attributum*

SCARDONITANVS, a, um. Plinius 3, 21 Conuentum Scardonitanum petunt Iapides.

SCARIFĪCO *vel* SCARIFO, *ſ.* SCARIPHO, āre. [ἐπιξέω, ἐπιγράφω, ἀποξέω] *Scalpello aperire, quo aliquid facilius exeat.* Plin. 22, 23 Pedum clauos circum ſcarificatos ferro miſtum cerae extrahit. *Legitur et* Circumſcarificatos, *vnica dictione.* Idem 32, 7 Dentium dolores ſedantur oſſibus draconis marini, ſcarificatis gingiuis. *Item,* Viri interemti dente gingiuas in dolore ſcarificari Apollonius efficaciſſimum ſcripſit. Cato c. 52 Quem radicem capere voles ſcarificato, traiicitoque. Truncus arboris ſcarificandus eſt, vt poſſit humor effluere Pallad. Mart. t. 10 *de ficu.* Scarificare etiam dolorem, *h. e. Scarificando dolorem expellere* Plin. 28, 11. *add.* ibid. c. 1. *et* 30, 3. *et* 31, 7. Columel. 12, 55, 1. Plin. 37, 13 ſ. 76 Obſidianae fragmenta veras gemmas non ſcarificant. Ficticiae ſcarificationes candicantium fugiunt. *Monet Harduinus, hic, vt alias quoque, in MSS. eſſe* ſcarifant. *Salmaſ. ad* Solin. p. 417 Scarifare *deriuat* σκάριφος, σκαριφᾶσθαι *et laudat* Vet. Gloſſ. Scarifat καταχίζει, κατακνίζει, καταχαράσσει, *et* Scarifo χαράσσω, κατακνίζω. *Omnibus locis ergo reponi vult* ſcarifare *et* ſcarifatio. *Et fauent obſeruationes Harduini etiam ad 17, 27. et 22, 23. Variant etiam Codices* Colum. 6, 17, 4. *Quare paria ſaltem iura debent habere* ſcarifare *et* ſcarificare. Scarifare *etiam Voſſio magis placuit de Vit. Serm. 4, 24.*

SCARIFICATIO, ōnis. f. Apertio facta tenui vulnere, vt ſanguis facilius exeat. Columel. 6, 12 Poſt ſcarificationem ferro factam. *conf.* ibid. c. 17, 27. *et* 37, 13.

SCARIFĪO, ĕri. Scribonius Largus 262 Malagma ad lumborum dolorem, qui ante leniter ſcarifiant, *i. ſcarificentur, quaſi verbum ſit* Scarifacio. *Sed ſuſpectus eſt locus Rhodio, et putat forte legendum* ſcarifentur.

SCARITES, ae. [σκαρίτης] Gemma eſt, quae Scari piſcis colorem refert, *vt ait* Plin. 37, 11.

SCARIZO, āre. *Salio, palpito.* Quaſi vermiculus ſcarizaret Interpr. Iren. 1, 22. *Eſt ex Graeco* σκαίρω.

SCARVS, i. m. [σκάρος] *Piſcis.* Scarus, principalis hodie P 32, 11. Nunc ſcaro datur principatus Id. 9, 17. Plin. 32, 2 Mihi dentur mira et quae Ouidius prodidit piſcium ingenia, in eo volum quod Halieuticon inſcribitur. Scarum incluſum naſſis non frc erumpere, nec infeſtis viminibus caput inſerere: ſed aduerſum c dae ictibus crebris laxare fores, atque ita retrorſum erumpere. Qu luctatum eius ſi forte alius ſcarus extrinſecus videat, apprehenſa m dicus cauda adiuuare nixus erumpentis. *Supereſt locus de* Ou Halieut. 11 *ſq.*

Non audet radiis obnixa occurrere fronte,
Auerſus crebro vimen ſed verbere caudae
Laxans ſubſequitur, tutumque euadit in aequor.
Quin etiam ſi forte aliquis dum pone nataret,
Mitis luctantem Scarus hunc in vimine vidit,
Auerſam morſu caudam tenet, *etc.*

Primam corripit, etiam Hor. Sat. 2, 2, 22. *vbi inter delicias ciborum fertur.* Martial. 13, 84 Hic ſcarus, aequoreis qui venit obeſus vndis, Viſceribus bonus eſt, cetera vile ſapit. Petron. 93 Vlti ab oris Attractus Scarus, atque arata Syrtis, Si quid naufragio de probatur. *Et* c. 119 Siculo ſcarus aequore merſus Ad menſam vi perducitur. *Sed primam producit* Ennius *apud* Apul. Apol. p. At quid Scarum praeterii? cerebrum Iouis paene ſupremi: Neſtc ad patriam hic capitur magnusque bonusque. *Diphilus apud A naeum libro 8. Scarus molli, ſeu tenera carne praeditus eſt, friat dulcis, leuis, ad concoquendum facilis, facile redditur, ventrem mo Addit idem, recentem ſcarum eſſe ſuſpectum propterea, quod lepores rinos captat, iisque veſcitur, idcirco eius inteſtina vim bilis effectri habent. Idem libro 7 hunc ſolum ex omnibus piſcibus dormire dicit, propter eam cauſam nunquam noctu capi. Oppian. lib. 1* Ἁλιευτ. *ſo vocalem eſſe, ſcribit.*

SCATEBRA, Fluuius appellatur in Caſinate, frigidus, abund tior aeſtate. In eo, vt in Arcadiae Stymphali enaſcuntur aquati muſculi. *Haec* Plin. 2, 103. ¶ 2 Scatebra *Nomen c mune, vid. poſt* SCATEO.

SCATEO, ui, ēre. [βρύω, βράζω, ἀτμίζω] *Ebullire, et ita num eſſe, vt exſiliat quod continetur. Sic proprie* Scatere *dicun* Caelio Aureliano, *quae bulliunt, v. g.* Chron. 4, 3, 39 p. 506 T donec ſcatere tentet, coquenda. Cic. Tuſc. 1, 69 c. 28 For ſcatere, herbis prata conueſtirier. *Ex Poëta. Hinc per metaph* abundare, *ſignificat* Colum. 6, 16 Solent etiam neglecta vlcera ſca vermibus. Amore ſcatet tuus animus Plaut. Perſ. 2, 1, 9. luis pontus ſcatens Hor. Carm. 3, 27, 26. Miraculis ſcatet P 7, 2. Nilus ſcatet Piſcibus Mela 1, 9. Remediis ſcatet tica plurimis Plin. 22, 13. Gell. 1, 15 Videas quosdam ſic ſcat Verbis ſine vllo iudicii negotio, cum ſecuritate multa et profunda, loquentes plerumque videantur loqui ſeſe neſcire. Plaut. Aul 6, 22 Tibicinam, Quae mihi inter bibere ſola, Si Vino ſcatet, Cor thienſem fontem Pirenen poteſt. *Cum Genit.* Gell. 1, 17 Irarti que et moleſtiarum muliebrium per diem, perque noctem ſcateb Terra ſcatet ferarum Lucret. 5, 41.

SCATO, ĕre. per tertiam. *Idem quod* Scateo. Lucret. 597 — Ita ad ſatiatem terra ferarum Nunc etiam ſcatit, et trepi terrore repleta'ſt. *Et* ibid. 950 Largifluum fontem ſcatere, atq erumpere flumen. *Add.* 6, 896.

SCATĔBRA, ae. f. [βρασμὸς] *Ebullitio aquae ſurgentis.* Vir Georg. 1, 110 — Scatebrisque arentia temperat arua. *Vbi* Seruii Scatebris, Ebullitionibus: quae fiunt, quum aqua in aliquas rimas def xerit. Plin. 19, 10 Mirum eſt et illud, ſcatebra fonticuli ſemper en cante, lacum nec augeri, nec effluere. Fontium ſcatebrae Pl 5, 1. Idem 19, 4 ſ. 20 *iubet* Ambiri ſingulas *areas hortorum* ſul qua detur acceſſus homini, ſcatebrisque decurſus. ¶ 2 P *prium* Scatebra, *vid. ante* SCATEO.

SCATESCO, ĕre. Bellis vndique ſcateſcentibus Oroſ.

SCATVRĪGO, ĭnis. f. *Idem quod* Scatebra. Colum. 3, 13, 9 N praeſtat non conſerere, quam in ſumma terra ſuſpendere: niſi tame ſcaturigo paluſtris obuia (ſicut in agro Rauennate) plus quam ſesqui dem prohibeat infodere. Plin. 31, 3 In nigra ſcaturigines non fere ſi perennes. Scaturigines turbidae et tenues emicare coeper Liu. 44, 33.

SCATVRIGINŌSVS, a, um. Adi. Colum. 5, 8, 6 Creta ex to repudianda eſt, magis etiam ſcaturiginoſa, et in qua ſemper vlig conſiſtit.

SCATV̄REX, *vel* SCATV̄RIX, īcis. f. *Scaturigo.* Varr. modus matulae, *etc.* Iſmenias hic Thebogenes fluit ſcaturex. H Non. 2, 794.

SCATV̄RIO, īre. [βλύω, βλύζω, φλύζω, ἀνακλύζω] *Idem q* Scatere. Colum. 3, 1, 8 Modice tamen roſcidum ſolum, quod fontil non in ſummo, non in profundo terrae ſcaturiat, ſed vt vicinum dicibus humorem ſubminiſtret. *Metaphor.* Coel. ad Cic. Fa 8, 4 Totus, vt nunc eſt hoc ſcaturit: *id eſt, rebus et verbis prae fert. Sic Graeu. et Gronou. Alii legunt,* Hoc ſtatu erit, *Alii,* H ſcaturit. *vid. Turneb. Aduerſ. 13, 20.*

SCATVRIENS, entis. Aqua Pallad. 1, 33. Cunni vermicul ſcaturientes Priapei. 46. Scaturientes perdat vt loquacitas ſermo auras Prudent. Periſt. 10, 552.

SCATVRIES, ei. f. *de ſcabie ſuccreſcente ap.* Guil. Brit. 4, 2

SCATINIVS, a, um. *Gentis nomen: ſic melius ſcribitur, qu* Scantinius. *Huic debetur* Scatinia Lex, *vel, vt nonnulli,* Scantinia, *ſtupratores ingenuorum puerorum lata, cuius hiſtoriam dedit Io. Fr Chriſtius Halae 1727. 4. qui etiam veriorem ait ſcripturam* Scatini Prudent. Periſt. 10, 204 *de Ioue*

Qui ſi citetur legibus veſtris reus
Laqueis minacis implicatus Iuliae,
Luat ſeueram vinctus et Scatiniam.

Conf. Sueton. Domit. c. 8. *Apud* Val. Max. 6, 1, 7 *eſt* C. Scatini Trib. Pl. *cui* diem dixit ad populum M. Claudius Marcellus, quod lium ſuum de ſtupro appellaſſet — *Is* vno teſte, qui tentatus era damnatus eſt. *Sunt qui putent, ab hoc* Scatinio, *an* Scantinio *(var ant et hic libri) legem dictam, qua nimirum ille primum damnatus eſſ Sed probabile vel ideo eſt, a latore nomen eam habere, quod* Cic. Philipp. 16 c. 6 *in commendatione* municipii Aricini *dicitur,* Hinc Voconia hinc Scatiniae leges. *Modo non variaret lectio,* Atiniae, Santonia Sanctiniae. Iuuen. Sat. 2, 44 Quod ſi vexantur leges ac iura: c tari Ante omnes debet Scatinia. Vet. Schol. Lex de infamibus pun endi

elis. Poſtulandum me lege Scantinia curant Cael. ad Cic. Fam. 8, 12. Conf. ibid. 14. Vtroque loco Scantinia ſcribitur.

SCAVRVS, i. m. [σκαυρός, σκελλὸς, ςρεβλόπες Gloſſ. Lat. Gr.] Qui talos pedum depravatos habet. Hor. Serm. 1, 3, 48 — Hunc ...rum diſtortis cruribus, illum Balbutit Scaurum prauis fultum male talis. Acron, Scauri ſunt Qui extantes talos habent. Alii dicunt Scauros eſſe, Qui habent talos inuerſos. Horatius autem hoc in... dat, Scauri appellatione, quod id eſt etiam cognomen magnorum aliquot hominum, ſolatur pater, et aequo a ſe animo ferri teſtatur, vitium filii ſui. Plin. 11, 45 Vola homini tantum, exceptis quibusdam. Namque ...inc cognomina inuenta Planci, Plauti, Scauri, Panſae. add. Theod. Priſcian. de Diaeta c. 8. ¶ 2 Cognomen gentis Aureliae, ...inque Aemiliae: e quibus M. Aemilius Scaurus Princeps Senatus ſaepe laudatus Ciceroni, qui eius cognominem filium oratione defendit, cuius fragmenta, ab Aſconio Pediano ſeruata exſtant.

SCAZON, ontis. m. [σκάζων] Genus Iambici verſus veluti claudicans, quod et Choliambum appellant. habet enim in fine pro Iambo Spondeum: Sed tum in quinta regione eſt ſemper Iambus. Hanc legem accurate ſeruauit Perſius bis verſibus claudis, in Praefat. 1 Nec fonte labra prolui Caballino, Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo, etc. Huius carminis inventor fuiſſe dicitur Hipponax. Martial. 1, 97 Si non moleſtum eſt teque non piget, Scazon, etc. alloquitur epigramma ſuum hoc verſu ...ptum. Sic 7, 25 Apollinarem conueni meum, Scazon. Plin. Epiſt. 5, 11 Caue, ne illos libellos, quos tibi hendecaſyllabi noſtri blanditiis elicere non poſſunt, conuicio Scazontes extorqueant.

S C E

SCELETVS, i. m. [σκελετὸς Vet. Gl.] Vt finiunt poſt Galenum medici, ...tium humani corporis oſſium commiſſorum et colligatorum coordinatio: ...re libros ſuos de oſſibus περὶ σκελετῶ veteres inſcribebant. Hinc accu-...is eſt Apuleius Apol. p. 313 fin. Sigillum habere ad magica maleficia ...eti forma turpe et horribile. Ipſe deinde oſtendit, eſſe Mercurii ...illum, et prolato illo p. 315 pr. ait, En vobis quem ſceleſtus ille ſce... m nominabat. — Hiccine eſt ſceletus? haeccine eſt larua? Hunc qui ſceletum audet dicere, profecto ille ſimulacra deorum ...la videt, aut omnia negligit. Hunc denique qui laruam putat, ...eſt laruatus. Eſt igitur Sceletus compages oſſea, qua forma mor-... προσωποποιεῖν et repraeſentare olim ſolent pictores.

SCELERATVS, SCELESTVS, etc. vid. SCELVS.

SCELIO, onis. m. [σκυλῶν] Petron. Fragm. c. 50 Annibal ...o vafer et magnus ſcelio, i. praedo, a σκυλάω. Heinſio Stelio ...et, i. Stellio. Reineſ. Scelero, quod edidit Burm.

SCELOTYRBE, ſ. SCELETYRBE, es. f. [σκελοτύρβη vel ...ετύρβη] Morbi genus, quo compages in genibus reſoluuntur. Plin. 2... In Germania trans Rhenum caſtris a Germanico Caeſare promotis ...itimo tractu, fons erat aquae dulcis, qua pota intra biennium d...es deciderent, compagesque in genibus ſoluerentur, ſtomacacen ...ici vocant, et ſceletyrben. Hoc mali genere Aelii Galli exercitum la...raſſe ex Arabicorum fructuum eſu, auctor eſt Strabo lib. 15. Fit ...n mali huius mentio in medicis definitionibus Galeno attributis.

SCELVS, ĕris. n. [μύσος, ἀνόμημα, ἀσέβημα, μοχθηρία Vet. Gloſſ.] F...itium, facinus, in primis, quidquid contra pietatem in Deos, patriam, p...ntes, ſanguine coniunctos, deſignatur. Cic. Verr. 4, 71 c. 32 Q...d huic ſacri vnquam fore, aut quid fuiſſe religioſi putatis, qui n...c tanto ſcelere ſe obſtrictum eſſe non ſentiat. Et Cat. 2, 25 c. 11 H...c fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc ſcelus. In Verr. 4...8 c. 41 Eſt crimen ſceleris, quod religiones maximas violauit. Et ... c. 50 In quibus erant omnia, quae ſceleri propiora ſunt, quam re-li...oni. In Cluentiana paſſim Saſſiae ſcelus, i. in filium filiamque in...etas obiicitur, vid. v. g. n. 12 c. 5 etc. Eſt enim frequentiſſimum. Sic pr... Roſc. Amer. 62 c. 22 ſqq. Plaut. Stich. 1, 2, 24 Aduorſari (patri) ſi... dedecore et ſcelere ſummo haud poſſumus. Virg. Ecl. 9, 17 H... cadit in quemquam tantum ſcelus? interficiendi bonum ciuem. Sic a...mpietatem in affinem pertinet. Pygmalion, ſcelere ante alios im...manior omnes Virg. Aen. 1, 351. Miniſtri ſceleribus Tacit. A...n. 6, 36. Affinis ſcelerum Cic. pro Sulla 70. Artifex ſce-le...m Sen. Troad. ſ. 8. Ad Auctorem redit ſceleris coacta Culpa Id...n ibid. v. 870. Conatus ſcelerum Stat. Silu. 5, 2, 87. Ferox ſc...erum Tacit. Ann. 4, 12. Hortator ſcelerum Virg. Aen. 6, 529. In...go ſceleris Quinctil. 6, 1. Inſtinctor ſceleris Tacit. Hiſtor. 1, . Lugubris ſceleris Iouis hoſpitis ara Ouid. Met. 10, 224. M...hinator vel architectus ſcelerum Cic. pro Cluent. 60. Moli-m... ſceleris Ouid. Met. 6, 473. Miniſtri atque ſocii ſcelerum L...cret. 3, 61. ¶ 2 Epitheta: Clandeſtinum ſcelus, vid. CL...NDESTINVS in CLAM. Crudele ſcelus Virg. Aen. 2, 124. De...ſtabile ſcelus Cic. de Amicit. 27. Exitiale ſcelus Lacenae V...g. Aen. 6, 511. Grauiſſimum ſcelus Quinctil. 4, 3. Im-p...unum ſcelus, vid. IMPORTVNVS. Nullum ſcelus Impuni-tu... eſt, quoniam ſceleris in ſcelere ſupplicium eſt Sen. Epiſt. 97. In...unita ſcelera, vid. IMPVNITVS. Infandum ſcelus Senec. A...m. ſ. 13. Infeſtum ſcelus et immane Cic. pro Cluent. 188. In...ns ſcelus Sen. Octau. 3. Inuiſum ſcelus Idem Herc. Fur. 1. L...e ſcelus Idem Theb. 2. Nefandum ſcelus Lucan. 4, 228. Ne-fa...um ſcelus Cic. Fam. 1, 9. Proſperum ac felix ſcelus vocatur vi...us Sen. Herc. Fur. 251. Regia res, ſcelus eſt Ouid. Faſt. 5, ... Saeuum ſcelus Lucan 7, 766. O ſemper Timidum ſcelus! Stat. Theb. 2, 690. Non Vſitatum ſcelus Sen. Phoen. ſ. 2. ¶ Verba: Abeſſe ab aliquo ſcelere, vid. ABSVM. Ouid. Faſt. 1, ... Abuti ſcelere, vid. ABVTOR. Abuti ſcelere et ...dia ad alicuius exitium, vid. ABVTOR. Accepi ſcelus maius ...ium ſceleris Sen. Phoen. ſ. 1. Addere ſcelus in ſcelus, vid. A...O. Admittere ſcelus Hor. Serm. 2, 3, 212. Affluere ſcelere Ci... pro Cluent. 189. Aggredi ſcelus Ouid. Amor. 2, 2, 63. Al...gare ſe ſcelere Cic. pro Flacc. 41. Anhelare ſcelus, vid. AN-H...O. Arcere ſcelus Senec. Thyeſt. 1. Adſtringi ſcelere Ci... pro Sext. 108. Coarguere ſceleris, vid. COARGVO. Com-mi...ere ſcelus Quinctil. 3, 6. Conari ſcelus Idem 5, 3. Con-ci...re ſcelus, vid. CONCIPIO. Cic. de Prouinc. Conſul. 14 H... ſtatuit ſenatus primum homini ſceleribus flagitiis contaminatiſſi-m... nihil eſſe credendum, etc. Conuictus ſcelere Sen. Oedip. ſ. 12. C...pertus ſceleribus, Cruentari ſcelere, Cumulare ſcelus ſcelere, vi... ſſ. ll. Damnare aliquem ſceleris Ouid. Faſt. 5, 624. De-fu...i ſcelere aliquo Sen. Phoen. ſ. 2. Deuincire ſe ſcelere Cic. de ...ruſp. Reſp. 5. Edere ſcelus in aliquem Idem pro Sext. 58. Eſſ in ſcelere Idem pro Sulla 38. Exercent curae ſupplicium ſceleris parati Stat. Theb. 3, 4. Expendere ſcelus Virg. Aen. 2, 229 — et ſcelus expendiſſe merentem Laocoonta ferunt. h. e. Supplicium: ab eo quod praecedit, id quod ſequitur. Seruius, Meritas ſceleris poenas dediſſe. Expiare ſcelus Cic. in Piſon. 85. Facere ſcelus: Idem pro Roſc. Amer. 25 Intelligitur, Iudices, id quod iam ante dixi, imprudente L. Sulla ſcelera haec et flagitia fieri. Cui prodeſt ſcelus is Fecit Sen. Med. 501. Facere palam aliquod ſcelus Quinctil. 5, 10. Imbuere ſcelere Cic. Philipp. 5, 20. Diu non Latent ſcelera Flor. 3, 1, 6. Liberare ſcelere, vel A ſcelere Idem pro Marcell. ... Loquuntur mera ſcelera, vid. MERVS. Moliri ſcelus Cic. Sexcenta alia ſcelera moliri. Obligare aliquem ſcelere, vid. OBLIGO. Pendere eos poenas immani pro ſcelere omnes Lucret. 5, 119. Perficere ſcelus. Cic. pro Cluent. 194 Neque ad ſcelus perficiendum caeſis hoſtiis poſſe placari. Praetermittere, vel Praeterire ſcelus Cic. Fam. 1, 9. Saepe in magiſtrum ſcelera Redierunt ſua Sen. Thyeſte v. 311. Refugere Ouid. Faſt. 3, 51 Amne iubet mergi geminos, ſcelus vnda refugit. Relinquere monimenta ſcelerum Ouid. Amor. 1, 7, 31. Rependere poenas ſceleribus pares Senec. Oedip. 14. Quod quisque fecit, patitur: auctorem ſcelus Repetit, ſuoque premitur exemplo nocens Sen. Herc. Fur. v. 735. Reſiſtere ſceleri Ouid. Met. 10, 322. Soluere breues poenas magnis ſceleribus Sen. Oedip. 12. Suſcipere ſcelus aliquod Cic. Philipp. 11, 2. Suſpectare ſcelus alicuius Tacit. Ann. 1, 5. Tegendis ſceleribus obſcurum Idem ibid. 6, 24. Velandum ſcelere ſcelus Sen. Hippol. 5. Vlciſci ſcelera Idem Thyeſt. 3. Volutari in ſcelere Cic. Fam. 9, 3. ¶ 4 Obſeruat. Vt Iniuria, ſic Scelus etiam inanimatis rebus tribuitur, pro noxa etiam ſine conſilio illata. Plin. 25, 3 pr. poſt mentionem Serpentium, Nec beſtiarum ſolum ad nocendum ſcelera ſunt, ſed interim aquarum quoque et locorum. Deinde fontes noxios memorat, vid. Sceleſtus Annus: Sceleratum Frigus. Scelus, pro Scelerato aliquando ponitur. Scelus viri Plaut. Truc. 2, 7, 59. De muliere ſceleſta Plaut. Bacch. 5, 2, 57. Terent. Andr. 5, 2, 3 Scelus quem hic laudat? Vbi Donatus: Non eſt hic ſoloecismus, ad ſenſum enim, non ad verba reſpexit. Ibid. 3, 5, 1 Vbi illic ſcelus eſt qui me perdidit? Donatus: quia Scelus, Sceleſtus intelligitur, Qui ſubiunxit, non Quod. Scelus et Flagitium, differunt. Flagitium, peccatum eſt ab aliqua animi mollitie, aut ignauia profectum, quod dedecus ac turpitudinem affert: Scelus autem, vel cum aliqua crudelitate et caede, vel cum impietate coniunctum eſt. Cic. Att. 9, 12 Spes me ſuſtentabat fore, vt aliquid conueniret potius, quam aut hic (Caeſar) tantum ſceleris, aut ille (Pompeius) tantum flagitii admitteret.

SCELESTVS, a, um. Adi. [ἀνόσιος, ἀθέμιςος, ἀθέμιτος, ἀλιτήριος, ἔμπυσος] Qui ſcelus committit, ſoletue committere: ſed etiam epitheton ipſarum actionum eſt. Plaut. Milit. 3, 1, 139 Et minus audacter ſceleſta facerent facta. Et paullo ante, Atqui improbi et ſceleſti, iis adimerent animam cito. Hor. Od. 3, 2 extr. Raro antecedentem ſceleſtum Deſeruit pede Poena claudo. Quo, quo ſceleſti ruitis? Hor. Epod. 7, 1. i. infeſti patriae et ciuibus. Annum ſceleſtiorem locando argento foenori ego nunquam vllum vidi, quam hic mihi annus obtigit Plaut. Moſt. 3, 1, 1 ea ratione, vt Scelus. n 4. i. magis mihi infauſtum, etc. Ciuis ſceleſtus Cic. in Salluſt. 6. Plaut. Rud. 2, 6, 24 Sceleſtiorem coenam coenaui tuam, Quam quae Thyeſtae quondam ante poſita eſt et Tereo. Facinus ſceleſtum ac nefarium Cic. pro Roſc. Amer. 37 c. 13. Manus ſceleſtas euitare Sen. Agam. ſ. 11. Pectus ſceleſtum Idem Oedip. ſ. 12. Plebs ſceleſta Hor. Carm. 2, 4, 17. Res ſceleſta, atrox, nefaria Cic. pro Roſc. Amer. 62. Seruitus ſceleſta Plaut. Curc. 1, 1, 40. Compar. Liu. 5, 27 Sceleſtior ſermo. Sceleſtius iudicare aliquid Scribon. Epiſt. m. Superl. Sceleſtiſſimum ſchiſma Auguſt. Ep. 162. add. Tertull. de Carne Chr. c. 5. Plaut. Amph. 2, 1, 2 Sceleſtiſſimum te arbitror.

SCELESTE. Adu. [ἀνοσίως] Cic. Att. 6, 1 Illud de geſtu hiſtrionis tu ſceleſte ſuſpicaris, ego ἀφελῶς ſcripſi. Si quid ſceleſte fecit, lingua pro illo peierat Plaut. Aſin. 2, 2, 27. Sceleſte atque impie Liu. 24, 25 pr. Compar. Illic non quadrupes, non ſanguis humanus, ſed multo ſceleſtius pudor humanus, tanquam immolatus interit Auguſtin. Epiſt. 202. de ſpectaculis gentilium.

SCELERŌSVS, a, um. Adi. [κατάρατος] Proprie dicitur, vt ait Donatus, Auctor ſceleris. Ter. Eunuch. 4, 3, 1 Vbi ego illum ſceleroſum miſera atque impium inueniam? conf. Lucil. et Afran. apud Non. 2, 809. Sceleroſae mulieris contagio maculari Apul. Met. 10 p. 252. Facta ſceleroſa atque impia Lucret. 1, 84.

SCELERITAS, atis. f. Facti ſceleritatem eſſe obnoxiam Marcian. Dig. 48 t. 21 l. 3.

SCELĔRO, ōnis. m. Cic. Att. 9, 18 In qua erat Eros ſcelero. Sed varia eſt Lectio. Lambinus legit, Eros celeris; alii, Eros celeri; alii, Oratio celeris; alii, Area ſcelerum; alii ἄλως ſcelerum, et MS. Pal. Aero ſcelerum. Gronouius autem l. ἀγρώςη leti, vid. Barth. Adverſ. 11, 17. Reineſ. in Petron. p. 74. Conf. SCELIO.

SCELĔRO, āre. [μιαίνω] Polluere. Virg. Aen 3, 42 Parce pias ſcelerare manus. Dextram ſanguine ſcelerare Stat. Theb. 9, 666. Sanguine viuo fauces ſcelerare Idem ibid. 8, 761. Animum ſcelerare Sil. 16, 122. Catull. in Argon. ſ. 65, 404 Impia non verita eſt diuos ſcelerare penates.

SCELERĀTVS, a, um. [ἐναγὴς, ἐπάρατος, ἀσυμπαθὴς, μιαρὸς, μιάςωρ] Scelere ſuo vel alieno pollutus, atque adeo Sceleſtus et nefarius. Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratum et impium Cic. pro Deiot. c. 1. Cic. Att. 9, 15 Ego autem illum male ſanum ſemper putaui, nunc etiam impurum et ſceleratum puto. Facto pius et ſceleratus eodem Ouid. Met. 3, 5. Amor habendi ſceleratus Ouid. Met. 1, 131. Arma ſcelerata deuouere Idem ibid. 5, 102. Audacia ſcelerata Plin. 7, 44. Campus ſceleratus, Romae appellatus eſt, proxime portam Collinam, in quem virgines Veſtales, quae inceſtum fecerunt, defoſſae ſunt viuae. Feſtus. Add. Liu. 8, 15. Et, Sceleratus Vicus Romae, in quo quum Tarquinius Superbus interficiendum curaſſet Seruium regem ſocerum ſuum, corpus eius iacens filia carpento ſuperuecta eſt, properans in poſſeſſionem domus paternae. Feſtus. Cauſa parricidii ſceleratior parricidio Iuſtin. 10, 2, 1. Virg. Georg. 2, 256 — At ſceleratum exquirere Frigus, Difficile eſt. h. e. Nocens, omnia exurens. Seruius. vid. SCELVS n. 4. Gens ſcelerata Virg. Aen. 9, 137. Cic. Off. 2, 29 c. 8 Idem ſexto et triceſimo anno poſt a ſceleratiore Haſta (Proſcriptionis) non receſſit. conf. Att. 7, 2. et de Reſp. Aruſp. c. 3. Herba Apul. de Herb. c. 8 Si quis homo eam guſtauerit, ridendo exanimatur: eſt enim cauſtica. Ignes ſcelerati quibus ardebat templum Veſtae

Veſtae Ouid. Faſt. 6, 459. Mens ſtulta, non ſcelerata nobis fuit Idem Triſt. 1, 2, 100. Miles ſceleratus Lucan. 3, 130. Porta ſcelerata, quae et Carmentalis dicitur, vocata, quod per eam ſex et trecenti Fabii cum clientium millibus quinque egreſſi aduerſus Hetruſcos, ad amnem Cremeram omnes ſunt interfecti: qua ex cauſa factum eſt, vt ea porta intrare egrediue omen habeatur. Feſtus. *vid. et* Seru. *ad* Virg. Aen. 8, 337. Praelia ſcelerata Lucan. 2, 251. Puellae ſceleratae facta Ouid. Rem. Amor. 299. Idem Faſt. 5, 575 Mars ades, et ſatia ſcelerato ſanguine ferrum. Sedes ſcelerata Tibull. 1, 3, 67. *conf. Brouckhuſ. ad h. l.* Plaut. Pſeud. 3, 2, 28 Teritur Sinapis ſcelerata cum illis: qui terunt, Priusquam triuerunt, oculi vt exſtillent facit: *vt modo* Frigus *et* Herba. Terra ſcelerata Virg. Aen. 3, 60. Telum ſceleratius Senec. de Ira 3, 14. Vicus ſceleratus Liu. 1, 48. *vid. paullo ante* Campus ſceleratus. *it.* Ouid. Faſt. 6, 609. Vox inhumana et ſcelerata Cic. de Finib. 3, 64. *Compar.* Alio ſceleratior Ouid. Met. 11, 781. *Superl.* Homini poſt homines natos ſceleratiſſimo Cic. pro Domo 23 c. 9. *conf.* Quinctil. Declam. 10 *et* 372. Salluſt. Iugurth. c. 102. Auguſtin. Epiſt. 202 ad Nectarium. ¶ 2 *Obſeru.* SCELERATAS *ſe vocant* matres *in monumentis liberorum apud Reineſ. Inſcr. 12, 122. et 13, 47: et Fabrett. 3 p. 237. Sic* Liuia *apud* Albinouan. 135 Tene ego ſuſtineo poſitum ſcelerata videre? Tene meae poterunt vnguere, nate, manus. *Duritiae cuiusdam, et impietatis adeo ſ. ſceleris accuſat ſe in acceſſione affectus mater, ſi poſſit ſuperſtes eſſe filio, et illa ei officia praeſtare, quae potius ab illo exſpectanda erant. Ita* ſceleratam *ſe vocat* mater *apud* Quinctil. Decl. 10, 6 p. 218 *Burm. quae filium ſemel morte, ac deinde (ex ſua perſuaſione) rumpendo ſilentio amiſerat.* Sceleratam *in tali re infelicem interpretantur docti viri, quod tales vel ſint vel certe videantur, qui liberis ſuis ſunt ſuperſtites. Sed mihi perſuadet* Quinctil. 6 Pr. 3. *vbi* impiam viuacitatem *ſibi ipſe obiicit, et, quod ſuperſtes funeribus familiaribus eſſe ſuſtinuerit, ſe accuſat:* ſceleratum et impium *hic etiam habere notionem intermiſſae pietatis. Putabant autem per aeſtum triſtitiae, pietatis eſſe mortem ſibi conſciſcere in funere liberorum. Fauet huic interpretationi quod* Liuia *l. c.* Suſtineo *dicit, et* Poterunt. *Addamus hic differentias, neſcio quam bonas,* Donati *ad* Ter. Eun. 4, 3, 1 *Scleroſus* eſt multorum: *Sceleſtus* vel vnius [Sceleroſus proprie eſt] . auctor ſceleris: *Sceleratus,* in quo ſcelus ſit conſtitutum vel commiſſum. *Quae incluſimus ea vndecunque inculcata abeſſe debere putamus.*

SCELERĀTE. Adu. [μιαρῶς] Cic. pro Sext. c. 64 Omnes eſt inſidias ſceleratiſſime machinatus. *Et* Qu. Fratr. 1, 3 Quare peccaui, ſcelerateque feci. Domus per ſcelus erepta — ſceleratius etiam aedificata Cic. pro Domo c. 58. *add. ibid. c. 55.* Bellum ſcelerate ſuſceptum Cic. in Catil. 1, 26.

SCĒNA, ae. f. [σκηνὴ, θυμέλη] *Proprie, et prima ſignificatione eſt tabernaculum, vmbraculum: certe apud Graecos: his cum vterentur, qui primi fabulas agerent et ludos; nomen mox ad ſpectacula et illum locum, in quo actores agunt, translatum eſt.* Virg. Aen. 1, 164 Tum ſiluis ſcena coruſcis Deſuper, horrentique atrum nemus imminet vmbra. Seruius: Scena, id eſt, inumbratio. Et dicta eſt ſcena ἀπὸ τῆς σκιᾶς. Apud antiquos enim theatralis ſcena parietem non habebat, ſed de frondibus vmbracula quaerebant. Ouid. Art. 1, 105 Illic quas tulerant nemoroſa palatia frondes Simpliciter poſitae: ſcena ſine arte fuit. Caſſiod. Varr. 4, 51 Frons theatri Scena dicitur, ab vmbra luci denſiſſima, vbi a paſtoribus inchoante verno tempore, diuerſis ſonis carmina canebantur. *Quam late pateat* Scena, *ſic definitur* a Labeone *apud* Vlpianum l. 2 §. 5. De his, qui notantur infamia. Qua ludorum faciendorum cauſa quolibet loco, vbi quis conſiſtat, moueaturque, ſpectaculum ſui praebiturus, poſita in publico, priuatoque, vel in vico: quo tamen loco paſſim homines ſpectaculi cauſa admittat. Hactenus Labeo. *Haec autem, vt ait* Seruius, verſatilis erat, aut ductilis. Verſatilis, quae ſubito tota quibusdam machinis vertebatur, et aliam picturae faciem oſtendebat. Ductilis, quae tractis tabulis hac atque illac, interiorem picturae ſpeciem denudabat, *ad* Virg. Georg. 3, 24 Vel ſcena vt verſis diſcedat frontibus. Vitruu. 5. 7 *extr.* Scenae ſuas habeant rationes explicatas, ita vti mediae valuae ornatus habeant aulae regiae, dextra ac ſiniſtra hoſpitalia (*hoſpitibus excipiendis apta cubicula*) Secundum ea autem ſpatia adornatus comparata (quae loca Graeci περιάκτας dicunt, ab eo, quod machinae ſunt in iis locis verſatiles trigonos habentes) in ſingula tres ſint ſpecies ornationis, quae cum aut fabularum mutationes ſunt futurae, ſeu deorum aduentus cum tonitribus repentinis, verſentur, mutentque ſpeciem ornationis in frontes. *Tum* c. 8 *pr.* Genera autem ſunt ſcenarum tria, vnum quod dicitur Tragicum, alterum comicum, tertium Satyricum — Tragicae deformantur columnis, faſtigiis, et ſignis, reliquisque regalibus rebus; Comicae autem aedificiorum privatorum et moenianorum habent ſpeciem — Satyricae vero ornantur arboribus, ſpeluncis, montibus, reliquisque agreſtibus rebus, *etc. Perſequitur enim reliquam ſcenae, et totius theatri, deſcriptionem. De magnificentia ſcenarum, vid.* Val. Max. 2, 4, 6. Plin. 34, 7. 35, 4. 36, 1. 2. 5. 6 *et* 15. *quo vltimo loco deſcribit* Scauri theatrum. Scena ei triplex in altitudinem, CCCLX columnarum — ima pars ſcenae e marmore fuit, media e vitro — ſummae tabulis inauratis columnae, *etc. Ad illum luxum reſpicit* Virg. Aen. 1, 433 Immaneſque columnas Rupibus excidunt, ſcenis decora alta futuris. ¶ 2 *In his itaque* ſcenis *theatrorum fabulae ſ. dramata trium generum, quae ex Vitruuio memorauimus, Comica, Tragica, Satyrica agebantur. Acceſſere Mimi et ſimiles ludi, qui cantu et ſaltatione ſ. geſtibus conſtant.* Scenae ſpectacula amantur Ouid. de Arte Am. 3, 351. Cic. de Nat. Deor. 3, 69 Nec ſolum ſcena referta eſt iis ſceleribus, ſed multo vita communis paene maioribus. Idque tum in vita, tum in ſcena intelligi poteſt ex iis fratribus, qui in Adelphis ſunt Cic. de Senect. 65. Oreſtes agitatus ſcenis Virg. Aen. 4, 471. Ire ad ſcenam, Prodire in ſcenam Nep. Praef. n. 4. 5. Agere geſtum in ſcena Cic. de Orat. 2, 233. Stare in ſcena Hor. Epiſt. 2, 1, 205. In ſcenam producere, et Reducere in ſcenam Plin. 7, 48. Redditi ſcenae pantomimi Tac. Ann. 14, 21, 7. Cic. pro Qu. c. 25 Etenim cum artifex eiusmodi ſit, vt ſolus dignus videatur eſſe, qui in ſcena ſpectetur, tum vbi eiusmodi eſt, vt ſolus dignus videatur, qui eo non accedat. *de Roſcio Comoedo. Add.* Id. Off. 1 c. 31. Nos quoque habuimus ſcenam competitricem Cic. pro Mur. c. 19. Scena *ſunt ludi Scenici, quibus Competitor Ciceronis gratiam populi adeptus eſt. In partibus fabularum* Scena *vocatur quoties perſona vel accedit, vel abit: vt* Actus *quoties diſcedunt omnes et ſcenam relinquunt vacuam.* ¶ 3 *Metaphora elegans eſt, qua actiones et negotia ſeria hominum, quatenus praeſertim fictum quiddam habent, et ad fallendos alios compoſitum,* ſcena *vocantur.* Coelius ad Cic. Fam. 8, 1 Scena rei totius haec: ... peius tanquam Caeſarem, *etc.* Quod ſi in ſcena, id eſt in concion... qua rebus fictis et adumbratis loci plurimum eſt, tamen verum ... Cic. de Amicit. 97 c. 26. Diſcutiendae tamen oratione huius ... ſcenae Quinctil. 6, 1, 49. Cic. ad Brut. 9 Tibi nunc popu... ſcenae, vt dicitur, ſeruiendum eſt, *i. agenda quam commodiſſim... ſuſtinenda perſona, quam ſuſcepiſti.* Ne quid ſcenae deeſſet, *i. ... paratus ad fallendum compoſitus* Petron. c. 117. *Conf. Gonſal. ad* Pe... p. 193. Scena minore, *pro Minore apparatu et oſtentatione* Suet. Calig. ... *Ex parte huc referas* Liu. 5, 21 *enarrata fabula fidem ſuperante,* Hae... oſtentationem ſcenae gaudentis miraculis aptiora quam ad fidem. *de Veiis narrantur ibi, apta ad ſcenicam repraeſentationem, aut ſi... illi narrationem, non facile fidem inueniunt apud prudentiores. comparatio potius eſt et Icon, quam metaphora.* Tac. Ann. 13, ... Domitia — per concubinum Atimetum, et hiſtrionem Par... quaſi ſcenae fabulas componit. *Sed* Ann. 14, 8, 6 Ipſe — ... nam criminis vltro parat, gladiumque dum mandata perfert, ab... inter pedes eius, *etc. de Nerone Anicetum perdente. vid. locus Apuleii, ... damus in* SCHEMA, ae. Dial. de Oratorib. 35 *pr.* At nunc a... ſcentuli noſtri deducuntur in ſcenas ſcholaſticorum, qui Rhetore... cantur. Omitto illa, quae ſi minus in ſcena ſunt, at certe, ... ſunt prolata, laudantur Cic. pro Planc. c. 12. Ouid. Triſt. ... 48 Scena manet dotes grandis, amice, tuas. Plin. Epiſt. 7, ... Vtique ſi latior ſcena et corona diffuſior, *de oratore.* ... Scenam genus fuiſſe cultri manifeſtum eſt: ſed vtrum ſecuris a... labra ſit, ambigitur: quam Cincius in libro, qui eſt ei de v... priſcis, dolabram ait eſſe Pontificiam. Liuius in Lydio, Cor... quaſi ictus ſcena, haud multo ſecus. *Haec* Feſtus. *Sed eſt alia q... ſub ipſius, vt et* Paulli *nomine obſeruatio,* Scena ab aliis, a quibu... Sacena appellatur dolabra pontificalis. *Quid ſi* Secena *a Secando ... gnata* Seceſpitae. ¶ 5 Scenas (Scenſas) Sabini coena... cebant, quae autem nunc prandia ſunt, coenas habebant, et pro c... veſpernas appellabant. *Haec* Feſtus Paulli. *Scaliger malebat* ceſu... *inde deriuabat* Silicernium *pro* Silicesnium: Sceſnas *Voſſius, quod ... pius ad* Scenſas *accedit, vt eſt in libris. Caeterum arripit hoc* Meu... *et facit Sabinorum dialectum, quam ad* Scenaculum, *et* Scenicolas ... *accommodat, vid.* SCHOENICOLA.

SCENĀLIS, e. Adi. *vt,* Lucret. 4, 77

Namque ibi conſeſſum caueaï ſubter et omnem
Scenalem ſpeciem patrum matrumque deorumque
Inficiunt.

h. e. Colorant omnem ornatum et cultum ſcenae.

SCENARIVS, a, um. *Idem.* Ammian. 28, 4 Artifices ſce... per ſibilos exploduntur.

SCENATĬCVS, a, um. *Idem.* Comici nitidi, ſcenatici ... *apud* Non. 2, 822.

SCENATĬLIS, e. Adi. *Idem.* Varro *apud* Non. 2, 822 Sed c... trulle ne meum taxis librum Si te pigeat hic Modi ſcenatilis.

SCENĬCVS, a, um. Adi. [σκηνικὸς] *Idem. Quod ad ſcenam pert... qui in ſcena agit.* Cic. pro Planc. 30 Quod dicitur Atinae factu... iuuene, vetere quodam in ſcenicos iure, maximeque oppidano. ... Off. 1, 114 Suum igitur quisque noſcat ingenium, acremque ſe et ... norum et vitiorum ſuorum iudicem praebeat, ne ſcenici plus quam ... videantur habere prudentiae. *Sic* Quinct. 11, 3, 158. *Plene,* Actores ... nici Quinctil. 6, 1, 26. *et* 11, 3, 8. Adulteria ſcenica Ouid. Triſt. 2, ... Cic. pro Arch. 10 Quod ſcenicis artificibus largiri ſolebat, id huic ſ... ma ingenii praedito gloria noluiſſet. Artifices ſcenici imitantur ... ctus, *etc.* Sen. Ep. 11. Decor ſcenicus Quinctil. 2, 10. Dicacitas ſce... Id. 6, 3. Geſtus et motus Id. 1, 11, 3. Modulatio Id. 11, 3, 57. Nihil ... nicum apud Graecos pudori eſt Liu. 24, 24. Oſtentatio ſcenica Id. ... Plebs ſcenica Stat. Silu. 1, 6, 73. *actores vulgares.* Cic. de Orat. ... c. 8 Quis vnquam res praeter hunc tragicas paene comice, triſte... miſſe, ſeueras hilare, forenſes ſcenica prope Venuſtate tracta... Scenicum eſt Quinctil. 11, 3, 123. *i. ſcenam et ſcenicos decet, non ... torem. conf.* Sueton. Neron. c. 21. Tac. Ann. 15, 59.

SCENICE. Adu. [σκηνικῶς] *vt,* Facere aliquid ſcenice Q... ctil. 6, 1, 38.

SCENIFACTOR *aut* SCENAEFACTOR, oris. m. Ar... in Act. Apoſt. 2, 506. *de Paullo.*

SCENOFACTORIVS, a, um. Adi. [σκηνοποιητικὸς] Ars ... nofactoria, *qua fiunt vmbracula et tabernacula, quacunque re fiant, vt ... laeis vel pellibus. Legitur in* Vulg. Int. Act. Apoſt. 18, 3 *de Paullo.*

SCENOPEGIA, orum. n. Pl. [σκηνοπηγία] *Feſta taberna... rum, in quibus Iudaei faciebant tabernacula ad ſimilitudinem illorum ... quibus habitauerant, quum ex Aegypto peregrinarentur in eremo.* Ab σκ... *et* πήγνυμι Vulg. Int. Ioh. 7, 2.

SCENĪTAE, *Populi ſunt Arabiae Felicis, auctore* Plinio 6, 28 ... et a tabernaculis cognominati, quae ciliciis metantur vbi libuit. ... linus 63 Scenitae cauſas nominis inde ducunt, quod tentoriis ſ... dunt, nec alias domus habent. Ipſa autem tentoria Cilicina ſ... ita nuncupant velamenta e caprarum pilis texta. Praeterea carn... ſuillis prorſus abſtinent. Sane hoc animalis genus, ſi inuec... illo fuerit, moritur ilico. *Hos* Scenitas *deinde* Saracenos *a...* latos, *indicat* Ammianus 22, 15. *et* 23, 6. *Scribitur et* Schenitae.

SCENOGRAPHIA, ae. f. *Dicitur ex definitione* Vitruuii 1, 2 eſt Frontis et laterum abſcedentium adumbratio ad circinique... trum omnium linearum reſponſus. *Quomodo differt ab* Ortho... phia *et* Ichnographia. *Vid. Salmaſ. Exerc.* Plin. p. 577.

SCENSA, *pro* COENA *antiqui dicebant, vid.* COENA.

SCEPTICVS, a, um. [σκεπτικὸς] *Nomen a verbo* σκέπτεσθαι ... *ctum, quod conſiderare ſignificat, et diſpicere, tribuiturque illi phi... phiae, atque* philoſophis *illis, qui ſemper* diſpicere, conſiderare, d... tare *ſe dicunt, nihil ponunt, nihil affirmant, aliorum modo dogmata ... tere conantur. vid. Diogenes Laertius in Pyrrhonis vita.* Gell. ... 5 *pr.* Quos Pyrrhonios philoſophos vocamus, ii Graeco cognome... σκεπτικοὶ appellantur. Id ferme ſignificat, quaſi Quaeſitores ... conſideratores. Nihil enim decernunt, nihil conſtituunt; ſed ... quaerendo ſemper conſiderandoque ſunt, *etc. Ibidem quaerit,* q... inter Pyrrhonios, et Academicos philoſophos interſit. Vtri... enim σκεπτικοὶ — nihil affirmant, nihilque comprehendi putant. ... ex omnibus rebus perinde viſa fieri dicunt, quas Phantaſias appell... non vt ipſarum natura eſt, ſed affectio animi corporisue eſt eorum, ... quos ea viſa perueniunt. — *Tandem reſpondet, in hoc potiſſim... differre inter ſeſe, quod Academici quidem ipſum illud, nihil p... comprehendi, quaſi comprehendunt: et nihil poſſe decerni,* q... dec...

[d]cernunt: Pyrrhonii ne id quidem vllo pacto videri verum dicunt, [qu]od nihil eſſe verum videtur. *vid. Sext. Empiric.* Quinctil. 10, 1, 14 Scripſit non parum multa Corn. Celſus Scepticos ſecutus.

SCEPTOS, i. m. * [σκηπτός] Generale omnibus, quae de nubibus [ca]dunt, nomen eſt Apul. de Mundo p. 64.

SCEPTRUM, i. n. [σκῆπτρον, σκηπάνιον] *Haſta, Baculus, [V]irga, eſt, qua reges maieſtatis gratia vtuntur; res primo ad percuti[end]um facta, vnde Graecum nomen eſt, item ad arcendum, dirimendum, [ver]bo regendum gregem; inde regum geſtamen, qui ſunt, Homerica etiam [a]ppellatione, paſtores quidam populorum.* Iuſtin. 43, 3, 3 Reges [pri]mi Romanorum haſtas pro (*recentiore*) diademate habebant, quae [Gr]aeci ſceptra dixere. Nam et ab origine rerum pro Dis immor[tal]ibus veteres haſtas coluere, ob cuius religionis memoriam adhuc [Deo]rum ſimulacris haſtae adduntur. *Conf.* Seru. *ad* Aen. 12, 206. [Ci]c. pro Sext. 57 c. 26 Sedens cum purpura et ſceptro et inſignibus i[l]l. regiis. *de rege Ptolemaeo.* *Etiam de* Auguſti ſtatua (*forte tri[um]phali*) Sueton. Galba c. 1 *extr.* Auguſti Sceptrum e manibus excuſſum [...]e. *Triumphantium in habitu pingendo* Iuuenal. 10, 43 Da nunc et vo[lu]crem (*aquilam*) ſceptro quae ſurgit eburno. Grauitas ſceptri [O]uid. Met. 2, 847. Eburno ſceptro innixus Idem ibid. 1, 178. [Tr]itiale ſceptrum tyrannis Stat. Theb. 1, 34. Gemmantia ſceptra [O]uid. Met. 3, 264. Regale ſceptrum Idem Amor. 3, 1, 13. Sub[...]e ſceptrum Iouis Claud. Conſ. Stilich. 2, 210. Superba ſceptra [Lu]cret. 5, 1136. *Per metonymiam vſurpatur pro ipſo Imperio, vt* [Vi]rg. Aen. 7, 173 Hic ſceptra accipere, et primos attollere faſces Re[gi]bus omen erat. Capit ſceptra loci, rerumque moderamen Ouid. [Me]t. 6, 677. Potiri ſceptris Virg. Aen. 9, 267. Potiri per[d]eni ſceptro et regem eſſe Ouid. Met. 15, 585. Qui ſceptra duro [ſaev]us imperio Regit, Timet timentes, metus in auctorem redit Sen. [O]dip. v. 705. Reponere aliquem in ſceptra, Regno reſtituere [Vi]rg. Aen. 1, 257. Tenere ſceptra Idem Aen. 1, 61. Trans[fe]rre ſceptrum alio Stat. Theb. 11, 649. Sceptrum *Tragoedia[e] [...]amen, quae reges et eorum caſus canat.* Ouid. Am. 2, 18, 13 Sceptra [ta]men ſumſi, curaque Tragoedia noſtra Creuit. *Et* Am. 3, 1, 14 *[...] Proſopopoeia Tragoediae*, Laeua manus ſceptrum late regale tenebat. [..]63 Altera me ſceptro decoras, altoque cothurno.

SCEPTRIFER, ĕra, ĕrum. Adi. [σκηπτροφόρος] *Vt*, Manus [ſce]ptriferae Ouid. Faſt. 6, 480. Sceptrifero ſub diademate Mart. [Ca]pella 9 p. 309. Sil. 17, 143 Sceptriferas arcta palmas vin[cir]e catena.

SCEPTRIGER, ĕra, ĕrum. Adi. Sil. 16, 244 Sceptrigero cum [...]e pari ſub honore reſidunt.

SCEPTUCHUS, i. m. [σκηπτοῦχος] *Sceptrum tenens.* Tac. Ann. [6,] 33, 3 Contra Pharaſmanes adiungere Albanos, accipere Sarmatas, [ſce]ptuchi vtrinque donis acceptis more gentico diuerſa induere. [C]*f. Leunclau. ad Xenoph. p. 1041. et in Pand. Turc. c. 223 et 199.*

SCERIA, *vid.* SCHERIA.

S C H

SCHASTERIA, ae. f. [σχαστηρία] *Pars nauis, vbi interquieſcente [na]vigatione reponebantur remi.* Plaut. Aſin. 3, 1, 16 Quin pol ſi, re[d]iui remum ſola ego in ſchaſteria. *Sic legit Turnebus Adaerſ. 4, 13 [...] perperam; nam codices omnes caſtigatiores exhibent* Calleria. *v. v.*

SCHEDA, ae. f. [σχίδη, σχέδος] *Philura papyri nondum conglutinata.* Plin. 13, 11. *Vid. locus, quem damus in* CHARTA. ¶ 2 [..]o plagula *vel particula chartae iam confectae.* Cic. Att. 1, 20 *extr.* [T]unc, ſi amas me, ſi te a me amari ſcis, enitere per amicos, clientes, [ho]ſpites, libertos denique ac ſeruos tuos, vt ſcheda ne qua depereat, [i]n et Graecis his libris quos ſuſpicor, et Latinis, quos ſcio illum re[liq]uiſſe, mihi vehementer opus eſt. *Vetus codex* Scida: *quemadmo[du]m etiam ap.* Cic. Fam. 15, 16 *pr. legunt Victor. et Graeu. Conf. In[...] et Graeu. Epp. ad Heinſ. quae occurrunt in Sylloge Burm. T. IV.* [Ma]rtial. 4, 91 Nec ſumma potes in ſcheda teneri. *h. e. in fine ipſo [ult]imae chartarum, ex quibus conſtat volumen.* Quinctil. 1, 18, 19 [I]am qui omnes, etiam indignas lectione Schedas excutit, anilibus [qu]oque fabulis accommodare operam poteſt. *Videtur ad h. l. accom[mo]dari poſſe, quod eſt apud* Iſid. 6, 14 Scheda eſt, quod adhuc emenda[tur], et nondum in libros (*f. libros*) redactum eſt.

SCHEDULA, ae. f. Dimin. [σχεδάριον] Cic. Fam. 15, 16 Haec [e]t tertia iam epiſtola ante oppreſſit, quam tu ſchedulam aut literam. [Vi]*ctor.* Scidulam: *al.* Schedam.

SCHEDIA, ae. f. [σχεδία] Genus nauigii inconditi, trabibus [tan]tum inter ſe connexis facti, quo mercimonia circumferunt poſt [am]iſſam nauim. Vnde ſchedia quoque vſus poëmata dicit et verſus, [no]n ſatis perfecti qui eſſent. *Haec* Feſtus. Vlpian. in l. 1 §. 6 [ff.] de exercit. act. Nauem accipere debemus, ſiue marinam, ſiue in ali[qu]o ſtagno nauiget, ſiue ſchedia ſit. *Sic Budaeus et Haloander, et [...] Florentinae.* Synedria, *vnde vel vbi ſint, neſcio.*

SCHEDION, i. n. *Dicitur a Graecis Extemporaneum, id eſt, quid[qui]d inelaboratum, quidquid temere factum eſt, nec ſatis confectum.* [...], ex tempore dictum Gloſſ. Vet. Sed ne me putes impro[ba]ſſe Lucilianae humilitatis ſchedium Petron. c. 4. *Vid. Burm. ad h. l.* [..]S Auſonius *Libellum Epigrammatum gratia puellae conſcriptorum vocat* [S]chedium, Biſſula in hoc ſchedio cantabitur, aut Eraſinus. Si[...]d. 9, 16 Si quod ſchedium temere iacens chartulis putribus ac veter[...]nis continebatur. *Vid. Creſoll. Theatr. Rhet. 3, 11.*

SCHEDICUS, a, um. Adi. [σχέδιος] *Extemporarius, ſubitarius, [tu]multuarius, inelaboratus:* Apuleius Florid. p. 364, 34 Etiam in iſto, [...]ut Lucilius Schedico (*Sic editt. Roman. et Aldin. al.* ſchedio) et in[...]edito experimini, an idem ſim repentinus, qui praeparatus.

SCHEMA, atis. n. [σχῆμα] *Forma, figura, cultus, ornatusue.* [Fo]rmas Graeci σχήματα dicunt Vitruu. 1, 6. *Add.* Idem 3, 1. *et* 8[..]. Geometrica ſchemata Vitruu. 6 praefat. Quinctil. 1, 9[..] Figura eſt conformatio quaedam orationis, remota a communi et [pri]mum ſe offerente ratione. *Et* n. 11 Proprie Schema dicitur in [...] ſu vel ſermone aliqua a vulgari et ſimplici ſpecie cum ratione mu[ta]tio: ſicut nos ſedemus, incumbimus, reſpicimus. *Viden[d]um totum hoc caput.* Cic. de Clar. Orat. 274 c. 79 Erant [...]a em et verborum et ſententiarum illa lumina, quae vocant Graeci [σχή]ματα, quibus tanquam inſignibus in ornatu diſtinguebatur [...]onis oratio. *Conf.* Ibid. 69 c. 17 *extr.* *et* 141 c. 37. Sche[ma]ta vſitatius dicimus quam figuras Auguſtin. de Trin. 15, 9. [Or]namenta verborum, ſententiarumque, quae appellantur σχήματα C. in Topic. 34. Non iniucunda ſchemata Quinctil. 4, 5. ¶ 2 *Eſt anguſtior quaedam huius vocis ſignificatio, de qua* Quinctil. 9, 1, 14 Verum id ipſum anguſte Zoilus terminauit, qui id ſolum putauerit *Schema*, quo aliud ſimulatur dici quam dicitur: quod ſane vulgo quoque ſic accipi ſcio: vnde et *figuratae controuerſiae* quaedam vocantur. *Locus claſſicus eſt* 9, 2, 65 Iam ad id genus, quod et frequentiſſimum eſt, et exſpectari maxime credo, veniendum eſt, in quo per quandam ſuſpicionem, quod non dicimus accipi volumus, non vtique contrarium, vt in Ironia, ſed aliud latens, et auditori quaſi inueniendum, quod iam fere ſolum ſchema a noſtris vocatur, et vnde *controuerſiae figuratae* dicuntur. Eius triplex vſus eſt, vnus ſi dicere palam parum tutum eſt; alter, ſi non decet; tertius qui venuſtatis modo gratia adhibetur *etc. Multa enim deinde de tota re Fabius. Ad alterum illum vſum pertinet* Martial. 3, 68 Schemate non dubio, ſed aperte nominat illam, Quam recipit ſexto menſe ſuperba Venus: *quae Priapi ſ. mentulae periphraſis eſt.* Sextus menſis *eſt Auguſtus, quo myſteria Eleuſinia celebrabantur, in quibus phallorum vſum fuiſſe conſtat. Quod enim dicunt, VII Kalendis Auguſti extra portam Collinam cum pompa a mulieribus portatum ad Veneris fanum, et repoſitum in* [...] *Priapum, neſcio an probari poſſit. Neque huc faciunt, quae laudant ex* Prud. in Symm. 1, 103 *ſqq. et* Auguſt. de C. D. 7, 21. *Sed redimus ad* ſchema. Quinct. 5, 10, 70 Quo ſchema, ſi intelligitur? Quo, ſi non intelligitur? *Conf.* FIGURA. ¶ 3 Schemata cognationum, *non* Stemmata *dici putat* Alciatus Parergôn 2, 30 *ſicque apud* Paullum in l. penult. de gradib. *legendum eſſe admonet.*

SCHEMA, ae. f. *Idem. Senſu rhetorico.* Petron. 44 Nec ſchemas loquebatur. *Vid. Burm. et* SCHEMA, atis. n. 2. *Pro Ornatu et habitu* Plaut. Amphit. Prol. 117 Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini, quod ego huc proceſſi ſic cum ſeruili ſchema. *In antiquioribus codicibus* Scema *abſque adſpiratione ſcriptum viſitur, non minus quam aliis locis. Add.* Plaut. Perſ. 4, 11, 2. Apul. Met 4 p. 151, 30 *de Thraſyleone in vrſina pelle latente*, Scenam, quam Sponte ſumſerat, cum anima retinens, nunc fugiens nunc reſiſtens, variis corporis ſui ſchemis ac motibus tandem domo prolapſus eſt. *Schemae hic non extrinſecus aſſumtum aliquid notat, ſed ipſam corporis figurationem et habitum. Sic* Sueton. Tib. c. 43 Cubicula — tabellis ac ſigillis laſciuiſſimarum picturarum et figurarum adornauit, librisque Elephantidis inſtruxit, ne cui in opera edenda exemplar imperatae ſchemae deeſſet. *Multa hic de re et nomine Viri docti.*

SCHEMATISMUS, i. m. [σχηματισμός] *Figuratio.* Quinctil. 1, 8 Vitia in carmine metaplaſmos, et ſchematiſmos et ſchemata vocamus. *vid. Burm. p. 97.*

SCHENITAE, *vid.* SCENITAE.

SCHERIA, ae. f. Inſula eſt ex aduerſo Theſprotiae, a Buthroto XII. M. paſſ. diſtans, quae aliis nominibus Phaeacia et Corcyra dicitur, Alcinoi hortis celeberrima, olim etiam Drepane appellata Plin. 4, 12.

SCHESIS, is. f. [σχέσις] *Habitudinem ſignificat vel Affectionem. Accipitur autem pro* Figura *non abſimili* anthypophorae, qua aduerſariorum affectum quemlibet fingimus, cui mox reſpondeamus. Vt in illo (Virg. Aen. 10, 75) Indignum eſt Italos *etc.* Haec non ita Iuno propoſuit, quaſi manifeſte Venus indignum eſſe dixiſſet, ſed quaſi indignum eſſe Veneri fingeret, vel ſuſpicaretur. Haec Latine dicitur Adfictio. *Hactenus* Rutinian. p. 36 *ſ. Pithoei.*

SCHIASIS *vel* SCIASIS, is. f. *i. iſchiadicum malum.* Arthriticos ſchiaſinque curat Macer 1, 12. *Conf. 1, 2, 9.*

SCHIDIAE, arum. f. *Pl. Sunt Fragmenta ſ. aſſulae, quae fabri materiarii ex ligno deiiciunt.* Vitruu. 2, 1 Interuallaque quae relinquuntur propter craſſitudinem materiae, ſchidiis et luto obſtruunt. *Et* 7, 10 Sarmenta aut taedae ſchidiae comburantur.

SCHINOS, [σχῖνος] *Arbor eadem, quae Lentiſcus, maſticen exſudans, ex cuius ligno cuſpides fiunt, purgandis dentibus accommodae, vnde* σχινοτρῶγες *a Graecis dicti ſunt Homines delicatiores, qui, vt dentibus candorem concilient, perpetuo lentiſcum arrodunt. Vid. Dioſcor. 1, 77. Fabric. ad* Hieron. de Scriptor. Eccleſ. c. 63 *not. l.*

SCHINUSSA, ae. f. Inſula eſt Aſiatici maris, *auctore* Plin. 4, 12 *forte a multitudine harum arborum dicta.*

SCHISMA, atis. n [σχίσμα] *Latine Sciſſura, a Graeco* σχίζω, *quod eſt ſcindo: hinc Diuiſionem in Religione* Schiſma *dicimus, cum varii varia de eius partibus ſentiunt, integris manentibus principiis.* Samaria deſciuerat ab Iſraële, habens ſchiſma illud ex decem tribubus Tertull. adu. Marc. 4, 35. Apoſtolus diſſenſiones et ſchiſmata increpat Tertull. de Praeſcr. adu. Haer. c. 5. *Add.* Sidon. Epiſt. 8, 14. *Hinc*,

SCHISMATICI, *dicti ſunt, qui in Eccleſia diuiſionem et diſcidium faciunt.* Tertull. adu. Marc. Hieron. Ep. 21 ad Paullum Concordienſem *ſub fin.* Schiſmaticum *accurate definit* Auguſtinus *et ab* Haeretico *diſtinguit* de Fide et Symb. c. 10.

SCHISTUS, a, um. Adi [σχιστός] *Fiſſus, vel fiſſilis, graecum epitheton, quod pluribus rebus tribuitur. V. g.* Plin. 28, 9 Medici ſpeciem vnam addidere lactis generibus, quod ſchiſton appellauere. *Docet deinde facere, et ſinit*, ablatum deinde igni refrigeratione diuiditur, et diſcedit ſerum a lacte. *Vnde apparet ratio nominis. Sic* Schiſta genus ceparum Plin. 19, 6 *haud dubie fiſſilis, inſtar allii.* Plin. 29, 3 *de Ouis*, Fiunt et tota lutea, quae vocant ſchiſta, quum triduo incubata tolluntur, *forte a rupto vitello.*

SCHISTON, i. n. *aluminis genus, ap.* Plin. 35, 15. Schiſtum alumen Celſ. 5, 2. Haematitae genus Schiſton Plin. 36, 20. *Sed in pr. capitis* Haematites et ſchiſtos cognationem habent. *Add.* 33, 4 *ad fin. it. Dioſc.* 5, 145.

SCHOENEUS, i. m. [Σχοινεύς] *Qui et* Iaſius, *rex Arcadiae fuit, filius Abantis et Atalantae pater. Hinc*

SCHOENEIUS, a, um. Adi. [Σχοινήιος] *Vt*, Virgo Schoeneïa, *Atalanta* Ouid. Triſt. 2, 399. *Add.* Met. 10, 611 *et* 660.

SCHOENEIS, dis. f. Patronym. [Σχοινηΐς] *Eadem.* Ouid. Am. 1, 7, 13. Idem Epiſt. 16, 263 Vt tulit Hippomenes Schoeneida, praemia curſus.

SCHOENICŎLAE, *vel* SCHOENICULAE, ārum. f. *Pl.* Plautus (*ſi Feſtum audimus*) ſic videtur appellare meretrices, propter vſum vnguenti ſchoeni, quod eſt peſſimi generis, itaque dixit diobolares ſchoenicolae, miraculae, cum extritis talis, cum todellis cruſculis: item Proſedas, piſtorum amicas, reliquias halicarias, miſeras, ſchoeno delibutas, ſeruolicolas, ſordidas. *Prior locus non exſtat alias. Videri poteſt, qui illum emendet et concinnet Scaliger ad Varron. p. 134 ſq. Probat certe* ſchoenicolas, *et eas reſtituit pro* coenicolis *vult in Plauti* Poenulo. *Hic eſt alter locus a Feſto prolatus, nempe* 1, 2, 55 *vbi pri-*

mae

mae editt. Miſeras ſchoeno delibutas, ſchoenicolas, ſordidas. Camer. Coeno delibutas, ſeruilicolas: Schoeno delibutas ſeruolicolas Grut. it. Gronou. Meurſius autem totum illud de Schoeno vnguento meras eſſe nugas decernit: ſcoenum dixiſſe Sabinos pro coeno, et ſcoenam pro coena, ſcoelum pro coelo. Nempe ſic etiam Amphitr. 3, 1, 3 ſcenaculum eſſe pro coenaculo. Vid. SCENA n. 5. Ergo legit ſcoeno ſ. coeno delibutas, vt Poen. 4, 2, 4 Neque tam luteus, neque tam coeno collitus. Et Scaliger vſurpaſſe videtur libros, in quibus coenicolae eſſent, i. in coeno et ſordibus habitantes. Sed vnguentum in h. l. ipſe Varro agnoſcit, apud quem de L. L. 6, 3 p. 76, 7 ita dedit Scaliger, Scaeniculae ab Scaeno nugario vnguento, et in coniectan. l. c. monet legendum Schoenicolae. Caeterum adſpirationem in nomine Schoeni omitti videas etiam in quantum longitudinis menſura eſt, vt mox dicemus.

SCHOENVS, i. m. ſiue SCHOENVM, i. n. [σχοῖνος] Latine dicitur iuncus. Plaut. Rud. 2, 1, 5 Hi ſchoeni enim atque hae arundines ſunt nobis quaeſtu et cultu. Sed variat lectio. Gron. Hiſce hami, atque etc. Cato de R. R. 105, 2 Schoenum et calamum in pila contundito, quod fiet ſextarium vnum. Add. 113, 1. Columel. 12, 20, 2 et 5. it. 12, 51, 2. Scribon. 70. 120. 125 etc. etc. Flos ſchoeni Idem 167. 170. Plin. 12, 14. 6, 26. 5, 10. Solin. c. 56. Apul. de Herb. c. 14. Eſt Vnguenti genus ex σχοίνῳ ſeu iunco odorato confectio. Vid. quae modo dicta ſunt, voce SCHOENICOLAE. ¶ 2 Schoenus, Menſura eſt Aegyptiaca, ſexaginta ſtadia capiens auctore Herodoto 2, 6. Plin. 5, 10 Stadia triginta aſſignat Schoeno. Sed 12, 14 ita: Schoenus patet Eratoſthenis ratione ſtadia XXXX. h. e. paſſuum quinque millium: aliqui XXII ſtadia ſingulis ſchoenis dedere. Conf. Henr. Dodwell. Diſſ. de Iſid. Characeno, praemiſſa Geographis ab Hudſonio editis, §. 12 ſeqq. ¶ 3 Eſt etiam urbium et fluuiorum nomen. Vide Geographos.

SCHOENOBĂTES, ae. m. [σχοινοβάτης] Qui per funes ludendo graditur, ὁ σχοῖνος funis, et βαίνω gradior: vt funambulus. Iuuen. Sat. 3, 77 Augur, ſchoenobates, medicus, vagus omnia nouit. Sidon. Carm. 23, 30 Quid dicam cithariſtrias, choraulos, Mimos, Schoenobatas, gelaſianos.

SCHOENOBATĬCVS, a, um. Adi. [σχοινοβατικὸς] Quod ad ſchoenobatem pertinet. Sunt, qui legunt apud Cael. ad Cic. Fam. 8, 1 Ego, qui ſcirem Q. Pompeium Baulis ſchoenobaticam facere, et vsque eo, vt ego miſererer eius eſuriei. id eſt, eum propter paupertatem factum ſchoenobaten, id eſt funambulum. Sed variat lectio. Vid. EMBAENETICA.

SCHŎLA, ae. f. [σχολὴ] Literarum ludum ſignificat; ad verbum otium, quia caeteris rebus omiſſis, vacant liberalibus ſtudiis, qui eas frequentant. Paullus. Auſon. Eidyll. 4, 6 Graio ſchola nomine dicta eſt, Iuſta laboriferis tribuantur vt otia Muſis. Sic Virg. Georg. 4, 564 Studiis florentem ignobilis otî. Ideo et Ludus vocatur. Feſtus: Scholae dictae ſunt non ab otio ac vacatione omni, ſed quod caeteris rebus omiſſis vacare liberalibus ſtudiis pueri debent: vt etiam Ludi appellantur, in quibus minime luditur, ne triſti aliquo nomine fugiant pueri fungi ſuo munere. Eſt ergo Schola conuentus docentis et diſcentium quaſcunque literas, aut artes. Cic. in Orat. 95 E Philoſophorum ſcholis tales fere euadunt. Coetus ſcholarum Quinctil. 2, 9. Conſuetudo ſcholarum Idem 4, 2. Exercitationes ſcholarum Quinctil. 3, 8. Frequentia ſcholarum Idem 1, 2. Magnae ſcholae Quinctil. 1, 2. Aſſidere in ſchola Cic. de Orat. 1 c. 22. Audire hominem de ſchola Cic. de Orat. 2, 28 c. 7. Idem de Finib. 5, 89 Nec ego ſolus, ſed tu etiam Chryſippus in foro, domi, in ſchola definis. Hoc de genere a Philoſophis in ſchola diſputatur Cic. Off. 2 c. 25. Eligere ſcholas Quinctil. 1, 1. Explicare ſcholam, Praecepta doctrinae exponere Cic. de Finib. 2, 1. Fugere ſcholas Quinctil. 1, 2. Inſtitutae ſeuere ſcholae Idem 2, 2. Homo politus e ſchola Cic. in Piſon. 59 c. 25. Vitare ſcholas Quinctil. 1, 2. A Philoſophorum ſcholis virtutis praecepta petere Quinctil. 1 prooem. 17. ¶ 2 Schola locus otioſorum, exſpectantiumue. Talis Plin. 35, 10 ſ. 37 vbi memorat pictas tabulas in Schola, in Octauiae porticibus. Et 36, 5 ſ. 4, 5 Cupido Theſpienſis in Octauiae ſcholis poſitus. Tales etiam videntur Scholae in balneis, de quibus Vitruu. 5, 10 Quanta longitudo fuerit, tertia demta latitudo ſit, praeter ſcholam labri et aluei — Scholas autem labrorum ita fieri oportere ſpatioſas, vt cum priores occupauerint loca, circumſpectantes reliqui recte ſtare poſſint. Illi optime ſentire videntur, qui exiſtimant, has ſcholas velut porticum fuiſſe labro ſ. alueo balnearum circumdatam. Et videtur ab his ipſis ſcholis porticuum, palaeſtrarum, balnearum primum orta ea ratio, vti Scholas dicerent loca otioſe de Philoſophia aut literis diſſerentium. ¶ 3 Scholae, pro Diſputationibus et controuerſiis atque diſſertationibus, quae in ſcholis inter doctorem et diſcipulos otioſe agitari ſolent, accipitur apud Cic. Tuſc. 1, 8 c. 4 Ponere iubebam de quo quis audire vellet, et id aut ſedens, aut ambulans diſputabam. Itaque dierum quinque ſcholas (vt Graeci appellant) in totidem libros contuli. Ibid. 3, 81 Separatim autem certae ſcholae ſunt, de exilio, de interitu patriae, etc. Cic. Fam. 9, 22 Habes ſcholam Stoicam, vt nunc dicunt, lectionem. Quinctil. 3, 6, 58 Sunt enim velut regeſtae in hos commentarios, quas adoleſcens deduxerat ſcholae. De Ciceronis rhetoricis. Alii ſic legunt, Sunt enim velut res regeſtae in hos commentarios, quas adoleſcens deduxerat ſchola. Cic. in Piſon. 60 c. 25 Vertes te ad alteram ſcholam, differes de triumpho. Et 65 c. 27 Sibilum metuis? vbi ſunt veſtrae ſcholae? Pomeridianis ſcholis Ariſtoteles praecipere artem oratoriam coepit Quinctil. 3, 1, 14. h. e. Diſputationibus et praelectionibus pomeridianis. ¶ 4 Pro ſecta quadam et velut factione hominum eruditorum, qui vnum Magiſtrum ſequuntur, Plin. Epiſt. 7, 24, 8 Domus C. Caſſii, huius qui Caſſianae ſcholae princeps et parens fuit. Sic Venuleius l. 138 D. de Verbor. obl. Sabinus ait. Proculus autem et caeteri diuerſae ſcholae auctores. Sed non multum diuerſa ratione ipſe Cic. de Orat. 1, 56 Clamabunt, credo, omnia gymnaſia, atque omnes Philoſophorum ſcholae, ſua haec omnia eſſe propria. Sic Quinctil. 3, 11, 26 Schola Theodori. Sic Plin. 29, 1 ſ. 5 de Medicis. ¶ 5 Sequiore aetate multo latius patuit Scholae nomen, cum poneretur pro omni ordine Militiae vel ſagatae vel togatae ſ. palatinae, forte quatenus ſub vno magiſtro officiorum alteri, alteri militum, continerentur. Egerunt hac de re, de diuerſis generibus ſcholarum, diligenter Pancirollus in Notit. Imp. Orient. c. 63 et 64. Guther. de Officiis domus Aug. 2, 14 et al. Valeſ. ad Ammian. Marcell. 14, 7 p. 38. Iac. Gothofr. in Gloſſar. nomico ad Cod. Theodoſ. et locis, quae ibi indicat. Nobis ſatis eſt paucis exemplis rem, quae proprie non eſt noſtri operis, declaraſſe. Ad Palatinam ergo Militiam pertinent iſta Corippi 3, 158

Ornata eſt auguſta domus, iuſſuque regentis
Acciti proceres omnes, ſcholaque ipſa palatI eſt
Iuſſa ſuis adſtare locis: iamque ordine certo
Turba Decanorum, curſorum, in rebus agentum,
Cumque palatinis ſtans candida turba tribunis,
Et Protectorum numerus, mandante magiſtro,
Omnis ſacrorum vis adfuit officiorum
Ornatu vario, cultuque, habituque, modoque.

Tum demum de militibus praetorianis, Ingens excubitus diuina pal ſeruans etc. Talis eſt praeſertim Schola Agentium in rebus, de Pancirollus l. c. c. 64 integro. Vid. l. 1 C. de agentib. in reb. et C. de Praepoſ. agent. in reb. Schola ſocietatis ſacrar. largitionun l. 13 C. de palatinis ſacrar. largition. Schola ſilentiariorum l. 4 C Silentiar. Schola Exceptorum l. 1 §. 8 C. de Offic. Praef. Praet. Afr. eſt praeterea Schola ſingularium, Mittendariorum, Curſorum, menculatorum, Stratorum. Sed tranſimus ad Scholas militum. get. 2, 21 manifeſte Scholas vocat, qui ſunt in antiqua militia ordi Nam quaſi in orbem quendam per diuerſas cohortes, et diuerſas S las milites promouentur, ita vt ex prima cohorte ad gradum qu piam promotus, vadat ad decimam cohortem etc. Sed mutatis c de rebus pariter ac nominibus variae Scholae exortae. Iuſtinian. l. C. de Locat. et Conduct. Milites appellamus tam eos, qui ſub exc magiſtris militum tolerare noſcuntur militiam, quam qui in vnde deuotiſſimis ſcholis taxati ſunt, nec non eos etc. In Notitia Imp. Agentium in rebus, Scutariorum tres, Armaturarum ſeniorum et niorum, Gentilium ſeniorum et iuniorum, Sagittariorum, Clib riorum, Fabricenſium. L. 1 §. 8 C. de Off. Praef. Praet. Afr. eſt ſ la Praetorianorum, it. Draconariorum. Sed iam exceſſimus ſtros limites.

SCHOLARIS, e. Adi. Scholari declamatione Hieron. Ep. 125 Damaſ. quaeſt. 2. Scholaria inchoamenta Mart. Capella 3 p. Scholaria rudimenta Fulgent. Mythol. l. 1 praef. Sulp. Seu. Vita M tin. 1, 1 Ipſe armatam militiam in adoleſcentia ſecutus inter ſchol alas ſub rege Conſtantio, deinde ſub Iuliano Caeſare militauit. l. 38 C. Th. de Decurionib. it. l. 31 C. Th. de erogat. milit. annc etc. ¶ 2 Ad eos, qui literarias ſcholas frequentant, duxit poſterior aetas. Quod enim apud Quinctil. 2, 9, 2 eſt in qui dam (etiam Ienſoniana, quod me fugiſſe deprehendo) In ipſos deni coetus ſcholarium laeti et alacres conuenient; a Regio mutatum Scholarum. Quidam MSS. Sodalium, cuius gloſſa poteſt fuiſſe Sch rium. Qui inter Boëthii opera editur Liber de diſciplina Scholari longe recentioris et barbari hominis eſſe videtur hodie omnibus. I forte bonus auctor fuerit Fridericus Imperator in ſua l. Habita, quae iicitur tit. Ne filius pro patre lib. 4 C. tit. 13 Omnibus (inquit) cauſa ſtudiorum peregrinantur ſcholaribus, et maxime diuinarum que ſacrarum legum profeſſoribus, etc.

SCHOLĬCVS, a, um. Adi. Gell. 4, 1 Oſtentabat quiſpiam Gra maticae rei doctior ſcholica quaedam nugalia, de generibus et caſi vocabulorum differens. Auribus ſcholica dape ebriis Varro ap Non. 6, 22.

SCHOLASTICVS, a, um. Adi. [σχολαστικὸς, σχολαστής] Vel reb attributum nomen eſt, vel hominibus. Quinct. 11, 1, 82 Scholaſtic materiae ſunt, quae in ſchola declamatoria tractantur. Et ellipt Idem 4, 2, 30 poſt mentionem fori, Sed in ſcholaſticis quoque nc nunquam euenit, vt pro narratione ſit, propoſitio. Et 7, 1, Nam quaedam in Scholaſticis ponuntur, ad coniungendam modo act rei ſeriem. Vtroque loco pro in ſcholaſticis licebat dicere in dec mationibus. Plin. Epiſt. 9, 2 Scholaſticae atque vmbraticae liter ¶ 2 Cum perſonis tribuitur, interdum diſcipulos notat, vt Quinct. 11, 16 Cognoſcere, et praecepta dicendi (ſic videtur leg. ex M viuendi) perdiſcere, et in foro nos experiri potuimus, dum ſchola ci ſumus. Add. Petron. 6 pr. Interdum doctores vt Plin. Epiſt vlt. Scholaſticis porro dominis, vt hic eſt, ſufficit abunde tantum ſc de Suetonio loquitur Rhetore et Grammatico. Sic de Iſaeo Idem 2 Annum ſexageſimum exceſſit, et adhuc Scholaſticus tantum eſt: q genere hominum nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius. N enim, qui in foro veriſque litibus terimur, multum malitiae, quamu nolentes, addiſcimus. Schola et auditorium et ficta cauſa res inermi innoxia eſt, nec minus felix, ſenibus praeſertim. Nihil indecer tius, quam vbi ſcholaſticus, quod non nouit, imitatur Sen. Contro l. 5 praef. At nunc adoleſcentuli noſtri deducuntur in ſcen ſcholaſticorum, qui rhetores vocantur Auctor Dial. de Orat. c. 3 Declamatorem generatim ſignificat interdum, ſiue doceat, ſiue diſcat. S neca Controu. 3 (7) prooem. p. 121 de Albucio, Nihil putabat eſ quod dici in declamatione non poſſet. Erat autem illa cauſa: tin bat, ne ſcholaſticus videretur, i. nimis cultus, nimis ſtudioſus, par negotiis aptus, vt etiam hodie videntur vereri quidam, ne parum vel Pl loſophi vel pragmatici, ne Pedantae (ſic enim loquuntur) videantur, ſi c tum orationis adhibeant. ¶ 3 Verum etiam generaliori ſig ficatu hominem eruditum notat. Seuer. Sulp. Dial. 1, 5 Quia Scholaſt cus es, non immerito te verſu Comici illius admonebo. Et c. v Caeterum cum ſis ſcholaſticus, hoc ipſum quaſi Scholaſticus artificio facis, vt excuſes imperitiam, qui exſuperas eloquentia. Sic le pro quia exſuperas. Alium Sulpicii locum damus, voce TRIPETI. Vid. Saluian. de gubern. dei praef. Non id facere adniſi ſunt, vt ſal bres et ſalutiferi, ſed vt Scholaſtici ac diſerti haberentur. Alexan der Aurelius ad Mammaeam matrem apud Capitolin. Maximino iun. Sed timeo, ne ſoror mea Graecis munditiis erudita barbarum ſocerum ferre non poſſit, quamuis ipſe adoleſcens et pulcher et ſcholaſticus a Graecas munditias eruditus eſſe videatur. Vid. Caſaubonus hic, et i primis Rittershuſ. ad Saluian. l. c. p. 3 ſq. Add. Wouwer. et Erh. a Petron. 6 pr. ¶ 4 Scholaſticus eſt Patronus cauſae. Auguſtin. tr. 7 in Ioan. Qui habent cauſam et volunt ſupplicare Imperatori, quaerunt aliquem Scholaſticum iuris peritum, a quo ſibi prece componantur. De hoc genere vid. Rittershuſius l. c. Voſſ. de Hiſtori cis Graecis in Agathia, qui hac ratione vocatur Scholaſticus: copioſiſſi me autem, ex Graecis praeſertim, Iac. Gothofr. ad l. 2 C. Theod. de concuſſionib. Aduocator. ¶ 5 Denique propter quorundam mores, iniuriae et contumeliae nomen factum eſt Scholaſticus, non apud Graecos modo v. g. Epictetus Arriani 1, 11 vocat ζῶον, ὃ πάντες καταγελῶσι, et 3, 26 Ἆρον ἐυχεῖνα τὰ τῶν σχολαστικῶν καὶ τῶν μωρῶν et Hieroclis facetiae ſunt de ridiculo Scholaſticorum ſtupore narratiunculae: ſed ita etiam accipit illa Apuleiana Fotis Metam. 2 p. 119 8 Heus tu ſcholaſtice etc. Nec, puto, aliud voluit Petronii Trimalchio c. 39 cum tribuit

bi bis, qui naſcuntur Arietis ſigno caput durum, frontem expudorata, cornu acutum, ac deinde addit, Plurimi hoc ſigno ſcholaſtici n…untur.

CHOLIVM, i. n. [χόλιον] *Interpretatio breuior, breue ſcriptum.* C. Att. 16, 7 Velim χόλιον aliquod elimes ad me, oportuiſſe te iſtuc fa-re. *Haec verba repetit Cicero ex Attici epiſtola: tum addit*, Itane, n Attice, defenſione eget meum factum, praeſertim apud te, qui id m abiliter approbaſti? ego vero iſtum ἀπολογισμὸν συντάξομαι, ſed ac eorum aliquem, quibus inuitis et diſſuadentibus profectus ſum. E i quid iam opus eſt χολίῳ, ſi perſeueraſſem, opus fuiſſet. Eidem 3, 8 Hic autem iam langueſcit, et ait tibi illum iure iratum: ſed v… tuo conſilio. χόλια enim tibi video placere.

CHYTANVM, i. n. Medicamentum ſorbere cogens *pigmenta* …*ſocollam, vt fiat, quemadmodum ait*, bibula docilisque, et rapiat …orem. Plin. 33, 5. Scytatum *legit Hard.*

S C I

CIADEVS, i. m. [σκιάδεος] *Piſcis quidam ap.* Plin. 32, 11.

CIAENA. [σκίαινα] *Piſcis nomen* Plin. 9, 16. *et* 32, 11. *Vid. …utroque Caſaub. ad Athen. 7, 10.*

CIAGRAPHIA, ae. f. [σκιαγραφία] *Vmbrae delineationem ad …uum ſignificat, et videtur ortum hoc verbum ex rudibus illis picturae …iis, quod dicitur Dibuladis Sicyonii figuli filia amatoris ſui diſceſſio… parantis* vmbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis cir…uſcripſiſſe, *etc. apud* Plin. 35, 12 ſ. 43. *Sed quod* Vitruuio *tribuitur* Sc…graphia *aut* Sciographia *et cum* ichnographia *conuenire dicitur, eum …rem eſſe arbitramur, iam notatum a Salmaſio ad Solin.* p. 577, aE. N… *n* Vitr. 1, 2 p. 6 *pr.* Scenographia *eſt v. v. Rem, quam nos* Scia…phiam *putamus, pulchre dixit* Quinct. 10, 2, 7 *Si nihil inuentis adde… homines*, Non eſſet pictura, niſi quae lineas modo extremas vm…, quam corpora in ſole feciſſent, circumſcriberet.

CIAMACHIA, ae. f. [σκιαμαχία] *Vmbratilis pugna, vt vel* Gellius, *vel antiquus aliquis librarius aut corrector, tranſtulit 13, 22 … laudatur* Varronis Satira Menippea, quae inſcribitur σκιαμαχία. *…itur in collectione Scaligerana titulorum Varronis*, ἢ κριομαχία, περὶ …, *ex quo forte colligas, actum ibi de ſuperborum pugnis, arietum inſtar …urſantium, ſed ſaepe etiam vmbram ſuam aut alienam petentium: nam …μαχεῖν videtur ſignificare oppugnare vmbram. Vulgo tamen ad pu… non ſerias, non in ſole et puluere, ſed in vmbra commiſſas refertur: …aturque* Iuuenalis 7, 173 Ad pugnam qui rhetorica deſcendit ab vi…ra. *Talem* ſciamachiam *eſſe volunt, quae deſcribitur* Virg. Aen. …5, 3. *Sed ibi ſitis ſeuere res geritur.*

CIAPODES, *ſiue* SCIOPODES, um. m. [Σκιάποδες ἢ Σκιόποδες] Populi Troglodytis finitimi, *vt ex Cteſiae ſententia tradit* Plin. 7, qui et Monoſceli a ſingulis cruribus ſunt appellati, mirae pernici… ad ſaltum. Sciapodes inde dicti, quod in maiore aeſtu humi ia…es reſupini, vmbra pedum ſe protegant Auguſtinus de Ci… e Dei.

CIARE, es. f. Herba, *alias Chamaeleon.* Apul. de Herb. c. 25. *… Graecum σκιά ἢ … umbroſa.*

CIATERICON, i. n. [σκιατηρικὸν] Horologium *apud* Plinium *di… 2, 76. i. Vmbrae indagatorium. Eſt autem* Solarium, *quo hodie …ur, ad horas aequales aequinoctialesque colligendas: antiqui autem …um operoſiore ac difficiliore, ad inaequales et temporales.* Alii Scio…icon *legunt apud Plinium, vel* Sciotericon.

CIATHERAS, ae. m. *ſiue* SCIOTHERON, i. n. [σκιαθήρας ἢ σκιόθηρον] *Inſtrumentum gnomonicum, quo vmbras indagamus.* V…uu. 1, 6 p. 13 Collocetur ad libellam marmoreum amuſſium, aut lo… ita expoliatur ad regulam et libellam, vt amuſſium non deſide…r, ſupraque eius loci centrum collocetur aeneus gnomon, indaga… vmbrae, qui Graece σκιαθήρας dicitur *etc. Docet ibi lineam meridia… et per hanc plagas caeli reliquas inuenire.*

IATHOS, i. f. [Σκιαθὸς] *Inſula eſt in mari Aegeo, teſte* Plin. … *et Herodoto in Polymnia.* Valer. Argon. 2, 8 Iam Sciathos ſub… aquis. *Add.* Mela 2, 7.

IATICA, ae. f. *Lumbago, quae vocatur et Morbus* ſciaticus. … *corrupta eſt a medicis, pro* Iſchiacus, *ab ἰσχίον coxendix. Vid. Voſſ.* de… L. 1, 1 *et* 2.

IBILIS, *vid.* SCIO.

IBONES, *Teli genus antiquis apud* Gellium 10, 25. *vid.* …IVNA.

IDA, *vid.* SCHEDA.

IENS, SCIENTER, SCIENTIA, *vid.* SCIO.

ILĬCET. [ἀμέλει, δηλαδὴ] *Confirmandi Aduerbium, idem quod* Sc…licet *vel Certe: ſed ſaepe per amaritudinem quandam cum deriſu …am, vt ſit Aduerbium negandi per ironiam.* Virg. Aen. 4, 379 Sc…cet is ſuperis labor eſt. Ter. Andr. 1, 2, 14 Meum gnatum ru…or eſt amare D. id populus curat ſcilicet. *Sine ironia* Cic. pro M…n. 48 Scilicet me latronem ac ſicarium abiecti homines et perditi de…ribebant. *Et* Acad. 4, 96 Quid enim faceret huic concluſioni, ſi …cet lucet: lucet autem, lucet igitur? Crederet ſcilicet. *Ama…ru…, ſed ſine ironia etiam illud* Ouid Met. 2, 471 Scilicet hoc etiam re…ibat adultera, dixit, Vt foecunda fores, *etc. Interrogat cum ir…ia, ſ. negatione* Cic. pro Rabir. perd, reo 14 Scilicet tibi grauio…re dolorem patrui tui mors attulit, quam C. Graccho fratris? Q…? tu ipſe ſcilicet laudator et factorum et ſcriptorum meorum Ci… Att. 7, 1. Quid ad haec Naeuius? ridet ſcilicet noſtram a…ntiam Cic. pro Quint. 55 c. 17. ¶ 2 Scilicet, *non…nunquam ſine amaritudine dicitur, et irriſione: et Aduerbium affirmandi eſt vel conuenientiam ſignificandi, vt* nempe, nimirum. *Sic* Ter. A…r. 5, 4, 48. Idem Eun. 5, 8, 10 Fratris igitur Thais tota eſt? C…ilicet. Cic. Att. 4, 6 Si taceo, oppreſſus et captus, quo do…lo… eſſe debeo? quo ſum ſcilicet. Ter. Heaut. 4, 5, 44 Ne…qu… tu ſcilicet eo nunc confugies; quid mea? De Lentulo ſci…lic… ſic fero vt debeo, virum bonum et magnum hominem perdidimus Ci… Att. 4, 6. Peto igitur a te, tanto ſcilicet ſtudio, quanto in…te…gis debere me petere pro homine tam mihi neceſſario et tam fami…li… Cic. Fam. 13, 26. Suſpenſo animo exſpecto primum te ſcili…ce… deinde Marionem Idem ibid. 16, 3. *Etiam ab initio periodi* Ci… pro Sulla 67 c. 24 Scilicet (*ſi audimus Torquatum*) is ſum, qui e…timem *etc. Hic* Nempe *vel* Nimirum *eadem ſententia ſubſtituas.* Sc…cet id agitur, vtrum hac petitione, an proxima Praetor fias Cic. F… 10, 26. Scilicet ſi iſta Iupiter ſignificaret, tam multa fruſtra fu…ina emitteret Cic. de Diuin. 2, 44. Idem in Catil. 2, 19 Qui…bu… hoc praecipiendum videtur vnum ſcilicet et idem, quod caeteris omnibus, vt deſperent, ſe id quod conantur conſequi poſſe Idem Quint. Fratr. 2, 5. Quid tu in eo potes? nihil ſcilicet Cic. Att. 11, 7 *Etiam pro* Scilicet, *aliquando* Nimirum *poſuit* Cicero, vt pro Roſc. Amer. 128 Opinor enim eſſe in lege, quam ad diem proſcriptiones, venditionesque fiant: nimirum ad Calend. Iunias. *Aliquando*, Videlicet; *vt* pro Cluent. 148 Qui eorum, quorum? videlicet qui ſupra ſcripti ſunt. *Nonnunquam eleganter* Cicero *ſubticet ipſum* Scilicet; *vt* pro Muraen. 66 Quem non poenitebat facere idem, quod tu, habere eruditiſſimum hominem, cuius oratione aſperior non eſt factus. *h. e. Habere ſcilicet hominem.* Et ſcilicet *iungit* Cic. Quint. Frat. 1, 2 Et Flauii cauſa, et ſcilicet Pompeii omnia facies. ¶ 3 Scilicet *cum Infinitiuo, pro* ſcire licet. Ter. Heaut. 2, 3, 117 Scilicet facturum me eſſe. Idem Heaut. 5, 1, 19 Nam vbi deſponſam nunciaſti filio, continuo inieciſſe verba tibi Dromonem, ſcilicet, ſponſae veſtem — opus eſſe. Plaut. Rud. 2, 3, 64 Nunc eam cum navi ſcilicet abiuiſſe peſſum in altum. Sall. Iug. 4, 6 Scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim habere. *Et* 102, 9 Cui ſcilicet placuiſſe, et vim et gratiam noſtram experire. *Et* 113, 3 Quae ſcilicet tacente ipſo occulta pectoris pateteciſſe. *Add. Gronou. Obſſ. 3, 9. it. Graeu. ad* Cic. Att. 13, 5. *Conf.* VIDELICET.

SCILLA, ae. f. [σκίλλα] *ſiue* SQVILLA; *Herba et terra et mari creſcens. Radix tamen ſit, an bulbus, an cyma, ſiue fructus, a Theophraſto dubitatur.* Bulbus ſcillae crudus Scribon. 79. — Coctus, detracta parte exteriore Idem 134. *Sic mox* Scilliticum bulbum *videbimus.* Plin. 21, 17 Notabilis et ſcillae crocique natura, quod quum omnes herbae folium primum emittant, moxque in caulem rotundentur, in iis caulis prior intelligitur, quam folium. Et in croco flos quidem impellitur caule, in ſcilla vero caulis exit, deinde flos ex eo emergit. Idem 19, 5 Nobiliſſima eſt ſcilla, quamquam medicamini nata, acetoque exacuendo. Nec vlli amplitudo maior, ſicut nec vis aſperior. Duo genera medica: Maſculus albis foliis, femina nigris: et tertium genus eſt cibis gratum: epimenidium vocatur, anguſtius folio, ac minus aſpero: Seminis plurimum omnibus. Varro R. R. 2, 7, 8 *de equo admiſſario*, Si faſtidium ſaliendi eſt, ſcillae medium conterunt cum aqua ad mellis craſſitudinem: tum ea naturam equae tangunt, contra ab locis equae nares equi tangunt. Columel. 5, 10 At ſi iam arborem ſatam habueris, ſcillam ſecundum radicem arboris ſerito. *Add.* Plin. 20, 19. *et* 27, 12. Colum. 6, 4. *et* 12, 33. Celſ. 3, 21. 5, 28. 6, 8. Pallad. Iul. 8. *Sed* Squilla *piſcis, v. v.*

SCILLĬNVS, a, um. Adi. [σκιλλινὸς] *Quod ex ſcilla factum eſt.* Plin. 23, 2 Acetum ſcillinum inueteratum magis probatur: prodeſt ſuper ea, quae diximus, aceſcentibus cibis: guſtatum enim diſcutit poenam eam, *etc.* Saepe et ſcillino pelluntur noxia Baccho Sammon. p. 17. *ubi ſecunda perperam producitur: vid. Borrich. de Lingua Pharmacop. in Xerampelium. Burmann. legit* ſcillite.

SCILLITĬCVS, a, um. *Aliud* Adi. [σκιλλιτικὸς] *Idem. Vt*, Acetum ſcilliticum Columel. 12, 34. Celſ. 5, 19, 19 Bulbus ſcilliticus Apul. de Herb. c. 42. *Vid. mox* SCILLITVS.

SCILLĪTES, ae. m. [σκιλλίτης] *Vinum facticium ex* ſcilla, Columel. 12, 33 Vinum ſcillites ad coquendum, et ad corpus reficiendum: itemque ad veterem tuſſim, et ad ſtomachum hoc modo condire oportet. *Breuiter* ſcillites *eſt, in quo ſcillarum bulbi infuſi ſunt.* Plin. 32, 10 Vrtica marina trita ex aceto ſcillite, *etc. Conf.* Idem 24, 8. Pallad. Iun. t. 8.

SCILLITVS, a, um. Adi. Scillito decies non ſi purgeris aceto Auſon. Epiſt. 4, 67. *Sed* ſcillite, *legendum vidit Scaliger, qui et alteram lectionem* Scillitico *explodit.*

SCIMPODIVM, i. n. *Grabatulus.* Offendimus eum cubantem in ſcimpodio Graecienſi Gell. 19, 10.

SCINCVS, i. m. *Animal Niliacum.* Plin. 8, 25 Similis Crocodilo, ſed minor etiam Ichneumone, eſt in Nilo Scincos natus contra venena praecipuus antidotis: item ad inflammandam virorum Venerem. *Conf.* Plin. 28, 8. *et* 32, 5. Solin. c. 30 *et* 35.

SCINDO, ſcidi, ſciſſum, ĕre. [σχίζω, διασχίζω] *Cum* findo *habet affinitatem, vt ſoni ita ſignificationis: ſed latius patet; eſt enim idem fere quod ſecare. Interim confundi ſaepe a librariis obſeruatur.* Cic. Fam. 5, 20 *extr.* Hanc epiſtolam cur non ſcindi velim, cauſa nulla eſt. Cuneis robur fiſſile ſcinditur Virg Aen. 6, 181. Ouid. Triſt. 3, 10, 48 Nec poterit rigidas ſcindere remus aquas. Capillos ſcindere Ouid. Triſt. 3, 3, 51. Crines ſcindere Virg. Aen. 12, 870. Dolorem ſuum ſcindere, *i. reſcindere, vel refricare.* Cic. Att. 3, 15 Nolo commemorare, quibus rebus ſim ſpoliatus, non ſolum quia non ignoras, ſed etiam ne ſcindam ipſe dolorem meum. *Nempe vt* Vulnus. Fluuios ſcindere natatu Claud. quart. Conſ. Hon. 346. Fretum ſcindens Glaucus Ouid. Met. 13, 904. *al.* Findens. Gaudia florentesque manu ſcidit Atropos Annos Stat. Silu. 3, 3, 128. Humum ſcindere vomere Ouid. Epiſt. 12, 94. *al.* Findere. Latus ſcindere flagello Ouid. in Ibin 184. Mare ſcindere nauigiis Idem de Arte Am. 2, 671. *al.* Findere. Nebulas ſcindere, *Ire per nebulas* Ouid. Met. 2, 159. Neceſſitudines ſcindere Plin. in Paneg. 37 *extr.* Penulam ſcindere, *impenſius retinere hoſpitem, atque mutare prolixius: quod qui faciunt, manu in penulam iniecta, quaſi vi conantur remorari.* Cic. Att. 13, 33 *de Varrone loquens*, Venit enim ad me, et quidem id temporis, vt retinendus eſſet: ſed ego ita egi, vt non ſcinderem penulam. Memini enim tuum, et multi erant, nosque imparati. Quid refert? Paullo poſt C. Capito cum T. Carrinate. Horum ego vix attigi penulam, tamen remanſerunt. Sententiam ſcindere Cic. Att. 13. Sententia diſcors ſcinditur vario motu Stat. Theb. 12, 173. Solum ſcindere Virg. Georg. 2, 399. Studium deinde ſe ſcidit Quinctil. 1 prooem. Tellurem mare ſcindit Lucan. 3, 61. Terram ſcindere vomere Ouid. de Arte Am. 2, 671. Verba fletu ſcinduntur Ouid. ex Pont. 3, 1, 157. Viam ſcindere Virg. Aen. 10, 765. Vnda ſcindit ſe in ſinus reductos Virg. Georg. 4, 420. Idem Aen. 2, 39 Scinditur incertum ſtudia in contraria Vulgus: *i. Diuiditur, et in diuerſas ſententias veluti partes quaſdam it.* Ouid. Rem. 729 Admonitu refricatur amor, Vulnusque nouatum Scinditur. Scindere *pro Laniare et vellere, ut in illo verſu* Accii *apud* Cic. Tuſc. 3, 62 c. 26 Scindens dolore identidem intonſam comam. *Addit* Cicero, In quo facetum illud Bionis, perinde ſtultiſſimum regem in luctu ſibi capillum euellere, quaſi caluitio moeror leuaretur. ¶ 2 *Obſeru.* Scindidi, *Praeteritum antiquum apud* Plaut. Pſeud. 3, 2, 42 Nam ego cicilendrum quando in patina ſcindidi. *al.* Indidi. *al.* ſciſcidi. Vetuſtiſſimi tamen *apud* Priſcian. 10 p. 892 *med.* etiam *ſciſcidi* proferebant, quod ſolum quoque in

in vſu putat Aſmonius — ſed errat. *Ponit deinde teſtimonia* Lucan 3, 61 Qua mare tellurem ſubitis aut obruit vndis, Aut ſcidit, et medias fecit ſibi litora teras. Stat. Theb. 9, 344 Oraque pectoraque et viridem ſcidit horrida veſtem. *Et* 11, 197 Alloquio. Scidit orſa nouo terrore cruenta Eumenis. Martial. 3, 12 Vnguentum fateor bonum dediſti Conuiuis here, ſed nihil ſcidiſti. Sed Afranius more antiquo dixit in Homine, Satis fortiter paullo veſtras ſciſcidiſtis colus. Accius Sotadicorum 1 Num ergo aquila, ita vt hi praedicant, ſciſciderat pectus. (*Hunc verſum etiam laudat* Gell. 7, 9) Naeuius in Teſticularia, Immo quo ſciſcidimus, conſcindam atque abiiciam. Ennius in Menalippa, Cum ſaxum ſciſciderit. *Haec Priſcianus.*

SCINDENS, entis. Nilus ſeptem in ora ſe ſcindens Mela 1, 9.

SCISSVS, a, um. Partic. [σχιδὰς] Liu. 3, 58 Teſtis productus qui ſeptem et viginti enumeratis ſtipendiis, octies extra ordinem donatus, donaque ea gerens in conſpectu populi, ſciſſa veſte, tergum laceratum virgis oſtendit. Sciſſus comam, *per Synecdochen* Virg. Aen. 9, 478. Alumen ſciſſum Columel. 6, 13. Capilli ſciſſi Tibull. 1, 10, 55. Tunica ſciſſa Ouid. Epiſt. 11, 57. Sciſſo nauigare Velo Senec. Epiſt. 30. Veſtis ſciſſa Virg. Aen. 12, 609. Viſcera ſciſſa Ouid. in Ibin 280. Sciſſa reſultat Vnda Petron. c. 89.

SCISSIM. Adu. Prudent. Tetraſt. 9 Ecce Dei famulis ſciſſim freta rubra dehiſcunt.

SCISSVS, ûs. m. [σχισμὸς] *Quae et Sciſſura.* Varro, Sciſſu materiae fatigatus, quieſcebat lectulo. *i. lignis ſcindendis.* Vet. Gloſſ. Cyrill. σχίσμα, ſciſſura, ſciſſus.

SCISSIO, ōnis. f. [τμῆσις Onomaſt. Vet.] Macrob. Somn. Scip. 1, 6 Ratione ſciſſionis.

SCISSOR, ōris. m. [χειρονόμος] *Qui opſonia conſcindit.* Petron. 36 Proceſſit ſtatim ſciſſor, et ad ſymphoniam ita geſticulatus lacerauit opſonium. *Vid. Douſ. in loc. et Lipſ. Sat. 2, 2.*

SCISSĬLIS, e. Adi. [σχιστὸς ſciſſile, τμητὸν Onomaſt.] *Quod ſcindi poteſt; vel quod ſciſſum eſt: vt,* Sciſſile alumen, *apud* Celſum 6, 11 *vbi quinquies hac dictione vſus eſt.* *Add.* Idem 5, 22. 6, 5. 6. 7. 9. Palliaſtrum ſciſſile Apul. Met. 1 p. 104.

SCISSIBILIS, e. Adi. Facilitas ſciſſibilis Octau. Horat. 4.

SCISSŪRA, ae. f. [σχίσμα Gloſſ. Lat. Gr.] Plin. 11, 28 Pennae inſectis omnibus ſine ſciſſura. Quae res ſciſſuris lateres faciet aperiri Pallad. Maio t. 12. *i. rimis.* Sciſſura Nili Plin. 5, 9. *Adde* Celſ. 6, 18. *et* Senec. Q. N. 3, 14.

SCINDVLA, ae. f. Vegetius *et alii dixerunt pro* Scandula, *quod vid.* *conf. Turneb. Aduerſ. 22, 18.*

SCINDVLĀRIS, e. Adi. Apul. Met. 3 Tectum ſcindulare. *At Pric.* p. 54. *et Elmenh.* p. 137 *leg.* ſcandulare.

SCINIFES, is. f. [σκνίφες] *Inſectorum genus, quo Aegyptii vexati ſunt.* Illic, Quas ſcinifes vocitant Alcim. Auit. 5, 164. *Conf. C. du Freſne Gloſſ. Lat. et ſupra* Ciniphes.

SCINIS *vel* SINIS, is. m. *Latro Corinthius, quem memorarunt* Propert. 3, 20, 37. Ouid. Met. 7, 440. *et* Stat. Theb. 12, 576.

SCINTILLA, ae. f. [σπινθὴρ] *Proprie eſt ignita et candens particula, quae e ſilice, quum is caeditur, exſilire ſolet.* Ouid. Faſt. 4, 795 Pars quoque quum ſaxis paſtores ſaxa feribant, Scintillam ſubito proſiluiſſe ferunt. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil 14 c. 6 Et quoniam animaduertiſtis, illam conſpirationem conflatam ita eſſe reſtinctam, vt nulla ſcintilla compareat incendii, vos quoque Tribuniciam ſedate temeritatem. Cic. Acad. 4, 61 Iſti autem, quos tu probas, tantis offuſis tenebris, ne ſcintillam quidem vllam nobis ad adſpiciendum reliquerunt. Scintillis plurimis carbo Plin. 16, 66. Agere ſcintillas Lucret. 2, 674. Excudere ſilicis ſcintillam Virg. Aen. 1, 174. Proſiluit ſcintilla Ouid. Faſt. 4, 796. *Metaph. Vt, fomes, flamma, fax etc.* Cic. Fam. 10, 14 Scintilla belli, *pro Reliquiis, quae facile inflari poſſunt.*

SCINTILLŬLA, ae. f. Dimin. [σπινθήριον] Cic. de Fin. 5, 43 c. 15 Non ſine cauſa eas quas dixi in pueris virtutum quaſi ſcintillulas videmus, e quibus accendi Philoſophi ratio debet. Tertull. de Anima c. 23.

SCINTILLO, āre. [σπινθηρίζω] *Splendere, micare, et veluti ſcintillas quaſdam emittere.* Plaut. Men. 5, 2, 77 Vt oculi ſcintillant vide. Plin. 20, 1 Hoc enim veri experimentum eſt, ſi admotum prius quam exſtinguat, ſcintillare ſurſum ac deorſum cogat. Criſtae ſcintillant Sil. 7, 593. Oleum ſcintillat ardente teſta Virg. Georg. 1, 392.

SCINTILLATIO, ōnis. f. [σπινθηρισμὸς] Plin. 20, 9 Prodeſſe tradit capitis doloribus, oculorum caligini, ſcintillationibusque, vel ſtomacho, praecordiis crudam ex aceto, *etc.*

SCIO, ſciui, ſcitum, īre. [εἰδέω, οἶδα, ἐπίσταμαι] *Noſſe, cognitum habere.* Ter. Andr. 1, 1, 68 Scias poſſe habere iam ipſum ſuae vitae modum. Idem Hec. 3, 2, 25 Non ſciunt ipſi viam, domum qua redeant? Tu pol, ſi ſapis, quod ſcis, neſcis (*i. neſcire te ſimulabis*) Ter. Eun. 4, 4, 54. Scire de argento vt factum ſit, *pro Quid factum ſit de argento* Plaut. Aſin. 3, 3, 153. Calui in Vatinium ſententia *apud* Sen. Epiſt. 94 Factum ambitum ſcitis, et hoc vos ſcire omnes ſciunt. Cic. pro Sulla 39 c. 13 Atque hoc perſpicuum eſt, cum is, qui de omnibus ſcierit, de Sulla ſe ſcire negauit; eandem vim eſſe negationis huius, quam ſi extra coniurationem hunc eſſe, ſe ſcire dixiſſet. Plaut. Curcul. 2, 2, 7 Nam quod ſcio, omne ex hoc ſcio. *Vid.* Ter. Heaut. 3, 1, 2. Cic. Fam. 15, 19 Velim ſcire, vtrum iſta ſolicito animo an ſoluto legas. Ordine rem ſcire, *vid.* ORDO. Scite certum de cognitione virginis Ter. Eun. 5, 3, 12. Cic. de Orat. 1, 222 c. 51 Nihil certum ſciri, nihil plane cognoſci et percipi poſſit. Mortalium ſapientiſſimi multa ſciſſe dicuntur, non omnia Columel. 12 *extr.* Qui omnia ſe ſimulant ſcire, nequidquam ſciunt Plaut. Trin. 1, 2, 68. Scire pro certo Liu. 25. Certe et certo ſcire, *vid.* CERTVS. Incerto ſcio, *vid.* INCERTVS. An *ſimpliciter pro* forte *vel* fortaſſe *ponere ſolet Cicero. V. g.* de Orat. 2, 72 Magnum eſt quoddam opus, atque haud ſciam an de humanis operibus longe maximum, *vid.* HAVD. *Conf.* NESCIO. Quantum ego ſcio Scribon. 171. Cic. Att. 16, 2 Sed non venerat, quod ſciam. Idem Att. 2, 23 Primum igitur te ſcire volo, Sampſiceranum, *etc.* Idem pro Muraen. 22 Ille tenet et ſcit vt hoſtium copiae: tu vt aquae pluuiae arceantur. *conf.* Ter. Hec. 5, 3, 14. Scit omnes linguas, *h. e. Nouit, ſiue callet* Plaut. Poen. Prol. 112. Antidotos optimas ſcire Scribon. 178. Remedia ſcire Id. 52. Scire ſidibus, Vetuſta eclipſis, *inquit* Donatus Ter. Eun. 1, 2, 53. Cic. de Clar. Orat. 140 c. 37 Non enim tam praeclar eſt ſcire Latine, quam turpe neſcire. Idem de Finib. 2, 15 Quum Graece vt videor, luculenter ſciam. Idem Att. 5, 16 Euerſ in perpetuum prouinciam nos inueniſſe ſcito. *Et* Fam. 5, 6 Itac nunc me ſcito tantum habere aeris alieni. Cic. Verr. 4, 77 Ap Segeſtanos repertum eſſe Iudices ſcitote, neminem neque liberum, que ſeruum, neque ciuem, neque peregrinum, qui illud ſignum deret attingere. Perſ. Sat. 1, 27 Adeone Scire tuum nihil eſt, te ſcire hoc ſciat alter? Quicquid ſcire meum potuit Alcim. Au. 2, 4 *Paſſ.* Cic. de Orat. 2, 30 Ars enim earum rerum eſt, quae ſciunt oratoris autem omnis actio opinionibus, non ſcientia continetur. C de Orat. 1, 222 c. 51 An vero — nihil certum ſciri, nil plane cognoſc percipi poſſit. Nihil eſt opertum, quod non reuelabitur; et occultu quod non ſcietur Vulg. Matth. 10, 26. Sciri poteſt de aliquo Cic. Att.

¶ 2 *Obſeruant Grammatici Futurum* Scibo. Ter. Heaut. 5, 2, Aut ſcibis cuius ſis. Idem Phorm. 5, 1, 38 Nemo ex me ſcib Idem Eun. 4, 4, 59 Ego ſcibo ex hoc, quid fiet. Magis ſcibo, MAGIS. Sciuiſſe *vt* audiuiſſe *qui dicant, iis* moleſtiſſimae dilig tiae peruerſitatem *tribuit* Quinctil. 1, 6, 17. Quae ſcierim, ſciuerim *ipſe dicit* 12, 11, 8. *Imperf.* Plaut. Capt. 4, 2, 5 Qu quum ſcibitur, per vrbem irridebor. Sciebatur interfectum e Quinctil. 6, 1, 31. Ter. Eun. 4, 7, 30 Scin' tu vt tibi res ſeſe habe Scire *pro noſſe, intelligere, etc.* Poſſum ſcire, quo profectus, quo ſis, aut quid veneris? Plaut. Amph. 1, 1, 190. Scin', me tu eſſe herum Amphitruonem? BR. ſcio. AM. Vide etiamnum. BR. ſ Idem ibid. 5, 1, 30. *i. cognoſco.* Sciui extemplo, rem de pacto g Idem Capt. 3, 1, 24. Vt ſalubrem magis quam ambitioſum ſci Sueton. Aug. c. 42. Si ludum literarium intraueris, ſcies, i quae ingenti ſupercilio philoſophi tractant, in puerili praeſcripto Sen. Epiſt. 94. Pleriſque aſſerentibus, ſcire ſe quidem Hilar nem, — ſed vbi eſſet, ignorare Hieron. de vita Hilarion. ne ſe ſcire Arium Hilarius contra Arrianos. Sciſſe *dicendum, non* viſſe, *docere videtur* Quinctil. 1, 6, 17.

SCIENS, entis. Partic. [ἐπιστήμων, γνωμονικὸς] *Cui contrar eſt Neſcius.* Ter. Andr. 3, 2, 28 Id ego iam nunc tibi renun here, futurum, vt ſis ſciens. Idem Adel. 4, 5, 78 Itaque a magnam mihi iniecit ſua commoditate curam, Ne forte imprudens ciam quod nolit: ſciens cauebo. *Sic* Phorm. 2, 1, 7 Verum entem, tacitum, cauſam tradere aduerſariis, etianne id lex coëg *Item* Heaut. 4, 7 (8) 32 Nam te ſcientem faciam quidquid ege Ibid. 5, 5, 6 Egon' mea bona vt dem Bacchidi dono ſciens. C Verr. 5, 25 c. 10 Certe nihil ſciens praetermiſi. Si ſciens fallo *mula ſollemnis in iure iurando* Cic. Acad. 4, 147 c. 47. Id. Fam. 7, 1. L 22, 53. Feſtus in Lapidem ſilicem. Nullum a me ſciente faci occultatur Cic. pro Sulla 86 c. 31. Coel. ad Cic. Fam. 8, 16 Etiam que etiam Cicero cogita, ne te, tuoſque omnes funditus euertas, te ſciens Prudenſque eo demittas, vnde exitum vides nullum eſſe. C pro Roſc. Amer. 55 Quum enim aliquid habeat, quod poſſit crimin et ſuſpicioſe dicere, aperte ludificari, et calumniari ſciens non deatur. Contra foedera ſcientem et inſcientem facere Cic. p Corn. Balbo 13. Scientibus omnibus Cic. Verr. 4, 37. *Sciens pr* denſque Vlpian. in l. Si procuratorem §. Si ignorantes *ff. Mandat.* Sc entes et prudentes auxilium appellationis omiſerunt. *Idem* in l. j. vlt. ff. de ventr. in poſſ. mittend. Si ſciens prudenſque ſe praegnante non eſſe, conſumſerit. Sciens, *cum Genitiuo:* Varro de R. R. 3 Primum, inquit, dominum ſcientem eſſe oportet eorum animaliu quae in villa, circumue eam ali poſſunt. *Sic* Gell. 18, 5 Sciens L tinae linguae. In Macrobio tamen legitur 6, 9 Linguae Lati ſcius. Sciens agendi. Paterc. lib. 2 Vir, vbi res vigillam exigeret, exſomnis, prouidens, atque agendi ſciens. *de Maecenate loquitur.* ens citharae Hor. Carm. 3, 9, 10. Fieri ſcientem conſilii alicu Sen. Thyeſte 3. Sciens pugna Hor. Carm. 1, 15, 24. *conf.* Qu ctil. 9, 3, 10. *Compar.* [ἐπιστημονέστερος] Cic. pro Lege Manil c. 10 Quis igitur hoc homine ſcientior vnquam aut fuit, aut eſſe buit? Venefica ſcientior Hor. Epod. 5, 72. *Superl.* Cic. Orat. 1 c. 49 Regendae Reip. ſcientiſſimus. Gubernator ſcienti mus Cic. de Inuent. 1 c. 34. Columel. 11, 3 Sit oportet idem entiſſimus, robuſtiſſimuſque. Parendi Vellei. 2, 79, 1. Sci tiſſimus regionum Salluſt. Iugurth. c. 100.

SCITVRVS, a, um. Me nulla res delectauit, quam mihi v ſciturus ſim Sen. Epiſt. 6.

SCIENTIA, ae. f. [ἐπιστήμη, γνῶσις] *Qua aliquid ſcitur;* Coniurationis ſcientia Tacit. Ann. 16, 17. Futurorum malor ignoratio vtilior eſt quam ſcientia Cic. de Diuin. 2, 23 c. 9. Scie tia, *Alicuius rei cognitio.* Cic. de Nat. Deor. 1, 117 Sanctitas aut eſt ſcientia colendorum deorum. *Hoc intellectu plurium etiam num dici interdum videtur.* Cic. de Orat. 3, 60 c. 16 *de Socrate*, Is, haec — docerent, cum nomine appellarentur vno — hoc co mune nomen (*philoſophiae*) eripuit, ſapienterque ſentiendi et orn dicendi ſcientiam, re cohaerentes diſputationibus ſuis ſeparauit. F *itaque* duas ſcientias cohaerentes. *Poſſis etiam dubitare, an* ſcient *dixerit* de Orat. 1, 61 c. 14 Phyſica iſta ipſa, quae paullo ante et mat matica, et caeterarum artium poſuiſti, ſcientiae ſunt eorum, qui profitentur. *Sed poteſt etiam Genitiuus ſingularis eſſe. Maiorem iam ſpeciem habet illud de* Senect. 78 c. 21 Cum tanta celeritas animor ſit, tanta memoria praeteritorum, futurorumque prudentia, tot art tantae ſcientiae, tot inuenta, *etc.* *Sed cur non dixit* tot ſcientia *annon hoc voluit, vnamquamque* artem *eſſe* magnae ſcientiae *rem v gotium? vt* Artis ſcientiam *dixit* Scribon. Epiſt. *et* Comp. 199. C Offic. 1, 153 Prudentia eſt rerum expetendarum, fugiendarumque ſci tia. Idem Acad. 1, 41 Et ſi ita erat comprehenſum, vt conue ratione non poſſet, ſcientiam: ſin aliter, inſcientiam nominab Citra ſcientiam, *vid.* CITRA. Hominibus nihil eſt iucundius ſ vitate ſcientiae Cic. de Orat. 3, 53. Idem Off. 1, 18 Omnes en trahimur et ducimur ad cognitionis et ſcientiae cupiditatem. Id de Finib. 5, 48 Tantus eſt innatus in nobis cognitionis amor et ſci tiae, vt nemo dubitare poſſit, *etc.* Sumus beati cognitione turae et ſcientia Cic. in Hortenſ. *ap.* Auguſtin. de Trin. 4, 2. Id de Diuin. 1, 91 Nec quiſquam rex Perſarum poteſt eſſe, qui non a Magorum diſciplinam, ſcientiamque perceperit. Iuris Ciuilis ſ entia; *cui opponitur* Ignoratio iuris Cic. de Legib. 1, 18 c. 6. M chinalis ſcientia, *vid.* MACHINA. Militaris rei ſcientia Cic. p Lege Manil. 28 c. 10. Officiorum ciuilium ſcientia Quinctil 2, Bene dicendi ſcientia Idem 2, 15. Recte loquendi ſcientia Id. 1, Medendi ſcientia Celſ. 1 praef. Sanandi vnius partis ſcientia Ep.

C

C. pro Sulla 39 Cuius [illegible]entiam de omnibus conſtat fuiſſe, eius igno-r. o de aliquo, purgatio debet videri: *i. qui de omnibus ſciuit.* Ef-fi x ſcientia Hor. Epod. 17, 1. Multa ſcientia Quinctil. 5, 10. A hac Rudis et vulgaris Celſ. 1 praef. Triuialis ſcientia Idem 1 4. ¶ 2. *Verba:* Afferre ſcientiam, *vid.* AFFERO. Cnprehendere aliquid ſcientia Cic. Fam. 6, 12. Conſequi omnium n gnarum rerum atque artium ſcientiam Idem de Orat. 1, 20. Con-ſcui magnum ſcientiae titulum Scribon. Epiſt. in. Cic. de Di-v. 2, 123 Muſae ſcribendi, legendi, caeterarum artium ſcientiam ſcmiantibus non dabunt. Idem ibid. 1, 2 Chaldaei diuturna ob-ſeruatione ſiderum ſcientiam putantur Effeciſſe, vt praedici poſſet, quid cuique euenturum, et quo quisque fato natus eſſet. Excolere pallo ſubtilius ſcientiam Celſ. 1 praef. Quinctil. 1, 4 Sed Exer-ce altiſſimam quoque eruditionem ac ſcientiam poſſit. Habere ſcntiam magnarum artium Cic. Fam. 7, 3. *Et* de Diuin. Si dii ea nis obiiciunt, quorum neque ſcientiam, neque explanationem Ha-benus. Habeo ſcientiam natandi Celſ. 5, 27, 2. Cic. Philipp. 2, 8 Q me teſte conuinces? An chirographo, in quo Habes ſcientiam queſtuoſam? Profiteri ſcientiam Idem de Orat. 2, 36. Id. in Ot. 160 Quum extorta mihi veritas eſſet, vſum loquendi populo ccceſſi, ſcientiam mihi Reſeruaui. Auctor ad Herenn. 4, 54 Ve-ſtum eſt, Iudices, his in vnum locum collatis, certam ſumere ſcien-tiam, non ſuſpicionem maleficii. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5 Qui in alienis morbis profitentur Tenere ſe medicinae ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt. Tenere ſtabilem rerum ſcientiam Idem de F ib. 1, 65. Tentare auguratus ſcientiam Cic. de Diuin. 1, 32.

CIENTIŎLA, ae. f. Dimin. Arnob. 2 p. 56 Concinnauit ſcntiolas artium.

CIENTER. Adu. [ἐπιστημονικῶς] *Cum ſcientia.* Plin. Pan. c. 4 Explanauitque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſci-er r feſelliſſet, deorum irae conſecraret. *Sic omnes MSS.* ¶ 2 Scnter, Scite, diſerte, perite. Iis, quibuscum congregamur, mo-dite et ſcienter vti Cic. Off. 2, 18 c. 5. Idem de Clar. Orat. 190 nim ex neruorum ſono in fidibus quum ſcienter ii pulſi ſint, in-gi ſolet. Sueton. in Tito c. 3 Sed ne muſicae quidem rudis, vi qui cantaret et pſalleret iucunde ſcienterque. Cic de Clar. O t. 197 Quam omnino multa de conſeruando iure Ciuili? quae qui-d omnia cum perite et ſcienter, tum ita breuiter et preſſe et ſatis o ate et pereleganter diceret. *add.* Id. de Orat. 2 c. 2. Anim-ac ertere et interpretari aliquid ſcienter Cic. de Diuin. 1, 92 c. 41. C ere iucunde et ſcienter Sueton. Tit. c. 3. Cantare tibiis Nep. p f. n. 1. Scienter in duas partes ſe Diſtribuunt, alii, vt prae-d ſubſidio ſint; alii vt venientibus reſiſtant Caeſ. B. C. 1, 55. *Com-p* Cic. in Orat. 175 c. 52. Nam neminem in eo genere ſcientius ver-ſa m Iſocrate confitendum eſt, *i. Eruditius, peritius.* Eo ſcien-ti aggerem cuniculis ſubtrahebant Caeſ. B. G. 7, 22. *Superl.* C de Diuin. 1, 92 c. 41 Hetruria autem caelo tacta ſcientiſſime anim-ad rtit. Idem de Fin. 4 c. 9 Perge porro, ſequentur enim, quae tu ſc iiſſime complexus es.

CIVS, a, um. [εἰδὼς Gloſſ. Lat. Gr.] *Sciens.* Macrob. 6 vlt. L lius vir apprime linguae Latinae ſcius. *Apud* Gellium 18, 5 Lin-g Latinae ſciens. Scius omni artificio Hygin. Fab. 92. Mu-li ſcia atque prudens Gell. 13, 4. Mulieres plus ſciae Petron. c. Daemonas grammatici dictos aiunt quaſi δαήμονας, i. e. peri-tc ac rerum ſcios Lactant. 2, 14. *conf.* Idem 3, 23. Vulgat. Eccle-ſi ic. 21, 18. Zeno Veron. Serm. de Reſurr. 5, 13. Auguſtin. de Do-ct na Chriſt. 1, 6 *extr. Taubm. ad* Plaut. Caſ. p. 368 *Borrich. Cogit.* p. 303. S is et Conſcius hoc differunt, quod Scius ſecum: Conſcius cum al ſcius eſt: licet Conſcium indifferenter poſitum legerimus Non. 5, 29.

CIŎLVS, um. Adi. Dimin. *Scientia minuta inflatus.* Qui pa eres ſunt et tenui ſubſtantiola, videnturque ſibi ſcioli, pompa-ru ferculis ſimiles procedunt in publicum Hieron. Epiſt. 2, 13 p. 292. A ciolis nonnullis et plurimum ſibi arrogantibus dicitur Arnob. 2 p. 6. *Sed quod e* Frontino Strat. 3, 13, 6 Militem nandi ſciolum *ad runt, illud abeſt ab optimis quibusque libris.*

CIBILIS, e. Adi. *Quod ſciri poteſt.* Tertull. aduerſ. Marc. 5, 16 N quam niſi in euangelio reuelatus, non omnibus ſcibilis. Alicuius re ſcibilis ſcientia eſt Mart. Capella 4 p. 111.

CITVS, a, um. Adi. [σοφὸς, εὐφυὴς] *Sciens et argutus. For-m babet Participii paſſ. ſed actiue ſignificat, vt* Cautus, conſideratus, *etc* Ter. Eun. 1, 2, 36 Scitum hercle hominem, hic homines pr ſus ex ſtultis inſanos facit. Interrogationes ſcitae Quinctil. 5, 28. Sycophanta Plaut. Amph. 1, 2, 8. Scitus lyrae, *Sciens ly canere* Ouid Faſt. 5, 54 Et curuae ſcita Thalia lyrae. Va-d am ſcitus Ouid. Met. 9, 108. *h. e. Peritus.* Pugnandi Quinctil. 9, 10. *ſic explicat Horatianum* ſciens pugnae. ¶ 2 Sci-tu eſt, *Argutum, elegans, et prudenter factum.* Ter. Heaut. 1, 2, 5 Hoc ſcitum eſt, periculum ex aliis facere tibi quod ex vſu ſiet. Idn Phorm. 5, 4, 2 Quam ſcitum eſt, eiusmodi parare animo cupi-di tes, quas quum res aduerſae ſient, paullo mederi poſſis? Plaut. T n. 3, 3, 35 Scitum, vt ego opinor, conſilium inueni. Cic. de O t. 3, 226 Scitum eſt enim cauſam conferre in tempus, cum, *etc.* I n in Orat. 51 Scitum eſt enim, quod Carneades noſter dicere ſolebat. I m de Diuin. 2, 51 Vetus autem illud Catonis admodum ſcitum eſt. Id pro Planc. 35 Ego autem, ſi quid eſt, quod mihi ſcitum eſſe videa-tu, et homine ingenuo dignum atque docto, non aſpernor. Sci-tu Placens, elegans. Plaut. Merc. 4, 4, 15 Satis ſcitum filum mu-licis. Ter. Andr. 3, 2, 6 Per ecaſtor ſcitus puer natus eſt Pam-pl o. *Compar.* Non ſum ſcitior, quae hos rogem Plaut. Ciſt 4, 2, Ecquid is homo ſcitus eſt? CH. plebiſcitum non eſt ſcitius Idn Pſeud. 2, 4, 58. Mulierculae formae ſcitioris Lamprid. Commodo c. 2. Animi ſcitiores Tertull. de Anima c. 25. *Su-pe* Scitiſſimus chorus Apul. Met. 10 p. 254. Oratio optima ani-m meo et ſcitiſſima Plaut. Stich. 1, 3, 30.

CITVM, i. n. *Pro Iuſſu vel Decreto, vid. paullo infra ſub* SCISCO.

CITE. Adu. [εὐφυῶς] *Docte, artificioſe, venuſte.* Ter. H ut. 4, 5, 16 At ſi ſcias, quam ſcite in mentem venerit. Cic. F. 11, 16 Satis ſcite et commode tempus ad te coepit adeundi. Id. V r. 2, 87 Capella quaedam, ea quidem mire, vt etiam nos, qui ru-d harum rerum ſumus, intelligere poſſumus, ſcite facta et venuſte. Sc e acuteque Dicere Gell. 12, 13. Scite perquam atque enucleate D utare Idem ibid. Scite vno verbo Exprimere Sen. Epiſt. 9. Pl t. Caſin. 3, 1, 8 Eho nimirum ſcite ſcitus es. Scite et literate pr ſcriptae literae Cic. in Piſon. 61 c. 25. *Comp.* Scitius arbi-tr Gell. 4, 11. *Superl.* Scitiſſime ſeparare Gell. 10, 11. Vinum cyanclare Plaut. Stich. 1, 3, 116. Diſcurſus obire Apul. Met. 9 p. 222.

SCITVLVS, a, um. Adi. Dim. Plaut. Rud. 4, 1, 3 Qua ſunt facie? S. ſcitula. Ibid. 4, 1, 3 Atque ambas forma ſcitula atque aeta-tula. Puſiones Arnob. 5 p. 179. *conf.* Id. 3 p. 112.

SCITVLE. Adu. Dimin. Fercula copioſa puellae ſcitule mini-ſtrantes Apul. Met. 2 p. 123, 7. *vid.* Id. 7 p. 192, 37. *et* 10 p. 253, 38.

SCITVRVS, a, um. Partic. [εἰδήσων] Lucan. 6, 168 — Se-quuntur Scituri iuuenes.

SCISCO, ſciui, ſcitum, ĕre. [εἴδω] *Inchoatiui formam habet, ſcire incipio. Sic* Plaut. Amph. 5, 1, 17 Ocius accurro, vt ſciſcam quid velit. ¶ 2 *Vt* cognoſco *idem ſaepe eſt quod iudico, ſententiam dico; ita hoc verbo frequentiſſime vtuntur: hinc* Sciſco, Sententiam dico, Feſtus. *Tribuitur autem populo in primis, vt ſit* Sciſcere, [κυροῦν, νομοθετεῖν] *iubere, ſancire, edicere.* Plaut. Curcul. 4, 2, 23 Rogitationes plurimas propter vos populus ſciuit. Cic. pro Flacc. 15 Quae ſciſceret plebs, aut quae populus iuberet ſum-mota concione, diſtributis partibus, *etc.* Idem de Prouinc. Con-ſul. 36 c. 15 Simul oſtendit etiam ſe ſciſcere legem, quam eſſe legem neget. Idem de Legib. 2, 13 c. 5 Quid quod multa pernicioſe, multa peſtifere ſciſcuntur in populis, quae non magis legis nomen at-tingunt, quam ſi latores aliquas conceſſu ſuo ſanxerunt? Qui nihil ſciſcunt, nec pronunciant vnum Arnob. 2 p. 48. *Sic* Cic. pro Planc. 35 Plancus primus legem ſciuit de publicanis. Sil. 7, 543

— Nunc munera Martis
Aequent imperio, et Solem concedere nocti
Sciſcant, *etc.*

De Fabio, cui Magiſter Equitum aequatur. Felicem ſciui, non qui, quod vellet, haberet: Sed qui per fatum non data non cuperet Au-ſon Eidyll. 2, 23. Sciſcor *et* Sciſco in eadem ſignificatione fuerunt apud veteres, *teſte* Priſcian. 8 p. 799. *Sed paſſiue* Antiquis opi-nionibus ſcitum eſt Arnob. 2 p. 57.

SCITVM, i. n. [δόγμα, ψήφισμα] *Iuſſum, decretum, ſancitum, vid. Sca-lig. Lect. Auſ. 1, 20.* Liu. 10, 22 Et L. Volumnio ex Senatusconſulto et ſcito plebis prorogatum in annum imperium eſt. Cic. pro Corn. Balb. 42 c. 18 Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, *etc.* ſi tum ſit fundus, quum ſcita ac iuſſa noſtra ſua ſententia comprobat, quam quum ho-ſpitium fecit? Fatalis ſciti lex Firmic. 1, 3. Cic. de Opt. gen. Orat. 29 De hoc igitur Cteſiphon ſcitum [ψήφισμα] fecit, nullis ab ipſo rationibus relatis, vt corona aurea donaretur. Sen. Epiſt. 95 Praeterea nulla ars contemplatiua ſine decretis ſuis eſt, quae Graeci vocant dogmata: nobis vel decreta licet appellare, vel ſcita, vel pla-cita. Scitum populi Liu. 45, 25. Scita plebis appellantur, Ea quae plebs ſuo ſuffragio, ſine patribus iuſſit; plebeio magiſtratu ro-gante Feſtus. *Ex Formula rogationis tribuniciae.* Cic. Att. 3, 23 SI QVID IN HAC ROGATIONE SCRIPTVM EST, QVOD PER LEGES PLEBISQVE SCITA PRO-MVLGARE — NON LICEAT.

SCITO, āre. Frequent. *pro Scire velle, vt* noſcitare. *Laudatur* Ammian. Marc. 30, 5. *Sed ibi Valeſ. et Gronou.* p. 649 Genuino percunctando ſermone, quos noſcitabat, vbinam ille eſſet, *etc. Certius eſt*

SCITOR, āri. Dep. [πεύθομαι] *Scire velle, ideoque Interrogare.* Tum vero ardemus ſcitari et quaerere cauſas Virg. Aen. 2, 105. Idem ibid. 2, 114 Suſpenſi, Eurypilum ſcitatum oracula Phoebi Mittimus. Ouid. Met. 10, 357 — Scitatur ab ipſa Nominibus dictis, cuius velit eſſe mariti. Scitari libet ex ipſo quodcunque refers Hor. Epiſt. 1, 7, 60. Scitantes cauſam viae Ouid. Met. 2, 511. *conf.* Am-mian. 26, 1. Nomen ſcitari Ouid. Met. 2, 741. Oraculorum ſcitari Reſponſa Ammian. 22, 12.

SCITĀTIO, ōnis. f. *Interrogatio.* Ammian. 18, 9

SCITĀTOR, ōris. m. Ammian. 22, 8. *Valeſ.* ſcrutatores.

SCISCĬTOR, āri. Dep. [πεύθομαι, περιεργάζομαι] *Idem quod Scitari.* Cic. in Orat. 33 Quod quidem ego Brute ex tuis literis ſentiebam, non te id ſciſcitari, qualem ego in inueniendo et in col-locando ſummum eſſe oratorem vellem: ſed id mihi quaerere videbare, quod genus ipſius orationis optimum iudicarem. Ter. Eun. 3, 4, 10 Niſi quidquid eſt, procul hinc libet prius quid ſit ſciſcitari. Cic. de Nat. Deor. 1, 17 c. 7 Epicuri ex Velleio ſciſcitabar ſententiam. Iſſem ſciſcitatum ad iſtos Gell. 12, 13. Sciſcitari aliquem Sueton. in Domit. c. 15.

SCISCĬTO, āre. [πεύθω] *Actiuum protulit* Plaut. in Merc. 2, 3, 52 Imo mane: paucula etiam ſciſcitare prius volo. Sciſcito, ſen-tentiam dico, *ap.* Feſt.

SCISCITANS, antis. Part. Sciſcitans cauſam Tac. Hiſt. 3, 58, 3 Turba heredipetarum ſciſcitantium Petron. c. 124

SCISCITATVS, a, um. Part. *Paſſ.* Ammian. 25, 8 Omnium ſententiis ſciſcitatis. *Actiue apud* Petron. c. 137 Sciſcitata cauſam triſtitiae.

SCISCITATIO, ōnis. f. Petron. c. 24 Diligentiſſima ſciſcita-tione quaerere. Ammian. 25, 4 Praeſagiorum ſciſcitationi nimiae deditus.

SCISCITĀTOR, ōris. m. Martial. 3, 82, 16 — Sciſcitator vrinae. *al.* Suſcitator. Artium minutiſſimus ſciſcitator Am-mian. 22, 16. Explorat arte ſciſcitator callidus Prudent. Hymn. Ieiun. v. 193.

SCITAMENTVM, i. n. [κοσμιότης] *Proprie aliquid ſcite factum in artibus et lepidum videtur ſignificare, deinde translatum in culinam ad bellaria.* Gell. 18, 8 Ὁμοιοτέλευτα, καὶ ἰσοκατάληκτα, καὶ πάρισα, καὶ ὁμοιόπτωτα, caeteraque huiusmodi ſcitamenta, quae iſti ἀπειρόκαλοι, qui ſe Iſocraticos videri volunt, in collocandis verbis im-modice faciunt et rancide, cum ſint inſubida et inertia, et puerilia, *etc.* *Sed ad ciborum delicias pertinent* Scitamenta ἡδύσματα Onomaſt. Vet. mellita ſcitamenta Apul. Met. 10 p. 245. Popina-tores ſcitamentorum Macrob. Sat. 7, 14. Scitamenta exiguae lancis apponere Symmach. Epiſt. 1, 23. *conf. Iuret. ad h. l.* Plaut. Men. 1, 3, 26 Aliquid ſcitamentorum de foro opſonarier.

SCIOGRAPHIA, *vid.* SCIAGRAPHIA.

SCIONE. Plin. 4, 10 Oppidum Macedoniae in ſinu Thermaico.

SCIOPODES, *vid.* SCIAPODES.

SCIOTERICON, Horologium, *vid.* SCIATERICON.

SCIPIO, ōnis. m. [σκίπων] *Baculus.* Plaut. Aſin. 1, 1, 110 Nam ego illud argentum tam paratum filio ſcio eſſe, quam me hunc ſcipionem contui. Idem Amph. 1, 3, 22 *Amphitruonem perſonatum fecit minari Pſeudo-Soſiae,* Quid tibi hanc curatio eſt rem — Quoi

ego iam hoc ſcipione — . *Nempe ſcipio ſceptrum eſt. Hinc Scipio eburneus, aquilam ſuſtinens, fuit inter Inſignia conſularis poteſtatis, apud Romanos. Veteres autem conſules Scipionem tantum gerebant die triumphi. Dionyſ. 5. Triumphanti tribuit* Iuuen. Sat. 10, 43 Da nunc et volucrem, ſceptro quae ſurgit eburno. *conſ.* Scholiaſt. *it.* Iſidor. 7, 2. *Sed poſteriores quotidie geſtabant, et cum Scipione curiam ingrediebantur. vid.* Seru. *ad* Virg. Aen. 11, 238. Liu. 5, 41 *extr.* M. Papirius vnus ex his (*principibus, triumphali habitu praeſidentibus in atriis*) dicitur Gallo barbam ſuam (vt tum omnibus promiſſa erat) permulcenti, ſcipione eburneo in caput incuſſo, iram mouiſſe. Id. 30, 15 Ibi Maſiniſſam primum regem appellatum, eximiisque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, ſella curuli, et ſcipione eburneo, toga picta, et palmata tunica donat *add.* Val. Max. 4, 4, 5. Vopiſc. in Aurel. c. 13. Tac. Ann. 4, 26, 4. ¶ 2 Scipio, *in vineis eſt* Scopio *potius v. v.* ¶ 3 Scipio *Cognomen gentis Corneliae.* Macrob. Sat. 2, 6 Cornelius, qui patrem luminibus carentem pro baculo regebat. Scipio cognominatus, nomen ex cognomine poſteris dedit. *Nempe* cognomen *primo proprium eſt perſonae, cui primum tributum eſt, deinde cum tranſit ad poſteros, fit pars* nominis, nomenque *adeo laxiore ſignificatu dici poteſt. Caeterum* Scipiones, *enarrare alterius operae eſt,* Africanos, Aemilianos, Naſicas, *etc.* Scipio *ille, cuius* Somnium *e* Ciceronis ſexto de republica *excerptum ſeruauit et illuſtrauit* Macrobius, *eſt* Africanus *iunior, Paulli Aemilii Macedonici natura filius, ab* Africani *maioris filio cognomine adoptatus,* Africanus *etiam ſuo iure poſt Carthaginem deletam cognominatus,* Aemilianus, *autem in gentis, e qua exierat, memoriam. Sed, vt diximus,* Scipiones *recenſere alterius operae eſt: quanta illa ſit, aeſtimare poſſunt, qui Indices Liuianos et Ciceronianos voluerint inſpicere.*

SCIPIADAE, arum. m. Pl. [Σκιπιάδαι] Patronoym. *pro Scipionibus.* Virg. Aen. 6, 844 Quis — geminos, duo fulmina belli Scipiadas, cladem Libyae *indictos* relinquat? Idem Georg. 2, 170 Scipiadas duros bello. Fortis Scipiada Hor. Serm. 2, 1, 17. Gentis Scipiadae fulmina Sil. 7, 106. Scipiadae duces rapidi Virg. in Culice v. 369.

SCIRESSA, *Mons in Achaia, de quo* Plin. 4, 5.

SCIRŌMA, *vid.* SCIRRHOMA.

SCIRON, ōnis. m. [Σκίρων] *Latro fuit, cuius oſſa, quum in mare cecidiſſent, in ſcopulos conuerſa feruntur, quae adhuc* Scironia ſaxa *in Megaride vocantur.* Ouid. Met. 7, 443

Tutus ad Alcathoën Lelegeïa moenia limes
Compoſito Scirone patet: ſparſisque latronis
Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus vnda.
Quae iactata diu fertur duraſſe vetuſtas
In ſcopulos, ſcopulis nomen Scironis inhaeret.

vid. viri docti ad h. l. Scironem Theſeus interemit, vid. Meurſ. Theſ. c. 6. *qui Graecorum narrationes adfert.* Ouid. Epiſt. 2, 69 Quum fuerit lectus Sciron, toruusque Procruſtes. Propert. 3, 14, 12 Nec tamen eſt quisquam ſacros qui laedat amantes, Scironis media ſit licet ille via. ¶ 2 *Ventus Caurus, ſpirans a ſaxis Scironiis haud procul Athenis.* Sen. Quaeſt. Nat. 5, 17 Athenas infeſtat, Sciron. *vid. et Dalechamp. ad* Plin. 2, 47.

SCIRONIVS, a, um. Adi. Scironia ſaxa, [Σκειρωνίδες πέτραι] *Scopuli non procul Megaris et Athenis, de quibus Strabo 9. Poſt Crommyonam igitur Scironides Atticis finibus imminent petrae, iuxta mare tranſitum non relinquentes. Super eas autem via eſt in Atticam atque Megara ab Iſthmo ducens. Adeo autem magis ac magis via petris propinquat, vt in multis eius partibus praecipitium viatori minetur: tam excelſus et tranſitu periculoſus mons incumbit. Hoc in loco Scironis res in monte geſtae, latronumque, et flectentium ad terram arbores pinus, fabulis memorantur, quos Theſeus obtruncauit. Ab hiſce locis extremis flantem, procellasque cientem ſaeuum Caurum produnt, Athenienſes Scironem appellant. Hic paullo ab Argeſte deflexus eſſe dicitur, qui et Olympius vocatur, et a nonnullis Helleſpontius.* Claud. de Bell. Get. 188 Vallata mari Scironia rupes.

SCIROS, *Pro ſcirrhus, ap.* Theod. Priſcian. de Diaeta c. 15.

SCIRPVS, *vel omiſſo* C, SIRPVS, i. m. [φλοῦς πάπυρος Gloſſ. Lat. Gr.] *eſt, vt, ait* Donatus *ad* Ter. Andr. 5, 4, 39 Sine nodo, et leuis Iunci ſpecies, paluſtris res. Feſtus, Scirpus eſt id, quod in paluſtribus locis naſcitur, leue et procerum, vnde tegetes fiunt. Inde prouerbium eſt in eas res, quae nullius ſunt impedimenti. Ennius Quaerunt in ſcirpo (ſoliti quod dicere) nodum, et Plautus in Aulularia (4, 19) Quaſi pueri, qui nare diſcunt, ſcirpo (*editur* ſcirpea *vel* ſirpea) induitur ratis. Nouius, ſume arma: Quid eſt? an occidam claua ſcirpea. *Haec* Feſtus. *Verſum Naeuii dedimus ex emendatione Voſſii.* Plin. 16, 37 Nec in fruticum — neque in alio vllo quam ſuo genere, numerentur iure ſcirpi fragiles paluſtresque ad tegulum tegetesque, e quibus detracto cortice candelae luminibus et funeribus ſeruiunt. Firmior quibusdam locis eorum rigor: namque iis velificant, *etc.* Plaut. Rud. 2, 6, 39 O ſcirpe, ſcirpe, laudo fortunas tuas, Qui ſemper ſeruas gloriam aritudinis. *Laudat naufragus ſcirpi fortunam prae ſua, qui bene permadeſcat: ita* fortunam anatinam *dixit. Iam illud* In ſcirpo nodum quaeris, *i. difficultatem, vbi nulla eſt, habetur* Plaut. Men. 2, 1, 22. *et* Ter. Andr. 5, 4, 38 Dignus es cum tua religione odium: nodum in ſcirpo quaeris: *vbi* Donatus *etiam adfert ex* Lucilio, nodum in ſcirpo inſane facere vulgus. *Idem ergo ſignificat atque illud* Ter. Phorm. 4, 5, 3 Vt cautus eſt, vbi nihil opus eſt! ¶ 2 Scirpi, [γρῖφοι] *dicuntur Captiunculae, Argutiaeque, vel Aenigmata.* Gell. 12, 6 Quae dicunt aenigmata, hoc genus quidam e noſtris veteribus ſcirpos appellarunt *Exemplum ponit, quod hic locum meretur:*

Semel minusne, an bis minus, non ſat ſcio,
An vtrumque eorum, vt quondam audiui dicier,
Ioui ipſi regi noluit concedere.

Vtrumque eorum, *i.* τὸ ſemel *et* τὸ bis *efficit* ter. *Nempe* Terminus noluit Ioui concedere, *etc. Petrus Crinitus et Caelius legunt* Scrupos *ſine idonea ratione. Audiendus potius Scaliger Coniectan. ad locum Varronis, quem damus in* SCIRPEA. *E* Sirpo, *inquit*, σχοίνῳ, *omne* πλέγμα *fiebat. Vnde quaeſtiones obſcurae* ſirpi *olim Latinis, Graecis vero* γρῖφοι *dicebantur: quod vt* γρῖφοι *erant* πλέγματα ἁλιευτικὰ *ex ſirpo, ita etiam ex ſirpis naſſae piſcatoriae, quae et* ſirpiculi. *Secundum haec* Scirpi *ſunt velut naſſae, in quibus capiuntur non intelligentes, quaedam captiones ſ. captiunculae.*

SCIRPEVS, a, um. Adi. [σπαρτινος] *Ex ſcirpo factum.* Varro de L. L. 6, 3 p. 73, 25 Argei ſunt e ſcirpeis virgultis ſimulacra. *De eadem re* Ouid. Faſt. 5, 659 Scirpea — Tiberi iactatur imago. Plautus Aulul. 4, 1, 9 Quaſi pueri, qui nare diſcunt, ſcirpea duitur ratis.

SCIRPEA, SIRPEA, SCIRPIA, SIRPIA, Subſtant. dici... *Crates.* Quae virgis ſcirpatur, (*Scal.* ſirpatur) hoc eſt colligat... implicatur, in qua ſtercus, aliudue ſimile vehitur iumentis Varro L. 4, 31 p. 34, 14. Ouid. Faſt. 6, 680 — In plauſtro ſcirpea l... fuit. Cato de R. R. 10, 2. *et* 11, 4 *Crates* ſtercorarias *vimine c... textas appellat* Scirpeas. *al.* Sirpeas. ¶ 2 Vannorum ſirpearum... vinctores Arnob. 2 p. 70. *conſ.* Iuſtin. 43, 4, 6 *et* 9. *vbi* ſcirp... (Sirpiis, Scirpis) latentes *milites in vehiculis.*

SCIRPICVLA, *vel* SIRPICVLA, ae. f. [δρεπανὶς] Falx, ... in ſcirpandis, hoc eſt ligandis vineis vtuntur, ad amputanda ſuperf... ligamentorum Varr. de R. R. 1, 22, 5. Falces dicuntur vineati... opus eſſe ſex, ſcirpiculae quinque Cato de R. R. c. 11.

SCIRPICVLVM, i. n. [σπαρτινὸν, σκευάριον] *Caniſtrum, ſcirp... aut viminibus confectum.* Columel. 10, 304 Cauo iam vim... textum Scirpiculum ferrumineis onerate hyacinthis. *Alii ſcrib...* Sirpiculum. Scirpiculis medio puluere ferre roſam Propert. 2, 40. Scirpiculis *Brouckh.*

SCIRPICVLVS, i. m. *Paruus ſcirpus ſ. corbis e ſcirpo plex...* Lucil. *apud* Non. 8, 57 Tintinnabulum abeſt hinc ſirpiculique ho... rorum (*pro* olerorum *ſ.* olerum). Neque tintinnabulum *eſt vehic... genus, neque* Sirpiculus *vel* Scirpiculus: *Sed qui olera vendebant, ea h... bant in* ſcirpiculis *ſ. capſis plexilibus ex ſcirpo, et tintinnabulo inu... bant emtores, vid. Gronou. ad* Plaut. Pſeud. 1, 3, 98. *et qui hunc lau... Scheffer. de Re vehic. 2, 20 p. 262. Ne cum Scaligero Coniect. in Va... p. 60 putes, eſſe vehiculi nomen* Scirpiculum: *non magis ſane qu...* ſcirpea. *Nempe* ſcirpus *eſt etiam corbis e ſcirpo factus;* ſcirpea ſpartea, *craticula cuiuscunque formae, vel corbicula, vel teges e* ſcir... ſcirpicula *falx ad ſcirpos deſecandos (modo ea non ſit ſarpicula poti...* ſcirpiculum *caniſtrum,* ſcirpiculus *corbis e* ſcirpo. *Hinc explicar...* Varron. de R. R. 2, 2, 10 Cum inter haec bina loca, vt iugum conti... ſcirpiculos, ſic calles publice diſtantes paſtiones, *etc.* Scirpic... *ſunt duo corbes iugo ligneo vel loreo iuncti, ab vtroque latere iumenti, hominis adeo baiuli pendentes, cui iugo comparatur callis, qui duas... ſtiones iungit.* Eis ego ora verberabo ſcirpiculis piſcariis Pl... Capt. 4, 2, 36. *vid.* SCIRPVS *n. 2. Al.* Surpiculis.

SCIRPO *vel* SIRPO, āre. *Verbum antiquum, quod explicat ...* Varro de L. L. 4, 31 p. 34, 14 Sirpea, quae virgis ſirpatur, *i.* co... gando implicatur, *etc. Idem* Varro *apud* Non. 2, 113 Cupas vinar... ſirpare noli, *quod prouerbii formam habet probibentis operam ſtolid... ſcopo contrariam, vt aquam cribro haurire, vel in dolium pertuſ...* infundere, *etc.*

SCIRPVLA, ae. f. *Vitis genus apud* Columel. 3, 2, 27. Pl... 14, 3 ſ. 4, 8 Scirpula paſſo acino. *it.* c. 9 Paſſum fieri certum eſt ex v... — ſcirpula. *Variat vehementer lectio apud Columellam.* Scrip... *etiam boni libri in loco priore Plinii.*

SCIRRHŌMA, atis. n. [σκίῤῥωμα] *aut* SCIRRHVS, i... [σκίῤῥος] *Tumor doloris expers ab humore melancholico, vt finit G... racus.* Plin 7, 15 *poſtquam de Mola egit, mulierum morbo,* Simi... quiddam et viris in ventre gignitur, quod vocant ſcirrhon. Ide... 25, 8 Buphthalmos — quidam cachlam vocant: haec cum ce... ſcirrhomata diſcutit. *Add.* Theod. Priſcian. de Diaeta 15.

SCIRTARI, *Populi Liburniae apud* Plin. 3, 22.

SCISCITOR, SCISCO, SCITOR, SCITVM, *vid.* SCI...

SCISSILE, *vid.* SCINDO.

SCIVRVS, i. m. [σκίουρος] *Animal paruum: ſic dictum ... τῆς σκιᾶς, καὶ τῆς οὐρᾶς, id eſt ab vmbra caudae. Nam quoties ſub d... atque non ſub tecto eſt, cauda illi pro tecto eſt atque vmbra.* Plin. 8, 38 ſ. 58 Praeuident tempeſtatem et ſciuri: obturatisque qua ſpirat... eſt ventus cauernis ex alia parte aperiunt fores: de caetero ipſis v... loſior cauda pro tegmento eſt. *Add.* Idem 11, 43 ſ. 99. Mart... 5, 38 Puella — Cui comparatus indecens erat pauo, Inamabi... ſciurus, et frequens Phoenix. *Ergo Martiali iudice vel maxime am... bilis et in deliciis haberi dignus* ſciurus.

S C L *et* S C O

SCLOPVS, i. m. [ψόφος] *Sonus, qui ex inflatione buccarum erum... pit.* Perſ. Sat. 5, 13 Nec ſclopo tumidas intendis rumpere bucca... *Melius* STLOPVS *vbi vid.*

SCOBINA, *vid.* SCOBS.

SCOBS, *et* SCŌBIS, is. f. ſecundum Priſcianum p. 751: ... SCOBIS, is. m. *ſecundum* Phocam; (*vt aiunt: in edit. Putſchia... fruſtra quaerebam*) [πρίσμα, ῥίνισμα] *Id quod ab aliqua materia ... nutiſſimum decidit, dum vel ſerra ſerratur, vel terebra perforatur: ... non quod oritur ex attritione laterum* ſcobs *dici poſſe videtur.* H... Serm. 2, 4, 81 Vilibus in ſcopis, in mappis, in ſcobe quantus Conſiſ... ſumtus? *etc.* Plin. 34, 18 Alii elimatam ſcobem in fictili cru... coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum. Columel. 10, 4 Nauſeantibus quoque ſalutaris habetur eburnea ſcobis ſale frict... *etc. Sic* 12, 43, 4 Abiegna ſcobe. Ilignea Colum. 12, 44, Centroſa ſcobs, *vid.* CENTRVM. Eboreae ſcobis hemi... Scribon. 16. Semodium ſcobis Iuuen. Sat. 14, 64. Scobe... facit terebra Columel. 4, 29, 15. *Add.* Celſ. 5, 5. *et* 8, 2 *et* 3. Scob... omni educto *eſt in plerisque libris* Pallad. Febr. 17, 7.

SCOBĪNA, ae. f. [ῥίνη] *a* Scobs *inquit* Varro L. L. 6, 3 Lin... dicitur. Plin. 11, 37 ſ. 68 *extr.* Poſtea arteria et ſtomachus den... culatus callo, in modum rubi ad conficiendos cibos, decreſcentibu... crenis quidquid appropinquat ventri. Nouiſſima aſperitas, vt ſco... bina fabri. *conſ.* Tertull. Apol. c. 12. Vngulis deraditis later... Chriſtianorum? At in deos veſtros per omnia membra validius i... cumbunt aſceiae, et runcinae, et ſcobinae.

SCOENA *pro* COENA, *etc. vid.* SCHOENICOLA.

SCOLAX, ăcis. m. *Funale.* Iſidor. 20, 10 Funalia Grae... ſcolaces vocant, quod ſint ſcoliciae, id eſt mortis. *Sic vulgo l... gitur. Al.* Quod ſint σκολιοὶ id eſt intorti. *Neutrum ſanum videtu...*

SCOLECIA, ae. f. [σκωληκία] *quaſi tu* verminationem *vel* ve... miculationem *dicas.* Plin. 34, 12 Eſt et alterum genus aeruginis quam vocant ſcoleciam, in Cyprio aere: hoc trito, alumine et ſale aut nitro pari pondere cum aceto albo quam acerrimo, *etc.* Teri... tur autem donec viride fiat contrahatque ſe in vermiculorum ſpeciem vnde et nomen. Hactenus Plin. σκώληξ *Graece,* Vermis *Latine dicitu... Harduin. leg.* ſcoleca.

SCOLECIVM, i. n. [σκωλήκιον] *Vermiculus.* Plin. 24, 4 pr... Coccum

(:cum autem ilicis, vulneribus ex aceto recentibus imponitur. Epi-p)ris ex aqua et oculis ſuffuſis ſanguine inſtillatur. Eſt autem g us ex eo in Attica fere, et Aſia naſcens, celerrime in vermiculum ſ(mutans, quod ideo ſcolecion vocant, improbantque.

COLIBROCHON, i. n. *Herba, al. callitrichon aut ſcolopendrion* A)l. de Herb. c. 47.

COLOPENDRA, ae. f. [σκωλόπενδρα] *Inſecti genus.* Plin. 11. In nullo genere plures ſunt pedes, et quibus ex his plurimi, diu-ti viuunt diuulſa, vt in ſcolopendris videmus. *Haec eadem* Centi-pea *videtur, vel certe* ſcolopendrae *ſpecies* centipeda. ¶ 2 P is. Plin. 9, 43 Scolopendrae terreſtribus ſimiles, quas centi-p(es vocant, hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec ha-m n egerant, deinde reſorbent. *Add.* Idem 32, 11.

COLOPENDRION, i. n. [ἄσπληνον] *Herba, quam totus offici-na(m chorus herbariorumque,* Ceteracum *vocant, vel* Ceterac, *ſine caule, ſi flore, ſine ſemine, pediculo nigro, etc.* Ruellius 3, 67. *conf.* A l. de Herb. c. 4. 47. 56. 92. Ad calculoſos herba ſcolo-pe)drion, quam nos calcifragam appellamus, belle facit contuſa Scri-bo. Larg. 150.

COLVS, i. *Conuenire videtur hoc nomen cum Gr.* σκώληξ, ο)ηις. Corpus ſqualebit ſcolis olidum Theodulf. paraen. *vid.* Re(ſ. *ad Daum. Epiſt.* 23.

COLYMOS, i. f. [σκόλυμος] *Herba, quae et Strobilus, quod* (:rum *habeat nuci pineae ſimilem:* et Cinara, *quod cineribus gaudet,* *ap llatur.* *Theodorus Gaza* Carduum *vertit.* *Eſt enim reuera car-du ſatiuus.* Plin. 22, 22 Scolymon quoque in cibos recipit Ori-en et alio nomine limanion appellat. Frutex eſt nunquam cu-bi li altior, criſtisque foliorum ac radice nigra, ſed dulci. *Add.* Id. :c 23. *it.* 21, 16. Apul. de Herb. c. 96 *et* 97. *vid.* CINARA.

COMBER, *vel* SCOMBRVS, i. m. [σκόμβρος] *Genus piſcis* *ma ni.* Plin. 9. 15 Cum thynnis hae et pelamides in Pontum ad lu iora pabula intrant gregatim cum ſuis quaeque ducibus, et primi om ium ſcombri, quibus eſt in aquis ſulphureus color, extra qui cae-te. Plin. 31, 8 *pr. de Garo,* Nunc e ſcombro piſce laudatiſſimum — ſociorum id appellatur — Scombros quidem et Mauritania Ba icaque — capiunt, ad nihil aliud vtiles. *Laudatur* Scom-ber *etiam* Plaut. Capt. 4, 2, 71. Plin. 32, 11 Scomber, ſalpa, ſpa-ru *etc. vid.* Columel. 8, 17, 12. *et* Catul. 96, 8. Iberum piſcem vo it Hor. Serm. 2, 8, 46. Scomber, *Ruellio ſignificat eum piſcem,* *qu apud Gallos dicitur Maquereau, a frequentibus ſcilicet maculis.*

COMMA, atis. n. [σκῶμμα] *Latine dicitur* Cauillum. Eſt (*vt ait* Macrob. Saturn. 7, 3) Morſus figuratus, qui ſaepe fraude vel vr nitate tegitur, vt aliud ſonet, aliud intelligas, nec tamen ſemper ad maritudinem pergit: ſed nonnunquam in quos iacitur et dulce eſt ὁ σκῶμμα.

COMMATICE. Adu. *Per ſcomma.* Si quid ſcommatice magis au oedorice in eos dici poteſt Sarisber. Metal. 1, 5. Scommatice ali uid retorquere Idem Epiſt. 237.

COPAE, arum. f. Pl. [σάρωθρον, κόρημα, κόρηθρον] *Inſtru-me um, quo pauimenta verruntur.* Scopae, *quaſi* Scobae *dicuntur,* *qu his purgamenta veluti ſcobem educimus.* Plaut. Stich. 2, 3, 23 M ditias volo fieri hic: ferte huc ſcopas, ſimulque arundinem vt op am omnem aranearum perdam. Scopa, *ſingul.* Chariſ. *et* Onom . Vet. In ſcopa terens Vulgat. Eſai. 14, 13. *Sed antiqui pluri-un antum numero.* Viles ſcopae Hor. Serm. 2, 4, 81. Cic. Att. 7, L. Caeſarem vidi Minturnis ad VIII. Calend. Febr. mane, cum ab rdiſſimis mandatis, non hominem, ſed ſcopas ſolutas, vt id ipſum m i ille videatur irridendi cauſa feciſſe. Idem in Orat. 235 c. *agens contra eos, qui numeros orationis contemnunt,* Scopas diſſol-ve dixit, *pro eo quod eſt, Rem prorſus inutilem efficere.* *Nam* Sco-pa olligatae *ad verrendum ſunt accommodatae: porro ſi diſſolueris, ni-bi nutilius.* Cato de R. R. c. 152 Facito ſcopas virgeas vlmeas ari s, in aſſerculo alligato, eabus (*i.* iis) latera doliis intrinſecus vs e bene perfricato, ne faex in lateribus adhaereſcat. Plin. Va-le 2, 10 Superſpergas ſcopas cypreſſi in teſta oui calefactas. *Et* 1, 4 Marrubii ſcopas cum pane decoques, easque bibes. *Hic non ad ſum aliquem verrendi reſpicitur, ſed* ſcopae *ſunt manipuli herbarum.* Ap . Met. 9 p. 300, 14 *Fioridi,* Lactucae veteres et inſuaues illae, qu ſeminis enormi ſenecta ad inſtar ſcoparum in amaram coenoſi ſu cariem exoleſcunt. ¶ 2 Scopa regia, *Herba,* Scopa re , oxymyrſine Scribon. 153. Plin. 25, 5 De Achilleo herba, qu et millefolia appellatur, etiamnum aliam ſimilem huic, ſed can-dio ribus foliis et pinguioribus, tenuioribus cauliculis, in vineis na-ſce em. Aliam vero binûm cubitorum, ramulis exilibus, trian-gu , folio filicis, pediculo longo, betae ſemine, omnes vulneribus pr: ipuas. Noſtri eam, quae eſt latiſſimo folio, ſcopas regias vocant. *ad* Idem 21, 6.

COPELISMVS, *vid. poſt* SCOPVS.

COPVLA, ae. f. Dimin. [σαρώθριον] Columel. 12, 18, 5 De de peniculo detergitur, et feruentiſſima pice infuſa, nouo alio ru ulo et ſcopula picatur. Idem 12, 38, 4 Scopulis aridae myrti ſer ſuffriatur. *Add.* ibid. c. 36. Cato R. R. c. 26 Scopulae doliis *int . purgandis.*

COPIO, ōnis. *forte etiam* SCOPIVM, *certe etiam* SCOPI, orum. *Sic vocantur pediculi ſ. petioli, a quibus acini pendent in vuis.* Ca R. R. 112, 3 Tum acina de vuis miſcellis decerpito de ſcopio: *qu emendatum in antiquo libro* de ſcopione. *Sed* Varro R. R. 1, 54. Quae calcatae vuae erunt, earum ſcopi cum folliculis ſubiiciendi ſub relum. Columel. 12, 39, 3. *et* 43, 10 *reſtituendos etiam* ſco-pic es vuarum *pro* ſcipionibus, *viri docti monuerunt: ſicut* Columel. 11, 46 *de aſparagis* Collectis ſeminibus ipſis, ſcopiones vti ſunt in ſu oco perurendi ſunt, *vbi* ſcorpiones *legebatur.* Scopos *vocauit in ipſ hoc argumento* Pallad. Febr. 24, 8 Et has annis omnibus incenda-mu in ſcopis. Petron. c. 23 p. 73 Non ſentientis labra hu-me sque ſcopionibus (*peruſtis, et exſtinctis, vel etiam in atramentum int ctis*) pinxit. Scopi *hoc ſenſu etiam ſunt, nempe* vuarum Varr. 1, 16. *Nempe res eadem* Scopae, Scopulae, Scopium, Scopus, Sc ones *luxuriante, vt fit inter ruſticos, ſeu fluctuante potius apud ſcr tores, propter rarum inter vrbanos vſum, forma vocabuli. Tale qui m* ſcirpo, *an* ſirpo, *et quae eo referuntur, licet obſeruare. For-ma , vt ita dicamus, ratio eſt,* ſtirps *vna* ſcapus *vnus, in plures ſur-cul ſparſus.*

SCOPO, āre. *Scopis verrere, vel euerrere.* Vulg. Int. Ieſ. 15, 23 Hieronymus, Scopabo eam in ſcopa terens. *Addit* Hierony-mu Dominus ſcopauit eam vehementiſſime terens, et quaſi quodam verriculo ad purum vsque mundauit. *Sic Ariſtoph.* Pac. 59 ὦ Ζεῦ, κατάθε τὸ κόρημα, μὴ κόρει τὴν ἑλλάδα, *Ne ſcopes Graeciam, i. Ne in deſolationem redigas. Verum* Vulg. Pſalm. 76, 7 Scopebam ſpiritum meum, ἔσκαλλον τὸ πνεῦμά μου, *videtur agitationem et vehementem cogitationem notare.*

SCOPARIVS, i. m. [σαρωθὴρ] *Miniſter, cuius miniſterium eſt, vt deuerrat pauimenta ſordentia.* Vlpian. in l. Inſtrumento fundi D. de fund. inſtruct. Quibusdam in regionibus accedunt inſtrumento, ſi villa cultior eſt, etiam atrienſes, ſcoparii.

SCŎPAS. [Σκόπας] *Statuarius eminentiſſimus, qui Mauſoleum caelauit.* Plin. 35, 5. Hor. Carm. 4, 8, 6 Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas, Hic ſaxo, liquidis ille coloribus. Solers nunc hominem ponere, nunc Deum. *conf.* Vitruu. 9, 9.

SCOPĔLOS, *Inſulae nomen, quae eſt* ante Troada Aſcaniae *ap.* Plin. 5, 31.

SCOPES, um. f. Pl. [σκῶπες] *Aues feruntur nocturnae ex genere noctuarum, eaedem cum his, quos Bubones Latini appellant. Dictae* Scopes, *quaſi* σκαιὰν ὄπα ἔχοντες: *ſunt enim raucae et minime canorae.* Plin. 10, 49 Nominantur ab Homero (Od. E 66) Scopes auium genus; neque harum Satyricos motus, cum inſident, pleriſque memoratos facile conceperim mente: neque ipſae iam aues noſcuntur. *Sic leg. melius quam* naſcuntur.

SCOPIVS, i. m. *Mons in Macedonia apud* Plin. 4, 10.

SCOPTŬLA, orum. n. Pl. Scoptula operta [ὠμοπλάται] *quae medicis dicantur, docet* Celſus 8, 1 A ceruice duo lata oſſa vtrinque ad ſcapulas tendunt, noſtri ſcoptula operta, ὠμοπλάτας Graeci nominant. Ea in ſummis verticibus ſinuata, ab his triangula, paullatimque lateſcentia ad ſpinam tendunt: et quo latiora quaque parte ſunt, hoc hebetiora. *Hactenus* Celſus. Latos humeros *quidam vocant, alii* Oſſa humeraria.

SCOPVS, i. m. [σκοπὸς] *Locus, in quem emittendo tela dirigimus: a Graeco* σκοπέω, *quod eſt conſidero, contemplor, ſpeculor.* Macrob. in Somn. Scip. 1, 4 *pr.* Nunc ipſam eiusdem ſomnii mentem, ipſumque Propoſitum, quem Graeci σκοπὸν vocant, tentemus aperire. Cic. Att. 8, 11 Neutri σκοπὸς eſt ille, vt nos beati ſimus; vterque regnare vult. *Eidem* 15, 18 Σκοπὸς hic eſt enim huic noſtro, nihil praebere. Idem Philipp. 12, 22 *quid ſit ſcopus declarat his verbis,* Quum omnes actiones horum menſium, omnes ſententiae meae peruenerint ad eum exitum, qui mihi fuit propoſitus. Idem Fam. 16, 24 *ſcopum deſignat ita,* Mihi prora et puppis, vt Graecorum prouerbium eſt, fuit a me tui dimittendi, vt rationes noſtras explicares. *Illud ergo apparet, vt Graeco, et Graecis literis ſcribendo tantum vſos eſſe veteres.* ¶ 2 *De* Scopis vuarum, *vid.* SCOPIO.

SCOPŬLVS, i. m. Dimin. [σκόπελος, σκοπιὰ] *Proprie* ſpecula. Saxum eſt eminens, *vt* ait Seruius *ad* Aen. 1, 45 *et* 180 a ſpeculando ita vocatus, σκοπεῖν enim ſpeculari eſt. Plin. 12, 14 Saba regio a dextra maris ſcopulis inacceſſa. Caeſ. Bell. Gall. 3, 13 Et eadem de cauſa minus incommode ſcopulis continebantur. Virg. Aen. 1, 45 Scopuloque infixit acuto. Vertex ſcopulorum Catull. 62, 244. Altus Virg. Aen. 5, 220. Exeſi Sen. Herc. Fur. 2. Frequentes Iuuen. Sat. 13, 246. Immanis Ouid. Met. 14, 182. Piſcoſi Virg. Aen. 4, 255. Saeuus Idem ibid. 5, 270. Sonantes Idem ibid. 1, 204. Surdior Icari ſcopulis Horat. Od 3, 7, 21. Turriti Virg. Aen. 3, 536. Vomentes aequor ſcopuli Lucan. 6, 24. Accedere ad ſcopulos, *vid.* ACCEDO. Appellere ad ſcopulos, *vid.* APPELLO. Virg. Aen. 1, 180 Aeneas ſcopulum interea Conſcendit, et omnem Proſpectum late pelago petit. Virg. Aen. 3, 566 Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa Dedere. Excutere aliquem praecipitem ſcopulo Virg. Aen. 12, 532. Exſtruere immanes ſcopulos Claud. Conſ. Hon. 4, 103. Minantur ſcopuli gemini in caelum Virg. Aen. 1, 163. i. e. Eminent. Seruius. Pendere minaci ſcopulo Virg. Aen. 8, 668. Tanquam ſcopulum, ſic fugias inauditum atque inſolens verbum Caeſ. *apud* Gell. 1, 10. *Sic Metaphor.* Cic. pro Roſc. Amer. 79 Reſtare tibi videbatur ſeruorum nomen, quo quaſi in portum reiectus a caeteris ſuſpicionibus confugere poſſes: vbi ſcopulum offendis eiusmodi, vt non modo ab hoc crimen reſilire videas, verum omnem ſuſpicionem in vosmetipſos recidere intelligas. Cic. pro Rabir. perd. reo 25 c. 9 Nec tuas vnquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sexti Titii afflictam nauem, et in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. Scopulus ſecuritatis publicae Antonius Flor. 4, 9, 1. *Sic* Ire ad ſcopulum *ſimpliciter eſt interire.* Lucret. 2 *extr. exprobrat ruſtico de ſterilitate querenti, quod non teneat,* Omnia paullatim tabeſcere, et ire Ad ſcopulum ſpatio aetatis defeſſa vetuſto. *Sed hoc forte melius de meta explicatur, de qua ratione mox* n. 2. Geſtare ſcopulos in corde, *dicitur, qui nulla mouetur miſericordia* Ouid. Met. 7, 33. ¶ 2 Scopulus *vt* Scopus, *quod eiusdem originis eſt, pro meta* Lucret. 2 *extr.* Omnia paullatim tabeſcere, et ire Ad ſcopulum ſpatio aetatis defeſſa vetuſto. *vid. Salmaſ. Ep.* 48. Sueton. Domit. c. 19 Nonnunquam in pueri procul ſtantis, praebentisque pro ſcopulo diſpanſam dextrae manus palmam, ſagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum innocue euaderent. *Aliam librorum in hac voce conſtantiam refert Caſaubonus: et tamen multi mutarunt in* ſcopo. Scopulum *pro meta etiam ex* Gloſſis *produxit Barth. ad* Stat. Theb. 9, 761.

SCOPVLŌSVS, a, um. Adi. [σκοπελώδης] *Scopulis plenum.* Plin 9, 18 Deiectumque per ſcopuloſa et abrupta, vbi primum mollis planities contingat, in quodam lacu hoſpitari. Colles ſcopuloſi Sil. 7, 274. Limes ſcopuloſus Stat. Theb. 1, 332. Rupes ſcopuloſa Lucan. 2, 619. *Metaph.* Cic. Verr. 1, 36 Intelligo quam ſcopuloſo difficilique loco verſer: nam cum omnis arrogantia odioſa eſt, tum illa ingenii, atque eloquentiae multo moleſtiſſima. Id. de Orat. 3, 66 c. 19 *pr.* Oratores autem in inferum hoc Tuſcum et Barbarum, ſcopuloſum, atque infeſtum laberentur, in quo etiam ipſe Vlyſſes erraſſet.

SCOPELISMVS, i. m. [σκοπελισμὸς] *Scopulorum, metarumue poſitio.* Vlpian. l. 9 D. de extraord. crim. Sunt quaedam, quae more prouinciarum coërcitionem ſolent admittere: vt puta in prouincia Arabia σκοπελισμὸν crimen appellant, cuius rei admiſſum tale eſt. Plerique inimicorum ſolent praedium inimici σκοπελίζειν, id eſt lapides ponere, indicio futuros, quod ſi quis eum agrum coluiſſet, malo leto periturus eſſet inſidiis eorum, qui σκοπέλους poſuiſſent: quae res tantum terrorem habet, vt nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum, qui σκοπελισμὸν fecerunt. Hanc rem praeſides exſequi ſolent grauiter vsque ad poenam capitis: quia et ipſa res mortem comminatur.

SCORDALVS, i. m. *Videtur notare hominem impudentem in vino et clamoribus turbantem omnia.* Sen. Epiſt. 56 p. 192 *in deſcribendo tumul-*

tumultu et vario clamore balnei, Adiice nunc ſcordalum, et furem deprehenſum, et illum, cui vox ſua in balneo placet. *Et* Ep. 83 p. 343 *vbi docet* falſum eſſe, ei qui ſolet ebrius fieri, non committi ſermonem ſecretum, *vtitur exemplo* Tullii Cimbri, *aſſumti in conſilium interficiendi Caeſaris*, Tullius Cimber, *inquit*, et nimius erat in vino et ſcordalus. In hanc rem iocatus eſt ipſe: Ego, inquit, quemquam feram, qui vinum ferre non poſſum? *Addit* Seneca, Sibi quisque nunc nominet, quibus ſcit et vinum male credi, et ſermonem bene. *Etiam* Sen. Rhetor Suaſor. 7 *extr.* p. 57 *de M. Tullio filio, Ceſtium inter epulas vlciſcente, patris ſui obtrectatorem*, Erat autem etiam, vbi pietas non exigeret, ſcordalus, *i. ferox, et clamoſus in vino.* Petron. c. 95 *Eumolpus per vinum in rixam ſanguinolentam inciderat:* Ego autem, *narrare pergit* Encolpius, Eumolpum excludo, redditaque ſcordalo vice, *etc. Eſt ad h. l.* vetus Gloſſa, Scordalus homo alliatus (*quaſi eſſet ex σκόροδον*) et illuuie ſqualoreque foedus, ſordidus, impurus. *Puto melius* Gl. Iſid. Scordalus ferox. *Eſt enim certe clamoſitas praeſertim in vino, et ferocia, quae facit* ſcordalum. *Sic* Trimalchio Petron. c. 59 *rixam conuiuarum ſedaturus;* Agite, inquit, Scordalias de medio. Sueton. 65 Agrippam ob ingenium ſcordalum ac ferox abdicauit. *Sic legi vult poſt Salmaſ. Graeuius pro vulg.* ſordidum. *Etiam* Fulgent. de Virg. Contin. p. 757 *Stauern. reſtitui vult Schulting. ad* Sen. Suaſor. 7 p. 56 *probante, vt ait Gronouio*, Cerberus forenſis erat cauſidicus ——— Sed melle ſapientiae ſcordali (*pro vulg.* ſcandali) dulcoratus reſipiſcat rancor. *Emendationis huius mentionem nullam facit Stauerius.*

SCORDALIA, ae. f. *Indecora rixa in vino, vt modo dictum, vid.* SCORDALVS. Agite ſcordalias de medio Petron. c. 59.

SCORDASTVS, i. f. *Arbor Perſici maris, ap.* Plin. 12, 9.

SCORDILON *Pro ſcordion, ap.* Apul. de Herb. c. 70.

SCORDISCVS, i. m. Ephippium Vet. Gloſſ. Scordiſcum, corium crudum Iſidor. in Gloſſ. *Hinc*

SCORDISCARIVS, *apud* Hieronymum, Qui ſtrata vel coactilia facit et tegumenta. Turnebus.

SCORDISCI, *Populi Pannoniam incolentes* in montis Claudii fronte, quo monte diuiduntur a Tauriſtis, Σκορδίσκοι Plin. 3, 25.

SCORDIVM, i. n. [σκόρδιον] *Herba eſt apud Dioſcoridem, tam in montoſis, quam in paluſtribus locis naſcens, foliis Triſſaginis, maioribus tamen, et in ambitu non vsque adeo diuiſis, caule quadrangulo, flore ſubrubro. Dictum* Scordion *ἀπὸ τῆ σκορόδȣ, hoc eſt ab allio, cuius odorem refert, et acrimoniam Galen. Simplic. facultat. 8. Vtitur illo* Scribon. *v. g. 169. 170. 177. Vid.* Plin. 25, 7 *et* 26, 9. *it.* 11 *et* 14. Apul. de Herb. c. 70. *Penultima longa eſt, ſec. Borrich. de lingua Pharmacop.*


SCORDOTIS, Herba magnitudine cubitali, caule quadrangulo, ramoſa, quernae ſimilitudine, foliis lanuginoſis, amari guſtus: reperitur in campis pinguibus. Ea a quibusdam appellatur Scordion. *vid.* Plin. 25, 6. *et* 26, 5.

SCORIA, ae. f. [σκωρία] *Metallorum quoddam vitium, et recrementum quaſi faex, ſicut ſpuma, quae ex ferueſcente materia tollitur.* Plin. 33, 4 Quae e catino iactatur ſpurcitia, in omni metallo vocatur ſcoria. Scoria, ferri ſtercus Scribon. 188. Sordibus et ſcoria patiar tabeſcere tali Virg. in Ciri v. 249. *add. Voſſ. de Arte Gramm. 2, 38.* Aeris ſcoria Plin. 34, 11. Argenti ſcoria Idem 33, 6. Plumbi ſcoria Idem 34, 18. *conf.* Celſ. 5, 19.

SCORODON. [σκόροδον] *Herba notiſſima,* Allium, *Latini appellant.* Scorodon Argiue ſunt allia dicta Latine Pſeudo-Macer 1, 5, 1. *Eſt et Silueſtris allii genus, quod Graeca appellatione, ὀφιοσκόροδον, quaſi* allium anguinum, *vocitatur Dioſc. 2, 141.*

SCORPAENA, *Genus piſcis apud* Plin. 32 vlt. *Meminit eius* et Ambroſius: Scorpaena (*inquiens*) quoque caſtitatem immaculati connubii generi ſuo ſeruat, non percutit ſed reficit.

SCORPIO, ōnis. *et* SCORPIVS, i. m. [σκορπίος] *Animal venenoſum, cauda feriens.* Plin. 11, 25 Semper cauda in ictu eſt, nulloque momento meditari ceſſat, ne quando deſit occaſioni. *Vid. plura in eodem capite, vid. etiam* Celſ. 5, 27. Tertullianus *librum ſuum, contra gnoſticos, cui titulum fecit* Scorpiace, *ita incipit*, Magnum de modico malum, Scorpios, terra ſuppurat (*quaſi pus terrae eſſent Scorpii*) Tot venena, quot genera; tot pernicies, quot et ſpecies; tot dolores, quot et colores Nicander ſcribit et pingit. Et tamen vnus omnium violentiae geſtus, nocere de cauda; quae cauda erit, quodcunque de poſtumo corporis propagatur, et verberat. Proinde ſcorpii ſeries illa nodorum, venenata intrinſecus venula ſubtilis, arcuato impetu ſurgens, hamatile ſpiculum in ſummo tormenti ratione ſtringit. Vnde et bellicam machinam, retractu tela vegetantem, de ſcorpio nominant. Id ſpiculum et fiſtula eſt, patula tenuitate in vulnus et virus, qua figit effundit. *Haec poſtrema ad animal ſcorpium pertinent. Ita loquitur etiam de culice*, cuius tuba pariter *ſit* lancea, *vt loquitur ipſe de* Anima 10. Plin. 11, 2 Telum perfodiendo tergori quo ſpiculauit ingenio *natura*, vt fodiendo acuminatum pariter, ſorbendoque fiſtulatum eſſet. *Male igitur, certe non ex mente Tertulliani ad* Scorpionem ſagittam *iſta tranſtulit* Iſid. 18, 8. *Nec ſatis prouide illum ſecutus Lipſius Polior. 3, 4.* Metuendus acumine caudae ſcorpius Ouid. Faſt. 4, 163. Noxii in Africa Scribon. 164. ¶ 2 Scorpius, *ſiue* Scorpio, *Signum caeleſte* Columel. 11, 2. Sol ingreditur Scorpium XIIII Calend. Nouemb. Plin. 17, 24 Quum ſit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario. *conf.* Cic. in Arat. v. 317. Ardens Scorpius Virg. Georg. 1, 35. Cauda minax ſcorpius Lucan. 1, 654. Concauat brachia Scorpius Ouid. Met. 2, 195. Formidoloſus Scorpius Hor. Carm. 2, 17, 17. ¶ 3 *Tormenti genus eſſe ſatis conſtat: ſed qua in re a* catapultis, baliſtisque, *quibus iungitur, diuerſum fuerit, ipſorum auctorum diſſenſus, ſiue vſus diuerſus incertum fecit. Deſcriptio non indiſerta, neque tamen ſatis explicata, eſt* Ammian. Marc. 23, 4 *quam ponemus, longiuſculam licet, ſi explicatiorem reddere forte queamus.* Dolantur axes duo quernei vel ilicei, curvanturque mediocriter, vt prominere videantur in gibbas, hique in modum ſerratoriae machinae (*qualibus hodie vulgo adhuc vtuntur fabri menſarii*) connectuntur (*trabe ad angulos rectos interpoſita, vt oriatur forma* H *literae non abſimilis*



vt duo axes A C *et* D F *iungantur trabe* b e) ex vtroque latere patentius perforati: quos inter per cauernas funes colligantur robuſti (*ab* A *ad* B *a* C *ad* F) compagem ne diſſiliat continentes. Ab hac medietate reſtium ſtilus exſurgens obliquus, et in modum iugalis temonis erectus, ita neruorum nodulis implicatur, vt altius tolli poſſit et inclinari: ſummitatique eius vnci

ferrei copulantur, e quibus pendet ſtuppea vel ferrea funda — C igitur ad concertationem ventum fuerit, lapide rotundo fundae im ſito, quaterni altrinſecus iuuenes repagula, quibus incorporati ſ funes, explicantes, retrorſus ſtilum paene ſupinum inclinant: itac demum ſublimis adſtans magiſter, clauſtrum — reſerat mal forti percuſſum: vnde abſolutus ictu volucri ſtilus — ſaxum c torquet, quidquid incurrerit colliſurum. Et tormentum quid (*communi nomine*) appellatur ex eo, quod omnis explicatio torquet ſcorpio autem, quoniam aculeum deſuper habet erectum (*ſtilum ill qui fundam rotat*) cui etiam onagri vocabulum indidit aetas noue ea re, quod aſini feri cum venatibus agitantur, ita eminus lapi poſt terga calcitrando emittunt, vt perforent pectora ſequentium, *Hinc etiam* Scorpionis *appellationem duxerim: nam veluti cauda no Hoc quidem apertum* Ammiani ſcorpionem *eſſe tormentum proprie dict vti ab elatere neruorum intortorum vi octonorum iuuenum, a ſtilo me neruis inſerto rotatur funda, lapidem rotundum proiiciens. Nec v dubium, qui varia ab ingenio artificum hic vel in maius mutata, vel verſos ad vſus diuerſo genere inſtituta ſint. Pulchre Tertullianus, q modo laudauimus, et breuiter*, Machina bellica retractu tela vegeta *Quae ibi ſequuntur de* ſpiculo, eadem fiſtula, *ea improuide ad machin ſcorpionem translata a viris doctis, iam monuimus. Iam dabimus ctoritates.* Plin. 7, 56 In tormentis ſcorpionem Cretas inuen dicunt. Caeſ. B. G. 7, 25 Quidam — Gallus — ſcorpi ab latere dextro transiectus exanimatusque concidit — Eadem tione ictu ſcorpionis exanimato altero, ſucceſſit tertius, et ter quartus. Transiectus, *credo, non diceretur, ſed* eliſus, oppre *vel tale quid, ſi magnum ſaxum hoc ſcorpione excuſſum eſſet.* H B. Afr. 31 Scorpionum, catapultarum, caeterorumque telorum, q ad defendendum ſolent parari, magnam copiam habebat. It c. 29 Quum forte ante portam turma denſa adſtitiſſet, ſcorpione ac ratius miſſo, atque eorum decurione percuſſo et ad Decumanam (terram) defixo, reliqui perterriti, fuga ſe in caſtra recipiunt. ſcorpionem *ipſum telum machina emiſſum poteſt intelligi.* Liu. 47 Captus et apparatus ingens belli, catapultae — baliſtae ſcorpionum maiorum minorumque — ingens numerus. trum. 1, 5 p. 11 A turribus, quae erunt dextra et ſiniſtra ſcorpioni reliquisque telorum miſſionibus hoſtes reiiciantur. Eid. 10, 15 tapultarum *et* Scorpionum *eadem videtur ratio, vtrisque autem exp quaedam iacula ſ. ſagittae, vti* baliſtis *quas* c. 17 *deſcribit lapides. Vtr que genus exſpectat lucem ab Illuſtriſſimo Poleno.* Idem 10, 1 Sc pionem *ad* organa *referre videtur*, quae vnius operae (*ſic lego pro* ope prudenti tactu perficiunt quod propoſitum eſt. *An forte illum* giſtrum *intelligit*, qui ſublimis adſtans *etc. vt ex* Ammiano *modo dimus.* Sen. Qu. Nat. 2, 16 Nam baliſtae quoque et ſcorpio tela cum ſono expellunt. *Vidimus*, onagrum *et* ſcorpionem A miano *eſſe rem eandem. Iam* onager, *quod ſuo loco non ſatis d genter tractatum, teſte* Veget. 4, 22 dirigit lapides; ſed pro neruor craſſitudine et magnitudine ſaxorum pondera iaculatur. N quanto amplior fuerit, tanto maiora ſaxa fulminis more contorqu — Scorpiones dicebant, quos nunc manubaliſtas vocant: ideo nuncupati, quod paruis minutisque ſpiculis inferant mortem. *L verſarum ergo pro diuerſis temporibus hominibusque machinarum nom* Scorpio: *tormenti tamen vtique genus, quod vim in neruis contortis et ſubi remiſſis omnem habeat, a quo deſcribendo cum refugerit* Lipſ. Pol. 3, 4 *magis elaborandum nobis putabamus.* ¶ 4 Scorpio, Piſ Plin. 32, 11. ¶ 5 Scorpius, Scorpio, Scorpioides. [σκ πιοειδὴς] Herba eſt ſemen habens ad ſimilitudinem caudae ſcorpion quae valet aduerſus animal ſui nominis. Plin. 22, 15 *et* 16. *it.* 3. Apul. de Herb. c. 113. ¶ 6 Scorpiones ſ. Scoropio *dicuntur etiam congeſti lapidum acerui, quibus termini deſignantur,* Sic. Flacc. p. 4 *et* 6 *Goeſ. it. Goeſ. Indic.* Scriptt. Rei Agrar. *et Keuc ad* Frontin. p. 414. ¶ 7 Scorpio *inſtrumentum ad perc endum.* Vulg. Int. 1 Reg. 12, 11 Pater meus cecidit vos flagellis, autem vos caedam ſcorpionibus. Iſid. Or. 5, 27 Virga — nodoſa vel aculeata ſcorpio rectiſſimo nomine vocatur, qui arcu vulnere in corpus infigitur.

SCORPINACA, ae. f. *Herba, al. Proſerpinaca* Apul. Herb. c. 18.

SCORPIOCTONON, i. n. *Eadem herba, quae heliotropic* Apul. c. 49.

SCORPIACE, es. f. [σκορπιακὴ]. *Sic enim melius legitur qua* SCORPIACVM. *Medicamentum ad ictum Scorpiorum, vt* Theria *θηριακὴ contra viperas, cum quo medicamento ſuum librum aduerſus G ſticos, quem* Scorpiacen *inſcripſit; ipſe* Tertullianus *in princi libri comparat.*

SCORPIONIVS, a, um. Adi. Plin. 20, 1 Aliqui etiam ab ſcorpionium cucumim vocant, efficaciſſimum contra ſcorpionum ict

SCORPITES. [σκορπίτης] Gemma eſt ſcorpionis col Plin. 37, 11.

SCORPIVRVS. Herba, quam Tricoccum appellant, foliis p vis, in terram declinantibus: ſemen ei eſt effigie ſcorpionis caud qua ex re ei nomen Plin. 22, 21. Apul. de Herb. c. 49 *et* 72.

SCORTATOR, *vid. poſt* SCORTVM.

SCORTVM, i. n. [πόρνη, πόρνος, ἑταιρὶς, καταπύγων] *Prop Corium eſt animalium, praeſertim eorum, quae craſſiorem pellem habe ac duriorem.* Tertull. de Pallio 4 Qualis ille Hercules in ſeri Omphales fuerit, iam Omphale in Herculis ſcorto deſignata deſcrip *i. pelle leonina.* Varro de L. L. 6, 5 p. 78, 35 Scortari eſt ſaepi meretriculam ducere, quae dicta (*eſt ſcortum*) a pelle. Id eni non ſolum antiqui dicebant ſcortum, ſed etiam nunc dicimus ſcort ea, quae ex corio et pellibus facta ſunt, *vid.* SCORTEVS. *mox*, In Atellaneis licet animaduertere ruſticos dicere, ſe adduxi pro ſcorto pelliculam. *Nempe* Scortum *dicitur etiam Meretrix.* Pla Aſin. 4, 2, 5 Is apud ſcortum corruptelae et liberis luſtris ſtudet. C in Catil. 2, 10 c. 5 Quod ſi in vino et alea comiſſationes ſolum ſcorta quaererent, eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen eſſent rendi. Exercere ſcortum Plaut. Amph. 1, 1, 1232. Scorta a pellantur Meretrices, quia, vt pelliculae, ſubigantur. Omn namque ex pellibus facta, ſcortea appellantur. Scortes id eſt pell teſtium arietinorum ab eisdem pellibus dictae. *Haec* Paullus Feſto. *Conf.* Donat. *ad* Ter. Eun. 3, 1, 34. Scortum deuium; *n proſtitutum in propatulo omnium libidini, ſed honeſtius minusque vulga ab* Horatio *dicitur* Carm. 2, 11, 21 *κατάκλειστος. Sic Salm. ad* Tertu Pall. p. 177. Tibull. 4, 10, 4 Preſſum quaſillo Scortum, *i. Sc tillum egenum, et ſe meretricio quaeſtu male tolerans, lanificioque n ſer.*

[...] trahens vitam. Scortum etiam dicitur de Pueris muliebria pa[...]tibus Liu. 39, 42. Philippus nobile ſcortum. Meritoria ſcorta [...]tion. Claud. c. 15. et Vitell. c. 3. add. Curt. 6, 7, 33. Ho[...]et m officium ſcorto poſtponere Hor. Epiſt. 1, 18, 34. add. Idem [...]d. 11, 21.

[...]ORTILLVM, i. n. Dimin. [ἑταιρίδιον] Catull. de Varro et [...] amica 10, 3 Scortillum mihi tum repente viſum eſt Non ſane ille[...]idum, nec inuenuſtum.

[...]ORTVLVM, i. n. πόρνη Gloſſ. Vet. Lat. Gr.

[...]ORTEVS, a, um. Adi. [σκύτινος, δερμάτινος Gloſſ. Vet.] Quod [...]llibus factum eſt, ut ait Feſt. Varro de L. L. 6, 5 praeter [...]tae in SCORTVM modo dedimus, Inde in aliquot ſacreis et ſacelleis [...]rtum habemus, Ne quid ſcorteum adhibeatur, ideo, ne morticini[...]m ſ. morticinum) quid adſit. Ouid. Faſt. 1, 629 Scortea non [...]las eſt inferre ſacello, Ne violent puros exanimata focos. Mar[...]al 14, 130 Ingrediare viam caelo licet vsque ſereno, Ad ſubitas nus[...]m ſcortea deſit aquas. Subaud. Penula. Faſcinum inſerere [...]t. n. c. 138. Numi: vid. Cael. Rhodig. 6, 2. Boccat. de Ge[...]a Deor. 8, 1. Puluinum ſubiicere Celſ. 8, 12. Homo in [...]peis Veſtibus Tertull. adu. Marc. 2, 11. Scorteum, Pellice[...]um in quo ſagittae reconduntur, appellatum ab eadem cauſa, qua [...]cum. σκύτος enim Graece pellis dicitur, vnde Scuticae et Scuta, [...] non ſine pellibus ſunt Paullus ex Feſto. Legitur etiam Scrau[...]m quod eſt idem, quod Scrotum ſollemni mutatione diphthongi AV in O.

[...]ORTEA, ae. f. Penula ſcortea. δερματοχιτών Gloſſ. Lat. [...]r. vid. SCORTEVS.

[...]ORTEVM, i. n. Idem. Quid exſpectas? vt homines ad pe[...]uli diſcurrerent aut ad ſcortea? Senec. Quaeſt. Nat. 4, 6. de [...]dine imminente.

[...]ORTOR, ari. [ἑταιρέω, πορνεύω, πασχακεύομαι] Varro de L. [...]5 exponit, ut in SCORTVM vidimus, Saepius meretriculam ducere. [...]e Heaut. 1, 2, 32 Scortari crebro nolunt, nolunt crebro conuiua[...] Idem Adel. 1, 2, 22 Non eſt flagitium (mihi crede) ado[...]ntulum ſcortari. Dicit iſta ad fratrem vehementius commotum [...]. Sed notent, quibus iſta verba vel placent nimis pro ſua cu[...]ate, vel ita diſplicent, ut propterea Terentium excutere velint de [...]bus adoleſcentulorum, reſpondere Demeam, Pro Iupiter! tu homo [...]is me ad inſaniam! Non eſt flagitium, facere haec adoleſcentulum? [...]agitium eſt non unumquodque peccatum, ſed inſignis turpitudo.

[...]ORTATOR, ōris. m. [πορνευτής] Meretricum ſectator. Cic. in Catil. 2, 24 c. 11 O bellum magnopere pertimeſcendum, quum [...]ha[...] ſit habiturus Catilina ſcortatorum cohortem Praetoriam Hor. Se[...] 2, 5, 75. Conſilium Vlyſſi dat Tireſias, Scortator erit, cuius [...]itatem captas? Caue te roget: vltro Penelopam facilis potiori tra[...]. Ergo ſcortator etiam de adultero, et alieni matrimonii ſubſeſ[...]ſo dicitur.

[...]ORTATVS, ūs. m. Apul. Mileſ. 5 p. 171.

[...]OTI, [Σκῶτοι, Ἀλβιώνιοι] Britanniae populi, quondam Anthropo[...]agi. Hieronymus contra Iouinianum lib. 2 Quid loquar de ca[...]ris nationibus, quum ipſe adoleſcentulus in Gallia viderim Sco[...]to gentem Britannicam humanis veſci carnibus: et quum per ſiluas po[...]orum greges et armentorum, pecudumque reperiant, paſtorum na[...]s, et feminarum papillas ſolere abſcindere, et has ſolas ciborum de[...]ias arbitrari. Haec ille. Chryſoſtomus in ſermone Pentecoſtes, ſub[...]ſcr[...]it, Ante hoc (inquit) quoties in Britannia humanis veſcebantur ca[...]ibus? Nunc ieiuniis reficiunt animam. Lingua omnibus ſibila. Ideo St[...]bo lib. 4 Britannos balbutientes vocat, quos ipſe Romae viderit.

[...]OTICVS, a, um. Claud. de Laud. Stil. 2, 254 Ne tela ti[...]erem Scotica, vel Pictum tremerem.

[...]OTIA, ae. f. [σκοτία] Obſcuritas, tenebrae: it. cauitas vm[...]bri[...]. Vitruuius 3, 3 ſcribit, ſcotiam a Graecis trochilon appel[...]la[...] Add. 3, 3. Eſt membrum cauum, eaque de cauſa vmbroſum et ob[...]rum.

[...]COTINVS. [σκοτεινός] Obſcurus. Sic dictus Heraclitus Ephe[...]ſiu[...] de quo vide Strabon. lib. 14. conf. Sen. Epiſt. 12. Cic. de Fin. 2, 5. Vitruu. 2, 2.

[...]COTOMA, atis. n. [σκότωμα] ſiue Scotodinia, affectio cum [...] cauſa externa tenebrae offundi oculis videntur. Vertigines appel[...]lan[...] noſtri, quoniam ob oculos eorum vorticoſa quaedam et rotatilia cir[...]cu[...]gi videantur. conf. Iſidor. 4, 7. Voſſ. Etymol. p. 457.

[...]OTOMATICVS, a, um. Scribonius Largus 99 Item ſanat, qu[...]s ſubitis tenebris obſcurantur oculi cum vertigine: ſcotomaticos [...]ho[...] Graeci vocant.

[...]OTOMO, āre. Falſum vinum caput ſcotomat Theod. Priſcian. de [...]iaeta c. 12.

[...]COTOS, i. m. [σκότος] tenebrae: pro ſcotomate ſ. Scotodinia Marcell. Empir. c. 20 p. 333 E, H. Steph. Antidotum achariſtum com[...]m[...]lat inter alia ad Scotum.

[...]COTVSSA. [Σκότουσσα] Oppidum eſt in confinio Macedoniae ad [...]N[...]um amnem locum habens, quem, κυνὸς κεφαλὰς, hoc eſt Canis capita [...]ap[...]llant, in quo Romani et Aetoli T. Quintio duce, Philippum De[...]m[...]ii filium, Macedoniae regem ingenti praelio ſuperarunt. Auctor St[...]bo lib. 9.

[...]COTVSSAEI, Populi liberi in Macedonia apud Plin. 4, 10.

S C R

[...]CRACIA vel SCRANCIA, ae. f. Meretricis epithethon: aeque de[...]ſcienda ac contemnenda ut, ſcrea ſputaque, ſic vocata quaſi Screacia. Si Turneb. 23, 18 explicans verſum Accii apud Varron. de L. L. 6, 3 Scra[...]ci, ſcrupedae, ſtrictabillae, tantulae. Videtur inquit Varro Scra[...]ci[...] explicare Siccam. Nam in eo videtur legendum, Scracia ſiccam ſi[...]ificat, vel exſiccam ſignificat. Nam cum ſiccae ſunt et arentes fau[...]ce[...] magno et difficili ſtrepitu et roncho velut troclea ſcreatum trahimus. H[...]c Turnebus. At aliter legitur hic verſus in edit. Scalig. p. 76, [...]r[...] Scrantiae, ſcrupedae, ſtritabillae, Tantalae. Ab ſcreando S[...]ntiae ſic adſignificat. Nihil itaque certi praeter hoc, meretricum co[...]umelioſa iſtaec nomina eſſe: quae etiam ſic leguntur apud Gell. 3, 3 ex Neruolaria Plauti citatur ita, Scrattae, ſcrupedae, ſtrictiuillae, ſor[...]diae. Sed horribilis ibi quoque varietas. v. g. Strateae, ſcrupedae, ſtritiolae, ſordidae, Apud Non. 2, 765. ita: Scraptae, Scrupedae, ſtrictiuellae ſordidae, Exprobratio vitii aut deformitatis meretricum. Scraptae, dicebantur Nugatoriae, ac diſpiciendae mulieres, ut ait Verrius ab iis, quae ſcrea idem appellabant, id eſt, quae quis ex[...]ſcreare ſolet, quatenus id faciendo ſe purgaret. Titinius in Prilla: Rectius mecaſtor piculetae, Poſtume lectum hodie ſtratum vidi ſcraptiae mulieris. Feſtus. Sed facerſſant malae beſtiae, vigiliis noſtris indignae.

SCREO, āre. [χρέμπτομαι Onomaſt. Vet.] Cum conatu quodam de pectore ſputum emoliri et eiicere. Nonio 2, 811 Screare idem eſt ac Exſpuere. Plaut. Curc. 1, 2, 22 Vini pollens lepidus Liber, qui ſcreanti tibi ſiccae, ſemiſomnae potionem affert, atque it ſedatum te. Laudatur Plin. 23, 1 ſ. 17 de radice aſparagi, Eadem in iumento homi-neque phlegma aut ſanguinem, qui ſcreatur, talos circumligata ſanat. Sed Hard. ex MSS. Flemina, aut ſanguinem, qui ſe ad talos deiecerit. Verbum rarum, quod nec apud Plinium, nec Apuleium, nec Medicum veterem oſtendunt Indices. Sed vſitatum EXSCREO.

SCREĀTVS, ūs. m. [χρέμψις] Ter. Heaut. 2, 3, 132 Gemitus, ſcreatus, tuſſis, etc. amantis indicia. De Neronis circa ſcreatum diligentia, vid. Suet. Neron. c. 24. Tacit. Ann. 16, 4, 4.

SCREĀTOR, ōris. m. [χρεμπτής] Qui ſcreat. Plaut. Milit. 3, 1, 52 Screator ſum itidem minime muccidus.

SCRIBA, vid. SCRIBO.

SCRIBLĪGO, vid. STRIBLIGO.

SCRIBLĪTA, ſ. STRIBLITA, ae. f. Genus cibi appellatum, vt quidem volunt, quibus ſtriblita placet, a στρέφω (vid. STREBOLA ſ. STRIBVLA) torqueo, vnde et Tortae noſtrae: quod in circuitu ad reſtis modum torqueretur. Sed cum Scriblita magno conſenſu ſit in libris Catonis, Petronii, Plauti: malunt alii Scriblitam veluti ſcribillitam dici, notis quibuſdam, punctis, ſcriptis, diſtinctam. Sic fere Turn. 23, 10. Cato 78 Scriblitam ſic facito. In balteo tracta ex (ſic leg. pro tractes) caſeo ad eundem modum facito, vti placentam, ſine melle. Martial. 3, 17 Circumlata diu menſis ſcriblita ſecundis Vrebat nimio ſaeua calore manus. Plaut. Poen. Prol. 43 Nunc dum ſcriblitae aeſtuant. Sequens ferculum fuit ſcriblita frigida Petron. c. 66. Conf. Idem c. 35. Quid ſibi vult Tertull. cont. Marcion. 5, 169 de Ieſu cruci affixo, Potatur ſcriblita, et fel miſcetur aceto: vbi hyſſopo ſubſtituitur, nullo aſſentiente, ut ait ad h. l. G. Fabricius. In notis Tironis eſt ſcerbilita p. 176.

SCRIBLITARIVS, i. m. Qui ſcriblitas conficit Afran. apud Non. 2, 483.

SCRIBO, pſi, ptum, ĕre. [γράφω] Notae ſignificationis Verbum, e γράφω corruptum, retinente tota fere Europa. Plaut. Aſin. 4, 1, 10 Adde, vt ſcribas vide plane et probe. Idem Pſeud. 1, 5, 131 Quaſi in libro quum ſcribuntur literae calamo. Scripſti Plaut. Aſin. 4, 1, 87. Corticibus ſcribere Propert. 1, 18, 22. Scribere in iudicio, et Senatu alioqui Scribarum erat, ordinis honeſti, ſed non primi in republica. Interim in re graui Senatores quoque ad ſcribendum adhibiti. Vid. Cic. pro Sulla 41 c. 14 Vidi ego hoc, niſi — auctoritatem huius indicii monumentis publicis teſtatus eſſem, fore ——— Itaque introductis in Senatum indicibus, conſtitui Senatores ——— quos ſciebam, memoria, ſcientia, conſuetudine et celeritate ſcribendi facillime quae dicerentur perſequi poſſe etc. Alias Adeſſe ſcribendo ſolent in SCtis ii, in quorum ea ſententiam facta ſunt. Vid. v. g. Cic. Fam. 15, 6. Idem Att. 5, 14 Antequam aliquo loco conſedero, neque longas a me, neque ſemper mea manu literas exſpectabis. Ib. 7, 2 pr. Accepi aliam alia iucundiorem, quae quidem erat tua manu. Idem in Catil. 3, 10 Legimus, erat ſcriptum ipſius manu. Liu. 37, 10 Polyxenidas ſua manu ſcripſit. Ad aliquem ſcribere (epiſtolam, vel in epiſtola, libro) quemadmodum Cic. Fam. 14, 2. Ad aliquem ſcribere de rebus, etc. Idem Acad. 4, . . . Cic. Qu. frat. 3, 1 In eius ſermone ego vtcunque ſoleo admirari, et te de ſuburbano emendo quum ad illum ſcribas, non modo ad me non ſcribere, ſed etiam aliam in ſententiam de ſuburbano ſcribere: et quae ad illum ſcribas, nihil te recordari de ſe, de epulis illis, quas tu in Tuſculano eius mihi oſtendiſti. Cum R vno ſcripta Terra in augurum libris Varro de L. L. 4, 4 p. 9, 21. In animo ſcribere metaph. Ter. Andr. 1, 5, 49 Etiam nunc mihi ſcripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis de Glycerio, i. accurate, et cum affectu memini. Contra ad inconſtantiam et leuitatem pertinet illud Catulli 69 Dicit: ſed mulier cupido quod dicit amanti In Vento et rapida ſcribere oportet Aqua, i. pro non dicto putare. ¶ 2 Aduerbia: Ambitioſe ſcribere, Caute, Commodius, vid. ſſ. ll. Enucleate Cic. Qu. frat. 3, 3. Explorate Idem ibid. . . . Fruſtra Cic. Att. 13, 13. Grauiter Idem Qu. Frat. 1, . . . Humane Cic. Fam. 3, . . . Idem Fam. 2, . . . Scripſit ad me Caeſar perhumaniter. Quae Infra ſcripta ſunt Scribon. 269. Liberius Cic. Fam. 5, . . Id. ibid. 10, 4 Gratiſſime mihi tuae literae fuerunt, quas ex Furnii ſermone te ſcripſiſſe animaduerti. Ego autem praeteriti temporis excuſationem affero, quod te profectum audieram: nec multo ante rediſſe ſciui, quam ex epiſtola tua cognoui. Notis ſcribere Quinctil. 11, 2. Vid. NOTA. Varro apud Seruium Aen. 6, 74 de Sibylla, In foliis palmae interdum Notis, interdum Sermonibus, i. verbis explanatis) ſcribebat. Add. l. 40 D. de teſtam milit. Officioſe ſcribere, vid. Officioſus in OFFICIVM. Plane Cic. Fam. 2, 13. Quam pleniſſime ad me ſcribas Cic. . . . . Idem Fam. 2, 12 Haec eo pluribus (verbis) ſcripſi, quod non nihil ſignificabant tuae literae ſubdubitare, qua eſſem erga illum voluntate. Caput eſt, quam Plurimum ſcribere Cic. de Orat. 1 c. 33. de exercitatione. Quod in buccam Cic. Att. 7, 10. Quod in mentem venerit Idem ad Q. Frat. . . . Raptim Idem Att. 2, 9. Cic. . . . Id ipſum ſcire cupio, quod ad tempus recte ad te ſcribere poſſim. Salutem alicui ſcribere Plaut. Bacch. 4, 4, 79. Subtiliter Cic. ad Att. . . . Summatim Idem Att. 5, 16. Supra ſcripta Scribon. 190. Tectis verbis Cic. Fam. 9, 22. Vacuo animo Idem Qu. frat. 1, 8. Velociter ac bene Quinctil. 1, 2. Verboſe Cic. Fam. 7, 3. Verboſius Idem ibid. 7, 3. ¶ 3 Obſerua, Etiam qui dictat, tamen ſcribere dicitur. Cic. Tuſc. 5, 118 c. 39 de Cn. Aufidio caeco, Graecam ſcribebat hiſtoriam, et videbat in literis. ¶ 4 Scribere, proprie eſt eorum, qui librum, carmen, fabulam, opus quodcunque denique ſcribunt et faciunt. Ter. Eun. Prol. 36 Qui magis licet currentes ſeruos ſcribere, etc. Cic. Fam. 12, 7 Sed proxime ſcripſit de optimo genere dicendi. Idem Fam. 1, 9 Scripſi etiam verſibus tres libros de temporibus meis. Scripſere alii rem verſibus Enn. Annal. l. 1: vid. Heſſel. p. 7. Accurate, et cogitate, vid. COGITO. Summa haec eſt rei: Cito ſcribendo non fit, vt Bene ſcribatur; bene ſcribendo fit, vt cito Quinctil. 10, 3, 10. Concinne, vid. CONCINNVS. Licenter Hor. de Arte Poët. 265. Luculente, vid. LVCVLENTVS. Mendoſe, vid. MENDA. Separatim de re aliqua Quinctil. 4 Prooem.

Idem

Idem 2, 4 Expertus ſum prodeſſe, quoties eandem materiam rurſus a me retractatam ſcribere de integro iuberem. Cic. de Finib. 1, 8 Sed ex eo credo, quibusdam vſu venire, vt abhorreant a Latinis, quod inciderint in inculta quaedam et horrida de malis Graecis Latine ſcripta deterius. De hac re in vtramque partem et dicta ſunt, et ſcripta multa Cic. Acad. 4, 124. Idem Qu. Frat. 1, 19 Cyrus ille a Xenophonte non ad hiſtoriae fidem ſcriptus, ſed ad effigiem iuſti imperii. Carmina ſeceſſum ſcribentis, et otia quaerunt Ouid. Triſt. 1, 1, 41. Hiſtoriam ſcribere Cic. de Cl. Orat. 262 c. 75. Orationes Cic. de Cl. Orat. 48 c. 12. Poëmata Hor. Epiſt. 2, 1, 117. Amor ſcribendi te rapit Hor. Serm. 2, 1, 10. Laborem ſcribendi ferre Idem ibid. 1, 4, 12. Nulla voluptas ſcribendi eſt mihi Ouid. ex Pont. 4, 2, 29. Atque In Theſauro *(comoedia)* ſcripſit, *(Zoilus meus)* cauſam dicere prius, vnde petitur Ter. Eun. Prol. v. 9. Cic. de Diuin. 1 Scriptum eſt item, cum Critonis, *etc.* ¶ 5 *Alia etiam multa ſcribuntur in negotioſa vita.* Dicam alicui ſcribere, *vid.* DICA, Cic. Verr. 2, 37. Formulam alicui ſcribere, *vid.* FORMVLA, *in* FORMA. *Etiam ſimpliciter* Scribere *ICti dicuntur, cum cauent Clientibus.* Cic. Fam. 7, 14 Quod ſi ſcribere oblitus es, minus multi iam te aduocato cauſa cadent. *Iocatur cum Trebacio. Vid. Victor. et Manut. ad h. l. et add. pro* Muraen. c. 9. *Sed* Martial. 1 praef. Abſit — malignus interpres, nec epigrammata mea ſcribat, *ad hoc nempe, vt ea in iudicio tanquam inſtrumenta quaedam contra me vel alium proferat.* Heredem aliquem ſcribere; *Statuere, Facere.* Mart. 10, 97 Magis Heres fidus, naſcitur, quam ſcribitur P. Syrus. Quinctil. 3, 6 Haeredi ſcripto opponitur lex. Idem Declamat. 1 Neque grauiſſimum patrem ſuprema ſua iuueni iactaſſe crediderim, vt heredem filiam ſcriberet Hor. Serm. 2, 5, 48. Vt ſcribare ſecundus Heres. Heredem aliquem teſtamento ſcribere Hirt. Bell. Alex. c. 33. Regem Populo Rom. Laudes atque Gratias ſcripſiſſe Gell. 3, 8. Libellum ſcribere Ouid. ex Pont. 4, 13, 19. Libertatem ſeruo ſcribere, eſt, Ei libertatem teſtamento relinquere Vlpian. in l. Si ſeruum D. de acquir. vel omittenda hered. Cic. pro Roſc. Amer. c. 25 Eius porro ciuitatis ſapientiſſimum Solonem dicunt fuiſſe eum, qui leges, quibus hodie quoque vtuntur, ſcripſerit. Cic. de Legib. 2, 10 Nec ſi regnante Sext. Tarquinio nulla erat Romae ſcripta lex de ſtupris, idcirco non contra illam legem ſempiternam Sext. Tarquinius vim Lucretiae Tricipitini filiae attulit. Iſthoc Nomine dum ſcribo Plaut. Curc. 3, 39. *i. dum ei caueo per ſyngrapham ob acceptam pecuniam. Conf. Barth. ad* Stat. Theb. 2 p. 249. Numos alicui ſcribere, *Per menſae ſcripturam dare: vt ait Budaeus.* Plaut. Aſin. 2, 4, 34. i. e. Numos non praeſentes ſoluere, ſed pro his in certum diem ſoluendis per ſcriptum ſe obligare. *Vid. Turneb. Adu.* 4, 13. Donat. *ad* Terent. Adelph. 2, 4, 13. *Vid.* PERSCRIBO, RESCRIBO. Scribere Exercitus tres Liu. 6, 32. *Sic 8, 6* Duobus ſcriptis exercitibus. *Add. 42, 10.* Idem 10, 25 Quatuor millia peditum, et ſexcentos equites ſcribere in animo eſt. *Et 35, 2* Cum militem ab ſe ipſo ſcriptum adieciſſet *etc.* Cic. Fam. 3, 3 Cenſebant enim omnes fere, vt in Italia Supplementum meis et Bibuli legionibus ſcriberetur. Cic. Verr. 3, 77 De qua muliere verſus plurimi ſupra tribunal et ſupra praetoris caput ſcribebantur. *Conf.* Horat. Epiſt. 2, 1, 111. ¶ 6 Scribere, *vt* γράφειν, *pingere ſignificat etiam* Stat. Silu. 1, 1, 100 Apelleae cuperent te ſcribere cerae, *i. dignus es, qui ab Apelle pingaris. Et* Silu. 1, 3, 9 Viſa manu tenera tectum ſcripſiſſe voluptas. *Et* 3, 1, 94 Scripto viuentes limine ceras. *Sic etiam compoſita* Deſcribere, Exſcribere, Transſcribere. Plin. 35, 10 *de Nicomacho pictore*, Scripſit et Apollinem et Dianam, deumque Martem in leone ſedentem. *Vnde et* Picturam legere *dicimus.* Virg. Aen. 6, 33 — Quin protinus omnia Perlegerent oculis. *Tanto minus mirum, ſi* ſcribere *eſt ſculptura vel caelatura literas exarare, vt* Nep. 4, 1, 4.

SCRIBENS, entis. Partic. Conſilium ſcribentis inuenire Iuſtin. 2, 10, 16. Penna ſcribente ad ſidera tollere Martial. 9, 14. Gaudent ſcribentes Horat. Epiſt. 2, 2, 107.

SCRIPTVS, a, um. Partic. Cic. de Diuin. 1, 62 c. 18 Nonne vt C. Gracchus filius eius ſcriptum reliquit, duobus anguibus domi comprehenſis aruſpices conuocauit? *Add.* Nep. 9, 5, 4. *et* 23, 8, 2. Cic. Acad. 4, 129 Cuius, vt ſcriptum video, princeps Xenophanes, quem modo nominaui, deinde eum ſequuti Parmenides et Zeno. Diligentiſſime ſcripta Quinctil. 1 prooem. Scriptum ad parotidas Scribon. 163. *de epithemate.* Scripta in hoc libro Id. 38. Notae ſcriptae ad fratrem Ouid. ex Pont. 3, 2, 90. *i. epiſtola.* Abſumere igne ſcriptos libellos Ouid. Triſt. 5, 13, 61. Diem ſcriptum proferre, *i. definitum* Sen. Herc. fur. 190. Scriptum, Lapidem eſſe ait, et ita vocari, Antiſtius Labeo in agro Menullino, vbi Scribae diuinam rem facerent. Feſtus.

SCRIPTVM, i. n. *Subſtantiue varie accipitur.* Naeuianis ſcriptis intelligi poteſt Cic. de Cl. Orat. c. 15. Veterum ſcriptorum Muſae Catull. ad Manl. ſ. 66, 7. Copia magna ſcriptorum Catull. 66, 33. Antiquiſſima ſcripta Hor. Epiſt. 2, 1, 28. Electiſſima ſcripta Poëtae peſſimi Catul. in Annal. Voluſii 34 (37) 6. Nefaria ſcripta Catull. ad Fundum 42, 18. Optima ſcripta Graecorum Hor. Epiſt. 2, 1, 28. Regale ſcriptum Tragicis cothurnis Ouid. Triſt. 2, 553. *i. Tragoedia.* In ſcripto eſſem crebrior, *i. in ſcribendo, in literarum officio* Cic. Att. 1, 19 *pr.* Abdicare ſeſe ſcripto Piſo *apud* Gell. 6, 9. *i. Officio ſcribae renunciare. Contrarium* Facere ſcriptum. *Sed melius Gronou.* ſcriptu. Ouid. de Arte Am. 1, 469 Si non accipiet ſcriptum, illectumque remittet. Adire aliquem ſcripto Tacit. Hiſt. 4, 39. Debueram ſcripto certior eſſe tuo Ouid. Epiſt. 6, 4. Dicere de ſcripto, *vid.* DE Praepoſitionem. Ouid. de Arte Am. 3, 481 Ah quoties dubius ſcriptis exarſit amator. Facere ſcriptum, *Scribam eſſe* Gell. 6, 9. *Vid.* SCRIPTVS, ûs. Vt mea tibi ſcripta Mittam Cic. Fam. 1, 9. Mandare ſcriptis, *vid.* MANDO. Peccare ſcripto Quinctil. 3, 5. Recitare ſcripta Hor. Serm. 1, 4, 75. Relinquere ſcriptum aliquid Quinctil. 6, 1. Sequi ſcripta oculis Idem 2, 5. Tradere aliquid ſcripto Quinctil. 1, 5. ¶ 2 Scriptum, *Subſtantiue idem ſignificaſſe antiquis videtur, quod* linea, *vt nempe a* γράφω *ſcribo, eſt* γραμμὴ, *quod* lineam *notat. Huius rei duo veſtigia ſunt in primis,* ludus duodecim ſcriptorum, *et diminutum* ſcriptulum, *de quibus iam agemus.* Ludus *ergo* duodecim ſcriptorum *diſerte hoc nomine vocatur a* Quinctil. 11, 2, 38 An vero Scaeuola in luſu duodecim ſcriptorum (ſcruporum *vulgo, ſed* Scriptorum *editt. Leid. it. Burm. et mea Geſneri, ſuffragante MS. Bodl. ap. Hydium de Nardil. p. 10)* cum prior calculum promouiſſet, eſſetque victus, dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato erraſſet recordatus *etc. Nimirum licebat retrac… calculum male datum, vt mox videbimus. Etiam* Cic. de Orat. … 50 *de eod. Mucio*, pila bene et duodecim ſcriptis ludere, *quam le… nem ex libris optimis eruit P. Victorius* V. L. 5, 13. *Non audie… Pearcius, qui* Scriptos *lapides ſ. calculos intelligit. Nihil tale* Fe… *quem laudat. Quin* Scripta *ſunt* lineae *in* tabula *ſ.* alueo *luſorio…* forum *malis.* Ouid. Art. 3, 363 Eſt genus in totidem tenui ra… ne redactum Scriptula, quot menſes lubricus annus habet. *A… dubites, exſtat* vetus Epigramma *in Pithoei Collectione p. 134 edit. po… p. 160 prior. cui lemma appoſitum*, de tabula, Diſcolor ancipiti ſub… ctu calculus adſtat, Decertantque ſimul candidus atque rubens *(ſic… pro monſtroſo* praeueus, *vidit Salmaſius ad* Vopiſcum *p. 758 Ha…)* Qui quamuis parili ſcriptorum tramite currant, Is capiat palm… quem bona fata *(Gron. de Pec. Vet. 3, 15 p. 234 malit* bene iacta) … vant. *Sunt ergo* Duodecim ſcripta *totidem lineae, quibus diuiſu…* Alueus. *Adhibentur* calculi *diuerſi coloris: ii ponuntur et promo… tur, id eſt* dantur, *ad* numeros, *qui talis iactantur, ita tamen, …* dando *locus ſit arti, in iactando certe eſſe non debeat, ſed* alea *vere… Vid. h. v. Hoc tangit* Ouid. Art. 2, 203 Seu ludet, numerosque m… iactabit eburnos; Tu male iactato, tu male iacta dato. *Diſer…* Ter. Ad. 4, 7, 21 Ita vita eſt hominum, quaſi ſi ludas teſſeris. S… lud, quod maxime opus eſt iactu, non cadit: illud quod cecidit … te, id arte vt corrigas. *Huc itaque pertinet illud de Scaeuola apud … bium*, Quo dato erraſſet. *Et illud* Ciceronis in Hortenſio *apud* N… 2, 781 Itaque tibi concedo, quod in duodecim ſcriptis olim, vt ca… lum reducas, ſi te alicuius dati poenitet. *Graphica deſcriptio … ius ludi eſt* Auſon. Profeſſor. 1, 25 *vbi* Mineruio *eandem memoriam … buit, quam* Cicero *paullo ante* Scaeuolae Mucio,

Vidimus et quondam tabulae certamine longo
Omnes, qui fuerant enumeraſſe bolos.
Alternis vicibus quae praecipitante rotatu
Fundunt exciſi per caua buxa gradus:
Narrantem fido per ſingula puncta recurſu
Quae data, per longas quae reuocata moras.

Exciſi gradus *ſunt* Pyrgus *ſ.* Turricula. Puncta *ſunt ipſi* numeri … *per* puncta *notati in talis.* Reuocata *ſunt* reducta. *Sed legi etiam … meretur* Vetus Epigramma *e MS. editum a Salmaſio ad* Vopiſci Procu… p. 744 Hack.

In parte alueoli pyrgus velut vrna reſedit
Qui vomit internis teſſerulas gradibus.
Sub quarum iactu diſcordans calculus exit
Certantesque fouet ſors variata duos.
Hic proprium faciunt ars et fortuna periclum,
Haec *(ars)* cauet aduerſis caſibus, illa *(fortuna)* fau…
Compoſita eſt tabulae nunc talis formula belli,
Cuius miſſa facit teſſera principium.
Ludentes vario tum exercent praelia fato,
Ruſſeus an nitidus praemia ſorte ferat.
Paſcitur a multis auide damnoſa voluptas,
Ne foedet gliſcens otia ſegnities.
Hoc opus inuentor nimium Palamedis amauit,
Et parili excellens Mucius ingenio.

Ad hunc luſum pertinet etiam locus Petronii c. 33 Sequebatur puer cu… tabula terebinthina, et cryſtallinis teſſeris: notauique rem omniu… delicatiſſimam: pro calculis enim albis ac nigris aureos argenteosq… habebat denarios. Interim dum ille omnium teſtorum *(i.* calculoru…) iter luſu conſumit *etc. Sic vltima legit Gronouius l. c. p. 233* pro in… luſum. *Haec de* duodecim Scriptorum *luſu primus docuit et eru… tione multa e Graecis praeſertim probauit* Salmaſius *l. c. Addidi… emendauit quaedam loco, quem ipſum quoque laudauimus Gronouius. caeteris vid.* ALEA: *et conf.* Iſidor. Orig. 18, 60 - 68.

SCRIPTVLVM, i. n. *Diminutum e* Scripto. *Ratio nominis … te ea, quod* lineam *minimae diuiſionis in pede Romano notaret.* S… ptum *autem* γραμμὴν, *i.* lineam *eſſe, modo vidimus.* Scriptulum … *non* ſcripulum *aut* ſcrupulum *cum habent libri optimi, vid.* Victor. … L. 5, 13. *tum inde probatur, quod Graeci* γράμμα *vocarunt, et nota… ſignarunt ex prima, vel primis duabus, illius vocabuli literis corru… quas notas dant Gronouius de Pec. Vet. 3, 15 p. 395. Eiſenſchmid… Bernardus etc. Graeci tanto magis* γράμμα *dixerunt, quod eſt, vt li… ra Alphabeti, ita vnciae ſcriptulum pars quarta et viceſima.* Q. Rh… mnius Fannius de ponderibus 25 Grammata dicta, quod haec vigin… quatuor in ſe Vncia habet: tot enim formis vox Graeca notatu… Horis quot mundus peragit noctemque diemque. Voluſ. Mae… *apud Gron.* p. 397 Vnciae diuiſio fit — in Scriptula viginti q… tuor. *Caeterum mature vſus loquentium hanc vocem corripiendo c… rupit.* Fannius v. 9 Semobuli duplum eſt obolus, quem pondere … plo Gramma vocant, Scriptum noſtri dixere priores. *Et ſic ſ… per (forte pro* ſcriptlum) ſcriplum *poſuit vt* ſaeclum. *Antiquita… illius corruptionis ſatis etiam indicat* Chariſ. l. 1 p. 81 Scriptulum, qu… nunc vulgo ſine T dicunt, Varro in Plautorino dixit. Iden… Annali, Numum argenteum conflatum primum a Seruio Tullio … cunt. Is quatuor Scriptulis maior fuit, quam nunc eſt. Caper de Orthogr. p. 2246 Scriptula dicendum eſt, non Scripu… *Itaque* Scripula *et Poët.* Scripla *forte antiquitate erroris ſe tueri poſſu…* ſcrupula *quidem recentioris barbariei ſunt.* Cic. Att. 4, 16 *de B… tannia*, Etiam illud iam cognitum eſt, neque argenti ſcripulum e… vllum in illa inſula. *Sic MSS.* Martial. 4, 89 *Iam Hadrian… Iunius obſeruauerat* argenti ſex ſcriptula: *et ſic ediderat* Scriueri… *Tamen poſteriores* ſcrupula *reduxere. Sic etiam* Ouid. Med. fac. … Profuit et marathros bene olentibus addere myrrhis Quinque traha… marathri ſcrupula, myrrha nouem, *reliquit Burm. Et Torren…* Val. Max. 4, 4, 9 Eadem gens (Aelia) nullum ante ſcrupulum argen… habuit, quam Paullus *etc. Nos* ſcripula *reliquimus apud* Colume… lam 5, 1, 8 *ſqq. quod in Florentinis MSS. obſeruauerat Politianus, cu… alii dediſſent* ſcrupula. *Idem plane factum* Varron. de R. R. 1, 10, *Quibus locis ad menſuram agri et partes iugeri refertur. Nempe hab… iugerum, vt as,* ſcriptula 288. *Ad pondus pertinent* Col. 12, 23, Sex ſcripula picis. *Et* 12, 28, 1 Scripula gypſi octo. *In* Plinio ſcru… pulum *ita inualuit, vt pleriſque locis retinuerit etiam Harduinus v.* 33, 3 ſ. 13 Ita vt ſcrupulum auri valeret ſeſtertiis vicenis, *vbi tamen m… net eſſe in MSS.* Scripulum. *Quin* 19, 1 ſ. 4 Scripula *in ipſo contex… Plinii dedit. Variatur etiam in genere* Priſcian. de Ponder. p. 134 Scripulus, ſiliquae ſex. *Sic apud Fabrettum p. 96 eſt* Inſc… SILVANAQVE HIC DORMIT. VIXIT ANN. XX MENS. III. HOR. IV. SCRVPVLOS VI.

CRIPVLARIS, e. Adi. Plin. 33, 8 ſ. 43 His coticulis periti … e vena vt lima, rapuerint experimentum, protinus dicunt, quan- tu auri ſit in ea, quantum argenti, vel aeris ſcripulari differentia, m… abili ratione non fallente. *Sic etiam Hard.* *Sed pro*

CRIPVLATIM, *quod fatetur eſſe in omnibus MSS. tamen reli- gu… idem Harduinus,* Scrupulatim quidem colligere ac miſcere vires (… *dicamentorum*) non coniecturae humanae opus, ſed impudentiae eſt Pl… 22, 24 ſ. 56.

CRIPTVS, ûs. m. *Scribae officium.* Gellius ex Piſon. Annal. 6, … n. Flauius Annii filius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcriptu ſeſe abdi- ca… *Alii codices habent* Scripto. Scriptum facere; *i. Exercere* … *pturam, Scribam agere* Liu. 9, 46 *pr.* Cenſorium Scholiaſt. … nal. 5, 1. Quaeſtorius Auctor vitae Horatii, *qui nonnullis vi- …ere eſſe* Suetonius. *Conf. Rutgerſ. in Notis Horatianis; Ruben.* … 2, 28.

CRIPTO, āre Frequentat. *Laudatur* Hor. Serm. 1, 6, 122 Aut … lecto, Aut ſcripto, quod me tacitum iuuet. *In quem verſum ſic …it* Vet. Scholiaſt. Lecto producta ſyllaba enunciare debemus, … u frequentatiuum eſt, ab eo quod eſt Lego. *Bentleio autem* Lecto … ſcripto *haud paullo elegantius ſunt Ablatiui Participiorum* Lectus *et* … ptus; *eumque illorum miſeret, qui* Lecto *hic et* Scripto *verba eſſe …nt, pro* Lectito *et* Scriptito, *quoniam (inquit) verba ſunt inaudita, …n vltimam barbariam releganda.* *Scribitur quidem* Non. 2, 781 …ptat, conſtat eſſe rarum: *ſed contextum orationis poſtu- …at* ſcripta.

CRIPTĬTO, āre. [συχνογραφέω] Frequent. *a* Scribo. Cic. …at 7, 12 *extr.* Et haec, et ſi quid aliud, ad me ſcribas, vel potius … ptites. Idem de Orat. 1, 152 Neque ea quisquam, niſi diu …tumque ſcriptitarit, etiam ſi vehementiſſime ſe in his ſubitis di- …nibus exercuerit, conſequetur. *Conf.* Ibid. 2 c. 23. Ora- …es Cic. in Bruto c. 46. *Add.* Gell. 11, 8. Lactant. 1, 6. …rob. Sat. praef.

CRIPTIO, ōnis. f. [συγγραφὴ, συμειώσις] *Actus ſcribendi.* …o *apud* Nonium 2, 807 Auarus foenerator ſpe lucri rem ſcriptio- …uplicarat. *Add.* Idem 8, 16. Nulla res tantum ad di- …um proficit, quantum ſcriptio Cic. de Cl. Orat. c. 24. Idem … 9, 12 Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam …um, quod non putaram: itaque eam tibi miſi: quam velim ſic …s, vt rem tenuem et inopem, nec ſcriptione magnopere dignam. Ci… pro Arch. 14 c. 6 Quam multas nobis imagines, verum etiam ad in…andum fortiſſimorum virorum expreſſas ſcriptiones et Graeci et La…ni reliquerunt. *Sic citabant.* *Sed iam diu eſt, cum editur* ſcripto- re… *et* expreſſas *referatur ad* imagines. Idem de Orat. 2, 5 Illud au…m eſt huius inſtitutae ſcriptionis. Cic. Tuſc. 5, 121 Ad Bru- tu… noſtrum hos libros alteros quinque mittemus, a quo non modo … illi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones, verum etiam laceſſiti. Ci… in Orat. 37 c. 11 Quoniam plura ſunt orationum genera, eaque di…rſa, neque in vnam formam cadunt omnia, laudationum, ſcri- pt…um, et hiſtoriarum: *etc.*

RIPTIVNCVLA, ae. f. Saluian. de Gub. Dei praefat.

RIBILLO, āre. *vnde* CONSCRIBILLO, *nondum habet au…rem.*

RIPTĬLIS, e. Adi. Ammian. 17, 8 Elementa ſcriptilia. *i. Quae ſ… i poſſunt.* Elementorum viginti quatuor ſcriptiles formae Id…n 29, 1. Litera eſt initium ſcriptilis vocis Vel. Longus in Or- th…r. *ſub init.* *Conf.* Diomed. p. 413.

CRIPTIONĀLIS, e. Adi. Ad ſcriptionem pertinens Mart. C…ell. 1, 5.

CRIBA, ae. m. [γραμματεὺς] *Qui ſcriptum facit, cuius munus eſt ſcribere.* Feſtus: Scribas proprio nomine antiqui et librarios et… poëtas vocabant. At nunc dicuntur ſcribae quidem librarii, qui ra…ones publicas ſcribunt in tabulis. Itaque quum Liuius Andronicus be… Punico ſecundo ſcripſiſſet carmen, quod a virginibus eſt canta- tu…, quia proſperius res Pop. Rom. geri coepta eſt, publice attributa eſt (et) in Auentino aedes Mineruae, in qua liceret ſcribis hiſtrio- ni…isque conſiſtere, ac dona ponere in honorem Liuii; quia is et ſcri- be…at fabulas et agebat. *Hactenus* Feſtus. *Hoc autem docet,* Scri- ba*in illius legis verbis eſſe Poëtas.* *Sed* Liu. 2, 12 *de Cn. Mutio loquens,* Ib… quum militibus ſtipendia forte darentur, et ſcriba cum rege ſedens pa… fere ornatu multa ageret. *Et paullo poſt,* Scribam pro rege ob…uncat. Cic. Fam. 5, 20 Ad ea quae ſcripſi commodius equi- de… poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere, ſi M. Tullius ſcriba me- us…deſſet. Scribae *ſiue* Librarii, *fuerunt diuerſi a* Notariis, *vt* Li…rae *a* Notis. Notis *enim excipiebatur celerrime, quod deinde vulga- ri…, vt ab omnibus legi poſſet,* Literis *deſcribebatur.* Paullus l. 40 D. e Teſtam. milit. Lucius Titius miles notario ſuo teſtamentum ſc…endum notis dictauit: et antequam literis praeſcriberetur (*an* pe…criberetur?) vita defunctus eſt. *Sed tamen non tam qui ad deſcri- be…um adhibebantur* ſcribae *dicti;* *hi enim potius* librarii: *quam, qui* le…s, edicta, rationes, epiſtolas *etc.* *in ſcriptum referrent, vt adeo no…cum iis, quos* Copiſtas *aut* Cancelliſtas *adeo, gradu paullo altiore, vo- ca…Germania; ſed cum iis, qui* Secretarii *dicuntur, comparandi ſint.* …um Decuriae *memorantur, de quibus vid.* DECVRIA n. 2. *Locus* *Cl…ſicus eſt* Cic. Verr. 3, 182 c. 78 *ſq.* *et* pro Dom. c. 28. *Add.* Liu. …9, 6. *it.* Nep. 18, 1, 5 *vnde conſtat,* Apparitorum *ex numero illos fuiſſe.* *D…rſa illorum genera et appellationes iam notamus.* CAPITO- N… SCRIBAE AEDILITIO *Reineſ.* Inſcr. 11, 17. *Vid.* Tur- …ne Aduerſ. 11, 10. Aerarius, *vid. h. v.* AVGVSTALIS SCRIBA LIBRAR. Inſcr. *ap.* Grut. p. 94 n. 11. Cenſualis …*tr…, apud quem teſtamenta aperiebantur, publicabantur, ſeu actis inſe- re…itur* l. 18 C. de Teſt. Cubicularius Inſcript. *apud Gruter.* p. 575, 7

IANVARIVS DOMITIANI CAESARIS
L. SCRIB. CVB CONTVBERNALI
OPTIMAE FECIT.

E…ſtolaris Inſcr. *apud Gruter.* p. 577, 8

TI. CLAVDIVS ALCIBIADES. MAG.
A. BIBLIOTHECA. LATINA. APOLLINIS.
ITEM. SCRIBA. AB. EPISTVLIS. LAT.

Li…llenſis Inſcr. *apud Gruter.* p. 582, 1

TI. CLAVDIO. TI. AVGVSTI. LIB.
ARRIO. CLAVDIANO. SCRIB. LIBELL.

SCRIBA A LIB. PONTIFICALIBVS

In…r. *ap. Gruter.* p. 578, 6. Naualis *vocabatur,* qui in naue appa- re…it, inter aliud genus ſcribarum minimae dignitatis habebatur, quod periculis quoque eius miniſterium eſſet obiectum. Plautus, Non ego te noui, naualis ſcriba columbari impudens? ſiue quod co- lumbaria in naue appellantur, in quibus remigent, ſiue quod colum- bariorum quaeſtus temerarius incertusque. Feſtus *voce* Naualis. Praetorius, *qui praetori apparebat.* Inſcript. Iaderae,

C. MODIVS. S. C. R.
PR. VERRONA.
ANN. XX.

Quaeſtorius, *qui Quaeſtori.* SVLPICIANO SCRIBAE QVAESTORIO. Reineſ. Claſſ. 11, 16 *et* 120. *Not. vero, omnes, qui Magiſtratibus et Sacerdotibus publicis miniſtrabant,* Scribas publicos *et abſolute* Publicos *appellatos fuiſſe.* Vetus Lapis *apud Gruter.* p. 366, 7

Q. INGENVVS. MAXIMIANVS. SCRIB. PVBLICVS. PONTIF. ET. CVRATOR. AERARI.

Inſanus ſcriba Hor. Serm. 1, 5, 35. Recoctus ſcriba Idem ibid. 2, 5, 56. *vid.* RECOQVO.

SCRIBĀTVS, ûs. m. *Scribae munus et officium.* Imp. Philipp. in l. Si ad ſcribatum C. de appellationibus. *Add.* l. 1 §. 2 ff. de mune- ribus, *cum notis.*

SCRIPTOR, ōris. m. [συγγραφεὺς] *Qui ſcribit, ſiue texit epiſto- lam, orationem, librum, opusue aliquod.* Liu. 1 Prooem. Etſi in tan- ta ſcriptorum turba, mea fama in obſcuro ſit. Donatus in Pro- logo Terentii, Indifferenter, *inquit,* omnis qui aliquid ſcripſiſſet, ſcriptor a veteribus dicebatur. Martial. 3, 20 An quae Neroni falſus adſtruit ſcriptor? Cic. Att. 7, 16 Qui quum ſcriptor lucu- lentus eſſet, tantas res, atque eas, quae in omnium manus venturae eſſent, Seſtio noſtro ſcribendas dederit. Idem de Orat. 1, 158 c. 34 Omnium bonarum artium ſcriptores ac doctores et legendi et per- volutandi. *Et* in Orat. 29 Vetuſtiſſimus ille ſcriptor et politiſſi- mus Lyſias. Idem de Clar. Orat. 35 Scriptor ſubtilis atque ele- gans. Carminum ſcriptores Quinctil. 1, 5. Belli Troiani ſcriptor, *Homerus* Horat. Epiſt. 1, 2, 1. Artium ſcriptores Quin- ctil. 2, 13. Aſſiduus ſcriptor, *vid.* ASSIDVVS. Delirus inersque ſcriptor Horat. Epiſt. 2, 2, 126. Nobilium ſcriptorum au- ditor Idem ibid. 2, 19, 39. Scriptor, *ſimpliciter pro Eo, qui ſcri- bit* Cic. Fam. 2, 4 Domeſticarum rerum habes et ſcriptores et nun- cios. Scriptor, *A manu ſeruus.* Cic. de Orat. 1, 136 Neque pre- cibus vnquam, nec inſidiando, nec ſpeculando aſſequi potuit, *etc.* ex eius ſcriptore et lectore Diphilo ſuſpicari liceret. Scriptor legum, *pro Legumlatore.* Cic. ad Brut. 15 Neque ſolum vt Solonis dictum vſurpem, qui et ſapientiſſimus fuit ex ſeptem, et legum ſcriptor ſolus ex ſeptem.

SCRIPTORIVS, a, um. Adi. [γραφικὸς] *Vt,* Atramentum ſcriptorium Celſus 6, 4 *extr. al.* ſutorium. Calamus ſcriptorius Idem 5, 28, 12. *de fiſtulis.* *Add.* Idem 7, 5 *et* 17. 8, 4.

SCRIPTVRA, ae. f. [γραφὴ] *Id quod ſcribimus.* Auctor ad Heren. 3, 27 Non ſum neſcius, quantum ſuſceperim negotii, qui motus corporis exprimere verbis, et imitari ſcriptura conatus ſum voces. Scriptura, *i. Scribendo.* Idem 4, . . Reliquum ſcripturae conſumetur in exemplis. *i. Eius quod ſcribendum eſt.* Ter. in Prol. Adelph. 1 Poſtquam Poëta ſenſit ſcripturam ſuam ab iniquis ob- ſeruari, *etc.* Diurna actorum ſcriptura Tacit. Ann. 3, 3. Cic. Fam. 15, 21 Quum vero ea, quae ſcriptura perſecutus es, ſine ſummo amore cogitare non potueris. Cic. Fam. 6, 7 Genus autem hoc ſcripturae non modo liberum, ſed incitatum atque latum eſſe debere quis ignorat? Genus ſcripturae leue et non ſatis dignum ſummo- rum virorum perſonis Nep. praef. n. 1 *de libro ſuo.* Leuis ſcri- ptura Ter. Phorm. Prol. 5. Scriptura, *pro Inſcriptione.* Vell. Paterc. 2, 61, 3 Statuae aetatem ſcriptura indicat. ¶ 2 Scri- ptura, *pro Vectigali, quod percipitur e paſcuis: vel ipſa ratio eorum, qui praeſunt huiusmodi vectigalibus, qui* Magiſtri ſcripturae *dicebantur.* Ita neque ex portu, neque ex decimis, neque ex ſcriptura vectigal conſeruari poteſt Cic. pro L. Manil. c. 6. Plaut. Truc. 1, 2, 42 Nam aduerſum legem a me, ob meam ſcripturam, pecudem accepit, aeraque. A. Idem quod tu facis, faciunt rem male gerentes: vbi non eſt ſcriptura, vnde dent, incuſant publicanos. *Pecuarii et qui greges habebant, certam in ſingula pecudum capita pecu- niam pendebant publicanis pro paſtione, quae pecunia* ſcriptura *vocabatur.* Cic. Att. 2, 10 P. Terentius meus neceſſarius operas in portu, et ſcri- ptura Aſiae pro magiſtro dedit. *h. e. Portorio et ſcripturae Aſiae magi- ſtri loco praefuit.* Idem Verr. 2, 69 In ſcriptura Siciliae pro magi- ſtro eſt quidam L. Carpinatius. Ibidem, Portum autem, et ſcri- pturas eadem ſocietas habebat. Aſconius, Mancipes, ſunt publica- norum principes, Romani homines, qui quaeſtus ſui cauſa decumas redimunt, aut qui portoria, aut paſcua publica: quorum ratio ſcri- ptura dicitur. Hi exigenda a ſociis ſuo periculo exigunt, et Reipu- blicae repraeſentant: prouidentes etiam in illa redemtione commodis ſuis. Cic. Attic. 5, 15 Magiſter ſcripturae et portus, quidam Lu- cius Carpinatius. *Vid.* MAGISTER.

SCRIPTVRARIVS ager dicitur, In quo vt pecora paſcantur certum aes eſt, quod publicanus ſcribendo conficit rationem cum pa- ſtore. Feſtus. ¶ 2 *Subſtantiue* Scripturarius *eſt* magiſter ſcripturae, *vel certe, qui commentarium conficit eius vectigalis, quod* Scripturam *dici oſtendimus.* Lucil. Sat. 26 *ap.* Non. 1, 17 Publicanus vero vt Aſiae fiam, vt Scripturarius. *Non audiendus hic eſt* Nonius, *cum* Scripturarios, *inquit,* veteres, quos nunc tabularios dicimus, dici volunt; quod Scripturis vel commentariis omnia vel vrbium vel prouinciarum complecterentur. *De vectigalium ſcriptura ſermonem eſſe,* publicani *adiecta mentio oſtendit: et viderunt Turnebus atque Fr. Douſa ad fragm.* Lucil. 26, 6. *it. Burm. de Vectigal.* Pop. Rom. c. 4 p. 42. *et* c. 9 p. 140.

SCRIPTVRIO, īre. Sidon. Epiſt. 7, 18.

SCRIBONIA *gens, e qua v. g.* Scribonia, Libonis *filia, quae prius Auguſti vxor fuerat.* Scribonius Conſul Plin. 2, 35 *etc.*

SCRIBONIANVS, a, um. Adi. Tacit. Ann. 2, 27 Ala Scri- boniana.

SCRINIVM, i. n. [σκρινίον, κιβώτιον] *Armarium, capſa, in qua ſeruantur pretioſa ac ſecreta.* Plin. 7, 25 Captis apud Pharſaliam Pom- peii Magni ſcriniis epiſtolarum. Ibid. 29 Inter ſpolia Darii Per- ſarum regis vnguentorum ſcrinio capto, quod erat auro, gemmisque ac margaritis pretioſum. *Plerumque tamen libris et ſcriptis aſſeruandis adhibetur.* Hor. Epiſt. 2, 1, 113 — Et prius orto Sole, vigil calamum, et chartas, et ſcrinia poſco. Librariorum ſcrinia Ca- tull. 14, 17. Scrinium cum literis Salluſt. Catil. 46 *extr.* Clauſa ſcrinia Propert. 3, 6, 14. Compilare ſcrinia *alicuius* Hor. Serm. 1, 1, 120.

1, 1, 120. *plagii literarii deſcriptio.* Retegere ſcrinia Iuuen. Sat. 6, 277. Scrinia, *ſunt Plutei, vel Loculi, in quibus acta Principum, libelli et commentarii aſſeruantur. De his* Scriniis Principum et ſcriniorum Magiſtris, *vid. Salmaſ. ad* Hiſt. Aug. *ſaepius.*

SCRINIARIVS, i. m. *Qui ſcrinium cuſtodit. In Iure Ciuili* Scriniarii *dicuntur, qui iidem* Chartularii *appellantur. Etenim chartae in ſcrinia referuntur, et ab* Scriniariis, *i. Scriniorum cuſtodibus, cuſtodiuntur. Vid.* l. vlt. C. de Caſtrenſ. pecul. *et* l. 8 *et* 10 C. de numerat. l. vlt. de appar. praefecti praetor. Alexander Vlpianum ſuum ſcriniarium appellat Lamprid. in Alex. c. 31. *Vide* l. vltima C. de teſtam. milit. Scriniarius ab epiſtolis, a libellis Inſcriptt. *Add.* Iſidor. 20, 9. *Sed omnia docet Iac. Gothofr. ad* Tit. C. Theod. (6, 11) de Magiſtris ſcriniorum, *et Paratitlo ad* tit. (8, 1) de Numerariis, Actuariis, Scriniariis *etc.*

SCRIPLVM, SCRIPVLVM, *vid.* SCRIPTVM *in* SCRIBO.

SCRIPVLA, *Vitis genus. vid.* SCIRPVLA.

SCROBS, ſcrŏbis, m. *et* f. *ſecundum* Priſcianum 7 p. 751 *extr. Sed frequentius Maſculini.* [ὄρυγμα] *Sunt autem* Scrobes, *Foſſiones vt putei vel foueae, intra terram manu factae ad vineas vel arbores conſerendas, vel ad metalla et quaecunque alia fodienda.* Columel. 4, 1, 1 Nimium me profundos cenſuiſſe fieri ſcrobes. *Ibidem* 5 Contenti bipedaneo ſcrobe. *Ibidem* Melius conſurgunt altioribus demiſſa ſcrobibus; nam bipedanei etiam prouincialibus agricolis vix approbari poſſunt. Idem 4, 15 Ex alto ſcrobe ſubmerſa perducitur ad vacantem palum. *conf.* Idem 7, 5. Plin. 9, 51 Mus marinus in terra ſcrobe effoſſa, parit oua, et rurſus obruit terra. *Sic* Pallad. 1, 5, 5. Columel. 11, 2 Scrobes omnis generis, quos eris Autumno conſiturus, hoc tempore praeparare oportebit (menſem Martium intelligit.) Eorum quaternarii, hoc eſt quoquouerſus pedum IIII. ſi eſt commodum terrenum XIIII. ab vno fiunt: ternarii autem XVIII. Repletae ſcrobes Virg. Georg. 2, 235. Subactae ſcrobes Idem ibid. 2, 50. Inuertere ſcrobes oleis, *vid.* INVERTO. Scrobis *etiam in Nominatiuo dicitur* Columel. 5, 6, 8 Sed arboris maritandae cauſa ſcrobis viuiradici fieri debet latus pedum duorum. Ibid. c. 10 Sed ſcrobis clibano ſimilis fiat. *Add.* 5, 5, 4. *in Var. Lect.* Non. 3, 207. *exempla profert maſculini generis aliquot.* Virginalem effodientibus maritis Arnob. 4 p. 131.

SCROBICŬLVS, i. m. Dimin. [ὀρυγμάτιον] *Ex* Varrone *adfert* Non. 3, 207. Plin. 21, 5 Atque ita in ſcrobiculis feruntur, heminis faecis circumfuſis. Columel. 4, 15, 3 Et id quod a matre abſciſſum recens erit, confeſtim alte circumfoditur, et ſcrobiculo facto ad imum ſolum praeciditur. *Add.* Idem 5, 6, 8. *et* de Arbor. c. vlt.

SCROFA, *vel* SCROPHA, ae. f. [χοῖρα] *Porca, feta in primis; ſ. quae peperit.* Varro de R. R. 2, 4 Scrofa in ſua quaeque hara, ſuos alat oportet porcos. Plaut. Capt. 4, 2, 29 *de piſtoribus,* Eorum ſi cuiusdam ſcrofam in publico conſpexero, *etc.* Columel, 7, 9, 7 Scrofae probantur longiſſimi ſtatus, et vt ſint reliquis membris ſimiles deſcriptis verribus. *add.* Varr. 2, 4, 4. Candida ſcrofa Iuuen. Sat. 12, 73. Scrofa foecundior alba Idem 6, 176. *conf.* Plin. 28, 11. Gell. 18, 16. Apul. de Herb. c. 123 p. 369. Petron. c. 40. ¶ 2 *Eſt cognomen Tremelliorum.* Scrofa Tremellius *ponitur in* Varronis de R. R. 2, 4 *vbi de auo ſuo,* Auus, *inquit,* meus primum appellatus eſt Scrofa: qui Quaeſtor quum eſſet Licinio Neruae Praetori, in Macedonia prouincia relictus, qui praeeſſet exercitui, dum Praetor rediret, hoſtes arbitrati occaſionem ſe habere victoriae, impreſſionem facere coeperunt in caſtra. Auus quum hortaretur milites, vt caperent arma, atque exirent contra: dixit celeriter ſe illos, vt ſcrofa porcos, diſiecturum, id quod fecit: Nam eo praelio hoſtes ita fudit atque fugauit, vt eo Nerua Praetor, Imperator ſit appellatus: et auus cognomen inuenerit vt diceretur Scrofa. Itaque proauus, et ſuperiores de Tremelliis nemo appellatus Scrofa. Nec minus ſeptimus ſum deinceps Praetorius in gente noſtra. *Hactenus Varro.* Macrob. Sat. 1, 6 *extr.* Tremellius Scropha cognominatus eſt euentu tali. Is Tremellius cum familia atque liberis in villa erat. Serui eius, cum de vicino ſcropha erraret, ſurreptam conficiunt. Vicinus aduocatis cuſtodibus omnia circumuenit, ne qua efferri poſſit; isque ad dominum appellat, reſtitui ſibi pecudem Tremellius, qui ex villico rem comperiſſet, ſcrophae cadauer ſub centonibus collocat, ſuper quos vxor cubabat, quaeſtionem vicino permittit. Cum ventum eſt ad cubiculum, verba iurationis concipit, nullam eſſe in villa ſua ſcropham, niſi iſtam, inquit, quae in centonibus iacet; lectulum monſtrat. Ea facetiſſima iuratio Tremellio ſcrophae cognomentum dedit. Scrofa *aliquis ſcripſit* de Re ruſtica libros, *quos* Plin. *allegat* 17, 23.

SCROFINVS, a, um. Stercus Marc. Empir. c. 4.

SCROFIO, *ſ.* SCROPHIO, onis. m. Scrophiones *dicuntur in re agraria, vbi duo fines cuneati iunguntur: vid.* Auctt. Rei Agr. p. 147. 213. 225. 254. Scorofiones *appellantur* Frontino de Colon. p. 339. *et* 341 *Keuch.*

SCROFIPASCVS, i. m. [χοιροβοσκὸς] *Qui paſcit ſcrofas.* Plaut. Capt. 4, 2, 27 Tum piſtores ſcrofipaſci qui alunt furfure ſues.

SCROFVLA, ae. f. [γαγγάνη] *quid Morbi ſit, vide* STRVMA, *ex* Celſ. 5, 28, 7. Veget. Mulom. 2, 23, 1 Scrofulas *dici a* Scrofa *ſue, palam eſt: quoniam eas Graeci ab eo animali χοιράδας appellarunt.*

SCROTVM, i. n. [ὄσχεον] *Pellis, quae teſticulos continet, vid.* Celſum 7, 19 *et* 20. *vbi frequenter vſurpat.*

SCRVPĔDA, ae. *a Scauro pede, quaſi* Scauripeda. Accius *apud* Varr. de L. L. 6, 3 p. 76, 10 Scraciae, ſcrupedae, ſtrictabilae, tantulae. *Ad haec verba notat* Gellius 3, 3 Poetam delectatum faceta verborum antiquitate, meretricum vitia atque deformitates ſignificantium, *vid. ſupra* SCRACIA. *Addit* Varro, Scrupedam Aurelius ſcribit Auſcaripedam. Iuuentius Comicus dicebat a vermiculo piloſo, qui ſolet eſſe in fronde cum multis pedibus (*An forte et illae* Ἀσκαρίδες?) Valerius a pede ac ſcrupea. *Add. quae ponemus mox, voce* SCRVPEA.

SCRVPEVS, SCRVPOSVS, SCRVPVLVS, *vid. mox poſt* SCRVPVS.

SCRVPVS, i. m. [λίθαξ, λιθάριον] *Lapis minor, praeſertim et aſper calcatu.* Feſtus: Scrupi dicuntur Aſpera ſaxa et difficilia attrectatu; vnde et Scrupuloſam (*ſ.* ſcrupoſam) rem dicimus, quae aliquid in ſe habet aſperi. *conf.* Seru. *ad* Aen. 6, 236. Scrupus ſola creber iniqua aſperat Auien. Deſcript. Orb. v. 503. Per omnes ſcrupos Petron. c. 79. ¶ 2 Scruporum luſus *potius eſt* Scriptorum. *v. v.* ¶ 3 Scrupus, [αἴνιγμα] *Aenigma apud* Gell. 12, 5 *legebat Petr. Crinit. lib. 9 c. vlt. Sed eſt* Sirpus, *v. v.*

SCRVPŌSVS, a, um. Adi. [λιθακώδης] *Plenum ſcrupis.* Lucan. 5, 675 Scrupoſisque anguſta vacant vbi littora ſaxis Impoſuit terrae. Ager Apul. Flor. 2 p. 348. Scrupoſus, *Difficilis aſper. Tr[...] a viis. Vid.* Feſtus *modo laudatus voce* SCRVPI. Lucr[...] 526 Haudquaquam ratio ſcrupoſa relicta eſt. Saxum ſcr[...] ſum Apul. 6 p. 187. Plaut. Capt. 1, 2, 82 Meus ſcrupoſam v[...] commeat viam. *conf.* Ammian. 20, 10. *et* 31, 18.

SCRVPEVS, a, um. Adi. [λιθακινὸς] *Scrupoſus.* Ennius *ap.* [...] 2, 769 Scrupeo inueſtita ſaxo, atque oſtreis ſquamae ſcaprent [...] *ſcabrent.* Virg. Aen. 6, 236 Spelunca alta fuit, vaſtoque imm[...] hiatu, Scrupea tuta lacu nigro. Difficultas ſcrupea Auſo[...] Epiſt. Technopaegnio praemiſſa. ¶ 2 *Subſtant.* Scr[...] Varr. de L. L. 6, 3 p. 76, 15 *ſtatim poſt ea, quae modo in* SCRVPI[...] *attulimus,* Ex eo ab Accio poſitum, Incurioſa itaque es, Menali[...] Reiicis abs te religionem ſcrupeam pone. *Sic Turnebus:* [...] ſcrupeam imponas. *Hoc videtur tamen recte poſſe colligi,* ſcrup[...] *idem fere eſſe quod* ſcrupulum. *conf.* Tertull. de Pallio c. 4. Si[...] Epiſt. 8, 6.

SCRVPŬLVS, i. m. Dim. [ψηφὶς, λιθὶς] *Proprie Lapillus b[...] et aſper, qui in calceo latens, nos laedit: preſſusque pede, creat* [...] *ſtiam. Hinc metaphor.* Scrupulus, [δυσχέρασμα] *pro Solicitu[...] dubitatione, et difficultate ponitur.* Ter. Phorm. 5, 7 (8) 30 Ea n[...] tem obiit; e medio abiit, qui fuit in re hac ſcrupulus? [...] ſcrupulo Columel. 5, 11, 1. *i. ſine dubio.* Nec me tamen medi[...] Carpebat ſcrupulus, contemplatione comminatae mihi mortis A[...] Met. 6 p. 184. Odioſus ſcrupulus, *vid.* ODIOSVS *in* ODI[...] Cic. Att. 1, 15 At domeſticarum quidem ſolicitudinum Aculeos o[...] et ſcrupulos occultabo. Idem pro Roſc. Amer. 6 c. 2 Hunc ex animo ſcrupulum, qui ſe dies noctesque ſtimulat, ac pungit, vt E[...] latis poſtulat. Idem Att. 5, 13 Exime quaeſo, quoad potes, de domeſtico, ſcrupulum quem non ignoras. Ter. Adelph. 2, [...] Timet, inieci Scrupulum homini. Cic. pro Cluent. c. 28 [...] tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus et quaedam dubitatio, quid[...] eſſet actum. Denique mihi quoque non paruam incuſſiſti ſolicitudin[...] immo vero formidinem, Iniecto non ſcrupulo, ſed lancea Apul. M[...] p. 107. Scrupulus vnus reſtat Ter. Andr. 5, 4, 37. *Pro ſcrupuloſa dilig[...]* Apul. Apol. p. 291, 11 Qui magum, qualem iſti dicunt in diſcri[...] capitis deducit, quibus comitibus, quibus ſcrupulis, quibus cu[...] bus perniciem caecam et ineuitabilem prohibeat. *Et* p. 305, 25 [...] facti reus apud bonum iudicem ſcrupulo quaeſtionis liberatur, ſi [...] fuit ei ratio peccandi, *i. inquiſitione.* ¶ 2 Scrupulus, Scrupulum, *vid.* SCRIPVLVM *ſub* SCRIPTVM *ex* SCRIBO.

SCRVPVLŌSVS, a, um. Adi. [λιθακιώδης] *Plenus ſcrup[...]* Plaut. Capt. 2, 2, 82 Nam meus ſcrupuloſam victus commeat vi[...] *Scalig. et Gronou. hic legit* Scrupoſam. *Sic* Scrupuloſae cotes (ſ[...] poſae *Lambin. et Bentl.*) *apud* Cic. Tuſc. 4, 33 c. 14. *Et* Plin. 15 [...] 23 Caeterae ſuum pabulo gignuntur, ſcrupuloſa corticis intra nuc[...] quoque ruminatione, *i. diligenti, accurata. de caſtaneis.* Scr[...] loſus, *Solicitus et anxius.* Plin. Epiſt. 3, 5 Miraris, quod tot v[...] mina, multaque in his tam ſcrupuloſa homo occupatus abſoluerit. *Plinio auunculo ſuo.* Diſputatio ſcrupuloſa Quinctil. 9, 1. Q[...] rundam Fides aut ſimplicior aut ſcrupuloſior Tertull. de Specta[...] *pr.* Scrupuloſiſſima ſaltatio Columel. 1 praefat. *i. Quae anxie et c[...] cura et ſtudio exercetur.* Profana philoſophiae turba *ſcrupuloſiſſi[...]* cultu deos negligit Apul. de Deo Socr. p. 43. *Ventorum* paul[...] ſcrupuloſior obſeruatio Plin. 18, 33.

SCRVPVLŌSE. Adu. [ὑπερακριβῶς] Columel. 9, 8 At qu[...] dono vel aucupio contingunt minus ſcrupuloſe probantur, *i. minus* [...] *xie, vid.* Plin. 8, 14. Scrupuloſius, quam inſtituto fortaſſis c[...] veniat operi, tractabo ventos Idem 2, 46. *Superl.* Scrupulo[...] ſime Diſputare Auguſtin. Retract. 1, 19. — Explorare Apul. Me[...] p. 114. — Requirere Colum. praef. p. 2. Minutius et ſcru[...] loſius ſcrutantur omnia Quinctil. 5, 14.

SCRVPVLOSĬTAS, ātis. f. [ὑπερακρίβεια] Anxietas, d[...] cultas Columel. 11, 1, 32 In hac autem ruris diſciplina non deſidera[...] eiusmodi ſcrupuloſitas. *Vtitur et* Tertull. adu. Haeret. c. 27. adu. Pſych. c. 2. *et* Apol. c. 7. Vlpian. Dig. 28 t. 3 l. 12.

SCRVPVLARIS, e. *vid.* SCRIPVLARIS *ſub* SCRIPTV[...] *ex* SCRIBO.

SCRVPVLATIM, *vid. ibidem.*

SCRVTA, orum. n. Pl. [γρύτη Gloſſ. Gr. Lat.] *Attritae vſu* [...] *ſtes, dimidiatae ſtrigiles, et iumentorum ſoleae, refixi claui, idque ge[...] alia, quae viliſſimi proxenetae venalia habent, quos antiqui ſcrutarios a[...] pellabant. Cael. Antiq. Lect. 10, 56. Verbo, Veteramenta omnifaria, q[...] cum vſu iam detrita ſint, pretio item deminuta cenſentur.* Hor[...] Epiſt. 1, 7, 65 Vilia vendentem tunicato ſcruta popello. *conf.* T[...] *rent. ad h. l.* Lucil. *apud* Gell. 3, 14 Quidni? et ſcruta quid[...] vt vendat, ſcrutarius laudat Praefractam ſtrigilem, ſoleam impro[...] dimidiatam. Sidonius Apollinaris Epiſt. 7, 2 Nunc friuola quaeda[...] nunc ludo apta virgineo ſcruta donabat. *Quo in loco ſunt qui I[...] gunculas pueriles operis dulciarii poſſe accipi, augurentur. Vid.* Burm[...] *ad* Petron. cap. 62.

SCRVTARIA, ae. f. [γρυτοπωλία] *Scruta vendendi profeſſio,* ſagaria, coenacularia, lintearia Apul. Met. 4 p. 146, 17 Enimu[...] vos bonae frugi latrones inter furta parua atque ſeruilia timidi[...] per balneas et aniles cellulas reptantes, ſcrutariam facitis.

SCRVTARIVS, i. m. [γρυτοπώλης Gloſſ. Gr. Lat.] *Scrutor venditor* Gell. 3, 14. *vid. ſupra in* SCRVTA.

SCRVTARIVM, i. n. γρυτοπωλεῖον Gloſſ. Gr. Lat.

SCRVTILLVS, i. m. Iſidor. Gloſſ. Scrutulus, vel Scrutillus [...] ventriculus fartus. *conf.* Feſt. *et ad eum Dacer. p. 518.*

SCRVTATOR, SCRVTINIVM, *vid. poſt* SCRVTOR.

SCRVTOR, āri. Dep. [ἐρευνάω, ἐξετάζω, μεταλλάω] *Inquiro* Plaut. Aul. 4, 4, 24 Euclio *cum dixiſſet,* Excute pallium — Ne inter t[...] nicas habeas — oſtende huc manum dextram, *etc. tandem* Iam, i[...] *quit,* ſcrutari mitto: redde huc. Idem Amph. 4, 2, 30 Scrutabo eho dic mihi, quis videor? Totum diem mecum ſcrutor Se[...] de Ira 3, 36. Abdita terrae ferro ſcrutantes Lucret. 6, 80[...] Arcanum alicuius ſcrutari Hor. Epiſt. 1, 18, 37. Argumenta ſcr[...] tari et quaerere Cic. in Partit. 8. Thracas praecedere iuſſera[...] ſcrutarique Calles, ne occultus hoſtis in ſubeuntes erumperet Curt. 4, 13. Fretum ſcrutari Lucan. 3, 698. Ignem gladio ſcruta[...] Hor. Serm. 2, 3, 276. Locos, ex quibus argumenta eruantur Ci[...] de Orat. 2 c. 34. Mentes deûm ſcrutantur in extis Ouid. Met. 1[...] 136. Orbem ſcrutari Plin. 5, 5. Cic. Fam. 10, 31 Tamen n[...] quaquam tanta in mora eſt, quanta qui locis omnibus diſpoſiti a[...] vtr[...]

utrique parte ſcrutantur tabellarios et retinent. Diſiectam fluitantemque Teſtudinem lanceis contisque ſcrutabantur Tac. Hiſtor. 3, 7, 5. *i. explorabant, vbi potiſſimum perrumpi poſſet.* Veſtigia ſcrutari domini ſui dicitur canis Plin. 8, 40. *add.* Nep. 14, 11, 2. Tac. Ann. 1, 61, 2. *et* Hiſtor. 3, 25, 4. Cic. pro Roſc. Amer. 97 c. 34 Non excutio te, ſi quid forte ferri habuiſti: non ſcrutor, nihil ad me arbitror pertinere Idem Qu. Fratr. 1, 1. ¶ 2 Scruto, *atque dixerunt Veteres* ἐρευνῶ, *vid.* Non. 7, 6. *et* Priſcian. 8 p. 799. *Hinc Paſſ.* Non niſi ſuppliciis acrioribus pernicioſa facinora ſcrutari poſſe Ammian. 28, 1. *conf.* Varr. L. L. 4, 1.

SCRVTANS, antis. Part. Scrutantem, num ira deorum ad tantum nefas actus eſſet, ſubit, *etc.* Curt. 8, 2, 6. Scrutantibus, quid occulet, offendit Idem 8, 3, 12. Scrutantium eludere manus Petron. c. 7. *Superl.* Militaris rei ordinum ſcrutantiſſimus Ammian. 30, 30.

SCRVTANTER. Adu. Ambroſ. Epiſt. 40 Scrutanter diſcutere.

SCRVTĀTVS, a, um. Partic. Paſſ. Aur. Vict. Or. Gent. Rom. [illegible] Scrutatis omnibus latebris. Qui futurus ſit colligebant, velut ſcrutatis veteribus libris Ammian. 15, 8. *Item active.* Curt. 6, 5, 7 Ille venantium modo latibula ſcrutatus. *conf.* Idem 9, 9, 5.

SCRVTĀTIO, ōnis. f. Seneca de Vita beata c. 23 Ita dico, ſi [illegible] et ſecurus ſcrutationem populo praebuerit, *i. Permiſerit ſua ſcrutanda.* Odioſa ſcrutatio Gell. 9, 10.

SCRVTĀTOR, ōris. m. [ἐξεταστὴς] *vt,* Pallidus ſcrutator auri Lucan. 4, 298. Stat. Silu. 3, 1, 84 Quodque legit merſus pelagi ſcrutator Eoi. *i. Vrinator ſcrutans vniones in mari Indico. conf.* Quinctil. [illegible] 18. Cauſarum intelligibilium Ammian. 20, 3. Cordis [illegible] Paullin. Natal. Felic. 3, 7. Sueton. Claud. c. 35 Reliquo autem tempore ſalutatoribus ſcrutatores ſemper appoſuit. Sueton. Veſpaſ. c. 12 Conſuetudinem ſalutantes ſcrutandi manente adhuc bello ciuili omiſerat.

SCRVTĀTRIX, īcis. f. Alcim. Auit. 2, 326 — Scrutatrix malorum.

SCRVTABILIS, *vnde* Inſcrutabilis.

SCRVTINO, āre. Vulg. Int. 4 Eſdr. 16, 63 *et* 65.

SCRVTINIVM, i. n. [ζήτησις Gloſſ. Lat. Gr. ἐξερώτησις Onomaſt.] *Inueſtigatio.* Apul. Met. 9 p. 237 Poſtremum magiſtratibus [illegible] obſtinate denegantem ſcrutinio detegere. Ammian. 29, 2 [illegible] ſcrutinia ſupellectilis.

S C V

SCVLCAE, arum. f. Plur. *i. Excubiae.*

SCVLCATOR, *ſ.* SCVLTATOR, oris. m. *Speculator, ap.* Vegetium de re Milit. 2, 15 *et* 17. *quanquam variante lectione. conf. Turneb. Adu.* 24, 12. *vid.* EXCVLCATOR.

SCVLCATORIVS, a, um. Adi. Naues Caſſiodor. Var. 2, 20. *conf. Salmaſ. de Milit. p. 224.*

SCVLNA, ae. f. *Antiquum verbum et* ſordidum *dictum* quaſi Sequena: quem qui elegantius loquuntur Sequeſtrem appellant. Vtrumque vocabulum a ſequendo factum eſt: quod eius, qui electus ſit, vtraque pars fidem ſequatur. *Haec* Gell. 20, 11. *conf.* Macrob. Sat. 2, [illegible] *Buchner. ad* Prudent. Hymn. de Nat. Chr. p. 25 *et* 26.

SCVLPO, pſi, ptum, ĕre. [γλύφω, γλάπτω] *Caedendo imaginem aliquam effingere.* Plin. 36, 4 Marmore ſculpendo primi omnium inclaruerunt Dipoenus et Scyllis, geniti in Creta inſula. *Alii legunt* Scalpendo. Ebur ſculpſit mira arte Ouid. Met. 10, 248. Scalpo, *non* Sculpo *dici debere, auctor eſt* Diomedes p. 374. *Locum damus in* SCALPO.

SCVLPTVS, a, um. Partic. [γεγλυμμένος] *vt,* Animalia ſculpta Lucan. 3, 224. E ſaxo ſculptus Cic. Acad. 4 c. 31.

SCVLPTOR, ōris. m. [γλυφεύς] *Qui ſculpit.* Plin. 36, 5 Iam fuerunt in Chio inſula Malas ſculptor, dein filius eius Micciades, *etc.* Idem 2[illegible], 13 Sculptores et pictores vtuntur. *Alii legunt* Scalptores.

SCVLPTVRA, ae. f. [γλυφὴ] *Eſt ars, quae auro, argento aere, ferro, ligno, ebore, marmore, vitro, gemmis opera diuerſa efficit.* Plin. 16, 40 ſ. 77 Habent in ſculpturis facilitatem. *Sic* 35, 12. Vitruu. [illegible] *cum not. Philandri.*

SCVLPTILIS, e. Adi. [γλυπτὸς] *vt,* Opus ſculptile Ouid. ex Pont. 4, 9, 28. *add.* Tertull. adu. Gnoſt. c. 2.

SCVLPTVRATVS, a, um. Fortunat. Carm. 9, 15 Et ſculpturat luſit in arte faber.

SCVLPONEA, ae. f. *Apud* Catonem de R. R. c. 59 Calceamentorum genus eſt: Fulgentius de Priſc. Serm. c. 21 Sculponeas *explicat* Calceos eſſe plumbo ligatos, *quod ita poteſt accipi, vt proprie ſint lora, quibus reuinciantur pedes, quare etiam ad pulſandum et batuendum os aptae ſint. quorſum vtitur hac voce* Plautus Caſ. 2, 8, 59. *Locum damus in* BATVO.

SCVLPONEĀTVS, a, um. Adi. Sculponeis calceatus dicitur a Varrone in Serano; Dum in agro, inquit, ſtudioſius ruror, adſpicio Triptolemum ſculponeatum bigas ſequi cornutas, *etc.* Non. 2, 731.

SCVRRA, ae. m. [εὔστομος, γελωτοποιός, εὐτράπελος Gloſſ. Lat. Gr.] Scurra *dictus eſt, vt quidam volunt,* a ſequendo, quod et tenuioris fortunae homines, et caeteri alioqui, qui honoris gratia proſequerentur quempiam, non antecedere, ſed ſequi ſint ſoliti, Feſtus. *Itaque* Scurra *nihil aliud fuit, quam Sectator aut Pediſſequus; neque primum inhoneſtum ſenſum habebat, ſed Homines denotabat vrbano otio aſſuetos, et ad iocandum, ridendumue aptos.* Plaut. Moſt. 1, 1, 15 Tu vrbanus vero ſcurra, deliciae populi, rus mihi tu obiectas? Epid. 1, 1, 13 T. Scurra es. Scio te eſſe quidem hominem militarem. Trin. 1, 2, 165 Quam vrbani aſſidui ciues, quos ſcurras vocant, *vid. Gronou. ad h. l. add.* Plaut. Curc. 2, 3, 1 *Poſtea, cum otioſi diuites effuſos riſus ex omni materia quaererent, indeque in omnem licentiam iocantium ſtudia erumperent, male audire* Scurrarum *nomen coepit, et iis ſolis attribui; qui riſum ab audientibus captant, non habita verecundiae ratione aut dignitatis.* Cic. Fam. 9, 20 *pr.* Me autem a te, vt ſcurram velitem, malis oneratum eſſe, non moleſte tuli. *v. h. l. Graeu. et Gronou.* Idem pro Quint. 55 Memini, vetus eſt, de ſcurra multo facilius diuitem, quam patremfamilias fieri poſſe. *Item de* Carbone *vt, videtur,* . . . quoniam frequentiſſime vſus eſt iocis et nocentiſſimos ſaepe hoc dicendi genere tutatus eſt, ſcurra ab inimicis ſuis eſt dictus. *Et* Verr. 3, 146 Albam habebo iudicem, eum hominem, qui ſe ipſe ſcurram improbiſſimum exiſtimari vult, qui a ſcurris potius ſemper gladiator, quam ſcurra appellatus ſit. Arripere maledictum ex ſcurrarum conuicio Cic. pro Mur. c. 6. *add. Grut. ad h. l.* Facetus non parum ſcurra Cic. pro Quint. c. 3. Fa[illegible]is Iuuen. 13, 111. Fugitiuus ſcurra Iuuen. Sat. 13, 111. Improbus atque petulans ſcurra Cic. pro Cluent. . . . Hor. Epiſt. 1, 18, 4 Vt matrona meretrici diſpar erit atque Diſcolor, infido ſcurrae diſtabit amicus. Idem Epiſt. 1, 15, 28

Maenius — vrbanus coepit haberi,
Scurra vagus, non qui certum praeſepe teneret:
Impranſus non qui ciuem dignoſceret hoſte,
Quaelibet in quemuis opprobria dicere ſaeuus.

Plin. Epiſt. 9, 17 Scurrae, cinaedi, moriones menſis inerrabant: — ſi quid molle a cinaedo, petulans a ſcurra, ſtultum a morione profertur. Cic. de Nat. Deor. 1, 93 c. 34 Zeno — Socratem ipſum, parentem philoſophiae, Latino verbo vtens, ſcurram Atticum fuiſſe dicebat. *Zeno hic Sidonius, ille Epicureus eſt. Add.* Lactant. 3, 10, 15. ¶ 2 Scurrae etiam vocabantur, *Qui geſtu et imitatione (vt mimi et geſticulatores) riſum mouere conati ſunt. Sic* Phaedrus 5, 5, 27 Scurram *vocat, qui porcelli vocem imitabatur.* Scurrae mimarii Capitol. in Vero c. 8. — mimici Idem in Maximin. c. 9. *conf. Scalig. ad* Catull. Epigr. 19. ¶ 3 Scurra, *vt* Aſſecla, *vt* Buccellarius *etiam ſatellitem, et cruentarum operarum miniſtrum ſignificat.* Lamprid. Heliog. 33 Occiſus eſt per ſcurras, et per plateas tractus eſt ſordidiſſime. Idem Alex. Seuero 61 Vnus ex Germanis, qui ſcurrarum officium ſuſtinebat, ingreſſus — Cui Alexander, Quid eſt, contubernalis? —— At ille — ad contubernales ſuos venit, eosque ad durum principem interimendum exhortatus eſt: qui ſubito plures armatique ingreſſi, inermes et obſiſtentes contruncauerunt. *Satellites igitur fuerunt hi* Scurrae, *corporis cuſtodes, quos* contubernales *ſuos honoris cauſa Imperator appellet, etc. Vid. Salmaſ. ad vtrumque locum, in primis ad poſteriorem. Add. Carpzou. de Ariſtone* p. 458 *ſqq. vbi omnem* Scurrae *ſignificationem perſequitur.*

SCVRRVLA, ae. m. Dimin. Arnob. 6 p. 206 Vrbanus ſcurrula. Apul. Met. 10 p. 246.

SCVRRĪLIS, e. Adi. [βωμολοχικὸς] *Ridiculum cum humilitate, leuitate.* Cic. de Orat. 2, 239 c. 59 Ne aut ſcurrilis iocus ſit, aut mimicus. Dicacitas ſcurrilis et ſcenica Quinctil. 6, 3. Luſus ſcurriles Valer. 7, 8, 9. Strepitus ſcurrilis Auctor Philomelae v. 34.

SCVRRILĬTER. Adu. [βωμολοχικῶς] Plin. Epiſt. 4, 25 Quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam ſerio tempore, tam ſcurriliter ludat? Iuſtin. 24, 6, 4 Scurriliter iocatus.

SCVRRILĬTAS, ātis. f. [βωμολοχία] *Vrbanitatis exceſſus procax et petulans dicacitas.* Auctor Dialog. de Orat. c. 22 Foeda et inſulſa ſcurrilitas.

SCVRROR, āri. Dep. [βωμολοχέω] *Scurram agere.* Hor. Ep. 1, 17, 19 Scurror ego ipſe mihi, populo tu.

SCVRRANS, antis. [βωμολοχῶν] Hor. Epiſt. 1, 18, 2 Si bene te noui, metues — Scurrantis ſpeciem praebere profeſſus amicum. h. e. Turpiter adulantis. Porphyrio.

SCVTALE, SCVTARIVS, *etc. vid.* SCVTVM.

SCVTĬCA, ae. f. [σκυτάλη] *Flagellum ex pelle.* Martial. 10, 62 Scuticaque loris horridis Scythae pellis, Qua vapulauit Marſyas Celenaeus. Habenis ſcuticae tremefactus Ouid. Epiſt. 9, 81. Rubere ſcutica Iuuen. Sat. 6, 478. Hor. Serm. 1, 3, 117 Nec dignum ſcutica horribili ſectere flagello.

SCVTILVS, a, um. Adi. Tenue, et macrum, et in quo tantum exilis pellicula cernitur. Paullus Feſti. Feſti *fragmentum nimis corruptum.*

SCVTRA, ae. f. [χαλκίον Gloſſ. Lat. Gr.] *Vaſis genus.* Cato R. R. c. 157, 11 Vbi in ſcutra feruefeceris. Plaut. Perſ. 1, 3, 8 Commiſce mulſum, ſtruthea, colutheaque appara bene et in ſcutris concaleat et calamum iniice. *In quem locum tradit Camerarius, a* Scutris *dici forma diminutiua* Scutulas, *vt a* Culcitra *dicitur* Culcitula. *Certe a* Mitra *ſic fit* Mitella, *a* Capra Capella. Seruius *ad* Virg. Georg. 1 *a* Scaturire *deducit, ſed minus recte. a* σκύτρα *Siculorum pro* χύτρα, *Salmaſius ad* Vopiſc. Car. p 861 *Hack. Quidquid ſit de etymologia, vas non profundum valde, ſed planum videtur fuiſſe, cum mediocri margine, in quo facile caleſierent iniecta. Conuenire mihi videbatur cum Belgarum* Schotel, *quae Germanus aliis eſt* eine Schüſſel. Cato de R. R. 157, 11 Vbi in ſcutra ferueferis, ſub ſellam ſupponito pertuſam, eo mulier aſſidat, operito, circum veſtimenta eam dato. Vulg. Int. 1 Reg. 7, 45 Scutras *reddidit, quae Graecis ſunt* θέρμαστρα, *a calefaciendo, vt videtur, et ipſa dicta.*

SCVTRISCVM, i. n. [ἀγγείου γένος] *Vaſis genus apud* Catonem 10, 2. *et* 11, 3. *In inſtrumento oliueti et vineae.*

SCVTVLA, ae. f. *Parua* Scutra, *vt vidimus ſecundum Camerarium. Sed Videndum de* Priſcian. 3 *extr.* Hic canis, haec Canicula: *hoc ſcutum*, vel *haec ſcuta*, id eſt forma rotunda, *ſcutula*, et *ſcutella.* Lucilius in VI. *(Douſa ad VII. refert* n. 23) Scutam ligneolam cerebro infixit. *Popma ad* Caton. 10, 2 Scutram *legit: qua auctoritate, non dixero. Certe apud Priſcianum ab Aldo, Caeſario et Putſchio* Scutam *editum.* Scutum *firmat* Conſentius p. 2027 *extr.* Poſitiuo *hoc ſcutum* dicis: ſi diminuas, ſcutella facis: *nempe primum* Scutula, *deinde ex hoc* ſcutella. *Eſt ſane ſimilitudo inter* ſcutum, *quo tegitur latus, ſ.* clypeum, *et inter patinam, ſ. lancem. Modus Syllabae mutatur etiam in aliis.* Patella *certe vel ſimile vas ex argento fuit, de quo* Martial. 8, 71 Beſſalem ad ſcutulam ſexto peruenimus anno, *Pondus indicat.* Id. 11, 32 Sic implet gabatas, paropſidasque, et leues ſcutulas, cauasque lances. ¶ 2 *A diuerſa* ſcutularum *in menſis poni ſolitarum forma ductum videtur, vt etiam ad ſimilitudinem variarum rerum ſignandam adhibeatur.* Tac. Agric. 10 Scutulae oblongae Britanniam *comparat: eſt autem forma illa, ſi quatuor lineis rectis includere tentes,* trapezium. *Et eſt alioquin res eadem* Trapezium, ὀψοφόρον σκεῦος, *abaco cognatum (vid. Pollux 10, 105 ſq.) et* ſcutra, ſcutula, ſcutella. Scutulas *fuiſſe maculas in retibus dictas, colligimus ex vſu nominis* ſcutulatus. *Vtrum veſtium* ſcutulae *maculae retiformes fuerint, a quibus* ſcutulatae *dicuntur, quod placet Scaligero Coniectan. p. 67; an* virgae *vt probabile facit Salmaſ. ad Vopiſc. p. 571 et 861 Hack. non facile dixerim. Quin placet illud, quod ipſe Salmaſius monet, etiam macularum retiformium ſeriem virgam eſſe: et quis non vidit rhombos, certe in ſcurrarum et morionum veſtibus, diuerſicolores in virgas diſpoſitos? Tanto magis placuit nomen cum, vt mox videbimus,* ſcutula *etiam* Scytale *ſ. virga ſit.* Scutularum *nomine in hac re vſus eſt* Prudent. Hamart. 290 Gaudent et durum ſcutulis perfundere corpus. Plin. 8, 48 ſ. 74 Plurimis liciis texere, quae polymita appellant, Alexandria inſtituit; ſcutulis diuidere Gallia. *Voluit, credo, aliud dicere, quam virgas. Porro in pauimentis, vt* marmora et teſſeras, ſic ſcutulas, *rhombos arbitror, commendant* Vitruu. 7, 1. *et* Pallad. 1, 9; *vel rhomboides, de quo vix dubitandi locus eſt: ſed obſcurum, quid ſibi velit* Vitruu. 10, 17 *in baliſtae deſcriptione, niſi quod ibi quoque rhomboides quiddam velut*

per nebulam videre mihi videor. Plin. 17, 15 ſ. 26 Emplaſtri *ſ. emplaſtrationis rationem tradens*, Nitidiſſima in parte — exemta ſcutula — cortici, imprimitur ex alia cortex par cum ſui germinis mamma *etc. Addit deinde menſuram*, cortices ſcalpro excidi quatuor digitorum longitudine et trium latitudine. Colum. 5, 11, 10 Emplaſtrum *vocat illum corticem*, qui parti delibratae conueniat. *Sic etiam* Pallad. Iun. 5, 3. Plinius *paullo poſt l. c.* exemtam cortici teſſellam vocat: *eadem nempe ratione, qua in pauimentis iſta iungi et miſceri obſeruauimus. Ergo qui* ſcutulam *dicit, nec rotundum dicit ſimpliciter, neque quadratum, neque rhombum etc. Sed aliquid horum, loco et ordine ſuo poſitum.* ¶ 3 Scutulam *dixere quae Graecis* σκυτάλη *eſt, cylindrum, baculum teretem.* Caeſ. B. C. 3, 40 Quatuor biremes ſubiectas ſcutulis impulſas vectibus in interiorem partem transduxit. Scutulae *ſunt cylindri, palangae.* Iſo in Gl. Prud. Hamartig. 290 Scutula, virga, baculus. Gloſſ. Cyr. σκυτάλη ſcutula. *Ab hoc porro eſt* Scutulatus, *de quo mox.*

SCVTELLA, ae. f. Dimin. *ex* Scutra. [παροψίδιον] *Genus vaſis cibarii.* Cic. Tuſc. 3, 45 c. 19 Eripiamus huic aegritudinem. Quomodo? collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus, hedychrum incendamus, demus ſcutellam: dulciculae potionis aliquid videamus et cibi. *Vid.* SCVTRA. *Add.* l. 19 §. 10 de auro, arg. mundo *etc.*

SCVTVLATVS, a, um. Adi. Scutularum *formas habens, idem fere quod* maculoſus. *Certe in reti* ſcutulae *eaedem eſſe debent, quae* maculae. *De eo, quod aranea texit* Plin. 11, 24 Quanta arte celat pedicas ſcutulato rete graſſantes, *etc.* Veſtis ſcutulata *virgatane ſit an maculis retiformibus diſtincta, modo in* SCVTVLA *n. 2 diſputatum eſt. Iam auctoritates ponimus. Igitur* Plin. 8, 48 Iſtriae, Liburniaeque pilo propior quam lanae, pexis aliena veſtibus, et quam Salacia ſcutulato textu commendat in Luſitania. Iuuen. Sat. 2, 97 Caerulea indutus ſcutulata, aut galbana raſa. Palladius Martio 13 Colores hi praecipui, albineus, ruſſeus, murteus, ceruinus, gilbus, ſcutulatus, albus, guttatus, candidiſſimus, niger, preſſus. *De coloribus equorum loquitur. Videtur autem* Scutulatus equus, *qui nunc vulgo pomulatus vocatur: maculis rotundis inſignis.*

SCVTVLVM, *vid. in* SCVTVM.

SCVTVM, i. n. [ἀσπὶς, σάκος, θυρεὸς] *Clypeus, niſi quod hic fere aereus,* ſcutum *vero dictum* ἀπὸ τῦ σκύτος, *id eſt a pelle, quod non ſine pellibus fiat. Vid.* CLYPEVS. *Mirabilem etymologiam Varronis damus in* SECTVRA. *Certe Polybius ſcuta Romana* [θυρεὸς] *ex duplici linteo taurino glutine compacto, inductaque pelle vitulina, componit, margineque ea et vmbone ferreo munit. Vid. Lipſ. de Mil. 3, 2.* Plin. 35, 3 Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatum eſt, continebantur imagines. Caeſ. Bell. Gall. 5, 43 Quo percuſſo et exanimato, hunc ſcutis protegunt hoſtes, et in illum vniuerſi tela coniiciunt. Cic. Tuſc. 2, 54 c. 23 Ignauus miles ac timidus ſimul ac viderit hoſtem, abiecto ſcuto fugiat quantum poſſit. Quinctil. Decl. 3, 12 Vides munitum gladio latus —— inſcriptum in ſcuto C. Marii nomen, totum denique virum Martio habitu horrentem. Hic tibi cultus proſtituti videtur? Scutorum impulſus, *vid.* IMPELLO. Fulgentia ſcuta Virg. Aen. 8, 93. Longa ſcuta Idem ibid. 8, 539. Caelare ſcuta auro, *vid.* CAELO. Incumbere in ſcuta, *vid.* INCVMBO. Ponere Auct. de Bello Hiſp. c. 13. Reclinare ſcuta Virg. Aen. 12, 130. Reiicere ſcutum *eſt fugientium, et tergum aduerſus tela ſequentia munire volentium.* Cic. de Orat. 2, 294 c. 72 Ita cedere, vt non modo non abiecto, ſed ne reiecto quidem ſcuto fugere videar. Idem Tuſc. 2, 54 c. 23 Ignauus miles ac timidus, ſimul ac viderit hoſtem, abiecto ſcuto fugit. *Conf. Gron. ad* Cic. Fam. 10, 30. Vitare periculum ſcuto Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 35. Scutus, Maſculino genere dixit Turpil. Demiurgo, Quia non minus res hominem, quam ſcutus tegit. *Ex* Non. 3, 233. *Etiam* Scuta, ae. *Vid. Priſciani locus, quem damus in* SCVTVLA *mox ab initio.* Scutum eleganter pro quouis Praeſidio. Liu. 3, 53 Scuto magis vobis quam gladio opus eſt, *Vox Legatorum Senatus ad plebem.* Scutum imperii, *agnominatus* Fabius Cunctator *ap.* Flor. 2, 6, 27.

SCVTALE, is. n. *quid eſſet apud* Liu. 38, 29 *quaeritur. Ponamus verba:* Centum funditores — acciti — *Eorum funda* eſt non ſimplicis habenae, *i. non ſola et ſimplici habena ſiue loro conſtat, cuius vnaquaeque pars lapidem accipere poſſit*, vt Balearica aliarumque gentium funda: ſed triplex *(tribus ſcutulis coriaceis ſibi impoſitis)* ſcutale *(mediocriter cauatum quiddam ad inſtar parui ſcuti)* crebris ſuturis duratum, ne fluxa *(fluctuante)* habena *(vbique plana et aequabili)* volutetur in iactu glans; ſed librata cum ſederit *(in ſcutali, tanquam ſinu quodam aut fundo in ipſa excuſſione impulſa a duro et valde elaſtico ſcutali)* velut neruo *(tormenti)* miſſa excutiatur.

SCVTARIVS, i. m. [ἀσπιδοποιὸς Gloſſ. Cyr.] *Qui ſcuta facit.* Plaut. Epid. 1, 1, 35 Id modo videndum, vt materies ſuppetat ſcutariis. Scutarius *fuit et Miles, qui Principem comitabatur.* Zoſ. 3, 29. *Conf.* Suet. Aug. c. 56. Ammian. 20, 5 *et* 21 *etc.*

SCVTARIVS, a, um. Adi. [ἀσπιδάριος] Veget. 2, 11 In Romana militia habebant fabricas ſcutarias et loricarias, quibus armorum genera formabantur.

SCVTĀTVS, a, um. Adi. [ἀσπιδοφόρος] *Scuto tectus et munitus.* Cic. Philipp. 2, 108 c. 42 Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur ſcutati milites, ſicas portari videmus. *Vid.* Liu. 28, 2. Virg. Aen. 9, 370. Caeſ de Bell. Gall. 1, 39.

SCVTIGERV̆LVS, a, um. Adi. *Scutum geſtans.* Scutigerulum Plaut. Caſ. 2, 3, 44 *pro Armigero vſurpat, nempe pro eo ſeruo, qui* ſcutum *domini gerit;* Qui (malum) homini ſcutigerulo dare lubet.

SCVTV̆LVM, i. n. Dimin. [ἀσπίδιον] Cic. de Nat. Deor. 1, 82 c. 29 Cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis: *habitus* Iunonis Soſpitae.

S C Y

SCYATHOS, *vid.* SCIATHVS.

SCYBIIITES, ae. m. [σκυβελίτης] Vinum dulce, in Galatia naſcens, muſti ſaporem referens *apud* Plin. 14, 9 ſ. 11. *Sic Hard. Legebatur ante* Ciſſibilites.

SCYDRA, *Oppidum Macedoniae, in ora Heraclea* Plin. 4, 10.

SCYLACAEVM, i. n. *Oppidum Calabriae; de quo* Virg. Aen. 3, 553 Gauloniſque arces, et nauifragum Scylacaeum. *Al.* Scyllaeum; ſed vide Turneb. Aduerſ. 19, 21. Valer. Flacc. Argon. 3, 36 Spumoſumque legunt fracta Scylacaeon ab vnda. *al.* Scylaceon vnda.

SCYLLA *Herba*, *vid.* SCILLA.

SCYLLA, [Σκύλλα] Scylla, Niſi Megarenſium regis filia *f*… contra quos dum deuictis iam Athenienſibus pugnaret Minos, pro… filii Androgei interitum, quem Athenienſes et Megarenſes dolo n… verant, adamatus a Scylla eſt Niſi filia: quae, vt hoſti poſſet plac… comam purpuream parenti abſciſſam ei obtulit: quam Niſus ita hab… rat conſecratam, vt tamdiu regno potiretur, quamdiu illam habu… intactam. Poſtea et Scylla a Minoë contemta, vel dolore, quod c… temta eſſet, vel quod quaſi parricida a Minoë ad puppim religata … cta ſit, in auem Cirin conuerſa eſt: et Niſus exſtinctus, deorum c… miſeratione in aquilam piſcariam [*Haliaeetum*] mutatus eſt, quae a… hodie flagrant inter ſe magna diſcordia. *Haec* Seruius *ad* Ecl. 6, … *Ipſe* Virg. Georg. 1, 405 Et pro purpureo poenas dat Scylla capi… *Vid. fabulam apud* Ovid. Met. 8 pr. *narratam, vt e Seruio poſuim… Sed* ¶ 2 Virg. in Ciri 46 ſqq. *contra illos Poëtas diſputat, qui … rin, Niſi filiam, pro Scyllaeo monſtro habeant. Totus locus huc pe… net: plures enim de Scylla ſententias commemorat, et illam, quam pr… ſuimus, toto carmine exſequitur. Viderint itaque, qui Virgilio eam … dicant, quomodo concilient illud* Ecl. 6, 74

Quid loquar, aut Scyllam Niſi, aut quam fama ſecuta eſt
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias (*Vlyſſis*) vexaſſe rates, et gurgite in alto
Ah! timidos nautas canibus laceraſſe marinis.

Nempe etiam altera eſt Scylla, *de qua* Seruius l. c. Scylla Phorci et Ch… teidos Nymphae filia pulcherrima. Hanc quum amaret Glau… marinus deus, dum ipſe amaretur a Circe, et illam contemneret, irata fontem, in quo ſe Scylla ſolebat abluere, infecit venenis, quem cum deſcendiſſet puella, media ſui parte in feras mutata eſt. Q… dam Scyllam hanc a Neptuno amatam dicunt, et per Amphitri… coniugem Neptuni, metuentem pellicis formam, venenis Circes monſtrum marinum eſſe mutatam. *Copioſius more ſuo narrat* O… Met. 14 *pr.* Conf. Virg. Cir. 66 ſeqq. *qui ſenſum fabulae ita vid… exprimere* 77

Seu vero, vt perhibent, forma cum vinceret omnis
Et cupidos quaeſtu paſſim ſpoliaret amantes
Piſcibus & canibus rabidis vallata repente
Horribiles circum vidit ſibi ſiſtere formas.

Conf. CHARYBDIS. Hanc poſtea Glaucus deam marinam f… quae claſſem Vlyſſis et ſocios euertiſſe narratur. Caerulea Scylla V… Aen. 5, 122. Informis Virg. Aen. 3, 432. Rapax Ouid. Epiſt. 12, … Vorax Catull. 62, 156. Propertius *ex ambabus vnam fecit*, 4, 4 Quid mirum in patrios Scyllam ſaeuiſſe capillos, Candidaque in ſae… inguina verſa canes? Lucret. 5, 890 Aut rapidis canibus ſuc… ctas ſemimarinis Corporibus Scyllas. Biformes Scyllae V… Aen. 6, 286.

SCYLLAEVS, a, um. Adi. [Σκυλλαῖος] *vt*, Monſtra Scyll… Stat. Silu. 5, 3, 280. Litora Scyllaea Ouid. Met. 15, 702. Scylacea. Rabies Scyllaea. Virg. Aen. 1, 200. Vndis S… laeis clauditur Italia Lucan. 2, 433.

SCYLLAEVM, i. n. [Σκύλλαιον] Promontorium, in Peloponne… *vt* Plin. 3, 5 *Straboque lib. 6. teſtantur, ſed ſinu Argolico juxta Herm… nem, quo Scylla Niſi filia fluctibus eiecta creditur. Eſt et Oppid…* Brutiorum in Italia Pomponius Mela 2, 4.

SCYLLIAS, *vel* SCYLLIS [Σκυλλίας] *Herodoto lib. 8 Vir quidam Sc… naeus, omnium ea tempeſtate hominum optimus vrinator, qui etiam in nauf… gio ad Pelium facto, multam pecuniam Perſis ſeruauit, multa et ſibi lucra… eſt: hunc Pauſanias Scyllin vocat, de quo inquit Scyllis Scyonaeus ho… cum Cyane filia claſſis Perſicae, qua Xerxes Graeciae bellum intule… anchoras natando vrinandoque praecidit ad Pelidum montem et Sepi… Magneſiae: idque ſignum in Apollinis templo poſitum ab Amphyctioni… quod erat commune Graeciae concilium, a Nerone principe Romam tr… latum. Hinc intelligimus* Plin. 35, 11 Androbius pinxit Scyllin anc… Perſicae claſſis praecidentem. ¶ 2 *Scalptor egregius.* Plin. 3… Marmore ſcalpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus et Scyllis … niti in Creta inſula.

SCYMNVS, i. m. [σκύμνος] *ſignificat Catulum leonis, vt a… rum ferarum* Lucret. 5, 1035 At catuli pantherarum, ſcymnique leon…

SCYPHVS, i. m. [σκύφος] *Vaſis potorii genus, quo veteres … ſunt in conuiuiis.* Cic. Verr. 4, 54 Hinc illa Verrea nata ſunt, *hinc* conuiuium Sextum Cominium protrahi iuſſit, in quem *ſcyphum* manu iacere conatus eſt. Plin. 33, 11 L. vero Craſſus orator *duos* ſc… phos Mentoris artificis manu caelatos ſeſtertiis centum habuit. Ca… latus Scyphus, *vid.* CAELO. Capaciores adfer huc puer ſcyph… Hor. Epod. 9, 133. Inter ſcyphos Cic. Fam. 7, 22. *in vino ſ. conui…* Faginus ſcyphus Tibull. 1, 11, 8. Nati in vſum laetitiae H… Carm. 1, 27, 1. Sacer ſcyphus Valer. Argon. 2, 272. Virg. Aen. 8, 2… ¶ 2 Macrob. Sat. 5, 21 *extr.* Scyphus Herculis poculum eſt ita, … Liberi patris cantharus — non ſolum, quod is heros bibax fu… perhibetur; ſed etiam quod antiqua hiſtoria eſt, Herculem poc… tanquam nauigio, immenſa maria tranſiſſe. — Ego tamen arbitr… non poculo Herculem maria transuectum, ſed nauigio, cui ſcyp… nomen fuit; ita vt cantharum, et carcheſium, et a cymbis deriu… Cymbia aſſeruimus eſſe nauigiorum vocabula.

SCYRETICVM Metallum. Plin. 31, 2 In Scyretico metallo ar… res quaecunque flumine alluuntur, ſaxa fiunt cum ramis.

SCYRI, Populi ſunt in Arabia, Indorum lingua loquentes, *a…* Plin. 6, 23.

SCYRITAE, [Σκυρῖται] Gentes ſunt inter Nomadas Indos, qu… narium loco habent foramina tantum Plin. 7, 2.

SCYRON, *pro Gypſo poſitum inueniri notat Cael. Rhodig.* … *vnde et* Scyra terra, *pro Alba dicatur.*

SCȲROS, i. f. [Σκῦρος] *Inſula eſt contra Magneſiam, in ma… Aegaeo, vna ex Cycladibus, Lycomedis regis patria, in qua eſt vr… eiusdem nominis.* Scopuloſa Scyros Stat. Achill. 2, 17. *In h… Achilles ſub puellari habitu adoleuit: atque Lycomedis regis filiam D… damiam vitiauit, quae ab inſula et ipſa* Scyrias *eſt appellata.* Ouid. Arte Am. 1, 882.

SCYRIADES, [Σκυριάδες] *mulieres, ex* Scyro *inſula.* St… Achill. 2, 147 Nec minus egreſſae thalamis Scyriades ibant Oſtenta… choros.

SCYRIVS, a, um. Poſſeſſ. [Σκύριος] Ouid. Epiſt. 8, 112 Igna… tetigit Scyria membra manu. Propert. 2, 9, 16 Scyria nec vid… Deidamia viro. Pubes Scyria, A Scyro inſula Virg. Aen. 2, 47…

SCYRICVS, a, um. [Σκυρικὸς] *Aliud* Poſſeſſiuum. *Vnde*, Sc… ricum, Genus coloris caerulei Plin. 33, 7 *et* 8.

SCYRPVS, [σπάρτη] *vid.* SCIRPVS.

ſ YTĂLA, ae. *vel* SCYTĂLE, es. f. [σκυτάλη] *Bacillus eſt vel* *aruus cylindrus, eadem quae Scutula, ubi vid. n. 3. Locum prae-* *ſerim habet in epiſtola Laconica, quam copioſe deſcribit* Gell. 17, 9. *Br iter,* circa ſurculum teretem — lorum — complicabant — Literas deinde in loro per tranſuerſas iuncturarum oras — in- ſcr ebant. Id lorum — reuolutum ex ſurculo imperatori — mit bant — Ille ſurculo compari, quem habebat, — circum- plibat — atque ita literae per ambitum eundem ſurculi coaleſcen- tes rurſum coibant, integramque epiſtolam et facilem legi praeſta- bar Hoc genus epiſtolae Lacedaemonii σκυτάλην appellabant. *Hinc* Ne 4, 3, 4 Mittunt Lacedaemonii Legatos ad Pauſaniam cum Scytala. *Ila m Herculis* Scytalam *dictam, oſtendit Nomen* Scytaloſagitti- pelliger *v. v.* ¶ 2 *Genus ſerpentis forte inde dictum, quod* *i inſtar bacilli iacere videatur.* Solinus 40 (27) Scytale, tanta fulget tergi varietate, vt notarum gratia videntes retardet: et ociam reptando pigrior eſt, quos aſſequi nequit, miraculo ſui ca- piat ſtupentes. In hoc tamen ſquamarum nitore hiemales exuuias pria ponit. *Add.* Lucan. 9, 717. Ammian. 22, 15. *Sed* Colum. 6, 17, 1 *quod vulgo legebatur* Mus araneus, quem σκυτάλην ppelant, *recte in* μυγαλῆν *mutatum eſt.* *Nec ſine cauſa dubites, an* *υγαλῆν ſubſtituere oporteat* Plin. 32, 5 ſ. 19 Eadem vis contra venato- rium omnium morſus, priuatim ſcytalen et angues.

SCYTALOSAGITTIPELLIGER, i. m. *Quo nomine Hercu-* *lem appellat* Tertull. de Pall. c. 4 p. 19 *Salmaſ. Hic* Scytala *dicta eſt.*

SCYTATVM, *vid.* SCHYTANVM.

SCYTHES, [Σκύθης] Plin. 7, 56 Iouis filius, qui primus ar- cus ſagittarumque vſum reperiſſe dicitur.

SCYTHIA, ae. f. [Σκυθία] *Regio Septentrionalis, Europae atque Aſiae: cui adſignabant, quidquid incognitorum ad Septentrionem popu- lorum eſſet, vt Indiae omnia verſus Orientem incognita.*

SCYTHAE, arum. m. [Σκύθαι] *Populi Scythiam i. remotum Se- ptentrionem incolentes.* Campeſtres Scythae Hor. Carm. 3, 24, 9. Su- perbi Scythae Hor. in Carm. ſaecul. 55. Vagi Scythae Sen. [...]d. 1.

SCYTHICVS, a, um. Poſſeſſ. [Σκυθικός] Cic. Tuſc. 5, 90 c. 32 [...] amictui eſt Scythicum tegmen. Aura Scythica Ouid. Triſt. [...] 19. Gens Stat. Theb. 12, 519. Herba Plin. 25, 8. [...]es Scythici Ouid. Met. 15, 285. Orbis Scythicus Idem Triſt. [...] 51. Poli Scythici ſidera Martial. 6, 58. Pontus Scythi- cus Ouid. Triſt. 3, 4, 46.

SCYTHES, ae. m. [Σκύθης] *Idem qui* Scytha, *vt,* Anacharſis Scythes, *apud* Cic. Tuſc. 5, 90. *et* Phaedr. Prol. 3, 53. Gelidus Scythes Hor. Carm. 4, 5, 25. Profugus Idem ibid. 4, 14, 42.

SCYTHIS, idis. f. Patronym. [Σκυθίς] Ouid. Met. 15, 360 Ex- ercere artes Scythides memorantur easdem.

SCYTHISSA, ae. f. Corn. Nep. 14, 1 Datames matre Scythiſſa nat[us].

SCYTHICE, es. f. *Herba, quae cum ex Scytharum ſolertia cognita ſit ab illis proprium nomen accepit.* Plin. 25, 8 Inuenere herbas et vni- ver[ſa]e gentes: Scythia primum eam, quae Scythice vocatur, circa Ma[eo]tin naſcens, praedulcis. Idem 26, 5 Peucedani ſuccus pecto- ris doloribus, et acorum ſubuenit, et ideo antidotis miſcetur, tuſſi dan[d]um: Item Scythica herba. *Vid.* 27, 1.

SCYTHON, onis. m. [Σκύθων] *Nomen viri, neſcio cuius, quem Po[etae] fabulantur pro ſuo arbitrio modo in feminam ſeſe commutaſſe, mo- do rurſus in virilem formam rediiſſe.* Ouid. Met. 4, 280 Quid loquar, vt [qu]ondam naturae iure nouato Ambiguus fuerit modo vir, modo fe[min]a Scython.

SCYTHOPOLIS, is. f. [Σκυθόπολις] *Vrbs in Decapolitana Sy- r[iae r]egione, nomen habens a Scythis in eam deductis, quum antea a Li- beri patris nutrice ibi ſepulta Nyſa diceretur* Plin. 5, 18. *Sed* Scytopo- lis *[n]on aſpiratum, Libyae oppidum eſt, vt ex Polyhiſtoris ſententia tra- dit [S]tephanus,* Σκυτόπολις.

SCYTHOTAVRI, orum. m. *Pl.* [Σκυθόταυροι] *Populi Scy- thi[ae] Tauricae regionis iuga incolentes, qui vt Solinus refert c.* 20 pro ho[ſt]is aduenas caedunt. *Meminit horum et* Plinius 4, 12.

SCYZINVM, *Vinum,* cuius (*cum ex herba fieret*) obliterata ratio eſt Plin. 14, 16.

S E

S. [ſ] *Pronomen Accuſatiui caſus, a Sui, vid.* SVI. ¶ 2 Se, [p]ro διὰ Graeca Praepoſitione, ſeparatiua eſt: *vt* Separo, Seduco. Eſt iam abnegatiua, vt Securus, Sine cura. Praeterea *ſeorſum* ſit Ad[ue]rbium a *ſe*, vt a *de deorſum. Haec Priſcianus* 14 *in fine.* ¶ *Etiam ſeparatis vocibus Se dicebant veteres pro* Sine. Cic. de Le- gib. 2, 60 c. 24 Aſt im cum illo ſepelire vreruę, ſe fraude eſto. *Ver- ba ſunt* legis XII Tabularum, *vt et illa apud* Gellium 20, 1 Tertiis nun[d]inis partes ſecanto. Si plus minusue ſecuerint, ſe fraude eſto. *Sic [en]im legendum, non* Sine, *quod vulgo Gelliani habent codices. Porro in [pr]imo exemplo* Im *Accuſatiuus eſt antiquus pro* Eum, *a Nominatiuo* Is. ¶ 4 Se, *Particula, interdum valet Dimidium: vt in* Sel[ib]ra, Semodio, Semuncia. *Illuc reſpiciebant, qui* Se *a* Semis *vo- cabit* profectum *apud* Priſcian. 14 *extr.*

S E B

SEBASTE, es. f. [Σεβαστὴ] *Vrbs Iudaeae, ante Samaria dicta, [qua]m Herodes in honorem* Auguſti Sebaſten *i. Auguſtam appellauit. Au- ctor Strabo* 16. *Meminit* Plin. 5, 13.

SEBASTENI, orum. m. *Pl. Samaritani a Sebaſta, id eſt, Augu- ſta [ciu]itate Iudaeae extremae. Eorum meminit* Iuriſconſultus Scaeuola in [l.] De annuis legatis in P.

SEBENNYTVS, [Σεβέννυτος] *Stephano, Vrbs in Aegypto, vbi et [ſ]ſus et amnis ſunt cognomines. Vnde* praefectura *quoque* Sebenny- tic[a] Σεβεννύτος νόμος, *et* Sebennyticum Nili oſtium Σεβεννυτικὸν ϛόμα, *voc[e] i conſtat, quod in duo alia diuiditur, ſcilicet* in Saiticum *et* Mande- ſium: *Herodotus l.* 2 Non niſi in Sebennytico Aegypti nomo charta, *i. [pa]pyrus* naſcitur Plin. 13, 11 ſ. 21.

SEBETHOS, i. m. [Σεβῆθος] *Fons apud Neapolim, cuius aqua vic[at]im decurrens, omnes fere vſus Neapolitanis praeſtat.* Stat. Silu. 1, 2, 263 — [e]t pulchra tumeat Sebethos alumna. *Tabella marmorea Neapoli in mu- ror[u]m fundamentis reperta, quae habet,* P. MEVIVS EVTY- CHVS AEDICVLAM RESTITVIT SEBETHO.

SEBETHIS, idis. f. [Σηβηθίς] Virg. Aen. 7, 734

Nec tu carminibus noſtris indictus abibis
Oebale, quem generaſſe Telon Sebethide Nympha
Fertur.

Item Adiectiue. Columel. 10, 134 Doctaque Parthenope Sebethide roſcida lympha, *etc.*

SEBINVS, [Σήβινος] Lacus, quem facit fluuius Lollius apud Sarnicum, vallis Calepinae oppidum. Plin. 3, 19.

SEBVM, i. n. [ϛέαρ] *vid.* SEVVM. *Vnde,*

SEBO, āre. Columel. 2, 22 Feriis autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pinſere, faces incidere, candelas ſebare: *legitur et* Seuare.

S E C

SECĀLE, is. n. *Frugis genus, quod, auctore Ruellio, Galli detrita vna litera* Seclam (Seigle) *vocant.* Plin. 18, 16 Id autem quod ſecale atque farrago appellatur, occari tantum deſiderat. Secale Taurini ſub Alpibus Aſiam vocant, deterrimum, et tantum ad arcendum famem vtile: foecunda, ſed gracili ſtipula, nigritia triſte, ſed pondere praecipuum. Admiſcetur huic far, vt mitiget amaritudinem eius, et tamen ſic quoque ingratiſſimum ventri eſt. Naſcitur qualicunque ſo- lo, cum centeſimo grano ipſumque pro laetamine eſt. *Haec Pli- nius. Vid. Ponted. ad* Colum. 2, 9, 14 *vbi* hordeum hexaſtichum *eſſe* Secale, *oſtendit: cum Germanorum* Korn ſ. Roggen *conue- nire ibi notaui.*

SECAMENTVM, SECARIVS, *vid.* SECO, āre.

SECĒDO, ſſi, ſſum, ĕre. [ἀναχωρέω, ἀποχωρέω] *Seorſum ire, vel Seorſum venire; Retrocedere.* Trabes pondere commoto ſeceſſere Stat. Theb. 12, 436. A luſu ſecedere Propert. 1, 10, 9. A cor- pore ſenſus ſecedent Catull. Argon. ſ. 62, 189. Seceſſit ab vrbe XVII millibus paſſuum *villa Plinii* Epiſt. 2, 17, 2. Secedere de via Plaut. Curc. 2, 3, 2. Secede huc Idem Capt. 2, 1, 23. De- inde ſeceſſi *deliberandi cauſa* Plin. Epiſt. 5, 1, 6. Secedere et ſe- cernere ſe a bonis Cic. in Catil. 1, 32 ſ. *extr. Eſt in primis ciuilis diſcordiae verbum, vt cum in* ſacrum montem *Romani ciues* ſeceſſerunt Liu. 7, 40. Idem 27, 17 Eadem cauſa — relicto Aſdrubale, ſecedendi in imminenteis caſtris eius tumulos, *etc.* Secedunt, *qui ad tempus, vel perpetuo in otium et ſecretum ſe conferunt.* In hortos vacuum ſecedere Ouid. Triſt. 4, 8, 27. Ad ſtilum ſecedere Quinctil. 1, 12, 12. Secedentem (ex vrbe in patriam Martialem) viatico proſecutus eram Plin. Epiſt. 2, 21, 2. Nec ſecedere nec ſtudere me patiuntur negotia amicorum Idem 8, 9. *Sic* 1, 9, 3. 2, 11, 1. 3, 7, 6. 5, 15, 1. 7, 16, 2. *Sed* Sen. Epiſt. 117 *pr.* An- tequam incipio ſecedere, et in aliam partem conſidere. *Tranſlatum a diſceſſionibus quae fiebant in Senatusconſultis.*

SECESSIO, ōnis. f. [παραχώρησις, μεταχώρησις] Cic. pro Mu- raen. 49 c. 24 Etenim te inquirere videbant triſtem ipſum: moeſtos amicos, obſeruationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſio- nem ſubſcriptorum animaduertebant. Cic. pro Ligar. 10 Seceſſio- nem tu illam exiſtimauiſti Caeſar initio, non bellum. *Ciuilis nempe diſcordiae vox eſt, vt de verbo* Secedo *obſeruauimus.* Liu. 7, 40 Nondum erant tam fortes ad ſanguinem ciuilem, nec praeter externa nouerant bella: vltimaque rabies ſeceſſio ab ſuis habebatur. *Et deinde* 41 Cautum eſt, ne fraudi ſeceſſio eſſet. *Indiſcretim* Seditio- nis *et* Seceſſionis *verba adhibet* Caeſ. B. C. 1, 20 Milites ſeceſſionem faciunt. Tacit. Ann. 16, 22 Seceſſionem iam id, et partes, etſi idem multi audeant, bellum eſſe dictabat. ¶ 2 Seceſſio- nes, Narrationes dicebant Paullus Feſti *ex eo fonte, vnde eſt* In- ſece, *v. v.*

SECESSVS, ûs. m. [ἀναχώρησις] *Proprie loci appellatio eſt, quem remotiorem, vel otio aptum ſic indicant, ſiue ad tempus illo vtaris, ſiue plane ciuilibus negotiis in perpetuum renuncies: tum ipſe ille vitae otio- ſae et priuatae tenor etc. Exempla rem declarabunt. Simpliciter* Sinum *ſecretiorem notat* Virg. Aen. 1, 163 Eſt in ſeceſſu longo locus. Se- ceſſus auium Plin. 10, 29. Magna ei praemia et ſeceſſus amoenos promittit Tac. Ann. 14, 62, 4. *i. agros, villas, in quas ſecedat, ſi velit. Sic* SECRETA. *Conf.* Suet. Ner. c. 33. *Sed* Carmina ſe- ceſſum ſcribentis et otia quaerunt Ouid. Tr. 1, 1, 41. Vita me- liore magis in ſeceſſu fruare, quam in promtu Tertull. de Pallio c. 5. *De vita a negotiis aulicis forenſibusque vacua,* Seceſſus Apolloniae Au- guſti Suet. in Vita c. 94. Rhodius Tiberii Tac. Ann. 4, 15, 2. Plin. Epiſt. 2, 13, 5 Ille meus in vrbe, ille in ſeceſſu contubernalis. *Et* Epiſt. 3, 15, 1 Petis vt libellos tuos in ſeceſſu legam. *Sic* 2, 17. 29. 3, 5, 14. 6, 10, 1. 6, 31, 2. 7, 9, 1. 8, 1, 3. 9, 10, 2. Se- ceſſu tegere nomen ingens, pares virtutes Plin. 9, 13, 3. Quando ſeceſſus mei non deſidiae nomen, ſed tranquillitatis accipient Pin. Epiſt. 2, 23, 4. *Sic* 6, 4, 2. Ex Seceſſibus ad honores meos adcu- currit Plin. Epiſt. 2, 1, 8. Seceſſum repetere et ſcribere aliquid Plin. Epiſt. 1, 13, 7. Idem ibid. 1, 3 Quin te in alto iſto pingui- que ſeceſſu ſtudiis adſeris? In ſeceſſibus agere, *i. Morari* Vlp. in l. Quid tamen §. Si arbiter iuſſerit D. de recept. arbit. ¶ 2 *Peculiaria ſunt iſta:* In Seceſſus ſtudiorum excurrit Cicero Quinctil. 10, 5, 16. *i. declamauit, carmine luſit, dialogos ſcripſit.* Moras, et ſe- ceſſum, et ſilentium quaeret Quinctil. 10, 7, 2. *de eo, qui ex tempore dicere debet potius.*

SECENA, *vid.* SCENA n. 4.

SEEPISTA, *vid.* SECESPITA.

SECERNO, crēui, crētum, ĕre. [κρίνω, ἐκκρίνω] *Diuidere, ſepa- rare, vt ea, quae cribri ope ſeparantur.* Cic. de Amicit. 95 Secerni au- tem blandus amicus a vero, et internoſci tam poteſt adhibita diligen- tia, quam omnia fucata infimulata a ſinceris atque veris. *Add.* Idem Catil. 1 *extr.* Dedit natura beluis et ſenſum, vt ſecerne- rent peſtifera a ſalutaribus Cic. N. D. 2 c. 47. *Sic* de Fin. 4, 63 Itaque illa non dico me expetere, ſed legere: nec optare, ſed ſu- mere: contraria autem non fugere, ſed quaſi ſecernere. Varro de R. R. 2, 2 Arietes quibus ſis vſurus ad foeturam, bimeſtri tempore ante ſecernendum et largius pabulo explendum. Aliquem populo ſecernere, *eximium facere* Hor. Carm. 1, 1, 32. E grege ſecernere Liu. 35, 14. *i. excipere.* Facultatem dicendi a maiore, ac magis expetenda vitae laude ſecernunt Quinctil. 2, 15. Iniquum ſecer- nere iuſto Hor. Serm. 1, 3, 113. Cato c. 10 Pilum feminarium vnum, qui nucleos ſecernat, *h. e. Quo nucleos a putaminibus ſeparet: de fabis.* Publica priuatis ſecernere Hor. de Arte Poët. 397. Res apertas a dubiis ſecernere Lucret. 4, 469. Voluptatem a bono ſecernere Cic. de Fin. 2, . . Eſt ratio ſecernendi, ſeor- ſumque

ſumque viuendi Lucret. 2, 472. Hor. Epod. 16, 63 Iuppiter illa piae ſecreuit litora genti : *deſtinauit, et ſepoſuit.*

SECRĒTVS, a, um. Partic. [*ἐκκεκριμένος, κριτὸς*] *Separatus.* Cic. de Nat. Deor. 2, 55 Habent igitur ſuam ſphaeram ſtellae inerrantes ab aetherea coniunctione ſecretam et liberam. Pars ab igne ſecreta Iuſtin 2, 1, 15. Secreta a voluptate humanarum quaedam ſimulacra virtutum Cic. de Fin. 2, 110 c. 33. Seiunctum et ſecretum ab inani Lucret. 1, 432. Secretum et extra vulgarem vſum poſitum Quinctil. 9, 3. Nec ſingillatim poſſunt ſecreta videre Lucret. 4, 87. Conſultant ſecretae, *i. Seorſum* Plaut. Bacch. 5, 2, 35. Firmabat domi ſecretus animum aduerſus ſuprema Tacit. Ann. 15, 59. ¶ 2 *Subſtantiua :* Aure ſecreta diuiſos ſtridere ſuſurros Hor. Serm. 2, 8, 78. Colloquium ſecretum Aur. Vict. de Viris Illuſt. Secretos vitare Congreſſus Tac. 14, 3, 1. Cubilia ſecreta Ouid. Faſt. 1, 427. Domus ſecreta Virg. Aen. 2, 299. Epiſtolae ſecretae et familiares Quinctil. 1, 1 p. 22. Iter ſecretum vitae Hor. Epiſt. 1, 18, 103. Interpretatio Linguae ſecretioris, quas Graeci *γλώσσας* vocant Quinct. 1, 1 p. 23. Cic. de Legib. 2 Loco publico priuatone, celebri an ſecreto, aliena ciuitate an tua, in caſtris an foro dicas, intereſt plurimum. Loca ſecreta petere Hor. de Arte Poët. 298. *Sed ad* Secretum iudicum *reſpicit* Ouid. ex Ponto 4, 9, 46 Haec *(mens)* modo te populo reddentem iura videbit, Et ſe ſecretis finget adeſſe locis. Secretiora Germaniae Tac. Germ. 41, 1. Libertus ex ſecretioribus Miniſteriis Idem Agric. 40, 2. Pabulationes ſecretiſſimae, *Longiſſime remotae* Col. 9, 4 *pr.* Queſtus ſecreti Tac. Ann. 3, 17. Studia ſecreta Quinctil. 2, 18. *Superl.* Inuadit etiam ſecretiſſimos Tumultus Sen. Epiſt. 92 *pr.*

SECRĒTVM, i. n. *Pro Seceſſu.* Plin. Epiſt. 3, 1 Quam pulchrum illud, quam dulce ſecretum, quantum ibi antiquitatis. Captare ſecretum Sueton. Oth. c. 10. Crebra cum amicis ſecreta Habere Tacit. Ann. 13, 18, 3. Deſiderare ſecretum Sueton. c. 10. Secretum Petenti dedit, denegauit Idem Tib. c. 26 *extr. et* Calig. c. 23. Petito ſecreto futura aperit Tac. Hiſtor. 2, 4, 3. Venire in ſecreta Ouid. Met. 13, 555. Sumere ſecretum Sueton. Domit. c. 13. Stilus ſecreto gaudet Quinctil. 10, 7, 16. *Et* 10, 3, 30 Quare in turba, itinere, conuiuiis etiam faciat ſibi cogitatio ſecretum. *Sed paullo ante* ſ. 27 Eſt tamen lucubratio, quoties ad eam integri et refecti venimus, optimum ſecreti genus. Sed ſilentium, et ſeceſſus, et vndique liber animus *etc.* Secretum agens Suet. Tib. c. 60. *i. ſolus. quod* c. 40 *dixerat* Secreti licentiam nactus. Animus etiam ſecretum ſuum ſanctius faciat Sen. Epiſt. 11. Primus ac Varus crebris nunciis ſalutem et pecuniam et ſecreta Campaniae offerre Vitellio Tac. H. 3, 63, 4. ¶ 2 Foecundiora nemora lucosque, ſicut orientis ſecretis, ita et occidentis inſulis terrisque ineſſe crediderim Tac. Germ. 45, 9. *Vid.* SECESSVS. Secretum, [*ἀπόῤῥητον*] *pro re ſecreta, et ſeparata, quam apud nos tacitam ſeruamus :* Quinct. 11, 1, 30 Profert enim mores plerumque oratio, et animi ſecreta detegit. Ouid. Met. 2, 556 Et legem dederat ſua ne ſecreta viderent. Mentis ſecreta ore confuſo exſerit Senec. Herc. Oet. ſ. 4. Eſt mihi libertas tecum ſecreta loquendi Ouid. Met. 9, 558. Occulere ſecretum Senec. Hippol. ſ. 7. ¶ 3 Secretum iudicis *vel* iudiciale *ponitur pro loco iudicii etiam in clara luce poſito, ſed nempe gradibus, vt tribunal, vel cancellis etiam ſeparato et a turba munito. Vid.* Ammian. Marcellin. 15, 7 p. 97 *Gron. it.* l. 14 C. de teſtibus. *Heſych. σέκρετον συνέδριον. Gloſſae Nomicae σέκρετον δικαστήριον. Conſiderari etiam poteſt* Caſſiod. Var. 11, 6. *Hinc dicti quidam miniſtri* a Secretis l. 5 C. qui militare poſſunt *extr. Sed alia ſunt* Secreta iudiciorum Vlpiani l. 41 pr. ad L. Aquiliam, *nempe teſtamenti tabulae* ante tempus publicatae. *Legetur, ſpero, non ita multo poſt inter opuſcula noſtra libellus, quo* Secreta, Secretaria, *et* Secretarii *quatenus huc pertinent, illuſtrantur.* ¶ 4 *Obſeruatt.* Ad ſecreta ventris ſecedere Aur. Victor Epit. c. 62 *honeſta periphraſis. Aliter* Stat. Theb. 2, 606 Nullum vulnus vitae in ſecreta receptum, *i. parti vitali illatum. Rurſus aliter,* Quorum *voluminum* pauca admodum ſtudioſi attingunt propter ſecretum materiae Plin. praef. p. 3 lin. 36 *Hard. i. res vulgo ignotas.*

SECRETIO, ōnis. f. [*ἀπόκρισις*] Cic. Tuſc. 1, 71 c. 29 Eſt enim interitus quaſi diſceſſus et ſecretio, ac diremtus earum partium, quae ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Secretio rerum natura iunctarum Diomed. 2 p. 431.

SECRETO. Adu. [*ἰδίᾳ, κατ' ἰδίαν*] *Sine arbitris.* Cic. Att. 7, 8 Vna Formias venimus, et ab hora octaua ad veſperum ſecreto collocuti ſumus. Idem Fam. 7, 25 Secreto hoc audi, tecum habeto, ne Apellae quidem liberto tuo dixeris. *Item* Verr. 4, 100 Ex his quaeritur ſecreto in curia, quid eſſet actum. Ambulare Sen. Epiſt. 10. *i. ſolum.* Loqui cum aliquo ſecreto Hor. Serm. 1, 9, 67. Secreto narrare. Cic. Fam. 8, 1 Inter paucos quos tu noſti, palam ſecreto narrantur. Secreto rogare Plin. Epiſt. 3, 1. Secreto occidere filium Quinctil. 9, 2. Secreto ab aliis coquere conſilia Liu. 3. *Compar.* Secretius, [*ἰδιαίτερον*] *Separatius.* Columel. 11, 2 His diebus commode inſtruuntur horti, de quibus ſuo loco dicam ſecretius. Iuſtin. 21, 4, 3 Vt ſecretius ſenatum et ſine arbitro interficeret. *Conf.* Sen. Quaeſt. Nat. 5, 4.

SECRĒTE. Adu. Tertull. de Orat. 1. *et* de Pallio 4.

SECRETIM. Adu. Ammian. 29, 1.

SECRETARIVM, i. n. *Locus, in quo* Secreta iudiciorum, *i. in quo Iudex ſiue Praefectus ipſe Praetorio, ſ. Rector Prouinciae, ius dicit, conuenitque adeo quod ad rem pertinet, cum tribunali, et cum auditorio: pro quo Conſtantini aetate, vt ipſum* Secreti *nomen adhiberi videtur coepiſſe. Ipſe Imp.* Conſtantinus l. 1 C. Th. de Officio Rect. Prouinc. Non ſit venale iudicis velum, non ingreſſus redemti, non infame licitationibus Secretarium. *Sic Impp.* Valentinianus et Valens l. 2 C. Theod. Iudex non in ſeceſſu domus — ſed apertis Secretarii foribus intro vocatis omnibus, aut pro tribunali locatus, et ciuiles et criminales controuerſias audiat. *Hinc* Secretaria publica *vocantur* l. vlt. C. Th. de denunciat. et edit. reſcripti, *etc. Sed et alii ita loquuntur.* Lactant. de Mortib. c. 15 p. 119 Ne cui *(Chriſtiano)* ius diceretur, arae in Secretariis ac pro tribunali poſitae, vt litigatores prius ſacrificarent, atque ita cauſas ſuas dicerent. Tib. Donat. *ad* Aen. 1, 505 Tum foribus diuae, *haec adſcripſit,* Quomodo eſt iudiciorum omnium conſuetudo. Ducuntur iudices vsque ad fores Secretarii Sulpic. Seu. Dial. 3, 4, 2 S. Martinus tendit ad Praetorium Auitiani comitis, *et* 8, 2 Secretarium eius ingreditur. Caſſiod. Var. 11, 26 Cornicularium *ita commendat,* Praefuit cornibus Secretarii Praetoriani, vnde ei eſt nomen deriuatum. ¶ 2 *Sunt et alia* Secretaria. Apul. de Mundo p. 64, 39 Ignes, qui terrae Secretariis continentur, praetereuntes aquas vaporant. *Et* Florid. 358, 20 Auibus haec ſecretaria magis congruerint. *Hic ſunt loc*[...] creta, *i. ſepoſita et occulta.* ¶ 3 *Eccleſiarum* Secretari[...] *rii vſus ad nos non valde pertinent. Vid. Voſſ. de Vitiis ſermon.* 3 [...] *Sauaro ad* Sidon. 5, 17 p. 531. *Valeſ. ad* Ammian. 15, 7 p. 97 [...] *pioſiſſime Ducangius h. v. Nobis hic ſatis eſt* Sulpic. Seu. Dial. [...] *vbi B. Martinus* Secretarium ingreſſus, cum ſolus, vt erat illi co[...]tudo, reſideret (hanc enim ſibi etiam in eccleſia ſolitudinem per[...] Clericis libertate praeſtabat) cum quidem in alio Secretario Pr[...]teri ſederent, vel ſalutationibus vacantes, vel audiendis negotii[...] cupati — Illud non praeteribo, quod in Secretario ſedens [...] quam Cathedra vſus eſt.

SECRETARIVS, i. m. *qui* A ſecretis *Latinius dic*[...] *Quae appellatio a Graecis conſeruata eſt. Vid. Cangius* ([...] *Gr.* Ἀσηκρῆτις. Secretarius *igitur, (quod hodie nomen omnium*[...] *rum eſt, qui interioribus actibus in omni genere imperiorun*[...] *magiſtratuum adhibentur, eosque in literas redigunt, vel cu*[...] *redigi) non habet auctorem antiquum. Citatur* Gregor. M. Epi[...] ad Natalem Epiſcopum Salonitanum, Tom. 2 p. 503 D. *edit. Bene*[...] *Sed verba ita habent,* Geſta quae nobis in Concilii veſtri confecta[...]cretario direxiſti *etc.* Secretarium *locus eſt concilii. Primus* [...] *qui adhuc ſe obtulerit, auctor eſt* Io. Sariſber. Policr. 2, 24 *pr.* [...] mea, inquit aſtrorum Secretarius, intereſt, *h. e. aſtrologus. Hin*[...] *men colligas, notam fuiſſe hodiernam appellandi rationem.*

SECERPO, ĕre. De tertio libro locum ſecerptum his literis i[...]ram Auguſtin. Ep. 128 ad Hieronymum. *Idem fere quod* decerptu[...]

SECESPĬTA, *vel* SECEPISTA, ae. f Culter ferreus oblo[...] manubrio eburneo, rotundo, ſolido, vincto ad capulum auro ar[...]toque, fixis clauis aeneis, aere Cyprio, quo Flamines et Flamin[...] virgines Pontificesque ad ſacrificia vtebantur : a ſecando dicta. [...] Paullus Feſti : *eadem* Seru. *ad* Aen. 4, 262. Sueton. in Ti[...] c. 25 Nam et inter Pontifices ſacrificanti ſimul pro ſeceſpita plumb[...] cultrum ſubiiciendum curauit. Paullus Feſti, Seceſpitam alii Secu[...] alii Dolabram aeneam, alii Cultellum putant.

SECESSIO, SECESSVS, *vid.* SECEDO.

SECIVM, Libum eſt, quod ſeceſpita ſecabatur, Feſtus.

SĒCIVS. Adu. *Videtur idem eſſe quod* SEQVIVS, [Vet. G[...] Sequius *χεῖρον*] *a quo non magis differt, quam* cocus *a* coquo. ([...] *igitur* ſequior *ſit deterior, minus perfectus aut bonus :* ſecius *idem* [...] *quod deterius vel minus : id quod exempla oſtendent.* Varro *ap.* N[...] 2, 746 Non modo abſens quidquam de te ſequius cogitabit, ſed et [...]ruminabitur humanitatem. Liu. 2, 37 Inuitus quod ſequius ſi[...] meis ciuibus loquor. Colum. 3, 4, 3 Id enim quaſi caput et [...]lumen eſt impenſarum, quoniam in eo conſiſtit, melius an ſequ[...] terrae mandauerit paterfamilias pecuniam. Chariſ. 2 p. 195 [...]cius pro minus Afran. Repudiato, Perdit ingens imbecillitas tua [...] quo ſecius me colligam. Sequius Idem in eodem, Sin id quod [...] ſpero, ratio talis ſequius ceciderit. *In primis vero cum non iu*[...]*tur, vt* non minus. Virg. Georg. 3, 367 Interea toto non ſe[...] aequore ningit. *Et* Aen. 7, 781 Filius ardentes haud ſecius aeq[...]re campi Exercebat equos : Seruius, non ſegnius patre : *non quaſi* [...] *ſe* ſecius *ſit* ſegnius : *verum hoc in loco ſubſtitui poteſt. Interim* [...] ſecius *ſaepe* ſegnius *eſſe in libris, obſeruant viri docti, v. g. Heinſ.* Ouid. Met. 2, 809 Feliciſque bonis non ſecius vritur Herſes, Qu[...] cum *etc. quod videtur ex altera ſcriptione* ſequius *ortum eſſe.* Vi[...] Aen. 9, 441 Inſtat non ſecius, ac rotat enſem Fulmineum. *Eti*[...] *hic illa confuſio obſeruata viris doctis.* Aen. 5, 862 Currit iter tut[...] non ſecius aequore claſſis. *Sic pro* nihilominus Ter. Andr. 3, 2, 51. Hoc ego ſcio vnum, neminem peperiſſe hic. DA Sed nihilo [...]cius mox puerum deferent huc ante oſtium. *Et Subſtant.* Pl[...] Menaech. 5, 7, 57 Haec nihilo mihi eſſe videntur ſecius, quam ſom[...] *Sed Aduerbialiter* Lucret. 6, 314 Nec quod frigida vis ſit ferri, [...] ſecius illa ſemina concurrunt calidi fulgoris ad ictum. Caeſ. B[...] 3, 26, 3 Neque vero ille ob eam cauſam conatu deſiſtebat, ſed lab[...] et perſeuerantia nautarum ſe vim tempeſtatis ſuperare poſſe ſperal[...] praeteruectosque Dyrrhachium magna vi venti, nihilo ſecius ſeque[...]tur. *Saepius ita* Nepos, *vt* 1, 2, 3. 9, 2, 4. 25, 22, 3. *Loca Poë*[...]*rum plura dedit Heinſ. ad* Ouid Met. 2, 809. *Conf. infra* SEQVIO[...] ¶ 2 *Cognationem cum hoc Comparatiuo habere videtur* Secus, *non* [...]cus : *ſed repugnat modus primae Syllabae, quae in* ſequior, ſequius, ſ[...]cius *ſemper longa eſt, breuis in* Secus : *quod ſeorſim ideo tractamu*[...] *Conf. praeſertim n. 3.*

SECLŪDO, ſi, ſum, ĕre. [*ἐκκλείω*] *Seorſum claudere.* Cic. Tu[...] 1, 72 c. 30 Nam qui ſe humanis vitiis contaminaſſent, et ſe totos [...]bidinibus dedidiſſent, *etc.* iis deuium quoddam iter eſſe ſecluſum [...] concilio deorum. Propert. 1, 20, 29 Ille ſub extrema pendens [...]cluditur ala. Intus ale, et ſimiles inter ſeclude puellas St[...] Achill. 1, 359. *Thetis ad Lycomeden de ſuo Achille.* Nemus ſecluſ[...] in valle reducta Virg. Aen. 6, 704. A conſpectu parentum [...] liberûm, denique a libero ſpiritu et communi luce ſecluſum Cic. Ve[...] 5, 23 c. 9. Virg. Aen. 1, 561 Soluite corde metum Teucri, ſecl[...]dite curas. Plaut. Rud. 1, 4, 1 Quid magis in rem eſt meam, qu[...] corpore vitam ſecludam ? *i. Quam vt me occidam ?*

SECLŪSVS, a, um. Virg. Aen. 6, 703 — videt Aeneas [...] valle reducta Secluſum Nemus, *i. Separatum.* Secluſa ſacra di[...]bantur, quae Graeci *μυστήρια,* appellant, Feſtus.

SECLVSORIVM, i. n. [*ἐκκλειστήριον*] *In quo aliquid ſecludit*[...] Varro de R. R. 3, 5, 5 Quum opus ſunt ex hoc auiario, vt ſumant[...] idoneae, excluduntur in minuſculum auiarium, quod eſt coniunctu[...] cum maiore oſtio et lumine illuſtriore, quod ſecluſorium appellant.

SECO, ſecui, ſectum, āre. [*τέμνω, πρίω*] *Idem fere quod ſcinder*[...] *diuidere.* Cic. Timaeo 21 c. 7 Atque ita permiſtum illud, ex qu[...] haec ſecuit, iam omne conſumſerat. Columel. 2, 11 Quum ſecuer[...] autem herbam medicam, ſaepius eam rigato. In fruſta ſecar[...] Virg. Aen. 1, 212. Infinite ſecare atque diuidere, *vid.* INFI[...]NITVS. Aequora vltima ſecare fuga Virg. Aen. 5, 28. *Pr*[...]*prie dictum : nam infima pars nauis, carina ſecat, ſcindit, diuid*[...] *mare : inde ad omnem tranſitum refertur.* Aequora ſecare aerat[...] naue Virg. Aen. 10, 166. Aethera pennis ſecare Idem Georg. 1, 408. Secuit ſub nubibus Arcum Id. Aen. 5, 658. Campo[...] ſalis aere ſecare, *Secare mare nauibus aeratis* Id. Aen. 10, 214. Ca[...]pillos ſecare Martial. 5, 49. Congeriem diſpoſitam Deus ſecui[...] Ouid. Met. 1, 33. Corpora ſecant hirſuti vepres Virg. Georg. 3, 444. Crinem ſecare Virg. Aen. 4, 704. Culta pinguia ſeca[...] fluuius Idem ibid. 8, 63. *Quid eſſet in* LL. XII tabularum ſecar[...]

Dibi

…torem, *diſputatur.* Gell. 20, 1. *et* Quinctil. 3, 6, 84. *mihi per-…ent, re ipſa permiſſum fuiſſe creditoribus,* ſecare in partes ipſum cor… debitoris: *ſed nunquam eo deuentum: qualia etiam in Germanorum …gibus veteribus fuiſſe accepimus.* Herbas ſecare Virg. Georg. 3, 126. …mora ſecanda Hor. Carm. 2, 18, 17. Ouid. in Ibin 275 Sic ali…qui ſua membra ſecet, Saturnus vt illas Subſecuit partes, vnde crea…uerat. Pabulum ſecare Caeſ. Bell. Gall. 7, 14. Plantas te…nes ſecat glacies Virg. Ecl. 10, 49. Terga ſecare verbere in…o Tibul. 1, 9, 22. Martial. 12, 57 Dicet, quot aera verberent …naus vrbis, Cum ſecta Colcho Luna vapulat rhombo. Varices …ecare alicui Cic. Tuſc. 2, 35 c. 15. Ventos ſecare Virg. Aen. 4, 5… *conf.* Stat. Theb. 8, 717. Virg. Aen. 6, 899 Ille Viam ſecat …ad naues: *Gr.* τέμνειν ὁδόν. Hinc velut diuerſae ſecari coepe…u Viae Quinctil. 3, 1, 14. *Dauſqu. ad Baſil. Seleuc. interpretatur,* …*compendium ire. conf. Drakenb. ad Sil.* 2, 86. ¶ 2 *Obſ*… Aen. 10, 107 Quae cuique eſt fortuna hodie, quam quisque ſecat …. *Vbi* Seruius: Secat, Sequitur, tenet, habet: vt, Ille viam …ec ad naues. Vnde et Sectas dicimus, Habitus animorum, et …ta philoſophica circa diſciplinam, *vid. quae monemus voce* SE…TOR. Magnae lites ſecantur bono viro iudice, *i. dirimuntur* … Ep. 1, 16, 42. Ridiculum acri Fortius ac melius magnas ple…que ſecat res Id. Sat. 1, 10, 14. Exſors ſecandi cos Id. de Arte … 305.

…CANS, antis. Part. Fluuius pinguia culta ſecans Virg. Aen. … *add.* ibid. 7, 717. Vndae vada nota ſecantes Ouid. Met. 1, 370.

…CTVS, a, um. Part. [πεπρισμένος] Cic. Tuſc. 2, 53 At vero C. Marius …canus vir, ſed plane vir, quum ſecaretur, vt ſupra dixi, principio …it ſe alligari, nec quisquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus. …s ſectus *dimidiatus Proſerpinae, dimidio anno apud maritum, al-…r parte apud matrem commorantis* Stat. Theb. 8, 64. Capilli …e Ouid. Met. 3, 506. Compita ſecta in multas vias Ouid. Amor. …18. Corpus ſectum Hor. Carm. 4, 4, 61. Diuiſio ſeru…e in partes ſecta Quinctil. 4, 5. Herbae ſectae Hor. Serm. …67. Virg. Georg. 2, 278 Arboribus poſitis ſecto via limite …ret. Pellis ſecta, *lorum* Ouid. Faſt. 2, 31. Vnguis ſe…a Hor. Epiſt. 1, 1, 104. ¶ 2 Sectius, *inſtar Comparatiui,* …t Gell. 18, 9 *ex* Plauti, *vt videtur,* Men. 5, 7, 57. *Sed ibi* ſecius … factius *autem* Trin. 2, 3, 6. *Vid. Parei Lex. Crit.* p. 1132.

…CATVRVS, a, um. [τμήξων] *Pro S…cturus.* Columel. 5, 9, 2 … quam ramum ſecaturus es.

…CAMENTVM, i. n. [πρίσμα] *Quod ſecando diuiditur.* Plin. …6, … ſ. 18 Piceae ad fiſſiles ſcandulas cupasque, et pauca alia ſeca…me…, *ſc. commendantur.*

…CARIVS, a, um. Adi. *In quo ſecamenta vel ſegmenta ponun-tur* Cato c. 11 Villicum habere oportet, ſportas ſecarias tres, molas aſi…ias tres, truſatiles unas. *Sed* Vetus exemplar habet Faecarias.

…CTIO, onis. f. [τμῆμα, τομὴ σώματος, διαίρεσις Gloſſ. Lat. Gr.] Pli… 25, 13 Bibitur *mandragora* et contra ſerpentes, et ante ſectiones, pu…ctionesque, ne ſentiantur. In infinitum ſectio Quinctil. 1, 10, 49. *eſt inter argumenta Geometrica: nempe vtrum quod extenſum eſt …ta velut progreſſione diuidi poſſit? an ad atomos veniatur denique?* D… h ſectionibus Vitruu. 2, 2. ¶ 2 Sectiones a veteri-bu… appellatas, quas Narrationes dicimus *affirmat* Gell. 18, 9. ¶ … Sectio, *venditio bonorum publica, inde vt videtur, dicta, quod quae qui… vniuerſa emiſiſſet, v. g. bona proſcripti ab Imperatore, ea ſingulatim ven…ret, qua ratione* ſecari *illa bona videbantur. Sic* diſtrahendi *verbo …tur ICti.* Cic. Philipp. 2, 64 c. 26 Exſpectantibus omnibus, qu…iam eſſet tam impius, tam demens, tam diis hominibusque ho-ſtis qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere, inuentus eſt nemo pra…er Antonium, praeſertim quum tot eſſent circa haſtam illam, qui …a… omnia auderent. Cic. de Inuent. 1, 85 c. 45 Hoc commode rep…henditur, ſi dici poſſit ex hoſtibus equus eſſe captus, cuius prae-da… ſectio non veniret, *i. vbi quis pro ſe quod rapuiſſet retineret, non …a in vnum praeda, et diuendita deind. a quaeſtore. Interdum …* ſectio *ſunt ipſae res, quae diuenduntur et diſtrahuntur.* Tac. H… 1, 9… Reliquias ſectionum Neronianarum nondum in fiſcum con-ve…s reuocatis ab exilio conceſſit. Caeſ. Bell. Gall. 2, 33 Poſtri-die …us diei refractis portis quum iam defenderet nemo, atque in-tro…iſſis militibus noſtris, ſectionem eius oppidi vniuerſam Caeſar ven…didit, *i. Bona oppidi vendidit ſub haſta.* Sectionibus et co-gni…ris vberius compendium nactus Sueton. Vit. c. 2. Paetus qui-dam exercendis apud aerarium ſectionibus famoſus Tac. Ann. 13, 23. *De …alibet venditione ſub haſta.* Aerario exhauſto, cum largitiones nul…s haberet, neque indici prouincialibus aut ſenatui aliquid vellet, inſt…umenta regii cultus, facta in foro D. Traiani ſectione diſtraxit E…trop. 8, 6. ¶ 4 Sectio, *i.* Caeſura, *vid. h. v. ſub* …CADO.

…CTOR, ōris. m. [τομεύς, πρίστης] *Qui ſecat.* Aſconius: Se-cto…s dicti ſunt, qui ſpem lucri ſui ſecuti, bona condemnatorum ſem…l auctionabantur, proque his pecunias penſitabant ſingulis (*i. …*) ac in poſterum pro compendio ſuo ſingula quaeque pecu-nia …opulo vendituri. *conf.* ibid. p. 84. *Vnde a* Cicerone Phi-lipp. 2, 65 Antonius, Sector Pompeii appellatur, quoniam in ſubha-ſtat…ne bona Cn. Pompeii redemerat. Idem pro Roſc. Amer. 80 … Neſcimus per iſta tempora eosdem fere ſectores fuiſſe collorum et …norum? *Nempe, qui bona proſcriptorum emerant, eorum erat cu-rar… ne ea aliquando veteres domini poſſent repetere.* Cic. pro Roſc. Am… 80 c. 29 Nonne cogitas, te a ſectoribus huc adductum eſſe? *Et* Phi…pp. 2, 39 Et eius viri nomine me inſectari audes, cuius me ami-cum te ſectorem eſſe fateare. Idem Fam. 15, 19 *Sullam* ſectorem *voc…, vbi Io. Fr. Gronouius* Sectorem *ita, vt a nobis hic factum, deſcribit. Ad …unc* Sullam *pertinet locus, quem mox ponimus voce* SECTRIX. Vbi-que …aſta et ſector, et inquieta vrbs auctionibus Tac. H. 1, 20, 4. *de …ucatis donationibus Neronianis.* Populus ſui fauoris ſector Lu-can… 178. *i. Venditor, ſiue auctionator ſuffragiorum comitialium.* Volit Annibal contra fiduciam imitari; ſubiecitque argentarias Vrbis tab…nas; nec ſector inuentus eſt Flor. 2, 6, 48. Sector Zo-naris, *de quo vid.* ZONARIVS. ¶ 2 *Qui emit bona d…nati aut proſcripti, ſectione* vendenda. Cic. Verr. 1, 52 c. 20 pr. Quid tum hos de te iudicaturos arbitratus es, cum viderent, te iam non contra accuſatorem tuum, ſed contra quaeſtorem ſectoremque pugnare. *Signa e domo ſua ſuſtulerat Verres, ne illa ſe repetundarum da…nato, cum reliqua re familiari ſua redigerentur a quaeſtore in publi-cum et a ſectore emta venderentur. Ad hunc locum* Aſconius, Sectorem di… aeſtimatorem redemtoremque bonorum damnati atque proſcripti, qui ſpem ſectans lucri ſui, id eſt ſecutus ſpem aeſtimationis ſuae, bona omnia auctione vendit, et ſimul infert pecuniam vel aerario vel ſociis. *Deriuat ergo* ſectorem et ſectionem *a* ſequendo, ſ. ſectando: *ſed ab his* ſecutor *et* ſecutio, *vel* ſectator *et* ſectatio *eſſet potius. Malim a* ſecando *ſ. diſtrahendo deriuari haec nomina: vel ſi omnino a* ſequendo; *cogitandum tamen, etiam verbo* ſecare *hanc notionem videri ineſſe, vid. Seruiana obſeruatio, quam damus voce* SECO n. 2. *Add.* Cic. Verr. 1, 61 c. 23 *extr.*

SECTRIX, īcis. f. Plin. 36, 15 Vnde enim illi vitricus Sulla, et Metella mater, proſcriptionum ſectrix?

SECTŪRA, ae. f. [τμῆσις] *Idem quod* Sectio. Varr. L. L. 4, 23 p. 29, 28 Scutum a ſectura, vt ſecutum, quod minute confectum ſit tabellis. Plin. 17, 17 Vt ſectura inferior ponatur ſemper, *vid.* Idem 37, 8. Caeſ. Bell. Gall. 3, 21 Illi alias eruptione tentata, alias cuniculis ad aggerem vineasque actis, cuius rei longe peritiſſimi ſunt Aquitani, propterea quod multis locis apud eos aerariae ſecturae ſunt. *Videtur, pro Fodinis accipere, vbi ſecant et perſequuntur vias aeris.*

SECTĬLIS, e. Adi. [τμητὸς] *Quod ſectum eſt, aut ſecari ſolet. vt,* Sectile porrum Iuuenal. Sat. 3, 293. Plin. 16, 39 *de quibusdam arboribus,* Ad fabrorum inteſtina opera Medulla ſectilis. Ebur ſe-ctile Ouid. de Medicamine faciei v. 10. Plin. 16, 43 Magna autem et glutini ratio, propter ea quae ſectilibus laminis, ac in alio genere operiuntur. Id. 16, 43 *de ligno,* Durabilia ac ſectilia, quae mo-dice humida. Ibid. Dat et alnus tuber ſectile, ſicut cedrus acer-que. *Sunt etiam* Lapides ſectiles Plin. 36, 22. Sueton. in Iul. c. 46 Multi eum prodiderunt in expeditionibus teſſellata et ſectilia pa-uimenta circumtuliſſe. Vitruu. 7, 1 Ad regulam et libellam exa-cta pauimenta ſtruantur ſiue ſectilibus ſeu teſſeris. *Per* Sectilia *intelligimus Sectas paruas marmoreas cruſtas in varios interdum colores.*

SECTĪVVS, a, um. Adi. *Idem. vt,* Sectiuum porrum, quod folia eius ſaepius ſecantur, vt profundius creſcat Columel. 11, 3. Apud Martialem titulus eſt, Porri ſectiui 13, 18. Plin. 19, 10 Sectiui duo genera. *add.* Idem ibid. c. 6 *et* 31, 11. Columel. 12, 47. Pallad. Febr. t. 24.

SECABILIS, e. Adi. Lactant. de Ira Dei 10 Diuidua et ſe-cabilia ſunt. Auſon. Ecl. 1, 7 Secabile ſegmen.

SECĀLE, is. n. *Frumenti genus, vid. ſupra ſ. l.*

SECAMEN, ĭnis. n. Sidon.

SECVLA, ae. f. *Inſtrumentum ruſticum.* Varro de L. L. 4, 31 p. 33, 32 Seculae falces, a ſecando.

SEGMEN, ĭnis. n. *Quidquid ab aliquo reſecatur: a* ſecando, *quaſi* Secmen *dictum,* C *in* G *mutato.* Plin. 13, 12 ſ. 23 Segmini-bus vtrinque amputatis. *Harduin.* reſegminibus. Gell. 10, 15 Vnguium Dialis et capilli ſegmina ſubter arborem felicem terra operiuntur.

SEGMENTVM, i. n. [ἀποκόμματα Onomaſt. Vet.] Plin. 36, 6 Craſſior arena laxioribus ſegmentis terit, et plus erodit marmoris. Plin. 6, 33 *extr.* Plura ſunt autem haec ſegmenta mundi, quae noſtri circulos appellauere, Graeci parallelos. Idem, Quod ſupereſt ter-rarum, tribus aſſignatur ſegmentis. ¶ 2 Segmentum, *Or-namentum colli quod* monile *vocatur, ſecundum* Seru. Aen. 1, 658. *ſic di-ctum, quod ex* ſegmentis *fieri conſueuit, id eſt ex bracteolis argenteis, aureisue.* Val. Max. 5, 2, 1 *In Coriolani mentione,* Senatus matro-narum ordinem benigniſſimis decretis adornauit. Sanxit namque, *etc.* Permiſit quoque his purpurea veſte, et aureis vti ſegmentis. *Muliebria haud dubie ornamenta ſunt.* Iuuen. Sat. 2, 124 Segmenta et longos habitus, et flammea ſumit. Vet. Schol. fimbrias *intelligit. Sunt qui interpretantur Faſciolas, quae in veſtis extrema parte aſſutae, iun-ctaeque ornamento ſint indumentis muliebribus, vel quibus noua nupta ami-ciatur. Nihil puto definiri poteſt, praeter hoc fuiſſe ornatum ex mi-nute ſectis taeniis, panniculis, laminisue conſtantem, quo delicatiores et faſtigii alicuius mulieres, non item humiliores, niſi diſſimulaturae forte humilitatem, vterentur.* Ouid. Am. 3, 169 Quid de veſte loquar? nec vos, ſegmenta, requiro: Nec quae bis Tyrio murice, lana, rubes. *conf.* Auſon. Moſell. v. 119. *Ferrar. de Re Veſt.* 3, 17. *Salmaſ. ad* Vopiſc. Aurel. c. 46.

SEGMENTĀTVS, a, um. Plautus . . . Quam pulchre ſeg-mentatam veſtem. Velamina ſacri pontificis, Queis ſegmentatus mediis altaribus adſtat Arator in Act. Apoſt. c. 16. *i. variis laciniis et ſegmentis diſtinctam.* Martial. 6, 74 *in deſcriptione hominis ſene-ctutem diſſimulare ac tegere ſtudentis,* Caluam tripilem ſegmentatus vn-guento, *i. cum tres modo pili ſuperſunt in calua potius quam capite, vn-guento paullum tenaci, nigri, puto coloris illito, et ſetis vel pectine in formam qualemcunque pilorum diuiſo, et ſic* ſegmentatus *aut* fimbriatus *potius quam* comatus *aut* capillatus. *Sed cum* Scazontes *quarta ſede iambum poſtulent ordinarie;* ſemitatus *aliis magis placet,* ſemitactus, *in quantum* tangere *eſt illinere, Scaligero.* Iuuen. Sat. 6, 89 Et ſeg-mentatis dormiſſet paruula cunis, Vet. Schol. Segmenta dixit vittam pendentem veſtibus intextam auro. *Itaque faſcias etiam interpretatur Grangaeus. Sed nec damnare auſim, qui dicunt* ſegmentatis, *i. Ver-miculato emblemate pictis, vel praeſegminibus, id eſt tenuiſſimis ligneis ramentis, ac verſicoloribus depictis.* Paginae Tulliano ſegmentatae auro Symmach. 3, 12.

SECORDIA, SECORS, *vid.* SOCORS.

SECRETARIVM, SECRĒTARIVS, SECRETO, SECRE-TVS, *vid.* SECERNO.

SECTA, SECTARIVS, SECTATOR, *vid.* SEQVOR.

SECTILIS, SECTIO, SECTOR, SECTVS, *vid.* SECO.

SECTOR, āri. *vid.* SEQVOR.

SECŬBO, ui, ĭtum, āre. [ἀποκοιτῶ] *Separatim ſiue ſeorſum cu-bare, diciturque de coniugibus et amantibus, cum non vtuntur concubitu.* Propert. 2, 25, 5 Miles depoſitis annoſus ſecubat armis. Liu. 39, 10 Per iocum adoleſcens vetat eam mirari, ſi per aliquot noctes ſe-cubuiſſet. Sueton. in Tiber. c. 7 Cum Iulia primo concorditer et amore mutuo vixit: mox diſſedit, et aliquanto grauius, vt etiam perpetuo ſecubaret. Secubans angulo Apul. Met. 2. In vacuo toro ſecubare Ouid. Amor. 3, 9, 34 *conf.* Tibull. 1, 3, 24. Catul. 60, 105 Non tuus leuis in mala Deditus vir adultera Probra turpia per-ſequens, A tuis teneris volet Secubare papillis.

SECVBITVS, ûs. m. [ἀποκοίτησις] *vt,* Catul. Argon. 379 An-xia nec mater diſcordis moeſta puellae Secubitu. Triſtes ſecu-bitus ferre Ouid. Amor. 3, 10, 43.

SECVBATIO, onis. f. Solin. c. 39

SECVBĬTO, āre. Frequent. Lucil. *apud* Non. 4, 397 Si ſecubitet, ſic quoque a me, quae roget, non impetret.

SECVLA, *vid. ſupra in* SECO.

SECVLVM, *ſiue per Sync.* SECLVM, *ſ. quod Graecorum vſus σαίκκλον, et numi atque lapides ſuadent,* SAECVLVM *vel* SAECLVM, i. n. [αἰών] *Pro Certo annorum ambitu vſurpari ſolet. Videtur idem Latinis ſignificare, quod γενεά, vel αἰών* generatio *vel* aeuum: *ſiue a ſequendo* ſequiculum *ſit, h. e. ſucceſſio quaedam, ſuboles, vel ſoboles: ſiue, quod Varroni placet,* ſeniculum *a ſenum aetate. De modo ſ. numero annorum, quo pro diuerſis inſtitutis gentium contineretur* ſaeculum, *vid.* Cenſorin. de Die nat. 17. *et quae ibi Lindebr. Romanis fere placuit ſpatium centum annorum.* Varr. de L. L. 5, 2 p. 46, 4 Saeculum ſpatium annorum centum vocarunt, dictum a ſene, quod longiſſimum ſpatium ſeneſcendorum hominum id putarunt. *Et* 4, 1 p. 6, 13 Tertium ſaeculum non videt eum hominem, quem vidit primum. Liu. 1, 18 *ſcribit,* Numam Pompilium ante Pythagoram ducentis ferme annis fuiſſe. *De eadem re* Cic. de Orat. 2, 154 c. 37 Ex quo etiam quidam Numam Pompilium regem noſtrum fuiſſe Pythagoraeum ferunt, qui annis permultis ante fuit, quam ipſe Pythagoras: quo etiam maior vir habendus eſt, quum illam ſapientiam conſtituendae ciuitatis, duobus prope ſaeculis ante cognouit, quam eam Graeci natam eſſe ſenſerunt, *vid.* SAECVLARES Ludi. *Nempe hoc circiter longiſſimum eſt ſpatium vitae humanae. Hoc vero ſpatio dimenſos eſſe* ſaecula *priſcos, narrat* Cenſorinus *l. c.* In vnaquaque ciuitate quae ſint naturalia ſaecula, rituales Etruſcorum libri videntur docere: in quibus ſcriptum fertur, initia ſic poni ſaeculorum. Quo die vrbes atque ciuitates conſtituerentur, de his, qui eo die nati *(i. in vita)* eſſent, eum, qui diutiſſime vixiſſet, die mortis ſuae primi ſaeculi modulum finire: eoque die qui eſſent reliqui in ciuitate, de his rurſum eius mortem, qui longiſſimam aetatem egiſſet, finem eſſe ſaeculi ſecundi: ſic deinceps tempus reliquorum terminari. *Illud certe hinc etiam colligitur,* ſaeculi *nomine ſpatium vitae humanae deſignari.* Seruius *in illud* Virg. Aen. 8, 508 Sed mihi ſera gelu, ſaeclisque effoeta ſenectus. Notandum, inquit, dicta ſaecula etiam in vno homine, ſecundum eos, qui dicunt ſaeculum triginta annos habere. Nam alii volunt centum et decem: alii mille annis putant ſaeculum contineri. *Haec ille. Caeterum* Saeculum, *mille annos habere fruſtra probatur ex nugaci verſu* Plaut. Milit. 4, 2, 87 Quin mille annorum perpetuo viuunt, ab ſaeculo ad ſaeculum: *potius hoc dicit, multa* ſaecula *aliorum viuendo illos complecti.* Millenarium ſaeculum *in numis Philippi Aug. ad ludos ſaeculares illius milleſimo vrbis Romae anno celebratos reſpicit. Pro tempore vitae* Apul. Met. 11 p. 242, 26 *Pric.* Cum ſpatium ſaeculi tui permenſus ad inferos demearis. *Sic Scalig. interpretatur* Manil. 2, 584 *de Pylade et Oreſte,* Lis vna fuit per ſaecula mortis, *i. toto vitae illorum tempore. Sed Huetius de omnibus* ſaeculis *interpretatur, quaſi id nunquam vſu venerit.* Cic. Verr. 3, 21 Verres tot annis atque adeo ſaeculis inuentus eſt, qui haec non commutarit, ſed euerterit: *per tot hominum generationes ſ. ſucceſſiones, non vult finire tempus.* Cic. Verr. 4, 122 Parietes, quorum ornatus tot ſaecula manſerat. Idem Acad. 4, 15 Nihilne tot ſaeculis, ſummis ingeniis, maximis ſtudiis explicatum putamus? Cic. de Clar. Orat. 74 Atque vtinam exſtarent illa carmina, quae Multis ſaeclis ante ſuam aetatem in epulis eſſe cantitata a ſingulis conuiuis, *etc.* Idem Fam. 11, 14 In multa ſaecula videbamus Remp. liberatam. *Add.* in Catilin. 2, 11. Saeculis multis ante gymnaſia inuenta ſunt, quam in his philoſophi garrire coeperunt Cic. de Orat. 2, 21 c. 5. Idem Verr. 4, 73 Aliquot ſaeculis poſt P. Scipio bello Punico tertio Carthaginem cepit. Idem de Vniuerſ. 1 Quum aliquot ſaecula in Italia viguiſſet. Creſcat opus totisque exſpectent ſaecula ripis Stat. Theb. 11, 592. Magnus ab integro ſaeclorum naſcitur ordo Virg. Ecl. 4, 5. Proximo ſaeculo Piſiſtratum Themiſtocles inſecutus eſt Cic. Bruto 41. Sempiternis ſaeculorum aetatibus non immutari Cic. de Nat. Deor. 2, 53. Vitae veſtrae tot ſaecula aguntur Ouid. Met. 3, 444. Proinde licet quotuis viuendo condere ſaecla Lucret. 3, 1103. Multaque viuendo vitalia vincere ſaecla Lucret. 1, 203. ¶ 2 *Pro hominibus vna viuentibus, praeſertim in quantum mores et ſtudia illorum laudamus vel vituperamus. Saepe ita* Plinius Conſul, *vt* Epiſt. 10, 1 *et ſaepe in* Panegyrico ſaeculum Imperatoris Traiani, *i. homines, quales ſub tali Imperatore eſſe deceret. Ita* 4, 15, 8 Saeculum ferax bonis artibus. *Et* 5, 17, 6 Faueo enim ſaeculo, ne ſit ſterile et effetum, *etc.* Cic. in Parad. 6 Etiam ipſe fortaſſe in huius ſaeculi errore verſor. Id. Philipp. 9, 13 Huius ſaeculi inſolentia. Aereum ſaeculum, *vid.* AES. Serere arbores quae alteri ſaeculo proſint Cic. de Sen. 24. Aſpera tum poſitis miteſcent ſaecula bellis Virg. Aen. 1, 295. Aurea ſaecula, *vid.* AVRVM. *it.* AETAS, AVREA. Euerſo ſuccurrere ſaeclo Virg. Georg. 1, 501. Foecunda culpae ſaecula Hor. Carm. 3, 6, 17. Impia ſaecula Virg. Georg. 1, 467. O ſaeclum Inſipiens et Inficetum Catull. 41, 9. Pronum in omnia mala et in luxuriem fluens ſaeculum Flor. 4, 12, 65. Rude ſaeculum Quinct. 2, 5. Martial. 10, 19 *ait ſcribi a Plinio* Hoc, quod ſaecula poſterique poſſint Arpinis quoque comparare chartis. Tac. Germ. 19 *verba faciens de eorum in puniendis adulteriis ſeueritate:* Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere et corrumpi, ſaeculum vocatur. ¶ 3 Saeculum, *ſiue* Saeclum, *ſaepius Lucretius vſurpat pro Genere, ſobole, multitudine: Sic* 3, 980 Materies opus eſt, vt creſcant poſtera ſaecla: quae tamen omnia te vita perfuncta ſequentur. *Et* 3, 629 Priora ſaecla ſcriptorum, *i. ſcriptores priores. Et* 2, 77 Animantum ſaecla in breui ſpatio mutantur. Serpentia ſaecla 6, 766. Bucera ſaecla Lucret. 5, 864. *vid.* BVCERVS *in* BOS. Deſiperent homines, ſaperent fera ſaecla ferarum Lucret. 3, 753. Et muliebre oritur patrio de ſemine ſaeclum Idem 4, 1221. Et genus humanum parit omnia ſaecla ferarum Id. 2, 994. Vt propagando poſſit procudere ſaecla Idem 5, 848. Efficis vt cupide generatim ſaecla propagent Idem 1, 21. Saeua ſaecla leonum Lucret. 5, 861. *Hinc audaciſſime* Arnob. 7 p. 230 *explicat* Aerumnas, prima in gurgulionibus capita, qua deiicere cibos et referre natura eſt ruminatoribus ſaeculis, *i. animalibus ruminantibus. Etiam animae in quantum ſibi ſuccedunt, et ex ᾅδῃ ſ. inferis in lucem veniunt.* Claudian. de Raptu Prof. 2, 311 Cunctaque praecipiti ſtipantur Saecula curſu Inſignem viſura nurum, *i. animae omnium ſaeculorum apud inferos, ſuo tempore ad ſuperos naſcendo venturae.* Stat. Theb. 11, 592 *de inferis,* Totisque exſpectent ſaecula ripis. Claudian. in Rufin. 2, 473 Huc poſt emeritam mortalia ſaecula vitam deueniunt. *Vtroque loco animae defunctorum notantur. Etiam de generibus rerum inanimatarum* Lucret. 2, 1112

Nam ſua cuique locis ex omnibus omnia plagis
Corpora diſtribuuntur, et ad ſua Saecla recedunt:
Humor ad humorem; terreno corpore terra
Creſcit, et ignem ignes procudunt, aetheraque aether.

Saecula *ſunt aetates, generationes, genera.* ¶ 4 *Ex i ratione, quam n. 2 explicauimus eſt, quod* Saeculum *Chriſtiani ſcripto ponunt, vt Graeci αἰῶνα pro hac vita naturali et ciuili, tum pro homi bus, in quantum non ad alteram vitam videntur reſpicere; ſpes ac metus ſuos hac mortali vita terminare. Sic* Digredi ſa culo, educi ſaeculo Tertull. *i. mori.* Demorari in ſaeculo Ze Veron. Serm. de S. Arcadio, *in fine.* Inquietum ſaeculi pelag Caeſarius Arelat. Homil. 18. Salum ſaeculi Ruric. Epiſt. 2, 12. *co* Prudent. Periſt. Hymn. 3 *extr. et* Cathem. 5, 109. Paullin. Nolan. Nicet. v. 173. Petitis a me in ſaeculo iudicium, cum ego i Chriſti iudicium exſpectem Optatus Mileu. l. 1. Pompa ſaec Tertull. *Nonnunquam ſtrictiore ſignificatione de gentiiibus ad betur.* Videmus etiam ſaeculi exempla Tertull. Exhort. ad C c. 13. *add.* Hieron. adu. Iouin. 3, 26 *ſeq. Sic,* ſaeculo mo *de monachis.*

SECVLĀRIS, *vel* SAECVLARIS, e. *Epitheton in primis* l dorum ſaecularium, *de quibus* Cenſorin. 17 Romanorum ſaecula q dam ludis ſaecularibus putant diſtingui; cui rei fides ſi certa modus Romani ſaeculi eſt incertus: temporum enim interualla, q bus ludi iſti debeant referri, non modo quanta fuerint retro ig ratur: ſed ne quanta quidem eſſe debeant, ſcitur, *etc. Eſt en locus bene longus et claſſicus: cui ſi adiungas* Carmen ſaeculare Hora *quod Epodis ſubiici ſolet (quod aliis quibusdam eius Poëtae carmini coniunctis ingenioſe amplificatum Sanadonus dedit) itemque locum i gnem Zoſimi 2, 1-6 qui carmen etiam Sibyllinum poſuit, cuius praeſcri celebrati dicuntur: habebis velut fundum praecipuum eorum, quae ab Panuinio, Pet. Taſſino, Turrettino, a me etiam Geſnero, et aliis pecul ribus libellis de annis ludisque ſaecularibus diſputata ſunt. Multa i rum in Numis* Auguſti, Domitiani, Seueri, Philippi *memoria: ipſ etiam nomen* SAECVLARES LVDI, *vel* SAECVLARIA S CRA. Plin. 7, 48 Minus miror Stephanionem — vtrisque ſ cularibus ludis ſaltaſſe, et diui Auguſti, et quos Claudius Caeſar C ſulatu ſuo IV fecit, quando LXIII non amplius aeui interfuere. *niamus verbis* Cenſorini, *poſtquam recenſuit ludos,* Hinc animaduer licet, neque poſt centum annos, vt hi referrentur ludi ſtatum neque poſt centum decem. ¶ 2 *Auctores Chriſtiani vt tur, vt* ſaeculo. Viri ſaeculares Tertull. de Corona c. 7. dices ſaeculares, *i. Profani* Hieron. Epiſt. 22, 13. Feminae ſ culares Tertull. Exhort. ad Caſt. c. 13. *i. gentiles.* Militia ſae laris Vinc. Lirin.

SECVM. [μεθ᾽ ἑαυτοῦ] *Dictio compoſita ex Ablatiuo* Se, *Pro minis* Sui: *et Praepoſitione* Cum, *quaſi dicas* Cum ſe Cic. Att. 8, Carinis aliquid ſecum aduehere Virg. Aen. 2, 179. Habeat ſec Virg. Aen. 4, 29.

SECVNCIVS, *vid.* SESQVIVNCIVS.

SĒDES, is. f. [ἕδρα, καθέδρα, θρόνος, θῶκος] *In qua ſedemus. Sed vt* ſedendi *verbum, ita* ſedis *quoque appellatio, patet latius, et quemcunque etiam habitationis, commorationisue locum denotat.* Tac. A. 4, 16 Vt gliſceret dignatio ſacerdotum — decretum — quoties Auguſta theatrum introiſſet, vt ſedes inter Veſtalium conſideret. Sedes aurea in curia et pro tribunali *inter ea refert* Suetonius Caeſ. c. 76, *quae ille* humano faſtigio ampliora decerni ſibi paſſus eſt. Plin. Paneg. 52 Horum vnum ſi praeſtitiſſet alius, illi iamdudum radiatum caput, et media inter deos ſedes, auro ſtaret, aut ebore. *De ephippio* Bucephalus neminem alium, quam Alexandrum recepit in ſedem Plin. 8, 42 ſ. 64. Locare in ſede ſacra Virg. Aen. 2, 525. Caeſar . . . . Creſcente enim populi multitudine, mutare ſedes ſtatuerunt. Cic. Tuſc. 1, 19 c. 9 Alii in cerebro dixerunt animi eſſe ſedem et locum. Aethereae ſedes Ouid. Met. 15, 449. Auguſta ſedes, *vid.* AVGVSTVS. Beatae ſedes Virg. Aen. 6, 639. Celſa ſedes Perſ. Sat. 1, 7. Dulcis ſedes Stat. Silu. 1, 1, 40. Exiguam ſedem pariturae terra negauit *Latonae* Ouid. Met. 6, 187. Horrida ſedes inuiſi Taenari, *i. inferi* Hor. Carm. 1, 34, 10. Imae ſedes Erebi Virg. Georg. 4, 471. Infauſta ſedes Sen. Thyeſt. 1. Inferna Ouid. Met. 4, 433. Infida inſtabilisque, *vid.* INFIDVS. Laetae ſedes *Elyſium.* Hor. Carm. 1, 10, 17. Maligna ſedes Stat. Silu. 4, 3, 45. Moribunda ſedes Piſauri, *vrbs peſtilens* Catull. 79, 3. Nemoralis ſedes Ouid. Amor. 2, 6, 57. Optatae ſedes *Elyſium* Virg. Aen. 6, 203. Patria ſedes, *thronus* Virg. Aen. 7, 193. Peregrina ac ſordida ſedes Lucan. 5, 9. Placidae *ſepulcrum* Virg. 6, 371. Quietae ſedes, *habitatio, patria* Virg. Aen. 1, 209. Sanctae ſedes deûm Lucret. 5, 147. Secreta Virg. Aen. 2, 568. Solida Ouid. Met. 2, 147. Cic. pro Marcel. 29 Sedem quidem Stabilem, et domicilium certum non habebit. Superae ſedes, *Caelum* Ouid. Faſt. 3, 324. Siderea ſedes Virg. Aen. 10, 3. Tenebroſa ſedes Ouid. Met. 5, 359. Verendae ſedes Lucan. 5, 123. *Pro fundamento ſ. baſi*: Sequitur, vt cito intercidant, quia ſine fundamento et ſede creata ſunt Sen. Qu. Nat. c. 1. Deus haec fortaſſe benigna reducet in ſedem vice Hor. Epod. 13, 8. Remp. in ſede ſua ſiſtere Suet. Auguſt. c. 28. ¶ 2 *Verba*: Capere ſedem, *vid.* CAPIO. Commouere ſedibus, *vid.* COMMOVEO. Conſidere in ſedibus Cic. de Orat. 1, 29. Conuellere ex ſuis ſedibus, *vid.* CONVELLO. Deſerere ſedem Virg. Aen. 3, 190 Deſtituere ſedem Claud. de Bell. Get. 509. Exuere aliquem ſedibus Tacit. Ann. 13, 39. Figere ſedem alicubi Iuuen. Sat. 3, 2. Habere ſedem Caeſ. Bell. Gall. 1, 44. Habent ſedem affectus in prooemio atque epilogo Quinct. 6, 1, 51. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 24 c. 10 Dii deaeque mortales, qui excellenti tumulo ciuitatis ſedem Capitolii in ſaxo Incolitis conſtitutam. Lucidas Inire ſedes Hor. Carm. 3, 3, 33. Labefactare animam ſedibus Lucret. 6, 798. Mutare ſedem, *vid.* MVTO. Ponere ſedes, *condere vrbem* Virg. Aen. 3, 8. Praebere ſedem et domicilium Cic. de Prouinc. Conſ. 34. Reponere in ſedem ſuam oſſa Celſ. 8, 10. Reuiſere ſuas ſedes Virg. Aen. 1, 419. Succedere ſedibus alicuius Virg. Aen. 4, 10. Tenere ſedem Iouis Optimi Max. *pro Vincere, ſiue captam obtinere* Tacit. Hiſt. 3, 72. Transferet regnum a ſede Lauini Virg. Aen. 1, 275. ¶ 3 *Obſeruatt.* Cic. contra Rull. 2, 96. Coloni Capuae in domicilio ſuperbiae atque in ſedibus luxuriae collocati. Idem pro Arch. 9 At domicilium Romae non habuit is, qui tot annis ante ciuitatem datam, ſedem omnium rerum et fortunarum ſuarum Romae collocauit. Fuluia Sedem belli Praeneſte ceperat Vell. 2, 74, 3. Tacit. Hiſt. 3, 8, 1 Quaeſitum inde, quae ſedes bello legeretur. Oppidum, quod ſedem bello delegerat Suet. Galba c. 10. Sedes, *Statio militum* Veget. 3, 4. Qui in ſedibus otioſe delicateque vixerunt, armorum exercitia declinant. Sedes, *aliquando pro tota ea parte corporis accipitur, ſuper qua ſedentes innitimur.* Plin. 24, 7 Lacrima ſedis vitiis prodeſt, ne quid ſiccari, excalfieriue opus ſit. Procidentia ſedis, *vid.* PROCIDO. Plin. 21, 20 *ad finem* Teſtes vero, vt ſedem prociduam, quaeque ibi ſint vitia, *etc.*

SEDECVLA, *vel* SEDICVLA, ae. f. Dimin. [ἑδράνιον] *Parua ſedes.* Cic. Att. 4, 10 Sic literis ſuſtentor et recreor, maloque in illa tua ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, quam in iſtorum ſella curuli *Valla* 1, 5 *mauult* Sedicula.

SEDICVLVM, i. n. Sedile. Feſtus. *Sed* Varro de L. L. 7, 30 p. 94, 38 Cum debuerit eſſe *(per analogiam)* vt a cubatione cubiculum, ſic a ſeſſione Sediculum: non eſt.

SEDĪLE, is. n. [ἕδρανον] *Super quod ſedemus.* Plin. Epiſt. 5, 6. Sunt locis pluribus diſpoſita ſedilia e marmore. Sedile auium Varr. de R. R. 3, 5. Sedilia viuo ſaxo Virg. Aen. 1, 167. Complere ſedilia Claud. in Eutrop. 1, 470. Fuſi per dura ſedilia nautae Virg. Aen. 5, 837. Facta de viuo ſaxo ſedilia Ouid. Met. 5, 317. Releuare membra ſedili Ouid. Met. 8, 639. Spiſſa ſedilia Hor. de A[rte] Poët. 205. Vitrea ſedilia Virg. Georg. 4, 350. *add.* Celſ. 1, 3. Ep. 70. Hygin. Aſtrol 4, 6.

SEDĪMEN, inis. n. Cael. Aurel. Tard. 5, 4. *Id quod fundum peti[t]*

SEDIMENTVM, i. n. Plin. 36, 10 *extr.* Inundationibus Tiberi[s] ... dimento molis facto *(i. mole ſubſidente)* quamquam ad altitudinem ... poſiti oneris in terram quoque dicantur acta fundamenta.

SEDVLARIVM, i. n. Sedularia ſunt, *vt interpretatur Anto[nius] Auguſtinus Emendat.* 1, 4 p. 42 *quae in rheda ſedenti ſubiciebantur.* Pau[lus] in l. Inſtrumenti 4 De ſupellectile legata, Rhedae et Sedularia ſup[ell]ectili adnumerari ſolent. *Male repoſuerant* Sellularia, et Seliquaſtra.

SEDVM, *ab* Sedendo, *inquit* Varr. de L. L. 4, 28 p. 32, 5. Sedendo appellantur Sedes, Sedile, Sedum *(al.* Solium) Sella, S[eli]quaſtrum. ¶ 2 *Veteres poſuere* Sedum *pro* Sed. SED. n. 4.

SEDENTARIVS, a, um. Adi. [ἑδραῖος] *Quod ſedendo fit.* Apul. 1 pr. *De equo* in pedes deſilio, Vt etiam fatigationem ſedentariam i[n]... ſus vegetatione diſcuterem Plin. in Paneg. 76. Caeteri quidem deſi[de]s attoniti ipſam illam mutam ac ſedentariam aſſentiendi neceſſitatem, cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetieban[tur]. Opera ſedentaria, *quae ſedendo fit* Columel. 12, 3, 8. ¶ 2 [Se]dentarii, *qui ſedendo opus faciunt* Plaut. Aul. 3, 5, 39 Calceolarii, ſede[nta]rii, ſutores.

SESSIO, ōnis. f. [ἕδρευσις] *Sedendi actus, locus.* Cic. de Orat. ... Num tandem aut locus hic non idoneus videtur, in quo porticus haec vbi inambulamus, et palaeſtra, et tot locis ſeſſiones, gymnaſiorum et G[rae]carum diſputationum memoriam quodammodo commouent? Seſſi[ones] quaedam contra naturam ſunt Cic. de Fin. 5 c. 12. Idem de Nat. De[or.] 94 Accubatio, inclinatio, ſeſſio. *Sic* Off. 1, 129 c. 35 Status, ince[ſſus,] ſeſſio, accubatio. In his locis matres familiarum cum lanificiis ha[bent] ſeſſiones Vitr. 6, 10. Seſſio, *pro Mora, et cunctatione, vt* SEDERE Nam Sedere quandoque valet Nihil agere, tempus otioſe terere Cic. 14, 14 Illam ſeſſionem Capitolinam mihi non placuiſſe, tu teſti[s]. *Reprehendit Brutum et Caſſium, qui illo ipſo primo die, poſt Caeſarem i[nter]fectum, ſenatum in Capitolium non vocarint, ſed otioſi tempus conſumſ[erint].* Dies ſeſſionum ſunt, *In quibus ius dicitur. Vox apud ICtos frequens.* Vl[p.] L. 36 Dig. t. 4. l. 10. *et* L. 38 t. 15 l. 1. ¶ 2 Cael. A[urel.] Chron. 4, 3, 50 p. 511 Retenta (defluxio incendioſa) Seſsionis in ... quam Graeci hedram vocant longaonem exurit

SESSIVNCVLA, ae. f. *Iucundus conſeſſus amicorum.* Cic. de Fini[b.] 56 c. 20 Circulos aliquos et ſeſſiunculas conſectari. *Sic poſt Scal.* ... *etiam Dauiſ. Ante erat* Semicirculos.

SESSVS, ūs, m. Apul. Flor. 3 p. 353 Locum ſeſſui impertiunt. ſeſſu in terram eliditur Marcell. et Fauſtin. libello Precum ad Impp. ... Aſin. ad Cic. Fam. 10, 32 Herennium in XIV ſeſſum deduxit. *Ba[lbus] et ita equitem eſſe iuſſit hiſtrionem. Eſt alias quoque ſpectaculorum* ... Plaut. Poen. prol. 10 Nimia eſt ſtultitia ſeſſum *(in theatro)* impran[sum] incedere. *Et* v. 20 Neu diſſignator — ſeſſum ducat. *Rurſus* Cic[ero] N. D. 3, 74 c. 30 *in ſimulatione iudicii*, Veniamus in forum. Seſſum ... precor. Quid? vt iudicetur, qui tabularium incenderit.

SESSOR, ōris. m. [ἑδρευτής] Hor. Epiſt. 2, 2, 130 In vacuo la[etus] ſeſſor, Plauſorque theatro. Seſſores veteres ex vrbe eiecit, *i. H[abi]tatores* Nep. 5, 2, 5. Vna ducentos irrumare ſeſſores Catull. 3[7], ... Seſſorem recuſare Sen. de Conſ. 12.

SESSORIVM, i. n. *Sella baiulatoria.* Petron. Fragm. 77 Viperae ... ius ſeſſorium. *vid. Reineſ. ad h. l.* p. 119. Quolibet ſeſſorio leniter ... veri Cael. Aurelian. Acut 1, 11.

SESSĪTO, āre. Frequent. [καθέζομαι] Cic. de Clar. Orat. 59 c. 15 ... autem Cethegum medullam fuiſſe vult, vt quam deam in Periclis la[bris] ... ſcripſit Eupolis ſeſſitauiſſe, huius hic medullam noſtrum oratorem f[uiſſe] dixerit *i. Saepius ſediſſe.* Ipſa ſeſſitandi regio Apul. de Dogm. Pla[t.] 62. *i. podex.*

SESSIBVLVM, i. n. [ἑδραστήριον] *Super quod ſedemus et quieſci[mus]* Plaut. Poen. 1, 2, 56 Qui tibi oleant ſtabulum, ſtatum, ſellam et ſeſſ[ibu]lum merum. Prae metu latronum nulla ſeſſibula, ac ne ſufficienten[m] pellectilem parare nobis licet Apul. Met. 1 p. 112 (Pric. p. 17.)

SESSILIS, e. Adi. [ἑδραῖος] *Quod ſedet, vel ſedere videtur.* Plin. 15, 16 *de piris.* Incerta nominum cauſa eſt barbaricis venereisque, q[uae] colorata dicunt: regiis, quae minimo pediculo ſeſſilia: patriciis, vo[le]niis, viridibus, oblongisque. Tergum ſeſſile, *Latum, in quo q[uis] poſſit ſedere* Ouid. Met. 12, 401. *de Cyllaro Centauro dixit.* Seſ[ſilis] lactuca, quae et Sedens dicitur; *h. e. Quae ita humi proiecta eſt, vt ſedere deatur, neque ſurſum erecta eſſe, aut in ſublime aſcendere* Martial. 3, 4[7] Maluae Pallad. Octob. t. 10. Obba, *v. v.* Verrucae. . . .

SESSIMONIVM, i. n. *Vbi ſimulacra reponuntur.* Vitruu. prae[f.] In deorum ſeſſimonio.

SESSICIVS, a, um. Sidon. . . .

SESSIVS, a, um. Tertull. de Spect. c. 8. Columnae *Circi* Seſſias ... ſuſtinent, a Sementationibus *dictas.*

SESSĪVVS, a, um. Sext. Placit. Illinitum in ſeſſiua mulieris. *i. ſe[dis] partem qua ſedetur.*

SEDIGĪTVS, i. m. [Σεδίγιτος] *dictus eſt* Volcatius, *illuſtris Poë[ta]* ... *ſex digitis.* Plin. 11, 43 Digiti quibusdam in manibus ſeni: C. H[ora]tii ex patricia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepi: Volc[atium] Sedigitum, illuſtrem in Poëtica.

SEDITIO, ōnis. f. [στάσις, διάστασις, ἀκαταστασία] *Eſt morbus reipublicae, ciuium pars negat obſequium regibus aut magiſtratibus. A* Se, *id eſt, ſeorſum,* Itio. D*e eadem ratione interpoſito, qua in* prodeo, prodeſſe, redeo. *etc. Eſt fortaſſe verbum* Sedire *eiusdem ſignificationis, cuius* Secedere *etc.* No[n]. 96 Seditionis proprietas a M. Tullio manifeſtata eſt in libro de Re[p.] Eaque diſſenſione ciuium, quod ſeorſum eunt alii ad alios, ſeditio dici[tur]. *Add.* Iſid. 5, 26. Virg. Aen. 1, 153

Ac veluti magno in populo quum ſaepe coorta eſt
Seditio, ſaeuitque animis ignobile vulgus:
Iamque faces et ſaxa volant, furor arma miniſtrat.

De diſſenſione coniugali: Filiam dare in ſeditionem atque incertas nupt[ias] Ter. Andr. 5, 1, 11. *conf.* Plaut. Amph. 1, 2, 16 Vulgat. Act. 15, 2. *Com[monet] laſciuia* Seditionem facit lien, *dixit* Plaut. Merc. 1, 2, 14. *i. intum[eſcit] et inflatur cum dolore.* Incurſio ſeditionis, *vid.* INCVRRO. Ad[oleſcen]ta ſeditio, *vid.* ADOLEO. Clamoſa Claud. de Bell. Get. 467. ...cens Ouid. Met. 12, 61. Turbida ſeditio Idem Met. 9, 4[..] ¶ 2 *Verborum formulae*: Abſtinere ſeditionibus, Afferre ſe[di]tiones, Agitare ſeditionibus plebem, *v. ſſ. ll.* Ardent ſediti[o]nes Liu. 6. Colere ſeditiones, *vid.* COLO. Commota ſedi[tio] Cic. Att. 2, 1. Comprimere ſeditionem Tacit. Ann. 1, 69, 5. Co[...]

ſeditionem, *vid.* CONCIEO. Concitare ſeditionem et diſcor- … Cic. pro Muraen. 89 c. 39. Conferre ſeditionem, *vid.* CONFERO. Conflare ſeditionem *vid.* CONFLO. Deflagrante paul… ſeditione Tacit. Hiſt. 2, 29. Paterc. 2, 81 Subita deinde exer… ſeditio, partim ſeueritate, partim liberalitate principis Diſcuſſa eſt. …ſtinguere ſeditionem Liu. 6. Cic. Fam. 10, 32 Singulae quaedam … rtes ſeditionem Fecerunt Idem ad Brut. 2 Quod ſcribis de ſedi…o, quia facta eſt in legione quarta de Catoniis (quod dicam, in bonam … m accipies) magis mihi probatur militum ſeueritas, quam tua. … ente ſeditione Liu. 6, 14. Tacit. Ann. 1, 16 Quum Pannonicas le…es ſeditio Inceſſit. Inducere ſeditionem in ciuitatem, *vid.* INDVCO. Induere ſeditionem, *i. facere* Tacit. Ann. 2, 15 *pr.* Le… ſeditionem Liu. 6, 16. Oritur ſeditio Caeſ. Bell. Gall. 7, 28. …integratur ſeditio Tacit. Hiſt. 4, 34. Reſtincta ſeditio eſt Cic. … gib. 3, 24. Sedata militum ſeditio ab Appio Cic. Att. 5, 14. …nere ſeditionem Liu. Dec. 4. Prope ſeditionem ventum Tacit. … 3, 21. Iuxta ſeditionem ventum Idem Germ. 6. Maris … o Stat. Theb. 9, 142.

…DITIŌSVS, a, um. Adi. [στασιώδης, στασιαστὴς] *Qui ſeditionem facit et nat.* Seditioſus ac turbulentus ciuis Cic. de Orat. 2 c. 11. *Id.* Cic. Verr. … Malus ciuis improbus Conſul, ſeditioſus homo Cn. Carbo fuit. … de Legib. 3, 44 Initis ſeditioſis Tribunispl. Seditioſa vita, … multuoſa Cic. de Inuent. 1, 4. Seditioſis Vocibus regem incre… Curt. 9, 4, 17. *Add.* Id. 10, 2, 12. *Comparat.* Eius ſeditioſior fuit …io Aſcon. in Cic. pro Mil. p. 200. *Superl.* Val. Max. 3, 8, 3. Tacit. … 1, 44, 3. *et* Hiſt. 2, 66, 6.

…DITIŌSE. Adu. [στασιωδῶς] Cic. pro Cluent. 2 Altera autem, quae … a iudicio remota eſt, quae concionibus ſeditioſe concitatis accom…tior eſt, quam tranquillis, moderatisque iudiciis. Africanus a C. …one trib. pl. ſeditioſe interrogatus Cic. pro Mil. c. 3. Seditioſius … Tac. Hiſt. 5, 12, 3. Cic. Att. 2, 21 Multa quum ſeditioſiſſime di… vocem exprimere non potuit.

…DITIOSITAS, atis. f. Tribuniciae poteſtatis, *ap.* Flor. 3, 13 *lemma … quam antiquum.*

…DITIONOR, ari. στασιάζω Gloſſ. Gr. Lat.

…DITIONARIVS, i. *m.* δημηγέρτης Gloſſ. Gr. Lat.

…DO, āre. [παύω, καταπαύω, καταστέλλω, κατασβεννύω, κοιμίζω, ἐρη-…] *Mitigare, placare, lenire, exſtinguere, pro diuerſitate nominum, quibus …tur … facere aliquid vel ſimpliciter, vel qua moleſtum eſt.* Sal… atil. 15 *fin.* Namque animus impurus, diis hominibusque infeſtus, … e vigiliis, neque quietibus ſedari potuit, ita conſcientia mentem ex…m vexabat, *i. ad tranquillitatem redigi.* Cic. pro Flacc. 53 Remittant …us, comprimant animos ſuos, ſedent Arrogantiam. Cic. in Catil. 2, … 3 Atque haec omnia ſic agentur, Quirites, vt res maximae minimo … pericula ſumma nullo tumultu: Bellum inteſtinum ac domeſti… …oſt hominum memoriam crudeliſſimum et maximum, me vno toga… … et imperatore ſedetur. Cic. de Legib. 1, 54 c. 20 Hoc dico, Con…rtiam totam iſtam poſſe ſedari. Diſcordias Cic. Philipp. 1, 1. Dolo… *ſ.* dolores Scribon. 53. 40. 90. Flamma per incenſas citius ſedetur ari… …ropert. … Fletus Propert. 2, 16, 31. Ieiunia … Ouid. Met. 15, 33. … ſedatur Scribon. … Incendia Ouid. de Rem. Amor. 117. … Verr. 2, 1 Quod vnum ad inuidiam veſtri ordinis, infamiamque iudi…m ſedandam maxime pertinebat, id non humano conſilio, ſed prope …ntus datum atque oblatum vobis ſummo Reipub. tempore videtur. … Plaut. Merc. 5, 4, 1. Laſſitudinem Idem Bacch. 1, 1, 75. Nep. … 6. Lites Cic. Verr. 5, 132. Mentes commotas Plin. 20, … Metum ſedat dies Sen. Thyeſt. 8. Miſerias Plaut. Poen. … 93. Motus animi Cic. Tuſc. 3. *et* de Orat. 1 c. 46. Pauo… Liu. 1. Queſtus Sen. Herc. Oet. f. 14. Sitim Lucret. … 8. Tempeſtatem Cic. Verr. 3. Tumultum Caeſ. Bell. … 3, 106. Vulnera, *Cobibere dolorem* Stat. Silu. 2, 1, 208. *…ue ſ. intranſit.* Cn. Gellius *apud* A. Gell. 18, 12 Poſtquam tempeſtas …it, Atherbal taurum immolauit. *Plane paſſiue* Cic. de Legib. 3, 24 …liquando incenditur, et quidem ſaepe ſedatur *int.* populus a tribu…

…EDĀTVS, a, um. Part. [ἠρεμης, πεπαυμένος] Amnes ſedati Virg. … 9, 30. Animo ſedatiore ſcribere Cic. Att. 8, 3. Bellum … 14, 8, 6. Corde ſedato reſpondere Virg. Aen. 12, 18. Cu…iem ſedatum *in ſua dote numerat Alcumena* Plaut. Amph. 2, 2, 210. …e ſedatae Stat. Theb. 12, 514. Hor. Epiſt. 1, 18, 90. Oderunt …em triſtes, triſtemque iocoſi, Sedatum celeres. Cic. in Orat. 176 …nim, vt in transferendis, faciendisque verbis tranquillior, ſic in ipſis …eris ſedatior. Pectus ſedatum Virg. Aen. 9, 740 *et Sil.* 11, 261. … pro Cluent. 103 c. 37 Paullo ſedatiore tempore eſt accuſatus, quam …us, ſed eadem fere lege, et crimine. Venti ſedati Ouid. Met. 15, 49. Sedatiſſima voce vti Auct. ad Heren. 3, 24 c. 14.

…EDĀTE. Adu. [ἠρεμαίως] *Placide.* Cic. Tuſc. 2, 58 c. 20 Non con…ſta… er et ſedate feres? *Sic* in Orat. 92 c. 27 Cuius oratio cum ſedate …deque loquitur, *etc.* Exercitu ſedatius procedente Ammian. …

…EDĀMEN, ĭnis. n. *Sedandi remedium.* Sen. Hippol. v. 1183 O mors …ris vna ſedamen mali.

…EDĀTIO, ōnis. f. [ἠρέμησις] Cic. de Finib. 1 c. 19 Sic e phyſicis …tudo ſumitur contra mortis timorem, et conſtantia contra metum …gionis, et ſedatio animi omnium rerum occultarum ignoratione ſub…lat… Cic. Tuſc. 3, 65 c. 27 Vt apud Homerum quotidianae neces interi…ue multorum ſedationem moerendi afferunt. Perturbationum ſe…dat… Cic. Off. 1, 93 c. 27.

…EDĀTOR, ōris. m. Arnob. 3 p. 115 Sedator militaris inſaniae.

…DŪCO, xi, ctum, ĕre. [ἀπάγω] *Seorſum ducere ab aliis, quaſi de re-… aliquibus locuturus.* Ter. Hec. 1, 2, 69 Poſt Pamphilus me ſolum ſeduxit foras. Ibid. 4, 1, 7 Vxor vbi me ad filiam ire ſenſit, ſeduxit fo…ras… Cic. Att. 5, 21 Quum haec differuiſſem, ſeducit me Scaptius. Seue…re ſeducere Cic. Fam. 1, 9 *extr. ſcil. ad colloquendum familiariter de rebus arcanis. conf. ib.* 10, 28 *pr. c. not. Manut.* Manu blanda ſeduxit eum Ouid. Met. 2, 691. Caſtra ſeducere, *ſeparare, in duas partes diuidere* Ouid. Met. 13, 611. Seducit terras hic breuis vnda duas Ouid. Heroid. 19, 142. *de Helleſponto.* Quippe vbi non liceat vacuos ſe…du…re ocellos Propert. 1, 9, 27. Mors ſeducit artus anima Virg. Aen. 4, 38… Cic. Tuſc. 1, 75 Quum a negotio omni ſeuocamus animum, quid, in…am, tum agimus, niſi animum ad ſeipſum aduocamus, ſecum eſſe co…mus, maximeque corpore ſeducimus? Legitur alibi Abducimus. ¶ Seducere, *per translationem ſignificat Decipere, corrumpere: ſed non ap… antiquos. Laudatur quidem* Cic. Att. 10, 15 *extr.* Me vero adiuua…re… iis in anguſtiis ſeductum. *Sed locus non obſcurus modo, ſed corruptus.* *Qui habent hanc vocem, ſeductos habent, non* ſeductum. … Sed DI … *quod receptum …* … Sed tu iſtos! Ter. Andr. 4, 1, 20 Etiam nunc me ſeducere iſtis dictis poſtulas. … *…antiqui* ducere: … *… Maleſtiam … libri* Quinctil. 7, 2, 21 *habent*, Quod ipſum me feciſſe ſeductum … cupiditate gloriae fateor: *ultima ſyllaba ex feciſſe applicata etiam …* … *Exulet ergo a bona Latinitate: eo frequentius apud Chriſtianos … eſt pro Corrumpere vel In vitia du…ere. v. g.* Tertull. adu. Marc. 2, 8 Angelus qui ſeduxit.

SEDVCTVS, a, um. Part. [ἀπαχθεὶς] *Seorſum ductus, diſcretus* Caſtaque ſeducto ſtipite flamma perit Ouid. Rem. A. v. 446. Quae niſi ſeductis nequeas committere diuis Perſ. 2, 4 *v. Caſaub. ad h. l. p.* 177. Liu. 30, 5 Singulos deinde ſeparatim, Laelium ac Maſiniſſam, ſeductos obteſtatur, vt quantum nox prouidentiae adimat, tantum diligenti expleant cura. *Sic* Suetonius in Claud. Caeſ. c. 37. Receſſus ſeducti, *ſinus ſecreti* Ouid. Met. 13, 902. Terrae ſeductae, *ſeparatae, ſeiunctae* Ouid. Met. 4, 622. Sen. Epiſt. 118 (117) Si proprium habent quiddam et a corporibus ſeductum. *Comp.* A turba ſeductior Perſ. 6, 42.

SEDVCTIO, onis. f. [ἀπαγωγὴ] Cic. pro Muraen. 49 c. 24 Mo…ſtos amicos, obſeruationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſucceſſionem ſubſcriptorum animaduertebant. Mors eſt corporis animaeque ſeductio Lactant. 2, 12. ¶ 2 *Corruptio apud ſcriptores eccleſiaſticos.* Tertull. adu. Marc. 2, 2 Adam confeſſus eſt ſeductionem.

SEDVCTVS, ûs. m. *pro Seceſſu.* Senec. de Tranquil. vitae c. 3. Sic hominum quorum maximae in ſeductu actiones ſunt, *etc.*

SEDVCTOR, ōris. m. [ἀπατητὴς, πλάνος, ἀνδραποδιστὴς] Gloſſ. Vet. Lat. Gr. *conf.* Commod. Inſtruct. 70.

SEDVCTRIX, īcis. f. Tertull. adu. Marc. 2, 2.

SEDVCTĬLIS, e. Adi. [εὐεξαπάτητος Onomaſt. Vet.] Auguſt. Conf. 2, 3 Seducebat me, quia ſeductilis erat. Ergo vbi mortiferum ſeductilis Eua venenum Auribus accipiens cladi conſenſit iniquae Alc. Auit. 2, 166.

SEDVCIBILIS, e. Adi. Mulieres, quae habent timorem dei et non ſunt ſeducibiles Vet. Interpr. Iren. 1, 9.

SEDVCVLVM, i. n. quaſi Sudaculum, Flagelli genus eſt, quod vapulantes ſudare faciat, dictum. Feſtus.

SEDVLARIVM, *vid.* SEDEO.

SEDŬLVS, ſ. SEDOLVS, a, um. Adi. [ἀδελφινός, ἐπιτρεχής, σπουδαῖος] *Qui ex animo et bona fide, ſedolo, h. e. ſine dolo, … intentus eſt alicui rei. Poteſt hic Aduerbium* Sedulo *i.* Sedolo … *Quamquam* ſecurus *plane eadem velut moneta percuſſum eſt. Probant fere hanc etymologiam veteres. vid.* SEDVLO; *et* Acron *ad illud* Hor. Epiſt. 1, 13, 5 Ne ſtudio noſtri pecces, odiumque libellis Sedulus importes opera vehemente miniſter. Cic. de Clar. Orat. 175 c. 47 Eloquentes … bare, non ſedulos velle conquirere. Anus ſedula Tibul. 1, 3, 84. Apis Ouid. Met. 13, 928. Turba ſedula Ouid. Rem. Amor. 182.

SEDVLITAS, ātis. f. [σπουδὴ, …] *… et diligentia, aſſiduitas.* Sulla ſedulitatem … duxit aliquo tamen praemio dignam Cic. pro Arch. c. 110. Id. pro Caecin. 14 Quis igitur? Ille quem ſupra deformaui, voluntarius … dine aliqua, ſed ficto officio, ſimulataque ſedulitate … opportuna opera nonnunquam, … Quae ſi non eſſent ſedulitate effecta … re in ſolitudines aliquas. Non ſentitur ſedulitate labor Ouid. … 4, 424. Sedulitas autem ſtulte quem diligit, … Hor. Epiſt. 2, 1, 260. Apta ſedulitas Ouid. Met. 10, 409. Arguta ſedulitas Cic. Fam. 3, 1. *Nimis verboſa.* Blanda ſedulitas Ouid. de Arte Am. 2, 334. Mundae ſedulitatis anus Ouid. Faſt. 3, 668. Officioſa ſedulitas Hor. Epiſt. 1, 7, 8. Senilis ſedulitas Sil. 7, 186. Placere ſedulitate Ouid de Arte Am. 1, 384.

SEDŬLE. Adu. [ἀσπερχῶς] *Idem quod* Sedulo. Columel. 9, 9 Semper quidem cuſtos ſedule circumire debet aluearia. *conf.* Prudent. in Vinc. 407 *c. n. Heinſ.*

SEDVLO. Adu. [ἀδόλως, …, σπουδαίως, …] Gloſſ.] Ex animo et ſine dolo, inſtanter, inquit … Adelph. 3, 3, 59 *conf.* Non. 1, 171. Nihil credis, quod ego … ſedulo Plaut. Capt. 4, 2, 106. Idem Aul. 1, 2, 35. Nam nunc, quum celo ſedulo omnes ne ſciant, omnes videntur ſcire. Ter. Phorm. 2, 4, 13 Ego ſedulo hunc dixiſſe credo. i. e. Simpliciter, *inquit* Donatus. *Hic etymologica illa ratio pulchre conuenit. Sic etiam* Cic. pro Cluent. 58 c. 21 Hoc quamquam ſedulo faciebat, tamen interdum non defendere, ſed praevaricari accuſationi videbatur. *Sed diligentiam et intentionem notat* Ter. Hec. 4, 2, 2 Etſi ea diſſimulas ſedulo. *Sic* Fingit cauſſas, … ſedulo Ter. Eun. 1, 2, 50. Idem Eun. 2, 3, 70 Obſecro hercle Parmeno, fac vt potiar. P. faciam ſedulo, ac dabo operam, adiuuabo. Plaut. Men. 5, 7, 20 Propterea heri imperium exſequor, bene et ſedulo ſeruio. Cic. de Finib. 3, 13 Sedulo inquam faciam, ſed fortuna fortis. Id ago ſedulo Ter. Andr. 3, 5, 8. Fit ſedulo Ter. Adelph. 3, 3, 59.

SEDVM, i. n. [ἀείζωον] *Herba, quae* Semperuiuum *dicitur*, a ſemper *viuendo.* Maius *memorat* Plin. 25, 13. Idem 18, 17 Democritus ſucco herbae, quae appellatur aizoon in tegulis naſcens, … Latine vero ſedum aut digitellum, medicata ſeri iubet omnia ſemina. Columel. 2, 9 Id ne fiat, remedio eſt miſtus ſuccus herbae, quam ruſtici ſedum appellant. *Add.* Id. 11, 3 *et* 10, 356. Plin. 26, 11. Varr. L. L. 4, 28 Feſtus: Sedum, alii Sadum appellant herbam, quam Opilius Aurelius Seſimium vocari ait, eamque in tegulis ſeri.

SEDVNI, Populi in Alpibus, *quos commemorat* Plin. 3, 20.

S E G

SĔGĔS, ĕtis. f [λήιον, χλόη, …, Vet. Gloſſ.] *Sata, ſtirpes eorum ſeminum, ex quibus conficitur panis, nondum demeſſae.* Varro L. L. 4, 4 p. 11, 17 Seges ab ſatu, id eſt ſemine. Plin. … 7 Si in articulum ſeges ire coeperit, runcare remedium eſt, ne herbae vincant. *Et paullo poſt*, Luxuria ſegetum caſtigatur dente pecoris in herba duntaxat. Virg. Aen. 2, 304 In ſegetem veluti cum flamma furentibus auſtris Incidit. Cic. Tuſc. 5, 91 c. 31 At enim, qua in vita eſt aliquid mali, ea beata eſſe non poteſt. Ne ſeges quidem igitur ſpicis vberibus et crebris, ſi auenam vſpiam (*ſic recte poſt alios Dauiſ. pro vulg.* ipſam) videris: nec mercatura quaeſtuoſa, ſi in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. Luxuries ſegetum Virg. Georg. 1, 112. Rapinae praematurae ſegetum Lucan. 7, 98. Aegra ſeges negabat victum Virg. Aen. 3, 142. Altae ſegetes Virg. Georg. 3, 198 Ouid. Met. 2, 213 Materiemque ſuo praebet ſeges arida … *dio Phaethonteo.* Cana Ouid. Met … 655. … Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris Ouid. de Arte Am. 1, 351.

Grauida Virg. Georg. 1, 319. Immatura Sil. 15, 536. Virg. Aen. 7, 808 Illa vel intactae ſegetis per ſumma volaret Gramina, nec teneras curſu laeſiſſet ariſtas. Virg. Georg. 1 pr. Quid faciat Laetas ſegetes, *etc.* Opimae ſegetes Hor. Carm. 1, 31, 4. Tenerae ſegetes Ouid. Faſt. 4, 923. ¶ 2 *Verborum formulae:* Cingenda eſt altis ſepibus iſta ſeges Ouid. de Arte Am. 3, 562. Quid faciat laetas ſegetes Virg. Georg. 1, 1. Facit mora validas ſegetes Ouid. Rem. Amor. 84. Feret iſte ſegetes, iſte ſerendus ager Ouid. de Arte Am. 2, 668. Fluctuat adulta leni Zephyro ſeges Sen. Herc. fur. ſ. 9. Indui ſegetibus dicitur terra, *vid.* INDVO. Intereunt ſegetes Virg. Georg. 1, 152. Metere ſegetem Sil. 16, 616. Obducunt herbae ſegetem Virg. Georg. 2, 2, 411. Occare ſegetes Horat. Epiſt. 2, 2, 167. Pectinare ſegetem, *vid.* Pectino in PECTEN. Praetendere ſepem ſegeti Virg. Georg. 1, 270. *Niſi tamen hic* ager *potius intelligi debet.* Proculcare creſcentes ſegetes Ouid. Met. 8, 290. Reſecanda falce ſeges Ouid. Epiſt. 1, 53. Runcare ſegetes Varro de R. R. 1, 30. Seneſcit ſeges nimio imbre Stat. Silu. 5, 1, 147. Sternuntur ſegetes Ouid. Met. 1, 272. Surgentium ſine fruge ſegetum marcor Sen. N. Q. 3, 27. Surgit matura ſeges Senec. Thyeſt. ſ. 5. Veniunt hic ſegetes, illic felicius vuae Virg. Georg. 1, 54. Vrit campum ſeges lini Virg. Georg. 1, 77. *Obſ.* Seges, *de leguminibus* Columel. 2, 14 Quod praedictorum leguminum ſegetibus fatiſcit. ¶ 3 *Frequenter etiam pro agri ea parte accipitur, quae frugum cauſa conſeritur: conſeritur, inquam,* ἀορίςως, *vt non finiamus, deſtinatusne tantum ſit ſeminibus accipiendis, an paratus iam vna alteraque aratione; an iam habeat ſemina, eaque latentia, adulta, matura; an ea iam demeſſa ſint.* Varro, *vt ſolet, occaſiones diuinare bene male appellationum, non fines ponere ſignificationibus,* de R. R. 1, 29, 1 Seges, *inquit,* dicitur, quod aratum ſatum eſt: aruum, quod aratum nec ſatum eſt. *Haec lectio Victoriana, i. optimis ab auctoribus accepta eſt. Hoc autem dicit, Segetis nomen cum a Serendo ductum ſit, et* aratum *ſignificat, i. fundum, ſolum, quod aratum cum eſt, ſemen accipit, et ſatum i. ipſum ſemen in agro alitum ex agro eductum, verbo et* agrum *et* fructum, *interdum ſimul ſumta, interdum ſola: cum contra ea* aruum *de ſolo arato potius dicatur, quam de prouentu. Qui ſegetem dicunt* ſementis *quamcunque relationem includunt; qui* aruum, *bis* arandi *modo notio obuerſatur. Nec aliter accipiendus eſt* Feſtus, Seges dicitur ea pars agri, quae arata et conſita eſt, a ſerendo videlicet. *Iam exempla videamus, vibi* ſeges *ager eſt.* Cic. Tuſc. 2, 13 c. 5 Nam vt agri non omnes frugiferi ſunt, qui coluntur, falſumque illud Attii, *(damus locum ex Mureti praeclara emendatione recepta etiam Dauiſio)* Probae etſi in ſegetem ſunt deteriorem datae fruges, tamen ipſae ſuapte natura enitent. Seges *ager eſt ſeminibus accipiendis paratus. Agrum dum paratur ſementi, intelligit* Virg. Georg. 1, 47 Illa ſeges demum votis reſpondet auari Agricolae bis quae ſolem, bis frigora ſenſit. Id. Georg. 4, 129 Nec Cereri opportuna ſeges, nec commoda Baccho: *non acceſſum ſolum bubus aratoribus, non aptum vineae.* Non. 4, 427 Segetem terram *interpretatur laudatque* M. Tull. Hortenſio, Vt enim ſegetes agricolae ſubigunt aratris multo ante quam ſerant: *item, poſt alios,* Accium: *cuius de verſibus cogitata Voſſii ad Fragm. Tragg.* p. 172 *et Iulii Pontederae Epiſt.* 10 p. 126 *videri poſſunt: nobis hoc ſatis hic eſt,* In ſegetem *ibi* cieri *vel ruſticos, vel boues, vt terras proſcindant, etc. Citat porro* Nonius *eiusdem* Accii *hoc,* Quod beneficium haut ſterili in ſegete rex te obſeſſe (obſeuiſſe) intelligis. *Sunt ibi plura.* Cic. Verr. 3, 20 c. 8 Lex acutiſſime et diligentiſſime ſcripta, quae omnibus cuſtodiis ſubiectum aratorem decumano tradit, Vt neque in ſegetibus *(cum fruges adhuc in agro ſtant vel iacent)* neque in areis *(vbi deſectae triturantur)* neque in horreis, neque in amouendo, neque in aſportando frumento, grano vno poſſet arator ſine maxima poena defraudare decumanum. Cato 29 Stercus diuidito ſic: Partem dimidiam in ſegetem, vbi pabulum ſeras, inuehito. Cato 36 Quae ſegetem ſtercorant. Stercus columbinum ſpargere oportet in pratum, vel in hortum, vel in ſegetem. *Et* 37 Hordeum, foenum Graecum, eruum, haec omnia ſegetem *(agrum frumentis poſtea conſerendum)* exſugunt, et omnia, quae velluntur. Nucleos in ſegetem ne indideris. — Ex ſegete euellito ebulum, cicutam *etc.* *Et* 38 *extr.* Virgas et ſarmenta, quae tibi vſioni ſupererunt, in ſegete comburito: vbi eas combuſſeris, ibi papauer ſerito. Varro R. R. 1, 6, 5 Segetes meliores exiſtimantur eſſe campeſtres, vineae collinae, ſiluae montanae. *Plenius* 1, 23, 5 Segetes frumentarias *vocat.* 1, 37, 4 Ad alia faciendi ſcrobes — ad alia arandum, aut fodiendum, vt ſi ſegetes inſtituas. *Et* 1, 50, 1 Stramenta relinquunt *deſecta* in ſegete. *Et mox* Stramenta ſtantia in ſegete relinquit. *de meſſe facienda ſermo eſt. Sunt plura, quae ad* 1, 29, 1 *collegit Pontedera, qui diligenter hanc* ſegetis *ſignificationem illuſtrauit, quod fecerat inter alios etiam Salmaſ. ad Solin.* p. 259, b C. *et ſatis copioſe Brouckhuſ. ad* Tib. 4, 1, 172 Tondeturque ſeges maturos annua partus, *vt tondetur caput (ſecundum) crines. Addimus e* Vet. Gloſſ. Seges ἄρουρα, ſegetibus ἀρούραις. ¶ 4 *Quid ſi in illo* Catonis oraculo de R. R. 5, 4 *et* Plin. 18, 24 ſ. 55 ſegetem ne defrudet: *intelligatur* ſeges *ipſum id, quod ſeritur, ſ. ſemen? Certe Gaecis eſt* κλέπτειν ἀπὸ τοῦ σπέρματος, *vt monui ad Catonem. Sed qui de ſemine furatur, eodem* ſegetem *i. agrum conſerendum defraudat. vid.* DEFRVDO *et* DEFRVGO. Plin. 18, 11. Segetes, quae interquieuere, fundunt roſam odoratiorem ſatiua: adeo terra non ceſſat parere. Foecundae ſegetis ſemina Lucan. 6, 521. Cic. in Orat. 48 Segetes foecundae et vberes, non ſolum fruges, verum herbas etiam effundunt inimiciſſimas frugibus. ¶ 5 *Metaphora conſueta eſt multitudo rerum eiusdem generis,* Clipeata ſeges virorum Ouid. Met. 3, 110. Ferrea ſeges ſtrictis horret mucronibus Virg. Aen. 12, 663. Claudian. de Hyſtrice 11 Stat corpore toto Silua minax, iaculisque rigens in praelia creſcit Picturata ſeges. Stimulorum ſeges Plaut. Aul. 1, 1, 6 *Conuicium ſeruile, in cuius tergo multi ſtimuli aut virgae haerere ſoleant.* Telorum ferrea ſeges Virg. Aen. 3, 45. Virum ſeges horruit denſis haſtis Virg. Georg. 2, 142. *de fratribus Cadmeis e dentibus draconis tanquam e ſemine enatis. De iisdem,* Virorum ſegetes ſeminibus iactis adoleſſe Ouid. Epiſt. 6, 31. *Alia metaphora, in quantum ſeges ager eſt.* Cic. pro Milon. 36 c. 13 Quid enim odiſſet Clodium Milo ſegetem ac materiam ſuae gloriae.

SEGETALIS, e. Apul. de Herb. 78 Gladiolus ſegetalis, *i. in ſegete creſcens.*

SEGESTA, *vel* SEGETIA, ae. f. [Σεγέςα] *Deae nomen.* Plin. 18, 2 Seiam a ſerendo, Segeſtam a ſegetibus appellabant: quarum ſimulacra in Circo videmus. Macrob. Saturn. 1, 16 Segetiam *vocat.* Auguſtinus Ciuitatis diuinae 4, 8 Sata, *inquit,* frumenta quamdiu ſub terra eſſent, praepoſitam voluerunt habere deam Seiam. Quum vero iam eſſent ſuper terram, et ſegetem facerent, deam Segetiam. Frumentis vero collectis atque conditis, vt tuto ſeruarentur, deam Tutilinam praepoſuerunt. *Poteſt etiam hoc nomen cum* Segeſtre *deduci a ſegerendo: vid. Voſſ.* Etymol. p. 462. DEAE SEGETIAE *eſt in numo* Saloninae Auguſtae: *quem ingenioſe, vt ſibi videbatur, interpretatus eſt Hard. ad Plin. l. c.* curiones Eduae Auguſtae Edicto Senatus Egnatio Gallieno Eg Triumphis Inſignem Arcum Erexere. *Hinc diſce, qui neſcis, ing viri.* ¶ 2 Segeſta, quae nunc appellatur, Oppidum cilia eſt, quod videtur Aeneas condidiſſe praepoſito ibi Egeſto, qui Egeſtam nominauit, ſed praepoſita eſt ei S litera, ne obſcoeno no appellaretur, vt factum eſt in Maleuento, quod Beneuentum dictu et in Epidamno, quod vſurpant Dyrrachium. *Haec* Feſtus. *Vid.* Plin 8. Cic. Verr. 4, 72 Segeſta eſt oppidum peruetus in Sicilia, qu Aenea fugiente a Troia — conditum eſſe demonſtrant, *etc.* *Su plura.*

SEGESTANVS, a, um. Adi. [Σεγεςανὸς] *Qui Segeſtam incolit* Verr. 4, 72 Segeſtani non ſolum perpetua ſocietate, *etc.*

SEGESTENSIS, e. *Aliud* Adi. Cic. Verr. 3, 83 Multo etiam i dentius in decumis Segeſtenſium verſatus eſt.

SEGESTRE, is. n. *vel* SEGESTRVM, i. n. [διφθέρα, στέγαστρον Gl.] *Quo aliquid inuoluitur.* Varr. de L. L. 4, 35 p. 39, 38 *de lectis a* Quod inuoluebant, quod fere ſtramenta erant e ſegete, ſegeſtria a labant, vt etiam nunc in caſtris: niſi forte a Graecis: nam στέγαστρον le Feſtus, Δέρις Graeci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus ſege Varro ap. Nonium Marcellum 1, 35 Lecticam quo inuoluebant, ſeg appellabant *al.* ſegeſtra. Paenula, ſi quaeris canteriu', ſeruu' ſegeſtr lior mihi quam ſapiens Lucil. ap. Non. 14, 13. *Conf.* SEGESTA. Pli 12 *de chartarum generibus,* Nam emporetica inutilis ſcribendo, in cris chartarum ſegeſtriumque vſum praebet, et ideo a mercatoribus c minata. Suet. Aug. c. 83 Auguſtum *refert* exercendi corporis cauſa d bulaſſe ſegeſtro, et lodicula inuolutum. Al. Seſtertio. *Vid. Caſaub. a Scalig. ad* Feſt. *et in Coniect. ad* Varr. p. 65. Voſſ. Etymol.

SEGETIA, *vid.* SEGESTA Dea.

SEGMEN, SEGMENTARIVS, SEGMENTATVS, SEGM TVM, *vid.* SECO.

SEGNESCO, ĕre. Cael. Aurel. Acut. 2, 18, 110 Segneſcentibu tis, *i. parcius fluentibus.*

SEGNIS, e. Adi. [βραδὺς, κυρίως δὲ ὁ ἀδρανὴς καὶ ἀργὸς Vet. Gl.] *Tar ignauus; cuius contrarium Ardens, qui feſtinans, et acuto ingenio eſt.* gnis *eſt* ſe *ſ.* ſine igne. *Vid. Scalig. Comment. ad* Aetnam, *Brouckh. a* bull. 2, 1, 20. *Burmann. ad* Nemeſ. Cyneg. v. 212. Virg. Aen. 3, 513 ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, et omnes Explorat ventos. Att. 8, 13 Ego ſi cui adhuc videor ſegnior fuiſſe, dum ne tibi videar, laboro. Segnes *opp.* promtis *ap.* Caeſ. B. C. 1, 3. Haud illo ſegnior Virg. Aen. 4, 150. Heu, Meliboee, iaces letali frigore ſegnis Nem Ecl. 1, 49. Ad credendum ſegnis Liu. 24, 13 *extr.* Cic Font. 7 c. 3. Segniores ad imperandum Poſthac caeteri ſint, quum vi eos oppugnari, quibus oppreſſis Populi Roman. imperiis, incolum non poſſit. Segnis et iacens Quinctil. 1, 3. Acta ſegnia, *ig* Ouid. Met. 12, 500. Animus ſegnis Plin. 11, 52. Anni ſe In *quibus nihil praeclari geſtum* eſt Ouid. ad Liuiam 449. Car ſegnis ſitu dureſcit Virg. Georg. 1, 72. Carduus ſegnis horr aruis, *qui retardare ſolet, quibus adhaereſcit, vt lappa* Virg. Georg. 1, Cic. de Legib. 2, 45 Terrae cultum ſegniorem ſuſpicor fore, ſi ad tuendam ferroque ſubiiciendam, ſuperſtitionibus aliquid acceſſ Dextra non ſegnis dare vulnera, h. e. Ad vulnera inferenda Ouid. T 5, 7, 19. Diſcordia non ſegnior domi Liu. 2, 43 *ad etymon al videtur. Cum igni comparari ſolet diſcordia.* Epiſtola non ſeg lenta mors Stat. Silu. 4, 4, 1. Exitus ſegnis Stat. Silu. 5, 3, Indoles ſegnis Tacit. Ann. 12, 26. Iter lucis non ſegne Valer. gon. 1, 788. Mens ſegnis ad laetitiam Ouid. ex Pont. 3, 4, 50. 25, 8 Suſpecta eſſe iam ſegnis mora eius deſierat. Moras ſegnes pere Virg. Georg. 3, 42. Mors ſegnis Liu. 40, 4. Otium Ouid. ex Pont. 1, 5, 43. Pes ſegnis Hor. Carm. 3, 12, 8. P ſegnior Liu. 3. Radii Nemeſ. Cyneg. v. 212. *i. qui faciunt ſe* Sopor ſegnis Lucan. 5, 689. ¶ 2 *Obſ.* Segnis, *cum Genitiuo.* Tac. An. 14 Inquietus animo, et occaſionum haud ſegnis. *Superl.* Lana ſegniſſimi poris excrementum Apul. Apol. 1 p. 310. Segne, *aduerbialiter.* differendum, nec agendum ſegne, ratus Ammian. 21, 10 *pr.*

SEGNITIES, ēi: *vel* SEGNITIA, ae. f. [νωθρότης, ῥαθυ Tarditas ac negligentia ad agendum, *inquit,* Donatus: *quod, vt ait* Fe ſit ſine nitendo quid vtile et honeſtum: *cui quidem etymologiae longe ferimus alteram, q. d.* ſe igni, *ſine igne.* Plaut. Trin. 3, 3, 67 In hu modi negotio diem ſermone terere, ſegnities mera eſt. Ter. Andr. 1, Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiae, neque ſocordiae. Cic. de 1, 5 c. 2 Rudem enim eſſe omnino in noſtris Poëtis aut inertiſſimae ſe tiae eſt, aut faſtidii delicatiſſimi. *Pro ſtupiditate, vecordia, ap.* Suet. Cla 5. *conf.* Plaut. Trin. 3, 3, 67. Mela 1, 5. Colum. 9, 5. Cic. de Orat. 185 Et niam de imprudentia dixi, caſtigemus etiam ſegnitiem hominum atq ertiam. Sera ſegnities Virg. Aen. 2, 374. *i. tarda, ſero agens quod eſt.* Immunda ſegnities, *vid.* IMMVNDVS. Segnities v Quinctil. Decl. 12, 11 p. 252. *quod atrocitati rei ſignificandae impar* Plin. . . . Hinc negligentia cultorum, hinc agrorum ſegnities. *i. rilitas. Sic tranſlatum ex Perotto. Forte ex memoria citauit quod eſt* Segnitiem priores domini pro emtore eſſe arbitrantur. Nihil eſt dan ſius deſerto agro.

SEGNITAS, antiquis pro Segnitia. Acc. Aenead. *apud* Non. 2, Eo nunc quod eorum ſegnitate ardet focus. *Vid. Nonium, ſi plura deſid* Et quoniam de impudentia dixi, caſtigemus etiam ſegnitatem homin atque inertiam Cic. de Orat. 1 c. 41. *Sed al.* Segnitiem.

SEGNĬTER. Adu. [νωθρῶς] Liu. 2, 58 Segniter, otioſe, negligen contumaciter, omnia agere, nec pudor, nec metus coërcebat. Plin. 14, ſegniter vita in eo elaborauit Virg. Aen. 9, 441. Mitis et iniuriam ſegni laturus Tac. Hiſt. 2, 71, 3. Poſiti artus ſegniter Stat. Silu. 4, Segnius oppugnare Liu. 40, 27. Segnius irritant animos demiſſa aures Hor. de Arte Poët. 180. Ire non ſegnius ſagitta Scythica Ou Met. 10, 588. Nihilo ſegnius Nepos 14, 3, 5. Liu. 7, 18. Salluſt. Iug 75. Curt. 4, 6, 25. *Multis auctorum in locis Heinſ. pro* non ſegn *emendat* non ſecius: *vid. ad* Ouid. Met. 2, 809. Segniſſime torp Caſſiod. Edict. 1, 35.

SEGNE, *pro Segniter ex* Ammian. 21, 10. *dedimus in* SEGNIS.

SEGNĬPES, ĕdis. c. [νωθρόπους] *Qui tarde incedit.* Iuuen. Sat. 8, Tritoque trahunt epirhedia collo Segnipedes.

SEGRĔGO, āre. [ἀφορίζω ἐκκρίνω] *Ab aliorum numero, vel ſocietat grege ſeparare.* Ter. Andr. 1, 5, 56 Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreg neu deſeras: *de coniugio promiſſo.* Segregare e ſenatu aliquem Pla Moſtel. 5, 1, 9. Ab agmine ſemet ſegregare Stat. Theb. 12, 184. iungi et ſegregari Lucret. 1, 453. Segregare ab ſe culpam vel ſuſ ciones Plaut. Trin. 1, 2, 42. Cic. pro Arch. 4 c. 2 Quod ſi mihi a

bi tribui, concedique ſentiam, perficiam profecto, vt hunc A. Licini u non modo non ſegregandum, quum ſit ciuis, a numero ciuium, verum etiam, ſi non eſſet, putetis aſciſcendum fuiſſe. Virtutem ſegregare a ſummo bono Cic. de Fin. 3, 30. Pugnam ſegregare Liu. 1, 25 Seorſim congredi cum ſingulis. Sermonem ſegregare, *non loqui*, *loqui deſinere* Plaut. Milit. 3, 1, 61. Idem Poen. 1, 2, 136. Segrega ſermonem: taedet. *h. e. Tace.* Seque gregari, *pro Segregarique apud* Lucret. 1, 453 Diſſidio potis eſt ſeiungi, ſeque gregari.

SEGREGATVS, a, um. Part. Vita ſola relicta, comitatu pulcherrimo ſegregata Cic. Tuſc. 5 c. 28.

SEGRĔGIS, *an* SEGREX? *Nondum enim prima poſitio inuenta eſt*, *...entus a grege ſeparatus*, *ſolitarius*, *ſoliuagus*. Sen. de Benef. 4, 18 Quaecunque vaga naſcuntur, et actura vitam ſegregem, armata ſunt: hominem —— nudum et infirmum ſocietas munit. *Heliam* fragore ab omni remotum ac ſegregem Prudent. Cathem. 7, 28. Segrege regno Id. Hamart. v. 66. *i. ſeparato. conf. ibid.* 803. Ciuitates ſitu ſegreges Sidon. Epiſt. 9, 3. *Audacter* Sen. Hippol. 1208 Qui noua natum nece Segregem ſparſi per agros. *i. diſcerptum a monſtro.*

SEGRĔGVS, a, um. Auſon. Parent. Carm. 9. Ipſe tuo viuens ſegregus arbitrio.

SEGREGĀTIM. Adu. Prudent. in praef. Hamart. v. 39. Et ſegregatim numen aeternum colens. *Add.* Cod. Theod. l. 16 t. 3.

SEGREGATIO, ōnis. f. Tertull. de Anim. 42.

SEGREGATOR, ōris. m. Idem.

SEGVLLVM, i. n. Plin. 33, 4 ſ. 21 Aurum qui quaerunt, ante omnia ſegullum tollunt, ita vocatur indicium. Alueus hic eſt, arenaeque lauatur, atque ex eo, quod reſedit, coniectura capitur. *Secundum haec* Segullum *putabimus eſſe foſſam, vel egeſtam humum lauandi cauſa, vt appareat habeatne aliquid diuitis metalli.*

S E I

SEIA, et Segeſta, *Dearum apud veteres nomina, de quibus ſic* Plinius ... Seiamque a ſerendo, Segeſtam a ſegetibus appellabant, quarum ſimulacra in circo videmus. *vid.* SEGESTA.

SEIA *Gens Romae, unde ductum*

SEIANVS Aeliorum *quorundam cognomen. Nobiliſſimus ille Tiberii amicus, de quo praeter* Tacitum Sueton. Tiber. c. 48, 61 *et* 62. Iuuen. Sat. 10, 66 —— Seianus ducitur vnco Spectandus. ❡ 2 Seianus equus *a primo poſſeſſore* Cn. Seio *dictus, cuius domini omnes infelices. Hiſtoriam copioſe narrat ex* Gabio Baſſo *et* Iulio Modeſto, Gell. 3, 9 *Cl... lit narrationem*, Hinc prouerbium de hominibus calamitoſis ortum, dicique ſolitum: *Ille homo habet equum Seianum.* Eadem ſententia eſt illius quoque veteris prouerbii, quod ita dictum accepimus, *Aurum Toloſanum, etc. Talem agrum fingit* Staſimus *ille* Plautinus Trin. 2, 4, 133: Neque vnquam quiſquam eſt, quoius ille ager fuit, Quin peſſime ei res verterit, quoiam fuit. Alii exulatum abierunt, alii emortui: Alii ſe ſuſpendere. Hem! nunc hic, cuius eſt Vt ad incitas redactus, *etc.*

SEIVGI, ſiue SEIVGES. m. pl. [ἑξιπποι] *dicuntur Equi ſeni ad vnum currum iuncti.* Apuleius in Floridis 3 Vni cui omnes prouinciae, quadriiuges et ſeiuges currus vbi gentium ponere gratulantur. Plin. 34, 5 Se... m hoc, et in his non niſi a diuo Auguſto ſeiuges, ſicut et elephanti. *Sed* ❡ Seiuges gentes ad vnum morem coniugare Solin. c. 10 *i. ſeparatas.*

SEIVGĀTVS, a, um. *Idem quod ſeiunctus. Verbum* SEIVGO *dicitur eſſe apud* Solinum. Cic. de Diuin. 1, 70 c. 32 Humani autem animi eam partem, quae ſenſum, quae motum, quae appetitum habeat: ... eſſe ab actione corporis ſeiugatam. Si ſpiritus corpore ſemel fuerit ſeiugatus Apul. Met. 6 p. 180.

SEIVGATIO, ōnis. f. Auguſtin.

SEIVNGO, nxi, nctum, ĕre. [διαχωρίζω] *Disiungere, ſeorſum ponere, ſeparare.* Cic. Fam. 1, 9 Tibi autem multo notior atque illuſtrior meus in te animus eſſet, si hoc tempore omni quo ſeiuncti fuimus, et vna et ... omae fuiſſemus. Diſcidio perniciali ſeiungi Lucret. 1, 453. Seiungendus ab Antonio Cic. Att. 15, 12 *extr.* Fortunam nemo ab inconſtantia et temeritate ſeiunget Cic. N. D. 3 c. 24. Dummodo iſta tua priuata ſit calamitas et a reip. periculo ſeiungatur Cic. Catil. 1 c. 9 Id. Acad. 1, 7 c. 2 Quid ſit illud verum et ſimplex bonum, quod non poſſit ab oneſtate ſeiungi. A ſpe pariendarum voluptatum ſeiungi non poteſt Cic. de Finib. 1, 33.

SEIVNCTVS, a, um. Partic. [διεζευγμένος] Propert. 2, 16, 23 Dolor ... iunctus abeſt corpore Lucret. 2, 18. Etſi ſeiunctum a re propoſita ... it Nep. 16, 3, 1. Nullam ſeiunctam ſibi ab eo vult eſſe fortunam Nep. 25, 10, 5. Seiunctum et ſecretum a corpore Lucret. 1, 432. Se... ota, et ſeiuncta a rebus noſtris Lucret. 1, 59.

SEIVNCTIO, ōnis f. [διάζευξις] Cic. de Orat. 3, 201 c. 53 Propoſitio ... e quid ſis dicturus, et ab eo quod eſt dictum ſeiunctio, et reditus ad propoſitum, et iteratio, et rationis apta concluſio.

SEIVNCTIM. Adu. Multa cauernoſo ſeiunctim carcere grana Strabo Ga... *de cucurbita.*

S E L

SELAS, ătis. n. [σέλας] Selas Graeci vocant incenſi aëris lucem Apul. de Mundo p. 63. *conf.* Sen. Qu. Nat. 1, 15.

SELĀGO, ĭnis. f. Herba Sabinae ſimilis. Legitur ſine ferro dextra manu per tunicam, qua ſiniſtra exuitur, velut a furante, candida veſte veſtito, pureque lotis nudis pedibus, ſacro facto prius quam legatur, pane vinoque. Fertur in mappa noua. Hanc contra omnem perniciem habendam prodidere Druidae Gallorum, et contra omnia oculorum vitia fumum eius prodeſſe Plin. 24, 11. ſ. 62.

SELECTIO, SELECTVS, *vid.* SELIGO.

SELENION *it.* SELENOGONON, i. n. [σελήνιον, σεληνόγονον] *herba*, Poeonia *alias dicta*, Apul. de Herb. 64.

SELENITES, ae. m [σεληνίτης] Gemma in Arabia naſcens, ex candido translucens melleo fulgore imaginem Lunae continens, reddentque in dies ſingulos creſcentis minuentisque numero Plin. 37, 10. Solin. c. 40.

SELENITIVM, i. n. Hederae genus, cuius eſt minor acinus, ſparſior racemus Plin. 16, 34.

SELENVSIVM, i. n. *praecipuum genus tritici.* Plin. 18, 7.

SELEVCIA, ae. f. [Σελεύκεια] *Multarum vrbium nomen a* Seleucis *vel conditarum, vel appellatarum certe. Nobilis praeſertim prima Syriae ad Orontem.*

SELEVCIĀNVS, a, um. Adi. Cic. Att. 4, 18 Perſpice aequitatem animi mei et ludum, et contemtionem Seleucianae prouinciae. *Macedoniam intelligit I. F. Gronouius a Seleuco Nicatore, victore Lyſimachi dictam.*

SELEVCIDES, Aues vocantur, quarum aduentum ab Ioue precibus impetrant Caſſii montis incolae, fruges eorum locuſtis vaſtantibus. Nec vnde veniant, quoue abeant, compertum, nunquam conſpectis, niſi cum praeſidio earum indigetur. *Haec* Plin. 10, 27.

SELEVCVS, i. m. [Σέλευκος] *Vnus ex principibus amicis Alexandri, qui poſt Alexandri mortem primus in Syria regnauit. Cuius deinde nomine vſi poſteri* SELEVCIDAE, *cognominibus* Callinici, Cerauni, Philopatoris *diſtincti*, *quemadmodum ipſe gentis conditor* Nicator *a victoriis dictus eſt. Vid.* Iuſtin. 13, 4. 15, 4 *etc.* ❡ 2 *Citharoedi nomen apud* Iuuen Sat. 10, 211.

SĔLĪBRA, ae. f [ἡμίλιτρον] *Dimidia libra.* Plin. 14, 16 Malobathri ſelibris in muſti congios duos additis. Liu. 5, 74 Selibra farris. Gell. 7, 18 Darent argenti pondo libram ſcilicet et ſelibram. Farinae Cato R. R. c. 84. *Add.* Colum. 12, 5. Suet. de Grammat. c. 11. *Fit autem* ſelibra *e* Semi libra, *per ſyncopen: et primam contra naturam originis breuem habet. Certe ſic* Martial. 5, 20 Saturnaliciae ligulam miſiſſe ſelibrae. *Et* 4, 46 Et turis, piperisque tres ſelibrae. Argenti libram mittebas: facta ſelibra eſt Martial. 10, 57.

SELICASTRVM, SELIQVASTRVM, SILIQVASTRVM, (*his enim modis ſcriptum inuenitur*) i. n. [δίφρος, καθέδρα] *Sedile anguſtius, arbitror, et vilius: idque ex diminutiua et vilitatem indicante terminatione colligo.* Feſtus, Seliquaſtra antiqui generis, appellantur D litera in L conuerſa, vt etiam in *ſella* factum eſt, et *ſubſellio*, et *ſolio*, quae non minus a *ſedendo* dicta ſunt. *Ipſe* Varro de L. L. 4, 28 p. 3., 6 Ab ſedendo appellantur Sedes, Sedile, Sedum (*forte* Solium) Sellae, Seliquaſtrum. (*Sciopp.* Siliquaſtrum). Arnob. adu. Gentes 2 p. 59 Quid arquata ſi Sellula, acus, ſtrigilis, pollubrum, ſiliquaſtrum, trulla, Caucicula. Paullus L. 4 D. de ſupellect. leg. Rhedae et Seliquaſtra ſupellectili adnumerari ſolent. *Sic Haloander ex Cod. Norico. Sed Florentina lectio* Sedularia. *Aliquoties vſus eſt* Hyginus in Poët. Aſtron. Nempe 2, 10 de Caſſiepeia, pro quo facto inter ſidera, ſedens in ſiliquaſtro conſtituta eſt: quae propter impietatem, vertente ſe mundo, reſupinato capite ferri videtur. *A* ſiliqua *hic deriuat Schefferus, et a* Selicaſtro *diſtinguit, intelligitque inſtrumentum cauum, cui poenae cauſa, vt granum in ſiliqua incluſa ſit Caſſiepeia. Sed Graeci* δίφρον *et* καθέδραν *vocant; picturae antiquae reclamant; ſatis poenae eſt, quod reſupinato capite fertur. Sedile appellat* Hyginus *reliquis locis*, 2, 9 Caſſiepeia ſedens in ſiliquaſtro collocata eſt, cuius ſedilis, et ipſius Caſſiepeiae pedes poſiti in ipſa circumductione circuli —— Capite cum ſedili reſupina ferri perſpicitur. Add. 4, 6 *ubi itidem* ſedile *vocatur. Hoc, puto, manet, eſſe Sedile non honoris, ſed neceſſitatis. Vetus pictura in* ſcholiaſte Germanici *alligatam facit ad iugum poſt ſellam conſtitutum, ex duabus furcis et transuerſario tigillo conſtans.*

SELĬGO, ēgi, ectum, ĕre. [ἀποκρίνω] *Seorſum legere, ſecernere.* Cic. in Orat. 103 c. 29 Quae exempla ſelegiſſem, niſi vel nota eſſe arbitrarer, vel poſſe eligere qui quaererent. Idem in Orat. 47 c. 15 Nec vtetur vero imprudenter hac copia, ſed omnia expendet et ſeliget. *Et* de Finib. 3, 23 c. 6 Sed hoc quaſi vltimum, quale nos ſummum in vita bonum dicimus: illud autem vt feriat, quaſi ſeligendum, non expetendum. Ouid. Amor. 3, 11, 49 —— tu ſelige tantum.

SELECTVS, a, um. Partic. *vt*, Selectae, breuesque ſententiae *Epicuri*, quas appellabis κυρίας δόξας Cic. de Nat. Deor. 1, 85 c. 30. Pectora ſelecta, patres Ouid. Faſt. 5, 71. Selecti DI *quidam dicebantur.* Auguſt. de C. D. 7, 1 Fieri poteſt, vt ſaltem Deos ſelectos atque praecipuos, quos Varro volumine complexus eſt vltimo —— quiſquam colendos —— opinetur. Qua in re non dico, quod facetius ait Tertullianus fortaſſe quam verius, ſi Dî ſeliguntur vt bulbi, vtique caeteri improbi iudicantur. ——— Sed animaduertendum potius, quinam iſti ſint, et ad quam rem ſelecti videantur. *Deinde* c. 2 Hos certe deos ſelectos Varro vnius libri contextione commendat, Ianum, Iouem, Saturnum, Genium, Mercurium, Apollinem, Martem, Vulcanum, Neptunum, Solem, Orcum, Liberum patrem, Tellurem, Cererem, Iunonem, Lunam, Dianam, Mineruam, Venerem, Veſtam: in quibus omnibus ferme viginti duodecim mares, octo ſunt feminae *etc. Sunt enim pluſcula.* Selecti iudices, *triplici ratione dicuntur, primo a Praetore lecti omnes in decurias iudicum. Ita accipit* Cic. pro Cluent. 121 c. 43 Deinde Praetores tantum vrbani, qui iurati debent optimum quemque in ſelectos iudices referre. *Ita* Hor. Serm. 1, 4, 123 Habes auctorem, quo facias hoc, Vnum ex iudicibus ſelectis obiiciebat. *Huc referas* Cic. Verr. 2, 32 c. 13 Caeterarum rerum ſelecti iudices ex ciuium Romanorum conuentu proponi ſolent. *De omni genere iudicum, quorum copia in prouincia haberi poteſt, agitur. Deinde* Aſcon. Pedian. in Act. 1 in Verr. c. 6 Selectos iudices *illos vocat, qui facta rei actione ab ipſis litigatoribus* ſelecti *fuerant. Denique euerſa rep.* Selecti iudices *dicti, qui Senatorii ordinis erant, vt* iudices *peculiariter, qui equeſtris. Docet hoc* Plin. 25, 2 Decuriae quoque ipſae pluribus diſcretae nominibus fuere: Tribunorum aeris (*ex plebe*) et Selectorum, et Iudicum. *Triplicem illam rationem huius appellationis declarauit recte et erudite Io. To. Krebſius, quem laudauimus voce* IVDEX.

SEMĬVIR, ĭri. m. [ἡμιάνηρ] *De centauro.* Ouid. Epiſt. 9, 141 Semiuir occubuit vi, Lerniferoque veneno Neſſus. Semibouemque virum, ſemiuirumque bouem Ouid. A. A. 2, 24. *de Effeminato.* Phryx ſemiuir Virg. Aen. 12, 99. *de Paride.* Semiuiri poterant qualia ferre Phryges Martial. 9, 21. *de ſacerdotibus Cybeles.* Liu. 33, 28 Errare vt ait homines, qui tam atrocem caedem pertinere ad illos ſemiuiros crederent. Virg. Aen. 4, 215 Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu. Ouid. Met. 4, 386 Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde Semiuir, et tactis ſubito molleſcat in vndis. Chorus ſemiuir Sil. 17, 20. *de ſacerdotibus Cybeles.*

SEMIVIRIDIS, e. Adi. ἡμίχλωρος, ἡμιθαλής Vet. Gl.

SEMIVĪVVS, a, um Adi. [ἡμιζωής] Cic. in Piſon. 31 Qui non admurmuratione, ſed voce et clamore abiecti hominis et ſemiuiui, *etc.* Idem Verr. 1, 45 Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, Populi Romani ſocium atque amicum, fumo excruciatum, ſemiuiuum reliquit. Semiuiuum recreare ſtuduit Nep. 18, 4, 4. Cic. pro Sext. 126 c. 59 Et quum erat reclamatum ſemiuiuis mercenariorum vocibus, *etc.*

SEMIVOLVCRIS, e. Adi. Triclinium ſemiuolucrium puellarum Symmach. 1, 47. *i. Sirenum.*

SEMIVNCIA *vel* SIMVNCIA, ae. f. [ἡμιογκία] Perſ. Sat. 5, 121 — Sed nullo ture litabis, Haereat in ſtultis breuis vt ſemuncia recti. Auri Cic. Verr 4 c. 25. *vnde annulus conficitur.* Id. pro Caecin. 17 Facit haeredem ex deunce et ſemuncia Caecinnam. Columel. 5, 1 Pars viceſima quarta, pedes mille ducentos. hoc eſt

ſem-

ſemuncia, in qua ſunt ſcrupula duodecim. *Conf.* Colum. 6, 38. Cato R. R. c. 10. Frontin. de Aquaed. *paſſim.*

SEMVNCIĀLIS, e. Adi. [ἡμιυγκαῖος] Plin. 33, 3 Mox lege Papiriana ſemunciales aſſes facti. Solin. 56 Vniones ſemunciales.

SEMVNCIARIVS, a, um. Adi. [ἡμιυγκιάριος] *Idem.* Liu. 7, 27 Semunciarium tantum ex vnciario foenus factum.

SEMIVSTVS *vel* SEMVSTVS, a, um. Adi. Liu. 22, 44 Se populare incendium priore Conſulatu ſemiuſtum effugiſſe. *Vid.* AMBVSTVS n. 2. Cadauer ſemiuſtum Suet. Domit. c. 17. Caſtra ſemuſta Sil. 17, 104. Semuſta Fax Ouid. Faſt. 4, 167. Pauca tectorum Veſtigia lacera et ſemiuſta Tac. Ann. 15, 40, 4.

SEMIVSTVLANDVS, a, um. Adi. [ἡμιοπτιτέος] Suet. in Tiber. c. 75 Corpus vt moueri a Miſeno coepit, conclamantibus pleriſque Atellam potius deferendum, et in amphitheatro ſemiuſtulandum, Romam per milites deportatum eſt, crematumque publico funere.

SEMIVSTVLĀTVS, a, um. Adi. [ἡμίοπτος] Cic. pro Milon. 34 c. 13 Tu P. Clodii cruentum cadauer eieciſti domo, tu in publicum eieciſti, tu ſpoliatum imaginibus, exequiis, pompa, laudatione, infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum, nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti. Corpus Prudent. Periſteph. 2, 348. Nauicularius Varro *ap.* Non. 4, 76. *de fulmine tacto.*

SEMVSTVS *vel* SEMIVSTVS, a, um. Adi. [ἡμίκαυστος] *Vt,* Corpus ſemuſtum fulmine Virg. Aen. 3, 578. Membra ſemuſta Lucan. 9, 3. *legitur* Semiuſta. Fax ſemuſta Ouid. Faſt. 4, 167. Robora ſemuſta Lucan. 8, 745. *al.* Semiuſta.

SEMIVVLSVS. Martian. Cap. 1 p. 5.

SEMISSIS, is. m. [ἥμισυ] *Idem quod* Semias, *i. as dimidius, vel dimidiatus adeo: in primis vbi de numis ſermo eſt. Nominatiuum non puto exſtare, ſiue ille* Semis *fuerit, pro* Semias, *ſiue ſimilis Genitiuo.* Cic. Att. 15, 29 Sed ſicubi inciderit, de Tulliano ſemiſſe M. Axianum adhibebis, vt ſcribis. *Hic de parte dimidia cuiuscunque ſummae intelligi poteſt, hereditatis, pretii rei venditae, aeris alieni etc.* De Semiſſibus aureorum *dignus qui hic quoque legatur locus* Lampridii Alexandro 39 Vectigalia publica in id contraxit, vt qui decem aureos ſub Heliogabalo praeſtiterant, tertiam partem aurei praeſtarent, hoc eſt triceſimam partem. Tuncque primum ſemiſſes aureorum formati ſunt: tunc etiam quum ad tertiam partem aurei vectigal decidiſſet, tremiſſes (*i. trientes*): dicente Alexandro etiam quartarios (*quadrantes*) futuros, quod minus non poſſet, quos quidem iam formatos in moneta detinuit, exſpectans, vt ſi vectigal contrahere potuiſſet, et eos ederet. Sed quum non potuiſſet, per publicas neceſſitates, conflari eos iuſſit, et tremiſſes tantum, ſolidosque formari. Formas binarias (*binorum aſſium etc.*) ternarias, quaternarias, et denarias etiam atque amplius vsque ad bilibres quoque et centenarias, quas Heliogabalus inuenerat, reſolui praecepit, neque in vſu cuiusquam verſari. atque ex eo iis materiae nomen inditum eſt: quum diceret plus largiendi hanc eſſe imperatori cauſam, ſi quum multos ſolidos minores dare poſſet, dans decem vel amplius vna forma, triginta et quinquaginta et centum dare cogeretur. *Ergo* Semiſſis *eſt pars dimidia,* binarius *alterum tantum.* Cic. pro Sext. 55 c. 25 Sed ab vno gladiatore innumerabilia alia noua conſcriberentur: vt remiſſis ſemiſſibus et trientibus, quinta prope pars vectigalium tolleretur. *Soluebantur in modios frumenti* ſemiſſis *et* quadrans, *qui* dextantem *efficiunt: ſed numus* dextans *nullus erat, vt qui* dextantem *deberet, neceſſario* ſemiſſem *dare et* quadrantem *cogeretur. Hos* ſemiſſes *et* quadrantes *cum remitteret populo Clodius, in eam rem quinta fere pars Populi Rom. impenſa eſt, i. vectigalia quinta parte minuta ſunt.* Cic. Fam. 5, 10 Simius, non ſemiſſis homo, contra me arma tulit, et eum bello cepi. Semiſſis *eſt Genitiuus, vt dicitur homo nullius pretii.* Vſura *dicitur* ſemiſſis, *quoties de centum numis numus* ſemis *vſurae nomine in ſingulos menſes percipitur: qui ſunt in annos ſex integri. vid.* AS n. 1. *it.* VSVRA. Cic. Fam. 5, 6 Omnino ſemiſſibus magna copia eſt: *i. qui* ſemiſſes *vſuras ſoluere vult, et alioqui bonum nomen habetur, qui inuenire mutuam poteſt pecuniam, quantam vult.* Plin. 14, 4 Vſura ſemiſſibus ciuilis et modica eſt. Scaeuol. in l. Qui ſemiſſes D. de vſur. et fructib. Qui ſemiſſes vſuras promiſerat, *etc. Eſt etiam hoc nomine inſtrumentum veterinarium, cuius* AS *videtur* Cyclus: *de quo* Cyclo Veget. Mulom. 2, 5, 3. *et* 2, 6, 11. Vritur ad menſuram ſemiſſis Veg. 3, 41, 3. *Et* 2, 11, 4 Semiſſe inuris cauterio. *Hinc eſt* Semiſſare.

SEMISSĀLIS, e. Adi. Modeſtin. in l. Septitia D. de pollicitat. Septitia certamen patriae ſuae pollicendo, ſub hac conditione pollicita eſt, vti ſors apud eam remaneret, et ipſa vſuras ſemiſſales ad praemia certantium exſolueret. Termini ſemiſſales *memorantur apud* Frontin. de Coloniis p. 113 *pr. Goeſ. in Var. Lect. et* p. 131 *med.* Colonia Spoletina — terminis lapideis longis, quos ſemiſſales vocant, *an ad* ſemiſſem *perticae refertur?*

SEMISSO, āre. Veget. de Re Vet. 1, 26, 4 Semiſſantur pedes equorum, *i.* ſemiſſe cauterio, *de quo modo dictum, poſt venaeſectionem inuruntur. Add.* 1, 38, 9.

SEMISSARIVS, a, um. Adi. Florentinus in l. Legatum 116 De legat. 1 A coherede vero ſemiſſario duobus extraneis concurrentibus non amplius tertia parte. *i. qui eſt heres ex* Semiſſe.

SEMITOGIVM, i. n. Breuis et quaſi dimidiata toga, a quo Semitogatus, ἡμιτίβεννος.

SEMIVOCĀLIS, e. Adi. [ἡμίφωνος Gloſſ. Gr. Lat.] *Literarum quarundam appellatio, quod proxime ad Vocalem ſono accedant: quarum numero ſex ſunt, vel ſeptem.* Priſcian. 1 p. 540 *med.* Sunt ſeptem ſemivocales, quae ita proferuntur, vt inchoënt ab e litera, et deſinant in naturalem ſonum, vt ef, el, em, en, er, es. Sed ix ab i inchoat *etc.* Mutae autem a ſe incipientes, et in e Vocalem deſinentes, exceptis k et q. Martian. Capella 1 p. 54 ſex memorat, demto x. *Lepide, vt ſolet, ad rem ruſticam transfert illam rationem Grammaticorum* 1, 17 Alii in tres partes (*diuidunt*) inſtrumenti genus — Vocale, in quo ſunt ſerui; ſemiuocale, in quo ſunt boues; mutum, in quo ſunt plauſtra.

SEMIVOCABĬLIS, e. Adi. *Idem.* Vet. Interpr. Irenaei 1, 10 Literae inloquibiles nouem: octo ſemiuocabiles.

SEMIZONARIVS, i. m. *Qui ſemizonia, ſiue* ſemicinctia *conficit.* Plaut. Aul. 3, 5, 42 Strophiarii adſtant, ſemizonarii, *etc. Alii legunt* Semiſonarii.

SEMĬTA, ae. f. [τρίβος, ἄτραπος] *Quaſi* Semiiter, *arcta via.* Martial. 7, 60 Iuſſiſti tenues, Germanice, creſcere vicos, Et modo quae fuerat ſemita, facta via eſt. De via in ſemitam degredi Plaut. Caſ. 3, 5, 40. Idem Caſ. 1, 33 Poſt id locorum, quando ad villam veneris, dabitur tibi amphora vna, et vna ſemita, fons vnus, *i. via aſſignabitur vna, qua eas, redeas. Nam Meurſiana emendatio* ſemina, *i.* h na, *licet condones illi de quantitate, ad ſenſum profecto non eſt neceſ* Caeſ. Bell. Gall. 7, 27. Anguſtiſſimae ſemitae Cic. Agrar. 2 Cedere ſemita Sen. Epiſt. 64. Ferri ſemitis Quinctil. Cic. Verr. 2, 57 c. 23 Attendite, iam intelligetis, hanc pecuniam via modo viſa eſt exire ab iſto, eadem ſemita reuertiſſe. Qua *et* e *aduerbialiter ponuntur.* Pecunia exiit via, *publice, aperte;* redi mita *clanculum, ſine ſtrepitu.* Rara per occultos ducebat ſe calles Virg. Aen. 9, 383. *Hinc metaph.* Semita certe tranq per virtutem patet vnica Vitae Iuuenal. 10, 363. *Imitatur* Epiſt. 1, 18, 103 An ſecretum iter, et fallentis ſemita vitae? *ſpiciunt ad Graecum illud* λάθε βιώσας. In ſemitam rectam de reuerti, metaphorice dicitur a Plauto Caſin. . . Nunc pol ego de in rectam redii ſemitam. Spumea ſubſequitur fugientis ſe claui Valer. Argon. 2, 430. *i. Veſtigium gubernaculi nauis abe Praecedit enim,* Iam remi rapuere ratem, iam flumina portant. lox ſemita Lunae, pigra Saturni, *i. Curſus, vel motus* Claud. P Stilic. 2, 438. *Semitae ſunt in vrbe, qui* Limites *etiam d tur. Inde*

SEMITĀLIS, e. Adi. Semitales dii, *Semitarum praeſides. ctor Iambici,* de Sabino in Catalectis p. 89 Neque vlla vota ſem bus Deis Sibi eſſe facta.

SEMITARIVS, a, um. Adi. *Qui ſemitas percurrit.* Catu Contubernales ſ. 35, 15 Omnes puſilli et ſemitarii moechi, *qui vul ſcorta et in ſemitis proſtituta ſectantur. Conf. Turneb. Adu.* 13, 1

SEMĬTO, āre. *Eo modo dictum, quo* Limitare, *h. e.* Semita, *eſt* Limite *anguſtior via diſtinguere.* Plin. 17, 22 ſ. 35, 7 Vineas tari decumano XVIII pedum latitudinis ad contrarios vehicul tranſitus, aliisque transuerſis limitibus denûm pedum diſtingui pe dia iugera. Aut ſi maior modus ſit, totidem pedum cardine quo cumano limitari. Semper vero quintanis ſemitari, hoc eſt, vt q quoque palo ſingulae iugo paginae includantur. *Sic vetuſtae nes et MSS. quod male, a Gelenio arbitror, mutatum in* ſeminari *nul ſu, quantumuis laboret Harduinus.*

SEMITĀTVS, a, um. Adi. *Diuiſus in ſemitas.* Martial. Caluam trifilem ſemitatus vnguento. *Alii legunt* Segmentatus *ſub* SECO.

SEMITATIM. Adu. Titinnius *apud* Soſipatrum 2 p. 194 atque effugi ſemitatim. *Vid. Turneb. Adu.* 3, 20.

SEMIVIVVS, SEMIVSTVS, *et caetera a* Semis *comp vid. in* SEMIS.

SEMNESERTEVS *ſ.* SENNESERTEVS, i. m. *Rex pti, quo regnante Pythagoras nauigauit in Aegyptum.* Plin. 36, 9 tem obeliſcus, quem Diuus Auguſtus in circo magno ſtatuit, e eſt a rege Semneſerteo, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit tum viginti quinque pedum, et dodrantis, praeter baſim eiusde pidis. Is vero, qui eſt in campo Martio, nouem pedibus minor, ſoſtride. Inſcripti ambo rerum naturae interpretationem Aegy rum opera Philoſophiae continent.

SEMNION, i. n. *Herba* a potentiae maieſtate *appellata, alias* ombrotion, Pauonis picturis ſimilis, odore eximio. Hanc a Perſa regibus comedi, aut bibi contra omnia corporum incommoda, i bilitatemque mentis commemorant. *Iſta* Plin. 24, 17.

SEMODIVM, i. n. ἡμιμόδιον Gloſſ. Lat. Gr.

SEMO, onis. *et* SEMONES, um. m. Pl. Fulgentius Ex Serm. ant. 11 Semones dici voluerunt deos, quos nec caelo adſc rent ob meriti paupertatem, ſicut ſunt Priapus, Epona, Vertum nec terrenos eos deputare vellent pro gratiae remuneratione, Varro in Myſticor. lib. *ait,* Semoneque inferius derelicto pennato attollam orationis eloquio. *Haec ille.* Cenſere bona ſecranda Semoni Sanco Liu. 8, 20. *Vid.* Ouid. Faſt. 6, 213. SANCVS.

SEMODIVS, i. m. [ἡμιμόδιος] *Quaſi* Semimodius. Iuue 14, 67 Et tamen vno Semodio ſcobis haec emundat ſeruulus Columel. 2, 11 *extr.* Martial. 7, 52 Semodiusque fabae cum ne picenarum. Plin. 18, 9 Praeterea floris ſemodium. Cato R. R. c. 10 *et* 40 *et* 162. Colum. 7, 5. Pallad. 1, 26.

SEMODIĀLIS, e. Adi. *Semodium continens. Vt,* Olla ſem lis Marcell. Emp. 16. Placenta ſemodialis Cato *de* R. 76 *extr.*

SEMŎVEO, ōui, ōtum, ēre. [ἀποκινέω] *Seorſum mouere.* Pl Aſin. 1, 3, 74 Culpa tua iſthaec, quae diſcipulum ſemidoctum a ſemoues. *Alii legunt* Amoues. Ter. Andr. 1, 5, 51 Acceſſi: ſemotae: nos ſoli. Cic. de Aruſp. Reſp. 26 c. 12 Itaque antea voce praeconis a liberis ſemouebantur, tuis ludis non voce manu liberos ſegregabant. A contemplatu mali ſemoue Ouid. Triſt. 5, 7, 66. *Alii legunt* Submoueo. Cic. Acad. Nam Strato eius auditor, quamquam fuit acri ingenio, tamen diſciplina omnino ſemouendus eſt. Idem de Orat. 3 c. 5 N res lumen habere poſſunt, ſi Verba ſemoueris. Voluptas e tur ſemouenda, non ſolum vt recta ſequamini, ſed etiam vt loq ceat frugaliter Cic. de Fin. 2, 39.

SEMŌTVS, a, um. Partic. [ἀποκινηθεὶς] *Vt,* A curis ſe Lucret. 1, 46. Arcana ſemotae Dictionis A. Dial. de Orat. Sententiis ſemotis Cic. de Fin. 2, 44. *Compar.* Lactant. 5, 1 hil a ſapientis ratione ſemotius.

SEMOTE. Adu. *Separatim.* Plin. Valer. 3, 4 Terere ſemot

SEMPER. Adu. Temporis. [ἀεὶ, αἰεὶ, εἰσαεὶ, διαπαντὸς] Andr. 4, 5, 27 Recte ego ſemper fugi has nuptias. Cic. Tu 53 c. 23 *pr.* Quod ſemper mouetur, id aeternum eſt. Idem O 31 Ea quum tempore commutantur, commutatur officium, et ſemper eſt idem. Apul. Flor. p. 357, 7 Vti laudes benefac — vbique gentium ſemper annorum repraeſentet. *Cum nominibus Adiectiuis pariter et Subſtantiuis interdum ita iung vt vnam dictionem efficere videatur: et ſcribitur etiam a quibus* Semperflorens, Semperlenitas. *Sed cum totum illud de contin dis vel diſtinguendis vocibus recentioris ſit inſtituti, nihil equidem niam, non magis quam in* ius iurandum, res publica *etc.* Lu 1, 124 Vnde ſibi exortum ſemper florentis Homeri Commemorat ciem. *Imitatur* Ouid. Met. 7, 702. Ter. Andr. 1, 2, 4 rabor hoc ſi ſic abiret: et heri ſemper-lenitas verebar quorſum deret. *Vna* dictio, *ait* Donatus. *Sic* Semperiuuenis. Prud Hamart. v. 630. *Ita* Inter dulcia vinum eſt, quod Graeci ἀειγλ vocant, hoc eſt, ſempermuſtum Plin. 14, 9. Soſpes eas ſem que parens Ouid. Faſt. 4, 519. Numquid luna deſiuit redi

ſe ipſam atque in veteres formas nouellarum ſemperreſtitutione ...cere Arnob. 1 p. 2.

SEMPERFLORIVM, i. n. Herba ſemper viridis atque vigens Apul. de Herb. c. 123.

SEMPERVIVA, ae. f. *vel* SEMPERVĪVVM, i. n. [ἀείζωον] ... Plin. 25, 13 Aizoi duo genera, Maius in fictilibus vaſculis ſe... *Et paullo poſt*, Alterum minuſculum quod erithales vocant, ...ritales, quia ter floreat, alii chryſothales, aliqui iſoëtes: ſed ...m vtrumque, quoniam vireat ſemper, aliqui ſemperuiuum. ... cubiti altitudinem excedit, craſſitudine plus quam pollicari. Pallad. 1, 35. Apul. de Herb. c. 123.

SEMPERVIVVS, a, um. Adi. Deus, et Sapientia vera, Spiritus ...ctus, res ſemperuiua Prudent. Hamart. v. 164. *Sed*

SEMPITERNVS, a, um. Adi. [ἀΐδιος] *Perpetuus, ſemper du-...* Quod ſemper mouetur, id ſempiternum eſt Cic. Tuſc. 1, 53 c. ... Plaut. Merc. 2, 3, 2 Homo me miſerior nullus eſt, aeque ...r, neque aduorſa cui plura ſint ſempiterna. Ter. Andr. 5, 5, 3. ...ae ſempiternae per aliquem commendari: Cic. Fam. 5, 12 ...c autem ego ſum ita demens, vt me ſempiternae gloriae per eum ...endari velim. Potentia ſempiterna Tacit. Ann. 3, 30. Ra- ...rfecta et ſempiterna Cic. Acad. 4.

SEMPITERNVM. Adu. Quod tibi ſempiternum ſalutare ſit ... Aul. 2, 1, 26.

SEMPITERNE. Adu. *antiquum, pro Semper.* Pacuuius Medo, ...oque vt Medum ſempiterne ſoſpitent Nonius 2, 778. Amoe- ...ſempiterne virentis paradiſi Auguſtin. Conf. 9, 3. *Conf.* Cl. ...ert. de Statu An. 1, 3.

SEMPITERNO. Adu. Ego mihi monumenta haec ſempiterno ... Cato *ap.* Chariſ. 2 p. 194. Solinus 53 At iuxta Ilium Me-...is ſtat ſepulcrum, ad quod ſempiterno ex Aethiopia cateruatim ...duolant, quas Ilienſes Memnonias vocant. Idem 48 Tena- ... foliis ſempiterno inumbrantur. *Add.* Vitr. 9, 4.

SEMPITERNITAS, ātis. f. Apul. in Triſmegiſto p. 94 Mun-...abili ſempiternitate viuendi circumuallatus. *Add.* Cl. Mamert. ...itu An. 1, 3. *et* 2, 1.

SEMPRONIVS, i. m. [Σεμπρώνιος] *Gentis Rom. nomen. V. g.* ...*atres nobiliſſimi*, Caius *et* Tiberius Gracchi, *qui perierunt propter ...nium populares: item ille, de quo* Pomponius De origine iuris, ...ellarium, Sempronius quem Pop. Rom. σοφὸν appellauit: nec ...uam ante eum hoc nomine cognominatus eſt. Leges Sem-...ae Cic. Verr. 5, 162. Horrea Sempronia, qui locus dicitur, ... fuerunt lege Gracchi, ad cuſtodiam frumenti publici. Feſtus.

SEMPRONIANVS, a, um. Adi. *Vt*, Sempronianum ſenatus-...ltum Cic. Fam. 12, 29.

SEMVRIVM, i. n. *Campus Romae propinquus, quem legarat Po-...om. Larentia.* Cic. Philipp. 6, 14 Quis eſt iſte ordo? multi ...nt multis in legionibus per tot annos: his quoque diuiſit Semu-... Macrob. Saturn. 1, 10 Poſt exceſſum ſuum Pop. Romano ... Thuracem, Semurium, Lincerium, et Solnoium reliquiſſe ...t. *Hinc*

SEMVRĪNVS, a, um. Adi Martial. 9, 49 Campis diues Apollo ...inis, *quam lectionem probat Turnebus* 31, 3. *Sed editur* ...yrinis.

SEMVS, *vid.* SEMI.

S E N

SENA, ae. f. In Britannico mari *inſula*, Oſiſmicis aduerſa litori-...Gallici numinis oraculo inſignis eſt, cuius antiſtites perpetua vir-...ite ſanctae numero nouem eſſe traduntur: Gallicenas vocant, ...que ingeniis ſingularibus praeditas maria ac ventos concitare ...nibus, ſeque in quae velint animalia vertere, ſanare quae apud ... inſanabilia ſunt, ſcire ventura et praedicare, ſed non niſi dedi-...uigantibus, et in id tantum, vt ſe conſulerent profectis. *Haec* ...onius Mela 3, 6. *Turnebus in notis ad Plutarchum de Oraculo-...defectu, non* Gallicaenas, *aut*, Gallicenas, *legi debere ſtatuit: ſed* Senas *aut* Zenas, *diſtinctis verbis. Add. Voſſ. ad h. l.*

SENA, ae. f. [Σαῖνα] *Vrbs Hetruriae. Profertur etiam* Senae, ...um, *vid.* Plin. 3, 5.

SENENSIS, e. Adi. *Vt*, Colonia Senenſis Plin. 3, 14. Praelium ...ſe Cic. de Clar. Orat. 73. *Alii legunt* Senonenſe.

SENACŬLVM, i. n. [βουλευτήριον] *Vbi Senatores conſultandi ...a conſiſtebant.* Antea ſenatus aſſiduam ſtationem eo loci peragebat, ...hodie quoque ſenaculum appellatur Val. Max. 2, 2, 6. *Nempe ...* enaculum *eſt locus, vbi coenatur, ita* Senatorum *locus eſt* Senacu-... Varro de L. L. 4, 32 p. 37, 27 Senaculum vocatum, vbi Sena-...us aut vbi Seniores conſiſterent, dictum vt γερουσία apud Graecos. *...a de ratione nominis. Sed in his, quae proxime praecedunt, locum ſi-...na, qui proprie ita dictus videtur, et de eo agere puto Valerium,* Sena-...ulum ſupra Graecoſtaſin, vbi aedes Concordiae *et* baſilica Opimia. ...41, 27 (32) *memorat* porticum ab aede Saturni in Capitolium ad ...ulum, ac ſuper id curiam *Fuit ergo in* Capitolio etiam Senacu-...um *fuit* ſupra id Curia. *Silent, vt queritur ad h. l. Dukerus, qui ... ſcripſere. Sed Senatum in Capitolio habitum cum* Philippicam 14 ...*ab et* Cicero, *videtur indicari* c. 3 Quaeque eſſet facturus in hac vr-...e, iſi eum hic ipſe Iupiter ab hoc templo atque moenibus repuliſſet. ...pſe *inquam, non* hinc, *vt legendum vidit Ferrarius, vt demonſtra-...et anu ſtatuam. Caeterum ſi* Varronem, Liuium, Valerium Ma-...um *audiamus,* Senaculum *fuit diuerſum ab ipſo Senatus ſollemniter ...di loco, locus vbi conſiſterent potius et ſermones inter ſe agitarent, ...a vbi conſiderent, et ſententias rogati dicerent. Verum* Feſtus: ...ula tria fuiſſe Romae, in quibus Senatus haberi ſolitus ſit, me-...ae prodidit Nicoſtratus in libro, qui inſcribitur, De Senatu ha-...o. Vnum vbi nunc eſt Aedes Concordiae inter Capitolium et fo-...un in quo ſolebant Magiſtratus D. T. (duntaxat *interprete Scali-...ero*) cum ſenioribus deliberare. Alterum ad portam Capenam. ...ium citra aedem Bellonae, in quo exterarum nationum legatis, ... in vrbem admittere nolebant, Senatus dabatur. *Haec* Feſtus. ...ulum, *de mulierum ſenatu Elagabali*: *vid.* Lamprid. c. 4. Vo-...in Aurel. c. 49. *Barth. ad* Stat. Theb. 5 p. 63 *ſeq.*

SENARIVS, *vid.* SEX.

SENĀTOR, ōris. m. [βουλευτὴς, σεννάτωρ] Vlpian. D. de Sena-...ribus l. Nuptae, dici ſenatores *ait*, qui a Patriciis et Conſularibus ...vſque ad omnes viros illuſtres deſcendunt, quia hi ſoli in ſenatu dice-...re ſententiam poſſunt. Appellatique ſunt ab aetate prouecta, quod ta-les in principio in ſenatum electi fuere. Feſtus: Senatores a Senectute dici ſatis conſtat, quos initio Romulus elegit centum: quorum conſilio Remp. adminiſtraret. Itaque etiam Patres appellati ſunt, et nunc quum Senatores adeſſe iubentur, quibusque in ſenatu ſententiam dicere licet: quia hi, qui poſt luſtrum conditum ex iunioribus magiſtratum cepere, et in ſenatu ſententiam dicunt, et non vocantur ſenatores, antequam in ſenioribus ſint cenſi. *Haec ille.* Cic. de Senect. 56 c. 16 In agris tum erant ſenatores, id eſt, ſenes. *Al.* iidem ſenes. *Sententia eadem.* Cic. de Legib. 3, 40 c. 18 *Senatori* tria iuſſa ſunt, Vt adſit; nam grauitatem res habet, quum frequens ordo eſt, Vt loco dicat: id eſt rogatus. Vt modo: ne ſit infinitus. Cic. Phil. 1, 12 c. 5 De ſupplicationibus referebatur: quo in genere Senatores deeſſe non ſolent: coguntur enim non pignoribus, ſed eorum, quorum de honore agitur, gratia. *De numero Senatorum Romanorum, Vid. Carol. Sigon. de Antiq. Iure Ciu.* 2, 2. *et Bernegg. ad* Suet. Aug. c. 35. Allegere ſenatorem Suet. Caeſ. c. 80. ¶ 2 Senator *eſt etiam cognomen* M. Aurelii Caſſiodori *vel* Caſſiodorii.

SENATORIVS, a, um. Adi. [βουλευτικὸς] Cic. Verr. 1, 4 Socios, leges, Remp. ſenatorio conſilio maxime poſſe defendi. Aetas ſenatoria Tacit. Ann. 15, 28, 4. Decuria ſenatoria Cic. Verr. 2, 79. Dignitas Suet. Claud. c. 24. Iudicia ſenatoria Cic. pro Cluent. 61. *it.* Act. 1 in Verr. c. 3. Lex ſenatoria Cic. pro Rabir Poſt. 17. Literae ſenatoriae Idem Off. 2, 3. Munera ſenatoria Cic. Tuſc. 1, 1. Ordo ſenatorius Cic. pro Cluent. Idem pro Flacc 43. *Et* in Verr. Act. 1 c. 3. Suet. Aug. c. 35. Vir Ordinis ſenatorii Vell. 2, 19, 5. Potentia ſenatoria Cic. Att. 2, 24. Senatorii Seminis homo Sidon. Ep. 1, 6. Sententiae Cic. Fam. 1, 9 *pr.*

SENĀTVS, ûs *et* i. m. [σύγκλητος, βουλὴ, γερουσία] *Tam Locum, in quem Senatores conueniunt, quam ipſos Senatores, ſignificat.* Vt conſilium Reip. penes ſenes eſſet, qui ex auctoritate, patres; ob aetatem, Senatus appellabantur Flor. 1, 1, 15. Cic de Aruſp. Reſp. 158 Senatus princeps ſalutis mentisque publicae. Idem Fam. 4, 1 Atque ipſe ad te antea ſcripſiſſem, te fruſtra in Senatum ſiue potius in conventum ſenatorum eſſe venturum. *Et* de Legib. 3, 18 Nam ita ſe res habet, Senatus dominus publici conſilii, *etc.* *Item* in Catil. 1, 2 Hic tamen viuit: viuit? immo in Senatum venit publici conſilii particeps. In Senatu deorum ſummae eſſe auctoritatis primaeque ſententiae Lactant. 1, 10. *De ordine rogandi ſententias, vid.* ROGO n. 5. *Reliqua de* Senatu *et* Senatus conſultis, *prope infinita pertinent ad ſcriptores antiquitatum, tum caeterarum, tum iuris Rom.* Senatus *nomen, vt* Conſulis *non communicabatur cum municipiis et coloniis. Et tamen* S. P. Q. L. *in Gruteriano Indice explicatur a Scaligero* Senatus Populusque Lanuuinus, *citaturque p.* CCCLXX, 2. *Sed fallunt numeri.* Princeps ſenatus, *vid.* PRINCEPS. Senatus frequens diuinus fuit in ſupplicatione Gabinio deneganda Cic. Q. Frat. 2, 8. *conf.* Cael. ad Cic. Fam. 8, 5. Propert. 4, 1, 11 Curia praetexto quae nunc nitet alta ſenatu, Pellitos habuit ruſtica corda patres. Praetexto *i. praetextato.* Stat. Silu. 2, 7, 47 Et doctos equites, et eloquente Cantu purpureum trahes ſenatum. Sanctus ſenatus Virg. Aen. 1, 430. Senatus ordo ille Sanctiſſimus Quinctil. Decl. 329 p. 660. Floreat, et claro cingatur Roma ſenatu Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 19. Cogere ſenatum *dicuntur Conſules i. ſenatores in conſilium conuocare.* Cic. Fam. 5, 2 Recordare caetera, quam cito ſenatum illo die facta ſortitione coëgerim. *Et* de Fin. 3, 7 Quippe qui ne reprehenſionem quidem vulgi reformidans, in ipſa curia ſoleret legere, quum ſenatus cogeretur. *de Catone.* Conſulere Senatum *proprium opus* Conſulis Gell. 14, 7 Cn. Pompeius Conſul primum — deſignatus — quoniam per militiae tempora ſenatus habendi conſulendique — expers — fuit, M. Varronem rogauit, vti commentarium faceret εἰσαγωγικὸν (*introductorium*) — ex quo diſceret, quid facere dicereque deberet, cum Senatum conſuleret. *Deinde ſatis copioſe argumentum eius commentarii enarrat, easque ratione plura de illo genere antiquitatis docet, videndum omnino eſt totum illud caput bene longum.* Cic. Fam. 10, 12 Senatus eſt continuo conuocatus, frequensque conuenit propter famam atque exſpectationem tuarum literarum. Id. Fam. 10, 28 Nam quum Senatum ad XIII Cal. Ianuar. Tribunipl. vocauiſſent, deque alia re referrent, totam Remp. ſum complexus, *etc.* Cic. Verr. 2, 122 Quum haberent inter ſe controuerſias de ſenatu Cooptando: leges a ſenatu noſtro petiuerunt. Cic. . . . Tum in ipſum diſceſſum ſenatus incidiſſe credo meas literas. Dare ſenatum alicui, *facere illi copiam adeundi ſenatus, et ibi agendi, quod opus ſit. Vid.* Liu. 30, 40. Cic. Q. Frat. 2, 13 Eodem igitur die Tyriis eſt ſenatus datus frequens. *conf.* Nep. 23, 7, 6. Senatus idibus Martiis in Pompeii curiam edictus eſt Sueton. Caeſ. c. 80. *Add.* Liu. 3, 38 *extr.* Cic. Fam. 8, 5 Marcellus idem illud de prouinciis vrget: neque adhuc frequentem Senatum Efficere potuit. Expulſus ſenatus Lucan. 5, 270. Cic. Off. 3, 3 Noſtrum autem otium negotii inopia, nec requieſcendi ſtudio conſtitutum eſt. Exſtincto enim Senatu, deletisque iudiciis, quid eſt, quod dignum nobis aut in curia aut in foro agere poſſimus? Cic. Fam. 1, 4 Senatus haberi ante Calend. Feb. per legem Pupiam, id quod ſcis, non poteſt. Idem Q. Frat. 2. Conſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non potuit. Legere ſenatum, *vid.* LEGO, legis. Lectio ſenatus Suet. in Aug. c. 54. Lectius ſenatus Ouid. de Arte Am. 1, 463. Cic. Fam. 13, 54 Hoc autem tempore eum Caeſar in ſenatum legit: quem ordinem ille iſta poſſeſſione amiſſa tueri vix poteſt: *i. Senatorem fecit. Sed* Fam. 6, 18 Cum qui hodie haruſpicinam facerent, in Senatu Romae legerentur. Cic. Q. Frat. 2, 1 Sed fecit humaniter Licinius, quod ad me, miſſo ſenatu veſperi venit. Idem de Amicit. 12 Quum ſenatu dimiſſo domum reductus ad veſperam eſt a Patribus Conſcriptis. Mouere ſenatu, *et* Ex ſenatu eiicere *idem eſt.* Aur. Vict. de Viris Illuſt. 47 L. Flaminium Conſularem ſenatu mouit. Cic. pro Domo 123 c. 47 Atqui C. Atinius patrum memoria, bona Q. Metelli, qui eum ex Senatu Cenſor eiecerat (reiecerat *eſt a librariis, vltimam in* Cenſor *repetentibus*) aui tui Q. Metelle, et tui P. Seruili, et proaui tui P. Scipio, conſecrauit; foculo poſito in Roſtris, adhibitoque tibicine, *vid.* MOVEO. Id. pro Cluent. c. 43. Regere conſiliis ſenatum Quinctil. 2, 16. Cic. Fam. 10, 28 Senatum iam languentem et defeſſum ad priſtinam virtutem conſuetudinemque reuocaui. Cic. Fam. 1, 2 Eo die ſenatus erat futurus. Idem Fam. 12, 25 Eo die non fuit Senatus, neque poſtero. Venire in ſenatum, *pro Senatorem fieri* Cic. pro L. Flacc. 42 c. 18 Temni vſque ad illam aetatem in Senatum venire non potuit. Ibid. 43 Pari felicitate vna legatus Nicomedes, qui neque in ſenatum vlla conditione peruenire potuit, et furti, et pro ſocio damnatus eſt. *Comica laſciuia* Plaut. Epid. 1, 2, 56 Iam Senatum conuocabo in corde conſiliarium. *h. e. Conſulam apud me, quid agendum ſit. Sic de conuentu nugantium etc.* Plaut. Mil. 2, 6, 109 *et* 111. ¶ 2 Senatum *pro ſedilibus ſenatoriis poſuiſſe* Suet. Claud. c. 25 *Caſaub. et Torrent. volunt: ſed praeſtat, de conſeſſu ipſo ſenatorum in orcheſtra interpretari, quod ad rem ipſam nihil*

nihil differt, In orcheſtram ſenatumque deſcendit Suet. Ner. c. 12. ¶ 3 *Obſ. Genit.* ſenati: *vt* Beneficio ſenati Cic. Diuinat. Verr. c. 5. Senati decretum Salluſt. Catil. 30, 3. 36, 5. Id. Iugurth. c. 40 *et* in Fragm. c. 30. Senati dux Cic. Ep. ad Brut. 2. *Conf.* Quinctil. 1, 6 p. 78 *Burm. Sic* Senati conſultum *mox videbimus.*

SENATVSCONSVLTVM, i. n. *vel, ſi mauis ſeparatim,* Senatus conſultum [δόγμα τῆς συγκλήτε] *Senatus ſententia vniuerſi, in quantum nec interceſſione tribunicia impedita, nec aliam ob cauſam vitiata eſt: nam alte utrum ſi acciderct,* Senatus auctoritas *vocabatur.* Senatus decretum a Conſulto Aelius Gallus ſic diſtinguit, vt id dicat particulam quandam eſſe ſenatusconſulti: vt cum prouincia alicui decernitur, quod tamen ipſum ſenatusconſulti eſt. Feſtus. Pompon. l. 2 de O. I. §. 9 Deinde quia difficile plebs conuenire coepit, — in tanta turba hominum: neceſſitas ipſa curam rei publicae ad Senatum deduxit. Ita coepit Senatus ſe interponere, et quidquid conſtituiſſet, obſeruabatur: idque ius appellabatur Senatusconſultum. *Vid. viri docti ad h. l. praeſertim Rupertus* c. 10. *Nos formulas praecipuas interpretamur: vt hanc,* Per diſceſſionem facere SCtum *(ſic enim ſcribi, ſupra monuimus) dicitur magiſtratus, cum non perrogat ſententias ſingulorum, ſed ſtatim* per ipſam diſceſſionem *explorat, vid.* DISCESSIO. Cic. Phil. 3, 24 c. 9 Fugere feſtinans Senatusconſultum de ſupplicatione per diſceſſionem fecit, cum id factum eſſet antea nunquam. *Nempe otioſe ornare ſuis ſententiis ſolebant imperatorem, cui ſupplicationem decernerent. Hic nihil aliud, quam diſceſſione in hanc vel illam partem ſignificata cuiusque Senatoris ſententia.* Gell. 3, 18 *pr.* Cum SCtum per diſceſſionem fiebat, nonne vniuerſi Senatores ſententiam pedibus ferebant? *Add.* 14, 7 *qui locus claſſicus eſt.* Flauius Vopiſcus de Aureliano c. 20 Deinde aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in ſententiam euntibus, plerisque verbo conſentientibus, conditum eſt ſenatusconſultum. Cic. de Diuin. 1, 59 Vt audiuiſſes in monumento Marii de tuo reditu magnificentiſſimum illud ſenatusconſultum eſſe factum. Caeſ. B. C. 1, 5 Decurritur ad illud extremum atque vltimum SC. quo, niſi paene in ipſo vrbis incendio atque deſperatione omnium ſalutis, latorum audacia, nunquam ante diſceſſum eſt, Dent operam Conſules, Praetores, tribuni plebis, quique pro conſulibus ſunt ad vrbem, ne quid Reſp. detrimenti capiat. *Hoc eſt illud SC. quo armatus Cicero potuit Catilinariam coniurationem opprimere: de quo* Sall. Catil. 29 Itaque quod plerumque in atroci negotio ſolet, Senatus decreuit, darent operam COSS. ne quid Reſp. detrimenti caperet. Ea poteſtas per Senatum more Romano magiſtratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coërcere omnibus modis ſocios atque ciues: domi militiaeque imperium atque iudicium ſummum habere; aliter, ſine populi iuſſu, nulli earum rerum conſuli ius eſt. *Vid. omnino* Cic. Catil. 1, 3 *ſeq. vbi poſt enumerata ſimilia exempla addit,* Habemus enim huiusmodi Senatusconſultum, veruntamen incluſum in tabulis, tanquam in vagina reconditum: *qui locus firmat opinionem viri docti, putantis, hoc genus SCtorum fuiſſe etiam illud Tacitum, de quo ponemus quaedam ex* Capitolin. Gord. Sen. 12 p. 95 *Hack.* Hunc morem apud veteres neceſſitates publicae repererunt, vt ſi forte aliqua vis ab hoſtibus immineret, quae vel cogeret humilia captare conſilia, vel aliqua conſtituere, quae non prius oporteret dici quam effici, vel ſi nollent ad amicos aliqua permanare, Senatusconſultum tacitum fieret: ita, vt non ſcribae, non ſerui publici, non cenſuales illis actibus intereſſent; ſenatores exciperent, Senatores omnium officia cenſualium ſcribarumque complerent, ne quid forte proderetur. *De ratione SCta facien di locus claſſicus* Gell. 14, 7. Senatusconſultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere Plin. 8, 17. Honorificum ſenatusconſultum Cic. Verr. 2, . . Senatusconſultum facere contra aliquem Cic. de Aruſp. Reſp. 8 c. 5. *Formulae ICtorum exſtant plures, vt in* Caelii *ad* Ciceronem Epiſt. 8, 8. Cic. Phil. 9 *extr.* Phil. 10 *extr.* Phil. 11, 29 c. 12. Phil. 14 *extr. quae cum multis aliis excerpſit et repraeſentauit in opere de formulis Pop. Rom. Briſſonius. Inter ea, quae ex tabulis antiquis eruta ſunt, nobiliſſimum eſt illud de* Bacchanalibus, *cuius ſummam exhibet* Liu. 39, 19 *formula autem ipſa in tabula aenea exſtat in Muſeo Caeſareo Vindobon. vnde denuo edidit et Commentario illuſtrauit Matthaeus Aegyptius: retulit autem in ſeptimum Liuii ſui volumen Drakenborchius.* Praeſcriptio Senatusconſulti quae eſſet, diximus *ſ. l.* ¶ 2 *Obſ.* Senaticonſultum *eſt* Cic. Fam. 2, 7 *extr. it.* 5, 2 *extr. it.* 8, 8. Salluſt. Catil. 42, 3. *Cortius dedit,* Q. Metellus Celer Praetor ex Senaticonſultu: *vt* Plin. 3, 20 *extr.* Sed interdictum id vetere conſultu Patrum. *(ſ.* Non. 8, 10.*)*

SENATVRIO, ire. Totus, vt nunc eſt, ſenaturit Caelius ad Cic. Fam. 8, 4. *Sic belle Lambinus: eſſet enim Senaturire Senatorem ſpirare etc. Sed al.* Scaturit.

SENECA, Annaeorum *cognomen, in quibus duo praeter caeteros nobiles* M. Annaeus rhetor, *cuius* Controuerſiae, Suaſoriae, *etc. exſtant: alter* L. Annaeus Philoſophus, *Neronis praeceptor.* De *Tragoediarum auctore diſputatur.* Princeps eruditionis *vocatur a* Plin. 14, 4. *Philoſophum intelligit, vt quicunque ſimpliciter Senecam dicunt.* Et docti Senecae ter numeranda domus Martial. 4, 40. Facundi Senecae potens amicus Martial. 7, 44. Duosque Senecas vnicumque Lucanum Facunda loquitur Corduba Martial. 1, 62. Quinctil. 10, 1, 125 *iudicium de illo exſtat notatu digniſſimum. Sed haec alterius ſunt loci.*

SENECIA, ae. f. *dicunt eſſe labium piſcis, vel rubrum ſub aure, vnde prouerb.* Manducare ſenecias: Hieron. in Ezech. praef. *extr. Sed in edit. Clement. ita editur,* Sed vereor, ne illud eis eueniat, quod Graece ſignificantius dicitur, vt vocentur φαγολοίδοροι, quod eſt manducantes Sennas.

SENECIO, ōnis. f. [ἠριγέρων] Plin. 25, 13 ſ. 106 Erigeron noſtris vocatur ſenecio. *Et paullo poſt,* Herba eſt trixaginis ſpecie et mollitia, cauliculis ſubrubicundis, naſcitur et in tegulis et in muris. Nomen hoc Graeci dederunt, quia Vere caneſcit. Caput eius numeroſa diuiditur lanugine (qualis eſt ſpinae) inter diuiſuras exeunte. *Vid.* Iſidor. 17, 9. Apul. de Herb. c. 75. ¶ 2 *Eſt et Cognomen Romanum, vt,* Claudius Senecio, Tullius Senecio, *etc. quorum meminit* Tacitus. *Et ſic* Herennius Senecio *apud* Plin. Epiſt. 3, 11.

SENECTA, SENECTVS, SENESCO, *vid.* SENEX.

SĔNEX, is. [γέρων, γεραιὸς, πρέσβυς, πρεσβύτης] *omn. gen. ſecundum* Priſcianum 3 p. 602. Cic. pro Cael. 38 Huic triſti ac decrepito ſeni reſponderet Caelius. Et pro Sext. 24 Imbecillus ſenex. Idem de Senect. 20 c. 10 Nec enim vnquam ſum aſſenſus illi veteri, laudatoque prouerbio, quod monet mature fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex. *Quot annis opus ſit ad hoc, vt aliquis Senex dicatur, non facile eſt dicere, vt in toto illo genere nimirum,* multus, diues, nobilis, doctus, *etc.* Cenſorin. *tamen* c. 14 *ex* Varrone, In quarto *(gradu ab anno XLV)* ad vsque LX annum, ſeniores eſſe vocitatos, quod tunc primum ſeneſcere corpus incipiat. Inde vsque finem vitae vniuscuiusque, quintum gradum factum, in quo qui eſſent, Senes appellatos, quod ea aetate corpus ſenio iam laboraret. Annibal *apud* Liu. 30, 30 *Se dicit* Senem in patriam reuertentem, puer profectus *ſit: qui paullo poſt* c. 37 Nouem, *inquit,* annorum a bis profectus, poſt trigeſimum ſextum annum redii. *Habemus erg nem, qui ex* Varronis *diſciplina vir* Senior *eſſe incipiebat. Minor v teroque anno Traianus, cum imperium ſuſciperet,* Senex ad imperium ve *dicitur* Tacito *imperatori apud* Vopiſc. 8 *extr.* Cic. de Sen. 38 c. 11 adoleſcentem, in quo eſt ſenile aliquid; ſic ſenem, in quo eſt adole tis aliquid, probo: quod qui ſequitur, corpore eſſe ſenex poterit, an nunquam erit. Ingenio ſenex Plaut. Mil. 3, 1, 37. Varro d L. 6, 3 p. 70 *extr. Genere feminino bis poſuit,* Ridiculum eſt, cum te ſcam tua dicit amica — ipſa ſenex puerum, *etc. Totum damus,* CASCVS. *Citat illud in hanc rem etiam* Priſcian. 3 p. 602. *Etiam* C 9, 4 Fratresque vnanimes, ſenemque matrem *MSS. Vaticani, vbi a repoſuere alii. Vid. Brouckh. ad* Tib. 1, 7, 88 Hanc animo gaudent dent — Tot mala ferre ſenem: *vbi Adiectiuum eſſe docet, vid. mox*

¶ 2 *Cum ſubſtantiue ponitur, varia habet epitheta, vt* Acherontic nex, vietus, decrepitus Plaut. Merc. 2, 2, 20. Anheli Virg. Ge 2, 135. Annoſus Ouid. de Arte Am. 1, 14. Aprici ſenes Sat. 5, 179 *h. e. Sole gaudentes, ſiue Qui libenter apricantur.* mici ſenes, *vid.* Comicus, *in* COMOEDIA. Delirus Hor. S 2, 5, 71. Grandaeuus Lucan. 3, 518. Inualidus Virg. Aen 132. Iuſtus Ouid. Epiſt. 1, 29. Longaeuus Virg. Aen. 5, Maturus Hor. in Arte Poët. 115. Miſerabilis Quinctil. 4, 1. oſus Ouid. de Rem. Amor. 461. Parcus Hor. Carm. 2, 8, 20. ſcus Ouid. Met. 10, 646. Rugoſi paſſique ſenes Lucil. *apud* N um 1, 38. Sanctus Claud. in pr. Conſ. Stilich. 2, 71. S Hor. Serm. 2, 3, 261. Verendus Claud. in pr. Conſ. Stilich. 2, 433. bull. 1, 9, 50 In Veteres eſto dura, puella, ſenes. Vietus, VIEO. ¶ 3 *Reuera eſſe Adiectiuum iam monuimus,* to Brouckhuſio *ad* Tib. 1, 7, 88. *Iam videamus exempla:* Autumnus Martial. Epigr. 3, 58, 7. Ceruus Lucret. 3, 614. Dies Plaut. Stich. 5, 1, 8. *i. Iam ad occaſum perductus.* Ouid. Amor. Turpe ſenex Miles, turpe ſenilis amor. Memoria. *Certe tres et ed. vet.* Cic. pro Sext. 21 c. 9 *ita legunt,* Et quia valet apud nos cla hominum et ſenex (*al.* bene) de rep. meritorum memoria. Oppid tus et ſenex Plaut. Bacchid. 4, 4, 60. *conf.* Pſeud. 2, 1, 13. *et* 1, 4, 19. *etiam retulerim illa, quae ſupra poſuimus,* Senex animo, corpore, nio. Senes *propter auctoritatem appellantur homines ſcriptoresue e clariſſimique, e. c.* Lucilius *ab* Horat. Sat. 2, 1, 34. *v. Interpp. ad h. l. B ad* Stat. Silu. p. 90. *Drakenborch. ad* Sil. 1, 564. *Vid. n.* 5. ¶ 4 *parat. etiam adiectiue non nunquam ponitur:* Aeui ſenioris miratrix Sen. Hippol. 742. Anni Seniores Ouid. Met. 15, 470. Cic. in Brut. c Exſtat in eam legem ſenior (ita dicam) quam illa aetas ferebat, or *quam putares a maiore natu ſcriptam, non ab adoleſcente. Vid. mox* Vis S or. *Seniorem eſſe interdum eum, qui nondum ſit ſenex, ſed ad eam aet paullatim accedat, ex Cenſorino paullo ante oſtendimus. Sed* valde ſene gnificat Ouid. Met. 12, 182 Tum ſenior, quamuis obſtet mihi longa tuſtas. Quinctil. 3, 1, 14 *de Iſocrate,* Eoque iam ſeniore, octauum e et nonageſimum impleuit annum. Cic. de Legib. 3, 9 *Sed vero* telligi ſic oportet et haec, et alia iuſſa ac vetita populorum, *vim non* bere ad recte facta vocandi, et a peccatis auocandi: quae *vis non m* ſenior eſt quam aetas populorum et ciuitatum, ſed *qualis illius* caeli atque terras tuentis et regentis Dei. ¶ 5 *Auctoritatis ab arte ſapientia, nomen eſt* Senior *non minus quam* Senex: *vt* Stat. Silu. 1, 1, Atticus ſenior *i. Phidias. Et* Silu. 1, 3, 94 Gargettius, *Epicurus.* Achill. 2, 382 Theſſalus, *Chiron. conf.* Sil. 2, 143. *Sic* Seniores, *pro* S *tu:* Liu. 34, 60 Scriptum erat: Ariſtonem priuatim ad neminem, blice ad Seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuiſſe. *Add.* V L. L. 4, 32 p. 37, 29 Senaculum vocatum, vbi Senatus, aut vbi ſeni conſiſterent. *Etiam Diocletianus et Maximianus Imperatores in m* Seniores *vocantur, i. Auguſti, reſpectu Caeſarum, iuniorum. Vid.* S *hem. Diſſ.* 12 p. 513. *Sed paullatim plane neglecta illa relatione* Senior *minum ſignificare toti Europae coepit,* Sennor *Hiſpanis, Gallis* Seign Signore *Italis etc. vid.* Geuart. Stat. Lectt. 1, 10. ¶ 6 *qui declinabant etiam* Senex Senecis. Plaut. Mil. 3, 1, 54 O lepidum S cem. Idem Ciſtellaria *apud* Priſcian. 3 p. 616 *pr.* Datores belliſſimi gotioli Senicis *(an* Seneces*?)* ſoletis eſſe. *Adfertur etiam ex* Luci *apud* Non. 2, 229 Nec nos ſeneces putare. *Sed pulchre Mercer.* p. 98, *et Douza Fragm. Lucil.* p. 56 Ex nimbo auſtellos nec noſſe nec eſ re. ¶ 7 Senior *et* Genitor *confundi a librariis, dictum in* GENITO

SENECTA, ae. f. [γεροντικὴ ἡλικία] *Senectus, ſenilis aetas.* Sidi mus, ſenecta, aut addendum aetas, aut intelligendum, Seru. *ad* Aen. *vid.* SENECTVS, a, um. Virg. Aen. 6, 114 Vires vltra ſortem ſenectae. Plin. 16, 27 Eſt etiamnum aetatis differentia. Am dala enim et pirus in ſenecta fertiliſſimae, vt glandiferae, et quod genus ficorum. Cura fertilitatem adducit, fertilitas ſenectam Plin. 29. Non illud Culpa ſenectae Stat. Silu. 1, 4, 52. Amara ſenec pondera Ouid. Met. 9, 436. Annoſa ſenecta Idem Met. 7, Curua Ouid. de Arte Am. 670. Extrema Catull. Argon. 62, Frigens Sil. 5, 570. Grauis Ouid. Met. 7, 299. Infirma bull. 1, 4, 31. Longae ſenectae extrema tempora Ouid. Met. 6, Neſtorea ſenecta Stat. Silu. 1, 3, 110. Occiduae ſenectae decliui Ouid. Met. 15, 227. Orba ſenecta luminibus Plin. 9, 22. *vid.* ORB Rugoſa ſenecta Tibull. 3, 5, 16. Sacra ſenecta Iuuen. Sat. 13, 59. T da ſenecta Ouid. Triſt. 4, 8, 23. Sen. Herc. fur. 9. Tardante ſe cta gelidus ſanguis Virg. Aen. 5, 395. Lenior, et melior fis accede ſenecta Horat. Epiſt. 2, 1, 211. Confectus longa ſenecta Ouid. Met. Finire ſenectam morbis Lucan. 5, 282. Trahere inopem ſene Ouid. Met. 7, 2. Venturam diſcite iam nunc ſentire ſenectam P pert. 4, 12, 93. Venturae memores iam nunc eſtote ſenectae Ou de Arte Am. 3, 59. *Add.* Virg. Georg. 1, 186 *et* Aen. 10, 182. 11, 165. *Obſ.* Senecta dies *laudatur ex* Plin. 2 *extr. quod etiam nos in* Dies *ſimus. Vid.* SENECTVS, a, um. *Sed ita hodie editur, ita olim editum.* *Dionyſodoro* Senecta diem obiit in patria: *pro* in ſenecta, *vt* Plin. 7, Naturam feciſſe conſuetudinem, et ſenecta caruiſſe potu. ¶ Senecta, *Serpentium vernatio, ſiue Corium illud, quod verno tempore exu* Plin. 20, 23 Foeniculum nobilitauere ſerpentes, guſtatu, vt diximus, nectam exuendo, oculorumque aciem ſucco eius reficiendo. Idem Alii cum ſenecta ſerpentium et aceto includunt lanas, ante aqua cal collutas. *Add.* Senectus n. 3.

SENECTVS, ūtis. f. [γῆρας] *Idem.* Ter. Phorm. 4, 1, 9 Senect ipſa eſt morbus. Cic. in Topic. 32 Senectus eſt occaſus vitae. Balba ſen ctus Hor. Epiſt. 1, 21, 18. Cana Ouid. Epiſt. 14, 109. Cario Ouid. Amor. 1, 12, 29. Cruda ac viridis Tacit. in Vita Agric.

D

…ſta Sen. Herc. fur. 13. Effoeta ſaeclis Virg. Aen. 8, 708. Exſan… Lucan. 1, 343. Exhauſta Stat. Silu 3, 3, 156. Infeſta, *vid.* …NESTVS. Longa Hor. Carm. 2, 16, 30. Longa et ceruina … Sat. 14, 251. Loquax, *vid.* LOQVOR. Placida Hor. … Carm. ſaec. 46. Prouecta Tacit. Ann. 1, 4. Queribunda …il. 583. Sera Sen. Herc. fur. ſ. 11. Tarda Hor. Serm. 2, 2, 88. Tranquilla Hor. Serm. 2, 1, 58. Triſtis Virg. Georg. 3, 67. Tur… Virg. Georg. 3, 96. Viuax Sen. Herc. fur. 11. Cic. de Senect. 25 Hoc enim onere (quod mihi tecum commune eſt) aut iam vr… aut certe aduentantis ſenectutis, et te et me ipſum leuari volo. …2 *Verba*: Cic de Seneſt. 4 c. 2 Quo in genere in primis eſt ſene… quam vt Adipiſcantur, omnes optant, eandem accuſant adepti. …at ſenectus iners baculo gradum Sen. Herc. fur. ſ. 9. Confe… ſenectute Cic. de Finib. 5, 32 c. 11. Conſitus ſum ſenectu… uuſtum gero corpus, vt aetas mala merx mala eſt Plaut. Men. 5, 4 Degere turpem ſenectutem Hor. Carm. 1, 31, 20. Cic. … 1, 9 Quod quum offendiſſet populum Athenienſem prope iam De… em ſenectute, *etc.* Exarat frontem rugis vetus ſenectus Hor. … 8, 4. Cic. in Orat. 169 c. 50 Habet autem vt in aetatibus aucto… n ſenectus, ſic in exemplis antiquitas. Obrepit non intelle… ectus Iuuen. Sat. 9, 129. Venit aegra ſenectus tremulo gradu … Met. 14, 143. Viuere ad ſummam ſenectutem Cic. de Clar. Orat. … 48. *Et* Philipp. 8, 31 Quum eſſet ſumma ſenectute et perdita va… une ¶ 3 *Per Metonymian* Senectus *pro auſteritate et* … *a, quae obiicitur Senibus.* Horat. Epod. 13, 7 Dumque virent … Et decet, obducta ſoluatur fronte ſenectus. Senectus ora… *Maturitas, grauitas.* Cic. de Clar. Orat. 8 c. 2 Quumque oratio … ſtra caneſceret, haberetque ſuam quandam maturitatem et quaſi … utem. Plena literatae ſenectutis oratio Cic. de Clar. Orat. … 76. Senectus, *Pellis quam verno tempore ſerpentes exuunt, quae* … natio *dicitur. Vnde* Senectutem exuere *dicuntur. vid.* Plin. 9, … ſ. 49. Idem 29, 5 Membrana ſiue ſenectus anguium, verna… xuta, cum cancro maſculo trita. *Vid.* SENECTA, *it.* ANGVIS n. 3.

…SECTVS, a, um. *Participium a* ſeneo: Priſcian. 9 p. 869. … *Anal.* p. 202. Lucret. 3, 773 Quidue foras ſibi vult membris exire … is? Vis animi. Aetas ſenecta Plaut. Aul. 2, 2, 75. Idem Trin. 1, 2, … ille eſt, ſenecta aetate, qui factus eſt puer. Lucret. 5, 884. Poſt … quum validae vires aetate ſenecta, Membraque deficiunt, *etc.* … Id. 4, 844 *et* 894. *Ergo cum ſubſtantiue ponitur* Senecta, *ellipſis eſt.* … s ſenectum Salluſt. *apud* Priſc. 10 p. 887. Dies ſenecta, *vid. modo* …

…NECTVS. n. 1. Infirmitas Apul. Met. 7. *Conf. Colu. not. p. 90.*

…SENIVM, i. n. [πρέσβειον] *Idem quod* Senectus *ſ.* Senecta. Stat. Theb. …, 9… Ceu lubricus alta Anguis humo verni blanda ad ſpiramina … Erigitur liber ſenio, et ſqualentibus annis Exutus. De… enim pelle dicuntur ſerpentes in iuuentutem redire. Herba … quae … m dicitur Mathios, quam cum comederint, ſenium deponunt … Lactantius *ad h. l.* *Hinc* ſenecta *et* ſenectus *de ipſa pelle.* … a ſenio Membra Tac. Ann. 1, 34, 3. Mens ſenio fluxa … Idem Ann. 6, 38. Deforme ſenium Sen. Hippol. v. 823. Stat. Silu. 3, 5, 13 Senium patria componere terra, *in patria mori* … ¶ 2 *Pro aetate ac periodo* Plin. 7, 43 Annum alii … aeſtate determinabant, et alterum hieme — quidam Lunae Se… nio, Aegyptii: itaque apud eos aliqui et ſingula millia annorum vixiſ… duntur. ¶ 3 *Vt* Senectus *ſ.* Senium *antiquis* … etas *dicta; ſic contra* Senium *pro miſeria, taedio, etc.* Non. 1, 1 … *dat e* Titinnio, Quot peſtis, ſenia, et iurgia ſeſemet diebus emi… grar… it. Accii, Mors amici ſubigit, quae mihi eſt ſenium multo acer… rimi… Pomponii, Huic ſeni ſenium et metum. Lucilii, febris, ſeni… um, omitum, pus. Turpilii, Quia enim odio ac ſenio mihi nuptiae. … i, Metus, egeſtas, moeror, ſenium, exiliumque et ſenectus. Nae… ii, … nium ſonticum, *vt morbum nempe. Hinc*, Feſtus, Senium a ſenili … ate, et vitiis dictum poſuit Caecil. in Himnide, Sine (inquit) … ſenectutem ducat, vtique ad ſenium ſorbitio. *Sic* Morum ſenium … adſpectu graue Sen. Hippol. v. 912. Torpeſcere ſenio rerum … 14. Surge et inhumanae ſenium Depone Camenae Horat. … Epiſt. 1, 18, 47. Emori ſenio Gell. *de legibus.* Senium *ad conuicium re…* … Ter. Eun. 2, 3, 10 pro Improbo et moroſo ſene; Vt illum dî, de… ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt. Lucil. At quidem … um, atque inſulſe ſophiſta. Senium, *pro Triſtitia et ſqua…* … c. pro Milon. 20 c. 8 Luget Senatus, moeret Equeſter ordo, tota ci… tas … confecta ſenio eſt, ſqualent municipia, afflictantur coloniae.

…SENICA, ae. m. Senex, *teſte* Nonio 1, 59 Pompon. Praecon. poſter. … exercet ſenica nequam, neque illo quid faciam ſcio. *Obſoletum.*

…SENICVLVS, i. m. Demonſtro ſeniculum in angulo ſedentem Apul. Met. p. 113.

…SENEO, ui, ēre. [γηράω] *Senem fieri.* Catul. 4, 26 *de Phaſelo*, Quiete … ita ſenet. Auus, municipalibus magiſteriis contentus, abundan… patrimonio, tranquilliſſime ſenuit Suet. Aug. c. 2.

…SENESCO, ere [γηράσκω, καταγηράσκω] *Senem fieri.* Plin. 7, 42 … as gigni celerius, quam mares, ſicut celerius ſeneſcere. Sene… … effugit aetas Auſon. Epigr. 13 *pr.* Aeuo et macie ſeneſcere … 1, 326. Ouid. Faſt. 6, 771 Tempora labuntur, tacitisque ſene… annis. *Metaphor.* Liu. 29, 3 Annibalem ipſum iam et fama ſe… … et viribus. Amor ſeneſcet Ouid. de Arte Am. 3, 594. Caſeus … ſenescens Plin. 11, 42. Ciuitas otio ſeneſcit, *Torpeſcit otio* … 22 Idem 35, 12 Ne cunctando ſeneſcerent conſilia, *i. mora vana* … Ne deſiderio matrum ſeneſcant agni Varro R. R. 2, 2, 17. *i. tabe…* … Equus ſeneſcens Hor. Epiſt. 1, 1, 8. Fama ſeneſcens Tacit. … 24, 1. Liu. 27, 20. Forma, niſi admittas, nullo exercente … Ouid. Amor. 1, 8, 53. Vrbium imperiorumque nunc floret Fortu… … ſeneſcit Vell. 2, 11, 3. *Add.* Sen. Ep. 91. Humus laſſa ſe… … Ouid. ex Pont. 1, 4, 14. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 19 Et ea duo … a, quorum alterum Hiemi ſeneſcendi adiunctum eſt, alterum … Cic. de Orat. 2, 7 Vel mehercule etiam vt laudem eorum … pe ſeneſcentem, quantum poſſem ab obliuione hominum, atque … io vindicarem. *Add.* Id. Tuſc. 2 c. 2 Leges ſeneſcunt. *i. euileſcunt*, *id.* … ret. *ad* Symm. Ep. 2, 13. Varr. de R. R. 1, 37. Quaedam facienda in … otius creſcente luna, quam ſeneſcente. *conf.* Plin. 2, 9 *pr.* Lucret. 3, 447 … re ſentimus, pariterque ſeneſcere mentem. Cic. Fam. 7, 26, … viſa eſt mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipſa … iam ſeneſcentis Morbi remiſſio profuiſſe. Opes Nep. 7, 5, 3. … ſeneſcit Liu. 5, 21. Rumores ſeneſcunt Tacit. Ann. 2, 77. … Ita imbre nimio ſeneſcit Stat. Silu. 5, 1, 147. Studium cum … eſcit Vell. 1, 17, 7. Virtus paullatim euicta ſeneſcit Sil. 3, … … ia ſeneſcunt, matureſcunt virtutes Liu. 3.

SENESCENS, entis. Partic. Plin. Epiſt. 8, 12 Literarum ſeneſcentium reductor ac reformator. *Add. plura exempla in* SENESCO.

SENESCENDVS, a, um. Saeculum dictum a ſene, quod longiſſimum ſpatium ſeneſcendorum hominum id putarunt Varro L. L. 5, 2 p. 46, 6.

SENĪLIS, e. Adi. [γεροντικὸς, γηραιὸς, πρεσβυτικὸς] *Quod ad ſenem pertinet:* vt, Senilis ſtatua Cic. Verr. 2, 87. Animus ſenilis Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 174. Annis ſenilibus feſſus Ouid. Met. 7, 163. Corpus ſenile Plin. 34, 18. Cic. Tuſc. 1, 7 Vt enim antea declamitabam cauſas, quod nemo me diutius fecit, ſic haec mihi nunc ſenilis eſt Declamatio: *intell. ſcribere de philoſophia.* Vtile Doctrinis praebere ſenilibus aures Mantuan. Ecl. 9, 33. Genae ſeniles Ouid. Met. 8, 210. Guttur ſenile Hor. Epod. 3, 2. Hiems ſenilis tremulo venit horrida paſſu, *i. Senectus hiemi ſimilis* Ouid. Met. 15, 212. Cic. pro Sext. c. 52 Te ſororis filius Poſtumius adoleſcens grauis ſenili iudicio notauit, quum in magno, *etc.* Cic. de Diuin. 3, 30 Is autem Tages, vt in libris Hetruſcorum, puerili ſpecie dicitur viſus, ſed ſenili fuiſſe prudentia. *conf.* Id. ibid. 2 c. 23. Ruga ſenilis Ouid. Triſt. 3, 7, 34. *et* Faſt. 5, 58.

SENILĬTER. Adu. [γεροντικῶς] *vt*, Tremere ſeniliter Quinctil. 1, 11.

SENIDENI, *vid.* SENI.

SENI, ae, a. SENIO, *vid.* SEX.

SENIPES, edis. Hic dum ſenipedem ſtilum polibat Sidon. Carm. 23, 131. *de Menandro, verſibus ſenariis ſ. ſex pedum ſcribente.*

SENITES, ae. m. *Gemma apud Aegyptios.* Plin. 37, 9. *Harduin. leg.* tenites.

SENIVM, *vid.* SENEX.

SENOGALLĬA, ae. f. [Σενογαλλία] *Italiae vrbs*, Pomponius Mela 2, 4 Senogallia maritima ad Aterni fluminis oſtia. Senogallia *autem eſt dicta* a Senonibus Gallis, *qui eam condiderunt. Vid.* Sil. 8.

SENŎNES, um. m. pl. [Σένονες] Populi Galliae Lugdunenſis, *vt, ſcribit* Plin. 4, 17, *qui olim vrbem Romam incenderunt, et Capitolium obſederunt. Hos Furius Camillus aggreſſus cecidit.* Senonas Gallos Verrius ait (*apud* Feſtum) exiſtimari, appellari, quia noui venerunt ex Tranſalpina regione, ac primum appellatos ξένας, poſtea Senonas. Sil. 4, 160 Sociata examina denſant Infandi Senones. Motus Senonum Lucan. 1, 254. Et Senonum furias Latiae ſenſere cohortes Stat. Silu. 5, 3, 198.

SENSIBILE, SENSIM, SENSVS, *etc. vid.* SENTIO.

SENTA, *vel* Fenta *in quibusdam libris vocatur, quae in melioribus* Fatua Fauna *eſt* Lactant. 1, 22, 9. *et* Epit. 22, 1.

SENTENTIA, SENTENTIOSVS, *vid.* SENTIO.

SENTIA, *quaedam Dea, quae* Sententias inſpirando *hoc nomen meruit apud* Auguſt. C. D. 4, 11.

SENTĪNA, ae. f. [ἀντλία πλοῖα Gloſſ. Lat. Gr.] *Pars nauis inferior: in quam, quidquid eſt humoris, defluit, corruptumque male olet: vel ipſe potius humor ille foetidus.* Plin. 10, 70 ſ. 90 Sentinam nauium odorem procul fugiunt piſces. Iuuen. Sat. 6, 99 Si iubeat coniunx, durum eſt conſcendere nauim: Tunc ſentina grauis, tunc ſummus vertitur aër. Conflictari ſentinae vitiis Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 28. *Modo dixerat* nauſea confectos. Sentina, *per tranſlationem, ſceleratorum hominum multitudo.* Cic. Cat. 1, 12 c. 5 Exhaurietur ex vrbe tuorum comitum magna et pernicioſa ſentina reipublicae. Cic. in Catil. 2, 7 c. 4 O fortunatam Rempub. ſi quidem hanc ſentinam huius vrbis eiecerit, vno mehercle Catilina exhauſto, releuata mihi et recreata Resp. videtur. Idem de Lege Agr. 69 Hoc enim verbo eſt vſus, quaſi de aliqua ſentina, ac non de optimorum ciuium genere loqueretur. *Alia metaph.* Sentina *pro loco infimo in Repub.* Cic. Fam. 9, 15 Sedebamus enim in puppi, et clauum tenebamus: nunc autem vix eſt in ſentina locus: *vbi nempe conſtituti humillimi quique antlia exhauriunt aquam.*

SENTĪNO, āre. Satagere: dictum a Sentina nauis, quam quis vt aqua liberet, euacuare contendit. Caecilius in Aethrione, Cum Mercurio capit conſilium, poſtquam ſentinat ſatis. Eſt itaque ſentinare, Periculum ſubtilitate vitare. Feſtus. Sentinatur nauis in pelago Auguſtin. Serm. c. 34, 13. Senex ſentinando deputatus Paullin. Nol. Epiſt. 49 de naufragio, ad Marcarium, c. 1. Complorantibus noſtris omnibus atque ſentinantibus dies quidem tandem illuxit Gell. 19, 1. *Sic legi vult Scaliger ad Feſtum. Sed Gron.* in ſentina ſatis agentibus.

SENTINATOR, ōris. m. *Qui ſentinam exhaurit.* Paullin. Nolan. Epiſt. 49, 12 Quid huic quaeſo obfuit ſeni perſona ſentinatoris, et in nautis viliſſima.

SENTINŌSVS, a, um. Adi. *Sordibus plenus.* Cato *apud* Non. 2, 645 Naues putidae et ſentinoſae. Vetus et ſentinoſum nauigium Ambroſ. Orat. de obitu fratris.

SENTINACVLVM, i. n. *Inſtrumentum ad ſentinam exhauriendam comparatum, Antlia.* Paullin. Nol. Epiſt. 49 c. 3.

SENTINVS, *Deus apud* Auguſtinum de Ciuitat. Dei, 7, 2 qui ſenſus puerperio largiri crederetur.

SENTIO, ſi, ſum, īre. [αἰσθάνομαι] *Senſu percipere, ſic tamen, vt frequenti metaphora etiam ſenſu carentibus tribuatur, cum qualemcunque mutationem ſubeunt.* Plaut. Curc. 1, 2, 69 Sentio ſonitum. Alnos cauatas ſenſere fluuii Virg. Georg. 1, 136. Cariem ſentit ea res Plin. 12, 7. *h. e. Efficitur carioſa.* Clauem ſenſit ianua Tibul. 2, 4, 31. Dolorem lateris ſentire Scribon. 94. Liu. 25, 13 Famem Campani ſentiebant, quia ſementem eos facere prohibuerant Rom. exercitus. Ne ignem quidem admotum ſenſiſſet Petron. c. 79. Labor non ſentitur ſedulitate, *Vehemens ſtudium laborem fallit* Ouid. Faſt. 4, 434. Laetitiam toto pectore ſentire Idem Met. 10, 443. Medicinam ſentire, *pro melius habere poſt medicinam, apud* Celſum 3, 21. *vid. Rhod. ad* Scribon. 113 *Sic* Plin. 22, 25 Quae cibum non ſentiunt. *Et* 29, 5 Vermiculo qui lytta vocatur, exemto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt. Lucret. 1, 299 Tum porro varios rerum ſentimus odores. Teredinem ſentire dicitur herba, caro, aut res alia, *vid.* TEREDO. Vetuſtatem non ſentire Plin. 11, 42. *i. Non ſeneſcere.* ¶ 2 Sentire, *intelligere, iudicare.* Ter. Andr. 1, 2, 2 Si ſenſero hodie quidquam in his te nuptiis fallaciae conari. *add.* Id. ib. 1, 1, 136. Idem Adelph. 3, 3, 8 Si me ſenſerit eum quaeritare, nunquam dicet carnufex. Cic. Fam. 1, 5 Te videre et ſentire eandem fidem eſſe hominum in tua dignitate, quam ego in mea ſalute ſum expertus, ex tuis literis intellexi. Quanto eſſet ornamento ſibi, ſentiebat Nep. 10, 2, 1. Commendari ſe verecundia oris adeo ſentiebat, vt *etc.* Suet. Domit. c. 18. *i. delectabatur.* Ouid. Met. 2, 545 Senſit adulterium Phoebeius, vtque latentem, *etc.* Thraces, poſtquam eum cum magna pecunia veniſſe ſenſerunt Nep. 7, 9 *pr.* Cum ſentiret antidotis praemunitam Suet. Ner. c. 34.

c. 34. Plerique cenſebant, poſſe prius ad anguſtias perueniri, quam ſentirentur Caeſ. B. C. 1, 67. *i. animaduerteretur, ipſos in propinquo eſſe.* Villicus ſentit te dominum Hor. Epiſt. 2, 2, 160. Cic. de Amicit. 10 Sed hoc primum ſentio, niſi in bonis, amicitiam eſſe non poſſe. Recte ſentire Quinctil. 2, 15. Cic. de Amicit. . . . Hactenus mihi videor de amicitia quod ſentirem, potuiſſe dicere. Idem Off. 1, 149 Bene de Republica ſentientes ac bene meritos, aut merentes, aliquo honore aut imperio affectos, obſeruare et colere debemus. Cic. de Amicit. 81 c. 23 De amicitia omnes ad vnum idem ſentiunt. Plaut. Rud. 4, 4, 56 Omnia ego facile patior, dum hic hinc a me ſentiat: *i. a meis partibus ſit, mihi faueat.* *Sic* Gell. 5, 10 Si iudices pro cauſa mea ſenſerint. Ter. Andr. 2, 1, 26 Sponſam hic tuam amat. P. nae iſte haud mecum ſentit. Cic. de Inuent. 1, 6 Nam neque cum iis ſentimus, qui ciuilem ſcientiam eloquentia non putant indigere. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 32 Quid enim irati grauius de vobis ſentire poſſent, quam vt eos prodatis, qui ſe nobis omnia debere iudicant: et in eorum poteſtatem veniatis, qui ſe per vos periſſe putant? *i. grauius in vos ſtatuere.* Male ſentire de aliquo Quinctil. 2, 2. Plaut. Trin. 3, 2, 13 Scio ego et ſentio ipſe, quid agam, neque a me officium migrat. Ibid. 2, 3, 29. Ter. Eun. 1, 1, 21 Sine modo, mori me malim: ſentiet qui vir ſiem. Mature ſentire, *vid.* MATVRVS. Cic. de Fin. 1, 55 Nam corpore nihil niſi praeſens, et quod adeſt ſentire poſſumus: animo autem et praeterita et futura.

SENTIENS, entis. Part. Vis quaedam ſentiens atque diuina, quae toto confuſa mundo ſit Cic. de Diuinat. 2 c. 15. Libertatem ridens ſentiensque accepi Quinctil. Decl. 9, 20 p. 209. Fratre non ſentiente iniuriam Petron. c. 79. *add.* id. c. 22. Sentiente eius valetudine Scribon. 113. *Vid. ſupra* SENTIRE medicinam.

SENSVS, a, um. Partic. *paſſ.* Cic. de Orat. 3, 165 Non vt dictum eſt in eo genere intelligitur, ſed vt ſenſum eſt. *Legitur* et Senſitus *apud* Frontin. de Colon. p. 333 Senſiti ſunt, *pro ſenſerunt aut cenſuerunt.*

SENSVRVS, a, um. Partic. [αἰσθησόμενος] Ouid. Met. 13, 287 Eſt animus certe veſtros ſenſurus honores.

SENTISCO, ĕre. Meditatiuum. [αἰσθάνομαι] Lucret. 3, 394 Quam primordia ſentiſcant concuſſa animaï. Idem 4, 587 Et genus agricolûm late ſentiſcere, quum Pan Vnco ſaepe labro calamos percurrit hiantes.

SENSVS, ûs. m. [αἴσθησις, ϋως Gloſſ. Lat. Gr. αἴσθημα] *Quo ſentimus: aeque late patet ac verbum ſentio. Vnde dicimus quinque eſſe ſenſus,* Tactum, Guſtum, Viſum, Odoratum, Auditum. Plin. 10, 69 Ex ſenſibus ante caetera homini tactus, deinde guſtus: reliquis ſuperatur a multis, Aquilae clarius cernunt, vultures ſagacius odorantur, liquidius audiunt talpae obrutae terra, tam denſo atque ſurdo naturae elemento. Cic. de Nat. Deor. 2, 145 Guſtatus praeclare ſeptus eſt: ore enim continetur, et ad vſum apte, et ad incolumitatis cuſtodiam: omniſque ſenſus hominum multo antecellit ſenſibus beſtiarum. *Huc pertinet* Sen. Epiſt. 124 Quaeritur, vtrum ſenſu an intellectu comprehendatur bonum, *vid.* SENSIBILIS. Caſſa ſenſu ſimulacra Lucret. 4, 127. Cic. Verr. 1 c. 18 Non dubito quin, tametſi nullus in te ſenſus humanitatis, nulla ratio vnquam fuit religionis, nunc tamen in metu periculoque tuo, tuorum tibi ſcelerum veniat in mentem. Accenſi ſenſus, *incitati, vegetati, anima et vitalitate donati* Lucret. 2, 958. Acerrimus ſenſus, Integer ſenſus, *vid. hh. vv.* Claud. de Conſ. Mall. Theod. 193 *ad Iuſtitiam,* Nitidis quisquis te ſenſibus hauſit, *i. pura mente combibit.* ¶ 2 *Formulae Verborum:* Abalienare ſenſus Scribon. 180. Abſtulit timor mihi omnem ſenſum Ouid. Met. 14, 177. Accendere ſenſus, *vid.* ACCENDO. Quinctil. 6, 1 Non enim audire iudex videtur aliena mala deflentes, ſed ſenſum ac vocem auribus Accipere miſerorum. Cic. Verr. 7 (5) c. 46 An vos quoque hic acerbiſſimus innocentium cruciatus et moeror pari ſenſu doloris Afficit? Affluit corpus ſenſu Lucret. 3, 685. Amittere ſenſum humanitatis, *vid.* AMITTO. Auertere ſenſus infandos non ſani pectoris. Sen. Herc. fur. f. 11. Auertere ſanos ſenſus alicuius ſacris magicis Virg. Ecl. 8, 67. Seruius: Auertere, A ſanitate mutare: aut Auertere ait, pro Conuertere, vt ſit mutata Praepoſitio. Auffertur ſenſus partis Scribon. 11. Cic. in Orat. 109 Detrahit praeterea actionis dolorem, Aufert humanum ſenſum actoris. *Senſus eſt, Iudiciis non conuenit concinna et compoſita oratio, quoniam non patitur, vt orator indignetur, conqueratur, ſupplicet, doleat, illacrimet: quae res ab humano ſenſu proueniunt. Dum enim in numeris et concinnitate occupatus eſt, affectus illi grauiores euaneſcunt. Ita neque actor ipſe mouetur, neque alios mouet, ſecundum illud* Hor. Arte Poët. 102 Si vis me flere, dolendum eſt Primum ipſi tibi. Carere omni ſenſu Scribon. 181. Ceſſerunt attonito pectore ſenſus Lucan. 5, 760. Credere ſenſibus Lucret. 4, 437. Deducere ſenſum membris Lucret. 3, 534. Deperdere vitalem ſenſum membratim Lucret. 3, 526. Deponere ſenſum Cic. Fam. 1, 8. Fruatur mens iucundo ſenſu. *i. Iucunditate, et delectatione* Lucret. 2, 19. Fugiunt ſenſus et conſilium cum re Ouid. ex Pont. 4, 12, 48. Haurire ſenſibus Iuſtitiam Claud. de Conſ. Mall. Theod. 193. Impellunt ſenſum vox et ſonitus Lucret. 4, 530. *i. laceſſunt, commouent.* Ineſt ſenſus formicis *i. ratio, intelligentia,* Plin. 7, 15. Intendere ſenſus ad res percipiendas, *vid.* INTENDO. Labefactantur ſenſus Lucret. 4, 437. Laedere ſenſus Lucret. 2, 429. Obſtruere ſenſus, *vid.* OBSTRVO. Orbare ſenſibus Cic. Acad. 4, 61. Pellere ſenſum, *Mouere,* Lucret. 4, 528. Plin. Epiſt. 1, 10 Neque enim ego, vt multi, inuideo aliis bonum, quo ipſe careo: ſed contra. ſenſum quemdam voluptatemque percipio, ſi ea, quae mihi denegantur, amicis video ſupereſſe. Praebere ſenſum et materiam malis Ouid. ex Pont. 4, 16, 50. Reconflatur ſenſus, *i. Reſuſcitatur* Lucret. 4, 925. Reducere ſenſum, *Redire ad ſe* Claud. in Eutrop. 2, 518. Reddere vitalem ſenſum Lucret. 2, 889. Redire paullatim in ſenſus Lucret. 3, 504. Titillare ſenſus Lucret. 2, 429. Idem 3, 536 At locus ille tamen quo copia tanta animaï Cogitur in ſenſu debet maiore Videri. ¶ 3 Senſus, *cogitatio, vis cogitandi, tum qua ad intellectum refertur, tum qua in volendo ineſt, nec ſolum in genere cogitationem, ſed etiam ſingulares, et indiuiduas (ſi ita licet dicere) cogitationes, etiam quatenus verbis expreſſae ſunt.* Cic. Acad. 1, 41 Quod autem erat ſenſu comprehenſum, id ipſum ſenſum appellabat. Quinctil. 8, 5 *pr.* Sententiam veteres quod animo ſenſiſſent vocauerunt. Id cum eſt apud oratores frequentiſſimum, tum etiam in vſu quotidiano quasdam reliquias habet. Nam et iuraturi ex animi noſtri ſententia, et gratulantes ex ſententia dicimus. Non raro tamen et ſic loquuti ſunt, vt ſenſa ſua dicerent: nam ſenſus, corporis videbantur. Sed conſuetudo iam vt mente concepta, ſenſus vocaremus: lumina autem, praecipue in clauſulis poſita, ſententias. Quapropter edulcare conuenit Curasque acerbas ſenſibus gubernare Matius *ap.* Gell. 15, 25 *i.* *tionibus. Laudatur, falſo, arbitror,* Plin. . . Nihil enim tam culum, quam verborum ſonitus inanis ſine ſenſu ac ſcientia. *dem quidem re* Cic. de Orat. 1, 51 c. 12 Quid eſt enim tam fur quam verborum vel optimorum atque ornatiſſimorum ſonitus nulla ſubiecta ſententia, nec ſcientia. Ter. Adel. 4, 1, 17 Q otioſus es: ego illius ſenſum pulchre calleo. *i. Quid ille* Ex Animi ſenſu Cic. pro Roſc. Amer. c. 44. Egregia dicta circ dem fere ſenſum Sen. Ep. 7. Ambiguitas turbare poteſt ſenſum ctil. 8, 2 p. 675 *Burm.* Senſus teſtamenti Phaedr. 4, 4, 19. V Gell. 7, 2. *conf. Cellar. Cur. Poſt.* p. 89. Manus eſt miniſt ſus *i. Voluntatis, ſeu Animi. Literis enim exprimit quod habe animo* Ouid. Epiſt. 18, 24. Arcanus ſenſus, *vid.* ARC Communis ſenſus, *quo ſentimus, cogitamus, intelligimus, quo conſuetudine homines ſentiunt etc.* Quinctil. 1, 2, 20 Senſum ipſu communis dicitur, vbi diſcet, quum ſe a congreſſu, qui non hom ſolum, ſed multis quoque animalibus naturalis eſt, ſegregarit? de Orat. 2 c. 16 Senſus hominum communis, *vid.* Quinct. 8 Pr. 2 primum philoſophia promittit, ſenſum communem, humanitat congregationem Sen. Ep. 5. Phaedrus 1, 8, 3 Hoc illis dict quibus honorem et gloriam, Fortuna tribuit, ſenſum commun ſtulit. Carere communi ſenſu Hor. Serm. 1, 3, 68. *de ſtu imperitis dictum eſt.* Rarus enim ferme ſenſus commu illa Fortuna Iuuenal. 8, 73. *i. ciuilitas ſ. popularitas, ſec bon.* *Verum* Cic. pro Plancio c. 14 Communis ille ſenſus in ali taſſe latuit. *h. e. alii fortaſſe diſſimularunt, quid ſentirent, q affecti animo eſſent.* Cic. de Aruſp. Reſp. c. 9 Domeſticus nati ſenſus gentis ac terrae *videtur* συμπάθειαν *quandam notare, q quisque patriae, ſua cuique patria ad rem gerendam aptior, commo videtur.* Cic. Fam. 1, 9. Idemque memineram nobis priuatis v Caeſarem et Bibulum Conſules, cum ſententiae noſtrae magi ſenatu pondus haberent, vnum fere ſenſum fuiſſe bonorum o Nemo eſt mihi tam Conſentientibus ſenſibus Cic. Att. 4, 16. eodem, quo Alcibiades, ſenſu Nep. 6, 5, 3. Vu mi ſenſus Quinctil. 2, 4, 28 *Sententiae vulgares. Sed ad in cogitata pertinent iſta:* Ipſe pater ſenſus, ipſi ſtupuere magiſtr Silu. 2, 1, 119. Senſibus celebris, verbis rudis Vell. 2, 9, 5. *conf.* *Adu.* 44, 26. 16, 26 *et* 30. Id. *ad* Stat. Theb. p. 51. *Pro ſenten riodo abſoluta,* Ridendi, qui velut leges prooemiis omnibus dec vt intra quatuor ſenſus terminarentur Quinctil. 4, 1 p. 312. rire alicui ſenſus ſuos Nep. 10, 8, 2. *i. cogitata.* Cic. Verr. Non mehercule criminis augendi cauſa dicam Iudices, ſed qu cepi ipſe oculis, animoque ſenſum, hunc vere apud vos, et vt p planiſſime exponam. Conuertere ſe ad ſenſum alterius, *vid.* VERTO. Expromit varios ſenſus animus Lucret. 2, 886. Fa teri alicui ſuos ſenſus Oid. Epiſt. 21, 204. Gerere ſenſus ab *vid.* ABDITVS, in ABDO. Iudico de meo ſenſu, *vid.* IVI Orta a falſo ſenſu oratio Lucret. 4, 485. Oſtendere ſenſum Plaut. Moſt. 5, 1, 22. Remota a ſenſibus noſtris natura Lucret. 5, 149. Suffugere ſenſum res dicitur, quam ſenſu p pere non poſſumus Lucret. 4, 361.

SENSVM, i. n. *Vix legitur, niſi in numero Plurali.* Cic. de 1, 32 c. 8 Hoc enim vno praeſtamus vel maxime feris, quod col mur inter nos, et quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus. I 52 c. 14 Senſa mentis et conſilia ſic verbis explicat. *Vid. paull* SENSVS n. 3 *ex* Quinctil. 8, 5 *pr.* Cic. de Orat. 1, 32 c. 8 E exprimere dicendo ſenſa poſſumus. *Quo loco vtitur* Non. 5, 41. ſus, *inquit,* ſunt, qui ſentiunt: Senſa, quae ſentiuntur.

SENSICVLVS, i. m. [νοημάτιον] Dimin. *a* Senſus. Qu 8, 5, 14 Inde minuti, corruptique ſenſiculi, et extra rem petiti: *tentiae, cogitationes.*

SENSIM. Adu. [ἠρέμα] *Paullatim, quia ea maxime ſenſi ciunt, quae morantur, quaſi cum meditatione et ſenſu.* Plin. 23, 2 Gratius tamen quod ſenſim et placide, et quantum reſpecta turba pateretur, incederes. Cic. Off. 1, 120 Magis decere cenſe pientes amicitiam ſenſim diſſuere, quam repente praecidere. 45 Non iam ſenſim, vt ante, per centuriones principes poſtulant paſſim omnes clamoribus agunt. Cic. Verr. 3, 158 Quibus rebus ſenſim atque moderate ad iſtius amicitiam arrepſerat, ſed breui pore totum hominem, totamque eius praeturam poſſederat. ſim et modice creſcere Plin. 5, 9. Senſim ad montes ſu Liu. 1, 27. Senſim progredi Cic. de Fin. 5, 41 c. 15. erit pedetentimque mutatio Facienda Cic. Off. 1 c. 33. Rec Quinctil. 11, 3, 127. *add.* ib. 167. Reprehendi Nep. 25, 9, 7.

SENSATVS, a, um. [νουνεχής Gloſſ. Gr. Lat.] Senſu *non muni modo, ſed acutiore velut et ampliore praeditus.* Firmic. 3, 10 ſatos quidem et intelligentes, et quorum dicta et rationes ab om comprobentur. Idem 5, 12 Mars homines faciet ſenſatos, cal aſtutos. *conf.* Vulgat. Sirac. 7, 27.

SENSIBILIS, e. Adi. [αἰσθητός] *Quod ſentit, et Quod ſentitur.* Trismeg. ad Aſclep. p. 97 Mundus, qui dicitur ſenſibilis, recep lum eſt omnium ſenſibilium ſpecierum. Id. ib. p. 87 Senſibilia bilibus annexa ſunt. Vitruu. 5, 3 Vox eſt Spiritus fluens et aëris ſenſibilis auditui. Sen. Epiſt. 124 *pr.* Quaeritur vtrum ſenſu an i lectu comprehendatur bonum? — Quicunque voluptatem in mo ponunt, ſenſibile iudicant bonum: nos contra intelligibile, lud animo damus. *Vtitur et* Solin. 49. *Hinc* Inſenſibilis.

SENSIBILITER. Adu. Arnob. 7 p. 234 Nec odor ſenſibil commouere eos poteſt aura nidoris alicuius.

SENSIBILITAS, atis. f. *Senſus ſignificatio.* Nonio 12, 30 ſibilitatis eius non leuis ratio eſt. *conf.* Id. 2, 800 *Vbi* Sententiam ſibilitatem *ipſe interpretatur.*

SENSILIS, e. Adi. [αἰσθητός] *Idem quod Senſibile, quod ſenſui iectum eſt.* Lucret. 2, 887 Ex inſenſibilibus ne credas ſenſile gigni *Corpus ſenſum habens. add.* ib. 901.

SENSIFICO, are. Rupes ſenſificare tonis potuit Harmonie, *reſpectu ad Orphea,* Mart. Capella 9 p. 308.

SENSIFICVS, a, um. Adi. [αἰσθηματοποιός] *Quod ſenſus ſam praeſtat.* Macrob. Saturn. 7, 9 Spiramentum ſenſificum ad quaeque loca naturali lege ducentes. *Add.* Mart. Capella 2 p. 43.

SENSIFER, ĕra, ĕrum. *Aliud* Adi. [αἰσθηματοφόρος] Lucret. 273 Ideo concluſa mouebunt Senſiferos motus. *i. Motus, qui faci ſen

ſe ius. Lucret. 937 Longe ab ſenſiferis primordia motibus errant. A . ib. 223 *et* 241.

ENSILŎQVVS, a, um. Non. 2, 898.

ENSVĀLIS, e. Adi. *Senſu praeditus.* Tertull. de Anim. 43 *pr.* St ci ſomnum reſolutionem ſenſualis vigoris affirmant. Aedem ſibi ip *Deus* mente in hominis condidit Viuam, ſerenam, ſenſualem, tailem Prudent. in Romano v. 346. *Conf.* Tertull. adu. Hermog. c. 45. Ca . Aurel. Tard. 5, 1.

ENSVALITER. Adu. Coli Sariſber. 5, 3.

ENSVALITAS, ātis. f. Tertull. de Anim. 17 *pr.* Plato irrationa- ei pronuncians ſenſualitatem. *conf.* ib. c. 38 *extr.*

ENTENTIA, ae. f. [γνώμη, διάνοια, δόγμα, ἀπόφασις, βούλημα] *uod animus ſentit, ſ. in quantum intellectus vocatur, vt ſit Iudicium certum, vel opinio: ſiue comprehenſa etiam voluntate, vt ſit conſilium, le re noſtra, vel de publica, in ſenatu prolatum, in animo retentum: n votum et deſiderium et propoſitum etc.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 145 Haec ſententia eſt, vt hinc porro quid agas, conſulas. Cic. Off. 3, 116 1 his, velis equiſque (vt dicitur) ſi honeſtatem tueri ac retinere entia eſt, decertandum eſt. Ter. Phorm. 2, 2, 21 Alere nolunt hoem edacem, et ſapiunt mea quidem ſententia. Cic. pro Roſc. Aer. 88 c. 31 Poſtremo Iudices, id quod ad rem mea ſententia mae pertinet, vtrum inimicus potius, an filius? Ter. Adel. 3, 5, 5 ialiter de hac re eſt eius ſententia. Idem Andr. 1, 3, 2 Quantum llexi ſenis ſententiam de nuptiis. Teſtis mearum centimanus es ſententiarum Hor. Carm. 3, 4, 69. ¶ 2 *Epitheta:* ignior ſententia Vlpian. 1. Per ſeruum ff. de vſu et habitatione. ors ſententia Stat. Theb. 12, 173. Diuina futuri ſententia . in Arte Poët. 219. Domeſtica et Forenſis *lepide opponuntur vt* Veſtitus, *v.v.* Dubia eſt ſententia nobis Ouid. ex Pont. 3, . Exquiſita ſententia Tacit. Ann. 12, 23. Fallax homi- ſententia Ouid. Faſt. 5, 191. Idem Met. 13, 318 ——— non a ſententia tantum Fida, ſed et felix quum ſit, facit eſſe fidelem. ſententia puer, *vid.* LEVIS. Libera ſententia Quinctil. 2, 8. or ſententia menti Virg. Aen. 2, 35. Molles ſententiae, *vid.* LIS. Muliebris ſententia, *vid.* MVLIER. Nulla ſit hac or ſententia Hor. Epod. 16, 17. Populares ſententiae Quinctil. Praecipites vel obſcurae ſententiae Quinctil. 5, 2. Saluberi a ſententia, *vid.* SALVBER, in SALVS. Salutaris ſententia Liu. 6. Sa ta ſententia Lucret. 3, 372. Velox ſententia Lucan. ad Piſon. ¶ *Verborum formulae:* Abeſſe a ſententia Cic. de Orat. 1, 255. Liu. 36, 12 H : ſententia accepta eſt, *i. probata: de conſulentibus et cenſentibus* ſe *o eſt.* Adducere in ſententiam Cic. Fam. 2, . . Liu. 36, 11. Virg. A 9, 220. Nec mea iam mutata loco ſententia Cedit. Cic. Phi- lip 1, 7 Cum hominis ampliſſima fortuna, auctoritate, gratia, Flu- cu ntem ſententiam confirmaſſem, *etc.* Conſtat animo ſententia Vi . Aen. 5, 748. Tacit. Ann. 14, 49 Non ideo aut Conſules mutave relationem, aut Thraſea Deceſſit ſententia (*quam dixerat in Sena*). Deducere de ſententia Cic. de Clar. Orat. 97. Deiice de ſententia Idem Tuſc. 2, 28. Depellere de ſententia Cic. Fa . 1, . . Deſiſtere ſententia, vel de ſententia Idem de Fin. 1, 63 Deſtinare ſententiam Cic. Tuſc. 2. Deterrere de ſente a Id. de Diuin. 2, 81. Detrudere de ſententia Cic. Fam. 14 . . Dicere ſententiam de re aliqua Quinctil. 1, 10. Cic. de Legib. 3, 42 Quod vero actoris eſſe iubeo fraudem, id totum Dixi ex Craſſi ſapientiſſimi hominis ſententia. Diſcedere a ſententia Caeſ. B . Ciuil. 1, 2. Diſcrepat ſententia Hor. in Arte Poët. 219. D det et variat ſententia Ouid. Met. 15, 648. Cic. Fam. 1, 2 Itaque qu n ſententia prima Bibuli pronunciata eſſet, vt tres legati Regem re icerent, *etc.* Poſtulatum eſt, vt Bibuli ſententia Diuideretur. Quate s de religione dicebat, ei rei Bibulo aſſenſum eſt De tribus lega , frequentes ierunt in alia omnia. *Senſus hic eſt: Quum Bibulus ſententia ſua duas res complexus eſſet, de religione, et de tribus legatis: poſtulatum eſt, vt eius ſententia diuideretur. i. Vt ſingulis de rebus ſepara n referretur. Ac de religione quatenus dixit, vt ſcilicet ne contra Sibyllinos libros decerneretur, qui Regem Aegyptium cum exercitu reduci verent: aſſenſum eſt. Caput illud, de tribus legatis, Qui Regem reducerent, improbatum, vid.* DIVIDO. Ducere in ſententiam Cic de Inent. 1, . . Idem Fam. 1, 4 Quum in ſenatu pulcherrime ſtare .us, quod iam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius die Fregeramus. Habuit ſententiam hanc oratio Cic. Verr. 4, 138 Illigari ſententiam verbis, Inclinat ſententia, *vid. hh. vv* Verſibus Incluſa eſt voti ſententia compos Hor. in Arte Poët. 76. Pl t. Mil. 2, 1, 51 Ego quoniam Inſpexi mulieris ſententiam, ce tabellas, *etc.* Intelligere ſententiam alicuius, *vid.* INTELLIO. Ire in ſententiam Cic. Fam. 1, 2. Loqui in eande ſententiam, Manere in ſententia, Manent in ſententia ph oſophorum, Mouere aliquem de ſententia, Mutare ſe entiam, Nata eſt ſententia, *vid. hh. vv.* Numerantur ſe entiae, non ponderantur Plin. Epiſt. 2, 12. Ornare aliquem ſe entiis, *vid. h. v.* Oſtendere ſententiam ſuam, *vid.* OSTENDO. T . Heaut. 2, 1, 7 Non vt meus, qui mihi per alium Oſtendit ſuam ſente iam. Sil. 7, 223 Stat Penſata diu belli ſententia. Peragere ſe entiam ſuam alicui, *vid.* PERAGO Perducere ad ſententiam Ci Att. 16, 8. Perſeuerare, Perſtare in ſententia, *vid. hh. vv.* Quinctil. 3, 1 Non tamen poſt tot ac tantos ſcriptores pigebit meam qu buſdam locis Poſuiſſe ſententiam. Plaut. Epid. 3, 4, 80 Quid nunc qui in tantis poſitus ſum ſententiis, eumne ego ſinam impune? *qui auctor tot ſententiarum et decretorum ſum, quibus nomen meum pro more praeſcriptum eſt.* Repudiare ſententiam Cic. Philipp. 6, 3. Salluſt. Cat. 52 At M. Porcius Cato Rogatus ſententiam, huiuſcemodi orationem habuit. Quinctil. 3, 8 Et primum, aut propter ipſam rem, de qua ſententiae Rogantu conſultabitur, aut, *etc.* Plaut. Ciſt. 2, 1, 3: Scis iamdudum omnem mean ententiam. Ter. Phorm. 5, 9, 54 Immo vt iam Scias meam ſententiam. Se ui ſententiam Cic. Philip 6, 3. Sic Stat ſententia Ouid. Met 1, 243. Ci de Legib. 3, 33 Nam ego in iſta Sum ſententia, qua te fuiſſe ſemper ſc . Eſſe in eadem ſententia Cic. Fam. 16, 3. Idem de Fin. 2, . . Vt acile intelligi poſſit, eos, qui aliquid ſibi videri dicant, non ipſos in a ſententia Eſſe, ſed audire velle contraria. Liu. 1, 8 Eorum magi ſententiae Sum, qui, *etc.* Plaut. Trin. 3, 2, 90 Ego amicus numqu n tibi ero alio pacto: ſic ſententia Eſt. *i. Ita ſtatui in animo.* Haec ſe entia Eſt mihi cordi Sil. 16, 649. Virg. Aen. 1, 586 Nate dea, qu nunc animo ſententia Surgit? *i. Oritur.* Tenere vel retine ſententiam Cic. de Fato 29. Traducere ad ſententiam Idem pr Cluent. 144. Variant ſententiae, *vid.* VARIVS. Virg. Aen. 1, 11 Quae te genitor ſententia Vertit? Idem Aen. 10, 7 Caelicolae magni, quianam ſententia vobis Verſa retro? ¶ 4 Sententia, *pro Voto.* Sic Nepos 7, 7, 1 Minus ex ſententia rem geſſit. Ter. Adel. 3, 4, 57 Piſces ex ſententia nactus ſum. Cic. Acad. 4, 148 c. 31 Quid enim conſcendens nauem ſapiens, num comprehenſum animo habet atque perceptum ſe ex ſententia nauigaturum? *Hinc ille cauillator apud* Gell. 4, 20 *illudens Cenſoris adiurationi*, vt tu ex animi tui ſententia, vxorem habes? *reſpondit*, Habeo equidem vxorem, ſed non hercle ex animi mei ſententia: *negat vxorem ſibi talem eſſe, qualem optet, cum vere, et vt rem ſe habere ſentiat (hoc enim eſt ex animi ſententia in tali formula) cenſori reſpondere iuſſus eſſet.* Quinctil. 8, 5, 1 Nam et iuraturi *ex animi noſtri ſententia*, et gratulantes *ex ſententia* dicimus, *vid. Briſſon. de Form.* 8, 9 p. 689. ¶ 5 *Peculiariter in iudiciis locum et quaſi domicilium habet* Sententia, *tribuiturque tum ſingulis iudicibus et aſſeſſoribus, tum Praeſidi, cum is, quod maiori parti viſum eſt, tanquam legem, quae litem dirimat, aut cauſam, ex parte certe, finiat, pronunciat.* Dicere ſententiam, *inquit* Paullus ff. De arbitris aeſtimatur is, qui ea mente id pronuntiat, vt ſecundum hoc diſcedere eos, qui litigant, a tota controuerſia velit. Quinctil. 5, 13 Apud iudices quidem ſecundum leges dicturos ſententiam, de confeſſis praecipere ridiculum eſt. Candida ſententia, *Qua quis abſoluitur. Alludit ad calculos.* Ouid. Met. 15, 47. Abſolui omnibus ſententiis, *vid. h. v.* Papinian. in l. Iudicatae. §. fin. D. De except. rei iud. Si debitor de dominio rei, quam pignori dedit, non admonito creditore cauſam egit, et Contrariam ſententiam Acceperit: creditor, *etc.* Vlpian. in l. 1. D. De feriis et dilationibus. Sed ſi praetor ſententiam Dixerit, praeſentibus illis, et ſponte litigantibus: ſententia valebit. Sin vero quum abeſſe perſeuerauerint, ſententiam protulerit, etiam abſentibus illis: conſequens erit dicere, ſententiam nullius eſſe momenti. Citra igitur appellationem ſententia infirmabitur. Dicere ſententiam Quinctil. 1, 10. Idem 2, 15, 6 Facies aliqua miſerabilis, vel formae pulchritudo dictat ſententiam. *i. efficit, vt iudex hanc vel illam ſententiam ferat.* Ferre ſententiam de re aliqua Quinctil. 3, 6. Triſtis ſententia Lata eſt, *Condemnatus eſt* Ouid. Met. 15, 43. Pars vtraque ſententias Habet Sen. Ep. 102. *i. Suffragia.* Inclinabant eo ſententiae, *vid.* INCLINO. Tacit. Hiſt. 4, 9 Quum Perrogarent ſententias Conſules, Vulcatius Tertulinus, *etc.* Omnibus ſententiis Cic. Fam. 12, 10. Idem Q. Frat. 2, 4 Omnibus ſententiis abſolutus eſt. *Et* Verr. 4, 100. Papin. in l. 29 Iudicatae in prin. D. de excep. rei iud. Nec in ſeruitutem videtur peti poſt rem pro libertate iudicatam, nondum ex cauſa fideicommiſſi manumiſſus: ſed Praetoris oportet in ea re ſententiam Seruari, quam pro parte victi praeſtare non poteſt. ¶ 6 *De intellectu et ſignificatione verborum, vid. mox* SENTENTIOSE. Lucret. 4, 565 Ergo fit, ſonitum vt poſſis ſentire: neque hilum Internoſcere verborum ſententia quae ſit. Niſi ei tu ſigna doloris tui verbis, ſententiis, voce *etc.* oſtenderis Cic. de Orat. 2 c. 45. Hor. Serm. 1, 10, 8 Eſt breuitate opus, vt currat ſententia: neu ſe Impediat verbis laſſas onerantibus aures. *Speciatim* ¶ 7 Sententia, *Lumen orationis dicitur, quod in clauſulis praeſertim breuiter collectum eſt, vt* Ter. Andr. 1, 1, 41 Obſequium amicos, veritas odium parit, *vid. paullo ante,* SENSVS. Auctor ad Herenn. 4, . . Sententia eſt oratio ſumta de vita, quae aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita, breuiter oſtendit, hoc modo, Difficile eſt primum virtutem reuereri, qui ſemper ſecunda fortuna ſit vſus. Inde dictae ſunt ſententiae, quod ſimiles ſunt conſiliis et decretis Quinctil. 8, 5 *locus claſſicus eſt. Vid.* Cic. Fam. 10, 16 *et* 19. Acutae Crebraeque Cic. de Orat. 2 c. 8. Gell. 9, 16 Sententia eſt *v. g. illa*, Si placet lex, redde: ſi non placet, redde. Grandes ſententiae Quinctil. 2, 11. Otioſae ſententiae, *vid.* OTIOSVS, in OTIVM. Ducere ſententias ex quaeſtionibus Quinctil. 4, 1. Idem 2, 12 Sententiae quoque ipſae, quas ſolas petunt, magis eminent. *Et* 4, 3 Ne ſententia quidem velut fatigatum intentione ſtomachum iudicis reficere diſſuaſerim.

SENTENTIŎLA, ae. f. Dimin. *contemtus.* [γνωμίδιον] Cic. Philipp. 3, 21 c. 9 At in rebus triſtiſſimis quantos excitat riſus? ſententiolas edicti cuiusdam memoriae mandaui, quas videtur ille peracutas putare. Quinctil. 5, 13, 37. 9, 2, 98. 11, 1, 52. 12, 10, 73. Gell. 9, 16 *et* 17, 12.

SENTENTIALĬTER. Adu. Macrob. Saturn. 5, 6 Sententialiter proferri. Tertull. de Carne Chriſt. c. 18. Sententialiter et definitiue pronunciare.

SENTENTIŌSVS, a, um. Adi. [γνωμολογικὸς, ἀποφθεγματικὸς] *Quod ſententiis abundat, et dictis quibusdam breuiter et argute collectis.* Cic. de Clar. Orat. 325 c. 95 Genera autem Aſiaticae dictionis duo ſunt. Vnum ſententioſum et argutum, ſententiis non tam grauibus et ſeueris, quam concinnis et venuſtis.

SENTENTIOSE. Adu. [γνωμολογικῶς] Cic. de Orat. 2, 268 c. 71 Saepe etiam ſententioſe ridicula dicuntur. Idem in Orat. 236 c. *vlt.* Res autem ſe ſic habet (vt breuiſſime dicam quod ſentio) compoſite et apte, ſine ſententiis dicere, inſania eſt: ſententioſe autem ſine verborum et ordine et modo, infantia.

SENTIFICO, āre. *Senſu inſtruere.* Claud. Mamert. de Statu Anim. 1, 17 Vniuerſum corpus mouere et ſentificare. Nec alia pars animae ſentificat oculum, et alia viuificat digitum Id. 3, 2.

SENTIS, is. m. [ἄκανθα] *Spina. Nomen inde volunt, quod a tangentibus quamprimum ſentiatur.* Plaut. Caſ. 3, 6, 1 Vide fur, vt ſentis ſub ſignum ducas. C. Quî vero ſentes? O. quia quod tetigere, illico rapiunt: ſi eas ereptum, illico ſcindunt. Idem Capt. 1, 2, 79 Aſper meus victus ſane eſt. E. ſenteſne eſitas? Virg. Aen. 2, 379

Improuiſum aſpris veluti, qui ſentibus anguem
Preſſit humi nitens, trepidusque repente refugit
Attollentem iras, et caerula colla tumentem.

Denſi complerant vndique ſentes Virg. Aen. 9, 382. Ouid. Met. 2, 799 Pectusque manu ferrugine tincta Tangit, et hamatis praecordia ſentibus implet. Incultisque rubens pendebit ſentibus vua Virg. Ecl. 4, 29. Secant crura ſentes Ouid. Met. 1, 529. Liberantur arua ſentibus, qui aeſtiuo tempore per Caniculae ortum reciſi, plerumque intereunt radicitus Columel. 6, 3. Sentis canis, *deſcribitur* Columel. 11, 3, 4 Modum altitudinis et latitudinis eorum (*ſulcorum, quibus ſepes ſerantur*) abunde eſt eſſe bipedaneum, ſed eos vacuos perhiemare patiemur, praeparatis ſeminibus, quibus obſerantur: ea ſunt vaſtiſſimarum ſpinarum, maximeque rubi, et paliuri, et eius quam Graeci vocant κυνόσβατον, nos ſentem canis appellamus.

SENTIX, icis. *Idem.* Senticem *habet* Apuleius de Herb. 87.

SENTICŌSVS, a, um. Adi. [ἀκανθώδης] Sentibus plenum, ſpinoſum et aſperum. Afran. *apud* Feſtum, Quam ſenticoſa verba pertorquet turba. *Conf.* Apul. Flor. 4 p. 361. *et* Mart. Capell. 2 p. 59.

SENTOSVS, a, um. Fulgent. Mythol. prolog. Paullin. 6, 310.

SENTICĒTVM. i. n. [ἀκανθὼν] *Locus, in quo ſentes ſunt.* Plaut. Capt. 4, 2, 80 Non enim es in ſenticeto, eo non ſentis. *conf.* Apul. Flor. 2 p. 348.

SENTVS, a, um. Adi. [λάσιος, δασὺς, ἐυρώδης] *Horridus, inquit* Donatus: quaſi ſpinoſus, Laceras veſtes habens. Ter. Eun. 2, 2, 5 Video ſentum, ſquallidum, aegrum, pannis anniſque obſitum. Loca ſenta ſitu Virg. Aen. 6, 462. *vid.* Seru. Exſtirpamus enim ſentos de pectore vepres Prudent. adu. Symmach. 2, 1039.

SEORSVM. Adu. [χωρὶς] *Separatim; a* Se *et* vorſum. Plaut. Epid. 3, 3, 2 In aediculam ſeorſum iſthaec eat iube. Liu. 22, 52 In caſtra hoſtes acceperunt: traditique in cuſtodiam omnes ſunt, ſed ſeorſum ciues, ſociique. Seorſum a patre ſi filiusfamilias habitet Caius in l. ex maleficio. §. penult. D. de actionibus et obligationibus. Seorſum a domino rationem habere Pompon. in l. 4. in princ. D. de pecul. Cic. Fam. 8, 9 Hoc vehementius laboro nunc, quod ſeorſum a Collega puto mihi omnia paranda. Ter. Adel. 5, 9, 14 Omnibus gratiam habeo, et ſeorſum tibi praeterea Demea. Plaut. Capt. 3, 5, 52. Sed malene id factum arbitrare? AB. peſſume. T. at ego aio, recte: qui abs te ſeorſum ſentio. *h. e. Aliud ſentio, quam tu.*

SEORSVS. *Idem quod* Seorſum, *antique.* Plaut. Rud. 5, 2, 27 Praeterea centum minae Philippicae in paſceolo ſeorſum. Lucret. 4, 497 Seorſus item ſapor oris habet vim: ſeorſus odores, Naſcuntur, ſeorſum ſonitus, *etc. Vbi notanda Synizeſis, qua* E *primae ſyllabae diſſimulatur.*

SEORSVS, a, um. Adi. *Separatus.* Auſon. Eidyll. 17, 5 — ſeorſis Obſiſtunt ſtudiis Nunc quia, quae potui, videor tractaſſe ſeorſa Terentian. Maur. de Carm. Iamb. extr. p. 2439 *extr.* Id. p. 2398 *poſt med.* Sed duae fient Seorſae Syllabae per ſe breues. *Et* p. 2404 *extr.* Nec dabit per ſe ſeorſam ac reſiduam *etc.*

S E P

SEPA, ae. f. Lacerti genus Plin. 32, 4.

SEPAR, ăris. Adi. *Separatus.* Flacc. 5, 58 Oſſaque nec tumulo nec ſepare contegat vrna. Tu ſepare coetu Stat. Theb. 4, 482. Duo in Boeotia flumina, natura ſepari Solin. c. 12. *i. diuerſa.* Eſt ratio ſepar, ait, ac diuerſum genus Phaedr. 1, 31, 7. *Sed in plerisque Codd. legitur,* Eſt ratio ſeparata; *Burm.* ſtatio ſeparata.

SEPĂRO, āre. [ἀφορίζω, ἀποκρίνω, χωρίζω] *Diuidere, diſtrahere; a* Se *et* Paro *Compoſitum.* Plin. 13, 17 Mox ſeparant lauando, et ſiccata tundunt. A perpetuis ſuis hiſtoriis ea, quae dixi, bella ſeparauerunt Cic. Fam. 5, 12. A domina ſeparari Ouid. Amor. 1, 4, 60. Cic. Acad. 4, 141 Quoniam vera a falſis nullo diſcrimine ſeparantur. Ab ſtudio ſapientiae diſciplinam hanc (*medendi*) ſeparauit Celſ. praef. Cogitatione magis quam re ab aliquo ſeparari Cic. Off. 1 c. 27. Idem de Inuent. 1 c. 74 Separatum quiddam eſt extra aſſumtionem approbatio. Duo maria pertenui diſcrimine ſeparantur Cic. Agr. 2 c. 32. Lato non ſeparor aequore Ouid. Heroid. 18, 173.

SEPARĀTVS, a, um. Partic. [κεχωρισμένος] Cic. Tuſc. 4, 34 c. 15 Quando igitur virtus eſt affectio animi, *etc.* et virtus ipſa per ſe ſua ſponte ſeparata etiam vtilitate laudabilis. Idem Att. 14, 18 Iſta vero, quae tu contexi vis, aliud quoddam ſeparatum volumen exſpectant. Separatis in iugis Horat. Od. 2, 19, 18. *Compar.* intellectus ſeparatior Tertull. de Anima c. 18. Origo inferior et ordo ſeparatior Auguſtin. de Immort. animae c. 6.

SEPARĀTIM. Adu. [χωρὶς] Caeſ. Bell. Gall. 7, 36 At Vercingetorix, caſtris pro oppido in monte poſitis, mediocribus circum ſe interuallis ſeparatim ſingularum ciuitatum copias collocauerat. Quae ſeparatim quisque de eo, apud ſe dixerit Caeſ. B. G. 1, 19. Separatim pueri, ſenes mulieresque Caeſ. B. G. 1, 29. Cic. de Finib. 3, 44 c. 13 Etenim ſi valere et ſaepe et magis expetendum ſit, quam ſapere ſolum: neque tamen ſi vtrumque ſit aeſtimatione dignum, pluris ſit coniunctim, quam ſapere ipſum ſeparatim. *Legitur et* Coniunctum *et* Separatum. Cic. Fam. 13, 12 Videor mihi quum ſeparatim de probitate eius et moribus dicturus fuiſſem, ſi prius cauſam, cur eam tantopere diligerem, tibi expoſuiſſem, in ipſa cauſa exponenda ſatis etiam de probitate ſcripſiſſe. Ibid. 15, 2 Alia epiſtola communiter tibi commendaui ligatos Arpinatium, vt potui diligentiſſime, ac ſeparatim Q. Fuſidium, quocum mihi omnes neceſſitudines ſunt, diligentius commendo. Cic. Fam. 2, 16 Nihil accidet ei ſeparatim a reliquis ciuibus.

SEPARATE. Adu. *Compar.* Cic. de Inuent. 2, 156 c. 51 *extr.* Quaedam ſeparatius ad finem adiungentur.

SEPARATIO, ōnis. f. [διαχωρισμὸς Gloſſ. Lat. Gr.] Cic. de Inuent. 2, 55 c. 18 Facti ab illa definitione ſeparatio. Gell. 2, 8 Separatio animi et corporis. *Adde* Quinctil. 7, 1 *et* 9, 3. *et* Columel. 3, 21. Frontin. de Colon. p. 335.

SEPARĀTVS, ûs. m. Apul. Flor. p. 350.

SEPARĀTOR, ōris. m. [χωριστὴς, διαχωριστὴς Gloſſ. Lat. Gr.] Tertull. de Praeſcript. 30 Factum ſeparatum oſtendit ſeparatorem.

SEPARĀTRIX, īcis. f. Auguſtin. de Trin. 11, 10 Voluntas coniunctrix ac ſeparatrix huiuscemodi rerum.

SEPARATĪVVS, a, um. Adi. διαζευκτικὸς Gloſſ. Gr. Lat.

SEPARABĬLIS, e. Adi. Cic. Tuſc. 1, 21 c. 10 A corpore ſeparabilem eſſe.

SEPĔLIO, ſepelīui, ſepultum, īre. [θάπτω, ἐνταφιάζω:] *Humo iniecta contegere, in ſepulcrum inferre, tumulo mandare mortuum.* Nec tumulum curo: ſepelit natura relictos Maecenas *ap.* Sen. Ep. 92 *extr.* Cic. de Legib. 2, 75 c. 23 Hominem mortuum inquit lex in XII Tabb. in vrbe ne ſepelito, neue vrito. *Et paullo poſt,* Non qui vratur ſepeliri, ſed qui humetur. Plin. 17, 54 Sepultùs intelligitur quoquo modo conditus: humatus vero, humo tectus. *conf. Cuper. Obſ.* 1, 7. *vbi oſtendit* ſepelire, ſepulcrum *etc. ad omnem rationem et ritum funeris condendi pertinere.* Sepelire dolorem, *per translationem, pro Deponere, abolere* Cic. Tuſc. 2, 43 c. 13. Amittenda igitur fortitudo eſt, aut ſepeliendus dolor. Illic ſi qua meum ſepeliſſent fata dolorem Propert. 1, 17, 19. Cuncta tuus ſepeliuit amor Propert. 3, 15, 9. Plaut. Moſt. 5, 2, 20 Vbi ſomnum ſepeliui omnem, atque obdormiui crapulam. Se vino et epulis ſepelire Sen. Epiſt. 12.

SEPVLTVS, a, um. Partic. [ἐνταφεὶς] Cic. in Piſon. 10 Haec ſunt ô carnifex in gremio ſepulta Conſulatus tui. Bella ſepulta, *vid.* BELLVM. Templis et auro ſepultus Lucan. 8, 859. Cuſtos ſepultus, *Cerberus ſopitus* Virg. Aen. 6, 424. Lucret. 1, 134 Nam ſimul expletus dapibus, vinoque ſepultus, Ceruicem inflexam poſuit. Inuadunt vrbem ſomno, vinoque ſepultam Virg. Aen. 2, 265. Et ſtupeant multo corda ſepulta mero Ouid. de Rem. Amor. 806. duo lingua ſepulta mero Propert. 3, 11, 56. Sepultus ſum, *pro* Ter. Phorm. 5, 7, 50 Lemni habuit aliam. C. nullus ſum. P. e filiam ſuſcepit, et eam clam educat. C. ſepultus ſum. Vbi Do αὔξησις, plus eſt enim quam Nullus ſum. Cic. pro Lege M 30 c. 11 Quod Bellum exſpectatione Pompeii attenuatum atque i nutum eſt, aduentu ſublatum ac ſepultum. *Add.* Vell. 2, 90, 1. (66, 94 Tecum vna tota eſt noſtra ſepulta domus. Fama ſepulta (Epiſt. 7, 92. Inertia ſepulta Hor. Carm. 4, 9, 29. *conf. Bur* Petron. Fragm. p. 676. Tacit. Hiſt. 3, 35 Caeterum aſſide pultae vrbis ruinis noxia tabo humus haud permiſit. *De vrbe e* Sepelitus pro Sepultus, Cato vſus eſt, *teſte* Priſciano p. 909.

SEPVLTO, āre. Venant. Fortunat. l. 8 hymno de ga vitae aet.

SEPVLTVRA, ae. f. [ταφὴ, ἐνταφιασμὸς] *Funus et exſe proprie denotat.* Cic. Philipp. 1, 5 Qui illam inſepultam ſe ram refecerant *i. illegitimam, quae id nomen non mereretur.* Gr. ἄταφος. *Et* de Legib. 2, 65 Nec de mortui laude, niſi in pu ſepulturis, nec ab alio, niſi qui publice ad eam rem conſtitutus dici licebat. *Aliquando* Sepulcrum *ſignificat.* Sulpic. ad Cic. 4, 12 At Athenienſibus locum ſepulturae intra vrbem vt darent petrare non potui. *Sed pro ſepeliendi actu et ritu* Cic. de L 2, 56 c. 22 Antiquiſſimum ſepulturae genus id fuiſſe videtur, quo Xenophontem Cyrus vtitur. Redditur enim terrae corpus, et i catum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur: eodemque — regem noſtrum Numam conditum accepimus: gentemque C liam vsque ad memoriam noſtram hac ſepultura ſcimus eſſe vſam Marii ſitas reliquias apud Anienem diſſipari iuſſit Sulla victor Quod haud ſcio an timens ſuo corpori poſſe accidere, primus e ciis Corneliis igni voluit cremari *etc.* Cic. Tuſc. 1, 102 Cum dicto admoneor, vt aliquid etiam de humatione et ſepultura d dum exiſtimem. Otium ſine literis mors eſt, et viui homin pultura Sen. Ep. 82. Honorem ſepulturae decernere Cic. P c. 6. Tribuere Suet. Aug. c. 17. Mos ſepulturae Luc 1276. Afficere ſepultura, *vid.* AFFICIO. Fata ſepulturae pert. 2, 28, 26. Martian. in l. Diui fratres. D. de relig. et funer. Diui fratres edicto admonuerunt, ne iuſtae ſepulturae tum, id eſt terra conditum, corpus inquietetur.

SEPVLTVRARIVS, a, um. Fines ſepulturarii ſiue cin Auct. de Limit. p. 296 *Goeſ.*

SEPVLTOR, ōris. m. *Qui ſepelit.* Auguſt. de Trin. 4, 3. pultores corporis mortui. Si libitinarius, quos Graece νεκροθά id eſt, mortuorum ſepultores vocant *etc.* l. 59, 8 D. de inſtitor. act. lium turbinum ſepultor, *Octauianus Caeſar dicitur* Tertull. de Anima

SEPVLTORIVS, a, um. Adi. θαπτηριὸς Gloſſ. Gr. Lat.

SEPVLCHRVM, *vel* SEPVLCRVM, i. n. [τάφος, τύ σῆμα, θήκη] *Locus, in quo corpus, oſſaque mortuorum corporum r duntur. Dicitur a* Sepeliendo; *vt* Simulacrum *et* Lauacrum *a* S lando *et* Lauando. *Adſpiratio in* Sepulchro *iam veteribus* (*vſitata* 2, 3. *vid.* LACHRYMA. *Itaque* Sepulcrum *probamus, dam non audemus* Sepulchrum. Ad ſepulcrum mortuo dicere iocum Pl Bacch. 3, 4, 21. Clauſum ſepulcrum Ouid. Met. 15, 389. C mune ſepulcrum rerum terra Lucret. 5, 260. L. 5 *D.* de relig Familiaria ſepulcra dicuntur, quae quis ſibi familiaeque ſuae co tuit. L. 5 *et* 6 D. de relig. Hereditaria autem, quae quis heredibusque ſuis conſtituit: vel quod paterfamilias iure here rio acquiſiuit. Inane ſepulcrum Ouid. Met. 6, 658. Patr ſepulcrum Idem Met. 15, 405. Adſterni ſepulcro, *vid.* AST NO. Condere corpus ſepulcro Ouid. Met. 8, 234. Condere mam ſepulcro Virg. Aen. 3, 67. Donare cinerem ſepulcro Silu. 3, 3, 216. Effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris Virg. Georg. 1, Excire animas ſepulcris, *vid.* EXCIO. Latere poſt magna ſ cra Hor. Serm. 1, 8, 36. Reddere corpus ſepulcro Virg. Ae 542. Neue merere meo ſubſcribi cauſa ſepulcro Ouid. Met. 9, Sepulcri appellatione, Omnis ſepulturae locus continetur, *vt ait* pianus De ſepulcro violato, l. Praetor ait. Idem de Religioſis et ſ fun. l. Locum, Sepulcrum eſt, vbi corpus oſſaue hominis condita Cic. Philipp. 9, 17 Vtique locum ſepulcro in campo Eſquilino C. ſa Conſul, ſeu quo alio in loco videtur, pedes triginta quaque ve deſignet, quo Seruius Sulpicius inferatur. Quod ſepulcrum ipſius, berorum, poſterorumque eius ſit, vti quod optimo iure ſepulcrum blice datum eſt. Idem de Senect. 21 c. 7 Nec ſepulcra legens reor (quod aiunt) ne perdam memoriam. Hoc miſerae p ſtabat commune ſepulcrum Hor. Serm. 1, 8, 10. *vid. Barth. ad* Theb. p. 1189. *Sacra fuiſſe Romanis iura ſepulcrorum, con eamque bonam partem fuiſſe iuris Pontificii.* Tabulae XII. *multa re: et qui eas illuſtrarunt etc. Nos antiquitatem hic non tracta Sed ſatis habemus loca quaedam indicare, vnde recta loquendi ratio poſſit. In primis huc pertinet* Cic. de Legib. 2, 55 c. 22 ſqq. tanta religio eſt ſepulcrorum, vt extra ſacra et gentem inferri fa gent eſſe. ——— Neque neceſſe eſt ediſſeri a nobis ——— quo t pore incipiat ſepulcrum eſſe, et religione teneatur. ——— Siti di tur ii, qui conditi ſunt: nec tamen eorum ante ſepulcrum eſt, q iuſta facta, et corpus incenſum eſt. ——— Priusquam in eos in gleba eſt, locus ille, vbi crematum eſt corpus, nihil habet reli nis. *Sed debent totum locum ſtudioſi inſpicere. In agri vend ne: qui venderet, ſibi tantum agri excipiebat, quantum adeundo pulcro ſatis eſſet:* Cic. pro Roſc. Amer. 24 Cui de tanto patrim ne iter quidem ad ſepulcrum patrium relictum eſt. *hac autem de re* Pomponius iurisconſultus l. 5 de ſepulcro violato: Domi fundorum, in quibus ſepulcra fecerint, etiam poſt venditos fundos eundorum ſepulcrorum ius eſt. *Sed totus ille titulus* Digeſtorum, *eſt* 47, 12 *huc pertinet: Ponimus modo ex* edicto praetoris l. 3 *iſta:* quis in ſepulcro dolo malo habitauerit, aedificiumue aliud, quam qu ſepulcri cauſa factum ſit, habuerit; in eum, ſi quis eo nomine agere let, — iudicium dabo.

SEPVLCRĀLIS, e. Adi. [ἐντάφιος] *Quod ad ſepulcrum pertinet:* Arae ſepulcrales Ouid. Met. 8, 480. Fauillae Prudent. adu. Sym 1, 97. Fax ſepulcralis Ouid. Epiſt. 2, 120. Honor Sedul. Ioh. c. 11.

SEPVLCRĒTVM, i. n. *Locus, vbi multa ſunt ſepulcra.* Catul. 60 Vxor Meneni, ſaepe quam in ſepulcretis Vidiſtis ipſo rapere rogo coenam.

SEPELIBĬLIS, e. Adi. [ἐνταφιαςὸς] *Quod ſepeliri debet.* Plaut. C 1, 1, 64 Indidem, vnde oritur facito vt facias ſtultitiam ſepelibile

gu

atim explicatur, In latebras abſcondas pectore penitiſſimo: Tuam it am ſola facito, vt ſcias ſine aliis arbitris.

S..ES, pĕdis. Sepedes populi Apul. Met. 6 p. 177. *i. formicae, ſex pe- ingredientes.*

S..ES, is. *vel* SEPS, ſepis. f. [φραγμὸς] *Quae obiecta inter agrorum ..iones, vel hortos, aut circum poſita cuicumque fundo, introitum prohi-* ..eptum, Sepes, Sepimentum *vix diſtant, vide locum* Varronis R. 1, 14 *quem damus in* SEPTVM. Cic. de Nat. Deor. 1, 120 Praeterea ..hraciam eaque, quae Lemni nocturno aditu occulta coluntur ſilue- ..ſepibus denſa Columel. 10, 27 Talis humus vel parietibus vel ..s hirtis. Claudatur, neu ſit pecori, neu peruia furi Virg. Ecl. 8, 37 ..is in noſtris paruam te roſcida mala (Dux ego veſter eram) vidi ..natre legentem. Longae ſepes Ouid. Faſt. 3, 267. Portarum ..ceptum Ouid. Triſt. 4, 1, 81. Opaca ſepes, *vid.* OPACVS. Sini- ..epes Ouid. Faſt. 2, 501. *Al.* Nubes ſiniſtrae. Structiles ſepes, *vid.* ..epes. Texendae ſepes Virg. Georg. 2, 371. Virgea ſepes Columel. .. Id. 11, 3 Vetuſtiſſimi auctores viuam ſepem ſtructili praetule- ..t Cingenda eſt altis ſepibus iſta ſeges Ouid. A. A. 3, 562. ..endere ſepem ſegeti Virg. Georg. 1, 270. Seps legitur apud ..10, 11 *et* Solin. 30. Bucolico ſepes dixit Maro: cur Cicero ..s Auſon. in Monoſyll. Seps *pro* Serpente, *vid. infra.*

..ICVLA, ae. f. Apul. Met. 8 p. 2, 10. (Pric. p. 167.)

..PIO, ſepiui, ſepitum, vel ſepſi, ſeptum, īre. [φράττω, περιοικοδο-] ..lictum a Sepibus, quae obiectae iter cludunt, inquit Nonius 1, 193. ..Nat. Deor. 2, 142 Quae primum oculos membranis tenuiſſimis ..t et ſepſit, quas primum perlucidas fecit, vt per eas cerni poſſet. ..43 Latent praeterea vtiliter, excelſis vndique partibus ſepiuntur. ..praeſidiis claſſium ſepſerat Vell. 2, 51, 1. Cic. Fam. 15, 4 Vallo ..a circumdedi: ſex caſtellis, caſtriſque maximis ſepſi. Acri- ..amque cuſtodiis domum et vias ſepſerat Liuia Tacit. Ann. 11, 22 ..Vrbem muris Nep. 2, 7, 4. *conf.* Nep. 10, 9, 1. Abitus ..*vid.* ABITVS *in* ABEO. At Venus obſcuro gradientes aëre ..Virg. Aen. 1, 415. Vbi eum locum omnem cogitatione ſepſe- ..n de Orat. 2 c. 34. Id. Att. 3, 23 Neque enim vlla eſt lex, quae non ..ſepiat difficultate abrogationis. Cic. de Orat. 3, 156 Quando qui- ..te circumueſtit dictis, ſepit ſedulo: *ne adiri poſſit ad intelligentiam.*

..PTVS, a, um. Partic. [πεφραγμένος] Stat. Silu. 1, 1, 32 Ipſe ..puro celſum caput aëre ſeptus. A gentibus belligeris ſeptus ..Triſt. 3, 11, 13. Liu. 1, 28 Ad haec Albana pubes inermis ab ..is ſepta in variis voluntatibus, communi tamen metu cogente, ..um tenet. Aggere ſeptus Sil. 16, 2. Armis ſeptus Virg. .., 508. Plin. in Paneg. 49 Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ..caritate non fuerit. Armis enim arma irritantur. Cic. in Pa- ..Non denique animus ipſe, qui tot virtutum praeſidio, tantoque ..atu virtutis ſeptus. *In quibuſdam exemplaribus deſiderantur haec* ..Virtutis ſeptus. Foſſa et Vallo ſeptus Cic. Att. 9, 12. Fraude ..un ſepti Sil. 7, 279. Deus ſeptus ingenti quodam et inexplicabi- ..ro Sen. de Benef. 4, 19. Nebula ſeptus Virg. Aen. 1, 443. ..Finib. 1, 51 Quod ſi qui ſatis Opibus hominum ſibi contra con- ..iam ſepti eſſe, et muniti videntur, deorum tamen numen horrent, ..*etc.* Praeſidiis philoſophiae ſeptus Cic. Fam. 16, 23. Nullis ..diis ſepti multis afficiuntur iniuriis Cic. Off. 2 c. 11. Auri ſa- ..gnum pondus Saxo quadrato ſeptum, in Capitolio ſacrauit. Liu. .. Loca ſepta Lucret. 6, 87.

..PTVM, i. n. [φράγμα] *Idem quod* Sepes: *niſi quod latius patet, et* ..*uoque loca quomodocunque ab acceſſu munita ſignificat. Inde Stabula,* .., *Bubilia, Caprilia, et id genus reliqua,* Septa *nuncupantur.* Virg. ..34 Quamuis multa meis exiret victima ſeptis. *Quin* Lucret. 1, 490 ..ſit enim fulmen caeli per ſepta domorum. *Conf.* Id. 6, 227 *et* 859. ..praef. lib. 1 *et* 5, 26 *et* 8, 3. *In Martio campo loca incluſa, in quibus* ..*Pop. Rom. ſuffragia ferre conſueuerat, ſepta dici meruerunt, vt* Ouilia *v.* ..mitiis in campo, cum ille vi in ſepta irruiſſet Cic. pro Mil. c. 15 *extr.* ..videris forum multitudine ciuium refertum, et ſepta concurſu omnis ..entiae plena Sen. de Ira c. 7. Mart. 9, 60 In ſeptis Mamurra diu, mul- ..vagatus, Hic vbi Roma ſuas aurea vexat opes. *conf.* Stat. Silu. 4, 6, 2. ..dere populum ſeptis Ouid. Faſt. 1, 53 *i. comitia habere.* Varro de .. 1, 1 Intra ſepta villae habeat aquam. *Apud eundem inſcriptio f.* ..*eſt,* De fundo et ſeptis 1, 14. Septum, Sepes *et* Sepimen- ..*idem ſignificare apparet ex* Varr. de R. R. 1, 14 *pr.* Nunc de ſeptis, ..a tutandi cauſa fundi, aut partis fiant videamus, Earum tutelarum ..a IV: vnum naturale, alterum agreſte, tertium militare, quar- ..fabrile. Horum vnumquodque ſpecies habet plures. Primum ..ale ſepimentum, quod obſeri ſolet virgultis, aut ſpinis, quod ha- ..adices, *etc.* Secunda ſepes eſt ex agreſti ligno, ſed non viuit — ..ium militare ſepimentum eſt foſſa, et terreus agger — Hoc ge- ..ſepes fieri ſecundum vias publicas ſolent — Quartum fabrile ..nentum eſt maceria, *etc.* Septa *pro Obicibus et clauſtris, quibus* ..*ad impetus fluuiorum coërcendos, accipiunt Iuriſconſulti.* Vlpia- ..D. de riuis l. prima, Septa ſunt, quae ad incile opponuntur, aquae ..andae compellendaeue ex flumine cauſa, ſiue ea lignea ſunt ſiue lapi- ..ſiue ex alia qualibet materia ad continendam tranſmittendamque ..m excogitata.

..PĪMEN, ĭnis. n. Apul. Flor. p. 340.

..PIMENTVM, i. n. [θριγγὸς, θριγκὸς] *Id omne dicitur, quo aliquid ſepitur.* Varro de R. R. 1, 14 Primum naturale ſepimentum quod ob- ..ſolet virgultis, aut ſpinis, quod habet radices viuae ſepis. Cic. de ..b. 1, 62 c. 24 Atque haec omnia quaſi ſepimento aliquo vallabit, ..rendi ratione veri et falſi, iudicandi ſcientia.

SERENVS, a, um. Adi. [εὔδιος, αἴθριος] *Significat Tranquillum, ... nubibus, ſine imbre, forte quod id maxime tempus ſationi ſ. ſerendo aptum ſit.* Plaut. Merc. 5, 2, 35 Hic Fauonius ſerenus eſt, hic Auſter ... imbricus. Aeſtas ſerena Virg. Aen. 6, 707. Caelum ſerenum ... l. 1, 170. — Serenius Idem 4, 64. Color ſerenus, *Lucidus* ... 35. Sil. 15, 53 Sed current albuſque dies horaeque ſerenae. *Vita felix et ſine perturbatione.* Hiemes ſerenae Virg. Georg. 1, 100. Lumen ſerenum Lucret. 2, 149. Lux ſerena Virg. Aen. 5, 105. Lux ſerena et tranquilla ex turbido die Liu. 1. ... ſerenae, Siccae Virg. Georg. 1, 461. Nonius. Sidera ſerena Lucret. 4, 213. Tempeſtas ſerena Sueton. Veſp. c. 10. Venti ſereni Ouid. Faſt. 1, 681. Vnde ſerenus Ventus agat nubes Virg. Georg. 1, 461. Ver ſerenum Idem Georg. 1, 340. ¶ 2 ... *transfertur, quae a tranquillitate, benignitate, felicitate laudatur.* Animus ſerenus Ouid. Triſt. 1, 1, 39. Doctrina ſerena Lucret. 2, 8. Cic. Tuſc. 1, 31 c. 15 Nec vero eadem frons erat, quam M. Craſſi illius veteris, quem ſemel ait in omni vita riſiſſe Lucilius, ſed tranquilla et ſerena. Martial. 7, 11. Grauitate ſerena plenus vultus Lucan. ad Piſon. 88. Ore ſereno annuere Martial. 2, 24. ... facta ſerena Ouid. Triſt. 1, 9, 40. Nubila nulla gemant ... ſub Rege ſereno Fortunat. 3, 2. Lucret. 2, 1093 Nam ... cuncta deûm tranquilla pectora pace Quae placidum degunt ..., vitamque ſerenam!) Vultu ſereno fortis Hor. Carm. ... 26. — Serenior Apul. Met. 8 p. 2?4. Vultu ridet ... a ſereno Ouid. Triſt. 1, 4, 27. ¶ 3 Sereniſſimi, *... Principes honorantur in vtroque* Codice, *ap.* Symmachum *etc.* ... Sereniſſimo principi ſupplicare, *dixit* ... anus in l. Imperialis beneuolentiae §. ſimilis vero De nuptiis, ... ſi *(inquit)* non ſereniſſimo principi ſupplicauerim, *etc.*

SERENVM, i. n. [αἴθριον, εὐδία Gloſſ. Lat. Gr.] Virg. Georg. 1, 394 Nec minus ex imbri ſoles, et aperta ſerena Proſpicere. Blandum ... ſalubre Ver zephyris, tepido mulcebat rura ſereno Sil. 12, 4. ... in terras nitido reſoluta ſereno Sil. 5, 58. Sereno, *Ablatiue, pro* Sereno tempore, *cui* Nubilo *opponitur.* Plin. 11, 24 Araneae ſereno non texunt, nubilo texunt. Liu. 31, 12. *Conf.* Sen. Nat. Quaeſt. 2, 18. Plin. 11, 24. Pallad. 1, 30.

SERENE. Adu. *Compar. ap.* Auguſt. de Trin. 8, 9.

SERENO, āre. [αἰθριάζω] *Serenum reddere, et clarum.* Virg. Aen. 1, 254 Olli ſubridens hominum ſator, atque deorum, Vultu quo caelum tempeſtateſque ſerenat. Plin. 2, 6 *de Sole*, Atque etiam nubila humani animi ſerenat. Domum ſerenare largo igne, *Laetificare, illuſtrare* Stat. Achill. 1, 120. Afflatibus viuis ora ſerenat Stat. Theb. 2, 57. Virg. Aen. 4, 477 Conſilium vultu tegit, ac ſpem fronte ſerenat. Triſtia fronte ſerenare Sil. 11, 369. *i. diſ...*

SERENATVS, a, um. Part. [ἠθριωμένος] Sil. 12, 637 Ecce ſerenatae larum iubar emicat axe. Serenata caeli temperie Ammian. ... Blanda ſerenatum circumdant gaudia vultum Fortunat. ... 4. Phoebus ſerenatus, *pro* Placato Sil. 5, 151.

SERENATOR, ōris. m. *Iouis cognomentum apud* Apul. de Mundo 75.

SERENITAS, ātis. f. [αἰθρία, εὐδία, γαληνότης Gloſſ. Lat. Gr.] *Tranquillitas, claritas.* Plin. 10, 67 Salamandra magnis imbribus prouenit, ſerenitate deficiens. *Add.* Idem 18, 35. Tempeſtatem ſubi ſerenitate diſcuſſit, *ortus principis* Curt. 10, 9, 5. Cic. de Diu. 2, 94 c. 45 Haec igitur cum ſit tum ſerenitas, tum perturbatio caeli eſtne ſanorum hominum hoc ad naſcentium ortus pertinere non dicere? quod certe non pertinet. Tranquilla ſerenitas eſt Liu. 2, 6 Idem 26, 11 Acies inſtructas tempeſtas diremit: vbi recepiſſet ſe in caſtra, mira ſerenitas cum tranquillitate oriebatur. Non ... credere ſerenitati praeſentis fortunae, prudentis hominis eſt Liu. ..., 2, 62. *Plurali:* Columel. 3, 1 *extr.* Vitis imbribus magis quam ſerenitatibus offenditur. ¶ 2 *In titulis honorum:* Sagittandi peritiam in ſerenitate tua Perſa miratur Veget. de re Milit. 3 ... ad Imperatorem. Imp. Iuſtinianus Nou. 115 *pr.* Peruenit ad ſcientiam noſtrae Serenitatis. *Et c.* 5 Sola eſt noſtrae Serenitatis intentio. *Quod* l. 2 C. Th. de pactis et transact. Praefecto vrbis *tribui videtur ab* Impp. Valentiniano et Valente *titulus* Serenitas tua, *emendandum vidit Iac. Gothofredus* Sinceritas tua.

SERENIFER, ĕra, ĕrum. Adi. Auien. in Arati Phaenom. 989 Axe ſereniferi deſcendit ſol Aquilonis. *Conf.* Prognoſt. Arati v. 413.

SERES. [Σῆρες] *Scythiae Aſiaticae populi, a quibus* Sericum. Marcellinus 23, 6 Agunt ipſi quietius Seres, armorum ſemper et praeliorum expertes: vtique hominibus ſedatis et placidis eſt otium voluptabile; nulli finitimorum moleſti. Caeli apud eos iucunda ſalubriſque temperies: aëris facies munda, leniumque ventorum commodiſſimus flatus, et abunde ſiluae ſublucidae: a quibus arborum fetus aquarum aſperginibus crebris velut quaedam vellera mollientes, ex lanugine et liquore miſtam ſubtilitatem tenerrimam pectunt: nenteſque ſubtemina, conficiunt Sericum ad vſus antehac nobilium, nunc etiam infimorum ſine vlla diſcretione proficiens. Ipſi praeter alios frugaliſſimi pacatioris vitae cultores, vitant reliquorum mortalium coetus: cumque ad coëmenda fila, vel quaedam alia, tranſeunt flumen aduenae, nulla ſermonum vice, propoſitarum rerum pretia ſolis oculis aeſtimantur: et ita ſunt abſtinentes, vt apud ſe tradentes gignentia nihil ipſi comparent aduenticium. *Haec ille veterem errorem ſecutus de origine Serici, et* Plin. 6, 17 *caeteroſque, de quo hodie alia omnia conſtant. Vid. Salmaſ. ad Tertull. Pall. p. 241 ſqq. Caeterum de Singulari* Ser, *huius* Seris, *vid. ſ. l.* Virg. Georg. 2, 121 Sub iuga iam Seres, iam Barbarus iſſet Araxes. Ad Seras aliquid petere, *vid.* AD. Colorati Seres Ouid. Amor. 1, 14, 6. Nobiles vellere Seres Sen. Thyeſt. ſ. 4.

SERICVS, a, um. Adi. [Σηρικός] Hor. Carm. 1, 29, 8 Doctus ſagittas tendere Sericas Arcu paterno. *h. e. Parthicas.* Hoſtis Sericus Propert. 4, 3, 8. Carpenta Serica Idem 4, 8, 23. Veſtes ſericae Plin. 21, 3. *i. quas Seres texunt.* ¶ 2 *Saepe Subſt. vel intellecto* textum, *ponitur.* Serica variis textilibus Propert. 1, 14, 22. Iſidor. 19, 27 Sericum dictum, quia id Seres primi miſerunt. Vermiculi enim ibi naſci perhibentur, a quibus haec circum arbores fila ducuntur. Vermes autem Gr. βόμβυκες nominantur. *Plus itaque vidit Iſidorus Ammiano, nondum tamen verum, quod Imperatoris Iuſtiniani ſaeculo plane innotuit in Rom. imperium translatis vermiculis. Vid. Salmaſ. ad* Solin. c. 63. *et ad* Hiſt. Aug. *it. ad* Tertull. de Pall. *Voſſ. de Idolol.* 4, 90. Pallia ſerica Stat. Silu. 3, 4, 89. Puluilli ſerici Hor. Epod. 8, 15. Quinctil. 12, 10, 47 Do tempori, ne craſſa toga ſit; non *(do vt ſit)* ſerica. Lamprid. Heliog. 29 Ita vt ſericam veſtem donaret *(de viris ſermo eſt)* quae tunc et in raritate videbatur, et in honore.

SERICĀTVS, a, um. Adi. [σηρικοφόρος Onomaſt. Vet.] *Serica veſte indutus.* Suet. de Calig. c. 52 Armillatus in publicum proceſſit, aliquando ſericatus et cycladatus. *Add.* Sidon. Epiſt. 2, 13.

SERICARIVS, i. m. [σηρικοπλόκος Onomaſt. Vet.] *Textor ſericorum.* Iulius Firmicus Matheſeôs 8, . . refert ſericarium textorem naſci, qui habuerit horoſcopum in 28 parte Arietis.

SERICOBAPTAE. m. Pl. *i. Serico tincti, debentur librariis aut Alciati ingenio. Nam in libris melioribus* l. 13 C. Th. *et* l. 10 C. Iuſtin. de Murilegulis *aut* ſerica blatta *eſt, aut* SERICOBLATTA, *id eſt ſericum coloris purpurei. Vid.* BLATTA, *et Iac. Gothofr. ad l. c.* Cod. Theod. Tom. 3 p. 541 *ſq. De Baptis autem Iuuenalis, quos huc aduocat Alciatus, etiam ſ. l. dictum.*

SERESCO, ĕre. [ξηραίνομαι Onomaſt. Vet.] *aut a* ξηρὸς *eſt, aut ex* Serenesco, *per Syllabae detractionem curtatum, valet quidem ſiccari.* Lucret. 1, 307 Veſtes — diſpanſae in ſole ſereſcunt. Non. 2, 812 Sereſcit poſitum pro ſiccatur, quod ſerenitas ſicca ſit. *Turn.* ... 0, 14 *Significare et hoc verbum poteſt,* In ſerum abire *... quae tenuiſſima pars lactis eſt; vt ſi lac ſereſcere diceres, qua notione accipi in veſte non poteſt; niſi ſi quis vt caſeus exeunte ſero ſiccatur, ſic exeunte humore ſiccari veſtem diceret: quam translationem vix probauerim. Probabile eſt a ſero, priore correpta, ſerenum deductum, a quo et ſereſco: ſed et ſerum caſei eſt eius ſiccatio, et tanquam ſerenum cum exit foras. Haec ille. Firmatur illud, quod ait ſereſcere eſſe,* In ſerum abire, *ex* Plin. 11, 41 Omne autem (lac) igne ſpiſſatur, frigore ſereſcit. *Sed deberi illud* Sereſcit *ingenio Hermolai Barbari, obſeruat Harduinus: cuius vid. Not. mai. 105. Interim nihil melius, et res eſt probabilis.*

SERGESTVS, i. m. *Aeneae nauta apud* Virg. Aen. 4, 288. *Et* 5, 121 Sergeſtuſque, domus tenet a quo Sergia nomen. Nam a Sergeſto Sergia familia fuit, a Cloantho Cluentia. Seruius. *Conf.* Aen. 1, 514.

SERGIA, *Romana gens et tribus, vid.* TRIBVS.

SERIA, ae. f. [οἰνόχημα] *Vas vinarium vel olearium fictile. Vſus ſeriarum etiam ad ſalſas carnes: vid.* Plaut. Capt. 4, 4, 9. Liu. 24, 10 Seriae doliaque. Ter. Heaut. 3, 1, 51 Releui dolia omnia, omnes ſerias. *Conf.* Perſ. Sat. 2, 11 *de olla argenti plena.* Amphorarum ſeptenum ſeriae Colum. 12, 28, 1. Idem 12, 18, 4 Dolia quoque et ſeriae, caeteraque vaſa ante quadrageſimum vindemiae diem picanda ſunt. *Add.* 12, 50, 14 *coll.* 17. *vnde teſtaceas fuiſſe,* ... *Add.* Seriae oleariae Varro de R. R. 3, 2, 8. *Conf.* Cato R. R. ... 10 *et* 12 *in torcularii inſtrum.* Pallad. Mart. t. 10, 9. Arnob. 5 p. 168. l. 15 §. 6 ff. de Vſufr.

SERIOLA, ae. f. Dimin. [οἰνοχημάτιον] Perſius Sat. 4, 29 Seriolae veteris metuens deradere limum. *Add.* Pallad. 4, 10, 9. Iſidor. 20, 6.

SERICHATVM, i. n. *Aromatis genus, quod in vnguenta additur,* Plin. 12, 22 ſ. 45. *et* 13, 2 *quo loco a quibuſdam legitur* ſarichatum. *Quid ſit, neſcio an quis explicet.*

SERIES, ēi. f. [εἱρμὸς] *Ordo et quaſi quaedam rerum continuata progreſſio, a ſerendo, id eſt, ordinando dicta.* Quinctil. 1, 5, 3 Vni verbo vitium ſaepius quam virtus ineſt. Licet enim aliquid dicamus proprium ſpecioſum, ſublime; nihil tamen horum, niſi in complexu loquendi ſerieque contingit. Valer. Max. Prooem. . . . Quis compos mentis domeſticae peregrinaeque hiſtoriae ſeriem felici ſuperiorum ſtylo conditam, vel attentiore cura, vel praeſtantiore facundia traditurum ſe ſperauerit? *Vid.* Plin. 7, 16 Seriem ſtructurae atque magnitudinem *linguae* excipiunt *dentes.* Cic. de Diuin. 1, 125 c. 55 Fatum autem id appello, quod Graeci εἱμαρμένην, id eſt ordinem ſeriemque cauſarum. Idem de Nat. Deor. 1, 9 c. 4 *extr.* Eſt enim admirabilis quaedam continuatio ſerieſque rerum, vt alia ex alia annexa, et omnes inter ſe aptae, colligataeque videantur. Cic. Partit. 137 Tanta ſeries artis eſt: et ſic inter ſe ſunt pleraque connexa et apta, *etc.* Cic. Acad. 4, 21 Caetera ſeries deinde ſequitur maiora nectens, vt haec quae quaſi expletam rerum comprehenſionem amplectuntur,

ctuntur, Si homo eſt, animal eſt, mortale, rationis particeps. Cic. de Legib. 1, 52 *poſt argumentationem, qua oſtendit, quid e propoſitione, quam arguit, ſequatur*, Videtisne, quanta ſeries rerum ſententiarumque ſit? atque vt ex alio alia nectantur? Atra ſeries tuae vitae Ouid. in Ibin 64. Immenſa ſeries laborum Idem Epiſt. 9, 5. Inexplicabiles ſeries Quinctil. 5, 14. Innumerabilis annorum ſeries Hor. Carm. 3, 30, 4. Longiſſima ſeries rerum Virg. Aen. 1, 645. Longe porrecta viarum ſeries. Viae longo tractu ſternendae Stat. Silu. 3, 3, 102. Euoluere ſeriem fati Ouid. Met. 15, 152. Vidi quam ſeriem morantis aeui, Pronectant tibi candidae ſorores Stat. Silu. 4, 3, 145.

SERIETAS *a* Serius *v. v. poſt* SERIO.

SERILLA. [Ἰστρικὰ πλοῖα] Verrius *ap.* Feſtum appellari putat Nauigia Iſtrica, ac Liburnica, quae lino ac ſparto condenſantur, a conſerendo et contexendo dicta, quia dicat Pacuuius in Niptris, Nec vlla ſubſcus cohibet compagem aluei, Sed ſuta lino et ſparteis ſerillibus. Quum περιφραστικῶς et ficto vocabulo vſus ſit, pro Funiculis, qui ſparto conſeruntur. *Haec ille. Nempe* σπάρτον *a* σπείρω, *id eſt* ſero *deducitur: hinc* Funiculi ſpartei *Graecis* σπάρτα *vocantur.*

SERIO. Adu. *vid.* SERIVS, Adiectiuum.

SERIOLA, *vid. ſupra* SERIA.

SERIPHOS, i. f. [Σέριφος] *Inſula vna ex Sporadibus in Aegaeo mari: quam notiorem fecerunt* ranae Seriphiae, *quae illic non coaxant, orto inde adagio*, Rana Seriphia, *in mutos aut taciturnos.* Plin. 8, 58 Mutae, inquit, etiamnum ſunt ranae in Seripho inſula. Iuuenal. 6, 564 *de relegato*, Cui vix in Cyclada mitti Contigit, et parua tandem caruiſſe Seripho. *Durius ergo hic exilium.* Humilis Seriphos Stat. Achill. 1, 205. Plana Seriphos Ouid. Met. 7, 465.

SERIPHIVS, a um. Adi. [Σερίφιος] *Vt in illo* Themiſtoclis, Neque enim vel tu, ſi Athenienſis eſſes, clarus exſtitiſſes: aut ego, ſi Seriphius eſſem, ignobilis. Tacit. Ann. 4, 21 Saxo Seriphio conſenuit *in exilio.*

SERĪPHIVM, i. n. [σερίφιον] *Genus* abſinthii, *quod et* Marinum *dicitur.* Plin. 27, 7. *et* 32, 9. Apul. de Herb. c. 100.

SERIS, is. f. [σέρις] *Genus cichorii. Vocant autem Latini* Intybum, *ſiue* intybum. Varro de R. R. 3, 10 Anſeres paſcunt in humidis locis, vbi pabulum ſerunt, quod aliquem fructum ferat, ſeruntque his herbam, quae vocatur ſeris, quod ea aqua tacta, etiam quum eſt arida, fit viridis. *Conf.* Plin. 20, 8. Colum. 8, 14.

SERIVS, a, um. Adi. [σπουδαῖος] *Quod cum aſſeueratione, et non per iocum dicitur, vel agitur.* Accius . . . Vos nugas aſſeritis, nos ſeria loquimur. Nonius 1, 144 Serium, triſte, et quaſi ſine riſu, vel ſine ridiculo. Plaut. Poen. 2, 51. Ter. Eun. 3, 3, 7 Ait rem diuinam feciſſe, et rem ſeriam velle agere mecum. Plin. in Paneg. 82 *extr.* Simul cogito, quum ſint iſta ludus, et auocamentum huius: illae ſeriae et intentae, et a quibus ſe in tale otium recipit, voluptates. Res in ſerium verſa eſt Curt. 5, 7, 10. Verba ſeria Tibull. 3, 7, 20. Vir Ammian. 26, 2. *Add.* Non. 1, 144. Cic. Off. 1, 134 Ludo autem et ioco vti illo quidem licet, ſed ſicut ſomno, et quietibus caeteris, tum cum grauibus ſeriiſque rebus ſatisfecerimus. *Ibidem*, Ac videat in primis quibus de rebus loquatur: ſi ſeriis, ſeueritatem adhibeat: ſi iocoſis leporem. Quinctil. 6, 4 Dictorum vrbanorum alia ſeria, alia iocoſa, alia media. Cic. de Fin. 2, 85 c. 26 Ac quicum ioca et ſeria, vt dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? Tecum optime, deinde etiam cum mediocri amico. Eraſmus. Hor. de Arte Poët. 107 Triſtia moeſtum Vultum verba decent; iratum plena minarum; Ludentem laſciua; ſeuerum ſeria dictu. ¶ 2 Seria *Subſtant.* Ouid. Faſt. 5, 341 Nulla coronata peraguntur ſeria fronte. Hor. Serm. 1, 1, 27 — Sed amoto quaeramus ſeria ludo. Seria ac iocos celebrare Liu. 1, 4. Laxare ſeria Perſ. Sat. 5, 44. Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo Virg. Ecl. 7, 17. Vertere ſeria ludo Hor. de Arte Poët. 226. Seria ac iocos celebrare Liu. 1, 4. Per ſeria et ludum Curt. 9, 7, 16.

SERIO. Adu. [σπουδαίως] *Sine ioco.* Plaut. Amph. 3, 3, 9 An id ioco dixiſti? equidem ſerio ac vero ratus. Vereor Naeu. *apud* Chariſ. 2 p. 165. Ter. Eun. 3, 3, 22 Miſit porro orare vt venirem ſerio. Cic. Att. 5, 15 Inde ad Taurum cogitabam, vt cum Mophragine ſignis collatis, ſi poſſem, decernerem. *Vetus exemplar*, Si poſſem, de ſeruo tuo decidere. *Vid.* Plin. 9, 35. Serio rem agere Liu. 4, 25. Dic mihi verum ſerio Plaut. Amph. 2, 2, 223. *Add.* Bacch. 1, 2, 42.

SERIĔTAS, ātis. f. *a* Serius; Grauitas Auſon. Parent. 2, 6 Et grauitas comis, laetaque ſerietas. Sidon. 23, 440 Riſus ſerietas, dicacitas. Cum ſerietate dictare Idem Epiſt. 9, 3.

SERMO, ōnis. m. [λόγος] *Oratio a compoſitis et contextis, conſertisque verbis.* Varr. de L. L. 5, 7 p. 57, 7 Sermo eſt a ſerie — Sermo enim non poteſt in vno homine eſſe ſolo, ſed vbi oratio cum altero coniuncta. *Ad cognationem cum verbo* Serendi *ibidem alludere videtur.* Seruius *in* Virg. Aen. 4, 277 Sermo eſt conſertio orationis, et confabulatio duorum vel plurium. *Et in illud* Virg. Aen. 6, 160 Multa inter ſeſe vario ſermone ſerebant: *ſic ait*, Hinc proprie dictus eſt Sermo, qui inter duos ſeritur et inter vtrumque agitur. *Sed ſine reſpectu ad illam alternationem ſ. altercationem.* Sermo conſtat ratione, vetuſtate, auctoritate, conſuetudine Quinctil. 1, 6 *pr.* Cic. de Senect. 28 Sed tamen decorus eſt ſermo ſenis, quietus et remiſſus. *Ita* Tractare aliquid Graeco ſermone vel Attico Cic. de Finib. 1, 1. Idem Fam. 1, 19 Hac me mente fuiſſe, et Senatus ex me te Coſ. audiuit, et tu in noſtris Sermonibus, colloquutionibusque ipſe vidiſti. Sermo *et* Oratio *differunt. Eſt enim* Sermo, *locutio, qua communiter omnes vtuntur:* Oratio *vero proprie oratorum eſt.* Cic. in Orat. 64 Mollis eſt oratio philoſophorum, et vmbratilis: nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil aſtutum. Itaque ſermo potius quam oratio dicitur. Quanquam omnis locutio oratio eſt, tamen vnius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt. *Hactenus Cicero.* Auct. ad Her. 3, 23 c. 13 Sermo eſt oratio remiſſa, et finitima quotidianae locutioni. *Opponit deinde* Contentionem *et* Amplificationem. *Mox* Sermo diuiditur in partes quatuor, dignitatem, demonſtrationem, narrationem, iocationem: *quae ſunt virtutes orationis remiſſioris. Indifferenter ad contentioſam orationem et illam remiſſam,* Cic. de Aruſp. Reſp. 34 De Alexandrinis video eſſe ſermonem, quem ego non refuto. Idem in Somn. Scip. 17 Quid autem intereſt ab iis, qui poſtea naſcentur, ſermonem fore de te, quum ab iis nullus fuerit qui ante nati ſunt? Cic. in Vatin. 3 Cum Albinouano ſermonem non modo de Seſtio accuſando, ſed nulla

vnquam de re fuiſſe, paullo ante imprudens indicaſti. Sermo
omnis cum literis Idem Att. 12, 15 *extr.* Cic. Fam. 12, 16
mihi in ſermone inieciſſet, ſe velle Aſiam viſere, *vid.* INII
Eccum tibi lupum in ſermone: *h. e. de quo loquebamur, adeſt*
Stich. 4, 1, 71. Inprimis prouideamus, ne ſermo vitium ali
indicet ineſſe moribus Cic. Off. 1 c. 37. Plaut. Trin. 1, 2, 62
dictitatur tibi vulgo in ſermonibus. Cic. Att. 1, 13 Vſque
noſtri iſti comiſſatores coniurationis barbatuli iuuenes illum i
monibus Cn. Ciceronem appellent. Hac vice ſermonum roſe
rora quadrigis Virg. Aen. 6, 535. Affluentia ſermonis ve
Firmic. 8, 10. Caput et pes ſermonis, *pro* Principio *et* Fine
Aſin. 3, 3, 139. Coniunctio ſermonum Cic. Fam. 4, 16.
ctus ſermonis vtriuſque linguae Hor. Carm. 3, 8, 5. Honc
monis Idem de Arte Poët. 69. Inſolentia ſermonis, *vid*
SOLENS. Litera ſermonis fida miniſtra mei Ouid. Triſt.
Pudet, ſupra Modum ſermonis attolli Quinctil. 1, 2 *extr.*
ceps ſermonis Cic. de Orat. 3. ¶ 2 *Epitheta:* Acc
ſermo, *vid.* ACCVRATVS *in* ACCVRO. Amari ſer
homo Hor. Serm. 1, 7, 7. Quinctil. 4, 1 Sermonem a pe
iudicis auerſum, qui ἀποστροφὴ dicitur, quidam in totum a proc
ſubmouent. Benignus ſermo Hor. Epiſt. 1, 5, 11. Bl
ſermo, Breuis ſermo, *vid. ſſ. ll.* Comis ſermo Tacit. Ann.
Communis ſermo Quinctil. 2, 10. Compoſiti ſermones ad
guendos qui contra diſputant, a Graecis ἐλεγκτικοὶ vocantur:
Compoſiti ad praecipiendum ſermones, qui δογματικοὶ appell
Quinctil. 2, 15. Concinnus ſermo vtraque lingua Hor.
1, 10, 23. Credibilis ſermo Ouid. de Arte Am. 1, 467. C
ſermo, *vid.* CVRO. Dilucidus ſermo Quinctil. 5, 14.
ſtinctus ſermo Idem ibid. Doctiſſimus ſermo Idem 1, 1.
deles ſermones, *Quibus fides haberi debet* Catul. Argon. ſ. 62
Fortuiti ſermones Tacit. Ann. 4, 68. Graecus ſermo Qui
1, 1. Nep. 25, 4, 1. Quinctil. 9, 4 Neque ignoro quosdam
qui curam omnem compoſitionis excludant, atque illum Hon
ſermonem vt forte effluxerit, modo magis naturalem, modo
magis virilem eſſe contendant. Imperitus ſermo Cic. in Or
Inceptus ſermo Virg. Aen. 6, 470. Iniqui ſermones, *vid.*
QVVS. Intentior ſermo, *vid.* INTENTVS *in* INTE
Intimus, *vid. in* INTRA. Iocoſus Hor. Serm. 1, 10, 11.
tialis, *vid.* LATIVM. Latinus ſermo Quinctil. 1, 1.
25, 4, 1. Quinctil. 5, 14 Argumenta ſermone puro, et dil
et diſtincto, caeterum minime lato, ornatoque putant eſſe di
Longinquus, Longus, Medius ambiguuſque ſermo, *vid. h*
Cic. in Orat. 12 Solebant Academici de rebus omnibus in vtra
partem diſputare: atque ideo ſermones eorum Cicero multipli
varios appellat. Cleanthis verſus mihi in Noſtrum ſermonen
tare permittitur Senec. Epiſt. 107. Obſcoeni ſermones Hor.
2, 1. 127. Otioſi ſermones Quinctil. 1, 12. Lucan. 3, 30
Duramque viri deflectere mentem Pacifico ſermone parant, *etc.*
trius ſermo Lucret. 1, 832. Pedeſtris ſermo, *Humilis, non m*
loquus Hor. de Arte Poët. 95. Perpetuus ſermo Lucret. 4,
Politi ſermonis mella Claud. Conſ. Mall. Theod. 251. Pro
ſermo Iuuenal. Sat. 3, 73. Purus, dilucidus, et *diſtinctus* ſe
Quinctil. 5, 14. Purus et nihil ſe ſupra modum *extollens* ſermo
1, 9. Quotidianus et in quemcunque etiam *indoctorum* ca
ſermo Quinctil. 4, 2. Cic. Fam. 1, 1. Rectus et ſecundum
turam enuntiatus ſermo Quinctil. 2, 5. *et* Cic. Fam. 1, 1. Ron
ſermo Quinctil. 2, 14. Plin. Epiſt. 1, 9 Nemo me apud q
quam ſiniſtris ſermonibus carpit: neminem ipſe reprehendo.
ſtis ſermo Hor. Serm. 1, 10, 11. Truncus ſermo Stat. Theb. 12
Vetus ſermo Quinctil. 1, 6. Vitioſus ſermo Idem 1, 1.
garis ſermo Idem 12, 10. Vulgati ſermones Idem
¶ 3 *Verba:* Abrumpere ſermonem Virg. Aen. 4, 388. Abſ
ſermonem de re aliqua, Abuti aliquo ſermone pro mandatis,
hh. vv. Accedere ad ſermonem Cic. de Orat. 2. Acc
ſermonem ab ipſa rerum natura Quinctil. 3, 2. Adiunge
ſermonem Cic. Fam. 12, 16. Agere aliquid dignum ſermone
Serm. 2, 3, 4. Arripere ſermonem, *vid.* ARRIPIO.
tere ſe a ſermone, *vid.* AVERTO. Captare ſermonem
Met. 3, 279. *vid.* CAPTO *in* CAPIO. Ter. Heaut. 2, 3,
terea dum ſermones Caedimus, illae ſunt relictae, *i. dum colloqui*
vid. CAEDO. Cic. pro Cluent. 35 Id multo ſermone Celebra
Cohaeret ſermo, *vid.* COHAEREO. Commeant ſermones
cit. Ann. 2, 28. Communicare ſermones Cic. de Inuent. 2,
Id. Off. 1, 136 Maximeque curandum eſt, vt eos, quibuſcum ſermo
conferimus, et vereri et diligere videamur. *conf.* Idem ibid. 2
Conficere ſermonem, Confundere ſermones in vnum. Cop
ſermonem cum aliquo, *vid. hh. vv.* Crebreſcit ſermo Virg.
12, 222. Declament medio ſermone diſerti Ouid. de Arte
2, 507. Deferre ſermones ad aliquem Cic. Fam. 3, 8.
deficiens ſermoni Ouid. Triſt. 5, 13, 28. Caeſ. Bell. Gall.
Aditum ſermonemque Defugiunt. Cic. de Orat. 1, 96 Inſpe
mihi, inquit, et Cottae, ſed valde optanti vtrique noſtrûm cecidi
in iſtum ſermonem Craſſe Delaberemini. Detinuit ſermone
Ouid. Met. 1, 683. Deuenire ſermonem in alienas manus
Att. 1, 13. Dictitare in ſermone Cic. Fam. 1, 9. Differ
ſermonibus, *Diſſipare vulgare*, Liu. 34, 49. Diſperſus ſine
certo auctore ſermo Quinctil. 5, 1. Diſſipatus ſermo Cic. pro Flac
Diuulgare ſermonibus rem aliquam, *vid.* DIVVLGO. D
ſermo per ciuitatem, *Diffuſus, diſſeminatus* Liu. 2, 2. Cic. . . .
9, 3 Dabimus ſermonem iis, qui neſciunt, nobis quocunque in
ſimus, eundem cultum, eundem victum eſſe: *i. occaſionem ſiniſtr*
nobis loquendi et exiſtimandi. Dare aliquem teſtem ſermoni O
Amor. 1, 8, 21. Cic. Brut. 21 Nempe igitur hinc tum Pomp
Ductus eſt ſermo, *i. occaſio loquendi et diſputandi.* Cic. . . . C
frater germanus ſermones iniquorum Effugere potuit. Em
ſermo, *vid.* EMANO. Cic. ad Qu. Frat. 1, 2, 1 Sentire pot
Sermones iniquorum in ſuum potiſſimum nomen Erumpere.
citare ſermonem Cic. Fam. 8, 10. Plaut. in Trin. 2, 2, 5 N
ego cum improbis te viris, gnate mi, neque in via, neque in
vllum ſermonem exſequi, *i. e. diutius, et velut dedita opera loqui.*
Qu. Fratr. 1, 2, 1 Exhauſtus eſt ſermo hominum, *i. conſumtus.* Ic
Att. 9, 18 Meumque ſermonem Expreſſum ſtatim mittam. Fac
ſermonem, *vid.* FACIO. Ferre ſermonibus Liu. 4, 5. F
melius poſt pocula ſermo Mantuan. Ecl. 9, 22. Fremebant
peri ſermone vario Ouid. Met. 9, 418. Cic. de Senect. 30 Cy
quid

n apud Xenophontem eo ſermone quem Habuit moriens. Cic. icit. 3 c. 1 Itaque tum Scaeuola, cum in eam ipſam mentionem in- t, expoſuit nobis ſermonem Laelii de amicitia Habitum ab illo cu, et cum altero genero C. Fannio, M. F. paucis diebus poſt m Africani. Habuit primus annus de hac reprehenſione ium ſermonis Cic. Qu. Fratr. 1, 1. Habere ſermonem per m Quinctil. 1 prooem. Habere multum ſermonem de aliquo, id. VLTVS. Tacit. Ann. 4. 68 Latiaris Iacere fortuitos pri- ſermones. Iactis ſermonibus irae intumuere Stat. Theb. 4. Imbuere aures alicuius honeſtis ſermonibus Tacit. Hiſt. 4, 7. us ſermones hominis turdus, vid. IMITOR. Incidere nobis ſermones Catul. 10, 5. Incidit ſermo, etc. vid. INCIDO. re in ſermonem aliquem fortuito Cic. de Orat. 1, 111 c. 24. In- de ſermonem, Increbuit ſermo, Inferre ſermonem, vid. bb. vv. re ſermonem, et iniicere in ſermone Cic. Fam. 12, 16. Inſi- ſe familiariter in ſermonem aliquem, vid. INSINVO. Inſti- rmonibus alicuius, vid. INSTIGO. Inſtituere ſermonem liquo Cic. de Orat. 2, 296 c. 73. Intercipere medium ſer- n, vid. b. v. Intereſſe ſermoni Cic. Fam. 11. Labare ne, Laceſſere ſermones, vid. bb. vv. Legere ſermonem is, vid. LEGO, ĕre. Manat ſermo Cic. pro Corn. Balbo … e ſermonem Idem de Orat. 3, … Mittere aliquem in fa- et ſermones Quinctil. Declam. 14 p. 302 *Burm.* Moritur , Moueri ſermonibus alicuius, vid. bb. vv. Cic. … uc etiam de ſermonibus hominum niſi obmutuerint. Ordiri nem Cic. de Orat. 1, 98. Oritur ſermo ab iis, vid. ORIOR. r ſermo de re aliqua Hor. Serm. 2, 6, 71. Percelebrata ſer- us res eſt Cic. pro Cael. 69 c. 29. Percrebuit omnium ſer- , vid. PERCREBRESCO. Perferre ſermonem alicuius quem Cic. Fam. 1, 9. Perferuntur ſermones, vid. PER- O. Perhibet ſe vel nobis nolentibus Latinus ſermo Quin- , 1. Peruagatus ſermo Cic. pro Milon. 29. Probare ali- argo ſermone Lucret. 5, 156. Producere ſermonem Cic. n. Scip. 17. Profari medio viri ſermone Sil. 6, 295. Ter. , 3, 10. Mihi ſeſe dare, ſermonem quaerere. Referſit aures nibus cataplus ille Puteolanus, etc. Cic. pro Rabir. Poſt. 40 c. 14. re ſermones aliquorum Id. Fam. 1, 9. Refrigeratus eſt ſermo ibid. 3, 8 *pr.* Relinquere verba imperfecta ſermonis Ouid. 1, 3, 69. Virg. Aen. 4, 189 Haec (*Fama*) tum multiplici os ſermone replebat. Reprimere ſermonem Cic. Fam. 3, 8. runt ſermone amiſſos ſocios Virg. Aen. 1, 221. Reſtringere nem Cic. Att. 13, 10. Rumpere ſermone ſilentia Ouid. Met. Scribere contra aliquem ſcito ſermone et Attico Cic. de Nat. Deor. 1, 93. Sedare ſermonem Idem Att. 13, 10. Serere nes, vid. SERO, ſeui. Serebant multa inter ſeſe vario ne Virg. Aen. 6, 160. Subire ſermonem Cic. Att. 11, 6. Sum: c. Philipp. 10, 14 c. 7 Erat enim in deſiderio ciuitatis, in ore at- ſermone omnium. De Alexandrinis video ſermonem Eſſe Idem de Reſp. Aruſp. c. 16 *pr.* Sermo Eſt omnibus Plaut. Pſeud. Cic. de Legib. 2, 41 Tamen quoniam mihi ſermo Eſt apud deo nihil reticebo. Plurimus ei de honeſto ac bono ſermo Sit Quinctil. 2, 2. Cic. Att. 7. 3 Sed haec coram: nam multi ſermonis Sunt Sermo Eſt eum reginam amare, etc. Plin. 35, 11. Multus ſermo, me iudicium iam de cauſa publica feciſſe Cic. Att. 7, 12. Suſ ere ſermonem Quinctil. 2, 15. Suſtinebit abſens facilius ho- m ſermones Cic. Fam. 15, 14. Extendere noctem aeſtiuam no ſermone Hor. Epiſt. 1, 5, 11. Trahere noctem vario ſer- Virg. Aen. 1, 752. Vapulare ſermonibus Cic. Att. 2, 14. Id. Verr. 4, 13 c. 7 In ſermonem hominum atque in tantam vitupera- n veniret. Verberatae aures ſermonibus Tacit. in Vita Agr. 41. Cic. pro Milon. 33 c. … An vero Iudices vos ſoli ignoratis? vos oſpites in hac vrbe verſamini, veſtrae peregrinantur aures, neque c peruagato ciuitatis ſermone Verſantur? Vitare ſermonem Cic Fam. 9, … Vſurpare ſermonibus Idem pro M. Marcel. Vtendumque plane ſermone, vt numo, cui publica forma eſt Quinctil. 1, 6.

RMVNCVLVS, i. m. Dimin. [λογίδιον] Plin. Epiſt. 5, ſermunculis etiam, fabelliſque ducantur. Cic. pro Deiot. 35 Nonne intelligis Caeſar, ex vrbanis maleuolorum ſermunculis, ab iſtis eſſe collecta? Idem Att. 13, 11 Sermunculum enim m aut reſtrinxerit, aut ſedarit.

RMONĀLIS, e. Adi. Tertull. in Prax. c. 5 Non ſermonalis, ed ationalis Deus.

RMŌNOR, āri. Dep. Gell. 17, 2 *Sermonari* ruſticius videtur, ſed is: *ſermocinari* crebrius eſt, ſed corruptius. *Annotat iſta ad loca* Q. Claudii, Cum his conſermonabatur.

RMOCĬNOR, āri. Dep. [καθομιλέω] *Loqui, colloqui.* Plin. 10, 42 uper omnia humanas voces reddunt, pſittaci quidem etiam ſer- nantes. Cic. de Inuent. 2, 54 c. 17 Et quibus in rebus ho- s in conſuetudine ſcribendi aut ſermocinandi eo verbo vti ſo- lea, conſiderabitur. Idem Verr. 1, 138 c. 52 Reſpondit illa, vt meretrix, non inhumane: libenter ait ſe eſſe facturam, et ſe cum iſto diligenter ſermocinaturam: reuerti iubet. Cui ſermocinari aliter cordi eſt Sidon. Epiſt. 4, 3. Diuerſa cenſentes ſermo- amur Id. ibid. 2, 9.

RMOCINANS, antis. Part. Dixit ſermocinans vir apprime doctus Gell. 5, 21.

RMOCINANTER. Adu. Sidon. Epiſt. 8, 6 Sermocinanter hos extrahere. *i. ſermocinando.*

RMOCINATIO, ōnis. f. Quinctil. 9, 2 Sermones homi- nu aſſimulatos dicere διαλόγους malunt, quam quod Latinorum quidam dixerunt ſermocinationem. *add.* Auct. ad Herenn. 4 c. 43 *et* 52. Macr. Sat. 1, 6. Sermocinatio quidem leui de re, ſed a Latinae Linguae ſtudio non abhorrens Gell. 19, 8. Plato in alia ſermoci- natione ſcriptum reliquit Apul. Apol. 1 p. 290. Volumina perco- pies ſcaturientia ſermocinationibus Sidon. Epiſt. 1, 1.

RMOCINATOR, oris. m. *vnde*

ERMOCINĀTRIX, īcis. f. Quinctil. 3, 4, 10 Plato adiecit προσομιλητικήν, quam ſane permittamus dicere ſermocinatricem. Sermocinatrix immodica anus Apul. Met. 9 p. 224.

ERNIA, ae. f. *ſcabies.* *vnde*

ERNIOSVS, a, um. Adi. Serniosos, quos nos petiginoſos dici- m, et aſperitatis vitio ſimili laborantes curare Theod. Priſcian. 1, 12. *conf. Reineſ. Var. Lect.* 3, 11 p. 522.

RO, āre. *a Sera; Claudere. Laudatur* Columel. 6, 38, 3 Feminae ſerari et interdum inuri ſolent. *Sed recte legitur* Femina (ſuffraginoſae mulae) ſecari — ſolent. *Nondum ergo habet auctorem verbum ſimplex* Sero: *licet* Reſerare *non ſit inſolitum.*

SĔRO, ſēui, ſatum, ĕre. [σπείρω, φυτεύω] *Seminare et plantare ſignificat.* Columel. 11, 1, 29 Vulgare illud de arborum poſitione ruſticis vſurpatum, Serere ne dubites, id villicus ad agri totum cultum referri iudicet. *Nempe eſt* Catonianum *illud praeceptum* R. R. 3, 1 Prima adoleſcentia patrem familiae agrum conſerere ſtudere oportet. Plin. 12, 3 Qualiter omnia tranſitura longius, ſeri arctiſſime, transferrique meminiſſe conuenit. Cic. Tuſc. 1, 31 c. 14 Serit arbores, quae alteri ſaeculo proſint. Et dubitant homines ſerere, atque impendere curam Virg. Georg. 2, 433. Manu ſerere Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 44. Denſa ſerere Virg. Georg. 2, 275. Fruges ſerere Tacit. Ann. 14, 38. Hordea campis ſerere Virg. Georg. 1, 210. Oculos *vel* oculo ſerere Cato R. R. 45, 3. *Sed locus valde dubius.* Piſces ſerere Plin. 9, 17 ſ. 29. Vitem ſerere Columel. 3, 20. ¶ 2 *Per translationem eſt occaſionem rei praebere.* Liu. 21, 10 Incuſauerat bella ex bellis ſeri, ne pace vnquam frui plebs poſſet. Liu 4, 5 Si haec impediet aliquis, ſerite ſermonibus, et multiplicate fama bella. *Alia exemplaria habent,* Ferte. Eſt liberale officium, ſerere Beneficium, vt metere poſſis fructum Auct. Orat. anteq. iret in Exil. Liu. 27, 12 Annibal turmatim per equites, peditumque iaculatores leuia Certamina ſerens, caſum vniuerſae pugnae non neceſſarium ducebat. Certamina ſerere cum aliquibus, *Mouere lites et diſſenſiones* Liu. 2, 1. Idem 24, 31 Quae licentia Cretenſium eſſet rogitantes ſerendi Colloquia cum hoſte? *Sic* lib. 34. Crimina ſerere in Senatum Liu. 24, 23 *extr.* Curas Erycina ſerens in pectore Catull. 62, 72. Diſcordias ſerere Liu. 3, 40. Fabulam ſerere argumento Idem 7, 2. *i. comoediam vel tragoediam cohaerentis argumenti ſcribere.* *Sic* 38, 56, 8 Alia tota ſerenda eſt fabula Gracchi orationi conueniens, et illi auctores ſequendi, *i. aliter inſtituenda illa de Scipionis extremis rebus narratio.* Lites ſerere Plaut. Poen. 3, 2, 10. Mentionem alicuius rei ſerere ad vulgus ſermonibus occultis Liu. 3, 43. Negotium ſerere Plaut. Moſt. 5, 1, 51. Praelium ſerere, *vt* Conſerere Tacit. Hiſt. 5, 11. Rumores varios ſerere Virg. Aen. 12, 228. Sermonem ſerere, *Locutio* Plauto *vſitata: et a* ſerendo ſermonem *declinatum eſſe, probabile eſt.* Plaut. Mil. 3, 1, 106 Quae huius ſimiles ſermones ſerunt. Idem Aul. 4, 5, 7. *Et* Curc. 1, 3, 37 Quod quidem mihi pollutus virgis ſeruos ſermonem ſerat? Sermonibus occultis ſerere aliquid Liu. 7, 39. Vulnera ſerere Lucret. 5, 1289. Seritur, *Imperſ.* Plaut. Epid. 2, 2, 80 Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur: niſi ea quae vis, nolo. *vid.* METO, ĕre. ¶ 3 Sero, ſeui *et* Sero, ſerui *confundi ſolent a librariis: vid. ad* Colum. 3, 4, 2 *et* 3. *Item mox* SERO, rui.

SERENS, entis. Part. Semina vidi equidem multos medicare ſerentes Virg. Georg. 1, 193. Ex aeternitate cauſa cauſam ſerens hoc erit effectura? Cic. de Fato c. 12.

SERENDVS, a, um. Partic. [φυτευτέος] *vt,* Arua ſerenda Tibul. 2, 3, 8.

SATVS, a, um. Partic. *Paſſ.* [πεφυτευμένος] Plin. 12, 1 Satae platani regenerauere vitium. Frumenta ſata manu Virg. Georg. 3, 176. Meſſes ſatae Idem Ecl. 8, 99. Terrane aut ſata aut concreta videtur Cic. Tuſc. 1 c. 25. Satus, *Genitus* Virg. Aen. 2, 540 At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles. Satus Anchiſa Virg. Aen. 7, 152. Sate ſanguine diuûm Tros Anchiſiade Idem Aen. 6, 125. Genitore Lucifero ſatus Ouid. Met. 11, 271. Cic. Tuſc. 1, 118 Non enim temere nec fortuito ſati et creati ſumus. Animi ſati et quaſi ſparſi Idem de Vniuerſ. 35. Aetas aurea ſata eſt prima Ouid. Met. 1, 89.

SATA, ōrum. n. Pl. *Pro ſegetibus.* Quinctil. 8 Prooem. Et velut laeto gramine, ſata ſtrangulant. Virg. Georg. 1, 113 Quique ſatis largum caelo dimittitis imbrem. Dulce ſatis humor Idem Ecl. 3, 82. Dare ſtragem ſatis, et ruinas arboribus Virg. Aen. 12, 454. Sternit torrens ſata laeta Idem ibid. 2, 306. *conf.* Idem Georg. 1, 325. Tollent animos ſata Idem Georg. 2, 350. Vrere ſata Id. ibid. 4, 331. *add.* Pallad. 1, 43. Varro R. R. 1, 45 *et* 47.

SATVS, ûs. m. [σπορὰ] *Actus ſerendi.* Plin. 17, 17 Quapropter de talearum ſatu nunc dicendum eſt, *i. Plantatione.* Cic. de Senect. 52 Quid ego vitium ortus, ſatus, incrementa commemorem? Idem de Diuin. 1, 93 c. 42 Ob eandem cauſam multa inuſitata partim e caelo, alia ex terra oriebantur: quaedam etiam ex hominum pecudumue Conceptu et ſatu. Genitalis ſatus Lucret. 4, 1227. Cic. de Vniuerſ. 35 Oceanum, Salatiamque Caeli ſatu, terraeque conceptu generatos, editoſque memoremus. Idem de Diuin. 2, 93 Herbam autem aſperam credo auium congeſtu, non Humano ſatu. Hercules Iouis ſatu editus Idem Off. 1, 118. A primo ſatu Id. de Fin. 5, 65 c. 23. Cic. Tuſc. 2, 13 Cultura autem animi Philoſophia eſt, quae extrahit vitia radicitus, et praeparat animos ad ſatus accipiendos. Idem de Finib. 5, 65 c. 23 Et ipſa caritas generis humani, quae nata a Primo ſatu, quo a procreatoribus nati diliguntur. Plin. 13, 4 *de palma,* Et ab radice auulſae vitalis eſt ſatus, et ramorum tenerrimis. *conf.* Idem 16, 12. Cato R. R. c. 5. Accius *ap.* Non. 2, 806.

SATIO, ōnis. f. [σπορὰ] *Idem quod* Satus. Cic. de Vniuerſ. 35 Poſt autem eam ſationem, diis, vt ita dicam, iunioribus permiſit, vt corpora mortalia effingerent. Idem Verr. 3, c. 17 Ne ſi tempus ſationis praeteriiſſet, granum in prouincia Sicilia nullum haberemus. *Add.* ibid. c. 47. Varro R. R. 1, 39 *et* 69. Pallad. 1, 6. 11, 1. 12, 1. Specimen ſationis Lucret. 5, 1360. Optima vinetis ſatio eſt quum, *etc.* Virg. Georg 2, 319. *conf.* ibid. v. 215. Perpetua atque aequabilis ſatio, *vid.* PERPETVVS. Iugera ſationum ſuarum profiteri Cic. Verr. 3, 38. Tritici Columel. 2, 8. Vitis duorum generis Idem 3, 14. Haec melior eſt Vitibus ſatio Columel. de Arb. c. 3. Sationibus implere campos Senec. Epiſt. 60.

SATIONALIS, e. Adi. Sationalia praedia Sariſber. 1, 4.

SATOR, ōris. m. [σπορεὺς] *Qui ſerit, aut plantat.* Varr. de R. R. 1, 45 Idque ita eſſe docent ſilueſtria, ad quae ſator non acceſſit. Columel. 3, 15 Satoris officium eſt primum, *etc.* ¶ 2 Sator caeleſtium, *Creator, genitor* Cic. Tuſc. 2, 21 Videte cuncti dii, tuque caeleſtium ſator, iace, obſecro, in me vim coruſcam fulminis. Aeui Sil. 9, 306. *i. Iupiter.* Sator mundi, *Ianus* Martial. 10, 28. Omnium rerum ſator et ſeminator mundus Cic. de Nat. Deor. 2, 86 c. 34. Rerum Sil. 4, 432. *i. Iupiter.* Hominum ſator atque deorum Virg. Aen. 1, 258. Diuûm ſator, *Iupiter* Propert. 4, 2, 55. Sator litis, *per translationem, Qui litem diſſeminat et creat, vel litis cauſa eſt* Liu. 21, 6. Turbarum Sil. 8, 259.

SATARIVS, a, um. Quala ſataria Cato c. 11.

SATORIVS, a, um. Adi. [σπορευτικὸς] *Quod ad ſatorem pertinet:* vt Trimodiae ſatoriae Columel. 2, 9. et 12, 50.

SATĪVVS, a, um. *Aliud* Adi. [σπόριμος] *Quod ſeritur: ſiue plantatur et excolitur: cui contrarium eſt* Agreſtis. Plin. 15, 7 Eadem ratio et in ſatiua myrto. Satiuum tempus, *Sationi aptum* Plin. 19, 8.

SESSIVS *vel* SESIVS, a, um. *a ſerendo.* Columnae Seſſias *(deas)* a ſementationibus *(dictas)* ſuſtinent Tertull. de Spectac. c. 8. *vid.* Harduin. *ad* Plin. 18, 2 *no. mai.* 1.

SERO, ſerui, ſertum, ĕre. [πλέκω] *Texere, connectere, adiungere. Ac neſcio, an multum differat ab altero,* Sero, ſeui. *Nam qui* plantas ſerit *aut* ſemina *quaecunque, ille connectit, adiungit, tanquam matri aut nutrici, terrae, vel arbori adultae, etc. Si quid ſit diſcriminis, illud non intelligitur, niſi in Praeterito, vbi* ſeui *et* ſatus *ad illud genus connexionis pertinent, cum manu ſibi admouentur duo corpora, in quibus deinde ipſa natura coalitum et concretionem praeſtat:* ſerui *et* ſertus *autem tota ſint ab arte. Neque tamen id ipſum ſine exceptione eſt, ſi recte legitur* Columel. 3, 4, 3 Non minore cura vitem conſerat, et cum ſeruerit, ſumma ſedulitate culturae ſeruiat. *Et p. a.* Is qui conſeruerit. *Sed variant codices. Interea ex dictis apparet, quaedam ſuperius allata forte melius huc referri, v. g.* Serere fabulam, Sermonem, *etc.*

SERTVS, a, um. Partic. [πλεκτὸς] *Contextus, compoſitus. vt,* Serti flores, Sertae coronae Lucan. 10, 164. Flores ſerti *et* ſoluti Apul. *Add.* Seru. *ad* Aen. 1, 421.

SERTOR, *vid. in ſuo loco.*

SERTVM, i. n. *et* SERTA, ae. f. [στέφανοι, στέμματα Gloſſ. Vet.] Serta *dicuntur Coronae; a* Sertis, *id eſt, digeſtis inuicem floribus frondibusque, ex quibus ab initio fieri coronae ſolebant.* Chariſius 1 p. 83 Serta neutro genere dicuntur, *vt* Virg. Ecl. 6, 16 Serta procul tantum capiti delapſa iacebant. *Sed* Propert. (2, 24, 37) *feminine extulit,* Quum tua praependent demiſſae in pocula ſertae. *Et* Corn. Seuerus, Huc ades Aonia crinem circumdata ſerta. *Haec Chariſius. Sed* Propertii *locus ſic legebatur* Quum tua praependent demiſſa in pocula ſerta. *Sed certatim ad Chariſii mentem a viris doctis reſtitutus eſt.* Sertam Campanicam bene odoratam contundas Cato R. R. c. 107. *conf.* Seru. *ad* Aen. 1, 421 *Burm. ad* Sammon. 17 *Lipſ. Ant. Lect. lib* 3. *add.* SERVIA. Plaut. Aſin. 4, 1, 58 Tum ſi coronas, ſerta, vnguenta iuſſerit ancillam ferre Veneri. Incendes odores, et ſertis redimiri iubebis, et roſa Cic. Tuſc. 3, 43. Delapſa capiti ſerta Virg. Ecl. 6, 16. Flaventia ſerta Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 126. Florida Tibul. 1, 1, 12. Genialia Ouid. Met. 13, 929. Recentia Virg. Aen. 1, 421. Spicea Ouid. Amor. 3, 9, 36. Stellantia ſerta Claud. de Nupt. Honor. et Mar. 274. Textilibus ſertis omne rubebat iter Martial. 6, 80. Variis ſertis florentia limina Virg. Aen. 4, 202. Tibul. 2, 4, 48 Annua conſtructo ſerta dabit tumulo. Gerit myrtea ſerta Idem 1, 3, 66. Innectunt odoratis tempora ſertis Ouid. Triſt. 5, 3, 3. Intendere locum ſertis, *vid.* INTENDO. Legere ſerta Virg. Ecl. 10, 41. *i. flores.* Ponere laurea ſerta in coma Ouid. Triſt. 2, 172. Texere ſerta Sen. Med. 10. Redimiti ſertis Cic. Catil. 2 c. 5. Vinctus Hymen tempora ſertis Ouid. Epiſt. 6, 44.

¶ 2 Serta, ae, *vel* Sertum *adeo, an pro fune vel reſti dicatur, videndum.* Tibul. 2, 5, 97 Aut e veſte ſua tendunt vmbracula ſertis Vincta. *Sed poſſunt hic* ſertae *vel* ſerta *eſſe ſeries florum, fructuum, foliorum, quibus illa vmbracula coronata ſunt: nam addit,* Coronatus ſtabit et ante calix. *conf.* Donat. *ad* Ter. Adelph. 4, 7, 37. *Scalig. ad Varr. Coniectan. p.* 240. Pallad. Iul. 6, 2 Quidam *(vt vinum ſcillite faciant)* velamina ipſa (folia, quibus pars extrema velatur) filo inſerta ſuſpendunt, vt — poſt XL dierum ſpatium ſerta, quae appenſa ſunt, auferantur. *Hic ſerta ſunt ipſa illa folia funiculo traiecta et ſuſpenſa. Supereſt* Pallad. Mart. 10, 28 Menſe Iunio, circa ſolſtitium caprificandae ſunt arbores fici, id eſt ſuſpendendi groſſi ex caprifico, lino velut ſerta pertuſi. *conf. Geſner. ad h. l. Poteſt hic grammatica ratione* ſerta *Ablatiuus eſſe. Sed non ſatis intelligitur, cur dicat* lino velut ſerta; *cum* linum *notius ſit quam* ſerta. *Ergo* Serta *potius videtur Pluralis eſſe a* ſertum. Groſſi pertuſi *ſicut* ſerta *alia* florum fructuumque, *etc. Add. quae dicuntur voce* SERRA *ad locum* Varron.

SERTO, āre. Sertat, στεφανοῖ Gloſſ. Vet.

SERTATVS, a, um. Caput regali maieſtate ſertatum Mart. Cap. 5 p. 136. *vid.* SERRATVS *ſub* SERRA.

SERTVLA Campana, *vid. poſt* SERTORIVS.

SERO. Adu. SEROTINVS, *vid.* SERVS.

SEROPTA, *et* SEROPTANVS, *vid.* SERAPTA.

SERPENS, *vid.* SERPO.

SERPERASTRVM, i. n. *Inſtrumentum, quod geniculis puerorum ambulare diſcentium alligabatur, ne vari fierent, aut compernes.* Varr. de L. L. 8, 5 Non ſequitur vt ſtulte faciant, qui pueris in geniculis alligent ſerperaſtra, vt eorum deprauata corrigant crura, *etc. Tranſlate,* Cic. Att. 7, 3 De ſerperaſtris cohortis meae nihil eſt quod doleas. Serperaſtros *interpretatur Turneb.* 21, 7 *Homines auariſſimos et ſordidiſſimos Praetorum et Proconſulum comites, velut omnia radentes, aſſimiles raſtris per humum ſerpentibus, et radentibus: iocoſeque ſic appellatos, ad illa interim alludendo,* ſerperaſtra, *quae geniculis infantium adminicula iuuandi greſſus cauſa alligata adhibebantur, ne compernes fierent. Paul. Manut. explicat, Homines, qui nihil ſublime cogitent, ſed humi ſerpant, pecuniae, qua nihil ſordidius, addicti. Suſpicatur tamen legi poſſe,* Cerberaſtris, *quaſi* Cerberi *imitatoribus, famelicis videlicet hominibus, et ad pecuniam, tanquam Cerberus ad offam latrantibus.*

SERPILLVM, *vid.* SERPYLLVS.

SERPO, pſi, tum, ĕre. [ἕρπω, ἑρπύζω] *Repere, paullatim progredi.* Plin. 9, 13 Pinnis, quibus in mari vtuntur, humi quoque vice pedum ſerpunt. Cic. de Finib. 5, 42 Serpere anguiculos. Vtque latens ima Vipera ſerpit humo Ouid. ex Pont. 3, 3, 102. *de Liuore.* Serpit draco ſubter ſupraque reuoluens ſeſe Cic. de. Nat. Deor. 2, 106. Serpere per humum dicitur herba Plin. 21, 16. Ad humum ſerpere Ouid. Met. 15, 689. Humi ſerpere Hor. de Arte Poët. 28. ¶ 2 *Metaph. habet frequentiſſimas de rebus, quarum occulti ſed magni progreſſus et celeres.* Ad alios etiam haec res ſerpit Vlpian. in l. Si quis pecuniam §. Quanquam D. Si quis omiſſa cauſa. Cic. de Nat. Deor. 3, 52 Ergo hoc aut in immenſum ſerpet, aut nihil horum recipiemus, nec illa infinita ratio ſuperſtitionis probabitur. Serpit enim neſcio quo modo per omnium vitam amicitia Cic. de Amicit. 88 c. 23. Ardor Id. Tuſc. . . Cic. de Nat. Deor. 1, 98 c. 35 Etenim ſi ſemel Vellei ſuſcipimus genus hoc argumenti, attende quo ſerpat. Cancer ſerpit latius Scribon. 62. 206. Cic. Diuin. Verr. 1, 68 c. 22 Putant fore vti ſi paullatim haec Conſuetudo (ac prodire coeperit, *etc.* Virg. Georg. 3, 469 Dira per inc ſerpunt Contagia vulgus. Cura altius ſerpit Plin. 14, 11. *getur.* Liu. 30, 6 Ignibusque in proxima tecta coniectis, Flamma primo veluti ſparſa pluribus locis reluxit: dein per eo ſerpens, vno repente omnia incendio hauſit. Flammae ſerpunt in viſcera Ouid. Rem. Amor. 105. Cic. de Amicit. pit enim deinde res, quae procliuius ad perniciem, quum ſemel labitur. Virg. Ecl. 8, 13 Atque hanc ſine tempora circum victrices hederam tibi ſerpere lauros. Idem Verr. 2, 53 facile ſerpat Iniuria, et conſuetudo peccandi, quam non facile matur, videte Iudices. Lacrimae ſerpunt per vulnera Stat. 11, 608. Martial. 1, 79 Indignas premeret peſtis quum tabid ces, Inque ipſos vultus ſerperet atra Lues. Cic. Verr. 3, 53 pit illud inſitum in natura Malum conſuetudine peccandi libera, vt audaciae ſtatuere ſibi non poſſit. Idem in Catil. 4, 6 c. tius opinione diſſeminatum eſt hoc malum: manauit non ſolu Italiam, verum etiam tranſcendit Alpes, et obſcure ſerpens mult prouincias occupauit. Murmur ſerpit per agmina Virg. Aen. Rem ſerpere latius Liu. 28, 15. Cic. Att. 1, 10. Idem pr raen. 45 c. 21 *extr.* Iacet, diffidit, abiecit haſtas: ſerpit hic R Cic. Att. 14, 16 Suſtuliſſe mihi videtur ſimulationem deſiderii, quae ſerpebat in dies, et inueterata, verebar ne periculoſa noſt rannoctonis eſſet. Vlcera ſerpentia, Graeci herpetes vocant 34, 15. Celſus 5, 28, 3 *de Theriomate,* Atque id quoque n ſerpit — Fitque ex his vlcus, quod ἕρπητα ἐσθιόμενον Graeci v quia celeriter ſerpendo, penetrandoque vsque ad oſſa, corpus Serpentia vlcera oris, quae ἄφθας Graeci nominant. Celſ Vlcera ſerpere deſierunt Sen. Epiſt. 8. Vlcus ſerpit alte atqu Celſ. 6, 18. ¶ 3 *Paſſ.* Solin. 35 Cum inſula null patur angue.

SERPENS, entis. Part. [ἕρπων] Cic. de Senect. 52 c. 15 Qua pentem multiplici lapſu et erratico, ferro amputans coërcet ars larum ne ſilueſcat ſarmentis. *de vite.* Saecla ſerpentia fe Lucret. 6, 766.

SERPENS, entis. c. Subſt. [ὄφις] *Generale nomen eſt a um, quae ſerpunt, i. mouent et trahunt corpus, citra vſum pedum.* 8, 14 Nota eſt, in Punicis bellis ad flumen Bagradam a Regulo ratore, baliſtis tormentiſque, vt oppidum aliquod, expugnata CXX pedum longitudinis. Idem 8, 23 Nec pedibus pauenda tum ſerpentes, ſed et miſſili volare tormento. Adflatus, Id Morſus *Serpentis* Scribon. 165. Lapſus ſerpentum, *vid.* LAE ēris. Oculi ſerpentium ignei Sen. Herc. Fur. 219. Pare pentum ſpirae Virg. Aen. 12, 848. Sen. de Ira 1, 16 *de hoc ipſo ctu,* Primi eius ictus acres ſunt, ſicut ſerpentis, venena e cubili r tium nocent; innoxii dentes ſunt, cum illos frequens morſus ex Celſ. 5, 27, 10 Illud ignorare non oportet, omnis ſerpentis ictum iuni et ieiuno magis nocere, *etc.* Immani corpore ſerpens Lucret. Atris ille malum virus ſerpentibus addit Virg. Georg. 1, 129. manoque cadit ſerpens Adflata veneno Lucan. 6, 491. Attc minas ſerpens, *vid.* ATTOLLO. Caeruleus ſerpens Ouid. 3, 38. Dira Idem ibid. 2, 651. Laetiferi ſerpentes L 9, 384. Lubrica Lucret. 4, 58. Minax vibrante lingua 3, 658. Pigra Ouid. Amor. 2, 13, 13. Tumens Claud. Pane Imperauit, quam plurimas Venenatas ſerpentes viuas colligi Nep 10, 4. A ſerpente laeſus Scribon. 170. — tutus 270. pentium, *Genit. Plur. exſtat ap.* Nep. 23, 11, 5. Celſ. 5, 27, 3. Vi 8, 4. Iuſtin. 32, 4, 6. Plin. 11, 37 *etc.* ¶ 2 Serpe *pro Pediculis,* Plin. 7, 51 Morborum vero tam infinita eſt multi vt Pherecydes Syrius copia ſerpentium ex corpore eius erumpent ſpirauerit. *Loquitur de Phthiriaſi ſ. pediculari morbo, quo periſſi recydem conſtans Graecorum ſermo eſt: qui cum* ἑρπετὰ *dicere et ſoleant pediculos, eorum imitatione* ſerpentes *vocauit Plinius, vid. A V. H.* 4, 28. *et* 5, 2. *Sic etiam* Apul. Florid. 2 p. 352, 4 Infandi m *putredine in ſerpentium ſcabiem ſolutam dicit.* ¶ 3 *aſteriſmo* Vitruu. 9, 6.

SERPENTĪGER, ĕra, ĕrum. Adi. [ὀφιοῦχος] Ouid. T 4, 7, 17 Sphingaque, et Harpyias ſerpentigeroſque Gigantes. *al. et* Serpentipedes.

SERPENTIGĔNAE. m. Plur. [ὀφιογενεῖς] *Ex ſerpent. nati.* Ouid. Met. 7, 212 Vos ſerpentigenis in ſe fera bella dedit *De Cadmeis fratribus, e ſerpentis dentibus qui prognati fuerant.*

SERPENTĪNVS, a, um. Adi. Iuſtin. 32, 4, 6 Omne ſerpentin genus. *al.* Serpentium. Serpentinum oris vlcus, *ex Celſo quod datur, videtur ſumtum ex* 2, 1 *ad fin.* Infantes teneroſque adhuc pu ſerpentia *(ſic Ald. Steph. Almelou.)* quae ἄφθας Graeci nominant exerceant. *Nondum ergo habet auctorem.*

SERPENTARIA, ae. f. *Herba, quae vocatur et* Viperina A de Herba cap. 5.

SERPENTĪFER, ĕra, ĕrum. Adi. Virg. in Ciri 477 Seri ſerpentifera. *Sic enim legendum eſt cum Scaligero; non vt qu* Sementifera.

SERPENTIFORMIS, e. Adi. Vulg. Interpr. Irenaei 1, 34.

SERPENTIPES, edis. *vid.* SERPENTIGER.

SERPICVLA, ae. f. *Laudatur* Propert. 4, 2, 40 Se culis medio puluere ferre roſam. *Sed leg.* Sirpiculis, *vid.* SCIRPVS.

SERPVLA, *a verbo* Serpo; Serpens *dicitur apud* Feſtum falla, Serpula ſerpſerit, ſerpens inrepſerit.

SERPYLLVS, i. m. *vel* SERPYLLVM, i. n. [ἕρπυλλον] *He paruorum foliorum.* Plin. 20, 22 Serpyllum a ſerpendo putant ctum. Quod in ſilueſtri euenit, in petris maxime. Satiuum ſerpit, ſed ad palmi altitudinem increſcit. Pinguius voluntarium candidioribus foliis, et ramis aduerſus ſerpentes efficax, maxime chrin. Varro de R. R. 1, 35, 2 A Fauonio vsque ad Arctum ortum recte ſerpyllum e ſeminario transferri: quod dictum ab quod ſerpit. Virg. Ecl. 2, 10 Allia, ſerpyllumque herbas contun olentes. Olentia ſerpylla Idem Georg. 4, 31. *conf.* Celſ. 5, Colum. 6, 4. *et* 9, 4. 11, 3, 39. Apul. de Herb. c. 10. *Quidam per* i L *num ſcribi malunt, vt* Scribon. 1. 5. 165. *Etiam pro litera Graeca* u *libent, vid.* Cat. R. R. 37.

SERPYLLIFER, a, um. Sidon. Epiſt. 8, 11 *in carmine.*

SERRA, ae. f. [πρίων] *Inſtrumentum dentatum, quo ligna lapides ſecantur.* Ouid. Met. 8, 243 *de Perdice Daedali, diſcipulo,*

Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit in exemplum, ferroque incidit acuto
Perpetuos dentes, et ſerrae reperit vſum.

...mpſ. Aenig. 160

Dentibus innumeris ſum toto corpore plena,
Frondicomam ſobolem morſu depaſcor acuto,
Mando tamen fruſta, quia reſpuo praemia dentis.

SESCVNX, *quaſi* SESQVIVNX, uncis. m. *et* SESCVN... ae. f. [τριημιούγκιον] Vnciam *ſignificat et vnciae dimidium, vid.* ... bon. 50. 60. 118. *etc.* Sescunx *eſt* Plin. 36, 25. Columel. 1... Laſeris radicis quod σίλφιον Graeci vocant, ſeſcuncem. Iden... Quae ſumma efficit iugeri ſeſcunciam, *etc. add.* Vlpian. l. 8 §. 8 ... inoff. teſtam. Frontin. de Aquaed. 1 p. 231.

SESCVNCIĀLIS, e. Adi. [τριημιουγκιαῖος] Plin. 13, 15 ... craſſitudine ſeſcunciali, *h. e. Vnius pollicis et dimidii.*

SESCVPLEX, *vid.* SESQVIPLEX.

SESCVPLVS, a, um. *quod et* SESQVIPLVM *it.* SES... PLEX *et* SESCVPLEX, ἓν ἥμισυ μέρος Gloſſ. Vet. *dicitur,* Se... ter, *vt quum dicimus* ſenarium ſeſquiplum *eſſe* quaternarii: *contin... eum totum, et inſuper dimidiam eius partem.* Sescuplam faci... tionem *nouem dies cum ſex collati* Cenſorin. de Die Nat. c 11. Q... 9, 4, 47 *in deſcriptione* Paeonis, *qui* Sescuplex *vel* Sescuplus *illi* ... *(variat enim lectio)* —— ex tribus breuibus et longa, vel ali... quo modo tempora tria ad duo relata Seſcuplum faciunt. *vid.* SE... Cic. Orat. 193 c. 57 Modus aut ſeſquiplex, aut duplex, aut par. ... tii ad ſolem ſeſquiplum Plin. 2, 22.

SESE. [ἑαυτὸν] *Accuſatiuus a* Sui *Pronomine v. v.*

SESĔLIS, is. f. [σέσελι] *Herba eſt, quam vulgo* Saxifrag... iorem *appellant.* Cic. de Nat. Deor. 2, 127 c. 49 Ceruaeque ... ante partum perpurgant ſe quadam herbula, quae ſeſelis dicitur. ... *idem Ariſtoteles confirmat, in libris de Natura animalium. et* Pl... 32. Seſeli Creticum Scribon. 121. *Conf.* Plin. 20, 5 *et* 25, 8.

SESOPIA. In Augurali et Saliari carmine appellantur, qua... Eſopia pro Sedilibus dicere habemus nunc adhuc in conſuet... *Haec* Feſtus. *Vid.* ESOPIA.

SESOSTRIS. [Σεσώστρις] *Rex Aegypti, qui regibus captiu... ru iunctis vectus triumphaſſe dicitur; conatus eſt nauigabilem alue... Rubro mari in Nilum producere, vt ſcribit Herod.* 2. Vale... gon. 5, 418 Quum prima Seſoſtris Intulerit Rex bella Getis ... Plin. 33, 3. Lucan. 10, 276. Auſon. Epiſt. 19, 19.

SESQVI. [ἡμιόλιον, τρίημι] *Aſſem ſ. vnum totum et ſemis* ... *cat. vid.* SES. Cic. in Orat. 188 c. 56 Pes enim, qui adhibe... numeros, partitur in tria, vt neceſſe ſit partem pedis, aut aeq... eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui eſſe maiorem: ita fit ... lis dactylus, duplus iambus, ſeſqui paeon. *Ad h. l. ita Budaeus,* qui *appellauit* paeona, *quia pes omnis* paeon *longa vna ſyllaba et* ... *bus tribus conſtat, at longa ſyllaba in temporum metricorum ratio... breues aequare dicitur. Ita fit, vt tres breues longam vnam dimidio* ... *rent. nam ternarius ad binarium relatus ſeſquialteram proportion... bet. Quomodo igitur dactylus aequalibus partibus conſtat, quia* ... *longa, duabus breuibus aequalis eſt: ſic paeon alteram partem d... maiorem habet. Iambus etiam altero tanto maiorem, hoc eſt du... breuis enim ſyllaba longa eſt dimidiata. Fortaſſe autem illa verba* ... *ronis ſic legerentur rectius,* Aut altero tanto maiorem, aut ſeſqui ... *ſenſu, vt pes altero tanto maior, in ſecunda ſui parte ſit duplus:* ... *autem non altero tanto, ſed dimidio maior eſt,* ſit ſeſqui, *ad* ... *rem partem poſteriore parte relata: non autem* ſeſqui maior: ... *ſeſquiplum minus eſt duplo. Conf. Scal. Art. Poët.* 2, 26. *inprimis* ... *nou. de Pec. Vet.* 1, 3.

SESQVIALTER, ĕra, ĕrum. Adi. [ἡμιόλιος] *Idem ſign...* *quod* Sesqui *ipſum, nempe totum vnum cum dimidio, aſſem cum ſ...* Cic. de Vniuerſ. 21 c. 7 Vnam principio partem detraxit ex toto ...

autem primae partis duplam: deinde tertiam quae eſſet ſecun- quialtera, primae tripla. *Ibidem ſunt* Interualla ſeſquialtera. Apol. p. 33e, 26 Falſa audes et ſeſquialtera? *reprehendit Aemi- qui* Sexagenariam *dixerat pro* quadragenaria. *conf.* Vitr. 3, 1.

S QVICVLEARIS, e. Seſquiculeare dolium. [τριημικολαῖος] Columel. 12, 18 Sunt autem ſatis ſeſquiculearibus doliis picis pondo vicena quina.

S QVICYATHVS. Celſ. 6, 7 Mellis ſeſquicyathus. *add.* Id. 6, 18.

S QVIDIGITVS, i. m. Vitruu. 8, 6 Canalis altus ſeſquidigitum.

S QVIDIGITALIS, e. Adi. Vitruu. 10, 22 Terebratur fo- ſeſquidigitale.

S QVIHORA, ae. f. [τριημιώριον] Plin. Epiſt. 4, 9 Egeram ribus et dimidia: ſupererat ſeſquihora.

S QVIIVGERVM, i. n. [τριημίπλεθρον] Plin. 18, 19 Iterari ugerum.

S QVILIBRA, ae. f. [τριημίλιτρον] Columel. 12, 36. Scri- 22 Sat erit autem roriſmarini ſeſquilibram in duas vrnas mitti e. Plin. 14, 20 Pulegii vel ſalis ſeſquilibra.

S QVIMENSIS, is. m. [τριημίμηνον] Varr. de R. R. 1, 27 urſus annalis primum fere circiter ternis menſibus ad fructus iſus in quatuor partes, et idem ſubtilius ſeſquimenſibus in octo. , 10, 7 Ad ſaginandum eligunt pullos circiter ſeſquimenſe qui atu.

S QVIMODIVS, i. m. [τριημιμόδιος] Varr. de R. R. 1, 42 nt opus eſſe medicae ſeſquimodium. Cic. Verr. 3, 215 Nun- am grati hi ſeſquimodii Q. Hortenſi fuiſſent. *Add.* Colum. 2, 13, 4.

S QVIOBOLVS, i. m. [τριημιόβολον] Plin. 26, 8 Deiecto- uod ſupernatat, reliquus ſuccus purgat, vtraque parte ſeſquio- aqua mulſa.

QVIOCTAVVS, a, um. Adi. [ἐπόγδοος] *Septimus cum di-* Cic. de Vniuerſ. 21 c. 7 Seſquialteris autem interuallis, et ertiis, et ſeſquioctauis, ſumtis ex his colligationibus, in pri- eruallis ſeſquioctaui interuallo ſeſquitertia omnia explebat.

QVIOPERA. n. pl. [τριημιέργιον] Columel. 2, 13, 2 Occantur opera, ſarriuntur ſeſquiopera, iterum ſarriuntur vna opera, et vna, metuntur vna: ſumma fit operarum, octo vel ſeptem.

QVIOPVS, eris. n. Ibi cum alii octonos lapides effodiunt, otidianus ſeſquiopus confeceris Plaut. Capt. 3, 5, 66. *i. duo- effoderis.*

QVIPES, edis. m. [τριημιπόδιον] Varro de R. R. 1, 43 Cy- ſeritur in terra bene ſubacta tanquam ſemen braſſicae: inde dif- et in ſeſquipedem ponitur. Seſquipedis altitudine Pal- 34. Seſquipedis ſpatio diſtare Id. 3, 10. Martial. 8, 60 Palatini poteras aequare Coloſſi, Si fieres breuior Clau- quipede.

S QVIPEDALIS, e. Adi. [τριημιποδιαῖος] Seſquipedalis do Plin. 16, 40. *it.* Vitr. 10, 21. *Et apud* Catonem 10 pedalis paries. Dentes ſeſquipedales Catul. 94, 5. Te- Vitr. 5, 10. Tigna ſeſquipedalia Caeſ. Bell. Gall. 4, 17. *edis vnius et dimidiati: quod ad craſſitudinem eſt referendum.* erba ſeſquipedalia *Turnebus non tam intelligit. Longa et extenſa, Turgida et inflata ac praetumida. Ab architectis eſſe translatio- ntam, apud quos ſunt* Tigna ſeſquipedalia, *materies craſſior: vt r non raro Vitruuius. Inde igitur Horatium explicandum cum ait,* e Poët. 97 Proiicit ampullas et ſeſquipedalia verba. Ampul- *figura, quae tumidae ſunt, huic congruit interpretationi. Sed cum* pullis *iam ſit illa tumoris notio, praeſtat ſane, ipſo non repugnante* bo, ſeſquipedalia *de longis accipere, qualia ſunt dithyrambica. Ad dinem certe reſpicit illud* Martial. 7, 13 Mentula cui non- eſquipedalis erat.

S QVIPEDANEVS, a, um. *Idem.* Plin. 9, 27 Attollit e eſquipedanea fere cornua.

S QVIPLAGA, ae. f. Ille multum tremens, quum vix duo- tibus caput amputauiſſet, ſaeuitiam apud Neronem iactauit, ſeſ- ga interfectum a ſe dicendo Tac. Ann. 15, 67, 5.

S QVIPLARIS, e. *vel* SESQVIPLARIVS, a, um. Adi. *atus eſt, Qui annonam vnam ſemis, nimirum in duo capita; vnam , alteram calonis vel ſerui accipiebat.* Veget. 2, 7 Seſqui- vnam ſemis conſequebantur annonam. *Sic enim legitur in mnis, apud Scriuer. qui etiam ex* Hygino Gromat. *adfert* Seſqui- Ita ἡμιόλιον *annonam vel ſtipendium auctum dimidio vocat* Tactic. 64. Inſcriptio Romae in hortis Iuſtin.

D. M.
TITO. AVRELIO.
SPERATO. EQ. SING.
TVRMA. AERELI.
SABINIANI. NATIONE.
RAETO. VIX. A. XXXVII.
MILITAVIT. A. XVIIII.
AVRELIVS. QVINTVS.
DVPLICARIVS. HAERES.
ET. AVRELIVS. AVRIANVS.
SESQ. SECVNDVS. HAERES.
AMICO. OPTIMO. F. C.

d. einſ. Inſcript. *claſſ.* 8 n. 13.

S SQVIPLEX. *vid. paullo ante* SESCVPLVS.

S SQVISENEX, *pro Plus quam anus. Reſtituit hoc nomen, Scali- ro laudente, Turnebus Epigrammati quod damus voce* SENEX *ex* ar ne de L. L. 6, 3 p. 70. *extr. cum ſecundum verſum ita legat,* Fili tri, ſeſquiſenex puerum. *Non modo ſenex ſ. anus eſt amica tua, e caſcam vocat, ſed plus quam ſenex, anus integra et iuſta, cum nt acceſſione vel annorum vel turpitudinis, quae paene adhuc vnam du- re offit.*

S SQVITERTIVS, a, um. Adi. [ἐπίτριτος] *Vid.* SES- QVIOCTAVVS.

S SQVIVLYSSES, is. m. *pro Aſtutiſſimo et callidiſſimo in cu- n Satyrae titulo Varro poſuerat.* Turneb. Aduerſ. 17, 24. *vid.* SES- CV SSES. *Paſſim citat* Nonius.

SSQVIVNCIVS *ſ.* SESCVNCIVS, *videtur reſtituendum* Plau- to Vid. 5, 1, 11 In manibus geſtant copulas ſecuncias. *Leg.* ſeſcuncias. *i. Semiunciam pedis latas, quibus me alligent ac caedant.*

S SSILIS, SESSIO, *etc. vid.* SEDEO.

S SSIMONIVM, i. n. *Eſt Templum et ſedes, deduciturque a* Seſſ *vel Sede; vt a* Merce, Mercimonium. Vitruu. 7. in praef. Su- ſpecis habent in deorum ſeſſimonio: *id eſt in deorum aedificandis tem- plis: et ſedibus ſtatuendis: ac* ſeſſimonium *dici videtur, vt* ἕδος *Graece.* Turneb. Aduerſ. 2, 3. *Nec aliud poſteriores.*

SESTERTIVS, a, um. *proprie Adiectiuum eſt, ſignificans duo cum dimidio. Certe ita dictum videtur* Seſtertium bipalmum, *i. duos ſemis pedes altum.* Colum. de Arb. 1, 5. *Vid. quae ad h. l. diſputauimus.* Auguſtus *apud* Sueton. c. 83 *exercitationis cauſa decurrebat* Seſtertio vel lodicula inuolutus. *Haec conſtans omnium librorum lectio, quam gloſſa Perizoniano codici, apud Burm. adſcripta interpretatur,* Tela conſtructa ex duobus filis integris et dimidio. *Sed haec et rara, et non ſatis certa.*

¶ 2 *Sollemni ſignificatione* Seſtertius (numus) dicitur quarta pars denarii, quo tempore is decuſſis valebat, id eſt dupondius et Semiſſis. *Haec* Feſtus Paulli. *Conf. ipſius* Feſti *fragmentum, et ad illud Viri docti. Nempe in hac quoque ſignificatione* Seſtertius, dicitur quaſi Semis tertius, eo quod contineat in ſe aſſes duos et dimidiatum tertium. Vnde nota vetus pro ſeſtertio ponebatur, IIı, ſcil. duae lineae et dimidia, qua vtitur Harduinus in Plin. vt in MSS inuenit. Deinde hoc modo IIS, *vel* LLS, *i. librae duae ſemis,* quae tandem coaluit in HS notam hodie vulgatiſſimam. *Sed audiamus etiam* Priſcian. de Ponder. p. 1347 Seſtertius numus duarum ſemiſſis librarum, (*notatus*) per duas LL et S ex qua incipit *Semis,* perſcriptas L̶L̶S̶: vnde Seſtertius dicitur Semiſtertius: de quo Aruntius haec ait, Seſtertius olim dupondius et Semis, quaſi ſemiſtertius, quo tempore denarius decuſſis valebat: hoc eſt, poſt duo Sequens tertio loco eſt ſemis. Hoc quoque ſecundum Atticos et Ionas, qui ἥμισυ τρίτον dicebant, pro δύο ἥμισυ — Vnde et Herodotus *etc. Laudat nempe* 1, 50 *vbi* τρία ἡμιτάλαντα *ſunt* duo ſemis: *et cum dixiſſet. Leonem aureum olim habuiſſe decem talenta, illum ait iam pendere* ἕβδομον ἡμιτάλαντον *i. ſex ſemis, et arguit periiſſe* τέταρτον ἡμιτάλαντον, *tria ſemis. Habet ibi plura Priſcianus, quibus doctrinam illam firmet. Sic etiam* Chariſius lib. 1. p 58 Seſtertius vnde appellatur, ſolet quaeri. Quod manifeſtum erit, ſi ſciamus, apud antiquos denarium decem aſſes habuiſſe. Ideoque in rationibus faciendis denarium decuſſi x inductum notamus, (*leg.* decuſſi ✱ inducto *vid.* DENARIVS) cuius quarta pars, dupondius ſemis, ſeſtertius dicitur, quod de tribus aſſibus ſemis deficiat. Denique et nota nihil aliud quam dupondium et ſemis H-S. oſtendit. Varro de L. L. 4, 36 p. 42, 9 Dupondius enim et Semis antiquus Seſtertius eſt. Eſt veteris conſuetudinis, vt retro aera dicerentur, ita vt ſemiſtertius, ſemiſquartus pronunciarent. Seſtertius igitur ab Semiſtertius dictus. *Iam de pretio Seſtertii nihil melius, accuratius, quodue facilius cum hodiernae pecuniae rationibus comparetur, eſt ſententia, poſt diligens examen recepta et dilucide propoſita ab Eiſenſchmidio, ſecundum quam* Seſtertius *Romanus aequat pretio* groſſum imperialem, *cuius generis* x *implent libram Turonenſem,* XX *florenum imperii,* XXX *thalerum; mille itaque Seſtertii aequantur centum libris Turonenſibus ſ. florenis ſemuncialibus quinquaginta, ſ. uncialibus quos ipſos quoque Thaleros vocamus, (Ludoviceos veteres argenteos) viginti quinque etc. Hinc nihil facilius, quam Seſtertiorum ſummas mutare in libras Turonenſes, cum v. g.* 5000 HS *ſint* 500 *librae etc.*

¶ 3 *Porro illud obſeruandum,* Seſtertium *genere Neutro ſignificare mille Seſtertios: cuius rei haec eſt ratio.* Denarius *Romanus, vt ſuo loco diximus, aequiparatur vulgo* Drachmae *Atticae, licet tantillo maiori. Iam ſicut* μνᾶ ſ. libra *Graeca, (minam dicunt Latini) habebat* centum drachmas, *ſic* libra pondo *quod etiam ſimpliciter* pondo *effertur, tot habet denarios. Igitur* Seſtertium pondo *ſ.* pondus *habet* CCL Denarios, *h. e.* Seſtertios mille. Seſtertium *proinde fuit ſumma, de qua* Liu. 22, 23 Conuenerat inter Duces Romanos Poenumque, vt quae pars plus (*captiuorum*) reciperet quam daret, argenti pondo bina et Selibras in militem praeſtaret. *Plutarchus in Fabio vocat* δραχμὰς πεντήκοντα καὶ διακοσίας. *Vt ergo* Seſtertius *eſt* denarius ſemiſtertius, *ita* Seſtertium pondo. *Haec luculenter praeſertim demonſtrauit Io. Fr. Gronouius de Pec. Vet.* 1, 4. *Denique illud obſeruandum eſt, ſummas minores plerumque numeratas per* Seſtertios, *licet nomen ipſum raro occurrat, ſed figurae, quas diximus, in quibus millenarii vel per ſuperpoſitam numeralibus notis lineam transuerſam, vel per adiectum M exprimuntur: cum vero eo creuit numerus, vt* millies mille Seſtertii, *vel* mille millia Seſtertiûm, *i.* Seſtertiorum, *dicendum eſſet, maluerunt dicere* decies, *et* centena millia, *vel apponere, vel intelligere. vid.* DECIES. *Hoc deinde continuatum, vt dicerent* vndecies, vicies, centies, millies *etc.*

¶ 4 *Supereſt, vt exempla ponamus.* Cic. pro C. Rabir. Poſt. 45 c. 17 Ecquis eſt, qui bona C. Rabirii Poſtumi numo ſeſtertio ſibi addici velit? Gell. 3, 17 Ariſtotelem traditum libros paucos Speuſippi — emiſſe talentis Atticis tribus: ea ſumma fit numi noſtri HS duo et ſeptuaginta millia. Cic. Verr. 3, 119 c. 50 Vt ſi quis villicus ex eo fundo, qui HS dena meritaſſet, excisis arboribus ac venditis —— domino XX millia numûm pro X miſerit. *Plenus eſt exemplorum hic* liber 3 in Verrem. *Cum in ſoluta oratione ſibi indulſerint librarii per notas ſcribere, ponamus epigramma licet longiuſculum* Martial. 10, 75

Millia viginti quondam me Galla popoſcit,
 Et fateor, magni non erat illa nimis.
Annus abit, bis quina dabis Seſtertia, dixit,
 Poſcere plus viſa eſt, quam prius, illa mihi.
Iam duo poſcenti poſt ſextum millia menſem,
 Mille dabam numos: noluit accipere.
Tranſierant binae forſan trinaeue Kalendae,
 Aureolas vltro quatuor ipſa petit. (400 HS)
Non dedimus: centum iuſſit me mittere numos;
 Sed viſa eſt nobis haec quoque ſumma grauis *etc.*

Hor. Epiſt. 2, 2, 33 Accipit et bis dena ſuper ſeſtertia numûm. Intercepta decem quereris ſeſtertia fraude Iuuen. Sat. 13, 17.

¶ 5 Seſtertium *ſimpliciter et indefinite pro pecunia dicebat aetas ſequior.* Solin. c. 27 Denique baſiliſci reliquias amplo Seſtertio Pergameni compararunt, *i. magna vi pecuniae. Nihil enim aliud hic latere, monet Salmaſ.* p. 263, bF.

SESTERTIOLVM, i. n. Dimin. Martial. 1, 59 *ſuam alloquens mentulam:* Sed ſeſtertiolûm donauit mentula Phoebo Bis decies, hoc da tu mihi, pluris emam.

SESTERTIARIVS, i. m. *Pauper, qui nil niſi ſeſtertium in cenſu habet. Sic* Seſtertiarium hominem *interpretatur Scheffer. apud* Petron. 45 *vbi etiam* Gladiatores Seſtertiarii *p. p. per contemtum dicuntur, vbi idem Schefferus intelligi ait, qui* vno Seſtertio *i. mille numis ſeſtertiis emi poſſint. Mihi videbatur ſimplicius, vtrobique intelligere homines, quos* ſeſtertio *numo vix dignos dicere vellet auctor.*

SESTIVS, *vid.* SEXTIVS.

SESTOS. [Σηστός] *Vrbs in litore Thracio ad Helleſpontum ſita e regione Abydi, Leandri et Herus amoribus nobilitata, apud Muſaeum.*

Strabo 13. Mela 2, 2. Xerxes pontibus admouit Seſton Abydo Lucan. 2, 674.

SESTIAS, adis. *Patronym.* Stat. Theb. 6, 547 Contra autem fruſtra ſedet anxia turre ſupremis Seſtias in ſcopulis, *i. Hero.*

SESTIACVS, a, um. Adi. Auſon. in Moſell. 287 Seſtiacum pelagus.

S E T

SETA, ae. f. [χαῖτα] *Pilus craſſior, rigidiorque, atque erectus, qualem habent ſues.* Quaſi ſetis labra mihi compungit barba Plaut. Caeſ. 5, 2, 49. Cic. Tuſc. 5, 62 c. 20 In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari ſeta equina aptum demitti iuſſit, vt impenderet illius beati ceruicibus. Piſcem tremula ſalientem ducere ſeta Martial. 1, 56. Denſae et nigrae ſetae Grex Colum. 7, 9. Hirtae ſetae Ouid. Met. 13, 850. Idem ib. 8, 428 Protinus exuuias rigidis horrentia ſetis Terga dat. Cic. de Orat. 3, 220 Oculos autem natura nobis, vt equo et leoni ſetas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit. *conf.* Virg. Aen. 7, 667. Seta *pro penicillo e ſetis compoſito* Vitr. 7, 9. Setis os hirtum muſculis marinis Plin. 11, 37. Vellera hirſuta ſetis Ouid. Faſt. 2, 339. In obſita ſetis Virg. Aen. 7, 790 *conf.* Ouid. Met. 1, 739.

SETVLA, ae. f. Dimin. Arnob. 7 p. 226 Vulſae ex hoſtiis ſetulae.

SETIGER, ĕra, ĕrum. Adi. [χαιτοφόρος] *Quod ſetas gerit.* Martial. 13, 93. Ouid. Met. 8, 376 *de Apro*, Vulnera feciſſent, niſi ſetiger inter opacas Nec iaculis iſſet, nec equo loca peruia ſiluas. Latus Val. Flacc. 3, 50. Pecus ſetigerum Ouid. Met. 14, 289. Sus ſetigera Virg. Aen. 12, 170. Setigeros ſues *dixit* Sil. 3, 23. Frons ſetigera Stat. Theb. 8, 532.

SETŌSVS, a, um. Adi. [χαιτήεις, χαιτόεις] *Quod ſetis abundat.* Plin. 8 c. 45 Tauris in adſpectu generoſitas, torua fronte, auribus ſetoſis. Celſ. 2, 8 Corpus tenue, maximeque lati pectoris, et ſetoſi. Aper ſetoſus Virg. Ecl. 7, 29. Pecus Colum. Prooem. Propert. 4, 1, 25 Verbera pellitus ſetoſa mouebat arator, *i. Scuticas ex caprina pelle villoſa. conf.* Pallad. 2, 24.

SETĂBIS, *vel* SAETĂBIS, is. [Σεταβὶς Strabo. Σαιταβὶς Ptolem.] *Fluuius eſt Hiſpaniae ſecundum Strabon. Ptolem. et* Melam. 2, 6. ¶ 2 *Eſt et Oppidum Hiſpaniae lino tenuiſſimo et arte texendi maxime celebris.* Plin. 19, 1 A Setabi tertia in Europa lino palma. Sil. 3, 373 Saetabis et telas Arabum ſpreuiſſe ſuperba Et Peluſiaco filum componere lino.

SETABVS, a, um. Catull. ad Aſin. ſ. 12, 14 Nam ſudaria Setaba ex Hiberis, *etc.* *Sed Voſſ. p. 35 probat* Setabe *vel* Saetabe *ex* Ibera, *vt ſit ipſum vrbis nomen.*

SETANIA, ae. f. *aut* SETANIVM, i. n. *Meſpilorum genus*, *vid.* Plin. 15, 20. Non poſſunt militares pueri ſetanio educier Plaut. Truc. 5, 1, 16. *conf. Muret. Var. Lect. 9, 13.* Setania *pro caepa* Plin. 19, 6. Setanium, *bulbi ſpecies* Plin. 19, 5.

SETIA, ae. f. [Σητία] *Vrbs Campaniae*, ex cuius agro Setinum vinum commendatur Plin. 3, 5. Martial. 13, 112 Pendula pampineos quae ſpectat Setia campos, Exigua vetulos miſit ab vrbe cados.

SETĪNVS, a, um. Plin. 3, 5 Agri Setini, *vid. ſupra* SETIA.

SETIGER, SETOSVS, *vid.* SETA.

S E V

SEV. [ἤτοι] *Diſiunctiua Particula.* Cic. pro Quint. 31 c. 8 Quemadmodum ſolent homines nobiles ſeu recte, ſeu perperam facere coeperunt, ita in vtroque excellunt, vt nemo noſtro loco natus aſſequi poſſet. Quinctil. 8 Prooem. Figuras ſeu translationes mutuamur. Seu *et* Siue *alternatim ponuntur*, Ter. Andr. 1, 5, 59 Siue haec te ſolum ſemper fecit maximi, ſeu tibi morigera fuit in rebus omnibus. Virg. Ecl. 8, 6 Tu mihi, ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timaui, Siue oram Illyrici legis aequoris. *conf.* Idem Ecl. 10, 38. *et* Aen. 1, 222.

SEVACEVS, *vid.* SEBACEVS.

SEVECTVS, a, um. *Laudatur*, Propert. 3, 2, 21 Cur tua praeſcripto ſeuecta eſt pagina gyro? Seuecta *dicitur eſſe Egreſſa, et ſeorſum vecta quam ire debebat.* *Sed olim editur* Praeſcriptos euecta gyros.

SEVĒRVS, a, um. Adi. [σεμνὸς, ἀνένδοτος] *Significat exceſſum aliquem veri, ſeceſſionem a vero, ſed non ad leuitatem et remiſſionem, verum ad duritiem et aſperitatem: itaque non tantum iocoſo, ſed interdum etiam humano* ſeuerus *opponitur.* Plaut. Poen. 5, 3, 51 Opinor hercle hodie, quod ego dixi per iocum, id euenturum eſſe, et ſeuerum et ſerium. Ter. Heaut. 5, 3, 20 Sed ipſe egreditur, quam ſeuerus: rem quum videas cenſeas. Virg. Aen. 8, 638 Romulidis, Tatioque ſeni, Curibusque ſeueris. *in laude grauitatis.* Cic. Act. 1 Verr. c. 10 L. Caſſius ex familia tum ad caeteras res, tum ad iudicandum ſeueriſſima. Id. Off. 3, 112 c. 31 Magnus vir in primis, et qui perindulgens in patrem, idem Acerbe ſeuerus in filium. Virg. Georg. 3, 37 Inuidia infelix furias amnemque Seuerum Cocyti metuet. *Quae apud inferos ſunt* ſeuera *quod immutabilia, quod riſus et voluptatis experta. Vid. etiam* n. 2. Agricolae ſeueri Lucret. 5, 1356. Plin. 11, 52 Addidit morum adſpectus ſimili modo apud nos Trogus et ipſe Auctor ſeueriſſimus. Canities ſeuera Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 49. Comas ſeueras ligare fronde Stat. Achil. 1, 288. Compoſitio ſeuera Quinctil. 9, 4, 63 *ad regulam exacta, puto, et quam nemo reprehendat. Eodem ſenſu mox ait*, ſed propria ſunt, ideo ſeueriora. *Ita nunc malim, quam, quod ad l. c. monui*, ſeueriora *eſſe eminentia magis, oculosque ferientia.* Seuerum *in tali re videtur caſtigatum eſſe, non exſultans, non luxurians, etc. Vid. mox* Vngues ſeueros, *item locum Fabiani apud Senecam, quem damus voce* SEVERE. Cic. Qu. Fratr. 3, 1 Annali pergratae literae tuae fuerunt, quod et curares de ſe diligenter, et tamen Conſilio ſeueriſſimo iuuares. Idem Verr. 1, 10 Cuius legis non modo a Pop. Rom. ſed etiam ab vltimis nationibus iampridem ſeueri Cuſtodes requiruntur. Eques ſeuerus Ouid. Amor. 3, 8, 56. Falernum ſeuerum Hor. Carm. 1, 27, 9 *quod furioſos facit, certe rixoſos: ita malim, quam cum* Vet. Schol. *interpretari* auſterum. Fidibus voces creuere ſeueris Hor. de Arte Poët. 216. *quae antea modeſtiores erant.* Frons ſeuera Ouid. Triſt. 2, 241. Homo ſeuerus Cic. de Finib. 2. Hiems ſeuera Quinctil. Decl. 4, 14. Imperii ſeueriſſimi vir Liu. 4, 26. Cic. Verr. 3, 121 Si ex prouincia tota centum ſeptuaginta eieciſſes, poſſesne ſeueris Iudicibus saluus eſſe. *add.* Idem pro Cluent. c. 20. Iuuenes ſeueri et luxurioſi opponuntur Quinctil. 11, 3, 74. Lex ſeuera Ouid. ex Pont. 3, 3, 37. Mons ſeuerus Virg. Aen. 7, 713. *proprio nomine dicitur.* Ouid. Epiſt. 18, 63 Non ſinit Endymion te pectoris eſſe ſeueri. Senes ſeueriores Catull. ad L ſ. 5, 2. Silentia ſeuera noctis Lucret. 4, 462. *quae nihil aut turbat.* Supercilium ſeuerum Ouid. Triſt. 2, 309. Amor. 2, 10, 16 Hoſtibus eueniat Vita ſeuera meis. Vng veros effundit iunctura per laeue Perſ. 1, 64. *Adeo expolitu eſt, vt ſeuerus explorator vngue percurrens iuncturas, nihil dep lacunam nullam ſentiat, vid.* SEVERE. Vultus ſeuer vertere Stat. Theb. 1, 88. Vultus exuere ſeueros Ouid. 3, 4, 43. ¶ 2 Seuerus *pro ſaeuo*, *vid.* Plaut. Ciſt *et* Trin. 4, 1, 6. *Sic* Hiemes Quinctil. Decl. 4, 14 p. 96 *Burm. ad h. l.* Pelage Lucret. 5, 36. Furiae, turba Propert. 4, 11, 22. Vncus Hor. Od. 1, 35, 19.

SEVERĬTAS, ātis. f. [σεμνότης, ἀποτομία] *Ipſa ſeu grauitas.* Cic. Verr. 5, 178 Quum iſte veſtra ſeueritate per multa ſigna dederat, quamobrem reſponſurus non videretur, *etc.* leus ſeueritatis, *vid.* ACVLEVS. Laetiſſimae vir ſeuerita terc. 2 *ſub finem.* Cic. Fam. 9, 14 Contigit enim tibi, quo ſcio an nemini, vt ſumma ſeueritas Animaduerſionis non mo inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet. Diſciplinae ſeueritas ctil. 2, 2. Cic. de Finib. 3, 13 Ne blanditiis eius, illecebrisq pediatur Diſputandi ſeueritas. Emendationis nimia ſe Quinctil. 2, 4. Exempli Cic. Verr. 5, 7. Idem ibid. 5 Summae diligentiae ſummam Imperii ſeueritatem addidit. audire plerumque Iudicum nimia ſeueritas ſolet, nec vnquam i vicium niſi aſperae ſententiae veniunt Quinctil. Decl. 300. ſeueritas cum ſumma humanitate iungatur Cic. Fam. 12, 27. lutaris ſeueritas vincat inanem ſpeciem clementiae Cic. ad F Plin. 13, 3 In M. Ciceronis monumentis inuenitur, vnguenta g eſſe, quae terram, quam quae crocum ſapiant: quando etiam ptiſſimo in genere magis tamen iuuat quaedam ipſius vitii ſe Cic. Off. 1, 88 c. 25 Et tamen ita probanda eſt manſuetudo atq mentia, vt Adhibeatur Reip. cauſa ſeueritas: ſine qua adminiſtr vitas non poteſt. *conf.* Idem ibid. c. 37. Tacit. Ag Omnia ſcire, non omnia exſequi, paruis peccatis veniam, magni ritatem Commodare. Contorquere tanquam machinatione ad ſeueritatem *iudices debet orator* Cic. de Orat. 2, 72. I Brut. 148 Craſſus in ſumma comitate Habebat etiam ſeueritat Mitigare ſeueritatem Cic. Qu. Fratr. 1, 1. Reuocare ad ſeue Idem Att. 1.

SĚVERITVDO, ĭnis. f. [σκυθρωπασμὸς] *Idem.* Plaut 5, 1, 5 Quid illuc eſt, quod illi caperat frons ſeueritudine? Apul. Met. 1 p. 113.

SEVĒRE. Adu. [σεμνῶς] *Grauiter, aſpere.* Diligente reque domeſticam diſciplinam regere Sueton. Caeſ. c. 48. Finib. 2, 60 Ita Grauiter et ſeuere voluptatem ſecernit a bono. Tuſc. 3, 72 Video enim ab eo dici multa ſeuere, multa pra *conf.* Idem Off. 1 c. 37. Lites ſeuere aeſtimatae Cic. pro M c. 20. Idem de Legib. 3, 34 Primum enim obſiſtitur, quum ſeuere: deinde opprimi in bona cauſa eſt melius, quam male c Seuere *ad accuratam exactamque diligentiam refertur in illo* P Fabiani *apud* Sen. Controu. 9 p. 154 In hos ergo exitus varius i catur lapis, vt tenui fronte parietem tegat: at *quam* iunctus re! in hos pauimentum teſſellatum, et infuſum tectis au *Sic emendauit h. l. Caſaubon. ad* Sueton. Caeſ. c. 47. *Vid. ante* Seuera Compoſitio, *et* Seueri Vngues. Seuerius actur *galius, modeſtius*, Tacit. Ann. 4, 2, 2. — Matrimonia coëcer ſtin. 3, 3, 8. — Increpare Gell. 19, 5. — Scribere ad ſuos B. C. 3, 25. — Ius dicere Sueton. Caeſ. c. 43. Cic. pro Com. 44 c. 15 Nihil mihi detraham, quum illis exactae aetatis riſſime fructum quem meruerunt, retribuam.

SEVERĬTER. *Aliud* Adu. [ἀποτόμως] *Idem.* Titinniu Non. 11, 5 Seueriter hodie ſermonem amica mecum contulit. Idem Non. 11, 16. Apul. Met. 2 p. 126.

SEVERIĀNVS, a, um. Adi. *a* Seuero *cognomine*, Seu *pira a* Seuero *inſitore dicta*, Plin. 15, 15. ¶ 2 *De* rianis *Haereticis, matrimonio penitus abſtinendum praedicantibus*, nym. et Sophronius, *vid.* Iſid. 8, 5.

SEVIR, ĭri. m. *Dignitatis Nomen, quaſi* Sexuir; vt Du Decemuir. *Sic dicebatur, qui alae vniuerſae equitum praeerat.* Capi Anton. Philoſ. 6 Seuirum turmis equitum Romanorum iam co deſignatum creauit. *Sex antiquitus erant Romanorum equitum* Rhamnenſes, Tatienſes, Luceres, primi *omnes* ſecundique: *praeerant* Seuiri *videntur dicti Viris doctis. Sed ſerius illorum fi illa antiqua diuiſione turmarum olim ſublata. Diſputandi occa in primis dederunt* Vett. Inſcriptt. *in quibus* Plinius iunior S EQV. ROM. item SEVIR EQVITVM. . . . *vocatur apud* p. 454 *et* 1028. *Reineſius ad Inſcript. Append.* n. 21 p. 1023 *vn fuiſſe magiſterium autumat. Ac ſane nihil aliud, quam Collegiu virorum nomen indicat frequens in Inſcriptionibus.* Seuiros *aute* guſtales, *qualis fuit etiam* Patronianus Trimalchio c. 30 *Sace fuiſſe a Tiberio primum in honorem Auguſti Romae creatos: ac dei coloniis et municipiis ad exemplum vrbis inſtitutos, quorum* VI *primi dicti, ſumtique ex decurionibus, atque in* Iuniores *et* Seniores *diſ Haec diligenter perſecutus, eſt Noriſius ad Cenotaph. Piſan. Diſſ.* 1, 6 *laudat Burm. ad* Petron. *l. c.*

SEVIRALIS, e. Adi. *Ad ſeuiros ſpectans.* Capitol. in M Ludi Seuirales. ¶ 2 *Subſtant.* P. Numerius Mar Aſtigitanus Seuiralis Inſcript. *Grut.* p. 1.

SEVIRĀTVS, ûs. m. *Dignitas Seuirorum.* Petro Huic Seuiratus abſenti decretus eſt. *Et* Vet. Inſcriptio *apud* G p. 400, 7 HIC PRO SEVIRATV IN REMP. DE HS ∞ ∞.

SEVO. *vid. infra* SEVVM.

SEVŎCO, āre. [ἀποκαλέω] *Seorſum, ſeu in alteram partem* v Seuocabo herum Plaut. Men. 5, 9, 25. *add.* Idem Poen. 4, 2 Egreſſus triclinio cum maxime placitam ſeuocaſſet Sueton. Cal. Seuocare ſingulos, hortarique Caeſ. B. G. 5, 6. *add.* Liu. 7, 6 Plaut. Aul. 3, 6, 13 Quid tu te ſolus e Senatu ſeuocas? Met. 2, 836 Seuocat hunc genitor, nec cauſam faſſus amoris. pro Muraen. 15 Facit vt rurſus plebs in Auentinum ſeuocanda eſt deatur. Catull. ad Ortalum ſ. 63 (66) 2 Etſi me aſſiduo confe Cura dolore Seuocat a doctis, Ortale, virginibus, *i. a muſis.* Merc. 2, 3, 45 Quid illud, quod ille a me ſolus ſe in conſilium ſeu Cic. Tuſc. 1, 75 Quum a re familiari, quae eſt miniſtra et famula poris, quum a Repub., quum a negotio omni ſeuocamus Anin

uſc. 1, 72 c. 30 Quibusque fuiſſet minima cum corporibus con- ſeſeque ab his ſemper ſeuocaſſent: eſſentque in corporibus is vitam imit deorum. Cic. pro Quint. 13 Itaque her- iud mediocrit communi quidquid poterat, ad ſe in priua- omnum ſeuocabat. Idem de Diuin. 1, 63 Quum ergo eſt ſomno tus animus a ſocie ate et contagione corporis, *etc.*

S 'OCATVS, a, um. Seuocatum decoro exornauit capilla- Petron. c. 110.

S OCATOR, ōris. m. ἀποχωριστὴς Gloſſ. Gr. Lat.

S VM, i. n. *quod et* SEEVM, *vel* SEPVM *dicitur.* [στέαρ] *lo ex animalium omentis detracta, et elota ac curata, vt in vſum conuertatur: v. g. cum e ſeuo candelas concinnamus et compo-* Plin. 15, 15 Seuum ex omento pecudis. Idem 28, 9 atio adipis, eadem in his quae ruminant, ſeui eſt, aliis modis inoris potentiae. *conf.* Idem 26, 6. *et* 29, 5. Celſ. 5, 3. Pal- 17. Plaut. Capt. 2, 2, 31 Quid diuitiae? Suntne opimae? PH. xcoquat ſeuum ſenex. *Alludit ad* opimi *propriam ſignificatio- t obiter docet,* ſeuum excoqui *e partibus pinguioribus.* Seuum s Colum. 7, 5, 13. *i. feruens.* Caprinum et bubulinum Veg. 3, 4, 8. Hircinum Idem 3, 1, 8. *et* 3, 4, 25. *Etiam* Se- *em* Sipum ſcribitur.

ALIS, *vel* SEBALIS, e. Adi. Fax ſebalis Ammian. 18, 14.

ACEVS, *vel* SEBACEVS, a, um. Taedis, lucernis, cereis, ac s nocturni luminis inſtrumentis clareſcunt tenebrae Apul. Met. 4 *Pric. qui Pricaeus cum Elmenhorſtio, ex MSS. ſupplere iubent,* ſe- ei et caeteris noct.

ŌSVS, a, um. Adi. [στεατώδης] *Quod inſtar ſeui vngit.* Plin. Seuoſa cornigeris medulla.

O, āre. [στεατίζω] *Seuum inducere.* Columel. 2, 22 Feriis ritus maiorum etiam illa permittit, far pinſere, faces incidere, is ſeuare. *Legitur et* Sebare.

S E X

X. [ἕξ] *Numerale Nomen indecl. cuius vis ita indicatur,* VI, Sex cum Antiocho fui Cic. in Bruto c. 91. Bis ſex Virg. Aen. Sex, numerus perfectus, *ap.* Vitruu. 3, 1. Sex ſuf- appellantur in Equitum centuriis, quae ſunt adiectae ei numero arum, quas Priſcus Tarquinius rex conſtituit. Feſtus. Sex ſacerdotes conſtitutae ſunt, vt populus pro ſua quaque parte t miniſtram ſacrorum, quia Ciuitas Romana in ſex eſt diſtributa in primos ſecundosque Titienſes, Ramnenſes, Luceres. Idem. is Scribon. 26. Sex ſeptem, *pro Sex ſeptemue.* Horat. , 1, 56 Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt, Plebs eris.

SE AGINTA. *Indecl. LX.* [ἑξήκοντα] *Sexies decem.* Cic. , 125 Poſſum ſexaginta decreta proferre, in quibus vt ego pe- non dicam intercelliſſe, ipſa decretorum nouitas, iniquitasque t. Sextarii Columel. 12, 51. Annos numerare Mar- 8. Annos natus es Ter. Heaut. 1, 1, 10.

S AGENĀRIVS, a, um. *Natus* LX *annos.* Sueton. Claud. n ſexagenarius generare poſſit? *conf.* Lactant. 1, 16. Obiit exagenario Eutrop. 8, 3, 8. Sexagenarios de ponte deii- , *vid.* DEPONTANI.

AGĒNVS, a, um. Adi. *diſtribut.* [ἀνὰ ἑξήκοντα] Plin. 8, 40 vtero ſexagenis diebus. Liu. 8, 8 Ordo ſexagenos mi- uo centuriones, vexillarium vnum habebat. Sexagena millia um Cic. Verr. 5, 52. Sexagenos denarios plebi dedi In- Gruter. p. 231. Sexageni dies Plin. 10, 17. Bis ſexa- partes Manil. 2, 324.

AGESIMVS, a, um. *Numerus ordinalis a Sexaginta.* Quarto ſimo anno Cic. de Clar. Orat. c. 94. Idem Att. 6, 1 *extr.* tingenteſimo ſexageſimo quinto. *i.* DCC. LX. V. *Add.* Idem 13. Gell. 15, 7. Intra ſexageſimum diem Flor. 2, 2, 7. ima menſis Martial. 6, 70. *et* 4, 79.

SE AGESIES. Adu. Mart. Capell. lib. 6.

SE AGIES. Adu. [ἑξηκοντάκις] *Idem. In ratione ſeſtertiaria ntur* centena millia numûm. Cic. Philipp. 2, 45 c. 18 , vt te contra ſuum patrem, ſi ſeſtertiûm ſexagies peteret, de- m. *Add.* Lampr. Comm. c. 12.

ANGVLVS, a, um. Adi. [ἑξαγώνιος] *Quod habet ſex an- os.* Plin. 11, 11 Apum ſexangulae omnes cellae. *add.* Idem 37, 2. fet. 15, 382 Nonne vides, quos cera tegit ſexangula foetus Mel- m apum ſine membris corpora naſci? Cryſtallus Solin. c. 25.

EANGVLĀTVS, a, um. *Idem.* Solinus cap. 46 Inuenit et in mari Rubro, ſicut cryſtallum ſexangulatam, quae radiis lis, *etc.*

LATRVS, Sextus dies eſt a feriis, vt Triatrus, tertius. Fe- *id.* QVINQVATRVS, *in* QVINQVATRIA.

CINTI, ae, a. [ἑξακόσιοι] *Sexies centum: interdum inde- tu numerum notat, vt* μύριοι. Cic. de Diuin. 2, 34 Sexcenta licet di proferre. Ter. Phorm. 4, 3, 63 Sexcentas perinde potius ſcri- cas. *Vbi* Donatus, Apud nos Sexcenta dicere pro Infinito numero, itatum eſt. Cic. pro Roſc. Amer. 90 Sexcenti ſunt, qui inter ri et de veneficiis accuſabant. Sexcenti muli Idem Fam. 7, 1. tt. 6, 4. Sexcenta ſunt, quae memorem, ſi ſit otium Plaut. 4, 41. *Proprie* Equites ſexcenti Curt. 6, 4, 2. Tantum go habuit opum ſexcentos fere annos Cic. *apud* Non. 12, 30. *gitur* Poſt annos ſeſcentos Gell. 10, 16 *ed. Steph. Pariſ. al. ſexc.*

CENTĒNVS, a, um. *Aliud* Adi. [ἑξακοσιαπλάσιος] Colu- 5: Qui ducentos quadragenos pedes obtinent, ſexcenteni malleoli di ſunt, *i. Sexcenti vnicuique. conf.* Sueton. Claud. c. 32.

SECĒNI, ae, a. Adi. [ἑξακόσιοι] *Pro Sexcenteni.* Cic. Verr. 5 . 25 Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum ſummas de- ibe, certo pretio ſexcenos numos nautarum miſſione conſtituere. ſe entenos. *Vid.* Columel. 3, 3, 2. Denarii Curt. 5, 1, 45. xce millia numûm Eumen. pro reſt. Schol. c. 11.

S CENTESĬMVS, a, um. [ἑξακοσιοστὸς] Plin. 8, 7 Anno vrbis cce eſimo quinquageſimo quinto. *Sic* 14, 12. *Sed* Poſt annum ſ ſeſcenteſimum Gell. 10, 16. *ed. Steph. al.* ſexc.

SECENTIES. Adu. [ἑξακοσιάκις] Cic. Att. 4, 15 (16) Vt ru laxaremus, et vsque ad atrium Libertatis explicaremus, con- mſi us ſexcenties H-S. *conf.* Lamprid. Comm. c. 15.

SECENTOPLAGVS, a, um. [ἑξακοσιόπληγος] *Fictum a* laut *nomen in* Capt. 3, 5, 68 Sexcentoplago nomen indetur tibi. *e. excentas plagas accipies.*

SEXDECIES, *vel* SEDECIES. Adu. [ἑκκαιδεκάκις] Plin. 6, 29 Seboſus ab Aegypti extremis ſexdecies centena LXXV. M. paſſuum.

SEXDĔCIM, *vel* SEDĔCIM, *indecl.* XVI.

SEXENNIS, e. Adi. [ἑξαετὴς] *Sex annorum.* Plaut. Poen. 4, 2, 80 Inde ſurreptus fere ſexennis. *Add.* ibid. 5, 2, 27. Plin. 8, 32.

SEXENNIVM, i. n. [ἑξαετία] *Tempus ſex annorum.* Cic. de Diuin. 1, 100 Quod quidem ſexennio poſt Veios captos factum eſſe vidimus. Idem Att. 6, 1 Confeceram vt ſoluerent centeſimis ſex- ennii ductis cum renouatione ſingulorum annorum. *conf.* Idem Phi- lipp. 5, 3. Plaut. Poen. prol. v. 67.

SEXIES. Adu. [ἑξάκις] *Sex vicibus, vt vulgo dicunt.* Liu. 4, 32 Veientem hoſtem ſexies victum pertimeſcant. *Vid.* Colum. 5, 2. Se- xies conſul Vellei. 1, 15, 5.

SEXPRIMI, orum. Plur. *i. Sex principes in ſenatu.* Cic. de Nat. Deor. 3, 74 c. 30 L. Alenus chirographum Sexprimorum imitatus eſt. *Ita plerique edunt. Sic* Decemprimi ſ. Decaproti. *v. v.*

SEXTANS, antis m. [ἑκτημόριον] *Sexta pars aſſis. v. g.* Nu- mus *duas vncias valens.* Plin. 33, 10 *ad finem,* Nam quod Agrippae Menenio ſextantes aeris in funus contulit, honoris id, neceſſitatisque propter paupertatem Agrippae, non largitionis eſſe dixerim. Liu. 2, 33 Extulit eum plebs ſextantibus collocatis in capita. Pondo ſextans Scribon. 4. 42. 47 *et ſaepiſſime.* Plin. 26, 11 Prodeſt et vino myrteo fouere: mentae Sextans, viui ſulphuris vncia. Sex- tans, *Duorum cyathorum menſura, vid.* SEXTARIVS. Sueton. in Auguſt. c. 77 Vini quoque natura parciſſimus erat. Non amplius ter bibere eum ſolitum ſuper coenam in caſtris apud Mutinam, Corn. Ne- pos tradit. Poſtea quoties largiſſime ſe inuitaret, ſenos ſextantes non exceſſit: aut ſi exceſſiſſet, reiiciebat. Senos ſextantes *prò Sex- tario dixit, ſed ſignificare voluit,* Senis hauſtibus *ſextarium tantum bi- bere eum ſolitum.* Sextans agri, *Pars ſexta* iugeri: *vid.* Varr. de R. R. 1, 10. *et* de L. L. 5, 36. Columel. 5, 1 Pars ſexta, pedes quatuor millia et octingentos, hoc eſt ſextans, in quo ſunt ſcrupula XLVIII. *conf.* Vitruu. 3, 1. Seſtans *a veteribus interdum ſcriptum eſt.*

SEXTANTARIVS, a, um. Adi. [ἑκτημοριαῖος] *Quod ſextantis habet pondus.* Plin. 33, 3 ſ. 13 Librae autem pondus aeris imminu- tum bello Punico primo, quum impenſis Respub. non ſufficeret, con- ſtitutumque vt aſſes ſextantario pondere ferirentur. Sextantarii aſſes (*inquit* Feſtus Pompeius) in vſu eſſe coeperunt ex eo tempore, quo propter bellum Punicum ſecundum, quod cum Hannibale geſtum eſt, decreuerunt patres, vt ex Aſſibus, qui tum erant librarii, fierent ſextantarii, per quos cum ſolui coeptum eſſet, et populus aere alieno liberaretur, et priuati, quibus debitum publice ſolui oportebat, non magno detrimento adficerentur. Septuennio quoque (anno) vſus eſt, vt priore numero: ſed id non permanſit in vſu, nec amplius pro- ceſſit in morem. *Difficile eſt haec in concordiam reuocare cum Plinianis, vid. Antonii Auguſt. notas ad Feſtum.*

SEXTANTĀLIS, e. Adi. Vitruu. 10, 6 Fuſi ſextantales: *Sex- tantem pedis, i. duo digitos craſſi. Sic* materiam trientalem *vocat, etc.*

SEXTARIVS, i. m. [ξέστης] *Sexta pars congii, quae menſura caua tam liquidis quam aridis ſeruiebat. Capit autem* ſextarius cotylas binas, *quae Latine* Heminae *dicuntur. Cum* nomina bibebant, Sextarius *inſtar Aſſis in* XII *vncias diuidebatur: vide, quae copioſe dedimus in* BIBO. *Hic tantum ponemus verſus* Rhemnii 80 *ſq.*

Sextarî cyathus pars eſt, quae eſt vncia librae:
Nec non Oxybaphi ſimilis ſeſcuncia fiet.
Siciliquumque tibi Myſtro ſimulare licebit.
Cochlear extremum eſt, Scriplique imitabitur inſtar.

Continet ergo Sextarius XII Cyathos, VIII Oxybapha ſ. acetabula, My- ſtra XLVIII, Cochlearia CCLXXXVIII. *conf.* CONGIVS. Sex- tarius, *aridorum menſura,* Columel. 2, 9 *de Panico et Milio verba fa- ciens,* Nec impenſa graui ſationem cultoris onerant, quippe ſextariis fere quatuor iugerum implent. Idem 12, 5 Salis ſextarium ſub- terito. *Paullo poſt,* Quidam hordei toſti ſextarios quatuor. Cato c. 105 Schoenum et calamum in pila contundito, quod fiet ſextarium vnum, eodem in dolium infundito, vt odoratum fiet. *Conf.* Celſ. 6, 7. Vitruu. 9, 3. Columel. 4, 8. 12, 16 *et* 51. Cic. Off. 2, 56 16 At ii, qui ab hoſte obſidentur, ſi emere aquae ſextarium cogerentur, hoc primo incredibile nobis videri. Sextarius olea- rius Cato c. 13. Sextarius vini Hor. Arte Poët. 74. Ducere ſex- tarium, *Ebibere,* Iuuen. Sat. 6, 426. Lauare lanam ſextario vini Scribon. 161.

SEXTARIŎLVS, i. m. Auguſt. *apud* Sueton. in Vita Hor.

SEXTĪLIS, is. m. *Dicebatur, qui nunc* Auguſtus *menſis, vid.* Sueton. Aug. c. 31 *quod ſextus eſſet in ordine menſium a Martio.* Hor. Epiſt. 1, 7, 2 Quinque dies tibi (pollicitus) me rure futurum, Sextilem totum mendax deſideror. Menſis ſextilis Idem ibid. , 11, 19.

SEXTILIVS, *Nomen a* Sexto *deductum, vt* Quinctilius *a* Quincto. *Vnde* Sextilia Vitelliorum mater Tac. Hiſt. 2, 64.

SEXTŬLA, ae. f. *Sexta pars vnciae.* Cic. pro Caecin. 18 c. 6 Facit heredem ex deunce et ſemuncia Caecinam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium libertum ſuperioris viri, Ebutio ſextulam adſpergit. *He- reditatem, i. aſſem in* deuncem, ſemunciam, et tres ſextulas *diuiſit. Ex quo liquet,* ſextulam *tertiam eſſe partem ſemunciae, et vnciae ſextam.* Duas ſextulas *dixit pro tertia parte vnciae: quum tamen aliud vocabu- lum Latinum haberet,* duellam *ſcil. Nam* duae ſextulae duellam *fa- ciunt, quae tertia pars eſt vnciae, vid. Bud. in* Aſſe. *In M ra agri,* Columel. 5, 1 Pars ſeptuageſima ſecunda, pedes CCCC hoc eſt ſextula, in qua ſunt ſcripula quatuor.

SEXTŬPLVS, a, um. ἑξαπλοῦς Gloſſ. Cyrilli.

SEXTŬPLEX, ĭcis. *Idem.*

SEXTVS, a, um. Adi. [ἕκτος] *Numerus ordinalis a Sex, vt,* Sextus ab Hercule Vellei. Paterc. 1, 3, 3. Sexta olympiade Vellei. 1, 8, 4. *conf.* Plaut. Moſt. 4, 2, 41. Sexta decuma legio Tac. Ann. 1, 37, 4. Sexto decimo Calend. Ian. Colum. 11, 2. ¶ 2 *Eſt etiam Praenomen, vt* Quinctus, *etc.*

SEXTVM Conſul, [ἑξάκις ὕπατος] *vt Tertium Conſul.* Cic. in Piſon. 20 c. 9 Qui C. illi Mario fortiſſimo viro et Conſuli, et ſextum Conſuli, *etc.*

SEXTĀNVS, a, um. Plin. 5, 4 Sextani, *ſcil. Milites, ſextae Legionis.*

SENI, ae, a. [ἀνὰ ἕξ] *Sex in diſtributione.* Cic. Verr. 2, 22 Ab iſto, et praeco qui voluit, iſtum ordinem pretio mercatus eſt, et pueri annorum ſenûm ſeptenûmque denûm, Senatorium nomen nundinati ſunt.

ſunt. Oua terna, ſena Columel. 8, 11. Pondo ſena Scribon. 142. Senos viros ſinguli currus vehebant Curt. 8, 14, 3. Anni decies ſeni, *Sexaginta* Ouid. Faſt. 3, 163. Stipendia ſena dena facere Tac. Ann. 1, 36, 4. Feſtus: Senis: crinibus nubentes ornantur, quod is ornatus vetuſtiſſimus fuit. Quidam, quod eo Veſtales virgines ornentur, quarum caſtitatem viris ſuis *ſpondent illibatam fore* a caeteris. *Quae typo diſtinximus ſunt ex coniectura ſuppleta:* ſeni crines *ſunt ſex ſertae crinium vitta implexae. Sic Scal.*

SENARIVS, a, um. Adi. [ἑξὰς, ἑξαδικὸς] *Quod conſtat ſex rebus, vt* Senarius numerus Cic. in Orat. c. 55. Senarii verſus, *qui et* Senarioli *dicti ſunt a ſex pedibus.* Idem Tuſc. 5, 64 c. 23 Tenebam enim quosdam ſenariolos, quos in eius monumento eſſe inſcriptos acceperam, qui declarabant, in ſummo ſepulcro ſphaeram eſſe poſitam cum cylindro.

SENARIŎLVS, i. m. Dimin. *vid.* SENARIVS.

SENIO, ōnis. m. *Sex puncta in teſſeris et talis, vid. Caſaub. ad* Sueton. Aug. c. 71 *et ad illud* Perſ. Sat. 3, 48 — Quid dexter ſenio ferret. Martial. 13, 1 Senio nec noſtrum cum cane quaſſat ebur.

SEXTIVS, *Nomen Romanum, v. g.* P. Sextius, *qui in tribunatu Ciceroni aduerſus Clodium contractis armatis auxilio fuit, quo nomine in iudicium vocatus, defenſus fuit a Cicerone in Oratione, quae exſtat. Quaedam exemplaria exhibent* Seſtium, *ſed minus recte, vid. Gruteri nota in Inſcriptionem huiusce Orationis.* Sextius Caballus, *Scurra maximus, qui a calcitratu,* Caballi *cognomen adeptus eſt* Martial. 1, 42. Cic. pro Quint. 25 Tabula Sextia.

SEXTIANVS, a, um. Columel. 5, 10 Mala Sextiana. *al. Seſtiana.*

SEXVNGVLA, *rapacis ancillae epitheton comicum* Plaut. Truc. 2, 2, 57.

SEXVS, ûs. m. [γένος, διαφορὰ τῦ ἄῤῥενος, καὶ τῦ θήλεος] *Genus illud, quo mares a feminis natura diſcreuit.* Columel. 6, 24 Certis ſignis comprehendere licet, quem ſexum generauerit. Sexus a Graeco dicitur ἕξις, quod eſt habitus: ſignificatque naturam et habitum, *auctore* Feſto. Orbus virili ſexu Afran. *apud* Feſt. Pacuuius ibid. Triplicem virili ſexu partum procreat. Aur. Vict. de Viris Illuſtr. 2 Ad quos quum vtriusque ſexus multitudo conueniſſet, dato ſuis ſigno virgines raptae ſunt. Sexum muliebri motu mentiri Columel. 1 *Praef. vid.* Arnob. 3 p. 104. Adoleſcens ambiguo ſexu Liu. 27, 11. *et* 31, 12. Sequior Apul. Met. 10 p. 249. *i. femineus. Pluraliter* Lactant. 1, 16 *extr.* Ex duobus ſexibus alter fortior, alter infirmior eſt. *Peculiariter dici de Femineo ſexu, notat Dan. Heinſ. ad* Sil. 3, 114. *Sed non adfert niſi* Vet. Gloſſ. σχῆμα γυναικεῖον. *Neutro Gen.* Plaut. Rud. 1, 2, 19 Virile ſexus nunquam habui vllum. *Sed Gronou.* ſecus. *v. v.* Affluxere auidi talium virile et muliebre ſexus Tacit. Ann. 4, 62. *Add.* Idem H. 5, 13, 5. *Gronou. ad* Liu. 26, 47. *Veteres interdum pro* Sexus *dixere* Secus, *vbi vid.*

SEXVĀLIS, e. Adi. *Ad ſexum ſpectans.* Cael. Aurel. Acut. 3, 18, 184. Manibus ſexualibus, *i. Alterius feminae.*

SEYA, *vid.* SEIA.

S I

SI. [εἰ, ἂν ἐὰν, ἢν, αἴκε, αἴκα] Coniunctio *conditionalis: Sed late accepto vocabulo conditionis, vt omnia etiam cauſarum genera complectatur, tempus item, et omnem aliam circumſtantiam, a qua euentus aliquis quocunque modo pendere intelligitur. Quod ad conſtructionem attinet, Indicatiuus modus adhibetur in re certa ac definita, Coniunctiuus pendere conditionem, incertamque eſſe, indicat. Sed hic etiam notandum tempora, in* RO, fuero, dixero, venero, *male vulgo ad Coniunctiuum referri, cum ſint* Futura exacta *Indicatiui modi, etc. Iam ponentur exempla, quae inuenimus, quae exactius diſponere iam non licet. Incipiamus ab eo, quod de Futuro exacto diximus* Cic. pro Cael. 49 c. 20 Si quae non nupta mulier domum ſuam patefecerit omnium cupiditati, palamque ſe in meretricia vita collocauit, virorum alieniſſimorum conuiuio vbi inſtituerit, ſi hoc in vrbe, ſi in hortis, ſi in Baiarum illa celebritate faciet, ſi denique ita ſe ſe geret, *etc. Non iungit diuerſos modos,* Cic. in Catil. 1 c. 3 Si illuſtrantur, ſi erumpunt omnia. *Non dubitat, an illuſtrantur: ſed quia illuſtrantur, ſuadet, vt mutet Catilina mentem.* Virg. Aen. 6, 119 Si potuit manes arceſſere coniugis Orpheus. *Affirmat potuiſſe.* Cic. Fam. 2, 6 Nunquam labere, ſi te audies: *ſperat auditurum. Sic* ibid. 2, 17 Si me audies, vitabis inimicitias: et poſteritatis otio conſules. Cic. pro Cluent. c. 26 Tum ei quadraginta millia, ſi eſſet abſolutus Oppianicus, pollicetur. *Pendet conditio. Tamen Finitiuis,* τοῖς ὁριστικοῖς, *id eſt Indicatiuis etiam iungitur, quum conditio, ita tamen, vt nexum conditionis cum conſequente ſuo certum indicet.* Ter. Andr. 1, 3, 5 Si illum relinquo, eius vitae timeo: ſin opitulor, huius minas. Idem ibid. 2, 1, 24 Pamphile ſi id facis, hodie poſtremum me vides. Idem Eun. 1, 1, 6 Si incipies, neque perficies nauiter. Virg. Georg. 1, 219 At ſi triticeam in meſſem, robuſtaque farra Exercebis humum. Bibe, ſi bibis Plaut. Stich. 5, 4, 28. Ite, ſi itis Id. Poen. 5, 4, 67. Quin datis, ſi quid datis Idem Caſ. 4, 1, 7. Si, *in principio orationis,* Cic. pro Cael. *pr.* Si quis, iudices, forte nunc adſit. Ibid. . . . . Si auctoritates patronorum in iudiciis valerent, ab ampliſſimis viris, *etc.* Pro Archia *pr.* Si quid eſt in me ingenii, *etc. Fiduciam Indicatiuus indicat,* Si deus, ſi dea es Cato de R. R. 139 Sic verba concipito: Si deus, ſi dea es. *Verba in precibus Romanorum ſollemnia: in quo ab* Arnobio *illuduntur merito,* Nam conſueſtis in precibus, Siue tu deus, ſiue tu dea, dicere: quae dubitationis exceptio dare vos DIs ſexum, diiunctione ex ipſa declarat. *Locus eſt* lib. 3 p. 104. *Illuſtrauit totum hoc ad Catonis l. c. Meurſius. Add.* Inſcript. Fratrum Arual. *apud Phil. a Turre Antiquitt. Vet. Antii p. 389 ſq.* ¶ 2 *In conceſſionibus, cum negatiuis ponitur.* Cic. Verr. 1, 152 Hic iſtius ſcelerata locatione nefarioque latrocinio bonis patriis fortunisque omnibus ſpoliatus, venit in iudicium: ſi nihil aliud, ſaltem vt eum, cuius opera ipſe multos annos eſt in ſordibus, paullo tamen obſoletius veſtitum videret. *Compendiaria locutio ſumta a Graecis, teſte Budaeo.* Idem pro Cluent. 15 c. 6 Non timuiſſe, ſi minus vim deorum, hominumque famam; at illam ipſam noctem, faceſque illas nuptiales? *Et* Fam. 2, 5 Propter ipſius excellentem in eo genere vel gratiam vel diligentiam, noſtram ſuffragationem ſi minus potentem, at probatam tamen. *Modeſtiae* ἦθος *eſt in illo* Cic. Att. 14, 19 Quae diligenter a me expreſſa acumen habent Antiochi, nitorem orationis noſtrum, ſi modo is eſt aliquis in nobis. Si non *cum ellipſi* Plin. Epiſt. 3, 6 Si adſunt amici, honeſtiſſimi ſermones explicantur: ſi non *(adſunt)* liber legitur. *Plenius* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 2 Vti ante certam diem Caeſar exercitum dimittat non faciat, eum aduerſus Rempubl factur\um videri. C Orat. 103 Nulla eſt enim vllo in genere laus oratoris, cui noſtris orationibus non ſit aliqua, ſi non perfectio, at conatus t Idem de Orat. 14 Alicui ſi nequaquam parem illius ingenio, at p ſtro tamen ſtudio meritam gratiam debitamque referamus. in Orat. 98 Hoc vno perfecto magnus orator eſt, ſi non max ¶ 3 Cic. Diu. in Verr. 56 c. 17 Iudicium dat ſtatim, ſi pareret ſe et ſua Veneris eſſe dixiſſe: iudicant Recuperatores id, quo ceſſe erat *Sic legendum viderunt viri docti ex* Feſto *in dictione per R liquidam, non* Pateret, *vt quidam libri.* Plin. Epiſt. 3, ber legitur, interdum etiam praeſentibus amicis, ſi tamen illi no vantur. Cic. pro Roſc. Amer. 57 Sed ſi ego hos bene noui ram illam, cui vos vsque eo inimici eſtis, vt etiam omnes eas od ita vehementer ad caput affingent: vt poſtea neminem alium, ni tunas veſtras accuſare poſſitis. Idem Acad. 4, 6 c. 2 Quod ſi fungi munere debeamus, non modo operam noſtram nunquam a lari coetu remouemus *etc. Sed de* Quod ſi *agimus in* QVOD n. 3. *ditionem abſurdam ponit* Cic. pro Quint. 7 Qui communi ſtudio, mis opibus Sext. Naeuium defendunt: ſi id eſt defendere, cupi alterius obtemperare, quo is facilius, quem velit, iniquo iudici primere poſſit. *Parentheſis blanda eſt* Cic. Fam. 5, 11 De D ſio, ſi me amas, confice. *Vt et illa* Cic. Acad. 1, 35 Eam que (ſi videtur) correctionem explicabo, ſicut ſolebat Antio Idem Fam. 4, 2 Tu (ſi videbitur) ita cenſeo facias. Idem 2, 142 Neque enim ſi maxime ſtatuae deiectae eſſent, eas ego vobis p iacentes oſtendere. Si per commodum Reip. poſſet Liu. 31, Si vlli rei ſapiens aſſentietur vnquam, aliquando etiam opina Cic. Acad. 4, 136. Idem Qu. Frat. 1, 2 Intelliges eſſe nihil niſi orationis acerbitatem et iracundiam, et ſi forte, raro liter miſſarum indigentiam reprehenſam. *Plane dubitare videri vult praeterea aliquid reprehenderit. Potentialem vim habet illud* Andr. 4, 2, 12 Non, ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omne mines. *Sed* Ouid. de Arte Am. 1, 1 Si quis in hoc artem non nouit amandi. Cic. Offic. 1, 21 Eo ſi quis ſibi plus ae petet, violauit ius humanae ſocietatis. Ter. Eun. 5, 2, 2 ſi ego digna hac contumelia ſum maxime, at tu indignus qui f tamen. *Vbi* Donatus, Deeſt ET, vt ſit, Etſi. Si herus m tu, atque ego me tuum eſſe ſeruum aſſimulo, tamen viſo opus eſt Capt. 2, 1, 28. Idem Merc. 4, 2, 4 Decem vocaſſet ſi ad co ſummos viros, nimium opſonauit. ¶ 4 Si, *pro* Cum *non conditionem, ſed tempus ſignificet.* Hor. Epiſt. 1, 7, 10 Quod ſi ma niues Albanis illinet agris. *i. Cum bruma aduenerit. Vid. apud Lambinum in hunc locum.* Si diis placet; proprium e clamantis propter indignitatem alicuius rei, ſiue temeritatem, et gnantis, *inquit* Donatus *ad* Ter. Eun. 5, 3, 11 Vide vt otioſus diis placet. Cic. de Orat. 3 c. 24 n. 93 Etiam Latini, ſi dii cet, hoc biennio magiſtri dicendi exſtiterunt. Idem Tuſc. Qua gloria commotus Epicurus exoritur, cui etiam, ſi diis place detur ſemper ſapiens beatus. Si eſt vt, Ter. Hec. 3, 5, 51 vt velit reducere vxorem, licet. *i. Si velit.* Idem Phorm. 2, Si eſt, patrue, culpam vt Antipho in ſe admiſerit, *etc.* pro, Si adn *vt* Donatus *interpretatur. Vid. rurſum* Hec. 4, 1, 44. *Si in ſis precum vel adhortationum allegandis adhibetur.* Sic dicimus, *in* Donatus, quando praeſtitimus aliquid, et tamen nolumus exprob Ter. Andr. 1, 5, 57 Ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras, ſi te in mani fratris dilexi loco: ſiue haec te ſolum ſemper fecit max Virg. Aen. 9, 406 Si qua tuis, *etc.* Idem ibid. 4, 317 Si bene de te merui. Virg. Georg. 1, 7 Liber et alma Ceres, veſt munere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta: *Vbi* Si, Siquidem: nam ſi confirmantis eſt. Idem Aen. 5, 798 Si ceſſa peto, ſi dant ea moenia Parcae. *Add.* Idem 6, 525. Ci Arch. c. 12. *et* pro Domo c. 57. *et* Verr. 5 *extr.* Si, *pro quam.* Ter. Phorm. 1, 2, 69 Non ſi rediſſet pater ei veniam d Virg. Aen. 5, 64 Praeterea ſi nona diem mortalibus almum A extulerit. Si hoc ita fato datum erat Liu. 30, 30. *Conf.* 1, 15. Si Deus eſt animus, nobis vt carmina dicunt Cato in 1. Si ſapis, pro Si ſapias, *ait* Donatus Ter. Eun. 1, 1, 31. Ibid. 4, 4, 54. Si redierit, pro Si rediit Ter. Adel. 4, 2, 11. nat. Dicis, ſi facies modo Plaut. Trinum. 5, 2, 63. Ter. A 4, 5, 51 Ne me attingas ſcelеſte: ſi pol Glycerio *non omnia h Ante* Si *omiſſum moriar, aut ſimilis imprecatio.* Ter. Adel. 5, Si tu ſis homo, hic faciat. *Vbi* Donatus: Si ſis, pro Si eſſe volu et ſi credi homo volueris. Rurſum idem, Si tu ſis, non Si tu es, di quaſi in eo ſe hominem ſit Aeſchinus probaturus. ¶ 5 pro An poſitum Graecorum more. Liu. 33, 35 Percunctatus ſi c lium, non vtile ſolum, ſed etiam ſalutare, admittere auribus poſſet. Cic. de Orat. 2, 283 c. 70 Vide, Scaure, mortuus rapitur, Si p eſſe poſſeſſor. *i. an forte poſſis bonorum illius poſſeſſionem, nullo iure ſoles, adipiſci.* Ter. Heaut. 5, 1, 5 Abi — atque illa, ſi ian verit, nuntia. Hor. Epiſt. 1, 7, 39 Inſpice ſi poſſum donata r nere laetus. *Add.* Idem Epiſt. 1, 2, 30. *et* 1, 6, 41. *et* 1, Ter. Heaut. 3, 4, 7 Viſam ſi domi eſt. *Vid.* Columel. 8, 5. adeunt fere omnes, ſi quid velis Cic. Fam. 3, 9. *Vid. Graeu. ad* Sed fatis incerta feror, ſi Iupiter vnam Eſſe velit Tyriis vrbem V Aen. 4, 110. Illi vadum fluminis Sicoris tentare, ſi tranſire po Caeſ. B. C. 1, 83. Qui ſi in ea re ſit error, communis exiſtim eſt Liu. 4, 20 *pr. Conf. Periz. Animadu. c. 7 p. 279.* Et pri ſi ſit, circumſpicit illic Ouid. Met. 11, 678. *Add.* Idem Heroid. 93. Propert. 2, 29, 23. *Frequentiſſime ſic vtuntur Vulg. interp. et Patres.* Si, *pro Vtinam.* Virg. Aen. 6, 187 Si nunc nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat nemore in tanto. Seru. Si, Aduerbium rogantis et optantis eſt per ſe plen ¶ 6 Si, *aliquando ſubauditur.* Dare denegaris: ibit ad illud illi Quo maxime apud te ſe valere ſentiet Ter. Heaut. 3, 1, 78. H aliquis iuuenum dixiſſet amantia verba, Reddebat tales protinus ſonos Ouid. Faſt. 6, 113. *Conf.* Idem Rem. Am. v. 745. vere rem aeſtimare velit Liu. 3, 19. *i. ſi qui. Add.* Priſcian. *Burm. ad* Ouid. Am. 3, 2, 9. *Id. et Vlit. ad* Grat. Cyneg. v. *Longol. ad* Plin. Epiſt. 10, 82, 2. *Conf.* Abſque te eſſet, *in* ABSQ Hor. Serm. 1, 3, 17

— Decies centena dediſſes,
Huic parco paucis contento quinque diebus
Nil erat in loculis.

SIN, SIQVA, SIQVANDO, SIQVIDEM, SIVE, *vid. ſſ.*

S I A *et* S I B

SIAGON, ŏnis. n. [σιαγὼν] *Mala ſ. maxilla Graecis eſt. Vtitur* Cael. Aurel. Chron. 1, 1, 57 Tunc — buccarum vel temporum muſculis, quos Siagonas appellant — dropacem apponemus. *Et* 4, 90 Tum buccarum muſculos, quos ſiagonas appellant *etc.*

SIAGONITAE muſculi *iidem* Caelio Acut. 2, 10, 59 Muſculorum quibus buccae colligantur, conductio, quos appellant Siagonitas.

SIBARIS, *vid.* SYBARIS.

SIBDE, es. f. [Σίβδη] Cariae oppidum, Halicarnaſſo ab Alexandro Magno attributum Plin. 5, 29.

SIBI. [σοὶ] *Datiuus a Sui. v. v.*

SIBILVS, i. [συριγμὸς, ῥοῖζημα] *In Singulari* m. g. *eſt*, *in Plurali* n. *Eſt autem ſonus oris, qui emiſſo ſpiritu appulſu compreſſis dentibus, et parum diductis labris fieri ſolet.* Columel. 2, 3 Sibiloque allectat quo libentius bibant. Sibilis *contemtum indicare ſolebant in ſpectaculis et concionibus.* Cic. *apud* Chariſ. 1 p. 61 Nunciabantur gladiatorii ſibili. Cic. pro Sext. 115 Ei vero, qui pendet rebus leuiſſimis, qui rumore, et (vt ipſi loquuntur) fauore populi tenetur et ducitur, plauſum immortalitatem, ſibilum mortem videri neceſſe eſt. Conſcindere ſibilis, *vid.* CONSCINDO. Cic. Att. 2, 18 Fuſium clamoribus, et conuiciis, et ſibilis conſectantur. Idem pro Roſc. Com. 30 c. 11 Qui poſteaquam e ſcena non modo ſibilis, ſed etiam conuicio explodebatur, *etc.* *Lepide* Caelius ad Cic. 8, 2 In theatrum Curionis Hortenſius introiit — Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor tonitruum et rudentum ſibilus *(verbis Poëtae in tempeſtate deſcribenda vtitur, ad motum popularem notandum)* Hoc magis animaduerſum eſt, quod intactus a ſibilo peruenerat Hortenſius ad ſenectutem. Sed tum ita bene, vt in totam vitam cuiuis ſatis eſſet. Per ſibilos explodere Ammian. 28, 4. *Add.* Sen. Ep. 56. Valer. Fla. 3, 50. Liu. 25, 8 Vt quocunque noctis tempore ſibilo dato ſignum, porta aperiretur. Edere ſibilum Catull. 4, 12. ... re horrenda ſibila *ſerpens dicitur* Ouid. Met. 3, 38. Paſtoria ... Idem ibid. 13, 785. Lucan. 9, 634 — Angues Stridula ...unt vibratis ſibila linguis. Trepidantia ſibila torſit draco ... Argon. 7, 525. Vibrata ſibila ſaeuis linguis Sil. 3, 185. Idem 2, 99. Ouid. Met. 15, 684. Chariſ. p. 61. Sibi... *pro Venti flatu.* Virg. Ecl. 5, 82 Nam neque me tantum ...ntis ſibilus Auſtri, *etc.*

SIBĬLVM, i. n. *Vt apud* Serenum, Suaue ſibilum. Auctor. No... 3, 200.

SIBĬLVS, a, um. Adi. *Vt*, Ora ſibila, pro Sibilantia, *inquit* Seruius *ad* Virg. Aen. 2, 211. Colla ſibila Virg. Georg. 3, 421. *Add.* ... Aen. 5, 277. Toruae coma ſibila frontis: *i. Sibilans* Val. Fla. Argon. 3, 50.

SIBILO, āre. [συρίττω] *Sibilum emittere.* Cic. Att. 2, 19 Populares iſti iam etiam modeſtos homines ſibilare docuerunt. Populus me ſibilat: at mihi plaudo Ipſe domi quoties numos contemplor in arca Hor. Serm. 1, 1, 66. Ore ſibilat draco Virg. Aen. 11, 754. *Add.* Idem ibid. 7, 447. Lampr. Comm. c. 1.

SIBILĀTVS, ûs. m. Cael. Aurel. Acut. 2, 27 Cum quodam vehementi ſibilatu.

SIBILĀTOR, *vnde*

SIBILĀTRIX, īcis. f. Mart. Capell. 9 p. 307 Sibilatrix fiſtula.

SIBINA, *vid.* SIBYNA.

SIBVS. Sibus (inquit Feſtus) Callidus, vel acutus, *vid.* PERSICVS n. 6. *Poteſt alicui in mentem venire, ab eadem origine diminutiue dictas eſſe* Sibyllas. *Et video, iam hoc factum ex Fabric. B.* 1, 29, 9.

SIBYLLA, ae. f. [Σίβυλλα] *Senſu appellatiuo eſt Virgo fatidica.* Lact. Inſt. 1, 6, 7 M. Varro — in libris rerum diuinarum — Sibyllinos libros ait non fuiſſe vnius Sibyllae; ſed appellari vno nomine Sibyllinos, quod omnes feminae vates Sibyllae ſint a veteribus nuncupatae; vel ab vnius Delphidis nomine, vel a conſiliis deorum enunciandis. σιὸς enim deos, non θεὸς, et conſilium non βουλὴν, ſed βυλὴν appellabant Aeolico genere ſermonis. Itaque Sibyllam dictam eſſe quaſi θεοβούλην. Caeterum Sibyllas decem numero fuiſſe: eaſque omnes enumerauit ſub auctoribus *etc.* *Perſequitur eas deinde omnes Lactantius quoque. Verum non hoc agimus. Qui volunt cognoſcere quae de Sibyllis et libris Sibyllinis ſcripta ſunt, omnia eos adire oportet Fabricium Bibl. Gr.* 1, 29-33. *Nos loquendi vſum paucis illuſtramus. Quae* Sibylla Cumaea *vocatur* Virg. Aen. 6, 98 *ea* v. 36 *eſt* Deiphobe Glauci Phoebi Triuiaeque Sacerdos. *Haec vaticinatur Aeneae Deo plena, haec illum ad inferos comitatur. Hanc eandem* Erythraeam *ait* Seruius, *et fabellam narrat* ad 6, 321 *vbi* Longaeua ſacerdos *vocatur. Add.* Ouid. Met. 14, 121 *ſqq. Inſignis locus eſt* Cic. de Diuin. 2, 110 c. 54 Sibyllae verſus obſeruamus, quos illa furens fudiſſe dicitur, quorum interpres nuper falſa quaedam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, eum, quem reuera regem habebamus, appellandum quoque eſſe regem, ſi ſalui eſſe vellemus. Hoc ſi eſt in libris, in quem hominem, in quod tempus eſt? Callide enim, qui illa compoſuit perfecit, vt, quodcunque accidiſſet, praedictum videretur, hominum et temporum definitione ſublata. Adhibuit etiam latebram obſcuritatis, vt iidem verſus alias in aliam rem poſſe accommodari viderentur. *Deinde quae eſſet* ἀκροστιχὶς *explicat. Vid.* ACROSTICHIS. Quam ob rem Sibyllam quidem ſepoſitam et conditam habeamus, vt id quod proditum eſt a maioribus, iniuſſu Senatus ne legantur quidem libri, valeantque ad deponendas potius, quam ad ſuſcipiendas religiones: cum antiſtitibus agamus, et quiduis potius ex illis libris quam regem proferant *etc.* *Caeterum narratio de Sibylla nouem libros offerente venales Tarquinio Superbo, quorum ille tres de ſex ...tis reliquos eodem pretio emerit, quod pro nouem vniuerſis abnuerat, habetur* Gell. 1, 19 *qui ita finit*, Libri tres in ſacrarium conditi Sibyllini appellati. Ad eos, quaſi ad oraculum, Quindecimuiri adeunt, cum DI immortales publice conſulendi ſunt. Plin. 13, 13 Inter omnes conuenit, Sibyllam ad Tarquinium Superbum tres libros attuliſſe ex quibus igni duo cremati ab ipſa, tertius cum Capitolio Sullanis temporibus. Liu. 38, 35 *de Cn. Manlio Legati dicunt*, Cupientem tranſire Taurum aegre omnium legatorum precibus, ne Carminibus Sibyllae praedictam ſuperantibus terminos fatales cladem experiri vellet, retentum. Horrendae ſecreta Sibyllae Virg. Aen. 6, 10. Casta Sibylla Virg. Aen. 5, 735. Viuax Sibylla Ouid. Faſt. 4, 875.

SIBYLLĪNVS, a, um. Adi. [Σιβυλλινὸς] Sibyllini libri, *de quorum origine modo dictum in* SIBYLLA. *Exempla vbi* ex Senatusconſulto ſunt aditi, *vid.* Liu. 5, 13. 10, 7. 7, 27 *etc.* Cic. Verr. 4, 108 c. 49 Cum — magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur, aditum eſt ad libros Sibyllinos, in quibus inuentum eſt *etc.* *Illa religio, de qua in primis* Ciceronis epiſtolis, *ad libros Sibyllinos pertinet.* Cic. de Aruſp. Reſp 26 Ne hoc quidem in mentem tibi veniebat Sibyllino ſacerdoti, haec ſacra maiores noſtros ex veſtris libris expetiſſe? Sibyllinum ſacerdotem *vocat Quindecimuirum ſacrorum, cui ius erat, Sibyllinos libros aperire et proferre, ſi quando vaticinium aliquod petendum erat.* Verſus Sibyllini Hor. in Carm. ſaec. 5.

SIBŸNA, ae. f. [σιβύνη] *Genus erat haſtae Graecis.* Feſtus Sibinam appellant Illyrici telum venabulo ſimile. Ennius, Illyrii reſtant ſicis ſibiniſque fodentes. Sibyna *accuratius. Apud* Gellium 10, 25 Scibones *vel* Sibones *in* Sibynas *mutarat Turn. Sed Gron. ex MS.* Sibones *reſtituit, putatque, vtrumque verum forte eſſe. Conf.* Tertull. adu. Marc. 3, 21. *et* 4, 1.

S I C

SIC. Adu. *affirmantis.* [ὧς, οὕτω, οὕτως, οὑτωσὶ, οὑτωσίπως, ταύτῃ, ὧδε, ὡδέπως] *Conuenientiam notat. Itaque affirmat, comparat, demonſtrat etc. quod exempla oſtendent.* Ter. Phorm. 2, 2, 2 Itane patris ais conſpectum veritum hinc abiiſſe? G. admodum. P. Phaniam relictam ſolam? G. ſic. Plaut. Amph. 3, 2, 20. Eſſe autem inimicos? A. ſic eſt, vera praedico. Ter. Andr. 2, 1, 2. Idem Adelph. 3, 4, 2 Proh dî immortales facinus indignum: Geta quid narras? G. Sic eſt factum. Idem Andr. 3, 4, 9 Simulaui, vos vt pertentarem. D. quid ais? S. ſic eſt res. Sic meritum eſt meum Ter. Heaut. 1, 1, 40. Cic. pro Roſc. Amer. 66 Sic res habet, iudices: magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus maternusque ſanguis. *Comparat* Virg. Aen. 2, 496 Non ſic aggeribus ruptis quum ſpumeus amnis Exiit. Ter. Eun. 3, 5, 16 Noſtin' hanc quam amat frater? A. noui: nempe opinor Thaidem. C. iſtam ipſam. A. ſic commemineram. *Vid.* Plaut. Stich. 1, 2, 27. Cic. pro Quint. 77 c. 24 Sic cogitabam: cum contra dicturus eſſet Hortenſius — fore, vt multis in rebus timore prolaberer. Ter. Phorm. 1, 2, 90 Ad precatorem adeam credo, qui mihi ſic oret: nunc omitte quaeſo hunc, *etc.* *Sic* Andr. 1, 1, 83 Sic cogitabam, Hic paruae conſuetudinis cauſa, mortem huius tam fert familiariter, *etc.* Sic ſatis *eſt frigida reſponſio ad eum, qui vehementer rem auget.* Ter. Heaut. 3, 2, 12 Et quidem hercle forma luculenta. C. ſic ſatis. *Senile frigus pingitur. Etiam omittitur* Satis. Cautum Marcellum, me ſic: non tamen cautiſſimum Cic. Att. 15, 13. *Conf. Corrad. ad h. l.* ¶ 2 *Cum aliquid ab altero petimus, id vt facilius impetremus, ea ſolemus illi precari et optare, quae ſcimus ei eſſe optatiſſima, addita Particula* Sic. Hor. Carm. 1, 3, 1 Sic te diua potens Cypri. Virg. Ecl. 9, 30 Sic tua Cyrnaeas fugiant examina taxos. *Vid. plura apud Lambinum in Horatium v. g.* Horat. Sat. 2, 3, 300 Stoice, poſt damnum ſit vendas omnia pluris! Quam me ſtultitiam — Inſanire putas? *rogat, vt ſe doceat.* Sidon. Carm. 5, 600 Annue ſic veſtris reſpiret Byrſa tropaeis: Sic Parthus rectum fugiat. *Imitatur illud* Tib. 2, 5 *extr.* Annue, Sic tibi ſint intonſi, Phoebe, capilli: Sic tua perpetuo ſit tibi caſta ſoror. Sic, *demonſtrat*, Ter. Eun. 3, 5, 54 Ego limis aſpecto ſic per flabellum clanculum, et ſimul alia circumſpecto. Idem Phorm. 1, 2, 95 Quid ille paedagogus, qui citharistriam? quid rei gerit? G. ſic tenuiter. D. non multum habet quod det fortaſſe. Ter. Phorm. 1, 2, 20 Cui tanta erat res, et ſupererat? G. deſinas: ſic eſt ingenium. Idem Andr. 1, 1, 35 Sic vita erat, facile omnes perferre, ac pati. Idem Phorm. 3, 2, 42 Itane tandem facere oportet? D ſic ſum: ſi placeo, vtere. Sic ſum, vt vides Plaut. Aul. 2, 4, 44. Cic. pro Roſc. Com. 29 Sic eſt vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa aeſtimat. Idem pro Roſc. Amer. 84 Sic vita hominum eſt, *etc.* Quiduis melius eſt, quam ſic eſſe, vt ſumus Cic. Fam. 16, 12. Sic Crito eſt Ter. Andr. 5, 4, 16. *i. talis.* Sic ago, ſic me decet Plaut. Poen. 2, 13. Sic ago, ſic egere noſtri Idem Epid. 3, 2, 4. Ter. Andr. 1, 2, 4 Mirabar hoc ſi ſic abiret. Sic agam Ter. Adelph. 5, 2, 11. Virg. Aen. 1, 226 Iuppiter aethere ſummo Deſpiciens mare veliuolum — ſic vertice caeli Conſtitit, *dum hoc agit, hoc habitu.* Plaut. Trinum. 3, 1, 42 Nihil ſic celere eſt, nec volat. *de amore.* ¶ 3 Sic, *Coniunctio illatiua videtur.* Cic. Tuſc. 4 c. 6 *poſt enumerationem inſtitutam*, Sic quatuor perturbationes ſunt, tres conſtantiae. *Non multo ante in ſimili re dixerat*, Partes perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis naſci, et ex duobus opinatis malis: ita eſſe quatuor. *Laudatur etiam* Cic. . . . Sic tot ſimul virtutes continentiae, grauitatis, iuſtitiae, fidei defecerunt. Cic. Fam. 7, 17 Sic ei te commendaui, et tradidi, vt grauiſſime diligentiſſimeque potui. Sic vt quimus, quando, vt volumus, non licet Ter. Andr. 4, 6, 9. Catull. 21, 5 Nec ſic, vt fit, in palimpſeſto relata. Hor. Serm. 2, 8, 36 Tum parochi faciem nil ſic metuentis vt acres Potores, *etc.* Sic tamen vt. Vlp. in l. Si quis pecuniam D. Si quis omiſſa cauſ. Et maxime, ſi ob euertenda iudicia id fecit, aduerſus poſſeſſorem competere actionem: ſic tamen, vt ibi quidem pecunia accepta repudiauit, *etc.* Virg. Aen. 4, 660 Sed moriamur, ait: ſic, ſic iuuat ire ſub vmbras. *Vbi* Seru. Quaſi interrogatio et reſponſio, Et placet ſic inultam perire? Placet. Plaut. Amph. 2, 2, 51 Sic ſalutas atque appellas, quaſi dudum non videris. Cael. ad Cic. Fam. 8, 4 Ego tamen ſic nihil exſpecto, quomodo Paullum Conſulem deſignatum primum ſententiam dicentem. Virg. Aen. 6, 154 Sic demum lucos Stygios, regna inuia viuis Adſpicies. *his conditionibus impletis.*

SICINE *vel* SICCĬNE. Adu. *interrogantis.* [μῶν, οὕτω] *pro* An ſic? vel Sicne? Ter. Eun. 4, 7, 34 Ain' vero canis? ſiccine agis? Ibid. 1, 2, 19. Cic. de Fin. 1, 34. Siccine lente iaces Propert. 2, 15, 8.

SICVT, *vid. ſ. l.*

SICA, ae. f. [μάχαιρα Gloſſ. Lat. Gr. *it.* θρακικὸν ξίφος ἐπικαμπὲς *ib.*] Genus gladii breuioris, quaſi Seca. Cic. in Catil. 3, 8 E quibus ille maximum ſicarum numerum et gladiorum extulit. Ibid. 2 c. 1 Non enim iam inter latera noſtra ſica illa verſabitur. *Et* de Nat. Deor. 3, 74 Tum haec quotidiana, ſicae, venena, peculatus, *etc.* *Conf.* Schol. Horat. Sat. 1, 4, 4. *it. Torrent. ibid.* Sicam ſub veſte tegit Prudent. Pſychom. v. 689.

SICILA *vel* SICVLA, ae. f. Dimin. [ξιφίδιον] Plaut. Rud. 4, 4, 125 Poſt eſt ſicula argenteola, et duae connexae maniculae. *Al.* Sicilicula. Siculae ſunt Falces Varroni de L. L. 4, 31. *Sane hoc nomine, quidquid ſecandi vim habet, venire videtur. Petulans eſt illud* Catul. 68, 21 Languidior tenera cui pendens ſicula beta.

SĪCĪLIS, is. f. (*aut forte* SĬCÍLIX, ĭcis. f.) *it.* SICILA, ae. *it.* SICILIVM, *a* Sica *omnia dicta videntur: ſignificant quidem ſecandi et vulnerandi inſtrumenta.* Feſtus *ſ.* Paullus *potius*, Sicilices haſtarum ſpicula lata. Ennius, Incedit veles vulgo Sicilibus latis. *Alterutrum falſum videtur. Syllabae modus in* Sica *ſuadet, verſum Ennii recte habere: Si enim* Sicilicibus *legamus, primae duae corripiantur. Apud* Gell. 10, 25 *inter telorum nomina ſunt etiam* Siciles, *quod ex MS. regio reſtituit Stephanus, cum ab Aldo inde legeretur* Sicilices. *Scaliger ad Feſtum iſta notat:* Gloſſarius, Sicila σμίλα, ἀρβήλιον. Sicilium ξυρὸν σκοτέως. Sicila σμίλα χαρτοτόμος. *Eſt autem vox magnae Graeciae. Eo nomine intelligebant, quidquid ſecandi vim habet: inde* Sicilia *dicta, quia ab Italia abſecta. Inde* Sicilire *prata ſecare. Salmaſ. ad* Capitolin. Max. et Balbin. 17 p. 164 *Hack. laudat etiam alias* Gloſſas, ἄρβηλον Ficilis, *quod legendum* Sicilis: *it.* Sipilus nouacula, ξυρὸν, *leg.* Sicilus *vel* Sicilis. *Itaque ipſe etiam probat in verſu Ennii* Sicilibus. *Et quid ſi* Sicilis *et* Securis *inter ruſticos promiſcue dicta initio, deinde diſtincta a Grammaticis?*

SICILICVLA, ae. f. Diminut. *Vt*, Securicula *a* Securis, *apud* Plaut. Rud. 4, 4, 125 *inter crepundia, vt* enſiculus, *et* ſecuricula.

SICILATVS *vel* SICELATVS, *i.* Sicila *ſ.* Sicula *armatus*, *legi vult Salmaſ. apud* Iulium Capitolin. Max. et Balbin. 17 Nam quod nobis vita per vos reddita eſt, quam dimiſſis paſſim per prouincias Carnificibus Sicelatus latro ſic petiit *etc. pro vulgato* quum ——— ſic elatus latro ſurrexit.

SICILIO, īre. *quid eſſet, dicemus verbis* Varronis R. R. 1, 49 *poſt* foeniſiciae *praecepta*, Quo facto ſicilienda prata, id eſt falcibus conſectanda, quae foeniſeces praeterierunt, ac quaſi herba tuberoſum reliquerunt campum. A qua ſectione arbitror dictum ſicilire pratum. Colum. 2, 22, 3 *inter ea, quae feriis facere licet, refert* prata ſicilire. Plin. 18, 28 ſ. 67 Praeterea quoties ſecta ſint *prata*, ſiciliri, hoc eſt, quae foeniſeces praeterierunt, ſecari.

SICILĬMENTVM, i. n. *Quod ſicilitur.* Cato de R. R. 5 *diſtinguit inter* Foenum *et* Sicilimentum.

SICARIVS, i. m. [σφάκτης, ἀνδροφόνος, σφαγεὺς, λῃστὴς Gloſſ. Lat. Gr.] *Qui ſicam gerit maleficii alicuius gratia, et pro Interfectore accipitur.* Cic. pro Roſc. Amer. 8 Ab his hoc poſtulare homines ſicarios atque gladiatores, non modo vt ſupplicia vetent, *etc.* Idem pro eodem c. 14 Vetus videlicet ſicarius, homo audax, et ſaepe in caede verſatus. Niſi liberatores populi ſint, — plus quam ſicarios eſſe Cic. Phil. 2 c. 13. *de Caeſaris interfectoribus.* Hor. Serm. 1, 4, 4. Sicarii appellantur a Sica, quae ſignificat Ferreum cultrum. *Auctor* Iuſtin. 4 Inſtit. De public. iud. *Sicarii* per abuſionem, qui caedem telo quocunque commiſerint Quinctil. 10, 1, 12. *Conf.* tit. Pand. ad L. Corn. de ſicar. Suet. Caeſ. c. 11. Immittere in forum ſicarios, *vid.* IMMITTO.

SICAMBRI, ōrum. m. Pl. [Σίκαμβροι] *Populi Germaniae, Menapiis finitimi, ad vtramque Rheni ripam habitantes. Hodie Geldrenſes vel Cliuenſes volunt eſſe.* Crinibus in nodum tortis venere Sicambri Martial. de Spectac. 3. Caede gaudentes Sicambri Hor. Carm. 4, 14, 51. Indomiti Sicambri Ouid. ad Liu. 17.

SICAMBRIA, ae. f. *Regio Germaniae, quae hodie Geldria.* Claud. in Eutrop. 1, 383 Militet vt noſtris detonſa Sicambria campis.

SICANI. [Σικανοὶ] Populi Hiſpani, a fluuio Sicori dicti. Hi duce Siculo, excluſis Aboriginibus, Italiam tenuerunt: ipſique poſtea ab ipſis pulſi, quos ante pepulerant, inſulam vicinam Italiae occupauerunt, et eam Sicaniam a ſuo nomine nuncupauerunt. *Haec fere* Seru. *ad* Aen. 8, 326.

SICANIA, ae. f. [Σικανία] *Siciliae quaedam pars, in finibus Agrigentinis. Et amnis in ea* Sicanis *olim fuit. Sed et inſula tota*, Sicania *dicta eſt, a Briarei Cyclopis filio* Sicano: *vel a* Sicanis *populis Hiſpanis.*

SICANVS, a, um. Adi. *Siculus.* Virgilius *primam ſemper corripit, ſecundam producit: vt* Aen. 5, 23 Fida reor fraterna Erycis, portusque Sicanos. Idem Aen. 8, 328 Tunc manus Auſoniae, et gentes venere Sicanae. *Contra* Silius 14, 259 *primam producit, ſecundam corripit*, Caetera Elyſaeis aderit gens Sicana votis. Horatius *ſecutus eſt Virgilium, quoad vtriusque Syllabae quantitatem*, Epod. 17, 32 Nec Sicana feruida Furens in Aetna flamma. Fluctus Sicani Virg. Ecl. 10, 4. Sit licet et Saxo patientior ille Sicano Propert. 1, 16, 29.

SICANIVS, a, um. *Aliud* Adi. [Σικανὸς] Virgilius, *quem ſecuti ſunt alii, primam producit, ſecundam corripit*, Aen. 3, 691 Sicanio praetenta mari iacet inſula. Arenae Sicaniae Ouid. Met. 15, 279. Populi Sicanii Lucan. 3, 177. Sinus Sicanius Virg. Aen. 3, 692. Vrbes Sicaniae Lucan. 3, 59.

SICARIS, *vid.* SICORIS.

SICARIVS, *vid.* SICA.

SICCA, ae. f. *Vrbs Numidiae, Romanorum colonia, apud* Plinium 5, 3.

SICCANEVS, SICCATIO, SICCESCO, *vid.* SICCVS.

SICCINE, *vid.* SIC.

SICCVS, a, um. Adi. [ξηρὸς, αὖος, αὐχμηρὸς, ἄβροχος] Aridum et ſine humore, *inquit* Nonius. Virg. Aen. 5, 180 Summa petit ſcopuli, ſiccaque in rupe reſedit. Egon' ſalua ſim, quae ſicca ſum ſiti? Plaut. Curc. 1, 2, 24. *Add.* Ibid. v. 22. Agri ſicci Hor. Serm. 2, 4, 15. Arena ſicca Virg. Georg. 1, 389. Cibi ſicciſſimi Celſ. 1, 3. Corpora ſicciora Plin. 34, 8. Fauces ſiccae fluminum Virg. Georg. 4, 427. Feruores ſicci Ouid. Met. 1, 119. Herba ſicciſſima Plin. 19, 40. Hiems ſicca Ouid. Amor. 3, 6, 106. Litus ſiccum Virg. Aen. 3, 135. Loca ſicciſſima Cato de R. R. c. 50. Colum. 11, 3 p. 389. Luna ſicca Plin. 17, 9 *eadem quae* Catoni ſitiens: *vid. omnino Meurſ. ad* Cat. R. R. c. 29. Manus ſiccae Scribon. 180. Medicamentum ſiccum Id. 71. *i. ſiccans.* Mortarium ſiccum Idem 85. Ocelli ſicci Propert. 1, 17, 11. Os ſiccum, *vid.* OS, oris. Pedibus ſiccis currit ſuper aequora Ouid. Met. 14, 50. Pocula ſicca Tibul. 3, 6, 18. Puluis ſiccus Ouid. Triſt. 1, 4, 48. Rupes ſicca Virg. Aen. 5, 180. Senex ſiccus Hor. Serm. 2, 3, 281. Sitis ſicca Ouid. Triſt. 4, 8, 26. Solum ſicciſſimum Columel. 2, 18. Tempora ſicca aeſtiui Canis Tibul. 1, 4, 6. Vua ſiccior Celſ. 2, 18. In ſicco, *i. extra aquam* Plin. 9, 8. Virg. Georg. 1, 363. Alueum tenuis in ſicco aqua deſtituit Liu. 1, 4. *Add.* Curt. 9, 9, 22. Virg. Georg. 1, 363. ¶ 2 Siccus, Sobrius. Hor. Carm. 1, 18, 3 Siccis omnia nam dura deus propoſuit. *h. e. Sobriis et ieiunis, vino abſtinentibus.* Plaut. Aſin. 5, 2, 6 Praeter alios meum virum fui rata ſiccum, frugi, continentem, amantem vxoris maxime. Cic. Acad. 2 Alius adultis, alius ſe[...] alius aegris, alius ſiccis, alius vinolentis. Ibid. 4, 87 c. 27 [...]mientium et vinolentorum et furioſorum viſa imbecilliora eſſ[...] bas, quam vigilantium, ſiccorum, ſanorum. *Conf.* Idem Agrar. [...] Sicci *et* Vncti *opponuntur*, Hor. Epiſt. 1, 17, 12 Si prodeſſe tuis, [...] que benignius ipſum Te tractare voles, accedes ſiccus ad v[...] Vncti *ſunt, qui lautius victitant;* Sicci, *qui ſumtibus parcunt, a[...] proſunt ſuis. Ita* ſiccam *et* lautam *opponit* Plaut. Curc. 1, 2, 21. [...] tron. 37 *de Fortunata*, Prouidet omnia, et vbi non putes eſt: [...] ſobria, bonorum conſiliorum. *Modo haud abſimili* Sicci *et* [...] *opponuntur ab* Horat. Carm. 4, 5 *extr.*

——— Dicimus integro
Sicci mane die, dicimus vuidi
Cum Sol oceano ſubeſt.

Plautus in Pſeudolo 1, 2, 51 Vino modo cupidae eſtis: Eo vos v[...] panticesque adeo madefacitis, cum ego ſim hic ſiccus. Sicci [...] *qui nondum biberunt;* Vuidi, *qui adueniunt bene poti. Ita[...] actum, non ad habitum pertinet. Sic* Plaut. Curcul. 1, 2, 22 [...] qui ſcreanti, ſiccae, ſemiſomnae affert potionem, *i. ſitienti.* [...] tron. 111 Sicca aliquot dierum abſtinentia mulier. *Nomen [...] ad ipſum Veneris actum, et excretionem humoris obſceni refert* Mart[...] 82 Cum ſene communem vexat Spado Dindymus Aeglen, Et ia[...] medio ſicca puella toro, *non ſuſcitatur in illa mutua libido.* C[...] *rium eſt* Vda puella Martial. 11, 17. *Sic Burmannus* Ouid. H[...] 134 *de ſomnio amatorio*, Vlteriora pudet narrare, ſed omnia fiun[...] iuuat, et ſine te non libet eſſe mihi, *legit* ſiccae non licet, *i. n[...] in plenam Venerem: Confert* Art. Am. 2, 686 Odi quae praebet, [...] ſit praebere neceſſe Siccaque de lana cogitat ipſa ſua.

Ad Preſſum et caſtum orationis genus transfert Cicero de Clar. 202 c. 55 Nihil erat in eius oratione niſi ſincerum, nihil niſi ſ[...] atque ſanum. *Eodem modo* Quinctil. 2, 4, 6 Audeat haec [...] plura et inueniat et inuentis gaudeat, ſint licet illa non ſatis ſi[...] ſeuera. Siccus *et* ſobrius orator Macrob. Sat. 5, 1. Elo[...] tia Maronis ad omnium mores integra eſt, nunc breuis, nunc co[...] nunc ſicca, nunc florida Idem ibid. *extr.* *Conf.* Gell. 14, 1.

SICCE. Adu. [ξηρῶς] Columel. 6, 12 Maximeque datur [...] ne in aquam pedem mittat, et vt ſicce ſtabuletur. Sicce [...] *per translationem, cuius exceſſus eſt* Ieiune. Cic. de opt. gen. O[...] c. 4 Id vero deſinant dicere, qui ſubtiliter dicunt, eos ſolos Atti[...] cere, id eſt quaſi ſicce et integre: et ample, et ornate et copioſe [...] eadem integritate Atticorum eſt.

SICCĬTAS, ātis. f. [αὔανσις, ξηρότης, ἀβροχία, αὐχμὴ, αὐ[...]] *Humoris abſentia. Frequenter ad tempeſtatem refertur.* Cic. Qu. F[...] 1 Aquamque, quam ii ducebant non longe a villa, belle ſane flue[...] vidi, praeſertim maxima ſiccitate, vberioremque aliquanto ſeſe [...] cturos eſſe dicebant. Aptiſſima inſitis ſiccitas Plin. 17, 15. [...] bores ſiccitatibus exſuctae ſolidantur Vitruu. 2, 10. *Conf.* [...] 2, 1. Plin. 15, 3. *it.* Col. 2, 4, 5. ¶ 2 *Va[...] letudinis et vigoris in humano corpore eſt* Siccitas. Varro de [...] ris educandis *apud* Non. 4, 426 Perſae propter exercitationes pu[...] modicas eam ſunt conſecuti corpore ſiccitatem, vt neque ſpuerent [...] que emungerentur, ſufflatoue corpore eſſent. *Ita* Cic. de Se[...] 34 c. 10 Nullo imbre, nullo frigore adduci, vt capite operto ſit: [...] inam eſſe in eo corporis ſiccitatem. Adde ſiccitatem, quae [...] ſequitur hanc continentiam in victu Cic. Tuſc. 5 c. 34. Sic[...] orationis Cic. de Nat. Deor. 2, 1.

SICCO, āre. [ἄζω, αὐαίνω, ξηραίνω, ἐξικμάω] *Priuare hu[...]* Columel. 2, 2 Si humidus erit, abundantia vliginis ante ſiccetur [...] In ſole ſiccari Plin. 12, 13. Colum. 12, 14. Calices ſi[...] Hor. Serm. 2, 6, 68. Capillos rorantes ſiccabat Ouid. Fa[...] 141. Lucil. *ap.* Non. 4, 426 Quum ſtadio, in gymnaſio, i[...] plici Corpus ſiccaſſem pila. Cruores ſiccabat veſte Virg. Ae[...] 687. Lacrimas ſiccauerat ardor Ouid. Met. 8, 469. *Conf.* [...] ibid. 2, 2. Lumina humida ſiccabat impreſſa lana Propert. [...] 17. Vbera ouis capreoli ſiccant Virg. Ecl. 2, 42. Vul[...] ſiccabat lymphis Idem Aen. 10, 834. *Conf.* Id. ibid. 3, 95. [...] 13, 7 Caeſa ſtatim ſtagnis mergitur (hoc eſt, eius ſiccari) et prim[...] dit, poſtea fluitare incipit: certoque fugit eam alienus humor, [...] alias omnes rigat. *de ficu Aegyptia.*

SICCANS, antis. Part. Adſpicit ſiccantem ſole capillos O[...] Met. 11, 770.

SICCĀTVS, a, um. Partic. [ξηρανθεὶς] *Vt*, Fontes ſiccati O[...] Met. 13, 690. Modo ſiccata ouis Idem Amor. 3, 5, 14. [...] ſiccatis Hor. Od. 1, 35, 26. *Add.* Colum. 12, 15.

SICCĀTIO, ōnis. f. Plin. 34, 13 Additur et in emplaſtra, [...] bus lenis quaeritur refrigeratio et ſiccatio.

SICCĀMEN, ĭnis. n. *Idem.* Iſidor.

SICCESCO, ĕre. [αὐαίνομαι] Columel. 12, 28 Foenum Grae[...] vetere vino macerato: deinde in ſole exponito, aut in furno, v[...] ceſcat. Nunquam ſicceſcere oculos Celſ. 7, 7, 15. Arb[...] ſicceſcendo recipiunt in ſe diuturnitatem Vitruu. 2, 9. C[...] Idem 2, 3 *et* 10.

SICCOCŬLVS, a, um. [ξηροφθαλμὸς] Plaut. Pſeud. 1, 1, 75 [...] nus noſtrum ſemper ſiccoculum fuit. *Nomen videtur a Plauto fict[...] pro eo, quod eſt ſiccis oculis, id eſt nec lippis, nec lacrimoſis. Dix[...]* Pumiceos oculos habeo, non queo Lacrumam exorare, vt exſp[...] vnam modo.

SICCANEVS, a, um. Adi. [ἐξικμασμένος] *Cui contrarium eſt* [...] guum *et* humidum. *Quod eſt naturaliter ſiccum, nulloque humore [...] guum.* Hortus irriguus, ſiccaneus Colum. 11, 3. Idem [...] Eius prati animaduertimus duo genera: quorum alterum eſt ſi[...] neum, alterum riguum. *Add.* Ibid. 2. *et* 4, 30. Paſcua rig[...] ſiccanea Colum. 6, 27.

SICCĀNVS, a, um. *Idem.* Plin. 16, 17 *de vlmorum generib[...]* Italia Atinias vocat excelſiſſimas, et ex iis ſiccanas praefert, quae [...] ſint riguae. *Al.* Siccaneas.

SICCABĬLIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 5, 1 Siccabile humori[...] *Siccans. Add. Reineſ. Var. Lect. p. 649.*

SICCATĪVVS, a, um. Idem Acut. 4, 3 Malagma ſiccatiuum

SICCATORIVS, a, um. Th. Priſc. de Diaet. 10 Origanum ſiccatorium.

SICCIFĬCVS, a, um. Adi. Macrob. Saturn. 7, 16 Ineſt aeri quaedam remedialis et ſiccifica. *i. vt loquuntur Deſiccatiua.*

SICELION, [ψύλλιον] *Herba, quae alio nomine* Pulicaris *dicit[...] a ſemine pulicis ſimilitudinem referente, vid.* Plin. 25, 11 *vbi deſcribitu[...]*

SIET, *ap.* Petron. c. 14 *legitur*, Sed praeter vnum dupondium ſi-... Et ſane Sicel, qui Latino ſermone ſiclus dicitur, Hebraeum ... eſt, habens apud eos vnciae pondus. *etc.* Vet. Bibl. Gloſſ. *Sed ... tronium legitur iam*, Sed praeter vnum dupondium ſicilicumque. ... *quod Burmannus recepit*, quo cicer, *etc. Videndus enim eſt locus in- corruptiſſimos onus, ſi quid pronunciare velis.*

SIELIS, *vid.* SICILIA.

SIENDVS, *Lacus eſt Theſſaliae, mutas habens ranas, quae tamen ... tranſlatae coaxant, vocalesque ſiunt* Plin. 8, 58.

SIERA, ae. f. *Omnis potus factitius inebrians, praeterquam ex ...* Ambroſ. de Helia et Ieiun. c. 15. Hieron. ad Nepotian *vid.* ... Luc. 2, 15. Tertull. adu. Pſych. c. 9 *ex* Leuit. 10, 9. *Nempe ... vocem retinuere Graeci et Latini.*

SICHAEVS, i. m. [Σιχαῖος] *Didonis maritus, qui et* Sicharbas *dictus ... Seruio apud* Virg. Aen. 1, 347 Huic coniunx Sichaeus erat ... agri Phoenicum, *etc.*

SICHAEVS, a, um. Adi. Virg. Aen. 4, 552 Non ſeruata fides ci... promiſſa Sichaeo.

SICHEM, [Συχὲμ] Filius Chanaan, qui ciuitatem ſui nominis aedi-... in Phoenice, quae Sidon a Graecis appellata eſt.

SICILIA, ae. f. *in antiquo Lexico exponitur* σμίλα ἀρβήλιον, σμι-... *λοτόμος.*

SICILIA, ae. f. [Σικελία] *Inſula maris Tyrrheni, quae vocatur et ... acria; nempe ex eius figura, quod* tria ἄκρα *habet ſ. promuntoria, vn- de* Triquetra *vocatur. Vid.* Ouid. Faſt. 4, 420. *Olim habita eſt ... Italiae.* Claudian. de Rapt. Proſerp. 1, 140 Trinacria quondam ... pars vna fuit; ſed pontus et aeſtus Mutauere ſitum. *Hinc ... nomen quaſi Sicilita, hoc eſt reſecta, vt Scaliger coniicit ad* Plaut. ... 4, 1 5. *Nam olim agro Brutio annexa, mox interfuſo mari Siculo ... Ob hoc Graeci* Rhegio *nomen dedere a* ῥήγνυμι. *Vid.* Virg. ... 414. Plin. 3, 8 Sicilia quondam agro Brutio cohaerens, mox, ... interfuſo mari auulſa eſt. Siciliam Italiae, Cyprum Syriae, Euboe... Boeotiae, Euboeae Atalantem et Macrim, *etc.* creditum eſt, *vt idem ...* 88 *annotauit.* Sicania *etiam dicta eſt, v. v. Haec a principio, ... inus ſcribit*, Cyclopum patria fuit: quibus exſtinctis, Aeolus re- ... inſulae occupauit. *Vid.* Virg. Aen. 3, 569. *Elegantiſſima eſt eius ... deſcriptio apud* Claudianum de Raptu Proſerpinae 1, 140. *Memi-...* Lucret. 1, 718. *Add.* Silius Italicus 14. *in primis* Cic. *in* Verri-... *ſſim: peculiariter vero 2 pr.*

SICELIS, ïdis. f. [Σικελὶς] *Patronym forma Graeca.* Virg. Ecl. ... Sicelides muſae, paullo maiora canamus.

SICILIENSIS, e. Adi. *poſſeſſ.* [Σικελιώτιος] *Qui in Sicilia verſatur.* ... Clar. Orat. 318 Interim me Quaeſtorem Siciliensis excepit an-... *qui in Sicilia tranſigendus fuit.* Cic. Verr. 5, 18 Punicis Sicili-... ſque Bellis. Fretum Siciliense Cic. de Nat. Deor. 3, 24 c. 10 ... *Vitatius Siculum vocatur.* Cic. Act. 1 in Verr. 24 Reperiebam fi- ... complures cum Pecunia Sicilienſi a quodam Senatore ad equitem ... tranſlatos. Cic. Verr. 2, 17 c. 6 De iſtius Praetura Sicilienſi non ... quin ita me audiatis: *et titulus totius libri eſt de Prae- ... Sicilienſi, i. quam in Sicilia geſſit Verres.* Quaeſtura mea Sici- ... Cic. Att. 13, 38. Idem Verr. 3, 22 Adſpicite Iudices vultum ho- ... et adſpectum, et ex ea contumacia, quam hic in perditis rebus ... illos eius Spiritus Sicilienſes quos fuiſſe putetis, cogitate ac ... lamini.

SICILISSO, āre. [Σικελίζω] *Sicula lingua loqui.* Plaut. Men. ... 12 Hoc argumentum Graeciſſat, tamen non Atticiſſat, verum ... *alii* Siciliſſitat.

SICVLVS, a, um. [Σικελιώτης] *Qui e Sicilia eſt, vel incola vel indigena.* ... et dicaces Siculi Quinctil. 6, 3. Hor. in Arte Poet. 463 Si- ... Poetae, Narrabo interitum, *Empedoclis. Et* Epiſt. 2, 1, 58 ... ad Exemplum Siculi properare Epicharmi. Dapes Siculae ... Carm. 3, 1, 18. *i. delicatae.* Montes Siculi Virg Ecl. 2, 21. Re- ... Siculae Virg. Aen. 1, 553. Tyranni Siculi Hor. Epiſt. 1, 2, 58. ... Siculum purpureum Poeno ſanguine Hor. Carm. 2, 12, 2.

SICILIMENTVM, SICILIO, SICILIS, SICILICES, *vid.* SICILICA.

SICILICVM, i. n. *vel* SICILÏCVS *vel* SICILIQVVS, i. m. [... χμον] *Eſt quarta pars vnciae, atque adeo* $\frac{1}{48}$ *aſſis: cumque ſemunciae ... quatuor drachmae aſſignentur, duae cedent* Sicilico. *Ad pedem accom-mod.* Plin. 13 15 Tribus ſicilicis infra quatuor pedes. *Conſ. Harduin. ad* ... 31, 31. Vitr. 10, 17.- Priſcian. p. 1348. Priſcianus in libel- ... de Ponderibus: Drachmam ſi gemines, aderit quem dicier audis ... Voluſius: Diuiditur vncia in quatuor ſicilicos, id eſt quatuor ... Feſtus: Sicilicum dictum, quod ſemunciam ſecet. *Sed melius ... a Siclo Ebraeorum deriuat.* Columel. 5, 1, 9 Sicilicum iugeri ... *Eſt nempe pedum quadratorum 600 cum in aſſe, iugero, ſint* ... 288. Sicilici lectorum quid ſint, *vid.* SILICIVS. ¶ 2 *... iam inter Grammaticorum notas* Sicilicus. Marius Victorin. Art. ... p. 2478, 1 Quoties ante diſtinctum *(i. finem perioli, vt praece-... dendum)* mora fuerit neceſſaria, inter duas literas ἀπλῆν auer- ... id eſt Sicilicum ponite ——— in ima parte verſus. *Hic itaque ... ibitur illud, quod nunc comma dicitur, cuius ſemiluna caua ſui par- ... accedentem literam ſpectans, ſignum eſt. Conuenit nota ſicilici, in ... tum pondus eſt, repraeſentata etiam ab* Eiſenſchmidio Tab II, 2 *Hinc ... poteſt alius eiusdem Marii locus* p. 2456, 12 Conſonantes literas ... geminabant, vt in his Annius ——— ſed ſupra literam, quam ge- ... oportebat ſcilicet, Sicilicum imponebant, cuius figura haec eſt, ... erat ſignum geminandi, ſicut apparet in multis adhuc veteribus ... ſcriptis libris. *Poſt verba* figura haec eſt *lacunam aliquot literarum ... Putſchiana editio, qua nihil opus eſſe videtur, cum ſemilunula, qua ... inſignamus, ſit nota Sicilici.*

SICIMINA, *vid.* SYCAMINVM.

SICINNIVS Dentatus, [Σικίννιος Δέντατος] *quibusdam eſt, qui aliis ...* Siccius, *vir fortiſſimus, de quo* Plin. 7, 28 *et* 22, 5.

SICINNIVM, i. n. [σίκιννις, ιδος] *Saltationis ſatyricae genus, de ... Graecis* Meurſ. Orcheſtra *h. v. it.* Reineſ. *V. L.* 1, 23. Gell. 20, 3 ... vos Sicinniſtas vulgus dicit, qui rectius locuti ſunt, Sicinniſtas litera ... N ... minā dixerunt. Sicinnium enim genus veteris ſaltationis fuit. ... Saltabundi autem canebant, quae nunc ſtantes canunt. Poſuit hoc ver- ... L. Accius Poeta in Pragmaticis, appellarique Sicinniſtas ait nebulo- ... ſo omine: credo propterea nebuloſo, quod Sicinnium cur diceretur, ... obſcurum eſſet. *Hos Sicinniſtas cum Siticinibus miſcet* Scal. ... 1, 8. Iſid. Or. 6, 19 p. 970, 14 Cum vnus canit Graece mono- ... (μονῳδία) Latine *Sicinium* dicitur. *Deriuaſſe videtur a* Se *et* cano.

SICINNISTA. *Vid. quae modo in* SICINNIVM *dicta ſunt.*

SICLVS, i. m. [τετράδραχμον] *Hebraeorum numiſma, quatuor drach-mas Atticas valens, vt ait* Ioſephus *Antiq.* 3, 1... Vulg. Geneſ. 23, 16 *et* Exod. 30, 13 *et de valore i. pondere, l. ſ ...*

SICŌRIS, *ita enim malunt, quam* SICARIS, is. m. [Σίκορις] Plin. 3, 3 *Fluuius* H *ſpaniae, iuxta Ilerdenſes* Lucan. 4, 14 Heſperios inter Sicoris non vltimus amnes.

SICRICA, a ritu, quod Romano ritu feminae facientes ſacrifici-um, ea capita velabant. *Verba ſic laudant* Varronis de L. L. 4, 29 p. 32, 25. *Sed duas dictiones,* Sic Rica, *in vnam contraxerunt.*

SICVBI. Adu. [ἄπη, εἴ ὅπου] *i. Si alicubi.* Ter. Eun. 3, 1, 4 Tum ſicubi eum ſatietas hominum, aut negoti ſiquando odium ceperat, requieſcere vbi volebat, quaſi, *etc.* Virg. Georg. 3, 332. Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus Ingentes tendat ramos. *Conſ.* Suet. Calig. c. 3. Val. Flacc. 4, 105.

SICVLA. *vid.* SICA. SICVLVS, *vid.* SICILIA.

SICVNDE. Adu. [ἄποθεν] *Si alicunde.* Liu. 26, 38 Nec Conſul Romanus tentandis vrbibus, ſicunde ſpes aliqua ſe oſtendiſſet, deerat. Cic. Att. 13, 30 Sicunde potes eruere qui, *etc.* Non mediocrem fore conſternationem, ſicunde hoſtis appareret Suet. Calig. c. 51.

SICVT, SICVTI. [ὡς, ὥσπερ, καθὰ, καθότι, καθάπερ] *Aduerbia conuenientiae et ſimilitudinis.* Plaut. Rud. 4, 2, 23 Sic faciam ſicut conſilium eſt, ad herum vt veniam. Ibid. 4, 4, 68 Quibuscum parua periit Athenis, ſicut dixi. *Vid.* Idem Bacch. 4, 4, 67. Quae *epiſtola* cum iam accubanti in conuiuio eſſet data, ſicut erat, ſignatam in puluinum ſubiiciens Nep. 16, 3, 2. Eodem comitante, ſicut erat, cruenta veſte in Macedonum caſtra peruenit Curt. 8, 3, 9. Sicut erat, ſparſis furiali caede capillis Proſiluit Ouid. Met. 6, 657. Nonnullis occiſis, ſicut erant, cruenti, vbinam imperator eſſet, requirentes, perruperunt in triclinium vsque Suet. Oth. c. 8. Sicuti erat togatus Id. Claud. c. 34. Rem, ſicuti fuerat, denarrat Gell. 1, 23. *Conſ.* Geuart. *ad* Stat. Silu. 2 c. 7. Sicut eſt contundere Scribon. 75. *i. ſimpliciter et per ſe, nulla re adiecta.* Cic. de Orat. 2, 310 Reliquae duae ſicuti ſanguis in corporibus, ſic illae in perpetuis orationibus fuſae eſſe debebunt. *Conſ. ibid.* c. 44 Sicut *et* Sicuti, *interdum non res ſimiles, ſed diuerſas et plane contrarias denotant: et* Ita *in ſecundo membro ponitur.* Quinctil. 10, 1 Sed haec eloquendi praecepta, ſicuti cognitioni ſunt neceſſaria, ita non ſatis ad vim dicendi valeant, niſi illis firma quaedam facilitas, quae apud Graecos ἕξις nominatur, acceſſerit. Idem 1, 3 Sed ſicut firmiores in literis profectus alit aemulatio, ita incipientibus atque adhuc teneris iucundior eo ipſo, *etc.* Cic. pro Lege Manil. 14 c. 9 Sinite hoc loco Quirites, ſicut Poetae ſolent, qui res Romanas ſcribunt, praeterire me noſtram calamitatem. Idem Acad. 1, 35 Eam quoque (ſi videtur) correctionem explicabo ſicut Antiochus. Sicut tuum vis vnicum gnatum tuae ſupereſſe vitae Soſpitem et ſuperſtitem, Ita te obteſtor Plaut. Aſin. 1, 1, 1. Cic. pro Roſc. Com. 30 Qui poſtea quam e ſcena non modo ſibilis, ſed etiam conuicio explodebatur, ſicut in aram confugit in huius domum, diſciplinam, patrocinium, nomen. Quinct. 10, 1 Ennium ſicut ſacros vetuſtate lucos adoremus. Sicuti iurgio laceſſitus foret Salluſt. Catil. 51, 5. *Vid. Cort. Proportionem indicat,* Sicuti acies mouebatur, magis magisque appropinquare Salluſt. Iug. 53, 1. *Interdum ſimpliciter connectit. V. g* Quinctil. 1 Prooem. 27 Sed nonnunquam ita deſunt, vt bona etiam ingenii ſtudiique corrumpant, ſicut et haec ipſa ſine doctore perito, ſtudio pertinaci, legendi, ſcribendi, dicendi multa et continua exercitatione per ſe nihil proſunt. Plin. 7, 19 Ferunt Craſſum, auum Craſſi, in Parthis interemti nunquam riſiſſe, ob id ἀγέλαστον vocatum, ſicut nec fleſſe multos.

SICYA, ae f. [σικύα] *Graeca vox eſt, Medicis Cucurbitam ſeu cucurbitulam ſignificans, quae materiae exinaniendae in corporibus humanis aptiſſima eſt. Vſus eſt Horatius ex Lambini ſententia,* Epiſt. 2, 2, 53 Quae poterunt vnquam ſatis expurgare ſicyae. *Senſus eſt, quibus cucurbitis ſatis expurgari potero? quae cucurbitae ſanguinem vitioſum ex vniuerſo meo corpore exhaurire poterunt, niſi melius putem dormire, quam verſus ſcribere? Sed retinuere poſteri* Cicutae. *v. v. n.* 2.

SICYNVS [Σίκυνος] Inſula eſt non procul a Creta, vna Sporadum, antea Oenoe dicta teſte Plinio 4, 12.

SICYON, ōnis. f. [Σικυών] *Vrbs vetus Achaiae, a qua* Sicyonii: *quorum vetuſtiſſimus rex Aegialeus terram illic late tenuit. Iuxta* Sicyonem *Aſopus fluit, olea lauroque virens.* Oliuifera Sicyon Ouid. in Ibin 317. Stat. Theb. 4, 50 Qui Drepani ſcopulos, et oliuiferae Sicyonis Culta ferunt. Sicyonem, fuiſſe officinarum omnium metallorum patriam Plin. 36, 4 *ſcribit.*

SICYŌNIVS, a, um. Virg. Georg. 2, 519 Venit hiems, teritur Sicyonia bacca trapetis. Sicyonia *intellecto* Subſt. Calceamenta *dicta ſunt.* Lucilius apud Feſtum, Et pedibus laeua Sicyonia demit honeſta. Cic. de Orat. 1, 231 c. 54 Sed, *inquit*, vt ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non vterer, quamuis eſſent habiles et apti ad pedem, quia non eſſent viriles: Sic illam orationem diſertam ſibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. Lucret. 4, 1118. — et pulchra in pedibus Sicyonia rident.

SICYONAGRION, i. n. *Cucumis ſilueſtris.* Apul. de Herb. c. 113. *Sunt duo verba* σίκυον ἄγριον.

S I D

SIDA, ae. *ſiue* SIDE, es. f. [Σίδη] Pamphyliae vrbs *teſte* Plinio 5, 27 *et* Pompon. Mela 1, 15 *attribuit* Lyciae.

SIDENVM, Flumen quo alluitur oppidum Polemonium in Themiſcyrena regione, ab Amiſo CXX. M. paſſ. diſtans. *Inde*

SIDENI, populi. *Auctor* Plin. 6, 4.

SIDERARI, SIDERATIO, SIDERATVS, SIDEREVS, *vid.* SIDVS.

SIDEROS, σίδηρος, *Ferrum eſt Graecis. Hinc*

SIDERITES, ae. m. [σιδηρίτης] *Lapidis appellatio, ſiue gemmae potius, quam inter adamantis genera refert* Plin. 37, 4 Ferrei ſplendoris, pondere ante caeteros, ſed natura diſſimilis: nam et ictibus frangitur, et alio adamante perforari poteſt. *Et* 37, 10 Siderites ferro ſimilis, litigio illata diſcordias facit: quaeque naſcitur in Aethiopia Sideropoecilos ex ea fit variantibus guttis. *Add.* Solin. 37. *et* Iſid. 16, 14.

SIDERITIS. [σιδηρῖτις] *Herbae nomen vulnerariae, ſ. ad vulnera ferro facta.* Plin. 25, 5 *de Achilleo herba*, Aliqui et hanc panacen Heracleon, alii ſideritin, et apud nos milleſolium vocant, cubitali ſcapo, ramoſam minutioribus quam foeniculi foliis veſtitam ab imo. — Alii ſideritin in maceriis naſcentem, cum teratur, foedi odoris. *Conſ.* Apul. de Herbis 3, 26. 72. 81.

SIDERITESIS, is. *Sic cognominatur heliotropion ab* Apul. de Herb. c. 49.

SIDERION Heracleon, [σιδήριον Ἡρακλεῖον] Herba eſt ab Hercule inuenta, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, iuxta amnes et lacus, et omnia vulnera ferro illata efficaciſſime ſanat. *Haec* Plin. 25, 4. *Laudat etiam* 26, 14.

SIDEROPOECILOS, Gemma, quae naſcitur in Aethiopia, Sideropoecilos, ex Siderite fit, *h. e. Sideritae ſimilis eſt, tanquam inde orta, tantum additis* variantibus guttis Plin. 37, 10.

SIDICINVM, [Σιδικηνὸν] Apulorum Dauniorum ciuitas mediterranea, quod et Teanum dicitur, *teſte* Plinio 3, 5.

SIDICĪNVS, a, um. Adi. [Σιδικηνὸς] *Vt,* Sidicina bella Sil. 11, 176. Aequora Sidicina Virg. Aen. 7, 727. *i. campi.*

SĪDO, ſidi *vel* ſidi, ſeſſum, ĕre. [ἱζάνω, καταφέρομαι, ὑφίσαμαι] *Deorſum tendere ſignificat, et quidem ſenſim, vt qui* Sedere *volunt.* Virg. Aen. 6, 203 *de columbis,* Sedibus optatis, gemina ſuper arbore ſidunt. Plin. 6, 22 Mare intereſt vadoſum, ſenis non amplius altitudinis paſſibus, ſed certis canalibus adeo profundum, vt nullae anchorae ſidant. Idem 2, 103 Eiusdemque ponderis alia ſidere, alia inuehi. *Et* 10, 54 *de ouis,* Et in aqua eſt experimentum, inane fluitat, itaque ſidentia, hoc eſt plena, ſubiici volunt. In aqua ſidit Plin. 12, 25. Sidere ad ima vaſis Plin. ibidem. Nauis roſtro percuſſa ſidere coepit Nep. 12, 4, 2. Iam ſidere limo nauigia Albinouan. *ap.* Sen. Suaſ. 1. *Add.* Tac. A. 1, 70, 1. Submerſae ſedere rates Claudian. 4 Conſ. Honor. 628. Prius caelum ſidet inferius mari Hor. Epod. 5, 79. Sideo *habet proprium Praeteritum, nempe* Sidi, Columel. 12, 24, 2 Deinde patiemur picem conſidere, et quum ſiderit, aquam eliquabimus. *Conf.* Priſcian. l. 10 p. 893. *Burm. ad* Petron. c. 96 p. 458. Drakenb. *ad* Sil. 5, 3 *dedit* Siluarum anfractus caecis inſiderat armis, *et laudat, qui ſimilia obſeruarint.*

SIDENS, entis. Partic. *vt,* Sidentia peſſum corpora caeſa Lucan. 3, 674. *Metaphor.* Aduerſus vitia ciuitatis degenerantis et peſſum ſua mole ſidentis Sen. de Conſt. Sap. c. 2. *Sic* Sidens fundamentum imperii, *metaphoricôs dicitur* a Plinio 15, 18.

SIDON, [Σιδὼν] *Vrbs Phoenices.* Mela 1, 12 Adhuc opulenta Sidon, antequam a Perſis caperetur maritimarum vrbium maxima.

SIDONIVS, a, um. [Σιδώνιος] *vt,* Veſtis Sidonia, *i. Purpurea. Et licet* DO *ſyllabam correptam habeat, vt* Virg. Aen. 4, 75 Sidoniasque oſtentat opes, *inuenitur tamen etiam producta, vt apud eundem* Aen. 1, 613 Obſtupuit primo adſpectu Sidonia Dido. *Sicut in primitiuo,* Aen. 623 Teucrum memini Sidona venire. Stat. Theb. 10, 648 Sic Lydia coniux Amphitryoniaden exutum horrentia terga Perdere Sidonios humeris ridebat amictos. Virg. Aen. 4, 137 Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. Equus Sidonius Virg. Aen. 5, 575. Moenia Sidonia, Ouid. ex Pont. 1, 3, 77. Oſtro Sidonio fulget Ouid. Triſt. 4, 2, 27. Vrbs Sidonia Virg. Aen. 1, 682. ¶ 2 *Subſtant.* Sidonii, *ciues Sidonis. Vid.* Iuſtin. 18, 3. Sidonia *regio ſ. regnum Sidonis, vt* Iuſtin. 11, 10, 8 Rex Sidoniae conſtitutus.

SIDŎNIS, is. f. Patronym. *pro Gentili.* [Σιδονὶς] Ouid. Faſt. 5, 610 Sidoni ſic fueras adſpicienda Ioui. *Et* 618 Taurus init caelum, te, Sidoni, Iupiter implet. *de Europa.*

SIDVS, ĕris. n. [ἄστρον] Sidera *ſunt,* quae in aliquod ſignum complurium ſtellarum compoſitione formantur: vt Aries, Taurus, Andromeda, Perſeus, Corona, et quaecunque variarum genera formarum in caelum recepta creduntur. *Haec* Macrobius in Somn. Scip. 1, 14. *Vid.* Plin. 2, 18. Virg. Georg. 1, 32. Anne nouum tardis ſidus te menſibus addas, Qua locus Erigonem inter chelasque ſequentes Panditur. Sidera, *inquit* Varro de L. L. 6, 2 p. 66, 18 quod quaſi inſidunt, atque ita ſignificant aliquid in terris perurendo aliudue. *Itaque Graecam certe nec originem nec literam agnouit Varro. Caeterum ſit iſta verbi proprietas, quam ex Macrobio poſuimus. Interim exempla docebunt, etiam ſingulas ſtellas, etiam planetas, cometasque, a Poëtis praeſertim, appellari* Sidera*: vt nec eorum ſatis firma ſit ratio, qui dicta volunt* ſidera *a* ſidendo, *quod fixa ſubſidant, nec moueantur.* Regina ſiderum Luna Hor. Carm. Saec. 35. Plin. 2, 67 Sub eodem Sidere, *i. Arcto, ſeptentrionibus.* Affixa mundo ſidera Plin. 2, 8. Alta ſidera Virg. Aen. 3, 619. Amicum ſidus Hor. Epod. 10, 9. Aurea ſidera Virg. Aen. 1, 496. *al.* Cingula. Candida ſidera Lucret. 5 1209. Conuexa ſidera, *vid.* CONVEHO. Clarum ſidus Tyndaridae Hor. Carm. 4, 8, 31. *i. Gemini.* Claud. in Epithal. Pallad. 120 Violas — quibus ipſe peperit Sirius, et teneras clementi Sidere fouit. Decidua Plin. 2, 8 Aliquem exſtingui ſignificant *ex opinione vulgi, quam refellit, et cauſam phaenomeni reddit lepidam,* Illa nimio alimento tracti humoris igneam vim abundantius cum reddunt, decidere creduntur, vt apud nos quoque id luminibus accenſis liquore olei notamus accidere, *vid. mox* Volantia. Decretorium ſidus, *vid.* DECRETVM. Feruidum ſidus, *Canicula* Horat. Epod. 1, 27. Inſana ſidera Caprae *tempeſtuoſa* Id. Carm. 3, 7, 6. Laetabile ſidus Valer. Argon. 6, 606. Lugubre refulſit ſidus Idem Argon. 8, 85. *de eo, qui Cometen ſe videre putat.* Lucida ſidera Hor. Carm. 1, 3, 2 *Gemini.* Micantia ſidera Catul. in Epithal. Mallii 59, 207. Niuoſum ſidus Pliadum Stat. Silu. 1, 3, 95. Palantia ſidera Lucret. 2, 1030. Publica ſidera, *Quae omnes adſpicere poſſunt* Ouid. Epiſt. 18, 150. Radiantia ſidera Idem Met. 7, 325. Sparſa mundo ſidera Sen. Hippol. 961. Surgentia ſidera Virg. Aen. 6, 850. Sublime ſidus Arctos Sen. Herc. Fur. 7. Timendi ſideris crinis Lucan. 1, 524. Vaga ſidera caelo fulgens aurora fugat Sen. Octau. 1. Virg. Aen. 5, 528 Caelo ceu ſaepe refixa Transcurrunt crinemque Volantia ſidera ducunt. *de meteoro illo, quod* ſtellas *cadentes vocant.* ¶ 2 *Verba:* Adire vsque ad ſidera, *vid.* ADEO. Non Apparet ſidus amicum nocte atra Hor. Epod. 10, 9. Confici ſidus, intelligimus tempeſtatibus Plin. 2, 41 *pr. i. certum locum caeli et velut metam attingere, vid.* CONFECTVS. Auct. de Bello Afr. 47 *pr.* Namque Vergiliarum ſigno confecto, circiter vigilia ſecunda noctis, nimbus cum ſaxea grandine ſubito eſt exortus ingens. Plin. 18, 28 *vbi de Solſtitio,* Magnus hic anni cardo — decebatque hoc diſcrimen indubitatis notis ſignaſſe naturam. Quam ob rem eas manibus ipſis agricolarum ingeſſit, vertique iuſſit ipſa die folia, et eſſe confecti Sideris ſignum. Decidere *vid.* n. 1. Decidua. Ducunt volantia ſidera crinem Virg. Aen. 5, 528. Ferit ſidera clamor Virg. Aen. 2, 488. Ferire ſidera vertice, *Contingere caelum vertice, de felicibus et honoratis* Hor. Carm. 1, 1, 36. *Vid. ſtatim* Tangere. Ferre ad ſidera nomen alicuius, *Summis laudibus celebrare* Virg. Ecl. 9, 29. Pallent ſidera turbata vicino die Stat. Theb. 12, 406. Paſcet dum ſidera polus Virg. Aen. 1, 612. Suadent cadentia ſidera ſomnos *ſub auroram* Virg. Aen. 2, 9. Ouid. Met. 7, 61 Quo coniuge felix Et dîs cara ferar, et ſidera vertice Tangam: *vt* Ferire. Tegunt

ſidera latitantia nubes Ouid. Met. 10, 449. Sidera Teſto
Aen. 9. 429. Transcurrunt *vid.* n. 1. Volantia. Voluuntu
lapſu Virg. Aen. 4, 524. ¶ 3 *In primis et per emi*
Sol *et* Luna *ſic vocantur.* Plin. 7, 60 Inclinato ſidere ſup
pronuntiauit. Idem 8, 1 Atque ita ſalutato ſidere in ſiluas reuert
lin. 28 *de elephantis,* Siderum ſeruant diſciplinam. Luna niteſcente
tim amnes petunt, mox adſperſi liquore ſolis exortum motibu
bus poſſunt ſalutant. Plin. 8, 54 Defectum ſiderum pauent qua
des. Maſculum ſidus *Sol* Plin. 2, 100. *Pro* Sole Flor. 4, 3, 8. *vi*
negg. ad Iuſtin. 13, 7, 10. Femineum ac molle ſidus, *Lun*
2, 101. Torrentia agros ſidera Hor. Carm. 3, 1, 32. (
ſidere Idem Carm. 3, 1, 42. Pulchrior ſidere Idem Carm. 3
Aethereoque recens exarſit ſidere limus Ouid. Met. 1, 424.
ra *de Planetis* Plin. 2, 6 Inter hanc terram, caelumque eodem
pendent certis diſcreta ſpatiis ſeptem ſidera, quae ab inceſſu v
errantia, quum errent nulla minus illis. Aemulum ſolis et lu
dus Veneris Plin. 2, 8. Salubre ſidus Veneris hebet Lucan.
¶ 4 *Cum* Solis *aperta vis iuuandi vel nocendi eſſet, ſimilitudine q*
que ducti homines primo Lunae, tum aliis etiam ſideribus, poteſtatem
ſibi ſubiectas tribuerunt: quin omnem caeli et aeris conſtitutionem,
ſideribus attribuerent nimirum, ſideris *nomine complectebantur:*
ſplendida translatione ad alias quoque rerum vtilium vel noxiarum
ictus aut contagiones adeo traductum eſt. Apul. Met. 8 p. 204, 36
Charite — velut graui tonitru, procellaque ſideris, vel etian
diali fulmine percuſſa. Martial. 2, 86 Sidere percuſſa eſt ſubit
Zoile lingua. *Et* 7, 93 Hoc opus eſt, ſubito fias vt ſidere mutus.
bum, qui Sideratio *vocatur intelligit.* Loquacitas ventoſa et en
animos iuuenum velut peſtilenti quodam ſidere Afflauit Petron
Ferae gentes non telis magis quam ſuo caelo, ſuo ſidere Armantu
Paneg. c. 12. Diuerſam aquarum temperiem vt patrios fonte
umque ſidus Ferre conſueuiſti Id. ib. c. 15. Virg. Georg. 1, 204.
terea tam ſunt Arcturi ſidera nobis Haedorumque dies ſeruand
Vbi Seruius: Arcturi, inquit, ortus et occaſus tempeſtates gra
facit: vnde Sidera, i. e. Tempeſtates, vt Aen. 11, (260) —
triſte Mineruae Sidus, et Euboicae cautes. *Haec ille.* Sider
tum inſtante brumali Ammian. 22, 13 *extr. Add.* Claud. in Eu
424. Plin. 9, 22 Autumnali ſidere hiemato lacu, *i. tempeſtate, q*
dere a ſideribus putaretur. Virg. Aen. 12, 451 Qualis vbi ad terra
pto ſidere nimbus It mare per medium, *i. ſubita tempeſtate.* Hoc
ſidere belli Mota tempeſtas Flor. 2, 8, 8. Tribus, vt ſic dixerim
ribus Agitatum eſt facinus Flor. 3, 21, 3. Dextro ſidere editus Stat
3, 4, 63. *Finiamus in loco* Plin. 2, 8 Sidera, quae affixa di
mundo, non illa, vt exiſtimat vulgus, ſingulis attributa nobis, et
diuitibus, minora pauperibus, obſcura defectis, ac pro ſorte
que lucentia, adnumerata mortalibus: nec cum ſuo quaeque h
orta moriuntur (*vti arbores cum illis, quae* Hamadryades *dicu*
nec aliquem exſtingui decidua ſignificant. Non tanta caelo ſo
nobiſcum eſt, vt noſtro fato mortalis ſit ille quoque ſiderum
gor. ¶ 5 *Alia Metaphora* Gentis ſuae ſidus, *De*
ornamentum Ouid. ex Pont. 3, 3, 2. Sidus, *Vox blanditiae* Suet. Cali
Laetiſſimo obuiorum agmine inceſſit, ſuper fauſta nomina, ſid
pullum et puppum et alumnum appellantium. Hor. Epod. 17
Tu pudica, tu proba Perambulabis aſtra, ſidus aureum. (
Burman. ad Val. Flacc. 1, 19.

SIDEREVS, a, um. [ἀστρῷος] *Quod ex ſidere eſt, vel cum ſide*
coniunctum. Virg. Aen. 10, 3 Conciliumque vocat Diuûm pater a
hominum rex Sideream in ſedem, *i. In aſtriferum circulum.* A
ſidereus, *Calor ſolis* Ouid. Met. 6, 341. Arx ſid
Caelum Idem Amor. 3, 10, 21. Canis ſidereus *Canicula* (
Faſt. 4, 941. Caelum ſidereum Idem Met. 10, 140.
ſiderei Ouid. Met. 1, 779. Lux ſiderea Idem Met. 4, 169.
lus ſidereus Valer. Argon. 4, 643. Vultus ſiderei Stat. Achi
135. ¶ 2 *Varie transfertur.* Martial. 1, 2 Hic vbi
reus propius videt aſtra coloſſus, *i. altus, vt* aërius. Virg. Aen.
— nec lucidus aethra Siderea polus, *vt ſtellae appareant.*
reus Pedo Ouid. ex Pont. 4 vlt. v. 6 *de Poëta, i. diuinus, ſublimis.*
tus ſiderei Stat. Silu. 1, 2, 141. *Veneris.* Aues ſidereae Iu
Claud. in Eutrop. 2, 330.

SIDERĀLIS, e. Adi. [ἀστερικὸς] *Quod ad ſidus pertinet.* Plin. 18
Prius tamen ſideralis difficultas ſubiicienda contemplationi eſt. I
7, 49 *et* 6, 26. Scientia ſideralis Apul. Flor. p. 351. Omnem iſtam
cem mundi ſideralis imis tartari et in vetuſtum chaos ſubmergere n
Apul. Met. 2 p. 116.

SIDĔROR, āri. [ἀστροβολίζομαι Onom. Lat. Gr.] *Sidere afflari.* Pli
16 Fluuiatilium ſilurus Caniculae exortu ſideratur, et alias fulgure ſop
i. Obtorpeſcit. Conf. Wower. ad Petron. c. 2.

SIDERĀTVS, a, um. Partic. [ἀστρόβλητος] Plin. 28, 16 ſ. 63 Side
vrina pulli aſinini, nardo admiſto, perunctione prodeſſe dicitur.
deratum iumentum Veg. Mulom. 2, 39 *vbi tradit ſigna morbi et cur*
nem. Signa *ponit*: Labia eius et maxillae, nec non etiam nares
deprauantur in parte, ita vt vix cibaria dentibus illidat. Quae et
humoribus plena reperies, et cum voluerit bibere, os vsque ad n
demerget in aquam, quia infirma ſunt labia, quibus hauſtus attr
tur. *Conf.* SIDERATIO.

SIDERATIO, ōnis. f. [ἀστροβολία, ἀστροβολισμὸς] *Morbus eſt a*
rum afflatarum ſidere, quocunque modo id acciderit. Plin. 17, 24 *in n*
bis arborum, Sideratio tota caelo conſtat. Quapropter et grando in
cauſis intelligi debet, et carbunculatio, quod pruinarum iniuria e
nit. Haec enim verno tempore inuitatis et erumpere audentibu
tis mollibus inſidens, adurit lacteſcentes germinum oculos, quod
flore carbunculum vocant. Proprium tamen ſiderationis eſt
ortu canis ſiccitatum vapor, cum inſitae ac nouellae arbores m
riuntur, praecipue ficus et vites. —— Siderationis genus eſt in
(*vitibus*) defloreſcentibus roratio, aut cum acini, priusquam creſca
decoquuntur in callum. Sideratio, *Morbi genus, partem aliquam cor*
ris percutientis ſubito, atque naturali motu priuantis: quod quum repen
no quodam eueniat impetu, e caelo vi quadam ſideris prouenire putat
Sideratione tentati vtralibet Scribon. 101 *quam ipſe interpretatur re*
lutionem ſ. paralyſin. *Conf.* Marcell. 20. *Vid.* PERCVSSVS ſidere
PERCVTIO. *Quem morbum* σφακελισμὸν *in equis dici ait, ac deſcri*
Apſyrtus Hippiatr. 2, 109 et cum hominum Epilepſia comparat, cum in ve
ſione Latina ſiderationem, *neſcio quam bene, aut quo auctore, facit Ru*
lius c. 106. ¶ 2 Sideratio, *Siderum coniunctio.* Iul. Firmi
4, 13 Maximos ſane ex tali ſideratione pollicebuntur homines, *i. T*
ſiderum coniunctione.

S(I)DERATICIVS, a, um. Adi. *Sidere percuſſus.* Iumenta ſideraticia Veg. de re Veterin. 3, 35.

S(I)DEROSVS, a, um. ἀςροπλὴξ, ἐπιπληκτικὸς Gloſſ. Lat. Gr.

S I F

SIFILO, āre. Sifilare inquit Nonius 12, 49 (quod nos vilitatem verb. vitantes Sibilare dicimus, et eſt maledica vocis ſignificatio, vel contumelioſa popularium, cum ſifilationibus quis exploditur) a Graeco ducere originem inuenimus. Huius auctor eſt Homerus Iliad. Ξ, 142 Ἀλλ᾽ ὁ μὲν ὥς ἀπόλοιτο, θεὸς δέ ἑ σιφλώσειε. Haec Non. *ad cu-* ... *um reſpicere videtur* Priſcian. 1 p. 560 *Sifilum* quoque pro *ſibi-* ... eſſe Nonio Marcello de doctorum indagine (*ſic inſcribitur* c. ...) ... cebant.

S I G

SIGALION, *ſ.* SIGALEON. [σιγαλέων] *Harpocrates, Silentii* ... *quem digito labellum comprimere finxerunt Aegyptii.* Auſonius ... 25, 27 Tu velut Oebatiis habites taciturnus Amyclis. Aut ... a Sigalion Aegyptius oſcula ſignet. Obnixum, Paulline, taces.

SIGEVM, i. n. [Σίγειον] *Troiae promontorium.* Duo ſunt Troiae ... ontoria, Rhoeteum et Sigeum, quod dictum eſt propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hoſpitio, ſimulauit abſceſſum, et inde con-... Troiam per ſilentium venit, quod dicitur σιγῇ. *Hactenus* Seruius ... *ns illud* Virg. Aen. 2, 312 Sigea igni freta lata relucent.

SIGEVS, a, um. Adi. [Σίγειος] *Vt*, Litora Sigea Ouid. Faſt. 4, 279.

SIGEĪVS, a, um. *Aliud* Adi. [Σιγήιος] *Vt*, Tellus Sigeïa Ouid. ... 1, 33. Litora Sigeïa Idem Met. 13, 3.

SIGILLVM, SIGILLO, *etc.* *vid.* poſt SIGNVM.

SIGILLĀTIM, *vid.* SINGVLVS.

SIGLVM, i. n. *vel* SIGLA, ae. f. *et in Plurali* SIGLA, *vel* SI-... *a* Sigillo *per contractionem; Notae ſunt, quibus vti librarii in* ... *do ſolebant.* Iuſtinian. in Conſt. P. priore. §. Ne autem. Nec ... per ſpecialia ſigla numerorum manifeſtari, ſed per literarum ... uentiam explanari concedimus. Et in conſtit. Omnem. §. Illud ... Nemo audeat eorum, qui libros conſcribunt, ſigla in his ponere, ... p compendium ipſi legum interpretationi, vel compoſitioni ma-... n adferre diſcrimen. Idem in Conſt. Tanta. §. Hoc autem. ver-... ndem. Eandem autem poenam falſitatis conſtituimus et aduerſus ... i in poſterum leges noſtras per ſiglorum obſcuritates auſi fuerint ... ibere: omnia enim, id eſt et nomina prudentium, et titulos, et libro-... umeros per conſequentias literarum volumus, non per ſigla manife-... ta vt qui, *etc.* Per ſiglorum captiones et compendioſa aenigmata tex-... onſcribere Iuſtinian. de Concept. Dig. 1 §. 13. Siglae *autem ſunt* ... *ſingulariae ſine coagmentis ſyllabarum: vt cum literarum initio* ... *olet* S. *i. Salutem; vel* S. P. D. Salutem plurimam dicit. *Vid. Voſſ.* ... *e Gramm. 1, 40.*

SIGMA, ătis. n. [σίγμα] *Coenatio vel lectus aut ſtibadium, quod* ... *caperet conuiuas, in ſimilitudinem elementi Graecanici factum.* ... *ntiqua figura non modo* ... *ſitata illa* Σ, *ſed etiam illa, quae tertiae* ... *e ſimilis eſt* C. Lampridius de Heliogabalo 25 Primus inuenit ... in terra ſternere. *Paullo poſt*, Habuit et hanc conſuetudinem, ... caluos rogaret ad coenam, item octo luſcos, et item octo poda-... , octo ſurdos, octo nigros, octo longos, et octo pingues, quum ca-... poſſent vno ſigmate, vt de his omnibus riſus citaret. *Vid. ad h.* ... *ub. et Salmaſ.* Martial. 10, 48 Septem ſigma capit: ſex ſumus, ... upum. Alto ſigmate epulantur Pet. Chryſolog. Serm. 83.

SIGNANTER, SIGNATIO, *etc.* *vid.* SIGNVM.

SIGNIA, ae. Plin. 5, 29 Mons eſt, in cuius radicibus ſita eſt Apa-... ¶ 2 Eſt item Latii oppidum Plin. 14, 6. Liu. 1, 56.

SIGNĪNVS, a, um. Adi. [Σιγνῖνος] *Vt*, Signinum opus, *quod con-* ... *tuſiſque teſtis addita calce conſi...batur.* Columel. 1, 6 Cuius ſo-... ... renum prius quam conſternatur perfoſſum, et amurca recenti ... ſa madefactum, velut Signinum opus, pauiculis condenſatur, *vid.* ... 8, 17. Celſ. 4, 5 Potui quidem aptiſſimum eſt Vinum frigidum, ... rte bene calidum meracum, potiſſimum Rheticum vel Allobrogi-... aliudue, quod et auſterum, et reſina conditum eſt: ſi id non eſt ... aſperrimum: maximeque Signinum. *Eadem quoque ratione* Signina ... *icebantur. Vid.* Iuuen. Sat. 11, 73. Plin. 15, 15 Patriae nomina ... ſeriſſima omnium Amerina, *etc.* et in iis Tarentina, Signina, ... lii colore Teſtacea appellant. Signini, Incolae oppidi Signiae ... 3, 5.

SIGNIFER, SIGNIFICO, *etc.* *vid.* SIGNVM.

SIGNVM, i. n. [σημεῖον, δεῖγμα, σῆμα, σημαία, σκοπὸς, σύμ-... , τεκμήριον, χαρακτὴρ] *eſt, vnde aliud quid eſſe vel fuiſſe intelligi-* ... *ur* parua quaedam ſignificatio, indicans totius rei qualitatem, *in-quit* Donatus *ad* Ter. Andr. 5, 3, 7 Vide num eius color pudoris ſi-... vſquam indicat? Quae adſolent, quaeque oportet Signa ... utem eſſe *Salutis prognoſtica* Id. ib. 3, 2, 2. Morborum cau-... ſigna Virg. Georg. 3, 440. Mortis ſigna Lucret. 6, 1180. ... Clarum ſignum, *vid.* CLARVS. Dubia ſigna Virg. Georg. 4, 253. ... mutabilia Quinctil. 5, 10. Inſolubile ſignum Idem 5, 9. Ma-gnum ſignum, *Argumentum*, *vid.* MAGNVS. Paſtorale ſignum, *vid.* PASTOR. Colligere aliquid ſignis Quinctil. 3, 6. Com-prehendere ſignis, *vid.* COMPREHENDO. Conuenerat id ſignum, *vid.* CONVENIO. Dicam ſigna tibi, tu condita mente teneto Virg. Aen. 3, 388. Dicere aliquid ſigno Ouid. Met. 15, 595. Dare ſigna manifeſta Id. ib. 5, 468. Dare ſigna, quamobrem Cic. Verr. ... Ouid. Met. 2, 450 Sed ſilet, et laeſi dat ſigna rubore pudo-... ris. Dare ſignum militibus Ter. Eun. 4, 7, 11. Caeſ. B. G. 3, ... tertiae aciei, totique exercitui imperat, ne iniuſſu ſuo concurre-... ... ſe cum id fieri vellet, vexillo ſignum Daturum. *Sic* Silius ... 5, ... Tacitum Dat teſſera ſignum. *Add. Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. ... Exſpectant ſignum intenti Virg. Aen. 5, 137. *ſignum quod* ... *rt* ... *uris ſolet dari.* Id. ibid. 8, 1 Vt belli ſignum Laurenti Tur-nus ... arce extulit. Facere coniecturam ex ſignis Ter. Adel. 5, 3, ... Loqui nutu et ſignis Ouid. Met. 4, 63. Signa doloris ... Oſtendere Cic. de Orat 2 c. 45. Ponere ſigna nouis prae-... Hor. Serm. 2, 4, 2. Sequentur certiſſima ſigna ſolem Virg. Georg. 1, 439. Signi id erit, me, *etc.* Cic. pro Roſc Amer. Nonne id ſigni ſatis eſt? Ter. Hec. 2, 1, 39. ¶ 2 *Annulus, vel* ... *iud inſtrumentum, quo ad obſignandum vti licet, quod hodie* Sigil-lum *frequentius dicitur.* Cic. pro Quint. 25 c. 6 Tabulae maximae ... hominum nobilium conſignantur. Adulterina ſigna, *vid.* ADVLTER. Impreſſis ſignis pacta conuentaque cuſtodire Senec. de Benef. 3, 15. Sub ſigno habere *volumen epiſtolarum* Cic. Att. 9, 10. *Affine eſt* Imprimere ſignum pecori Virg. Georg. 1, 263. *Itemque illud* Quinctil. 6, 4. Tabernae autem erant circa forum, ac ſcutum illud ſigni Gratia poſitum. ¶ 3 Signa *dicuntur Sculptae, ſiue fuſae effigies animalium, et aliarum rerum.* Plaut. Rud. 3, 3, 27 Hic in fano Veneris ſignum flentes amplexae tenent. Cic. de *Cupidinis imagine aenea* Verr. 4, 1 In auctione ſignum aeneum non magnum H-S. CXX millibus vaenire non vidimus? Ibid. 1, 48 c. 17 Delum venit: ibi ex fano Apollinis religioſiſſimo noctu clam ſuſtulit ſigna pulcherrima atque antiquiſſima, eaque in onerariam ſuam nauem coniicienda curauit. Liu. 2, 41 Signum inde factum eſſe, et inſcriptum, EX CASSIA FAMILIA DATVM. Aſpera ſignis pocula, *quae et* Sigillata *dicebantur, hoc eſt,* ſignis *hominum, Deorum etc. decorata et ornata* Virg. Aen. 9, 263. Cimbiaque argento perfecta, atque aſpera ſignis Idem ibid. 5, 267. Ahenea ſigna Hor. Epiſt. 2, 1, 248. Daedala ſigna Lucret. 5, 1450. Nobile ſignum Ouid. de Arte Am 3, 223. Cic. de Clar. Orat. 70 Quis non intelligit Canachi ſigna rigidiora eſſe, quam vt imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, ſed tamen molliora quam Canachi. Nondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, iam tamen quae non dubites pulchra dicere. Pulchriora etiam Polycleti, et iam plane perfecta. Rigidioribus *opponit* Molliora, *quae intuentibus videntur* mollia, *i. mobilia, viuaque adeo.* *Sic* Stabunt et Parii lapides, ſpirantia ſigna Virg. Georg. 3, 34. Exſculpere ſignum Quinctil. 2, 19. Factum de marmore ſignum Ouid. Met. 14, 313. Formatum e marmore Pario ſignum Idem Met. 3, 419. *Sed etiam de textilibus ſ. acu pictis* Idem ibid. 3, 112. Sic vbi tolluntur feſtis aulaea theatris, Surgere ſigna ſolent, primumque oſtendere vultus. *Add.* n. 6. ¶ 4 Signum *in Re militari figura ſculpta vel textilis, acuue picta, colore conſpicua, quam reſpicere et ſequi iubentur milites, quam deſerere ſumma ignominia eſt.* Signi vnius milites Liu. 25, 23 *i. manipulus.* *Sic etiam* Liu. 33, 1 *et* 9. *Graeci hinc* σημαίαν vocant manipulum. Lucan. 1, 7 Infeſtiſque obuia ſignis, Signa: pares aquilas, ac pila minantia pilis. Cic. pro Font. 34 c. 16 *pr.* Ac infeſtis prope ſignis inferuntur Galli in Fonteium, et inſtant atque vrgent ſummo cum ſtudio. Hor. Epiſt. 1, 19, 55 Cantabrica bella tuliſti Sub duce, qui templis Parthorum ſigna *ademta Romanis, et in victoriae memoriam ibi ſuſpenſa*, refixit. Militaria ſigna Hor. Epod. 9, 15. Minantia pugnam ſigna Lucan. 6, 9. Abeſſe a ſignis, Attollere ſigna, *vid. hh. vv.* Amplexus ſigna et aquilas religione ſe tutabatur Tac. An. 1, 39. *Sic* Iure iurando Cautum apud ſigna Id. ibid. 15, 16. Canunt ſigna *vid.* CANO, n. 5. Conferre ſigna Cic. Fam. 7, 3. Conſtituere ſigna Liu. de Bell. Pun. Conuellere, *vid. Gronou. ad Liu.* 3, 54. Conuenire ad ſigna iubentur milites, *ad ſuos quique manipulos atque ordines* Caeſ. Bell. Gall. 6, 1. Conuertere ſigna Liu. 4, 29. Defigunt vallo infelicia ſigna Sil. 8, 625. Dilabi a ſignis Liu. de Bell. Pun. Ducere legiones ſub ſignis Cic. Att. 16, 8. Expedire ſigna Liu. de Bell. Pun. Habere ſigna, pro Conſtituere Idem ibid. Inferre ſigna Cic. Philipp. 5, 23. Nep 14, 6, 5. *i. inuadere hoſtem.* Liu. 3, 70 Agrippa Conſul — accepta ſigna a ſigniferis ipſe inferre, quaedam iacere etiam in confertos hoſtes coepit. *Nempe ſic incitabantur milites ad fortiter inuadendum hoſtem, dum recuperare ſua ſigna ſtuderent.* *Vid. mox* Proiecta ſigna. Militare ſub ſignis Liu. de Bell. Pun. Aurea purpureo longe radiantia velo ſigna Micant Nemeſian. Cyneg. v. 84. Mouere ſigna Liu. de Bell. Pun. Signa in medios hoſtes vel intra vallum hoſtium Proiecta Liu. 3, 70 *extr.* Referens ſigna Camillus Virg. Aen 6, 825. Reuellere ſigna Lucan. 7, 77. Reuocare ad ſigna Liu. de Bell. Pun. Sequi ſigna Idem. ibid. Sublatis ſignis ad Caeſarem ſe contulerunt Vell. 2, 61, 2. Tollere ſigna Liu. de Bell. Pun. His omnibus ad bene ſperandum quaſi ſignum aliquod ſuſtulit Cic. pro Marc. c. 1. *conf. Geuart. Lect. Papin.* 4, 4. Vellere ſigna caſtris Virg. Georg. 4, 108. ¶ 5 Signum, *pro Oſtento et augurio* Cic. de Diuin. 1, 77 Equus eius repente concidit: nec eam rem habuit religioni, obiecto ſigno vt peritis videbatur, ne committeret praelium. Proſpera ſigna Ouid. Epiſt. 19, 152. ¶ 6 Signum, *pro Sidere* Id. Met. 13, 619 — Quum ſol duodena peregit Signa. *Haec Sidera duodecim velut* κατ᾽ ἐξοχὴν ſigna duodecim *nominari ſolent.* Orientia ſigna noctis Virg. Aen. 7, 138. Rabioſi tempora ſigni, *Dies caniculares* Hor. Serm. 1, 5, 126. *Eſt igitur* ſignum *Sirius.* Splendida ſigna, *Aſtra* Lucret. 4, 446. Vaga ſigna Ouid. Faſt. 1, 310. Diffundere nox caelo ſigna parat Hor. Serm. 1, 5, 10. Speculari obitus ſignorum Virg. Georg. 1, 257. Ortus ſignorum ſuſpicere Idem Ecl. 9, 46. *conf.* Cic. de Inu. 1 c. 34. Ouid. Faſt. 5, 113 Naſcitur Oleniae ſignum pluuiale Capellae; Illa dati caelum praemia lactis habet. *Proximo carmine* Stellam *vocarat*, Prima mihi nocte videnda Stella eſt in cunis officioſa Iouis. *Certe* Hyginus Poët. Aſtr. 2, 13 de Auriga ſiue Heniocho *ſic ait*, Habet praeterea ſtellam vnam in capite: in vtroque humero vnam, ſed in ſiniſtro clariorem, quae vocatur Capra. *Idem quoque tradit Aratus, et eius interpres* Germanicus, In hoc ſigno, *inquit*, et Capra eſt, quam in humero portat, quae Iouem nutriuit. *Et paullo poſt:* Auriga ſtellas habet, in capite vnam, in ſingulis humeris ſingulas: ſed ea eſt clarior, quae in ſiniſtro humero eſt, et appellatur Capra. *Sed* Ouid. Faſt. 5, 494 *de Orione*, Quorum ſi mediis Boeoton Oriona quaeris, Falſus eris: ſigni cauſa canenda mihi. *h. e. Canam, quis fuerit Orion, et qua cauſa locatus ſit in caelo.* *Conſtat Orion*, Hygino *teſte*, ſtellis decem et ſeptem. *Rurſus* 724 *de Canicula*, Nocte ſequente diem Canis Erigoneïus exit; Eſt alio ſigni reddita cauſa loco. *Eſt ergo* ſignum *Sidus. h. e. vel ſtella ſolitaria, vel figura ex pluribus ſtellis.* ¶ 7 Signum *nomen eſt apud* Lamprid. Diadum. 4 Quamuis non multum adhorruerit ab illo ſigno Diademati nomen Diadumeni. *Sic legi iubet pro* Diadematis Salmaſius, *et ſimilia* Lampridii, Capitolini *et* Spartiani *loca profert.* ¶ 8 Signum (σημεῖον) *punctum Geometrarum.* Martian. Capella 6 p. 228 *Geometria loquitur de Arithmetica*, Nam Monas eiusdem inſecabilis procreatio numerorum eſt, mihique Signum vocatur, quod, vtpote incomprehenſibile parte nulla diſcernitur. *Sic et* Auguſtin. de Quantit. animae c. 18 p. 304 (Tom. I edit. Benedd.) *et diſtinguit a* puncto, *quod pro* centro, *i. e. medio circuli puncto ponit.*

SIGILLVM, i. n. Dimin. [σφραγὶς, σημαντρον] *Paruum ſignum.* Cic. Verr. 4, 48 c. 22 Appoſuit patellam, in qua ſigilla erant egregia. Martial. 14, 182 titulus eſt, Sigillum Gibberi fictile. *Sic lego pro* Giberii. Sigillum *i. diploma Sigillo munitum, certe* ſymbolum *quodcunque, quo prolato* curſu publico *vti ius tuendus eſt, apud* Lact. de Mort. Perſec. 24. Virgula egrediens ſigillum oſtendit horas Vitr. 9, 9.

Aedificiorum ſigilla Plin. 36, 24. Ad ſigillorum pedes iacere Prudent. in Rom. v. 151. Perparuula ſigilla, *vid.* PERPARVVLVS. Imprimere ſigilla annulo, *vid.* IMPRIMO. Hor. Epiſt. 1, 20, 3 *ad librum ſuum,* Odiſti claues, et grata ſigilla pudico. *Nempe obſignantur etiam ianuae cubiculorum, armaria etc.*

SIGILLIŎLVM, i. n. Dimin. *nouum* a Sigillis: *paruum ſignum, aut ſimulacrum, effigies, idolum.* Arnob. 6 p. 197 Abſtinetis a riſu cum pro Diis immortalibus ſigilliolis hominum formis ſupplicatis humanis: Quinimmo Deos eſſe ſigillaria ipſa creditis.

SIGILLO, āre. [σφραγίζω, ἐπισφραγίζω] *Sigillum alicui rei apponere. Vnde*

SIGILLĀTVS, a, um. Partic. Scyphi ſigillati *dicuntur, emblematis et incruſtamentis ornati.* Cic. Verr. 4, 32 c. 14 Accurrit Venerius: iubet me ſcyphos ſigillatos ad Praetorem ſtatim afferre. *i. In quibus erant ſigilla: vt ibidem,* Patella grandis cum ſigillis ac ſimulacris deorum. *Alias* Sigillare, Claudere. Varr. *apud* Non. 2, 785 Contra, lex minus impia eſt, ne filii parentibus luce ſigillent oculos. *Sic legendum, non* Suggillent, *ſuadet interpretatio Nonii,* obcludere. *vid. Voſſ. de Vit. L. L.* 4, 25. *Salmaſ. de Modo Vſur. p.* 486. Cic. Att. 1, 10 Praeterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere, et putealia ſigillata duo. *Alii legunt* Sigilla. Eburneis lectis et plagis ſigillatis Varro *ap.* Non. 4, 361.

SIGILLARIA, ōrum *et* ium. n. pl. *Paruae imagines fictiles.* Arnob. aduerſ. gent. 6 p. 197 Quinimmo deos eſſe ſigillaria ipſa cenſetis. Cum perinde faciant nationes, adoratis ſigillaribus ſuis reſidendo Tertull. de Orat. c. 12. ¶ 2 Sigillaria, *Viculus Romae, vbi ſigilla vendebantur.* Gell. 5, 4 Apud Sigillaria forte in libraria, ego et Iul. Paullus Poëta, vir memoria noſtra doctiſſimus, conſederamus. Idem 2, 3 Oſtendiſſe mihi librum Aeneidos ſecundum mirandae vetuſtatis, emtum in Sigillariis XX aureis. Argenteum eſſedum ad ſigillaria venale Suet. Claud. c. 16. Lances de ſigillaribus emtae Scaeuola l. penult. §. 1 D. de Legat. 3. *Add.* Auſon. Eidyll. 13 Epiſt. ad Paullum. Turneb. Adu. 28, 28. ¶ 3 Sigillaria, *Dies Feſti Saturnalibus additi, vt teſtatur* Macrobius Saturn. 1, 10 *ad finem. Et* ibid. 11. *extr.* Pelasgos — coepiſſe — in Sacellum Ditis arae Saturni cohaerens oſcilla quaedam pro ſuis capitibus ferre: ex illo traditum, vt —— Sigilla arte fictili fingerentur, ac venalia pararentur, quae homines pro ſe atque ſuis piaculum pro Dite Saturno facerent. *Haec* Sigilla *etiam muneri miſſitabant.* In his ſigilla, id eſt, parua ſigna miſſitabant amici, vt in Saturnalibus cereos. Sueton. in Claud. c. 5 Tiberius patruus petenti honores, Conſularia ornamenta detulit. Sed inſtantius legitimos flagitanti, id ſolum codicillis reſcripſit, quadraginta aureos in Saturnalia, et Sigillaria miſiſſe ei. ¶ 4 *Munuſcula ipſa.* Ego ſum Felicio, cui ſolebas ſigillaria afferre Sen. Ep. 12. Spartian. Anton. Carac. 1 Quae a parentibus gratia ſigillariorum acceperat, ea vel clientibus vel magiſtris ſponte donauit. *Etiam locus modo laudatus* Suet. Claud. c. 5 *ita poteſt accipi.*

SIGILLARITIVS, a, um. Adi. Vopiſc. in Aurel. *extr.* Saturnalitia et ſigillaritia frequenter amicis inopinantibus miſit, et ipſe ab his libenter accepit Spartian. in Adriano c. 17. *ſubint. munera. Ita nonnulli emendant* Spartian. Anton. Carac. 1 *vbi legitur* Sigillariorum.

SIGILLIARIVS, i. m. Inſcript. Reineſ. claſſ. 11. n. 89. FLATVARIO SIGILLIARIO; *i. Confectori ſigillarium, vel Sculptori.* In Gloſſ. Gr. Lat. legitur Sigillarius.

SIGILLARIARIVS. Inſcr. Fabrett. p. 243.

SIGILLIARIARIVS. ib. p. 177.

SIGNATIO, SIGNATOR, *etc. vid.* SIGNO.

SIGNĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [ζωφόρος] *Qui fert ſignum militare.* Signifer legionis ſextae ſignum ad eum tranſtulit Tac. A. 2, 81, 2. Cohortis centurionibus occiſis ſigniferoque interfecto Caeſ. B. G. 2, 25. Cic. Tuſc. 4, 55 Et quidem ipſam illam iram Centurio habeat aut ſignifer, vel caeteri, de quibus dici non neceſſe eſt, ne rhetorum aperiamus myſteria. Idem de Diuin. 1, 77 Quo tempore quum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet mouere loco. Qui cauſae noſtrae duces et quaſi ſigniferi fuisſent Cic. pro Planc. c. 30. *conf.* Id. pro Mil. c. 33. Ouid. Amor. 2, 12, 14 Ipſe eques, ipſe pedes ſignifer ipſe fui. Saeuus ſignifer Stat. Theb. 10, 555. *Sed et* Caelum ſigniferum Lucan. 7, 363. *vt ſtelligerum.* Puppis ſignifera Idem 3, 558. Polus ſignifer Id. 3, 254. Crater ſignifer, *Ornatus ſignis* Valer. Argon. 1, 337. Signifer circulus Vitruu. 6, 1 *it.* Plin. 2, 4 *in quo* XII *ſigna ſunt, qui Graece* Zodiacus *appellatur, ab effigie animalium, quae in eo ſunt.* Cic. de Nat. Deor. 2, 54 c. 20 Infra autem hanc ſtella Mercurii eſt, quae anno fere vertente, ſigniferum luſtrat orbem. Idem de Diuin. 2, 89 c. 42 Vim quandam eſſe aiunt ſignifero in orbe, qui Graece ζωδιακὸς, dicitur, talem, vt eius orbis vnaquaeque pars alia alio modo moueat immutetque caelum, perinde vt quaeque ſtellae in his finitimisque partibus ſint quoque tempore *etc.*

SIGNĬFEX, ĭcis. m. *Signorum ſeu ſtutuarum fabricator, ſtatuarius.* Arnob. lib. 6. aduerſ. gent. p. 199 Inter ſignifices ille memoratus Phidias. Apul. Met. 2 p. 116 Egregius ille ſignifex. *conf.* Mart. Capella l. 2. Sidon. Epiſt. 6, 12.

SIGNO, āre. [σημειόω, σίζω, σιγματίζω, τυπόω, χαράττω] *Signum imprimere, vel quocunque modo addere.* Virg. Georg. 3, 171 Et ſummo veſtigia puluere ſignent *rotae.* Area ſignabitur noſtro curru Ouid. de Art. Am. 1, 39. Cera ſignatur figuris Idem Met. 15, 169. Humum ſignare limite Ouid. Amor. 3, 8, 42. Martial. 9, 89 Iam ſignat meus annulus lagenam. *i. obſignat. Sic* ſignare tabulas Quinctil. 5, 11, 32. Teſtamentum *etc. Vid.* Plin. Epiſt. 2, 20, 8 *et* 10. Moenia aratro ſignat Romulus Idem Faſt. 4, 819. Nomina ſignata ſaxo, *Epitaphium in ſaxo ſculptum* Idem Met. 8, 539. Saxum carmine ſignare Id. ib. 2, 326. Vas ſignare, ne vires euaneſcant Scribon. 269. *i. obſignare, ſ. ſigno impreſſo munire.* Argentum ſignare, *monetae verbum.* Cic. Fam. 15, 29 Quum ſignaretur argentum Apolloniae, non poſſum dicere eum praefuiſſe, neque poſſum negare affuiſſe. Imago ſignatur titulo Ouid. Epiſt. 2, 73. Signare ex auro denarium Plin. 33, 3. Cic. Acad. 4, 71 Nihil ita ſignari in animis noſtris a vero poſſe, quod non eodem modo poſſit a falſo: *de notionibus, tanquam Characteribus in animos noſtros impreſſis.* ¶ 2 Signare, *Oſtendere, ſigno indicare.* Plaut. Ciſt. 4, 2, 28 Eccam locum ſignat, vbi ea excidit. Idem, Hic meretricem deperit, ſignat tamen ſe eam non amare. Oculis ſignare Virg. Aen. 12, 3. Diem ſignare honore celebri Ouid. Faſt. 5, 474. Signare numeris praeceptum vetus, *Verſibus declarare, et exprimere* Columel. 1, 3, 9. Carmine rem ſignare *Sepulcri ſaxo epitaphium inſcribere* Virg. Aen. : Verba Latina Graecis verbis ſignare Quinctil. 2, 14, 1. Vota re *eſt ſcripto ea comprehendere, vt exſtet memoria* Plin. ad Traian 44 Sollemnia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus cont et ſuſcepimus, Domine, pariter, et ſoluimus, precati deos, vt ea ſemper ſolui, ſemperque ſignari. Signare appellatio quid Quinctil. 4, 1, 2. Idem 6, 2, 20 Et vt proxime vtriusq ferentiam ſignem, illud comoediae, hoc tragoediae ſimile. gnare ſignificat modo Scribere, modo Annulo ſigna imprimere, Pecora ſignis notare. Paullus *apud* Feſt.

SIGNANS, antis. Partic. Cera Vitr. 9, 3. Stella ſigna Virgil. Aen. 2, 697. Gentes notis ſignantes corpora Plin *Vid.* Quinctil. 5, 7, 3.

SIGNANDVS, a, um. Partic. [ϛικτέος] *vt,* Iura ſi Propert. 3, 19, 5. *quod hodie dicunt contractum ſcribere.*

SIGNĀTVS, a, um. Partic. [σφραγισθεὶς] Vlpianus, D eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt. l. Ad teſtium. Argentum tum Quinct. 5, 10, 62. 5, 14, 26. Signatas tabulas accipi o et ſi linteo, quo tabulae inuolutae ſunt, ſigna impreſſa fuerint. ſtola, Liber Nep. 16, 3, 2 *et* 6, 4, 2. Iuuen. Sat. 14, 132 D in tempora Coenae. Alterius conchem aeſtiuam cum parte lac gnatam *i. in armario obſignato incluſam.* Limina Proper 146. Signata ſaxo Nomina Ouid. Met. 8, 539. Pectu tum ſanguine Idem de Arte Am. 1, 384. Tabellis ſignatis m aliquid Tibull. 4, 7, 7. Cicatrix ſignata in ſtirpe Virg. 2, 13. Signatus, [δείξιμος] pro inſigni aliquando captum ribus legitur: vnde Signatam virginem dicebant, quaſi Inſignem nitate, et integram, *vt ait* Non. 2, 783. Plaut... Negat ſe puellan tam domum reuerſuram Lucil. 29. Primum Chryſidem negat ſi reddere. Non. loc. cit. Pubertas ſignata manet Prudent. v. 573. Signata ſacra eſſe deſierunt Varro *ap.* Non. 4, 43 *Parei Lex. Crit.* p. 1156. *Compar.* quid expreſſius et ſignatius cauſam Tertull. de Reſurr. Carn. c. 13.

SIGNĀTE. Adu. *Diſerte ac dilucide, vt id ſignetur propr opus eſt.* Macrob. Saturn. 6, 7 Qui proprie et ſignate locu *Eadem omnino verba ſunt apud* Gell. 2, 6. *Compar.* Forma cabulo ſignatius appellata Ammian. 22, 15. Non, quid ſi explicet, ſcrutatur Id. 23, 6 *pr.*

SIGNANTER. Adu. Signanter et breuiter omnia indica ſon. Gratiar. Act. Hieronym. adu. Iouin. 1, 7 *extr.* Signa proprie ſupra dixerat.

SIGNATIO, ōnis. f. Dial. de Orat. 16 Sed primum ho bo, quos vocetis antiquos, quam oratorum aetatem ſignatione i terminetis. Furtiua Tertull. ad Vxor. 2, 9.

SIGNĀTOR, ōris. m. [σημάντωρ, σφραγιστὴς] *Qui teſt ſignando adhibetur.* Salluſt. in Catil. 16 *pr.* Ex illis teſtes, ſ resque falſos commodare. Suet. in Tiber. c. 23 Illatum dein guſti teſtamentum, non admiſſis ſignatoribus niſi Senatorii o Cum de falſo teſtamento ageretur, omnesque ſignatores lege Co tenerentur Suet. Aug. c. 33. *Conf.* Iuuenal. 10, 335. Val. 7, 7, 2. Sen. de Benef. 2, 23. Prudent. Cathem. 12, 87. Si terrae lumen Manil. 5, 632 *vbi plura id genus Scaliger. Sed in Bentleius,* Signabit terrae limen.

SIGNĀTORIVS, a, um. Adi. [σφραγιστικὸς Onomaſt.] *ſignat, ſeu quo ad ſignandum vtimur.* Paul. Iureconſ. Annulus torius ornamenti appellatione non continetur *l.* 74 Dig. de verb.

SIGNATV̄RA, ae. f. Suet. in Neron. c. 17 Cautum vt in mentis primae duae cerae teſtatorum modo nomine inſcripto, ſignaturis oſtenderentur.

SIGNACV̆LVM, i. n. *Signum.* Tertull. Apol. c. 21 Si lum corporis. Fidei Id. de Spect. c. 24. *conf.* Id. de Ora Scrutari dei ſignacula Prudent. Apoth. v. 294. *conf.* Id. Pſych 360. *et* adu. Symm. 1, 568. Vlpian. Dig. l. 16. t. 3 l. 1 §. 36. Flor. 2 p. 346.

SIGNARIVS, i. m. ζωδιοποιὸς Gloſſ. Gr. Lat. *Signifex.*

SIGNIFĀCIO, ĕre. *pro Significare:* Metianus l. 65 §. iij. SC. Trebel. Nam ſi auditus capaces ſunt, vel interrogati nut ſint ſignificare, velle ſe periculo ſuo hereditatem adire.

SIGNIFĬCO, āre. [σημαίνω, μηνύω] *Signum facere, ſi ſigna notum facere, Demonſtrare.* Plaut. Truc. 4, 3, 14 Eten iſtuc volo: ne inter vos ſignificetis, ego ero paries, *i. ne nuti ſignis aliis colloquamini.* Cic. Verr. 3, 213 Hoc enim mihi ſi caſſe et annuiſſe viſus eſt. Itaque hoc ſaepius dicendum, ti non ſignificandum ſolum, ſed etiam declarandum arbitror Cic. 5, 13. Quod tu non dicendo mihi ſignificaſti Caelius ſub Ci 10. *i. obſcure, ita vt ſubintelligi oportuerit. Add.* Suet. Aug. Cic. ad Brut. *pr.* Scribis mihi, mirari Ciceronem, quod nihil ſ cem vnquam de ſuis actis. Res ſignificanda per geſtum Triſt. 5, 10, 36. Cic. pro Roſc. Amer. 97 c. 34 Quid haec cita celeritas feſtinatioque ſignificat? Idem Verr. 2 c. 60 E praetura primum nata eſt haec poſtulatio: qua quum vtuntur ſignificant, atque adeo aperte oſtendunt, ſeſe ad ſtatuas pecunia tu ac malo coactos inuitiſſimos contuliſſe. Caeſ. Bell. Gall Nam vbi maior atque illuſtrior incidit res, clare per agros, nesque ſignificant. *al.* clamore. Cic. pro Font. 29 *de* Piſon gi, Is igitur vir, quem ne inimicus quidem ſatis in appellando ſi care poterat, niſi ante laudaſſet. Idem Att. 1, 11 Ac ne illu rere, cur, quum ego antea tibi ſignificarem per literas, me ſpera lum in noſtra poteſtate fore, nunc idem videar diffidere. pro Roſc. Amer. 56 Anſeribus cibaria publice locantur, et canes tur in Capitolio, vt ſignificent, ſi fures venerint. ¶ 2 Signi *patiendi verbum pro actiuo* Significo *poſuiſſe veteres teſtis eſt* Gell.

SIGNIFĬCANS, antis. Partic. [σημαίνων] Nomen aut verbum latum proprio ſignificantius eſt Quinctil. 8, 6. Idem 8, 1. nihil inueniri poteſt ſignificantius. Idem 4, 2 Verbis propri ſignificantibus. *Et* 9, 2, 44 Dilucida et ſignificans deſcri Vocabulum ſignificantiſſimum *dixit* Gellius 1, 15.

SIGNIFICANTER. Adu. [σημαντικῶς] Quotidiano v ſatis ſignificanter vſus eſt Sen. Contr. 3, 20. Quinctil. 6, 3 parum ſignificanter etiam illa in ſcholis ἤθη diximus. Di ſignificanter atque ornate Quinctil. 1, 7. Idem 3, 6 Colli tantum eadem, ac diſponere paullo ſignificantius. Acrius, a tius, ſignificantius dignitatem tuam defendiſſem Cic. Fam. 3, 12. Gell. 1, 25 *et* 17, 2. Lactant. 6, 5 *extr.* Significantiſſime prehendite Quinctil. Decl. 247.

SIGNIFICANTIA, ae. f. [ἔμφασις, ἔννοια Gloſſ. Vet.] *Vſi ſunt frequenter ſcriptores eccleſiaſtici:* vt Arnobius 4 ſub init. *it.* p. 134 et 7. 230. Tertull. adu. Valent. c. 6. *et* de Reſurr. Carn. c. 21. Lactan 4, 26 n. 3 *et* 17. Varro *ap.* Non. 4, 384. *conf. et* Non. , 2. *et* 6, 91.

SIGNIFICATVS, a, um. Quae fato manent, quamuis ſignificata non vitantur Tac. Hiſt. 1, 18, 2. Duobus aduentibus eius ſignificatis Tertull. Apolog. c. 21.

SIGNIFICATVM, i. n. [σημασία, δήλωσις Gloſſ. Lat. Gr.] *conf.* rno. 1 p. 3 *extr.*

SIGNIFICATIO, ōnis. f [σημασία, Gloſſ. Vet. ἔμφασις] *Indicatio, indicium.* Auctor ad Herenn. 4 c. 53 Exclamatio eſt, quae ...it ſignificationem doloris. Nutu ſignificationeque Appellare ...c. am. 1, 9 *fin.* Dare ſignificationem Idem de Orat. 2, 153. ...oque ſignificatione Subtracta Tac. A. 1, 81, 3. Habere ſignificationem Cic. Fam. 5, 7. Inueterauit aliena verbi ſignificatio, *vid.* ...NVETERO. Cic. de Amicit. 49 Quum autem contrahat ...rt amicitiam, vt ſupra dixi, ſi qua ſignificatio virtutis eluceat, ad ...at ſe ſimilis animus applicet et adiungat, id cum contigerit, amor ...oritur neceſſe eſt. Significatio aduentus Caeſ. Bell. Gall. 6, 28. ...ce ſignificationes, *vid.* IACIO. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 86 Id vero ...libus fuit pergratum et iucundum, vt ex ipſa ſignificatione potuit g. ſci. *Statim ſequitur,* Et voce et manibus ſignificare coeperunt. ...nuntio, atque vna literarum ſignificatione, ciues Romanos necandos, ...andosque denotauit Cic. pro Lege Manil. 7 c. 3. Idem Off. 1, ...c quibus magna ſignificatio fit, non adeſſe conſtantiam. Falſa ... aliena verbi ſignificatio Gell. 1, 22 *pr.* ¶ 2 Auct. ad ...n. 67 c. 53 Significatio eſt, quae plus in ſuſpicione relinquit, ... poſitum eſt in oratione. Eà fit per exuberationem, ambiguum, ...quentiam, abſciſſionem, ſimilitudinem, *quae deinde exſequitur.* ...*go haec* Significatio *ea, quae Fabio vocari ſolet* Emphaſis, *v. v.* *Eſt etiam ſimpliciter* Significatio, *ſ.* ἐπισημασία (*quo vtitur* Cic. 16.) *fauoris ſ. plauſus declaratio.* Cic. ad Q. Fr. 1, 1, 14 Quoniam eius modi theatrum totius Aſiae virtutibus eſt datum ...atura ita reſonans, vt vsque Romam ſignificationes vocesque re...ur: contende quaeſo, vt his rebus dignus fuiſſe videare. Liu. Deinde ex dignitate magis viſum, ſcribere eum —— quam a...ntem aut referendis ſuis in ciuitatem beneficiis erubeſcere, aut ...ificationibus acclamationibusque multitudinis, adſentatione immo...udorem onerantis.

SIGNIFICATĪVVS, a, um. *Vim ſignificandi habens.* Vlp. in ...t in princ. D. de verb. obligat. Quo fit, vt boni appellatio non ...tae rei ſignificatiua. *Paullo poſt,* Quae res efficit, vt ea appella...rti ſignificatiua ſit. *Conf.* Gaius l. 232 ff. de verb. ſignif.

SIGNIFICATŌRIVS, a, um. *Idem.* Tertull. adu. Hermog. ...rbum ſignificatorium.

SIGNIFICABĬLIS, e. Adi. Varro de L. L. 5, 7 Homo ſignificabilem ore emittit vocem. *i. Loquelam, qua res ſignificatur.*

SIGNIFICĀTVS, ûs. m. [σημείωσις] Plin. 18, 25. Ipſi dies ...on aliquos tempeſtatum ſignificatus habent. *conf.* Vitr. 9, 7. Plin. 2, 25 Acontiae iaculi modo vibrantur ociſſimo ſignificatu. *Et* 18, ... vehementiſſimo ſignificatu. Aſtrorum cum ſignificatibus ſpatia comprehendere Apul. Doctr. Plat. 1 p. 10. *Vſu Grammatico,* Verrius Flaccus in libro de ſignificatu verborum Gell. 5, 16. Ve particula duplicem ſignificatum, eundemque inter ſe diuerſum capit Id. 5, 12.

SIGNIFICVS, a, um. Adi. Apul. de Deo Socrat. *conf. El-*...*rſt. not.* p. 54.

SIGNILIS, e. *i. Signatus, ap.* Mart. Capell. 6 p. 193.

SIGNITĔNENS, entis. Ennius *apud* Varr. de Lingua Latina ... 9, 13 *de Luna,* Quae caua caeli ſignitenentibus conficis bigis, ... *XII percurrentibus.*

S I L

SIL, ſilis. n. *Genus pigmenti, terra luteum colorem, quemadmodum* ...*h reddens.* Auſon. Eidyll. 12 de Monoſyllabis, Eſtne peregrini ... nominis, an Latii Sil? Plin. 13, 12 In argenti et auri metallis ...ſcuntur etiamnum pigmenta, ſil et caeruleum. Sil proprie limus eſt. Optimum ex eo, quod Atticum vocatur. Ibid. 13 Sile pingere primi inſtituere Polygnotus et Mycon. Attico duntaxat. *Adde* Vitruu. 7, 7 *et* 14. Plin. 13, 22. *Conf. Lexicon Vitruu. et Philon. ad* 7, 7. *Ex* Vitr. 7, 11 *et* 14 *colligitur, etiam ad purpureum colorem* Sile *vſos.* ¶ 2 Sil montanum, *quod alias vocatur ſeſeli* ...eri Apic. 3, 5. *conf.* Celſ. 5, 21. Plin. 12, 26. 26, 7. 35, 6. Scribon. 126.

SILACEVS, a, um. *vt,* Silacei cunei, *ad colorem* Vitruu. 7, 5. Silaceus color Plin. 35, 6.

SILA, ae. f. *Mons eſt ſiluae Lucaniae.* Virg. Aen. 12, 715 Ac velut ingenti Sila, ſummoue Taburno. Salluſt. de fugitiuis, In ...ili Sila fuerunt. Cic. in Bruto 85 Cum in ſilua Sila facta caedes eſſet. *Sic editur hodie ex emendatione Turn.* 11, 1 *et* 26, 12.

SILANVS, i m. *Tubus et fiſtula dicitur, e quibus erumpit aqua.* Lucret. 6, 1263 Proque voluta Corpora ſilanos ad aquarum ſtrata iacebant. Celſ. 3, 18 Confert etiam aliquid ad ſomnum ſilanus ...ium cadens. *Vid. etiam* Hygin. Fab. 169. Feſtus, Tullios alii dixerunt eſſe Silanos, alii riuos, alii vehementes proiectiones ſanguinis arcuatim fluentis, quales ſunt (*intell.* proiectiones aquarum) Tiburi in Aniene *etc. vid.* TVLLIVS. *Caeterum in* Vet. Gl. Siluanus ...*s, quod mouit viros doctos, vt* Siluanum *dici putarent ſignum vel ſi*...*lum* Siluani *aquam eiaculantis quacunque parte corporis: quales perſonae ...unt* Martyae, Tullii, Chirones, Hermae, Atlantes; *quod placuit in* ...*ris Cuiacio Obſſ.* 2, 2 *et* 13, 3. *Sed aliae gloſſae cum* Silanum *habeant, cum nihil varietur apud Lucretium, Celſum, Hyginum, tutius videtur nihil mutare: pro qua ſententia multus eſt Morgag. Epiſt.* 1 *in Celſum* p. ...5. *Tanto minus illud opus videtur, cum* Silanus *et* Siluanus *eadem perſona eſſe poſſit: vel etiam* Silanus *ex* Silano *leuiter inflexus. Vid.* SILEVS. *In hanc ſuſpicionem adducit me ſeries notarum et interpretationum in notis* Tironis p. 171 Pan — Faunus — Satirus — Silinus (Silenus) Si...us, Siluinus, Siluanus *etc De toto genere perſonarum aquas eiaculantium, vid. Viri docti ad* Petron. 36 p. 151.

SILĂRVS, *vel* SILĂRIS. m. [Σίλαρος] Lucaniae amnis, cuius haec natura eſt, vt in eum non virgulta modo immerſa, verum et folia lapideſcant, alias ſalubris potus eius aquae Plin. 2, 103. *Vid.* Sil. 8, 58 Virg. Georg. 3, 146 Eſt lucos Silari circa, ilicibusque virentem, Plurimus Alburnum volitans, *etc.*

SILATVM, i. n. antiqui pro eo, quod nunc Ientaculum dicimus, appellabant, quia ieiuni vinum Sili (herba) conditum ante meridiem abſorbebant. *Haec* Feſtus.

SILAVS, *vt nonnulli apud* Plin. *legunt* 26, 8 Herba eſt in perennibus et glareoſis riuis naſcens Apii ſimilitudine. *Hermolaus tamen in Caſtigationibus Plinianis exemplaria corrupta ait, contenditque* Lauer *eſſe legendum: ſumitque* Lauer *pro ea herba, quam vulgus* Creſſionem *vocat. Officinae* Berulam, Sium *Dioſcorides* 2, 119.

SILENI. m. pl. Populi ſunt Indum accolentes *auctore* Plin. 6, 2..

SILENTIVM, *vid.* SILEO.

SILĒNVS, i. m. [Σίληνος] *Bacchi nutricius, vel paedagogus. De quo* Virg. Ecl. 6 *quae* Silenus *inſcribitur. Vid.* Ouid. *in fabula Midae* Met. 11, 90 ſqq. Famulusque dei Silenus alumni Hor. de Arte Poët. 239 Nyſigenae Sileni Catul. 63, 252 *plurium numero in comitatu Bacchi, i. Satyri Seniores.* Pater Silenus Propert. 3, 3, 29. *Vid. Perizon. ad Aelian.* 3, 18. *Silenos cum fiſtulis et tibiis, cauos effigiebant Graeci artifices, qui aperti honeſtas deorum imagines haberent, quali comparat Socratem Alcibiades in Platonis conuiuio ad fin.* p. 333 ſq. *Nominat in eadem re Satyrum Marſyam, quaſi* Silenus *generis nomen ſit, ſpeciei aut claſſis cuiusdam* Satyrus, Marſyas *autem indiuidui. Quid ſi illae fiſtulae atque tibiae occaſionem dedere, vt ſalientibus adhiberetur nominatim Marſyas, quid ſi* Silenus *Aeolica Doricaue ratione in* Silanum *tranſiit?*

SILVNCVLVS, *vid. ſub* SILO.

SILEO, ſilui, ēre. [σιωπάω, σιγάω.] Silere *dicitur, qui nondum coepit loqui. Frequenter Praepoſitioni* De *adiungitur.* Cic. Verr. 4, Me non ſolum ſilere de veſtris monumentis oportebit, ſed etiam laetari, *etc.* Plin. 16, 21 Idque mirum eſt, Graecis auctoribus proditum, apud nos poſtea ſileri. Alium ſilere quod voles, primus ſile Sen. Hippol. v. 873. Silere, Tacere ſignificat, ficto verbo ab S litera, quae nota ſilentii eſt. Paul. Muta ſilet virgo Ouid. Met. 10, 389. Facti culpam ſilere Ouid. Triſt. 2, 208. Cauſa mala ſilenda eſt Id. ex Pont. 3, 1, 147. Ille nefaſtus erit per quem tria verba ſilentur Id. Faſt. 1, 47. Et nunc omne ſtratum ſilet aequor Virg. Ecl. 9, 57. Cic. pro Milon. 10 c. 4 Silent enim leges inter arma, nec ſe exſpectari iubent. Iura ſilent Ouid. ad Liu. 185. Leges bello ſiluere coactae Lucan 1, 277. Loca late ſilent Virg. Aen. 9, 190. Nec caeterae nationes ſilebant ſubita per Pontum arma barbarum mancipium mouerat Tac. H. 3, 47 *pr.* Cic. Acad. 1, 2 c. 1 Silent enim diutius Muſae Varronis quam ſolebant. *h. e. Nihil ſcribit, nihil edit Varro.* Hirt. de Bell. Hiſpan. 3. Vnus ex noſtris reſpondit, vt ſileat verbum facere. *Pro, Ne verbum faciat. Rarum.* Silere *dicuntur plantae, dum latent illorum flores vel germina, tranſlatione ab auditu ad oculos facta.* Colum. 4, 30, 6 Dum ſilent virgae, *vid.* SILENS. Siletur, *Imperſ.* Ter. Phorm. 5, 2, 13 De iurgio ſiletur. Cic. Fam. 11, 6 Nefas eſſe duxi, aut ita haberi Senatum, vt de tuis diuinis in Remp. meritis ſileretur, aut, *etc.* Sileatur ille, *apud* Plin. Epiſt. 8, 22 Quisquis ille, qualiscunque, ſileatur: quem inſignire, exempli nihil: non inſignire, humanitatis plurimum refert. Plin. 12, in prooem. Nullum ſileatur rerum naturae opus

SILENS, entis. Partic. [σιγῶν] Ego abſceſſi ſilens Plaut. Epid. 2, 2, 53. Ouid. Faſt. 5, 483 Mox etiam lemures animas dixere ſilentum, *h. e. Mortuorum.* Anni ſilentes, *vid.* ANNVS. Coetus ſilentum Ouid. Met. 15, 66 *de diſcipulis Pythagorae.* Concilium ſilentum Virg. Aen. 6, 432. Sedes ſilentum Ouid. Met. 15, 772. Vulgus ſilentum Senec. Med. ſ. 10. Aerarium ſilens et quietum Plin. Paneg. c. 36. Caelum ſilens, *pro Tempore ſereno* Idem 18, 28. Dies ſilens a ventis Columel. 4, 29. Silens *nondum emittens germen, vt in verbo vidimus.* Columel 12, 7, 1 Item ferulae cum coliculo ſilentes, quam tenerrimum florem paſtinacae agreſtis, vel ſatiuae cum coliculis, ſilentem florem vitis albae, et aſparagi, *etc.* Luna ſilens, *quando non apparet propter Solis propinquitatem, in interlunio, nobis non lucens.* Plin. 16, 39 Inter omnes vero conuenit vtiliſſime in coitu eius ſterni, quem diem alii interlunium, alii ſilentis lunae appellant. *Add.* 28, 7. Cato R. R. c. 29. 4?, ?. 50, 1 *et* Colum. 2, 10. Luci ſilentes Sil. 17, 22. Nox ſilens Virg. Aen. 4, 517. Sarmentum Colum. 4, 29, 1. *nondum germinans.* Idem 3, 19 Verumtamen praeſtat eligere ſationi ſilentis vel certe placidi ſpiritus diem. Surculi ſilentes, *Nondum germinantes.* Columel. 11, 2, 26. Venti ſilentes Idem 12, 25. Vineae ſilentes Idem 4, 27, 1. *i. Nondum gemmantes.* Vmbrae ſilentes Virg. Aen. 6, 264. *add. ib.* v. 432. Vnda ſilens Valer. Argon. 5, 522.

SILENTIVM, i. n. [σιγή, σιωπή] *Status et velut actio ſilentis, virtus in ſilendo, taciturnitas.* Plin. 10, 69 Silentium in mari piſcantibus. Nullam difficiliorem quam ſilentii credo virtutem, adeoque promtiſſimo ſermone facile delinquimus Quinctil. Decl. 19. Silentium noctis, *pro Intempeſta nocte; quam alii Concubium, alii Conticinium vocant.* Liu. 5, 3 Eodem anno M. Caedicius ex plebe enuntiauit Tribunis, ſe in noua via, vbi nunc ſacellum eſt, ſupra aedem Veſtae vocem noctis ſilentio audiſſe clariorem humana. *Conf.* Id. 8, 23 *c. not. Gron.* Somni ſilentia Ouid. Faſt. 4, 549. Acre ſilentium, et intentum, et cupidum vlteriora audiendi Plin. Epiſt. 2, 10. *vid.* ACER, Adi. Alta ſilentia Ouid. Met. 1, 349. Virg. Aen. 10, 63. Alti et egregii ſilentii homo Hor. Serm. 2, 6, 58. Amica ſilentia tacitae lunae Virg. Aen. 2, 255. *Vid.* Silens Luna. Caeca ſilentia Sil. 7, 350. Fideli ſilentio tuta merces eſt Hor. Carm. 3, 2, 25. Muta ſilentia noctis Ouid. Met. 7, 184. Rabioſa ſilentia Perſ. Sat. 3, 81. Sacrum ſilentium Hor. Carm. 2, 13, 29. Seuera ſilentia noctis Lucret. 4, 462. Suſpicax ſilentium Tacit. Ann. 3, 11. Taciturna ſilentia Ouid. de Arte Am. 2, 505. Tranquilla ſilentia noctis Stat. Theb. 1, 441. Vaſtum ſilentium Tacit. Hiſt. 3, 13. ¶ 2 *Verba:* Per ſilentium Adeſſe aequo animo Ter. Phorm. Prol. v. 81. Agere ſilentium de aliquo Quinctil. 10, 1. Agere per ſilentium Ter. Heaut. Prol. v. 36. Agere alta ſilentia Ouid. Met. 1, 349. Animaduertere cum ſilentio Ter. Eun. Prol. 44. Audire ſilentio, *vid.* AVDIO. Confiteri ſilentio Quinctil. 4, 2. Continere ſuos ſilentio, *vid.* CONTINEO. Conueniſſe ſilentio videtur, inter locatorem et conductorem. *i. Tacite, quamuis diſerte non ſit verbis expreſſum.* Iabolenus in l. Ea lege. D. locati. Dare ſilentium Ter. Hec. Prol. v. 55. Deſcendere in ſilentium Quinctil. 10, 3. Diſſimulare aliquid ſilentio Idem 5, 13. Egredi caſtris ſilentio Caeſ. B. G. 7, 58. *add.* ib. c. 60. Facere ſilentium Quinctil. 2, 5. Silentium Facere ib. 2, 5. *i. efficere, vt alii ſileant.* *conf.* Liu. 2, 45. Curt. 10, 6, 3. Phaedr. 5, 5, 15. Facta tectis ſilentia Virg. Aen. 1, 734. Facere longa ſilentia Ouid. Faſt. 1, 183. *i. Tacere* Facere ſilentia maie-

maieſtate manus Perſ. Sat. 4, 7. Ferre aliquid ſilentio Cic. Tuſc. 2, 46. Habere ſilentium Curt. 10, 7, 3. Ire per ſilentia Virg. Aen. 2, 255. Armati per vrbem ſilentio in Auentinum perueniunt Liu. 3, 54. Per ſilentium haud modice Querendo grauior erat Tac. A. 15, 1, 15. Iubere ſilentia Lucan. 1, 298. Exigua eſt virtus praeſtare ſilentia rebus Ouid. de Arte Am. 2, 603. Praeterire ſilentio Cic. in Partit. 82. *et* Phil. 13 c. 6. Praeteruehi ſilentio Cic. Philip. 7. Hor. Epod. 5, 51 Diana quae ſilentium Regis. *Ex ritu ſacrorum dictum eſt, in quibus imperabatur a Praecone, vt qui aderant, linguam paſcerent, id eſt tacerent, et linguis fauerent. Spectatricem igitur et arbitram magici ſacri Lunam inuocat.* Rumpere ſilentia ſermone Ouid Met. 1, 208. Rumpere alta ſilentia Virg. Aen. 10, 63. Rumpere taciturna ſilentia Lucret. 4, 587. Suadere ſilentia digito Ouid. Met. 9, 691. Silentium eſſe a. *vid.* A, Praep. Silentium eſt cauſarum et iuris Cic. Verr. 5, 31 *quod fit in iuſtitio.* Cic. Att. 5, 16 De Partho ſilentium eſt, ſed tamen conciſos equites noſtros a barbaris nuntiabant ii, qui veniebant. Coram te altum nobis de illo ſilentium eſt Sen. ad Marc. c. 5. Tenuere ſilentia cuncti Ouid. Met. 1, 206. Torquent illam furibunda ſilentia Stat Theb. 10, 890. Transmittere aliquem ſilentio Tacit. Ann. 1, 13. Tranſire quidpiam ſilentio Quinctil. 2, 3 *pr.* Cic. Att. 2, 19. Tranſigere vitam ſilentio, *i. Otioſe et obſcure* Salluſt. Catil. *pr.* Venimus per ſilentium ad aetatis terminos Tacit. Agric. 3, 5. *i. nulla re notabili geſta.* Idem praeturae tenor et ſilentium Tac. Agric. 6, 5 *modeſtia, tumultus et turbarum expers.* Liu. 37, 38 Silentium deinde biduum fuit, neutris transgredientibus amnem. *Intelligit, non fuiſſe ad certamen congreſſos.* Studia fori et ciuilium artium decus in ſilentium acta Tac. Agric. 39, 3. ¶ 3 Augurale *verbum eſt.* Cic. de Diuinat. 2 c. 34 Hic (in auſpicio) apud maiores noſtros adhibebatur peritus, nunc quilibet. Peritum autem eſſe neceſſe eſt eum, qui, Silentium quid ſit, intelligat: id enim ſilentium dicimus in auſpiciis, quod omni vitio caret. Hoc intelligere perfecti auguris eſt. Illi autem, qui in auſpicium adhibetur, cum ita imperauit is, qui auſpicatur, *Dicito, ſi Silentium eſſe videbitur;* nec ſuſpicit, nec circumſpicit: ſtatim reſpondet, *Silentium eſſe videri etc.* Feſtus, *voce* Silentio ſurgere, Hoc eſt proprie ſilentium, omnis vitii in auſpiciis vacuitas. *Poterat aliquis ſuſpicari, non recte intellexiſſe hoc* ſilentium *tribunos, vel ipſum adeo* Liuium 8, 23 Nec tamen ab Dictatore comitia ſunt habita, quia, vitione creatus eſſet? in diſquiſitionem venit: conſulti augures vitioſum videri dictatorem, pronunciauerunt. Eam rem tribuni ſuſpectam infamemque criminando fecerunt. Nam neque facile fuiſſe id vitium noſci, cum conſul oriens (*i. ſurgens*) nocte ſilentio diceret dictatorem —— Cui non apparere, quod plebeius dictator ſit, id vitium auguribus viſum. *Certe ad temporis rationem et ſilentium, quod a media nocte eſſe ſolet, videtur reſpici hic et* 9, 38 Nocte ſilentio, vt mos eſt, L. Papirium Dictatorem dixit.

SILENTIARIVS, i. m. [ἡσυχοποιὸς Gloſſ. Gr. Lat. *it.* σιλεντιάριος] *eſt miniſterii nomen in aula Conſtantinopolitana, de quo ICti ad* Cod. Iuſtin. de Silentiariis et Decurionibus eorum, *et in primis Iac. Gothofr. ad* l. vlt. C. Th. de Decurionibus et Silentiariis. *Breuiter excubias agebant ante cubiculum Principis, cum vel in Conſiſtorio ageret, vel cum Legatis tractaret:* τῆς ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς ἐπιστάται *ab Agathia dicti. Sed eſt res inferioris aeui et Byzantinis, i. Graecis fere propria. Videntur autem etiam in priuatis familiis fuiſſe* Silentiarii, *lautioris conditionis ſerui, quibus interiora quaedam crederentur, et committerentur* ſilenda. Saluian. de Gubernat. Dei 4 p. 96 Ad fugam ſeruos non miſeriae tantum, ſed etiam ſupplicia compellunt. Pauent quippe actores, pauent Silentiarios, pauent Procuratores, prope vt inter iſtos omnes nullorum minus ſerui ſint, quam dominorum ſuorum — Multi ſeruorum ad dominos ſuos fugiunt, dum conſeruos timent.

SILENTIŌSVS, a, um. Adi. *Tacitus.* Apul. Met. 11 p. 257 Opacae noctis ſilentioſa ſecreta.

SILENTVS, a, um. Adi. Gell. 19, 7 Loca ſilenta *ex* Laeuio *antiquo Poeta.*

SILESCO, ĕre. [σιωπάω] *Tacitum fieri.* Ter. Adelph. 5, 2, 10 Niſi dum hae ſileſcunt turbae *i. Sedabitur hic tumultus.* Deûm domus Ioue dicente ſileſcit Virg. Aen. 10, 101. Furor caeli ſileſcit Catul. 47, 2.

SILER, ĕris. n. *Frutex nonnunquam arboreſcens.* Virg. Georg. 2, 12 *inter ſponte naſcentia,* Vt molle ſiler, lentaeque geniſtae. Plin. 24, 10 Sileris folia illita fronti, capitis dolores ſedant. *conf.* Celſ. 5, 23. Colum. 10, 236.

SILEX, ĭcis. c. [πυρίτης] *Lapis durus, ex quo ignis excuti ſolet. Dictus, quod de eo ignis ſaliat: vel quod latentem et velut ſilentem intra ſe ignem habeat, qui attritu aut percuſſu excitetur. Generis communis eſſe, docent* Seru. *ad* Virg. Aen. 8, 233. *Burm. ad* Quinctil. 1, 6 p. 72. *Heinſ. ad* Ouid. Met. 9, 225. *et* Triſt. 4, 6, 14. *Sed et iſta:* Ouid. Met. 7, 107 Aut vbi terrena ſilices fornace ſoluti. Virg. Aen. 8, 233. Stabat acuta ſilex praeciſis vndique ſaxis. E ſilice ignem Pyrodes inuenit Plin. 7, 9. Acutus ſilex Catul. 61, 5. Atra ſilex Virg. Aen. 6, 602. Durus ſilex Ouid. Met. 2, 706. Impenetrabilis ſilex ferro, *vid.* IMPENETRABILIS. Nuda ſilex Virg. Ecl. 1, 17. Numidicus ſilex, *vid.* NVMIDIA. Ordinarius ſilex, *vid.* ORDINARIVS in ORDO. Rigidi ſilices Ouid. Met. 9, 225. Validi ſilices Lucret. 1, 572. Excudere ſcintillam ſilicis Virg. Aen. 1, 178. Et ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem Idem Georg. 1, 135. *Add.* Id. Aen. 6, 471. Colum. 3, 11. Pallad. Ian. t. 13. Tenuantur ſilices ab vſu Ouid. de Arte Am. 3, 91. Stat tibi ſilex in corde Tibul. 1, 1, 64.

SILICEVS, a, um. Adi. [πυριτηκὸς] Quod eſt ex ſilice Cato de R. R. 18. Colum. 12, 46. Plin. 9, 47. Vitr. 7, 7. Impudicorum coetus fortem quoque et ſiliceum virum emollit Sen. de Ira 3, 8. Saxa ſilicea Vitruu. 8, 3.

SILICIO *aut* SILICEO. Quis tam ſilicio? Laeu. *ap.* Gell. 19, 7. *i. durus.*

SILICARIVS, i. m. *inter opifices refert* Frontin. de Aquaeduct. 2 p. 256.

SILICERNIVM, i. n. [νεκρικὸν συμπόσιον] *Conuicium eſt in Senem.* Terent. Ad. 4, 2, 48 I ſane ego te exercebo hodie vt dignus es, Silicernium. *Ad hunc locum reſpiciens dicit* Non. 1, 235 Silicernium peſſime intelligentes ita poſuiſſe Terentium putant, quod incuruitate ſilices cernat ſenex. Silicernium eſt proprie conuiuium funebre, quod ſenibus exhibetur. Varro Meleagris, Funus exſequialis laude ad ſepulcrum antiquo more ſilicernium confecimus, id eſt περίδειπνον, quo pranſi diſcedentes dicimus aliis alii Vale. Feſtus *ait,* eſſe Farciminis genus, quo familia in luctu a fletu purgatur: quia cuius nomine inſtituebatur ea res, is iam ſolum (ſilicem *al.* tium *al.*) cerneret. Caecil. Credidi me ſilicernium eius eſſe eſurum. nato *ad l. c. eſt* Coena, quae infertur diis manibus: vel quod e lentes cernant, i. e. vmbrae poſſideant, vel quod qui haec inf cernant tantum, neque deguſtent. nam de his, quae libantur i quisquis ederit vel biberit, funeſtatur: *aut* Senex erit ſilicer qui iam iamque ſilentibus cernendus ſit. Seru. *ad* Aen. 5, *de inferiis Anchiſae,* Leuiter guſtauit ſerpens epulas ſuperpoſitas, ſilicernium vocantur, quaſi ſilicenium, ſuper ſilicem poſitae: peractis ſacris ſenibus dabantur, vt ſe cito morituros cognoſc *In hoc ergo conuenit, fere Grammaticis,* ſilicernium *eſſe epulum ſep proprie, deinde poni pro ipſis ſenibus.* ¶ 2 *Sed etia audimus* Fulgent. Expoſ. Serm. ant. 8 Silicernios, dici voluerunt incuruos, quaſi iam ſepulcrorum ſuorum ſilices adſpicientes. Cincius Alimentus Hiſt. de Gorg. Leont. ſcribit dicens, Qui dur ſilicernius ſui finem temporis exſpectaret, etſi morti non potuit, infirmitatibus inſultauit. *Cui iſta non ſufficiunt, Voſſii Etymol adeat, vbi inueniet tum alia, tum etiam a* ſilicea hernia, *i. dura, ſilicis, dictos videri ſenes Philelpho, etc.*

SILICIA, ae. *Herba, de qua ſic* Plin. 24, 19 Nec foenog minor auctoritas, quod telin vocant, alii carphos, alii buceras aegoceras, quoniam corniculis ſemen eſt ſimile, nos ſiliciam. Idem 18, 16 *et* 21. *Non videtur differre a* Siliqua, *v. v.*

SILICIVS, [illegible] m. Plin. 16, 16 ſ. 27 Si magnitudinem men caperet (*de* Molluſco *agit*) haud dubie praeferretur cedro. intra pugillares, lectorumque ſilicios aut laminas raro vſu ſpec *Sic libri omnes, manuſcripti etiam, apud Salmaſium et Harduinum. cui videtur legendum* Sicilicos, *a verbo* Sicilio, *quod a verbo* Seco, *vatur.* Sicilicos, *autem interpretatur Segmenta et teſſellas. nulli legere malunt* Silaceas lamineas, *i. Silis colore tinctas.*

SILĪGO, inis. f. [σιλίγνις] *Frumenti genus, ex quo optimus fiebat.* Columel. 2, 6, 1 Tritici genera complura Secunda conditio eſt habenda ſiliginis, cuius ſpecies in pane prae (*candor, vt videbimus*) pondere deficitur. *Et* 2, 9, 13 *de* Granum autem rutilum, ſi cum diffiſſum eſt, eundem colorem i rem habet, integrum eſſe non dubitamus. Quod extrinſecu dum; intus etiam conſpicitur candidum, leue ac vanum intelli bet. Nec nos tanquam optabilis agricolis fallat ſiligo. Na tritici vitium (*deterius genus*) eſt, et quamuis candore praeſtet, dere tamen vincitur. — Omne triticum ſolo vliginoſo poſt te ſationem conuertitur in ſiliginem. Plin. 18, 8 ſ. 20, 1 Sili proprie dixerim tritici delicias. (*etiam* deliciae *et* delicati *in vit. nunquam*) Candor eſt et ſine virtute (*nutriendi*) et ſine po conueniens humidis tractibus. *Et* c. 9 E ſiligine lautiſſimus piſtrinarumque opera laudatiſſima. *Et* c. 10 Siligo nunquam reſcit pariter, *etc. Ibi etiam de* Siligine excepta, an excepticia, Laconica appellatur. *Conf.* ORYZA. Iuuenal. 6, 471 *in f conſuetudinem inuehens*

Sed quae mutatis inducitur atque fouetur
Tot medicaminibus, coctaeque ſiliginis offas
Accipit et madidae, facies dicetur, an vlcus?

SILIGINARIVS, i. m *Siliginis venditor, vel diſtributor.* pian. in l. Si quis Vxori §. Apud D. De Furtis. Siliginario quis di *etc. conf.* Inſcr. *ap. Spon. Miſc. Erud. Ant. p.* 64.

SILIGINEVS, a, um. Adi. [σιλιγνίτης] *Ex ſiligine factum.* 18, 9 Siligineae farinae modius Gallicae XXII *libras* panis reddit. fures ſiliginei Scribon. c. 66. Siligineum panem *pro* De *ſumit* Seneca: *vnde* Plebeio *opponit,* Epiſt. 120. *Item* Epi (123) Malum panem dicis: exſpecta, bonus fiet, etiam tenerum t ſiligineum fames reddet. Varro Catone ſ. de liberis edu *apud* Non. 2, 149 Vel maxime illic didici, et ſitienti videri a mulſam, eſurienti panem cibarium ſiligineum, et exercitato ſo ſuauem.

SILIQVA, ae. f. [κεράτιον, κερατίων καὶ κυάμου καὶ φασήλου καὶ ξυλόγλοκον. λόβος τῶν χεδρόπων Gloſſ. Lat. Gr.] *Folliculus tegumentum, quo grana leguminum includuntur, et ſi quid legumin mile.* Plin. 18, 12 *de fabis,* Nam ſiliquae, caulesque gratiſſim pabulo pecori. Hor. Epiſt. 2, 1, 123 Viuit ſiliquis, et pa cundo. Perſ. Sat. 3, 55 Iuuentus — ſiliquis et grandi polenta, *carnibus abſtinens.* Quaſſans legumen ſiliqua Georg. 1, 74. *vid. Seru. ad h. l.* Idem ibid. 1, 195 Grandi foetus ſiliquis fallacibus eſſet, *i. Quae fallere ſolent. Interdum leguminum folliculi maiores videntur, quam pro ſeminibus, quae tinent.* Nos oleris coma, nos ſiliqua Foeta legumine multi Pauerit innocuis epulis Prudent. Cath. 3, 63. ¶ 2 Sil *Foenumgraecum:* Columel. 2, 11 Foenumgraecum, quod ſiliquan cant ruſtici, duo tempora ſationum habet, quorum alterum e ptembris menſis (quum pabuli cauſa ſeritur) iisdem diebus q vicia circa Aequinoctium. Alterum autem menſis Ianuarii vl vel primo Februarii, quum in meſſem ſeminatur. Idem 2, 2 quae modii ſex vel ſeptem totidem operis obruuntur, metuntur ¶ 3 Siliqua, *Arbor, Latinis etiam* ſiliqua Graeca, *quod fructum ſiliqua obtectum fabae cuiusdam more.* Columel. 5, 10 Sili Graecam, quam quidam ceration vocant, et perſicum, ante bru per Autumnum ſerito. *Add.* Idem de Arbor. 25. Pallad. de v. 117. *Eadem de Rhodii poſt Salmaſium ſententia* Syriaca fi Scribon. 121. *Hinc* Siliqua, *Fructus dictae arboris lignoſus, catus, digitali longitudine, latitudine pollicari, quatuor intus grava tinens, qui* ceration *a cornu ſimilitudine appellatur.* Plin. 15, 2 *poſt Caſtanearum mentionem,* Haud procul abeſſe videantur et praed ſiliquae, niſi quod in iis cortex ipſe manditur: digitorum ho longitudo illis, et interim falcata, pollicari latitudine: *quae de ſatis exprimit illum fructum, qui* S. Iohannis panis *inter noſtros voc* ¶ 4 Siliqua *alia arbor* Plin. 13, 8 Similis his ſiliqua, quam Iones cera am vocant, trunco et ipſa fertilis, ſed pomo ſiliquae, *etc. Praeceſſ ficu Aegyptia et Cypria.* ¶ 5 *Pro minimo pondere,* Ponde pars minima calculus eſt, qui conſtat ex granis ciceris duobus, et quosdam ſiliqua penſante, qui tribus granis hordei declaratur in dere, *etc.* Vet. Auctor de Ponderib. *apud Goeſ. Agrar. p.* 322. CERATIVM. Semina ſex alii ſiliquis latitantia curuis Attribu ſcrupulo Fann. de Ponderib. v. 10. Iſid. 16, 24 Siliqua XXI pars ſolidi eſt, ab arboris ſemine vocabulum tenens. *Vt po rum nomina alia, ad rem pecuniariam traductum hoc etiam nomen eſt in auro ſignificaret, quod dixit Iſidorus, ſiue XII folles, licet non numus peculiaris ita minutus: ſed nempe vel in computationibus ta*

…itur, vel penſabant argento. *Vid. copioſe diſputantem Gronou. de* … 18 p. 309 ſq. *Hinc dictum* Siliquaticum *de quo mox.*

…ICVLA, *vel* SILIQVVLA, ae. f. Dimin. Varr. de R. R. …23, Lupinum cum necdum ſiliculam cepit.

…IQVOR, ări. [κεράτια ποιῶ] *Siliquas facere, quod de legumini-… ditur.* Plin. 17, 9 Inter omnes autem conſtat, nihil eſſe vtilius … ſegete prius quam ſiliquetur, aratro vel bidentibus verſa, *vid.* … m, 7.

…IQVASTRVM, i. n. [κερατέα] *Herba, quae et* Piperitis *di-… piperis ſapore.* Plin. 19, 12 Panax piperis ſaporem reddit, … tiam ſiliquaſtrum, ob id piperitidis nomine accepto, *vid.* Idem … 17 Siliquaſtrum, *vel potius* Seliquaſtrum *ſella eſt, vid.* SE-…RVM.

…IQVATICVM, i. n. [κερατισμὸς] *Vectigal, quod in nun-… nditur fiſco ob venditionem.* Cuiac. Obſer. 16, 2, *Primus integram* … Theodoſii et Valentiniani conſtitutionem *protulit, relatam poſt-… uellas alias. Breuiter in nundinis quibusque ex qualibet mercium … tione, fiſco in ſingulos ſolidos venditor dimidiam ſiliquam, ac ſimi-… tor alteram dimidiam ſiliquam inferre iuſſi.* *vid.* Caſſiod. Var. 2, … *et* 5, 31.

…IVS. *Nomen gentis Romanae, e qua* C. Silius *Cognomine* Italicus, … *onſularis, cuius exſtant libri XVII de Bello Punico.* Martial. 8 … ilius Auſonio non ſemel ore potens.

…LANION, *vel* SILANION. *Statuarius.* Plin. 34, 8 Silanion … *ard.)* Appollodorum fecit, fictorem et ipſum, ſed inter cunctos … iſſimum artis, et inimicum ſui iudicem, crebro perfecta ſigna … item, dum ſatiare cupiditatem nequit artis, et ideo inſanum … inatum.

…I. [Σίλλοι] *Genus carminis mordacis, quod plura cum Satira … abere communia, affirmat Caſaubon. de Rom. Satira 2, 3, p. 217 … bi plura fragmenta Sillorum Timonis referuntur. Res Graeca … memorata etiam* Gell. 3, 17 Timon amarulentus conſcripſit … maledicentiſſimum, qui Sillos inſcribitur. *Add. Voſſ. Inſtit.* … p. 105.

…LOGRAPHVS, i. m. [σιλλογράφος] Sillorum *ſcriptor.* … n. Marc. 22, 16 p. 375 *de Dydimo,* Nonnunquam imperfecte … m reprehendit, Sillographos imitatus ſcriptores maledicos.

…LYBVS, i. m. [σίλλυβος] Membranula, ex qua indices … *vt ait* Cic. Att. 4, 4 *in quem locum ſic ſcribit Graeuius: Legen-… σίλλυβοι, non, vt quidam, σίλλαβοι. Dicuntur aliter* πιττάκια … *tes ſiue membranae, quibus inſcribebantur nomina auctorum, et … luminibus adglutinabantur.* σίλλυβοι *et* σίλλυβα *ſunt etiam Pelles, … ae veſtium adſuebant, vt ex Polluce, Heſychio, et Euſtathio docuit … us ad Hiſtoriam Auguſtam. Sicut autem pelles oris veſtium … ntur, ſic etiam pelliculae ſeu membranulae cum nominibus ſcri-… et operum affigebantur tergis voluminum et codicum. Hinc etiam* … ic. Att. 4, 4 *it.* 5 *et* 8 Bibliothecam *ſuam talibus* ſillybis *illuſtra-… ctam fuiſſe ab his librariis. Nam et in illis ſic legendum eſt,* … lybis, *vt libri prae ſe ferunt. Haec Graeuius. Probat … ntentiam Chriſtian. Gottl. Schwarzius Diſſert. 2 de ornamentis* … *n* §. 22.

S…O, onis. m. Qui prominentia habet ſupercilia, a Sileno, … hirſutis ſuperciliis fuiſſe tradunt: *vt auctor eſt* Feſtus. Non. … ilones ſuperciliis pro minuentibus dicti, ſignificatione mani-… Varro, Nonne non vnum ſcribunt eſſe grandibus ſuperci-… lonem, quadratum, quod Silenus hirſutis ſuperciliis fingeretur. … Rud. 2, 2, 11 Eccum recaluum, ac ſilonem ſenem ſtatutum. Si-… *quidam Naſo repando hominem dicunt: quod* Plinius *ſenſiſſe vi-…* 1, 37 *Certe a naſo tracta ait* cognomina Simorum, Silonum, *vid.* … *it.* SIMVS.

S…ON, Inſulam Indiae *dicit eſſe* Auguſtinus de Ciuit. Dei 21 Quae … caeteris terris praefertur, quod omnis arbor, quae in ea gigni-… unquam foliis nudatur.

S…PHIVM, i. n. [σίλφιον] *Idem quod* Laſerpitium, *vid.* LA-… Plin. 19, 3. *et* 22, 23. *et* 24, 11. Columel. 2, 10. *et* 6, 17. ¶ 2 Silphium, *Regio Libyae, ab inſula Plateae vsque ad os Syrtium pro-… teſte Herod. lib.* 4.

S…VA, SILVANVS, SILVESTRIS, *etc. vid.* SYLVA.

S…VNCVLVS. Dimin. *vel a* Silone, *vt* latrunculus *a* latrone: … Sileno, *vt* a lagena laguncula. Arnob. 3 p. 108 Capitones, Si-… os, Frontones, Labeones coniungit.

S…VRES, um. m. Plur. *Britanniae populi, quos memorat* Tac. Ann. 12, 32 Silurum colorati vultus, *vid.* Idem Agric. 11, 3. Silures … *Cambdenus ſtatuit in Herefordia, Radnoria, Brechinia, Monume-…* Glamorgiana. Silurum inſulae Solin. c. 35.

S…VRVS, i. m. [σίλουρος] *Piſcis, de quo* Plin. 9, 15 *poſt thyn-… mentionem.* Sunt et in quibusdam amnibus haud minores, ſi-… in Nilo, eſox in Rheno —— Silurus graſſatur vbicunque … omne animal appetens, equos natantes ſaepe demergens, prae-… in Moeno Germaniae amne protelis boum *(damus lectionem Har-… dui)* et in Danubio marris extrahitur, porculo marino ſimillimus. … Boryſthene memoratur praecipua magnitudo, nullis oſſibus ſpi-… interſitis, carne praedulci. *Conf.* 5, 9. 19, 37. 32, 9. *it.* Apic. … Iuuen. Sat. 4, 33 Vendere municipes fracta de merce ſiluros. … Id. 14, 132. Nunc pecus aequoreum celebrabere, magne Si-… Auſon. in Moſella v. 135. Amnes ſiluris piſcibus abundantes … Sol. c. vlt. f.

S…LVS, i. m. [σιμὸς Gloſſ. Lat. Gr.] Naſus ſurſum verſum ad-… ncs. *Vnde,* Galeae quoque a ſimilitudine, Silae appellatae ſunt. … Feſtus. Cic. de Nat. Deor. 1, 81 c. 29 Ecquos ſilos, flaccos, fron-… tones, capitones, quae ſunt in nobis? *conf.* Plin. 11, 37 *quem dedimus* … 10: *cum ſint qui legant* Silorum. *Laudatur* Sil. 10, 413 Et … occulitur caecum in veſtigia telum. *Vbi Marſus* Silum *inter-… pretatur Telum in terram infixum, habens aciem ſurſum verſam. Sed … ſine dubio legendum et legitur.*

S…LYBON, *Lata ſpina eſt, folia ferens Chamaeleonis albi. Haec … s cum ſale oleoque cocta eſtur.* *Dioſcorides* 4, 154. Plin. 22, 22.

S…LYS, *Fluuius Europam ab Aſia diſcriminans, quem notiore … nomine* Tanaim *appellamus.* Plin. 6, 7 Tanaim Scythae Sy… vocant.

S I M

…IMA, ae. f. *a* σιμὸς *declinis. Membrum architectonium, quo or-… natur Epiſtylia.* Vitruu. 3, 3 Simae, quas Graeci ἐπιτιθίδας dicunt, faciendae ſunt altiores octaua parte coronarum altitudinis. *Conf.* Idem 4, 3.

SIMAETHVS, *vid.* SYMAETHVS.

SIMBELLA, ae. f. *melius* SEMBELLA. *quaſi* Semilibella, *hoc eſt dimidia libella.* Varr. de L. L. 4, 36 p. 41, 13 Numi denarii decuma libella, quod libram pondo as valebat, et erat ex argento parua. Sembella, quod ſit libellae dimidium, quod ſemis aſſis: *i. ita ſe habet* ſembella *ad* libellam, *vt* ſemis *ad* aſſem. *Ipſe* Varro 9, 3 p. 133, 36 Cum dicimus eandem rationem habere aſſem ad ſemiſſem, quam habet in argento libella ad ſembellam, quid ſit analogon, oſtendimus. *Vid. Gronou. de Pec. Vet.* 3, 12 *p.* 203 *ſq.* Simbellam *ne plane damnemus facit* Sinciput, *quod eſt ipſum quoque* Semicaput.

SIMBRVINA ſtagna. Tacit. Ann. 14, 22 Nam quia diſcumbentis *Neronis apud* Simbruina ſtagna, cui Sublaqueum nomen eſt ictae dapes menſaque diſiecta erat.

SIMENVS, Caelator argenti *apud* Plin. 34, 8.

SIMIA, ae. f. *et* SIMIVS, i. m. [πιθηκὸς] *Hominum figuris proxima animalia, quae cauda carent, et in Libya naſcuntur, vt* … *de ſimiis* Plin. 8, 54. 11, 44. Solin. c. 27. Ennius *apud* Cic. de Nat. Deor. 1, 97 c. 35 Simia quam ſimilis turpiſſima beſtia nobis. *Dictae quod* ſimae *ſint, id eſt naribus depreſſis: vel quaſi* mimae, *id eſt imitatrices.* Martial. 14, 202 Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas. Cic. de Diuin. 1, 76 Simia quam rex Moloſſorum in deliciis habebat, et ſortes ipſas, et caetera quae erant ad ſortem parata diſturbauit, et aliud alio diſſipauit. Simulator humani oris ſimius Claud. in Eutrop. 1, 303. ¶ 2 *Conuicium in eos, quos dicere volunt ſimilitudinem modo qualemcunque hominis habere, homines non eſſe, nomine eo dignos.* Homo ſimius Vatin. ad Cic. Fam. 5, 10, 3. Argentarius Ceſtii ſimius eſt Sen. Contr. 4, 26. Malui collegae me obligare, quam illius ſimiae vultum ſubire Cael. ad Cic. Fam. 8, 12. Plin. Epiſt. 1, 5 In quo Ruſticum inſectatur, atque etiam Stoicorum ſimiam appellat. Hor. Serm. 1, 10, 18 Simius iſte Nil praeter Caluum et doctus cantare Catullum.

SIMIŎLVS, i. m. Dimin. [πιθήκιον] *Contemtus indicandi cauſa fictum.* Cic. Fam. 7, 2, 5 Hic ſimiolus animi cauſa, me, in quem inueheretur, delegerat.

SIMINĪNVS, a, um. Adi. Iulius Obſequens in lib. de Prodigiis c. 103 C. Mario et C. Flacco COSS. in Lucanis duo agni equinis pedibus nati, alter ſiminino capite. *Al.* ſemitrino: *Heum.* feminino. Herba ſiminina Apul. de Herb. c. 86. *quae al. cynocephalion. al. pithecion.*

SIMILA Dea *legitur* Liu. 39, 12 Expromeret ſibi quae in luco Similae Bacchanalibus in ſacro nocturno ſolerent fieri. *Sed cum* Simila dea *nulla adhuc innotuerit,* Stimula Auguſtini, *de qua ſ. l. et ipſa non ſatis certa; videtur commodiſſimum legere* Semelae, *quam Bacchi matrem eſſe notum eſt. Sic etiam Schurzfleiſchius* Vet. Schol. Iuuen. 2, 3 *ita reſtituit,* Nam ſacra Bacchanalia ex SCto damnata ſunt, cum probatum eſſet Senatui, honeſtiſſimas feminas, ad Semelae Deae lucum foede adulterari. *Pith. et Hennin.* Stimulae.

SIMILA, ae. f. [σεμιδαλὶς] *Farina alba et flos, ſeu, deliciae farinae triticeae.* Martial. 13, 10 Nec poteris ſimilae dotes numerare, nec vſus. E tritico firmiſſima ſiligo, deinde ſimila Celſ. 2, 18. *add.* Idem 8, 5. Sidon. 8, 14.

SIMILAGO, inis. f. [σεμίδαλις Gloſſ. Vet. Lat. Gr.] Plin. 18, 8 Aegyptus ſimilaginem conficit e tritico ſuo. *add.* ibid. c. 10. *et* 29, 4. Cato R.R. 75. Additur excuſſus niuea ſimilagine furfur Sammonic. c. 16.

SIMILAGINEVS, a, um. Adi. *vt,* Panis ſimilagineus *apud* Senecam Epiſt. 119.

SIMILAX, *vid.* SMILAX.

SIMĬLIS, e. Adi. [ὅμοιος] *Habet hoc nomen cognationem cum Aduerbio* Simul, *et notat conuenientiam quorundam attributorum, quibus alias diſtingui res ſolent, excepta plerumque quantitate, cum poſſint res* ſimiles *eſſe, quae non ſint aequales, vt paruula imago magno exemplo, infans patri: ſicut* aequales *eſſe poſſunt homines diſſimillimi, aequalia pondera auri et plumbi:* par *autem magnum gradum nunc ſimilitudinis, nunc aequalitatis videtur notare. Vid. Fremsh. ad* Curt. 5, 5, 7. Similis *ergo de quocunque gradu conuenientiae dicitur.* Ter. in prol. Phorm. 32 Ne ſimili vtamur fortuna, atque vſi ſumus. Plaut. Moſtel. 1, 2, 21 Sibi quisque ſimile ſumit. Simili poena commiſſa luere Virg. Aen. 1, 136. Guſtus nitri ſimilis Scribon. 199. *intell.* guſtui. Similis atque eadem, *vid.* IDEM. Magis ſimilis, *vid.* MAGIS. Te ſimilem, *abſolute tuam imaginem dicit, Gronou. ad* Stat. Silu. 1, 6 p. 33 *ſeqq.* Similis, *Genitiuo iunctum, ad morum, vel doctrinae, vel huiusmodi, imitationem refertur.* Ter. Eun. 3, 2, 43 Domini ſimilis es. Idem ibid. 4 Deos eſſe ſimiles tui putas? Cic. Fam. 12, 22 Spes tamen vna eſt, aliquando Populum Romanum maiorum ſimilem fore. Similis, *Datiuo iunctum, de forma, vel aetate, vel fortunis, aut aliis huiusmodi rebus.* Virg. Aen. 1, 593 Os humerosque deo ſimilis. Plinius, Effigie ac lineamentis corporis patri ſimilis. *Haec differentia* Diomedis 1 p. 292 *et* 293 Sum ſimilis tui, moribus; ſimilis tibi, figura: *non ſemper vera eſt: quia vtrumque indifferenter reperitur.* Cic. de Legib. 1, 29 Nihil eſt enim vnum vni, tam ſimile, tam par, quam omnes inter noſmetipſos fuimus. Id. Verr. 5, 30 Sed non video, cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius. *conf.* Liu. 5, 28 *pr.* *De figura in Genitiuo,* Plaut. Men. 5, 9, 30 Nec aqua aquae, nec lacte lacti (crede mihi) vsquam ſimilius, quam hic tui eſt, tuque huius. Cic. Tuſc. 1, 81 Quaererem ex eo, cuius ſuorum ſimilis fuiſſet Africani fratris nepos, facie patris: vita, iſte omnium perditorum ita ſimilis, vt eſſet facile teterrimus. Anhelanti ſimilis Virg. Aen. 5, 254. Hinnuleo ſimilis Hor. Carm. 1, 23, 1. Nimbo ſimiles Virg. Aen. 5, 317. Primus ad extremum ſimilis ſibi Hor. in Arte Poët. 254. *Saepius tamen per Genitiuum mores ſignificamus,* Ter. Adel. 3, 3, 57 Saluus ſit filius: ſpero eſt ſimilis maiorum ſuûm. Cic. Acad. 4, 13 Quum aliquos ex antiquis claros viros proferunt, quos dicunt fuiſſe populares, vt eorum ipſi ſimiles eſſe videantur. Idem de Fin. 4, . . . Stoici autem, quod finem bonorum in vna virtute ponunt, ſimiles ſunt illorum. Plin. 9, 8 Triſtis, et moerenti ſimilis, ipſe quoque (quod nemo dubitaret) deſiderio exſpirauit. Cic. Acad. 4, 99 Etenim is quoque, qui a vobis ſapiens inducitur, multa ſequitur probabilia, non comprehenſa, neque percepta, neque aſſenſa, ſed ſimilia veri. Verique ſimile eſt Celſ. 1 praef. *Sed* Quinctil. 6, 3 Vero ſimilis dolor. Id. 3, 10 Quod eſt vero ſimilius. *Add.* Cic. Fam. 7, 2. Idem de Fin. 4, 31 Nec ſi ille ſapiens ad tortoris eculeum a Tyranno ire cogatur ſimilem habeat vultum, ac ſi ampullam perdidiſſet. Liu. 6, 28 Similem pauorem inde, fugamque fore, ac bello Gallico fuerat. Cic.

pro Rabir. perd. reo 14 Et ſimilis viri tu vlciſceris patrui mortem, atque ille perſequeretur fratris ſui, ſi iſta ratione agere voluiſſet? Idem de Fin 5, 40 Itaque et ſimilis erit finis boni atque antea fuerat. *Conf.* Caeſ. B. G. 2, 38. Forma haud diſſimili In dominum Tac. Ann. 2, 39, 3. Puella vultu honeſto in deae Iunonis ſpeciem ſimilis Apul. Met. 10 p. 255. Cic. Acad. 4, 118 Anaxagoras materiam infinitam, ſed ex ea particulas ſimiles inter ſe minutas, eas primum confuſas, poſtea in ordinem adductas mente diuina. Idem pro Cluent. 40 c. 16 Homines inter ſe cum forma, tum moribus ſimiles, municipum autem ſuorum diſſimillimi. Cic. Fam. 1, 7 Similliinamque in re diſſimili tui temporis nunc, et noſtri quondam fuiſſe rationem. Similes ſunt, vt ſi qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alii malos ſcandant, alii per foros curſent, alii ſentinam exhauriant: ille autem clauum tenens ſedeat in puppi quietus, *etc.* Cic. de Seneſt. 17 c. 6. ¶ 2 *Obſ.* Simile eſt pro Similis *poſitum ait* Non. 3, 205 *laudatque* Titinnium Fullonib. Formicae pol perſimile eſt ruſticus homo. Naeuium Militibus. Tu pueri puſilli ſimile es: Quia enim ad os fers, quidquid nactus es. *Nempe Graeciſmus eſt, vt* Triſte lupus ſtabulis, *etc. intelligitur* πρᾶγμα, negotium. *Peculiare eſt* Simili drachma Sammon. v. 388. *i. aequali pondere.* *Compar.* Quinctil. 12, 10, 42 Poëtis ſimiliores. Plin. 12, 17 Maſtiche tertia in Ponto bituminis ſimilior. Per omnia deis quam hominibus ſimilior Vellei. 2, 130, 5. Ex vno puteo ſimilior nunquam poteſt aqua aquae ſumi, quam haec eſt atque iſta hoſpita Plaut. Mil. 2, 6, 70. *Superl.* Cic. pro Marcel. c. 3 Haec qui faciat, non ego eum cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum deo iudico. Furtis et fraude ſimillimus illi Ouid. Met. 13, 32. Amni puro ſimillimus Hor. Epiſt. 2, 2, 20. Buxo ſimillimus Ouid. Met. 11, 417. Arbos ſimillima lauro Virg. Georg. 2, 131. Flos violae ſimillimus Ouid. Met. 4, 268. Pallor ſimillimus buxo Idem ibid. 11, 417. Quies ſimillima morti placidae Virg. Aen. 6, 522. *Subſtant. Similitudo, apud rhetoros,* Simile vitioſum eſt, quod ex aliqua parte, diſſimile eſt: *it.* Exornatio conſtat ex ſimilibus Auct. ad Herenn. 2 c. 29. *Add.* Cic. de Finib. 4 c. 27. ¶ 3 Simile, [παραπλήσιον] *Aduerbialiter poſitum.* Cic. Acad. 4 c. 5 Simile vos quum perturbare, vt illi Remp. ſic vos philoſophiam bene iam conſtitutam velitis, Empedoclem, Anaxagoram, Democritum, *etc.* profertis. *Sic Victor. et MSS. Sed al.* Similiter. *Superl.* Cic. Tuſc. 2, 54 c. 23 Simillime animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum: remiſſione autem ſic vrgetur, vt ſe nequeat extollere. Idem pro Lege Agr. 1, 13 c. 4 Hic tamen excipit Pompeium: ſimillime vt mihi videtur, atque in illa lege, qua peregrini Roma eiiciuntur, Glaucippus excipitur. Adulterantur vitro ſimillime Plin. 37, 7.

SIMILIGENVS, a, um. Admiſcere ſibi ſimiligena Cael. Aurel. Acut. 2, 19. *Vulgo* Homogenea *vocantur, ſ.* ſimilaria.

SIMĬLO, āre. [ὁμοιόω Onomaſt. Vet.] *Referre aliquid, i. ſimilem eſſe.* Martial. 2, 35 Quum ſint crura tibi, ſimilent quae cornua Lunae, *etc.* Piſciculus, qui equum marinum ſimilat Marc. Empir. c. 8. *Sed, quod in* ASSIMILO *obſeruauimus, fere malunt viri docti* SIMVLO *v. v.*

SIMILITVDO, ĭnis. f. [ὁμοιότης, ἐμφέρεια] *Rei ſimilis forma.* Cic. Off. 1, 56 c. 17 Nihil autem amabilius, nec copulatius quam morum ſimilitudo bonorum. Species ſimilitudinis Scribon. c. 199. Ad ſimilitudinem, *vid.* AD Praepoſitionem. Similitudo periculi Cic. Verr. 5, 94 c. 36. *i. ſimile periculum.* Similitudo veri Plin. 34, 7. Abripere a parentis ſimilitudine filium natura *dicitur* Cic. Verr. 3 c. 12. *i. diſſimilem reddere.* Accedere ad ſimilitudinem alicuius rei, Arripere alicuius ſimilitudinem, *vid. hh. vv.* Similitudine veri capi Liu. 25, 16. Eludere ſimilitudines Quinctil. 5, 13. *de figura rhetorica.* Ducere ſimilitudinem Cic. in Orat. 9. *vid. Formam alicuius facere, in* FORMA. Habere ſimilitudinem Inter ſe Idem Phil. 13 c. 13. Cic. Tuſc. 2, 54 c. 23 Sunt enim quaedam animi ſimilitudines cum corpore.

SIMILĬTAS, ātis. f. [ὁμοίωσις] *Antiquum pro Similitudine.* Caecil. *apud* Non. 2, 827 Vide quid ferat morum ſimilitas. Ne caeterae easdem habeant inter ſe naturae rerum ſimilitates Vitruu. 9, 9.

SIMILĬTER. Adu. [ὁμοίως, παραπλησίως] *Pariter, eodem modo.* Cic. pro Roſc. Amer. 3 Ego etiam ſi omnia quae dicenda ſunt, libere dixero, nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire atque in vulgus emanare poterit. Idem de Nat. Deor. 3, 8 c. 3 Tu autem quid quaeris? ſimiliter facis, ac ſi me roges, cur te duobus contuear oculis. Cic. Philipp. 1, 9 c. 4. Neque vero illum ſimiliter atque ipſe eram, commotum eſſe vidi. Idem Off. 1, 87 c. 25 Similiter facere eos, qui inter ſe contenderent, vter Remp. potius adminiſtraret, vt ſi nautae inter ſe certarent, quis eorum potiſſimum gubernaret. Plin. 11, 25 Similiter his et Scorpiones terreſtres, vermiculos ouorum ſpecie pariunt. Capitibus ſimiliter Scribon. 194. *i. veluti capita.* *Compar.* Scurra multo ſimilius imitatus Phaedr. 5, 5, 34.

SIMITV. [ἅμα] *pro* Simul *poſuere veteres.* Plaut. Stich. 1, 3, 94 Vt mecum ſimitu ires ad ſeſe nunc domum. *Sic* Amphit. 2, 1, 137 Non enim ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuum. Id. Trinum. 52, 1, 1 Multas res ſimitu in meo corde verſo. *conf.* Idem Men. 5, 1, 45. *et* Merc. 1, 2, 8. *et* Truc. 1, 2, 6. Lucil. *apud* Non. 2, 814.

SIMIOLVS, SIMIVS, *vid.* SIMIA.

SIMO, ōnis. m. Simones. [σίμωνες] *Iidem, qui et* Simi *dicti videntur, id eſt, qui nares habent preſſas.* *Comicus ſenex eſt in* Andria Terentii. *Ex Graeca fabula* Horat. A. P. 235 Audax Pythias, emuncto lucrata Simone talentum. Simones *alios, v. g. Magum illum et haereſiarchum, commemorare, alius eſt operae.* ¶ 2 Plin. 9, 8 ſ. 7 *de Delphinis,* Roſtrum ſimum; qua de cauſa nomen Simonis, omnes miro modo agnoſcunt maluntque ita appellari. *Alias iam obſeruaui, haec non videri ad viuum reſecanda, quaſi putauerit Plinius, a Delphinis intelligi, quid* Simo *ſignificet; ſeque* ſimos *naribus eſſe; eamque pulchritudinem eſſe. Sic habent ſua quaedam nomina animantes aliae, ad quorum pronuntiationem accurrere ſolent.*

SIMO, āre. *Deprimere, antiquum.* Lucil. *apud* Non. 2, 771 Simauit taxim ad nares delphinus vt olim. *Sic emendat Turnebus, cum in Nonio legatur* Simat. *Moueri ſe dicit et ſententia, et quod delphini ſimi ſint, vnde et* ſimonis *nomine eos gaudere Plinius refert. Haec ille.* Simauit *etiam MSS. Mercer.*

SIMŎIS, entis. m. [Σιμόεις] *Fluuius, qui ex Ida monte Troiano defluens, iuxta Troiam labitur: et mari appropinquans, commiſcetur Xantho, et in paludem cogitur. Deinde exit in mare iuxta Sigaeum promontorium.* Virg. Aen. 6, 88 Non Simois tibi, nec X nec Dorica caſtra Defuerint. Lubricus Simois Hor. Epod Phrygius Simois Virg. Aen. 1, 622.

SIMONIANI, *Simonis magi aſſeclae* Iſidor. Orig. 8, 5.

SIMONĬDES, is. m. [Σιμωνίδης] *Ceus Poëta Melicus.* Orat. 2, 351 Simonides Ceus primus artem memorandi inueniſſe *Vide ibidem plura.* *Conf.* Quinctil. 11, 2, 11 *ſq.* *Idem de quantum Iambicus Poëta fuit, iudicat* 10, 1, 64. *De Somnio illiu. rabili* Cic. de Diuin. 1, 56 c. 27. *Plinius octauam chordam inueniſſe ſcribit: Euſtathius vero tres duplices literas,* ξ, ψ, θ.

SIMONIDEVS, a, um. Adi. Catul. 38, 8 Moeſtius l Simonideis.

SIMPLEX, ĭcis. Adi. [ἁπλοῦς, ἀφελής Gloſſ. Lat. Gr.] *neque ex pluribus conflatum; adeoque opponitur* Duplici *aut* mul *diciturque quaſi* Sine plica. Ter. in Prol. Heaut. 6 Duple ex argumento facta eſt ſimplici. Crinis ſimplex collectus in nodum Ouid. Met. 8, 319. Simplex, *Verum et ſincerum* Falſum *opponitur.* Cic. Fam. 11, 28 *extr.* Trebacio noſtro mag gratias, quod tuum erga me animum ſimplicem atque amicum a *Vbi plicae ſunt in veſtimento; charta etc. aliquid vitii deliteſcere* animus ſimplex, *in quo nihil latet, nihil ſubdolum, corruptum, mulatum quidem etc.* Idem de Fin 2 c. 14 His initiis omnia vera diligimus, id eſt fidelia, ſimplicia, conſtantia: tun falſa, fallentia odimus, vt fraudem, periurium, malitiam, ini O virum ſimplicem, qui nos nihil celat! Cic. in Orat. c. 69. Serm. 1, 3, 52 — At eſt truculentior, atque Plus aequ ſimplex fortisque habeatur. *Vt ſunt cognata virtutibus vitia, nunquam de* ſtultis, luxurioſis, nepotibusque, et omnibus vitiis callidis *vſurpatur, ſec.* Sen. de Ira 2, 16 *extr.* Fuit pr ſtultitiam ſimpliciſſimus Aur. Victor Epit. c. 46 *extr.* In do ſimplicem eſſe Quinctil. 2, 2, 5. *Virtus eſt.* *Hinc e co* Duplex *eſt doloſus. Certe, quod ſupra ponere oblitus ſum, ita inte cum Lambino et Torrentio, antiquoque ipſo Scholiaſte* Vlyſſeï d curſus per mare *apud* Hor. Od. 1, 6, 7 *non ſimplicis, ſed Oſtendit Lambinus,* διπλοῦν *ita poni a Graecis. Hoc ſane ſimpl et dignius Horatio, quam* curſus duplices, *(nam emendatio Betl ducis nimium audax videtur) aut* duplex Vlyſſes, *i. geminus, cu ne ad Meſſalam et Agrippam, quod Sanadono placet.* Mundi plex mulier Hor. Carm. 1, 5, 5. Aetas ſimplex Stat. Theb. Martial. 10, 20 Tu mihi ſimplicibus Mani dilectus ab annis, textata cultus amicitia, *i. Puerilibus, vbi ſimulationi, ambitioni, bus, nondum locus eſt.* Bonum ſimplex et verum Cic. Aca Cibus ſimplex, *nullo condimento corruptus,* Martial. 4, 30. 11, 53 Homini cibus vtiliſſimus ſimplex. *Conf.* Tac. Germ Quinctil. 6, 3, 18 Salſum igitur erit, quod non erit inſulſum quoddam ſimplex orationis condimentum. Domus ſimple ſcia fraudum Stat. Silu. 3, 1, 32. Homo ſimplex, *apertus, ctum, nihil ſimulatum habens* Cic. Acad. 4, 112. Idem de Nat 2, 144 Flexuoſum iter habet, ne quid intrare poſſit, ſi ſimplex e ctum pateret. Medicamenta ſimplicia Scribon. 67. 105. 178. bilitas Ouid. Faſt. 2, 225. Natura ſimplex pollet vnius De dent. in Romano v. 324. Natura vocis ſimplex Quinctil. Res ſimplex Scribon. 19. *al.* Simplex medicamentum. Rur plicia Plin. 12, 1. Verba Suet. Tib. c. 61. Via mort erat ſimplex Virg. Georg. 3, 482. Vtilitas ſimplex Quinctil. Simplicia Scribon. Ep. *fin.* *it.* Comp. 72. *i. medicamenta non co ta.* *Compar.* Hor Serm. 1, 3, 63 Simplicior ſi quis, qualc ſaepe libenter Obtulerim tibi Mecaenas. *Conf.* Martial. Quantò eſt ſimplicius, beneficium acceptum augere Senec. nef. 2, 28 *pr.*

SIMPLICĬTAS, ātis. f. [ἁπλότης, ἀφέλεια] *Virtutis ſ men eſt illius, quae malam omnem diſſimulationem, et occultationem tiae noſtrae excludit.* Martial. 10, 47 Prudens ſimplicitas, pares Supereſt alterutra ex parte iudicium tuum: in quo mihi aeq cunda erit ſimplicitas diſſentientis quam comprobantis auctorita Epiſt. 3, 4 *extr.* Fabularum conuiualium ſimplicitas Tacit 6, 5, 3. Inerat ſimplicitas et liberalitas: quae, niſi adſit n in exitium vertuntur Tac. H. 3, 86, 3. Conuictus Plin. 31. *Conf. h. l. Buchn.* Vir ſimplicitatis Generoſiſſimae 2, 125, 5. Iocantium Senec. de Benef. 3, 26. Hanc ſimpl tuae veritatique gratiam relaturi, vt te, quae vis, velle; qua vis, nolle credamus Plin. Paneg. c 54. *Add.* ibid. c. 4. de Tranqu. An. c. 15. Nuda ſimplicitas Ouid. Amor. 1, Vir in tantum bonus, in quantum Humana ſimplicitas intelligi Vell. 2, 43, 4. Rudis ſimplicitas Ouid. de Arte Am. 3, 113. Martial. 1, 39. Gloriari ſimplicitate Quinctil. 5, 7.

SIMPLICĬTER. Adu. [ἁπλῶς, ἀπλοικῶς, εἰσάπαξ, ἁπλῇ] *aperte.* Cum ſimplici homine ſimpliciter Agerem Cic. Acad. 4 Plin. Epiſt. 5, 3 Amice et ſimpliciter reprehenderunt. Idem 5, 2 Recipies ergo epiſtolas ſteriles et ſimpliciter ingratas, *h. e. fatentes, me nihil habere quod reponam.* Cic. in Topic. 84 autem quaeritur, quale id ſit, aut ſimpliciter quaeritur, aut comp *Conf.* Idem Acad. 1 c. 2. Dicere ſimpliciter Martial. 1 De cauſa pro mea conſuetudine breuiter ſimpliciterque Dixi Ci Arch. *extr.* Plin 8, 4 Elephas homine obuio forte in ſolit et ſimpliciter oberrante clemens placidusque etiam demonſtrare traditur: *i. ſine conſilio venandi.* Simpliciter ad neceſſario quisque Scripſerat, vt ſentiebat Curt. 7, 2, 36. *Add. ib. p. p.* ebria ſimpliciter Martial. 1, 88. *i. Sine diſſimulandi conatu.* Off. 1, 92 Haec praeſcripta ſeruantem, licet grauiter, magnifice moſeque viuere, atque etiam ſimpliciter, fideliter, et vitae hom amice. Multum intereſt ſimpliciter viuas an negligenter S Ira 2, 16. Sequi docentes ſimplicius Quinctil. 2, 12. pliciter, *quaſi dicas Generaliter, ſine alia adiectione aut interpret* Paullus in l. Lecta D. Si cert. petat. Pactum autem, quod ſub eſſet, quidam dicebat ad ſortis ſolutionem tantum pertinere, non ad vſurarum, quae priore parte ſimpliciter in ſtipulationem ven Vlpian. in l. Ab hoſtibus §. vlt. D. ex quib. cauſ. maior. *etc. par.* Simplicius et antiquius permutatione mercium vtuntur T Germ. 5, 6. *Add.* Quinctil. 1, 3. Gell. 4, 19. Curt. 8, 1 Ego ac tu ſimpliciſſime inter nos hodie loquimur Tac. H. 1, 15,

SIMPLICĬTVS. [ἁπλῶς] *Antiquum, pro Simpliciter.* Mercat. Sed eam ſimplicitus dicam, ſi opera eſt auribus *ap.* 2, 825. *In fabula quae exſtat* 2, 2, 15 Dicam, ſi videam, tibi eſſe ram aut otium.

SIMPLICO, āre. Lapis ſubter vel teſta ponenda eſt, vt radicem non implicet, ſed repercuſſa reſpergat Pallad. 2 t. 16. *Conf. Barth. Adu. 8, 4.*

SIMPLVS, a, um. Adi. [ἁπλȣ̃ς] *Vnicus, vel ſingulus.* Plaut. Moſt. 2, 2, 73 Sceleſtae hae ſunt aedes, ſimpla eſt habitatio. Varr. R R. 2, 10 Aut ſi mancipio non datur, dupla promitti : aut ſi ita pacti ſimpla. ¶ 2 *Subſtant.* Liu. 29, 15 Simplum imperare quod duplicato militum numero aut vectigalium opponitur. Plaut. Poen. 5, 6, 25 Obſecro te, vt liceat ſimplum ſoluere. *Conf.* ... ad Hymn. 14, 878.

SIMPLARIVS, a, um. Simplariae venditiones *ſunt, pro quibus* ... *venditor non habet de dupla emtori repromittere, quarum meminit* ... us in l. Emtori D. de euictionibus. *Ita enim* ſimplariae venditiones *a* Pomponio *dicuntur, vt* ſimplariae actiones, duplariae, *et* quadruplariae *dicebantur, quae in ſimplum, duplum, quadruplum dabantur.* ... 48 §. vlt. ff. de aedil. ed. *Eadem ratione* armaturae ſimplares, duplaresque *a* Vegetio *dicuntur,* de Re militari 2, 7 quas qui geſtabant, ... s et duplas conſequebantur annonas. *Et a* Modeſto, De vocabulis militaris, Torquarii ſimplares, duplareſque.

SIMPLVDIARIVS, a, um. Feſtus, Simpludiaria funera ſunt, quibus adhibentur D. T. *(i. Scaligero interprete,* duntaxat) ludi corbitoresque. Quidam ea dixerunt eſſe, quibus neutrum genus interceſſet ... m : nam indictiua ſunt, quibus adhibentur non ludi modo, ... m deſultores, quae ſunt ampliſſima. *Dicuntur ergo quaſi* ſimpli ... ia, *quod* ſimpli ludii *adhiberentur. Nempe* ludI *legendum videtur,* ... ludi. *Conf. Scalig. Lect. Auſ. 1, 28 p. 81. Kirchm. de Fun. Rom.* ... *31 et 37.*

SIMPŎLO *vel* **SIMPVLO**, ōnis. m. Simpolones dicuntur Conuiuae : nam et Amicus ſponſi, qui cum eo per conuiuia ambulat, Simpulator dicitur. Sutrius in comoedia Piſcatoria, Summates viri ... ones facti ſunt ganei. Eſt autem Ganeum Taberna. *Haec* ... it. de Priſco Serm. n. 49. *Hinc*

SIMPVLĀTOR, ōris. m. Amicus ſponſi aſſiduus cum eo in conuiuiis Iſid. Gloſſ.

SIMPVLĀTRIX, īcis. f. Mulier rebus diuinis dedita. Feſtus, ... mplum : *vbi e* Schol. Iuuenal. 6, 342 Simpuuiatrix.

SIMPŬLVM, *ſiue* **SIMPVVIVM**, i. n. [Vet. Gloſſ. Simpulum, ...] *Vaſis nomen ad liquida vſurpati in ſacris. Magnos in hoc* Simpulo *fluctus mouerunt critici, tum quod ad ſcriptionem, tum quantum* ... *etymologiam. Scribitur enim* Sympinum, Sympullum *et* Sympuuium, ... *Hadr. Iun. Animaduerſor. 2, 10. Nos orthographiam poſuimus,* ... *editoribus fere placuit : de etymo nihil legi, quod praeferre audeam* ... *rianae ſententiae, Coniect. in Varr. p. 54 ab Ebraeo* Sephel ספל, ... *ſi eadem qua* Ambubaiae, Camphora, Sambuca *ex Oriente deri*uant. *Sed ponamus potius auctoritates huius nominis.* Varro *igitur* ... L. 4, 26 p. 31, 23 Quo vinum dabant, vt minutatim funderent, ... Guttum appellabant : et quo ſumebant minutatim, a ſumendo (Sumere *eſt* bibere) Simpulum nominauere. In huiuſce locum ... uiuiis e Graecia ſucceſſit Epichyſis *(ad fundendum)* et Cyathus *(ad ſumendum ſ. bibendum)* in ſacrificiis remanſit Guttum et Simpulum. *Hoc itaque apparet,* Simpulum *eſſe paruulum vaſculum ad ſumendum bibendumue aut libandum adeo vinum. Paruum ſatis oſtendit iocus* Cic. de Legib. 3, 36 c. 16 Et auus quidem noſter, ſingulari virtute in hoc municipio, quoad vixit, reſtitit M. Gratidio, cuius in matrimonio ... m auiam noſtram habebat, ferenti legem Tabellariam. Excitabat ... im fluctus in ſimpulo, vt dicitur, Gratidius, quos poſt filius eius Marius in Aegeo excitauit mari. *In parua re turbauit pater : totam* Rem*publ. filius concuſſit.* Feſtus, Vas paruum, non diſſimile cyatho ; quo vinum in ſacrificiis libabatur : vnde et Mulieres diuinis rebus ... e, Simpulatrices dicuntur. Simpulo et catino fictili ſacri... Apul. Apol. p. 285, 41. Plin. 35, 12 ſ. 46 In ſacris quidem etiam inter has opes non murrhinis, cryſtallinisue, ſed fictilibus proli... ſimpuuiis. Cic. de Haruſp. 23 c. 11 Si aedilis verbo aut ſimpulo aberrauit, ludi ſunt non rite facti. *Reſpicit ad h. l.* Arnob. adu. gent. 4 p. 148 Si per imprudentiae lapſum aut in verbo ... am aut ſimpuuio deerrarit *etc.* MS. Sympiuio, *quod fauet* Sym... *Iunii.* Idem 7 p. 235 Date quaeſo immortalibus DIs bibant, ... os, brias, pateras, ſimpuuiaque depromite. *Ap.* Non. 15, 12 ... , Non vides ipſos deos, ſi quando volunt guſtare vinum derepere ... minum fana, et tamen tum ipſi illi Libero ſimpuuio vinitari. ... inuitari *verum eſt, hoc ſenſu, ab ipſo illo Libero ſ. Baccho inuitari* ... *illo poculo, non amphoris, aut maioribus certe poculis.* Iuuenal. 6, 342

> Et quis tunc hominum contemtor numinis, aut quis
> Simpuuium ridere Numae nigrumque catinum,
> Et Vaticano fragiles de monte patellas,
> Auſus erat?

et Schol. Vas ſacrificiis aptum, in quo Pontifices lauare *(leg.* libare) ... ant. ——— *Simpuuiatrix* illa dicitur, quae porrigit poculum ... *Caeterum ex h. l.* Iuuenalis Simpuuium Numae *repetiiſſe* ... *idetur* Prudent. Periſt. 2, 513 Quidquid Quiritum ſueuerat Orare Simpuuium Numae, Chriſti frequentans atria *etc.*

SIMVL. Adu. *congregandi.* [ὁμȣ̃, ἅμα, ὁμόσε] Ter. Eun. 2, 2, 10 ... l conſilium cum re amiſti. Plin. Epiſt. 7, 16 *pr.* Simul militauimus. Virg. Ecl. 9, 18 — Heu tua nobis Paene ſimul tecum ſolatia rapta Menalca? Totos dies ſimul eſſe Cic. Att. 5, 10. Idem Fam. 9, 1, 8. Simul tecum Plaut. Amph. 2, 2, 122. ... ic pro Font. 23 Niſi aliquoties ex ipſis accuſatoribus vobiſcum ſimul ... dies audiſſem. Idem pro Domo 79 Sed etiam optimi ciues ... utur nobiſcum ſimul hac ciuitate. *Conf.* Idem Fam 16, 9. ... ic de Amicit. 13 Neque enim aſſentior iis, qui haec nuper diſſerere ... erunt, cum corporibus ſimul animos interire, atque omnia morte ... eli. Idem Tuſc. 3 c. 18 Quod ſi cui, vt ait idem, ſimul animus ... re concidit, *etc.* Simul cum nuncio dilabi Nep. 18, 3, 4. Idem 3, 2, 2. 11, 3, 3. 23, 6, 4. ¶ 2 Simul, *pro* ... *Ablatiuum regit.* Sil. 5, 418 — Auulſa eſt protinus hoſti Ore ſimul ceruix. Tacitus *ſaepe ita locutus eſt ; vt* Ann. 3, 64, 3 Quindecimuiri ſeptemuiris ſimul. *Et* Ann. 4, 55, 3 Verum Hypaeeni, Trallianique Laodicenis ac Magnetibus ſimul transmiſſi. Idem Ann. 6, 9 Aceruatim ex eo Annius Pollio, Appius Sillanus, Scauro Mamerco ſimul, ac Sabino Caluiſio, maieſtatis poſtulantur. *Sic* ... ἅμα, *Graeci cum Datiuo copulare ſolent, vt,* ἅμα δὲ χιτῶνι ἐκδυομένῳ ἐκδύεται καὶ τῇ αἰδῷ ἡ γυνή. Ouid. Tr. 5, 10, 29 Quippe ſimul nobis habitat diſcrimine nullo Barbarus. Virg. Aen. 5, 357 Et ſimul his dictis faciem oſtentabat. *Et* 11, 827 Simul his dictis linquebat habenas. Val. Flacc. 4, 88 Quo ſimul aſſumta pulſus fide luctus. Sen. Troad. 1045 Cum ſimul ventis properante remo. Stat. Silu. 5, 1, 214 Palaeſtinis ſimul Hebraeique liquores. *Sic Grondu. Al.* Palaeſtini, *quod non damnauerim, cum ſequatur S in principio proximae vocis, quod more ſuo geminare ſemel poſitum aeque facile potuere librarii, quam bis poſitum ſemel omittere.* Sil. 3, 268 His ſimul, immitem teſtantes corpore ſolem Exuſti venere Nubae. Stat. Theb. 10, 107 Vera ſimul falſis permixtaque triſtia blandis. Seuer. Aetna 57 Geminatque fauentes Vndique diſcordes comitum ſimul agmine ventos. Nemeſian. Cyneg. 158 Genetrice ſimul. Auien. Deſcr. Orb. 283 Coniugibus natisque ſimul. ¶ 3 Simul, *interdum ſimpliciter coniungit plures propoſitiones, vel verba adeo. Laudatur* Vatin. *ad* Cic. Fam. 5, 13 Ciues Romanos occidit, abripuit, diſperdidit, regiones vaſtauit, ſimul vero ſemiſſis homo contra me arma tulit. *Sed vetus exemplar legit* Seminus, *al.* Simius, non Semiſſis homo. Salluſt. Cat. 16 His amicis, ſociisque confiſus Catilina, ſimul quod aes alienum, per omnes terras ingens erat. *i. Etiam. Vid.* Ter. Andr. 1, 1, 132. Cic. pro Balbo c. 25. Liu. 3, 66 *pr.* Quinctil. 10, 1 Qualis ferri fulgor quo mens ſimul viſusque perſtringatur. Plin. 9, 35 Superbo ſimul ac procaci faſtu, vt regina meretrix. Idem Epiſt. 2, 7 Sordidum ſimul et ſumtuoſum. *Poterat hic plane omitti, ſaluo ſenſu, vt in illo* Ter. Andr. 3, 1, 31 Multa concurrunt ſimul. Simul, *pro Eadem opera.* Plaut. Merc. Prol. 1 Duas res ſimul nunc agere decretum eſt mihi. ¶ 4 Simul *geminatum diſtributionibus ſeruit.* Tacit. Agr. 36, 1 Simul conſtantia, ſimul arte Britanni ingentibus gladiis et breuibus cetris miſſilia noſtrorum vitare vel excutere. Idem Agr. 25, 2 Simul terra, ſimul mari. *Et* 41, 1 Simul virtutibus ſimul vitiis. *Et* Ann. 14, 40, 2 Domitius Balbus ſimul longa ſenecta, ſimul orbitate et pecunia inſidiis obnoxius. *Cum totas propoſitiones iungit, habet eandem paene vim, quam* Cum *et* Tum, Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos, Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit Virg. Aen. 2, 220. Quinctil. 1 Praef. Simul vt pleniore obſequio demererer amantiſſimos mei : ſimul ne vulgarem viam ingreſſus, alienis demum veſtigiis inſiſterem. Liu. 1, 9, 5 Nusquam benigne legatio audita eſt, adeo omnes ſimul ſpernebant, ſimul tantam in medio creſcentem molem ſibi ac poſteris ſuis metuebant. Idem 27, 3 Milites aedificiis emotos, ſimul vt cum agro tecta vrbis fruenda locarentur : ſimul metuens, ne ſuum quoque exercitum, ſicut Annib. *etc.* Cum ſimul terra ſimul mari bellum impelleretur Tac. Agric. 25, 2. *Conf.* Idem Ann. 1, 49, 1. Caeſ. B. G. 4, 13. Liu. 2, 10 *et* 65. Curt. 4, 1, 11. *et* 6, 7, 15. ¶ 5 Simul ac ; *ſignificat Quumprimum, vel Statim quum, ſiue Poſtquam.* Cic. Verr. 1, 27 c. 10 Verres ſimul ac tetigit prouinciam, ſtatim Meſſanam literas dedit. Idem Fam. 6, 18 Simul ac accepi a Seleuco tuo literas, ſtatim quaeſiui e Balbo per codicillos, quid eſſet in lege. Virg. Aen. 4, 90 Quam ſimul ac tali perſenſit peſte teneri. *Conf.* Nep. 16, 5, 3. Cic. Verr. 1, 34 c. 13 Simul ac poteſtas primum data eſt, adeunt hi, quos dixi. Idem de Nat. Deor. 2, 124 Quaedamque ſerpentes ortae extra aquam, ſimul ac primum niti poſſunt, aquam perſequuntur. *Conf.* Suet. Caeſ. c. 30. Simul atque. *Idem.* Cic. de Fin. 1, 51 Omne animal ſimul atque natum ſit voluptatem appetere, eaque gaudere vt ſummo bono. Idem Verr. 5 Vt temporibus illis ſimul atque hoſtis ſuperatus eſſet, ager araretur omnis. *Add.* Nep. 17, 2, 1. *et* 18, 4, 3. Simul et, *pro Atque etiam, vel praeterea.* Cic. Verr. 1, 106 Quemadmodum ſine periculo ſuo dare poſſent, non videbant, ſimul et iſtum fore tam improbum non arbitrabantur. Simul primum, *vt* Cum primum, Liu. 6, 1 Quum ciuitas in opere ac labore reficiendae vrbis teneretur, interim Quint. Fabio ſimul primum magiſtratu abiit ; ab C. Martio Tribuno pleb. dicta dies eſt. Cic. de Fin. 2, 33 c. 11 Omne autem animal ſimul vt ortum eſt, et ſe ipſum, et omnes partes ſuas diligit. Idem Acad. 4, . . . Itaque ſimul vt experrecti ſumus, viſa illa contemnimus. *Conf.* Idem Att. 10, 4 *extr.* *Etiam ſine particulis* Ac *vel* Atque. Liu. 26, 43 Qui ſimul in poteſtate veſtra erunt, extemplo omnia quae nunc ſub Carthaginenſibus ſint, in ditionem tradunt. Simul *dixit pro* Simulac. Cic. Acad. 4, 51 c. 27 Et ſimul inflauit tibicen, a perito carmen agnoſcitur. Simul accepi literas tuas, ſtatim Idem Fam. 6, 18. *conf. Manut. ad h. l. it. Graeu. ad* Cic. Att. 2, 20 p. 264. *add.* Liu. 10, 35. 24, 38. 25, 29. Hor. Od. 1, 4, 17. *et* 4, 7, 9. Ouid. Met. 6, 511. *et* Triſt. 1, 4, 29. *et* ex Pont. 2, 3, 23.

SIMITV, *antiquum pro* Simul, *vid. in ſuo loco.*

SIMPLAX, ācis. f. *Hoc nomine apud Dacos appellatur plantago aut arnogloſſa.* Apul. de Herb. c. 1.

SIMVLACRVM, i. n. [ἐπεικόνισμα, εἴδωλον, ζώδιον Gloſſ. Lat. Gr.] *a* Simulo ; *proprie dicitur Imago alicuius rei ficta.* Simulacra, *enim principio ex deſiderio mortuorum orta ſunt, vt qui iam defecerant, viuere viderentur.* Cic. pro Domo 111 Mulieris ſimulacrum e marmore. Ibid. 110 Libertatis ſimulacrum in ea domo collocabas. Effigies, ſimulacrumque Mithridatis Cic. Verr. 2, 159. Diuûm ſimulacra Virg. Aen. 2, 517. Deorum Nep. 17, 4, 7. *Conf.* Ouid. Her. 6, 91. Non ita antiqua ſimulacra, *vid.* NON. Auguſta ſimulacra, *vid.* AVGVSTVS. Aurea ſimulacra Lucret. 2, 24. Inania ſimulacra Ouid. Met. 3, 668. Lignea ſimulacra deorum Idem Met. 10, 694. Nitentia ſimulacra fragili cera Iuuen. Sat. 12, 88. Vaſta ferarum ſimulacra Ouid. Met. 2, 194. Imbecilla ac mortalia vultus ſimulacra Tacit. in Vita Agric. 46. Infelix ſimulacrum, atque ipſius vmbra Creüſae Virg. Aen. 2, 772. *vbi* Seruius: Simulacra, ſunt Deorum ; Vmbrae, Inferorum ; Animae, quae caelum petunt. *Add.* Idem *ad* Aen. 4, 654. *et* 10, 819. ¶ 2 *Quidquid fictum et ſimulatum eſt, appellatur* Simulacrum. Gell. 7, 5 *de Polo hiſtrione,* Lugubri habitu Electrae *(Oreſtis reliquias geſtantis)* indutus, oſſa atque vrnam e ſupulcro tulit filii *(ſui, quem modo eluxerat)* et quaſi Oreſti *(vrnam)* amplexus oppleuit omnia non ſimulacris neque imitamentis, ſed luctu atque lamentis veris et ſpirantibus. Cic. Fam. 10, 1 In qua nec Senatus, nec populus vim habet vllam, nec leges vllae ſunt, nec iudicia, nec omnino ſimulacrum aliquod ac veſtigium ciuitatis. Corporis ſimulacra ignotis nota faciebant Cic. Fam. 5, 12. Ciuilitatis particulae ſimulacrum Quinctil. 2, 15. Cic. pro Arch. 30 Statuas et imagines non animorum ſimulacra, ſed corporum, ſtudioſe ſummi homines reliquerunt. Libertatis Tac. Ann. 1, 7, 2. Cic. de Finib. 2, . . . Ergo in beſtiis erunt ſecreta a voluptate humanarum quaedam ſimulacra virtutum : in ipſis hominibus virtus niſi voluptatis cauſa nulla erit? Belli ſimulacra cientes Lucret. 2, 42 *et* 318. Virg. Aen. 5, 585. Martia Claud. de Conſ. Hon. 4, 538. Mortis Stat. Theb. 8, 341. Pugnae ſimulacra

Quin-

Quinctil. 2, 10. Naualis ſimulacrum edere Liu. 29, 22. *Conf. Drak. in* Sil. 7, 119. Multa modis ſimulacra videt volitantia miris Virg. Aen. 7, 19. Cic. in Orat. . . . Atque vtinam in Latinis talis oratoris ſimulacrum reperire poſſemus: eſſet egregium non quaerere externa, domeſticis eſſe contentos. Simulacrum *vocat*, *Quod ad perfectae eloquentiae ſimilitudinem formatum ſit.* Homo dei ſimulacrum eſt Lactant. 6, 10 *pr. qui eſt ſacer ſignificatus.*

SIMVLATE, SIMVLATOR, *etc. vid. paullo poſt.*

SIMV̆LO, āre. [σκήπτομαι, ὑποκρίνω, προσποιέομαι] Imitari *et* referre. *A* Similis *deriuatur, vel vt quidam volunt, a* Simul. *Nempe ipſum* ſimilis *cum* ſimul *cognationem habet non minorem, quam Graecum* ὅμοιος *cum* ὁμοῦ. *Quin ipſum* Simul *et* ſimilis *ex Graeco* ὁμοῦ *et* ὁμαλὸς *orta videri poſſunt, Spiritu aſpero in ſibilum mutato, et vocali verſa.* Hor. A. P. 19 Simulare Cupreſſum, *i. pingere.* Idem Epiſt. 2, 1, 241 — Duceret aera Fortis Alexandri vultum ſimulantia. *i. referentia. Sic* l. 12 C. Th. de Paganis, ſacrif. Ridiculo exemplo metuens, quae ipſe ſimulauerit. *i. ſimulacra a ſe facta Deorum. Huc pertinent, quae relata ſunt in* SIMILO. *Eſt enim vnum idemque verbum: nec magis differunt* Similo *ac* Simulo, *quam* maximus *et* maxumus. *Vid.* ASSIMILO. Simulare aegrum Liu. 25, 8. Simulare anum Ouid. Met. 3, 275. Si quis vultu toruo ſimulet Catonem Hor. Epiſt. 1, 19, 2. Lumine tecto ſomnus ſimulatur Ouid. Epiſt. 21, 199. Simulare, Fingere, ac pro vero falſum tradere, vt ait Donatus. Ter. Heaut. 4, 1, 23 Non ſimulare mortem verbis, re ipſa ſpem vitae dare. Quid eſt, quod amplius ſimulatur? Ter. Heaut. 5, 1, 28. Qui ſe ſimularet Dioni inimicum Nep. 10, 8, 2. Cic. de Amicit. 99 c. 26 Et litigare ſe ſimulans, blandiatur. Idem Verr. 1, 12 Vt tertius dies ſic hominem proſterneret vt morbo ſimulato nunquid reſponderet, ſed quemadmodum non reſponderet deliberaret. *Sic* Caeſ. Bell. Gall. 1, 44 Simulare Amicitiam. *Et* Cic. A. 1 in Verr. 15 Simulat his ſe rebus confidere, ſed video quid agat. *Conf.* Idem Off. 1 c. 30. Nimbos et non imitabile Fulmen ſimularat Salmoneus Virg. Aen. 6, 590. Gaudia vultu ſimulare Ouid. de Arte Am. 1, 678. Vultu ſpem ſimulat Virg Aen. 1, 213. Votum pro reditu Idem Aen. 2, 17. Piſcem ſimulare Scribon. 185. *i. fingere, imitari.* Simulo non ſentire, *pro Diſſimulo* Plin. Epiſt. 3, 14. Non es quod ſimulas, *inquit* Hor. Serm. 2, 7, 56. Plaut. Amph. 1, 1, 45 Verum quaſi affuerim, tamen ſimulabo, atque audita eloquar. Idem Curc. 3, 21. Simulare eſt fingere ſcire, quae neſcias: Diſſimulare, fingere neſcire, quae ſcias. Salluſt. in Catil. . . . Cuius rei libet ſimulator, ac diſſimulator. Nonius 5, 72. Virg. Aen. 1, 520 Diſſimulant et nube caua ſpeculantur amicti. *In quem locum* Seruius, Diſſimulamus nota; ſimulamus ignota: Diſſimulamus quod ſumus; ſimulamus quod non ſumus. ¶ 2 *Pro referre ſimilem eſſe:* Cum ſint crura tibi, ſimulent quae cornua lunae Martial. 2, 35. *Al.* Similent, *v. v.*

SIMVLANS, antis. Partic. [ὑποκρίνων] Hor. Epiſt. 2, 1, 241 — Aut alius Lyſippo duceret aera Fortis Alexandri vultum ſimulantia. Hos remiſit, ſimulans, ex vinculis effugiſſe Nep. 4, 2, 2. *Add.* Idem 9, 5, 3. *et* 23, 9, 3. Ouid. Amor. 2, 6, 23 Non fuit in terris vocum ſimulantior ales. *al.* Simulacior. Bonum publicum ſimulantes, pro ſua quisque potentia certabant Salluſt. Cat. c. 38.

SIMVLANTER. Adu. Apul. Met. 8 p. 205. Quod ſimulanter ſuſcipit.

SIMVLAX, acis. *Vnde* ſimulacior, *quod quidam legunt ap.* Ouid. Amor. 2, 6, 23 Non fuit in terris vocum ſimulacior ales. *Vid. Heinſ. plura ſimilia afferens, quae ſuſpecta merito habet Burm.*

SIMVLĀTVS, a, um. Partic. Paſſ. [ὑποποίητος, προσποίητος] *Vt,* Dolor ſimulatus Lucan. 10, 83. Amicitia Nep. 10, 3, 1. 14, 11, 5. Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt, nec ſimulatum quidquam poteſt eſſe diuturnum Cic. Offic. 2 c. 12. Amorem ſimulatum fingere Propert. 2, 24, 47. Simulatae neſcius Artis Lucan. 4, 744. Conſcientia ſimulata Tacit Ann. 2, 40. Laudatio Nep. 17, 6, 3. Verba ſimulata Virg. Aen. 1, 714.

SIMVLĀTE. Adu. [σκηπτομένως] *Cui opponitur* Ex animo. Cic. de Nat. Deor. 2, 168 *extr.* Mala enim et impia conſuetudo eſt, contra deos diſputandi: ſiue ex animo id fit, ſiue ſimulate. Simulatius exit proditionis opus Petron. in Fragm. p. 680 B.

SIMVLĀTIO, ōnis. f. [ὑπόκρισις, σκῆψις, προσποίησις] *Fictio, ſimulata et ficta alicuius rei internae per vultum aut ſigna alia, repraeſentatio.* Per ſimulationem amicitiae me prodiderunt Cic. ad Quir. poſt Red. c. 9. Cic. Fam. 1, 9 A quibus tuendus fuerat, derelictus: idque non ſolum fronte, atque vultu, quibus ſimulatio facillime ſuſtinetur. Ter. Heaut. 4, 5, 34 Non mea eſt ſimulatio. Ex omni vita ſimulatio diſſimulatioque tollenda eſt Cic. Off. 3 c. 15. Quam non eſt facilis virtus? quam vero difficilis eius diuturna ſimulatio? Cic. Att. 7, 1. Prodit ſe, quamlibet cuſtodiatur ſimulatio Quinctil. 12, 1, 29. Quos in ſua ſimulatione pudor magis quam voluntas tenet Sen. de Tranqu. An. c. 2. Nominis ſimulatione Alexandri Nep. 18, 7, 2. Simulatione officii, *etc.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 9. Cic. Verr. 1, 39 Nullae ſunt occultiores inſidiae quam hae, quae latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Simulatione contra eos, animo pro iis ſtetit Vell. 2, 48, 4. Fallax imitatio, ſimulatioque virtutis Cic. Acad. 4, 140. Induere ſimulationem alicuius rei, *vid.* INDVO. Simulatio, *pro Similitudine.* Cic. de Fin. 2 c. 22 Pro vera certaque iuſtitia ſimulationem nobis iuſtitiae traditis. Plin. 11, 44 Simiarum genera perfectam hominis ſimulationem continent, facie, naribus, auribus, palpebris, *etc.* Plin. Pan. 63, 5 Liberae ciuitatis ne ſimulationem quidem ſerues?

SIMVLĀTOR, ōris. m. [ὑποκριτὴς] Cic. Off. 1, 108 De Graecis autem dulcem et facetum, feſtiuique ſermonis, atque in omni ratione ſimulatorem, quem εἴρωνα Graeci nominauerunt, Socratem accepimus. Idem Qu. Frat. 1, 3 *extr.* Meſſalam tui ſtudioſum eſſe arbitror, Pompeium etiam ſimulatorem puto. Cuiuslibet rei ſimulator ac diſſimulator Sall. Catil. c. 5. Tantum ne pateas verbis ſimulator in illis Ouid. de Arte Am. 2, 311. Artifex et ſimulator figurae Morpheus Ouid. Met. 11, 634.

SIMVLĀTRIX, īcis f. Simulatrices, *ſcribit* Feſtus, *voce* Piatrix, *eſſe* Mulieres ſagas et expiatrices, vel ſacerdotes, quae expiare ſunt ſolitae, *quod verbum putatur ex eo natum, quod in ſacris multa ſimulentur, et ſimulata pro veris haberentur.* Seru. *ad* Aen. 2, 116 Virgine caeſa. Non vere; ſed vt videbatur. Et ſciendum, in ſacris ſimulata pro veris accipi: vnde cum de animalibus, quae difficile inueniuntur, eſt ſacrificandum, de pane, vel cera fiunt, et pro veris accipiuntur. Hinc eſt etiam illud Virg. Aen. 4, 512 Sparſerat et latices ſimulatos fontis Auerni, *vbi hoc ipſum obſeruat* Seruius. cebantur et Simpulatrices. *v. v.* *Conf.* ARGEVS n. 3 *ſub* A *inprimis videndus nobilis locus* Ouid. Faſt. 2, 339 *ſqq.* *Paull* Stat. Theb. 4, 551 Colchis et Aeaeo ſimulatrix litore Circe. *i.* *v* *ſec. Scalig. ad* Cirin. *Barth. ad formas ab ea immutatas refert*

SIMVLĀMEN, ĭnis. n. [προσποίημα] *Simulacrum.* O *Adonide interemto ab apro,* Met. 10, 726 Annua plangoris perage lamina noſtri. *Singulis annis Adonia, id eſt ſacra in Adonis h celebrantur: in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris re tur.* Ipſa ſuo gaudet ſimulamine nautica pubes Auſon. in la v. 228. *i. imagine, quam in aqua limpida conſpicatur.*

SIMVLAMENTVM, i. n. Gell. 15, 22 in tit. De comme ſimulamentis.

SIMVLATILIS, e. Adi. *Simulatus, fictus.* Nec ſtat imagineis latilis vmbra figuris Fortunat. de Mart. 2.

SIMVLTER, *antique pro* Similiter Plaut. Pſeud. (1, 3, 14 oſſabo ego illum ſimulter itidem, vt muraenam coquus. Nonius 2, 780. *Sed Gronqu. in Plauto* Similiter.

SIMVLTAS, ātis. f. [ἔχθρα] *Odium longum et, quod aiu bituale, ſiue illud lateat, ſiue apertum ſit.* Feſtus, Simultas eſt O dicta ex contrario, quia minime ſint odientes ſe ſimul. Poteſt e imulatione dicta exiſtimari, quia ſimulata loquuntur adin Plaut. Pſeud. 1, 3, 50 Nam hic id metuit, ne illam vendas ob ſi tem ſuam. Saepe ſimultates ira morata facit Ouid. Amor. 1, Cic. pro Lege Manil. 71 f. *extr.* Vt multas etiam ſimultates, parti ſcuras, partim apertas intelligam mihi non neceſſarias, vobis no tiles accepiſſe. Idem Qu. Frat. 1, 1 Ex quibus nonnullas ſi tes cum magna mea laetitia ſuſceptas habemus. Vetus atqu qua ſimultas inter finitimos Iuuen. Sat. 15, 33. Deponere ſi tem Cic. Fam. 2, 19. Exercere ſimultatem Idem pro Fla Gerere ſimultates cum aliquo Quinctil. 4, 1. Habere ſimu cum aliquo Cic. pro Cluent. 80. Intercedit ſimultas hui Curione Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 25. Subire ſimultatem Cic. pro Manil. . . . Eſſe ſimultatem alicui cum aliquo Idem F 6. Eſſe in ſimultate cum aliquo Nep. 25, 17, 1. Su ſimultatem Cic. Qu. Frat. 1, 1.

SIMVS, i. m. *Pictor.* Plin. 35, 11 Simus pinxit iuuenem eſcentem in officina fullonis, Quinquatrus celebrantem *etc.* Simus *herba eſt, de qua* Plin. 22, 22 Simus lapides renum in vino cta atque pota eximit. Mures enecat cauerna eorum ſimo pra Vlcera iumentorum ſimi radix tollit.

SIMVS, a, um. Adi. [σιμὸς] *Naſi epitheton, cum eſt in inter oculos, depreſſior.* Plin. 11, 37 Et altior homini tantum, que vi mores ſubdolae irriſioni dicauere, naſus. Non alii animaliu res eminent. Auibus, ſerpentibus, piſcibus foramina tantum ad ctus, ſine naribus. Et hinc cognomina, Simorum, Silonum. Ecl. 10, 7 Dum tenera attondent ſimae virgulta capellae. ille ſima nare, turgidis labris Martial. 6, 39. ¶ 2 *na Comica vel Mimica, ruſtici, ſordidi etc. vt* Simo. Sueton. Galb Atellanis notiſſimum carmen exorſis, Venitio Simus e villa, c ſimul ſpectatores conſentiente voce reliquam partem retulerunt ſaepius verſu repetito egerunt. *Fuit aliquid in ipſo carmine, quo deretur Galba, non* Simi *appellatio. Ipſi enim* aduncum naſum *trib* Sueton. c. 21 *et numi.*

SIMV̆LVS, a, um. Diminut. Martial. 5, 63 Simulus iſte eſt, vxori ſemper adhaeret Qui, Menedore, tuae. Simula, ſi ac ſatira eſt Lucret. 4, 1162. *Haec ad naſi formam pertinent. proprium eſt,* Simulus exigui cultor cum ruſticus agri V Moret. v. 3.

S I N

SIN. [ἢν δὲ, κἂν, εἰ] *Conditionalis Coniunctio, a* Si *non m diuerſa, niſi quod fere, fere inquam, non plane ſemper, in apodo aliam conditionem ponitur.* Ter. Hec. 4, 4, 13 Ego Pamphile eſ ter nos, ſi fieri poteſt, affinitatem hanc ſane perpetuam volo: ſi vt aliter tua ſiet ſententia, accipias puerum. *Vid.* Ibid. 4, 1, 44 vt dicat velle ſe, Redde. Sin eſt autem, vt nolit, recte ego con meae. Cic. Fam. 7, 12 Si plane a nobis deficis, moleſte f ſin Panſae aſſentari commodum eſt, ignoſco. Id. Tuſc. 2, 24 Si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, vte ſin erit ille gemitus lamentabilis, ſi imbecillus, ſi abiectus, ſi fle ei qui ſe dederit, vix eum virum dixerim. Idem Epiſt. 4, quid rectiſſimum ſit, quaeritur, perſpicuum eſt: ſi, quid maxim pediat. Cic. Att. 9, 15 Si mihi veniam quam peto, dederit, illius conditione: ſin minus, impetrabo aliquid a me ipſo. *poſitum non praecedente* Si: *non tamen ſimpliciter ſine conditione a praecedente,* Sin, cum potuero, non venero Cic. Att. 9, 2. autem id actum eſt Idem pro Roſc. Am. c. 47. *Add.* Idem 14, 3. Sin is virilem ſexum non reliquiſſet Nep. 17, 1, 3. de Orat. 3, 134 Nunc contra plerique ad honores adipiſcendos Remp. gerendam nudi veniunt atque inermes, nulla cognitione re nulla ſcientia ornati. Sin aliquis excellit vnus e multis, effert ſe, *Certe* Quod ſi *in talibus locum habeat.* Sin *elliptice pro* Si non, Si minus, *vel* Sin aliter. Cic. Att. 10, 13 Verumtamen, ſi pares a inter ſe; quieſcendum: ſin, latius manabit, et quidem ad nos, inde communiter. Priapeiorum auctor,

Donec proterua nil mei manu carpes,
Licebit ipſa ſis pudicior Veſta.
Sin: haec mei te ventris arma laxabunt.

Sin aliter, *plene* Cic. Fam. 11, 14 Si ita eſt, omnia faciliora: ſin ter, magnum negotium. *Add* Nep. 18, 6, 2. *et* 8, 6. Sin tem. Cic. Att. 10, 6 Si vir eſſe volet, praeclara ſynodia: ſin aut erimus nos qui ſolemus. Sin minus Scribon. 67. 114. *Notabile coniugium particularum* Primum, ſin. Ter. Adelph. 3, 4, Haec primum vt fiant, deos quaeſo vt vobis decet. Sin aliter ani veſter eſt, *etc.* Cic. de Amicit. 80 Quamobrem primum da opera eſt, ne qua amicorum diſſidia fiant: ſin tale aliquid euene vt exſtinctae potius amicitiae, quam oppreſſae videantur. *Tale* Cic. Fam. 2, 10 Quare, mi Rufe, vigila primum, ne nobis ſuccedat Sin id erit ſpe ſerius, id quod facile eſt, ne quid mihi te poris prorogetur.

SINĀPI. n. *Indecl.* [σίνηπι] *Planta, cuius cognomine ſemen m dax tritum cum dulcibus ſuccis, menſis etiam noſtris familiare eſt.* N excaſtratum Scribon. 9. Ex aceto tritum Id. 180. Alexand ni

n lin. 12, 7. Idem 20, 22 Sinapi cuius in ſatiuis tria genera xit is, Pythagoras principatum habere ex his, quorum ſublime s ſ atur, iudicauit, quoniam non aliud magis in nares et cerebrum ne et. *Add.* Tertull. adu. Gnoſt. c. 60. Pallad. Febr. t. 24. M.t. t. 9. *et* Oct. t. 11.

SI ĀPIS, *etiam legitur* Plaut. Pſeud. 3, 2, 28 Teritur ſinapis lera cum illis. Seque laceſſenti fletum factura ſinapis Co- n. , 122. Plin. 19, 8 ſ. 40.

SI ĀPE, is. n. [σίνηπι] Columel. 11, 3 Sinape atque coriandrum nec minus erucam et ozimum, ita vti ſata ſunt, ſua ſede immo- pe anent. Sunt acres ſinapis ſapores Plin. 19, 12. Varr. R. 1, 59, 4 Seruare rapa coniecta in ſinape, nuces iuglandes in are- *Sed legitur hodie* confecta *vel* conſecta. *Proinde* Sinape *Accu- iui non eſt, ſed Ablatiuus, qui a Nominatiuo* Sinapis *etiam peſt.*

SI APISO *vel* SINAPIZO, āre. [σιναπίζω] *Sinape tanquam …laro impoſito eroſionem cutis et ſeri emiſſionem procurare (quod hodie ic oriis quae vocant, et vſu cantharidum obtinent) curationis cauſa.* …l. …ard. 5, 1, 26 Item alternis ſinapizat diebus, et in omnibus vl- at nem cutis exiſtimat faciendam. *Et* Tard. 1, 4, 117 Sinapi- da etiam manus aegrotantium atque pedes. *Vtitur etiam* Ve- …ilom. 2, 6, 11. *it.* 3, 34.

…I APISMVS, i. m. [σιναπισμὸς] *Curatio per Sinapi.* Cael. rc 3, 8, 112 Item Sinapiſmus vſque ad cutis humorem adhibendus, n xime vehementem fortitudinem locis humore corruptis, atque i dixerim hebentibus (*ſic lego pro* habentibus) admouet m iſtrat.

…I CERASTVM, *vid.* SYNCERASTVM.

… CĒRVS, a, um. Adi. [εἰλικρινής, καθαρὸς] *Cum I enim non Y be… um eſt, vti probat Voſſius in Etym. contra Vallam, qui pro Y con- … x σὺν compoſitionis parte deducens. Significat autem Incorruptum fucatum, interpolatum, vulneratum, integrumque adeo.* Donatus Eun. 1, 2, 97 Sincerum, Purum, ſine fuco, et ſimplex, vt mel a. Ex amphora primum, quod eſt ſinceriſſimum, effluit; …mum quodque turbidumque ſubſidit Sen. Ep. 108. Plaut. I. 4, 51 *in contentione ſeruili, vter habeat tergum a vibicibus, cica- …t, plagarum et tormentorum veſtigiis purius,* Poſtea adſpicito me- …, …ando ego tuum inſpectauero, ni erit tam ſincerum, vt quiuis …at mpullarius optumum eſſe opere faciendo corium, et ſinceriſſi- …m *Add.* Sen. Ep. 66. Gell. 15, 1. *et* 20, 6. Cor- … cerum, et ſine vulnere Ouid. Met. 12, 100. Sinceriore rp …ulo factum, *dicit conualeſcentem* Gell. 18, 10. Sincerius ud m capere Iuſtin. 10, 1, 3. Genae ſincerae Ouid. de Arte …n. 202. Membra ſincera Lucret. 3, 717. Truncus ſin- rus Ouid. de Nuce 35. Cic. de Diuin. 2, 118 Quod licet exiſti- are n aliis quoque oraculis Delphicis aliquid non ſinceri fuiſſe. or. …iſt. 1, 2, 55 Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis, aceſcit. aut acchid. 3, 4, 11 Sincera mens. Propolis ſincera Scribon. 4. Porci ſinceri Plaut. Men. 2, 2, 16. *i. Puri.* Cic. Att. 10, Mi bilia multa, nihil ſimplex, nihil ſincerum. Apparet nihil ace eſſe Liu. 3, 35. Nihil eſt tam ſanctum atque ſincerum in nit Cic. pro Quint. 5, c. 1. Sincerus, verus, Simulatus, et cat, *contraria* Idem de Amicit. 95. Sanum, ſiccum ac ſince- m c. de Clar. Orat. 208. *de genere dicendi.* Fide ſincera agere iu. , 4. Sinceriſſima Fide dixerim Symmach. 4, 56. For- na cera Lucan. ad Piſon. 242. Iudicium ſubtile et ſincerum ic. m. 15, 6. Iudicium prudens ſincerumque Idem in Orat. c. Laus ſincera Claud. de Sext. Conſ. Hon. 404. Pro- inc or ſincerus et grandis Thucydides Cic. de Clar. Orat. 286. rſe ſimplicior et ſincerior Gell. 13, 26. Voluptas nulla eſt ſin- ra uid. Met. 7, 453. Cic. Fam. 13, 50 Si me a tuis omnibus iar ides, hoc mihi da atque largire, vt M. Curium ſartum et te- m vt aiunt, ab omnique incommodo, detrimento, moleſtia ſince- m tegrumque conſerues. Lucret. 3, 886 Scire licet non ſince- m nere, atque ſubeſſe Caecum aliquem cordi ſtimulum. *i. Intel- er otes verba illius non ex animo, et vere dici.* Perſ. Sat. 5, 25 lid u crepare dixit. *Eſt a vaſis fictilibus deſumta locutio, quae tin- u noſcuntur, ſintne ſolida et ſincera, an fracta et rimoſa.*

SI CERE. Adu. [εἰλικρινῶς] *Pure et integre.* Caeſ. Bell. Gall. o lacc vt intelligatis, inquit, ſincere a me pronunciari, audite Ro- no milites. Si iſtud crederem ſincere dici Ter. Eun. 1, 2, 97. rpi ſincere eſt Scribon. 113. *i. ſine febre.* Temperate, pruden- , e incere agere Cic. Att. 9, 10. Idem ibid. 3, 15 Craſſi liber- n nihil puto ſincere locutum. Hos ſincerius exploratiusque l corrigere poterit vel probare Gell. 7, 3. Sinceriſſime diligere gu n. Ep. 3. Suades vt quid Sinceriſſime Id. ib. 11.

SI CERĬTER. *Aliud* Adu. [καθαρῶς] *Idem quod Sincere.* Gell. 15 Quas qui ſinceriter cupiunt.

SI CERĬTAS, ātis. f. [εἰλικρίνεια] *Puritas, integritas.* Plin. 7 *b fin.* Salinarum ſinceritas ſummam fecit ſuam differentiam. pit firma ſinceritas Pallad. 1, 3. *i. ſanitas.* Sinceritatem ha- re *i. Integritatem* Columel. 4, 26.

SI CINIA, ae. f. Sinciniam cantionem ſolitariam *interpretatur* ſtu *Sed Sicinium legi volunt viri docti. Vid.* SICINIVM *et* SI- NIVAE.

SI CĬPVT, itis. n. [βρέγμα] Quaſi Semicaput, *inquit* Phocas mmaticus *itemque* Velius Longus *p.* 2237 *pr. ſignificatque Partem ca- is porcini dimidiatam ſ. fiſſam, conditam et ad edendum paratam.* Plin. 8, 51 erectaque coenis abdomina, glandia, teſticuli, vuluae, ſincipita ver- a. *In deliciis coenae* Sinciput Plaut. Men. 1, 3, 28. Iuuen. Sat. 85 Comedam, inquit, flebile nati Sinciput elixi, Parioque maden- ac… Fumoſum ſinciput Perſ. Sat. 6, 70. Cornut. in ſ. 76 Sinciput anterior: occipitium, dicitur poſterior pars ca- is. *Non ſatis accurate, vereor. Certe ſinciput porci dimidiatum vi- er partem dextram et ſiniſtram, non anteriorem et poſteriorem.* eraſ. Plaut. Men. 3, 2, 41 Non tibi ſanum eſt ſinciput. *Et* 4, 69 Negabas mihi eſſe ſanum ſinciput.

SI DA, ae. f. [Σίνδα] Oppidum Lycaoniae, in confinio Gala- ae, que Cappadociae, *teſte* Plin. 5, 27.

SI DON, ŏnis. f. *Textile linteum. Sera illius et rara mentio apud atin. Forte antiquiſſima* Martial. 4, 19 Nec ſic in Tyria ſindone tus is. Auſon. Ephem. p. 96 Puer eia ſurge, et calceos, Et ntea da ſindonem, Da quidquid eſt amictui. *In hiſtoria Euange- a ſindonis mentio ſepulcralis in Domino noſtro* Matth. 27, 59. Marci , 46 *et* Lucae 23, 53 vulgato interprete *vocem Graecam retinente, vt* et Marci 14, 51 *vbi eſt iuuenis περιβεβλημένος σινδόνα,* amictus ſindone.

SINE. Praepoſitio *ſeparatiua, vt* Abſque. [ἄνευ, χωρὶς] Ter. Heaut. 2, 3, 47 Sine auro tum ornatam. Imperium ſine fine dedi Virg. Aen. 1, 279. Hor. Serm. 1, 4, 120 — Simul ac durauerit aetas Membra, animumque tuum, nabis ſine cortice. *i. Citra cuſtodem ac paedagogum ipſe te reges ac moderaberis.* Acron *prouerbii admonet, putat* metaphoram ſumtam a iuuenibus, qui quum primitus nare diſcunt, corticibus aut ſuberibus ventri ſubligatis natant: deinde exercitatiores, citra huiuſmodi adminicula natare incipiunt. Sine Dote vxor veniet Ter. Ad. 4, 7, 41. Sine Comite Idem Hec. 5, 3, 25. Sine noſtra Cura maxima Idem Phorm. 5, 1, 34. Non poteſt ſine Malo fateri Idem Eun. 4, 4, 46 *in ſeruum pertinacem, cui ſic cruciatum minatur dominus.* Sine Periculo non fit facinus magnum et commemorabile Ter. Heaut. 2, 3, 73. Sine delectu Vlp. in l. 1 §. 1 D. de poſtulando. Sine dubio Pomp. in l. Liber homo D. de acquir. rer. domin. Sine riuali amare, *vid.* RIVALIS. Age iam, cum fratre an ſine Cic. Att. 8, 3.

SINGENTIANVS, a, um. Adi. Radix Singentiana Apul. de Herb. c. 7. *i. acorus.*

SINGVLARIS, *vid. infra* SINGVLVS.

SINGVLTVS, ūs. m. [λύγξ, λυγμὸς] *Dicitur Sonus ille ex ſubita commotione et velut conuulſione faucium, ſtomachi praeſertim, ortus, voci gallinarum parturientium, vel fetarum, pullos ſuos vocantium ſimilis.* Colum. 8, 5, 3 Singultibus crebris interiecta voce acuta, gallinae ſe parturire ſignificant. Idem 8, 11, 15 Singultus nutricis ſequuntur pulli. *Apud homines cum fletu coniunctus eſſe ſolet* ſingultus. Cic. pro Planc. 76 c. 31 Non modo lacrimulam, ſed multas lacrimas, et fletum cum ſingultu videre potuiſti. Catul. Argon. ſ. 65, 131 Frigidulos vdo ſingultus ore cientem. Coarctans membra ſingultus Lucret. 6, 1158. Concutiente ſingultu ſonant ora Ouid. Amor. 3, 9, 12. Facit crebros ſingultus Scribon. 190. Frequens ſingultus corripit neruos Lucret. 6, 1158. Impediente ſingultu medios ſonos Ouid. Triſt. 1, 3, 42. Crebris ſingultibus Plin. Epiſt. 4, 95. Longis ſingultibus ilia pulſat Virg. Aen. 9, 416. Aſſiduis ſingultibus ilia Quatiens mihi etiam lacrimas excuſſit Apul. Met. 4 p. 153. Ruptaque ſingultu verba loquentis erant Ouid. Rem. Amor. 598. Tendere ilia ſingultu Virg. Georg. 3, 507. Sen. Ep. 47 *a princ. de ſilentio ſerui,* Ne fortuita quidem verberibus excepta ſunt, tuſſis, ſternutamentum, ſingultus.

SINGVLTIO, iui, ītum, īre. [λύζω Gloſſ. Lat. Gr.] *Singultum emittere.* Plin. 23, 1 ſ. 24 Nec ſingultientibus, nec ſi cum febre diſpnoea ſit, *etc.* Aut bilem vomunt aut ſingultiunt Celſ. 5, 26, 19. *Non ad ſonum, ſed ad motum ſubſilientem, et exonerationem quaerentem pertinet obſcenum illud* Perſ. 6, 72 Cum moroſa vago ſingultiet inguine vena: *nempe etiam coitum paruam Epilepſian dixere.*

SINGVLTIENS, entis. Partic. *Vt,* Colum. 8, 11, 15 Singultientem matrem ſequuntur pulli.

SINGVLTO, āre. [λύζω, ἀποβλύζω Gloſſ. Lat. Gr.] *Idem.* Sidon. Epiſt. 2, 2 Vis vndae feruentis ſingultat. *Add.* Prudent. Cath. 12, 124. Actiue, *pro Emittere cum ſingultu.* Stat. Theb. 5, 260 Trepidas in limine vitae Singultant animas.

SINGVLTANS, antis. Partic. [λύζων] Quinctil. 1[illegible], 7, 10 Si non interſiſtentes offenſanteſque breuia illa atque conciſa ſingultantium more eiecturi ſumus. Virg. Aen. 9, 333 Tum caput ipſi aufert domino, truncumque relinquit Sanguine ſingultantem. i. e. Cum ſingultu animam efflantem, *vt ait* Seruius. Singultans animam Ouid. Met. 5, 134 *etc. cum ſingultu exhalans.* Ora ſingultantia Stat. Theb. 8, 753. Verba ſingultantia Idem Silu. 5, 5, 26.

SINGVLTĀTVS, a, um. Adi. Ouid. Triſt. 3, 5, 16 Brachiaque excepi preſſo pendentia collo, Et ſingultatis oſcula miſta ſonis. *h. e. Cum frequenti ſingultu emiſſis.*

SINGVLTIM. Adu. [μετὰ λυγμῶν] Hor. Serm. 1, 6, 56 Vt veni coram, ſingultim pauca locutus. *Eſt autem* Singultim loqui, *Sermone interrupto, et veluti voce identidem compreſſa loqui: quod vſu venire ſolet verecundis et timidis natura.* Lamentabiles quaeſtus ſingultim inſtrepebat Apul. Met. 2 p. 126. Iſidor. Gloſſ. Singultim qui loquitur per gluttuos.

SINGVLVS, a, um. Adi. [εἷς μόνος, ἕκαστος μόνος, οἱ καθ' ἕκαστον, τὰ κατὰ μέρος] *Dicitur autem* Singulum, *Vnum quodque per ſe, h. e. ſeparatum ab aliis. Paullo rarior eſt Singularis numerus: eo diligentius ponemus exempla.* Plaut. Ciſt. 4, 2, 29 Atat ſingulum video veſtigium. *h. e. Vnum tantum, vel vnius tantum hominis.* Binae prouinciae ſingulo decretae Liu. 42, 1. Caelum et triticum ſingulo ſemper numero dicenda ſunt Gell. 19, 8. *Conf.* Idem 18, 13. Non. 2, 787. Singulus quiſque homo Auguſtin. Serm. 286. *Add.* Idem de Doctr. Chr. 1, 5. Cic. de Orat. 3, 209 c. 55 Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus, an iudices, frequentes, an pauci, an ſinguli. Idem in Orat. 224 Saepe ſingulis vtendum eſt, plerumque binis (et vtriuſque addi pedis pars poteſt) non fere ternis amplius. Luſtrare ſingula Virg. Aen. 1, 457. Et quae non proſunt ſingula, multa iuuant Ouid. Rem. Am. v. 420. Pandere ſingula ordine Virg. Aen. 6, 723. Cic. de Nat. Deor. 2, 102 c. 40 Sol binas in ſingulis annis reuerſiones ab extremo contrarias facit. Idem ibid. 2, 88 Quod efficitur in caelo ſingulis diebus et noctibus. Idem pro Muraen. 25 Qui ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuit. Cic. Att. 5, 7 Quotidie vel potius in dies ſingulos, breuiores litteras ad te mitto. Idem Verr. 2, 126 Lex eſt de religione, quae in annos ſingulos Iouis ſacerdotem ſortito capi iubeat. *Et* in Catil. 1, 5 c. 2 Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus. Idem Att. 6, 3 Scaptius centeſimis renouato in ſingulos annos foenore contentus non fuit. Verba inter ſingula fudit lacrimas Virg. Aen 3, 348. Duo ſinguli ſingulos ſibi conſules aſſeruandos deſumunt Liu. 4, 55. Exegit etiam, vt, quoties conſulatus ſibi daretur, binos pro ſingulis collegas haberet Suet Aug. c. 37. *De iis, qui ſeſe ipſi in ſolitudine agunt,* Proderit tamen primo, in ſe ipſum ſecedere: meliores erimus ſinguli Sen. de Ot. Sap. c. 27. *i. ſoli.* *Sic* Quod eſt miſerrimum, nunquam ſumus ſinguli Idem Qu. Nat. 4 *praef.* Ad ſingula quaeque vitia Scribon. Ep. m. Singulas vncias omnium ſumere Id. 3. Singulorum vncias admiſcere Id. 3. Singulorum recipit Id. 37. Singulorum Idem 70. *pro eo, quod vulgo,* Ana *ſcribunt.*

SINGVLĀRIS, e. Adi. [ἑνικὸς Vet. Gloſſ.] *Vnicus.* Plin. 28, 10 Democritus etiamnum affectus auget eius, qui ſingularis natus ſit. Certamen ſingulare, Praelium ſingulare, *vid. ſuis locis.* Singularis

rerum Conditor Lactant. 5, 5 *pr.* Singulari Deo ſeruire Idem 5, 14. Locus Suet. Aug. c. 72. Singulares milites vocat Caeſ. Bell. Gall. 4, 26. *qui ab aliis ſeparati ſunt, ſingulos ; opponit enim* Vniverſis. *Sic* Cic. Acad. 1, 26 Quintum genus eſſe dicunt, e quo aſtra ſunt mentesque ſingulares. *i. Singulorum.* Singularis Oculus *cyclopis* Caſſiod. Epiſt. 7, 5. Potentia Nep. 10, 9, 5. *i. monarchia.* Pugna ſingularis, *vid.* PVGNA. Rate ſingulari fluctum ſecans Sen. Troad. ſ. 11. *i. Vnica.* ¶ 2 Singularis, [διάφορος] *accipitur aliquando pro Excellenti : et tam in malum quam in bonum ſumitur.* *In laude ſumma eſt* Filia ſingularis Cic. Att. 11, 17 *pr.* Idem pro Sulla 35 Me ſingulari immanitate et crudelitate praeditum. Cic. Verr. 2, 13 c. 7 Quo facilius de ſingulari eius impudentia exiſtimare poſſitis. *Sic* pro Cluent. 56 Singulare ſcelus. *Et* de Finib. 5 Singulari nequitia praediti. Virtus Cic. pro L. Man. c. 1. Idem in Catil. 4, 5 Primum quod mihi gratias egiſtis ſingularibus verbis, et mea virtute atque diligentia perditorum hominum patefactam eſſe coniurationem decreuiſtis. Cic. Verr. 3, 206 c. 88 Sunt quaedam omnino in te ſingularia, quae in nullum alium hominem neque dici, neque conuenire poſſint : quaedam tibi cum multis communia. Cic. Acad. 4 c. 43 Omitto per ipſum Ariſtotelem, meo iudicio in Philoſophia prope ſingularem. Petrus Chryſol. Serm. 136 Habet hoc Adelphi antiſtitis ſanctus animus et plena pietate dignatio, vt diues pauperis intret hoſpitium, pauperis ſe ponat ad menſam, vt humilibus ſe faciat communem, quem diuitiae, poteſtas, honor, fecit et reddidit ſingularem. ¶ 3 *Obſ.* Singulares equites *paſſim memorantur in* Inſcriptionibus. *Haec* Ala ſingularium Tac. Hiſt. 4, 70, 3 excita olim a Vitellio, deinde in partes Veſpaſiani transgreſſa. *Vid. Schelius ad* Hygin. Geom. p. 45. *it.* 160. *Reineſ. ad* Inſcr. 1, 16. *Gorius ad Inſcr. Donii* Cl. 6 p. 18. *Videtur Corpus quoddam delectum vt* Selecti *illi ſ.* Ablecti. *Multa collegit Io. Gothofr. Richter. in Exegeſi Inſcriptionis antiquae Lipſ. 1739 edita.* *An huc pertinet Vet. Gloſſ.* μονομάχος Singularis ? *Sed quid in iisdem* Gloſſis ἀπρόκοπος ; *vid.* SINGVLATOR.

SINGVLARIVS, a, um. Adi. *antiquum.* [ἑκάστοις μόνος] Plaut. Capt. 1, 2, 3 His indito catenas ſingularias. *h. e.* Singulis catenam vnam. *Vtitur et* Caſſiodorus Varr. 11. *it.* Turpil. *ap.* Non. 8, 60. Literae Gell. 17, 9 *pr.* Homo ſingulariae velocitatis Gell. 9, 4.

SINGILLARIVS, a, um. Adi. Tert. de Anima c. 6. *et* adu. Valent. c. 18. *Vt* Singulatim *in* Singillatim *velut noua deminutione tranſiit.*

SINGVLARIE, *pro Singulariter, quaſi Vnice,* Ciceroni *tribuit* Maximus *apud* Chariſ. 2 p. 195.

SINGVLARĬTER. Adu. [ἑνικῶς] *Magnopere, mirum inmodum.* Plin. Epiſt. 3, 5 De vita Pomponii Secundi duo : a quo ſingulariter amatus, hoc memoriae amici, quaſi debitum munus expleuit. Cic. Verr. 2, 117 c. 47 Quem ego in Praetura mea ſingulariter dilexiſſem. Singulariter et mirari et diligere aliquem Plin. Epiſt. 1, 22. *Add.* Idem 4, 15 *pr.* ¶ 2 *Apud Grammaticos, v. g.* Chariſ. 1 Sunt quaedam, quae ſingulariter quum declinantur, in Pluralibus mutant genera : hic locus, Pluraliter haec loca, et hi loci. *Sic et* Quinctil. 8, 6. De pluribus ſingulariter, *patriis acer Romanus in armis* Idem 9, 3. *Tale eſt illud* Vlpiani in l. 1 D Quod falſ tutor. Item hoc edictum licet ſingulariter ſcriptum ſit, ſi tamen plures interuenerint, qui tutores non erant, locum habere debere Pomponius ſcribit. Singlariter, *pro* Singulariter, *per ſyncopen* Lucret. 6, 1065 Quae memorare queam inter ſe ſinglariter apta. *Ita* 4, 263 Vnverſum, *pro* vniuerſum, *et* 6, 1086 coplata *pro* copulata.

SINGVLARĬTAS, ātis. f. Tertull. adu. Gnoſt. 10 Salua et proprietate generis et ſingularitate. *Conf.* Idem de Caſt. c. 1. *et* de Carne Chr. c. 13. Saluian. contra Au. 2 p. 70. Singularitate carere Chariſ. p. 72. *i. numero Singulari.* Singularitatem honore multitudinis decorare Sarisber. Policr. 3, 10.

SINGILIO, onis. f. *Veſtis ſimplex.* Treb. Poll. in Claud. c. 17. *Conf. Salmaſ. ib.*

SINGVLATIM, *quod etiam* SINGILLATIM, *velut noua deminutione, item* SIGILLATIM *ſcribitur.* Adu. [καθ᾽ ἕνα, κατὰ μόνας] *Vnumquodque per ſe.* Cic. Diu. in Verr. 71 Vt ea, quae ſingulatim ac diu collecta ſunt, vno tempore vniuerſa perdamus. Singulatim vnicuique reſpondere Cic. ibid. 50 c. 15 *extr.* Singulatim de vnoquoque genere in ſecundo libro dicemus Cic. de Inuent. 1, 49 c. 30. *Conf.* Vitr. 2, 8. Sidon. 8, 6. Pallad. Mart. t. 9. Cic. Tuſc. 5, 94 Haeque voluptates ſingillatim extenuantur. Idem Verr. 5, 142 Quaerit ex his ſigillatim, quot quisque nautas habuerit. *Et* 4, 76 Sigillatim vnicuique calamitati fore ſe denuntiabat, vniuerſam ſe funditus euerſurum eſſe ciuitatem minabatur. *Add.* Id. Verr. 3 c. 42. Ter. Phorm. 5, 9, 43 Quid ego nunc commemorem Demipho ſingillatim qualis in iſtum fuerim ? *Faërn. et Bentl.* Singulatim. *Et haec fere perpetua varietas.* Cic. Verr. 5, 142 c. 55 Nam quid ego de caeteris ciuium Rom. ſuppliciis ſigillatim potius, quam generatim atque vniuerſe loquar ? *Add.* Suet. Tib. c. 61. Singillatim noſtrum vnusquisque mouetur Lucil. *apud* Non. 2, 820. *qui plura antiquorum loca ſeruauit.*

SINGVLATOR, oris. m. [ἱππαστὴς κέλης Vet. Gloſſ.] *vid.* SINGVLARIS n. 2.

SINISTER, tra, trum. [εὐώνυμος, ἐπαρίστερος, ἐναντίος Gloſſ. Lat. Gr.] *Nomen relatum ad dextram, quod primum de manu cum dictum eſſet, mox totum latus, et omnem adeo plagam et regionem dextrae oppoſitam notauit.* Siniſtrum Cornu Liu. 3, 70. Cubitus ſiniſter Ouid. ex Pont. 3, 3, 11. Lateri ſiniſtro affixus Virg. Aen. 10, 160. Manus *proprie, vt indicauimus,* ſiniſtra *dicitur expreſſe quidem* Catull. 12, 1 Manu ſiniſtra non belle vteris, *etc. ſed ſaepe admodum* Siniſtra *ſimpliciter vocatur, vt manum et* regionem ſ. plagam *includat. De ratione appellationis, vid.* SINVS n. 2. Natam ad furta ſiniſtram Ouid. Met. 13, 112. *Conf.* Catull. 12, 1. Martial. 12, 29. *Barth. Adu.* 46, 20. *Alciat. Parerg.* 11, 7. Infirma ſiniſtra Ouid. Faſt. 3, 869. Cic. de Diuin. 1, 85 c. 39 Cur a dextra coruus, a ſiniſtra cornix faciat ratum. Idem Philipp. 6, 12 c. 5 Adſpicite a ſiniſtra. Ad ſiniſtram Plaut. Merc. 5, 2, 39. *Sic etiam Ablatiuo ſimpliciter dicunt* Siniſtra, *pro A parte ſiniſtra.* Cic. Acad. 2, 125 c. 40 Et quum in vno mundo ornatus hic tam ſit mirabilis, innumerabilis, ſupra, infra, dextra, ſiniſtra, ante, poſt, *etc.* Pars ſiniſtra murorum Virg. Aen. 9, 468. Columel. 1, 5, 8 Fere peſtilens habetur quod eſt remotum ac ſiniſtrum ſoli, et apricis flatibus, *i. non ſatis expoſitum, vt ea, quae ſiniſtra tantum manu attingere licet, non ita facile molimur ; vel ſimplicius ſiniſter eſt* *Septentrio ad orientem ſolem conuerſis.* *Compar.* Varr. de R. I Siquidem ſi mas eſt, in dexteriorem partem abit : ſi femina, in ſteriorem. Cor in pectore ſub ſiniſteriore mamma ſitum Cel Cic. in quadam Epiſt. Cornu ſiniſterius quod erat infirmius. ta ſiniſterior Ouid. Met. 2, 139. Siniſtrior Priſcian. l. *init.* ¶ 2 Siniſtrum *quantum ad augurium pertinet,* *cat Proſperum.* Plaut. Pſeud. 2, 4, 72 Omnes ordines ſub ſign cam, legiones meas aui ſiniſtra auſpicio liquido, atque ex ſent Cic. de Legib. 3, 9 Is aue ſiniſtra dictus populi magiſter eſt. Id Diuin. 2, 82 c. 36 Quanquam haud ignoro quae bona ſint, ſiniſtr dicere, etiamſi dextra ſint : ſed certe noſtri ſiniſtrum nominau externi dextrum. *Conf.* Seru. *ad* Virg. Aen. 2 Intonuit laeuum. 5, 12. *Barth. ad* Stat. Theb. 3 p. 807 *ſeq.* *Ponamus hic, quae apu* ſtum *habentur hodie :* Siniſtrum in auſpicando ſignificare ait Capito, Laetum et proſperum auſpicium. At ſilentium dubii xat vacat vitio. Igitur ſilentio ſurgere cum dicitur, ſignificat n terpellari, quo minus rem gerat. Ad ſiniſtrum hortari quoque cia ad agendum, quod animo quis propoſuerit. *Item* Siniſtrae ſiniſtrumque et ſiniſtimum auſpicium id eſt, quod ſinat fieri. libro 5 Epiſtolicarum Quaeſtionum, ait, A deorum ſede quum in m em ſpectes, ad ſiniſtram ſunt partem mundi Exorientes, ad dexteram dentes, factum arbitror, vt ſiniſtra meliora auſpicia, quam dexterea e ſtimentur. Idem fere ſentiunt Siſinius Capito et Cincius. *Haec* F Liquido exeo foras auſpicio aui ſiniſtra Plaut. Epid. 2, 2 *pr.* Fulm niſtrum, auſpicium optimum habemus ad omnes res, praeterquam ad tia Cic. de Diu. 2 c. 35. Tonitrus ſiniſtri Ouid. Triſt. 1, 8, 49. *rum etiam* Siniſtrum, *Aduerſum, noxium : quod quae ſiniſtra manu minus recte fieri videmus.* Virg. Georg. 1, 445 Arboribusque, ſa Notus, pecorique ſiniſter. Plin. Epiſt. 7, 28 Igitur ad alios han ſtram diligentiam conferent. Idem Epiſt. 1, 9 Nemo me apud quam ſiniſtris ſermonibus carpit. *Conf.* Tac. Hiſt. 5, 5, 1. Vir 9, 15 Ante ſiniſtra caua mouiſſet ab ilice cornix. Aues ſin Ouid. Epiſt. 2, 115. *Apparet igitur, nunc* Siniſtra auſpicia *eſſ nunc contra mala. Nempe tota illa auguralis diſciplina ad a et fraudem compoſita, vt ipſa oracula quoque. Vid. omnino* Ci vin. 2 c. 39. *et quae ibi Dauiſ. itemque quae de* Templo augura *vamus. Sed quid proprie dextrum, quid ſiniſtrum dixerint, de* DEXTER. ¶ 3 Siniſtrum, *i. deterius, notae peioris, vel ab au vel ab infirmitate manus ſiniſtrae.* Fama ſiniſtra Tacit. Ann. 6, 3 fuit ad coeptas hora ſiniſtra vias Ouid. Epiſt. 21, 68. Libe ſiniſtra Catul. 27 (29) 15. Omen ſiniſtrum Ouid. Epiſt. 13, 49.

SINISTERITAS, ātis. f. [σκαιότης] Plin. Epiſt. 6, 18, 3 S ritas, ac potius amentia. Id. 9, 5, 2 Plerique autem dum verent gratiae potentium nimium impartire videantur, ſiniſteritatis atq iam malignitatis famam conſequuntur. *Vtroque loco intellectus vitium quam voluntatis notare videtur, quod ibi monui, et* ſcaeui *eodem modo interpretatus ſum.*

SINISTRE. Adu. [σκαιῶς] *Vt,* Accipere caedem ſiniſtre Hiſt. 1, 7, 3. *i. in malam partem.* Exceptus ſiniſtre Hor. in Arte 452. *de Poëta, cui intempeſtiue plauſum eſt, et perſuaſum ſe e num Poëtam.*

SINISTRORSVM. *Aliud.* Adu. [ἐπ᾽ ἀριστερᾷ] *Verſus ſiniſtram.* Feſtum Siniſtrorſus *etiam legitur.* Caeſ. Bell. Gall. 6, 24 Hinc ctit ſiniſtrorſus, diuerſis a flumine regionibus. Hor. Serm. 2, 3, 50 ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit. *Conf.* Id. Epod. 9, 20. Fronti Aquaed. p. 16, 21 *Polen.*

SINISTIMVM. *Veteres dixerunt* pro ſiniſtro, *quod modo ex vidimus. Nempe* Siniſtimus *dicebant pro* Siniſterrimus, *vt* Dext *ap.* Priſcian. 3 p. 605.

SINISTROVERSVS. Adu. Lactant, 3, 6 Omnes aut dext ſiniſtrouerſus ceciderunt. *Hinc contractum* Siniſtrorſus.

SĬNO, sīui, sĭtum, ĕre. [ἐάω] *Permittere, non impedire.* Ter. An 126 Sine nunc meo me viuere interea modo. Ibid. 5, 3, 30 S hoc exorem. s. ſino. Qui ne penetrare ſiuiſſent Cic. Phil. 11 Sine vt veniat Ter. Andr. 3, 5, 16. Sed paullulum ſine ad me v eam Idem Eun. 4, 6, 1. Non feram, non patiar, non ſinam Cic. 1 c. 5. Si quem numina laeua ſinunt Virg. Georg. 4, 6. *Sic inpr* Cat. R. R. 141, 2 Vtique tu fruges —— grandire beneque e ſinas, *vel potius* ſiris. *Subintellecto* eſſe, Mulier, quae haud facile i quibus nata erat, humiliora ſineret ea, quae innupſiſſet Liu. 1, 3 ¶ 2 *Obſeru.* Sirim, ſiris, ſirit Plaut. *et* Liu. *ap. Gronou. ad* Liu. Si doceri ſe ſiſſent Liu. 3, 18. Siris *pro* ſinas *etiam habent libri* Cato. R. R. 141, 2. *Paſſiu.* Acetum ibi ſinitur fermentari Colu 17. Dum materiae regelare ſinuntur Id. 11, 2. Vt intra terraru nitalium terminos otioſe viuere ſinerentur Ammian. 22, 7. *Pe eſt, et ſequioris aeui* Iuuenc. 2, 24 Et ſine *(relinque)* defunctis ctos condere terra. *Sic* Apul. Met. 10 p. 318, 6 *Floridi* Bono m ſinuntur aurei opportuni ſomni pretium, *i. relinquuntur, non re tur aut exiguntur.*

SITVS, a, um. [ἐαθεὶς] *Permiſſus.* Cic. pro P. Sext. c. 44 A re eum moderate, a quo ipſe nefarie accuſatur, per Senatus auct tem non eſt ſitus.

SITVRVS, a, um. *Aliud* Partic. Cic. Q. Frat. 2, 6 *fin.* Cato con tus comitia haberi non ſiturum.

SINODONTIS, *Piſces.* Plin. 37, 10.

SINODONTITES, e cerebro piſcium eſt, qui Sinodontes voca

SINON, ōnis. m. [Σίνων] *Inſignis proditor.* Autolycus dam fur fuit, qui ſe varias formabat in ſpecies Hic h liberos, Siſyphum, vnde natus eſt Sinon : et Autollam, de Vlyſſes. Conſobrini ergo ſunt : nec immerito Virgilius Sinon et fallaciam, et proditionis officium, ne multum diſcedat a fa quia ſecundum Euphorionem Vlyſſes hoc fecit. *Haec* Seruius *ad* Aen. 2, 79 Nec ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit, vanum e mendacemque improba finget. Periurus Sinon Virg. Aen.

SINONIA, ae f. Inſula vltra Tiberina oſtia in Antiano Plin.

SINŌPE, es. f. [Σινώπη] *Vrbs Ponti, Cynici Diogenis patria, mnaſio olim clariſſima fuit, et rubrica Sinopica cognominata celebris.* cero pro Lege Manil. 21 *haud obſcure indicat, in Sinope et Amiſo, thridatis olim domicilia fuiſſe omnifariis rebus ornatiſſima refertiſ que.* Magna Sinope Valer. Argon. 5, 108. Optima Sinope ler. Argon. 5, 109.

SINŌPEVS, a, um. *triſyllabum.* [Σινωπεὺς] *Qui eſt ex* Sin Ouid. ex Pont. 1, 3, 66 Non doluit patria Cynicus procul eſſe S peus. *de Diogene.*

SINŌPIS, ĭdis. f. [σινωπὶς] *Color quidam ſ. pigmentum natiuum, rub*

...um. ſ, 6 Naſcuntur ſinopis, rubrica, paetonium, melinum, eretria, ... pigmentum. Sinopis inuenta eſt primum in Ponto, inde nomen ... Sinope vrbe. Naſcitur et in Aegypto, Balearibus, Africa: ſed optima Lemno et in Cappadocia. Effoſſa et in ſpeluncis. Quae ſaxis adhaeſit, excellit. Glebis ſuus colos, extra maculoſus. Haecque vſi ... veteres ad ſplendorem. Species ſinopidis tres, rubra, et minus ... et inter has media. Pretium optimae in libras XIII denarii. ... penicillum, aut ſi lignum colorare libeat.

SINOPICVS, a, um. Adi. [σινωπικός] Sinopicam rubricam vocare ... Vitruu. 7, . . de qua Strabo 12. *In Cappadocia naſcitur ea, quae ... a rubrica dicitur, omnium optima quae cum Iberia decertat. Idcirco ... appellatur, quod eam mercatores eo deferebant prius, quam Epheſio... emporium tam celebre eſſet.*

SINVESSA, ae. f. [Σινόεσσα] *Teſte* Plin. 3, 5 Ciuitas mediterranea Campaniae, vino ſatis abundans, quod Sinueſſanum dicitur. Liu. 10, 21 ... ſita Veſtino Falernum contingente agrum, Sinope dicitur Graeca ... fuiſſe, Sinueſſa deinde a Romanis colonis appellata. Hor. Serm. 1, 5, 40 ... et Varius Sinueſſae, Virgiliusque Occurrunt. Tepens Sinueſſa ... 1, 52, *propter thermas ſ. balneas calidas, de quibus* Plin. 31, 2. Tac. ... 1, 6 *et* Hiſt. 1, 72.

SINVESSANVS, a, um. Adi. [Σινοεσσαῖος] Hor. Epiſt. 1, 15, 5 ... Minturnas, Sinueſſanumque Petrinum.

SINVO, SINVOSVS, *vid.* SINVS.

SPATHĬCVS, a, um. Adi. Firmic. 4, 1 Si Luna feratur ad Solem, interdum facit ſpathicos, et qui aſſiduis valetudinum vitiis contrahantur. *Sed legendum ſuſpicor* Spaſticos, *nimirum a* Spaſmo, *id quod admonere videtur verbum* Contrahantur. *Vtcunque ſit,* Spathicos *interpretor Contractos, conuulſos.*

SPATHVLA, *vid.* SPATHA.

SPATIOR, SPATIOSVS, *vid.* SPATIVM.

SPATIVM, i. n. [διάστημα, ἀπόστημα, στάδιον] *Non ſolum de Loci dicitur, ſed etiam de Temporis interuallo. Et videtur ipſum Graecorum* στάδιον *originem appellationi dediſſe, cum primum ad loca pertineret, e locis autem aeſtimentur tempora. Ac primo quidem longitudinem ſolam videtur notaſſe, deinde paullatim ad omne dimenſionis corporeae genus extenſum, quod exempla attendenti perſuadebunt.* Cic. de Nat. Deor. 2, 49 Sidus ſpatiis immutabilibus ab Ortu ad Occaſum commeans. Spatium agitandi equos Nep. 18, 5, 4. Diſcrimina ſpatii Ouid. Met. 8, 577. Interius ſpatium, pulcherque receſſus Idem ibid. 7, 671. Aduerſa ſpatia Virg. Aen. 5, 584. Deſertum ſpatium Lucret. 1, 1103. Diſtans ſpatium Quinctil. 2, 20. Extremum ſpatium Virg. Aen. 5, 327. Immenſum et enorme ſpatium Tacit. in Vita Agric. 10. Maxima campi ſpatia Virg. Georg. 3, 203. Mediocre ſpatium, *vid.* MEDIOCRIS, in MEDIVS. Multiplex loci ſpatium Lucret. 2, 162. Remotum ſpatium Ouid. de Arte Am. 2, 487. Silueſtria ſpatia Cic. de Legib. 1, 15. Tritum ſpatium, *i. Via trita* Ouid. Met. 2, 168. Abeſſe ſpatio, tranſitu, paſſibus, *etc. vid.* ABSVM. Addere ſe in ſpatia Virg. Georg. 1, 514. Circumſecta in tantum ſpatium Scribon. 229. Complere ſpatium Lucan. 5, 153. Conficere viam ſpatiis Virg. Georg. 2, 541. Corripere ſpatium, *vid.* CORRIPIO. Diſcluſus iniquis ſpatiis Virg. Georg. 4, 147. *i. Anguſtis. Nimium enim excreuiſſet Georgicorum opus, ſi hortorum culturam inſeruiſſet.* Diſtare aequali ſpatio Ouid. Met. 8, 248. Diſtare pari ſpatio vtrinque Ouid. Met. 10, 175. Diſtare quadrageno ſpatio Plin. 17, 23. Emetiri ſpatium oculis Virg. Aen. 10, 772. Euadere ſpatium Idem ibid. 12, 907. Facere ſpatium Quinctil. 1, 10. Facere ſpatia, *inambulare.* Cic. de Orat. 1, 24 Poſtero autem die, cum illi maiores natu ſatis quieſſent, in ambulationem ventum eſſe dicebat: tum Scaeuolam duobus ſpatiis tribusue factis dixiſſe, Cur non imitamur Craſſe Socratem illum, *etc. h. e. Bis aut ter emenſa ambulationis longitudine, verſu. Sic* Cic. pro Muraen. 70 *de ſectatoribus loquens,* A quibus ſi domus noſtra celebratur, ſi interdum ad forum deducimur, ſi vno baſilicae ſpatio honeſtamur, diligenter obſeruari videmur, et coli. *Vid.* n. 2. Inſurgere patenti ſpatio Ouid. Amor. 3, 2, 79. Interſtincta ſpatia columnis Stat. Silu. 3, 5, 90. Laxantur vacuis locis ampla ſpatia Sen. Herc. Fur. 9. Nobilitata ſpatia Academiae, *vid.* NOBILIS. Notata inſcriptis lapidibus ſpatia Quinctil. 4, 6. Porrigere membra in ſpatium, *magnitudinem ſecundum omnem dimenſionem* Ouid. Met. 2, 197. Planis ſpatiis porrectus locus Hor. Epiſt. 1, 7, 42. Relicto ſpatio ſequi aliquem, *i. Poſt interuallum ſpatii* Virg. Aen. 5, 321. Tenere ſpatii aliquid Ouid. Met. 1, 440. Terret me ſpatium viae, *i. Viae longitudo* Id. ibid. 8, 794. Tranſcurrere ſpatium Lucret. 2, 162. Vacat infinitum ſpatium Idem 2, 1052. ¶ 2 Spatium, *pro Curriculo, ſ. ſtadio, quam primam et propriam rationem putamus. Metaph.* Lucret. 4, 1193 — Sollicitat ſpatium decurrere amoris. Verberibus cogebat exſultare *equum,* et calces remittere: qui motus non minus ſudorem excutiebat, quam ſi in ſpatio decurreret Nep. 18, 5, 5. Sicut fortis equus, ſpatio qui ſaepe ſupremo Vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit Enn. *ap.* Cic. de Sen. c. 5. Cic. de Amicit. 40 Deflexit enim iam aliquantulum de ſpatio curriculoque conſuetudo maiorum. *Idem in* Orat. 12 Fa-

teor

teor me oratorem ſi modo ſim, aut etiam quicunque ſim, non ex Rhetorum officinis, ſed ex Academiae ſpatiis exſtitiſſe: illa enim ſunt curricula multiplicium, variorumque ſermonum. Ex Academiae ſpatiis, *h. e. Ex Platonica philoſophia, quoniam Plato in Academia docuit.* Spatia *vocat Ambulationes, in quibus philoſophi docebant.* Curricula *pro Exercitationibus capere videtur modo opus ſit diſtinguere.* Idem pro Rabir. perd. reo 6 Meque ex comparato et ſpatio defenſionis, in ſemihorae curriculum coëgiſti. ¶ 3 *De tempore.* Ter. Phorm. 4, 4, 20 Spatium quidem tandem apparandis nuptiis, vocandi, ſacrificandi dabitur paullulum. *Vid.* Idem Andr. 1, 2, 11. Cic. Off. 1, 119 c. 33 Spatium etiam deliberandi habuerunt, quem, *etc.* Cic. pro Quint. 6 c. 1 Quae quanta ſit, niſi tempus et ſpatium datum ſit, intelligi non poteſt. Cic. de Finib. 4 *pr.* Aut ſpatium ſumamus ad cogitandum. Idem Fam. 10, 23 Pontesque quos feceram, interrupi: vt ſpatium ad ſe colligendum haberent homines. Ad disturbandas nuptias cogitandi ſpatium Ter. Andr. 1, 2, 11. Cic. Q. Frat. 1, 1, 11 Qui tibi biennii ſpatio nunquam in ſuſpicionem auaritiae venerit. Liu. 1, 17 Quinque dierum ſpatio finiebatur imperium. Cic. Verr. 2, 96 Et erat ſpatium dierum fere triginta ante Cal. Decemb. Cic. pro Arch. 1 Quoad longiſſime poteſt mea mens reſpicere ſpatium praeteriti temporis. Idem ibid. 29 c. 11 Si quibus regionibus vitae ſpatium circumſcriptum eſt, *etc.* Vitae ſpatium et longinquitas Plin. 7, 48. Vitae extentum ſpatium, *i. Longum* Patercul. 1. Sine fine ſpatium Lucret. 2, 91. Cic. de Orat. 3, 7 O fallacem hominum ſpem, fragilemque fortunam, et inanes noſtras contentiones, quae in medio ſpatio ſaepe franguntur. Annuum ſpatium Plin. 9, 10. Breue ſpatium Lucret. 2, 77. In tam Breui ſpatio, *vid.* IN Praepoſitionem. Diurnum et nocturnum ſpatium Cic. de Invent. 1, 39. Idem Off. 2, 81 Propterea quod tam longo ſpatio multa hereditatibus tenebantur. Longius ſpatium anno Ouid. Epiſt. 18, 25. Medium noctis ſpatium Idem Met. 9, 685. Paruum ſpatium Propert. 2, 24, 43. Velocis ſpatii meta nouiſſima, *Mors, finis vitae* Sen. Troad. ſ. 5. Arcto ſpatio Coërcere aliquem Ouid. Triſt. 2, 531. Concidit illud conclaue hoc ſpatio Cic. de Orat. 2, 352. Idem ibid. 1, 252 Quantum in hac acie quotidiani muneris ſpatii nobis Datur. Orabant, vt irae ſuae ſpatium et conſilio tempus Daretur Liu. 8, 32. Euaneſcit dolor ſpatio Ouid. in Ibin 41 Cic. Verr. Act. 1, 56 *extr.* Etiam ſi ſpatium ad dicendum noſtro commodo, vacuosque dies habuiſſemus. Intercedit ſpatium dum, Interiecto ſpatio, Interponere ſpatium, *vid. hh. vv.* Interpoſitum ſpatium longius aequo Lucret. 4, 561. Occidit ſpatium, *vid.* OCCĬDO. Sortitus ſpatium breuis vitae Ouid. Met. 3, 125. Sum. *vt*, Quum Erit ſpatium, vtrumque dabo Cic. Att. 5, 14. *Et* Fam. 9, 5 Mihi ſi ſpatium Fuerit, in Tuſculanum ante Nonas veniendi, iſtic te videbo. Sumere ſpatium ad aliquid faciendum, *vid.* SVMO. Surripere aliquid ſpatii Cic. Att. 5, 14. Transſcribere vitae ſpatium alicui Ouid. Met. 7, 173 *in alium transferre. Dixerat Iaſon* v. 168 Deme meis annis, et demtos adde parenti. *Metaphora eſt ab iis, qui nomina ſiue pecuniam aliis creditoribus transſcribunt.* Spatium hominum a veſtigio ad verticem, *Menſura, dimenſio altitudinis* Plin. 7, 17. Facile intellexit modum ſpatiumque plantae Herculis Gell. 1, 1. ¶ 4 *Obſeru.* Spatium, *pro Menſura et temporibus pedum in carmine.* Cic. in Orat. 193 Trochaeum autem, qui eſt eodem ſpatio quo choraeus, cordacem appellat. Quinctil. 9, 4. Poëma nemo dubitauit perito quodam initio fuſum, et aurium menſura, et ſimiliter decurrentium ſpatiorum obſeruatione eſſe generatum. Spatium, *pro Dilatione* Liu. 8, 32 Orabant, vt rem in poſterum diem differret: et irae ſuae ſpatium, et conſilio tempus daretur. Spatium, *pro Anno* Plin. 7, 51 Sexageſimum vitae ſpatium *nempe cum ſtadio, curriculo, comparatur.* Spatium *de Superficie* Colum. 5, 1, 4 *vbi* Spatia *ſunt* Paſſus, Actus, Climata, Iugera, *pro magnitudine.* Rhombi ſpatium Iuuenal. 4, 39. Nec tutus ſpatio eſt Elephas Lucan. 9, 732. *conf. Drakenb. ad* Sil. 10, 170. *Burm. ad* Ouid. Met. 2, 197.

SPATIŎLVM, i. n. Dimin. Arnob. 4 p. 153 Quaedam ſpatiola defamata. Pallad. 1, 38 Spatiolis inter ſe patentibus.

SPATIOR, ari. [περιπατέω, περινοσέω] *Deambulare, Spatia facere.* Virg. Aen. 4, 62 Aut ante ora deûm pingues ſpatiatur ad aras. Ita negligens eſſe coepit, vt — reſideret, deinde ſpatiaretur Cic. pro Roſc. Am. c. 21 *extr.* Idem de Opt. gen. orat. 8 c. 3 Sed ita, vt paelaeſtrice ſpatiari in xyſto liceat. Plin. 5, 9 Per totam ſpatiatus Aegyptum. Ouid. Met. 2, 573. In vmbra ſpatiari Propert. 4, 9, 40. Palaeſtrice ſpatiari, *vid.* PALAESTRA. Paſſibus coniunctis ſpatiantur ambo Ouid. Met. 11, 64. *Scal. ad* Albinou. 2, 128 Spatiari *ait eſſe proprie in ſtadio currere. Sic certe* Stat. Silu. 4, 7 *pr.* Iam diu lato ſpatiata campo Fortis heroos, Erato, labores Differ, atque ingens opus in minores contrahe gyros. *Hinc* Spatiari, *metaphorice, pro Latius vagari* Sen. de Ira 3, 10 Proderit morbum ſuum noſſe, et vires eius antequam ſpatientur opprimere, *vid.* SPATIANS.

SPATIANS, antis. Partic. [περιπατῶν] Cum ſpatiantem vidi Petron. c. 126. Lato ſpatiantes aruo Ouid. Met. 4, 87. Alae ſpatiantes Id. ib. v. 364. Plin. 17, 8 Petitur ex alto, in centenos pedes actis plerumque puteis, ore anguſtatis, intus (vt in metallis) ſpatiante vena. Flumine lato ſpatiantem Gangem bibit Ouid. Triſt. 5, 3, 23. Brachia ſpatiantia compeſcere Idem Met. 14, 629. Brachia *intelligit arborum aut vitium.*

SPATIĀTVS, a, um. Partic. [περιπατηθεὶς] *Vt,* Aliquot horis ſpatiatus Petron. c. 86. Litore curuo ſpatiata coniux Ouid. Faſt. 3, 469.

SPATIĀTOR, ōris. m. [περιπατὴς] Macrob. Saturn. 2, 10 M. Cato Senatorem non ignobilem Caecilium ſpatiatorem et Feſcennium vocat. *Nempe* Spatiatorem pro Erratore poſuit Cato, auctore Feſto.

SPATIŌSVS, a, um. Adi. [εὐρύχωρος, εὐηλατὸς] *Amplum ſignificat.* Columel. 5, 5, 3 Laxiora interordinia relinquenda: ſiue bidentibus anguſtiora: ſed neque ſpatioſiora, quam decem pedum, neque contractiora, quam quatuor. Aeuum ſpatioſum Ouid. Met. 8, 529. Aedificia ſpatioſiora ad conuentus excipiendos Vitr. 6, 8. Bellum ſpatioſum, *Quod diu durat* Ouid. Met. 13, 206. Corpus ſpatioſum Idem ibid. 3, 56. Nox ſpatioſa Idem Epiſt. 1, 9. Senectus ſpatioſa Idem Met. 12, 186. Tempus ſpatioſum Idem Amor. 1, 8, 81. Theſes ad exercitationem dicendi ſpatioſae atque vberes Quinctil. 2, 4. Vetuſtas ſpatioſa Ouid. Met. 15, 623. *Compar.* Aequo ſpatioſior Ouid. de Arte Am. 2, 644. Inſignis portu, quo non ſpatioſior alter Sil. 8, 482. *conf.* Celſ. 7, 25 *et* 8, 3. Vitr. 5, 1. Mela 2, 7. Aur. Vict. de Viris Illuſt. 64.

Superl. Spatioſiſſimus paries domus Quinctil. Decl. 1. Sedes
ſima Plin. Paneg. 63. ¶ 2 Spatioſus *vt de* Spatio *dictum,*
dimenſiones pertinet, poniturque de rebus magnis, vaſtisque
Cruribus exilis, ſpatioſa prodiga planta Virg. in Moreto v.
cilla ruſtica. Parua necat morſu ſpatioſum vipera tauri
Rem. Am. v. 421. Omnibus Andromache viſa eſt ſpatioſio.
Vnus qui modicam diceret, Hector erat Idem A. A. 2, 645.
et ſpatioſa res eſt ſapientia Sen. Ep. 88. Sublimia ſpati
rasque voces habent Quinctil. 9, 4. *conf. Burm. ad* Ouid. M
Drakenb. ad Sil. 10, 170.

SPATIŌSE. Adu. [εὐρυχώρως] Spatioſius, Spatioſiſſime;
copioſius, diffuſius. Spatioſius et vberius amplecti Plin. Epiſt
Idem 25, 8 Et in Creta autem non ſpatioſe naſcitur. Ic
Quoniam ſpatioſe fruticat. *Vid.* Propert. 3, 20 (19) 11.
Am. 3, 6, 85. Iter vrinae ſpatioſius deſcendit Celſ. 4, 1.

SPATIOSĬTAS, ātis. f. Sidon. Epiſt. 2, 2 Exactiſſim
ſitate quadrari.

SPATVLA, *vid.* SPATHVLA.

S P E

SPECIALIS, SPECIATIM, *vid.* infra SPECIES.

SPECIARIVS, a, um. *Nomen, quo putatur vſus* Caeſ.
vil. 3, 53 Cohortemque poſtea duplici ſtipendio, frumento, ve
riis militaribusque donis ampliſſime donauit. *Dubitarunt ver*
viri docti de lectione huiusce loci. Turneb. Aduerſ. 27, 24 *facit*
pecuniariis, militaribus. *Alii alia. Iac. Dur. Caſſellius Var.* 2
gatam lectionem tuetur, et Speciaria dona *interpretatur Tritic*
dum, oleum, vinum, caeteraque legumina, quae a ICtis aliisque a
priſcis trito vocabulo Species *dicuntur. Caſſellii lectionem app*
pſius, et erit difficile, certius meliusue inuenire. Nomen idem,
Inſcriptio vetus Romae *apud Reineſ. Inſcr. claſſ.* 5 §. 39 THAL.
MIMAE. C. PISONIS. NOTHI. SPECIARIA. CONTVBER
NE. MERENT.

SPECIES, ēi. f. [ἰδέα, εἶδος, σχῆμα, πρόσχημα] *Quidqu*
obiicitur (ab antiquo verbo Specio, *vid.* Gell. 13, 28.) *atque ii*
vel diſplicere poteſt; forma externa corporis, bona ſi ſimpliciter
vt de forma *vidimus; interdum quidquid videtur tantum non eſt*
lius enim res exemplis declaratur, quae ſatis digerere temporis
prohibent. Plaut. Bacch. 4, 7, 40 Bellan' videtur ſpecie
Idem Moſtel. 1, 3, 23 Ain' alios meam ſpeciem irridere?
ſpeciem, *vid.* ACCIPIO. Ea, quae in ſpecie poſita ſunt
corporis, habitus et forma, vox Cic. de Orat. 1 c. 29.
natum ſpecies et gratia praeſtat Hor. Epiſt. 2, 6, 49. Am
cie, raptisque inſignibus, ambo In vultus rediere ſuos C
Conſ. Hon. 4, 83. Principatûs ſpecies Suet. Calig. c. 22
gnia imperii. Gemma ſpecie cryſtallina Plin. 31, 10.
ſpecie vitrea Idem 37, 10. Cic. pro Roſc. Amer. 63 Por
atque monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie et
qui tantum immanitate beſtias vicerit. Magnificae ſpecie
tusque locorum Stat. Silu. 3, 5, 89. Oris ſpeciem deforn
promiſſa barba Liu. 2, 23. Plin. 11, 25 Similiter his et ſcor
terreſtres, vermiculos ouorum ſpecie pariunt. Soli ſpecie
ma et qualitas Columel. 2, 2. Vrbis ſpecies, *pro Forma*
Plaut. Perſ. 4, 4, 2. Vertuntur ſpecies animorum Virg. Georg.
i. Animi mutantur. Decolor aeris ſpecies, *vid.* DECOLOR.
cora ſpecies, *vid.* DECORVS. Eximia pulchritudinis ſpeci
in Orat. 18. Foeda ſpecie teter Lucret. 2, 421. For
illuſtris ſpecies Cic. de Orat. 3, 52. Globoſa ſpecies Plin
Liberalis ſpecies Cic. Off. 1, 141. Miranda ſpecies Lucret.
Miſera et flebilis ſpecies Cic. Philip. 11, 7 c. 3. Multiforn
cies, *vid.* poſt MVLTVS. Ouata ſpecies, *vid.* OVATVS in
Sen. Octau. ſ. 8 Orbem ſpecie tu Sacra regis, patriae parens.
cioſo et magnifico titulo patris patriae. Semiferae homin
cies Lucret. 2, 701. Serena ſpecies mundi, *Serenitas vel*
tudo Lucret. 4, 138. Iuuenal. 10, 310 I nunc et iuuenis ſpe
tare tui. *i. forma, pulchritudine.* Cic. Offic. 2, 32 c. 9 Illud
quod honeſtum decorumque dicimus, quia per ſe nobis placet
mosque omnium natura et ſpecie ſua commouet: *hic eſt vera p*
tudo, in quantum oculis mentis obiicitur. *Sed* ¶ 2 Specie
rum eſſe non re Liu. 35, 31. Plin. Epiſt. 5, 3 Ne in ſpeciem adula
incidam. Amicitiae ſpecie deceptus Tacit. Ann. 1, 10.
neſtatis ſpecies neque probabilis, neque ſatis idonea Cic. Off.
Veri ſpecies Hor. Serm. 2, 3, 208. Blanda ſpecie ſed re ipſ
tis locis repudianda eſt Cic. de Amicit. Praeter ſpeciem
es Plaut. Moſtel. 4, 2, 49. *h. e. Stultior, quam vel ex vultu ap*
Vera comitia adumbrata ad ſpeciem et vetuſtatis vſurpationem
Lege Agr. 2, 30. Confingere quandam formam et ſpecien
rum Id. de Nat. Deor. 1, 37. Cic. de Diuin. 1, 81 c. 37 Obi
tur (ſenſibus) ſaepe formae, quae reapſe nullae ſunt; ſpeciem
offerunt. Ferre prae ſe ſpeciem boni viri Id. Off. 2, 39
Tephritis gemma nouae lunae ſpeciem habet curuatae in cornua
37, 10. Habere humanitatis ſpeciem Cic. Tuſc. 4, 32 c. 14.
ſidebat in eius mente ſpecies eloquentiae Id. in Orat. 18. In
ſpeciem percuſſoris Liu. 40, 12. Intueri huius vitae ſpeciem
Fam. 1, 9. Praebere ſpeciem ſcurrantis Hor. Epiſt. 1, 18, 2.
Curt. 3, 1, 3. Praeſtare ſpeciem (dentis) Scribon. 53. Re
ſpeciem alicuius rei Plin. 37, 10. Repraeſentat cordis ſpecien
cardia gemma Idem 37, 10. *Rurſus* ibidem, Enorchis diuiſa te
effigiem repraeſentat. Spargere radios fulgentes in orbem ad
ciem ſideris Ib. 37, 10. Eſt Paeantidibus gemmis ſpecies a
glaceatae Id. 37, 10. Suſtinere alicuius dignitatem, non ſo
conſilio, ſed ipſa ſpecie Cic. pro Domo 5. Vti ſpecie aetati
core et pulchritudine iuuenilis aeui Ouid. Faſt. 5, 353. Viuere
cie diſſimili, *Diuerſo genere* Lucret. 2, 663. Rixae ſpecies
1, 40. Viros benignius alit, non ad ſpeciem tamen: nam illis a
atque indecens habitus eſt Pomp. Mela 2, 2. *de Thracia.* Ad
ciem accommodatus, *vid.* ACCOMMŎDO. Ad ſpeciem adorn
vid. AD, *Praepoſ.* In fictae ſimulationis ſpecie pietas ineſſe
poteſt Cic. de Nat. Deor. 1, 3. In ſpeciem hydropici Scribon.
i. in modum. Cic. Verr. 5, 85 c. 33 Praeclara claſſis in ſpeciem,
inops et infirma propter dimiſſionem propugnatorum atque remig
In ſpeciem preces iactantur, *Simulate* Liu. 4. *conf.* Id. 38, 21.
ſpeciem legationis in Aſiam ablegatus eſt, vt inuidiae ſubtraher
Aur. Vict. de Viris Illuſt. 64. Liu. 1, 9 Celata morte Tarqu

…r ſeciem alienae fungendae vicis, ſuas opes firmauit. *Add.* Id. …8 Deuincere aliques ſpecie clementiae Cic. Philipp. 2, 116. …d exercitus ſpeciem hoſti abeuntis Quinctil. 2,17. Duci vtili- …ſpecie Idem 3, 8. Cic. Fam. 12,13 Ex quibus vtriſque ciui- …tis, *Graecorum militum numero, ſpeciem exercitus effecit.* Id. …idio,12 Haec omnia, quae habent ſpeciem gloriae, collecta ex ina- …lli is ſplendoris inſignibus contemne. Idem ib. 13,30 Non du- …oquin ſcias, in his neceſſariis, qui tibi a patre relicti ſunt, me tibi …e oniunctiſſimum, non his modo cauſis, quae ſpeciem habent ma- …a oniunctionis, ſed iis etiam, quae familiaritate et conſuetudine …ne ur. Habere ſpeciem vtilitatis voluptas dicitur Cic. Off. 3, 12. … interim aliquam ſpeciem probationis Quinctil. 3, 7. In- …ei ſpeciem latronis, *vid.* INDVO. Praebere ſpeciem atque …ronem pugnantium Caeſ. Bell. Gall. 3,25. Plin. 20, 19 Fo- …i procul intuearis) ſpeciem paſſerum praeſentantibus. Plaut. …l 1,2,41 Parant ſedulo infirmitatem: et vt in vſum boni, et in ſpe- …populo ſint, ſibique et materiem reparant. ¶ 3 Spe- …s *Adſpectus, res viſa* Virg. Aen. 2,407 Non tulit hanc ſpeciem …ia mente Choroebus. Cum annotaſſet inſculptum monu- …n militem Gallum ab equite Romano oppreſſum, trahi crinibus …en ſpeciem exſiluit gaudio Suet. Ner. c. 41. Aulae tacitae fle- …i ſpecies, *Lugubris adſpectus atrii deſerti* Claud. de Rapt. Proſerp. 4 Species, *pro Viſionibus nocturnis.* Caeleſtium ſpe- …blata, Liu. 1,31. Idem 26, 19 Pleraque apud multitudinem …r nocturnas viſa ſpecies, aut velut diuinitus mente monita agens. …*Cornelio Scipione loquitur.* Variae illudunt ſpecies Virg. …4,406. Eadem eſt in ſomniis ſpecies eorum, quae vigi- … videmus Cic. Acad. 4, 52. Species, quae per ſomnum erat … Curt. 3, 3, 7. Anxium de inſtantibus curis agitabant et- …er ſomnium ſpecies imminentium rerum ib. n. 2. *conf.* Suet. …c. 1 et 37. Prudent. Cath. 6,53. Vanae finguntur ſpecies, …aegri ſomnia Hor. de Arte Poët. 7. Moueri falſa viſione et …doloris Cic. Tuſc. 2,42. ¶ 4 Species *eſt Actio ipſa* …*di, quae Graece* ὅρασις *dicitur, vel potius Senſus cernendi, vt cum Lu-* …*cribit,* 5, 723 Denique eam partem, quaecunque eſt ignibus aucta …eciem nobis vertit. *i. Oculos noſtros verſus.* Vitruu. 3, 2 …propter altitudinis interuallum ſcandentis oculi ſpeciem fallunt. …4 p. 187 Ergo ſi tantis interuallis noſtra ſpecies poteſt id animad- …re. *Et* 5, 9 Aër ſubtilis et extenuatus ex viridibus perlimat …m, ita auferens ex oculis humorem craſſum aciem tenuem et …n ſpeciem relinquit. *Et* 9, 4 p. 189 *pr. de Luna cum Sole con-* …, *ſ. prima,* Cum ad perpendiculum exſtet, — totum lumen ad …orem ſpeciem retineri, *vt videre poſſint, ſi qui ſupra ſint.* ¶ 5 …m *priſci Iuriſconſulti appellant, quod recentiores legis* caſum. Vl- …s in Tract. Donat. inter virum et vxorem, cap. Sed interim. …do itaque non retro agitur, emergunt vitia, vt Marcellus anim- …it in ſpecie huiuſmodi. Paullus in tractatu 2 de Legat. cap. …s. Proxime ex facto incidit ſpecies talis. *Alias opponitur ſpe-* …*ICtis* materiae: *vt cum dicitur aliquis* induxiſſe alterius materiae …m, *i. formam. v. c. c.* Donell. 4, 12. *extr.* ¶ 6 Spe- …*efinitur a Dialecticis, vt ſit, Id quod dicitur de pluribus differenti-* …*mero: vt homo eſt ſpecies ſub qua comprehenduntur Socrates, Plato,* …*id.* Sen. Ep. 58. *Saepe ita* Varro de R.R. *Vid. v. g.* 1,9,4. 3, … *Hinc* Colum. 1, 2,11 Species fenae ſingulis contribuuntur ge- …us. *Ipſe* Cic. in Topic. 30 c. 7 In diuiſione formae ſunt, quas …i ἰδέας vocant: noſtri, ſi qui haec forte tractant, ſpecies appel- … non peſſime id quidem, ſed inutiliter ad mutandos caſus in di- … Nolim enim, ne ſi Latine quidem dici poſſit, *ſpecierum* et …*bus* dicere: et ſaepe his caſibus vtendum eſt, at *formis* et *forma-* …elim, *etc.* Formam *itaque maluit dicere Cicero eam, quae vulgo* …*s a dialecticis dicitur.* *Paullo alia notione* Idem Acad. 1,30 Men- …olebant rerum eſſe iudicem, ſolam cenſebant idoneam cui crede- …, quia ſola cerneret id, quod ſemper eſſet ſimplex, et vnius modi, …e quale eſſet. Hanc illi ἰδέαν appellabant, iam a Platone ita ap- …am: nos recte ſpeciem poſſumus dicere. *Sed propius ad illam prio-* …le Orat. 1,189 Partes generis communione quadam ſimiles, ſpecie … differentes. *Huc referre poſſis forte illud* Tac. Germ. 5, 1 … etſi aliquando ſpecie differt, in vniuerſum tamen aut ſiluis hor- … aut paludibus foeda. *Sed non voluit, puto, dialectice hic loqui* …*us, ſed diuerſitatem indicare, quae oculorum iudicio pateat.* *Nec* …*ul. aliter ſentiendum de his:* Propoſita vitae eius velut ſumma, par- …illatim neque per tempora, ſed per ſpecies exſequar Suet. Aug. … Facilius cuiuſque rei in vnum contracta ſpecies, quam di- …emporibus, oculis animiſque inhaeret Vell. 1,14, 1. Factum …t inter plebiſcita et legem ſpecies conſtituendi interceſſerit, po- …t autem eadem eſſet Pompon. l. 2 §. 8 ff. de Or. Iur. Summae …es duae, ſicca et liquida Plin. 24, 71 *de reſina.* Vitruu. 3,2 …pecies aedium ſunt quinque. *Sic* Quinctil. 5, 10, 55 ſqq. *it.* 7, …5 *etc.* Cic. de Orat. 2 Quid enim eſt maius, quam quum …an ſit inter oratores bonos diſſimilitudo, iudicare, quae ſit optima …es, et quaſi figura dicendi? *Vtrumque per tranſlationem dictum.* … Species *proprie forma eſt cuiuſque rei, quam adſpicimus:* Figura …*a fingendo dicta eſt. Verum quia Species ea eſt, quae rebus omnibus* …*lationem et proprietatem quandam attribuit, ideo pro cuiuslibet rei* …*ra natura poni ſolet, vt* Species hominis *ſit idem, quod Natura ho-* …*nis: atque ita de reliquis. Itaque dicunt Species rerum aeternas eſſe:* …*ui licet ſingularia atque indiuidua intereant, tamen ipſa natura con-* …*ſeruetur.* Adumbrare ſpeciem excellentis eloquentiae Cic. Orat. …43 *aciem et naturam illius deſcribere.* ¶ 7 Species *Res* …*iu ſae, in quantum ad vnum quiddam conſtituendum miſcentur, vel ſub* …*n. regula comprehenduntur. Sic* Species annonariae *apud* Veg. 3, 3 *et* …*ICt, panis, vinum, triticum, lardum, vid. Briſſon. Inprimis de aroma-* …*tis.* Macrob. Saturn. 7,8 Species et acres et calidae, ſuperficiem …pponuntur, exulcerant. Martianus in l. vlt. D. de publican. Spe- …cie pertinentes ad vectigal, cinnamomum, piper longum, piper al- …bu, *etc.* Diu agitari curabis, vt ſpecierum vis omne corpus in- …tic Pallad. Octob. t. 14. Adde et aromaticas ſpecies, quas mit- …tit ous Marcell. de Medic. v. 42. *conf.* ib. v. 20. Reſiſtentes …ſpecies, *vid. in dictione* ADAERO.

SPECIĀLIS, e. Adi. [εἰδικός, ἴδιος] *Non tam Particulare, quam Pr…rium, et veluti Peculiare ſignificat.* Iulius Capitolinus in M. …Ph. 17 Macrianorum familiam id ſpeciale ſemper habuiſſe, vt Alex- an…um Magnum in auro atque argento exſculptum ſemper haberent. *De ſu illo Logico* Sen. Epiſt. 58 ait, Genus generale et genera ſpecia- lia eſſe. *Et deinde,* Quod generaliter eſt, tanquam homo generalis, ſub oculos non venit; ſed ſpecialis venit, vt Cicero et Cato. *Eſt igitur* homo ſpecialis *hoc loco idem, quod Scholaſtici vocant Indiuiduum. Vid.* Quinctil. 3,5, 9 ſq. *et* 12, 2. *et* Declam. 299.

SPECIATIM. Adu. [κατ' εἶδος] *Contrarium habet* Generatim. Cic. Poſt redit. in Senat. 21 c. 8 *fin.* Multa de me C. Meſſinius et amicitiae et Reipublicae cauſa dixit, legem ſpeciatim initio de ſalute mea promulgauit. *Vetus exemplar legit* Separatim.

SPECIALITER. Adu. *Idem.* [εἰδικῶς] Columel. 3, 9 *extr.* Atque de cura eligendi malleoli generatim praecepimus: nunc illud proprie ſpecialiter. *Vid.* Quinctil. 3, 6, 103. 5, 7, 5. Celſ. 5, 24. Pallad. Febr. t. 19. Solin. c. 14. Vlpian. l. 24 ff. de contrah. emt. Apul. de Mund. p. 69. *add.* Quinctil. Trib. Mar. c. 1 *extr.* Paullin. de S. Felice Natal. 9, 146. Qui ſpecialius iactantur Cael. Aurel. Acut. 3, 13, 141.

SPECIALĬTAS, ātis. f. Tertull. adu. Marc. 5, 8 In diſtributione facienda, et in ſpecialitate interpretanda. *Finxit hanc vocem* Antonius Grammat. *teſte* Frontone.

SPECIETAS, atis. f. Species diuiſio eſt generis, ſpecietas qualitatis, Fronto Grammat.

SPECIĀTVS, a, um. Quid hodie informe in mundo? quid retro ſpeciatum in materia? Tertull. adu. Hermog. c. 40.

SPECIŌSVS, a, um. Adi. [ὡραῖος, εὐειδής] *Pulcher ſpecie et forma, plane vt formoſus.* Plin. 13, 4 Minus ſpecioſae ſed ſapore caryotarum ſorores. Idem 19, 30 Triticum quo celerius, eo ſpecioſius et robuſtius. Celſ. 2, 2 Si plenior aliquis, et ſpecioſior, et coloratior factus eſt. Hor. Epiſt. 1, 18, 52 — adde, virilia quod ſpecioſius arma Non eſt qui tractet. Honore tituli ſpecioſus Ouid. *ad* Liu. 269. Dictu ſpecioſa Liu. 1, 23. Sed ſi vera potius quam dictu ſpecioſa dicenda ſunt. Non ſpecioſa dictu, ſed vſu neceſſaria in rebus aduerſis ſequenda eſſe Curt. 5, 1, 8. Corpus ſpecioſiſſimum Quinctil. 2, 15. Criminatio minus ſpecioſa, *Quae parum coloris et praetexti habet.* Liu. 1, 54. Aliorum ſpecioſiora primo adſpectu Conſilia ſemper viſa Id. 28, 40. Cauſas iuſtas, magnas et ſpecioſas habere Cic. Att. 16, 7. Specioſiſſima Claſſe fabricata Vell. 2, 79, 2. Eloquentia locuples et ſpecioſa Quinctil. 5, 14. Familiam nemo ſpecioſiorem producit Sen. Epiſt. 87. Familia admodum ſpecioſa Vellei. Paterc. 2, 59, 2. Fabula ſpecioſa locis Hor. de Arte Poët. 319. Frons ſpecioſa altis cornibus Ouid. Met. 3, 20. *al.* Spatioſa. Iuuentus ſpecioſa Valer. Argon. 7, 556. *al.* Pegaſea. Mulier ſpecioſa Ouid. de Arte Am. 3, 421. Miracula ſpecioſa Hor. de Arte Poët. 144. Nomina ſpecioſa imponere culpae, *Pulchra et honeſta* Ouid. Met. 7, 69. Perſonas ſpecioſas accipere debemus, Clariſſimas perſonas vtriuſque ſexus: item eorum, qui ornamentis Senatoriis vtuntur. *Haec* Vlpianus in l. Specioſas. D. de verb. ſignific. Specioſius ſtili genus Quinctil. 7, 1. Vlmus ſpecioſa nitentibus vuis Ouid. Met. 14, 661. *al.* Spatioſa. Vocabula ſpecioſa Hor. Epiſt. 2, 2, 116. *Superl.* [ὡραιότατος] Senec. de Benef. 3, 7 Hoc enim ſpecioſiſſimum eſt in illo, quod dedimus vel perdituri, quod totum permiſimus accipientium arbitrio.

SPECIOSE, ius, iſſime. Adu. [ὡραίως] *Ornate.* Liu. 34, 7 Et equus tuus ſpecioſius inſtratus erit, quam vxor veſtita. *conf.* Hor. Epiſt. 1, 18, 52. Africani humanitas late ſpecioſeque patuit Val. Max. 5, 1, 6. Specioſius ingredi, Cum ornatu Columel. 2, 2. Haſta ſpecioſiſſime contorta Quinctil. 9, 4. Aciem, quam ſpecioſiſſime potuit, Inſtruxit Hirt. B. Afric. c. 48.

SPECIOSĬTAS, ātis. f. Tertull. de Cultu fem. cap. 2 Naturalis ſpecioſitas.

SPECILLVM, *vid.* SPECVLVM.

SPECĬMEN, inis. n. [ἐπίδειγμα] *Exemplar rei alicuius, unde videri et intelligi poſſit, qualis illa ſit, quale eſt, quod in mercibus emtori ſolet oſtendi, vt in pannis; vel deguſtatio in eſculentis.* Plaut. Moſt. 1, 2, 52 Igitur tum ſpecimen cernitur quo eueniat aedificatio. Egregium ſpecimen Sen. Theb. 1. Cic. in Piſon. 95 c. 29 Damnatio iſta, quae in te flagitatur, obſtitit P. Rutilio, quod ſpecimen habuit haec ciuitas innocentiae. *i. Exemplum.* Idem de Nat. Deor. 3, 80 Cur temperantiae, prudentiaeque ſpecimen, ante ſimulacrum Veſtae Pontifex Maximus eſt, Q. Scaeuola trucidatus? *conf.* Nep. 25, 3, 3. Popularis iudicii ſpecimen Cic. de Clar. Orat. 188. Adhibere ſpecimen, *vid.* ADHIBEO. Cic. Tuſc. 1, 32 c. 14 Quid illud? num dubitas, quin ſpecimen naturae capi deceat ex optima quaque natura? Capere ſpecimen omnis affectus Sen. Med. 6. Dare ſpecimen Virg. Georg. 2, 241. Salſa autem tellus, et quae perhibetur amara, Tale dabit ſpecimen, *etc.* Dare aliquod ſpecimen Cic. Diu. in Caec. 27. Idem ibid. c. 8 Tu vero Caecili quid potes? quo tempore, aut qua in re non modo ſpecimen caeteris aliquod dediſti, ſed tute tui periculum feciſti? *vid.* DO. Dare ſpecimen indolis, *vid.* INDOLES. Habeo hoc ſpecimen probitatis illius. Plin. in Paneg. *vid.* SPECIMEN, *i.* Indicium, *ſupra.* Eſſe aliquibus ſpecimen Cic. de Legib. 3, 10. Sumere ſpecimen Plin. 7, 55.

SPECIO, *vel* SPICIO, xi, ctum, ĕre. [βλέπω] *Apud antiquos in vſu fuit, quod Videre ſignificat.* Varro de L. L. 5, 8 p. 61, 2 Spectare dictum ab Specio antiquo: quo etiam Ennius vſus, *Vos epulo poſtquam ſpexit.* Et quod in auſpiciis diſtributum eſt, qui *habeant Spectionem*, qui non habeant: et quod in auguriis dicunt, *auem ſpecere, etc.* Plaut. Caſ. 3, 1, 2 Nunc ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur, *vid.* SPICIO.

SPECTIO, ōnis. f. *a Specio, verbo antiquo, vt modo vidimus e* Varr. L. L. 5, 8 Et quod in auſpiciis diſtributum eſt: qui habeant ſpectionem, qui non habeant, *etc.* Cic. Phil. 2 c. 32 Primum cum Caeſar oſtendiſſet, ſe *(pro regia, quam ſibi arrogabat poteſtate)* priuſquam proficiſceretur, Dolabellam Conſulem eſſe iuſſurum: —— tum hic bonus augur *(Antonius)* eo ſe ſacerdotio praeditum eſſe dixit, vt comitia auſpiciis vel impedire *(ne fierent)* vel vitiare *(facta iam)* poſſet, idque ſe facturum eſſe aſſeuerauit. In quo primum incredibilem ſtupiditatem hominis cognoſcite. Quid enim? iſtud, quod te ſacerdotii iure facere poſſe dixiſti, ſi augur non eſſes, et Conſul eſſes, minus facere potuiſſes? Vide ne etiam facilius, nos enim *(qui augures ſumus, nihil praeterea)* nuntiationem ſolum *(eorum, quae in augurio nobis obvenere)* habemus, *(caeterum de caelo ſeruare quoties voluerimus, et ſic impedimentum obiicere comitiis aut rebus gerendis, nobis non licet per leges)* conſules et reliqui magiſtratus *(maiores ſuo ordine, nempe erga minorem aequalem certe)* etiam Spectionem, *(vt liceat illis, vel augurem iubere de caelo ſeruare, vel, ſi ipſi iidem ſint augures, ipſi ſuo arbitratu de caelo ſeruare, niſi ſpeciali SCto prohibeantur, poſſint)* Eſto: hoc imperite *etc.* *Hic locus, quem partim ex vi et proprietate verborum, partim*

tim ex iis, quae indubii iuris publici ſunt interpretati ſumus, debet regulam quaſi praeſtare, quomodo emendandus ſit, interpretandusque corruptiſſimus Feſti *locus in* Spectio, *qui ita habet*: Spectio, in auguralibus ponitur pro Aſpectione et nuntiatio, quia omne ius ſacrorum habent, auguribus ſpectio duntaxat, quorum conſilio rem gererent magiſtratus, non vt poſſent impedire nuntiando, quae cum vidiſſent ſatis, ſpectio ſine nuntiatione data eſt, vt ipſi auſpicio rem gererent, non vt alios impedirent nuntiando. Feſtus. *Hunc tamen locum, inuito Cicerone et multis adeo, ita emendat Scaliger*: Spectio et nuntiatio data erat iis magiſtratibus, qui omne ius auſpiciorum habent. Auguribus Spectio duntaxat —— quaecunque vidiſſent. at iis Spectio ſine nuntiatione, *etc.* Gell. 5, 12 In antiquis Spectionibus nomina haec deorum ineſſe animaduertimus. *i. libris auguralibus, quibus illae* Spectiones *augurum deſcriptae. Caeterum libri vulgares hic habebant* Spectationibus.

SPECTVS, ûs. m. *Adſpectus.* Pacuu. *apud* Feſtum ſpectu proteruo ferox. Apul. Met. 3 *ſub init.* Obliquato ſpectu conſpicio. *Al.* Adſpectu. Plin. 2, 52 In ſedecim partes caelum in eo ſpectu diuiſere Thuſci. *Conf.* Ambroſ. Hexaëm 6, 2. *Stewech. in* Arnob. p. 125.

SPECITO, āre. [ἐπιβλέπω] *Frequent. antiquum a Specio.* Plaut. Ciſt. 1, 1, 92 Per Dionyſia mater pompam me ſpecitatum duxit. *al.* *Spectatum.*

SPECTILIS, e. Spectile, *obſol. ap.* Plaut. in Fragm. Carbon.

SPECTO, āre. [θεάομαι, ἐποπτεύω, θεωρέω] *Saepe, ſeu fixe intueri.* Plaut. Amph. 2, 2, 118 Age, me huc adſpice. s. ſpecto. *Apud eundem* in Caſ. prol. 6 Spectare fabulas. Cic. Verr. 1, 53 Spectantibus omnibus. Spectatum veniunt, veniunt ſpectentur vt ipſae Ouid. A. A. 1, 99. Here ne me ſpectes: me impulſore haec non facit Ter. Eun. 5, 6, 18. Viſere et ſpectare aliquid Cic. Tuſc. 1, 44 c. 19. Non ſemper dicere, ſed ſpectare debemus Idem Fam. 1, 9. Oculis proteruis ſpectare aliquem Ouid. Epiſt. 17, 77. Oculo irretorto ſpectare aliquid Hor. Carm. 2, 2, 24. Spectare ad aliquem Ouid. Met. 1, 628. Vir bonus, omne forum quem ſpectat et omne tribunal Hor. Epiſt. 1, 16, 57. Intro ſpectare, *vid.* INTRO, *Aduerbium.* Tergo ſpectari Ouid. de Arte Am. 3, 774. In omnem partem ſpectare Quinctil. 1, 12. Cic. Att. 9, 12 (15) Ille vt ad me ſcripſit, legiones ſingulas poſuit Brundiſii, Tarenti, Siponti. Claudere mihi videtur maritimos exitus, et tamen ipſe Graeciam ſpectare potius, quam Hiſpanias, *i. conſilium habere eundi in Graeciam. Sed* Spectat Orientem, et ſimilia: *pro E regione eſt, et vergit* Plin. 6, 17. Ad ſolis occaſum Plin. 6, 13. Cic. Verr. 5, 169 Te iubere in ea parte figere *(crucem)* quae ad fretum ſpectaret Caeſ. Bell. Gall. 5, 13 *it. ib.* 1, 1. Spectare in Meridiem, in ventum Fauonium Cato c. 1. Varro de R. R. 1, 24. In ſeptentriones Caeſ. B. G. 1, 1. Spectare deorſum Colum. 12, 16. Celſ. 7, 29 Ceruix replicatur, retroque caput, ac reliquum corpus ſpectat. ¶ 2 Spectare *eſt aeſtimare* Cic. pro Roſc. Com. 28 c. 10 Nemo enim illum *(ſeruum)* ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico aeſtimabat. Cic. pro Roſc. Com. 42 c. 14 Quem ſi tu ex cenſu ſpectas, eques Romanus eſt: ſi ex vita, homo clariſſimus eſt: ſi ex te, iudicem ſumſiſti: ſi ex veritate, id quod ſcire potuit, et debuit, dixit. Aliquem ex vocibus ſpectare Cic. Tuſc. 5, 31. Spectare animum alterius ex ſuo Ter. Andr. 4, 1, 22. Vitam alicuius non ex oratione, ſed ex moribus ſpectare debemus Cic. in Salluſt. 3 c. 1. In dubiis homines ſpectare periclis Conuenit aduerſiſque in rebus noſcere, qui ſint Lucret. 3, 55. *Conf. Barth. ad* Script. Ven. p. 61 *et* 190. Aurum ſpectatur in ignibus, *Probatur* Ouid. Triſt. 1, 4, 25. Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum, Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides. ¶ 3 Spectare *Rationem habere* Cic. Off. 2, 70 At vero ille tenuis, quum quidquid factum ſit, ſeſe ſpectatum, non fortunam, putat. *i. Non ob gratiae relationem exſpectatum beneficium ſibi collatum arbitratur, quum diues aliter opinetur et potens.* Virg. Ecl. 3, 48 Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes. Spectare a deteriore parte Senec. de Benef. 2, 28. Ad ſuam gloriam magis, quam ad cuiuſpiam ſalutem ſpectare Cic. pro Sext. 37 c. 16. Non tam faſtidioſe in nobis, quam in hiſtrionibus ſpectari puto Cic. de Orat. 1, 258. Rem, non hominem ſpectari oportet Auctor ad Heren. 1, 9. Eadem ſpectans, ſi in itinere impeditos et perterritos deprehendere poſſet, exercitum e caſtris eduxit Caeſ. B. C. 3, 75, 3. Tradimus quae nos ſequi in dicendo, quaeque maxime ſpectare ſolemus Cic. de Orat. 2, 204. Quid in iudicando ſpectare oportet Cic. pro Milon. 15. Idem Fam. 5, 8 Sed vt primum forum attigerim, ſpectare ſemper vt tibi poſſem quam maxime eſſe coniunctus. Virtus vetat, dum praeſtatur fides, fortunam ſpectare Cic. de Diuin. 2, 78. In iudice debet et fortuna et dignitas ſpectari Cic. Philipp. 1, 20. In pactionibus faciendis legem ſpectare Cic. Q. Frat. 1, 1. Iuuenes magna ſpectare, et ad ea rectis ſtudiis contendere debent Cic. Off. 2, 45 c. 13. Nihil niſi ſempiternum ſpectare Cic. pro Rabir. perd. reo 29. Spectare retro Celſ. 7, 29. Victoriam ſpectare Quinctil. 5, 12. Cic. Verr. 2 Seque in eo capitis periculum aditurum, voluntatem ſpectet eius, quem ſtatim de capite ſuo putet iudicaturum. Propius ſpectare aliquid Hor. Epiſt. 1, 1, 66. ¶ 4 *Relationem ad finem notat. Siue quem petimus, ſeu certe, in quem res exit.* Cic. pro Deiot. 5 Dico intra domeſticos parietes —— in tuis oculis, in tuo ore vultuque acquieſco: te vnum intueor, ad te vnum omnis mea ſpectat oratio, *i. dirigitur, tanquam ad metam, ſcopumque, etc.* Cic. Tuſc. 1, 60 Quorſum igitur haec ſpectat oratio? *Add.* Id. de Orat. 3 c. 24. Spectat hoc longe alio Nep. 2, 6, 3. Cic. Acad. 4, 114. Quo enim ſpectat illud, quum artificia tolli quereris a nobis, niſi vt opifices concitentur? Idem de Finib. 3, 33 Sed eorum definitiones paulum oppido inter ſe differunt, ſed tamen eodem ſpectant. Quae ſcripta ſunt, eo ſpectant, vt te horter, et ſuadeam Cic. Fam. 13, 4. Quid iſta edicta valeant, aut quo ſpectent, plane non video Cic. Att. 16. Ad aliquid ſpectare Quinctil. 2, 2. Conſilium eius ad bellum ſpectat Cic. Att. 15, 4. Idem Fam. 4, 2 Omnia vtriusque conſilia ad concordiam ſpectauerunt. *Et ibidem* 14, 5 Ad arma rem ſpectare. Sermo tuus ad perorandum ſpectare videtur Cic. de Clar. Orat. 291. Spectat res ad interregnum Cic. Q. Frat. 3, 1. Spectat ad rebellionem gens Liu. 34, 56, 10. Spectat ad ſeditionem Liu. 25, 3 *extr.* Beneficia quae ad ſingulos ſpectant, et ad vniuerſos pertinent Cic. Off. 2, 72. Spectat res ad vim Liu. 1, 9. Aliquid inquirere, quod ad bene beateque viuendum valeat et ſpectet Cic. Offic. 2, 6. Prima et media verba ad vltimum ſpectare debent Idem de Orat 200. Cic. de Orat. 192 Artem vero negabat eſſe vllam, niſi quae cognitis penitusque perſpectis, et in vnum exitum ſpectantibus, et nunquam fallentibus rebus contineretur. Spectare ne, *pro* Cauere: Plaut. Aſin. 4, 1, 3 Spectandum ne cuiquam annulum det, neque roget. ¶ 5 *Obſeruatt. Paſſ.* Plaut. Stich. 1, 2, 59 Vbi facillime ſpectatur mulier, quae ingenio eſt bono? Plin. 10, 70 Plauſu congregari feros ad cibi ſuetudine ſpectatur. *de piſcibus.* Spectare *et* Exſpectare *confu frequentiſſime in MSS. in primis ita,* : . Exſpectar . . . re *ſatis erat: quod non ſimpliciter errori tribuendum librariorum, valeſcenti conſuetudini* L *praeponendi (apud Italos* I *etiam) ab* SP *entibus, unde* Eſpeio *Hiſpanorum, et* Eſpece *Gallorum, et ſexcen nata ſunt. Vid. Drakenb. ad* Liu. 6, 33, 1. *Schwarz. ad* Plin. 3 *etc.* Spectare, *pro, Exſpectare* Scribon. 20. *Gerund.* Proper 3 Creſcit enim aſſidue ſpectando cura puellae. *Supinum,* Arte Poët. 5 Spectatum admiſſi riſum teneatis amici? Specta dos ire Nep. 21, 2, 1. In Arcadia ſcio me eſſe ſpectatum ſuem R. R. 2, 4. *i. ſpectaſſe. Gesn. ſuſpicatur fortaſſis leg.* iſſe *vel* ſ Cic. Off. 2 c. 11 Maximeque admirantur eum, qui pecunia non tur: quod in quo viro perſpectum ſit, hunc dignum ſpectatu ai tur. *A.* Igni ſpectatum.

SPECTANS, antis. Partic. [ἐποπτεύων] *Vt,* Inuicem ſpecta bos Ouid. Met. 6, 631. Quid ſpectans Deus ipſe diceret? Cic. c. 14. Populo ſpectante Hor. Epiſt. 1, 6, 60. Argumenta ad id in iudicium venit, ſpectantia afferri debent Cic. de Orat. 2 c. 30 ſtigia te aduerſum ſpectantia Hor. Epiſt. 1, 1, 74.

SPECTANDVS, a, um. Partic. [θεατέος] *Vt,* Spectandus in mine Martio Hor. Od. 2, 14, 17. Oculis nigris ſpectandus Idem te Poët. 37. Ludicra quo ſpectanda modo Idem Epiſt. 1, 6, 7 ctanda theatris Hor. Sat. 1, 10, 39. Plin. 1, 42 Nec vulgaris pſitta ma, quamuis non ſpectanda.

SPECTĀTVS, a, um. Partic. [δοκιμασθεὶς, ἐνδόκιμος] *Probatu probata et ſpectata iam virtus eſt.* Virg. Aen. 8, 151 — Sunt no tia bello Pectora: ſunt animi, et rebus ſpectata iuuentus. Adel. 5, 6, 5 Nam is mihi eſt profecto ſeruus ſpectatus ſatis. Andr. 5, 1, 5 Satis iam ſatis Simo ſpectata erga te amici mea. Spectatus et cognitus in rebus iudicandis Cic. Verr. Gell. 13, 20 Summa vir auctoritate grauitateque, et a Diuo ano in mores atque literas ſpectatus. Adoleſcentia Cic. Poſt Redit. in Senat. 36. Fabula ſpectata Hor. de Art 190. Fides noſtra ſpectata eſt per mala Ouid. ex Ponto 2 Ad fidem cognitam et ſpectatam confugere Cic. Verr. 1, 11. ma ſpectata Ouid. Met. 14, 653. Homo omnium artium tus et ſpectatus Cic. de Orat. 1, 124. Integritas in multis gnis rebus ſingularis ſpectata Cic. Philip. 3, 26. Integrita ctatae vir Liu. 26, 49. Medicus ignobilis, ſed ſpectatus Cic. p ent. 47. Pietas ſpectata Ouid. Faſt. 4, 37. Virtus belli domique Hor. Epiſt. 2, 1, 230. Durior eſt conditio ſp Virtutis quam incognitae Brut. ad Cic. Virtus nobilit ſpectata Cic. pro Flac. 62. Vir maximus et ſpectatus Idem d cit. 9. Viri fortes et ſpectati Cic. Verr. 1, 24. Vir ſp et honeſtus Idem Verr. 5 (3) 67 c. 25 *pr.* *Compar.* Quo n ctatior alter Sil. 1, 440. *Add.* Plin. 11, 1 *et* 36, 12. *Superl.* Id ſpectatiſſimum ſit Liu. 1, 57, 7. Spectatiſſimus ſui ordinis P Cic. Verr. 3. Femina ſpectatiſſima Idem pro Roſc. Amer. 50. *Add.* Id. Fam. 5, 12, 25.

SPECTATE. Adu. [ἐνδοκίμως] *Egregie, ad ſpectaculum vsque* 21, 1 Flores vero, odoresque in diem gignit: magna, vt palam e monitione hominum, quae ſpectatiſſime floreant, celerrime ma re. Res ſpectatiſſime adminiſtrare Ammian. 28, 18.

SPECTATIO, ōnis. f. [δοκιμασία] Cic. Verr. 3, 180 c. omni pecunia, quam aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominib ductiones fieri ſolebant. Primum pro ſpectatione et collybo: de pro neſcio quo ceratio. *Hic Probationem ſignificat.* *Add.* Ic Fam. 7, 1, 6. Flor. 2, 7, 3. Quae ſcenicis moribus per machinationem ctationem populo comparantur Vitr. 10 *praef.* *Hic idem quod ſpecta*

SPECTĀTOR, ōris. m. [θεατὴς, θεάμων, ἐπόπτης, ἀπόπτης, ὁ *Qui ludos, aut aliud quidpiam, animi cauſa ſpectat.* Plaut. Amphi 3 Nunc ſpectatores, Iouis ſummi cauſa, clare plaudite. Cic. Off. c. 8 Spectatoresque ſe otioſos praebuerunt Leuctricae calam Grata nouitate morandus ſpectator Hor. A. P. 223. Caeli ſider Liu. 24, 34. Equorum ſpectator Ouid. Amor. 3, 2, 7. *Al.* tor. Ter. Eun. 3, 5, 18 Quum ipſum me noris, quam elegans rum ſpectator ſiem. *Vbi* Donatus: Spectator elegans eſt, Qui ctantis et faſtidioſi iudicii: cui non quid placet facile: Spectator Prob vt Spectatores pecuniae dicuntur. Ineptiarum alicuius conſtitue et ſpectatorem Cic. de Orat. 1, 112. Laudis ſpectator et gloriae ditor Idem pro Domo 64. Laudum alicuius ſpectator Idem 2, 6. Officiorum cuiuſpiam diligens ſpectator Idem de Conſ. 18. Operum multorum ſpectator Ouid. Met. 12, 187. rum ſuperarum atque caeleſtium ſpectator Cic. de Nat. Deor. c. 56. Superbi ſpectatoris faſtidia Hor. Epiſt. 2, 1, 215.

SPECTĀTRIX, īcis. f. [θεάτρια] Plaut. Merc. 3, 4, 12 Diuû que hominum quae ſpectatrix atque hera eadem es hominibus. ritas incorrupta praeteritorum ſolet eſſe ſpectatrix Ammian. 30 Scelerum ſpectatrix turba Lucan. 3, 129. *Conf.* Sen. ad Marc. c. 18

SPECTATĪVVS, a, um. Adi. [θεωρητικὸς] *Cui contemplati propoſita eſt.* Quinctil. 3, 5 Vt illa ſit ſpectatiuae partis, haec act *Conf.* Mart. Capella 3 p. 51.

SPECTATVS, ûs, *vel* SPECTATVM, i. n. Miſerum funeſ que ſpectatum adſpexi Apul. Met. 4 p. 484 *Stew.* *Elmenh.* p. 151 ſpectamen: *Conf. eiusd. Emendatt.* p. 197.

SPECTABILIS, e. Adi. [θεατὸς, ἀξιοθέατος] *Spectatione dignu admiratione.* Plin. 11, 14 Aliubi enim faui cera ſpectabiles gignun Ore placido ſpectabilis Ouid. ex Ponto 2, 2, 81. Campus ſpecta vndique, *Qui ex omni parte poteſt ſpectari* Ouid. Met. 3, 709. pus ſpectabile, Quod videri poteſt, conſpicuum Idem Triſt. 3, 8, 35. cie ſpectabilis puer Idem Faſt. 4, 223. Heros ſpectabilis Idem 7, 496. Opus ſpectabile Valer. Argon. 1, 428. Apul. Flor p. 791 *Floridi* Magna vis aeris — veterrimo et ſpectabili opere Met. 10 p. 347, 1 *Flor.* Venus — tenui pallio bombycino inumb bat Spectabilem pubem, *ſpectari dignam, vel quae per nebulam illam neam ſpectari tamen poſſet.* Signum ſpectabile, *Statua digna quae ſpe tur* Iuuen. Sat. 8, 110. Victoria pulchra et ſpectabilis Tacit. Vita Agric. 34, 4. ¶ 2 Spectabilis *erat honoris tulus ſenatorum ſecundi ordinis: v. g.* l. 3 Dig. de Off. Praef. Vig. *I. Gothofredi Notitia dignitatum* Cod. Theod. p. 21 *ſeq.*

SPECTABILITAS, ātis. f. *Dignitas ſenatoris, ſpectabilis appell.* In officio ſpectabilitatis tuae Impp. 12 C. t. 26 l. 1. *Add.* 9 C. t. 27 l. 5.

SPECTACVLVM, i. n. [θέαμα Gloſſ. Lat. Gr. ſpectacula, θεω ibid.] *Id quod ſpectatur, vt Ludi theatrales ſ. ſcenici, Circenſes,*

…iat ii. *Exſtat libellus* Martialis de Spectaculis, *quo celebrat tum ipſum amphitheatrum, tum alia, quae Domitianus ſpectanda in illo praeſtitit.* Tertullianus *libro* de Spectaculis *monet Chriſtianos, ne illis corrumpi ſe patiantur. Antiquitatem tractat Lipſ. in Saturnalibus, it. de Amphitheatro, etc.* Virg. *ap.* Donatum in vita, Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane. Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit Virg. Aen. 6, 37. *contemplatio picturarum ſculptarumue imaginum Daedali.* Plin. in Paneg. 46 Obtinuit aliquis, vt ſpectaculum pantomimorum populo Romano tolli pateretur. Cic. de Fin. 5 c. 18 Vt pompa, ludis atque eiuſmodi ſpectaculis teneantur, *etc.* Idem Verr. 3, 5. Conſtituitur in foro Laodiceae ſpectaculum acerbum et miſerum, et graue toti Aſiae prouinciae, *vid.* MISER. Liu. 1, 25 Itaque ergo erecti, ſuſpenſique in minime gratum ſpectaculum animo intenduntur. *Add.* 1, 28 …ere omnes a tanta foeditate ſpectaculi oculos. Populi ſenſus maxime theatro et ſpectaculis perſpectus eſt Cic. Att. 2, 19. Idem Q. Fratr. 2, 10 in fine, De Republ. nimium te laborare doleo, et meliorem te eſſe quam Philocteten, qui accepta iniuria, ea ſpectacula quaereret, quae tibi acerba eſſe video. *Philoctetes volebat videre perire ſuos hoſtes. Quincto hoc dolebat.* Homini non amico noſtra incommoda ſpectaculo eſſe nollem Cic. Att. 10, 2. In ſcenam prodire et populo Eſſe ſpectaculo Nep. Praef. n. 5. Admiranda ſpectacula leuium rerum Virg. Georg. 4, 3. Annua ſpectacula Ouid. Faſt. 5, 295. Apertiſſimum ſpectaculum Cic. Philip. 1, 36 c. vlt. Meridianum ſpectaculum et Matutinum in arena Sen. Epiſt. 7. *vid. Lipſ. ad h. l.* Magnum ſpectaculum Hor. Serm. 1, 6, 71. Amantur ſcenae ſpectacula Ouid. de Arte Am. 3, 351. Concelebrare ſpectaculum, *vid.* CONCELEBRO. Excitatus eſt plauſus ex omnibus ſpectaculis Cic. pro Sext. c. 58. Indicere ſpectacula, *vid.* INDICO. Circuitus Solis … quae praebent hominibus ſpectaculum Cic. de Nat. Deor. 2, 155 … Rerum caeleſtium ſpectaculum ad hominem ſolum pertinet. Idem de Nat. Deor. 140 c. 56. ¶ 2 Spectaculum, *Locus unde ſpectatur.* Liu. 1, 35 *extr.* Loca diuiſa patribus equitibusque, vbi ſpectacula ſibi quisque faceret, fori dicti. Patremfam. de ſpectaculis … e ſpectaculis in arenam, canibus obiecit Suet. Domit. c. 10. …nt ſpectacula plauſu Ouid. Met. 10, 668. Deſidere in ſpectaculo Sen. Epiſt. 7. Exoritur ventus turbo, ſpectacula ibi ruunt Plaut. … 1. 5, 2, 47. Cunei et gradus ſpectaculorum Vitr. 5, 6. *Conf.* … Ecl. 7, 23. Sueton. Cal. c. 35 Ita ſe proripuit e ſpectaculis. … *feras, quod ſollemni metonymia ponuntur* Spectacula *pro ipſis ſpectatoribus.* Spectacula tantae Ambae acies virtutis erant Sil. 8, 557. *Conf.* … *enb. b. l. et* 2, 230.

SPECTĀMEN, inis. n. *Idem quod ſpecimen.* Plaut. Men. 5, 6, 1 Spectamen bono ſeruo id eſt, qui rem herilem procurat, videt, collocat. …um, memorandum Apul. Met. 4 p. 151. *et* 7 p. 193. Intelligibilia diſciplinarum ſpectamina Auguſtin. Soliloqu. 1, 8. *Conf. ib.* 1, 5 *extr.*

SPECTAMENTVM, i. n. Spectacula, loca ſunt, vnde ſpectamus: …menta, quae ſpectantur Corn. Fronto de Differ. voc. p. 2203 *Putſch.*

SPECIVM, i. n. [μήλη] *Inſtrumentum teres et paruum, quo medici ad …ulnerum ac fiſtularum viam et profunditatem vtuntur.* Pacuvius Vt medici faciunt, qui peius ſpecio vulnus tentant. *Sic Perott.* Corn. *op.* p. 158. *Certe inde poteſt ductum eſſe* Specillum, *de quo poſt* SPECVLVM.

SPECTABILIS, SPECTACVLVM, SPECTATOR, SPECTATVS, SPECTIO, SPECTO, *vid.* SPECIO.

SPECTRVM, i. n. [φάσμα, εἴδωλον] Spectra *ſunt, quae Graece Idola dicuntur. h. e. Simulacra et imagines rerum intellectui occurrentium.* Cic. … 15, 16 Fit enim neſcio quid, vt quaſi coram adeſſe videare, quum … aliquid ad te, neque id κατ' εἰδώλων φαντασίας, vt dicunt tui … noui, qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας ſpectris Catianis ex… Nam ne te fugiat, Catius inſuper Epicureus, qui nuper eſt mortuus, quae ille Gargettius, etiam ante Democritus, εἴδωλα, hic ſpectra …at. His autem ſpectris etiam ſi oculi poſſent feriri, quod vel …a occurrunt: animus qui poſſit, ego non video. Doceas tu me …bit, quum ſaluus veneris, in mea poteſtate vt ſit ſpectrum tuum, …ulac mihi collibitum ſit de te cogitare, illud occurrat, neque ſo… e te, qui mihi haeres in medullis, ſed ſi inſulam Britanniam coe… cogitare, eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus. *Add.* Fam. 15, … Gell. 5, 17. *Ex his imaginibus fiunt viſa, id eſt* phantaſiae: *quorum Academicis longa eſt diſputatio apud eundem.*

SPECVLA, ae. f. [σκοπή, σκοπιά, ἄποπτος, περιωπή] *Accipitur pro Loco et eminenti, vnde aliquid longe videri et inſpici poteſt, ſiue ſit … ſiue turris, ſiue lapis, ſiue arbor, ſiue quid aliud eminens.* Virg. … 11, 59 Praeceps aërii ſpecula de montis in vndas Deferar. Ouid. …piſt. 18, 12 In ſpeculis omnis Abydos erat. Cic. Verr. 5, 93 c. 35 …nim ſicut antea conſuetudo erat, praedonum aduentum ſignifica… at nis e ſpecula ſublatus, aut tumulo. Specula et Speculum ſicut ge… ita ſignificantia differunt. Nam Specula, deſpicientiam ſignificat; ſpeculum, quo imago redditur Nonius 5, 47. Alta ſpecula … Aen. 3, 239. Pars accuſationis duplex fuit, vna, regem ſemper …ſpeculis fuiſſe, cum a te animo eſſet alieno Cic. pro Deiot. c. 8. … Claud. de B. Get. v. 568. Id. de B. Gild. v. 249. *c. not. Barth.* … Att. 9, 32 Satius eſſe exiſtimo vos diſpertitos, et in ſpeculis eſſe. …ecula proſpectare tempeſtatem futuram Cic. Fam. 4, 3 *al.* proſpicere. Virg. Aen. 4, 586 Regina et ſpeculis vt primum albeſcere lucem, …id, *etc. Conf.* Plaut. Caſ. 2, 4, 27. *et* Perſ. 2, 5, 9. Colum. 7, 3. …lin. 35, 14. Solin. c. 11. Curt. 9, 9, 23. ¶ 2 Specula, *Di…* Spe, *vid.* SPES.

SPETĬLE, is. n. Infra vmbilicum ſuis, quod eſt carnis *(caro)* ii cuiusdam habitus, exos, qua etiam antiqui per ſe vtebantur. Pſeud. 1, 2, 33 Enumerandis vilibus opſoniis in Carbonaria ſic nit: Ego pernam, ſumen, ſueres, ſpetile, callum, glandia. Feſt. *Al.* ſpectile. *Conf. ſupra* SPATVLA, *et Voſſ. Etymol.* p. 485.

SPEVSTICVS, a, um. [σπευστικὸς] *Dicitur Panis, qui celerrime coquitur a verbo σπεύδω, quod eſt feſtino.* Plin 18, 11 Panis varia genera, alias ab opſoniis appellati, vt oſtrearii: alias a deliciis, vt artolagani; alias a feſtinatione, vt ſpeuſtici.

SPEVSIPPVS, i. m. [Σπεύσιππος] *Philoſophus Athenienſis,* Platonis ſorore nepos, Academicae philoſophiae quaſi heres ab eo relictus Cic. Acad. 1 c. 4 *etc.*

S P H

SPHAERA, ae. f. [σφαῖρα] *Latine dicitur Globus, nempe qui omni parte exteriore rotundus apparet.* Cic. de Nat. Deor. 2, 47 Quumque duae formae praeſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphaeram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Graece dicitur, his duabus formis contingit ſolis, vt omnes earum partes ſint inter ſe ſimillimae, a medioque tantum abſit extremum quantum idem a ſummo: quo nihil fieri poteſt aptius. Idem ibid. 2, 56 Habere ſecretam et liberam ſphaeram. Idem de Orat. Quamuis ſphaeram in ſcenam (vt dicitur) attulerit Ennius, tamen in ſphaera fornicis ſimilitudo non poteſt ineſſe. ❡ 2 Sphaerae luſus C. Aurel. Tard. 5, 11. *i. pilae.*

SPHAERICVS, a, um. *Rotundus.* Macrob. Somn. Scip. 2 p. 14 Sphaerico motu in orbem rotari. Iſidor. 2, 7 Numerus ſphaerici Sphaericam *vulgo vocamus doctrinam de* Sphaera. *h. e. de circulis, quibus Mundus, quem* ſphaeram *ponimus, contineri intelligitur, Meridianis, Aequatore, Horizonte, etc.*

SPHAERICA *an* SPHAERITA? ae. f. [σφαιρικὴ] *Placentae genus, apud* Cat. c. 82 Sphaericam ſic facito, ita vti ſpiram, niſi ſic fingo, detractis caſeo, melle: ſphaeras pugnum altas facito, eas in ſolo componito, denſas eodem modo componito, atque ſpiram, itemque coquito. *In MSS. eſt* Sperita *quaſi* Sphaerita.

SPHAERISTERIVM, i. n. [σφαιριστήριον] *Locus balinei, in quo pilari et vario exercitationum genere ſolebant.* Sueton. in Veſp. c. 20 Valetudine proſperrima vſus eſt, quamuis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces, caeteraque membra ſibimet ad numerum in ſphaeriſterio defricaret. Plin. Ep. 5, 6 Apodyterio ſuppoſitum eſt ſphaeriſterium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit. *In primis ad exercitium pilae deſtinatus eſt, quam Graeci σφαῖραν appellant a quo* Sphaeriſtae, *eius ludi ſtudioſi*: et Sphaeriſtici, *eius ludi periti dicebantur inquit Budaeus.* Lamprid. in Alexand. c. 30 Poſt lectionem operam palaeſtrae, aut ſphaeriſterio, aut curſui, aut luctaminibus mollioribus dabat. *Conf.* Plin. Epiſt. 2, 17. Sidon. Epiſt. 2, Vlpian. l. 16 ff. Mandat. *Geuart. ad* Stat. Silu. l. 1 penult.

SPHAERĀLIS, e. Adi. Macrob. Saturn. 7, 9 Ex his ſeptem motibus, vnus tantum in diuinis corporibus inuenitur, ſphaeralem dico, quo mouetur caelum, quo ſidera. Conuexitas ſphaeralis Macrob. Somn. Scip. 1, 16. Idem Saturn. 7, 16 Ex Forma tereti ac paene ſphaerali, atque vndique verſum clauſa. Idem ibid. 7, 9 Sphaeralis enim natura, et ad nos de alto veniens, partem in homine et altam et ſphaeralem tenuit.

SPHAERISTA, ae. m. *Qui globis ludit.* Sidon. Epiſt. 2, 9. *et* 5, 17.

SPHAEROMACHIA, ae. f. *Certatio, quae fit pila vel globo.* Seneca Ep. 81 (80) Hodierno die non tantum meo beneficio mihi vaco: ſed ſpectaculi, quod omnes moleſtos ad ſphaeromachiam auocauit. Stat. Silu. 4 praefat. Sphaeromachias ſpectamus et pilaris luſio admittitur. *Vid. Beroald. Var. Annot.* 2, 8. *Gruter. ad* Sen. *l. c.* P. *Fabr. Agoniſt.* 1, 6.

SPHAERION, i. n. *Globulus: quo nomine collyrion deſcribit* Celſ. 6, 6, 21.

SPHAEROIDES, is. Schema Sphaeroides Vitruu. 8, 6. *i. formam globi habens.*

SPHAERVLA, ae. f. Si ex vna ſphaerulae ſuae parte ſemper lucet Auguſtin. de Gen. ad lit. 2, 15 *de luna.* Sphaerulae candelabri Vulg. Exod. 37, 17 *ſeqq.*

SPHAGITIDES. [σφαγίτιδες] *Venae duae inſignes vtrinque ad iugulum apparentes, omnes tum colli, tum capitis partes nutrientes. Latini* iugulares *venas interpretantur,* σφαγὴν *enim illi* iugulum *appellant. Galen. lib. 6 De vſu partium.* *Vtitur* Celſ. 4, 1

SPHAGNOS, *ſiue* Bryon, *ſiue* Sphacos, ſunt Cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, ſed odore praeſtantes Plin. 12, 23. 22, 25. 24, 6. Apul. de Herb. c. 101.

SPHINX, ingis. f. [Σφίγξ] *Aethiopicum animal eſt, e ſimiarum genere,* fuſco pilo, mammis in pectore geminis, *ad hominis ſpeciem accedens,* Plin. 8, 21. *vid. mox* SPHINGIVM. ❡ 2 *Monſtrum illud Poëticum, ex Virgine, Leone, Aquila compoſitum apud Thebanos, cuius nomen ab eo arceſſunt, quod conſtrictos ſuis aenigmatum laqueis teneret praetereuntes;* σφίγγειν *eſt conſtringere.* Lactant. in Stat. Theb. 1, 66 Erat monſtrum alas et vngues habens in ſimilitudinem Harpyiarum: quod inſidens ſcopulo viae imminenti, inſolubilia aenigmata tranſeuntibus proponebat: quae quum ſoluere non poſſent, ex improuiſo veniens, alis et vnguibus ad ſe in rupem trahebat. *Hoc autem aenigma proponebat: Quod animal bipes, idemque tripes, ac quadrupes eſſet? Cuius locutionis ambages tandem calliditate ſua ita Oedipus diſſoluit, vt hominem eſſe diceret, qui in infantia manibus et pedibus nitens, quadrupes eſt: factus vir, vt qui nullo alio quam pedum auxilio gradiatur, bipes: et in ſenectute, viribus deficientibus, baculo vtens, tripes. Inde origo huius adagii apud* Ter. Andr. 1, 2, 23 Dauus ſum, non Oedipus. *i. Seruili officio non quaeſtionibus ſoluendis aptus. Vid.* Senec. Phoeniſſ. 119 *ſqq. et* Oedip. 92 *ſq.* Stat. Theb. 2, 505 *vbi huius* Oedipodioniae alitis domus *et crudelitas deſcribitur. Breuiter omnia complectitur* Auſon. in Eidyll. 11, 41

Illa etiam thalamos per trina aenigmata quaerens,
Qui bipes et quadrupes foret, et tripes, omnia ſolus
Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

De ſenſu hiſtorico fabulae, infinita Graeci. Vid. inde excerpta a Barthio ad Stat. l. c. Iniqua ſphinx Stat. Theb. 1, 66. Victa cadit ſphinx Idem ibid. 11, 490. *Sphingis imago fuit in Galea Mineruae apud Pauſan. Att.* 1, 24. *Similia vid.* Stat. 4, 87. *it.* 10, 653. *Paſſim alias quoque in operibus artificum eſt, quod docere poſſunt Catalogi Iuniani in opere de pictura veterum.* Quinctil. 6, 3, 98 Cicero cum ei teſtem in iudicio Verris roganti dixiſſet Hortenſius, Non intelligo haec aenigmata, Atqui debes, inquit, cum Sphingem domi habeas. Acceperat autem ille a Verre ſphingem aeneam magnae pecuniae. Plin. 37, 1 Diuus Auguſtus inter initia ſphinge ſignauit — non infaceto lepore accipientium, aenigmata afferre eam ſphingem.

SPHINGA, ae. f. *Idem.* Solin. c. 30. Iſid. 20, 11. Mela 3, 9. Sidon. Epiſt. 5, 7.

SPHINGIVM, i. n. *Animal idem, quod* Sphinx Plin. 6, 29. *et* 10, 72.

SPHONDYLION. Scribon. 2. 5 Herbae nomen.

SPHONDYLVS, *vid.* SPONDYLVS.

SPHRAGIS, idis. [σφραγὶς] *Species eſt optimae rubricae, apud* Plin. 35, 6 ſ. 14 *quae in Lemno inſula effodiebatur, ita dicta, quod ſignata venderetur,* σφραγίζειν *enim Graeci dicunt, quod nos ſignare. Conf.* Celſ. 5, 20 *et* 26. ❡ 2 Sphragis, Gemma viridis, ſed non tranſlucida, ita dicta, quod ea optime ſignemus Plin. 37, 8 *fin.*

SPHRAGĪTIS, ĭdos. f. [σφραγῖτις] *Acus epithetòn, quaſi tu obſignatricem dicas.* Prudent. Periſt. 10, 1076 Quid cum ſacrandos accipit *Sacerdos Magnae Matris Deûm?* Sphragitidas acus minutas ingerunt fornacibus: His membra pergunt vrere *etc.*

SPHYRAENA. [σφύραινα] *Piſcis* Plin. 32, 11 Sunt praeterea a nullo auctore nominati, Sudis Latine appellata, a Graecis Sphyraena, roſtro ſimilis nomine, magnitudine inter ampliſſimos, rarus, ſed tamen non degener.

S P I

SPICA, ae. f. *et antique* SPICVS, i. m. *et* SPICVM, i. n. [στάχυς, ἄσταχυς] *Summa pars culmi matureſcentis aut maturi, quae grana continet.* Cic. de Finib. 5, 91 Ne ſeges quidem igitur ſpicis vberibus et crebris, ſi auenam vſpiam videris. Varro 1, 48, 2 Spica quam ruſtici, vt acceperant antiquitus, vocant Specam, a Spe videtur nominata: eam enim quod ſperant fore, ſerunt. *Sic de* L. L. 4, 4. *Ludit ſuo more* Spica in hordeo et tritico tria habet continentia, granum, glumam, ariſtam: et etiam primitus ſpica quum oritur, vaginam Varr. de R. R. 48, 1. *conf.* Cic. de Sen. 51 c. 15. Flauentes ſpicae Ouid. Met. 9, 688. Minuta et inanis Plin. 18, 24. Minuta et vana Columel. 2, 9. Mutica, quae non habet ariſtam Varro R. R. 1, 48, 3. Cic. de Senect. 51 c. 15 Quanquam non modo fructus quidem me, ſed etiam ipſius terrae vis, ac natura delectat, *etc.* vaginis iam quaſi pubeſcens includitur: e quibus cum emerſerit, fundit frugem ſpicae ordine ſtructam, et contra auium minorum morſus munitur vallo ariſtarum. *al.* ſpici. Ouid. Met. 8, 292 *de apro Calydonio,*

Is modo creſcentes ſegetes proculcat in herba:
Nunc matura metit fleturi vota coloni,
Et Cererem in ſpicis intercipit.

Varro *apud* Non. 3, 230 Neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam, neque in mala non aliquid bonum. Spica triticea *Plur.* Mamertin. Paneg. Iuliani c. 23. Spica, *Signum in caelo oriens in Virginis parte decima.* Firmicus, Quicunque in ortu Spicae natus fuerit, erit ruralibus officiis ſemper applicatus, et multas fruges horreis condet. Colum. 11, 2, 65 XIIII Cal. Octob. Spica Virginis exoritur: *quam illa ſcilicet manu tenens pingi ſolet.* Caeſ. Germ. ex Arato 95 Virginis inde ſubeſt facies, cui plena ſiniſtra Fulget ſpica manu, maturisque ardet ariſtis. Ardet ſpica *non modo quia ſtellata eſt, ſed quia maturae ſpicae flauent. Sed ex eodem Arato* Cic. de Nat. Deor. 2, 110 Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore virgo. ¶ 2 *Sunt etiam aliarum plantarum* Spicae. Plin. 12, 12 Nardi cacumina in ariſtas ſe ſpargunt, ideo gemina dote Nardi ſpicas ac folia celebrant. *Paullo poſt*, Pretium ſpicae in libras XC. folia diuiſere annonam, *etc. Add.* Scribon. 60. 121. 258. Spica, *abſolute, pro Spica nardi* Scribon. 60. Celtica ſpica Id. 258. Spica Ciliſſa: Ouid. Faſt. 1, 76 Cernis odoraris vt luceat ignibus aether, Et ſonet accenſis ſpica Ciliſſa focis. Propert. 4, 6, 76 *de Actiaca victoria celebranda*, Vinaque fundantur prelis eliſa falernis, Terque lauet noſtras ſpica Ciliſſa comas. *Crocum intelligit, aut Oleum potius crocinum.* Spicam *autem dici reſpectu capilloſi floris potius, quam bulbi probabile eſt: licet in bulbis Allii* Spicam *dici conſtet, vt mox obſeruabimus.* Spica, *Nucleus, quo numeroſo caput allii compactum eſt.* Cato R. R. 70, 1. Columel. 11, 3, 20. Allii ſpicae Scribon. 231. Spicam allio *vindicat Ponted. ad* Caton. 70.

SPICIŎLA, *vid.* SPICVLVM n. 3.

SPICEVS, a, um. Adi. [σαχυινὸς] *Vt*, Hor. Carm. Saec. 78 Fertilis frugum pecorisque tellus Spicea donet Cererem corona: *tantum frugum ferat, vt Cererem coronent ſua corona grati homines.* Tib. 1, 1, 19 Flaua Ceres, tibi ſit noſtro de rure corona ſpicea, quae templi pendeat ante fores. *conf.* Plin. 18, 2. Gell. 6, 7. *Brouckhuſ. ad* Tibull. 1, 11, 67 *et* 2, 1, 4. Corona ſpicea, quae vitta alba colligeretur Plin. 8, 2. Meſſis ſpicea Virg. Georg. 1, 314. Serta ſpicea Ouid. Met. 2, 28.

SPICILEGIVM, i. n. [σαχυολογία] *Collectio ſpicarum, quas reliquere meſſores.* Varr. de R. R. 1, 53 Meſſe facta, ſpicilegium venire oportet, aut domi legere ſtipulam.

SPICO, āre. [σαχυῦμαι] *Acuere, et Spicae formam induere.* Grat. v. 118 Quid Macedûm immenſos libeat ſi dicere contos, Quam longa exigui ſpicant haſtilia dentes. Longas et ſuperuacuas Macedonum lariſſas exiguo praefixas eſſe ferro dicit. *conf. Barth. ad* Grat. l. c. *Wower. ad* Min. Felic. c. 17.

SPICOR, āri. *i. Spicas emittere, legitur apud* Plin. 18, 7 Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur.

SPICATVS, a, um. Partic. [σαχυωτὸς] *Quod habet ſpicas.* Plin. 21, 17 *pr.* Aliud rurſus ſpicatarum genus herbarum. Idem 24, 15. Animantes ſpicatae aculeis Min. Felix 17, 12. Pauimentum ſpicatum Plin. 36, 25. *Videtur idem eſſe quod* Vitruu. 7, 1 *extr.* ex Spica teſtacea ſtrui *iubet.* Teſtacea ſpicata Tiburtina dixerat *ibid. Videntur autem* Spicae *hic intelligi laterculi anguſti rhomboides, angulis alteris acutiſſimis, alteris plane obtuſis, qui* Spicarum *figuram vtcunque habeant.*

SPICIFER, ĕra, ĕrum. Adi. [σαχυωφόρος] *Quod fert ſpicas, fecundum.* Nilus ſpicifer Martial. 10, 74. Dea ſpicifera, *Ceres.* Sen. Herc. Oet. f. 5. Manil. 2, 442. Ora ſpicifera Sil. 3, 403.

SPICIO, *vel* SPECIO, ĕre. *Video, quo magis vtuntur in compoſitis* Adſpicio, *caeteris.* Plaut. Truc. 5, 8 Supplicium ad te hanc minam fero auri, ſi mihi rides, ſpice. *i. Cerne. Sed al.* eſpice. Plaut. Mil. 3, 1, 99 Quo ſupercilio ſpicit. Nunc ſpecimen ſpicitur, nunc certamen cernitur Plaut. Caſ. 3, 1, 2 *al.* Specitur, *vid.* SPECIO. Varro de L. L. 6, 2 p. 68, 7 Sic dicta Veſtipica, quae veſtem ſpiceret, id eſt, videret veſtem ac tueretur. Spicit et ſpiciunt ex Plauto et Catone *adduxit* Feſtus. *Et apud eundem ſic* Ennius, Specienda erunt l. 8 §. 11 ff. de transact. Quod vbi rex paullo ſpexit, de contibus altis. *conf.* Varr. de L. L. 5, 8. *vbi varia molitur Scal.*

SPICŬLVM, i. n. [ἀκόντιον, ἀκὶς, ἐπιδοράτὶς Gloſſ. Lat. Gr. ſpicula, σαυρωτῆρες, βέλη Id.] *Lancea breuis, ita dicta a ſpicae ſimilitudine, ſeu vt* Vegetius *ait*, Telum miſſile, cuius ferrum eſt triangulum vnciarum nouem, haſtile pedum quinque et ſemis. Plaut. Caſ. 2, 4, 47 Si non impetrauit, ſpicula etiam inſortita ſunt mihi. Cic. in Piſon. 02 L. Craſſus homo ſapientiſſimus noſtrae ciuitatis, ſpiculis prope ſcrutatus eſt Alpes, vt vbi hoſtis non erat, ibi triumphi cauſam aliquam quaereret. Lucida ſpicula leuato ferro Virg. Aen. 5, 307. Contorquent lenta ſpicula lacertis Idem ibid. 7, 165. Contorſit manu emiſſa ſpicula Id. ib. 11, 676. Fundere ſpicula Sil. 17, 133. Quatere ſpicula Ouid. Met. 8, 375. Vellere ſpicula Virg. Aen. 10, 88. Vibrare ſpicula Idem ibid. 11, 606. *Eſt autem* Spiculum *non haſtae modo cuſpis, ſed etiam ſagittae. Hinc* Virg. Aen. 11, 654 Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu. Scelerata ſuccis ſpicula Sil. 3, 273. *h. e. Venenata.* Dirigere certa ſpicula Ouid. Met. 12, 606. Exercere ſpicula debita fatis Troianis Idem ibid. 13, 54. Promere ſpicula de pharetra Id. de Arte Am. 3, 516. Tincta venenis ſpicula Id. ex Pont. 4, 10, 31. Auelli ſibi ſpiculum iubet Cic. Fam. 5, 12. Calami ſpicula Gnoſſii Hor. Carm. 1, 15, 17. Haſtarum ſpicula Ouid. Met. 8, 375. Acuta ſpicula Id. de Arte Am. 3, 516. Noxia ſpicula Id. in Ibin 544. ¶ 2 *Metaphor.* Spicula *dicuntur et aculei apum.* Virg. Georg. 4, 237 Et ſpicula caeca relinquunt Adfixae venis. Defigunt ſpicula crabrones nudo vertice Ouid. Faſt. 3, 754. Exacuunt ſpicula roſtris Virg. Georg. 4, 74. *Alia Metaphora de ſolis radiis.* Caligo terrae ſcinditur, Percuſſa ſolis ſpiculo Prudent. Hymn. 2, 5. Radiorum ſpicula Id. Hamart. v. 87. Spicula roſarum *ſunt flores intra tenuem adhuc calycem deliteſcentes, qui mox* pyramides *fiunt, tum* calathi, *denique flores. Vid. Epigramma Flori, quod damus voce* ROSA. *Caeterum* Spicula *reſtituenda hoc ſenſu* Martiano Capellae 2 p. 34 *med.* Tres puellae roſarum Spiculis (*pro vulg.* Speculis *vel* Spiciolis) redimitae, *de Gratiis.* ¶ 3 Spiclum, *per ſyncopen* Lucret. 3, 199 At contra lapidum coniectum, ſpiclorumque, *etc.*

SPICŬLO, āre. [ἀκονάω] *Cuſpidem acuere.* Plin. 11, 2 Telum vero perfodiendo tergori, quo ſpiculauit ingenio?

SPICVLATVS, a, um. Cauda veluti Scorpionis aculeo ſpiculata Solin. c. 51.

SPICVLĀTOR, *legunt libri quidam Taciti et Suetonii, pro* SPECVLATOR, *vbi vid.*

SPICŬLVS, a, um. Adi. *Acutus et penetrans.* Tertull [...] dic. 7 Iis exquirendis non lucernae ſpiculo lumine, ſed tot [...] lancea opus eſt.

SPICŬLA, ae. f. Herba, *apud* Apul. de Herb. 26.

SPINA, ae. f. [ἄκανθα, σκῶλος] *Surculus acutus et pu*[...] *ſentibus et rubis aut aliis fruticibus vel herbis.* Plin. 10, 32 [...] ex ſpinis aculeatis *confingi nidos halcyonum.* Conſertum [...] ſpinis Virg. Aen. 3, 594. Spinam facere *dicitur* aſparagu[...] *percreuit, et ſpinoſus fit* Columel. 11, 3. Acutis ſpinis ſu[...] liurus Virg. Ecl. 5, 39. Spina ſolſtitialis, *vid. h. v.* [...] *ſunt ſpinarum ſpecies apud* Plinium, *vt*, Aegyptia 24, 11. [...] Plin. 24, 12. Colum. 7, 9, 6. Pallad. Iun. t. 15. *Vid. mox* SPINE[...] Arabica Plin. 24, 12. Fullonia 16, 44. Indica 12, 5. Regia [...] Sitiens 13, 25. *Genera quaedam habet etiam* Colum. 3, 11, 5. [...] mat ſpina roſas, mella tegunt apes Claud. in Nupt. Honor. (2, 108) Iuniperi Plin. 8, 27. Spina etiam grata eſt, [...] ſpectatur roſa P. Syrus. Spinae, *per translationem, pro Di*[...]*tibus.* Cic. de Fin. 4, 79 c. 18. Quam illorum triſtitia[...] aſperitatem fugiens Panaetius nec acerbitatem ſententiarum, n[...] rendi ſpinas probauit, fuitque in altero genere mitior, in alte[...] ſtrior. Idem Tuſc. 4, 9 c. 5 Spinas partiendi et definiendi [...] mittunt. Idem de Fin. 4, 6 Deinde ea, quae requirebant [...] nem ornatam et grauem, quam magnifice dicta ſunt ab illis! [...] ſplendide! de iuſtitia, *etc.* de fortitudine hominum, de ſpinas[...] tium, *etc.* ¶ 2 Spina, *pro Aculeo, qualis ſerpentibu*[...] *ſtricibus, et piſcibus vel aliis animalibus ineſt.* Plin. 8, 35 H[...] generat India et Africa, ſpina contectas. Idem 9, 9 Iidem [...] quum vnum hamo teneri viderint, ſpinis quas in dorſo ſerra[...] bent, lineam ſecare traduntur. Animantes aliae villis v[...] aliae ſpinis hirſutae Cic. de Nat. Deor. 2, 121 c. 47. ¶ 3 [...] *appellatur, Vertebrarum in quocunque animali contextus inter ſe, a collo ad extremum vsque os, quod ſacrum dicitur: ſic autem a*[...] *eſt, quod ipſae vertebrae in ſuo contextu proceſſus vtrinque oſtend*[...]*nis haud abſimiles.* Spina ἄκανθα, καὶ ἱερὸν ὀστοῦν ἢ ῥάχις Glo[...] ἄκανθα ἀνθρώπου καὶ ἰχθύος, ſpina Lex. Cyrilli. Spina [...] Mela 1, 6. Humus ſpinis cooperta piſcium Quinctil. 8, 3 [...] Plin. 11, 37 f. 67 Spina lumbis annectitur: oſſea, ſed tereti ſtr[...] per media foramina, a cerebro medulla deſcendente. Eand[...] ei naturam, quam cerebro colligunt, quoniam praetenui eius m[...] na modo inciſa ſtatim exſpiretur. Varr. de Re Ruſt. 2, 7 [...] pulis latis, ſpina maxime duplici. *Add.* Colum. 6, 29, 2. [...] ſpinae Ouid. Met. 8, 896. *de Fame dea.* Lentae ſpinae cu[...] Idem ibid. 3, 66. Putrefacta ſpina Idem ibid. 15, 389. [...] Spina argentea dentes perfodere Petron. c. 33. *Dentiſcalpiu*[...] *dicunt. Eſt etiam* ſpina *murus ſ. agger in circo, eum medium ſe*[...] *longitudinem diuidens.* Vet. Scholiaſt. Iuuenal. 6, 588. Caſſiod. E[...]

SPINŬLA, ae. f. Dimin. Arnob. 2 p. 49 Inhaerens callo ſ[...]

SPINĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [ἀκανθοφόρος] Cic. in Arat. 178 [...] ſupereſt gelido delapſum flumine fontis Spiniferam ſubter c[...] piſtricis adhaeſit. Pruni ſpiniferae; *de pomo* Pallad. 14, 81. [...] bus ſpinifera Prudent. Cath. 5, 31.

SPINĬGER, ĕra, ĕrum. Adi. Prudent. Hippol. 115 Spinigeris [...] bus hirtus ager.

SPINESCO, ĕre Mart. Capel. 6 metro vlt. Sentis ſpineſcere me[...]

SPINEVS, a, um. Adi. [ἀκάνθινος] *Vt*, Spinea corona, *qua c*[...] *tus eſt dominus noſter.* Frutices Solin. c. 7. Taeda ſpin[...] tullo in Epithal. Iul. 62, 15 *a quibusdam tribuitur, pro* pinea, *qu*[...] *bent libri. Et ſane* Spineas *quoque* taedas *ſ.* faces *fuiſſe nuptiales,* [...]*mus* Plinio 16, 18 f. 30 In eosdem ſitus comitatur et Spina, nupt[...] facibus auſpicatiſſima, quoniam inde fecerint paſtores, qui rapu[...] Sabinas, vt auctor eſt Maſurius. Feſtus, Patrimi et matrimi praetextati tres nubentem deducunt, vnus, qui facem praefert [...]na alba, qui noctu nubebant. *Vid.* Non. 2, 340 *cuius locum voce* FAX *pr. Sed* pinea *tamen apud* Catullum *retinenda, cum ſollemnis in hac re et ipſa fuerit. V. g.* Ouid. Her. 12, 34 Ardet magnos pinea taeda deos. *Et* Pronuba pinus *eſt* Sen. Med. 38. 111 *et* Phoeniſſ. 263. Ouid. Met. 2, 789 Baculumque capit, ſpinea tortum Vincula cingebant.

SPINĔNSIS, Deus, apud Auguſtinum Ciuitat. Dei, 4, 21 quo[...] nas ex agris eradicare putaretur, a Romanis cultus eſt. *al.* Spini[...] *Videndus Lilius Syntag. 1. Hiſtor. Deorum.*

SPINĀLIS, e. Adi. *Ad ſpinam pertinens.* Macrob. Saturn. 7, 9 [...]mae per ſpinalem medullam praebetur effectus.

SPINATICVS, i. m. *Piſcis quidam.* Piſciculis, quos vulgo [...]ragos, vel ſpinaticos, vel ripileones vocant, contentus Sarisber. 8, 7

SPINŌSVS, a, um. Adi. [ἀκανθώδης] *Spinis abundans.* Var[...] R. R. 2, 3 In ſpinoſis locis paſcuntur. Plin. 12, 15 Corticem [...]vem myrrhae, ſimilemque vnedoni, ſcabrum alii, ſpinoſumqu[...] xere. Arbor ſpinoſior Plin. 24, 12. Fragmenta ſpinoſa [...] 8, 9, 2. *i. ex ſpina dorſi.* Herbae ſpinoſae Ouid. Met. 2, 810. [...]gum ſpinoſum Propert. 4, 4, 49. Oratio ſpinoſa, *per translati*[...] *h. e. Dura et aſpera.* Cic. de Orat. 1, 83 Sed haec erat ſpinoſa [...]dam et exilis oratio, longeque a noſtris ſenſibus abhorrebat. [...] in Orat. 114 c. 32 Nam et ipſe Ariſtoteles tradidit praecepta plu[...] differendi, et poſtea qui dialectici dicuntur, ſpinoſiora multa pe[...]runt. Spinoſum differendi genus Cic. de Fin. 33 c. 1. [...] enim ſpinoſiora prius vt confitear me cogunt, quam vt aſſentiar [...] Tuſc. 1, 16 c. 8. Nodoſiſſimae et ſpinoſiſſimae diſciplinae Augu[...] de Doctr. Chr. 2, 37.

SPINOSVLVS, a, um. Adi. Primum ſpinoſulus noſter ob[...]tuit, deinde Piſoniano vitio, cum loqui non poſſet, tacere non po[...] Hieron. Ep. 83 ad Ocean. *i. minutus dialecticus.*

SPINĒTVM, i. n. [ἀκανθών] *Locus ſpinis conſitus.* Plin[...] 74 Aſinus ſpinetis ſe ſcabendi cauſa atterens, nidos aegithi diſſip[...] Virg Ecl. 2, 9 Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.

SPINETICVM, Vnum ex Padi oſtiis, quo Claudius Caeſar e[...]tannia triumphans, praegrandi illa domo verius quam naui, intra[...] Adriam. a Spina vrbe nomen habet, quam a Diomede conditam [...] volunt Plin. 3, 16.

SPINTER, ĕris. n. *Al. ſcribunt* SPINTHER, *vid. Dauſqu.* [...]*thogr.* [βραχιονιςὴρ] ſignificat aut Fibulam in humeris, aut Arm[...]lam, vt ait Priſcianus lib. 5. Feſtus, Spinter armillae genus, quo [...]lieres vtebantur brachio ſummo ſiniſtro. Plaut. Men. 3, 3, 4 Iube[...]que ſpinter nouum reconcinnarier.

SPINTRIA, ae. m. *Qui muliebria patitur, ſeque aliis abutend*[...] pr[...]

aet. Sueton. in Vitell. 3 Pueritiam primamque adoleſcentiam ...pris egit, inter Tiberiana ſcorta, Et ipſe perpetuo ſpintriae cognomine notatus. *Certe pro Spintria Dionis compendium* πεπορνευκότα *dicit, i. proſtitutum et ſtuprum paſſum. Sed et* Spintrias *a patientia nominat* Tacitus *oſtendit his verbis* Ann. 6, 1 Tuncque primum ignota ... te ocabula reperta ſunt ſellariorum et ſpintriarum, ex foeditate ... i multiplici patientia. *Haec Turneb. Adverſ.* 5, 1. Suet. in ... bc. 43 Monſtroſique concubitus repertores, quos Spintrias appel... at *conf.* Id. Calig. c. 16. *Hier. Magius Miſc.* 2, 4.

... I N T V R N I X, icis. f. *Auis inauſpicata, quae et* incendiaria *dicitur* Plin. 10, 13 *cuius verba damus in* INCENDIARIA. Spinturnix (inquit Feſtus) eſt auis genus turpis figurae, (occurſatrix artificum perdita ſpinturnix) ea Graece dicitur, vt ait Santra σπινθαρίς. *... quod obſeruat Scal. ad* Feſtum, *voce* Buſtum, *dicitur a nomine ... quod ſtricturam ignis ſ. ſcintillam ſignificat. Eſt igitur eadem ... quae alias* Incendiaria, *item* Ambuſtanea *dicitur.* In Glossis ... auſti Romani, *quod Barthius habuit, exponitur auis mammo... ſae mulieris. Sed Spinturnices appellatae a veteribus Romanis, ...* σφίγγες *Graecis, ſi credimus Salmaſio ad* Solin. p. 267. aG. *Et eſt ſane ... tantum ſimilitudo, ſed etiam nominis alluſio haud obſcura,* σφίγξ ... *urnix, vt* ὄρτυξ, ὄρτυγος coturnix. *Secundum iſta igitur animal ... quadrupes fuerit* Spinturnix *ex ſimiarum genere, vt de Sphinge ... r uimus illa Aethiopica. Sed vt alatam facerent* Spinturnicem, *... illa etymologia induci poterant ab alis Thebanae Sphingis, quae ... a mammoſa eſt.*

... I N T V R N I C I V M, i. n. Diminut. Plaut. Mil. 4, 1, 42 Pithecium ... rae illa eſt et Spinturnicium. *Vid. Taubm.*

... I N V S, i. f. [προῦμνον] *Agreſtis ſiue ſilueſtris prunus:* pruni ... lueſtres genera ſpinarum Columella *videtur facere* 3, 11, 5. *Di... ruius ad illud* Virg. Georg. 4, 145 Eduramque pirum, et ſpinos ... una ferentes. Prunorum arbor vocatur Spinus, genere ma... i: nam ſentes *has Spinas* dicimus. *Vtitur* Pallad. Febr. 25, 6 ... it. v. 63 Et ſpinos ſteriles: *vbi tamen Pontedera* Spinas *malit, et ... nthas intelligit.*

... P N E O L V S, i. m. [προύμνιον] Fructus ſpini. *vnde,*

... I N E O L A, ae. f. Roſae ſpecies *apud* Plin. 21, 4.

... I O. [Σπειώ] *Nympha marina, Nerei et Doridis filia, ſic a ſpe... maris appellata, in quibus Nymphae marinae habitare dicuntur, ... um ſpelunca eſt.* Virg. Aen. 5, 826 Niſaee Spioque Thaliaque ... loceque, *etc.*

... I O N I A, ae. f. *Vitis, quae et Spinea quibuſdam dicitur.* Columel. ... At ſpio nia dapſilis muſto et amplitudine magis vuarum quam ... fertilis. *conf.* Id. ib. c. 7 *et* 21. Plin. 14, 2 Aeſtum fert ..., quam quidam ſpineam vocant. Autumniſque et imbribus ... ſcit, quinimmo nebulis vna alitur, ob id Rauennati agro peculiaris.

... I O N I C V S, a, um. Adi. *a* Spionia *viti ductum.* Columel. ... m et illud magnae dotis eſt, poſſe guſtum cuiuſque generis non ...ſit, ſed vere merum condere, ac ſeparatim reponere, ſiue eſt ille ... s, ſeu baſilicus, ſeu ſpionicus.

... I R A, ae. f. [σπεῖρα] *Spirae ſunt Reuolutiones ſiue circuli, qui ... ntur non ſimpliciter, ſed cum aliqua declinatione recurrunt, quales ... nium nauticorum et rudentum conuolutorum, et ſerpentum.* Plin. ... Capnites plurimis ſpiris fumida. Anguis ſe colligit in ſpi... Virg. Georg. 2, 154. Idem Aen. 2, 217 Spiriſque ligant ingen... et iam Bis medium amplexi. Seruius: Spiris, Nodis. *... Drakenb. ad* Sil. 6, 276. Ligare aliquem ſpiris Virg. Aen. ... 2. ¶ 2 Spira, proprie (*vt ait* Seruius *ad* Aen. 2, ...) eſt Volubilitas funium: Feſtus, Funis nauticus in orbem conuo... Pacuuius, Quid ceſſatis ſocii eiicere Spiras ſparteas. Iſid. ... 9, 4 Spirae, funes, quibus in tempeſtatibus vtuntur, quos nau... modo curcubas vocant. *Diſertius Graeci* Plut. de garrul p. 900 ... ph. 8. Lucian. Toxari c. 19. *Eſt et ornamentum tortile ſ. mo...* Iuuen. Sat. 8, 208 De faucibus aurea quum ſe Porrigat ... o iactetur ſpira galero. Plin. 19, 35 Lolliam Paullinam, ... uit Caii principis matrona, ne ſerio quidem aut ſollemni caeri... ... aliquo apparatu, ſed mediocrium etiam ſponſalium coena, ... maragdis margaritiſque opertam, alterno textu fulgentibus, toto ... crinibus, ſpiris, auribus, collo, manibus, digitiſque, quae ... quadringenties H-S colligebat. *Spira eſt membrum in baſi ... rum, circumpoſito in orbem rudenti ſimile. Si enim ſupra plin... m inuolutum in orbem rudentem collocaueris, et illi rotundam trabem ... impoſueris, ſpeciem quandam habebis columnae cum ſua baſi haud ... em. Vtitur* Vitruu. 3, 2 *it.* 3, 3. 4, 7. *Multum conuenit Spira ... oro, v. v. Hinc* Feſtus, Spira dicitur et baſis columnae vnius ... aut duorum. Plin. 36, 23 In Epheſiae Dianae aede primum ... nis ſpirae ſubditae et capitella addita. Spira, Genus operis ... i, *vt ait* Feſtus. Cato 77 Spiram ſic facito, *etc.* Spiram ... um multitudinem vocauit Ennius, quum ait, Spiras legionibus ... t, Feſtus. *Spira rotundum quid, vt cohors, globus etc.*

... R V L A, ae. f. [σπείριον] *Baſis columnarum* Seruius *in* Aen. 2, ... Spiris, nodis, Baſes columnarum ſpirulae vocantur. ¶ 2 ... ir as et botulos facere Arnob. 2 p. 73. *res culinaria.*

... I R A R C H E S, ae. m. [σπειράρχης] *Quaſi Primipilaris, aut ... is praefectus: nam* σπεῖρα *inter caetera Cohortem ſignificat.* Inſcr. ... brett. p. 626.

S I R E O N, Herba, quae foliis tenus venit in coronamenta Plin. ... 9 29. *al.* ſpiraea.

... I R I L L V M, antiqui dicebant Barbam caprae. Feſtus ex ſenten... Gilii Aurelii.

... I R O, are. [ἄημι, πνέω, φυσάω] *Aëra ducere.* Plin. 9, 7 *extr.* ... duo genera fiſtulis ſpirant, quae ad pulmonem pertinent. Dif... ſpirare Scribon. 94. Sine cura quieſcere, et ſine metu ... Cic. pro Roſc. Amer. 65. Mali morbi teſtimonium eſt ve... ter et crebro ſpirare Celſ. 2, 4. Ex facili Idem 2, 3. Diffi... ſpirandi Idem. 4, 4. Facultas ſpirandi eripitur Scrib. 47. Va... ... s ſpirat Eurus, *h. e.* Flat Ouid. Met. 11, 481. Aurae aequa... ... rant Virg. Aen. 5, 844. Auſtri clementius ſpirant Stat. Silu. ... Flamina ſpirant venti Ouid. Faſt. 4, 18. Fons ſpirat ... aqua Lucret. 6, 890. Odoratis floribus arae ſpirant Stat. ... 3, 211. Spirare, *Accuſatiuo iunctum, Emittere halitum* Virg. Aen. ... 408 Ambroſiaeque comae diuinum vertice odorem Spirauere. Columel. 1, 6 Tetrum odorem. Spirat maiora animus Prudent. ... Symmach. 2, 479. Amores ſpirare Hor. Carm. 4, 13, 19. ... ira ſpirat ſanguinem, *Affectat, concupiſcit* Senec. Thyeſt. 6 v. 504. *conf. Heinſ. ad* Ouid. Met. 5, 348. Cic. Poſt redit. ad Quir. *extr.* Non ſolum dum anima ſpirabo mea, ſed etiam, *etc.* *Vetus exemplar legit*, Anima ſuperero mea. *Videtur* Laelii mens ſpirare in ſcriptis Cic. de Cl. Orat. c. 25. Quae deſeri a me dum quidem ſpirare potero, nefas iudico Cic. de Nat. Deor. 3, 95. Liu. 3, 46 Inquietum hominem, et tribunatum etiam nunc ſpirantem, locum ſeditionis quaerere: *inflate ſe vt tribunum gerentem.*

S P I R A N S, antis. Partic. [πνέων, ἔμπνοος] *Vt,* Altum ſpirans Stat. Silu. 5, 3, 11. Auſtro ſpirante Solin. c. 22. Equi ſpirantes naribus ignem Lucr. 5, 29. Virg. Georg. 3, 34 Stabunt et Parii lapides ſpirantia ſigna. *h. e. Tanto artificio facta, vt ſpirare et viuere videantur. Eodem modo* Aera molliter ſpirantia Virg. Aen. 6, 847. Spirantes Animos et Vocem miſit Propert. 4, 7, 11. *ad ferociam ſignificandam pertinet.* Immane ſpirans Virg. Aen. 7, 510. Spirans, *Ferueſcens et ebulliens, vt,* Idem Georg. 1, 327 Feruetque fretis ſpirantibus aequor. Grauiter ſpirantis copia thymbrae Id. ibid. 4, 31. *i. Redolentis.* Immunditiae tetrum odorem ſpirantes Colum. 1, 6. Spirans, *pro Viuente.* Cic. pro Milon 91 Et ſunt qui de via Appia querantur, taceant de Curia? et qui ab eo ſpirante forum putent potuiſſe defendi, cuius non reſtiterit cadaueri Curia? Imponere buſtum in caput viui et iam ſpirantis Cic. pro Domo 134 c. 52. Quaedam effigies ſpirantis mortui Idem Q. Frat. 1, 3. Artus ſpirantes Lucan. 3, 732. Aura ſpirans, Vitalis, qua ſpiramus et viuimus. Seruius *ad* Virg. Aen. 9, 645. Corpora ſpirantia Lucan. 1, 363. Exta ſpirantia conſulit, Palpitantia, quaſi adhuc viua Virg. Aen. 4, 64.

S P I R A T I O, onis. f. Scribon. Larg. Compoſ. 47 Spiratio interpellatur *add.* Tertull. de Anima c. 25. Impedire ſpirationem Scribon 180. Spirationis odor Id. 185, 197. *i. anhelitus.*

S P I R I T V S, ûs. m. [πνεῦμα, πνοή] *Halitus, Flatus, actus quo ſpiramus, et viuimus, aer, qui ſpirando trahitur, ventus, odor.* Plaut. Milit. 1, 1, 17 Cuius tu legiones difflauiſti ſpiritu, quaſi ventus folia. Cic. de Nat. Deor. 2, 134 Quum aſpera arteria oſtium habeat adiunctum linguae radicibus paullo ſupra, quam ad linguam ſtomachus annectitur, eaque ad pulmones vſque pertineat, excipiatque animam eam, quae ducta ſit ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret et reddat, tegitur quodam quaſi operculo, *etc. Add.* 2, 18. Virg. Georg. 3, 506. — Atque attractus ab alto Spiritus. Cic. de Nat. Deor. 2, 134 Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione, ſpiritu. Ibid. 117 Vitalem et ſalutarem ſpiritum praebet animantibus. Ibid. 138 Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, et ſpiritus per arterias. Cic. in Catil. 1, 15 Poteſtne huius vitae haec lux Catilina, aut huius caeli ſpiritus eſſe iucundus? *hauſtus, reſpiratio.* Odoris foedi ſpiritus Celſ. 5, 26. Tranſitus ſpiritus Scribon. 94. Via ſpiritus Id. 184. Venae, quae ſpiritui accommodatae ſunt Celſ. 1 praef. Vitium eſt in ſpiritu Ib. Vnguenti ſpiritus Lucret. 3, 223. Magna quidem non ſum, ſed ineſt mihi maxima virtus: Spiritus eſt magnus, quamuis in corpore paruo Sympoſ. 46 *de viola.* Columel. 3, 19 Verumtamen praeſtat eligere ſationi, ſilentis, vel certe placidi ſpiritus diem. Plin. 2, 5 Proximum ſpiritus, quem Graeci noſtrique eodem vocabulo aëra appellant. India fauonii ſpiritu ſaluberrima Solin. c. 52 (*al.* 65) *conf.* Id. c. 32 (*al.* 45) Auien. de Ora marit. v. 384. Preſſae graui Spiritu antennae Sen. Oed. ſ. 11. *De flatu ventris* Celſ. 2, 7 Quibus aluus cum multo ſpiritu redditur. *It.* 2, 8 Si extremam aluum Spiritus ſequitur. ¶ 2 *Epitheta, quae fere ad illum Spirandi actum pertinent.* Cic. de Orat. 1, 261 Deinde cum ſpiritus eius eſſet anguſtior, tantum continenda anima in dicendo eſt aſſecutus, vt, *etc.* Idem de Orat. 3, 179 Animae interclusio, et anguſtiae ſpiritus. Auct. ad Herenn. 4, 46 Anhelans ex imis pulmonibus prae cura ſpiritus ducebatur. Animalis ſpiritus, *vid.* ANIMAL. Cic. de Aruſp. Reſp. 57 c. 27 Eodem tempore ſuſcipimur in lucem, et hoc Caeleſti ſpiritu augemur. Continuus ſpiritus ſiue inflexus, *vid.* CONTINEO. Creber ſpiritus, haud ingens, raroque coortus Lucret. 6, 1184. Dirus ſpiritus Senec. Octau. 5. Cic. de Senect. 27 c. 9 Quorum vſque ad Extremum ſpiritum prouecta eſt prudentia. Supplicium a Libero ſpiritu et communi luce ſecluſum, *i. In carcere.* Id Verr. 5, 23. Mortiferum ſpiritum exhalare Plin. 2, 93. Teter ſpiritus *Cerberi* Hor. Carm. 3, 11, 19. Cic. de Orat. 1, 261 c. 61 Demoſthenes ſumma voce verſus multos vno ſpiritu pronuntiare conſueſcebat. Idem de Nat. Deor. 2, 19 c. 7 Haec ita fieri omnibus inter ſe conuenientibus mundi partibus profecto non poſſent, niſi ea vno diuino ac continuato ſpiritu continerentur. *conf. Burm. ad* Quinctil. 4, 3 p. 354. Spiritus cum ſono Celſ. 5, 26. ¶ 3 *Verborum formulae:* Attractus ab alto ſpiritus Virg. Georg. 3, 506. Auferre ſpiritum ſine ſenſu doloris Cic. Verr. 5, 117. *Occidere.* Auferre ſpiritum alicui Senec. Octau. 242. Citat ex alto ſpiritum facies flammata, *Anhelitum attrahit ex profundo pectore* Senec. Med. ſ. 6. Commeat in pulmonem reciproca viciſſitudine ſpiritus Lactant. de Opif. Dei, c. 11. Continetur vita corpore et ſpiritu Cic. pro Marcell. 29. Idem de Diuin. 2, 98 In puero referre ex qua affectione caeli primum ſpiritum Duxerit. Liu. 32, . . Perire namque ſemel ipſis ſatius eſſe, quam ſub acerbiſſimi carnificis arbitrio ſpiritum Ducere. *h. e. Vitam extendere.* Cic. pro Lege Manil. 33 c. 12 Atque eos portus, quibus vitam et ſpiritum Ducitis. Ducere ad tempus ſpiritum Cic. Fam. 1..., 1. Alit aër ſpiritu Ductus animantes Cic. de Nat. Deor. 2, 101. Cic. pro Arch. 30 Cum vſque ad extremum ſpatium, nullum tranquillum et otioſum ſpiritum duxerimus. Elidere ſpiritum Celſ. 4, 14. Eo: *vt,* Infelix ſpiritus in auras Ibit Ouid. Epiſt. 10, 121. Euadit ſpiritus per anguſtias Celſ. 4, 4. Cic. Verr. 5, 117 c. 45 Matreſque miſerae pernoctabant ad oſtium carceris, ab extremo complexu liberûm excluſae, quae nihil aliud orabant, niſi vt filiorum extremum ſpiritum Excipere ſibi liceret. *Conf.* Virg. Aen. 4, 684. Ouid. A. A. 3, 746. Exige ferro ſpiritum nefaſtum Senec. Oed. ſ. 14. Extenuandus ſpiritus in auras Ouid. Triſt. 1, 4, 11. Fertur ſpiritus cum ſono Celſ. 5, 26. *in ſignis pulmonis icti.* Firmare cadentem ſpiritum. *i. Animum.* Senec. Troad. ſ. 10. Cic. in Catil. 4, 7 Puncto temporis Frui vita et hoc communi ſpiritu non putat oportere. *i. Viuere.* Hauſi ſpiritus rudes Senec. Oedip. ſ. 10. Intercluditur via ſpiritus Scribon. 184. In pulmonibus ineſt raritas ad Hauriendum ſpiritum aptiſſima Cic. de Nat. Deor. 2, 136. Luſit extremo ſpiritu *Socrates* Cic. Tuſc. 1, 96 c. 40. Obſtruitur reluctanti oris ſpiritus Virg. Georg. 4, 3... Obſtare tranſitui ſpiritus Scribon. 94. Cic. in Arat. v. 184 Inde Nepae cernes propter fulgentis acumen Aram quam flatu Permulcet ſpiritus auſtri. *Eſt Proſopopoeia Auſtri.* Petitus latere imo ſpiritus Hor. Epod. 11, 15. Paterc. 2, 87 Sextum Pompeium, Antonius, quum dignitatis quoque ſeruandae dediſſet fidem, etiam ſpiritu Priuauit. Recipere ſpiritum, re-

reſpirare Quinct. 11, 3, 39 *coll.* 36. Cic. Philipp. 10, 20 c. 10 Eum ſpiritum, quem naturae quis debeat, patriae Reddere. Paterc. 2, 14 Cultello percuſſus, qui affixus lateri eius relictus eſt, intra paucas horas deceſſit. Sed cum vltimum Redderet ſpiritum, intuens, *etc. Laudatur, ſed falſo, nec ſcio quo ſenſu* Celſ. 8, 12. *Sed ſuſpicor ſignificare reſtituere vim ſpirandi.* Reddit grauiorem ſpiritum tibia Quinctil. 1, 11. Spiritu ſupremos anhelitus Reddente Val. Max. 7, 8, 9. Regit artus ſpiritus Virg. Aen. 4, 336. Retinere ſpiritum Celſ. 7, 14. Suſpendere ſpiritum in lectione Quinctil. 1, 8 *pr.* Trahere ſpiritum Celſ. 3, 27. Vaneſcit ſpiritus in auras, *Anima, Vita* Ouid. Epiſt. 12, 85. ¶ 4 Spiritus *aliquando pro Animi elatione, et motu vehementiore accipitur, quod Graece* φρόνημα *dicitur.* Cic. Q. Frat. 1, 2. Quid L. Caecilium, nonne omni ratione placaui? quem hominem? qua ira? quo ſpiritu? Idem pro Sul. c. 9 Res enim geſtae credo meae, me nimis extulerunt? ac mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt? *Conf.* Id. pro L. Manil. c. 22 *extr.* Quae ciuitas eſt in Aſia, quae — vnius tribuni militum animos ac ſpiritus capere poſſit? Fiducia ac ſpiritus Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 72. Spiritum Phoebus mihi, Phoebus artem carminis, nomenque dedit Poëtae Horat. Od. 4, 6, 29. Auidus ſpiritus, *Auarus animus* Hor. Carm. 2, 2, 10. Contaminatus ſpiritus Cic. in Piſon. 20. Hoſtiles ſpiritus Tacit. Hiſt. 4, 57. Ingentis ſpiritus vir, *vid.* INGENS. Minax ſpiritus Ouid. ad Liu. 277. Regius ſpiritus Cic. de Lege Agrar. 2, 93. Sancto quaſi ſpiritu quodam referta templa ſunt fida hominum pectora Val. Max. 4, 7 extern. 1. Solidus ſpiritus Lucan. ad Piſon. 251. Superbus ſpiritus Ouid. ad Liu. 277. Tribunicii ſpiritus Cic. pro Cluent. . . Nobilitate veſtra dignos ſpiritus Capiatis Curt. 5, 8, 16. Tumidus ſpiritus Sen. Agamemn. ſ. 4. Frangere ſpiritus alicuius: Liu. 26, 24 Quorum ſe vim ac etiam ſpiritus Fregiſſe. Sumere ſpiritus Caeſ. Bell. Gall. 1, 33. Virg. Aen. 5, 648 Ardenteſque notate oculos, quis ſpiritus illi, Qui vultus, vociſque ſonus, vel greſſus euntis. *Arguitur, perſonam eſſe diuinam, ſupra hominem quidem.* Operis ſpiritus atque animus Quinctil. 6, 2. Acer ſpiritus ac vis Nec verbis nec rebus ineſt Hor. Serm. 1, 4, 46. Tenuis ſpiritus *i. Mediocre ingenium vel ſubtile* Hor. Carm. 2, 16, 18.

SPIRITĀLIS, e. Adi. [πνευματικὸς] *Quod halitum emittit. Vnde,* Spiritales auras dicimus, *i. Vitales. Vid.* Tertull. Apol. c. 22 *extr.* Prudent. in Rom. v. 14. Vulg. 1 Cor. 10, 3. Sidon. Epiſt. 7, 9. Cyprian. Epiſt. 1, 1. In corporibus noſtris commercia ſunt ſpiritalia Solin. c. 23 *(al. 36) circa fin.* ¶ 2 Spiritale genus machinae Vitruu. 10, 1 *vbi ope aëris incluſi et claſtici motus aquae efficitur: ſiue vt ipſe ait,* cum ſpiritus expreſſionibus impulſus, et plagae voceſque ὀργανικῶς exprimuntur: *ad* organa hydraulica *ergo in primis reſpicit.*

SPIRITVALIS *et* SPIRITVALITER [πνευματικὸς, πνευματικῶς] *a* Vulgato interprete *ſunt et Eccleſiaſticorum propria. V. g.* Rom. 1, 11. 1 Cor. 2, 13 *etc.*

SPIRITALĬTER. Adu. *apud* Tertull. Exhort. Caſt c. 10 *et* adu. Iud. c. 7 *et* 10 *it.* de Bapt. c. 4 *et* adu. Marc. 4, 20. Sidon. Epiſt. 8, 14. Cyprian. de Eleemoſ. c. 16. *alioſque Scriptores eccleſiaſticos.*

SPIRABĬLIS, e. Adi. [πνεςὸς] Vitale, quo ſpiramus, *inquit* Seruius *ad* Virg. Aen. 3, 600. Per ſidera teſtor, Per ſuperos atque hoc caeli ſpirabile lumen. Cic. Tuſc. 1, 40 Illam vero funditus eiiciamus indiuiduorum corporum leuium et rotundorum concurſionem fortuitam, quam tamen Democritus concalefactam et ſpirabilem, id eſt animalem eſſe voluit. *Et paullo ante,* Animales, id eſt ſpirabiles. *Sic* de Nat. Deor. 2, 91 c. 36 Spirabilis natura. Cic. Tuſc. 1, 70 c. 29 Sed fac igneam, fac ſpirabilem, *etc. de natura animi.* Idem de Nat. Deor. 2, 18 Animum illum ſpirabilem ſi quis quaerat vnde habeamus, apparet; quod — ſumſimus ab aëre eo, quem ſpiritu ducimus. *Add.* Plin. 11, 3. Nemeſ. Cyneg. v. 255.

SPIRĀMEN, ĭnis. n. [φυσητὴρ] *Per quod exit ſpiritus: vt* Naris ſpiramina Lucan. 2, 183. Tali ſpiramine Neſis Emittit ſtygium nebuloſis aëra ſaxis Idem 6, 90. *Sed etiam pro ſpiritu ponitur:* Reficit ſpiramina feſſi ignis, *Moribundum ignem flatu reſuſcitat* Stat. Theb. 12, 268. Ventorum ſpiramina Ammian. 17, 7. Aromatis Prudent. Apoth. v. 758. Abluet ille homines ſancto ſpiramine mergens Iuuenc. 1, 341.

SPIRAMENTVM, i. n. [φυσητήριον] *Canalis, apertum quiddam, qua ſpiritus commeare poteſt.* Virg. Georg. 4, 39 Neque illae Nequidquam in tectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt. Vitruu. 4, 7 Cum inter ſe tangunt et non ſpiramentum et perflatum venti recipiunt. *Add.* 7, 4 Spiramenta talparum Pallad. 1, 35, 10. Spiramenta vaſi relinquuntur Pall. Nou. 22, 6. *Conf.* Sen. Epiſt. 57. Plin. 34, 17 Hoc videtur facere relaxatis ſpiramentis ad ſatietatem infuſus aër. Columel. 9, 11 Et poſito cibo dum conuerſari conſueſcant, exiguis ſpiramentis relictis, triduo fere clauſas habere. Spiramenta animae letali vulnere rupit, *ſcil. Sagitta* Virg. Aen. 9, 580. Siue fauces nodus eliſit, ſiue ſpiramentum aqua praecluſit Sen. de Prouid. *extr.* Caeca ſpiramenta, *Tenues cauernae, quae videri non poſſunt* Virg. Georg. 1, 90. *conf.* Macrob. Sat. 7, 9. Plin. 34, 10 Circumlito ſpiramento in caminis, *i. ipſo fumi emiſſario.* Exhalantia flammam ſpiramenta Ouid. Met. 15, 343. Iuſtin. 4 *pr. de Aetna monte,* Vbi acrior per ſpiramenta cauernarum ventus incubuit. *Ad tempus refertur, q. d. ſpatium reſpirandi.* Tacit. in Vita Agric. 44, 6 Quo Domitianus non iam per interualla ac ſpiramenta temporum, ſed continuo, et velut vno ictu Remp. exhauſit. Sine ſpiramento vel mora Ammian. 29, 1. *Add* Id. 14, 7.

SPIRACV̆LVM, i. n. *Idem* [φύσημα] Virg. Aen. 7, 568 Hic ſpecus horrendum, et ſaeui ſpiracula Ditis Monſtrantur. i. e. Aditus, *inquit* Seruius. Solin. 2, 93 c. 12. Pallad. Iun. t. 7. ¶ 2 *Inſpiratio.* Penetrant ſpiracula mentem Iuuenc. 1, 115. *i. donum prophetiae.*

SPISSVS, a, um. Adi. [πυκνὸς, κατάπυκνος] *Proprie Denſum ſignificat.* Virg. Georg. 2, 236. — et ſcrobibus ſuperabit terra repletis Spiſſus ager. Spiſſiſſima Arbor, ideo et grauiſſima ebenus Plin. 16, 40. Spiſſiſſima Baſia impingere Petron. c. 31. Ceratum ſpiſſum Scribon. 81 Aër ſpiſſus Ouid. Met. 1, 24. Amoma ſpiſſa tergit de comis Ouid. Epiſt. 21, 166. Arena ſpiſſa Virg. Aen. 5, 336. Caligo ſpiſſa Ouid. Met. 7, 528. Coma ſpiſſa Hor. Carm. 3, 19, 25. Corona ſpiſſa viris Virg. Aen. 9, 509. Corpus ſpiſſum Lucret. 6, 126. Flatu ſpiſſa implere ſedilia, Tibiae ſono implere theatra ſpectatoribus referta et plena Hor. de Arte Poët. 205. Grandine ſpiſſa glomeratur corpus, *i Aqua concreſcit in ſpiſſam Grandinem* Ouid. Met. 9, 222. Igne ſpiſſo coit Pleiadum chorus Propert. 3, 5, 36. Laurea ſpiſſa ramis Hor. Carm. 2, 15, 9. Linteolum ſpiſſum Scribon. 52, 55 Litus ſpiſſum, *Denſum et durum* Ouid. Met. 15, 718. Mel ſpiſſum Scribon. 82. Nox ſpiſſiſſima Petron. c. 79. Nubes ſpiſſa Ouid. Amor. 1, 13, 30. Regio humi ſolutioris et Spiſſa *nuntur* Columel. 2, 2 Foſſarum duo genera cognouimus: ca et patentium. ſpiſſis atque cretoſis regionibus apertae relinquu vbi ſolutior humus eſt, aliquae fiunt patentes, *etc.* Sem ſius Colum. 4, 33. Solum ſpiſſius Plin. 18, 20. Theatra ſp pleta ſpectatoribus Hor. Epiſt. 1, 19, 41. Tunica ſpiſſ Epid. 2, 2, 46. Veſtis ſpiſſa Plin. 8, 48. *Conf.* Non. 14, 1. mine ſpiſſo quali Virg. Georg. 2, 241. Vmbrae ſpiſſae Id 2, 621. Spiſſus tactus, *Qui rem aliquam ſpiſſam eſſe dep* Plin. 12, 24. Donec ſpiſſum fiat, *de vnguento* Scribon. 48. ¶ 2 Spiſſum, *Tardum: quod ſpiſſa maſſa tardius ſubigitur, et ſp difficilius eluctamur, ſpiſſum lignum perſecamus tardius, etc.* Plaut 5, 47 Qui ſi quid boni promittunt, pro ſpiſſo euenit. Id qu promittunt, praeſentarium eſt. *de Aruſpicibus loquitur.* Iden 1, 1, 73 Spiſſum iſtud amanti eſt verbum, veniet, niſi venit. ſpei credo: omnes res ſpiſſas facit Caecil. *ap.* Non. 4, 422. 10, 20 Sed hoc quoque timide ſcribo, ita omnia adhuc tarda Idem de Orat. 3, 143 Sed etiamſi eſt aliquanto ſpiſſius, aut ſi tardior, profecto nunquam conquieſcam. Sin id erit ſpiſſius C 2, 10. *conf. h. l. Manut.* Cic. de Orat. 2, 213 Et principia tarda exitus tamen ſpiſſi et producti eſſe debent. Idem Q. Frat. 2, bebam illa, quae dixeram πολιτικὰ, ſpiſſum ſane opus et op *Compar.* Plin. 12, 21 E diuerſo Arabica glans viridis ac ten quoniam montoſa ſit, ſpiſſior. *Superl.* Plin. 16, 40 Spiſſiſſima materie, ideo et grauiſſima iudicatur ebenus.

SPISSE. Adu. [πυκνῶς] Plin. 36, 25 Dein ſpiſſe calcatis car inducitur ſabulo, calce, ac fauilla miſtis. Spiſſe obturatus Scribon. 271. Spiſſe obturata foramina. Id. 47. *Add.* Pall Spiſſius me baſiauit Petron. c. 18. Spiſſius virere Plin. 37, 8. In cc ſius, in campo rarius laetamina diſponentur Pallad. 10, 1. *Add.* Col Spiſſe arare Colum. 2, 11. ¶ 2 Spiſſe, *Tarde.* Pacuu. Hermio hoc ſenectus in ſe, cum pigra eſt ipſa, vt ſpiſſe omnia videantur Nonius 4, 422. Naſcimur ſpiſſius quam morimur: vix duo decem menſibus edolatum vnum reddunt puerum; contra, v lentia, hoſtica acies, puncto temporis immanes aceruos facit Non. 4, 422. Cic. de Clar. Orat. 138 Eſt enim propoſitum, eos, qui hoc munere in ciuitate functi ſint, vt tenerent orato cum: quorum quidem quae fuerit aſcenſio, atque abſolutio, ex dicam, exiſtimari poteſt. Quam multi enim iam oratores co rati ſunt, et quam diu in eorum commemoratione verſamur tamen ſpiſſe, atque vix, vt dudum ad Demoſthenem et Hiperi nunc ad Antonium Craſſumque peruenimus. Spiſſe, *i. Tarde, liter.* Certe res ſpiſſa tarde et cum difficultate penetratur: ter tardum iter facit: homo ſpiſſus fere tardius ingreditur. Non.

SPISSO, āre. [πυκνόω, ςύφω] *Spiſſum facere.* Plin. 11, 41 lac igne ſpiſſatur. Donec ſpiſſentur Scribon. 207. *i. denſ* Officium ſpiſſare Petron. c. 140 *i. multiplicare.* Spiſſari in farinae modo Plin. 13, 4. Spiſſare pectinatim, *vid.* PECTINO CTEN. *Add.* Apic. 5, 1 *et* 8, 8.

SPISSĀTVS, a, um. Partic. [πυκνωθεὶς] *Vt,* Nubes ſpiſſa can. 4, 77. Ignis ſpiſſatus Ouid. Met. 15, 250. Humor tus Plin. 2, 49. *Add.* Petron. c. 134.

SPISSESCO, ĕre. [πυκνοῦμαι] *Spiſſum fieri.* Celſ. 5, 27, 4 *De c ne aduerſus ictum aſpidis:* Eadem ergo vi veriſimile eſt ſpiſſeſ quoque intus humorem hominis ab eo diſcuti, et ſic dari ſanitatem cret. 6, 175 Fecit vt ante cauam docui ſpiſſeſcere nubem.

SPISSAMENTVM, i. n. [ςύμμα] *Spiſſamenta vocantur, qua cis* ςύμματα *dicuntur, quae ad vnguentorum confectiones et c nes alias extrema ſuperponuntur, ne fluitet quod conditum fuerit.* mel. 12, 46 *De conditura inulae,* Poſthaec in vmbra triduo ſiccet ita in fideliam picatam recondantur adiecto paſſo vel d quod ſupernatet, ſpiſſamentoque cunilae impoſito contectum v culetur. *Add.* ib. c. 7 *et* 16 *et* 47. Sen. Epiſt. 31 Firmiori ſpi to opus eſt, quam vſum in ſociis Vlyſſem ferunt, *quo aures obſ*

SPISSATIO, ōnis. f. Sen. Epiſt. 86 *ſub fin.* Negat quidqu hac ſpiſſatione efficacius.

SPISSIGRĂDVS, i. m. [βραδύπορος] *Tarde gradiens.* Plaut. P 1, 3 Homines ſpiſſigradiſſimos, tardiores multo, quam corbitae ſ tranquillo mari.

SPISSĬTAS, ātis. f. [πύκνωσις] Plin. 18, 30 Quoniam ſpiſſit concaleſcit. *Conf.* Vitr. 2, 9.

SISSITV̄DO, ĭnis. f. [πυκνότης] Idem Nubes eſt ſpiſſitud craſſi Sen. Quaeſt Nat. 2, 30. Scribonius Largus Compoſ. 208 P plex vas coquitur, donec mellis habeat ſpiſſitudinem. Cerati ſpi Scribon. 250. Emplaſtri ſpiſſitudo 81. Non nimis liquida ſ do 37. Paſſi ſpiſſitudo 37. Contrahere ſpiſſitudinem 5, 1. Redigi in ſpiſſitudinem Scribon. 58. *Add.* Pallad. 12,

SPITHAMA, ae. f. *Menſura ab magno digito ad minimum. ſtatim* SPITHAMAEI.

SPITHAMAEI. *Pygmaeorum gens, de qua* Plin. 7, 2 Supr extrema in parte montium Spithamaei Pygmaei narrantur tern thamas longitudine, hoc eſt ternos dodrantes non excedere, ſ caelo, ſemperque vernante, montibus ab Aquilone oppoſitis, q gruibus infeſtari Homerus quoque prodidit. fama eſt inſidentes ar caprarumque dorſis, armatos ſagittis veris tempore vniuerſo agm mare deſcendere, et oua pulloſque earum alitum conſumere: eam expeditionem menſibus confici, aliter futuris gregibus non r Caſas eorum luto penniſque, et ouorum putaminibus conſtrui.

S P L

SPLANCHNON, i. n. Splanchna *i. viſcera, exta ap.* Cael. Au Tard. 5, 10, 102.

SPLANCHNOPTES, Periclis ſeruus fuit, cui mortuo ſtatuam dominus poſuit, *quaſi tu aſſatorem inteſtinorum dicas.* 22, 17 *et* 34, 8.

SPLEN, ēnis. m. [σπλὴν] *Latine dicitur Lien.* Plin. 8, 23 San in corde et circa oculos tantum: viſcera ſine ſplene. *Add.* Vitr. Petulanti ſplene cachinno Perſ. Sat. 1, 12. *Conf. Graeu. ad* Fam. 6, 7.

SPLENETICVS, *vel quod verius videtur,*

SPLENĬCVS, a, um. Adi. [σπληνικὸς] *Qui ex ſplene laborat.* nicus *certe ſemper edi curauit Harduinus in* Plinio, *v. g.* 20, 9 Splenicis in vino albo *datur braſſica. Et* ſ. 36 Folia cocta Sple in cibo data, *etc.* Pallad. Iul. 6, 2 Spleneticis proderit. *MS.* Splen

cus 5,16 Luna, alios tuſſicos, alios ſplenicos efficiet. Splenicis polium ex aceto Plin. 21, 20. *Add.* Apul. de Herb. 34, 2.

SPLENIVM, i. n. [σπλήνιον] *Linteolum, panniculus, corium, primo Splenis, deinde quaecunque alia figura, quo emplaſtra aliaue quaecunque medicamenta excepta imponuntur laeſis corporis partibus.* Plin. 29, 6 imponi oportet ſplenium e melle decoctum, lanamque ſuccidam co et vino. Plin. Epiſt. 6, 2, 2 *de Regulo*, Candidum ſplenium c, aut illud ſupercilium transferebat. *Superſtitioſas hominis deli*-*as narrat. Has delicias etiam reſpicit* Martial. 2, 29 Et numeroſa ſtellantem ſplenia frontem: Ignoras quid ſit? ſplenia tolle, *Seruus literatae frontis, ſ. ſtigmatis notatus, ad tegendam eam tur*-*pem, deliciarum et elegantiae cuiusdam, certe morbi cauſa, videri vo*-*plenia fronti imponere: ſed ſuberat cauſa, quae legi poterat, etc.* plenion *herba vid. infra ſ. l.*

SPLENIĀTVS, a, um. Adi. [σπληνιόδετος] *Splenio obuolutus.* Mar-, 22 Cur ſpleniato ſaepe prodeam mento, *etc.*

T MA, atis. n. [ϛίγμα] *Punctum. Nota ſiue ſignum, quo in itur, a ϛίζω, pungo. Vid. Rhod. ad* Scrib. p. 308. *Lipſ. El. Barth. Adu.* 43, 25. Martial. 12, 62 Frons haec ſtigmate notanda eſt. Dignus ſtigmate Iuuen. Sat. 10, 183. De- ſtigmatum notis Sueton. Calig. c. 27. Stigmata captiuo- ntibus Impreſſa Petron. c. 105. Sequar ego, frontes notans pone ſolerti, vt videamini ſtigmate Puncti Petron. c. 103. Sen. f. 4, 37 Philippus ita exarſit, vt ſtatim Pauſaniae mandaret, vt ſſimo hoſpiti ſtigmata inſcriberet, ingratum hoſpitem teſtan- Dignus quidem fuit, cui non inſcriberentur illae literae, ſed entur. *Add.* Plin. 30, 4. Vitr. 2, 8. Tertull. de Virg. vel. c. 10. militum, *Qui militiae erant adſcripti, in eorum manibus ſtigmata ar, vt ſcribit Aëtius.* Veget. 1, . . . Sed non ſtatim ſignorum ſcribendus eſt tiro delectus. *Et* lib. 2, . . . turis in cute punctis milites ſcripti et matriculis inſerti iurare *Idem et Fabricenſibus fiebat.* Iuſtinian. Arcad. et Ho- Stigmata, hoc eſt notae publicae fabricenſium brachiis ad imita- ironum inſtigantur, vt hoc ſaltem modo poſſint latitantes agno- *Varias rationes delendi* ſtigmata *tradunt veteres. v. g.* Plin. *ſo fine* Stigmata in facie mandagoras illitus delet. Idem *o extr.* Stigmata delentur fimo columbino ex aceto. Mar- 4 Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte. *Et* 10, 56 Tri- orum ſtigmata delet Heros. Stigma, *per translationem pro* Sueton. in Iul. c. 73 Valerium Catullum, a quo ſibi s de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat, ntem, eadem die adhibuit coenae: hoſpitioque patris eius, ſueuerat, vti perſeuerauerit. ¶ 2 *Mutato genere* habere *dixit* Petron. 45 *et* 69.

MATIAS, ae. m. [ϛιγματίας] *Seruus, aut alius maleficus, us notis.* Cic. Off. 2, 25 c. 7 Barbarus ſtigmatias.

MATĬCVS, a, um. Adi. [ϛιγματικὸς] *Idem.* Cic. Off. 2, 25 *t,* Alexandrum Pheraeum, quum ad vxorem in cubiculum ve- litum praemittere barbarum compunctum notis Threïciis, di- adio ob metum. *Addit,* O miſerum, qui fideliorem et barba- tigmaticum putaret, quam coniugem! *Sed editur* Stigmatiam, *s, quam lectionem firmat* Non. 1, 194.

MŌSVS, a, um. *Aliud* Adi. [ϛιγματώδης] *Idem.* Plin. n quo Ruſticum inſectatur, atque etiam Stoicorum ſimiam ap- diicit Vitelliana cicatrice ſtigmoſum. Dicta in caluos ſtig- e iaculari Petron. c. 109.

MO, āre. Quamcumque partem corporis feruens nota Stig- udent. in Romano v. 1080. *i. compunxerit.*

MATVS, a, um. Part. Veritas literis ſtigmata Vet. In- naei 1, 12.

O, *vid.* STINGVO n. 2.

BO, *vel* STILPO, ōnis. m. *Philoſophus, Megarenſis, qui* ria, amiſſis liberis et vxore, quum ex incendio ſolus, et tamen xiret, interroganti Demetrio (cui cognomen ab exitio vrbi- rcetes fuit) numquid perdidiſſet? Omnia (inquit) mea ecum ſunt. Ecce vir fortis ac ſtrenuus ipſam hoſtis ſui n vicit. Nihil inquit, perdidi. Dubitare illum coë- viciſſet. Omnia mea mecum ſunt. Iuſtitia, Virtus, antia, Prudentia, hoc ipſum, Nihil bonum putare, quod eripi *Haec* Seneca Ep. 9. *Vid. de illo Laërt.* 2, 113 *ſqq. et ibi De hoc* Plin. 7, 53 Pudore (*ſubito mortuus eſt*) Diodorus e dialecticae profeſſor, luſoria quaeſtione non protinus ad in- ones Stilbonis diſſoluta.

BON, ontis. m. [Στίλϐων] *Mercurii ſtella dicitur: id lens, a verbo Graeco ϛίλϐω.* Cic. de Nat. Deor. 2, 54 c. 20 Infra anc ſtella Mercurii eſt, ea ϛίλβων appellatur a Graecis, quae e vertente, ſigniferum luſtrat orbem: neque a ſole longius vnius ſigni interuallo diſcedit, tum anteuertens, tum ſubſe- *Conf.* Mart. Capella 8 p. 287.

ICHO *vel* STILĬCO, ōnis. m. [Στιλίχων] *Honorii im- ſocer, et Occidentis adminiſtrator, multis laudibus a Claudiano ebratus.* Bellipotens Stilicho Claud. de Conſ. Hon. 3, 144. mi virtus Stilichonis Idem in Ruff. 1, 259. Pulcher Sti- em de Conſ. Hon. 6, 466.

ICŌNIVS, a, um. Adi. [Στιλιχώνιος] Claud. de Nupt. 17 Agnoſcat famulum virgo Stilichonia Pontum.

LA, ae. f. [ϛαγὼν, ϛαλαγμὸς ῥανὶς, ψεκὰς] Dimin. *a* Stiria ſtus, accipitur pro Gutta: vt, Stilla olei, Stilla aquae. Apul. 0. 108, 11 Et ſanguinis eruptionem vtriculo admoto, excipit di- nte, vt nulla ſtilla compareat vſquam. Exiles *Aquae* Vitruu. Cruoris humani Sen. de Clem. 1, 11. Mollis ſtillae lacus c. 95. Stilla, quae fluere conſueuit Pallad. 1, 6. Vi- 1 Faſtigia facientes, luto inducto proclinatis tectis ſtillicidia ant, per id ſtillae decidunt in impluuium. Plin. 29, 4 Ex qu n opus ſit ternis ſtillis additis in oleum. Cic. de Fin. 3 4 Stilla muriae.

LVLA, ae. f. Tertull.

LICIDIVM, i. n. [ϛαγὼν] *Quaſi Stillarum caſus, quod cadat, vbi e tectis guttae fluunt.* Cic. de Legib. 1, 14 Quam- uo me vocas, aut quid hortaris? vt libellos conficiam de ſtil- iorum, ac de parietum iure? *Conf.* Idem de Orat. 1 c. 38. Stil- s habere in aream alterius l. 8 D. quemadm. ſeruit. Pro- ectis ſtillicidia deducebant Vitruu. 2, 1. *Add.* Idem 4, 7. *it.* f de Contrah. Emt. Plin. 17, 12 Stillicidii breuis definitio Omnium quae proiectu frondis ita diffunduntur, vt per ipſas d uant imbres, ſtilla ſaeua eſt. Ibid. Stillicidia pinus, ilicis ponderoſiſſima. Stillicidia mellis Tertull. de Spe- c. 7. *Conf.* Senec. Epiſt. 102. Plin. 25, 3. Quinctil. 8, 3. 11.

LO, āre. [ϛάζω, ψεκάζω, ϛαλάζω] *Guttatim fluere.* Martial. Vi bant laceri membris ſtillantibus artus. Plin. 12, 23 Africa aci lacrimam ſtillat in arenis ſuis. Idem, Frutex eſt reſina Vnde ſtillet lente Aqua Varr. R. R. 1, 41. Arbor ſanguineis roribus Lucan. 7, 837. Coma ſtillabat Tyrio rore 4, 28. Flauaque de viridi ſtillabant cortice Mella Ouid Met. Multo ſtillare Nimbo Iuuenal. 5, 78. Exſiccescit ſtillando Succus Vitruu. 2, 9. Stat. Theb 3, 537 Cernis inexperto rorantes ſanguine ventos, Et plumis ſtillare Diem? *De cygnis loquitur, qui in aere ab aquilis diſcerpebantur, quorumque plumae et ſanguis in terras defluebant.* Hor. de Arte Poët. 429 — Etiam ſtillabit amicis Ex oculis rorem, *i. illacrimabit, gaudere ſe ſimulans.* Iuven. Sat. 3, 122 Nam cum facilem ſtillauit in aurem Exiguum de naturae patriaeque (*Graeciae*) veneno.

STILLANS, antis. Partic. [ϛαλάζων] *Vt,* Culter ſtillans ſanguine Ouid. Faſt. 2, 859. Malum ſemper ſtillantis Ocelli Iuuenal. 6, 109. Cic. Philipp. 2, 30 c. 12 Ille qui ſtillantem prae ſe pugionem tulit, is a te honoris cauſa nominatur. Sidera ſtillantia ſanguine Ouid. Amor. 1, 8, 11.

STILLĀTVS, a, um. *Aliud* Part. [ἐϛαλαγμένος] Ouid. Met. 2, 364 Inde fluunt lacrimae, ſtillataque ſole rigeſcunt De ramis electra nouis. Stillataque cortice Myrrha Idem 10, 501. Mammis adhuc et ſtillato Lacte nutriri Arnob. 2 p. 94.

STILLATICIVS, a, um. Adi. [ϛαλακτικὸς] *Vt,* Plin. 16, 11 Eadem reſina, ſi cum aqua leuius decoquatur coleturque, ruffo colore lenteſcit, ac ſtillaticia vocatur. *Hinc* Stactea *interpretati ſumus ſtillaticiam.*

STILLATIM. Adu. *Guttatim.* Varro de L. L. 4, 5 Stillicidium ſtillatim cadit. *Conf.* Diomed. 1 p. 402.

STILLATĪVVS, a, um. Plin. Valer. 1, 18 Mel ſtillatiuum.

STILLARIVM, i. n. *Id quod menſurae liquidorum, praeter, neceſſitatem aut legem ſuperadditur.* Sen. in Epiſt. . . *eſſe dicitur. Dubito.*

STILLŌSVS, a, um. Veget. 2, 54.

STILOBATAE, *vid.* STYLOBATAE.

STILPO, *Megarenſis philoſophus, vid.* STILBO.

STILVS, *vid.* STYLVS.

STIMĬCON, *Proprium paſtoris, apud* Virg. Ecl. 5, 55 Iampridem Stimicon laudauit carmina nobis.

STIMMI, Indecl. *Idem quod* Stibium, *vid.* STIBIVM.

STIMVLA Dea *Romana, commemorata* Auguſtino de C. D. 4, 11 Dicta de ſtimulis, quibus ad nimium actum homo impellitur. *Et* 4, 16 Quae ad agendum vltra modum ſtimularet. *Eadem igitur, ſimilis certe* Hortae. *vid.* SIMILA.

STIMŬLVS, i. m. [κέντρον Gloſſ. Gr. Lat.] *Proprie dicitur Fuſtis acutae cuſpidis, quo ruſtici boues ſuppungunt, et incitant.* Tib. 1, 1, 10 Stimulo tardos increpuiſſe boues. Columel. 2, 2, 26 Stimulo laceſſere iuuencum. Plaut. Truc. 4, 2, 54 Si Stimulos pugnis caedis, manibus plus dolet. *Ita* Ter. Phorm. 1, 2, 28 Inſcitia eſt aduorſus ſtimulum calces *int. iactare,* πρὸς κέντρα λακτίζειν, *quod ad iumenta pertinet. Sed etiam in ſeruas comparati ſtimuli.* Plaut. Aul. 1, 1, 6 Stimulorum ſeges! *digne in cuius cute perpetuo ſtimuli plures fixi ſint inſtar ſegetis.* Idem Moſtell. 1, 1, 53 O carnificum cribrum — Ita te forabunt patibulatum per vias ſtimulis. *Et* Aul. 1, 1, 9 Si hodie hercle fuſtem ceperis, aut ſtimulum in manum, *etc.* ¶ 2 Stimulus, *per translationem, quidquid nos pungit, vel ſolicitat, a quo vexamur.* Plaut. Truc. 4, 3, 79 Nae iſta ſtimulum longe habet, quae vſque illinc cor pungit meum. Cic. Tuſc. 2 c. 27 Nam ſi omnia fugiendae turpitudinis, adipiſcendaeque honeſtatis cauſa faciamus, non modo ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina fortunae contemnamus libebit. Sil. 7. 512 — Nec non Patrum Saturnia mentes Inuidiae ſtimulo fodit et popularibus auris. Irarum Lucan. 2, 324. Nec prius hi Mentem ſtimuli quam vita relinquent Ouid. ex Pont. 1, 1, 75. Veneris ſtimuli Lucret. 4, 1209. Acres ſtimuli, *vid.* ACER Adi. Acriores ſtimuli Tac. Hiſt. 1, 15. Accenſae ſtimulis maioribus irae Stat. Theb. 11, 497. Addere ſtimulos Lucan. 1, 263. Adhibere ſtimulos, *vid.* ADHIBEO. Adigere ſtimulos Sen. Epiſt. 71 Vides quemadmodum extrema quoque mancipia, vbi illis ſtimulos adegit dolor, excitentur. Adiicere ſtimulos, *vid.* ADIICIO, Admouere alicui ſtimulos. Cic. pro Sext. 12 c. 5 Hic ego quid praedicem, quibus hic rebus Conſulem ad rem gerendam excitarit, quos ſtimulos admouerit homini? Agitatus ſtimulis amoris Ouid Faſt. 2, 779. Auertere ſtimulos caeci amoris Virg. Georg. 3, 210. Condidit caecos ſtimulos, *i. Furores occultos* Ouid. Met. 1, 726. Dare ſtimulos laudum, *Exhortari ad laudes* Stat. Achil. 1, 203. Cor ſtimulo Foditur Plaut. Bacch. 5, 2, 39. Frangere ſtimulos nequitiae; *Impetum femineum compeſcere* Propert. 3, 19, 10. Incitat haud mollibus ſtimulis iras Virg. Aen. 11, 452. Ineſt huic rei ſtimulus, qui appetentes facit Senec. Ep. 9. Mouere acres ſtimulos irarum Lucan. 2, 324. Parce puer ſtimulis et fortius vtere loris Ouid. Met. 2, 127. *Vt alias* Vti calcaribus *et* frenis *opponuntur.* Subdere ſtimulos animo Liu. 6, 34. Subiectare ſtimulos laſſo Hor. Serm. 2, 7, 94. Subeſt caecus aliquis ſtimulus cordi Lucret. 3, 887. Suffigere nouos ſtimulos dolori, *Occulte infigere* Senec. Theb. 206. *Conf. Barth. ad* Script. Ven. p. 133. Stimulus ego nunc Sum tibi: eo corculum aſſudaſſit iam ex metu Plaut. Caſ. 2, 6, 8. Vertere ſtimulos ſub pectore alicui Virg. Aen. 6, 101. ¶ 3 Stimulus, *Inſtrumentum militare.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 73 Ante haec taleae pedem longae ferreis hamis infixis totae in terram infodiebantur, mediocribusque intermiſſis ſpatiis omnibus locis differebantur, quos Stimulos nominabant. *Conf.* ibid. c. 82.

STIMVLVM, i. n. [Stimulum, κέντρον, σιδηρᾶν Vet. Gloſſ. κέντρον, ſtimulum, ſtimulus, ibid.] Iam adſcendo in currum, iam lora teneo, iam ſtimulum in manu eſt Plaut. Men. 5, 2, 112.

STIMŬLO, āre. [κεντέω, κεντίζω] *Pungere, agere, commouere, incitare.* Plaut. Ciſt. 2, 1, 4 Iactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota. Ter. Heaut. 2, 1, 11 Magis me nunc amicae dicta ſtimulant, da mihi, atque affer mihi. Ingens Cupido animum ſtimulat Curt. 4, 7, 8. Currum ſtimulare Sil. 16, 366. Currum *pro Equis dixit.* Verbere caudae ſtimulauit ſe leo Lucan. 1, 208. Auita quoque Gloria animum ſtimulabat Liu. 1, 22. Stimulare ad arma Liu. 1, . . Se quisque ſtimulant Tac. Ann. 6, 35, 1. Accendere et ſtimulare Liu. 25, 13. Stimulare et incitare Idem 3, 68. Cic. pro Roſc. Amer. 6 c. 2 Hunc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies noctesque ſtimulat ac pungit, vt euellatis poſtulat. Iras functas ſtimulauimus, *i. Compoſitam litem, et ſopitam iracundiam iterum concitauimus* Stat. Theb. 12, 437. Solitudo me ſtimulat Cic. Att. 12, 13.

STIMVLANS, antis. Part. Saeuum pecoris hoſtem ſtimulans Catull. 64, 77. Ipſa fame ſtimulante furens Tibull. 1, 5, 23. Stimulante Icelo in publicum exitium Tac. Hiſtor. 1, 34, 1. Se ipſi ſtimulantes Idem Ann. 14, 30, 3.

STIMVLĀTVS, a, um. Partic. [κεντισθεὶς] *Vt,* Per totam Flammis

Flammis ſtimulatus arenam Martial. Spect. 19. Ira ſimul ac dolore ſtimulatus Curt. 6, 5, 19. Animus rabie furenti ſtimulatus Catul. de Berecint. 64, 4. Corda Stat. Theb. 8, 93. Iurgia ſtimulata vino Ouid. de Arte Am. 1, 591.

STIMVLĀTIO, ōnis. f. [κεντισμὸς] Plin. 35, 2 Et erat haec ſtimulatio ſumma, et ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum. *Vetus codex*, Et erat haec ſtimulatio ingens, exprobrantibus, *etc.* Priuata ſtimulatio Tac. Hiſtor. 1, 90, 4.

STIMVLĀTOR, ōris. m. [κέντωρ, κεντρότυπος] Cic. pro Domo 11 c. 5 Si in cauſa fuit annona, ſeditionis quidem ſtimulator et concitator tu fuiſti. *Al.* Inſtimulator. *Add.* Claud. in Ruf. 2, 50.

STIMVLĀTRIX, īcis. f. [κέντειρα] Plaut. Moſt. 1, 2, 62 Vt veneficae illi fauces prehendam, atque enicem ſceleſtam ſtimulatricem. *Add.* ibid. v. 46.

STIMVLEVS, a, um. Adi. [κέντρινος] *Vt*, Plaut. Milit. 2, 6, 31 Niſi tibi ſupplicium ſtimuleum deditur, dedecoris pleniorem herum faciam tuum. *i. Cruciatus multis ſtimulis infligitur.*

STIMVLOSVS, a, um. Adi. *Quod multos habet ſtimulos.* Stimuloſum deſiderium venereae voluptatis Cael. Aurel. Tard. 5, 9. Dolor ſtimuloſus et pulſuoſus Idem Acut. 2, 14.

STINGO, *vel* STINGVO, ſtinxi, ſtinctum, ĕre. [σβεννύω] *Idem quod Exſtinguere.* Neque longa vetuſtas Interimet ſtinguens praeclara inſignia caeli Cic. in Arat. Idem in Prognoſt. Vt quum Luna means Hyperionis officit orbi, Stinguuntur radii caeca caligine tecti. *vid.* Priſcian. 10 p. 882. Lucret. 2, 827 — Vt cernere poſſis Euaneſcere paullatim, ſtinguique colorem. Idem 4, 1091 Vt bibere in ſomnis ſitiens quum quaerit, et humor Non datur, ardorem qui membris ſtinguere poſſit. *Add.* Idem 1, 667. Ignes in coetu ſtingui. ¶ 2 *Aliud plane eſt* STINGO *vel* STIGO, āre. στίζω, *vt eſt in Vet. Gloſſ. vel* ἐρεθίζω, *nempe pungo, vnde* INSTIGO *et* INSTINCTVS.

STIPA, *vid.* STVPA.

STIPATOR, *vid.* STIPO.

STIPENDIVM, i. n. [μισθὸς στρατιωτικὸς Vet. Gloſſ. Lat. Gr. ὀψώνιον στρατιωτικὸν *ibid.* σιτηρέσιον ibid.] *Aes militare, ſeu Praemium ordinarium, et reſpondens temporibus, quod ex lege militibus datur.* Varro de Vit. Pop. Rom. *apud* Non. 12, 53 Stipendium appellabatur aes, quod militi ſemeſtre aut annuum dabatur: cui datum non ſit propter ignominiam, aere dirutus eſſet. *Compoſitum nomen ex* Stipe, *et* Pendo, *quaſi* Stips *ponderata ſit.* Vlpianus, De verborum ſignific. l. Ager. Stipendium, a ſtipe appellatum eſt, quod per ſtipes, id eſt modica aera colligatur. Plaut. Epid. 1, 1, 36 In ſingulis ſtipendiis ad hoſtes exuuias dabit. *De* ſtipendio militari Romanorum *eſt exacta tractatio Rabodi Hermanni Schelii adiuncta Hygini et Polybii libellis de Caſtris Rom. a pagina inde 200, relata in Theſaurum Graeuianum.* Plin. 33, 3 Quin et militum ſtipendiorum, hoc eſt ſtipis ponderandae penſatores, libripendes dicuntur. Caſtrenſia ſtipendia Plin. Epiſt. 8, 14. Accipere ſtipendium, *vid.* ACCIPIO. Cic. pro Corn. Balb. 61 c. 21 Idem in anguſtiis aerarii victorem exercitum ſtipendio Affecit, *vid.* AFFICIO. Capere ſtipendium, *vid.* CAPIO. Cogere ſtipendium, *vid.* COGO. Conferre ſtipendium, *vid.* CONFERO. Cic. pro Lege Manil. 26, . . Partem militum, qui iam ſtipendiis Confectis erant, dimiſit. Conſtituere ſtipendium militi Quinctil. 3, 8. Decernere triumphum alicui, ac ſtipendium, et eum Decretis omnibus ornare. Cic. ad Brut. 17. *et* Fam. 1, 7 Stipendium Caeſari Decretum eſt. Dependere ſtipendium Caeſ. de Bell. Gall. 1, 36. Cic. de Senect. 49 At illa, quanti ſunt, animum, tanquam emeritis ſtipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, ſecum eſſe, ſecumque, vt dicitur, viuere? Explere ſtipendia Tacit. Ann. 3, 33, 1. Facere ſtipendia pedibus Liu. 3, 27. *vid.* FACIO. Facturos ſe ſtipendia equis promittunt Idem 5, 7. Qui pedeſtri ſtipendia feciſſet Idem 7. Opulenta ac ditia ſtipendia facere Idem 3 In oratione Annibalis, ad milites. Imbui ſtipendiis caſtrenſibus, *vid.* IMBVO. Imponere ſtipendium, *vid.* IMPONO. Cic. pro Cael. 11 Quum Aſellus omnes prouincias ſtipendia Merentem ſe peragraſſe gloriaretur. *Et* pro Muraen. 12 c. 5 Merere ſtipendia in bello, *vid.* MEREO. Metiri ſtipendium, *vid.* METIOR. Cic. in Piſon. 88 c. 36 Quid ſtipendium militibus per omnes annos a ciuitatibus menſis palam propoſitis eſſe Numeratum? Pendere ſtipendium Liu. 2. Perſoluere ſtipendium, *vid.* PERSOLVO. Remittere ſtipendium Caeſ. de Bell. Gall. 1, 44. ¶ 2 Stipendium *etiam ſignificare videtur Annum militiae, in tantum certe, vt tot aeſtatibus aliquis in caſtris fuiſſe intelligatur, quot legitur meruiſſe ſtipendia: licet non ideo anni illi continui fuerint, quin raro id libera Rep. acciderit.* Nep. de Catone 24, 1, 2 Primum ſtipendium meruit annorum decem ſeptemque. Plin. 7, 28 Stipendiis duobus. Tac. Ann. 1, 36, 4 Miſſionem dari vicena ſtipendia meritis, exauctorari qui ſena dena feciſſent. *Add.* ibid. 3, 33, 1 Inſcriptio Tranſiluanica Albae Iuliae, P. AELIVS. VETVSTINVS. MIL. LEG. XIII. G. STIP. XV. VIX. AN. L. *Hinc* Functus omnibus vitae humanae ſtipendiis Sen. Ep. 93. ¶ 3 Stipendium *imperatur deuictis, h. e. vti nunc loquuntur, ſumtus belli, tributa quaedam et penſiones die praeſtituta ſoluendae.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 44 Stipendium capere iure belli, quod victores victis imponere conſueuerint. — Iniquum eſſe de ſtipendio recuſare, quod ſua voluntate ad id tempus dependerint — Si per Populum Rom. ſtipendium remittatur, *etc.* Poeni ſtipendia pendunt Enn. *apud* Varr. L. L. 4, 36. Tacit. Hiſtor. 4, 74, 2 Stipendia ſine tributis haberi non poſſunt. Omnem Galliam in prouinciae formam redegit, eique quadringenties ſtipendii nomine impoſuit Sueton. Caeſ. c. 25. *coll.* Eutrop. 6, 14, 5. *Cum tali* ſtipendio *comparat* Catull. Nupt. Pel. 173 *tributum puerorum Athenienſium pro Androgeo interfecto Cretam quotannis mittendum (vid.* ANDROGEOS*)*

Iuppiter omnipotens, vtinam ne tempore primo
Gnoſia Cecropiae tetigiſſent litora puppes:
Indomito nec dira ferens ſtipendia tauro
Perfidus in Oretam religaſſet nauita funem!

Votum Ariadnes a Theſeo deſertae. *Sic* Horat. Epod. 17, 37 *pacem expoſcens a Canidia, quaſi bello victus*

Quae finis? aut quod me manet ſtipendium?
Effare, iuſſas cum fide poenas luam:
Paratus expiare, ſeu popoſceris

Centum iuuencis, ſiue mendaci lyra
Voles ſonari, Tu pudica, tu proba, *etc.*

Stipendium *igitur omnem ſatisfactionem hic notat.* *Sic*

STIPENDIALIS, e. Adi. [μισθοφορικὸς] Sidon. Epiſt. 8, v. 47 Poſſit foedere ſub ſtipendiali, *ex quo debetur ſtipendium.*

STIPENDIARIVS, a, um. Adi. [μισθοφόρος, ὑποτελὴς] *butarius, qui ſoluendo ſtipendio obnoxius eſt, qui alio nomine vect citur.* *Vid.* Varro L. L. 4, 36. *Sam. Petit. Var. Lect. 2, 1.* Fa pto ſtipendiaria Vell. 2, 39, 2. *Add.* 2, 38, 4. Caeſ. Bell 30 Reliquaſque ciuitates ſtipendiarias haberent. *Sic* ib Ne ſtipendiariis Heduorum expugnatis, cuncta Gallia deficere 3, 3. Cic. Diu. in Caec. 7 Socii, ſtipendiariique Pop. Rom. miſeri. *Sic* pro Corn. Balb 24 Quae pateant, ſtipendiariis hoſtibus. Plin. 5, 4 Stipendiarium oppidum. De ſtip Thrace miles Flor. 3, 20, 8. *de Spartaco, ex Thracia prouinc diaria orto.* *Sic* 2, 17, 7 Prouinciam nobis ſtipendiariam fec. Verr. 3, 12 Inter Siciliam caeteraſque prouincias, Iudices, in vectigalium rationibus hoc intereſt, quod caeteris aut impoſi ctigal eſt certum, quod ſtipendiarium dicitur, *etc.* aut cenſo tio conſtituta eſt. ¶ 2 Stipendiarii, Milites Veg *cuntur, qui aliquot iam ſtipendia habent, Tironique opponit, qui eſt.* Veget. 1, 18 Non tantum a tironibus, ſed a ſtipendiarii bus ſalitio equorum diſtricte eſt ſemper exacta. *Sed* Sti *praeferendum.* *Sic* Latini ſtipendiarii Rom. Liu. 8, 8.

STIPENDIŌSVS, a, um. Adi. *Qui multa ſtipendia fecit in oſus exeuntia, copiam ſignificat.* *Sic prima editio et MSS.* *loco* Vegetii, *quem modo dedimus in* STIPENDIARIVS n. 2. *Sic Scriuer. Beſſel.*

STIPENDIOR, āri. Dep. [μισθοφορέω] *Stipendium mereri,* 19 Regi eorum peditum ſexcenta millia, equitum XXX millia, torum nouem millia, per omnes dies ſtipendiantur, *i. Stipen unt et merent.*

STIPENDIATVS, a, um. Part. *Stipendio inſtructus* ſi Tertull. adu. Iud. c. 9 Pannis armati et butyro ſtipendiati Idem adu. Marc. 3, 13.

STIPES, ĭtis. m. [κορμὸς, στύπος, στέλεχος] Fuſtis: i Fuſtis terrae defixus. *vt ait* Feſtus. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 27 tranſuerſas viis perducit, atque ibi ſudes, ſtipiteſque praeac figit. Defoſſus in agro ſtipes Ouid. Faſt. 2, 642. I pites Virg. Aen. 7, 524. Grauis ſtipes Sen. Herc. Fur. 123 *Herculis.* Inanis ſtipes Ouid. de Nuce 32. Nodoſo ſti ctare aliquem Idem Heroid. 10, 101. Quernus ſtipes Ide 4, 331. Ramoſo ſtipite nixus Idem ibid. 3, 751. Va pes Senec. Herc. Fur. 1230. *claua.* Viridis ſtipes Ouid. 237. *Add.* Curt. 6, 6, 29. Tibull. 1, 1, 15 Stipes deſertus habet ſerta florea. Catull. 65, 289 Recto proceras ſtipite Ouid. Faſt. 3, 37 *de palmis per quietem viſis ab Ilia, Symbolis Romuli,* Martia, Picus, auis gemino pro ſtipite pugnant, Tuta per hos vtraque palma fuit. ¶ 2 Stipes, *per lationem accipitur pro Stulto, inſulſo et fatuo.* Ter. Heaut. In me quiduis harum conuenit rerum, quae ſunt dicta in ſt caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus. Cic. in Piſon 10 c. 9 tanquam truncus atque ſtipes, ſi ſtetiſſet modo, poſſet ſuſtinere titulum Conſulatus. Stips *pro* ſtipes: ille ſtips fratri ſuo i Petron. c. 43.

STIPHELVS, i. m. *Vnus ex Centauris, Ixionis et Nubis Coeneo interfectus in ea pugna, quae in Pirithoi nuptiis commiſſa Lapithas et Centauros.* Ouid. Met. 12, 459 Quinque ne neus dederat Stiphelumque Bromumque, *etc.* *Forte* Stiphel *dit* Ouidius, στυφελὸν *durum et veluti denſum.* *Sed Latina iam Burm.*

STIPO, āre. [στείβω, πυκνόω] *Coarctare, denſare: recte* e *deducit a Graeco vocabulo* στείβειν de L. L. 4, 36 p. 4, 32. *Et poteſt* pa, *quam pro* Stuppa *paſſim inculcat* Seruius, *v. g. ad* Aen. 5, 682 *originem habuiſſe; non originem dediſſe ipſa Verbo.* Virg 465 Stipatque carinis Ingens argentum, Dodonaeoſque lebetas. niſque Damaſci ſtipantur calathi Columel. 10, 404. Idem *extr.* Quoniam ſi non ſperant ceras omnes liquoribus ſtipare, explcant: *de apibus, vt* Virg. Aen. 1, 432 — Aut quum liqu mella Stipant, et dulci diſtendunt nectare cellas. Turba fora Lucan. ad Piſon. 39. ¶ 2 Stipare, [δορυφορεῖν] *cumdare aliquem, defendendi illius cauſa.* Cic. pro Muraen. c. tilinam interea alacrem, atque laetum, ſtipatum choro iuuentutis latum indicibus atque ſicariis. Idem pro Milon. c. 1 Non corona conſeſſus veſter cinctus eſt, vt ſolebat: non vſitata frequ ſtipati ſumus. Idem Philipp. 3, 30 Senatum ſtipauerit ar *Conf.* ibid. 11 c. 12. Virg. Georg. 4, 216 Ille operum cuſtos: illum mirantur, et omnes Circumſtant fremitu denſo, ſtipantque freque Coetus miniſtrûm huc ſtipantur Stat. Silu. 3, 1, 87. Caterua m ſtipante inceſſit Virg. Aen. 1, 501. Stipare Platona Menandro Serm. 2, 3, 11. *i. Tanquam ſtipatorem et comitem Platoni Menan adiungere.* *Sic Turneb.* *Sed melius* Vet. Schol. *de libris accipit,* ve iculo arctatis.

STIPĀTVS, a, um. Partic. [πεπυκνωμένος] *Vt,* Stipata Pl Liu. 33, 18. *i. denſata.* *Sic* Tribunal Plin. Ep. 6, 33. *Superb* omni ordine, ſexu, aetate ſtipatiſſimus ambiebare Sidon. Epiſt. 3, ria ſtipata verendis partibus Ouid. ex Pont. 3, 1, 143. *Sed* Gladi manu ſtipatus Vell. 2, 58, 1. *i. circumdatus.* *Add.* Curt. 5, 1, 23. tum turba ſtipata eſt dea Ouid. Met. 3, 186. Turba ſtipata bat eam *denſa* Virg. Aen. 11, 12.

STIPATVS, ûs. m. Hiſtrionum ſtipatu magnificus vulg debatur Sariſb. 8, 7.

STIPABILIS, e. Adi. στοιβάσιμος Gloſſ. Gr. Lat.

STIPATIO, ōnis. f. [δορυφορία] Cic. pro Sull. 66 c. 23 Eius a ctus, concurſatio, ſtipatio, greges hominum perditorum, metum ſeditioneſque afferebant. Plin. 10, 22 Feſſi proferuntur ad primos, caeteri ſtipatione naturali propellunt eos. Aggreſſionum, et enthy matum ſtipatio Quinctil. 5, 14. *i. denſa multitudo, qua tanquam phal aduerſarium aliquis aggreditur.* *Nam* Stipatio *eſt Multorum hominum titudo denſa et ſtipata.* Plin. Epiſt. 4, 16 Proxime quum dicturus Centumuiros eſſem, adeundi mihi locus, niſi a tribunali, niſi per iudices non fuit: tanta ſtipatione caetera tenebantur. *Conf.* Quaeſt. Nat. 5, 3.

T PĀTOR, ōris. m. [Stipatores. δορυφόροι] *Qui regum vel aliorum* ...or *cuſtodiunt, non tam a* ſtipe, *quam accipiebant, quam ab eo, quod re-* ſti...nt, *et vndique circumdent.* Cic. Off. 2 c. 7 Praemittebatque de ...ate...bus ſuis, *etc.* Idem Verr. 3, 65 Apronius ſtipatores Venerios ...m abebat, ducebat eos circum ciuitates. Idem de Lege Agrar. 2 ...itores ex equeſtri loco ducendos in annos ſingulos, ſtipatores ...oi conſtituit, eosdem miniſtros et ſatellites poteſtatis. *Conf.* ...r Domo c. 5. Feſt. Stipatores, ait Verr. dictos a ſtipe, quam mer-...s omine accipiant cuſtodes cuiusque corporis: vnde et ſtipam, ...at horae, quum exſtruuntur, formari ſolent. Idem, Stipatores, ...os cuſtodes, quos antiqui latrones vocabant. Stipati enim ...o rcumdant corpora regum. *Vid.* Hor. Serm. 1, 3, 138. Sen. de ...1. 12. Tac. Ann. 2, 9, 3. 4, 25, 6. 11, 16, 3. ¶ 2 ...l Aen. 3, 465 Stipatores *ait eſſe*, qui in nauibus com-...n...

...IDŌSVS, a, um. Apul. de Herb. 67 Radix ſtipidoſa. Frutex ...os lurimos pandens ſtipidoſos c. 74.

...TĬCVS, a, um. Adi. [ϛυπτικὸς] *Quod ſtipat, hoc eſt obſtruit.* ... 23 Quae ex his Phoenicium colorem habet, radice ...ci cuicunque animalium impoſita, vlcerum facit ſtipticam vim. ...n...*s alii*, vlcus facit ſeptica vi. *Caeterum ſi ſonus hic* Sipticus *pla-* ...*lius tamen ſcribitur al.* Septicam.

...PTICVS, *vbi vid.*

...S, *vel* STIPIS, is. f. [κέρμα] *Dicitur Pecunia, quatenus eam* ...*rarium reponebant, vel diis offerebant, vel mendicis porrigebant.* ...o...e L. L. 4, 36 p. 42, 27 Stipendium ab ſtipe dictum, quod aes ...u ſtipem dicebant. Nam quod aſſes librae pondo erant; qui ac-...a maiorem numerum, non in arca ponebant, ſed in aliqua cella ...b...t, id eſt, componebant, quo minus loci occuparet. A ſtipando ...m icere coeperunt. —— DIs cum theſauris aſſes dant, ſtipem ...t Quinctil. 6, 3, 59 Auguſtus militi libellum timide porrigenti, ...quit, dubitare, tanquam aſſem elephanto des. Sueton. c. 53 *de* ... Quaſi elephanto ſtipem. *Quod dicit* DIs datos aſſes theſau-...d *ligionem conſuetam pertinet.* Liu. 25, 12 Ludos praetor in cir-...o quum facturus eſſet, edixit, vt populus per eos ludos ſtipem ...i...quantum commodum eſſet, conferret. *Vid. Gron. de Pec. Vet.* 4, 11 ...e *Lipſ. ad* Tac. Ann. 14, 15. *Nihil itaque etiam hac parte noui fit* ...*is* ...*ſacris et celebrationibus.* Plin. Epiſt. 8, 82 Eluctatusque facit ...git ...1, qui lato gremio pateſcit purus, et vitreus, vt numerare iactas ...es *eligiouis cauſa)* et relucentes calculos poſſis. *Sic* ſtipis *eſt ſi-* ...*us* ...*umus, qui ſtrenae loco offerebatur.* Ex nocturno viſu etiam ſti-...q tannis emendicabat a populo, cauam manum aſſes porrigenti-...pr bens Suet. Aug. c. 91. Stetit in veſtibulo aedium Cal. Ianua-...a ...captandas ſtipes Suet. Calig. c. 42. Tu tamen auſpicium, ſi, ...ſtip vtile, quaeris, Curque iuuent noſtras aera vetuſta manus Ouid. ...1. 19. Stipem eſſe numum ſignatum, teſtimonio eſt et id, quod ...ur pendium militi, et cum ſpondetur pecunia, quod ſtipulari di-...ur. ...eſtus. Stipe Collaticia Ammian. 14, 1. Stipe aduocationum ...tind 1, 12, 18. Mercenariae ſtipis ancilla, *pro Scorto* Plin. 10, ...ogere ſtipem Cic. de Legib. 2, 22 c. 9. Colere hortum exi-...a ſi...e Curt. 4, 1, 19. Colligere ſtipem, *vid.* COLLIGO. ...pia ...de Collect. illic. Sed tenuioribus permittitur ſtipem menſtru-...n C...erre, dum tamen ſemel in menſe coëant. Columel. 8, 1 Sti-...m...imam non confert haec res, *i. Fructum.* *Add.* Plin. 10, 63. In-...ript...*p.* Grut. p. 61. Ditantes omnia ſtipe largifica Lucret, 2, ...7. Focillare miſerum parua ſtipe Lucan. ad Piſon. 114. Vet. ...oll. tipem ἐλεημοσύνην. Quaerere opes parua ſtipe Ouid. Faſt. ...5 Stipe precaria Victitare Ammian. 26, 10. Spargere ...en...lin. 33, 10 *ſub fin.* *Conf. Harduin. ad h. l.*

...T...V̆LA, ae. f. [καλάμη] *Stipes ſ. truncus paruus frumentorum,* ...*vel* ...*ſ...itur, ſpica a meſſoribus abſciſſa et ſublata. Sic malim, quam de-* ...*re* Stipa, *ſiue* Stupa, *quod ſtupae inſtar vratur, ſiue quod ea quoque* ...*ri* ...*ctorum rimae conſueuerint.* Plin. 14, 16 Proximum fit e milii ...in...maturo cum ipſa ſtipula. Virg. Ecl. 3, 27 Stridenti miſe-...ula diſperdere carmen. Crepitans ſtipula Ouid. Faſt. 4. Fabalis ſtipula Idem Faſt. 4, 725. Leuis ſtipula Virg. ...rg 1, 85. Viridis ſtipula Idem Georg. 1, 315. Volantes ...la Idem Georg. 1, 321. *Add.* Ouid. Faſt. 4, 705. Colum. 7, 9. ...ul ſunt folia ſ. Vaginae, quibus culmus ambitur atque fulcitur, ...po...ere frugis curuetur Iſid. 17, 3. Ter. Adel. 5, 3, 62 Praeter ...n...idie ipſo faciam vt ſtipulam colligat.

...TIV̆LOR, āri. Dep. [ἐπερωτάω] *Verbum iuris eſt, curare ſibi promitti* ...*u*...*ollemnibus verbis. Formula talis eſt*, Nullum periculum eſt, ...d ſi...m ſtipularier, Vt concepiſti verba? viginti minas dabin'? BALL. ...aut. Pſeud. 4, 6, 14. Quantum vis, ſtipulare, et protinus acci-...qu...do Iuuenal. 7, 165. Cic. de Legib. 2, 53 c. 21 Si is, cui legatum ...ſti...latus eſt id ipſum, quod legatum eſt, vt ea pecunia ex ſtipula-...beatur. Idem pro Roſc. Com. 13 c. 5 Stipulatus es? vbi? ...d? quo tempore? quo praeſente? quis ſpopondiſſe me dicit? ...uriſconſ. . . Si ita a te ſtipulatus fuero, Quanto minus a ...no ...nſecutus fuero, tantum dare ſpondes? non ſolet dubitari quin, ...ihi a Titio fuero conſecutus, totum debeas, quod Titius debuerit. ...lum...l. in Praef. 10 Foenoris tui Siluine, quod ſtipulanti ſpoponde-...n ...i, reliquam penſiunculam percipe. Stipulor, [ἐπερωτῶ, ſtipulo: ...*ομαι*, ſtipulor Gloſſ. Cyrilli.] *Verbum commune eſt ſecundum* Pri-...mu...8 p. 794 *Putſch.* quod tam actiua quam paſſiua ſignificatione Abla-...o ...gitur, Stipulor a te, pro Interrogo te, et interrogor a te, quem-...od...n dicimus, Quaero a te, pro interrogo te. *Paſſiuae ſignificati-* ...*r exempla ponit* Sueton. in IV Praet. Laetoria *(lex)* quae vetat mi-...em...nnis XXV ſtipulari, ἐπερωτᾶσθαι. *Nempe accipere poteſt, obliga-* ...*ore alium, obligari non item. Porro laudat* Priſcianus Liu. XXXIII ...vrb cond. Nec alieni momentis animi circumagi, ſtipularique ...to c...nſuli, Tribuno inde plebei. *Et ſic etiam in iure. Vid. prae-* ...*Briſſon. de Verb. Sign.* l. 26 §. 13 D. de condict. indeb. L. 7 §. 1 de ...qu...l cert. loc. *Duker. de Latinit. ICtor. p. 381. Ordinarius tamen* ...*long*...*frequentior vſus ille eſt, vt* Sibi ſtipulari *dicatur* ab altero *is*, ...*i ...illi interrogat*, Spondesne te daturum aut facturum, *etc.* Ne mi-...ſit ...eti huius negatio, en vobis chirographi inſtar literas: ſponſio-...m ſt...ulat affectio Symmach. Epiſt. 1, 11. Plin. Epiſt. 2, 11 *non procul* ...*fine* Nam et Rationibus Martiani, et ſermone, quem ille habuerat ...ordine Leptitanorum, operam ſuam Priſco ad turpiſſimum mini-...erium commodaſſe, ſtipulatusque de Martiano quinquaginta millia ...enari...um probatur. Plaut. Curc. 4, 1, 12 Ibidem erunt ſcorta exſo-...ta, qu...que ſtipulari ſolent. *De etymologia:* Stipulor, verbum eſt anti-quum, quod firmum ſignificabat, hinc Stipulatio dicta, quod promiſſio ſtipulando facta firma eſſe debeat, *auctore* Paullo Sententiarum 5, 8 *Vel* dicitur Stipulatio a Stipe, id eſt pecunia, auctore Varr. de L. L. 4, 36 *nam proprie de pecunia dicitur, licet ad alias quoque res referatur. Sec.* Feſt. *a ſtipite rectius, ſec. Scp* Gentil. *et* Iſidor. 4, 24 *a ſtipula. Philologiam etiam huius verbi pulchre tractauit L. A. Hamergerus de non vſu ſtipulationum, vſuque pactorum in foris Germaniae, quae habetur in illius Opuſculis Ienae 1740. 8 editis.*

STIPVLARIS, e. Anſer ſtipularis Quinctil. *neſcio quo ſenſu aut iure tribuitur.*

STIPVLATVS, a, um. *Paſſiua ſignificatione.* Haec pecunia neceſſe eſt aut data, aut expenſa lata, aut ſtipulata ſit Cic. pro Roſc. Com. c. 5. *ita vulgo*, ſtipulata manu promittere, ſpondere. *Add.* l. 71 ff. de ſolut. et liber.

STIPVLĀTOR, ōris. m. [ἐπερωτητὴς] *Qui per interrogationem obligat promiſſorem.* Cic. pro Quint 58 c. 18 Literae P. Quintii, teſtes tot, quibus omnibus cauſa iuſtiſſima eſt, cur ſcire potuerint: nulla cur mentiantur, quum a ſtipulatore tuo comparabuntur. *Al.* Adſtipulatore. *Et ſic Graeu. Gron. Sed certior auctor* Suet. in Vit. c. 14 *vbi* ſunt ſtipulatores, *quibus* promittere *ſ. ſpondere coactus fuerat.*

STIPVLATIO, ōnis. f. [ἐπερώτησις] Pomponius in l. ſtipulationum aliae D. de verb. oblig. Stipulatio eſt verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturumue ſe quod interrogatus eſt, reſpondet. Vt ea pecunia ex ſtipulatione debeatur Cic. de Legg 2 c. 21 Stipulationes cognoſcere Id. de Orat. 2 c. 24. Senec. de Benef. 3, 85 Vtinam nulla ſtipulatio emtorem venditori obligaret: nec pacta conuentaque impreſſis ſignis cuſtodirentur, fides potius illa ſeruaret, et aequum colens animus. Cic. Att. 16, 11 Etſi nondum ſtipulationes legeram. Idem de Legib. 1, 14 Stipulationum et iudiciorum formulas componam. *Conf.* Nep. 25, 9, 5. Pompon. l. 5 ff. de verb. oblig. Iuſtinianus Inſtitut. De verbor. obligat. dictam putat Stipulationem, quod ſtipulum apud veteres firmum appellabatur, forte a ſtipite deſcendens. *Alciatus putat legendum ἀπὸ τοῦ ϛύπους. Sane* ſtypos *truncum et ſtipitem ſignificat, omnemque arborem duram ac firmam. Omnis autem promiſſio ſtipulando facta debet firma eſſe. De Varronis ſententia dictum in* STIPVLOR. Stipulatio eſt quaſi promiſſio vel ſponſio —— dicta autem a ſtipula: veteres enim, quando ſibi aliquid promittebant, ſtipulam tenentes frangebant; quam iterum iungentes, ſponſionem ſuam agnoſcebant Iſid. 4, 24. *Formulas ſtipulationum vide in titulo* De verborum obligationibus, et *titulis ſequentibus.* DD. Stipulatio pure concepta Paullus in l. 4. D. de pactis *ſine conditione.* Vlpian. in l. Iuris gentium. §. Item ſi quis D. de pactis. Et ſi ſtipulatio ſit interpoſita de his, pro quibus paciſci non licet: ſeruanda non eſt, ſed omni modo reſcindenda. Acceptam facere ſtipulationem, eſt Eum, qui per ſtipulationem promiſit, obligatione liberare. Vlpianus in l. Iulianus. D. de dol. mal. et met. except. *Conf. Briſſon. de Form. l. 6.*

STIPVLATIVNCV̆LA, ae. f. Dimin. [ἐπερωτημάτιον] Cic. de Orat. 1, 174 c. 38 Tu mihi, quum in circulo decipiare aduerſarii ſtipulatiuncula, *etc.*

STIPVLĀTVS, ûs m. [ὁμολογία Onomaſt. Vet. ἐπερώτημα] *Idem quod* Stipulatio. Plinius 7, 47 Iouis deorum ſummi ſtipulatu. *Sed legitur* adſtipulatu *recte.* Quinctil. Decl. 12 Stipulatu legati noſtri perimus. Vlpian. l. 1 in. princ. D. de verbor. oblig. Acquiret ei ex ſtipulatu actionem. *Conf.* Paul. l. 11 ff. de dote praeleg.

STIRIA, ae. f. *Proprie eſt Aqua frigore concreta pendens, guttatimque ſtillans.* Martial. 7, 36 Turpis ab inuiſo pendebat ſtiria naſo. Virg. Georg. 3, 366 Stiriaque impexis induruit horrida barbis Plin. 34, 12 Fit et pluribus modis, genere eo in ſcrobe cauato: quarum e lateribus deſtillantes hiberno gelu ſtirias, ſtalagmias vocant, neque eſt purius aliud, *etc.* *Add* Tertul. de Pallio c. 4.

STIRIĂCVS, a, um. Adi. Solin. 40 Pingue roſcidum, cum areſactum inoleuit, guttis ſtiriacis legitur.

STIRICIDIVM, i. n. Feſtus: Stiricidium quaſi ſtillicidium, cum ſtillae concretae frigore cadunt. Stiria enim principale eſt, ſtilla deminutum, *vid.* STILLICIDIVM.

STIRPS, ſtirpis. c. [ῥιζόφυτον] *Videtur in arboribus ipſum caput eſſe vel truncus, e radicibus ſurgere. Suadet illud metaphorica, de qua mox dicemus, ſignificatio, et vſus* Catonis de R. R. 40 *vbi de inſitione agens* ſtirpem praeciſum *appellat ſemper, cui* ſurculus *inſeritur. Sic* Colum. 5, 9, 13 Omnis deinde ſoboles, quae ex imo ſtirpe nata eſt, quot annis exſtirpanda eſt. Virg. Aen. 12, 208 Sceptrum — in ſiluis imo de ſtirpe reciſum. *Antiquum hoc eſſe dicit* Quinctil. 1, 6, 2. *Sed* Seruius, Ideo, *inquit*, genere maſculino vſus eſt, quia de arboribus loquitur, namque de hominibus genere feminino dicimus — Dixit tamen, ſed vſurpatiue, Horatius etiam de arboribus (Od. 3, 29, 37) Stirpesque raptas et pecus et domos. *Quin vix aliter* Cicero: *v. g.* de N. D. 2, 81 c. 32 *de plantis*, Per ſtirpes aluntur ſuas. *It. mox* 83 c. 33 Quae a terra ſtirpibus continentur. *Et* Orat. 147 c. 43 Omnium magnarum rerum, ſicut arborum, altitudo nos delectat; radices ſtirpesque non item: ſed eſſe illa ſine his non poteſt. *Metaphorice quidem, ſed vt proprietatem intelligamus*, Cic. pro Cael. *extr.* Nolite —— hunc nunc primum floreſcentem, firmata iam ſtirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut ſubita tempeſtate peruertere. *Vid.* n. 5. Virg. Georg. 2, 209 Antiquasque domus auium cum ſtirpibus imis Eruit. Cic. Verr. 5, 99 c. 38 *quas* Radices palmarum agreſtium *dixerat, de illis ait*, Te praetore Siculi milites palmarum ſtirpibus, praedones Siculo frumento alebantur. *Huc etiam refero* Praefractas ſtirpes, ſummasque radices Colum. 2, 2 *extr.* ¶ 2 *Tota planta, et quidquid ſtirpe ſua terrae continens eſt* Stirps *vocatur. Sic* Colum. 3, 1, 3 *de vite*, Hanc nos caeteris ſtirpibus, *i. omni generi arborum*, iure praeponimus. Id. 3, 5 *extr.* Probatiſſimum genus ſtirpis deponere. *de vitibus.* Virg. Georg. 2, 367 Inde vbi iam validis complexae ſtirpibus vlmos, *de iisdem.* Cic. de Fin. 5, 10 c. 4 Perſecutus eſt — Theophraſtus ſtirpium naturas omniumque fere rerum, quae terra gignerentur. *Ita* 40 c. 14 Stirps *eſt tota vitis. Et* 33 c. 11 De hominum genere — loquor; cum arborum et ſtirpium eadem paene natura ſit. *Et* de Nat. Deor. 2, 127 c 51 Semen incluſum eſt in intima parte earum bacarum, quae ex quaque ſtirpe funduntur. *Et ita ſaepe illo libro.* Id. de Legib. 1 *pr.* Nullius agricolae cultu ſtirps tam diuturna — ſeminari poteſt. ¶ 3 *Sed etiam vnaquaeque pars, ſiue ramus abſciſſus,* ſtirps *eſt.* Virg. Georg. 2, 24 *de taleis*, Hic ſtirpes obruit aruo, Quadrifidasque ſudes, et acuto robore vallos. *Sic* Stirpes committere ramis Lucret. 5, 1364 *eſt inſerere, ſiue ſurculos intelligas* ſtirpes, *ſiue truncos: prius ſuadet conſtructionis ratio, et tanto minus mirandum, cum* Colum. 6, 15, 1 *dixerit*, Exemta ſtirpe, ſi forte ſurcu-

lum calcauerit. *Et* 5, 6, 12 *it.* 13 *et* 14 Stirpem dodrantalem relinqui *vult* trunco. *Conf.* ſ. 13 *et* 14. *Sic* Plin. 8, 26 Acutiſſimum ſtirpem *dixit.* ❡ 4 *Metaphora frequentiſſima* Stirps *dicitur in hominibus vel prima origo gentis aut familiae, velut radix et truncus aliquis, vel tota gens adeo, in quantum a communi origine profecta, et vna eſſe intelligitur. Itaque et ad maiores refertur, et ad poſteros. Ad maiores, vt* Stat. Silu. 1, 2, 172 Nec formae nec ſtirpis egens. *Sic ap.* Salluſtium Iug. 14, 2 *Adherbal ſe dicit* Iam a ſtirpe *(i. ab auo inde Maſiniſſa)* ſocium et amicum populo Romano. Virg. Aen. 3, 94 Quae vos a ſtirpe parentum Prima tulit tellus. Cic. de Legib. 2, 3 Hic enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus. Id. de Amic. 70 c. 19 Qui aliquamdiu propter ignorationem ſtirpis ac generis in famulatu fuerunt. Id. pro Rab. Poſt. 2 c. 1 Qua in familia laus aliqua forte floruit, hanc fere, qui ſunt eius ſtirpis —— cupidiſſime perſequuntur. *In hac ſignificatione* ſtirps *anguſtior eſt* gente, *vt* familia. Cic. de Orat. 1, 176 c. 39 Cum Marcelli *(gentis Claudiae, ſed plebeii)* ab liberti filio ſtirpe *(tanquam propiores, et quas Gentilitas non excluderet. vid.* GENTILIS *ex* Cic. Top. c. 6) Claudii patricii eiusdem nominis, hereditatem gente *(cuius ipſi eſſent principes)* ad ſe rediiſſe dicerent: nonne in ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum? *Sed videamus etiam alia, vbi ſtirps nunc ad maiores reſpectum habet:* Iuniam familiam a ſtirpe ad hanc aetatem enumerauit Nep. 25, 18, 3. Antiqua a ſtirpe ortus Virg. Aen. 1, 171. Diuinae ſtirpis alumnus, *Aeſculapius Apollinis filius* Ouid. Met. 2, 633. Egregia Priami de ſtirpe Diores Virg. Aen. 5, 297. *Et ad poſteros:* Neque vero ſtirps mihi poteſt deeſſe Nep. 15, 10, 2 *i. liberi. Conf.* Id. 21, 2, 3. Breui ſtirps quoque virilis ex nouo matrimonio fuit Liu. 1, 1. *Rurſus ad maiores:* Neque aliud huic defuit quam Generoſa ſtirps Nep. 18, 1, 2. Humili de ſtirpe creatus Ouid. Met. 14, 699. *Sed* Virg. Aen. 7, 293 Heu ſtirpem Inuiſam: *de gente Troiana.* Praeclara ſtirpe Deorum gignere Virg. Georg. 4, 322. Prima Sen. Hippol. 908. Regia *i. liberi* Sen. Med. 18. Cognatione ſtirpi Regiae annexus Curt. 4, 1, 18. *Add.* Id. 6, 2, 8. Virilis ſtirps Ouid. Met. 13, 529. *de filio. Sic* Lemnicolae ſtirps Idem Met. 2, 757 *Erichthonius Vulcani filius.* Vltima ſtirps Cadmi Sen. Herc. Fur. 256. *i. poſteri.* ❡ 5 *Originem, et velut fundum notat, quo ſublato tolluntur, quae inde orta ſunt, vel eo nituntur, vt* ſtirps *eſt, vnde ſurculi, et rami oriuntur, etc.* Caeſ. B. G. 6, 34 Si negotium confici, ſtirpemque hominum ſceleratorum interfici vellet, *ne renaſci poſſet ſcilicet. Et mox* Simul vt — pro tali facinore ſtirps ac nomen ciuitatis tollatur. Cic. de Diu. 2, 149 c. 72 Superſtitionis ſtirpes omnes eiiciendae. *Et* Catil. 1, 30 c. 12 Stirps ac ſemen malorum omnium. Id. de Legib. 1, 20 c. 6 Repetam ſtirpem iuris a natura. Id. de L. Agr. 2, 95 c. 35 Non ingenerantur hominibus mores tam a ſtirpe generis ac ſeminis, quam ex iis rebus, quae ab ipſa natura loci — ſuppeditantur. *Poſſes hoc referre etiam ad* n. 4: *vt et illud* de Diuin. 1, 30 c. 12 Omnes ciuili, generoſa a ſtirpe profectam Vitare ingentem cladem peſtemque monebant, *i. bellum Catilinarium. Et* Brut. 212 c. 58 *de Scipione,* Etenim iſtius genus eſt ex ipſius ſapientiae ſtirpe generatum. Nam et de duobus auis iam diximus, *etc.* Cic. de Finib. 4, 5 c. 2 Differo eam partem, quae quaſi ſtirps eſt huius quaeſtionis. Cic. Tuſc. 3, 13 c. 6 Audeamus non ſolum ramos amputare miſeriarum, ſed omnes radicum fibras euellere: tamen aliquid relinquetur fortaſſe, ita ſunt altae ſtirpes ſtultitiae. Id. Tuſc. 1, 83 c. 34 Atqui ſtirpes ſunt aegritudinis quam multae, quam amarae! quae ipſo trunco euerſo omnes elidendae ſunt. *Hic comparantur ſpecies aegritudinis cum fibris vnam radicem componentibus, e quibus ſingulis pullulare aliquid poteſt.* Carthago ab ſtirpe interiit, *i. funditus* Sall. Catil. c. 10. Plaut. Trin. 1, 2, 180 Quod ſi exquiratur vſque ab ſtirpe auctoritas.

STIRPESCO, ĕre. [ῥιζοφυτοῦμαι] *In ſtirpem abire, dureſcere.* Plin. 19, 8 Sarriri iubet idem non ante, quam aſparagus natus fuerit, ne in ſarriendo radices vexentur, ex eo velli aſparagum ab radice. Nam ſi defringatur, ſtirpeſcere et intermori.

STIRPĬTVS. Adu. [ῥιζόθεν Gloſſ. Cyr.] *i. Radicitus.* Cic. Tuſc. 4, 83 c. 38 Hunc errorem, quaſi radicem omnium malorum, ſtirpitus Philoſophia ſe exacturam pollicetur. Genere ſe contingentes ſtirpitus interemit Ammian. 21, 16. *Conf.* Sidon. Ep. 1, 21. Vlpian. Dig. 47 t. 7 l. 3 §. 4.

STIRSOZILA, ae. f. *Herba, al. centauria minor.* Apul. de Herb. c. 35.

STIVA, ae. f. [ἐχέτλη] *Aratri manubrium, nempe quod tenetur manibus cum aratur.* Virg. Georg. 1, 174 Stiuaque quae currus a tergo torqueat imos. *Dicta* Stiua *a* ſtando, *quia per eam regula ſtat, et quaſi temo inter boues.* Columel. 1, 9 Quod in re ruſtica nullo minus opere fatigatur prolixior, quia in arando ſtiuae paene rectus innititur. *Conf.* Varr. de L. L. 4, 31. Innixus ſtiuae arator Ouid. Met. 8, 218. Premere ſtiuam Ouid. Faſt. 4, 825.

S T L

STLATA, ae. f. [πλοίου γένος] Genus nauigii (*inquit* Feſtus) latum magis quam altum: a latitudine ſic appellatum: ſed ea conſuetudine, qua Stlocum, pro Loco, *et* Stlitem, pro Lite dicebant *antiqui: qui dictionibus ab* L *incipientibus,* S *et* T *literas praeponere ſolebant: vt etiam* Quinctil. *docet* 1, 4. *et* Gell. 19 vlt. Auſon. Epiſt. 22, 23 Phaſelis, lintribus, ſtlatis, rate Turnim et Garumnam permeat.

STLATARIVS, i. m. *Qui* ſtlata *vehit: ſicut a* Scapha, Scapharius. ἐργόμωκος, illuſor *in* Vet. Gloſſ.

STLATARIVS, a, um. Adi. *Quod mari portatum eſt, quaſi ſtlata aduectum.* Petron. 108 Bellum ſtlatarium, *i. Nauale.* Iuuen. Sat. 7, 134 Spondet enim Tyrio ſtlataria purpura filo. Stlatariam, purpuram *alii intelligunt Veſtem purpuream* latam *et* amplam: *vt ſit Latus clauus, ſeu veſtis ſenatoria.*

STLEMBVS, i. m. Grauis et tardus ſicut Lucilius, pedibus ſtlembum *dixit* equum pigrum et tardum. *Haec* Feſtus. *Viri docti ſuſpicantur,* ſtlembum *eſſe* lumbum *i. lumboſum, lumbis laborantem: aut* ſtlentum *fuiſſe, i. lentum.*

STLOPPVS *vel* STLOPVS, i. m. *Sonus, qui ex inſlatione buccarum erumpit.* Perſ. Sat. 5, 13 Nec ſtlopo tumidas intendis rumpere buccas. *Alii ſcribunt* Sclopo. *Sed illud probat Caſaub. qui etiam vult reſtitui hanc vocem* Marc. Empir. c. 28 *in* carmine adroſus, *vbi iubet haec* ter nouies *dici* Stlopus a caelo cecidit, hunc morbum paſtores inuenerunt, ſine manibus collegerunt, ſine igni coxerunt, ſine dentibus comederunt. *Nempe* Stlopus a caelo cecidit *poteſt ſignificare, auditum tonitru.* Vet. Gloſſ. Stloppus ποιφυγμὸς, *quod ſonum ſubito erumpentem ipſa voce videtur exprimere.*

STRICTVRA, ae. f. [σπινθὴρ] Stricturae *dicuntur Scintillae, quae de ferro feruenti, dum malleis cuditur, exeunt. Sic fere* Non. 12, 23 *laudatque* Aen. 8, 421 Striduntque cauernis Stricturae chalybum et fornacibus ignis anhelat. *Sed poſſunt etiam intelligi Maſſae* terrae *et lapidis, e quibus ferrum excoquitur: de quibus* Plin. 34, 14 Aliud rubiginem celerius ſentit: ſtricturaeque vocantur eae omnes, quod non in aliis metallis, a ſtringenda acie vocabulo impoſito. Non Biturix largo potior ſtrictura camino Rutil. Itin. 1, 353. *Add. Parei Lex. Crit. p. 1185.* Petron. 126 Supercilia vsque ad malarum ſtricturam currentia, et rurſus confinio luminum paene permixta. *Sic melius videtur legi, quam quod vulgatum eſt* ſcripturam: *ad* ſtricturam malarum, *vt paene ſtringant, et contingant malas, et tanquam dimidiati circuli circumdent a ſuperiori parte oculos, etc.*

STRICTĪVVS, a, um. Adi. [δρεπτικὸς] *Vt,* Strictiuae oleae, Quae manu colliguntur, ad differentiam Caducarum Cato de R. R. cap. 146.

STRICVLVS, *vid. p. a. loco ſuo.*

STRICTIVILLAE, *ſ.* STRITIVILLAE. *Conuicium deformitatis in meretrices* Plautinum *ex* Neruolaria *apud* Gell. 3, 3. *Eſt magna varietas lectionis.* Non. 2, 765 STRICTIVELLAE ſunt. *Apud* Varronem STRITABILLAE, *vid.* STRITO, āre.

STRINGOR, ōris. m. *Frigus, quo dentes perſtringuntur.* Lucret. 3, 694 Morbus vt indicat, et gelidaï ſtringor aquaï, *vid. Pareum in loc.*

STRINGOTOMIVM, i. n. *Culter anatomicus.* Stringotomio decarnari Veget. de Re Vet. 2, 27, 2. *Sed, puto, recte reſtituimus* Syringotomium, *inſtrumentum quo* Syringes *ſ. fiſtulae reſcindi poſſunt.*

STRIO, *vid.* STRIA.

STRIX, ſtrigis. f. *Auis quaedam nocturna et importuna.* Lucan. 6, 689 Quod trepidus bubo, quod ſtrix nocturna queruntur. Plin. 11, 39 ſ. 95 Fabuloſum enim arbitror de ſtrigibus, vbera eas infantium labris immulgere. Eſſe in maledictis iam antiquis ſtrigem conuenit: ſed quae ſit auium, conſtare non arbitror. Feſtus: Striges aues nocturnas, vt ait Verrius, Graeci ϛρίγγας appellant, a quo maleficis mulieribus nomen inditum eſt, quas volaticas etiam vocant: itaque ſolent his verbis eas veluti auertere Graeci. *Graeca corrupta varie ſanare tentant viri docti, quae ibi videri poſſunt.* Iſid. 12, 7 Haec auis vulgo Amma dicitur, ab amando paruulos, vnde et lac praebere dicitur naſcentibus. *Vid.* Stat. Theb. 3, 511. Ouid. Am. 1, 12, 20. *et* Met. 7, 269. *Torrent. ad* Hor. Epod. 5, 20. Fuller. Miſc. 6, 7. *Keuch. ad* Sammon. Summ. c. 59. Infauſtae ſtrigis omen triſte Sen. Herc. Fur. ſ. 9. Violenta ſtrix Tibul. 1, 5, 52. Ouid. Faſt. 6, 139

Sunt auidae volucres, non quae Phineïa menſis
Guttura fraudabant, ſed genus inde trahunt,
Grande caput, ſtantes oculi, roſtra apta rapinae,
Canities pennis, vnguibus hamus ineſt.
Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta ſuis.
Carpere dicuntur lactentia viſcera roſtris,
Et plenum poto ſanguine guttur habent.
Eſt illis ſtrigibus nomen: ſed nominis huius
Cauſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolent.

¶ 2 Strix *pro Muliere malefica.* Petron. c. 134 Quae ſtriges comederunt neruos tuos. *Vid.* Feſt. *Burm. ad* Petron. c. 36 p. 318. Plaut. Pſeud. 3, 2, 31 *c. not. Taubm. Paſſerat. ad* Propert. 3, 5 p. 436. Plaut. Pſeud. 3, 2, 31 Ei homines coenas ſibi coquunt: quum condiunt, Non condimentis condiunt, ſed ſtrigibus, Viuis conuiuis inteſtina quae exedint. ¶ 3 Strix, [ϛρὶξ] *Canaliculus.* Vitruu. 4, 4 Striarum et ſtrigium circuitus. *Add.* Idem 3, 3 *et* 4. *it. Lex. Vitruu. ex edit. Laet. Vid.* STRIA.

STRITO, āre. *vel* STRITILARE *verbum antiquum.* Varro de L. L. 6, 3 p. 76, 17 Stritabillas *(dictas meretrices)* a ſtritilando: ſtritare ab eo, qui ſiſtit aegre. *Fuerit itaque, ſi hariolari licet, delicato et fluctuabundo mollique gradu, mobili ſpina et lubricis lumbis incedere.*

STRITAVVS, *vt* Stlocus, Stlis; pro Tritauo, Loco, Lite antiqui dicebant. Feſt.

STROBĬLVS, i. m. [ϛρόβιλος] *Nux pinea integra, quae etiam Graecis* Conus *et* Conarium *appellatur* (Pityides *vero ſunt Nuclei, qui in ipſis ſunt conis)* Vlpian. l. ligni, in fine D. de Legat. 30 De pinu etiam integri ſtrobili ligni appellatione continebuntur. *Add.* l. 167 ff. de verb. ſign. ¶ 2 Strobilus, *Arbor ex pinaſtrorum genere.* Plin. 16, 10 *de pinaſtro,* Eaſdem arbores, alio nomine eſſe per oram Italiae, quas ſtrobilos vocant, plerique arbitrantur, ſed graciles, ſuccinctioresque, et enodes, liburnicarum ad vſus, paene ſine reſina. *Vetus codex legit,* Quos tibulos. ¶ 3 Strobilum *a Romanis Carduum ſatiuum appellari Dioſcorides ait,* 1, 76 *Graeca quidem voce, ſed tunc forte quotidiana et in vſu populi: quae a pineae nucis, i. coni, figura, cui ſimile in ſummo carduus capitulum habet, facta eſt.* ¶ 4 *Venti repentini ſpecies ap.* Plin. 2, 48 *eſſe dicitur. Verum illud nomen ibi non exſtat hodie. Poteſt forte* Typhon *ſ.* Turbo *etiam ἀπὸ τοῦ ϛρέφειν dictus eſſe ϛρόφιλος. Et eſt hoc venti nomen apud Ariſtotelem de Mundo.*

STROBVS, i. f. [ϛρόβος] *Arbor odorifera.* Plin. 12, 17 ſ. 40 Petunt et in Carmanos arborem ſtrobum ad ſuffitus, perfuſam vino palmeo accendentes. Huius odor redit a cameris ad ſolum iucundus, ſed aggrauans capita, citra dolorem tamen. ¶ 2 Strobon vocant *quidam* ladanum: traduntque Siluas Arabum caprarum paſtu infringi, atque ita ſuccum villis inhaereſcere Plin. 12, 17 ſ. 37.

STROMA, atis. n. [ϛρῶμα] *Vox Graeca eſt, qua illi quoduis Straguli genus ſignificant. Vnde et pro Aulaeis accipitur, quae et Periſtromata dicuntur, multa colorum varietate picturati.* Capitol. de Vero Imp. c. 4 Vt leuatus cum ſtromatibus in cubiculum perferretur. *Clemens Alexandrin. libros quoſdam miſcellaneos vario ornamento conſtantes* Stromata *inſcripſit.*

STROMBĪTES, ae. m. [ϛρομβίτης] Lapis eſt ſtrombi marini figuram omni ex parte referens.

STROMBVS, i. m. [ϛρόμβος] *Animal in mari ceu concha tortilis nomen habens a figura intorta* Plin. 32, 11.

STRONGЎLOS, *et* STRONGЎLE, es. f. [Στρογγύ...]
ſula in mari Aegaeo: ſic dicta, quia ſit rotunda et globoſa, qu
λον Graece deſignat. Haec, (vt Plin. 4, 12 *ſcribit)* vine
tilis eſt, cuius ambitus patet LXXV millibus paſſuum.
Naxos, ſed antea Dia vocata. *Eſt etiam vna ex inſ*
liis. Plin. 3, 9 Tertia Strongyle, a Lipara M. paſſ
ortum ſolis vergens, *etc.* Sil. 14, 259 Mille Agathyrna dedit, p
Strongylos Auſtris. *Al.* Trogylos. Eſt etiam Inſulae nomen
mari, cuius meminit Plin. 5, 31. ¶ 2 Strongyle,
genus Plin. 35, 15. *quaſi tu globoſum ſ. rotundum dicas.*

STROPHA, *ſ.* STROPHE, ae. f. [ϛροφὴ] *Propri*
ſionem *ſignificat, qua cum vtantur naturaliter animalia et ho*
effugere vel circumuenire aliquem volunt, hinc Strophe *eſt frau*
ludificatrix fallacia. Plin. Ep. 1, 18 Si tutius putas illud pra
Quod dubites ne feceris, id ipſum reſcribe, ego aliquam ſtro
veniam, agamque cauſam tuam. Martial. 3, 7 Nihil ſtr
eſt, iam ſalarium dandum eſt. *Vid.* Id. 11, 8. Sen. Ep. 26.
1, 15, 4. Petron. c. 60. Symmach. Epiſt. 5, 63.
phae, *i. vincula, quibus remi ad ſcalmos alligantur* Vitru
¶ 3 De Strophe *in verſibus, vid.* Mar. Victorin. p. 2501.
raque Lyricorum carminum, quae verſu coliſque et commati
ponuntur, ex Strophe et Antiſtrophe et Epodo, vt Graeci
ordinata ſubſiſtunt. Quorum ratio talis eſt. Antiqui
laudes carminibus comprehenſas circum aras eorum euntes
cuius primum ambitum, quem ingrediebantur ex parte dex
vocabant *(conuerſionem)* Reuerſionem autem ſiniſtrorſum fact
pleto priore orbe Antiſtrophen appellabant. Dein in
deorum ſoliti conſiſtere, cantici reliqua conſequebantur, a
id Epodon.

STROPHADES, um. f. Pl. [Στροφάδες] *Inſuale duae*
mari ſupra Zacynthum in Meridiem ſitae, ab aliis Plotae *dicta*
Seruius *a conuerſione Harpyiarum ex Arcadia volantium nomen*
luit. Virg. Aen. 3, 209 Strophadum me litora primum
Strophades Graio ſtant nomine dictae. *Vid.* Seruium.

STROPHIVM, i. n. [ϛρόφιον] *Faſcia pectoralis, quae v*
tumorem papillarum cohibet. Turpil. *apud* Non. 14, 8 Me
quod inter vias Epiſtola excidit mihi, Infelix inter tunicula
phium collocaram. Cic. de Aruſp. Reſp. 44 c. 21 Clodius
a muliebribus ſoleis purpureiſque faſciolis, a ſtrophio, a p
flagitio, a ſtupro eſt factus repente popularis. Catul.
65, 65 Non tereti ſtrophio lactantes vincta papillas. Pr
Symmach. 1, 37 Strophio recincta. Strophium, cingulum
Iſon in Gloſſ. ¶ 2 Strophia *etiam Coronae.*
Cath. 3, 29 Sperne Camena leues hederas, Cingere tempora q
es. Sertaque myſtica dactylico Texere docta liga ſtrophio
dei redimita comas. Auctor Copae 32 Et grauidum roſ
caput ſtrophio. *Iterum* Prudent. Periſteph. 4, 21 Tu trib
mis diadema pulcrum — Nomen hoc gemmae ſtrophio illig
Itaque non temere legunt plerique apud Plin. 21, 2 Tenuioribus
tur antiqui ſtrophia appellantes, vnde nata ſtrophiola. *d*
ſermo eſt. Sed Harduin. ex MSS. ſtroppos *reſtituit. Manea*
tas eſſe voces et, vt ſit, inter vtendum detortas. Strophiis anc
abſoluta nauis — pelago redditur Apul. Met. 11 p. 2
ϛροφείοις, quae ϛροφεῖα cum ancoris iungit etiam Lucian.
vigio c. 5.

STROPHIŎLVM, i. n. [Στροφίδιον] Plin. 21, 2. *vid. in*
PHIVM. *Conf.* Tertull. de Cor. Mil. c. vlt.

STROPHIARIVS, i. m. [ϛροφιοποιὸς] *Qui ſtrophia facit.*
Aul. 3, 5, 42 Strophiarii adſtant, ſemizonarii.

STROPHOS, i. m. [ϛρόφος] *Dolor inteſtinorum, quod*
Latini vocant. Celſ. 6, 2 Eiuſdem morbi nota eſt, cum circa
cum inteſtina torquentur, ϛρόφον Graeci nominant, coxaequa
manent. *Add.* Scribon. 121. Herba chamaepitys ſtrophi
tollit Apul. de Herb. c. 26. *Conf.* Idem c. 27. Celſ. 2, 7.
Var. Lect. 2, 8.

STROPHŌSVS, a, um. *Qui ſtropho laborat.* V
Strophoſa animalia, quibus venter frequenter dolet. *Conſ.*
Val. 2, 22.

STROPPVS, i. m. Stroppus eſt, vt Ateius philologus
quod Graece ϛρόφιον vocatur, et quod ſacerdotes pro inſigni
capite. Quidam coronam eſſe dicunt, aut quod pro corona
in caput imponatur, quale ſit ſtrophium. Itaque apud
diem feſtum eſſe, qui vocatur Struppearia, quia coronati a
et a Tuſculanis quod in puluinari imponatur Caſtoris, Struppu
cari. *Haec* Feſtus. *Hinc* Plinio 21, 2 *Harduinus reſtituit.*
cum damus in CORONA *pr. Vid. modo* STROPHIVM, *et*
STRVPPI.

STROPPVLVS, *ſ.* STROPVLVS, Dim. *Reddidit Sa*
Tertull. de Virgin. vel. 10 *vbi de viris virginibus ita κατ' ἄνθρ*
ſputat, Debebunt etiam et ipſi aliqua ſibi indicia defendere, a
nas Garamantum, aut ſtropulos Barbarorum, aut cicadas Athenie
aut cirros Germanorum, aut ſtigmata Britonum. *Sic Priori*
Rigaltium monitu Salmaſii. Libri antiqui Strobulos *habent ſ.*
los. *Priorius coniicit* Crobylos: *ſed hi non ſunt Barbaror*
rum Athenienſium.

STRVCTILIS, STRVCTOR, STRVCTVRA, STR
vid. STRVO.

STRVFERTARII, *a* Strue *et* Ferto, *ſacrificii genere dicti ſu*
ſtus, Strufertarios antiqui ſoliti ſunt appellare homines conducticii
ad lucos, vel arbores fulguritas, aut piacularium commiſſorum cau
et ferto ſacra faciunt his verbis, Oro te Iupiter, vti mihi vole
pitius ſis, quod et nullo etiam adhibito ſtrufertario fit.
R. R. 134, 1 Priusquam meſſim facias, porcam praecidaneam ho
fieri oportet. *Et poſtea:* Priusquam porcam feminam im
Iano ſtruem commoueto ſic. Iane pater te hac ſtrue commou
bonas preces precor, *etc.* Ferctum Ioui moueto, et macta
Iupiter te hoc fercto obmouendo bonas preces precor, vti ſies vo
propitius mihi, liberiſque meis, domo, familiaeque meae, mactus
ferto, *etc.* — Poſtea Iano vinum dato ſic, Iane pater, v
ſtrue commouenda bonas preces bene precatus ſum, eiuſdem rei
macte vino inferio eſto, *etc. Conf.* FERTVM.

STRVIX, ĭcis. f. *Idem quod Strues.* Arnob. 2 p. 222 Stru
lignorum. Liu. *apud* Feſtum Struicem malorum. Struice
xeas, Naeu. Struices *ait* Feſtus, antiqui dicebant Omniu
rum exſtructiones. Plaut. Men. 1, 1, 26 Cereales coenas dat,

ſa exſtruit tantas ſtruices concinnat patinarias. Caementiciis ... ſtruicibus Solin. c. 28 *(Al. 41)*.

T. VMA, ae. f. [χοιρὰς] Tumor, in quo ſubtus concreta ... ex pure et ſanguine, quaſi glandulae oriuntur. Quae vel ... fatigare medicos ſolent, quoniam et febres mouent, nec vn... icile matureſcunt. *Haec ex* Celſ. 5, 28, 7 Naſcuntur maxi... videm teſtatur, in ceruice: ſed etiam in alis, et inguinibus, et ... *Add.* Scribon. 79. 214 *etc.* Plin. 11, 37 Guttur homini ... et ſuibus intumeſcit, aquarum quae potantur plerumque vitio. ... altis locis meminit ſtrumarum morbi. Propter quod quae... era ſpongioſa per corpus aliquando inſperſa, ſcrophulae di... quae etiam ſub ſtrumae appellatione continentur, vt rectius ſtru... e quaſi paruae ſtrumae, quam ſcrophulae nominentur. Stru... Scrophulas *vocant, quoniam eas Graeci ab eiusmodi bruto* χοι... *appellauerint* Cael. 30, 26. Male eum habet ſtruma Celſ. ... Frigida aqua ſtrumas excitat Idem 1, 9. *Conf.* Idem 2, 1. ... 23 *ſeqq.* Columel. 7, 11. Vitruu. 8, 3. *Etiam conuicium ... naturae vitio, ſiue ab exprobratione turpitudinis alterius,* Catulli ... Quid eſt, Catulle, quid moraris emori? Sella in curuli ſtru... ius ſedet, Per conſulatum peierat *(ſtrumoſus ipſe etiam)* Va... Cic. Att. 2, 9 Proinde iſti licet faciant quos volent Con... rib. Pleb. denique etiam Vatinii ſtrumam ſacerdotii διϐάφῳ, Videbis, *etc.* Cic. pro Sext. 135 c. 65 Ii medentur Rei... exſecant peſtem aliquam tanquam ſtrumam ciuitatis.

VMELLA, ae. f. Dimin. Marc. Empir. c. 15.

VMŌSVS, a, um. Adi. [χοιραδικὸς] *Qui id vitium patitur.* ... iat. 10, 309 Nec praetextatum rapuit Nero loripedem, nec ... m, atque vtero pariter, gibboque tumentem Colum. 7, 10.

VMATĬCVS, a, um. *Idem.* Iul. Firmic. 8, 19 Viceſima ... rs arietis ſi in horoſcopo fuerit inuenta, ſtrumaticum faciet, ... a macularum labe poſſeſſum, vel certe elephantiaca conta... culatum.

... MEA, ae. f. *Herba.* Plin. 25, 13 De quarta ranunculi ... oſtri, *inquit*, herbarii ſtrumeam vocant, quoniam medetur ... et panis, parte in fumo ſuſpenſa, creduntque, ea rurſus ſata, ... quae curauerint, vitia. *Eadem herba vocatur alio nomine ... apud* Apul. de Herb. 74. *Vid.* Plin. 27, 8 ſ. 44. *Locum da-* ... ACVBALVM.

... MENTVM, i. n. *Inſtrumentum* Tertull. ad Vx. 1, 7.

... O, xi, tum, ĕre. [συντίθημι, κατασκευάζω, μηχανάομαι] *Or... ordinem redigere, vel vt exſtet opus et maneat, vt in aedifica... vel vt commodius perficiatur, vt cum exercitus ſtruitur, inſidiae,* ... ic. Tuſc. 1 Per ſpeluncas ſaxis ſtructas aſperis Ouid. Met. ... Altaque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes. *Machinari, ... mpliciter ſignificat* Ter. Heaut. 3, 2, 3 Num me fefellit hosce ... ? *Vid.* Tacit. Ann. 1, 13, 3. Idem ibid. 4, 67 Strue... qui monerent perfugere, *etc.* *h. e. Inſtruebantur, ſuborna...* Aciem ſtruere Virg. Aen. 9, 42. Aggeres ſtruere ... l. Gall. 8, 41. Tacit. Ann. 2, 64 Structi et Arcus circum ... npli Martis Vltoris, cum effigie Caeſarum. Cic. Att. ... o, ſi Pompeius manet in Italia, nec res ad pactionem venit, ... ellum puto fore: ſin Italiam relinquit, ad poſterum Bellum ... trui exiſtimo. Idem pro Cluent. 178 c. 64 Vt velle atque ... iquem Calamitatis filio potius, quam id ſtruere et moliri vi... ur. Cauſas ſtruere Tacit. Ann. 2, 42. Comam, *et ſimi... libus vid. Drakenb. ad* Sil. 4, 746. Liu. 2, 3 Legati ... alia moliri, aperte bona repetentes, clam recuperandi regni ... ſtruere. Controuerſiam de nomine et vocabulo ſtruere ... Herenn. 2, 45. Conuiuia ſtruere Tac. Ann. 15, 37. Co... re Caeſ. Bell. Ciuil. 3. Crimen alicui ſtruere Tacit. ... 1, 8. Cubilia ſtruxere congeſtae frondes Lucan. 9, 841. ... uere Sen. Herc. Oet. 11. Domos ſtruere Hor. Carm. 2, ... Epulas ſtruere Tacit. Ann. 15, 55. Fercula luxurioſe ... Columel. in praef. Inſidias alicui ſtruere Ouid. Met. ... Medicina ſtruitur dolori Stat. Silu. 5, 1, 16. Mendaci... re Liu. 23, 34. Moles ſtruere Tac. Ann. 2, 17. Cic. ... 2 c. 51 Atque iisdem his ex locis et odium in alios ſtruere di... et a nobis ac noſtris dimouere. Opes ſtruere Liu. 2. Ora... lutam ſtruere Gell. 1, 19. Ordine, non aceruatim ſtruere ... , 8. *vid.* ORTHOSTATA. Penum ſtruere Virg. Aen. ... Cic. Fam. 6, 7 Quemadmodum igitur ſcalarum gradus ſi ... s, alios incidas, nonnullos male haerentes relinquas, ruinae ... n ſtruas, non adſcenſum pares. *Conf.* Sen. Ep. 10. Py... ntem ſtruxere Virg. Aen. 6, 215. Reliqua ad iacturam ... Cic. Qu. Fratr. 3, 8. Idem Att. 5, 21 Sed dices, me ... ihi Solicitudinem ſtruere, cogor, et velim ita ſit. Syco... ſtruere Plaut. Aſin. 1, 1, 57. Cic. de Orat. 3, 169 c. 43 ... ocutionis eſt componere et ſtruere verba ſic, vt neue aſper eorum ... ſeue hiulcus ſit. *Et* c. 31 *extr.* Nae ille haud ſane, quem ad ... verba ſtruat et illuminet, a magiſtris illis requiret. Quin... Caeterum etiam ex praepoſitione et duobus vocabulis dure ... truxiſſe Pacuuius, ——— Nerei Repandiroſtrum, incurui... pecus, *i. Compoſuiſſe.* *Obſ.* Feſtus, ſtruere antiqui dice... adiicere, augere, vnde induſtrios quoque *(intell. dixerunt* ... r endoſtruunt, induſtruunt, inſtruunt *aliquid)* M. Cato, iure, ... ertate, Republica, communiter vti oportet: gloria, atque ... uomodo ſibi quisque ſtruxit, *(i. parauit, fecit)* At in duode... l eſt: Si caluitur, pedemue ſtruit, manum endoiacito. Alii ... gnificare retrorſus ire, alii in aliam partem, alii furere, alii gra... re, alii minuere, ac vix pedem pedi praefert, otioſe it, remoratur. ... *na non ſatis emendata eſſe, apparet. Caeterum* pedem ſtruere ... *e fugam adornare, in pedes ſe velle coniicere, vix dubito.*

... ENS, entis. Part. Ipſe aciem nullo turbante interim ſtruens ... 31, 3. *Add.* Tac. Ann. 1, 13, 3.

... CTVS, a, um. Partic. [κατασκευασθεὶς] Cic. de Seneƈt. 51 ... ugem ſpicae ordine ſtructam. Acies ſtructa, *vid.* ... ES. Atria ſtructa leuibus tophis Ouid. Met. 8, 562. Com... catoris bene ſtructam collocationem diſſoluere permutatione ... rat. 232 c. 70. Domus regiae e latere ſtructae Vitruu. ... Eloquentia, collocata et quaſi ſtructa et nexa verbis Idem ... 19. Inſidiae ſibi ſtructae Tac. A. 2, 65, 4. Moenia ... eis manibus Virg. Aen. 5, 811. Scena in tempus ſtructa ... 14, 20. Templa ſtructa vetuſto ſaxo Virg. Aen. 3, 84. ... ta labore Herculeo Propert. 3, 18, 4.

STRVCTE. Adu. Tertull. de Cultu Fem. c. 11 Quae vobis cauſa ſtructius prodeundi.

STRVCTIM. Adu. Apul. Flor. 2 p. 21 *Stew.* p. 230 *Colu.* Cithara apta ſtructim.

STRVCTVM, i. n. *Vt,* Structa ſaxorum, *i. Saxa quae ſtructa ſunt, ſimili dicendi forma, qua Septa domorum, Strata, viarum, et caetera id genus.* Lucret. 4, 361 Fit, quaſi tornata vt ſaxorum ſtructa tuantur.

STRVCTIO, ōnis. f. Firmic. 8, 9 Arma venatoribus aut facient, aut parabunt, vt retia, venabula, ſagittas, et quidquid ad ſtructionem eius ſtudii pertinet. Pallad. 12, 22 Sternes inter ſpatia ſtructionis. *Conf.* Tertull. de Patient. c. 3. Reineſ. Inſcr. Cl. 7, 16.

STRVCTOR, ōris. m. [τέκτων] *Qui aliquid ſtruit.* Cic. Qu. Frat. 2, 5 A puero vt diſceſſi, in aream tuam veni: res agebatur multis ſtructoribus. *Sic* Att. 14, 3 Structores *vocat eos, quorum vtebatur opera ad villam aedificandam. Hos* ſtructores *Bud. interpretatur Fabros caementarios.* *Conf.* Tribon. l. 1 C. de Excuſ. Artif. Veget. 2, 11. Structor orationis huius egomet Apul. Flor. p. 365 *Elm.* Structor *qui inſtruendae menſae et ciborum curam habet.* Martial. 10, 48 Et quae non egeant ferro ſtructoris ofellae. *Vid.* Iuuen. Sat. 7, 184. *Add.* Idem 5, 120. Iuuen. 11, 137

Sed nec ſtructor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula, diſcipulus Tripheri doctoris, apud quem
Sumine cum magno lepus, atque aper, atque pygargus
Caeditur, et tota ſonat vlmea coena Saburra.

Nempe de ligno parata habebant fercula, quorum commiſſuras, et articulos dum diuiderent, diſcebant carpere veros lepores, apros, etc. Super *ſignum repoſitorii ciborum*, proprium conuenientemque materiae ſtructor impoſuerat cibum Petron. c. 35. *Add.* Lamprid. Heliog. 27. Structores annonae Cic. Att. 14, 3.

STRVCTORIVS, a, um. Adi. *Vt,* Operas ſtructorias alicui locare Tertull. Apol. c. 14.

STRVCTVRA, ae. f. [οἰκοδόμημα, οἰκοδομία, κατασκευή] *Aedificium, ſiue Compoſitio et ordinatio lapidum in aedificiis.* Colum. 1, 5 *extr.* Igitur id ſtructurae vitium cum primum ſtatim fundamenta iaciuntur, euitandum eſt. Liu. 21, 11 Structura antiqua. *Vid.* Vitruu. 2, 8. 3, 2. 5, 12. 6, 11. 8, 7. Celſ. 8, 1. Colum. 5, 6. Pallad. 1, 40. Surgens operum ſtructura Lucan. 6, 64. Cic. de Opt. Gen. Orat. 5 c. 2 Sed et verborum eſt ſtructura quaedam duas res efficiens, numerum et lenitatem, *etc.* Carminis ſtructura mirifica Ouid. ex Pont. 4, 13, 4.

STRVCTĬLIS, e. Adi. [κατασκευαστὸς] *Quod conſtructum eſt, multis materiae fruſtis ſ. partibus, vt* Columnae ſtructiles, *quae non ſunt ex vno lapide, ſed ex multis.* Columel. 11, 3 Vetuſtiſſimi auctores viuam ſepem ſtructili praetulerunt. Martial. 9, 77 Non ſilice duro, ſtructiliue caemento. Canales Vitruu. 8, 7 *pr.* Cloacae Idem 5, 9. Columnae ſtructiles Vlpian. in l. Sicuti §. 1 D. ſi Seruit. vindic. Idem in l. Etſi Forte §. Modus D. Si Seruit. vendic. Forte, vt reficiat lapide quadrato, vel lapide ſtructili. Saxum Prudent. Pſychom. v. 834. *Add.* Columel. 12, 50. Pallad. 9, 1. Tertull. de Anima c. 9.

STRVES, is. f. [σωρὸς] *Congeries eſt.* Liu. 21, 27 Struem ingentem lignorum faciunt. Cic. Att. 5, 12 Strues ſalinarum. Strues ſaxorum arborumque cumulata Curt. 4, 3, 9. *Add.* Idem 8, 4, 11. Columel. 2, 19. Strues vuarum Plin. 14, 4. ¶ 2 Strues, *Genus libi in ſacris. Vid.* FERTVM *et* STRVFERTARII. *Hic addimus modo locum* Feſti, Strues genera liborum ſunt, digitorum coniunctorum non diſſimilia, qui ſuperiecta panicula in transuerſum continentur.

STRVPPEARIA, Feſta quaedam apud Faliſcos. *Vid. in dict.* STROPPVS.

STRVPPI, [φάκελοι] *inquit* Feſt. vocabantur in puluinaribus Faſciculi de verbenis facti, qui pro deorum capitibus imponebantur. Gracchus *apud* Gell. 10, 3, 5 Is in lectica ferebatur — Bubulcus — rogauit, Num mortuum ferrent? Vbi id audiuit, lecticam iuſſit deponi: ſtruppis, quibus lectica deligata erat, vsque adeo verberari iuſſit, dum animam efflauit. *Vid. ſupra* STROPPVS. *Res enim eſt eadem.* Iſidorus 19, 4 Vincula loro vel lino facta, quibus remi ad ſcalmos alligantur: de quibus Liuius, Tumque remos iuſſit religare ſtruppis. Vet. Gloſſ. Strupus σκαλμὸς ἔνθα ἡ κώπη δεσμᾶται. *Conf. Barth. ad* Claudian. Mamert. p. 430.

STRVTHOS, *ſ.* STRVTHVS, i. m. [στρουθὸς] *Graecis paſſer eſt. Hinc*

STRVTHEVS, a, um. Strutheum in mimis praecipue vocant Obſcoenam partem virilem a ſalacitate videlicet paſſeris, qui Graece στρουθὸς dicitur. Feſtus. Cato R. R. 7, 3 Mala ſtruthea, cotonea ſcantiana. Columel. 5, 10, 19 Cydonia, quorum genera tria ſunt, ſtruthia, chryſomeliana, muſtea. Plin. 21, 20 Dolori capitis cum cotoneis malis aut ſtrutheis illinitur. *Legitur et* Struthiis. *Conf.* Idem 15, 11 *et* 14. Varro R. R. 1, 59. *vid.* COTONEVM. Struthea coluteaque appara Plaut. Perſ. 1, 3, 7.

STRVTHIOMELA, ae. f. [στρουθιόμηλα] *Vno vocabulo proferri apud* Varr. de R. R. 1, 59. *annotatum reperio. Mihi quidem non obſeruatum.*

STRVTHIVM, i. n. [στρούθιον] *Latine Paſſerculus dicitur.* ¶ 2 Struthium, *Herba.* Plin. 19, 3 ſ. 18 At quae vocatur radicula, lauandis demum lanis ſuccum habet: mirum quantum conferens candori mollitiaeque. *Et paullo poſt,* Struthion Graeci vocant, floret aeſtate, *etc.* *Add.* Celſ. 5, 22. *et* 6, 5. Plin. 26, 12. *Et add.* LANARIA.

STRVTHIOCAMĒLVS, i. m. [στρουθιοκάμηλος] *Maxima auium.* Plin. 10, 1 Sequitur natura auium: quarum grandiſſimi et paene beſtiarum generis, ſtruthiocameli Africi vel Aethiopici, altitudinem equitis inſidentis equo excedunt, celeritate vincunt: ad hoc demum datis pennis, vt currentem adiuuent: caetero non ſunt volucres, nec a terra tolluntur. Vngulae iis ceruinis ſimiles, quibus dimicant, biſulcae, comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus. Concoquendi ſine delectu deuorata mira natura, ſed non minus ſtoliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, quum colla frutice occultauerint, latere ſeſe exiſtimantium. Praemia ex iis oua, propter amplitudinem pro quibusdam habita vaſis: conosque bellicos et galeas adornantes pennae. *Conf.* Idem 11, 37. Tertull. de Vel. Virg. c. vlt.

STRVTHIOCAMELINVS, a, um. Seuum Plin. 29, 5.

STRVTHOPHAGI, Gens Aethiopica. *Vid. in dictione* SILLI.

STRVTHOPODES, um. f. Plin. 7, 2 *vocantur* Feminae, quae paruas pedum plantas habent, velut paſſerini pedis: *ſic Themiſtius*

Struthocephalos *minimi et paſſerini capitis, in Paraphraſi phyſicorum vocat, vt annotauit Turnebus.*

STRYCHNVS, i. m. *vel* STRYCHNVM, i. n. [στρυχνὸς] *Herba ſponte naſcens; quam Latini* Solanum, *vulgo* Solathrum *vocant: multas ſub ſe continens ſpecies, quas vide ſupra in dictione* SOLANVM. *Vid.* Plin. 28, 11. *it.* 27, 8 *et* 13. Apul. de Herb. c. 22 *et* 74.

STRYMON, önis. m. [Στρυμὼν] *Ciuitas nec non et fluuius Thraciae, de quo* Virg. Georg. 4, 508 Rupe ſub aduerſa deſerti ad Strymonis vndam. Niuoſus Strymon Ouid. Triſt. 5, 3, 21.

STRYMONIVS, a, um. Adi. [Στρυμόνιος] *Pro Thracio fere ponitur, vt,* Grues Strymoniae Virg. Georg. 1, 120. Aquilo Strymonius Sen. Agam. f. 6. Matres Strymoniae, *Mulieres Thraciae* Ouid. in Ibin 602.

STRYX, *vid.* STRIGES.

S T V

STVDEO, STVDIOSVS, *vid. poſt* STVDIVM.

STVDIVM, i. n. [σπουδὴ, ἐπιτήδευμα] Donatus *ad* Ter. Hec. 2, 1, 5 Studium eſt voluntas hominis attentior atque impenſior: *itaque interdum eſt diligentiae, interdum fauoris et amicitiae, interdum virtutis acceſſio, quod ex adiunctis aeſtimandum eſt. Modo enim otio diſtribuendi ſingula deſtituimur.* Cic. de Inuent. 1, 36 c. 25 Studium autem eſt animi aſſidua et vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate, occupatio. vt philoſophiae, poëtices, geometriae, literarum. Ter. Hec. 2, 1, 5 Viris eſſe aduorſas, aeque ſtudium eſt, ſimilis pertinacia eſt. Hor. Serm. 2, 2, 12 Molliter auſterum ſtudio fallente laborem. Alacritas ac ſtudium Caeſ. Bell. Gall. 4, 24. Belli ſtudiis aſperrima vrbs Virg. Aen. 1, 18. Formae ſtudium Tibul. 1, 7, 43. Laſſus ſtudio venandi Ouid. Met. 3, 413. Feſſus ſtudiorum pondere Lucan. ad Piſon. 178. Acre ſtudium, *vid.* ACER Adiectiuum. Agile ſtudium, *Exercitium ad curſum* Stat. Theb. 6, 557. Fortia ſtudia Quinctil. 6, 1. Inane ſtudium, *vid.* INANIS. Pertinax ſtudium Quinctil. in Prooem. lib. 1. Plena vecordiae ſtudia Tacit. Ann. 3, 50. Puellare ſtudium Ouid. Met. 5, 399. Virilia ſtudia Idem ibid. 12, 208. ¶ 2 *Verborum formulae:* Adhibere ſtudium, *vid.* ADHIBEO. Ardeo ſtudio hiſtoriae Cic. Att. 16, 13. Ardere ſtudio belli, *vid.* ARDEO. Aſſequi ſtudio vel conſequi Cic. Fam. 2, 5. Cecidit incautus ſtudio eundi, *Cupiditate currendi* Ouid. Met. 8, 378. Celerare gradum anili ſtudio Virg. Aen. 4, 641. Conciliatum ſtudium ex Tribunatu, *etc.* Cic. Fam. 2. Conferre ſtudia ſua in aliquem Idem ad Qu. Fratr. 2, 14. Conſurgunt ſtudiis Teucri Virg. Aen. 5, 450. Contendere omni ſtudio, *vid.* CONTENDO. Contendere ad magna rectis ſtudiis, *vid.* CONTENDO. Declarare ſtudium, vel ſignificare Cic. Fam. 3. Deponere belli ſtudia Iuſtin. 1, 2. Dicare ſtudium Cic. Fam. 2, 6. Diſpoſita fideli ſtudio dona Lucret. 1, 47. Dare ſtudium alicui rei Quinctil. 3, 2. Dare ſtudium agricolationi Colum. 1, 1, 1. Magno militum ſtudio opus Efficitur Caeſ. B. G. 6, 9. Exercere aliquem duris ſtudiis Claud. 4 Conſ. Hon. 320. Exſpectare ſtudia ab aliquo Cic. Fam. 1. Habere ſtudia Idem pro Planc. 20. Iactare aliquid inani ſtudio Virg. Ecl. 2, 5. Incenſus ſtudio diſcendi Cic. de Orat. 2, 1. Incenſi ſtudio, quod ad agrum colendum pertinet, *vid.* INCENDO. Cic. de Diuin. 2, 5 Quorum ſtudio legendi, meum ſcribendi ſtudium vehementius in dies Incitatur. Inflammatum ſtudium, *vid.* INFLAMMO. Inhaerere ſtudio alicui Ouid. Met. 8, 165. Iniicere ſtudium alicui, *vid.* INIICIO. Inſtigare aliquem ſtudiis Virg. Aen. 5, 228. Interponere ſtudium, operam, *vid.* INTERPONO. Nauare operam et ſtudium tibi volunt Cic. ad Brut. 8. Ponere ſtudium lucri Hor. Carm. 4, 12, 25. *vid.* PONO. Profiteri ſtudium Cic. Fam. 5, 8. Polliceri alicui ſuum eximium ſingulare ſtudium Idem ibid. 5, 8. Liu. 10, 13 Acuebant hac moderatione tam iuſta ſtudia: quae verecundia legum Reſtinguenda ratus, legem recitari iuſſit: *etc. Sic etiam Drakenb. Al.* reſtringenda. Seruatum perenni ſtudio odium, *Voluntate perſeueranti* Sil. 1, 18. Studium in aliquo eſſe Caeſ. Bell. Ciu. 1. Cicero tuus noſterque ſummo ſtudio eſt Paeonii ſui rhetoris, *i. Tenetur* Cic. Qu. Fratr. 3, 3. Studio Eſſe in aliquem Id. Fam. 1, .. Id. Tuſc. 2, 36 Illi autem voluerunt nihil horum ſimile eſſe apud Lacaenas virgines, quibus magis palaeſtra, Eurotas, ſol, puluis, labor, militia in ſtudio eſt, quam fertilitas barbara. Id. Acad. 1, 7 Sed meos amicos, in quibus eſt ſtudium, in Graeciam mitto, id eſt ad Graecos ire iubeo, vt ea, *etc.* Teneri ſtudio aliquo Hor. Epiſt. 1, 1, 81. Vigilare ſeueris ſtudiis Propert. 2, 3, 7. ¶ 3 *Notentur quaedam conſtructiones.* Cic. Qu. Fratr. 3, 1, 3 Quod literis tuis ſtudium illius in ſalutem noſtram facile perſpexi. Inſigne ſtudium alicuius erga alterum, *vid.* INSIGNIS. Cic. Fam. 3, 10 Neque enim de meo erga te ſtudio dubitare debes, neque id eſt obſcurum cuiquam in prouincia, nec Romae fuit. Idem Fam. 5, 8 Quantum meum ſtudium exſtiterit dignitatis tuae vel tuendae, vel etiam augendae, non dubito quin ad te omnes tui ſcripſerint. Cupiditas et ſtudium defendendae nobilitatis Id. Verr. 1, 35. ¶ 4 *Ad inſtitutum, et vitae genus fere pertinent iſta:* Columel. 1 praefat. 4 Et ne ſingula perſequar: ei ſtudio, quod quisque agere velit, conſultiſſimum rectorem adhibeat, *i. Exercitio, vel operi, vel arti: vbi illud in vniuerſum obſeruamus, libera Rep. aureaque adeo aetate non temere dicta eſſe ſtudia ſimpliciter pro ſtudiis literarum et ſapientiae; ſed fere adiectum eſſe aliquid, unde intelligatur, de quo genere ſermo ſit,* ſtudia literarum, doctrinae, ſapientiae, ſtudia haec, ſtudia noſtra, *etc. Poſt ea vero* Quinctilianus, Plinius, *caeteri ita frequentarunt illam abſolutam loquendi rationem, vt mirum non ſit, illam hodie paene vſitatiorem eſſe.* Ter. Andr. 1, 1, 29 Vt animum ad aliquod ſtudium adiungant, aut equos alere, *etc.* Idem Heaut. 2, 3, 39 Quo ſtudio vitam ſuam te abſente exegerit. Cic. de Senect. 50 Atque haec quidem ſtudia ſunt doctrinae. Idem de Inuent. 1, 4 Mihi videntur cuncta ſtudia recta atque honeſta per otium concelebrata ab optimis enituiſſe. *Sic* Tuſc. 1, 1 Studio ſapientiae, quae philoſophia dicitur. Claritudo ſtudiorum Tac. Ann. 12, 8. Hiſtrionale ſtudium Idem Ann. 1, 16. Muſicum ſtudium, *vid.* MVSICVS *in* MVSA. Conſortes ſtudii Ouid. Triſt. 5, 3, 47. Cupidus ſtudiorum Idem ex Pont. 1, 5, 35. Communia foedera ſtudii ſacri Id. ibid. 4, 13, 43. Habere aliquem participem ſtudiis Id. ibid. 2, 5, 42. Lenius ſtudium Id. Rem. Amor. 207. Adhaerere ſtudio alicui Lucret. 4, 959. Adhibere multum ſtudii ad dicendum, et ad omnes bonarum rerum diſciplinas Cic. de Clar. Orat. 161. Aſſuetus mollibus ſtudiis Ouid. Triſt. 1, 5, 74. Celebrare ſtudium

agriculturae, *vid.* CELEBRO. Collocare ſtudium,
LOCO. Concitari cohortatione alicuius ad ſtudium cogi
virtutis Cic. de Orat. 1, 204. Idem de Clar. Orat. 234
Hortenſio loquens: Maxime vero perſpecta eſt vtriusque
exercitatio, paullo ante quam perterritum armis hoc ſtudium
ſtrum Conticuit ſubito, et obmutuit. *Prius dixerat,* Sub
vitate, cum alia ceciderunt, tum etiam ea ipſa, de qua diſ
dimur, eloquentia obmutuit. Conuertere ſtudium a
ſcribendi, *vid.* CONVERTO. Dedere ſe ſtudio eloque
in Orat. 6. Deditus ſtudio citharae Hor. Serm. 2, 3, 10
ſtudiis annos ſeptem Dedit Idem Epiſt. 2, 2, 82. Deſer
Cic. de Fato. Florens otii ſtudiis Virg. Georg. 4, 564.
mare boues ad ſtudium atque vſum agreſtem Idem ibid. 3, 1
mandae mentes aſperioribus ſtudiis Hor. Carm. 3, 24, 54.
gere ſtudium Cic. Fam. 6, 7. Imbuere ſtudio Idem pro
Impertire ſtudium philoſophiae, *vid.* IMPERTIO. I
ſciplinarum ſtudia Quinctil. 1, 10. Verſari in ſtudio l
vid. LITERA. Vigere ſtudia Cic. de Orat. 1, 13.
12, 3 Lectionis opus eſt, qua nihil eſt in ſtudiis minus la
Haec ſtudia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſec
ornant, aduerſis ſolatium ac perfugium praebent, delectant d
impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, r
Cic. pro Arch. c. 7. Nobis ſtet illud, vna viuere in ſt
ſtris, a quibus antea delectationem, modo ſolatium petebam
vero etiam ſalutem deeſſe non arbitramur Idem Fam. 9, 2.
inprimis cauere oportebit, ne ſtudia, qui amare nondum po
rit, et amaritudinem ſemel perceptam etiam vltra rudes an
midet Quinctil. 1, 1 p. 19 B. Studium diſcendi volunta
cogi non poteſt, Conſtat Quinctil. 1, 3 p. 35. Acerrim
um Cic. in Brut. Secreta ſtudia Quinctil. 2, 18.
Abducere a ſtudio Cic. Fam. 4, 4. Abhorrere ſtudio, A
ſtudium, *vid. bb. vv.* Abundare ſtudio Cic. de Orat. 1,
cerſita ſtudia, *vid.* ACCERSO. Affluere ſtudio Cic. pro
Aſſerere ſe ſtudiis, Attingere leuiter ſtudia, *vid. bb. vv.*
ſcindere ſtudium alicui Catul. 66, 19. Colere ſtudia,
brare ſtudia, Conferre ſe ad ſtudia, Confluere ad ſtudia,
ſcere in ſtudiis, *vid. ſſ. ll.* Contine te in tuis perennib
Cic. in Brut. 332. Detinere animum ſtudiis Ouid. Triſt.
Flagrans ſtudium Cic. de Orat. 3, 228. Formare ſtudia al
infantia Quinctil. in Prooem. lib. 1. Iacent ſtudia, *vid*
Impedita ſtudia, Incitari in ſtudia, *vid. ſſ. ll.* Incitare
Cic. de Diuin. 2, 5. Incumbere ad vel in ſtudia, Ingred
Mori in ſtudio, *vid. bb. vv.* Ad erudiendam liberali
plinis ſingularis indolem iuuenis, Apolloniam eum in ſtudia
Vell. 2, 59. Obſoleſcere ſtudia Cic. de Inuent. . . Omitte
Idem de Inuent. 1. Referre ſe ad ſtudia Idem Att. 4, 16.
mittere ſtudia Idem in Brut. 15. Renouare ſtudia Id
Repetere ſtudia Idem de Fato 4. Reſtinguere ſtudia
Orat. 5. Reuocare intermiſſa ſtudia, *vid.* INTERMITTO.
Omnia denique bonarum artium ſtudia Siluerunt. Teneri a
ſtudio Idem in Brut. Tentare ſtudium *inutile* Ouid. T
10, 21. Praemiſſus Apolloniam ſtudiis Vacauit Sueton. A
Verſari in ſtudio literarum Cic. de Aruſp. Reſp. c. 9. Vigent ſtu
Epiſt. 1, 13. ¶ 6 *Obſeru.* Studium, *locus vbi litera*
dioſi de eruditione diſſerunt, muſeum, academia, vniuerſitas. V
den. in Britannia p. 269. Apud Aegyptios ciuem ſe egit et
phum in omnibus ſtudiis, templis, locis Capitol. in Ant. Phil.
Etiam vita monaſtica peculiariter ſtudii *nomine appellatur,* Tu, q
mam ſcintillam noſtro fomiti ſubieciſti, quae ad hoc ſtudiu
ſermone hortata es et exemplo Hieron. Epiſt. 2, 8. *i. vitam*
cam. Nec quisquam monachos ante S. Hilarionem in Syria
ille fundator et eruditor huius conuerſationis et ſtudii fuit
Vita Hilarion. ¶ 7 Studium, *pro Deſiderio.* Cic.
83 Equidem efferor ſtudio patres veſtros (quos colui et d
dendi. Idem Acad. 1, 43 Archeſilas ſibi omne certamen
non pertinacia aut ſtudio vincendi. Idem pro Roſc. A
omnes intelligant, me non ſtudio accuſare, ſed officio defen
Verr. 2 Tanto ſtudio requiſiuit. Acuere ſtudia, *vid.*
Reſtinguere ſtudia. Alicuius ſtudio et cupiditati mor
Cic. pro Quint. 9. Immane ſtudium loquendi Ouid. Me
Adduci certandi ſtudio, *vid.* ADDVCO. Famae ſtudium
honore Ouid. Rem. Amor. 393. Ardentibus ſtudiis depoſc
Met. 1, 199. Fallens laborem ſtudium Idem ibid. 6, 60.
i. Vincendi cupiditas. Minuens labores ſtudium Ouid. Met. 4
Rapi ad aliquem locum ſtudio inflammato Cic. pro Lege Manil.
tere ardentiore ſtudio, *vid.* ARDEO. Salluſtius in Catil. c.
Sullanum certe ſcio quae dixerit ſtudio Reip. dixiſſe.
turbae fauenti aduerſus ſtudium ſuum Sueton. Calig. c. 30.
Planc. 10 Illud debes putare, comitiis, praeſertim Aedilicii
um eſſe populi, non iudicium, eblandita illa, non enucleata
fragia. Accendere ſtudium, Accinctus ſtudio popularium,
quirere ſtudia vulgi, *vid. bb. vv.* Amittere ſtudia Cic.
Conferre ſtudium Idem Fam. 10, 1. Conſtare ſtudium Idem i
Conſumere ſtudium Idem ibid. 6, 12. Debilitant haec am
ſtudia Idem pro Muraen. 43. Deponere ſtudia Idem ib
Detrahere de ſtudio Idem Fam. 3. Mouere ſtudia homin
MOVEO. Nauare ſtudium Cic. Att. 15, 4. Praeſtar
Idem Fam. 2. Praetermittere ſtudia Cic... Remane
erga aliquem Idem... Ille Significat ſtudium erga me non
cre Cic. Att. 2, 19. Virg. Aen. 2, 39 Scinditur incertum ſtu
contraria vulgus. Ter. Adel. 1, 1, 16 Is adeo diſſimili ſtu
iam inde ab adoleſcentia. Cic. de Amicit. 15 Volunta
diorum ſententiarum ſumma conſenſio. Studio haber
Ter. Adel. 3, 3, 28. Indulgere aliquid ſtudio ſuo, *vid.* IND
GEO. Martian. in l. Si praegnans D. de fideicom. libert. Si p
gnans ancilla moram non ſtudio *(voluntate et facto)* manumi
ſed fortuitu patiatur, ne manumittatur, *etc.* Studio, *Ablat.*
induſtria, conſulto, etc. Vt omnes intelligant, me non ſtudio
ſare, ſed officio defendere Cic. pro Roſc. Amer. c. 32. *Conf.* C
Triſt. 3, 4, 41. *A. Borrich. Vindic. Lat. p. 224.*

STVDIŌSVS, a, um. Adi. [σπουδαῖος, περισπερχὴς] *Studi*
nus, aſſiduus et perſeuerans in re aliqua. Auctor ad Herenn.
Ideoque bonis viris et ſtudioſis amicus erat. Cic. Acad. 4, 98
Homo et acutus vt Poenus, et valde ſtudioſus ac diligens.
hors ſtudioſa Hor. Epiſt. 1, 3, 6. Pectora ſtudioſa Ouid. T
4

Studioſa placendi, *Cupida* Ouid. de Arte Am. 3, 423. Vir. 2, 13 Videte, quid potuerit, qui quatuor in prouincia Quaeſtudioſiſſimos defenſores, propugnatoreſque habuerit. Stu… [φιλομαθής] *pro Literarum cupido.* Plin. Epiſt 3, 5 Ita… ſto ridere, quum me quidam ſtudioſum vocant. *Conf.* Idem … *it.* 4, 13, 11. *et* 8, 12, 1. Eius filio mire ſtudioſo, et … et modeſto Cic. Fam. 13, 61. Suſcepi laborem vtilem … Idem de Opt. Gen. Orat. 13 c. 5. Inſtruere ſtudioſos … alicuius rei, *vid.* INSTRVO. Studioſa quaeſtio vel di… *Literata et docta* Quinctil. 11, 1. Studioſus, *pro Cupido, …iue dedito alicui rei, Genitiuo iungitur, rariſſime Datiuo, vt,* Stu…atonis Nep. 24, 3, 5. Cic. Fam. 6, 8 Viri ſunt optimi, et …ium ſtudioſi, et mei neceſſarii. Idem de Amicit. 76 c. 20 …ui ineunte aetate venandi aut pilae ſtudioſi fuerint. Ouid. … 625 Nec fuit arborei ſtudioſior altera foetus. Audiendi …s Nep. 15, 3, 3. Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui, … de Clar. Orat. 64. Doctrinarum ſtudioſus Idem Fam. … Idem Tuſc. 2, 36 Itaque induſtrios homines illi ſtudioſos, vel …mantes Doloris appellant, nos commodius laborioſos. Elo… ſtudioſi Quinctil. 5, 10. Equorum ſtudioſus Ouid. Met. … Exiſtimationis meae ſtudioſiſſimum, cupidiſſimumque … Cic. Verr. 4, 117 c. 47. Literarum Nep. 25, 1, 2. Ne… ſtudioſus Ouid. Met. 7, 675. Nobilitatis ſtudioſus Cic. Acad. … Idem de Finib. 4, 61 Studioſiſſimus philoſophiae. Ille …di mei quam retinendi ſtudioſior Idem Att. 8, 3. *Add.* Idem … 9. *Datiuo:* Plaut. Milit. 3, 1, 207 Qui niſi adulterio, ſtu…ullae rei aliae eſt, improbus. Fuit rex armorum quam con…n apparatibus ſtudioſior Iuſtin. 9, 8, 4. *Conf. Bernegg. h. l.* …s *abſque adiuncto eſt candidatus eloquentiae in titulo operis* Pli… *quo iunior* Plin. Epiſt. 3, 5 Studioſi tres in ſex volumina pro…litudinem diuiſi, quibus oratorem ab incunabulis inſtituit et … *Non tamen auſim huc referre* Cic. de Opt. Gen. Orat. 13 c. 5 …mihi ſuſcipiendum laborem, vtilem ſtudioſis, mihi quidem neceſſarium. *Hic enim tota ſeries orationis ſatis indicat, cuius …ſi intelligantur.*

…IŌSE. Adu. *Diligenter.* Ter. Heaut. 2, 3, 44 Texen…m ſtudioſe ipſam offendimus. Cic. de Senect. 58 Multas …perutiles Xenophontis libri ſunt, quos legite quaeſo ſtudioſe. ſtudioſius Nep. 17, 3, 3. Audire ſtudioſe Cic. Acad. 4. Co…lioſe praedia Idem pro Roſc. Amer. 50. Eum multo ſtu… Commendo Cic. Fam. 13, 54. *Add.* Idem Att. 1, 10. Columel. … Sueton. Calig. c. 35. Comparare libellos ſtudioſiſſime Plin. … 26. *Add.* Sueton. Calig. c. 55. Veget. 4, 7. Conquirere … omnia Cic. Acad. 4, 33. Curare aliquid ſtudioſe diligen… Idem Planco Att. 16, 16. Defendere ſtudioſe ſententiam … Idem Acad. 4, 120. Legere aliquid ſtudioſius Quinctil. … Ludere ſtudioſe pila Cic. de Orat. 2, 253. *Polliceri ſtudioſe,* …rr. 4 Facturos eſſe, ſi quid imperaſſet, ſtudioſe pollicerentur. …e aliquid ſtudioſe Ouid. de Arte Am. 1, 145.

ST…DEO, ui, ēre. [σπουδάζω, ἐπιτηδεύω] *Operam dare alicui rei, …onari.* Plaut. Pſeud. 1, 5, 108 Studeo hercle audire: nam …o lubens. Ter. Eun. 5, 5, 8 Dum ſtudes dare verba nobis. …, 3, 23 Quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe. Cic. in … Studeo mi pater, Latine ex te audire ea, quae mihi tu de ra…cendi Graece tradidiſti. Stude verum inuenire Auctor ad … 4. Mouere vrinam ſtudere Scribon. 170. Scire ſtu…lem 84. Succurrere ſtudent Id. Ep. in. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 3 …famia duarum legionum permotus, quas ab itinere Aſiae Sy…ad ſuam potentiam dominatumque conuerterat, rem ad arma de…lebat. Eoque, quo ſtuduerat, venit Nep. 14, 4, 4. *Conf.* Id. 16, 2, 5. *Datiuo ordinarie.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 7 Cupiditate regni addu…nis rebus ſtudebat. Plaut. Stich. 5, 3, 5 Feſtinamus omnes, lectis …is ſtuduimus, munditiiſque apparandis. Artibus et diſci…ptimis ſtudere Cic. Diu. in Caec. 30 In quo ſi te multum natura …et, ſi optimis a pueritia diſciplinis atque artibus ſtuduiſſes, … Cic. Fam. 1, 7 Lentulum eximia ſpe, ſummae virtutis adole…te, cum caeteris Artibus, quibus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in …nitatione tui fac erudias. Idem Fam. 6, 4 Non tantum li…e, quibus ſemper ſtudui. Martial. 10, 19 *de Plinio iuniore,* Dum …ſtudet auribus virorum. *h. e. Dum cauſas agit apud Centumui…es.* Literis ſtudere, quibus fons eloquentiae continetur …de Clar. Orat. 322. Literas ſtudere *dedit Gronou. ex MS. et an…itt.* Cic. poſt Red. in Sen. 25 c. 6. *Sed Graeu. ex aliis,* li… Cic. de Fin. 4, 65 Sed quia ſtudebat Laudi et dignitati, …tu in virtute proceſſerat. Student magis mellificiis, …m …etibus apes Columel. 9, 13. Ego ſemper otio ſtudui Cic. …lip 8. Pecuniae, imperiis, gloriae ſtudere Idem de Finib. …. Rebus nouis ſtudere Idem in Catil. 1, 3. Virtuti, gloriae …m … Orat. 2, 225. Studere, *Fauere* Ouid. Met. 9, 425 Cui ſtu…is omnis habet. Cic. pro Cael. 12 c. 4 Studuit Catilinae, …m aliquot annos eſſet in foro Caelius, *i. Fauit, coluit, et ſtu…ei tenebatur.* Rebus alicuius ſtudere Nep. 6, 1, 5. *et* … 1, *Accuſatiuo iunctum, ſignificat Cupere, velle.* Magis me…nt; …ninus has res ſtudeant Plaut. Mil. 5, 5 *extr.* Cic. Fam. 6, 5, *extr* Qui ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id quod agit. Ter. Hec. 2, 1, Vt …mnes mulieres aeque ſtudeant, nolintque omnia. Cic. …lip 6, 18 Vnum ſentitis omnes, vnum ſtudetis. Horum nihil eg…gie praeter caetera ſtudebat, et tamen omnia haec mediocri… T… Andr. 1, 1, 31. *Accuſatiuo, cum Praepoſitione In:* Quinctil. … 2 …ëtae et pictores in id ſolum ſtudent, vt deſcribere tabulas men…is … lineis ſciant. *Ablatiuo, cum Praepoſitione In:* Cato *apud* …lliu Si quis in ea re ſtudebat. *Abſolute, Amare ſiue fauere:* …uſt in Catil. in oratione Caeſaris, Neque ſtudere, neque odiſſe, …mi me iraſci decet. Studere, *pro Literis operam dare:* Quin… 12… vlt. Nunc computamus annos, non quibus ſtuduimus, ſed …ibus …iximus. *Et* 1, 2 Vtiliusne ſit domi, atque intra priuatos …riet… ſtudentem continere, an publicis praeceptoribus tradere. …*Id.* …Prooem. Tunc autem, quum ſtuderet, habebatur bonus decla…ator Sen. Controu. 2, 10. Cum ſimul ſtuderemus Plin. Epiſt. … 13. Demoſthenes diligenter *apud* Andronicum ſtuduit Quinctil. …, 3. Studere, *cum Genitiuo:* Cic. de Nat. Deor. 3, 72 Paren…m h…ere auarum, illepidum in liberos, Difficilem, qui te nec amet, …ec ſtudeat tui. *Ex Poëta.*

S…DENS, entis. Partic. [σπουδάζων] Cic. pro Planc. 87 …36 …iſce ego auxiliis ſtudentibus atque incitatis vti me Laterenſis potuiſſe confiteor. Noſtri celeritati ſtudentes Vitr. 2, 8. Philoſophiae ſtudens Aur. Vict. Epit. c. 16. Studentum, ſi quis fuerit ille, copioſiſſimus Sidon. Epiſt. 9, 14.

STVLPINI. *Populi in Illyrico apud* Plin. 3, 21.

STVLTVS, a, um. Adi. [ἀνόητος, μωρός, ἀσύνετος] *Imprudens, improuidus, imperitus.* l. 9. §. ſi quis ius. D. de iuris et fact. ignorant. l. 4. D. quod vi aut clam. Nam et multi non inſipientes aliquando ſtulte aliquid vel agunt, vel loquuntur. Afranius, Ego ſtultum me exiſtimo, fatuum eſſe non opinor. Iſid. lib. 10 lit. S *explicat* obtuſis quidem ſenſibus, non tamen nullis. *Ac* ſtultum *vocamus alium,* ſtultitiae *nos accuſamus, etiam propter vnum factum inconſideratius:* fatui *illi demum videntur, in quibus plane nihil ſalis, nihil ſenſus communis eſt.* Stulti *Stoica ratione omnes, qui non ſunt ex illorum regula ſapientes: non item fatui.* Cic. Fam. 7, 29 Quanquam me non ratio ſolum conſolatur, quae plurimum debet valere, ſed etiam dies, quae ſtultis quoque mederi ſolet. Ter. Eun. 2, 2, 23 Ex ſtultis inſanos facies. Hor. Serm. 1, 5, 82 Hic ego mendacem ſtultiſſimus vſque puellam Ad mediam noctem exſpecto. Euentus ſtultorum magiſter eſt Liu. 22, 39. Stultorum plena ſunt omnia Cic. Fam. 9, 22. Vt hominem ſtultum magis etiam infatuet mercede publica Cic. Philipp. 3, 22 c. 9. Amor ſtultus et improbus Hor. Serm. 1, 3, 24. Ars ſtulta Ouid. ex Pont. 2, 9, 73. *Liber de arte Amandi ſtulte ab Ouidio compoſitus.* Auditor ſtultus et credulus Cic. pro Font. 13. Conſilium ſtultum capere Idem Verr. 7 (5) 101 c. 39. Credulitas ſtulta Ouid. Amor. 3, 3, 24. Dies ſtulti praetereunt, *i. In ſtultitia peracti* Tibul. 1, 4, 30. Iuuenta ſtulta Tibul. 3, 7. Senex ſtultus, credulus, obliuioſus, diſſolutus Cic. de Senect. 36 c. 11. Stultorum feriae appellabantur Quirinalia, quod eo die ſacrificabant ii, qui ſollemni die, aut non potuerunt rem diuinam facere, aut ignorauerunt. Paullus apud Feſtum. Nec quidquam eſt ſtultius Celſ. praef. Stultiores Cic. pro Flacco c. 20. *Add.* Id. pro Caec. c. 14 *et* de Sen. 68 c. 19. Suet. in Claud. c. 3. Stulto ſtultior Plaut. Curc. 4, 3, 19. Stultiſſimus homo Idem Bacch. 5, 1, 12. Adoleſcens ſtultiſſimus Gell. 5, 10. Stultior ſtultiſſimo Plaut. Amph. 3, 2, 26. *Add.* Liu. 45, 23. Sen. Ep. 64. Petron. c. 1 *et* 10 *et* 65.

STVLTE. Adu. [ἀφραδέως, ἀνοήτως] *Imprudenter.* Plaut. Men. 5, 9, 14 Quaeſo ignoſcas, ſi quid ſtulte dixi atque imprudens tibi. Ter. Heaut. 2, 3, 8 Factum a nobis ſtulte eſt. Agere omnia ſtulte et incaute Cic. Att. 7, 10. Idem de legib. 2, 16 c. 7 Quid eſt enim verius, quam neminem eſſe oportere tam ſtulte arrogantem, vt in ſe rationem et mentem putet ineſſe, in caelo mundoque non putet? Idem de Nat. Deor. 2, 70 c. 28 Haec et dicuntur et creduntur ſtultiſſime, et plena ſunt futilitatis ſummaeque leuitatis. Idem de Finib. 4, 40 Itemque illa quae in corpore excellerent, ſtulte antiquos dixiſſe, per ſe eſſe expetenda, et ſumenda potius quam expetenda? Idem de Orat. 2, 274 Habet nonnunquam aliquid etiam apud nos loci, vt vel non ſtultus quaſi ſtulte cum ſale dicat aliquid, *etc.* Mirari ſtulte aliquid Hor. de Arte Poët. 272. Stultius atque intemperantius matronam duxiſſe Liu. 30, 13 *extr.* Gargius multo ſtultius inquit Sen. Contr. 5, 34.

STVLTVLVS, i. m. Dimin. Apul. Met. 9 Tu ſtultule aſine, intra terminos piſtrini contentus. *al.* Aſtutule. *Vid. Elmenh. ad p. 230.*

STVLTESCO, ēre. Plaut. Moſt. 4, 2, 49 Stulteſcere praeter ſpeciem.

STVLTITIA, ae. f. [ἀφραδία, ἀσύνεσις, ἀσυνεσία, ἀεσιφροσύνη] *Imprudentia, imperitia* l. 15 D. de euictionibus Plin. 11, 52 Auricularum magnitudo loquacitatis et ſtultitiae nota eſt. Ter. Heaut. 4, 1, 33 Vt meae ſtultitiae in iuſtitia tua ſit aliquid praeſidi. *Stultitia pro peccato extenuandi cauſa dicitur:* Nunc te obſecro ſtultitiae adoleſcentiaeque eius ignoſcas: tuus eſt Plaut. Moſt. 5, 2, 34. Nunc tibi vltro ſupplicatum venio ob ſtultitiam meam Id. Aul. 4, 10, 22. *Conf.* Ter. Heaut. 5, 2, 8. *Voſſ. Inſt. Or. 4 p. 137 et 138.* Ita ſunt altae ſtirpes ſtultitiae Cic. Tuſc. 3, 13. Eſt enim proprium ſtultitiae, aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum. Cic. Tuſc. 3, 73 c. 30. Miſerius ſtultitia nihil dici poteſt Idem de Nat. Deor. 1, 23. O delirationem incredibilem! non enim omnis error ſtultitia dicenda eſt Idem de Diuin. 2, 86 c. 43 *pr.* Sed huius iſtius facti ſtultitiam maior iam ſuperior ſtultitia defendit Idem pro Rabir. Poſt. 24. Idem de Orat. 3, 140 Malo indiſertam prudentiam, quam ſtultitiam loquacem. Mala Hor. Serm. 2, 3, 43. Summum omnium Malorum ſtultitia Cic. de Nat. D. 3 c. 32. Parua Ibid. 220. Abdere ſtultitiam, *vid.* ABDO. Damnare ſe ſtultitiae Lucret. 4, 1177. Morbus animi ſtultitia Sen. de Benef. 7, 16. Hor. Serm. 2, 3, 210 Stultitiane erret, nihilum diſtabit, an ira. Stultitia excuſationem non Habet, quia nemo videtur, aut quia crudus fuerit, aut quod ita maluerit, ſtultus fuiſſe Cic. de Orat. 1 c. 27. Patiuntur opes ſtultitiam Hor. Epiſt. 1, 18, 29. Stultitia eſt a quibus bona precamur, ab iis porrigentibus et dantibus nolle ſumere Cic. de Nat. Deor. 3, 84.

STVLTITIES, ei. f. Tanta eſt inconſtantia ſtultitiei et peruerſitas Cic. de Sen. c. 2 *ex Poëta. Verum incerta eſt lectio.*

STVLTICEN, inis. m. Stulticines, qui nunquam virilia tractarunt Sariſber. 6, 16. *Qui ſtulta et amatoria canunt.*

STVLTICINIVM, i. n. Stulticinia amatoria perſonare Sariſber. 1, 6.

STVLTILOQVIVM, i. n. [μωρολόγιον] *Imprudens ſermo.* Plaut. Milit. 2, 3, 25 Paratum eſt dupliciter, ni reprimas tuum ſtultiloquium.

STVLTILOQVENTIA, ae. f. [μωρολογία] *Vt,* Occluſior ſtultiloquentia Plaut. Trin. 1, 2 *extr.*

STVLTILŎQVVS, a, um. Plaut. Perſ. 4, 3, 45 Tace, ſtultiloque.

STVLTIVĬDVS, a. um. *Qui ſtulte videt.* Plaut. Milit. 2, 3, 64 Stultiuidum ſe fateri.

STVPA, *vel* STVPPA, ae. f. *vel* STYPA, STIPA, STIPPA *denique, vt quibusdam placet.* [κάνναβις, στῆβις, ἄγγατα Gloſſ. Lat. Gr.] *Linum vile, aut, vt* Feſtus *notat,* Linum impolitum. Quod lini cortici proximum eſt, *vt ait* Plin. 19, 1 ſ. 3 *A Graeco* στυπεῖον, *quod* ſtupam *ſignificat: vel a ſtipando, quod ea ſtipetur nauis.* Incendit vrbem tam palam, vt plerique conſulares, cubicularios eius cum ſtuppa taedaque in praediis ſuis deprehenſos non attigerint Suet. Ner. c. 38. Liu. 21, 8 Id ſicut in pilo, quadratum ſtupa circumligabant, linebantque pice. *Add.* Id. 36, 6 *et* 42, 64. Lucret. 6, 880 Frigidus eſt etiam fons, ſupra quem ſita ſaepe Stupa iacit flammas concepto protinus igni. Virg. Aen. 5, 682 Stupa vomens tardum fumum, *etc.* Stippam *paſſim pro* Stupa *vel* Stuppa *inculcat* Seruius, *et inde* ſtipandi *verbum deriuat, v. g. ad* Aen. 5, 682. ¶ 2 Stipam, qua amphorae cum exſtruuntur, firmari ſolent, *memorat* Feſtus *voce* Stipatores.

Icſ. Scaliger comparat Tertull. Apolog. 12 p. 125 *Hauerc.* Quod ſimulacrum non prius argilla deformat, cruci et ſtipiti ſuperſtructa? *Et huc alludens* 15 p. 161 Diximus, originem deorum veſtrorum a plaſtis de cruce induci. *Fuerit igitur* ſtipa *crux aut ſtella lignea, quae argillam cmphorae interim ſuſtinet, dum indureſcat.*

STVPARIVS, a, um. *Quod ad ſtupam pertinet: vt,* Stuparius malleus, *qua lina tunduntur* Plin. 19, 1 ſ. 3.

STVPEVS, *vel* STVPPEVS, a, um. Adi. Virg. Aen. 8, 694 Stupea flamma manu, teliſque volatile ferrum Spargitur: arua noua Neptunia caede rubeſcunt. Idem Aen. 2, 236 Subiiciunt lapſus, et ſtupea vincula collo Intendunt. Retinacula ſtupea puppis Ouid. Met. 14, 547. *Add.* Grat. Cyneg. v. 36.

STVPEO, ui, ēre. [θαμβέω, ἐκπλήσσομαι, ἐξίσαμαι] Stupere *proprie dicitur is, qui torpore quodam captus languet immobilis, aut inopia conſilii, aut alia re ſubita ex iis, quae afficere animum ſolent, tarditatem iniiciente. Vid. Barth. Adu.* 5, 4. Perſ. Sat. 3, 32 Sed ſtupet hic vitio. Ter. Andr. 2, 1, 5 Ita poſtqam ademta ſpes eſt, laſſus cura confectus *(animus)* ſtupet. Cic. Verr. 5, 94 c. 36 Confirmant ipſi ſe, quum is etiam, tum ſemiſomnis ſtuperet. Curae leues loquuntur, ingentes ſtupent Sen. Hippol. v. 607. Quid ſtupes? Ter. Heaut. 2, 3, 21. *de animi deliquio.* Ouid. Met. 5, 509 Mater ad auditas ſtupuit, ceu ſaxea, voces. Occurſu ſtupuere ducis Lucan. 8, 16. Acies oculorum ſtupet, *vid.* ACIES. Ars ſtupet ambiguis malis, *Nauigandi peritiā propter ventos aduerſos, et inter ſe pugnantes haeret incerta, quid agat* Ouid. Triſt. 1, 2, 32. Corda ſtupent ſepulta mero Idem Rem. Amor. 806. Verba ſtupuerunt ignauo palato Idem Amor. 2, 6, 47. Hor. Serm. 1, 4, 28 Hunc capit argenti ſplendor, ſtupet Albius aere, *nimis admiratur. Et* Serm. 1, 6, 17 Qui ſtupet in titulis et imaginibus. Stupere in aliquo, *i. Adſpectu alicuius ſtupere* Valer. Argon. 1, 262. Cic. de Finib. 2, 77 Haec cum loqueris, nos Varrones ſtupemus, tu videlicet tecum ipſe rides.

STVPENS, entis. Partic. [θαμβῶν] *Vt* Carminibus ſtupens belua Hor. Carm. 2, 13, 33. Vultus ſeuerus, non moeſtus, nec ſtupens Quinctil. 11, 3. Pauida puella ſtupente Liu. 3, 44. Stupens ad frigus natura vini Plin. 14, 21.

STVPENDVS, a, um. Venire ad ingentium virtutum ſtupenda penetralia Nazar. Paneg. Conſtantini c. 6.

STVPEFĂCIO, ēci, actum, ĕre. [ἐκθαμβέω] Liu. 5, 39 Priuatos deinde luctus ſtupefecit publicus Pauor, poſtquam hoſtes adeſſe nuntiatum eſt.

STVPEFACTIO, ōnis. f. Auguſtin.

STVPEFACTOR, ōris. m. Sidon.

STVPESCO, ĕre. [πτοέομαι] *Stupidum fieri.* Poëta *ap.* Cic. de Orat. 3, 100 c. 26. Incidat, adſpiciat, admiretur, ſtupeſcat. *Conf.* Gell. 6, 13.

STVPEFĪO, ĕri. [τύφομαι] Cic. de Orat. 3, 50 c. 14 In quo igitur homines exhorreſcunt? quem ſtupefacti dicentem intuentur? Pars ſtupefacta ſilet, pars nondum exterrita latrat Claud. de Raptu Proſ. 3 v. vlt. Fratris adſpectu ſtupefactus haeſit Sen. Thyeſt. ſ. 7. Corda ſtupefacta Virg. Aen. 5, 643. *Add.* Val. Flacc. 5, 351 *et* 620.

STVPĬDVS, a, um. Adi. [ἐννεός] *Stupefactus.* Plaut. Epid. 4, 2, 13 Quid ſtas ſtupida? quid taces? Ter. in prol. Hec. 4 Ita populus ſtudio ſtupidus, in funambulo animum occuparat. Detinere aliquem ſtupidum Cic. in Parad. 5. Omnes ſtupidi timore obmutuerunt Auctor ad Heren. 4, 65 c. 52. ¶ 2 *Sed etiam mentis hebetudinem perpetuam notat.* Cic. de Fato 10 c. 5 Zopyrus Phyſiognomon ſtupidum eſſe Socratem et bardum, quod iugula concaua non haberet. *Superlat.* homo ſtupidiſſimus Non. 4. 437 *de ſtulto, iniquo ſec.* Non. ib. Stupidiſſimus eſt, qui non offenditur facto, quod non amat fieri Tertull. adu. Marc. 1, 26. Stupidiſſimae mentes Id. ad Nat. 1 c. vlt.

STVPIDĬTAS, ātis. f. [ἔκπληξις] Idem quod Stupor Cic. Philipp. 2, 80 c. 32 In quo primum incredibilem ſtupiditatem hominis cognoſcite. *Add.* Acc. ap. Non. 3, 235.

STVPĬDO, āre. Mart. Capel. 1 Quod pauidum ſtupidet ſapiens ſolertia vulgus. Seria marcentem ſtupident commenta maritum Id. ib.

STVPOR, ōris. m. [θάμβος, ἔκστασις, τάρβος, πτόησις, ἀναισθησία] *Alienatio quaedam ſenſuum, vel temporaria, vel perpetua ſ. habitualis.* Cic. in Piſon. 1 Pauci iſta tua lutulenta vitia noueramus, pauci tarditatem ingenii, ſtuporem, debilitatemque linguae. Idem Philipp. 3, 16 c. 6 Qui propter haeſitantiam ſtuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. *De Bambalione.* Idem Tuſc. 3, 12 Immanitas in animo, ſtupor in corpore. Cic. pro Domo 97 Tum vero neque illud meum factum laudabile, *etc.* eamque animi duritiem, ſicut corporis, quod cum vritur, non ſentio, ſtuporem potius quam virtutem putarem. Sin autem id non videt, periculum eſt, ne ſe ſtuporis excuſatione defendat Cic. de Aruſp. Reſp. 5. Tantus igitur te ſtupor Oppreſſit, vt non ſcias, *etc.* Cic. Phil. 2 c. 26. Qui morbo aliquo et ſenſus ſtupore, ſuauitatem cibi non ſentiunt Cic. Philipp. 2, 115 c. 45. Oculos ſtupor vrget inertes, *Oculi hebetes ſiunt prae morbo* Virg. Georg. 3, 523. In verbis eius eſt ſtupor Cic. Philip. 2, 30. Sed ſtuporem hominis, vel dicam pecudis, attendite Idem ibid. ¶ 2 *Pro homine ſtupido:* talis ille meus ſtupor, nil videt, nihil audit, Ipſe, quid ſit, vtrum ſit an non ſit, id quoque neſcit Catull. 17, 21.

STVPORATVS, a, um. Omnis gloria vana et ſtuporata Tertull. de Cultu Fem. 2, 3.

STVPRVM, i. n. [μοιχεία] *Coitus venereus cum perſona, quae eo ipſo corrumpitur, virgine, vidua, maritata, mare.* Modeſtinus l. 101 *pr.* de S. V. Inter ſtuprum et adulterium hoc intereſſe quidam putant, quod adulterium in nuptam, ſtuprum in viduam *(ſolam, non nuptam)* committitur. Sed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur. Papinian. l. 6 §. 1 ad L. Iul. de adulter. Lex ſtuprum et adulterium promiſcue et καταχρηστικότερον appellat. Sed proprie adulterium in nupta committitur, propter partum ex altero conceptum compoſito nomine: ſtuprum vero in virginem viduamue committitur, quod Graeci φθορὰν appellant. *Nempe* ſtuprum, *vt diximus, eſt corruptio, in* adultera *proſtituti olim pudoris* ſtuprum *proprie non committitur. Neque ergo omni in* ſtupro *eſt adulterium, nec vbi* adulterium *eſt, ibi ſemper* ſtuprum *accuſari poteſt.* Hieron. Epitaph. Fabiolae, Solo ſtupro et adulterio condemnato paſſim per lupanaria libido permittitur. Cic. Tuſc. 4, 75 Stupra dico, et corruptelas, et adulteria, inceſta denique. Idem Poſt redit. in Senat. 12 Vini, ſomni, ſtupri plenus. Stuprum, *inquit* Nonius 6, 44 Quod cum viduis aut virginibus committitur, hoc ſolum dici putant, veteres pro Adulterio et vitio ponunt. Plaut. Amph. 3, 2, 2 Stupri, dedecoris a viro argutam meo. Salluſt. 3 Ac ſtatim fugitiui contra praeceptum ducis rapere ad ſtuprum virgines matronaſque. Nata Lucreti ſtuprum ſaeui Paſſa tyranni Sen. Octau. v. 302. *Hic* fuit ſtuprum cum adulterio. Auctor ſtupri Ouid. de Arte Ar Foeda ſtupra Claud. de Bell. Get. 84. Intercutia ſtupra *v. h. v.* fandi ſtupri raptor Sen. Hippol. ſ. 5. Appellare aliquem pro, *vid.* APPELLO. Argui ſtupri a viro ſuo Plaut. Ampl Compertus in ſtupro, *vid.* COMPERIO. Conceptus ſtupr Sen. Troad. 4. Debilitatus ſtupris, *vid.* DEBILITO. ſtuprum nefarium Cic. pro Milon. 74 c. 27. Idem de N 3, 68 c. 27 Qui non ſat habuit coniugem Illexiſſe in ſtuprum. Off. 3, 38 c. 19. Idem in Piſon. 95 c. 39 Cum ſtuprum Bonae vinaribus intuliſſet. Inferre ſtuprum in aliquam domum Parad. 3. Obſidere ſtuprum, *vid.* OBSIDEO. Ofi prum, *vid.* OFFERO. Paſſa ſtuprum ſaeui tyranni Lucr Octau. 6. Cic. pro Domo 105 c. 40 Qui non ſolu ctu, ſed etiam inceſto flagitio et ſtupro polluit nias. Repetere luxuries ac ſtupra alicuius ab Pſeudo-Cic. Anteq. iret in exil. 19. Solutus morbis que Claud. de Bell. Gild. 446. Stuprum *pro Turpitudine v flagitio,* Vet. Gl. μιασμός. Naeuius *ap.* Feſtum, Seſeque mauolunt ibidem, quam cum ſtupro redire ad ſuos populares Sin illos deſerant fortiſſimos viros, magnum ſtuprum pop pergetis.

STVPRE. Adu. *Pro* Turpiter *dixiſſe antiquos auctor eſt* Feſ leus, Foede ſtupreque caſtigor: αἰσχρῶς.

STVPRO, āre. [διακορεύω, μοιχεύω] *Stuprum inferre, vel tere.* Plaut. Truc. 4, 3, 47 Loquere, filiam meam quis integ prauerit. *Add.* Id. Aul. Prol. v. 36. Vatin. ad Cic. Fam. 5, minem vnum omnium crudeliſſimum, qui tot ingenuas matres ſtuprauit. Cic. de Finib. 5, 64 c. 22 Qui interficeret filiam, praretur. Idem de Fin. 2, 96 c. 20 Stuprata per vim L regis filio, teſtata ciues ſe ipſa interemit. *Conf.* Aurel. Vic illuſtr. c. 55. Quinctil. Decl. 730. Polluere religione endo aut ſtuprando Cic. pro Domo 125. Puluinar quo ras Cic. de Aruſp. Reſp. 33 c. 15. Emto ſtupratoque iu Att. 1, 18 *al.* conſtup. Theatra ſtuprandis moribus orien tull. Apol. c. 6.

STVPRATIO, ōnis. f. Arnob. 2 p. 73.

STVPRĀTOR, ōris. m. [διακορευτής] Quinctil. 7, 5 *ad fin* prator an decem millia dare debeat, quae poena huic crimini tuta eſt. Sen. Hippol. 897 Hic dicet enſis, quem tumultu ter quit ſtuprator. *Add.* Sen. Controu. 3, 21. Sidon. Ep. 5, 19. Met. 9 p. 229.

STVPRŌSVS, a, um. Adi. Valer. 6, 1, 8 Metellus quo ler ſtuproſae mentis acer punitor exſtitit. Mentis, *i. Voluntati mi. non enim matremfamilias ſtuprauerat is, qui puniebatur, ſed re voluerat.*

STVRNVS, i. m. Auis gregatim volans Plin. 28, 8 Adi amylo aut cimolia, ſed maxime ſturni, quos captos oryza tan ſcunt. Ex vetuſto exemplari legendum, Sed maxime qui capt tial. 9, 55 Nunc ſturnos inopes fringillarumque querelas dit, et arguto paſſere vernat ager. *Conf.* Auctor Philomelae Plin. 10, 24.

S T Y

STYGIVS, *vid.* STYX.

STYLOBĀTA, ae. m. [στυλοβάτης] *Parietes, qui ſubiiciuntu mnis, et onera excipiunt, nuncupantur* Stereobatae: *quibus mox ſ nuntur* ſtylobatae *ſingularum columnarum baſes, ſuper quas demu cuiusque eriguntur columnae.* Vitruuius 3, 3 Supra terram pariet ſtruuntur ſub columnis dimidio craſſiores, quam columnae ſunt fu vti firmiora ſint inferiora ſuperioribus, quae ſtereobatae appel nam excipiunt onera. *Paullo poſt,* Ad libramentum ſtylob collocandi, ſupra ſtylobatas columnae diſponendae. *hunc locum explicans ſic ait, Hi parietes modo* Stereobata Stylobatae *vocantur (vulgus* Pedeſtala *dicit) ſupra quos tur baſes. Alias non negauerim* Stereobatam *poſſe vocari velut baſim, quod* Baſſamentum *vulgo dicunt, ſicut* Stylobatam *columnarum fulcimentum. Haec ille.* Varro de R. R. 1, 13, 3 Chor fundo magno duae aptiores: vna, vt interius compluuium habeat lo vbi aqua ſaliat, qui intra ſtylobatas quum venit, ſit ſemipiſcina. enim ex aruo aeſtate reducti, hic bibunt, hic perfunduntur. *rum columnarum baſes intelligit. Sed* 3, 5, 11 *et* 12 Columnarum ſtylobates *eſt vna perpetua baſis, vnus murus, vt* epiſtylium *vna perp impoſita columnis trabeatio. Conf.* Vitr. 5, 9.

STYLVS, *ſ.* STILVS, i. m. [στῦλος] *Graecae originis poteſt etiam ſi per* I *ſcriptum antiquitus forte reperias, quod quo maturius re a Graecis voces, tanto magis illas immutare conſueuerunt. Eſt* Stylus *apud Graecos columna, vt vel* Stylobates *modo nos docuit,* ſtylus *et* Picnoſtylus *de quibus ſſ. ll. Vt autem* ὀβελὸς *ſ. obelus ad literas et ſignum criticum improbandi et quaſi iugulandi verſum latum eſt: ita* ſtylus *dici coepit de rebus* paruis *columnae ſimilitu qualemcunque habentibus. V. g. accipitur pro ſudibus acutis.* Et ſtyl culitur, caecum in veſtigia telum Sil. 10, 415. *Conf. Drakenb.* Columel. 11, 3, 53 Deinde eas confecto aequinoctio paullulum infr ram ſecare et ligneo ſtylo laxatis vel rubi, vel ferulae medullis, immittere, atque ita ſemina cucumeris inſerere. Stylus, *Primum teres virgultum, vnde tandem ſit arbor.* Columel. 5, 10 Omnis nux vnam radicem mittit, et ſimplici ſtylo prorepit. *Ibidem ſub capitis,* Danda eſt opera, vt dum teneros ramulos habent, veluti nentur, et ad vnum ſtylum primo anno ſemina redigantur. 2, 79 *et* de Arb. 25, 2. *Sic ſunt* Stili aſparagorum 11, 3, 46. 11, 3, 58. Stylo aeneo purgandi *ſunt, i. auferendi* vermes de *meſpil* lad. Mart. 10, 20. ¶ 2 *Nobiliſſimus* Stylus, *inſtr aeneum, quo in ceratis tabellis antiquitus ſcribebatur. Etiam hac catione Graecum eſſe oſtendunt viri docti e Strabon. l.* 14 *p.* 446 Ἡγησίας ὁ ῥήτωρ ὡς ἦρξε μάλιστα τοῦ Ἀσιανοῦ λεγομένου στύλου. *Sed poteſt, Strabo nomen a Latinis auditum ſuo reddidiſſe. Sic* στύπος ſtipes *eſt.* Vet. Gloſſ. γραφεῖον, ſtilus. *Figuram* ſtili *vna parte acutam ad ſcribendum, altera ad delendas literas planam, deſcripſimus ex* Prudentio *et* Sym poſ. *voce* GRAPHIVM. *Huc reſpiciens* Quinctil. 10, 4 *pr.* Sequitu emendatio, pars ſtudiorum longe vtiliſſima. Neque enim ſine cau creditum eſt, ſtilum non minus agere, cum delet. Plaut. Bach. 4, 63 Effer cito. P. quid? C. ſtylum, ceram, tabellas et linum. Literarum formas tabellis inſculpere, vt per illos velut ſulcos ducatur ſtilus Quinctil. 1, 1, 27. Stylus *ſ.* Stilus *eſt ſcribendi i. literas formandi facult qu*

ten ea manu peragitur, quam etiam Manum hodie vocare ſolemus. inc 1, 28 Non eſt aliena res, quae fere ab honeſtis negligi ſo- cu bene ac velociter ſcribendi. Nam cum ſit in ſtudiis praeci- m, eoque ſolo verus ille profectus, et altis radicibus nixus pare- ſcribere ipſum, tardior ſtilus cogitationem moratur, rudis et con- intellectu caret vnde ſequitur alter dictandi, quae ex his (confu- intellectu carentibus) transferenda ſunt, labor. Porro Stylus ſ. Stilus Structura ipſa orationis. Ter. in prol. Andr. 12 Diſſimili oratione tamen ac ſtylo. Vbi Donatus, Oratio, in ſenſu: ſtylus in verbis. Ora- ades: ſtylus, ad verbum. Plin. Epiſt. 1, 8 Onerabit hoc mode- ſtram etiam ſi ſtylus ipſe fuerit preſſus, demiſſusque. Cic. de 150 c. 33 Stylus optimus et praeſtantiſſimus dicendi effector ac Scribendi exercitatio. Repetiuit Quinctil. 10, 3 pr. quo in lo- ures ſententiae et loquendi rationes, quae ad h. l. pertinent. V. g. ſ. primo vel tardus, dum diligens, ſtilus — Delectus enim rerum nque agendus eſt, et pondera ſingulorum examinanda: poſt tio collocandi, verſenturque omni modo numeri, etc. ſ. 17 e per materiam ſtilo quam velociſſimo. ſ. 19 In ſtilo quamli- erato dat aliquam cogitationi moram non Conſequens celerita- s (cogitationis) manus (eius, qui ipſe quae cogitat ſcribit) ille, imus, vrget, etc. Periculum ſtili Scribon. Ep. fin. Sty- di opifex Cic. Fam. 7, 25. Vnus enim ſonus eſt totius , et idem ſtylus Idem de Clar. Orat. 100. Idem de Orat. 3, Hanc ad legem cum exercitatione, cum ſtylo, qui et alia et ime ornat et limat, formanda nobis oratio eſt. Attico ptae orationes Idem de Clar. Orat. 167 c. 45. Cunctante ubratum opus per omne aeui tempus plenis gloriae velis fere- Max. 3, 7 extern. 1. Stilus decretorius Sen. Declam. 1, 14 quo credatur. Cic. in Orat. 150 c. 44 Sed tamen ſtylus exerci- ciet facile hanc viam componendi. Mollior ſtylus Ma- rn. 6, 3 ad finem. Negligens ſtylus Quinctil. 2, 4. Preſ- ſusque ſtylus Plin. Epiſt. 18. Idem Epiſt. 5, 2 Syllogiſmi ipti et effecti, quod ſtylo quoque aſſequi magnum eſt. i. Me- empore, ſcriptione, cura, diligentia. Conſcribere ſcelera ſtylo ic. de Aruſp. Reſp. 1. Idem de Orat. 2, 96 c. 23 In ſumma ineſt luxuries quaedam, quae ſtylo depaſcenda eſt. i. Exerci- ribendi, qua diligentius cogitandi omnia et ponderandi occaſio con- iam intercipit extemporalis dictio. Notiora minus Egent 2, 43, 4. Plin. Epiſt. 1, 8 Quid fuerit vtilius, quam itiae rationem etiam ſtylo proſequi? Requieſcit ſtylus lectio- til. 1, 12. Plin. 34, 14 ſ. 39 Et ſtilo ſcribere intutum, an Fluctuat enim eius loci ſcriptura pariter et ſententia. Illud li- aret, aliquando etiam ſtilis eſſe interdictum, ne pro pugionibus ur homines, quod in Caſſiano factum ex Prudentio notum, vid. M. Vtrum autem ad Porſenae foedus hoc interdictum pertine- multum necis Clodianae obſcuriuſculum, niſi quod Porſenae aeta- ra raritate literarum non videtur opus lege fuiſſe. Paterc. 1, 16 amen temperare mihi, quin rem ſaepe agitatam animo meo, ne- quidum ratione perductam, ſignem ſtylo. h. e. In mea includam Hor. Serm. 1, 10, 72 Saepe ſtilum vertas, iterum quae di- int Scripturus. Vertere ſtylum, eſt Inducendi expungendique i partem acutam ſurrigere qua ſcribimus: altera quae retuſior ior, proclinata, et ſcriptis delendis impacta. Quippe Hierony- ue meliorem ſtyli partem vocat, quae peiora de auctoribus con- adatque. Cic. Verr. 2, 101 Quum haec ad iſtum afferrentur, iquando, et commotus eſt, vertit ſtylum in tabulis ſuis, quo ſam omnem euertit ſuam deleuit ſcripta. Sed et in Rufinum onymus, Illico vertis ſtylum, et omnia laudata prius, vitupe- odem ore et dulce proferens et amarum. Plinius in Praefatio- ſi hoc Lucilius, qui primus condidit ſtyli naſum, dicendum it, etc. Primus irridere homines Scripto auſus eſt, vid. NA- n. Cic. pro Cluent. 123 Si ideo quia ſubſcripſerint: videte is, etc. Cenſorium ſtylum, cuius mucronem multis remediis oſtri retuderunt, aeque poſthac, atque illum Dictatorium gla- timeſcamus. Dare poenas ſtyli Caec. ad Cic. Fam. 6, 7.

TYLO, ſ. STILO, āre. Stilum emittere, vt a Gemma, gemmare, e germinare, et radiare a Radio. Nondum reperi auctorita- dia: ſed adhuc puto, ratione et analogia duce reſtituendum eſſe Co- lla 4, 33, 3 vbi de Caſtaneis depoſitis, Simulatque ſemina ſtillaue- (legendum olim vidi ſtilauerint) etiam bima transferri queunt, in- ur, ac bini pedes arbuſculis vacui relinquuntur, ne denſitas naciet.

YMMA, ătis. n. [ϛύμμα] Spiſſamentum, conſtipatum quidquam, a quod Latino ſtipo reſpondet. Plin. 13, 1 ſ. 2 Narciſſinum quoque ore arciſſi deſiit componi. Ratio faciendi duplex, ſuccus et cor- Il olei generibus fere conſtat, hoc odorum. Haec ſtymmata nt, illa hedyſmata, vid. HEDYSMATA. Stymma cum corpus ipſum m conſtipatur, et ſuo ſibi ſucco conditur.

TYMPHĀLVS, i. m. [Στύμφαλος] it. STYMPHALA, orum. n. Arca- vrbs, lacus et mons, ex quo Eraſinus fluuius erumpit in Argiuam ter- Acriſonus Stymphalus Stat. Theb. 4, 298. Idem Silu. 4, Quantusque niualem Stymphalon, quantusque iugis Erymanthon ſis erraueris.

TYMPHĀLIS, ĭdis. Patronym. [Στυμφαλὶς] Stymphalides aues, itudine gruibus pares erant (vt tradit Pauſan. Arcad.) Figura ibi- ſimiles, roſtra habebant ita ſolida et dura, vt arma penetrarent; ſuberi m ſi cedebant. Harum meminit Plin. 11, 37 Stymphalia monſtra llat Catull. vt ſtatim videbimus. Eas aues ſagittis ſuis confixit Her- , vt declarant verſus Catulli, et tradit Pauſanias Arcad. Sed Diodo- Siculus ſcribit 4, eum conſtructo aeneo crepitaculo, et ingenti per nitu excitato illas abegiſſe. De his Lucret. 5, 31 Vncisque timen- Vnguibus Arcadiae volucres Stymphala colentes? Vndae mphalides Ouid. Faſt. 2, 273.

TYMPHALĬCVS, a, um. Adi. Plaut. Perſ. 1, 1, 4 Aues mphalicae.

TYMPHALIVS, a, um. Adi. [Στυμφάλιος] Vt Monſtra Stympha- Catull. ad Mallium ſ. 69, 112.

STYPTERIVM, i. et STYPTERIA, orum. n. [ϛυπτηρία] Alu- Vlp. in l. 3 §. vltimo. D. de reb. eorum, qui ſub tut. Si lapicidinas, qua alia metalla pupillus habuit Stypteriae, vel cuius alterius teria etc.

STYPTĬCVS, a, um. Adi. [ϛυπτικὸς] Strictiuus vel obſtructo- Latine dicitur: a ϛύφω. Plin. 24, 13 Inter medicamenta quae ſty- ca vocant, nihil efficacius rubi mora ferentis radice, decocta in vi- tertias partes.

STYRAX, ăcis. m. [ϛύραξ] Arbor, e qua manat liquor eiuſdem nominis, coloris flaui, ſordidi, reſinoſi, albicantibus fragmentis, odoris perſeuerantis: hodie officinae ſtoracem appellant, ſicut etiam alii in locis auctorum allegatis legunt. Plin. 12, 17 Ex Syria reuehunt ſtyracem, acri odore eius in focis abigentes ſuorum (intell. odorum, quos ipſi exhalant) faſtidium. Caetero, non alia ligni genera ſunt in vſu quam odorata. Conf. Id. 17, 8 et 24, 6. it. 12, 25 et 13, 2. Sammonic. p. 28. Scribon. 89. 167. 170. Idaeus ſtyrax Virg. in Cyri 168.

STYX, ўgis. f. [Στὺξ] Palus apud inferos dicitur, de qua legimus Aen. 6, 369 Stygiamque paludem, Dii cuius iurare timent et fallere numen. Quod ſecundum fabulas ideo eſt, quia dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum Ioui fauiſſe: pro cuius remuneratione Iupiter tribuit, vt iurantes dii per eius matrem non audeant fallere. Ratio autem haec eſt, Styx moerorem ſignificat: vnde ἀπὸ τῦ ϛυγερῦ, id eſt, a triſtitia Styx dicta eſt. Dii autem laeti ſunt ſemper; vnde et immortales. Ergo quia moerorem non ſentiunt, iurant per rem ſuae naturae contrariam, id eſt triſtitiam, quae eſt aeternitati contraria. Ideo iusiurandum per exſecrationem habent. Hactenus Seruius, enarrans hunc locum Virg. Aen. 6, 134 Bis Stygios innare lacus, etc. Sed eſt etiam in ipſa rerum natura Styx. Vitruu. 8, 3 Eſt in Arcadia Nonacris etc. Locum enim integrum dedimus voce NONACRIS. Plin. 30 extr. Vngulas tantum mularum repertas, neque aliam vllam materiam, qaue non perroderetur a veneno Stygis aquae, cum id daudum Alexandro Antipater mitteret, memoria dignum eſt, magna Ariſtotelis infamia excogitatum. Eſt et alia palus in Aegypto iuxta Memphim, quam veteres Styga vocauere. Atra Styx Virg. Georg. 1, 241. Violenta Styx Ouid. Faſt. 3, 802.

STYGIĀLIS, e. Adi. Virg. in Ciri 374 Hinc magico venerata Ioui Stygialia ſacra. i. inferna.

STYGIVS, a, um. Poſſeſſ. [Στύγιος] Columel. 10, 64 Tumque ſimul Stygium regem videre trementem Tartata. Amnes Stygii Ouid. Met. 14, 592. Aqua Stygia Tibull. 1, 10, 38. Canis Stygius, Cerberus Senec. Herc. fur. 9. Ianitor Stygius, Cerberus Sil. 2, 35. IVNONI STYGIAE dedicatum marmor Reineſ. Inſcr. 1, 34 p. 61 quod recte confert vir ſummus cum Stat. Theb. 4, 526 Stygiaeque ſeuerus Iunonis thalamus i. Proſerpinae. Sed tamen deinde coniicit, forte SDYGIAM eſſe debere i ZYGIAM, de qua ſ. l. Iuppiter Stygius, Pluto Virg. Aen. 4, 638. Grut. Inſcr. p. 23, 6 GENIO IOVI STYGIO SANCTO S. Nox Stygia Ouid. Met. 3, 695. Os Stygium, Venenatum Idem Met. 3, 76. Quique halitus exit Ore niger Stygio vitiatas inficit herbas. de ſerpente quodam. Palus Stygia Virg. Aen. 6, 323. Regnum Stygium Lucan. 7, 169. Rex Stygius, Pluto Virg. Aen. 6, 252. Tenebrae Stygiae Idem Georg. 3, 551. Vallis Stygia Ouid. Met. 6, 662. Vmbrae Stygiae Idem Met. 1, 139. Vndae Stygiae Virg. Aen. 3, 215.

S V A

SVADEO, ſi, ſum, ēre. [προβιβάζω] Accommodatis et ſuauibus verbis conari aliquem in opinionem noſtram traducere: vid. de hoc verbo Barth. ad Claud. Paneg. Manl. ſecundae recenſ. Suadere Scribon. 9. de medico. Ter. Andr. 4, 1, 38 Suadere, orare, vsque adeo donec perpulit. Ouid. Amor. 1, 6, 59 Nox, et amor, vinumque nihil moderabile ſuadent. Cic. Fam. 13, 4 Haec quae ſupra ſcripta ſunt, eo ſpectant, vt te horter et ſuadeam, reliqua ſunt quae pertinent ad rogandum. Mihi fortuna, multis rebus ereptis vſum dedit Bene ſuadendi Sall. in Fragm. c. 26. Acerrime ſuadere Vell. 2, 63, 2. Cic. de Prouinc. Conſul. 42 c. 17 Nam poſtea me, vt ſibi eſſem legatus, non ſolum ſuaſit, verum etiam rogauit: quo loco non hoc conficitur, vt dicere auctore Tullio liceat, Suaſit me pro Suaſit mihi: cum vel ad rogauit, quod mox ſequitur, intentus, illud Suaſit velut in parentheſi poſuerit; vel imitatus ſit Atticos et Plautum, qui dicunt v. g. fac me vt ſciam, etc. Nemo eſt, qui ſuadere tibi Sapientius poſſit de ipſo Cic. Fam. 2, 7. Idem Att. 13, 37 Tu autem quod ipſe tibi ſuaſeris, idem mihi perſuaſum putato. Idem Philipp. 2, 26 An C. Trebonio perſuaſi, cui ne ſuadere quidem auſus eſſem? Idem Philipp. 2, 24 Duo tempora tamen inciderunt, quibus aliquid contra Caeſarem Pompeio ſuaſerim. Idem Att. 8, 16 Memini quid mihi tum ſuaſeris per Theophanem, per Culeonem. Amor ſuaſit facinus Ouid. Met. 8, 90. Fugam ſuadere Stat. Theb. 11, 52. Legem ſuadere. Cic. de Senect. 14 Legem Voconiam magna voce et lateribus ſuaſiſſem. Luxum ſuaſere rapinae Lucan. 1, 162. Multa paupertas ſuaſit Lucret. 6, 1280. Nefas ſuaſit egeſtas Lucan. 1, 173. Pacem ſuadere, et de pace Cic. Fam. 7, 3. Quinctil. 3, 10. Silentia digito ſuadere Ouid. Met. 9, 691. Somnos nox humida ſuadet Idem Faſt. 2, 635. al. Vltima. Somnos ſuadent ſidera cadentia Virg. Aen. 2, 9. Tollendum ſuadeo Scribon. 53. Suadetur, paſſ. Plaut. Trinum. 3, 2, 44 Minus placet magis quod ſuadetur: quod diſſuadetur placet.

SVADENS, entis. Partic. Vt, Suadentibus deinde quibusdam Iuſtin. 11, 14, 4. Verba ſuadentia Stat. Theb. 11, 135.

SVADENTER. Adu. [πιθανῶς] Apte ad perſuadendum. Suadenter loqui in litibus Arnob. 2 p. 56. Add. Iren. in praef. libri 1.

SVADĔLA, ae. f. [πειθὼ] Suaſio dicitur. Plaut. Ciſtell. 2, 3, 24 Iam perducebam illam ad me, ſuadela mea. Suadelis addere cuneum Apul. Met. 9 p. 225. Conſilio et ſuadela deflecti Id. Doctr. Plat. 2 p. 28. Vid. PYTHO. ¶ 2 Suadela, Dea, quae nuptiis vna cum Venere praeerat, quod ex Plutarcho colligere eſt; cum ſcribit, ἢ ὅτι πέντε δᾶδας θεῶν τȣ̀ς γαμȣ̃ντας οἴονται, Διὸς τελείȣ, καὶ Ἥρας τελείας, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Πειθȣ̃ς, ἐπὶ πᾶσι δ᾽ Ἀρτέμιδος. Phurnutus etiam ſcribit, aſſidere Veneri Gratias, Suadelam, Mercurium, quod Suadela oratione et gratia amatores pelliciat. Hor. Epiſt. 1, 6, 36

Scilicet vxorem cum dote, fidemque et amicos
Et genus et formam regina pecunia donat:
Et bene nummatum decorat Suadela Venusque.

h. e. Ille et perſuadere poteſt, quidquid lubuit, et amabilis videtur.

SVADA, ae. f. Pitho, perſuaſionis dea dicta eſt. Cic. de Clar. Orat. 59 c. 15 Πειθὼ quam Graeci vocant, cuius effector eſt Orator, hanc Suadam appellauit Ennius: eius autem Cethegum medullam fuiſſe vult, vt quam deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeſſitauiſſe, huius hic medullam noſtrum Oratorem fuiſſe dixerit. Add. Id. de Sen. c. 14 et Att. 12, 36. Quinctil. 2, 16.

SVADIBILIS, e. Adi. [εὐπειθὴς] Sapientia ſuadibilis Vulgat. Iac. 3, 17 quae ſuaſioni cedit.

SVADILVDIVS, i. m. Tertull. vid. Barth. ad Stat. Theb. 4 p. 1092. Vid. SVAVILVDIVS p. p.

SVASVS, a, um. Megadorus a ſorore ſuaſus ducere vxorem Plaut. Aul. arg. v. 6. Propter ſuaſam eſcam Alcim. Suaſum color appellatur, *inquit* Feſtus, qui fit ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento albo Plaut. (Truc. 2, 2, 16) Quia tibi ſuaſo infeciſti propudioſa pallulam. Quidam autem legunt Inſuaſo. Nec deſinunt qui dicant omnem colorem qui fiat inficiendo, ſuaſum vocari, quod quaſi perſuadetur in alium ex albo tranſire. *Haec* Feſtus, *voce* INSVASVS. *Conf. Voſſ. Etymol. p. 498.*

SVASVM, i. n. Serpentis ſuaſa loquentis Accepi Tertull. *aut* Cyprian. in Geneſ. c. 3.

SVĀSOR, ōris. m. *Qui ſuadet.* Cic. Off. 3, 109 c. 30 Poſthumius ſuaſor et auctor fuit. Idem Att. 16, 7 Etſi quamuis non fueris ſuaſor et impulſor profectionis meae, approbator certe fuiſti. Eidem 16, 17 Quamquam haec epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris. Idem Philipp. 2, 29 c. 12 Quid enim intereſt inter ſuaſorem facti et probatorem?

SVASORIVS, a, um. Adi. *Quod pertinet ad ſuadendum.* Et Pars deliberatiua, a Rhetoricis ſuaſoria dicitur, *vt apud* Quinctil. 3, 8. Agamemnonis ſuaſoria Petr. c. 6. *ſcil. declamatio.* Suaſoriae *ſunt apud Rhetorem*, Materiae inter rudimenta dicendi Quinctil. 2, 1. Declamare ſuaſorias Idem 3, 8.

SVADVS, a, um. Adi. Apul. Met. 11 p. 272 Suada maieſtas Stat. Theb. . . . Suadus cruor. Delinitus ſuadae Coniugis amplexibus Mart. Capella 1 p. 2. Tua delenifica et ſuada Facundia Symmach. Ep. 3, 6. *Hinc* Maleſuadus *de quo ſ. l.*

SVASIO, ōnis. f. Cic. in Orat. 37 Sed quoniam plura ſunt orationum genera, eaque diuerſa, neque in vnam formam cadunt omnia, laudationum, ſcriptionum, et hiſtoriarum, et talium ſuaſionum, qualem Iſocrates fecit panegyricum. *Et* de Orat. 2, 333 c. 81 Praecepta quae de ſuaſionibus tradenda ſunt. *Sic* de Clar. Orat. 140 c. 86 Suaſio legis Seruiliae. Et exhortatio et ſuaſio et ipſa argumentatio Sen. Ep. 95. Genus deliberatiuum habet in ſe ſuaſionem et diſſuaſionem Auct. ad Her. 1 c. 2. Illorum ſuaſioni occurrendum eſt Plin. Valer. 3, 52. *i. perſuaſioni, opinioni.*

SVASVS, ûs. m. Vlp. in l. Item ſi obſtetrix §. 1 D. Ad legem Aquil. Si quis per vim vel per ſuaſum medicamentum alicui infudit, vel ore, vel clyſtere, *etc.* Daui ſuaſu non repugnat Pamphilus Ter. Andr. Arg. v. 8. Ne ob meum ſuaſum indigna iniuria afficiatur Idem Phorm. 5, 1, 3. Iuſſu et increpitu, non ſuaſu Tertull. adu. Marc. 4, 8.

SVALTERNICVM, i. n. [σαλτέρνικον] *Genus electri.* Plin. 37, 2. *Harduin. legit* Subalternicum.

SVĀMET. [ἑαυτῷ] *Ablatiuus a* Suus, *cum ſyllabica adiectione* MET. Plin. 10, 59 Anſeres ſuamet vi colla ſua abrumpunt.

SVAPTE. [ἑαυτῷ] *Sua ipſius; et* SVOPTE *ſuo ipſius: Ablatiui a* Suus *cum ſyllabica adiectione* PTE: Cic. Tuſc. 1, 40 c. 17 Terrena et humida ſuopte nutu et ſuo pondere ad pares angulos in terram et in mare feruntur. Suapte, *ſine adiecto.* Cic. Att. 6, 7 Quintus filius ſuapte, pie, ſane, me quidem certe multum hortante, ſed currentem, animum patris ſui ſorori tuae reconciliauit. *Sic legebatur: ſed nunc omittitur* Suapte. Lucret. 6, 755 Sed natura loci hoc opus efficit ipſa ſuapte. *al. leg.* Suâ vi. Suapte *hic, apud* Ciceronem *l. c. et apud* Catull. 51, 6 *defendit Iſ. Voſſ. ad Catull.* l. c. p. 113. *Nempe ita legit* Sonitu ſuapte Tintinant aures, *non* ſuopte. *Conf.* Sen. de Benef. 4, 17.

SVARIVS, *vid.* SVS.

SVARNI, *Indomitae gentes*, quae auri tantum metalla in Caucaſi portis fodiunt Plin. 6, 51.

SVASIO, SVASOR, *vid.* SVADEO.

SVĀTIM. [ὑηδὸν] Ad ſimilitudinem ſuis, *inquit* Nonius 1, 190 Nigidius Commento grammatico, Sunt etiam adſimilanter dicta haec canatim, ſuatim, bouatim, quae ab animalibus ſumuntur.

SVAVIS, e. Adi. [ἡδύς, μείλιχος] *Dulcis, iucundus ſenſibus cum molli quodam ſenſu.* Plaut. Ciſt. 1, 1, 17 Ventum gaudeo ad te ecaſtor: ita hodie hic acceptae ſumus ſuauibus modis. Cic. pro Corn. Balb. 36 Comes, benigni, faciles, ſuaues homines eſſe dicuntur. Non eadem omnia aeque omnibus ſuauia eſſe ſcito Plaut. Aſin. 3, 3, 51. Amicitia ſuauis Lucret. 1, 142. Cic. Fam. 2, 12 Nam et honorificus in me Conſul fuit, et ſuauis Amicus. Amor ſuauis Lucret. 1, 923. Aurae ſuaues Idem 3, 223. Cic. Fam. 13, 27 Tum pro familiari Conſuetudine ſaepe ex me audierat quam ſuauis eſſet inter nos, et quanta coniunctio. Flores ſuaues Lucret. 1, 7. Herbae ſuaues Virg. Ecl. 2, 49. Homo ſuauis, per ironiam Ter. Phorm. 2, 3, 64. Lingua ſuauis Lucret. 1, 414. Loquelae ſuaues Idem 1, 40. Sermo ſuauior Hor. Serm. 1, 10, 23. Sopore ſuaui deuinxit membra Lucret. 4, 455. *Superl.* Vellei. Paterc. 2, 114, 1 O rem experientia ſuauiſſimam. Plaut. Ciſt. 1, 3, 45 Amor ſuauiſſimus.

SVAVĬTAS, ātis. f. [ἦδος] *Dulcedo.* Cic. Att. 6, 16 Miram in eo pietatem, ſuauitatem, humanitatemque perſpexi. Idem Fam. 3, 1 Sic enim tibi perſuade, cariſſimum te mihi eſſe, quum propter multas ſuauitates ingenii, officii, humanitatis tuae. Non aurum, nec argentum, nec exquiſita ingenia coenarum, ſed ſuauitatem tuam iucunditatemque miramur Plin. Paneg. c. 49. Odoris ſuauitas Idem 12, 12. Oris ſuauitas Quinctil. in Prooem. 6. Sermonis ſuauitas Idem ibid. 6. Cic. de Orat. 3 c. 11.

SVAVITV̄DO, inis. f. [ἡδυπάθεια] *Idem.* Plaut. Stich. 5, 5, 14 Age mulſa mea, ſuauitudo, ſalta. Auctor ad Herenn. 3, 22 c. 12 Quoniam igitur res eaedem vocis firmitudini, et pronuntiationis ſuauitudini proſunt. *Aliqui legunt* Suauitati. *Conf.* Gell. 13, 3. Turpil. *ap.* Non. 2, 797. Suauitudinum mollitie capi Lactant. 6, 22.

SVAVĬTER. Adu. [ἡδέως] Cic. Acad. 4, 139 c. 45 Veruntamen video quam ſuauiter voluptas ſenſibus noſtris blandiatur. Idem Fam. 15, 21 Nunc ad epiſtolam venio, cui copioſe et ſuauiter ſcriptae nihil eſt quod multa reſpondeam. Loqui Cic. de Orat. 3 c. 11. Idem de Fin. 1, 54 c. 16 Et ſecunda iucunde ac ſuauiter meminerimus. Dicere Cic. de Cl. Orat. c. 21. Multo ſuauius Hor. Serm. 2, 8, 89. Populus ſibi ſuauiter Faciens Petron. c. 71. Viuere ſuauius Hor. Sat. 1, 6, 130. Amiciſſime et ſuauiſſime optas Cic. Fam. 3, 12, 4. Suauiſſime ad eum et humaniſſime Scriptae literae Cic. Fam. 13, 18, 1. *Add.* Ibid. 16, 12, 13.

SVAVE. Adu. [μειλίχως] *Idem quod* Suauiter. Virg. Ecl. 3, 63 — Et ſuaue rubens hyacinthus. Idem Ecl. 4, 43.

SVAVEOLENS, entis. Adi. Catull. Carm. 62, 7 Amaracus ſuaveolens. *Conf.* Arnob. 2 p. 85.

SVAVEOLENTIA, ae. f. Sidon. Epiſt. 8, 14 Ad ſuau lenti pudicitiae impellere.

SVAVILLVM. *Opus piſtorium: vid.* SAVILLVM.

SVAVILVDIVS, i. m. *Qui ludis delectatur.* Tertull. le ctac. 20. Defenſio ſuauiludii cuiusdam. *Add.* Id. de Cor. M c. *not. Rhenani. al.* Suadiludius. *i. Qui ludum ſuadet. v. v.*

SVAVISŎNVS, a, um. Adi. Virg. Epigr. 5 Suaui i teſtudinis.

SVAVIDĬCVS, a, um. Adi. [ἡδυεπής] *Qui ſuauiter d* Verſus ſuauidici Lucret. 4, 181.

SVAVIDVS, a, um. Adi. Suauida fit potio ad bibendun Priſcian. de Diaeta c. 20.

SVAVILŎQVVS, a, um. *Aliud* Adi. [ἡδυλόγος] *I* Verſus ſuauiloqui Lucret. 2, 528. Senectus Mart. Capella

SVAVILŎQVENS, entis. Adi. [ἡδυεπής] *Idem.* Ci Orat. 58 c. 15 Additur Orator Cornelius ſuauiloquenti Ore *ex Poeta*, Ennio. *Conf.* Idem *ap.* Quinctil. 11, 3. Gell. 12, 2. men ſuauiloquens Lucret. 1, 943. *Add.* Id. 4, 20.

SVAVILOQVENTIA, ae. f. [ἡδυεπία] Cic. de Clar c. 15 Et oratorem appellat, et ſuauiloquentiam tribuit.

SVAVILOQVIVM, i. n. Anguſtin.

SVAVIVM [φίλημα] *vel* SAVIVM, i. n. *detracta Baſium eſt ſ. oſculum amatorium.* Ter. Eun. 3, 2, 3 O Thais m um ſuauium, quid agitur? *i. quam ego oſculari cupio.* Hor. Epod. 3, 21 Manum puella ſuauio opponat tuo. *quid ab* Oſculo *differat, vid. in* OSCVLVM. Cic. Att. 1 ticae quoniam (quod optimum in pueris eſt) hilarula eſt, bis ſuauium des. Plaut. Aſin. 4, 1, 52 *in foedere de pu ſoli ſibi operam dare vult amator*, Quod illa autem ſimulet, qu do profluat, Hoc ne ſic faciat (*forte exprimit geſtum ſuam ma lantis*) tu labellum abſtergeas Potius, quam cuiquam ſuauiu palam: *i. in ſua manu oſtendat, quid facere alteri parata ſit.* mere ſuauium Plaut. Aſin. 1, 3, 72. Illecebram ſtupri ſuauium Poſco Plaut. Caſ. 5, 3, 3. Sauium ſaepe apud aliosque auctores veteres, vt, Sauia ſuper ſauia Plaut. Pſeud Mellitiſſimum illud ſauium impreſſi Apul. Met. 2 p. 119. nantibus ſauiis perfrui Idem 5 p 162. *Add.* Caecil. *ap.* G *Parei Lex. Crit. p. 1119.* Sauia ſagittata Plaut. Trin. 2, 1,

SVAVIŎLVM *ſ.* SAVIOLVM, i. n. Dimin. [φι Catull. ad Iuuentium ſ. 98, 2 Suauiolum dulci dulcius ambro Apul. Met. 2 p. 119.

SVAVIO, āre. Pompon. *apud* Non. 7, 49 Ego illam no ctar, non ſuauiem? Et alibi, Mammas teneas, pedes extoll vies cum gemit.

SVAVIOR, āri. [φιλέω] *Suauium dare.* Gell. 3, 15 Q eum tres adoleſcentes amplexi, coronis ſuis in caput patris po viarentur. Cic. Att. 16, 3 Atticam noſtram cupio ſuauia mî dulcis ſalus viſa eſt per te miſſa ab illa. Catull. de Septimio ſ. 46, 12 Et dulcis pueri ebrios ocellos *Illo purpu* ſuauiata. Iucundum os oculosque ſuauiabor Catull. 9, 9. tius eam complexus coepi ſauiari Apul. Met. 2 p. 119. L tus de matre ſuauianda coniecit Cic. in Bruto c. 14. Oſ lium diu ac preſſule ſauiata Apul. Met. 4 p. 156.

SVAVIATIO, ōnis. f. [φίλησις] Gell. 18, 2 Suauiation rorum et puellarum. Suauis ſuauiatio Plaut. Bacch. *Add.* Idem Pſeud. 1, 1, 64.

S V B

SVB. [ὑπὸ] *Praepoſitio, vtrique caſui ſeruit, et Accuſatiuo tiuo: variaque ſignificat, vt ſequentibus exemplis docetur. Accuſatiuo fere iungitur, quum temporis velut vicinia ſig* Suet. in Tib. c. 58 Sub idem tempus conſulente Praetore. 1, 35 Quibus indictis ſub tempus pueros venatum ablegauit. Vell. 1, 12, 2. Liu. 22, 47, 4 Sub equeſtris finem certamin eſt peditum pugna, *h. e. Paullo ante finem.* Sub ipſum fin Aen. 5, 328. *Add. Borrich. Cogit. p. 291.* Sub prima Autumni Virg. Georg. 1, 321. Sub horam pugnae tam pente ſomno deuictus, vt ad dandum ſignum ab amicis ex Suet. Auguſt. c. 16. Sub lucem, *Surgente ſole* Virg. Geo 445. *h. e. Paullo ante lucem.* Sub lucis ortum Liu. 27, 15. Primi ſub lumina ſolis et ortus Virg. Aen. 6, 255. noctem, *Incipiente nocte* Hor. Carm. 1, 9, 19. Suet. Oth. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 28 Pompeius ſub noctem naues ſoluit. hoc tempus Hor. Epiſt. 2, 2, 34. Sub iudicii tempus Liu. Caeſ. Bell. Gall. 2, 33 Sub veſperum Caeſar portas claudi milites oppido exire iuſſit. Cic. Qu. Frat. 2, 1 Menſe Decembri ſu feſtos. Sub vos placo, *pro* Supplico. Feſtus: Sub vos pla precibus fere cum dicitur, ſignificat idem quod Supplico, vt in bus; Tranſq. dato, endoq. plorato: *pro* et Tradito et impl Sub Iugum mitti dicuntur hoſtes victi, *vid.* IVGVM n. 5. Epid. 2, 2, 32 Pleraeque hae ſub veſtimentis ſecum habebant Sub Aduentu hoſtis Flor. 2, 11, 5. Sub aede Saturni Suet. O 6. Sub Aliquo agere aliquid, *i. ad nutum alicuius: vid. ad Script. Ven. p. 181.* Virg. Aen. 8, 616 Arma ſub aduerſa radiantia quercu. Nunc, olim, tunc, ſub Alexandro, *i. T Alexandri* Quinctil. 5, 10. Liu. 23, 15 Sub aduentum Pr Romani Poenus agro Nolano exceſſit. Sub Armis Virg. G 116. *i. armatus.* Sub Caſtris Afranii conſtitit Caeſ. B. C Sub conditione, *Ea lege, hoc pacto.* Cic. pro Arch. 25 c. ex his rebus, quas tunc vendebat, iubere ei praemium tribu conditione, ne quid poſtea ſcriberet. Suet. Ner. c. rem occidit ſub Crimine adulteriorum. *Conf.* Tac. Hiſt. *Sic mox* ſub Exceptione. Sub Corona venire quia captiui coronati ſolent venire, vt ait Cato in eo, qui eſt De militari, Vt populus ſuus, ſua opera potius ob rem bene geſtam natus ſupplicatum eat, quam re male geſta coronatus veneat. Id tem ſignum eſt, nihil praeſtari a populo, quod etiam Plautus ſigni in Hortulo, Fragm. 1, 101 Praeco ibi adſit cum corona, cuique li veneat. *Haec* Feſtus. *Vid.* CORONA *n. 3.* *Sic* Sub haſta nire Liu. 23, 37. *vid.* HASTA. Varr. de R. R. 3, 14 Na idoneus ſub Dio ſumendus eſt locus cochleariis, quem totum ci aqua claudas. *Sic apud* Columel. 1, 8 Nullus dies tam intole lis eſt, quo non ſub Diuo moliri aliquid poſſit. Sub Diuo pere ſomnos Virg. Georg. 3, 434. Sub Domina meretrice,

ria t in poteſtate meretricis Hor. Epiſt. 1, 2, 25. Plin. Epiſt.
Ac s enim, non triſtes eſſe volebamus. Nec eſt quod putes, me
ha exceptione veniam poſtulare, quod ſcilicet acres eſſe voleba-
Sub Exceſſu Tiberii Suet. Ner. c. 5. Plin. Epiſt. 3, 18
de t futuri principes, non quaſi a magiſtro, ſed tamen ſub exem-
ra nonerentur, qua potiſſimum via poſſent ad eandem gloriam
Sub Exitu vitae, *pro* Sub exitum, *hoc eſt circa exitum* Sue-
in laud. Caeſ. c. 43. Sub His nihil proficitur Celſ. 5, 28. *i.*
amentis. Sub Ictu rem habere *dicitur*, *Qui ita propin-*
t attingere queat. Senec. Ep. 73 *extr.* Quam quidem nondum
rit: in conſpectu tamen, et vt ita dicam, ſub Ictu habent.
ſu Imagine Virg. Aen. 7, 179. *i. picta.* Sub Imperio alicu-
Ter. Heaut. 2, 2, 4. Sub ipſa die Plin. 8, 32. Marſo
e pelles Perſ. 5, 80. *Conf. Caſaub. ad h. l.* Sub Manu
s habere, *i. In promtu et ad manum*, *quod dicitur.* Planc.
c. am. 10, 23 Seneca, Sub Manu naſcitur conſilium, *vid.* MA-
Sub Manus, *h. e. Facile*, *non aegre*, *appoſite.* Plaut. Mi-
2, 9 Lepide hoc ſuccedit ſub Manus negotium. *Vid.* Ibid. 4, 4,
ei ſub ipſos Muros ſtruxere aciem Tac. Hiſt. 5, 11, 1. Sub
opinqua Auien. Arat. v. 321. Cum ſub Nocte conſulis
a iſſet Flor. 2, 17, 14. Sub Oculos adactum pilum in vitalia
nerat Plin. 8, 7. Sub Oculis accipere detrimentum, *pro*
los Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 59. Sub Orientem ſecutus Ar-
s lor. 3, 5, 27. Sub Poena mortis vel capitis denunciare
i alig. c. 48. Idem in Tiber. Caeſ. c. 36. Sub Radi-
ntis Nep. 1, 5, 3. Sub Sacramento militare Liu. 35, . .
ano ſaneſcere Celſ. 3, 18. Sub Specie pacis Liu. 38, 7.
Vbi vero penitus inſedit, inſanabile eſt: plurimique ſub
dore moriuntur. Sub Titulo gratiarum agendarum
g. 4. Geminique minantur In caelum ſcopuli: quorum
e late Aequora tuta ſilent Virg. Aen. 1, 166. Sub Vete-
audi Curiis. Plin. 35, 4 Hinc enim Craſſi oratoris lepos
b Veteribus. Idem 35, 10 E diuerſo Meuiana, inquit
nnia operiebat Serapionis tabula ſub Veteribus. Sueton.
c. 100 Bifariam laudatus eſt: pro aede Diui Iulii a Ti-
ro Roſtris ſub Veteribus a Druſo Tiberii filio. Varr. de
4 p. 37, 20 Curiae duorum generum. Nam et vbi cura-
ac dotes res diuinas, vt Curiae veteres: et vbi Senatus huma-
vt uria Hoſtilia quam primus aedificauit Hoſtilius rex ſub Ve-
Ante hanc Roſtra. Feſt. l. 12 Nouae curiae proxime
ite Fabricii aedificatae ſunt, quod parum amplae erant Veteres
factae, vbi is populum et ſacra in partes triginta diſtribue-
vt iis ea ſacra curarent. Plaut. in Curc. 4, 1, 19 Sub Ve-
us bi ſunt qui dant, quique accipiunt foenore. Cic. Acad.
enim ii, qui ſub nube ſolem non ferunt: item ille, quum
are Veterum et Menianorum, ſic Academicorum vmbram ſecu-
ſt. *Sic* Sub nouis M. Varro de L. L. 5, 7 p. 56, 4 Sub nouis
in foro aedificiorum, quod vocabulum eius peruetuſtum, vt
, quae via iam diu vetus eſt. Sub hac peſſimi exempli
Liu. 2, 55 *pr.* Sub Vite praeliari, *vid.* VINEA *n.* 2.
a foederis aequi ſeruitutem pati Liu. 8, 4. Exhalantem
o Vulnere vitam Ouid. Met. 5, 62. *Conf. Burm. ad h. l.*
Stat. Theb. 5 p. 53. Sub Vrbe eſt agelli paullulum: *i.*
Adel. 5, 8, 27. *Sic* Varr. de R. R. 1, 50 Tertio mo-
r, vt ſub Vrbe Roma, et locis pleriſque. *Sic viciniam*
g. Aen. 3, 6 Claſſemque ſub ipſa Antandro, *etc.* *A Poetis*
iberi, *docet Burm. ad* Ouid. Met. 1, 689. Cic. Fam.
eas literas ſtatim recitatae ſunt tuae, non ſine magnis qui-
oribus. *Etiam hic vicinia eſt*, *ſed temporis*, *vt* Cic. Fam.
eius ſe legionem adducturum, ſed non ſtatim ſub mentio-
nuicium obtrectatorum. *Ad locum:* Sub ipſos poſtes
A. 2, 442. Idem Aen. 5, 323 Quo deinde ſub ipſo Ecce
emque terit iam calce Diores. Sub templo ingenti, *pro*
Aen. 1, 457. *h. e. In templo.* Exercet ſub ſole labor
1, 435. *h. e. In Sole.* Sub nocte, *i. Per* Virg. Aen.
Idem ibid. 4, 527. Sub leges pacis tradere ſe Virg.
4, 18. Sub amplexus alicuius ire Ouid. Epiſt. 17, 94.
n compoſitione vel inferioris loci notionem addit, *et quidem vel*
ot in locum, *vt* ſubire tectum; *vel cum motu e loco inferiore*, *vt*
n equum, ſubleuare: *vel ſignificat aliquid accedere in locum*
t ſuccedere, ſubſtituere, ſupplere; *vel occultum quiddam*,
cere, ſubmouere, ſubornare; *vel minuit ſignificationem*, *vt*
ſubamarus *etc.* *Quas mutationes in compoſitione ſubeat*, *e*
is repeti poteſt. *Inconſtantia bonorum etiam monumentorum*
regulam vix poteſt. *Igitur* Subcandidus, ſubcinericius *et ſimi-*
; et tamen ſuccino, *et* ſuccenſeo *ac ſimilia:* Submoueo *et*
t pleraque in hoc genere, *et tamen* Summuto. *Si quid igitur*
n reperias, *altera ratio erit ſequenda in quaerendo.*

BBSVRDVS, a, um. Adi. [ὑπάτοπος] *Parum*, *ſiue vtcunque*
ſignificat. Cic. de Orat. 2, 275 c. 67 Sunt etiam illa ſubab-
, eo ipſo nomine ſaepe ridicula, non ſolum mimis perappoſita,
tia quodammodo nobis. *Add.* Idem Att. 16, 3. Quinctil.
6, 3, 23 *et* 99.

BBSVRDE. Adu. [ὑπατόπως] Cic. de Orat. 2, 275 c. 68
e haec ridentur, et hercule omnia, quae a prudentibus, quaſi per
ionem non intelligendi, ſubabſurde ſalſeque dicuntur.

B CCVSO, āre. [ὑπομέμφομαι] *Nonnihil accuſare*, *et leuiter.*
Planc. 86 c. 35 *pr.* Sed ſunt haec leuiora, illa vero grauiora
gna, quod meum diſceſſum, quem ſaepe defleras, nunc qua-
ndere et ſubaccuſare voluiſti. Idem Att. 13, 46 Subaccu-
Veſtorium. Idem 16, 7 Addebant etiam me deſiderari,
cuſ i.

B CĬDVS, a, um. Adi. [ὕποξυς] *Aliquantulum acidum ſigni-*
Plin. 12, 25 Eſſe enim debet lenis, non ſubacidus. Cato c.
Si ſubacidum erit vinum, non durabit. *Al.* Subacidulum.

VBACTVS, *etc.* *vid.* SVBIGO.

VBADIVVO, (*a quo Verbo deduxit* Zeno Imperator *Subſtanti-*
nom SVBADIVVVS, *et Plur.* SVBADIVVI) *nondum in-*
um. *Ait* Zeno l. vltim. §. huius autem. De agentib. in reb. l. 12
autem beneficii praerogatiuam ſubadiuuis etiam, qui pro
ueniuntur temporibus deferri iubemus. *Eſt autem* Subad-
Autoris adiutor. *Add.* l. 3 C. Theod. de agent. in reb. l.
de praepoſ. agent. in reb.

VBADMŎVEO, ōui, ōtum, ēre. *Aliquantum admouere.* Colum.
4 huiuſcemodi mari ſenſim magiſtri ſubadmouere debent gene-
n feminam.

SVBAEGER, gra, grum. Adi. Celſo *tribuitur paullulum aeger.*

SVBAEGRE. Adu. Celſi *et ipſum eſſe dicitur.*

SVBAERĀTVS, a, um. Adi. [ὑπόχαλκος] *Quod habet aes ſub nobiliore metallo, numorum adulterinorum epitheton.* Perſ. Sat. 5, 106 Ne qua ſubaerato mendoſum tinniat auro.

SVBAGĬTO *vel* SVBIGITO, āre. [ὑποκινέω] Agendo *et* agitando ſub *ſe et in poteſtatem ſuam redigere.* Plaut. Ciſt. . . . Subagito blandis et benedicis dictis. Tabernariis blanditiis ſubagitare Apul. Apol. 2 p. 329. *Ad contactus et conatus venerios refertur:* Plaut. Merc. 1, 2 Sceleſtus ſubagitare occoepit illam. *Add.* Idem Mil. 3, 1, 57. *et* 5, 1, 9. Contumelia eſt hominem amicum ad te recipere, atque eius amicam ſubagitare Ter. Heaut. 3, 3, 6. Subagitare, ad perfectionem ipſam libidinis intelligimus Eugraph. *ad* Ter. *l. c.* *Quod ſi vere* Eugraphius, *ponendum eſt*, *ſenem auxiſſe crimen*, *et vehementiore quam pro re verbo vſum.* *Nam praeceſſit*, Vidin' ego te modo manum huic meretrici in ſinum inſerere? *Caeterum* ſubigitare *hic dedit Bentl.*

SVBAGITATIO, ōnis. f. Plaut. Epilog. ad Captiu. 1 Spectatores ad pudicos mores facta eſt haec fabula; neque in hac ſubagitationes ſunt, neque vlla amatio.

SVBAGITATOR, *unde*

SVBAGITĀTRIX, icis. f. *Mulier libidine nequiſſima.* Plaut. Perſ. 2, 2, 4 Ne me attrecta, ſubagitatrix. *Morbum ſignat*, *de quo* Cael. Aurel. Chron. 4, 9.

SVBAGRESTIS, e. Adi. [ὑπαγροῖκος] *Aliquantum agreſtis.* Cic. de Clar. Orat. 259 c. 74 Cotta, quia ſe valde dilatandis literis a ſimilitudine Graecae locutionis abſtraxerat, ſonabatque contrarium Catullo, ſubagreſte quiddam planeque ſubruſticum, alia quidem quaſi inculta et ſilueſtri via ad eandem laudem peruenerat. Subagreſte ingenium Ammian. 14, 36.

SVBALARIS, e. Adi. [ὑπομάσχαλος] *Quod ſub alis eſt.* *Scribit* Lamprid. 29 Heliogabalum ſolitum fuiſſe in accubitis habere plumas ſubalares et ſubalares culcitras. *Vid. Caſaub. ad h. l.* Telum ſubalare Nepos 7, 10, 5.

SVBALBĬCO, āre. [ὑπολευκαίνομαι] *Aliquantum album fieri.* Varr. de R. R. 3, 6 (9) Roſtro breui, acuto, oculis rauis aut nigris, palea rubra ſubalbicanti.

SVBALBEO, ēre. *Idem.* Caſſiod. Epiſt. 5, 34.

SVBALBĬDVS, a, um. Adi. [ὑπόλευκος] *Aliquantum albidus.* Plin. 21, 25 Ramulos habet candidos, folia ſubalbida abrotono ſimilia. Celſ. 5, 28, 15 *de puſtularum generibus*, Phyzacion autem paullo durior puſtula eſt, ſubalbida, acuta, ex qua ipſa quod exprimitur humidum eſt. *Conf.* Idem 5, 26, 20.

SVBALPĪNVS, a, um. Adi. [Ὑπάλπιος] *Quod ſub Alpibus montibus, vel propinquum Alpibus eſt.* Plin. 25, 7 Radice lenta, ſubnigra, ſine odore, aquoſa, montibus Subalpinis plurima. Idem 16, 11 Nec niſi in paucis locis Subalpinae Italiae.

SVBAMARE. Adu. Sidon.

SVBAMARO, āre. Seren.

SVBAMĀRVS, a, um. Adi. [ὑπόπικρος] *Aliquantulum amarum ſignificat.* Cic. de Fato 8 c. 4 At enim quoniam in naturis hominum diſſimilitudines ſunt, vt alios dulcia, alios ſubamara delectent. Id. de Inuent. 1, 35. Guſtus ſubamarus Scribon. 188.

SVBAMARVM. Adu. Subamarum arridens Ammian. 27, 11.

SVBANNVLĀTVS, a, um. Adi. *Criſpus*, *in annulos poſitus.* Arnob. *Vid. Salmaſ. in Hiſt. Aug. p.* 131.

SVBAPERIO, ire. Quid niuem in pluneas ſubaperiat cruſtulas Arnob. 2 p. 84. *Conf.* Apic. 8, 7.

SVBAQVANEVS, a, um. *Vnde Aduerbialiter* Tertull. de Anim. 32 Subterrāneum et ſubaquaneum viuentia carent hauſtu aëris.

SVBAQVĬLVS, a, um. Adi. [ὑπόφαιος] *Subfuſcum.* Plaut. Rud. 2, 4, 9 Eia, corpus cuiusmodi ſubuolturium; illud quidem, ſubaquilum volui dicere. *Laſciuia Comica alludit ad* Aquilae *nomen*, *quaſi dicat*, *auis rapacis colorem habet*, *ſiue is* Aquilae *eſt*, *ſiue* Vulturis. Fuit vultu ſubaquilo, fuſci coloris Treb. Pollio in Zenobia.

SVBARESCO, ĕre. Vitruu. 7, 3.

SVBARGŪTO, āre. Argumentari acute Macrob.

SVBARGŪTVS, a, um. Adi. *Aliquantulum argutus.* A quo *Diminutiuum*

SVBARGVTVLVS, *apud* Gell. 15, 30.

SVBARĬDVS, a, um. Adi. Tertull.

SVBARIDE. Adu. Gell.

SVBARMALIS, e. Adi. *Quod* ſub armo *ſ. humero colligitur*, *veſtis nimirum epitheton.* Subarmalis autem illi veſtis peplo quodam, circa humeros inuoluto Latialiter tegebatur Martian. Capella 5 *pr.* *vbi* ὑπωμίδα *interpretatur Grotius.* *Breuiorem quidem peplo et ab eo diuerſum*, *hic ipſe locus docet.* *Hinc etiam Subſtantiue*

SVBARMALE, is. n. *Vt vulgo legitur*, *vel*

SVBARMALIS, maſc. *vt vult Salmaſius*, *eſt apud* Treb. Pollion. Claudio c. 14 Subarmalem vnum cum purpura Maura, *vbi multa Salm. qui etiam in* Vop. Aurelian. c. 13 Subarmalem profundum, *i. talarem*, *mauult quam aliorum* Subarmale. *Sic* Praetorianos cum Subarmalibus iuſſit ſibi inermes occurrere *Seuerus*, *ap.* Spartian. c. 6 *vbi plura Caſaubon.* *Add. Dufreſn. h. v.* *Imperatoriae veſtis oſtenſionalis et pompaticae in pace vſurpatae genus fuiſſe ſatis intelligitur.*

SVBĀRO, āre. [ὑπαροτριάω] *Subtus arando terram mouere.* Plin. 16, 27 Item quae ſubarantur, aut quae ablaqueantur, celeriora neglectis. Ibid. 28 Et ſubarata ocyus ſaneſcunt.

SVBARĀTIO, ōnis. f. [ὑπαροτρίασις] *et*

SVBARĀTOR, ōris. m. Plin. 17, 24 ſ. 37, 6 Vel etiam ſubarator imprudens luxauit radices.

SVBARRO *vel* SVBARRHO, āre. *Arrha ſibi deſponſare.* Quidam filiam ſuam, circiter XII annos habentem, cuidam nobili deſponſauit, qui ſubarrauit eandem conſenſu mutuo accedente Innocent. 3, 14 de deſponſ. impub. *ex Iure Can.* *vbi ſaepe legitur.* *Conf.* Ambroſ. Serm. 90 p. 39 *ed. Baſil.* *Salmaſ. ad* Capitolin. Maximin. iun. c. 1.

SVBARRŎGANS, antis. Adi. ὑπαλαζών *Aliquantum arrogans.*

SVBARROGANTER. Adu. [ὑπαλαζόνως] Cic. Acad. 4, 114 c. 36 Vereor ne ſubarroganter facias, ſi dixeris tuam.

SVBARVNDINO, āre. Vinea pampineos ſubarundinat ebria campos, *arundineis ſtaminibus implet* Dracont. Hexaëm. v. 56.

SVBASPER, a, um. Celſ. 5, 28, 19.

SVBASPERATIO, ōnis. f. Auguſtin.

SVBASSENTIOR, iri. Manus leuiter pandata ſubaſſentientibus humeris mouetur Quinctil. 11, 3 p. 1020.

SVBASSO, āre. *Paullum aſſare.* Piſces curatos ſubaſſabis Apic. 4, 2. *Add.* Idem 7, 2 *et* 14. 8, 8. Caro elixa ſubaſſata Apic. 7, 5.

SVBĀTER, tra, trum. Plaut.

SVBATIO, *vid.* SVBO.

SVBAVDIO, īre. *Quiddam intelligere, quod omittitur. Vox apud Grammaticos uſitata.* Subauditur, acceſſi; ἀπὸ κοινῦ Aſcon. in Verrin. de Praet. Vrb. Ad ſingula ſubaudiendum eſt Idem in Verrin. Prooem.

SVBAVDĪTVS, a, um. Partic. *Subintellectus.* Vlpian. fin. leg. 1 Dig. de Hered. inſtituend.

SVBAVDITIO, ōnis. f. Actus ſubaudiendi Hieron. Quaeſt. Ebr. in 2 Reg. 3.

SVBAVRATVS, a, um. Adi. Habebat in minimo digito annulum grandem ſubauratum Petron. c. 32. *i. non totum aureum, in quo tamen aliquid auri eſſet.*

SVBAVSCVLTO, āre. [ὑπωτακουστέω] *Leuiter, et quaſi praetereundo auſcultare.* Plaut. Mil. 4, 2, 3 Tace, ſubauſcultemus, ecqua de me fiat mentio. Cic. de Orat. 2, 153 Subauſcultando tamen excipere voces eorum, et procul quid narrarent attendere. Idem in Topic. 75 Qui ea locutus eſt bonis viris ſubauſcultantibus pariete interpoſito. *Add.* Idem Att. 10, 18. Plaut. Aſin. 3, 2, 40.

SVBAVSTERVS, a, um. Adi. Vinum auſterum, vel certe ſubauſterum Celſ. 3, 6 *extr.* Vinum bibere lene, ſubauſterum, modice vetus Idem 6, 6 n. 8.

SVBBAIVLO, āre. Altera vngula ſubbaiulat aliam |Vet. Interpr. Iren. 5, 11. *ſuſtinet.*

SVBBALBVS, a, um. *Vnde*

SVBBALBE. Adu. Spartian. Get. 5 Subbalbe canorus *cum quadam balbutie.*

SVBBALLIO, ōnis. m. *Vicarius* Ballionis; *vox iocoſe ficta apud* Plaut. Pſeud. 2, 2, 13 Tune es Ballio? PS. immo vero eius ſum ſubballio.

SVBBASILICĀNVS, a, um. Adi. [ὑποβασιλικανός] *Qui libenter et frequenter ſub baſilica ſpatiatur. In baſilicis namque negotiationes et publicae conciliationes tractabantur, et iudicia quoque in baſilicis fiebant.* Plaut. Capt. 4, 2, 35 Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.

SVBBĪBO, ībi, ībitum, ĕre. [ὑποπίνω] *Aliquantulum bibere.* Plaut. Truc. 4, 3, 58 Qui improbus eſt, ſiue ſubbibit, ſiue adeo caret temeto, tamen ab ingenio eſt improbus. Sueton. in Neron. c. 20 Si paullum ſubbibiſſet.

SVBBINI, ae, a. Subbina ſigna elliptica Manil. 4, 849. *Scalig. ad h. l. p. 329. alterna bina interpretatur: Sed Bentl. barbarum id ait et ſine exemplo: ipſe ex MSS.* ſed bina.

SVBBLANDIOR, īri. [ὑπαρεσκεύομαι] *Paullulum, vel leuiter blandiri.* Plaut. Caſ. 3, 3, 22 Non matronarum eſt officium, ſed meretricium, viris alienis, mi vir ſubblandirier. Catulo meo ſubblanditur Plaut. Aſin. 1, 3, 32.

SVBBREVIS, e. Adi. Saliunca folio quidem ſubbreui et quod necti non poſſit Plin. 21, 7.

SVBCAELESTIS, e. Adi. [ὑπουράνιος] Tertull. adu. Valent. c. 31.

SVBCAERVLVS, *et* SVBCAERVLEVS, a, um. Adi. [ὑποκυάνεος] *Aliquantulum caerulum.* Celſ. 6, 5 *extr.* In ea pares portiones ſunt myrobalani, magmatis, cretae, cimoliae ſubcaeruleae, nucum amararum, *etc.*

SVBCANDĬDVS, a, um. Adi. [ὑπόλευκος] *Aliquantulum candidum ſignificat.* Plin. 27, 8 Folia bouis linguae ſimilia, minora, ſubcandida. *Add.* Ibid. c. 12.

SVBCĂVVS, a, um. Adi. *Subter cauus: vt,* Lucret. 6, 682 Primum totius ſubcaua montis Eſt natura, *etc.* Ventus per loca ſubcaua terrae Collectus Lucret. 6, 556.

SVBCENTVRIO, ōnis. m. [ὑφεκατόνταρχος] *Qui centurioni ſubordinatus et adiunctus eſt.* Liu. 8, 8 Vt ſubcenturionem ſibi quem vellet legeret, qui tutaretur eum ab vno deſtinato hoſte. *Etiam* SVCCENTVRIO.

SVBCERNICVLVM, i. n. [κόσκινος] *Farinarium cribrum. Vid.* SVCCERNO. *Si enim eſt vox alicuius auctoritatis, quod dubito, eo referenda eſt.*

SVBCINERICIVS, a, um. Adi. [ὑπότεφρος] *Quod ſub cineribus coquitur et aſſatur. Vnde* ſubcinericium panem *legimus in Sacris Literis. Vt* 3 Reg. 17 *et* 14. Geneſ. 18, 6. Exod. 12, 39. *Add.* Iſidor. 20, 21.

SVBCINGVLVM *ſ.* SVCCINGVLVM, i. n. [ζωστήρ] *Idem quod Balteus.* Plaut. Men. 1, 3, 17 Ab Hippolyta ſubcingulum haud Hercules aeque magno vnquam abſtulit periculo.

SVBCISIVVM, *vid.* SVCCĪDO.

SVBCOACTVS, a, um. *Subſtant.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 44 Magnus inceſſerat metus ſagittarum, atque omnes fere milites aut ex ſubcoactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas, aut tegmenta fecerant, quibus tela vitarent. *Videntur* ſubcoacta *eſſe tegumenta* coactilibus *ſimilia, ſed minus operoſa, minus firma.*

SVBCOENO, āre. [ὑποδειπνέω] *Subtus coenare.* Quinctil. 6, 3, 90 Et Galba de piſcibus, qui quum pridie ex parte adeſi, et verſati poſtero die appoſiti eſſent, Feſtinemus, alii ſubcoenant, inquit. *Iocus forte ab Antipodum deſcriptione ortus.*

SVBCONTVMELIŌSVS. *A quo*

SVBCONTVMELIOSE. Adu. [ὑφυβριστικῶς] Cic. Att. 2, 7 Hercule, verum vt loquamur, ſubcontumelioſe tractatur noſter Publius.

SVBCRASSVLVS, a, um. Adi. Corporis qualitate ſubcraſſulus Capitolin. Gord. c. 6.

SVBCRESCO, ĕre. [ὑπαυξάνω] Proles ſubcreſcat tibi Tibull. 1, 7, 55. *vid.* SVCCRESCO.

SVBCRISPVS, a, um. Adi. *Qui crines habet aliquantulum criſpos.* Cic. Verr. 4, 108 c. 44 Videtis illum ſubcriſpo capillo, nigrum, qui eo vultu nos intuetur. Varr. de R. R. 2, 5 Coda profuſa vſque ad calces, vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis ſubcriſpam. *Conf.* Idem 2, 7, 5.

SVBCRVDVS, a, um. Adi. [ὕπωμος] *Quod non omnino coctum eſt.* Cato c. 156, 7 Sumito braſſicam, conicito in aquam feruentem, coquito paullisper, vti ſubcruda fiet. *Conf.* Celſ. 2, 29. Subcrudum tuberculum Celſ. 6, 13.

SVBCRVENTVS, a, um. Adi. [ὕφαιμος] *Aliquantulum cruentum.* Celſ. 4, 18 Deſcendunt autem pituitae, nuciſque ſimilia, interdum etiam leuiter ſubcruenta. *i. Cruentum aliquid admiſtum habentia.*

SVBCVBONEVM, *poſitum pro* Succuba. Titinnius te … Pſaltria, Contemplari ancillas quam arbitrer illarum ſubcubo[…] *Haec* Non. 3, 204.

SVBCVLTRO, āre. Subcultrare pulpas Apic. 4, 2. … ſubcultratum Idem 8, 8.

SVBCVNEATVS, a, um. Adi. Subcuneati poſtes Vitr. …

SVBCVDO, *vid.* SVCCVDO.

SVBCVRĀTOR, ōris. m. [ὑποκηδεμών] *Qui curatoris* … *net.* Iulian. in l. Ex facto, De negot. geſtis, Ex facto fereba[…] dam ad ſiliginem emendam curatorem decreto ordinis conſtit[…] demque alium ſubcuratorem conſtitutum, ſiliginem miſcen[…] piſſe: atque ita pretium ſiliginis, quae in publicum emta […] ratori inflictum eſſe: quaerebaturque, qua actione curator […] curatore experiri poſſet.

SVBCVRVVS, a, um. Adi. *Aliquantum curuus.* Ammia[…] (Valeſ. 9 *extr.*)

SVBCVSTOS, ōdis. c. [ἀντιφύλαξ] *Qui pro alio cuſto[…] tutus eſt.* Plaut. Mil. 3, 2, 54 Quia Sceledrus dormit, hunc […] dem ſuum foris ablegauit, dum eapſe tranſire huc placet.

SVBDEALBO, āre. Varro *ap.* Non. 2, 28. *Aliter te[…] ib. Scaliger.*

SVBDEBILIS, e. Adi. Femur Suet. Vitell. c. 17.

SVBDEBILITĀTVS, a, um. Adi. [ὑπεκνενευρισμένος] *tulum debilitatus.* Cic. Att. 11, 5 (4) Quod etiam mea ſponte te ſubdebilitatum, nouas rationes tuendi mei quaerere. *Ve[…] ſic legit,* Te ſubdita re quaſi debilitatum, nouas, *etc.*

SVBDEFICIO, ĕre. Haec quaſſa adhuc voce ſubdefici[…] proximis exaudientibus dixerat Curt. 7, 7, 20.

SVBDEPRIMO, ĕre. Fauſt. Renenſ. de Lib. Arb. l. 1.

SVBDIĀLIS, e. Adi. [ὑπαίθριος] *Quod ſub dio eſt.* Pl[…] Diſtat a Cadmia, quod illa ſuper terram ex ſubdialibus pe[…] tur, haec ex obrutis. Subdiales inambulationes P[…] Subdialia pauimenta, *apud* Plin. 36, 26.

SVBDIALE, is. n. [ὑπαίθριον Onomaſt. Vet.] Subdiali[…] inuenere Plin. 36, 15. *Pauimenta intelligo.*

SVBDIACŌNVS, i. m. *Apud Eccleſiaſticos ſcriptores vno inferior Diaconis. Vid.* Iſidor. 7, 12. Polyd. Vergil. 4, […] Iuſtin. *ſaepe e. c. 1, 3. 6.*

SVBDIFFICĬLIS, e. Adi. [ὑποχαλεπός] *Aliquantum* […] Cic. de Amicit. 69 c. 19 Exiſtit autem hoc loco quaeſti[…] dam ſubdifficilis.

SVBDIFFĪDO, ĕre. *Aliquantulum diffidere.* Cic. Att. 15 […] die audiui illum tyrannum in concione clariſſimum virum a […] ſubdiffidere coepi.

SVBDIMIDIVS, a, um. Adi. Numerus, *ſic vocatur reſ[…] pli* Mart. Cap. 7 p. 251. *vt e. c. 2 ad 3.*

SVBDISIVNCTĪVVS, a, um. Adi. Proculus in l. Ha[…] 24 D. de verbor. ſignific. Haec verba *ille aut ille,* non ſolum d[…] va, ſed etiam ſubdiſiunctiuae orationis ſunt. Diſiunctiuum e[…] quum dicimus, Aut dies, aut nox eſt: quorum poſito altero […] eſt tolli alterum: item ſublato altero, poni alterum. Ita ſi[…] ratione verbum Aut, poteſt eſſe ſubdiſiunctiuum. Subdiſiunc[…] tem genera ſunt duo, vnum, cum expoſitis finibus, ita non pot[…] que eſſe, vt poſſit neuter eſſe: veluti cum dicimus, *aut ſedet, […] bulat.* Nam vt nemo poteſt vtrumque ſimul facere, ita aliq[…] eſt neutrum, veluti is, qui accumbit. Alterius generis eſt, […] propoſitis finibus ita non poteſt neuter eſſe, vt poſſit vterque (*leg. pro* vtrumque) eſſe: veluti cum dicimus, *Omne animal […] aut patitur.* Nullum eſt enim, quod nec faciat, nec patiatur: eſt ſimul et facere et pati.

SVBDISTINGVO, ĕre. Multi ſubdiſtinguunt et ſepara[…] dunt Aſcon. in Verr. de Praet. Sicil. p. 120.

SVBDISTINCTIO, ōnis. f. Diomed.

SVBDITICIVS, SVBDITIVVS, *vid.* SVBDO.

SVBDĪVAL, ālis. n. [ὑπαίθριον Gloſſ. Gr. Lat. *it.* […] *Pars aedium, quae ſub dio eſt.* Subdiual domus Ter[…] Iud. c. 11.

SVBDIVĀLIS, e. Adi. Tertull. . . . Subdiualis ſentin[…] rae Ammian. 19, 23.

SVBDITO, āre. *Subter admouere.* Lucret. 6, 603 Subdi[…] ſtimulum quadam de parte timoris. *Eſt proprie Frequen[…] a* Subdit.

SVBDIVIDO, ĕre. Deinde ſubdiuiſimus, vt haec dilige[…] tractarentur Auguſtin. de Trinit. Prooem. 3. Hebdomada[…] diuiſae Tertull. cont. Iud. c. 11.

SVBDIVISIO, onis. f. Cod. 6 t. 2 l. 22. *et* 3 t. 28 l. 3[…]

SVBDIVVS *ſ.* SVBDIVS, a, um. Adi. [ὑπαίθριος Glo[…] Lat.] *Conf. Salmaſ. de Pall. p. 137.*

SVBDIV *legitur* Plaut. Moſt. 3, 2, 77 Quia hic audiuit eſſe […] tem perbonam. Subdiu coli abſque ſole perpetuum diem, […] *ita vmbroſum, vt licet* ſub diuo *vel* ſub dio *(quomodo etiam […] cenſent viri docti) ſis, tamen* abſque ſole, *in vmbra adeo verſeris […]*

SVBDO, dĭdi, dĭtum, ĕre. [ὑποτάττω, ὑποβάλλω] *Suppone[…] iicere.* Cato de R. R. . . . Ignem ſubdito: vbi bullabit […] ignem ſubducito. Plin. 14, 12 Furcas ſubdere his neceſſ[…] Subdere ſub ſolum, *In terram conicere* Plaut. Curc. 2, 3, 18. […] lorum viſu ſubdere aliquid Lucret. 5, 102. Plin. in Paneg[…] pro Domo 85 Quis in meum locum iudicem ſubdidit? Planc. ad Cic. Fam. 10, 21. Quinctilian. 3, 6 Sed in horum[…] locum ſubditae quatuor legales. Boues ſubdere iugo Plin[…] Calcar ſubdere equo Ouid. de Arte Am. 2, 732. Crimin[…] ſtatis ſubdebantur Tacit. Ann. 3, 67. Praeferunt inſigne […] quod draconem ſubdidit Prudent. Periſt. 1, 36. *i. crucem […] qua Satan deuictus eſt.* Flamma ſubdita medullis Virg. […] 271. Iras ac materiam ſeditioni ſubdere, *per tranſla[…] incendiis* Liu. 8, 30 *et* 32. Paull. in l. Qui falſam D. […] Corneliam De falſis, Accuſatio ſuppoſiti partus nulla tempori[…] ſcriptione depellitur, nec intereſt, deceſſerit necne ea, quae pa[…] ſubdidiſſe contenditur. Plaut. Merc. Argument. 2, 10 Hic […] ſubdiderat vicini, pater vicinum. Ter. Heaut. 5, 3, 11 Subd[…] ſe ſuſpicatur. C. ſubditum, ain' tu? *Conf.* Plaut. Ciſt. 1, […] *et* Truc. 1, 1, 70. Pullum ſubdere, *vid. in* SVBIICIO. […] ſubdere Tacit. Ann. 1, 6. Rumorem ſubdere Tacit. Ann. […] Liu. 7, 40 Ac ſi cui genus, ſi cui ſua virtus, ſi cui etiam maieſta[…] honores ſubdere ſpiritus potuerunt: iis eram natus *etc.* *i. Animos ſu[…]*

... Stimulos ſubdere muliebri animo Liu. 6, 34. Stilos ingenii ſubdit fama Ouid. Triſt. 5, 1, 76. Plin. Epiſt. 3, 19 ... vereor ne ſit cautum, rem tam magnam iisdem tempeſtatibus ... in eas committere. Plaut. Epid. 1, 2, 37 Vt meum tergum ... tuae ſubdas ſuccidaneum? *ſubſtituas.*

SVBDĬTVS, a, um. Partic. [ὑποβεβλημένος, ὑποταχθείς] A et O ... principes ſunt, I et V ſemper ſubditae Gell. 19, 14. Cic. ... Deor. 2, 27 c. 10 Quae efferueſcunt ſubditis ignibus. Subditur iudex, Qui loco mortui datur iis, qui eum habuerant in aliqua re, vel lite. Paull. Subditus partus, Suppoſitus, ... Gloſſ. Lat. Gr. *hoc eſt ſublatus ab ea muliere, quae peperit* ... *ſuppoſitus.* *Sic*

SVBDITĪVVS, a, um. Adi. [ὑποβολιμαῖος Gloſſ. Lat. Gr.] *In ... locum poſitus.* Plaut. Amph. 2, 2, 198 Namque de illo ſubditiuo ſoſia mirum nimis eſt. *Add.* Ibid. 1, 2, 35. Vt ſubditi... ad patrem arguere conatus eſt Suet. Ner. c. 7. *Conf.* Sen. ... p. 803. Subditiuum ſecretum Arnob. 5 p. 179. *de allegoriarum loquens,* Neque enim quod ſcriptum eſt, atque in propoſitum verborum fronte, id ſignificatur, et dicitur: ſed aliis ſenſibus, et ſubditiuis intelliguntur omnia illa ſecretis. *Vid.* ... p. 150.

SVBDITICIVS, a, um. *Aliud* Adi. [ὑποβολιμαῖος Gloſſ. Lat. Gr.] ... Plaut. Amph. 2, 3, 6. *it.* Pſeud. 2, 4, 62. Cic. Verr. ... 7 Quod eodem caeteros piratas contrudi imperarat, intellexit, ... ſubditicium archipiratam in eandam cuſtodiam dediſſet, fore, ... Libri ſubditicii Quinctil. 1, 4. *i. Suppoſiticii.*

SVBDOCEO, ui, ctum, ēre. [ὑποδιδάσκω] *Poſt alium, vel ſub* ... Cic. Att. 8, 4 Ciceroneſque noſtros meo potius labore ... quam me alium magiſtrum quaerere. Auguſtin. Con... 1 Subdocere alicui, *i. hypodidaſcali officio fungi.*

SVBDOCTOR, ōris. m. Auſon. Profeſſ. 22 Victorio ſubdoctori.

SVBDŎLVS, a, um. Adi. [ὕπουλος] *Occulte decipiens.* Plaut. ... 8. *Et* Capt. 3, 3, 5 Nec mendaciis ſubdolis mihi vsquam ... eſt meis. *Sic* Mil. 3, 3, 68 Haud vereor, ne nos ſubdolis peruincamur. Martial. 3, 58 Sed tendit auidis rete ſubdolis ... Lingua ſubdola Ouid. de Arte Am. 1, 598. Pella... la Lucret. 5, 1002.

SVBDŎLĒ. Adu. [ὑπούλως] *Caute et fraudulenter.* Plaut. Trin. ... os confectatur, ſubdole blanditur, ab re conſulit. Cic. ... Orat. 25 c. 9 Nihil acute inueniri potuit in eis cauſis, quas ... nihil (vt ita dicam) ſubdole, nihil verſute, quod ille ...

SVBDŎMO, ui, ĭtum, āre. Plaut. Aſin. 3, 3, 112 Sic iſti ſolent ſu... domari. *Inequitat velut puerili luſu ſeruus humeris heri.*

SVBDVBITĀTOR, ōris. m. Qui dubitare videtur. Auguſt.

SVBDVBITO, āre. [ὑπενδοιάζω] *Aliquantum dubitare.* Cic. ... 7 Haec eo pluribus ſcripſi, quod nonnihil ſignificabant tuae ... ſubdubitare qua eſſem erga illum voluntate. Idem Att. ... enim dico meum, antea (crede mihi) ſubdubitabam.

SVBDVCO, xi, ctum, ēre. [ὑπεξάγω, ὑπεξαιρέομαι, ὑπάγω, ὑφαιρέω] ... *ere.* Iuuen. Sat. 1, 15 Et nos ergo manum ferulae ſubduximus. *e. Subtraximus, non iam pueriliter tractandi.* Cato de R. ... Ignem ſubdito: vbi bullabit vinum, ignem ſubducito. ... in. 5, 2, 62 Tempus eſt ſubducere hinc me. Aurum ſub... *terrae, Effoditur e terra* Ouid. de Arte Am. 3, 123. Cic. ... 40 c. 17 Subduc vnum diem cibum athletae, Iouem Olympium ipſum, cui ſe exercebit, implorabit, ferre non poſſe clamabit. Ouid. Met. 2, 661 Iam mihi ſubduci facies humana videtur. ... ducere oneri Idem ex Pont. 1, 5, 24. Flamma ſubduci... on. 267. Subducere Fundamenta, *i. auferre, vt totum ruat* Cic. de Fin. 4, 42 c. 15 *extr.* Lac agnis ſubducere ... 3, 6. Memoriam ſubducere, *i. Auferre* Sen. de Benef. Pedes ſubduxit fluuius raptori Plaut. Men. Prol. 65. *i. illum* ... Vires ſubducere alicui Ouid. Met. 13, 61. Cic. pro Do... quem tu in eo non pro illius dignitate produxeras, ſed pro ... re ſubduxeras. Ala ex praelio ſubducta Liu. 35. Cu... ſubducere Sen. Epiſt. 66. *clanculum effugere.* *Sic* Ter. 4, 14 Vbi primum poterit, ſe illinc ſubducet ſcio. Ibid. ... it cum eo clam ſubduxti te mihi? Cic. Qu. Fratr. 3, 4 ... o ſe ſubduxit. Morti animam ſubducere, *Eripere et confere periculo mortis* Ouid. Triſt. 1, 4, 27. Morti ſubducere ... Claud. in ſecund. Conſ. Stilich. 74. Nimbo ſe ſubducere Ouid. Triſt. 5, 14, 27. Quos praeſenti Periculo fortuna ſub... ... Il. 2, 72, 5. Calliſtrat. in l. 2 §. Diuus D. de iure fiſci, ... elator Poenae ſubduceretur, ſi mandatorem haberet. Pan... ... or. et Haloander habent, Poena. Pugnae ſubducere ali... ... rg. Aen. 1, 50. Colles ſubducunt ſe, Ex alto in cam... ... uuntur Seru. *ad* Virg. Ecl. 9, 7. Terra ſe pedibus raptim ... Lucret. 1, 1099. Subducere, *Furtim ſubtrahere.* Plaut. ... 3, 87 Quum dormiſcit, ei ſubduco annulum. Martial. 8 ... ſubduxit mappas quatuor Hermogenes. *Sic* 8, 59 Subdu... ... paia. Subducere furto obſides Liu. 9, 11. ¶ 2 ... duce, *Surſum ducere, leuare, extollere.* Vict. de Viris illuſt. 4 ... illo in auxilium accerſitus, Aciem in collem ſubduxit. Sub... copias in collem ſatis arduum Liu. 23, 26. *Hinc* Subducere ... *dicimus, In terram trahere: quod terra mari altior.* Virg. ... 1, 5 Quaſſatam ventis liceat ſubducere Claſſem, Et ſiluis aptare ... *Conf.* Seru. ad h. l. Plaut. Bacch. 2, 3, 71 Quum extemplo tu abire nos cum auro vident, ſubducunt lembum. Caeſ. ... il. 3, 23 Naues reliquas, ſi vellet, ſubduci et refici iuberet. ... ſubductae ſicco litore Virg. Aen. 3, 135. Surſum e puteo ... l. 2, 7, 3. Supercilia Senec. de Benef. 1, 1. Vincula ... quium in tegulas ſubduci *oportet,* atque inde foras in viam ... Gell. 10, 15. Vultu ſubducto procedere, *h. e. Seuero et* ... *ciata* Propert. 2, 10, 9. Subducere animam, *Spiritum ... ſurſum attrahere* Cato c. 157. Plin. 2, 19 Naribus ... n caput purgat. Plin. 20, 14 Recentis ſuccus narium vi... ſubductus emendat. ¶ 3. *In computationibus et ... adhiberi ſolet, ob ipſum ad calculorum tractationem reſpectum.* ... t. 1, 2, 80 Ibo intro, atque intus ſubducam ratiunculam, quan... genti mihi apud trapezitam ſiet. *Conf.* Ter. Adelph. 5, 4 ... ſubducta ratione eſſe ad vitam, *vid.* RATIO. Cic. de Nat. ... 71 c. 29 Medea modo et Atreus commemorabantur a nobis ... perſonae inita ſubductaque ratione, nefaria ſcelera medi... Cic. de Finib. 2, 60 c. 19 Quid fortes viri? voluptatumne calculis ſubductis praelium ineunt, ſanguinem pro patria profundunt? *i. Computantes, quantum voluptatis percepturi ſint.* Numerum ſubducere rei alicuius, *Numerare rem aliquam* Catull. 59, 208. Cic. Att. 5, 21 Collaudaui homines, Recte, inquit, Scaptius, ſed ſubducamus ſummam. *Vid.* Columel. 5, 2. Idem Att. 5, 21 Quid vos, quantum inquam debetis: Reſpondet, Cui? Refero ad Scaptium: homo clamare. Quid opus eſt, inquam? rationes conferatis. Adſidunt: ſubducunt: ad numum conuenit. *Sic enim diſtinguit Budaeus, non vt alii,* Subducunt ad numum, *vid.* CONVENIO.

SVBDVCTVS, a, um. Part. Subducta ad manes imos deſedimus vnda Virg. Aen. 3, 565 Aut ciſtam effractam aut ſubducta viatica ploret Hor. Epiſt. 1, 17, 54. Plin. 2, 17 Subductum omnibus ventis aedificium, *non expoſitum.* *Compar.* Concauis ſubductioris terrae latebris addere Mart. Capella 6 p. 192.

SVBDVCTIO, ōnis. f. [ὑπαγωγή, ὑπεξαγωγή, ὑφαίρεσις] *Ratio,* Cic. de Orat. 2, 132 c. 30 Quo perſpecto, ſtatim occurrit naturali quadam prudentia, non his ſubductionibus, quas iſti docent, quid faciat cauſam. *Proprie pro ipſo extollendi ſiue leuandi actu.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 1 Ad celeritatem onerandi, ſubductioneſque paullo facit humiliores, quam quibus in noſtro mari vti conſueuimus. Nauium ſubductiones Vitr. 10, 5.

SVBDVCTOR, ōris. m. ICtus in Digeſt.

SVBDVCTARIVS, a, um. Adi. [ὑπαγωγικός] *Vt,* Funis ſubductarius, *Quo quid leuatur.* Cato 12 Funes loreos quinque, ſubductarios quinque, medipontos quinque. *Vid.* Idem 68.

SVBDVCTISVPERCILIICARPTORES. *Compoſitum licenter fictum a Laeuio, de quo* Gell. 19, 7 Et quae multiplicia ludens compoſuit, quale illud eſt, quod vituperones ſuos ſubductiſupercilii carptores appellauit. *Igitur de Gellii certe ſententia compoſitum nomen eſt. An vere ita ſenſerit iudicare tum liceret, ſi ex genere verſuum conſtaret de modulo vltimae in* ſubducti, *quam ſi breuem poſtulet metrum, vicerit ſane Gellius.*

SVBDVLCESCO, ĕre. Celſus.

SVBDVLCIS, e. Adi. [ὑπόγλυκυς] *Parum dulce.* Plin. 26, 8 Radix ſubdulcis, in petris naſcens, aut ſub arboribus vetuſtis.

SVBDVRATIO, ōnis. f. Columel.

SVBDVRĀTOR, ōris. m. Veget.

SVBDŪRVS, a, um. Q. Cic. de Petit. Conſulat. 36 c. 12 Verum hoc probabile eſt, illud alterum ſubdurum tibi homini Platonico ſuadere: ſed tamen tempori tuo conſulam.

SVBĔDO, ēdi, ēſum, edĕre. Ouid. Met. 11, 783 Dixit, et e ſcopulo, quem rauca ſubederat vnda Decidit in pontum, *i. paullatim comminuerat, exederat.*

SVBEO, iui *vel* ii, itum, ire. [ὑποδύομαι, ὕπειμι, ὑπέρχομαι] *Sub aliquid, vel in aliquid ire. Accuſatiuo iungitur.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 36 Qui intra annos quatuordecim tectum non ſubiiſſent. Plin. Epiſt. 9, 26, 4 Inglorius ſubit portum. *De occultis molitionibus intelligi ſolet: vid. Brouckhuſ. ad* Propert. 1, 9, 26. *Burm. ad* Grat. Cyneg. v. 184. Quinct. 4, 5, 5 Interdum fallendus eſt iudex, et variis artibus ſubeundus *etc.* Plin. 31, 3 Sed hi rationem adferunt, quoniam leuiſſima ſit imbrium aqua, vt quae ſubire potuerit ac pendere in aëre. Lucan. 8, 116 Nulla tibi ſubeunda magis ſunt moenia victor. Currum ſubiere leones Virg. Aen. 3, 112. Nemus ſubire Ouid. Met. 2, 418. Tecta ſubire Virg. Aen. 7, 668. Vrbem ſubire Lucan. 3, 98. Vultum alicuius ſubire, *In eius conſpectum venire.* Cic. pro Quint. 97 Denique ipſius inimici vultum ſuperbiſſimum ſubiit, ipſius Sext. Naeuii lacrimans manum apprehendit, in propinquorum bonis proſcribendis exercitatam. Subire *cum Datiuo:* Virg. Aen. 9, 371 Iamque propinquabant caſtris, muroque ſubibant. Idem Aen. 6, 222 — Pars ingenti ſubiere feretro, *ferendi cauſa.* Quae voluit liquido tota ſubire Deo, *i. ſuccumbere in Venere* Propert. 3, 7, 14. Ne te poeniteat duro ſubiiſſe Labori Tibull. 1, 4, 41. *Sed etiam cum Accuſatiuo,* Virg. Aen. 4, 599. Quem ſubiiſſe humeris confectum aetate parentem, *etc.* Aſellus grauius dorſo ſubiit Onus Hor. Sat. 1, 9, 21. *Aſcenſum interdum notare videtur:* Liu. 2, 31. Idem 26, 42 Vt ſubeundi ſaepe ad moenia vrbis recurſus pateret. *Sic* 34, 16 Subire ad portam. *Et* 1, 27 Subire ad montes. Plin. 9, 27 Subit in ſumma maria, piſcis ex argumento appellatus lucerna, *etc.* Subire *et* Vocare, *in teſſerarum ludo contraria ſunt. Nam* ſubit *ille eam partem, quam ſi referat teſſera vincitur:* vocat, *quam partem quemque numerum optat reduci, vt vincat. Itaque qui iactat teſſeras, optionem dat colluſori ſubeundi vel vocandi: qui non iacit, is e iactatis deligit, quos* ſubeat, *et quos* vocet. *Ac ea conditio eſt, vt legamus eum numerum, quem potius rediturum putemus: eum ſubeamus, quem minus rediturum ſperemus, vt auguremur nobis potius lucrum, quam iacturam ominemur.* Ouid. de Arte Am. 3, 355 Et modo tres iactet numeros, modo cogitet apte, Quam ſubeat partem callida quamque vocet. *Haec* Turneb. Aduerſ. 6, 10. *quae non praeſtiterim equidem.* ¶ 2 Subire *aliquid, pro Suſcipere.* Plin. Epiſt. 9, 19 Cuius nunc mihi ſubeunda defenſio eſt. Idem in Paneg. 44 Quis enim curae tuae molem ſponte ſubeat? Affectus, non vt aduocati, ſed vt paſſi ſubimus Quinct. 11, 1, 55. *i. induimus tanquam perſonam.* Amores primos vix ſubit pectus rude Ouid. Epiſt. 4, 23. *i. Suſtinet.* Conditionem pacis ſubire Caeſ. Bell. Gall. 7, 78. Deditionem Idem Bell. Ciuil. 1. Hereditatem ſubire, *pro quo vſitatius dicimus,* Adire hereditatem. Iuriſconſ. l. 181 de Reg. Iur. Iuſſa ſubire Claud. de Conſ. Hon. 4, 296. Cic. Att. 3, 15 Iſtos labores, quos nunc in ſuffragiis ſuſcipis, non ſubiſſes. Labores duros ſubire Tibul. 1, 4, 47. Nauigationem ſubire Caeſ. Bell. Gall. 4. Negotium ſubire, *vid.* NEGOTIVM. Quinctil. 6, 1 Et ipſe patronus has Partes ſubit. Subire, *Succedere.* Liu. 27, 2 Primae legioni tertia, dextrae alae ſiniſtra ſubiit: et apud hoſtes integri a feſſis pugnam accepere. Plin. 8, 7 Equitatu circumuenti, infirmos, aut feſſos vulneratosue in medium agmen recipiunt: ac velut imperio ac ratione per vices ſubeunt. *de elephantis.* Ouid. Met. 1, 130 Fugere pudor, verumque fideſque: In quorum ſubiere locum, fraudeſque, dolique, *etc.* Munus eius et officium obire ſeu peragere Idem ex Pont. 4, 9, 7. Cic. Off. 3, 105 Qui retinendi officii cauſa Cruciatum ſubierit voluntarium? Idem Fam. 8, 11 Curio omnia potius ſubire conſtituit, quam id pati. Aleam ſubire, *Fortunam, ac ſortem experiri alicuius rei* Columel. 3, 21. Auxilio ſubire alicui Virg. Aen. 2, 216. Cic. ad Brut. 12 Atque ille ſi armis poſitis de vi damnatus eſſet, quo in iudicio certe defenſionem non haberet, eandem Calamitatem ſubirent liberi bonis publicatis, quanquam quod tua mater et ſoror deprecatur pro pueris. Cic. Att. 8, 1 Eundum, vt quem-

quemcumque fors tulerit caſum, ſubeam potius cum iis, qui dicuntur eſſe boni, quam videar a bonis diſſentire. Crimen ſubire Liu. 2, 7. Cic. Tuſc. 2, 14 Quae vt effugias, quis eſt non modo non recuſandus, ſed vltro appetendus, ſubeundus, excipiendus Dolor? Idem in Catil. 4, 12 Sin remiſſiores eſſe voluerimus, ſummae nobis crudelitatis in patriae ciuiumque pernicie Fama ſubeunda eſt. Idem ad Brut. 18 Ne Famam ſubeam temeritatis. *i. Ne dicar temerarius.* Idem Fam. 14, 5 (6) Quando ſubeunda Fortuna eſt. Cic. Off. 3, 28 Cuius ſocietatis arctiſſimum vinculum eſt, magis arbitrari eſſe contra naturam, hominem homini detrahere ſui commodi cauſa, quam omnia Incommoda ſubire vel externa vel corporis, vel etiam ipſius animi, quae vacent iuſtitia. Infamiam ſempiternam ſubire Cic. Q. Frat. 3, 1. Id. Diu. in Caec. 46 c. 14 Poteriſne eius orationis ſubire Inuidiam? Aſcon. Inuidiae, *i. aequo animo ferre te ita inuiſum videri.* Idem pro Flacc. 2 Exiſtimabam L. Flacco multitudinis imperitae potius, nullo tamen cum periculo, quam ſapientiſſimorum et lectiſſimorum virorum Iudicium eſſe ſubeundum. Iudicium docti principis pagina ſubitura Ouid. Faſt. 1, 19. Stat. Silu. 1, 2, 28 — ſubiit Leges, et frena momordit Ille ſolutus Amor. Locum alterius ſubire Martianus in l. Creditor. §. A Titio. D. Qui potiores in pignore, *etc.* Loquentem ſubire, *i. reſpondere* Claudian. de Conſ. Mallii 173 Subit ille Loquentem Talibus. Cic. pro Domo 72 Vtrum igitur peccato meo exulis Nomen ſubeo, an re iudicata. Idem Off. 3, 57 Haec tot et alia plura nonne inutile eſt vitiorum ſubire Nomina? Id. in Piſon. 41 Vos autem ſempiternas foediſſimae turpitudinis Notas ſubieritis? Idem Att. 11, 7 Quanquam quid mea interſit vt eorum Odium ſubeam, non intelligo. Periculum omne ſubire Hor. Epod. 1, 4. Idem Verr. 1, 144 Si pupilli calamitas, propinquorum lacrimae, Decii Bruti, cuius praedia ſubierunt Periculum, M. Marcelli tutoris auctoritas apud te ponderis nihil habebat, ne illud quidem animaduertebas? Idem Off. 3, 65 Nam cum ex duodecim tabulis ſatis eſſet ea praeſtari, quae eſſent lingua nuncupata, quaeque inficiatus eſſet, dupii Poenam ſubiret. Poenas meritas ſubire Ouid. Epiſt. 12, 119. Poenas ſubire ex merito Idem Met. 5, 200. Cic. Att. 11, 6 Minus Sermonis ſubiiſſem, minus accepiſſem doloris, ipſum hoc me non angeret. *i. Non tantus de me ſermo ſiniſter eſſet, Non ita mihi obloquerentur homines.* Supplicia ſubire Idem ad Brut. 12. Idem pro Corn. Balb. Tum certe digniſſimi ſunt, qui ciuitate ea donentur, pro qua pericula ac Tela ſubierunt. Tempeſtatem inuidiae ſubire Cic. in Catil. 2, 15. Tempeſtates ſubire Caeſ. Bell. Gall. 8, 5. Cic. pro Roſc. Am. 31 Quoniam quidem ſemel ſuſcepi, licet, Hercules, vndique omnes Terrores, Minae, Periculaque impendeant omnia, ſuccurram atque ſubibo *intell.* Terrores, Minas, Pericula. Idem Att. 8, 16 Atque ego, qui omnia officio metior, recordor tamen tua conſilia: quibus ſi paruiſſem, Triſtitiam illorum temporum non ſubiiſſem. Turpitudinem ſubire, ſiue turpitudines Idem Verr. 1, 137. *Sic* Philipp. 14, . . . Verbera ſubire Plin. 20, 13. Hor. Serm. 1, 3, 120. Vicem eandem ſubire: Vlp. in l. Minor. D. de procurat. Quoniam autem defendere eſt eandem Vicem, quam reus ſubire, *etc.* Vim ſubire, atque iniuriam malui, quam aut a veſtris ſanctiſſimis mentibus diffidere, aut de meo ſtatu declinare Cic. de Prouinc. Conſ. 41. Idem pro Caecin. 100 Qui ſi in ciuitate legis Vim ſubire vellent, non prius ciuitatem, quam vitam amitterent. Idem Att. 14, 21 Poſtremo ſe libenter Vituperationem ſubire, quod amaret etiam mortuum Caeſarem. ¶ 3 Subire, *Succedere, paullatim venire.* Virg. Georg. 1, 180 Neu ſubeant herbae, neu puluere victa fatiſcat, *i. ſuccreſcant.* Subeunt morbi Idem Georg. 3, 67. i. e. Adueniunt, *inquit* Seru. Curae ſubeunt Ouid. Triſt. 4, 3, 23. Senecta ſubiens Sil. 7, 596. Sopor furtim ſubit feſſa lumina Ouid. Epiſt. 19, 56. *i. Latenter ingreditur oculos.* Taedia ſubeunt animo Idem ex Pont. 4, 15, 30. Religio ſubit animos Plin. 5, 1. Timor ſubit animum Liu. 39, 16. Spes ſubit animum Idem 40, 8. Subit, *abſolute, pro recordor* Plin. 29, 1. Subire, *In memoriam venire.* Idem 7, 46 Subeunt in hac reputatione Delphica oracula. *conf.* Virg. Aen. 2, 560 *et* 562. *Datiuo*: Curt. . . Cogitationi noſtrae nunquam ſubiit. Quinctil. Decl. 6, . . . Faſtidia ſubeunt mihi Ouid. Epiſt. 16, 97. *Accuſatiuo:* Plin. Epiſt. 3, 7 Quod me recordantem, fragilitatis humanae miſeratio ſubit. Curtius 5, 2 Subiit regem verecundia. Imago me ſubit Ouid. Faſt. 2, 753. Virg. Aen. 2, 560. *Infinitiuo:* Plin. 35 Subit antiquitatem mirari. Idem Epiſt. 1, 9 Tunc enim ſubit recordatio, quot dies quam frigidis rebus abſumſit. Liu. 25, 24 Ea quum vniuerſa occurrerent animo, ſubiretque cogitatio, iam illa momento horae arſura omnia, et ad cineres reditura. Animum cogitatio ſubiit Curt 6, . . . Horum cogitatio ſubibat animum. Animum cogitatio ſubit Liu. 36, 20. Idem 2, 42 Dulcedo agrariae legis ipſa per ſe demto auctore ſubibat animos. Animos ſubit memoria maleficiorum Idem 37, 49. Curtius 5, 4, 11 Subit ipſa per ſe, demto auctore ſubibat Animos. Liu. 40, 8 Subituram vobis aliquando germanitatis Memoriam, puerilis quondam ſimplicitatis conſuetudiniſque inter vos, meorum denique praeceptorum, *etc.* Plin. 14, 11 Verum inter haec ſubit Mentem, quum ſint genera nobilia, *etc.* Virg. Aen. 10, 824 Et Mentem ſubiit patriae pietatis imago. Affecto ſubit quidquid abeſt, *i. in mentem venit triſti et aegro* Ouid. Triſt. 3, 3, 14. ¶ 4 Virg. Aen. 10, 798 Aeneae ſubiit mucronem, ipſumque morando Suſtinuit. *h. e. Lauſus ſe ſuppoſuit enſi Aneae iam ſublato ad plagam inferendam, ictumque parma ſuſtinuit.* Valer. Flacc. Argon. 6, 322 Illum vbi congreſſu ſubiit Geſander iniquo Territat his, *etc.* Subiri, *Paſſiuum* Cic. Verr. 5, 181 c. 71 Inimicitiae ſunt? ſubeantur: labores? ſuſcipiantur. Plin. 4, 11 Haemi excelſitas, VI. M. paſſ. ſubitur. Nam ſi ſubeantur proſpera caſtra Iuuen. Sat. 16, 2.

SVBĬTVS, a, um. *Ex Participio Adiectiuum.* Subitum *videntur primo dixiſſe, qui* ſubiiſſet, *obrepſiſſet: tum paullatim repentina omnia* ſubita *dicta. Eſt ergo* ſubitus [αἰφνίδιος] *Repentinus.* Ter. Phorm. 1, 4, 23 Nam quod ego huic nunc ſubito exitio remedium inueniam miſer? Idem Adel. 5, 9, 28 Quod proluuium? quae iſtaec ſubita eſt largitas? Cic. Fam. 10, 16 Neue in rebus tam ſubitis, tamque anguſtis, a Senatu conſilium petendum putes. Idem Verr. 2 Subita laetitia. Subiti nihil eſt Plaut. Perſ. 4, 4, 36. Subitum eſt nimis Plaut. Aul. 2, 5, 5. Cic. Fam. 13, 2 Nam propter opera inſtituta multa multorum, ſubitum eſt ei remigrare Calendis Quinctilibus. Adſpectu ſubito territus haeſit Virg. Aen. 11, 699. Concurſus ſubiti Ouid. Met. 14, 544. Dolores ſubiti Idem Epiſt. 11, 47. Flammas ſubitas exſtinguere Idem in Ibin 19. Formidine ſubita trepidus Virg. Aen. 6, 290. Fragore ſubito intonuit Idem A… Liberis non ſubitas Imagines relicturus Plin. Ep. 8, 10. … ſubitus Ouid. Faſt. 4, 385. Morte ſubita ſternere aliq… Aen. 11, 796. Rubor ſubitus notauit ora Ouid. Met. 6, 4… more ſubito intremuere genua Idem ibid. 2, 180. Vim ſ… lerare Lucret. 1, 287. Vertigines ſubitae Scribon. 6. … Tacit. Ann. 15, 59, 2 Fortes viros terreri ſubitis. Idem Hiſt. … bita belli. *add.* Id. Agric. 37, 1.

SVBĬTO. Adu. [χαρπαλίμως, ἄφνως] *Repente, confeſ…* Fam. 14, 8 Nam mihi et ſcriptum et nuntiatum eſt, te in ſ… bito incidiſſe. Subito deprehenſus Sen. Ep. 11. … femina ſubito Virg. Georg. 2, 268. Cic. pro Font… Cum tot bella a nobis neceſſario ſuſcipiantur, aut ſub… improuiſo naſcantur. Subito poſteaquam literas … cum Oppio ad te dedi, ab Caeſare epiſtolam accepi, cui… plum tibi miſi. Balbus Ciceroni *ſub* Att. 9, 8 *in princ. i. Stat…* *Male legebatur* Sub *pro* Subito. *Sed iam editur,* S. V. B. E… bene eſt. Subito quum mihi dixiſſet Caecilius Quaeſto… ſe Romam mittere, haec ſcripſi raptim Cic. Att. 2, 9. … Amph. 5, 1, 10 Vt ſubito? vt propere? vt tonuit valide? Id… 5, 2, 51 Ita ſubito eſt propere quod eum conuentum volo. … Curc. 2, 3, 4 Ita nunc ſubito, propere, et celere obiectum eſt… gotium. *Add.* Id. Curc. 2, 3, 51. *et* Bacch. 1, 1, 49. De ſubito…

SVBITANEVS, a, um. Adi. [ἐξαιφνίδιος] *Idem quo…* Columel. 1, 6 Si ſubitaneus imber inceſſerit. Vomitu… Priſc. 2, 13.

SVBITARIVS, a, um. *Aliud* Adi. [ἐξαπιναῖος] *Idem…* Mil. 2, 2, 70 Hanc age rem, res ſubitaria eſt. *Add.* Apul. Me… bitarii milites *raptim delecti* Liu. 3, 4. Idem 40, 26. *Et* 31, … legionibus ſubitariis tumultus eius cauſa ſcriptis. Exer… 3, 30. *Vid. Alex. ab Alexand.* 4, 2. Aedificia ſubitaria; … *exſtructa* Tacit. Ann. 15, 39, 2. Dictio ſubitaria Gell. 9, …

SVBĬTO, āre. *Re ſubitanea et inſolita percellere.* Cypr… 57 Ad praelium apparet fortiores nuper ſubitatos eſſe, et no… inſuetae rei pauore trepidaſſe.

SVBITATIO, ōnis. f. Vulgat. Sap. 5, 2 Mirabuntur in … ne ſalutis. *i. ſubito exortu,* ἐν τῷ παραδόξῳ τῆς σωτηρίας.

SVBER, ĕris. m. *vel* f. *ſaepius* n. [φελλὸς] *Arbor e gl…* *de qua* Plin. 16, 25 Tardiſſimo germine ſuber. *Claſſicus locu…* 16, 8 *vbi de glandiferis,* Suberi minima arbor, glans peſſima, … tex tantum in fructu praecraſſus ac renaſcens, atque etiam … pedes vndique explanatus. Vſus eius ancoralibus maxime na… ſcantiumque tragulis, et cadorum obturamentis: praeterea in … feminarum calceatu. Quamobrem non infacete Graeci corti… rem appellant. Sunt qui feminam ilicem vocent, atque vbi n… tur ilex, pro ea ſubere vtuntur, in carpentariis praecipue fab… circa Elin et Lacedaemonem. Nec in Italia tota naſcitur, au… lia omnino. Columel. 4, 26, 1 Nam eſt praecipua cuneis … quercus et ſuber, et ſi qua ſunt ſimilia. *conf.* Plin. 16, 9. … Colum. 7, 9. 9, 1 *et* 6. *Pro cortice ſimpliciter, non ſpeciati…* bere *ſui generis arbore poſuit, Caſaubono iudice,* Perſ. Sat. 1, 9… male vetus vegrandi ſubere coctum.

SVBEREVS, a, um. Adi. [φελλινὸς] *Apud* Columellan… *citur. Sed puto reſpici* 9, 6, 1 Aluearia fabricanda ſunt pro co… regionis: ſiue illa ferax eſt ſuberis, haud dubitanter vtiliſſim… faciemus ex corticibus. *Sed* ſubereus cortex Sammon. 6, 49.

SVBERĪNVS, a, um. *Idem.* Sidon. Epiſt. 2, 2 Piſca… ſuberinis corticibus extendit.

SVBERIES, ēi. f. *Idem ac* Suber. Lucilius apud Fe… Fragm. Suberies eſt arboris genus, ex qua cortex natatorius … tur. Iſid. 17, 7 Suberies eſt arbor, ex qua validiſſimus corte… rius extrahitur.

SVBELLO, ĕre. Subere defricare Lucil. *apud* Non. 2, …

SVBERĬGO, ĕre. *Aliquantum erigere.* Sil. 15, 15… ſaeua fretis immiſit praelia Corus, Iſthmon curuata ſu… erigit vnda. Suberectus Apul. Met. 2 p. 123.

SVBERRO, āre. [ὑποπλανάομαι] Claud. in Conſ. Pro… digenas fluuios, Italis quicunque ſuberrant Montibus, Alpi… bunt de more pruinas. *i. Fluunt ſub montibus.*

SVBEX, *vid.* in SVBIICIO.

SVBEXCVSO, āre. Subexcuſare quodammodo miſero… Saluian. de Gubern. 4 p. 68.

SVBEXHĬBEO, ēre. Arnob. 6 p. 195 *Deorum impugna…* *cra:* Non dicitis praeſentiam vobis quandam his numinum ſu… beri ſimulacris? *conf.* S. Pitiſc. ad Curt. 7, 7, 20.

SVBEXPLICO, āre. Aeſculapius repſit, vt coluber, non… bus ſe ferens, neque ſuas ſubexplicans itiones, ſed ventre nixus … ctore Arnob. 7 p. 251.

SVBFARRANEVS, *vid.* SVFFARRANEVS.

SVBFERMENTATVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Valen…

SVBFERVEO, *vel* SVFFĔRVEO, ēre. *Aliquantulum f…* Apul. de Herb. 115.

SVBFERVEFĂCIO, ĕre. Plin. 18, 11 Vulgo nec ſubferuefa…

SVBFERVEFĪO, ĕri. Plin. 27, 9 Affirmant lapillos, qui ſ… veſiant vna rumpi.

SVBFERVEFACTVS, a, um. Partic. [ὑπόζεστος] *P…* *feruefactum ſignificat.* Plin. 28, 9 Contra ſcabiem vero qui… miſto iumentorum ſeuo, pro parte tertia et pice, pariterque … vefactis. Idem 24, 7 Ad mulierum mammas brutia ex vi… feruefacta cum polline farraceo. *conf.* Id. 14, 9. *vid.* SVFFERVEO.

SVBFERVĬDVS, a, um. Celſus.

SVBFIBVLVM, *vid.* SVFFIBVLVM.

SVBFIGO, *vid.* SVFFIGO.

SVBFRIGĬDVS, a, um. Adi. [ὑπόψυχρος] *Aliquantum fri…* *dus.* Ammian. 17, 22 Argumentum ſubfrigidum.

SVBFRIGĬDE. Adu. [ὑποψυχρῶς] Gell. 2, 9 Nimis mir… ac prope etiam ſubfrigide.

SVBFVSCVS, a, um. Tacit. Agric. 12, 9 Gignit et oceanus … garita, ſed ſubfuſca ac liuentia.

SVBFVSCŬLVS, a, um. Ammian. 22, 16 Homines Aeg… plerique ſubfuſculi ſunt et atrati. Apul. Mileſ. 2 p. 120 Pro… et ſubfuſculus.

SVBGAMBA, ae. f. *Pars pedis, quae gambae ſubiacet.* Veget.

SVBGLVTIO, īre. Subglutire dolores Veget. de Re Vet. 3, …

SVBGRANDIS, e. Adi. [ὑπομέγας] *Vtcunque grande vi… qu…*

tul 1. Cic. Q. Frat. 3, 1, 1 Subgrande cubiculum autem, et rn a altum valde probaui, quod et ampla erant, et loco poſita ulaonis vno latere, eo quod eſt proximum balneariis.

B RĂVIS, e. Adi. [ὑπόβαρυς] *Aliquantum graue.* Plin. 27, adi tenui, nigra, ſubgraui odore.

B RVNDA, *et quae eo pertinent, vid.* SVGGRVNDA.

B AEREO, ſi, ēre. Celſ. 5, 28 At cartilago vbi ſubhaeſit, ipſa d:et. In ſuſpicione et crimine ſubhaereat neceſſe eſt Val. 6, , 10.

B ASTO, āre. *Eſt ſub haſtam mittere, h. e. Per auctionem ven- olebat quippe haſta ſigi in publicis auctionibus, in quibus aliquid ur vel auctoritate publica vendebatur. Forenſe verbum et vſu fre-* olin. de Thrac. 10 *pro vendere ſimpliciter poſitum videtur,* Nu- on parentum arbitrio transeunt ad maritos, ſed quae prae pie valent, ſubhaſtari volunt, et licentia taxationis admiſſa ic bus nubunt, ſed praemiis.

B ASTATVS, a, um. Part. Vendebatur Deus, vt prodeſſet i, et emtor ſuppliciter adorabat, quidquid paullo ante viderat ſt um Firmic. de Err. prof. relig. p. 31.

B ASTATIO, ōnis. f. l. 2. C. de reſcind. vendit. Nec ſub ſubhaſtationis publicae locus fraudibus relinquatur.

B ASTARIVS, a, um. Adi. Impp. Honor. et Theod. l. 9 e l. de praediis nauicularior. Quaecunque poſſeſſiones ſubha- te diſtractae ſunt; *i. ſub haſta venditae.*

HORRESCO, ĕre. Subito mare ſubhorreſcit, caecosque ſ ı ſe prouoluit Siſenna *ap.* Non. 5, 7. *Videtur ſignari motus ex s ſuperiora.*

HORRĬDVS, a, um. Adi. [ὑποφρικώδης] *Aliquantum hor-* ic. pro Sext. 21 c. 9 Quia triſtem ſemper, quia Taciturnum, horridum atque incultum videbant.

ORRIDE. Adu. Gell. . . .

VMĬDVS, a, um. Celſ. 3, 6 Oculi ſubhumidi.

BĀCEO, ui, ēre. [ὑπόκειμαι] *Subtus vel prope iacere.* Plin. *pr.* Sed hi procul a mari receſſerunt: quin etiam Apennino, r no montium ſubiacent. Columel. 10, 195 Et mater fa- o ſſima ſubiacet aruo.

EACENS terra Colum. 4, 1, 2. Quinctil. 3, 6, 27 Cauſae) plurimae ſubiacent lites, *i. continentur illo nomine et genere.* ıd 31 Qualitati ſubiacent omnes de honeſtis, iuſtis, vtilibus, es. *add.* Colum. 1 *et* 11, 3. Pallad. 1, 6, 10. Sidon. 9, 9 an 2, 2.

IACTO, āre. [ὑποῤῥιπτέω] *In altum iactare, quod fit, quum rumenta a paleis ſecernuntur.* Varr. de R. R. 1, 52, 2 His tritis, te terra ſubiactari vallis aut ventilabris, quum ventus ſpirat le- *l.* SVBIECTO. *Aliquantum iactare:* Solis qui ſe ſubiactat cun Creſc. Coripp. in Praef. v. 29.

VBIECTO, āre. *Surſum iacto.* Lucret. 6, 700 Saxaque ſubie- e, arenae tollere nimbos. *Vid. ſub* SVBIICIO.

VIDVS, a, um. *Venereum hominem, et ab amore flagrantem no- tur, quod ex notione* Inſubidi *recte puto colligi. Nondam eſt, niſi ex* Verſibus Valerii Aeditui, veteris Poëtae *apud* 9.

Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis
Quid mî abs te quaeram, verba labris abeunt.
Per pectus miſerum manat ſubido mihi ſudor.
Sic tacitus, ſubidus: duplo ideo pereo.

r ſe perire ait, ſemel ab amore, ſemel a ſilentio. Haec certe pro- Barthiano commento Adu. 37, 4 *qui* ſabidum *quaſi* ſapidum *a quo ſit* inſubidus, *vt a* ſalſo inſulſus. Subidus *eſt vehe- ro amoris venerei percitus, a* ſuum *furore, vnde et* ſubare *eſt: vt* inuenuſtus. *Haec conueniunt cum ſententia Turn.* 17, 1 *et mol.*

IGITO, *vid.* SVBAGITO.

IGO, ēgi, actum, ĕre. [ἀναγκάζω, βιάζομαι] *Ex* Sub *et poſitum, ſignificat ſub ſuam poteſtatem agere, Cogere.* Plaut. 3, 14 Qui ſubegi, foenore argentum ab daniſta vt ſumeret. t. 1, 1, 123 Nam eum pater eius ſubegit. Tacit. Ann. 14, quoque equites Romanos operas arenae promittere ſubegit. teri Virg. Aen. 6, 567. Ad deditionem ſubigere Liu. Tac. A. 1, 39, 3. *Drakenb. ad* Sil. 1, 635. Salluſt. Catil. Po a vero quam in Aſia Cyrus, in Graecia Lacedaemonii et ſes coepere vrbes atque nationes ſubigere. Plaut. Curc. 7 imidiam partem nationum vsque omnium ſubegit ſolus intra es. Tauros Apul. Flor. p. 343. Arma inimica ſub- ne Lucan. 5, 661. Cic. pro Corn. Balb. 25 c. 10 Hanc tu trone foederum ac foederatorum conditionem ſtatuis tuis ci- , quod his, quos Gaditanis adiutoribus armis ſubegimus, at- tionem noſtram redegimus, liceat. Subigi imperio Liu. *cogi.* Subigere [κατεργάζεσθαι] glebas, ſiue terram *eſt re, rando, fodiendo.* Cic. de Lege Agr. 2, 83 Atque illi miſeri nati in ag et educati, glebis ſubigendis exercitati. Cic. de Nat. Deor. 9 ubus quum terrae ſubigerentur fiſſione glebarum ab illo au- ge re, vt Poëtae loquuntur, vis nulla vnquam afferebatur. Virg. rg. , 125 Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni. Cic. de ect 31 Quae quum gremio mollito ac ſubacto ſparſum ſemen ex- t. Boues preſſo ſubigebant vomere terram Ouid. Met. 11, 31. rga multo oleo et vino ſubigere *tractare et mollire* Columel. 6, *Mi co intellectu* Scribonius Subigere Emplaſtrum 201. 203. In m 26. Manibus 82. 259. *etc.* Equi terga ſubigere, *pro De- are* Columel. 6, 30. Farinam ſubigere Cato 74. Opus ſub- e gitis Ouid. Met. 6, 19. Scrobem ſubigere, *Fodere* Virg. rg. , 50. Secures in cote ſubigere, *Acuendi cauſa* Idem Aen. 7. Subigere, *Surſum agere,* Idem Georg. 1, 202. Non aliter n q aduerſo vix flumine lembum Remigiis ſubigit. h. e. Vrget npeit contra vim et curſum fluminis. Seru. *Sic* Subigere claſ- ad oenia Sil. 15, 218. Ratem conto ſubigere Virg. Aen. 6, Saxum contra ardua montis Sil. 13, 610. Subigere *etiam bum quam eſt.* Macrob. Sat. 2, 2 Plancus in iudicio forte amici m eſtum teſtem deſtruere vellet, interrogauit, quia ſutorem ſcie- , q artificio ſe tueretur? Ille vrbane reſpondit, Gallam ſubigo. oriu hoc habetur inſtrumentum: quod non inficete in adulterii robationem ambiguitate conuertit. Nam Plancus in Maeuia Galla, pta, ale audiebat. *Sic Iulius Caeſar male audiebat, qui Nicomedi hyni regi ſuccubuiſſet turpiter. Hinc* Gallico triumpho milites — vulgatiſſimum illud pronunciauerunt,

Gallias Caeſar ſubegit, Nicomedes Caeſarem:
Ecce Caeſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias:
Nicomedes non triumphat, qui ſubegit Caeſarem.

Haec Sueton. c. 49. *Add.* Auſon. Epigr. 142 *itemque* SVBACTVS n. 2.

SVBACTVS, a, um. Partic. [χειρωθεὶς] *Vt,* Subactus ab imperatoribus, et domitus Cic. pro Font 2 c. 1. Inſidiis ſubactus Virg. Aen. 12, 494. Emplaſtrum ſubactum ex aceto Celſ. 6, 3. Cera ſubacta Scribon. 264. Propolis per ſe ſubacta Idem 22. Columel. 4, 29 Fiſſura diligenter ſubacto luto linitur, atque ſuperpoſito muſco ligatur. Mundus ſubactus Lucan. 1, 160. Subactus multitudine periclitantium, *pro Coactus* Tacit. Ann. 6, 16. Idem Ann. 13, 13, 1 Donec vi amoris ſubactus. *Aliquando idem eſt, quod Vſu crebro exercitatus.* Liu. 42, 52 Ipſi a pueris eruditi artibus militiae, tot ſubacti atque durati bellis. *Sumta metaphora a luto, quod ſubigitur, ſi valere debeat, aut farina. Sic* Subactum ingenium, *pro Exercitato, per translationem poſuit* Cic. de Orat. 2, 131 c. 30. *Sed* Tac. Ann. 11, 20, 4 Quibus ſubacti milites, *i. vltra modum exerciti et vexati. Quin* Subactos *aliquoties vocat* Cael. Chron. 4, 9 Molles *ſ.* μαλθακοὺς, *muliebris patientiae viros. Recte ergo* Feſtus Paulli, Subactus modo ſignificat Mollitus, modo Victus, modo Compulſus: vt cum dicimus, Pecus ſub arbore ſubactum: modo coactus.

SVBACTVS, ûs. m. [κατεργασία] *Idem quod Subactio.* Plin. 18, 7 Quod in ſubactu congium aquae capiat.

SVBACTIO, ōnis. f. [κατεργασία] Cic. de Orat. 2, 131 c. 30 Subactio eſt vſus, auditio, lectio, literae. Baculorum ſubactionibus fundatae ſoliditates Vitr. 7, 3. *Paullo poſt* p. 133 Graecorum tectores ——— mortario collocato, calce et arena ibi confuſa, decuria hominum inducta, ligneis vectibus pinſant materiam, et ita ad certamen *(ab hominibus certatim hoc agentibus)* ſubacta tunc vtuntur. Subactionibus ciborum dentes trini generis habere Arnob. 3 p. 107. *i. ad cibos ſubigendos, minuendos, molliendos.*

SVBACTOR, ōris. m. Qui ſubigit; *ſenſu obſceno.* Lamprid. Heliogab. c. 5. *et* Commodo c. 3.

SVBACTARIVS, i. m. *Coriarius.* Inſcr. Vet. *Vid.* Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 270.

SVBIGVS, i. m. *Deus adeſſe ſponſis prima nocte connubii creditus; de quo* Auguſt. de Ciu. Dei 6, 9.

SVBIICIO, ēci, ectum, ĕre. [ὑπάγω, ὑπείκω, ὑποτάσσω] *Supponere.* Virg. Georg. 4, 304 Et ramea coſtis Subiiciunt fragmenta. Brachia ſubiecit collo Ouid. Amor. 3, 7, 7. Subiicere ſub alterum regem *de apibus* Varr. de R. R. 3, 16. Cic. Tuſc. 5. Quinctil. 8, *vlt.* Nam translatio permouendis animis plerumque et ſignandis rebus ac ſub oculos ſubiiciendis reperta eſt. Idem Att. 12, 37 De hortis Scapulanis hoc videtur effici poſſe, aliud tua gratia, aliud noſtra, vt praeconi ſubiiciantur. Idem Off. 2, 83 Haſtam in foro ponere, et bona ciuium voci ſubiicere praeconis. *Etiam abſolute, hoc ſenſu, ap.* Suet. Calig. c. 38. Liu. 3, 37 Et iam ne tergo quidem abſtinebatur: virgis caedi alii, alii ſecuri ſubiici. *i. Occidi.* Cic. Philipp. 2, 51 Tum iſte venditum atque mancipatum tribunatum conſiliis veſtris oppoſuit, ceruicesque ſuas ei ſubiecit ſecuri, qua multi in minoribus peccatis occiderunt. *i. Se criminibus ſuis obnoxium ſupplicio vltimo fecit.* Columel. 12, 39 Tum permiſcere, et ſubactam briſam prelo ſubiicere, *etc. Vid.* Plin. 15, 6. Cic. Verr. 1, 69 Omnes ad eam domum, in qua iſte diuerſabatur, profecti ſunt, caedere ianuam ſaxis, inſtare ferro, ligna et ſarmenta circumdare, ignem ſubiicere coeperunt. *conf.* Virg. Aen. 5, 104. Ignem ſubiicere fornaci Vlpian. in l. Si ſeruus. §. Si quis inſulam. D. Ad legem Aquiliam. Oua ſubiicere gallinis Plin. 10, 53. Sacculum puluino ſubiicere Senec. de Benef. 2, 10. Scientiam ſubiicere Celſ. in Praefat. 1. Se ſubiicere periculo Vlpian. in l. 1 §. 1 D. De pericul. et com. rei vend. Brachia ſubiicere pallae depoſitae, *Accipere pallam, quam Diana deponit* Ouid. Met. 3, 167. Virg. Georg. 2, 492 Atque metus omnes, et inexorabile fatum Subiecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis auari: *timere deſiit, coepit contemnere.* Plin. in Paneg. 65 In roſtris quoque ſimili religione, ipſe te legibus ſubiecisti. Cic. . . . Tot ſibi populis repente ſubiectis. Cic. Att. 8, 15 Subiicerer eisdem praeliis, vt mea perſona ſemper ad improborum ciuium impetus aliquid videretur habere populare. Subiici in ſeruos et venire, delatores *iuſſit* Titus Sueton. c. 8. *i. pro Seruis tractari. Sed varia circa lectionem moliuntur viri docti.* Subiicere ſacra publica et priuata ſcitis Pontificis Liu. 1, 20. Cic. de Fin. 4, 38 Quum autem aſſumta ratio eſt, tanto in dominatu loquatur, vt omnia illa prima naturae, huius tutelae ſubiiciantur. Omnia ſubiecta eſſe libidini alicuius Idem pro Domo 105. Idem Off. 2, 22 c. 6 Atque etiam ſubiiciunt ſe homines imperio alterius et poteſtati pluribus de cauſis. Subiicere, *pro Submittere vel ſubornare.* Quinctil. 5, 7 *de Teſtibus,* In iis quoque, qui conſtiterint ſibi vitandae inſidiae. Nam frequenter ab aduerſario ſubiici ſolent: et omnia profutura polliciti, diuerſa reſpondent. *Vid.* Suet. in Neron. c. 35. Caeſ. B. C. 1, 33. Delatorem vel accuſatorem ſubiicere l. 50 §. 2 D. de Legat. 1. *It.* l. 15 ad SC. Turpil. *Et* l. 14 §. 15 demum videt D. de bonis libert. Subiicere pullos, *Supponere, alienos ſiue adulterinos pro veris ponere, quod et* Subdere *dicitur.* Plin. 10, 9. *de coccyce.* Subiicere nomen alterius Vlpian. in l. Quamuis anteceſſor. D. de rebus eor. qui ſub. *etc.* Subiicere [κατεργάζεσθαι] ferro terram, *pro Colere.* Cic. de Legib. 2, 45 Terrae cultum ſegniorem ſuſpicor fore, ſi ad eam tuendam ferroque ſubiiciendam ſuperſtitionis aliquid acceſſerit. ¶ 2 Subiicere, *Suggerere, ſubmonere, In memoriam redigere.* Ter. Phorm. 2, 3, 40 Si meminiſti, quod olim dictum eſt, ſubiice. Liu. 26, 41 Quod mens ſua ſponte diuinat, idem ſubiicit ratio haud fallax. Cic. pro Cluent. 6 Ne ipſi quae contraria ſunt, taciti cogitationi veſtrae ſubiiciatis, ſed ad extremum exſpectetis, et me meum dicendi ordinem ſeruare patiamini. Has mihi Spes ſubiicit fortuna Populi Romani Cic. Philipp. 8, . . Subiicere carmina alicui Propert. 1, 7, 20. Subiicere [ὑποβάλλειν] aliquid oculis, *Ita narrare, vt tanquam oculis ſubiectum et oblatum conſpicere videatur.* Plin. Epiſt. 5, 6 Similiter nos, vt parua magnis, quum totam villam oculis tuis ſubiicere conamur, ſi nihil inductum, et quaſi deuium loquimur. *Magis proprie* Liu. 3, 69 Et agreſtium fuga, ſpoliatique in agris, et vulnerati, foediora his, quae ſubiiciebantur oculis, nuntiantes, totam vrbem ira impleuere. *i. Conſpiciebantur.* Idem 27, 26 Subiecta res oculis certius dabit conſilium. *i. Quum rem ipſam intuebimur.* Hor. de Arte Poët. 181 Segnius irritant animos demiſſa per aurem, Quam quae ſunt oculis ſubiecta fidelibus. Cic. Acad. 1, 31 Senſus autem omnes hebetes et tardos eſſe arbitrantur, nec percipere vllo modo res eas, quae ſub-

SVBMISSIO, ōnis. f. *Submittendi actus.* Ex locutione ex reticentia, ex contentione vocis, ex ſubmiſſione, ex caeteris ſimilibus, facile iudicabimus, quid eorum apte fiat Cic. Off. 1, 146. (c. 41) Si quae verborum iterationes contentionem aliquam et clamorem requirent, erunt ab ſubmiſſione orationis alienae Cic. Orat. 85. Parium comparatio nec elationem habet, nec ſubmiſſionem: eſt enim aequalis Cic. Top. 71.

SVBMISSOR, ōris. m. *Dicitur eſſe in Digeſtis.*

SVBMISSORIVS, a, um. *Laudant ex* Sen. Controu. 32 *ſed potius eſt, vt ante dedimus,* ſubmiſſioribus verbis.

SVBMOENIVM, *vid.* SVMMOENIVM.

SVBMOESTVS, a, um. *Aliquantum triſtis.* Demiſſe ambulans, ſemperque ſubmoeſtus Ammian. 30, 1.

SVBMOLESTVS, a, um. Adi. [ὑποδύσφορος] *Aliquantum moleſtus.* Cic. Att. 16, 4 Illud eſt mihi ſubmoleſtum, quod parum Brutus properare videtur.

SVBMOLESTE. Adu. [ὑποδυσφόρως] Cic. Att. 5, 21 *pr.* Te in Epirum ſaluum veniſſe, et vt ſcribis, ex ſententia nauigaſſe, vehementer gaudeo: non eſſe Romae meo tempore perneceſſario, ſubmoleſte fero.

SVBMŎNEO, *vel* SVMMONEO, ui, itum, ēre. [ὑπαναμιμνήσκω] *Latenter, ſiue vt ait* Donatus, *Leuiter monere.* Ter. Eun. 3, 5, 22 Submonuit me Parmeno ibi ſeruus, quod ego arripui. Plin. Epiſt. 1, 2 Quoties paullum itinere decedere non intempeſtiuis amoenitatibus ſubmonebamur.

SVBMORŌSVS, a, um. Adi. [ὑποδύσκολος] *Aliquantum moroſus ac difficilis.* Cic. de Orat. 279 c. 69 Me quidem hercule valde illa mo-

SVBRVSTĬCVS, a, um. Adi. [ὑπαγροῖκος] *Aliquantum ruſticus.* Cic. de Clar. Orat. 259 c. 48 Tum etiam ipſo ſono quaſi ſubruſtico proſequebatur atque imitabatur antiquitatem. Ibid. Cotta quia ſe valde dilatandis literis a ſimilitudine Graecae locutionis abſtraxerat, ſonabatque contrarium Catulo, ſubagreſte quiddam, planeque ſubruſticum. Idem in Orat. 161 Quod iam ſubruſticum videtur, olim autem politius. Pudor paene ſubruſticus Cic. Fam. 5, 12 *pr.*

SVBRVSTICE. Adu. Gell. 20, 11 ſ. praef. totius op.

SVBRVTILO, āre. Si purgata mentis intendas acie, ſubrutilare tibi iam debet, quid ſit anima Claud. Mamert. de Statu Anim. 1, 25. *i. paullatim debes intelligere, aliquantum debet tibi illuceſcere, vid.* SVBRADIARE.

SVBRVTĬLVS, a, um. Adi. [ὑποπυῤῥάκις] *Parum rutilus.* Plin. 10, 33 Maerops pallido intus colore pennarum, ſuperne cyaneo, priori ſubrutilo. Idem 12, 14 Alii lentiſco ſimilem ſubrutilo folio arborem thuris prodidere. Idem 10, 3 Media magnitudine, colore ſubrutilo, rarum conſpectu. *Conf.* Idem 27, 10. *et* 36, 21.

SVBSALSVS, a, um. Adi. [ὑφαλικὸς] *Aliquantum ſalſum, ſignificat.* Plin. 12, 29 Subſalſa guſtanti herba. Dare ei oportet potui tepidam aquam ſubſalſam Celſ. 3, 12.

SVBSANNO, āre. [ἐκμυκτηρίζω, Gloſſ. Lat. Gr.] *Idem ſignificat quod Irridere. Nam* Sanna, *vt ſuo loco apparet, Irriſionem ſignificat, quae et* Subſannatio *dicitur.* χλευασμὸς *verbum frequens apud ſacrarum literarum interpretem.* Gloſſ. Vet. Qui habitat in caelis, irridebit eos, et Dominus ſubſannabit eos Vulg. Pſalm. 2, 4. *Add.* Hieron. Ep. 1, 16. Nemeſ. Fragm. de Aucup. c. 3.

SVBSANNANS, antis. Partic. Ecce ipſi quaſi ſubſannantes Tertull. adu. Iud. c. 11.

SVBSANNATIO, ōnis. f. μυκτηρισμὸς Gloſſ.

SVBSANNATOR, oris. m. Vulg. Sirac. 33, 6.

SVBSCALPO, ĕre. [ὑποκνήθειν] *Scalpendo ſubſeruire.* Martian. Cap. 1 p. 4 *de Pſyche a Venere exornata,* Ne vllum tempus ſine illecebris oblectamentisque decurreret, pruritui ſubſcalpentem circa ima corporis appoſuerat voluptatem.

SVBSCINDO, ĕre. Columel.

SVBSCRIBENDARIVS, i. m. *Nomen officii, a ſubſcribendis commonitoriis de annona tribuenda. Vid. Iac. Gothofred. ad* l. 1 de erogat. milit. ann. p. 293.

SVBSCRĪBO, pſi, ptum, ĕre. [ὑπογράφω] *Subnotare, ſubſignare.* Numerus aratorum quotannis apud magiſtratus ſubſcribitur Cic. Verr. 3, 120 c. 51. Quinctil. 12, 8, 8 Nec tanta ſit actura memoriae fiducia, vt ſubſcribere audita pigeat, *i. Subnotare.* Exemplum literarum alicuius ſubſcribere Cic. Att. 9, 16. Idem ibid. 8. *De chirographo vſurpatur: vid.* Salmaſ. de Modo vſur. c. 11. ¶ 2 Subſcribere, *idem fere quod accuſare, diciturque tum de eo, qui accuſandi cauſa ſubſcriptum nomine ſuo libellum tradit iudici, quo ſe accuſatorem profitetur; tum de iis, qui alienam accuſationem ſua ſubſcriptione firmant et adiuuant. Prioris generis eſt illud* Plin. Epiſt. 5, 1 Poſt hoc Curianus a matre exheredatus, cum caeteris coheredibus, ſubſcripſit, *i. Controuerſiam mouit haereditatis, teſtamentum ſcilicet impugnare vt inofficioſum volens.* Idem, Scis te non ſubſcripſiſſe mecum: et iam biennium tranſiſſe, omniaque me vſu cepiſſe, *i. Mecum querelam non eſſe expertum. Alterius autem, illud* Quo tempore Capito Agrippae ſubſcripſit in C. Caſſium Vell. 2, 69, 5. *itemque illud,* Neminem neque ſuo nomine, neque ſubſcribens accuſauit Nep. 25, 6, 3. Cic. Verr. 1, 15 Et qui iſtius Quaeſtor fuiſſet, et ab iſto laeſus inimicitias iuſtas perſequeretur, non modo deferendi nominis, ſed ne ſubſcribendi quidem, cum id poſtularet, facerent poteſtatem. *Vid. Lipſ. ad* Senec. de Benef. 3, 26. Vlpian. l. vlt. D. de priuat. delict. Si quis actionem, quae ex maleficiis oritur, velit exſequi: ſi quidem pecuniarie agere velit, ad ius ordinarium remittendus erit, nec cogendus erit, in crimen ſubſcribere. ¶ 3 *Hinc id eſt ab adiuvanda ſubſcribendo accuſatione alterius,* Subſcribere, *ſignificat, aliquando Fauere, adſtipulari, et aſſentiri.* Marcellus in l. Non aliter, D. de Adopt. Non aliter enim voluntati eius, qui arrogare pupillum volet, etiam ſi cauſam eius ob alia probabit, ſubſcribendum erit. Columel. 1, 2 Quod ſi voto fortuna ſubſcripſerit, agrum habebimus ſalubri caelo, vberi gleba. Irae alicuius ſubſcribere Ouid. Triſt. 1, 2, 3. Celſ. 3, 4 His enim vlterioribus cubantis etiam Luxuriae ſubſcripſit, primis vero tortoris vicem exhibuit. Odiis alicuius Liu. 3, 33. Votis alicuius ſubſcribere Lucan. ad Piſon. 246. ¶ 4 Subſcribere, *cum Accuſatiuo, de cenſoribus dictum eſt. Cauſam ſententiae teſtari, et addere.* Cic. pro Cluent. 119 c. 42 Video igitur Iudices, animaduertiſſe Cenſores in iudices quoſdam illius conſilii Iuniani, quum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent. Ibid. 127 c. 45 Nam haec quidem, quae de iudicio corrupto ſubſcripſerint, quis eſt qui ab illis ſatis cognita et diligenter iudicata arbitretur? In M. Aquilam et T. Guttam video eſſe ſubſcriptum. Cauſam parricidii ſubſcribere Cic. de Inuent. 2, 58 c. 19. Subſcriptae rationes, *vid.* EXPVNGO. ¶ 5 Subſcribere *videtur etiam eſſe clanculum ſcribere.* Sueton. Aug. c. 27 Pinarium equitem Rom. cum concionante ſe, admiſſa turba paganorum (*non-militum*) apud milites ſubſcribere quaedam animaduertiſſet, curioſum ac ſpeculatorem ratus, coram confodi imperauit. *Sic interpretatur Burm. et addit* Tacit. Agric. 45 Cum ſuſpiria noſtra ſubſcriberentur, *i. annotaretur, ſi quis vel gemitu improbare videretur imperatoris crudelitatem.*

SVBSCRIPTVS, a, um. Partic. Epiſtola Modeſt. l. 50 de Acquir. vel om. Hered.

SVBSCRIPTIO, ōnis. f. [ὑπογραφὴ, ὑποσημείωσις] Cic. Diu. in Caecil. 49 Quartum quem ſit habiturus, non video: niſi quem forte ex illo grege oratorum, qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt, cuicunque vos delationem dediſſetis. *id eſt, qui poſtulauerunt a vobis, vt ad quemcunque Verris Accuſatio eſſet delata, ſibi liceret accuſationi ſubſcribere.* Senec. de Benef. 3, 26 Sub Tiberio Caeſare fuit accuſandi frequens, et paene publica rabies. Excipiebatur ebriorum ſermo, ſimplicitas iocantium. Nihil erat tutum. Coenabat Paullus Praetorius in conuiuio quodam, imaginem Tiberii Caeſaris habens exſculptam, eminente gemma. Rem ineptiſſimam fecero, ſi nunc verba quaeſiero, quemadmodum dicam illum matellam ſumſiſſe. Quod factum ſimul et Maro ex notis illius temporis veſtigatoribus notauit. At ſeruus eius, cui nectebantur inſidiae, ei ebrio annulum extraxit. Et quum Maro conuiuas teſtaretur admotam eſſe imaginem obſcenis, et iam ſubſcriptionem componeret, oſtendit in manu ſua ſeruus annulum. *Alii legunt Proſcriptionem.* Edere ſubſcriptionem Idem de Morte Claudii. In tanti ſceleris ſubſcriptione depoſco, ne nominibus reos aeſtimare velitis Quinctil. Decl. 15. *De cenſoria ſubſcriptione.* Cic. pro Cluent. 118 Quare quidquid ſubſcriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, omnem orationem meam, non de illorum facto, ſed de ratione c ſoria habitam exiſtimari velim. *Recurrit deinde ſaepius. v. g.* c. 44 *Cauſa notae vel animaduerſionis, quam ei ſubſcribit,* Ne proſi ptio cenſoria non minus calamitatis ciuibus, quam proſcriptio ac biſſima poſſit afferre. *Reſpicit ad hunc locum* Quinctil. 5, 13, *Aliter* Cic. Verr. 3, 113 In Leontino iugerum ſubſcriptio ac profe non eſt plus triginta, decumae triginta ſex medimnum venièrt Iugerum ſubſcriptio ac profeſſio non eſt plus XXX Idem ibid. 3, Subſcriptio, *Decretum: id eſt, quod a principe vel praeſide libello lato, ſubſcribitur* l. j. D. de Conſtit. Princip. l. 1 C. Quomod. et qu iudex l. 1 C. Commination. Epiſtol. *Add.* Senec. ad Marc. c. 22. don. Ep. 6, 4. Subſcriptio literarum. Rhodiorum magiſtrat quod literas publicas ſine ſubſcriptione ad ſe dederant, ne verbo q dem inſectatus, ac tantummodo iuſſos ſubſcribere, remiſit Sueton. T c. 32. *i. Sollemnis clauſula, qua ſe pro principe facturos vota promi bant, ſec. Caſaub.*

SVBSCRIPTOR, ōris. m. Subſcriptores Aſcon. Pedianus Verrin. Diuin. p. 33 eos *ait* eſſe appellatos Cauſidicos, qui adiuu accuſatorem poterant: quos oportebat ſummiſſius agere, quam ei quem ſequebantur. *Add.* ibid. p. 36 *et* 214. Cic. Diu. in C 47 Veruntamen L. Apuleium eſſe video proximum ſubſcriptorem, minem non aetate, ſed vſu forenſi, atque exercitatione tironem. Qu. Fratr. 3, 4 Omnino nihil accuſatore Lentulo ſubſcriptoribus eius infantius. Idem Fam. 8, 8 Itaque ſine vllo ſubſcriptore ſcendit. Venalis adſcriptor et ſubſcriptor alicuius Cic. pro mo 49. Subſcriptor et approbator Gell. 5, 21.

SVBSCVS, ūdis. f. Subſcudes appellantur, cuneatae tabellae, c bus tabulae inter ſe confinguntur: *ſic dictae* quia quo eae immitt tur ſucceditur (*ita Scal. pro* Succiditur) Pacuuius, Nec vlla ſubi cohibet compagem aluei. Plautus in Aſtraba, Terebratus m tum ſit, et ſubſcudes additae. *Haec Feſtus.* Cato R. R. c. 18 O olearium latum pedibus quatuor punicanis coagmentis facito craſ digitis ſex, ſubſcudes iligneas adindito. Eas vbi confixeris, cl corneis occludito. Vitruu. 4, 7 Et ita ſint compactae ſubſcudi et ſeuericulis, vt compactura duorum digitorum habeat laxation Arnob. 6 p. 202 *pr.* Laminarum ſtatilium crates particula coagmenta deformium, ab ruinarum caſibus et diſſolutionis metu, ſcudibus et catenis, vncis atque anſulis retentari, *etc.* Vitruu 10 *de tympano ad molendam farinam loquens,* Secundum id tympan maius item dentatum planum eſt collocatum: quo continetur axis bens in capite ſummo ſubſcudem ferream, qua mola continetur. *tam rem declarauimus voce* SECVRICVLA. *v. v.* Auguſtin C. D. 15, . . Suſcudines *eſſe dicuntur.*

SVBSĔCO, ui, ctum, āre. [ὑποτρίω] *Subtus vel paullatim care.* Columel. 2, 9 Quaedam etiam ſubterraneae peſtes, adu ſegetes radicibus ſubſectis enecant. Varr. de R. R. 1, 50 Vbi ſecundum terram ſuccidunt ſtramentum: et manipulum, vt quem ſubſecuerint, ponunt in terra. Plin. 18, 17 Quae velluntur e te non ſubſecantur. Ouid. Faſt. 4, 438 Illa papauereas ſubſecat vi comas. Vngues ferro ſubſecare Ouid. Faſt. 6, 230. *Conf.* 2, 7 *et* 38. 7, 33. 8, 2 *et* 4. Columel. 2, 9.

SVBSECTVS, a, um. Part. Adultas ſegetes radicibus ſubſ enecare Columel. 2, 9.

SVBSECIVVS, *vel* SVBSICIVVS, a, um. Adi. Iſidor. Etym 13 *ſcribit* Subſeciua proprie eſſe, Quae ſutor de materia praecic quaſi ſuperuacua abiicit. Indeque Subſeciuos agros dictos, in pertica diuiſos recuſant quaſi ſteriles, vel paluſtres. Item Subſeciua, Quae in diuiſione agri non efficiunt Centuriam, id eſt gera ducenta. *Haec eadem* Vett. Auct. de Limitib. *apud* G p. 293. A ſubſecante linea *ita appellata eſſe* Frontinus in libro de A rum qualitate *ſcribit* p. 39 *A quo* Subſeciuorum duo eſſe genera *mus,* vnum quod in extremis aſſignatorum finium centuria expleri n potuit. Aliud, quod in mediis aſſignationibus et integris centu interuenit. quidquid enim inter quatuor limites minus, quam in cluſum fuerit adſignatum in hac remanet appellatione, ideo quo modus, qui aſſignationi ſupereſt, linea cludatur et ſubſecetur. Aggenus p. 68 *et aliis locis, quae indicant facile* Gloſſ. Agrimenſ. galt. *Conf. Goeſ. Antiquit. Agrar. c. 12. Ad metaphoricam rati ſufficit notare,* Subſeciuum *appellatum, quod inter menſuralem linea Centuriae extremitatem minus, quam vt Centuriam expleret, ſuper* Tertull. aduerſus Marcionem 1, . . . Et videndum, ne qua ac illi vacent ſubſeciua, in quibus et tertius aliquis ſtipare ſe Deus p Sueton. in Domitiano c. 9 *extr.* Subſeciua quae diuiſis per veter agris carptim ſuperfuerant, veteribus poſſeſſoribus vt vſucapta ceſſit. Varro de R. R. 1, 10, 2 Menſores nonnunquam dicunt ſubſiciuum eſſe vnciam agri, aut ſextantem, *etc.* Ager ſubſic is eſt Boëthio lib. 2 Geometriae, Qui ſecundum ſuas determinati adſcriptus in finibus ſuis tabulario Caeſaris infertur, et qui bene conceſſus, aut aſſignatus Coloniae fuerit: ſiue is proximus, ſiue gius poſitus: quem Colonia in tabulario Caeſaris manu ſubſcrip habere debet. *Item,* Ager ſimilis ſubſiciuus eſt, Qui non aſſi tus Reipublicae, populoque, aut Coloniae, cuius ſine circumdatur, manet in eius poteſtate, qui aſſignare potuerit, hoc eſt princ ¶ 2 *Hinc intelligentur formulae metaphoricae. v. g.* Cic. de C 2, 264 c. 89 An ſe neſcire, quae ego fero, quae curſim arripui, ſubſiciuis operis, vt aiunt, iſte a puero, ſummo ſtudio, ſummis ctoribus. Subſiciuae operae *quae non ſunt pars aſſignati nobi boris. Illud* vt aiunt, *ex perſona Antonii prolatum, indicat formu iam Ciceronis tempore antiquam fuiſſe: et ſeruauit* Non. 2, 815 *lo* Lucilii, Praeterea haec ſubſiciua ſi quando voles opera. *Sic e legendum puto, non operam.* Cic. de Legib. 1, 9 Subſiciua quaed tempora incurrunt, quae ego perire non patior, vt ſi qui dies ad ſticandum dati ſunt, ad eorum numerum accommodentur, quae bimus. *Et* Philipp. 2, 20 Nec vero tibi de verſibus reſpond Tantum dicam breuiter, neque illos, neque vllas te omnino lit noſſe: me nec Reip. nec amicis vnquam defuiſſe, et tamen in omni nere monimentorum meorum perfeciſſe operis ſubſiciuis, vt meae giliae meaeque literae, et iuuentuti vtilitatis et nomini Rom. la aliquid afferrent. Plin. praef. Subſiciuisque temporibus iſta c mus, id eſt nocturnis, ne quid veſtris putetis ceſſatum horis. I vobis impendimus, *etc.* Quinctil. 1, 12, 13 Quibus potius ſtu haec temporum velut ſubſeciua donabimus? *quam lectionem vi mihi recte alteri* ſubſidia *praetuliſſe.* *Sic* Sen. Epiſt. 53 Exercet ph ſop

ſhia regnum ſuum: dat tempus, non accipit: non eſt res ſubſeciua; ordinaria eſt: adeſt et iubet. Res ſubſeciua, *non aſſignata, cuius ratio reddenda non eſt. Alias* ſubſeciuum, *quod eſt acceſſio modo alicuius rei, ipſum in cenſum non venit.* Sic Laudes ſubſiciuae Arnob. 5 p. 179 pr. *quae hic in cenſum non veniunt.* Apul. Met. 5 p. 153, 1 Solitudo ſubſiciua, *acceſſoria. Paullo aliter* Apul. Met. 8 p. 212, 9 At me rectum ſolum et ſubſiciuum cum faſtidio plerique (*emtores iumentorum aliorum*) praeteribant. *Credo alii iuga, quadrigas, trigas, equorum aſinorumue emebant: Lucius noſter ſolus, ſine compare relictus.* Id. Apol. p. 294, 23 Pythagoras — in litore Italiae ſibi ſubſiciuam Graeciam fecerat. *De Graecia magna, quae extra limites Graeciae verae et primae conſtituta illi non computabatur.* Denique Subſeciuum et tumultuarium ſtilum Gell. 13, 24. *Add.* SVBSECVNDARIVS. *De orthographia id modo notamus, vocalem* e *et* i, *ut in verbo* ſeco, *ita hic etiam apud antiquos paria fere iura habere.* Subſeciuum *autem, vel* ſubſiciuum, *in* ſuccifiuum, *optimi quique libri. V. g.* Grut. Inſcr. p. 1081, 2 eſt Inſcriptio Domitiani, QVID CONSTITVERIM DE SVBSICIVIS, *etc.*

SVBSECVNDARIVS, a, um. [ὑποδευτεραῖος] *Quaſi tu ſubſequens et poſt ſecunda demum tractandum dicas.* Gell. *in ea, quae nunc* praefatio *eſt, olim habebatur* epilogus, *extr.* Quantum autem vitae deinceps mihi deum voluntate erit, quantumque a tuenda re familiari, procurandoque cultu liberorum meorum dabitur otium, ea omnia ſubciſiua et ſubſecundaria tempora ad colligendas huiusmodi memoriarum diſceptatiunculas conferam. *Gronou. ſuſpicatur* ſecundaria.

SVBSELLIVM, *vid.* SVBSIDEO.

SVBSENTIO, ſi, ſum, ire. [ὑπαισθάνομαι] *Aliquantulum ſentire, aduertere.* Ter. Heaut. 3, 1, 62 Etſi ſubſenſi id quoque, illos ibi eſſe, et id agere inter ſe clanculum.

SVBSEQVOR, utus ſum, ſequi. [ὑπακολουθέω] *Auget ſignificationem ſimplicis, ut ſit ex proximo, vel ſtatim ſequi.* Plaut. Merc. 5, 2, 31 Si quidem mecum fabulari vis, ſubſequere. Caeſ. Bell. Gall. 8, 39 C. Calenum legatum cum legionibus duabus reliquit, qui iuſtis itineribus ſe ſubſequerentur. Sequimur eminus, ſubſequimur cominus, *vid. Taubmann. ad* Plaut. Amph. 2, 1. Ipſe cum legionibus ſubſequor Planc. ad Cic. Fam. 10, 15. *Conf.* Caeſ. B. G. 2, 11. 4. 5, 43. Plaut. Aul. 4, 10, 76. Columel. 2, 14. Petron. c. 72. Fale ſubſequi Scribon. 37. *de membranis abducendis.* Furtim ſubſequi aliquem Ouid. Epiſt. 20, 131. Omnes hos motus ſubſequi debet geſtus Cic. de Orat. 3, 218. Subſequi aliquem, et imitari Plin. in Paneg. Iudicium alicuius ſubſequi Ouid. Epiſt. 4, ... Subſequitur Praetor voluntatem Imperatoris Vlpian. in l. ... D. de Confeſſis. Aliud illico ſubſequatur, aut atomos ... e quibus quidquid efficiatur, illarum ſit diſſimillimum Cic. Acad. 4. Subſequenti anno exitu veris emittunt paruas locuſtas Plin. 12, 29. Cic. Fam. 3, 1 Mirifice ipſe ſuo ſermone ſubſequutus eſt humanitatem literarum.

SVBSEQVENS, entis. Part. Stella Mercurii tum anteuertens, tum ſubſequens Cic. N. D. 2 c. 20. Reprehenditur aſſentator et aliena ſubſequens verba Sen. de Benef. 5, 7.

SVBSEQVENTER. Adu. Meſſal. Coruin. ad Caeſ. Auguſt. p. 13. Nunc ad reges Romanos, conſules, dictatores, tribunos militares ac plebeios ſubſequenter calamum deducam. *Paullo poſt,* Hinc aduerſus Cruſtuminos ſubſequenter tumultuantes, in armis Romulus profectus, *etc.*

SVBSECVTVS, a, um. Part. Subſecutus fugientem Petron. c. ... Barbari ſubſecuti noſtros nauibus egredi prohibebant Caeſ. B. G. 4, 24. *add.* ib. c. 25.

SVBSEQVVS, a, um. Adi. Fidem annunciatione futurorum et ſubſequa probatione fecerunt Oroſ. 1, 1.

SVBSERICVM, i. n. *Quantum ex nomine intelligi poteſt, Sericum ſecundarium aut mixtum eſt, cuius vel ſtamen ſolum, vel ſubtemen ſericum.* Primus Romanorum holoſerica veſte vſus fertur, cum iam ſubſerica in vſu eſſent Lamprid. in Elagab. c. 26. *conf.* Symmach. Ep. 5, 10. Trebell. Poll. in Claud. c. 17. *Salm. in* Vopiſc. Aurel. c. 45.

SVBSĔRO, ēui, ſitum, ĕre. [ὑποφυτεύω] Columel. 4, 15 Plurimum intereſt, adhuc noua conſitione pedamen omne veſtiri: nec in vineam tum ſubſeri, quum fructus capiendus eſt. *h. e. In ſtirpium emortuarum locum ſerendo ſubſtitui alias.* Arbores ſubſerere Vlp. in l. Vſufruct. legato. §. vlt. D. de Vſufruct.

SVBSERO, ſerui, ſertum, ſerere. Res monuit, de Eleutherio pauca ſubſerere Ammian. 16, 10. Subſertis manibus exſoluit ſuam ſibi faſciam Apul. Met. 7 p. 202.

SVBSERVIO, iui, itum, ire. [ὑπηρετέω] *Accommodare ſe, ad alicuius voluntatem.* Plaut. Men. 5, 2, 16 Ita iſtaec ſolent, quae viros ſubſeruire ſibi poſtulant, fretae dote, feroces. Membra ancillae et ſubſeruire capiti Apul. de Philoſ. Nat. p. 9. Subſeruire alicui Plaut. Amph. Perioch. 4. Ter. Andr. 4, 4, 14 Tu ut ſubſeruias orationi, vtcunque opus ſit verbis, vide.

SVBSESSA, SVBSESSOR, *vid.* SVBSIDEO.

SVBSIDEO, *aut* SVBSEDEO, ēdi, eſſum, ēre. [ὑφίσταμαι, ὑφιζάνω] *Subtus ſedere, vel fundum petere.* Columel. 12, 50 Villica debet curam adhibere, vt ſi quae faeces, aut amurcae in fundis vaſorum ſubſederint, ſemel ſtatim emundentur. *Vid.* Idem 12, 19. Celſ. 2, 7. Subſidet pecunia apud eum Plin. Epiſt. 4, 12. *i. Remanet.* Subſidere in aſtris Caeſ. Bell. Gall. 6, 35. In Schola minore Quinctil. 2, 1. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 18 Quidquid impudicorum, cilonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorum fuit in vrbe, municipiis, coloniis, Italia tota, ſicut in fretis ſubſederant. Virg. Aen. 5, 498 Extremus, galeaque ima ſubſedit Aceſtes. *Vbi* Seru. Subſedit, Remanſit: nec enim proferebatur ſors, quae remanſerat ſola: aut certe deſidebat. *Poteſt etiam ex* Subſido *eſſe.* Cic. Att. 5, 16 Itaque ſubſedi in ipſa via, dum haec, quae longiorem deſiderant orationem, ſummatim tibi perſcriberem. Subſidere, *Clam ſubſiſtere, et in inſidiis deliteſcere.* Virg. Aen. 11, 268. — Deuicta Aſia ſubſedit adulter. *Vid.* SVBSESSOR. *et conf.* SVBSIDO. Subſeſſe manum inſidiatricem latenter Ammian. 24, 17. Cic. pro Mil. 52 c. 19 Cur neque ante occurrit, ne in villa reſideret? nec eo in loco ſubſedit, quo noctu venturus eſſet?

SVBSELLIVM, i. n. [ἕδρα] Subſellia *ſunt Sedes et Scamna, in quibus qui iudicabant, it. qui recitantes audiebant, ſedere conſueuerant: a ſubſidendo dicta, quaſi* Subſedia, *vt* Sella *pro* Seda. Perſ. Sat. 1, 82 Troſſulus exſultat tibi per ſubſellia leuis, *i. inuerecunde plaudit.* Plaut. Stich. 3, 2, 33 Scis tu me dudum eſſe imi ſubſellii virum. *i. Qui ſoleam ſedere in infimo loco. Scribit* Aſcon. in Diuinationem Ciceronis p. 34 Subſellia eſſe Tribunorum, Triumuirorum, Quaeſtorum et huiusmodi minora iudicia exercentium, qui non in ſellis Curulibus, nec Tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant. *conf.* Liu. 3, 64. Varr. de L. L. 4, 28 Vt ſubſipere, quod non plane ſapit: ſic quod non plane erat ſella, ſubſellium dictum. Homo reſupinus ſuper ſubſellium aut lectum eſt collocandus Celſ. 7, 26. Deſtituere ſubſellia Quinctil. 6, 4. Subſellia *item erant in Curia, vbi Senatores ſedebant, vt oſtendit* Cic. in Catil. 1, 16. Subſellia etiam erant iudicum, id eſt, eorum, qui publicis iudiciis diſceptandis operam dabant, Auctor Aſcon. in Verr. 2, 72. Cic. pro Cluent. 93 Accuſabat Tribunus pleb. idem in concionibus, idem ad ſubſellia. Idem in Vatin. 34 Quaero ex te, *etc.* num quis reus poſt vrbem conditam in Tribunal ſui quaeſitoris aſcenderit, eumque vi deturbarit, ſubſellia diſſiparit, vrnas deiecerit, easque denique omnes res in iudicio diſturbando commiſerit, quarum rerum cauſa iudicia ſunt conſtituta. Longi ſubſellii iudicatio Cic. Fam. 3, 9. *a Pompeio dici ſolebat cauſa grauior, in qua iudices multi adhiberentur.* Occupare locum in ſubſelliis Idem de Clar. Orat. 289 c. 84. Quinctil. 12, 8 Nonnunquam etiam inter ipſa ſubſellia (*vbi iam dicenda eſt cauſa, cauſam*) didiciſſe ſe gloriantur. Idem 10, 5 Quod accidiſſe Portio Latroni traditur, vt quum ei ſummam in ſcholis opinionem obtinendi cauſa in foro eſſet oranda, impenſe petiuerit, vti ſubſellia in Baſilicam transferrentur: ita illi caelum nouum fuit, vt omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus videretur. Optima fide et fama verſari in ſubſelliis Cic. Fam. 13, 10. Grandiorem et pleniorem vocem deſiderant ſubſellia Idem de Clar. Orat. 288. *Vid.* COMITIA, orum. Cic. pro Cluent. 111 Is, quaſi non eſſet vllo modo ferendum, ſe ex iudicio diſceſſiſſe victum, rem ab ſubſelliis in roſtra detulit, *a iudicibus ad populum.* Subſellia, *ſedes in theatro.* Suet. in Auguſt. c. 44 Facto igitur decreto Patrum, vt quoties quid ſpectandi vſquam publice ederetur, primus ſubſelliorum ordo vacaret Senatoribus. Subſellia, *etiam vbi ſedebant rei, et accuſatores, et teſtes.* Cic. pro Roſc. Amer. 17 Erant ei veteres inimicitiae cum duobus Roſciis Amerinis, quorum alterum ſedere in accuſatorum ſubſelliis video, alterum tria huiusce praedia poſſidere audio. Ad rei ventum eſt ſubſellium, cum orator excitat fletum Catull. 40, 2. Subſellia, *pro his, qui ea occupant,* Martial. 1, 27 Sextiliane bibis quantum ſubſellia quinque.

SVBSESSOR, ōris. m. [ἐπίβουλος] Qui deliteſcens inſidiatur, et inſidiis circumuentum interimit. Subſeſſores, vocantur Qui occiſuri aliquem deliteſcunt Seru. *in* Aen. 5, 498. *it. in* Aen. 11, 268. Tu praecipiti clamore feras ſubſeſſor ages Sen. Hippol. v. 51. *add. Burm. ad* Petron. c. 40. *Drakenb. ad* Sil. 13, 221. Subſeſſor, *Qui inſidiatur ad adulterium obeundum.* Valer. Max. 2, 1 ext. 1 Nulli enim tunc ſubſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur. Subſeſſoris et adulteri perſona Arnob. 4 p. 142.

SVBSESSA, ae. f. [ἔνεδρα] Subſeſſae a Veget. 3, 6 *dicuntur* Inſidiae, quibus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale ſuſpicans, opprimi ſolet; *conf.* ib. c. 22. *cui ſubſcribit* Seru. *in illud* Aen. 11, 268 Deuicta Aſia ſubſedit adulter.

SVBSICCO, āre. Tumor ceruicis aqua madefactus ſubſiccatur *paullatim ſiccatur.* Colum. 6, 14.

SVBSIDIVM, i. n. [ἐπιβοήθεια, ἀντίληψις] dicitur Id, (*inquit* Feſtus) quod poſtpoſitum eſt ad ſubueniendum laborantibus. Erant autem triarii milites, nempe qui tertio ordine in acie conſtituerentur, Hi enim poſt omnes acies cum ſcutis, galeis, ocreis, gladiis, plumbatis locabantur: vt ſi forte prima acies vinceretur, ab iis, veluti de integro reparato certamine, victoria ſperaretur. Subſidebant itaque nixi genibus, a quo Subſidium dictum. Plaut. (Fragm. 1, 92.) Agite nunc, ſubſidite, quaſi ſolent triarii. Caeſ. Bell. Gall. 2, 6 Ad eum mittit, niſi ſubſidium ſibi mittatur, ſeſe diutius ſuſtinere non poſſe. Cic. Fam. 15, 4 His ego ſubſidiis ea ſum conſecutus, quae nullis legionibus conſequi potuiſſem. Subſidium, (*inquit Budaeus*) eſt *Vltima acies, quae ad extremum diſcrimen reſeruata eſt: id quod Graeci* ἐπίταγμα *dicunt. Vnde fit, vt* Subſidium *ſit Auxilium et opitulatio paene ad extremum caſum ſeruata.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 31 Caeſar ſubſidia ad omnes caſus parabat. His difficultatibus duae res erant ſubſidio Caeſ. B. G. 2, 20. His tantis malis haec ſubſidia ſuccurrebant Id. B. C. 3, 70. Quanta opus tibi fuit, imperator, prouidentia, quanta auctoritate, vt ſubſidia reip. iacentia erigeres, exanimata recreares, dilapſa colligeres Auctor Paneg. Maximiani et Conſtant. c. 12. *i. vires, quibus ſuſtentatur Reſp.* Cic. pro Lege Manil. 6 Aguntur certiſſima Pop. Rom. vectigalia et maxima, quibus amiſſis, et pacis ornamenta et ſubſidia belli requiretis. Senectutis ſubſidium Cic. Attic. 15, 13. Belliſſimum ſubſidium *vid.* BELLVS. Fidiſſimum ſubſidium Tacit. Ann. 5, 8. Inutile bellis Stat. Theb. 6, 553. Lautiſſima facultatum ſubſidia, *i. Ampliſſimae facultates, ſeu opes* Firmic. 5, 11. Miſerum et innocens ſubſidium Cic. pro Font. 4. Comparare ſubſidium, Conſtabilitae ſubſidiis legiones, *vid. hh. vv.* Cic. Cat. 2, 9 Quum induſtriae ſubſidia atque inſtrumenta virtutis in libidine audaciaque conſumerentur. Currere alicui ſubſidio, *vid.* CVRRO. Pompeius V legionem ſubſidio ſuis Duxit Caeſ. B. C. 3, 69. Inuocare ſubſidium, *vid.* INVOCO. Ire ſubſidio alicui Nep. 17, 8, 2. Mittere ſubſidium, *vid.* MITTO. Miſſus ſubſidio globus Stat. Theb. 3, 10. Parare ſubſidium, *vid.* PARO. Proficiſci alicui ſubſidio Caeſ B. C. 3, 78. Seruatus eſt Seſtius ſubſidio Beſtiae, *i. auxilio* Cic. ad Qu. Fr. 2, 3 *ad fin.* Idem pro Font. 4 Venit huic ſubſidio miſero atque innocenti Maſſilienſium cuncta ciuitas. ¶ 2 *Obſ. pro inſidiis, ap.* Plin. 35, 10 p. 855 *ex MSS. Gronou.* Subſidium, *pro Loco, in quo nauigia ſubſidere poſſunt, et ſtare, et ſuffugia habere. Ita,* Subſidium *ſimile quiddam eſt* Portui *et* ſtationi, *etſi minus.* Tacit. Ann. 4, 67 Quoniam importuoſum mare, et vix modicis nauigiis pauca ſubſidia. *Haec ſubſidia Graeci videntur* ὑφόρμους *appellare. De* ſubſidiis Temporum *ap.* Quinctil. 1, 12 *vid. Burm. et Gronou.* p. 123. *Mihi magis probabantur* Subſiciua.

SVBSIDIOR, āri. Hirt. Bell. Gall. 8, 13 Perterriti non ſolum ii, qui cominus opprimebantur, aut eminus vulnerabantur, ſed etiam qui longius ſubſidiari conſueuerant, *i. in ſubſidiis eſſe.*

SVBSIDIARIVS, a, um. Adi. [ἐπιβοηθητικός] *Qui in ſubſidium datur aut venit. Militum epitheton.* Liu. 5, 38 Paullum erat ab dextera editi loci, quem ſubſidiariis repleri placuit. Idem 9, 27 Qui ſubſidiarias cohortes, quae integrae ad longioris pugnae caſus reſeruabantur, in primam aciem extemplo emiſit. Acies ſubſidiariae Liu. 30, 33. Actio ſubſidiaria *quae aſſumitur ad hoc, vt ſi vna parum efficiatur, ab hac adiuuemur.* Non tantum pupilli, ſed etiam ſucceſſores eorum, ſubſidiaria agere poſſunt Vlpian. l. 1 §. 4 ff. de magiſtrat. conueniend. Palmes ſubſidiarius, *qui et* Praeſidiarius *et* Reſex *a Columella, a Catone* Cuſtos, *et* Vinarius *appellatur* palmes. Columel. 4, 14 Subſidiarius, idemque cuſtos in pollicem reſecari non debet,

bet, quum palmae, ex quibus proximi fructus ſperantur, idoneo loco ſitae ſunt.

SVBSIDIALIS, e. Adi. Cum ſubſidiali manu locatus poſt montium terga Ammian. 27, 24 (Valeſ. c. 10 *extr.*) *conf.* Id. 14, 17.

SVBSIDVVS, a, um. Adi. *In imo relictus.* Subſiduasque fraces, diffuſaque Maſſica Grat. Cyneg. v. 474.

SVBSĪDO, *Praeteritum et Supinum mutuatur a* Sedeo, ſubſedi, ſubſeſſum, ĕre. [ὑφίσαμαι] *Deorſum cadere, deſcendere: fit enim cum motu.* Ex amphora grauiſſimum quodque turbidumque ſubſidit Sen. Ep. 108. Virg. Aen. 7, 820 Subſidunt vndae, tumidumque ſub axe tonandi Sternitur aequor aquis. Ouid. Met. 1, 43 Iuſſit et extendi campos, ſubſidere valles. *i. Depreſſas eſſe.* Flumina ſubſidunt Idem Met. 1, 344. Columel. 6, 1 Lateribus porrectis, lumbis latis, dorſo recto, planoque, vel etiam ſubſidente, *etc.* Subſido, *ſignificat ita ſidere, vt planities efficiatur.* Lucret. 5, 494 Neque enim poterant ſubſidere ſaxa. Poplite ſubſidens Virg. Aen. 12, 491. Subſidunt Pennae Iuuenal. 6, 198. *i. vires deficiunt, et gloriationes finem habent.* Mare ſubſidit Ouid. Triſt. 1, 2, 73. Hiatu Terra alte ſubſedit Obſeq. c. 110. Nutare vrbes, ſubſidere Terras Iuuenal. 6, 410. Venti ſubſidunt Propert. 1, 8, 13. Vrbes ſubſident, terraeque dehiſcent Lucan. 1, 640. Subſidere *dicitur femina quadrupes in coitu, vt* Salire *mares* Hor. Epod. 16, 31 Nouaque monſtra iunxerit libidine, Mirus amor, iuuet vt tigres ſubſidere ceruis. Et pecudes et equae maribus ſubſidere poſſunt Lucret. 4, 1191. Subſidere *et* Conſurgere, *contraria* Liu. 28, 2. Subſidere *aliquid Graeca ratione, i. propter aliquid in inſidiis eſſe, vt illud opportune inuadas: vt* Subſiſtere. Lucan. 5, 226 Iure ſed incerto mundi ſubſidere regnum Chalcidos Euboicae vana ſpe rapte parabas. Subſidere ſaepe leonem Sil. 13, 221. *Quin ipſe* Virg. Aen. 11, 268 Deuictam Aſiam ſubſedit adulter, *Aegiſthus inſidiatus eſt Agamemnoni Troiae victor.* Cic. Fam. 6, 8 Quid ſim tibi auctor, in Siciliane ſubſidas, an vt ad reliquias Aſiaticae negotiationis proficiſcare? *conf.* Id. Att. 5, 16. Commixti corpore tantum ſubſident Teucri Virg. Aen. 12, 835. *i. remanebunt et ſedem figent.* Impetus dicendi ſubſidit Quinctil. 3, 8. Plin. 22, 8 Mulierum menſibus, ſiue ſubſidant, ſiue abundent, *etc.* *De differentia inter* ſubſideo *et* ſubſido, *vid. Burm. ad* Quinctil. 2, 1 p. 127 *it. ad* Lucan. 5, 226. *Breuiter* Subſido *motum ſignificat. Perfectum* Subſidi *tanto facilius euaneſcere potuit, cum* Subſedi *a* ſubſideo *plane eandem vim habeat.*

SVBSIDENTIA, ae. f. Diſſipant, quae ex aquarum ſubſidentia in corporibus offenderunt Vitruu. 8, 3. *Faeces quasdam et turbidum limoſumque aliquid intelligit.*

SVBSIGNĀNVS, a, um. *Subſignani, Milites olim dicebantur, qui exauctorati, dum praemia militiae ipſis perſolui poſſent, ſub ſignis habebantur, et a Legionariis differebant, quia ſub aquila non erant.* Tacit. Hiſt. 1, 70, 5 Penino itinere ſubſignanum militem, et graue legionum agmen hibernis adhuc niuibus traduxit. *Add.* Id. H. 4, 33, 2. Ammian. 29, 5. *Salmaſ. de Re Milit. Rom.* p. 40.

SVBSIGNO, āre. [ὑποσημειόω] Feſtus: Subſignare, pro Subſcribere vtimur. Plin. Epiſt. 3, 1 *extr.* Eundem mihi curſum, eundem terminum ſtatuo, idque iam nunc apud te ſubſigno, vt ſi me longius euehi videris in ius voces ad hanc epiſtolam. Calliſtratus de iure immunitatis l. 5 §. 10 Sed ne extenuentur facultates eorum, quae ſubſignatae ſunt fiſco. Paullus Iureconſ. D. de verb. ſignif. l. 39 Subſignatum dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt: nam veteres ſubſignationis verbo pro ſubſcriptione vti ſolebant. Cic. pro Flacc. 80 c. 32 Illud quaero, ſuntne iſta praedia cenſui cenſendo, habeant ius ciuile: ſubſignari apud aerarium, apud Cenſorem poſſint? *Add.* Plin. 18, 6 *et* 25. Plin. Iun. Ep. 10, 3.

SVBSIGNATIO, ōnis. f. *Subſcriptio, qua fatemur aliquid, vel promittimus.* Tertull. de Poenit. 2 Subſignatio poenitentiae. *Vid.* l. 39. ff. de verborum ſignif.

SVBSĬLIO, *aut* SVSSILIO, ui *et* īui, ultum, īre. [ὑποπιδάω] *Paullulum ſalire.* Plaut. Curc. 1, 2, 64 Peſſuli, ſubſilite obſecro, et mittite iſtanc foras. Ignes ſubſiliunt ad tecta domorum Lucret. 2, 191. Sen. de Clem. 1, 3. *et* Ep. 13. Varro *ap.* Non. 2, 515. Suſſilio *ſcriptum inuenimus v. g. in optimis libris* Non. l. c. *et* 1, 21 *quem vtrumque locum damus integrum in* FRIGO n. 2. *Videtur ipſe Nonius ſic voluiſſe, cum interpretatur* ſuſum cum ſono ſuſſilire.

SVBSVLTO, *aut* SVSSVLTO, āre. Frequent. [ὑφάλλομαι] Plaut. Capt. 3, 4, 104 Tu ſubſultas, ego miſer vix aſto prae formidine. Idem Caſin. 2, 7, 110 Vt ſubſultabat, poſtquam vicit villicus? Si matrem ſubſultando turbaſſet (*foetus in vtero*) Tertull. de Anima c. 26. Prima eſt obſeruatio recte pronuntiandi, aequalitas, ne ſermo ſubſultet imparibus ſpatiis ac ſonis, miſcens longa breuibus, grauia acutis, elata ſubmiſſis Quinct. 11, 3, 43. *conf.* Id. 9, 4, 42.

SVBSVLTIM. Adu. [ὑφαλλομένως] *Subſultando.* Sueton. in Auguſto c. 83 Mox nihil aliud quam vectabatur et deambulabat: ita vt in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret.

SVBSVLTANEVS, a, um. Adi. Gloſſ. Lat. Gr.

SVBSILLES, dicebantur quaedam Lamellae ſacrificiis neceſſariae Paullus Feſti. *Ipſius* Feſti *verba ita concinnat Scaliger*, Subſilles ſunt, quas aliter Ipſilles vocant, lamellae neceſſariae ſacris, quae ad rem diuinam dicuntur conferre maxime, ſpecie virûm et mulierum. Ipſilas *etiam dixere antiqui, ſi fides Voſſio ad Catullum* p. 46. *Vid.* SALISVBSVLVS.

SVBSIMĬLIS, e. Adi. *Aliquantum ſimilis.* Celſ. 5, 26 de ſanguine, ſanie, et pure, Μελικηρία craſſior, et glutinoſior, ſubalbida, mellique albo ſubſimilis fertur. *Et* Vlp. l. 1 §. 5 D.

SVBSĪMVS, a, um. Adi. [ὑπόσιμος] *Parum ſimus.* Varro de R. R. 2, 5 Vt ſint bene compoſitae, vt integris membris, *etc.* piloſis auribus, compreſſis malis ſubſimisue, gibberibus demiſſis, *etc.*

SVBSIPIO, ĕre. *Quod non plane ſapit, vt vult* Varro de L. L. 4, 28.

SVBSISTO, ſtiti, ſtitum, ĕre. [συνίσαμαι, ὑφίσημι] *Contra ſiſtere.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 15 Quo praelio ſublati Heluetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius ſubſiſtere: nonnunquam ex nouiſſimo agmine, praelio noſtros laceſſere coeperunt. Virg. Aen. 9, 806 Ergo nec clypeo iuuenis ſubſiſtere tantum Nec dextra valet. Liu. 9, 31 Romanum nec acies ſubſiſtere vllae, nec caſtra, nec vrbes poterant, *vid.* SVBSIDO. Vires infirmae ſubſiſtere valent Tibul. ad Meſſalam 4, 1, 2. Liu. 1, 4 Hinc robore corporibus, animisque ſumto, iam non feras tantum ſubſiſtere, ſed in latrones praeda onuſtos impetum facere, paſtoribus rapta diuidere. Subſiſtere in aliquo loco, [διατρίβειν] *Commorari aliquamdiu.* Virg. Aen. 2, 243 —— quater ipſo in limine portae Subſtitit, atque vtero ſonitum quater arma dedere. Liu. 4, 55. Si manantia corpuſcula per inuiſibilia foramina ſubſiſtendo iter clau-

dunt Celſ. Praef. 1 Conſules an ambo profecti ſint ad a Caruentanam, an alter ad comitia habenda ſubſtiterit, incertum d auctores faciunt. Cic. pro Milon. 50 c. 19 Sic Miloni quum diator eſſet, ſi illum ad vrbem noctu acceſſurum ſciebat, ſubſiſter atque exſpectandum fuit. Circa ima ſubſiſtere Quinct Prooem. 1. Lingua ſubſtitit in medio ſono Ouid. Faſt. 1 Lingua ſubſtitit timore Idem Epiſt. 13, 86. Ingeniumque ſubſtitit omne malis; *Repreſſum eſt* Idem Epiſt. 15, 196. S ſtit vnda, *Stat, conſiſtit* Virg. Aen. 8, 87. Si qua ſubſtiteru partu Scribon. 89. *de lochiis.* Celſus in l. Si rem quae. D. de ctionibus. Si de induſtria non venerint in iudicium, vnus tam his liti ſubſtitit. *Sic habent* Pandect. Florent. *et vulgati ces: quamuis* Haloander *legat*, Litem ſuſtineat. Cic. 11, 10 Non ſi Varronis theſauros haberem, ſubſiſtere ſumtibus ſem. Subſiſtunt opes Romanorum apud eas gentes, *non vltr grediuntur* Plin. 6, 28. Subſiſtit proceritas balſami intra bin bita: *h. e. Procera eſt balſamus duos cubitos, nec amplius* Plin. 1 Subſiſtere, *pro Dubitare,* Vlpian. in l. Seruum. §. 1 D. de procur quantum ad filium familias, verum eſt: in ſeruo vero ſubſiſtimu

SVBSISTENS, entis. Part. Pedites toto agmine ſubſiſtentes tibus ſuis ferunt auxilium Caeſ. B. G. 8, 28.

SVBSISTENTIA, ae. f. Celſo *tribuitur.*

SVBSITVS, a, um. Adi. Inter ſubſitae conuallis ſubluc lucum proſpicit fanum Apul. Met. 6 p. 174.

SVBSOLĀNVS, i. m. [ἀπηλιώτης] Ventus Fauonio contr. *vt ait* Plin. 2, 46 (47) Hic ſole oriente ſubnaſci videtur. 2, 22 Eurus a Romanis nauticis ſubſolanus cognominatur. *Conf.* Qu. Nat. 5, 16. Apul. de Mundo p. 63.

SVBSOLĀNVS, a, um. Adi. *Sub ſole poſitus.* Plin. 7, 2 S lani Indorum montes. Venti Celſ. 2, 1.

SVBSOLARIS, e. Adi. Si ſubſolarium ratio inueniri non p quis ſupraſolarium rationem redditurus eſt Sariſber. 2, 22.

SVBSONO, āre. Olympias ſuauium dedit, vt ſubſonaret *quantum ſonaret, tanquam poppyſma* Siſenna *ap.* Chariſ. p. 175.

SVBSORTIOR, ītus ſum, īri. [ὑποκληρόω, ἀντικαθίσημι, ἐπιλαγχάνω] *Sorte in iudicum poſt primam eorum Sortitionem reiectorum cum alios ſubſtituere, aut quemcunque alium numerum Sorte adhibit plere.* Cic. Verr. 1, 51 c. 19 Cur ea quamdiu alium Praetorem, iis iudicibus, quos in horum locum ſubſortitus es, de te in conſ iturum putaſti, tamdiu domi fuerunt? Idem pro Cluent. 6 ex lege ſubſortitus non erat Iunius, aut ſi in legem aliquando no rauerat, idcirco illius damnatione aliquid de Cluentio iudicaba Ibid. 67 c. 35 Ab illo enim ſiue quod in legem non iu raſſet, ſiue ex lege ſubſortitus iudicem non eſſet, mulcta petita eſſe dicitur. Seru. *ad* Georg. 3, 71.

SVBSORTITIO, ōnis. f. [ἀντικατάσασις] *Suffectio.* Su Iul. Caeſ. c. 41 Ac ne qui noui coetus recenſionis cauſa moueri doque poſſent, inſtituit, quotannis in demortuorum locum, ex hi recenſiti non eſſent, ſubſortitio a Praetore fieret. *de recenſione e qui frumentum e publico accipiebant.* Aſcon. Ped. *ad* Prooem. A in Verr. 17 c. 6 Moris erat, celebrata iudicum reiectione, hab officio Praetoris et in arca reponi nomina iudicum ſelectorum: ctio autem ideo dicitur, quia quum multi iudices a Praetore ſuo caturi eſſent, qui quaeſitor fuiſſet in publica cauſa, v. g. repet rum, ambitus, maieſtatis: neceſſe erat, eos primum de decuria ſcribi Senatoria, eo ſcilicet tempore, quum Senatus iudicaret. de in vrnam ſortito mitti, vt de pluribus neceſſarius numerus c poſſet. Tertio id eſt poſt vrnam permitti accuſatori ac reo, vt e numero reiicerent, quos putarent ſibi inimicos, aut ex alia re inco dos fore. Solebat autem ex moribus, ac fama iudicum illorum, aut reiiciebant, aut retinebant voluntate, coniecturam facere pop quis cauſae ſuae confidere, quis corrumpere iudices vellet. Reie ne autem celebrata, in eorum locum, qui reiecti fuerant, Praetor ſubſortiebatur, quoad numerus legitimus impleretur, quae ſubſort dicebatur. Nam prima delectio ſortitio erat: haec autem ſubſorti His peractis iudices in leges iurabant, vt obſtricti religione iudica quum iuraſſent omnes praeter Praetorem, nomina eorum libellis tinebantur, et vbique habebantur, ne pro ſelectis iudicibus (vt multitudine) aliqui ſuppoſiti, corruptiſſime iudicarent. *Ha ex* Aſconio. Cic. Verr. 1, 157 c. 61 Nam de ſubſortitione illa ana Iudicum nihil dico. Idem pro Cluent. 91 c. 33 Et quod C. res, Praetor vrbanus, homo ſanctus et diligens ſubſortitionem ei eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur. *Add.* pro Cluent. c. 37. Quinctil. 8, 6.

SVBSORTĪTOR, ōris. m. Digeſt.

SVBSPARGO, ĕre. Haereticorum verſutiis ſemina ſubſpa Tertull. de Reſurr. Carn. c. vlt.

SVBSTĀMEN, ĭnis. n. *Nomen textorium, idem quod* SVBTEG *v. v.* Schol. *in* Iuuen. Sat. 2, 66 Veſtes molli ſubſtamine intexta

SVBSTANTIA, *vid.* SVBSTO.

SVBSTERNO, ſtrāui, ſtrātum, ĕre. [ὑποσρώννυμι] *Sterner re aliqua.* Ter. Andr. 4, 4, 6 Ex ara hinc ſume verbenas tibi, eas ſubſterne. Plin. 15, 16 Cadiua ſeparari, ſtramentis, ſtoreis, iſue ſubſterni. Varro de R. R. 2, 9 Subſternitur ei acus, aut aliud, quo molliore cubili facilius educantur. Cic. de Nat. De 129 c. 52 Iam gallinae, auesque reliquae et quietum requirunt ad endum locum, et cubilia ſibi nidosque conſtruunt, eosque quam po molliſſime Subſternunt, vt quam facillime oua ſeruentur. Sub nere ſemina hordei Columel. 5, 9. Cato c. 37 Stipulas, ebulu cicutam, et circum ſata herbam altam ſuccide, et eam Subſternito oui bubusque. Catull. Carm. 65, 332 Languidulosque paret tecum coniun ſomnos, Laeuia ſubſternens robuſto Brachia collo. Subſternere fuci rem conchyliis Plin. 26, 10 ſ. 66 *i. lanas eo prius imbuere.* *Vid.* S FICIO n. . . Subſternere alicui pudicitiam ſuam Sueton. de guſt. c. 68. Cic. de Vniuerſ. 23 Omne quod erat concretum at corporeum ſubſternebat animo interiusque faciebat, *vt* Subiic Delicias multas ſubſternere, *Abunde ſuppeditare.* Lucret. 2, 22.

SVBSTRĀTVS, ûs. m. [ὑπόσρωσις] *Ipſe ſubſternendi ac et aliquando Id quod ſubſternitur.* Plin. 18, 30 Culmum ſaxoſis locis q inaruit, baculo frangunt aut ſubſtratu fugant venenata. *conf.* Idem

SVBSTRĀMEN, ĭnis. n. [ὑπόσρωμα] *Quod animalibus ſub nitur.* Varr. de R. R. 3, 10 Easque cellas prouident, ne habeat ſolo humorem, ſed habeant molle ſubſtramen e palea aliaue qua re. c. 6. Subſtramen *apud* Silium, *Rotas et lapſus earum ſignifica* 444 Lubrica ſubſtramina.

VBSTRAMENTVM, i. n. *Idem.* Cato de R. R. c. 161 Aſparagi ſubſtramentis per hiemem operito.

VBSTILLVM, i. n. Tempus ante pluuiam iam paene vuidum, et poſt pluuiam non perſiccum, quod iam ſtillaret, aut nondum deſinit. *Paullus ex* Feſto. Subſtillum *morbus, quem* Stranguriam *Graeci vocant, ſic dictus antiquis eleganter, quod ſtillatim cadat vrina in eo genere valetudinis.* Cato de R. R. c. 156 Nunc de illis, *inquit,* qui ius aegre lotium it, quibusque ſubſtillum eſt.

VBSTITVO, ui, ūtum, ere. [ἀντικαθίστημι] *Subordinare, in locum alterius ſupponere.* Cic. Verr. 3 c. 69 *Accuſat Verrem, quod filium male educauerit,* Pro te Verrem ſubſtituiſti alterum ciuitati. Pl. 10, 54 Proque eis alia ſubſtituenda. Dolabellam ſubſtiturus ſi Caeſar deſignauerat Vell. 2, 58, 3. Cic. Verr. 5, 71 c. 28 Tum ibi homo nefarius in eorum locum, quos domum ſuam de piratis abduxerat, ſubſtituere et ſupponere coepit ciues Romanos, quos in carcerem antea coniecerat. Permutare et ſubſtituere Plin. 5, 9. At cum ſubſtituere alium in locum amiſſi Sen. Ep. 9. Columel. 11, Etenim qui me abſente in meum locum ſubſtituitur, et vicarius meae diligentiae ſuccedit, is ea quae egi ſcire debet. Idem 5, 6 Priamque quamque ſenio aut tempeſtate afflictam ſummoueat, et in vicem nouellam ſobolem ſubſtituat. Plin. Epiſt. 6, 31, 8 Tertio die inducta cognitio eſt, multis ſermonibus et vario rumore iactata, de Iulii Tironis codicillis, quos ex parte veros eſſe conſtabat, ex parte falſi dicebantur. Subſtituebatur crimini Sempronius Senecio, eques Romanus *i. Accuſabatur, agebatur reus, tanquam id crimen feciſſet.* *Sic* Caius l. 30 ff. de Oper. Libert. (38, 1) Arbitrio ſubſtituere. Idem dicit, *et* Vlpianus l. 2 ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit (50, 8) §. 11 Subſtituere ſolidae praeſtationi, *vtrumque pro* Subiicere. Subſtituere aliquem pro altero Cic. de Diuin. 2, 7. Subſtituere animo ſpeciem quandam Liu. 28, 35. Heredem ſubſtituere, *vid.* HERES.

VBSTITVTVS, a, um. Part. Aliquem filii loco ſubſtitutum habere Cic. Fam. 10, 24, 12. Philoſophiam nobis pro Reip. procuratione ſubſtitutam putabamus Cic. de Diu. 2 c. 2.

VBSTITVTIVVS, a, um. Adi. Propoſitio ſubſtitutiua Apul. de Dog. Categ. p. 29.

VBSTITVTIO, ōnis. f. [ὑποκατάστασις Gloſſ. Lat. Gr.] Paullus Iureconſul. In vulgari ſubſtitutione, qua ei, qui ſupremus morietur heres ſubſtituitur, recte heres ſubſtitutus etiam vnico intelligitur. *Vid.* Subſtituere heredem *in* HERES. *Add.* Vlpian. D. 1 t. 7 l. 17 Quidquid prior aetas abſtulit, recidiua ſubſtitutio ſubrogat Ambr. p. 14.

VBSTO, ſtiti, ſtitum, āre. [ὑφίστημι] *Conſtantem eſſe.* Ter. Andr. 5, 11 Perii, metuo vt ſubſtet hoſpes. *al.* ſubſiſtat. Cic. in Topic. 27 Non eſſe rurſus ea dico, quae tangi demonſtrarique non poſſunt, cerni tamen animo atque intelligi poſſunt: vt ſi vſucapionem, ſi telam, ſi agnationem definias: quarum rerum nullum ſubſtet quaſi corpus. *h. e. Subſtantia ſit.*

VBSTANS, antis. Part. Nullo dolore ſubſtante Celſ. 2, 7. Ne cruditate ſubſtante Idem 2, 12. *Conf.* Idem 6, 10.

VBSTANTIA, ae. f. [οὐσία, ὕπαρξις, ὑπόστασις] *Hoc nomine poſterior aetas exprimere coepit, quidquid vellent ſolidum, conſtansque in re appellare, eſſentiam, naturam, exiſtentiam adeo, quae nunc vocari ſolet. Vtamur exemplis potiſſimum* Quinctiliani. *Is igitur* 1 Pr. 21 Quae de ipſa rhetoricae ſubſtantia quaeruntur, *ea vocat, quae ad definitionem et eſſentiam pertinent.* Idem 2, 14, 3 Nos ipſam nunc volumus ſignificare ſubſtantiam, vt grammatice literatura eſt, non literatrix: *Idem diceret hodie, quaerimus Nomen vnum Subſtantiuum, quo eſſentia et res ipſa indicetur.* *Rurſus* 2, 15, 34 Huic eius ſubſtantiae (*eſſentiae adhuc declaratae*) maxime conuenit finitio, Rhetoricen eſſe bene dicendi ſcientiam. *Et* 2, 21, 1 Verba ſine rerum ſubſtantia nihil faciunt. *i. ſoni verborum, quatenus ſoni ſunt, nec inferunt in animum notiones ipſarum rerum.* *Rurſus* 3, 6, 39 De ſubſtantia eſt coniectura. Quaeſtio enim tractatur rei, an facta ſit? an fiat? an futura ſit? *Hic ab exiſtentia hodiernorum metaphyſicorum non differt.* *Sic* 7, 2, 5 Nam et ſubſtantia eius ſub oculos venit, vt non ſit quaeri, An ſit? Quidquid falſa cogitatione formatum, ſubſtantiam non habet Sen. Ep. 58. Subſtantia ſumma creator Sidon. Carm. 15, 116. *Add.* Ibid. v. 112. Deus (*ſenſibilis*) in ſe complectitur omnem locum, omnium rerum ſubſtantiam Apul. in Triſm. p. Craſſam et caligantem aciem ſimplex et inconcreta ſubſtantia naturae tenuis eludit Nazar. Paneg. Conſtantini c. 14. ¶ 2 Subſtantia, *Facultates.* Quinctil. Decl. . . . Vt plus ſubſtantiae filiis relinquerem. Scaeuola l. Qui teſtamentum D. De probationibus, Titio centum do lego, quae mihi pertulit: quae ideo ei non caui, quod omnes fortunas et ſubſtantiam, ſi quam a matre ſuſceperat, in ſinu meo habui ſine vlla cautione. Item eidem Titio reddi et ſolui volo de ſubſtantia mea centum quinquaginta, quae ego ex reditibus praediorum eius percepi. Vlp. l. Tutor D. Suſpectis tutoribus, Si pupilli ſubſtantiam expilauit, ſed ante quam tutor eſſet, accuſari debet expilatae hereditatis: ſi minus, furti. Firmicus 4, 2 ed et paternam maternamque ſubſtantiam varia laceratione dilapidat. Paullus D. Vi bonorum raptorum l. 1 non ita procul a fine, Vex bonis meis, hoc eſt ex ſubſtantia mea res ablata eſſe proponatur. Paternorum bonorum ſubſtantia Aur. Victor. de Orig. Gentis Rom. c. 9. Cuius cenſus ex manibus, ex laboribus, ſubſtantia Quinctil. Decl. 15. Firmic. 5, 1 Propriis tamen laboribus, ſubſtantiae facultatem acquirens. *Aliquot poſt verſibus*, Erit etiam in aliqua poſitus poteſtate, vnde paternae ſubſtantiae augeat facultatem. Idem 4, 8 Hi maximas conſequentur ſubſtantiae facultates. ¶ 3 Pro *cibo, aut alimento.* Omni carens ſubſtantia Moſes Prudent. Cathem. 7, 40.

VBSTANTIOLA, ae. f. Tribulatis de ſua ſubſtantiola ſubminiſtrauit Hieron. Ep. 11 ad Ageruchiam. *i. de minuta ſua re familiari.*

VBSTANTIVVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Prax. c. 26. *et* adu. Hermog. c. 19 *et* 36.

SVBSTANTIVVM [ὑπαρκτικὸς] *Nomen apud Grammaticos dicitur, quod Adiectiuum recipit. Caeterum antiquum eius auctorem nonſum reperi, neque in Putſchianis, neque alias.*

SVBSTANTIVĀLIS, e. Adi. Tertull. adu. Valent. c. 27.

SVBSTANTIALIS, e. Adi. Tutela Ammian. 14, 11. *i. angelus.* Poteſtates Idem 21, 1. *Conf.* Tertull. de Reſurr. Carn. c. 45.

SVBSTANTIALITĒR. Adu. Tertull. adu. Valent. c. 7. *et* adu. Marc. 4, 35. Auguſtin. de vera Relig. *extr. et* de Trinit. 5, 8 *pr.*

SVBSTOMACHOR, āri. Auguſtin. Confeſſ. 3.

SVBSTRAHO, *vid.* SVBTRAHO.

SVBSTRAMEN, *vid.* SVBSTERNO.

SVBSTRĔPO, ĕre. . . . *vol.* Met. 5 p. 66.

SVBSTRINGO, ſtrinxi, ſtrictum, ĕre. [ὑποσφίγγω] *Subtus conſtringere.* *Metaph. de oratione* . . . Pl. 10, 5, 4 Omnia ſupplere, et effuſa ſubſtringere. *Hinc forte* . . . Orat. c. 1 *de breuitate orationis dominicae*, Quantumque ſubſtringitur . . . tantum diffunditur ſententiis. Subſtrinxerat caput loris alutis Nep. 18, 5, 5. Martial. 12, 29 Feſtinant trepidi ſubſtringere carbaſa nautae. *i. Colligere.* Iuuen. Sat 6, 432 Nauſeat, atque oculis bilem ſubſtringit opertis, *ne adſpectu bilis ſibi moueatur, oculos claudit vel operit, connivet.* Comas ſubſtringens ligatas auro Lucan. 3, 281. Hor. Serm. 2, 4, 95 Aurem ſubſtringe loquaci: arrige. *Sed potentius eſt: q. d. ſi langueat, et arrigere ſe non poſſit, potius ſubſtringe.*

SVBSTRICTVS, a, um. Partic. [ὑποσφιγκτος] Columel. 6, 20 Vt ſit magna portio corporis, ventre paullo ſubſtrictiore, qui magis rectus, et ad ineundas feminas habilis ſit. *de tauri forma.* Crura ſubſtricta, *Gracilia* Ouid. Met. 11, 752. Frenis ſubſtrictis ora domita ligat, *aliquantulum arctis* Senec. Hippol. 999. Ilia ſubſtricta, *Conſtricta et parua* Ouid. Met. 3, 216. Plin. 32, 3 *de teſticulis*, Quinimmo paruos eſſe ſubſtrictoſque et adhaerentes ſpinae, nec adimi ſine vita animalis poſſe.

SVBSTRIDO, ĕre. Ira exundante ſubſtridens Ammian. 16, 4. *dentibus frendens.*

SVBSTRVO, xi, ctum, ĕre. [ὑποδομέω] *Subtus ſtruere, ſubaedificare.* Plaut. Moſt. 1, 2, 40 Et fundamentum liberorum ſubſtruunt. *Conf.* Vitr. 8, 7. Non alte ſubſtruitur Idem ibid. Liu. 6, 4 Capitolium quoque ſaxo quadrato ſubſtructum eſt, opus vel in hac magnificentia vrbis conſpiciendum. *Add.* Tertull. de Carne Chr. c. 5.

SVBSTRVCTVM, i. n. Subſtructum ad libram factum Vitr. 8, 7.

SVBSTRVCTIO, ōnis. f. [ὑποδόμησις] Cic. pro Milon. 53 c. 31 Ante fundum Clodii, quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones facile hominum mille verſabatur valentium aduerſari. Ibid. 85 c. 31 Subſtructionum inſanis molibus oppreſſerat. Caeſ. Bell. Ciuil 2, 25. Columel. 1, 5 Sed et pro fultura et ſubſtructione funguntur aduerſus ea, *etc.* *Add.* Vitr. 3, 3. *et* 8, 6. Liu. 38, 28. Inſanae ſubſtructiones Plin. 36, 15. *Vid.* INSANVS.

SVBSVLTO, *etc. vid.* SVBSILIO.

SVBSVM, es, fui, eſſe. [ὕπειμι] *Infra eſſe.* Plin. . . . Suberant tecto abiegnae trabes. Virg. Georg. 2, 49 Quippe ſolo natura ſubeſt. *i. ineſt.* Signa, quibus terrarum generibus ſuberunt Aquae Vitr. 8, 1. Cauſa ſubeſt Ouid. Faſt. 2, 168. Cic de Fin. 5, 29 Intelligatur aliquam ſubeſſe eiusmodi Cauſam. Idem Off. 1, 38 Quum vero de imperio decertatur, belloque gloria quaeritur, Cauſas omnino ſubeſſe tamen oportet eaſdem, quas dixi paullo ante, *etc.* Cura ſubeſt tacitane Liu. 34, 33. Cic. pro Cael. 6 Sin autem iam ſuberat ſimultas, exſtincta erat conſuetudo, diffidium exſtiterat, hinc, *etc.* Cic. Att. 3, 25 Neque enim (ſed bonam in partem accipias) ſi vlla ſpes noſtrae ſalutis ſubeſſet, tu pro tuo amore in me hoc tempore diſceſſiſſes. Cic. Philipp. 7, 4 c. 2 At ea fuit legatio Octauii, in qua periculi ſuſpicio non ſubeſſet. Vulnus intra cutem ſubeſt Planc. ad Cic. Fam. 10, 18. *Metaphor.* Subeſſe, *Adiuuare.* Plaut. Trin. 5, 1, 13 Quod ago aſſequitur, ſubeſt, ſubſequitur, ita gaudiis gaudium ſuppetat. Ludorum Megalenſium ſpectaculum ſuberat Tac. A. 3, 6, 5. *i. imminebat.*

SVBSVO, ui, ūtum, ĕre. [ὑποῤῥάπτω] *Subtus ſuere.* Hor. Serm. 1, 2, 29 — Sunt qui nolint tetigiſſe niſi illas Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte. Subſutam veſtem *intelligit, cui inſtita ſubſuebatur.*

SVBSVRDVS, a, um. Adi. *Aliquantum ſurdus*; *vt,* Vox ſubſurda, *apud* Quinctil. 11, 3, 32 Deinde vox non ſubſurda, rudis, immanis, *etc.*

SVBTABIDVS, a, um. Adi. Stetit itaque ſubtabidus: excitum putares ab inferis Ammian. 26, 17 *pr.*

SVBTACITVS, a, um. Adi. Hinc ſchola ſubtacitam meditatur gignere ſectam Prudent. Hamart. v. 174.

SVBTAL, ălis. n. *Ex* Sub *et* Talus *componi putatur ſignificatque* Cauum pedis: Priſcian. 5 p. 644.

SVBTALARIS, e. Adi. *Talo ſubiectus.* Calcei ſubtalares Iſidor. 19, 34.

SVBTEGMEN *ſ.* SVBTEMEN, ĭnis. n. [κρόκη] *Dicitur filum, quod* ſub ſtamine *texitur, vel* ſtamini *inſeritur, vt ait* Seneca Epiſt. 90: *vel vt* Varro de L. L. 4, 23 Quod ſubit ſtamini. *Has ob cauſas* Subſtamen *ſcribere maumult Caſaub. ad Perſ.* 6, 73. *Sed rectius videtur aliis* ſubtemen *a* ſubtexendo *dictum, quaſi* ſubteximen, *vt ala ab* axilla, *vt* examen *pro* exagimen. Ter. Heaut. 2, 3, 52 Anus ſubtemen nebat: praeterea vna ancilla erat. *Sic optimi libri. In nendo ſtatim diuerſitas ſtaminis durioris, et* mollioris ſubteminis, *vid.* TEXO. Ouid. Met. 6, 56 Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis. Catull. Argon. f. 62, 327 Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi. Veſtes picturatae auri ſubtemine Virg. Aen. 3, 483. Auſon. Moſ. 397 *de Muſis*, Tenui aptas ſubtegmine telas percurrent, *i. ſtaminis inter tramas traiicient.* Idem Epigr. 36 Tyrio textam ſubtegmine veſtem. *Pro filo ſimpliciter* Hor. Epod. 13, 22 Vnde tibi reditum curto ſubtemine (*ſic optimi*) Parcae Rupere, *etc.* Plaut. Merc. 3, 1, 20 Subtemen tenue nere. Plin. 13, 12 ſ. 24 *transfert ad chartae Niloticae conficiendae rationem*, Igitur e ſecundo corio ſtatumina (*i.* ſtamina) facta ſunt, e primo ſubtegmina: *haec transuerſa vocauit* ſ. 23. Ammian. 14, 6 Lacernas memorat nimia ſubteminum ſubtilitate perſlabiles. *Hanc quam adhuc explicauimus, eſſe proprietatem vocis, certum eſt. Recentiores ab ea non nunquam diſceſſiſſe videntur. V. g.* Capitolin. Pertin. 8 Veſtis ſubtegmine ſerico, aureis filis inſignior: *vbi multa de texendi ratione Salmaſius. Vid.* TEXO.

SVBTEGO, ĕre. Vitruu. 9, 6. Ammian. 19, 6.

SVBTEGVLANEA [ὑπόστεγα] *Loca ſub tegulis: diſtinguunturque a Subdialibus, quae Graeci vocant ὑπαίθρια, ſicut priora illa ὑπόστεγα, et κατάστεγα ſiue στεγαστὰ.* Plin. 36, 25 Pauimenta credo primum facta, quae nunc reuocamus barbarica atque ſubtegulanea.

SVBTEL, τὸ κοῖλον τῆ ποδὸς. *vid.* SVBTAL.

SVBTENDO *vel* SVSTENDO, di, tum *et* ſum, ĕre. [ὑποτείνω] *Subtus extendere.* Cato c. 10 Lectum in cubiculo vnum, lectos loris ſubtentos quatuor, et communes tres. *Lectos loris ſubtentos appellat, de ſolario loris propendentes, qui mos antiquorum erat.* Sall. Iug. 113 Numidae inſidias ſubtendit. *al.* Tendit. *Item* Surſum tendere. *Sic certe ap.* Virg. in Ciri 7 *legi vult Scaliger,* Altius ad magni ſubtendit ſidera mundi, *i. viam aff. ſtat Olympo. Exemplaria exhibent*, Suſpendit, *nullo quem aſſequar, ſenſu.*

SVBTENTO, āre. [ὑποπειράομαι] *Idem quod* Tentare. Plaut. Truc. 2, 2, 51 Adtentaſti huc ſubtentatum exornatis oſſibus. *Al.* Nos tentatum.

SVBTENVIS, e. Adi. [ὑπόλεπτος] *Aliquantum tenue.* Varr. de R. R. 2, 7, 5 Non anguſta iuba, crebra, fuſca, ſubcriſpa, ſubtenuibus ſetis implicata in dexteriorem partem ceruicis.

SVBTER. [ὑπὸ, ὑποκάτω] *Praepoſitio vtrique caſui ſeruiens, Accuſatiuo et Ablatiuo. Relatiuum habet* Super. *Accuſatiuum habet etiam vbi ſignificatur quies.* Stat. Theb. 12, 711 Deſilit in campos, qui ſubter moenia nudos Aſſeruat manes. *Ablatiuum habet* Virg. Aen. 9, 514 — Quum tamen omnes Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus. Cic. in Somn. Scip. 10 c. 4 Deinde ſubter mediam fere regionem ſol obtinet dux et princeps et moderator luminum reliquorum. *Vid.* Plin. 3, 19 Subter radices earum. Virg. Aen. 3, 695 Alpheum huc — Occultas egiſſe vias ſubter mare. *Cum Ablatiuo* Catull. 63, 7 Troia Rhoeteo quem ſubter litore tellus, Ereptum noſtris obterit ex oculis. Subter, *ſine caſu*, Cic. de Orat. 3, 20 Qui omnia haec quae ſupra et ſubter, vnum eſſe et vna vi, atque vna conſenſione naturae conſtricta eſſe dixerunt.

SVBTERIOR, ûs. Termini ſubteriores Innocent. de Caſ. p. 232 *Goeſ.* Sic oculis nocuus ſanguis per ſubteriora Dicitur expelli Macer 2, 13.

SVBTERACTVS, a, um. Adi. Vitium ſubteractis quaſi quibusdam radicibus ſerpit Celſ. 5, 28, 1. *Sed melius forte talia diuiduntur.*

SVBTERANHELO, āre. Infeſſaque pondere tanto Subteranhelat humus Stat. Silu. 1, 1, 57.

SVBTERCAVĀTVS, a, um. Adi. Solin. 8 *ſub fin.* Sic contegunt ſubtercauata.

SVBTERCVRRO, ĕre. Perſeus dexterioribus ſubtercurrens baſim Vergiliarum Vitr. 9, 6.

SVBTERCVTANEVS, a, um. Adi. Aur. Vict. Epit. in Hadriano morbus ſubtercutaneus, *i. Hydrops. Vtitur de equis* Veget. 1, 5, 1. *it.* 1, 12, 1. *et de bubus* 3, 2, 18.

SVBTERDVCO, xi, ctum, ĕre. [ὑποφεύγω] *Subterfugere, et clam ſeſe proripere ex aliqua ſocietate vel loco.* Plaut. Milit. 2, 3, 71 Serua iſtas fores, ne tibi clam ſe ſubterducat iſtinc. *i. Ne hinc abeat, te inſcio.* Subterduxit ſe tempus huic occaſioni Plaut. Aſin. 2, 2, 12.

SVBTERDVCTIO, *et* SVBTERDVCTOR. Voces apud ICtos in Digeſt.

SVBTERFLVO, xi, xum, ĕre. [ὑπορρέω] Plin. 8, 50 Torrente rapido minaciter ſubterfluente. *Conf.* Vitr. 8, 2. Eos felicitas ingrata ſubterfluit Eumen. Paneg. Conſtantini c. 15.

SVBTERFVGIO, fugi, fugitum, ĕre. [ὑποφεύγω] *Clam fugere. Datiuo iungitur.* Plaut. Bacch. 4, 6, 2 Nimio illaec res eſt magnae diuidiae mihi, ſubterfugiſſe ſic mihi hodie Chryſalum. *Cum Accuſatiuo.* Plaut. Merc. 1, 82 Nequidquam ego mare ſubterfugi ſaeuis tempeſtatibus. Cic. de Amicit. 35 Haec ita multa quaſi fato impendere amicitiis: vt omnia ſubterfugere, non modo ſapientiae, ſed etiam felicitatis diceret ſibi videri. Cic. Pr. Act. 1 in Verr. 8 Vt quoniam criminum vim ſubterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret. Cic. Verr. 1, 102 Homo ſtultiſſime et amentiſſime, tabulas cum conficeres, et quum extraordinaria pecunia crimen ſubterfugere velles, ſatis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare, ſi, quibus pecuniam credebas, iis expenſum non ferres? Cic. Pr. Act. 1 Verr. 13 Tantum quisque habet in Sicilia, quantum hominis auariſſimi et libidinoſiſſimi aut imprudentiam ſubterfugit, aut ſatietati ſuperfuit. Militiam ſubterfugere ſimulatione inſaniae Cic. Off. 3, 97 c. 26. Poenam ſubterfugere et calamitatem Idem pro Caecin. 100. Periculum ſubterfugere Cic. Fam. 15, 1. *Conf.* Idem ibid. 13, 4. Subterfugere, *abſolute.* Vlp. in l. Eum qui circa D. de priuileg. credit. Eum, qui circa columnas ſe occultat, vt creditorem euitet: latitare placet. Nam et eum, qui recedit, hoc eſt, qui ſubterfugit, vt ne ſecum aliqua actio moueatur, latitare placet.

SVBTERFVGIVM, i. n. Alicuius ſubterfugiis obuiare Sarisber. Epiſt. 118.

SVBTERFVNDO, āre. Cum fabricaretur caelum, terraque ſubterfundaretur Lactant. 2, 8. *verum melius diſiuncte legitur.*

SVBTERIACEO, ēre. Hic gens ardentem caeli ſubteriacet axem Alcim. Auit. 1, 296.

SVBTERIACIO, ĕre. Ordei grana ſubteriaciantur Pallad. Febr. 18, 1.

SVBTERLĀBOR, ĕris, lapſus ſum, lābi. [ὑπολισθέω] *Clam elabi, et effugere.* Liu. 30, 25 Sed neque roſtro ferire celeritate ſubterlabentem poterant, neque tranſilire armati ex humilioribus in altiorem nauem. Virg. Ecl. 10, 4 Sic tibi quum fluctus ſubterlabere Sicanos, *etc.* Caeli ſubterlabentia ſigna Lucret. 1, 2.

SVBTERLĬNO, lĭni *et* lēui, lĭtum, ĕre. [ὑποχρίω] *Subtus linere.* Plin. 28, 7 Sotira obſtetrix, tertianis, quartanisque efficaciſſimum dixit plantas aegri ſubterlini.

SVBTERLVO, ĕre. Gurgite ſidereo ſubterluit Oriona Claud. in ſext. Conſ. Honor. v. 177.

SVBTERLVVIO, ōnis. f. Loca humoris aſſidui ſubterluuione cedentia Cl. Mamert. de St. An. 1, 2.

SVBTERMĔO, āre. [ὑποπορεύομαι] Claud. *de Aponi balneis* 61 Et iunctos rapido pontes ſubtermeat aeſtu. *Conf.* Mart. Capella 8 p. 287.

SVBTERNATO, āre. Delphines crocodilos ſtudio eliciunt ad natandum demerſique aſtu fraudulento tenera ventrium ſubternatantes ſecant et interimunt Solin. c. 32.

SVBTERNVS, a, um. Adi. *Infernus.* Prudent. Hamart. 922 Rapidos ſubterna nocte caminos. Relligionis opem ſubternis poſcere ab antris Prudent. adu. Symm. 1, 392.

SVBTĔRO, triui, trītum, ĕre. [συντρίβω] *Comminuere: quia ſub lapide ſ. piſtillo teruntur quaedam.* Columel. 12, 5 Salis ſextarium ſubterito, et ſubtrita cum quartario mellis aceto diluito. Ibid. 56. Boues ſubterunt pedes, *Continuo attritu vngulas ſubtus conſumunt* Cato c. 72. *Sic* Senec. Epiſt. 52 In molli paluſtrique paſcuo iumenta ſaginata cito ſubteruntur.

SVBTRĪTVS, a, um. Partic. [ὑποτετριμμένος] *Vt,* Subtritae vngulae: *h. e. Attritu nimio corroſae* Plaut. Aſin. 2, 2, 73. Cicera miſta paleis ſubtritis pecori praebetur Columel. 2, 11. *Add.* Id. 6, 15. Plin. 33, 5. *et* 34, 9.

SVBTERPENDENTIA mala Pallad. Mart. 10, 8.

SVBTERRANEVS, a, um. Adi. [ὑπόγαιος] *Quod eſt ſub terra.* Columel. 1, 6 Vinctis quam ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum plurimis, ſitque id anguſtis illuſtratum feneſtris. Plin. 9, 57 Quidquid eſt, hoc certe minus admirabile talparum facit vita ſubter animalis. Idem 36, 13 Subterranea domus. Subterranea animalia *etiam* Pall. Sept. 3, 2. Peſtes ſubterraneae, *vid.* SVBS Regna ſubterranea Iuuen. Sat. 2, 149. Specus ſubterraneos rire Tac. Germ. 16, 5. Venae ſubterraneae Plin. 9, 15. Cic. Att. 15, 25. Sen. Qu. Nat. 3, 16. Pallad. Sept. t. 3.

SVBTERRENVS, a, um. Adi. Sol delapſus oceanum, ſubt nas orbis plagas illuminabat Apul. Met. 9 p. 227 (Pric. p. 192)

SVBTERREVS, a, um. Adi. Diui Arnob. 7 p. 266. *de P et ſimilibus.*

SVBTERSECO, āre. Diſtribuens medium ſubterſecat hic cornum Cic. in Arat. v. 273.

SVBTERTENVO, āre. [ὑπολεπτύνω] *Conterere.* Lucret. Annulus in digito ſubtertenuatur habendo. *h. e. In interiore parte, quae proxima eſt digito, minuitur et atteritur, dum h in vſu frequenti.*

SVBTERTIVS, a, um. Adi. Subtertii tria ad quatuor, octo Vitr. 9, 4.

SVBTERVACO, āre. In illum ſubteruacantem locum Se Nat. 6, 25. *Sed poteſt etiam diuidi.*

SVBTERVŎLO, āre. Stat. Theb. 3, 669 Fragor intonat i Hortantum et vaſto ſubteruolat aſtra tumultu.

SVBTERVOLVO, ĕre. Ita pontus perſtringitur gelu, v amnium curſus ſubteruolui credantur Ammian. 22, 20.

SVBTEXO, xui, xtum, ĕre. [ὑποζεύγνυμι] *Subiungere: latione ſumta a textoribus, qui ſubtus attexunt operi.* Plin. 25, 11 V et generatim, membratimque ſingulis corporum morbis remedia xemus. Liu. 37, 48 Subtexit deinde fabulae huic, Legatos los in Senatu inter caetera hoc quoque interrogatos eſſe. Nepos 25, 18, 2. Caelum ſubtexere fumo, *Cooperire* Virg. 3, 582. Caelum ſubtexitur vmbra Stat. Silu. 3, 1, 127.

SVBTEXTVRVS, a, um. Partic. Paterc. 1, 14 Huic rei per tempus ciuitates propagatas, auctumque Romanum nomen, com one iuris, haud intempeſtiue ſubtexturi videmur.

SVBTEXTVS, a, um. Part. Et ſubtexta malis bona ſunt, maeque ſequuntur Vota Manil. 3, 526.

SVBTĪLIS, e. Adi. [λεπτὸς, ἰσχνὸς, ἑανὸς] *Tenuis, et ord eſt in laude earum rerum, quas commendat vel paruitas, vel acumen. liger Exerc. 1 adu. Cardan. exiſtimat* Subtile *a filis tenuioribus ori traxiſſe, quae in tela bene texta oculorum aciem paene fallunt. Voſſ. Etymol. p. 499. Certe ad multa alia transfertur.* Argutatio ſubtilis Plin. 2, 108. Quinctil. 2, 5. Concluſio ſ lis et ad morem dialecticorum formata Idem 7, 4. Corium tilius Pallad. 1, 15. Corpora ſubtilia Lucret. 3, 196. nitio ſubtilis Cic. de Orat. 1, 109. Epiſtolae ſubtiles, *vid.* STOLA. Filum ſubtile Lucret. 4, 86. Cic. de Finil Stoicorum autem non ignoras quam ſit ſubtile, vel ſpinoſum differendi genus. Acutiſſimum et ſubtiliſſimum dicendi genus de Orat. 2 c. 23. Columel. 8, 16 Hoc igitur periurium mult ſubtiliorem fecit Gulam, doctaque et erudita palata faſtidire c fluuialem lupum. C. Serenus ſubtiliſſimus Homo: fuit en animi ſatis magni et conſilii Cic. pro Planc. 12. ſubtilis fulmini Lucret. 2, 385. Cic. Fam. 15, 6 Na meum ſenſum, et ad illud ſincerum ac ſubtile Iudicium nihil eſſe laudabilius, quam eſt tua oratio. Hor. Epiſt. 2, 1 Qu. Scaeuola Oratione maxime limatus atque ſubtilis Cic. de C c. 39. Palatum ſubtile Hor. Serm. 2, 8, 38. P. Rutilius ctoribus gladiatorum accerſitis, vitandi atque inferendi ictus liorem Rationem legibus ingenerauit Val. Max. 2, 3, 2. S ſubtiliſſimus Plin. 11, 5.

SVBTILĬTAS, atis. f. [λεπτότης] Plin. 10, 75 Haec na reſtant immenſae ſubtilitatis animalia. Cic. Acad. 1, 7 A ſtros enim non ignoras, quae ſit et quanta ſubtilitas. Ali quum veritas ipſa limatur in diſputatione, ſubtilitas Cic. Artis marmoreae Vitr. 4, 1. Iudiciorum ſubtilitas Marti Quaeſtionum naturalium intima ſubtilitas Quinctil. 1, 4. Script ſubtilitas et elegantia. Cic. Fam. 4, 4 Facile cedo tuorum Script ſubtilitati et elegantiae. *Conf. Graeu. ad h. l. p. 177 ſeqq.* ſta ſubtilitas, *vid.* ANGVSTVS. Inenarrabilis ſubtilitas, INENARRABILIS. Ludicra ſubtilitas, *vid.* LVDVS. ebris Vitr. 4, 1. In ſummam Subtilitatem diduci Scribo *de medicamentis.* Habere ſubtilitatem in dubiis Quinctil. 1, 7

SVBTILĬTER. Adu. [λεπτῶς] Cic. Acad. 1, 35 Sed Zeno, Archeſilam anteiret aetate, valdeque ſubtiliter diſſereret, et pe moueretur, corrigere conatus eſt diſciplinam. Subtiliter c xae res Lucret. 3, 740. *Add.* Idem 6, 1030. Cic. 1, 40 Si vero aut numerus quidam ſit animus, quod ſu ter magis quam dilucide dicitur. Verſute et ſubtiliter dicere in Orat. 20. Diſſerere de aliqua re ſubtiliter et copioſe Ci Flacc. 42 c. 18. Idem Verr. 6, 127 Quod iſte eruditus hom Graeculus qui haec ſubtiliter iudicat, ſolus intelligit: ſi vnam ram Graecam ſciſſet, certe non ſubtiliſſet. Subtiliter *et* Mag *opponit inter ſe* Quinctil. 8, 3, 40. Subtiliter numerum ex *pro Minutatim* Liu. 3, 5 *extr.* De Repub. quid ego tibi ſubtil tota periit Cic. Att. 2, 21. Paullo ſubtilius excolere ſcien Celſ. 1 praef. Cauſas priuatas et tenues agere ſubtilius, aut famae ornatius Cic. Fam. 9, 21. Idem pro Corn. Balb. A quo haec, quae ego nunc percurro, ſubtiliſſime ſunt omnia per *Conf* Idem Att. 1, 13. Gell. 11, 5.

SVBTILILOQVVS, a, um. Adi. Homines ſubtililoqui loſophi Tertull. cont. Marc. 5, 19.

SVBTILILOQVENTIA, ae. f. Tertull. ib.

SVBTIMEO, ui, ēre. [ὑποφοβέομαι] *Aliquantulum timere, vereri.* Cic. Philipp. 2, 36 c. 14 Numquid ſubtimes, ne ad te hoc men pertinere videatur?

SVBTINNIO, ire. Vt bacchantibus indumentis aliquid ſu niret, cymbalo inceſſit Tertull. de Pall. c. 4.

SVBTITVBO, āre. Dubitabile pectus ſubtitubante fide Pru Apoth. v. 581.

SVBTRAHO, xi, ctum, ĕre. [ὑφαιρέω, ὑφέλκω] *Proprie ſub bus auferre, vt Ouid. in Ibin 424* Subtrahitur preſſo mollis aren de. Solum ſubtrahitur Virg. Aen. 5, 199. *Sed multo latius ſignificatque generatim auferre, vt* Plin. 11, 18 Subtrahitur itaqu apum mortuus diductae multitudini. Caeſ. Bell. Gall. 8, 33 autem impedimenta oppidanorum videret, quae ſi clandeſtina fu

tr. ere conarentur, effugere, *etc.* Subtrahere e pondere Plin. 33, 9. Su rahere aliquid alicui Plaut. Caſ. 2, 2, 28. Liu. 8, 29 Furium gr i morbo implicitum fortuna bello ſubtraxit. Plin. in Paneg. c. O rem memoriae, literiſque mandandam, praefectum Praetorii, nc ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus legere: eundemque otio, qun pertinaciter amet, reddere. Cic. Qu. Frat. 2, 8 Quo ego m libentius a curia et ab omni Reip. parte ſubtraho. Amplexu aliuius ſubtrahere ſe Virg. Aen. 6, 698. Adſpectu alicuius ſubtrahe ſe Idem ibid. 6, 465. Colla iugo ſubtrahere Ouid. Triſt. 5, 2, 0. Plin. Epiſt. 7, 25 *pr.* O quantum eruditorum aut modeſtia ip rum, aut quies operit, ac ſubtrahit Famae. Inuidiae aliqun ſubtrahere Vict. de Viris Illuſt. 64. Liu. 6, 1 Cui iudicio eu mors adeo opportuna, vt voluntariam magna pars crederet, ſubtrait. Columel. 1, 9 Id minime conducit agricolae, ſeu quia nemo fu proprium aliquod opus eſſe credit: ſeu quia, quum enixus eſt, no ſuo, ſed communi officio proficit, ideoque Labori multum ſe ſubtrait. Poteſtati dominorum ſe ſubtrahere Martianus in l. Interdu §. ſerui D. de public. et vectigal. Materiam furori alicuius ſubtrahere Cic. pro Domo 13. Neque verba ſedem habere poſſunt, ſi m ſubtraxeris Idem de Orat. 3, 19. Timor ipſe ſubtrahit vires Ovid. Epiſt. 14, 133. Cic. pro Muraen. 80 Nolite mihi ſubtrahere vicium meae diligentiae: nolite adimere eum, cui Remp. cupio tradere incolumem ab his tantis periculis defendendam. Subtrahere dum Celſ. 3, 4.

VBTRACTVS, a, um. Partic. Vlp. in l. Sed ſi mors D. de do-na Vt nunc pleniſſimam habeat infirmitatem quando ab hac luce fuerit ſubtractus. Tacit. Ann. 1, 70, 4 Subtracto ſolo diſiecti. *Conf.* Id. Ann. 1, 81, 2 *et* 3. Pallad. Febr. t. 21. Subſtracta *adferu* x l. 2 §. 1 D. de iure fiſci, Ea ſubſtracta eſſe credantur, quae nouit a cauſae eius fuerint. *Sed Gothofr.* Subtracta.

VBTRISTIS, e. Adi. [ὑπολυπηρὸς] *Aliquantulum triſtis.* Ter. Andr. 2, 6, 16 Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi.

VBTVNDO, ŭdi, ūſum, ĕre. [ὑποκόπτω] Tibull. 1, 10, 57 teneras ſubtuſa genas, ſed victor et ipſe, Flet ſibi dementes tam alſe manus. *h. e. Genas habens aliquantulum tuſas, ſeu percuſſas.* *Brouckhuſ.*

VBTVRPIS, e. Adi. [ὑπαισχὸς] *Aliquantum* turpe. Cic. de Or. 2, 264 c. 66 Exprimenda enim ſunt, et ponenda ante oculos ea, ju videantur et veriſimilia, quod eſt proprium narrationis: et quae in quod ridiculi proprium eſt, ſubturpia.

BTVRPICŬLVS, a, um. Dimin. Cic. Att. 4, 5 Quid? etiam (d um enim circumrodo quod deuorandum eſt) ſubturpicula mihi vid atur eſſe παλινῳδία.

BTVS. Adu. [ὑποκάτω] *Idem quod Subter.* Varr. de R. R. 1, 9 bris ſubnigris aut rubicundis, neque reſimis ſuperioribus, neque pe alis ſubtus, mento ſuppreſſo. Lucret. 6, 865 Extemplo ſubtus fri ſcit terra, coitque. Alii ſuperſtantes, tanquam ex aggere praelia tur: pars ſubtus occulti muros ſubruerent Tac. Hiſt. 4, 23, 5. *ſic leg. Geſn.* Subtus ambulare Cato R. R. c. 47. — ſuppura Idem ibid. c. 157.

BTŪSVS, *vid.* SVBTVNDO.

BTVSSIO, ire. Veget. 3, 25.

VBTVTVS, a, um. Adi. Subtutus in proſperis eſto Commodia Inſtruct. 30, 18.

BVAS, vadis. Vades et ſubuades Gell. 16, 10. *ex iure XII tabu um memorantur, videtur autem* Subuas *eſſe, qui pro* vade *ſpondet, qu* vadis vas.

BVBER, eris. ὑπογάλακτος, ὑπομάσιος Vet. Gloſſ.

BVCŬLA, ae. f. [ὑποχίτων] *Genus veſtis interioris: dicta, qu ea ſubter induamur.* Varro de Vita Pop. Rom. l. 1. *apud* Non. 14, 36 oſtquam binas tunicas habere coeperunt, inſtituerunt vocare ſubucu n, et induſium. *Conf.* Varr. L. L. 4, 30. Hor. Epiſt. 1, 1, 95 i forte ſubucula pexae Trita ſubeſt tunicae. Sueton. Aug. c. Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, et ſubuculae thorace la o, et feminalibus et tibialibus muniebantur. ¶ 2 Subucu , Libum quod diis dabatur ex alica, oleo, et melle compoſitum. F s. *Conf. Elmenhorſt. ad* Arnob. p. 73.

BVCVLĀTVS, a, um. Adi. [ὑποχιτονωτὸς] *Subucula indutus.* Quintil. 8, 3, 33 Nec a verbis modo, ſed a nominibus quoque deriuata fu quaedam, vt a Cicerone ſubuculatum, et ab Aſinio fimbriatum et fg atum. *Sed variant libri. Plerique* Sullaturit *etc.*

VBVECTIO, SVBVECTO, SVBVECTVS, *vid.* SVBVEHO.

VBVĔHO, xi, ctum, ĕre. [ἀνάγω, ἀνελκύω] *Surſum vehere, vel* ad *here adeo.* Plin. 34, 1 Saepe etiam lapides ſubuehunt, portantes ali a pondera. Liu. 9, 15 Nam inſeſſis omnibus viis, per quas co meatus ex Samnio ſubuehebatur, fame domiti Samnites, qui Luceri in praeſidio erant, legatos miſere ad Conſulem Romanum. Stat. Si . 3, 2, 88 Quali te ſubuehat aura Doris. Liu. 24, 40, 2 Nuntii res, Philippum primum Apolloniam tentaſſe, leuibus biremibus LX flumine aduerſo ſubuectum. *Add.* Tac. Ann. 2, 60, 1. Claſſe Idem ibid. 2, 8, 2. Subuehere naues amne contrario Plin. 21, 12 Subuehi ad arcem Virg. Aen. 11, 478. Subuehere in altitudinem Plin. 36, 12. *Add.* Idem 31, 12. Lucret. 5, 516 Aſt alim ſubter, contra qui ſubuehat orbem. *h. e. Alium eſſe aërem ſub pedibus noſtris, qui caelum extrinſecus ſubuehat et ſuſtollat, quemadmodu videmus a fluuiis rotas et hauſtra ſubleuari et circumuerſari. Lambinus.*

VBVECTVS, a, um. Adi. Nox bigis ſubuecta Virg. Aen. 5, 72 Remis ſubuectus Idem ibid. 8, 58. Romam Tiberi ſubuectos Mauſoleo intulit Suet. Calig. c. 15. Per oſtia aduerſa ſubuectus Sidon. 1, 5.

VBVECTO, āre. Frequent. Plaut. Aſin. 2, 2, 74 Ipſos qui tibi ſubuectabant rure huc virgas vlmeas. Virg. Aen. 6, 303 Et ferruginea ſubuectat corpora cymba. *Conf.* Stat. Silu. 1, 6, 31. *et* Theb. 5, 353. Subuectant ſaxa Sil. 4, 21. Laborem onera ſubuectando leuare Colum. Praef. l. 6.

VBVECTOR, ōris. m. Auien. Orbis Deſcript. v. 199 Bosphorus Inachiae ſubuector virginis olim.

VBVECTIO, ōnis. f. [ἀναγωγὴ] Caeſ. Bell. Gall. 7, 10 Sin maturius ex hibernis educeret, ne ab re frumentaria duris ſubuectionibus laboraret. Tarda frumenti Liu. 44, 8. Marine per portus ſubuectiones Vitr. 1, 5 *pr.* *Add.* Veget. 3, 5.

VBVECTVS, ûs. m. [ἀναγωγὴ] *Idem.* Tacit. Ann. 15, 4, 3 E prouiſi ante commeatus, quorum ſubuectu, *etc.*

VBVELLO, ulſi, ulſum, ĕre. Lucil. *apud* Non. 2, 202 Rador, ſubuellor, *etc.*

SVBVVLSVS, *vel* SVBVOLSVS, a, um. Part. Scipio *apud* Gell. 7, 12 Qui barba volſa feminibus ſubuolſis ambulet.

SVBVĔNIO, ēni, entum, ire. [ἐπικουρέω] *Adiuuare, propitium eſſe.* Plaut. Aul. 2, 8, 24 Apollo quaeſo ſubueni mihi, atque adiuua. Succurrere et ſubuenire Caeſ. Bell. Gall. 5, 43. Nihil auctor Apollo Subuenit Virg. Aen. 12, 405. Curis ſubuenit ſententia Stat. Theb. 1, 267. Dolori ſubuenire Plin. 26, 5. Cic. Acad. 4, 10 Nam qui voluit ſubuenire Erroribus Epicurus, is qui videtur conturbare veri rationem, *etc.* Feſtinanter ſubuenire Celſ. 3, 18. Grauedini quaeſo omni ratione ſubueni Cic. Att. 16, 13. Homini iam perdito, et collum in laqueum inferenti ſubuenire Cic. Verr. 4 c. 17. Inopi ſubuenire Ter. Adelph. 2, 1 *pr.* Cic. Fam. 15, 4 Cumque eo animo veniſſem, vt vtrique prouinciae, ſi ita tempus ferret, ſubuenirem. Remediis ſalutis ſuae acrioribus ſubueniendum putauit Cic. pro Cluent. 67 c. 24. Sanguinem exſpuentibus ſubuenit agaricum Plin. 26, 7. Solicitudini alicuius ſubuenire, *Opem ferre, adeſſe* Cic. Fam. 2, 5. Subuenire, *Senſim vel clam venire.* Gell. 19, 7 Vt quaeque vox indidem digna animaduerti ſubuenerat. Subuenibo *antique pro* Subueniam Plaut. Men. 5, 7, 20. *Imperſonale:* Cic. de Aruſp. Reſp. 57 Idemque earum templum inflammauit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis ſubuenitur. Cic. Att. 1, 14 (17) Huic quoque rei ſubuentum eſt maxime a nobis.

SVBVENIENS, entis. Partic. Ei ſubueniens Antiochus Salluſt. Fragm. c. 6. Nullo ſubueniente Idem Iug. c. 99.

SVBVENTŪRVS, a, um. Partic. [ἐπικουρήσων] Ouid. Amor. 2, 16, 28 Quod ſi Neptuni ventura potentia vincat, Et ſubuenturos auferat vnda deos.

SVBVENTO, āre. Frequent. Plaut. Rud. 1, 4, 11 Spes bona obſecro ſubuenta mihi.

SVBVENTOR, ōris. m. *Auxiliator.* Inſcript. *apud* Grut. p. 459 n. 1 POPVLI SVBVENTORI, *etc.*

SVBVENTANEVS, a, um. *Vox ex Graeca* ὑπηνέμιος *formata. Irritus.* Subuentanea Oua, *quae et* Zephyria, et irrita vocantur. *Vid. Eraſm. in Adag.*

SVBVENTRILE, is. *i. ſumen.* Marc. Empir. c. 28.

SVBVERBVSTVS, a, um. Adi. *Stigmate notatus.* Tertull. de Pall. 4 Subuerbuſtos in liberalibus. *Vid. Salmaſ. ad h. l. p. 342.* Subuerbuſta, Feſto *eſt*, Verubus, *vel vt emendat Vrſinus*, Verberibus vſta, Feſtus Plautinam *locutionem citat:* Vlceroſa, compedita, ſubuerbuſta, ſordida. *Apud* Tertullianum *Fluuius* Verbuſtum *ſimpliciter a* verbere *deriuat, vt a* Venere Venuſtum, Onuſtum *ab* onere, *ab* arbore arbuſtum.

SVBVEREOR, verĭtus ſum, ēri. [ὑπαισχύνομαι] *Aliquantum vereri.* Cic. Fam. 4, 10 Venit enim mihi in mentem ſubuereri interdum, ne te delectet tarda deceſſio.

SVBVERTO, ti, ſum, ĕre. [καταστρέφω] *Ab imo vertere, vt quod imum erat, fiat ſummum.* Columel. 11, 2 Idem qui lupinum ſtercorandi agri cauſa ſerit, nunc demum aratro ſubuertit. Salluſt. in Iugurth. 30 Probarent ne tantum flagitium, an decretum Conſulis ſubuerterent, parum conſtabat. Tota haec ars orandi ſubuertetur Quinctil. 9, 4 *pr.* Operum ſubuertere moles Ouid. Faſt. 6, 645. Scelerum probationes ſubuertere mora Tacit. Ann. 37, 1. *Et* 3, 25, 2 Quum omnis domus delatorum interpretationibus ſubuerteretur.

SVBVERSVS, a, um. Partic. [κατεστραμμένος] *Vt*, Maieſtas foliorum ſubuerſa iacet Lucret. 5, 1133. Subuerſa domus Tacit. Hiſt. 4, 42, 2. *Conf.* Id. H. 4, 22, 1. *et* c. 61, 7. *it.* Ann. 13, 39, 7.

SVBVERSIO, ōnis. f. Arnob. 1 p. 7 Subuerſio humani generis. *Add.* Id. 5 p. 165. Hieron. in Habac. 2, 15. Vulg. Geneſ. 19, 29. Deut. 29, 23. Nouatian. de Trinit. c. 26.

SVBVERSOR, ōris. m. Tacit. Ann. 3, 28, 1 Suarum legum auctor idem ac ſubuerſor. *Conf.* Alcim. Auit. 2, 76.

SVBVERSO, āre. Frequent. Plaut. Curc. 4, 1, 23 Vel qui ipſi vortant, vel qui alii ſubuorſentur, praebeant. *Lambinus legit* Subuertendos. *Al.* Aliis vt verſentur.

SVBVESPERVS, i. m. *Venti ſpecies.* Vitr. 1, 6.

SVBVEXVS, a, um. Adi. [ἀναφερής] *Vt* Conuexus *dicitur, et* Devexus. Liu. 25, 36 Omnia faſtigio leni ſubuexa. *Vox nondum inventa alias. Et habent MSS. quidam* ſubnixa.

SVBVILLICVS, *aut* SVBVILICVS, i. m. Inſcript. Grut. *aliquoties.*

SVBVIRĬDIS, e. Adi. [ὑπόχλωρος] Aliquantum viride. Plin. 37, 10 Balanitae genera duo habent, ſubuiride, et Corinthii aeris ſimilitudine. Idem 25, 9 Therionaca fruticoſa, foliis ſubuiridibus, flore roſeo.

SVBŬLA, ae. f. [περόνη Gloſſ. Lat. Gr.] *Inſtrumentum cerdonum, quo ad coria perforanda ac ſuendos calceos vtuntur.* Martial. 3, 16 Quodque tibi tribuit ſubula, ſica rapit. *Vid. Rigalt. ad h. l.* Columel. 6, 5 Aenea ſubula pars auriculae latiſſima circumſcribitur, ita, *etc.* *Conf.* Sen. Ep. 82. Pallad. Ian. t. 14. ¶ 2 Subula *videtur eſſe etiam acuta pars marculi, qua lapicidae vtuntur ad poliendos lapides.* Simplicius *Agrim. apud Goeſ.* p. 88 Si ſuperior tantum pars dolata eſt, et inferior ſubulis impolita relicta. *Et alius ibid.* p. 305 Terminus ſi ſuperius politus fuerit, et inferius ſubulis impolitus, monumentalis eſt, non habet fidem finitionis.

SVBŬLO, ōnis. m. *Eſt* Feſto Tibicen Hetruſca lingua, *quod vocabulum ſoni imitatione factum eſſe putat Turnebus, vt ſit* Subulo *tanquam* Sibilo. Subulo finitimas propter aſtabat aquas, Ennius *apud* Varr. de L. L. 6, 3 p. 72, 7. *Addit* Varro, Subulo dictus, quod ita dicunt tibicines Tuſci: quod circa radices eius in Etruria non Latio quaerendum eſt. *Scal. ad h. l. dubitat, an etiam* Macrob. Sat. 2, 1 *legendum ſit*, Subulonis. *Verba ſunt*, Haec nobis ſit literata laetitia, et docta cauillatio vicem planipedis et ſubulonis impudica et praetextata verba iacientis. *Sine dubio pulchre conuenit hic* ſubulo, *in ſcriptore in primis antiquitatis ſtudioſo et iactatore: melius certe quam* ſabulo *i. citharoedus, qui fundum nullum habet, niſi ſuſpicionem Scaligeri, de qua, vid.* SABVLVM n. 2. *Sunt tamen qui malunt* Fabulo, *vbi vid.* Auſon. Epigr. 70, 8 Lucili vatis ſubulo *conuicium eſt in hominem impurum, corruptorem puerorum.* Subulones, *dicuntur Cerui, quibus ſunt cornua ſimplicia, minimeque ramoſa, ad ſubularum ſimilitudinem.* Plin. 11, 37 Aliis ſimplicia tribuit, vt in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictis. *Vid.* Id. 8, 17 *et* 12.

SVBVLCVS, i. m. [συβώτης, ὑφορβός, χοιροβόσκος] *Paſtor ſuum.* Varr. R. R. 2, 4, 20 Altitudinis harae modus ſit, vt ſubulcus facile circumſpicere poſſit, ne quis porcellus a matre opprimatur. Columel. 1 praefat. 26 Porculatoris vero et ſubulci diuerſa profeſſio, diuerſae paſtiones. *Nempe* Porculator *proprie foeturam tantum curat.* Martial. 10, 98 Hircoſi mihi filios ſubulci. Virg. Ecl. 10, 19 Venit et opilio, tardi venere ſubulci. *Al.* Bubulci.

SVBVŎLO, āre. [ὑποπέταμαι] *Surſum volare.* Columel. 8, 8 Pulli vero facilius ſub matribus pingueſcunt, ſi iam firmis prius quam ſubvolent, paucas ſubtrahas pinnas, et obteras crura, vt vno loco quieſcant. Ouid. Met. 14, 507. Manil. 5, 592. Solin. c. 8. Cic. Tuſc. 1, 40 c. 17 Eam porro naturam eſſe quatuor omnia gignentium corporum, vt quaſi partita habeant inter ſe et diuiſa momenta, vt terrena et humida ſuopte nutu, et ſuo pondere ad pares angulos in terram et in mare ferantur: reliquae duae partes, vna ignea, altera animalis, vt illae ſuperiores in medium locum mundi gravitate ferantur et pondere, ſic hae ſurſum rectis lineis in caeleſtem locum ſubuolent, ſiue ipſa terra ſuperiora appetente, ſi quod a grauioribus leuiora natura repellantur.

SVBVOLTVRIVS, *vid.* SVBVVLTVRIVS.

SVBVOLVO, volui, volūtum, ĕre. [ὑποκυλίνδω] *Surſum voluere.* Virg. Aen. 1, 425 Inſtant ardentes Tyrii pars ducere muros, Molirique arcem, et manibus ſubuoluere ſaxa.

SVBVRBIVM, i. n. [προάστεια] *Frequentes extra vrbem domus inſtar vici vrbani aedificatae.* Cic. Philipp. 12, 24 c. 10 Hiſce ego me viis committam, qui Terminalibus nuper in ſuburbium, vt eodem die reuerterer, ire non auſus ſim? Idem Q. Frat. 3, 1, 3 In eius ſermone ego vtrumque ſoleo admirari, et te de ſuburbano emendo, quum ad illum ſcribas, non modo ad me non ſcribere, ſed etiam aliam in ſententiam de ſuburbio ſcribere. *Vetus exemplar* de ſuburbano *legit.*

SVBVRBĀNVS, a, um. Adi. [προαστεῖος] *Quod* ſub vrbe, *i. prope vrbem eſt, vt* Suburbanus ager, *qui vrbi vicinus et proximus eſt.* Cic. de Diuin. 2, 69 Ita aqua Albana deducta ad vtilitatem agri ſuburbani, non ad arcem vrbemque retinendam. Fundus ſuburbanus Cic Q. Frat. 3, 1, 3. Gymnaſium ſuburbanum Idem de Orat. 1, 98 c. 21 *extr.* Hortus ſuburbanus Idem pro Rabir. Poſt. 26. Hortulus ſuburbanus Plin. 35, 10. Litora ſuburbana Plin. 9, 18. Regio ſuburbana Italiae Columel. 11, 2. Rura ſuburbana Hor. Epiſt. 1, 7, 76. Rus amoenum et ſuburbanum Cic. pro Roſc. Amer. 133. Villa ſuburbana Catul ad Fund. 42 (45) 6. *Subſtantiue ſ. elliptice omiſſo nomine* Praedium. Veni in ſuburbanum meum Sen. Epiſt. 1, 12. Plin. Epiſt. 3, 11 Fui apud illum in ſuburbano. Sueton. Auguſt. c. 6 Nutrimentorum eius oſtenditur adhuc locus in auito ſuburbano iuxta Velitras permodicus. In hortis aut ſuburbanis ſuis Cic. pro Rab. Poſt. c. 10. Deportare aliquid in ſuburbana amicorum Idem Verr. 3, 54. *Conf.* Id. Att. 6, 13.

SVBVRBANITAS, ātis. f. [τὸ προαστεῖον] Cic. Verr. 4 (2) 27 c. 3 Sic populi Romani iucunda ſuburbanitas eſt huiusce prouinciae *Add.* Symmach. Ep. 2, 22. Sidon. 3, 1. *et* 7, 15.

SVBVRBICARIVS, a, um. Adi. *Idem ac Suburbanus.* Suburbicariae regiones et Suburbicariae partes in l. 9. De annonis et tribut. in C. Theod. l. 12. de extraordinar. muner. eod. C. et l. 12. de indulgent. debitor. et in Notitia imperii Romani, vbi de Comite rerum priuatarum per occidentem tractatur.

SVBVRGEO, ēre. *Prope vrgere, ſtudere admouere.* Virg. Aen. 5, 202

Attulit ipſe viris optatum caſus honorem:
Namque furens animi, dum proram ad ſaxa ſuburget
Interior, ſpatioque ſubit Sergeſtus iniquo,
Infelix ſaxis in procurrentibus haeſit.

SVBV̄RO, ſſi, ſtum, ĕre. *Pro Leuiter vrere.* Suet. Auguſt. c. 68 Solitusque ſit crura ſuburere nuce ardenti, quo mollior pilus ſurgeret.

SVBVSTVS, a, um. Part. Tamen ſubuſti corporis ſignis miſer vitam tenebit Paullin. Nol. Paraphr. Pſalmi 1 ſ. Carm. 7, 27.

SVBVSTIO, onis. f. Thermarum ſubuſtioni deputamus l. 32 C. Theodoſ. de operib. publ. *Conf. Gothofred. ad h. l.*

SVBVRRA, *vel* SVBVRA, ae. f. [Σουβοῦρα] Vicus Romae: a quo Regio Suburrana dicta eſt. Varro de L. L. 4, 8 p. 14, 9 Subura, Iunius ſcribit, ab eo, quod fuerit ſub antiqua vrbe, cui teſtimonium poteſt eſſe, quod ſubeſt ei loco, qui terreus murus vocatur. Sed ego a pago potius Sucuſano, dictam puto Sucuſam: deinde mutatis literis Suburram. Nunc, *ait ibidem Varro*, ſcribitur tertia litera C, non B. Pagus Succuſanus, quod ſuccurrit carinis. Quinctil. 1, 7, 28 Quid quae ſcribuntur aliter quam enuntiantur? Suburra quum tribus literis notatur, C tertiam oſtendit. *Auctoritates Inſcriptt. ad eum locum attulit Burm.* Feſtus Suburanam tribum antea Succuſanam per C appellabant ex nomine regionis, nam partem imam illam quoque tradunt fuiſſe Succuſanam dictam. *Item* Suburam Verrius alio libro a pago Succuſano dictam ait: hoc vero maxime probat eorum auctoritate, qui aiunt, ita appellatam et regionem vrbis, et tribum a ſtatiuo praeſidio, quod ſolitum ſit ſuccurrere Eſquiliis infeſtantibus eam partem vrbis Gabinis, indicioque eſſe, quod adhuc ex tribus per C literam, non B ſcribatur. Martial. 6, 65 Famae non nimium bonae puellam, Quales in media ſedent Suburra, *etc.* Liu. 3, 13 Si haud multo poſtquam peſtilentia in vrbe fuerat, in iuuentutem graſſantem in Suburra incidiſſe. Iuuen. Sat. 10, 156 Et media vexillum pono Suburra.

SVBVRRANVS, *vel, vt frequentius ſcribitur*, SVBVRANVS, a, um. Plin. 8, 3 Itaque quatuor ſolae erant a partibus vrbis, in queis habitabant, Suburrana, Palatina, Collina, Exquilina. Hor. Epod. 5, 58 Latrent Suburanae canes.

SVBVVLTVRIVS, a, um. [ὑπογύπιος] *Per laſciuiam comicam* Corpus ſubuulturium Plauto *dictum, quaſi rapiens ad ſe homines, quemadmodum ſolent vultures* Rud. 2, 4, 9 Eia corpus cuiusmodi ſubuulturium illud quidem: ſubaquilum volui dicere. Subaquilum *coloris fuſci nomen eſt: Sed ludit in ſimilitudine* aquilae *et* vulturis.

S V C

SVCCĒDO, ſſi, ſſum, ĕre. [ἐπιγίνομαι, διαδέχομαι, ἀντικαθίσταμαι] *Subire, item in locum alterius* venire. Seruius *ad illud* Virg. Ecl. 5, 6 Siue antro potius ſuccedimus. Succedimus et Datiuo et Accuſatiuo caſibus, ſecutus tam veterem quam noſtram conſuetudinem, ſuo more iungit. Virg. Georg. 3, 418 Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, et vmbrae, *etc. Add. ib.* v. 464. Virg. Aen. 8, 123 —— et noſtris ſuccede penatibus hoſpes. Idem Aen. 4, 10. Aquae iuſſae rex ſuccedit Ouid. Met. 11, 142 *de Mida, cui dictum erat,* Spumiferaque tuum, qua plurimus exit Fonti ſubde caput. Antro ſuccedimus Virg. Ecl. 5, 19. Dominationi externae, quam in ſuis timuerunt, ſponte ſuccedunt Iuſtin. 8, 2, 2. Munimentis hoſtium *oppugnando* Liu. 9, 14. Muris, portis ſuccedere, *etc.* Liu. 23. Caeſ. Bell. Gall. 2, 6. Tectis ſuccedere, *Domum ingredi* Ouid. Met. 2, 766. Virgil. Aen. 11, 146. Terris alicuius ſuccedere Virg. Aen. 7, 214. Tumulo im[…] ceſſit Idem Aen. 5, 93. Vallo ſucceſſit acies Romana Liu. […] Vrbi paruae ſuccedimus Virg. Aen. 3, 276. Ad muros ſuccedere […] 8, 16. Idem 1, 27 Albano non plus animi erat, quam fidei: ne[…] nere ergo, ne tranſire aperte auſus, ſenſim ad montes ſuccedit. […] bernaculum Curt. 4, 12 *extr.* Cic. pro Domo 116 Tectum […] imbris vitandi cauſa ſuccederet nullum haberet. *Sed et* M[…] ſuccedere Liu. 38, 9. *et* Tacit. Ann. 2, 20. Aſſuetudo ſucce[…] muros Liu. 27, 18. Salluſtius *apud* Seru. *ad* Virg. Ecl. 5, 5. […] murum hoſtium ſucceſſiſſet, poenas dederat. Iugum ne pecor[…] dem, niſi paria, ſuccedunt Calpurn. Flac. Declam. 29. Grat. 165 S[…] dere Tigrim *(marem)* Auſa canis, *de Venere, vt* ſubſidere, ſuccum[…] Minutatim ſuccedere Lucret. 6, 1189. Cic. de Orat. 1, 151 […] Omnia ſub acumen ſtyli ſubeant et ſuccedant neceſſe eſt.

Succedere, *In alterius locum venire.* Cic. in Piſon. 88 Quum t[…] ſolum quod tibi ſuccederetur, ſed quod Gabinio non ſuccederetu[r …] ſanguis et mortuus concidiſti. Idem Fam. 12, 4 Dolabella valde vitu[…]batur ab hominibus non inſulſis, quod tibi tam cito ſuccederet. […] ad Brut. 13 Sororis meae liberos obliuiſcaris eſſe lepidi filios, n[…] his in patris locum ſucceſſiſſe exiſtimes. Idem Offic. 3, 76 Qu[…] go? hic non noceat, qui quodam quaſi veneno perficiat, vt veros […] des moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat? In vicem al[…] ſuccedere Plin. 11, 37. *it.* 24, 17. ſ. 118. Succedere i[…] bem praelio Liu. 6. Succedere in pugnam Idem 9. […] cedere in paternas opes Idem 21. Succedere ſub primam […] Caeſ. Bell. Gall. 1, 24. Cic. Verr. 4, 81 c. 37 Succedan[…] vicarius tuo muneri, ſuſcipiam partes, quas alienas eſſe arbitrabar. […] ſummum ſuccedere honorem, *Conſcendere* Lucret. 5, 1122. […] ſuccedere Cic. de Clar. Orat. 87. Proxime alicui ſuccedere […] ctil. 1, 9. Si proinde, vt ipſe mereor, mihi ſucceſſerit Cic. […] 10, 4. Nihil ſemper floret, aetas ſuccedit aetati Cic. Phil[…] 39 *ſ. extr.* Honori alicuius ſuccedere Ouid. Met. 2, 590. […] ri *imperfecto ad illud perficiendum* Plin. 35, 10 ſ. 36, 15 *de Venere* […] *lis.* Orationi ſuccedere Cic. pro Corn. Balb. 4. *i. poſt illam* […] Magnis ſuccedere, et aequales habere Cic. in Orat. 1, 5.

Succedere, [προχωρεῖν] *Proſpere cedere, et euenire.* Ter. Andr. 4, […] Hac non ſucceſſit, alia aggrediemur via. Lepide hoc ſucced[…] manus negotium Plaut. Mil. 3, 2 *extr.* Liu. 8, 25 Si ſucceſſiſ[…] ceptum. Si quando minus ſuccedet, magnum tamen […] riculum non adibit Cic. in Orat. 98. Idem ad Brut. 9 N[…] tuumque exercitum exſpectamus ſine quo, vt reliqua ex […] tentia ſuccedant, vix ſatis liberi videmur fore. Si ex Sent[…] ſucceſſerit, bene erit opera poſita Idem Q. Frat. 2, 13. Quibus […] tidie melius ſuccedere tempus maioremque ſpem proponi vid[…] Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 49. Liu. 21, 7 Non ita proſpere vbi […] effectum operis ventum eſt, coeptis ſuccedebat. ¶ […] *ſeru.* Succeſſit, *pro Accidit.* Plin. 28, 8 Quod ſi ſucceſſerit alienari […] te, ac vel ex equo hominem decidere. Succedere, *contine[…] quam partem ſub toto argumento* Quinct. 3, 9, 1 Propoſitio et p[…] probationi ſuccedunt. *Sic* 1, 5, 45 Quidquid eorum alteri ſuc[…] huic parti ſubiungatur licet. *Imperſonaliter:* Credite mih[…] quam ſuccedetur illis Cic. de Prou. Conſul. c. 8. Idem Fa[…] 30 Qui cum forte Quaeſtor Macedoniam obtineret, neque ei ſucc[…] eſſet, Pompeius in eam prouinciam cum exercitu venit. *Et alit[…]* 9, 31 Vbicunque iniquo ſucceſſum erat loco. *i. res ſucceſſerat.*

SVCCESSVS, a, um. Partic. [προκεχωρημένος] *Quod proſpe[…] ſit.* Cic. Fam. 16, 12 Nam quum omnia mea cauſa velles mihi […] ſa etiam tua. *Add.* Plaut. Pſeud. Prol. v. 8. Ouid. Met. 2, 788. […] *ad* Rutil. Itin. 1, 313.

SVCCESSVRVS, a, um. Partic. Ouid. Met. 2, 788 Murmura […] dedit; ſucceſſurumque Mineruae Indoluit.

SVCCESSVS, ûs. m. [εὐτύχημα] *Euentus tam bonus quam m[…] ſaepius tamen bonus.* Virg. Aen. 2, 386 Atque hic ſucceſſu exſul[…] animisque Choroebus. Liu. 2, 50 Inde conſilium ex re natum, […] diis ferocem hoſtem captandi, gaudere etiam multo ſucceſſu Fabi[…] daciam creſcere. Ex ſucceſſu continuae felicitatis obliuiſcitur […] minem eſſe Iuſtin. 16, 5, 8. Succeſſus et euentus Plin. 27, 8. […] or ipſo ſucceſſu Virg. Aen. 5, 210. Laetior ſucceſſu Ouid. M[…] 384. Proſperi ſucceſſus Liu. in praefat. 1. Augere ſuc[…] nouis ſucceſſibus Claud. in pr. Conſ. Stilich. 1, 2. Carer[…] ceſſu Ouid. Epiſt. 1, 18. —— ſucceſſibus Id. Epiſt. 2, 85. S[…] ſumque artes non Habuere meae Idem Rem. Am. v. 624. […] re ſucceſſus ſuos, *Non pati proſperos ſucceſſus langueſcere, Fauente[…] tunam proſequi* Lucan. 1, 148. ¶ 2 Succeſſus, *vt Se[…] locus, quo ſuccedere poſſis.* Arnob. 6 p. 191 Templa enim haec […] ſunt? Si humanam infirmitatem roges, neſcio quid immane atqu[…] plum: ſi deorum potentia metiaris, ſucceſſus quidam parui, atq[…] nus anguſtiſſimum cauernarum, *etc.*

SVCCESSOR, ōris. m. [διάδοχος] *Qui ſuccedit.* Martial. […] Sic quaſi Pythagorae loqueris ſucceſſor et heres. Cic. Q. Fra[…] Succeſſorem habes perblandum. Ex cuius (Aſclepiadis) ſucceſſo[…] Themiſon Celſ. Praef. 1. Succeſſore nouo tollitur omnis […] Ouid. Rem. Am. v. 462. Lamprid. de Alexand. 32 Si vnqua[…] cui praeſentium ſucceſſorem dedit, ſemper illud addidit, Gratia[…] agit Respubl. Capitolinus in Antonium c. 5 Succeſſorem viuenti […] nulli dedit, niſi Orphito praefecto vrbis. *Add.* Spart. in Hadr. c. 11. Capitolin. in Alex. c. 32. An ſibi ſucceſſorem Deſtin[…] Suet. Calig. c. 4. *Vid.* Ouid. Triſt. 4, 10, 53. Item ex Pont[…] 9, 38 Succeſſor tanti frater honoris erit. Quum ſucceſſor ali[…] immutat de inſtitutis priorum Cic. pro Flacc. 33 c. 14 Praefinit[…] ſucceſſori diem Idem de Prouinc. Conſ. 37. *De altero ſexu:* I[…] nam caelo ducebat ſidera Phoebe, Fraternis ſucceſſor equis Corn. S[…] *ap.* Chariſ. p. 66.

SVCCESSIO, ōnis. f. [διαδοχή] Plin. 12, 14 Feruntque MMM […] amplius eſſe familiarum, quae ius per ſucceſſiones id ſibi vindi[…] Cic. ad Brut. 17 Quid hoc mihi prodeſt, ſi merces Antonii op[…] poſcitur, in Antonii locum ſucceſſio? Per ordinem ſucceſſionis reg[…] ad Aſtyagen deſcendit Iuſtin. 1, 4, 1. Cic. de Fin. 1, 37 Vt enim […] cibo potioneque fames ſitisque depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiae […] ſecutionem adfert voluptatis: ſic in omni re doloris amotio ſucc[…] nem efficit voluptatis. Succeſſio prouinciarum. Idem Fam […] Praeterea Marcellus quod adhuc nihil retulit de ſucceſſione Proui[…]rum Galliarum. *Conf.* Tac. Ann. 4, 12, 3 Quinctil. Decl. 360. Se[…] Polyb. c. 34.

SVCCEDANEVS, *ſ.* SVCCIDANEVS, a, um. *Primo b[…]*

[e]pitheton eſt. Gell. 4, 6 *recitauerat SCti veteris formulam, in quo* [...] ſi quid ſuccidaneis opus eſſet: *tum ait*, Quod ſuccidaneas hoſtias. [Sen]atus appellauit, quaeri ſolet, quid verbum id ſignificet. *Addit*, re[quiri] ſuper eodem verbo in Plauti Epid. 1, 2, 37 Men' piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam, vt meum tergum ſtultitiae tuae ſubdas ſuccedaneum. *Iam pergit*, Succidaneae autem hoſtiae dicuntur, *ae* litera per [ſy]nem compoſiti vocabuli in i literam commutata. Nam quaſi *ſuccaedaneae* appellatae: quoniam ſi primis hoſtiis litatum non erat, aliae poſt [e]aſdem ductae hoſtiae *caedebantur*: quae quaſi prioribus iam caeſis luendi piaculi gratia ſubdebantur, et *ſuccidebantur*: ob id *ſuccidaneae* nominatae, litera i ſcilicet tractim pronuntiata. Audio enim quoſdam [ea]m literam in hac voce barbare corripere. (*Hi ſcilicet a verbo* Cado *arceſſebant originem*) Eadem autem ratione verbi *Praecidaneae* quoque [ho]ſtiae dicuntur, *etc.* Feſtus, Succidanea hoſtia appellatur, quae ſecundo [lo]co caedebatur, quod quaſi ſuccideretur dicta. Quidam a ſuccedendo [no]men a ſuccidendo dictam putant. *A* Succedendo *etiam ductum maluit hoc verbum Scaliger ad* Feſtum *vid.* PRAECIDANEA agna. *Et ICtos ita illo ſos, vt a* ſuccedendo *deriuarent, mox dicetur n. 2. Sed audiamus* [S]eruium *ad* Aen. 2, 140 Hoſtia, quae ad aras ducta eſt immolanda, ſi [ca]ſu effugerit, *effugia* vocari veteri more ſolet: in cuius locum quae [ſub]poſita fuerat, *Succidanea* — dicitur. Id. *ad* Aen. 8, 641 Denique [ſi] per marem litare non poſſent, ſuccidanea dabatur femina; ſi autem [per] feminam non litaſſent, ſuccidanea adhiberi non poterat. *Ad hoc ſacrificii genus alludens* Apul. 8 p. 213, 29 Sed poſtquam non ceruam pro [vir]gine (*Iphigenia*) ſed aſinum pro homine ſuccidaneum videre, *etc.* [Vid.] *S. Elmenh. et Pricaeus* p. 171 *qui etiam aliud exemplum annuum ſuccedaneae virginis ceruae adfert.* ¶ 2 *A* ſuccedendo ſuccedane[i] *dixiſſe videntur* ICti. Succedanei alieni periculi eſſe non patiuntur [tu]tores Vlpian. D. de adminiſtratione tutorum. l. Si plures §. 8 *h. e. Subire incommodum alieni periculi vel alterius culpam ſuſtinere. Sic* Id. l. [...] 4 de magiſtratib. conuen. Magiſtratus quidem in omne periculum [ſuc]cedit, heres ipſius dolo, proximae culpae ſuccedaneus eſt. ¶ 3 [*A ſ*]*uccedendo item, ſed alio intellectu,* Iuſtinus 28, 6, 2 *vbi Mithridates* [*lo*]*quitur de Romanis,* Sic et auum ſuum Pharnacem per cognationum (*non dubito quin legendum ſit* cognitionum) arbitria ſuccedaneum regi Pergameno Eumeni datum, *i. velut ſubmiſſum illi per ſedus, in quo ipſe deterioris conditionis eſſet: vt* ſuccedere iugo *ac* dominationi *dici, in ipſo verbo obſeruauimus. Rem ipſam ſatis declarant Excerpta Polybii Legat. 57 et 59 e quibus patet, Romanis arbitris pacem conſtitutam Eumeni honeſtam, iniquam Pharnaci.*

SVCCESSĪVVS, a, um. Lactant. de Opificio Dei 12 Mirabile inſtitutum Dei eſt, quod ad conſeruationem generum ſingulorum, duos [ſexu]s maris ac feminae machinatus eſt, quibus inter ſe per voluptatis [ill]ecebras copulatis, ſucceſſiua ſoboles pararetur, ne omne genus viuentium conditio mortalitatis exſtingueret.

SVCCESSIVE. Adu. *Legit ap.* Spartian. in Caracalla c. 8 *Rob. Conſtantinus Supplem. L. L.*

SVCCESSORIVS, a, um. Paul. in. l. 1 D. de iur. et fact. ignor. [...]ret autem ſibi ex ſucceſſorio capite bonorum poſſeſſionem compe[teret]. Seleucus cum poſt Alexandri obitum ſucceſſorio iure teneret re[gnum] Perſidis Ammian. 14, 8.

SVCCENDO, di, ſum, ĕre. [ὑποπυρόω] *Incendere, ſubiecto igne.* Li[u.] 28, 23 Quum turbam feminarum puerorumque imbellem inermemque ciues ſuccaederent, et in ſuccenſum rogum ſemianimia pleraque iniicerent corpora, *etc.* *Conf.* Quinctil. Decl. 329. Sol eſt, qui iſta ſuccendit Sen. Quaeſt. Nat. 7, 12. Crines ſuccendit flamma Lucan. 6, 9. *Add.* Ouid. Met. 5, 442. Claſſica ſuccendere cantu Lucan. 6, 6 *vt* Martem accendere.

SVCCENSVS, a, um. Partic. [ὑποπυρωθεὶς, ὑπόπυρος] *Vt* Ignibus ſuccenſis torreri Cic. in Piſon. c. 18. Amore alicuius ſuccenſus Ouid. Epiſt. 15, 167. Ira ſuccenſus Sil. 1, 169. Mero multo ad bella ſuccenſi Lapithae Senec. Herc. fur. 9 v. 779. Ira ſuccenſa rabie Claud. Conf. Hon. 4, 242. Mentes ſuccenſas agit libido Senec. Hippol. 4.

SVCCENSIO, onis. f. Lauacri ſuccenſio Ammian. 31, 1. *Add.* Ammian. 25, 18. Tertull. de Reſurr. c. 12. ¶ 2 *A ſuccenſendo ſignificat indignatio.* Literae tuae officii plenitudine memoriam ſuccenſionis obliterant Symmach. Ep. 5, 37.

SVCCENSEO, ui, ēre. [νεμεσάω] In re graui et iuſta iraſci, *vt ait* Donatus. *Idem alio loco,* Succenſere, inquit, is dicitur, qui quum ante debeat, laeſus iraſcitur Plaut. Aſin. 1, 2, 26 Aut cur poſtremo filii ſuccenſeam, partes vt faciunt caeteri? Idem Capt. 3, 5, 22. An obſecro hercle te, id nunc ſuccenſes mihi? i. e. An propter id, vt interpretatur Donat. Ter. Andr. 2, 3, 2 Si id ſuccenſeat nunc. Ibid. 4, 1, 30 et Phorm. 2, 2, 14. Cic. Att. 2, 1 Mihi quod defendiſſem, leuiter ſuccenſuit. Ouid. Epiſt. 17, 34 Nec tamen iraſcor: quis enim ſuccenſet amanti? Non enim iam metuo ne tu illi ſuccenſeas: illud vereor, ne tibi illum ſuccenſere aliquid ſuſpicere Cic. pro Deiot. 35. Non eſſe omnibus ſuccenſendum Caeſ. B. C. 1, 84. Cui hoc nomine ſuccenſeri poteſt? Paneg. Theodoſ. c. 8. Dii hominibus iraſci et ſuccenſere conſueuerunt Cic. pro Roſc. Com. 46 c. 16.

SVCCENSIO, *i. ira vid.* SVCCENSIO a Succendo n. 2.

SVCCENTIVVS, *vid.* SVCCINO.

SVCCENTVRIO, āre. [ὑποκαταγράφω] Proprie ſignificat, Explendae centuriae gratia numerum ſupplere, *auctore* Feſto, *qui laudat dictum* Plauti, Succenturia centum, require, qui te delectet domi: *et* Caecilii Nunc meae malitiae aſtutia opus eſt, ſuccenturia. *Nempe vt* Centuriare *eſt milites in ſuas centurias referre et deſcribere: ita* ſuccenturiare eſt *centuriam deficientem explere: differuntque adeo haec verba vt* Sortiri *et* Suſſortiri. *Tranſlate apud* Gell. 15, 8 Alia eſca melior atque cautior ſuccenturietur.

SVCCENTVRIO, *vel* SVBCENTVRIO, onis. m. Liu. 8, 8 *Qui centurioni ſubſtituitur.*

SVCCENTVRIĀTVS, a, um. Adi. [ὑποκατάγραπτος] Ter. Phorm. 1, 4, 52 Nunc prior adito tu: ego in inſidiis hic ero ſuccenturiatus. *Pulchre* Donatus, Succenturiati dicuntur, Qui explendae centuriae gratia ſubiiciunt ſe ad ſupplementum ordinum.

SVCCERDA, ae. f. [ὕοχοδον] *Stercus ſuillum.* Titinn. *apud* Feſtum, Quid habes, niſi vnam arcam ſine claue, eo condis ſuccerdas? *Fortaſſe ſcribendum* Suſcerda, *vt* Muſcerda *rectius* ſucerda: *nam corripitur a* Lucil. *ap.* Non. 2, 813 Hic in ſtercore humi, fabuliſque, fimo, atque ſucerdis.

SVCCERNO, *vel* SVBCERNO, crēui, crētum, ĕre. [ὑποκρίνω, ἀπηθέω] *Separare, ſecernere.* Plin. 18, 11 Farinario cribro ſuccernunt. Plaut. Poen. 3, 1, 10 Nam iſte quidem gradus ſuccretus eſt cribro pollinario. *Add.* Cato R. R c 13. Teſta tuſa et ſubcreta Vitr. 2, 5. *Conf.* Id. 7, 7 [...] Cato c. 37 Partem de nucleis ſuccernito, et in lacum conjicito. *Conf.* Id. 10 *et* 25.

SVCCESSOR, SVCCESSIO, *vid.* SVCCEDO.

SVCCĪDO, di, ſum, ĕre. [ὑποτέμνω, ὑποκόπτω] *Ex* Sub *et* Caedo. *Proprie de arboribus dicitur, cum prope terram caeduntur.* Plin. 16, 12 Poſtea tota arbor ſucciditur, et medulla eius vritur. *Conf.* Colum. 2, 16 *et* 11, 2. Ouid. Faſt. 4, 231 Naiada vulneribus ſuccidit in arbore factis. Trunco ſucciſa ſagus Senec. Herc. Oet. f. 13. Nemus ſucciſum Lucan. 4, 138. *Add.* Colum. 2, 1. Segetes ſuccidere Virg. Georg. 1, 297. Caeſ. Bell. Gall. 4, 19 Omnibus eorum agris vaſtatis, frumentis ſucciſis, *etc.* Viui ſucciſis feminibus poplitibuſque Liu. 22, 51. Seges ſucciditur enſe Sil. 15, 536. *Vid.* SVCCIDANEVS.

SVCCISIO, onis. f. Pilis intra narium antra fruticantibus quotidiana ſucciſio Sidon. Epiſt. 1, 2. *Add.* Vulg. 19, 5.

SVCCIDIA, ae. f. [ταρίχεια] *Tergum, ſiue maſſa carnis porcinae ſalita, et in neceſſarium vſum ſeruata: quae quoties opus eſt, ſucciditur.* Succidia *igitur continet* pernam, petaſonem, et lardum. Varr. de L. L. 4, 22 p. 28, 26 Ab ſuibus concidendis *deriuat:* nam id pecus primum occidere coeperunt domini, et vt ſeruarent, ſalire. Idem de R. R. 2, 4 Ignauum et ſumtuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius ab laniario, quam ex domeſtico fundo? *Ibid.* E queis ſuccidias Galli optimas et maximas facere conſueuerunt. Cic. de Senect. 57 c. 16 Iam hortum ipſi agricolae ſuccidiam alteram appellant. *i. vt ait* Non. 2, 782 Succeſſionem neceſſariam: *quod neſcio quid ſibi velit: intelligerem, ſi* ſucciſionem *dixiſſet. Certe ſtatim addit* Dicitur et ſuccidia, quod eſt laridum. *Ciceronis locum facit illuſtriorem* Plin. 19, 14 Hortorum Cato praedicat caules. Hinc primum agricolae aeſtimabantur priſci, et ſic ſtatim faciebant iudicium, nequam eſſe in domo matremfamilias (etenim haec cura feminae dicebatur) vbi indiligens eſſet hortus. Quippe e carnario aut macello viuendum eſſe. Indiligens hortus, *i. Indiligenter cultus.* Succidias humanas facere Cato *apud* Gell. 13, 24.

SVCCĬDVS, a, um. Adi. *Lanae in primis epitheton.* Varr. de R. R. 2, 11 *a ſudore deriuat:* Tonſurae Tempus inter aequinoctium vernum et ſolſtitium, quum ſudare inceperunt oues, a quo ſudore recens lana tonſa, ſuccida eſt appellata. *Rectius itaque* ſuccidam *a* ſucco *dici putaueris. Eſt enim ſudor, velut ſuccus quidam lanae recens tonſae. Proinde penultimam habet correptam, quae in* Succido, *a quo quidam deriuant, producitur.* Succida palliolo Vellera quinque petit Martial. 11, 28. Iuuen. Sat. 5, 25 Qualis coena tamen? vinum quod ſuccida nolit Lana pati. *Nempe quod docet* Varro R. R. 2, 11 Tonſas oues recentes (*quarum eſt* lana ſuccida) eodem die perungunt vino et oleo. Celſ. 4, 4 *de tuſſi,* Imponendaque extrinſecus ſupra id quod dolet, lana ſuccida ex aceto eſt. *Add.* Id. 8, 3. Plin. 8, 48. 24, 19. 29, 2. 31, 11. Colum. 6, 15 Pallad. Febr. t. 17. Tertull. de Bapt. c. 3. Plaut. Mil. 3, 1, 193 Lautam vis, an quae nondum ſit lauta? PA. Siccam, ſuccidam. *i. Volo quae nondum lauet, ſed ſicca ſit, quae tamen ſit ſucculenta, et bene habita. Hoc autem eo eſt lepidius, quod alluſum eſt ad* lanam, *quae illota* ſuccida *eſt:* lauta, *iam non* ſuccida. *Haec Turneb. Aduerſ. 7, 6. Sed eſt etiam vitium viri* ſuccidus. Plaut. Mil. 3, 1, 52 Minime ſputator, ſcreator, ſum, itidem minime ſuccidus, *i. immundus, foetidus, illuuie plenus.* Succidi *pro opulentis Scheffer. ad* Petron. c. 38 p. 168.

SVCCISĪVVS, a, um. *Scribitur in libris antiquis et recentioribus multis, vbi meliores habent* Subſecíuus *vel* Subſiciuus, *vbi vide poſt* SVBSECO.

SVCCĬDO, cĭdi, cāſum, ĕre. [ὑποπίπτω] *Quaſi Subtus cadere.* Curt. 9, 5, 7 Iam continuo labore grauia genua ſuccidebant. *Exemplo* Plauti *Curc.* 2, 5, 30 Tenebrae oboriuntur, genua inedia ſuccidunt. *Sic* Artus ſuccidere Lucret. 3, 157 *Conf.* Idem 5, 110. Senec. de Prouid. 2 p. 306 Etiamſi ſucciderit, de genu pugnat.

SVCCĀSVS, ûs. m. Varro *apud* Non. 6, 21 Ventus ſuccaſu vehementius ſufflare. *Al.* Occaſu.

SVCCIDVVS, a, um. Adi. [ὑπόπτωτος] *Quod eſt pronum ad caſum, ſiue ferme cadens.* Ouid. Epiſt. 13, 24 Succiduo dicor procubuiſſe genu. Greſſus ſuccidui titubant Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 153. Poplite ſucciduo genua intremuere Ouid. Met. 10, 458. Proles Alcim. Auit. 1, 8. *Conf.* Sidon. Epiſt. 7, 6.

SVCCIDVS, *vid. p. a.*

SVCCINGO, *aut* SVBCINGO, xi, tum, ĕre. [ὑποζωννύω] *Subtus cingere, vt ſolebant, quo expeditiores eſſent ad aliquod opus faciendum.* Ouid. Met. 13, 733 Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum, Virginis ora gerens. *de Scylla.* Cic. Verr. 5, 145 c. 56 Hoc etiam iſte infeſtior, quod multo ſe pluribus et maioribus canibus ſuccinxerat. *Arma etiam ſuccinguntur: hinc* His Animum ſuccinge bonis Petron. c. 5. Terrore ſe fruſtra ſuccinxerit Plin. Paneg. 49. Liu. 21, 10 Si ex bellis bella ferendo ſuccinctus armis legionibuſque viuat. Veſtem ritu ſuccincta Dianae Ouid. Met. 10, 546. Miniſtri ſuccincti Idem Faſt. 4, 413. Adſtricti ſuccingant Ilia ventres Grat. Cyneg. v. 271. *de naturali conformatione canum, vt* SVBSTRICTVS. Anguis ſubcingit Regionem cancri Vitruu. 9, 7. *i. ſubiectus eſt cancro, de ſiderum ſitu.*

SVCCINCTVS, a, um. Partic. *Praeter dicta,* Hor. Serm. 2, 6, 107 Veluti ſuccinctus curſitat hoſpes. *Conf.* Ouid. Amor. 3, 2, 31. Succinctus cultro, *Qui cultrum ſuccinctum habet* Liu. 7, 5. Ferro Liu. 40, 7. Gladio ſuccinctus Auctor ad Herenn. 4, 66 c. 52. Cic. Philipp. 13 c. 16 Galam eodem Pugione ſuccinctum videtis. Pinus ſuccincta comas, *cuius bona trunci pars nuda eſt* Ouid. Met. 10, 103. Palla nigra ſuccincta Canidia Hor. Serm. 1, 8, 23. *Add.* Petron. c. 60 *et* 67. Cic. de Lege Agrar. 86 Deleta Carthago eſt, quod cum hominum copiis, tum ipſa natura ac loco ſuccincta portubus, armata muris, *etc.* Neruis corpus ſuccinctum Plin. 20, 17. Pectora ſuccincta curis, *quaſi armata conſiliis et prouidentia* Stat. Silu. 5, 1, 77. Maximarum gentium Viribus ſuccinctus Iuſtin. 6, 1, 2. *Add.* Idem 35, 1, 9. Quinctil. 2, 2 At nunc proni atque ſuccincti ad omnem clauſulam non exſurgunt modo, ſed etiam excurrunt. *Compar.* Plin. 16, 10 Eaſdem arbores alio nomine eſſe per oram Italiae, quos tribulos vocant, plerique arbitrantur, ſed graciles, ſuccinctioreſque et enodes. *h. e. Compactiores et denſiores.* Tunicae ſuccinctiores Ambroſ. Epiſt. 15.

SVCCINGVLVM, i. n. [ὑποζωστήρ] Balteum *inquit* Feſtus. Meo quidem animo, ab Hippolyta ſuccingulum Hercules haud aeque magno vnquam abſtulit periculo Plaut. Men. 1, 3, 17.

SVCCINCTE. Adu. *Breuiter.* Sidon. Epiſt. 1, 9 Faber ſuper his aliqua ſuccinctius. Ammian. 15, 20 Succinctius edocebo Idem 28, 1 Nec pigebit docere ſuccincte.

SVCCINCTIM. Adu. *Idem.* Claud. Mamert. de Anima praef. p. 4.

SVCCINCTORIVM, i. n. *Cinctus ad tegendas partes verecundas.* Auguſtin. contra Manich. 2, 15 Fecerunt de foliis fici ſibi ſuccinctoria. *Conf.* Interpr. Iren. 3, 35.

SVCCINCTVLVS, a, um. Apul. Mileſ. 2 p. 117 Faſciola praenitente altiuſcule ſub ipſas papillas ſuccinctula.

SVCCINO, ĕre. [ὑπαυλέω] *Quaſi* Canendo ſubſequi, *et inuicem reſpondere:* Hor. Epiſt. 1, 17, 48 Clamat, Victum, date, ſuccinit alter, Et mihi diuiduo findetur munere quadra. Priſcian. l. 10 p. 898 Succino, ſuccinui; Occino, occinui. Succinente Habinna Petron. c. 69.

SVCCENTĪVVS, a, um. Adi. Tibia ſuccentiua Varr. de R. R. 1, 2. *vid.* INCENTIVVS, *in* INCINO.

SVCCENTVS, ûs. m. Mart. Capel. 1 p. 6 Succentibus conuenire. *it. ibid. aliter.*

SVCCENTOR, ōris. m. Ammian. 19, 28 Paullo ſuccentore fabularum crudelium, *i. Incentore. Conf.* Iſidor. 6, 19.

SVCCĬNVM, i. n. [ἤλεκτρον] *etiam Romanis* electrum, *Germani veteres* Gleſſum *appellabant, forte quod vicinum eſſet vitro* (dem Glaſe) *hodie* Bernſtein, *ſ.* Agtſtein. Tac. Germ. 45 *de Aeſtyis, Sueuici maris accolis,* Soli omnium Succinum, quod ipſi Gleſum vocant, inter vada atque in ipſo litore legunt. — Diu inter caetera eiectamenta maris iacebat, donec luxuria noſtra dedit nomen. — Succum arborum eſſe intelligas, quia terrena quaedam atque etiam volucria animalia plerumque interlucent, quae implicita humore, mox dureſcente materia cluduntur. Fecundiora igitur nemora lucosque, ſicut Orientis ſecretis, vbi tura balſamaque ſudantur, ita Occidentis inſulis terrisque ineſſe crediderim: quae vicini ſolis radiis expreſſa atque liquentia in proximum mare labuntur, ac vi tempeſtatum in aduerſa litora exundant. Si naturam ſuccini admoto igne tentes, in modum tedae accenditur, alitque flammam pinguem et olentem, mox in picem reſinamue lenteſcit. *Conf.* ELECTRVM, *vbi praeſertim locum claſſicum excerpimus* Plin. 37, 2 *et* 3. *Nempe videntur veteres primo* ſuccinum electrum *adiectiue dixiſſe, vt illud a metallico diſtinguerent, etc. Eſſe re ipſa Adiectiuum* ſuccinus, *ſtatim apparebit. Conf.* Plin. 3, 26. Solin. c. 8 *et* 23. Pinguia ſuccina Iuuen. Sat. 6, 572. Spernere ſuccina, flare roſas, Fulua monilia reſpuere Prudent. Periſt. 3, 21.

SVCCĬNVS, a, um. [ἠλεκτρικός] *Vt,* Martial. 6, 15 Dum Phaëthontea formica vagatur in vmbra, Implicuit tenuem ſuccina gutta feram. Gemma ſuccina Idem 4, 59. Domitius Nero — capillos coniugis ſuae Poppaeae quodam etiam carmine ſuccina appellauit Plin. 37, 3 ſ. 12. Ouid. Met. 15, 316 Electro ſimiles auroque capillos *metallum poteſt videri intellexiſſe. Sed nempe coloris ſimilitudo appellationem communicauit.*

SVCCINEVS, a, um. Adi. *Idem.* Plin. 22, 23 Succineis nouaculis, aut argenteo apparatu comitante. *Succineas pil..s, vt et cryſtallinas in manibus habere ineundi frigoris cauſa ſolebant delicatae,* Martial. 5, 37 Fragrauit ore — quod ſuccinorum rapta de manu gleba. *Et* 3, 8 *in re ſimili* Succina virginea quod regelata manu.

SVCCINATVS, a, um. Vinum ſuccinatum ſuccinae gemmae ſimile eſt, id eſt, fului coloris Iſidor. 20, 3.

SVCCISIVVS, *vid. poſt* SVCCĪDO.

SVCCLAMO, āre. [ἐπιφωνέω] *Idem quod Acclamare, in primis e loco inferiore, alio de ſuperiore concionante.* Liu. 3, 50 Haec Virginio vociferanti ſucclamabat multitudo, nec illius dolori, nec ſuae libertati ſe defuturos. Idem 10, 25 Ain' tandem, inquit, num caſtra vallata non habetis? ad hoc quum ſucclamatum eſſet: duplici quidem vallo, et foſſa, et tamen in ingenti metu eſſe. *Add.* Idem 6, 40. Succlamatum eſt et frequenter a militibus Cic. Fam. 11, 13. Quinctil. Decl. 18 In illa virgine publica ſucclamat inuidia. Item Decl. 19 Omnium maledictis ſucclamatus, omnium denotatione damnatus eſt. *Conf.* Lactant. 4, 18.

SVCCLAMATIO, ōnis. f. [ἐπιφώνημα] Liu. 40, 36 Si ex eo quod aut inter ſe loquantur, aut ſucclamationibus apud concionantem imperatorem ſignificent, quid ſentiant, *etc. Vid.* Idem 28, 26.

SVCCOLO, āre. [ἀνατίθεμαι] *Collum ſupponere, ſuſtollere, ſubleuare ceruicibus ſubiectis.* Ab his ſuccollantibus in caſtra delatus eſt Sueton. Claud. c. 10. *de lecticariis.* Idem in Othon. cap. 6 Succollatus, et a praeſente comitatu imperator conſalutatus, *etc.* Plin. 35, 10 Sunt in eius exemplaribus nobiles paluſtri acceſſu villae, ſuccolantium ſpecie mulieres labentes, trepidaeque feruntur. Apes regem ſuum ſequuntur quocunque it, et feſſum ſubleuant, et ſi nequit volare, ſuccollant Varr. de R. R. 3, 16. *Collo appendere, apud* Commodian. Inſtruct. c. 19.

SVCCONDĪTOR, ōris. m. Succonditores *in ludis Circenſibus illi erant, de ſententia Turnebi, qui ſub currum et iugum ſeſe condebant, ſi forte male iuncti eſſent equi, aut loris ſe impedirent. Horum mentio eſt in epigrammate iſto veteri,* M. VISPANIO FVLLONI TINCTORI. M. VISPANIO MIGNIONI VIATORI. M. VISPANIO QVARTINO SVCCONDITORI. M. VISPANIO EROTI AVRIGATORI, *etc. Vid.* Gruter. p. 340 n. 3.

SVCCOSVS, *vid.* SVCCVS.

SVCCRESCO, crēui, crētum, ĕre. [ὑποφύομαι] *Inferius vel ab imo item in locum reſectorum creſcere.* Ouid. Met. 9, 352 Succreſcit ab imo Totaque paullatim lentos premit inguina cortex. Plaut. Trin. 1, 1, 8 Interim mores mali quaſi herba irrigua ſuccreuerunt vberrime. Columel. 4, 14 Frequenter ſolum exercendum eſt, dum id incremento ſuo vites inumbrent, nec patiantur herbam ſuccreſcere. Cic. de Orat. 3, 228 Non enim ille mediocris Orator veſtrae quaſi ſuccreſcit aetati, ſed et ingenio peracri et ſtudio flagranti. Succreſcere gloriae ſeniorum Liu. 10, 13.

SVCCROTILLA, *vt ait* Paullus Feſti, vox tenuis et alta. Titinnius, Feminea fabula ſuccrotilla vocula. *Ex* Feſti *verbis, vt ſuppleta ſunt a viris doctis, etiam huc referri poſſunt,* Affranius in Epiſtola: loquebatur ſuccrotilla voce, ſerio. *Locum Titinnii ſic corrigit Scaliger,* Feminina fabulare ſuccrotilla vocula. *Turnebus a* crotalo *tinniente deriuat non improbabiliter.*

SVCCV̆BO, āre. Grabatulo ſuccubans Apul. Met. 1 poſt p p. 107, 39 *ſub grabatulo iacens.*

SVCCV̆BA, ae. f. [παλλακή Gl. Lat. Gr.] *Dicitur, quae ſe alieno ma ſubiicit, et alienum thalamum violat.* Ouid. Epiſt. 6, 153 Lecti quo ſuccuba noſtri Moereat, et leges ſentiat ipſa ſuas. *Heinſ. emendat* nuba. Florulentus ſubcuba Prudent. in Romano v. 192 *de ſc maſculo.* Apul. Met. 5 p. 171, 32 *Venus* Pſychen formae *ſuae* ſu bam, *ſui* nominis aemulam *vocat, Vid.* SVCCVMBO *extr.*

SVCCVDO, ĕre. Succuderunt Galli e ferro ſub id vocabu (*loricae*) ex annulis ferream tunicam Varro L. L. 4, 24 p. 29, *Feſtiua et plane Varroniana metaphora:* ſuccuderunt ſub id vocabul *i. ſub eo vocabulo comprehendi voluerunt cuſam e ferreis annulis* loric

SVCCVLA, *vid.* SVCVLA.

SVCCVMBO, cubui, cubitum, ĕre. [ὑποπίπτω, ὑποκύπτω, ὑπ τακλίνω, ἐπιδύομαι] *Subiici, ſubtus cadere.* Liu. 6, 32 Cui ſucc bere oneri coacta plebes. Genu flexo ſuccumbere Ouid. T 4, 2, 2. Succumbere, *ad animum relatum, pro Frangi, et it bili animo eſſe, vt ferre fortiter moleſtiam nequeamus.* Cic. de 2, 95 Turpe eſſe viro debilitari, dolere, frangi, ſuccumbere. cubuiſſem enim potius ipſe Idem pro Domo 16. Succumbentibus cumbere Idem ad Brut. 16. Subuenire ſuccumbenti, opp oneribus alicuius Idem de Lege Agr. 2, 68. Animo ſuccum Idem Tuſc. 2, 56. Virg. Aen. 4, 19 Huic vni forſan potui cumbere Culpae. *Dido de ſuis amoribus.* Cic. de Fin. 1, 49 Vt enim mortis metu omnis quietae vitae ſtatus perturbatur: ſuccumbere doloribus, eosque humili animo imbecilloque ferre rum eſt, *etc.* Fatis ſuccumbere Lucan. 8, 70. Cic. Fa 11 Non quo ita ſim fractus, vt aut hominem me eſſe oblitus ſim, Fortunae ſuccumbendum putem. Fortunae cedere et ſuccum Idem Tuſc. 3, 36 c. 17. Labori ſuccumbere Caeſ. Bell. 7, 86. Ouid. Epiſt. 3, 91 Briſeis Achilli, Nec tibi turpe precibus ſuccumbere noſtris, *i. concedere.* Cic. de Senect Quatuor robuſtos filios, quinque filias, tantam domum, tantas c telas Appius regebat et ſenex et caecus. Intentum enim ani tanquam arcum habebat, nec langueſcens ſuccumbebat ſenec Turbae virtutem ſuccumbere vidit Ouid. Met. 5, 177. *Argi ſomno* ſuccumbunt Idem Met. 1, 714. Lumina neſcia cumbere ſomno Idem Epiſt. 12, 49. Succumbere viro *dicitur* lier *vt* ſuccedere, ſubſidere. Varr. de R. R. 2, 10 Nec non etiam quas virgines, ibi appellant, nonnunquam annorum viginti, qu mos eorum non denegauit ante nuptias vt ſuccumberent quibus vel et incomitatis vt vagari liceret, et filios habere. *Et forte huc all illud Didûs* Virg. Aen. 4, 19 Huic vni forſan potui ſuccumbere pae. Succumbere *dicitur etiam pellex legitimae vxori, quaſi ſucc in illius locum, et illius loco cubare.* Hygin. Fab. 177 *ex* ver Creticis, *Vrſam minorem, in quam mutata Calliſto eſt,* Oceano prol ſemper ſe tingere Thetis, Arſa ſuae quia ſit quondam ſuccum alumnae: *i. pellicem agere Iunonis. Conf.* Ouid. Met. 2, 527. SVCCVBA.

SVCCVRRO, curri, curſum, ĕre. [ἐπικουρίζω, ἐξαρκέω] lium praeſtare. Virg. Aen. 1, 634 Non ignara mali miſeris ſuccu diſco. *Vid.* Ter. Adel. 5, 3, 6. Succurrere laborantibus Bell. Ciuil. 2, 6. Cic. de Orat. 1, 169. Id. pro Roſc. Am Quoniam quidem ſemel ſuſcepi, licet Hercules vndique omnes terr minae, periculaque impendeant omnia, ſuccurram atque ſubibo. bitne mutus et ſalutarem petentibus vocem, ſtatim, ſi non ſucc tur perituris, *etc.* Quinctil. 10, 7. Succurrunt ſubſidia tantis malis Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 70. Dolori noſtro ſuccurre pert. 2, 17, 13. Exſpectationi aliquorum quam celerrime ſu rere Cic. de Orat. 2, 313. Idem Pr. A. 1 in Verr. 2 Huic ego ſae Iudices, cum ſumma voluntate, et exſpectatione Pop. Rom. acto ceſſi, non vt augerem inuidiam ordinis, ſed vt Infamiae commun currerem. Labori alicuius ſuccurrere Virg. Aen. 9, 404. pſis ſuccurrere Ouid. ex Pont. 2, 9, 11. Miſeris ſuccurrere Vi Aen. 1, 634. Periclitantibus ſuccurrere Scribon. Epiſt. Verr. 1, 67 Haec vbi filio nuntiata ſunt, ſtatim exanimatus ad a contendit, vt et vitae patris, et Pudicitiae ſororis ſuccurreret. ſulite in medium, et Rebus ſuccurrite feſſis Virg. Aen. 11, 335. bus ſuccurrite laeſis Ouid. Triſt. 1, 4, 35. Saluti ſuccurrere tunisque communibus Cic. pro Rabir. 3 c. 1. Vrbi inc ſuccurritis Virg. Aen. 2, 352. Via celeriore ſuccurrere Celſ. Succurrere, *abſolute:* Succurratur Scribon. 198. Succurſu pollicetur Id. Ep. in. *ſc. medicina.* Succurrendum Ibid. Succurrere, *In mentem venire.* Cic. . . . Neque enim mih currebant verba, quae ante diſceſſum a Dolabella audieramus. Fam. 16, 21 Deinde illud etiam mihi ſuccurrebat, graue eſſe me dicio patris iudicare. Virg. Aen. 2, 317 — Pulchrumque ſuccurrit in armis. Vt quidque ſuccurrit, libet ſcribere Att. 14, 1. Mirari ſuccurrit Plin. 17, 1. Aliud ex alio *apud* Quinctil. 9, 2, 60. Succurſum, *imperſonale,* Plin. 23, tellectum ibi remedium eſt, potuque ſuccurſum. Liu. 3, 58 aduerſae fortunae velit ſuccurſum. Os fractum, niſi ſuccurſu grauibus inflammationibus afficit Celſ. 8, 4.

SVCCVRSOR, *ſ.* SVBCVRSOR, ōris. m. Campanus ſo ſubcurſor Lucil. *ap.* Gell. 1, 16. *niſi legendum potius eſt* ſuccuſſor.

SVCCVS, i. m. [χυλός Gloſſ.] *Eſt Humor in corpore, quo dant bene valentes.* Virg. Ecl. 3, 6 Et ſuccus pecori, et lac ſu citur agnis. Succus, proprie quaſi Sugus, a verbo Sugo: ſibi ex alimentis membra ſumunt, vt ſe repleant. *Haec* Don *illud* Ter. Eun. 2, 3, 36 Color verus, corpus ſolidum, et ſucci ple Succum habentia, arida Scribon. 255. Arboris ſuccus 14, 20. Herbae ſuccus Ouid. Met. 13, 941. Hordei ſucco phantos mitificari tradit Plin. 8, 7. Lactis ſuccus Idem 8 Papaueris ſuccus Scribon. 22. 180. Radicis Id. 250. Etſi non plurimi ſanguinis eſt, habeat tamen ſuccum aliquem oportet in Orat. 76. ¶ 2 *Epitheta:* Acer ſuccus, *vid.* AC Acerbi ſucci Ouid. de Medic. faciei 5. Albicans ſuccus 12, 16. Altores rapiat per viſcera ſuccos Nemeſian. Cyneg. v. Amarus ſuccus Ouid. Epiſt. 20, 184. Aridus ſuccus tritus bon. 193. Atri ſucci Ouid. Met. 7, 265. *Al.* Acres. barus ſuccus, Blandior ſuccus, Commodatus ſtomacho ſuccus, *bb. vv.* Crudus ſuccus Iuuen. Sat. 11, 76. Dulces ſucci C Faſt. 3, 735. Dulcis mellituſque ſuccus, *vid.* MF⁾. Ex ſus nuci ſuccus Plin. 12, 28 *ad fin.* Fuſcus ſuccus Ouid Nuce 155. Horrendis infamia pabula ſuccis Idem Met. 14,

… de Diuin. 1, 15 Mollipedeſque boues ſpectantes lumina caeli Na- … humiferum duxere ex aëre ſuccum. Ignauus ſuccus, In- fe… ſuccus, Languidus ſuccus et euanidus, *vid. hh. vv.* Mi- tes … ucci Ouid. Met. 14, 690. Tabeſcens ſuccus Plin. 12, 16. Tri- ſte … ucci Virg. Georg. 2, 126. Lactant. de Opific. Dei c. 2 Deus … ribus venas admiſcuit, quaſi riuos per corpus omne diuiſos, per qu… diſcurrens humor et ſanguis, vniuerſa membra ſuccis Vitalibus irr… aret. Ibidem c. 11 Prouidentiſſimus artifex in hominis me- di… receptaculum cibis fecit, quibus concoctis et liquefactis, vitales ſu…os membris omnibus diſpertiret. ¶ 3 *Verba:* Abit ſu…s corporis in aera Ouid. Met. 3, 398. Ademti ſucci, *vid.* AD- IMO. Augeſcit vua et ſucco terrae, et calore ſolis Cic. de Senect. … Excipitur ſuccus inciſo caule meſſibus Plin. 12, 26. Emo- mit ſuccum cum vita Idem 9, 36. Remittit ſuccum et quaſi ari… fit Scribon. 156. Spargit ſuccos veneni Ouid. Met. 14, 403. T…eſcit herba ſucco nocituro Senec. Herc. Fur. 11, 9. ¶ 4 *Metaph.* Cic. Att. 4, 16 Amiſimus, mi Pomponi, non omnem modo Su…um ac ſanguinem, ſed etiam colorem et ſpeciem priſtinam ciui- tat… Quinctil. 1 Prooem. 24 Nam plerumque nudae illae artes ni…ae ſubtilitatis affectatione frangunt atque concidunt quidquid eſt in ratione generoſius, et omnem ſuccum Ingenii bibunt. Suc- cu… orationis: Donat. *in illud* Ter. Phorm. 1, 5, 40 Si eſt patrue, cul- pa vt Antipho in ſe admiſerit, *etc.* Bono, inquit, ornatu addidit In… quum et ſine hoc plenum videri poſſit. Et hic eſt, quem Ci- ce… Succum orationis appellat. Cic. in Brut. 36 Succus ille, et ſanguis incorruptus vsque ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua na- tu…lis ineſſet, non fucatus nitor. Succus, figura orationis plena: *ſic* … *dicitur* de Orat. 3, 94 *cui* Tenuis *opponitur, quae* arida *vocatur ad* H…en. 4, 16. Cic. de Orat. 3, 94 Sed ſi habitum etiam orationis, et … colorem aliquem requiritis, eſt plena quaedam et tamen teres: … nuis, et non ſine neruis ac viribus: et ea quae particeps vtrius- … generis quadam mediocritate laudatur. His tribus figuris in- … e quidam venuſtatis non fuco illitus, ſed ſanguine diffuſus debet … Cic. de Orat. 2, 193 Conſecuti ſunt hos Critias, Thera- …s, Lyſias: multa Lyſiae ſcripta ſunt, nonnulla Critiae, de The- … ne audiuimus: omnes etiam tum retinebant illum Periclis ſuc- cum, ſed erant paullo vberiore filo. Succum, *id eſt multarum ſen- tentiarum copiam.* Vberiore filo, *hoc eſt abundantiore genere dicendi. Tranſlatio eſt a corporis humani ſucco potiſſimum ſumta, quo abundant* … *valentes. Vnde* Ter. Eun. 2, 3, 36 *dixit*, Color verus, corpus ſoli- dum, et ſucci plenum. Cic. *quoque illos oratores, qui huiusmodi ſuc- cum haberent, ſanos, bonam valetudinem, ſanitatem, et integritatem ſe- … ſaepe dicere non dubitauit: vt in Brut. 51* Nam vt ſemel e Piraeeo … ientia euecta eſt, omnes peragrauit inſulas, atque ita peregrinata … Aſia eſt, vt ſe externis oblineret moribus, omnemque illam ſalu- … tem Atticae dictionis quaſi ſanitatem perderet, ac loqui paene de- di…ret. Ibid. 283 Inſulſitatem enim et inſolentiam, tanquam in… iam quandam orationis odit: ſanitatem autem et integritatem, … religionem, et verecundiam oratoris probat. Idem de Opt. G… Orat. 8 Qui quum careant omni vitio, non ſunt contenti quaſi bo… valetudine, ſed vires, lacertos, ſanguinem quaerunt, quandam eti… ſuauitatem coloris: eos imitemur, ſi poſſumus: ſin minus, il- lo… otius, qui incorrupta ſanitate ſunt, quod eſt proprium Atticorum, qu…n eos, quorum vitioſa abundantia eſt, quales Aſia multos tulit. R…us in Brut. 64 de Lyſia Graeco, et Catone Latino: Sed ille Grae- cu… ab omni laude felicior: habet enim certos ſui ſtudioſos, qui non ta… habitus corporis opimos, quam gracilitates conſectentur: quos, va…udo modo bona ſit, tenuitas ipſa delectat. Quanquam in Ly… ſunt ſaepe etiam lacerti, ſic vt eo fieri nihil poſſit valentius, ve…m eſt certe genere toto ſtrigoſior: ſed habet tamen ſuos laudato- re… qui hac ipſa eius ſubtilitate admodum gaudeant. *Paullo poſt* 68 At…o genere dicendi ſe gaudere dicunt. Sapienter id quidem: at- … vtinam imitarentur nec oſſa ſolum, ſed etiam ſanguinem. ¶ *Obſeruatt.* Succuum *Genit. Plur.* Nutrimentis ſuccuum pul- …ita condita Apul. Met. 10 p. 244. Succus Cyrenaicus, Medi- … Syriacus, *vid.* LASER. *Rectius ſcribi quidam putant* fucus: … *Pier. ad* Virg. Ecl. 3, 6. *Drakenb. ad* Sil. 7, 169. *A librariis per- mutatur aliquando cum* ſulcus, *v. v.*

SVCCO, ōnis. m. Cic. Att. 7, 13 Oppios de Velia Succones ae- … *a ipſe vocat. Diuinationes an hariolationes virorum doctorum da- … ditio Graeuii* p. 711 *ſq. vid. Graeu. et Gronou. ad h. l.*

SVCCOSĬTAS, ātis. f. *Succi in corpore humano abundantia.* C… Aurel. Acut. 2, 29, 151 Quanquam ſit retiata ſuccoſitas.

SVCCŌSVS, a, um. Adi. [ὀπώδης] *Plenum ſucco.* Columel. 2, 7 Meliusque habetur foenum quod natura ſuccoſo gignitur caelo, qu…m quod irrigatum aquis elicitur. Plin. 12, 25 Aridior, minus- q… ſuccoſus. *Add.* Celſ. 2, 18. Columel. 3, 5 *et* 5, 9. Plin. 17, 10. T…ra ſuccoſa, *vid.* TERRA. Succoſior et firmior liber arboris C…umel. 4, 29. *Conf.* Corn. Seuer. in Aetna v. 263.

SVCCIDVS, *vid. ſupra poſt* SVCCIDO. *Caeterum ab illo deriuari … itur, certe valde illi cognatum eſt*

SVCCŬDO, āre. *Humorem affundere.* Plin. Valer. 2, 8 Syria- c… bonum in aceto ſuccidabis. *Vid. Reineſ. Var. Lect.* 2, 8 *p.* 196. *A*. Idem p. 675.

SVCCVLENTVS, a, um. Adi. *Succoſus.* Paullin. ad Cither. 6… Corpus ſucculentum. Succulenta gracilitas Apul. Met. 2 *ſub … laus mediocritatis.* Sidon. Epiſt. 1, 2. Prudent. Hamart. pr…f. v. 58.

SVCCŬTIO, ſſi, ſſum, ēre. [ὑποσείω Onomaſt. Vet. ſuccutit, ἀνα- σείει Gloſſ.] *Subtus quatere.* Currus alte ſuccutitur Ouid. Met. 2, 57. Scito mare non ſtare, ſed ſuccuti lenitur Sen. Qu. Nat. 5 … *Add.* Idem 6, 21.

SVCCVSSVS, a, um. Partic. Valer. Max. 6, 9 ext. 5 Semel d…taxat vultum mutauit, perquam breui triſtitiae ſalebra ſuccuſſum.

SVCCVSSO, āre. [ὑποτινάσσω] *Frequenter ſuccutere. Quod … prie de equo dicitur, qui gradario contrarius eſt, hoc eſt concutiendo … orem graditur.* Accius, Agite ac vulnus ne ſuccuſſet greſſus caute … redimini, *apud* Non. 1, 55.

SVCCVSSVS, ūs. m. [ὑπιναγμός] Cic. Tuſc. 2, 48 c. 21 Pe- dentim inquit, ite, et ſedato niſu, ne ſuccuſſu arripiat maior dolor. C…f. Apul. Met. 3 p. 179. Tertull. de Anim. c. 49.

SVCCVSSIO, ōnis. f. *Idem.* Sen. Nat. Quaeſt. 6, 21 Succuſſio … cum terra quatitur, et ſurſum ac deorſum mouetur.

SVCCVSSOR, ōris. m. [ὑποσείστης] *Equus qui ſeſſorem ſuc- cu…t.* Lucilius *apud* Non. 1, 55 Campanus ſonipes ſuccuſſor n…u ſequetur.

SVCCVSSĀTOR, ōris. m. [ὑποτινακτής] *Idem.* Lucil. *apud* Non. 1, 55 Succuſſatoris tardi, rarique caballi.

SVCCVSSATVRA, ae. f. [ὑποτιναγμός] *Talis greſſus.* Nonius 1, 60 Gradarius, inquit, eſt molli gradu et ſine ſuccuſ- ſatura nitens.

SVCERDA, *vid.* SVCCERDA.

SVCROTILLA, *vid.* SVCCROTILLA.

SVCTVS, *vid.* SVGO.

SVCŬLA, ae. f. [ὑίσκη] Dimin. *a Sue.* Plaut. Rud. 4, 4, 126 Quin tu, i, directa cum ſucula et porculis. Suculi, *Maſcul.* Inſtit. §. 39 de rerum diuiſ. ¶ 2 Suculae, [Ὑάδες καὶ ῥοκίδες Gloſſ. Lat. Gr.] *dictae ſunt ſtellae, quae alio nomine vocantur* Hyades *a pluuia. Nam et orientes et occidentes, tempeſtates et pluuias cient.* Exoriuntur XII Calend. Iulii. Cic. de Nat. Deor. 2, 111 c. 43 *de Tauro, ſigno caeleſti,* Eius caput ſtellis conſperſum eſt frequen- tibus. Has Graeci ſtellas Hyadas vocitare ſuerunt, a pluendo. *ὕειν* enim eſt pluere: noſtri imperite Suculas, quaſi a ſuibus eſſent, non ab imbribus nominatae. *Vid. omnino* Gell. 13, 9 *vbi eadem copioſius exponit Tiro Tullii libertus. conf.* HYAS, adis. Plin. 18, 6 Aegypto Suculae occidunt veſperi. Sidus vehemens, *etc. Conf.* Id. 2, 39. Colum. 11, 2. ¶ 3 Sucula Cato c. 18 Stipites craſſi pedes duos, alti cum cardinibus pedes decem: ſucula praeter cardines pedes nouem. Idem c. 12 Prela temperata quinque, ſuperuacanea tria, ſucula quinque, ſuperuacaneam vnam. Sucula, *inquit Budaeus, Machina eſt tra- ctatorii generis. Conſtat autem tereti ligno, duobus aut pluribus vecti- bus traiecto, vtrinque aequa exſtantibus longitudine. Haec dum ver- ſatur, funis qui ductarius dicitur, circa eam obuoluitur. Hac Budaeus. Ab his vectibus* vectiarii, *dicti ſunt homines, qui vectes verſanda ſucula manu ducunt. Haec autem machina trium generum eſt. Vnum ge- nus porrecta* ſucula *et iacens, duobus tignis incumbens ad parietem admotis: Alterum genus eſt erectum, ſuis fulcimentis et ſua veluti baſi nixum: quod non ductu brachiorum, vt illud primum verſatur: ſed ambientibus machinam vectiariis, ac brachiis et pectore connitentibus. Simia a fa- bris appellatur: a Vitruuio etiam* Ergata *dicta. Tertium genus etiam erectum, quaternis tignis fibulatis conſtans. Quod genus viſitur, quum in ponte ſublicio fabri ſublicas in aquam magna vi adigunt. Hac enim machina ad tollendam ſiſtucam vtuntur: quae ſiſtuca identidem ſublata de- miſſaque ſublicas in alueum defigit.* Vitruu. 10, 2 *De ſtructoriis ma- chinationibus,* Quum autem funis habet caput ad ſuculam religatum, et vectes ducentes eam verſant, funis ſe inuoluendo circum ſuculam extenditur: et ita ſubleuant onera ad altitudinem et operum colloca- tiones. *Conf.* Idem ibid. capp. *ſeqq.* ¶ 4 Sucula, *genus cre- pundiorum.* Plaut. Rud. 4, 4, 126 Poſt eſt ſicula argenteola et duae connexae maniculae, et ſucula. G. quin tu i directa cum ſucula et por- culis. *Nempe ludit in ambiguitate.*

S V D

SVDARIVM, SVDATOR, *etc. vid. mox* SVDO.

SVDES, is. f. [σφηκίσκος] *Fuſtis acutus, genus teli militaris, paxillus igni torridus.* Virg. Aen. 7, 524 Sudibusue praeuſtis. Idem Georg. 2, 25 Quadrifidasue ſudes, et acuto robore vallos. *Vbi* Seru. Vallus et Sudes idem eſt. Caeſ. Bell. Gall. 5, 18 Eiusdemque generis ſub aqua defixae ſudes flumine tegebantur. Idem Bell. Ciuil. 27 Foſſas tranſuerſas viis perducunt, atque ibi ſudes, ſtipitesque praea- cutos defixit. *Conf. Schurzfleiſch. Orthogr. p.* 62. Denſae ſudes Claud. de Bell. Get. 216. Ferratae ſudes Virg. Aen. 5, 208. Fra- xineae ſudes Virg. Georg. 2, 25. Vaſtae ſudes Stat. Theb. 5, 386. Vſta ſude miſcere praelia Propert. 4, 1, 30. Concurrere ſudibus inter ſe Liu. 26, 51. Figere aliquem obuſta ſude Ouid. Met. 12, 299. Crebris ſudibus percuſſae crates Lucan. 3, 494. Scu- tumque ſudemque Gerere Tibul. 1, 10, 35. Torrere ſudes Stat. Achill. 1, 437. Vibrare ſudem Sil. 8, 554.

SVDICVLVM, *aut* SEDVCVLVM, i. n. Genus flagelli dictum, quod vapulantes ſudantes facit Paull. Feſti. *Sed malim a ſude dimi- nutum nomen putare.*

SVDIFICVS, *vid.* SVDVM.

SVDIS, is. f. [σφύραινα] *Piſcis.* Plin. 32, 11 Sunt praeterea a nullo auctore nominati, Sudis Latine appellata, a Graecis Sphyraena noſtro ſimilis nomine, magnitudine inter ampliſſimos, rarus, ſed tamen non degener.

SVDO, āre. [ἱδρόω, ἰδίω] *Humor e corpore animali valde exercitato et calente exſpirans, quem ἀπὸ τῦ ὕδωρ, quod aquam ſignificat, deriuatum nonnulli exiſtimant.* Hor. de Arte Poët. 413 Qui ſtudet optatam curſu contingere metam, Multa tulit fecitque puer, Sudauit et alſit. Idem Serm. 2, 2, 21 — Tu pulmentaria quaere Sudando. *Idem dicit quod Socrates, cum inambulando ſe opſonare famem dicebat.* In armis ſudauit puer Stat. Silu. 3, 2, 123. Nuntiatum eſt deorum ſudaſſe ſimulacra Cic. de Diuin. 2, 58 c. 27. Vultusque in marmore ſudat Eliſae Sil. 1, 98. Cic. de Orat. 2, 223 Quum ille diceret ſe Sine cauſa ſudare, minime mirum, inquit: modo enim exiſti de bal- neis. *Cum Ablatiuo:* Liu. 27, 4 Quatuor ſigna ſanguine multo di- em ac noctem ſudaſſe. Humore ſudant ſaxa Lucret. 6, 945. La- cunae ſudant tepido humore Virg. Georg. 1, 117. *Cum Accuſatiuo:* Idem Ecl. 4, 30 Et durae quercus ſudabunt roſcida mella. Idem Ecl. 8, 54 *Sed* Praelia ſudare Claud. de Nupt. Honor. 111. *Et* Su- dauit impar praelium Prudent. Periſt. 2, 76. *i. cum ſudore pugnare.* Virg. Georg. 3, 203 *de equis*, Hic vel ad Elei metas, et maxima campi Sudabit ſpatia, et ſpumas aget ore cruentas. Sudare, *per tranſ- lationem dixit* Ter. *pro Vehementer laborare, in* Phorm. 4, 3, 23 Eia ſudabis ſatis, ſi cum illo inceptas homine: ea eloquentia eſt. Vi- des ſudare me iamdudum laborantem Cic. Fam. 3, 12. *Add.* Scholiaſt. Iuuenal. 10, 178. *Torrent. ad* Hor. Sat. 1, 9, 10. Pro communibus commodis ſudare Cic. pro Sext. 139 c. 66. *Paſſ.* Tura balſama- que ſudantur Tacit. Germ. 45, 9. Ad ſuperuacua ſudatur Senec. Epiſt. 4.

SVDANS, antis. Part. Grammaticus ſudans multum, ac rubens, mul- tum Gell. 19, 10. Sudanti cortice pinus Catull. 65, 126. *Add.* Petron. cap. 23 *et* 116.

SVDĀTVS, a, um. Partic. [ἱδρωμένος] *Vt,* Labor gelido ſuda- tus in Hamo Stat. Theb. 5, 189. *Conf.* Sil. 3, 92. Aeſtates inter bella ſudatae Pacat. Paneg. Theodoſ. c. 8. Bella Prudent. adu. Symmach. 2, 550. Fibula ſudata marito *Veneris* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 16. Multo labore Cyclopum ſudatus Thorax Sil. 4, 435. Manibus ſudata Serenae Zona Claud. Epigr. 20, 12. *In his omni- bus*

bus ſudatus *eſt cum ſudore elaboratus, vt* euigilata conſilia. Ouid. Met. 10, 308 Sudataque ligno Tura ferat, floreſque alios Panchaica tellus. *Aliter* Veſtis ſudata, *Sudore madefacta.* Quinctil. 11, 3 Et vigilandae noctes, et fuligo lucubrationum bibenda, et in ſudata veſte durandum.

SVDĀTOR, ōris. m. [ἱδρωτήρ] Plin. 23, 1 Dyſentericis, ſudatoribus, in longa tuſſi, in epiphoris, meracum.

SVDĀTRIX, īcis. f. [ἱδρώτειρα] Martial. 12, 18 Dum per limina te potentiorum, Sudatrix toga ventilat, *etc. i. quae ſudorem tibi elicit.*

SVDATORIVS, a, um. Adi. [ἱδρωτικὸς] Plaut. Stich. 1, 3, 73 Vel vnctiones Graecas, ſudatorias vel alias malis.

SVDATORIVM, i. n. [ἱδρωτήριον Gloſſ. Gr. Lat.] Senec. de Vita Beata c. 7 Circa balnea et ſudatoria ac loca aedilem metuentia, *etc.* Item Epiſt. 52 Quid mihi cum ſudatoriis, in quae ſiccus vapor corporum exhauſturus includitur?

SVDABVNDVS, a, um. Adi. [ἱδρώων] Lucan. ad Piſon. 177 Totaque ludos Turba repente ſuos iam ſudabunda reliquit.

SVDATIO, ōnis. f. Sen. Epiſt. 86 Niſi Thaſius lapis, quondam rarum ſpectaculum in aliquo templo, piſcinas noſtras circumdederit, in quas corpora multa ſudatione exinanita demittamus. Se ſublaturos languorem ſudationibus ſperant Celſ. 3, 2. In montibus Baianis ſunt loca ſudationibus excauata Vitruu. 2, 6. *Add.* Idem 5, 10 *extr.* Sudatio concamerata Vitruu. 5, 11. *locus in palaeſtra, in quo ſudatur, vt* coenatio, *vbi coenant homines.*

SVDOR, ōris. m. [ἱδρὼς] *Humor ille, qui exercitatis corporibus exprimitur: ex Graeco* ὕδωρ *humor.* Plin. 10, 72 Serpentes neque caloris, neque ſanguinis, neque ſudoris, vim habent, quae auiditatem naturalem ſale augent. Virg. Aen. 9, 458 — Et multo phaleras ſudore receptas. Nec enim ſanguis, nec ſudor niſi e corpore fluit Cic. de Diuin. 2, 58. Caeruleuſque fluit toto de corpore ſudor Ouid. Met. 9, 173. Frigidus, Frigidi ſudores Scrib. 180. 181. Plaut. Curc. 2, 6, 9. *Add. Torrent. ad* Hor. Sat. 1, 9, 10. *Paſſerat. ad* Propert. 2, 24, 3. Virg. Georg. 3, 444 Vel quum tonſis Illotus adhaeſit Sudor. Idem ibid. 3, 564 Ardentes papulae, atque Immundus olentia ſudor Membra ſequebatur. Seruius *interpretatur* Morbum pedicularem, id eſt φθειρίασιν. Peſtiferus ſudor, *vid.* PESTIFERVS, *in* PESTIS. Virg. Aen. 9, 813

— Tum toto corpore ſudor
Liquitur, et piceum, nec reſpirare poteſtas,
Flumen agit. *Niger.*

Apparet ſudor Scribon. 188. Ardet puluis crudis virum ſudoribus Stat. Theb. 1, 422. Effeti artus tepidis ſudoribus Idem ibid. 6, 470. Calens ſudore belli Idem ibid. 8, 7. Conſequi multum ſudorem Cic. de Orat. 3, 6. Ducere ſudores Scribon. 217 *de emplaſtro.* Elicere ſudorem Celſ. 2, 17 *pr.* Emittere ſudorem Plin. 6, 18. It ſalſus ſudor per artus Virg. Aen. 2, 174. Quibuſdam etiam conſtantiſſimis in conſpectu populi ſudor Erumpit Senec. Epiſt. 11. Fluit ſudor vndique riuis Id. Aen. 5, 200. Fumantes ſudore equi Id. ibid. 12, 338. Inſequitur ſudor Scrib. 188. Madentes paruo ſudore vultus Sil. 12, 642. Manant ſudores frigidi Scribon. 180. — per artus Idem 198. Manat ſudor e toto corpore Lucret. 6, 944. Manabat gelidus toto corpore ſudor Virg. Aen. 3, 175. Manauit Herculis ſimulacrum multo ſudore Cic. de Diuin. 1, 74. Occupat obſeſſos frigidus ſudor artus Ouid. Met. 5, 632. Peſtiferus ſudor Celſ. 2, 6. Remittit ſe ſudor Idem 2, 3. Sudoribus ora Puluerulenta Rubent Claud. de Laud. Stil. 2, 245. Subſequitur ſudor Scribon. 181 *ſq.* Tollere reliquias per ſudores Idem 160. *de fomento.* Sudor Veneris Lucret. 4, 1122. *quem* thalaſſina veſtis potat, *nihil aliud eſt, quam naturalis ſudor, pullis Venereis ſollemnis.* Sudor, *pro* Labore: Cic. pro Font. 2 c. 1 Qui cum ipſo M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt: multoque eius ſudore ac labore ſub Pop. Rom. imperium ditionemque ceciderunt. *de Gallis.* Stylus ille tuus, multi ſudoris eſt Cic. de Orat. 1, 257 c. 60. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 4, 435. ¶ 2 Sudor, *pro Humore a* Lucretio 2, 464 *vſurpatur,* Sudor vti maris eſt, inquit, *etc. Nempe vt monuimus* ſudor, *eſt* ὕδωρ, *vnde* Vdus *quoque et* Vdor. *Etiam* Seren. Sammon. 88 Maris rapidi ſudor *ſimpliciter videtur aqua marina eſſe, non* ἁλὸς ἄχνη, *ſpuma maris, Alcyonium. Huc etiam refero* Varron. L. L. 4, 5 p. 12, 6 Hinc Vdus, vuidus: hinc Sudor quiuis deorſum in terra himber. *Quidquid ſit de reliquis,* Sudor *hic videtur humor.* ¶ 3 Sudor, *i. ſerenitas caeli, quod* ſudum *dicitur, cum ſerenum eſt. vid. Gronou. ad* Stat. Silu. p. 313.

SVDARIVM, i. n. *Linteum, quo ſudor faciei detergitur, et nares purgantur.* Sueton. Neron. c. 48 Adoperto capite, et ante faciem obtenſo ſudario, equum adſcendit quatuor ſolis comitantibus. Ibid. c. 25 Parceret arteriis, ac ſudarium ad os applicaret. Catul. 12, 14 Sudaria Setaba. Quinctil. 5, 3 Quum reus agente in eum Caluo candido frontem ſudario detergeret, *etc. Conf.* Catull. 12, 14. *et* 25, 7. Petron. c. 67.

SVDARIŎLVM, i. n. Dimin. Vſus eſt D. Hieronymus ad Nepotianum De vita clericorum. *Et* Apul. in Apolog. p. 308.

SVDARIVS, i. m. Faciet ex coitu ſudarios Firmic. 3, 7.

SVDORVS, a, um. Sudoro affatim corpore diutine obrigui Apul. Flor. 3 p. 354.

SVDVM, i. n. [αἴθριον] *Serenum,* Siccum, quaſi ſeudum, id eſt ſine vdo Paullus Feſti. Virg. Aen. 8, 528 Arma inter nubem, caeli regione ſerena Per ſudum rutilare vident. Sudum, Serenum tempus poſt pluuiam Plaut. Milit. 1, 1, 2. Idem Rud. 1, 2, 35 Qui pertegamus villam dum ſudum eſt. Cic. Fam. 16, 18 Horologium mittam et libros ſi erit ſudum. Ver ſudum Virg. Georg. 4, 77. Sub Aëre ſudo Alcim. Auit. 1, 223. Nubes ſudae Senec. Qu. Nat. 2, 26. Nudo ſudoque luminis Splendore Apul. Met. 11 p. 260.

S V E

SVEO, ēui, ētum, ēre. [φιλέω] *Antiquum verbum: vnde* Sueſco, ſueſcis. Nec voces cernere ſuemus Lucret. 1, 301. *duabus ſyllabis. Sed triſyllabum eſt* Lucret. 1, 54 — Et ſemina rerum Appellare ſuēmus, *i. Solemus.* Idem 6, 793 Concidere vt pronos mittere ſueuit. Has Graeci ſtellas Hyadas vocitare ſuērunt Cic. de Nat. Deor. 2, 111 cap. 43. Lucret. 4, 304 Quinque etiam ſexue vt fieri ſimulacra ſuērint. Idem 5, 910 — Et gemmis florere arbuſta ſuēſſe.

SVESCO, ēui, ētum, ēre. [ἐθίζομαι] *Conſuetudinem capere.* Cic. Fam. 15, 8 A te id quod ſueſti peto in maiorem modum, vt me . . . tem diligas atque defendas. Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 175

— Haec poſt cunabula dulci
Ferre ſinu, ſummoque Ioui deducere paruam
Sueuerat, et genibus ludentem aptare paternis.

Add. Idem de Conſul. Prob. et Olyb. v. 44. Sueſcere militi . . . cit. Ann. 2, 44. *Et tranſitiue,* Idem Ann. 2, 52, 3 Su . . . quemuis diſciplinâ.

SVĒTVS, a, um. Partic. [ἐθισὸς] Virg. Aen. 5, 402

— Geminos immani pondere caeſtus
Proiecit: quibus acer Eryx in praelia ſuetus
Ferre manum.

Conf. ibid. v. 414. Cic. Att. 6, 2 Ita multae ciuitates omn . . . alieno liberatae, multae valde leuatae ſunt, omnes ſuis legibus . . . diciis ſuetae αὐτονομίαν adeptae reuixerunt. Lucan. 1, 325 nefanda parat ſuetus ciuilibus armis. Latrociniis ſuetus . . . luſt. Fragm. c. 12. *et* Tacit. Ann. 2, 52, 1. Seruitio Id. 12, 50, 4. Adulatio ſueta Idem ibid. 13, 8. Secundis . . . oriri ſueta mala Salluſt. Fragm. c. 1. Praeter alia ſueta belle . . . Ann. 15, 12, 2. Requies ſueta Idem ibid. 3, 45.

SVERA, ae. f. *Suilla caro antiquis.* Varro, Offirla, ab o . . . nimae ſuerae. Sueris item pro Suis dicebatur. Idem . . . Perna a pede; ſueris, a nomine eius. *Annotauit Turnebus.*

SVESSA, ae. f. [Σύεσσα] *Campaniae oppidum.* Plin. 3, 5 Quo . . . quinius Superbus expugnauit. Sil. 8, 400 Attritaque bellis . . .

SVESSIO, *A quo Sueſſiones incolae Galliae Belgicae, oppidum . . . liſſimum, et in eo populi, olim* Nouiodunum. Plin. 4, 17 In p . . . cia Remenſi Sueſſio. *Horum frequens eſt mentio apud* Caeſ. Bell . . . 2, 4 *et* 12. *et* 7, 75 *etc.*

SVĒVI, orum. m. [Σύηβοι] *Germaniae populi, gens valida, et l . . . ſiſſima. De qua* Lucan. 2, 51 Fundat ab extremo flauos Aquilon . . . vos, *etc.* Sen. Med. f. 9 Aut quos ſub axe frigido ſuccos legun . . . Sueui nobiles Herciniis. Sil. 5, 134 Caſſis erat munita viro, cui . . . ſurgens Triplex criſta, iubas effundit crine Suēuo. *Flaminius, de . . . loquitur,* Sueuos *vicerat.*

SVEVIA, ae. f. *Regio Sueuorum* Tacit. Germ. 43.

S V F

SVFFARCĪNO, āre. *Inſtipare, inculcare, grauare, on . . .* Plaut. Curc. 2, 3, 10 Qui incedunt ſuffarcinati cum libris. Andr. 4, 5, 31 Verum vidi Cantharam ſuffarcinatam. *Quod p . . . ſub veſte portaret. Vbi* Donatus, Proprium eſt anibus ſuffarci . . . eſſe. Feminam multis ſuffarcinat muneribus Apul. Met. 9 p . . . Ego iam bellule ſuffarcinatus Idem Met. 10 p. 246. *de aſino bellari . . . pleto et ſaturato.* Suffarcinatos arcta non capiunt Paullin. N . . . 29 *(al. 10)* c. 2.

SVFFARRANEVS, a, um. Adi. *A Farre, quemadmodun . . .* farreatio *deduci videtur, et ſignificat Eum, qui far in caſtra conueh . . . modicum, alienumue: non iuſto commeatu aliquo, ſed crebris, et . . . inſtitorum vecturis.* Plin. 7, 43 f. 44 Cicero, mulionem ca . . . ſem ſuffarraneum fuiſſe, Harduin. Caſtrenſis ſuffarranium, *alterius . . . vicarium. Sed vehementer fluctuat lectio. Vid. Turneb.* 29 *et Laet. ad h. l.*

SVFFECTIO, *vid.* SVFFICIO.

SVFFENVS, i. m. *Poëta ineptus, qui ſe tamen plurimum . . . raretur. Hinc communi nomine vocantur* Suffeni, *qui ſtulte ſe . . . rantur.* Catull. in Suffeno f. 22

— Neque idem vnquam
Aeque eſt beatus, ac poëma cum ſcribit
Tam gaudet in ſe, tamque ſe ipſe miratur.

Sed concludit carmen ita: Nimirum idem omnes fallimur, nequ . . . quisquam, quem non in aliqua re videre Suffenum Poſſis.

SVFFĔRO, ſuffers, ſuſtŭli, ſublātum, ſufferre. [ὑποφέρω, ὑπομ . . . ταλάω, ςεγάζω] *Suſtinere, perpeti.* Virg. Aen. 2, 492 — Nec . . . ſtra, nec ipſi Cuſtodes ſufferre valent. Vix ſuffero Anhel . . . Plaut. Merc. 1, 2, 4. *vox valde ſatagentis.* Ter. Heaut. 3, . . . Satrapes ſi ſiet amator, nunquam ſufferre eius ſumtum queat. unctionem ſufferre Scribon. 29. Laborem ſufferre Plaut. . . . 5, 2, 21. Laborem durum ſufferre Lucret. 5, 1271. *Add.* 1, 1013. Plus oneris ſuſtuli, quam ferre poſſum Cic. pro Amer. 10 c. 4. Sufferre, *Pati,* Plaut. Curc. 3, 6. Ter. . . . 5, 3, 17 An vt pro huius peccatis ego ſupplicium ſufferam. Ma . . . niſi hoc peius ſit, haec ſufferre et perpeti Cic. Fam. 4, 5. . . . pro Caecin. 98 Quam Mulctam ſi ſufferre voluiſſent, tamen m . . . in ciuitate potuiſſent. Idem in Catil. 2, 28 c. 13 Quod ego ſi . . . miniſtrabo, Quirites, vt ſi vllo modo fieri poterit, ne improbus qu . . . quisquam in hac vrbe Poenam ſui ſceleris ſufferat.

SVFFERENTIA, ae. f. *Tolerantia.* Tertull. de . . . cap. 4 Ad ſufferentiam noſmetipſos praemonemus. *Add.* . . . ibid. *et* adu. Marc. 4, 14.

SVFFERTVS, a, um. [πυκνὸς] *Formam habet Participii a . . .* fercio, *vt* differtus, Refertus. Sen. Nat. Quaeſt. 1, 5 Praeterea q . . . dicitur tibi, nubem ſole eſſe ſuffertam, non dicitur, colorem i . . . immiſtum eſſe velut duro corpori ac ſtabili et manenti, ſed vt ſ . . . et vago. *Sed* Gronou. *ſuffectam quae melior lectio.*

SVFFICIO n. 4. Sueton. in Neron. c. 20 Mediaque in . . . cheſtra frequenter populo epulatus, ſi paullum ſubbibiſſet: ali . . . ſe ſufferti tinniturum Graeco ſermone promiſit. *h. e. Cantatur . . . clarius aliquid, aut quod Graeci dicunt* πυκνὸν, *id eſt denſum quipp . . . ac plenum, quod aures impleat.*

SVFFERVEO, bui, ēre. [ὑποζέω] *Aliquantum feruere.* . . . 18, 11 Vulgo vero nec ſufferuere faciunt. *Vetus codex . . .* Sufferuefaciunt.

SVFFERVEFĂCIO, ēci, actum, ēre. [ὑποζεοποιέω] Plin . . . 26 Odor vero in vino ſufferuefacti antecedit alios. I . . . 22, 25 In veſicae vero dolore, ſemuncia amyli cum ouo et paſſ . . . bus ouis ſufferuefacta a balneo.

SVFFERVEFĪO, fieri. [ὑποζεοποιοῦμαι] *Aliquantum feruens . . .* Plin. 27, 9 Qui fidem promiſſo huic quaerunt, affirmant, lapillos, ſufferuefiant, vna rumpi. In aqua ſubferuefieri Plin. 30, . . . *Conf.* Idem Valerian. 2, 17.

SVFFES, *vel* SVFES, ētis. m. *Lingua Punica Conſul dici . . .* Liu. 30, 7 Senatum itaque Suffetes, quod velut Conſulare imperi . . . apud Carthaginienſes erat, vocauerunt. Idem 28, 37 Infeſtae . . . di . . .

..pta quaedam ab conſcendentibus naues militibus, ad colloquium S..tes eorum, qui ſummus Poenis eſt magiſtratus, cum Quaeſtore c..iit. *conf.* Sen. de Tranq. An. c. 3. Fuſes ſcripſit Feſtus. *..Ejicis etiam* ... *iudex eſt.*

..VFFIBVLVM, i. n [ὑποπόσπιον] eſt, *vt ait* Feſtus, Veſti..m tum album, praetextum, quadrangulum oblongum, quod in ca..pi Veſtales virgines ſacrificantes habebant: idque fibula comprehen..detur: *vnde nomen eſſe ductur, quod* ſub fibula *comprehenditur.*

..VFFICIO, ..eci, ..ectum, ..ere. [ἀρκέω, διαρκέω, ἐξαρκέω, ἐπαρκέω] *Satis eſſe.* .. Epiſt. 10, 25 Mihi autem vel ſola voluntas tua ſuffeciſſet. Stat. Si.. 5, 2, 175 Vade puer, tantiſque enixus ſuffice donis. Plin. Paneg. .. Quis noſtrûm idem curae, idem ſudoris ſumit? quis adeo expeti..honoribus aut deſeruit, aut ſufficit? Sueton. de Clar. Gram. 23 Luxuriae ita indulſit, vt ſaepius in die lauaretur, nec ſufficeret. .. ea quam immenſae gulae impudiciſſimi corporis quaeſtus ſufficere ..nc potuit Pſeudo-Cic. in Salluſt. 13. Nec ſufficit vmbo ictibus: *i. N.. poteſt ferre ictus* Virg. Aen. 9, 810. Animus ſufficit malis ..id. Triſt. 3, 2, 13. Animus animo Senec. de Benef. 2, 31. Cu..i tati paucorum ſufficere Cic. Verr. 5, 126. Sufficit hic mons ..ientis hominum Liu. 29, 23. Large ſufficiens praedium annuis ..ibus Plin. 7, 46. Sufficere, *abſolute, i. poſſe* Virg. Aen. 5, 21 ..N.. nos obniti contra, nec tendere tantum Sufficimus. Quae ..i ſuffecimus ipſi Per partes ſpectare ſuas Calpurn. Ecl. 7, 35. Quan..quam nec ſcribae ſufficere, nec tabulae nomina illorum capere po..erunt Cic. Philipp. 2, 16. Non ſufficientibus iam viribus ad con..ria munera obeunda Liu. 2, 8. Quinctil. 1, 12, 1 Ad quas nec ..nis, nec corpus, nec dies ipſa ſufficiat. Adeo reſolutus, vt ne ..ae uellendum quidem telum ſufficeret dextra Curt. 9, 5, 10. ¶ 2 ..Su..icere *cum Accuſatiuo, Subminiſtrare.* Virg. Georg. 2, 423 Ipſa ſa..i ellus quum dente recluditur vnco, Sufficit humorem. Ibid. ..4 Aut illae pecori frondem, aut paſtoribus vmbram Sufficiunt, ſe..que ſatis, et pabula melli. Milites excurſionibus Liu. 3, 61. ..ra vrbi rerum abundantiam ſufficit Iuſtin. 44, 1, 4. ¶ 3 Su..cere, *Subſtituere.* Virg. Georg. 2, 65 Atque aliam ex alia gene..ra o ſuffice prolem. Cic. pro Muraen. 82 Nam ne ſufficiatur Co..ſul non timent. Cum Patre in Hiſpaniam profectus eſt: cu..ius poſt obitum Hasdrubale imperatore ſuffecto *etc.* Nep. 23, 3, 1. Suffi..cere in locum, [ἀντικαθιστάναι] Liu. 5, 31. Idem 22, 25 Nec ta..men ne ita quidem prius dimittendum ad exercitum Q. Fabium, quam C.. in locum C. Flaminii ſuffeciſſet. Cic. Fam. 5, 10 Si mehercule A..i os haberem, in cuius locum ſuffectus ſum. *conf.* Iuſtin. 22, 1, 12. ¶ Sufficere, *tinctorum eſt, vt* inficere. *Significat* Subſternere *colorem, cu..ius deinde inducatur.* Cic. in Hortenſ. *ap.* Non. 4, 405 Vt ii, qui co..bibi purpuram volunt, ſufficiunt prius lanam medicamentis qui..b..am. Virg. Aen. 2, 210 Ardenteſque oculos ſuffecti ſanguine et ..ni. Maculis ſuffecta genas Valer. Argon. 2, 105. Nubes ſo.. ſuffecta Sen. Qu. Nat. 1, 5. *add.* 5, 16. Lumina ſuffecta le.. Valer. Argon. 1, 821.

..VFFICIENS, entis. Partic. Paullus in l. Conficiuntur. D. de iu.. codicil. Quid enim ſi ſufficientium teſtium facultatem non ha..b.. ? Sufficiens vigori animi compages corporis Vell. Paterc. 2, 12 3. Sufficiens malis Curt. 8, 4, 10. Sufficientiſſima defini..ti Tertull. adu. Marc. 5, 2.

..VFFECTVRVS, a, um. Partic. [διαρκήσων] Ilia ſuffectura c.. aribus Stat. Silu. 1, 1, 50.

..VFFICIENTER. Adu. Ne primis quidem apicibus ſufficien..te initiatus Sidon. Epiſt. 2, 1. Vlpianus in l. Sed et ſi quid. §. 1. D. de v.. ruct. et quemadmodum. Sufficienter autem alere, et veſtire debet, ſe..ndum ordinem et dignitatem mancipiorum. *conf.* Pallad. 1, 25.

..VFFICIENTIA, ae. f. Ad ſui ſufficientiam peruenire Sidon. E..l. 6, 12. Sit comes alma ſalus et ſufficientia victus Eugen. Toletan. C..m. 1. *vterque* αὐτάρκειαν *voluit dicere* Tertull. ad Vxor. 1, 4. Vulg. Timoth. 6, 6.

..VFFECTVS, a, um. Suffectus alteri Iuſtin. 5, 6, 1. Suf..f.. is in loca eorum nouis regibus Id. 11, 10, 7. *Vid.* SVFFICIO n. 3.

..VFFECTIO, onis. f. *Subſtitutio.* Arnob. 5 p. 166. *et* 7 p. 212. *et* Tertull. de Anim. c. 28.

..VFFIGO, xi, xum, ĕre. [ὑφηλόω] *Subtus affigere.* Plin. 33, 3 A..nem Teium Alexandri Magni praefectum aureis clauis ſuffigere cr..udas. In altiſſimam crucem ſuffigere Iuſtin. 18, 7, 15. Cic. in Piſon. 42 c. 18 An ego, ſi te et Gabinium cruci ſuffixos viderem? A..oenis Patibulo ſuffixus eſt Iuſtin. 22, 7, 8. Hirt. de Bell. Afr. c. .. In cruce omnes ſuffixit. *Et* Hor. Serm. 1, 3, 82 In cruce ſu..gat Seruum. Stimulos nouos ſuffixit dolori Sen. Theb. 1. ..tem Ve..bus corporis mei membra lacerata ſubfigunt Firmic. de E.. Prof. Rel.. c. 8.

..VFFIXVS, a, um. Partic. [ὑφηλωμένος] *Vt*, Robore erecto ſ..icus Sil. .., 153. Ianua ſuffixa tigillo Catull. 68, 59. Nec ſ..euati, ſed ſuffixi Sen. de Tranquill. An. c. 10.

..VFFIO, iui, ītum, īre. [ὑποθυμιάζω, θυμιάζω] *Fumo curare,* S..*..are.* Plin. 20, 13 Hippocrates ruta vuluarum cauſa natu..ra ſuffire iubet. Columel. 12, 18 Cella quoque vinaria omni ſt..core liberanda, et bonis odoribus ſuffienda. Propert. 4, 9, 55 ..n quaecunque locum externae tetigere puellae Suffiat, et pura li..mina tergit aqua. Tetris ſe ſuffit Odoribus ipſa Lucret. 4, 1168. Tymo ſuffire Virg. Georg. 4, 241. Ignibus aetheriis terras ſuffi..re feraces Lucret. 2, 1096.

..VFFITVS, a, um. Partic. [ὑποθυμιαθεὶς] Plin. 20, 17 Ani..ſi dolores capitis leuat ſuffitum naribus. Columel. 9, 14 Suffi..t.. deinde et aeſtiuantes apes refrigerare oportet.

..VFFITVS, ūs. m. [ὑποθυμιασμὸς] *Suffumigatio.* Plin. Et v..uarum conuerſionem ſuffitu excitant. Idem 24, 11. 25, 5 *etc.*

SVFFITIO, ōnis. f. [ὑποθυμίασις] Colum. 1, 6, 20 Ne rurſus ..nia ſuffitione medicata ſint. Idem 12, 50. Orpheus et Heſio..s ſuffitiones commendauere Plin. 25, 2. Verbenarum ſuffitio ..nob. 5 p. 156. Nubes ſuffitionis exaeſtuare *dicuntur* Eid. 7 p. 233.

SVFFĪMEN, ĭnis. n. [ὑποθυμίαμα] *Idem.* Ouid. Faſt. 4, 731 I, ..e virginea populus, ſuffimen ab ara.

SVFFIMENTVM, i. n. [θυμίαμα] *Idem.* Plin. 15, 29 ſ. 36 *de Myrto,* Et in ea quoque arbore ſuffimenti genus habetur, *i. ad* ..*itus ea vtuntur.* Ibid. c. 30 ſ. 40 *de Lauro,* Ob has cauſas ..idem crediderim honorem ei habitum in triumphis potius, quam ..ia ſuffimentum ſit caedis hoſtium et purgatio, vt tradit Maſurius. Feſtus: Suffimenta a veteribus dicta ſunt, quae fieri ſolebant ex faba, ..lioque molito, mulſo ſparſo: ea diis eo tempore dabantur, quo vuae calcatae prelo premebantur. Cic. de Legib. 1, 40 c. 14 *pr.* Nam et in iis ſine illius ſuffimentis expiati ſumus.

SVFFIMENTO, āre. Suffimentare aliquid Veget. de Re Veter. 3, 2.

SVFFĪTOR, ōris. m. [ὑποθυμιατὴρ] Plin. 34, 8 Lycus et ipſe puerum ſuffitorem.

SVFFISCVS, i. m. Folliculus teſtium arietinorum, quo vtebantur pro marſupio Feſt.

SVFFLAMEN, SVFFLAMINO, *vid.* SVFFLO.

SVFFLAMMO, āre. Si calumniam plectibili ſufflammat inuidiâ, in eo iam praeceſſit vindicta pulſati Sidon. Ep. 4, 6.

SVFFLAVVS, *vel* SVBFLAVVS, a, um. Adi. *Aliquantulum flauus,* Suet. in Neron. c. 51 Statura fuit paene iuſta, corpore maculoſo et foedo, ſufflauo capillo. *add.* Id. Aug. c. 79.

SVFFLO, āre. [φυσιάω, ὑποφυσάω] *Flatum immittere* Plin. 34, 8 ſ. 19, 17 Buthyreus Lycius Myronis diſcipulus fuit, qui fecit dignum praeceptore puerum, ſufflantem languidos ignes. Sufflare buccas Plaut. Stich. 5, 4, 42. Gladiatores decrepitos ſi Sufflaſſes, cecidiſſent Petron. c. 45. Sufflare buccis Martial. 3, 17. Sufflauit neſcio quid vxori, *h. e. Inſufflauit, In aurem dixit.* Plaut. Caſ. 3, 3, 19. *conf. Caſaub. ad* Perſ. 4, 20 p. 333. Naribus ſufflare Scribon. 16. *i. inſufflare.*

SVFFLĀTVS, a, um. Partic. *Proprie tumidum et rectum, et quaſi vento quodam elatius factum.* Varr. Agath. Neque auro, aut genere, aut multiplici ſcientia ſufflatus quaerit Socratis veſtigia Nonius 1, 227. Corpus ſufflatum Scribon. 134. Sufflata cutis diſtentu Plin. 8, 38. *Add* Plaut. Bacch. 4, 2, 21. Gell. 7, 14 Auct. ad Her. 4, 15 c. 10 Graui figurae, quae laudanda eſt, propinqua eſt ea, quae fugienda eſt, quae recte videbitur appellari, ſi ſufflata nominabitur. Nam vt corporis bonam habitudinem humor imitatur ſaepe; ita grauis oratio ſaepe imperitis vocatur ea, quae turget et inflata eſt *etc.*

SVFFLABĬLIS, e. Adi. Prudent. Apoth. 842 Spiramus quotiens animae ſufflabilis auras, *verbo, Spiritum commeantem per arteriam.*

SVFFLĀTIO, ōnis. f. [ὑπόφυσησις] Plin. 9, 7 Praeterea bullantium aquarum ſufflatio, lunaeque effectu concharum quoque corpora augeſcentia. *conf.* Id. 9, 29.

SVFFLATORIVM, i. n. Vulg. Ierem. 6, 29. *Follis, quo ignis ſufflatur.*

SVFFLĀMEN, ĭnis. n. *Retinaculum rotae decurrentis, ne velocius decurrat.* Tardat ſufflamine currum Prudent. Pſychom. v. 417. Iuuen. Sat. 16, 50 Quod placitum eſt illis praeſtatur tempus agendi: Nec res atteritur longo ſufflamine litis. Idem Sat. 8, 148 Ipſe rotam ſtringit multo ſufflamine Conſul. *conf.* Scholiaſt. *Verbo, accuſat Poëta inſanum ſtudium aurigandi in ipſis primis perſonis, quod vix liberis dignum Romani veteres putarant.*

SVFFLAMINO, āre. *Sufflamine comprimere et retinere.* Seneca Declam. 4 Tanta illi erat velocitas orationis, vt vitium fieret. Itaque diuus Auguſtus optime dixit, Aterius noſter ſufflaminandus eſt. *Vbi alias legitur* Sufflamandus, *alias* Suffibulandus. Seneca de Morte Claudii, Aliquando Ixionis miſeri rotam ſufflaminandam.

SVFFŌCO, āre. [ἄγχω, πνίγω] *Ex* Sub *et* Faux *compoſitum,* AV *in* O *productam conuerſa; ſignificat Spiritum praecludere, velati obſtrictis faucibus.* Suffocat, πνίγει, λαρυγγίζει Gloſſ. *Ouidii eſſe dicitur, ſed falſo, ſi non deſtituit nos Index Burmannianae,* Suffocent animam dira venena tuam. Lucret. 5, 904 Aut in melle ſitum ſuffocari atque rigere Frigore. Ne ſuffocata, cruore Quae maculantur, edant Arator in Act. Apoſt. c. 15. Gallum gallinaceum ſuffocare Cic. pro Muraen. 61. Suffocare fame vrbem, *pro Opprimere et extinguere.* Cic. Att. 9, 6 (7) ¶ 2 Suffōco, *penultima correpta, volunt eſſe a* foco, *et ſignificare* πυρῶσαι, *accendere ignem ſuffiendi cauſa: ſic certe Scaliger apud* Propert 4, 8, 84 Suffocat et pura limina tergit aqua. *Sed cum nondum alius auctor ſit verbi,* Suffiit *cum Brouckhuſ. ex optimis libris legendum eſt.*

SVFFOCĀTIO, ōnis. f. [πνῖξ, ἀγχονη] Plin. 20, 5 *pr.* Eius ſemen contritum, et in vino potum, tumentem aluum, et ſuffocationes mulierum, doloreſque lenit. *conf.* Sen. Ep. 54.

SVFFOCABILIS, e. Adi. *Actiue, Suffocandi vim habens.* Paruus locus ſuffocabilis erit aëris paupertate Cael. Aurel. Tard. .., 9.

SVFFŎDIO, fodi, foſſum, ĕre. [ὑπορύττω] *Subtus excauare.* Columel. 2, 19 Nec ſuem velimus impaſci, quoniam roſtro ſuffodiat, et caeſpites .. Suffodere equos, *Confodere, enecare* Caeſ. Bell. Gall. .. Suffodere montem Plin. 36, 15. Alexandria eſt fere .. ſuffoſſa Hirt. B. Alex. c. 5.

SVFFOSSVS, a, um. Partic. [ὑπορυγμένος] Cic. de Aruſp. Reſp. 32 c. 15 A Sext. Sarrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, incenſa, inaedificata, oppreſſa. Virg. Aen. 11, 671 — Quorum alter habenas Suffoſſo reuolutus equo, dum colligit, *etc. i. calcaribus foſſo et irritato: vel etiam ab vulnerato hoſtili manu.* Seruius, Suffuſo. i. e. Caſuro, nam ſuffuſi equi dicuntur, quos vulgo *caeſpitatores* vocant. Alii Suffoſſo legunt. i. e. Praecipiti et iam cadenti. *Haec* Seruius, *quae probet, cui placent.* *Add.* Tac. A. 1, 65, 6. Mela 2, 1.

SVFFOSSIO, ōnis. f. Seneca Epiſt. 5.. (49) Quum hoſtilia in partes tela fibrarent, et ipſum ſolum ſuffoſſionibus tremeret et cuniculis. Neque arietes neque ſuffoſſiones valent nocere Vitruu. 1, 5.

SVFFRAGO, inis. f. [κνήμη] *Dicitur in poſterioribus pedibus animalium, quod in prioribus ſunt Genua. Sed non ſatis ſibi conſtare videntur: interdum enim eſt nodus ſub vtriſque cruribus, quo pedis verſura conſtat, tibiaeque ita annectitur pes, vt verti poſſit, in bobus, equis, et caeteris armentis. Dictae* Suffragines, *quod* Suffringantur, *hoc eſt in altum franguntur. Poſteriore intellectu ponit* Pedes et deinde ſuffragines Colum. 6, 15, 2. *Priori* Plin. 11, 45 Quae animal generant, genua ante ſe flectunt, et ſuffraginum artus in auerſum. Plin. 8, 45 Victimarum probatio in vitulo, vt cauda articulum ſuffraginis contingat. *Idem,* Aues et quadrupedes alas in priora curuant: ſuffragines in poſteriora. Plin. 8, 15 Nullo ſuffraginum flexu. Idem 30, 6 Aquilae pedes euellunt in aduerſum a ſuffragine, *etc.* *conf.* Id. 11, 57. Solin. c. 35. Iſidor. 11, 1. ¶ 2 *Eſt etiam vitium pedis in iumentis, ſi audimus Ruell. Hippiatr.* 1, 52. *Sed locum* Veget. Mulom 1, 26, 2 *quem eo trahebam in Lex. Ruſt. iam puto pertinere ad illam flexuram in pede, quae eſt vngulae proxima: quam ille alligari iubeat, vt facilius eici ſanguis et humor poſſit.* ¶ 3 Suffragines *dicuntur etiam Vitis ſoboles.* Columel. 4, 24, 4 Et ſi ſoboles, quam ruſtici ſuffraginem vocant, radicibus adhaeret, diligenter explantanda, ferroque alleuanda eſt, vt hibernas aquas reſpuat. *Etiam hic* Suffrago *eſt imo pedi, cum hoc enim comparantur radices, proxima.*

SVFFRAGINŌSVS, a, um. Adi. *Cuius ſuffragines morbo viiatae ſunt.* Columel. 6, 38, 2 *de mula*, Suffraginoſae hordeacea farina imponitur.

SVFFRAGOR, āri. [ψηφοφορέω] *Dicitur* Suffragari *praeſertim populus, cum ſe velle aliquid declarat. Cum* fragor *ſit vel maxime vox multitudinis, vt ſuo loco oſtendimus; cum priſca ſimplicitas in comitiis clamore rem geſſerit: videtur mihi non inepte dici*, Suffragari *populum, vt* Succlamare, *cum ſententiam ſuam (ſecundo clamore, et fauente in primis) oſtendit;* refragari *autem vt* reclamare, *cum repugnat, et nolle ſe oſtendit. Modus Syllabae* fra *non debet euertere hanc etymologiam: cum non deſint alia, in quibus diuerſitatem ſibi talem vſus indulſit, vt cum* Lucerna *primam breuem habet etc. Caeterum in hoc verbo factum eſt, quod in multis aliis, vt etiam ſublata ratione appellationis primae maneret tamen ipſa appellatio. Ita* Suffragium *eſt etiam ſingulorum, et* Suffragatur *etiam vnus.* Cic. de Legib. 1 Mihi enim videris fratrem laudando ſuffragari tibi. *Caeterum* Suffragari *in primis etiam hoc ſignificat.* Suffragia *multitudinis alicui ſua gratia vel auctoritate comparare.* Si nihil erit praeter ipſorum ſuffragium tenue eſt: ſi vt ſuffragentur, nihil valent gratia Idem pro Muraen. 7 c. 34. *Hinc* Suffragari *dicuntur, quaecunque res populum inducunt, ad ferendum pro honore alicuius Suffragium.* Nemo ab ignotis hominibus, nullis ſuffragantibus meritis, honore afficitur Idem de Petit. Conſ. 1, 22 c. 7. Vide ne haec ipſa, quae deſpicis, huic ſuffragata ſint Idem pro Planc. 18. Idem Verr. 5, 77 Cui legi cum veſtra dignitas vehementer adverſaretur, iſtius ſpes falſa et inſignis impudentia maxime ſuffragatur. Laudibus cuiuſpiam ſuffragari Lentul. ad Cic. Fam. 12, 14. Idem Off. 1, 138 Quae cum vulgo viſeretur, ſuffragata domino nouo homini ad Conſulatum putabatur: *de domo.* Suffragante natura videris res maximas conſequutus Idem Fam. 10, 5. *conf.* Colum. 2, 12. *et* 12, 30. *Actiu.* Multi Populi plurimae conciones dictaturam omnibus animis et ſtudiis ſuffragauerunt Siſenna *ap.* Non. 7, 3. Liu. 28, 38 Conuenerant vndique non ſuffragandi modo, ſed etiam ſpectandi cauſa P. Scipionis.

SVFFRAGATIO, ōnis. f. [ψηφοφορία] Cic. pro Muraen. 39 Tum vero in Conſule declarando multum etiam apud vniuerſum Populum Romanum auctoritatis habet ſuffragatio militaris. Vrbana ſuffragatio Idem ibid. 39. Facilis ſuffragatio pro ſalute Idem pro Domo 45 c. 17. Idem pro Plancio 44 c. 18 *negat* legibus *de ambitu*, id eſſe actum, vt ſuffragatio tolleretur, *i. ſtudium parandi ſuffragia.* Honeſtiſſima ſuffragatione petere honores Salluſt. Iug. c. 65. Accedere ad dignitatem alterius ſuffragatione ſua Cic. Fam. 10, 9. Perdere alicuius officii ſuffragationem Idem pro Milon. 35. *conf.* Sen. Conſol. ad Marc. c. 24. Diuina ſuffragatione foueri Val. Max. 4, 7 *pr.*

SVFFRAGĀTOR, ōris. m. [ψηφιστὴς, ψηφοφόρος] *Qui ſuffragatur.* Plaut. Caſ. 2, 4, 20 Ibi ego te, et ſuffragatores vlciſcar tuos. *qui tibi fauent. Sed proprie* Suffragator *eſt, qui laudibus candidati praedicandis, ſua illi gratia vel auctoritate quam plurima ſuffragia parare ſtudet.* Plin. 3, 20, 5 *de antiqua comitiorum ratione*, Citato nomine canditati, ſilentium ſummum. Dicebat ipſe pro ſe —— addebat quoſdam ex ſuffragatoribus: illi grauiter et paucis loquebantur. Varr. de R. R. 3, 5, 18 Studia Suffragatorum. Cic. pro Muraen. 16 c. 7 Tua vero nobilitas Serui Sulpiti tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis et hiſtoricis eſt notior, populo vero et ſuffragatoribus obſcurior. Quantam pecuniam cum ſuffragatore ſuo pepigerat Suet. Veſp. c. 23. *add.* Id. Caeſ. c. 73. Plin. Paneg. c. 92. Val. Max. 4, 5, 3. Apul. de Philoſ. p. 70. Capitolin. in Marc. *extr.* *Conf.* Valeſ. ad Ammian. 29 p. 591.

SVFFRAGATRIX, īcis. f. Auguſtin. de Ciu. Dei 18, 9 *et* 10.

SVFFRAGATŌRIVS, a, um. Adi. [ψηφιστικὸς] Cic. de Petit. Conſul. 21 c. 7 Modo intelligat te magni aeſtimare, ex animo agere, bene ſe ponere, fore ex eo non breuem et ſuffragatoriam, *(quam promittere tantum ſuis ſuffragatoribus ſolent candidati, non item praeſtare)* ſed firmam et perpetuam amicitiam.

SVFFRAGIVM, i. n. *Eſt illa vox, vel ſignum quodcunque ſententiae, quo vtuntur in comitiis iudiciisque ciues. reſpondet Graeco* ψῆφος, *quod cum calculum ſignificaret, poſtea de omni genere declarandae ſententiae adhibitum eſt. Cuius rei Romae duplicem fuiſſe rationem, conſtat, alteram, vbi clara voce vnusquisque, cuius id ius erat, ſententiam diceret; alteram vbi taciti tabellam, ſententiae ſuae indicem, demitterent in ſitulam. Vid.* TABELLA. *Nos iam vnum alterumque locum ponemus, vnde illa* Suffragiorum *ratio et modus de iis loquendi illuſtretur.* Cic. de Legib. 3, 10 c. 3 *hanc legem poſuerat*, Creatio magiſtratuum, iudicia, populi iuſſa vetita, cum ſuffragio conſciſcentur (*i. decernentur, conſicientur*) optimatibus nota, plebi libera ſunto. *Hanc legem declarare ac defendere ſtudet* n. 33 c. 15 *tractatque quaeſtionem*, Suffragia in magiſtratu mandando, aut reo iudicando, aut lege aut rogatione ſciſcenda clam an palam ferre, melius eſſet? —— Ego in ea ſum ſententia, nihil vt fuerit in ſuffragiis voce melius —— n. 34 Suffragandi nimia libido in non bonis cauſis eripienda fuit potentibus, non latebra danda populo, in qua, bonis ignorantibus quid quisque ſentiret, tabella vitioſum occultaret ſuffragium. n. 38 c. 16 Leges tegunt omni ratione ſuffragium, ne quis inſpiciat tabellam, ne roget, ne appellet. n. 39 Vt omittam largitione corrupta ſuffragia, non vides, ſi quando ambitus ſileat, quaeri in ſuffragiis (*ferendis ab his, qui ferre debent*) quid optimi viri ſentiant. Cic. pro C. Cornelio Fragm. circa med. Eſt vtique ius vetandi, cum lex feratur, quam diu non perfertur: quam diu qui ſuffragii ferundi cauſa conueniunt, huc et illuc transferuntur, dum priuati dicunt: dum tabellae diribentur, dum ſitella (*in quam coniiciantur*) defertur, dum aequantur ſortes, dum ſortitio fit. Varro de R. R. 3, 2 *pr.* Comitiis aediliciis, cum ſolo caldo ego et Q. Axius Senator tribulis ſuffragia tuliſſemus, et candidato, cui ſtudebamus, vellemus eſſe praeſto, cum domum rediret. *Quid eſſet* Diribere ſuffragia, *quid* Dirimere *vel* Diripere? *in* DIRIBEO *et* DIRIMO, *quod ſatis eſt, diſputauimus.* Plin. 33, 2 Nongenti vocabantur ex omnibus ſelecti ad cuſtodiendas ciſtas ſuffragiorum in comitiis, *i. tabellarum, in quibus ſuffragia.* Caeca ſuffragia Sil. 8, 257. *inconſultus fauor populi.* Cic. pro Planc. 45 c. 18 Suffragia largitione deuincta, *i. Corrupta donis vt libera non ſint.* Eblandita ſuffragia Idem pro Planc. 10. Occulta de honore ſuffragia Idem Off. 2, 24. Tabellaria ſuffragia et vocalia Idem pro Planc. 16. *et* de Legib. 3, 44. Teſtarum ſuffragia Nep. 2, 8, 1. *et* 5, 3, 1. Triſtia Suffragia, *Damnoſa electio magiſtratus* Sil. 15, 737. Vitioſum Suffragium Cic. de Legib. 3, 35. Captare ſuffragia populi Hor. Epiſt. 2, 2, 103. Committere ſe ſuffragiis populi Vell. 2, 49, 5. Dantur libera populo ſuffragia Iuuen. Sat. 8, 211. Ferre ſu[…]gium de capite alicuius Cic. pro Domo 46 c. 18. *conf.* Nep. 15, […] Fieri Conſulem cunctis ſuffragiis Cic. Fam. 15, 12. Flagitare […]ſuſionem ſuffragiorum Idem pro Muraen. 47. Indulgere ſuff[…] alicuius, *vid.* INDVLGEO. Ineunt ſuffragia Quirites Liu. […] Mittere in ſuffragium, *vid.* MITTO. Vnusquisque ſtudio e[…]fragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum Munire poſſit Ci[…] Lege Agr. 2, 17. Ornare ſuffragio, *vid.* ORNO. Priuar[…]pulum ſuffragiis Cic. de Lege Agr. 2, 17. *Metaphor.* Varro, […] Tertull. ad Nation. 5 Creditam dicit elementorum diuinitatem, […] nihil omnino ſine ſuffragio illorum gigni, ali, prouehi poſſit. Suffragium, a Frango, frangis, FRA *ſyllaba correpta, inueniri qu[…] putabant* Ouid. de Nuce 119 Quid niſi ſuffragium nimbis ruitan[…] eſſem? *Sed legitur* Suffugium nimbos vitantibus.

SVFFRENDO, ĕre. *Submiſſe, vt cum metu, frendere.* Ir[…] ceruice ſuffrendens Ammian. 15, 29.

SVFFRENO, āre. *Vnde*

SVFFRENATIO, ōnis. f. *Colligatio et arcta ſtructura, qu[…]pidem veluti freno retineat.* Plin. 36, 22 Globoſus, contra ini[…] fortis, ſed ad ſtructuram infidelis, niſi multa ſuffrenatione deuin[…] *de lapidis genere. Conf.* Iſidor. 19, 10.

SVFFRĬCO, ui, ctum, *et* āui, ātum, āre. [ὑποτρίβω] *Fric[…] leuare ſ. tollere, it. leniter fricare. Prioris exemplum* Columel. 1[…] Nam oportebit poſt hunc numerum dierum confeſtim vinum e[…] dare, et ſi quid faecis aut labris vaſorum, aut lateribus inhaeſit, […]di, ac ſuffricari, et protinus operculis impoſitis oblini. *add.* Id[…] c. 38. Suffricare palpebras medicamento Celſ. 6, 6. P[…]bram ſuffricare Scribon. 37. *i. leniter fricare.*

SVFFRINGO, ēgi, actum, ĕre. [ὑπάγνυμι] *Frangere parte[…]feriores, crura, talos.* Plaut. Rud. 4, 4, 15 Homini iſti talos ſuff[…] volo. Idem Truc. 2, 8, 8 Vt ego hiſce ſuffringam talos. […] pro Roſc. Amer. 56 c. 20 Quod ſi luce quoque canes latrent, q[…] deos ſalutatum aliqui venerint, opinor iis crura ſuffringantur, […] acres ſint etiam, tum quum ſuſpicio nulla ſit. *Add.* Lactant. 4, 2[…]

SVFFRIO, āre. [ὑποτρίζω] *Idem quod* Friare, *ſiue Minutim […]gere, ad verbum ſignificat. Quare* Columel. 12, 38, 4 Scopulis ar[…] myrti ſeria ſuffriatur, operculumque ſuperimponitur, ne quid eo[…]cidat: Suffricatur *fortaſſe rectius eſt.*

SVFFVERAT, Sub eodem tecto fuerat. Feſtus.

SVFFŬGIO, fugi, fugitum, ĕre. [ὑποφεύγω] *Fugere ſub tect[…] vel vt* ſubducere, *clam et ſenſim fugere.* Liu. 24, 46 Imber a[…] media coortus, cuſtodes vigileſque dilapſos e ſtationibus ſuffuge[…] tecta coëgit. *conf.* Suet. Tib. c. 27. Natura deûm ſuffugit ta[…]manuum Lucret. 5, 151. Senſum ſuffugere Idem 4, 361.

SVFFVGIVM, i. n. [ὑποφυγὴ] *Quo quis fugit auxilii g[…]* Solent et ſubterraneos ſpecus aperire, eoſque multo inſuper fimo […]rant, ſuffugium hiemi et receptaculum frugibus Tac. Germ. […] *conf.* Id. ib. 46, 6. *it.* Ann. 3, 74, 3. *et* 4, 66, 4. Plin. Ep. […] Quinctil. 9, 2, 78 Haec deuerticula et anfractus ſuffugia ſunt in[…]tatis, *vid.* ANFRACTVS. Ouid. de Nuce 119 Quid niſi […]gium nimbos vitantibus eſſem? Suffugium infelix miſeri […] inhoſpita quercus Sil. 5, 509.

SVFFVLCIO, ſui, ītum. *vel* ſi, tum, ire. [ὑπερείδω] S[…] *fulciendo ſuſtinere.* Plaut. Milit. 2, 2, 54 Ecce autem aedificat […]lumnam mento ſuffulſit ſuo. Cibus ſuffulcit artus Lucret. 4[…] *Conf.* Ammian. 30, 1.

SVFFVLTVS, a, um. Partic. [ὑπερεισθεὶς] *Laudatur* Auct[…] Herenn. 4, 15 c. 10 Nam graui figurae, quae laudanda eſt, propi[…] eſt ea, quae fugienda eſt, quae recte videtur appellari ſi ſuffulta […]minabitur. *Et ſane ſunt libri, in quibus ita legitur. Ac poſſis for[…]terpretari, vitioſe exaggeratam, fulcris quibusdam impoſitam, qua[…]tiatur magnitudinem etc. Sed* Sufflatam *eſſe veriorem lectionem […]tabit, qui conſiderauerit, quae ſequuntur*, Nam vt corporis bonam […]bitudinem tumor imitatur ſaepe: ita grauis oratio ſaepe imperitis […]detur ea, quae turget et inflata eſt. *Proprie* Porticus ſuffulta par[…] columnis Lucret. 4, 428.

SVFFVLCRVM, i. n. Vitruu. . . .

SVFFVMĬGO, āre. [ὑποκαπνίζω] *Subtus fumum excito.* Va[…] R. R. 3, 16 Si ex aluo minus frequentes euadunt, ac ſubſidit a[…] pars, ſuffumigandum, et prope fumus apponendus bene olentium […]barum, maxime apiaſtri. Celſ. 6, 6 Suffumigare oculos a[…] medicamentis. Suffumigare vulnus Celſ. 5, 27. Suffum[…] ſulphure Idem 4, 20. Columel. 12, 12 *in fin.* Lagenam in ta[…]tum quod ſuffumigatur, reponunt. *Paullo ante dixerat*, Lagena […] tabulatum, quod fumum accipit, reponunt.

SVFFVMO *aut* SVBFVMO, āre. ὑποκαπνίζω Gloſſ. Gr. Lat.

SVFFVNDO, fudi, fuſum, ĕre. [ὑποχέω] *Ad partes inf[…] affundere, vel parce affundere, adſpergere. Ex poſteriori notione* P[…] Curcul. 1, 3, 3 Mane, ſuffundam aquulam. Idem Ciſtel. 1, 1[…] Columel. 6 *extr.* Laſſae et aeſtuanti mulae ad os in fauces dimit[…] vtrumque in os ſuffunditur, *v. g. per ſtrigilem, cornu, infudibu[…]* Suffundere vires cibo Varr. de R. R. 2, 8. Celſ. 7, 2 Nam poſt longos morbos totus corporis habitus vitiatus eſt, lateque ſe […] ſuffundit, et in eo pars cutis pallet, ſcire licet in eam iam emortuam […] et inutilem futuram. Suffundere aciem oculorum, *pro Tu[…] ſubeunte illos ſanguine* Senec. de Ira 2. Idem de Clement. 2 c. […]becilles oculos eſſe ſcias, qui ad alienam lippitudinem ſuffund[…] Virg. Georg. 1, 429 *de Phoebe, ſ. Luna*, At ſi virgineum ſuffud[…] ore ruborem, Ventus erit. *Abſurde* Seruius: Suffuderit, For[…]cus habuerit. *Neque enim phyſicum hic Poëta ſe videri voluit, ſed […]git erubeſcentem virginem, cuius rubor profecto ab interioribus […]* Lucret. 3, 39 Omnia ſuffundens mortis nigrore. *Add.* Idem 6, […] Rubore ſuffundi Sen. de Benef. 2, 1. *et* Epiſt. 11 *poſt pr.* *Conf.* […]truu. 7, 12. Pallad. Ian. 21. Maculis ſuffundi Stat. Theb. 11, […]

SVFFŪSVS, a, um. Partic. [ὑποχυθεὶς, ὑποκεχυμένος] *Vt*, […]dor ſuffuſus purpureo ſanguine Stat. Silu. 2, 1, 41. Genae ſuff[…] igne Senec. Herc. Oet. 1405. Impudentia in ore multo rub[…] ſuffuſa Plin. in Paneg. 48 *extr.* *Monſtri quiddam indicare vult, Im[…]dentiam pudoris et virtutis adeo, colore pictam, et velut veſte indut[…] Cum natura ruber eſſet, non poterat erubeſcere Domitianus.* Lacri[…] oculos ſuffuſa Virg. Aen. 1, 232. Liu. 30, 15 *pr.* Maſani[…] haec audienti non rubor ſolum ſuffuſus, ſed lacrimae etiam obor[…] Cic. de Nat. Deor. 2, 55 Nam tenuis ac perlucens et aequali cal[…] ſuffuſus aether, non ſatis aptus ad ſtellas continendas videtur. *Cog[…]mus vas frigida plenum, cuius fundo affundatur calida, ea diſtribuet[…]*

lo[…]

...m etc. Cordi ſuffuſus ſanguis Cic. Tuſc. 1, 19. Oculis ſuffuſus ſanguis, et Suffuſi cruore oculi Plin. 20, 13. Idem 31, 9. Oculi ſanguine ſuffuſi Scribon. 27. Lingua eſt ſuffuſa veneno, *Suffuſa, infecta* Ouid. Met. 2, 777. Maleuolentia ſuffuſus animus in caeteros. *i. plenus irae et maleuolentiae.* Cic. Fam. 1, 9, 64 *eadem metaphora, qua et liuor de inuidia dicitur.* Sales ſuffuſi felle, *mixti amaritudine* Ouid. Triſt. 2, 565. *Compar.* Tertull. de Anima c. 8 Ab his autem annis (XIV) et ſuffuſior et veſtitior ſexus eſt. *Pubertatem verecunde et emphatice deſcribit.*

SVFFVSIO, ōnis. f. [ὑπόχυσις] *Vt,* Suffuſio vini Apic. 1, 1. *Et Medicorum vox, de humorum quorumdam praeternaturali redundantia* Plin. 22, 25 In tuſſi vua, fellis veteri ſuffuſione. Suffuſio, *ſpeciatim Morbus oculorum, quem vulgo cataractam vocant.* Oculos magis et perfecta ſuffuſio excaecat, modica turbat Sen. Ep. 85. Plin. 20 Habet ſuas vtilitates contra ſuffuſiones oculorum. Celſ. 6, 6 Suffuſio quoque, quam Graeci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiae, qua cernit, ſe opponit. Quod ſi inueterauerit, manu curandum eſt. Inter initia nonnunquam etiam certis obſeruationibus diſcutitur. *Conf.* Celſ. 7, 7, 14. Plin. 28, 8. 29, 6. 32, 11. 35, 15. *Et etiam pedum morbus a nimia fatigatione itineris eſt* Suffuſio. *Vid.* Veg. Mulom. 1, 38, 8. ¶ 2 *Pro eo quod* infuſum *bodie vocamus ſolent officinae* Pallad. 1, 35, 9 Suffuſio cucumeris agreſtis et colocynthidos *contra mures.*

SVFFVSORIVM, i. n. Suffuſoria ex auro Vulg. Zachar. 4, 12. ... *reddit* ἐπαρυστρίδας *in inſtrumento candelabri, quibus hauſtum ex maiori vaſe oleum affunditur lampadibus.*

SVFFVNDATVS, a, um. Adi. [ὑποθεμελιωθείς] *Fundamenti ſubiectus, dictum a* Fundamentis, *vt ait* Nonius 1, 256 Varro, Antiqui noſtri domibus latericiis paullulum modo lapidibus ſuffundatis, vt humorem effugerent, habitabant.

SVFFVROR, āri. [ὑποκλέπτω] *Clam furari.* Plaut. Truc. 2, 7, ... Haec cum video fieri, ſuffuror, ſuppilo, de praeda praedam capio.

SVFFVSIO, SVFFVSVS, *vid.* SVFFVNDO.

S V G

SVGAMBER, *et* SVGAMBRI, *vid.* SICAMBRI.

SVGGERO, ſſi, ſtum, ĕre. [ὑποβάλλω, διαρκέω, ὑποτίθημι] *Subminiſtrare.* Plaut. Men. 1, 3, 29 Madida quae mihi appoſita menſam ... inam ſuggerant. Cibos ſuggerere alicui Stat. Theb. 9, 740. ... am argumentorum ſuggerere Cic. de Orat. 2, 117. Damna ... oria ſaepe ſuggerebantur Cic. Philipp. 2, 67 c. 27. *i. afferebatur pecunia, vnde ſolueret, quas luxu perdidiſſet.* Cic. Att. 12, 44 p. ... iraeu. Druſo ludus eſt ſuggerendus, *i. arte aliqua ab ſuo conſilio auertendus eſt Druſus, vt cum balaenae obiicitur dolium, in quo dum ludos illa facit, nauis interim elabatur.* Materiam criminibus ſuis ſuggerere Liu. 3. Rationes alicui ſententiae ſuggerere Cic. de Nat. D. 3, 73. Siluae feras ſuggerunt Plin. Epiſt. 2, 8. Sumtus ... rei ſuggerere Ter. Adel. 1, 1, 37. Tellus ſuggerit alimenta Ouid. Met. 15, 81. Bruto ſtatim Horatium ſuggerunt Liu. 2, 8. *i. locum ſubſtituunt.* Suggerere, *pro* Subiicere *in memoriam* Cic. de Inuent. 2, 44 c. 14 Vbi ſi memoria forte defecerit, tuum eſt vt ſuggeras. Ambiguum explicatur, quum ea verba, quae deſunt, ſuggeſta ſunt, *i. ſuppleta* Cic. de Orat. 2, 110 c. 26. *Sic* Facile erit tu vnaquaque ſpecie ſuggerere, *i. ſubiicere, addere plura exempla his, quae iam relata ſunt* Frontin. Strat. Praef. Suggerit res, *Exigit, et dat.* Vlpian. in l. Ex facto, circa fin. D. de Hered. inſtit. Quae res in propoſito quoque ſuggerit, vt Italicarum rerum eſſe credantur ea res, quas in Italia teſtator eſſe voluit. Suggero, *pro* Refero. Iuſtinian. lib. 2 tit. De fideicomm. hered. §. Sed quia ſtip. Ideo omnibus nobis ſuggeſtis tam ſimilitudinibus, quam differentiis vtriusque Senatusconſulti, placuit, *etc.* Suggerere, *pro* Suadere. Vlpian. l. Sed et ſi §. Item D. Ex quibus cauſis maiores, *etc.* Vnde quoties ... reſtitutionem ſuggerit, ad hanc clauſulam erit deſcendendum. ... in l. j. §. vlt. D. de effractoribus. Oportebit autem aeque et in ... ctores, et in caeteros ſupra ſcriptos cauſa cognita ſtatui, prout ... ſuggerit.

SVGGESTVS, ūs. m. *vel* SVGGESTVM, i. n. [βῆμα Gloſſ. Lat. Gr.] *A* Suggero, *quod ibi ligna ſuggerantur, in quibus ſtari poſſit. Significat enim Locum editiorem.* Varro de R. R. 3, 5 Ex ſuggeſto ſale ... vbi ſolent eſſe periſtaſmata, prodeunt anates in ſtagnum, et nant. Cato R. R. c. 154. Lapideus Colum. 9, 7. Saxeus monumenti Ammian. 31, 14. E tanto fortunarum ſuggeſto deiicere ... Met. 5. Suggeſtus comae, *velut exaedificatio quadam* Stat. Sil. 1, 2, 114. Suggeſtus, [ἀκρωτήριον] *Locus excelſior, vnde ... haberi ad populum ſolet.* Liu. 8, 14 Naues Antiatium partim in naualia Romae ſubductae, partim incenſae, roſtriſque earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit. Neque illud in ſuggeſtu, in quo cauſam dixerat aſcendenti, ſignum ſibi vllum quod conſuleret a deo, quaſi mali alicuius impendentis datum Cic. de Diuin. 1, 12. Idem Tuſc. 5, 59 c. 20 Idemque quum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat. *Add.* Caeſ. B. G. 6, 3. Suet. Caeſ. c. 76. Flor. 1, 11, 10. ¶ 2 Suggeſtus, ūs. *Ipſe ſuggerendi actus.* Vlp. in l. j. §. ij. D. de magiſt. ... Si curatores fuerunt minus idonei dati dicendum eſt, teneri magiſtratus oportere, ſi ex ſuggeſtu eorum, vel nominibus ab eis acceptis praeſes dederit.

SVGGESTIO, ōnis. f. [ὑποβολή, ἡ ἀναφορὰ πρὸς βασιλέα ἢ ἄρχοντα Gloſſ. Lat. Gr.] *Actus ſuggerendi.* Auguſtin. Confeſſ. 10, 30 Vbi tunc ratio, quae talibus ſuggeſtionibus reſiſtit vigilans? *Conf.* Ib. c. 35. Et ſuggeſtio per cogitationem Idem adu. Manich. 2, 14. Literae ad Marcellini ſuggeſtionem datae Symm. Ep. 2, 31. Referimus ad ... P. C. pontificum ſuggeſtionem Vopiſc. in Aurelian. c. 19. *Add.* Vulg. Num. 31, 16. Potus ſuggeſtione auctus Cael. Aurel. Tard. 2, 13.

SVGGILLO, *vid.* SVGILLO.

SVGGREDIOR, greſſus ſum, grĕdi. [ὑποβαίνω] *Latenter, ſenſim, aggredi.* Tacit. Ann. 2, 12, 2 Suggreſſique propius ſpeculatores. Id. Ann. 4, 47, 2 Quos dux Romanus acie ſuggreſſus, *etc.* Tac. Ann. 1, 11 Qui barbarorum propius ſuggrediebantur. *Add.* Idem ibid. 1, 57, 1. *et* 13, 57, 5.

SVGGRVNDA, ae. f. *vel* SVGGRVNDIA, orum. n. Pl. [... προβολή] *Partes tecti prominentes, quibus ſtillicidia a parietibus arcentur.* Varro de R. R. 3, 3, 5 Apes ſubter ſuggrundas, ab initio villatico vſae tecto. Vitruu. 2, 9 *de larice,* Certe tabulae in ſuggrundiis circum inſulas ſi eſſent ex ea collocatae, ab traiectionibus incendiorum aedificia periculo liberarentur: *quem locum ita reddit* Pallad. 12, 15, 1 Si tabulas ſuffigas tegulis in fronte atque extremitate tectorum *etc.* Hypogeſon in ſuggrundiis fere naſcitur Plin. 25, 13 ſ. 102. *Nempe* ὑπογεῖσον *hoc ipſum nomine ſuo indicat.* Iabolenus l. 242 de V. S. §. 1 Inter proiectum et immiſſum hoc intereſſe ait Labeo, quod proiectum eſſet id, quod ita proueheretur, vt nusquam requieſceret (*non niteretur columna*) qualia Moeniana et ſuggrunda eſſent. *Add.* l. Si vero §. Praetor De his, qui deiec. *it.* Tit. de damno infecto, et de ſuggrundis et protectionib.

SVGGRVNDATIO, ōnis. f. Vitruuius 4, 2 Sub tectis ſi maiora ſpatia ſunt, columen in ſummo faſtigio culminis, vnde et columnae dicuntur, et tranſtra, et capreoli. Si commoda, columen, et canterii prominentes ad extremam ſuggrundationem.

SVGGRVNDARIVM, i. n. Suggrundaria antiqui dicebant Sepulcra infantium, qui necdum 40 dies impleſſent, quae nec iam buſta dici poterant, quia oſſa quae comburerentur non erant, nec tanta cadaueris immanitas, qua locus tumeſceret. Vnde Rutilius Geminus Aſtyanacte ait, Melius ſuggrundarium miſero quaereres, quam ſepulcrum. *Haec* Fulgentius de Priſc. Sermone 7. *Conf. Voſſ. Etymol. p. 502. qui arbitratur, potius dictum inde, quod veteres primo omnes ſuos in grunda vel ſuggrunda ſepelirent, deinde certe infantes, minores igne rogi vt loquitur* Iuuenal. 15, 140. *Cumque animae defunctorum eſſent* Lares, *hinc* Lares Grundules *dictos:* Caeterum huc pertinet etiam Plin. 7, 16 Hominem priusquam genito dente cremari, mos gentium non eſt.

SVGILLO, āre. *vel, vt quibusdam placet,* SVGGILLO, *duplici G,* [ὑπωπιάζω] *Ex percuſſu cutem maculare. A ſugendo dictum, quod tales maculae etiam ſuctu poſſunt effici: Ad percuſſionem refert* Vet. Gloſſ. [Sugillat, πλήσσει, ὑπώπια ποιεῖ Gloſſ.] *Add.* Non. 2, 785. Non poteſt athleta magnos ſpiritus ad certamen afferre, qui nunquam ſugillatus eſt Sen. Ep. 13. Plin. 31, 9 *de ſale,* Ex ictu ſuffuſis cruore oculis; ſugillatisque cum myrrhae pari pondere. Idem 1, 27 Caſeus recens cum melle ſugillata emendat. *Metaphor. Famam alterius maculare. Sic* Sugillare Crudelitatem Val. Max. 3, 2 ext. 1. Noli ſugillare Miſerias Petron. c. 128. Vlpian. l. ſed ſi hac lege D. de in ius voc. Si famoſa actio non ſit, vel pudorem non ſugillet. Liu. 4, 35 Primis annis ſugillatos, repulſos, riſui patribus fuiſſe. Vlpian. in l. apud Celſum §. Aduerſus D. de doli mali exceptione, Aduerſus parentes patronosque neque doli exceptio, neque alia quidem, quae patroni parentiſue opinionem apud bonos mores ſugillet, competere poteſt.

SVGILLATVS, a, um. Partic. [ὑπωπιασθείς Gloſſ. Gr. Lat.] *Percuſſus ſub oculis et in genis.* Plin. 31, 9 Ex ictu ſuffuſi cruore oculi ſugillatique. Sugillatum dicitur ex graeco, quod ea pars, quae eſt ſub collo κοῖλον vocatur. Feſtus. *Mira etymologia.* Item *Ludibrio habitus. Vid.* Liuii loc. ſupra citatum 4, 35. Mentio ſugillati Herodis Tertull. adu. Marc. 4, 34.

SVGILLATIO, ōnis. f. [ὑπωπιασμός] *Metaphor.* Plin. 7, 45 Iuxta haec Variana clades, et maieſtatis eius foeda ſugillatio *h. e. Iniuſta infamiae nota.* Amara ſugillatione non caruit Valer. Max. 6, 9, 12. *Add.* Sen. de Benef. 5, 22. Tertull. Apol. c. 11. *et* de Praeſcript. c. 8. Non ſine ſugillatione conſulum, *i. Infamiae nota* Liu. 43, 14. *Proprie* Sugillatio, *Liuor ex ictu.* Plin. 32, 7 Reliquae carnes impoſitae ſugillationem rapiunt. Sal probatur ſugillationibus in linteo inuolutus Idem 31, 9. Suggillationes Scribon. 250. *Conf.* Apul. de Herb. c. 34 n 4. Plin. Valerian. 3, 29.

SVGILLATIVNCVLA, ae. f. Dim. Claud. Mamert. 2, 9 Sugillatiunculas fringultire.

SVGILLĀTOR, ōris. m. Macrob. . . .

SVGO, xi, ctum, ĕre. [μύζω, μυζέω, ἀμύζω] *Succum labris extrahere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 122 Alia ſugunt, alia vorant, alia mandunt. Idem Tuſc. 3, 2 c. 1 Vt paene cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videatur. Matris ſugere Mammam Varro R. R. 2, 1. Vbera ſugere Ouid. Faſt. 2, 419.

SVGENS, entis. Partic. Vulg. Cant. 8, 1. *et* Ioël 2, 16.

SVCTVS, a, um. Part. Porca vtplurimum ſex nutrire debet, quia frequentiore numero ſucta deficiet Pallad. Febr. t. 26.

SVCTVS, ūs. m. [μύζημα] Plin. 28, 3 Tactu ipſo leuant percuſſos, ſuctuue modico. Idem 8, 36. *et* 31, 2. Solin. c. 8. Varro *ap.* Non. 2, 767.

S V I

SVI, ſibi, ſe. [ἕ, οἷ, ἕ] *Pronomen reciprocum de cuius vſu multum certarunt ſemper Grammatici. Videri poſſunt, Valla in lib. de reciprocatione ſui et ſuus. et ab altera parte Bud. in Comment. Graec. Lat. Alciat. Parerg. 6, 20. Add. Barth. ad Rutil. Numat. p. 102 et 103. Scalig. de cauſ. L. L. c. 130. Robig. in Lex. Crit. 4, 4. Buchn. ad Hymn. Venant. de Reſurr. Chr. v. 82. Bang. Obſ. Philol. part. 2 p. 952. Drakenb. ad Sil. 12, 33. Ego, Geſnerus, hic deprehenſus, vt alius quibusdam in locis, a temporis anguſtia, non poſſum examinare omnia: ſed quae huc congeſta ab aliis, a me per occaſionem adiecta ſunt, repraeſento.* Cic. Fam. 11, 9 Bellum nobis redintegrare poſſit Antonio ſibi coniuncto. Idem ibid. 13, 11 Meamque commendationem vſui magno ſibi fuiſſe. *Conf.* Ib. Ep. 20. Offenſio aduerſarii, commendatio ſui Cic. in Orat. 120. Diſſimile ſui Ouid. Met. 11, 273. Vt et ſui et Metrodori memoria colatur Cic. de Fin. 2, 101. Natura eſt lena ſui Idem de Nat. Deor. 1, 78. Oblitus ſui Virg. Aen. 3, 629. Imitantes genitorem et effectorem ſui Cic. de Vniverſ. 41. Hosne viros tam cupidos ſui perire voluit? Idem pro Sull. 75 c. 27. Nihil malo, quam et me mei ſimilem eſſe, et illos ſui Caeſar ad Cic. *ſub* Att. 9, 16. *Saepe, vbi reciproco locus erat, relatiuo ipſe vtuntur, inprimis vbi aliud ipſe in eandem* ῥῆσιν *ſ. dictionem incidit.* Quinctil. 6, 3 Quamquam aliqui reperiuntur, qui ne id quidem, quod in ipſos recidere poſſit, euitent. Cic. de Clar. Orat. 84 Nec mihi caeterorum iudicio videtur ſolum, ſed etiam ipſorum inter ipſos conceſſu ita tributum fuiſſe. Quinctil. 8, 6 Circa quem inexplicabilis et grammaticis inter ipſos, et Philoſophis pugna eſt. Idem 10, 2 Nam in magnis quoque auctoribus incidunt vitioſa aliqua, et a doctis inter ipſos etiam mutuo reprehenſa. *Alias vtuntur reciproco in ſimili re:* Cic. Off. 1, 98 c. 28 Quod inter ſe omnes partes quodam lepore conſentiunt. *non,* Inter ipſas. Idem Off. 3, 45 c. 10 Damonem et Pythiam Pythagoraeos ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe. *non,* Inter ipſos. Ea de quibus plerique inter ſe digladiari ſolent Cic. Off. 1 c. 9. Cum inter ſe timerent Nep. 10, 4, 1. Philoſophi

loſophi pugnant inter ſe atque diſſentiunt Quinctil. Decl. 268 p. 507. *Alia reciprocationis exempla :* Multi dubitabant, quid ſibi expediret Cic. pro Marc. c. 10. Ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra Rep. percontatus eſt Idem in Somn. Scip. c. 1. Cum ſibi negotium daret Antonius Cic. Att. 15, 21. Hor. Sat. 2, 7, 83 Sapiens, ſibi qui imperioſus. Sibi *aliquando adiicitur ad* Suo, *nulla neceſſitate, ſed tantum cuiusdam feſtiuitatis gratia.* Cic. . . . Suo ſibi victitant ſucco. Columel. 12, 54 Singula ſuo ſibi iure abluito. Ter. Adelph. 5, 8, 36 Suo ſibi hunc gladio iugulo. Gell. 5, 10 Suo ſibi argumento confutatus eſt. Factus eſt conſul ſibi ſuo tempore Cic. de Amic. c. 3. Se, *aliquando ſimiliter abundare reperitur* Plaut. Caſ. 3, 3, 19 Hic ſodalis tuus Neſcio quid ſe ſufflauit vxori ſuae. Negauit poſſe, quando arceſſo, mittere. *Verum hic quidem locus aliter poteſt accipi. Magis huc pertinet illud,* Omnes homines, qui ſeſe ſtudent praeſtare Salluſt. Cat. *pr. Conf. Cort. ad h. l.* Seſe quisque hoſtem ferire properabant Idem Catil. 7, 6. Plaut. Truc. 2, 4, 85 Oſtendit ſeſe iam mihi medullitus, Se mihi infidelem nunquam, ſe viua, fore, *i. dum viueret, vel viuam. Certe* Seſe *idem eſt quod* Se *ſimplex.* Virg. Ecl. 3, 66 At mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas. Cic. pro Sext. c. 28 Virtus per ſeſe ſplendet ſemper. Gell. 5, 10 Is in diſciplinam Protagorae ſeſe dedit. Ter. Andr. 1, 1, 36 Cum quibus erat cumque vna, iis ſeſe dedere. *Vid. Barth. ad* Stat. Theb. 4, 611 p. 568. Abiicere ſe, *vid.* ABIICIO. Abripere ſe ab aliquo, *vid.* ABRIPIO. Auertit ſe ex oculis Virg. Aen. 4, 389. Colligere ſe, *vid.* COLLIGO. Ire ad ſe, *i. Domum ſuam.* Plaut. Men. 5, 2, 11 Repente expetit me, vt ad ſeſe irem. Deuertit Clodius ad ſe ad Albanum Cic. pro Mil. c. 19. *Ita* A ſe, *pro De ſuo.* Suet. Auguſt. c. 40 Singula millia numûm a ſe diuidebat. Per ſe, *dicunt boni ſcriptores, vt excludant ſocium, aut relationem quamcunque.* Nepos 8, 1, 1 Per ſe virtus ſine fortuna ponderanda eſt. Homo per ſe cognitus, ſine vlla commendatione maiorum Cic. in Brut. c. 25. Amicitia Per ſe et propter ſe expetenda Idem de Amic. c. 21. Ad ſe verſum, *vid.* AD, Praepoſitionem. Semper ſecum aliquid afferunt tuae literae Cic. Att. 10, 15. Filium perduxere illic ſecum Ter. Andr. 1, 1, 54. *Add.* Nep. 1, 3, 1. Secum eſſe, viuere Cic. de Senect. c. 14. — Habitare Perſ. 4, 52. *Conf.* SECVM. Virg. Aen. 1, 54 Secum dea corde volutans. Sibimet, *i. Sibi ipſi.* Sil. 13, 663 Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces. Semet, *Ablat.* Hor. Serm. 1, 6, 78 Semet prognatos. Sen. Epiſt. 108 p. 538 Ciceronis libros de Rep. cum Grammaticus explicuit — in commentarios refert SEPSE, id eſt, Seipſe.

SVVS, a, um, *infra ſeparatim ponitur.*

SVILLE, *et* SVILLVS, Adi. *vid.* SVS.

S V L

SVLCVS, i. m. [αὖλαξ] *Proſciſſio terrae in longum producta, in quo a* Scrobe *differt. Deriuari videtur, quod* Feſto *etiam placuit, a Graeco* ὄλκος, *quod tractum quendam ſignificat. Vnde* tertio, quarto, quinto ſulco *ſerere dicimus ; id eſt cum ter, quater, quinquies aratum eſt.* Plin. 18, 20 Quarto ſeri ſulco, Virgilius (Georg. 1, 47) exiſtimatur voluiſſe, quum dixit, optimam eſſe ſegetem, quae bis ſolem, bis frigora ſenſiſſet: *Verba ſunt*, Illa ſeges demum votis reſpondet auari Agricolae, bis quae ſolem, bis frigora ſenſit. *h. e. quae bis per aeſtatem, bis per hiemem aratur.* Ibid. Spiſſius ſolum, ſicut plerumque in Italia, quinto ſulco ſeri melius eſt, in Tuſcis vero nono. Cic. de Diuin. 2, 50 c. 23 Quum terra araretur, et ſulcus altius eſſet impreſſius. Varr. de R. R. 1, 29, 3 Qua aratrum vomere lacunam ſtriam facit ſulcus vocatur. *Add.* Cato c. 43. Virg. Georg. 1, 68 At ſi non fuerit tellus foecunda, ſub ipſum Arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco, *h. e. aratione molliorem laxioremque facere.* Ibid. 216 Vere fabis ſatio : tunc te quoque, Medica, putres Accipiunt ſulci. Putres ſulci, *bene ſubacti, vt facile in puluerem glebae redigantur.* Sulcus, *pro Foſſa ponitur in longum proſciſſa ad vinearum vel arborum ſurculos in ſeminario deponendos, quando et ipſa quaedam terrae proſciſſio tractus quidam terrae motae eſt.* Virg. Georg. 2, 289 Auſim vel tenui vitem committere ſulco. Paull. in l. Qui duo D. de ſeruit. ruſt. praed. Qui duo praedia confinia habuerat, ſuperiorem fundum vendiderat, et in lege ita dixerat : vt aquam ſulco aperto emtori educere in fundum inferiorem recte liceat. *De* ſulco *loquitur, qui fit ad aquam deriuandam fundi ſiccandi gratia.* Columel. 2, 2 Foſſas, *appellat, earumque alias vocat caecas, alias patentes.* Sulci, *inquit* Feſtus, appellantur, qua aratrum ducitur, vel ſationis faciendae cauſa, vel vrbis condendae : vel foſſura rectis lateribus, vbi arbores ſerantur. Virg. Aen. 1, 429 Pars optare locum tecto, et concludere ſulco. i. e. Foſſa, *vt ait* Seruius. Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 426 Et ora fatiſcunt Vulneribus, grandesque rubent in pectore ſulci. Sulcus, *inquit* Non. 6, 2 Omne quidquid in longitudine aculeatum eſt, dici poteſt, veterum auctoritate doctorum. *et adfert exempla nominis* Triſulcus. *Sed in eo non tam ad vſum agricolarum, quam ad originem ex* ὄλκος *reſpici, mihi videtur.* Leni canebant aequora ſulco Valer. Argon. 3, 32. Altus per gramina ſulcus Stat. Theb. 6, 312. Aquarius ſulcus, *vid.* AQVA. Vaſti ſulci in puluere Stat. Theb. 12, 273. Aequant ſata ſulcos Virg. Georg. 1, 113. Arent ſulci Ouid. Amor. 3, 10, 29. Delet ſulcos iterata priores orbita Stat. Theb. 6, 415. Ducere ſulcos tenui in puluere Iuuenal. 7, 48. Infindere ſulcos telluri Virg. Ecl. 4, 33. Infindunt pariter ſulcos Id. Aen. 5, 142. Infodere ſulcum, *vid.* INFODIO. Oblimare ſulcos inertes, *i. Steriles* Virg. Georg. 3, 136. Obruta ſemina longis ſulcis Ouid. Met. 1, 123. Obruta herba Cerealibus ſulcis, *i. In quibus frumenta naſcuntur* Ouid. Triſt. 1, 12, 11. Patefacere ſulcum impreſſo aratro Ouid. Met. 3, 104. Plin. 18, 19 Omne aruum rectis ſulcis, mox et obliquis ſubigi debet. ¶ 2 *Obſeruationes :* Sulcus, ὁλκὸς, *etiam tractum eminentem ſignificat vt* Pallad. Mart. 9, 11. *Sic* Apul. Met. 11 p. 240, 10 *de Iſide*, Dextra laeuaque ſulcis inſurgentium viperarum cohibita. *Metaphorice*, Sulco *etiam pro Natura muliebri vtitur* Lucret. 4, 1267. *Sic* Aruum, Hortus *etc.* *A librariis permiſceri* ſulcus *et* ſuccus *docet Burm. ad* Calpurn. Ecl. 4, 113.

SVLCVLVS, i. m. Dimin. [αὐλάκιον] Columel. de Arbor. 30 Surculis diſponi per ſulculos pedales conuenit.

SVLCVS, a, um. Adi. Columel. 5, 10, 11 Ficus ſulcae, *i. ſulcatae, fiſſae. Sed cum non alium adhuc auctorem habeat, et variet inſuper lectio, corruptus locus videtur : certe alius auctor nomini dum inueniatur, non temere illo vtar.*

SVLCO, āre. [αὐλακίζω] *Sulcos facere, Terram in ſulcos proſcindere.* Columel. 11, 2 In ſubacta iam terra latiores porcae ſulcar[illegible] Idem 2, 2 Bubulcum autem per proſciſſum ingredi oportet, alte[illegible] que verſibus obliquum tenere aratrum, et alternis recto, plenoque [illegible] care. Locus proſcinditur et ſulcatur Pallad. Nou. t. 1. A[illegible] ſulcare Tibull. 2, 3, 85. Aequor ſulcare Ouid. ex Pont. 1, 4[illegible] Cutem rugis Idem Met. 3, 276. Fluctus ſulcare remige Claud[illegible] ſext. Conſ. Hon. 276. Foſſas Varro R. R. 1, 29. Humum [illegible] care vomere Ouid. Triſt. 3, 10, 68. Maria alta carina ſulcat V[illegible] Aen. 10, 197. Maria ſulcare arbore, *vid.* MARE. Pedibus [illegible] care pruinas Propert. 1, 8, 9. Vada ſalſa carinae ſulcant V[illegible] Aen. 5, 158.

SVLCĀTVS, a, um. Partic. [ἠυλακισμένος] *Vt*, Aeq[illegible] ſulcata Senec. Agamemn. v. 434. Humus ſulcata Cl[illegible] de Rapt. Proſerp. 1, 186. Sulcatis Lateribus Ammian. 14, 9. [illegible] ra ſulcata colono Idem de quart. Conſ. Hon. 417. Rura ſul[illegible] vomere Lucan. 1, 168.

SVLCĀTOR, ōris. m. [αὐλακιστής] *Vt*, Sulcator nauita P[illegible] Sil. 7, 363. Lateris ſulcator opaci Vultur Claud. de Raptu [illegible] ſerp. 2, 340. Vndae vmbriferae ſulcator, *Charon* Stat. The[illegible] 18. — Nigri ſulcator Auerni Idem Theb. 11, 588. L[illegible] tini ſulcator campi Prudent. adu. Symmach. 2, 939.

SVLCĀTIM. Adu. *Per ſulcos. Neſcio vnde laudatur* Pompo[illegible] Gerens praeterea ſulcatim conciſam faciem.

SVLCĀMEN, ĭnis. n. *Sulcus.* Apul. Mileſ. 6 p. 174 Gleba[illegible] culae ſulcamina.

SVLFVR, *vid.* SVLPHVR.

SVLLA, SVLLANVS, SVLLATVRIO, *vid.* SYLLA.

SVLMO, ōnis. m. [Σουλμῶν] *Oppidum Italiae, Pelignae regi[illegible] Ouidii patria. Vnde ipſe ait,* Triſt. 4, 10, 3 Sulmo mihi patria eſt [illegible] dis vberrimus vndis Millia qui nouies diſtat ab vrbe decem. [illegible]*ctus* Sulmo *a* Solymo, *Aeneae comite, conditore eius vrbis* Idem Faſt. 4 *Meminit huius* Plin. 3, 5. Cn. Magnus Lentulo *ſub* Cic. Att. 8, 12 [illegible] partim Albae, partim Sulmone collocauit, neque ſi vellet expedire [illegible] ſet. Aquoſi Sulmonis hoſpes Ouid. Amor. 3, 15, 11.

SVLMONENSIS, e. Adi. Iuuen. Sat. 6, 184

Nam quid rancidius, quam quod ſe non putat vlla
Formoſam, niſi quae de Tuſca Graecula facta eſt,
De Sulmonenſi mera Cecropis?

SVLPHVR, *vel* SVLFVR, ŭris. n. [θεῖον] *In terrae gener[illegible] refertur a* Plinio 35, 15 *qui eſt claſſicus locus.* Quatuor eius gen[illegible] viuum, quod Graeci apyron vocant, naſcitur ſolidum h. e. globoſ[illegible] eo ſolo ex omnibus generibus medici vtuntur : caetera enim liqu[illegible] conſtant, et conficiuntur oleo incocta : viuum autem effoditur, t[illegible] lucetque et viret. Alterum genus appellant glebam, fullonum [illegible] tum officinis familiare. Tertio quoque generi vnus tantum eſt [illegible] ad ſuffiendas lanas, quoniam candorem tantum mollitiemque [illegible] fert : egula vocatur hoc genus. Quarto autem ad ellychnia ma[illegible] conficienda. Caetero tanta vis eſt, vt morbos comitiales depreh[illegible] nidore, impoſitum igni. Luſitet Anaxilaus eo, candens in calic[illegible] vo, prunaque ſubdita circumferens, exardeſcentis repercuſſu pall[illegible] dirum, velut defunctorum offundente conuiuis *etc. Sunt enim* [illegible] *multa, de vſu praeſertim medico. Conf.* Celſ. 5, 1 *et* 3. Vitr. [illegible] Colum. 6, 12. Pallad. 1, 35. Caeruleum ſulphur, *cum reſ*[illegible] *ad fumum* Claud. de ſext. Conſ. Hon. 325. Calido de ſulp[illegible] fumat aqua Ouid. de Arte Am. 1, 256. Lurida ſulphura [illegible] Met. 14, 791. Lutea ſulphura Idem ibid. 14, 351. Nig[illegible] Scribon. 250. Odorum ſulphur Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. [illegible] Puro de ſulphure fumi caerulei Ouid. Faſt. 4, 739. Sacrum [illegible] phur Perſ. Sat. 2, 25. *i. fulmen. Vid. Caſaub. ad h. l.* Viu[illegible] ſulphura Ouid. Met. 3, 374. Viuum ſulphur Ouid. Remed. A[illegible] 260. Scribon. 78. 95 *etc.* ¶ 2 *Maſcul.* Sulphure[illegible] reſinam feruentem imponis vngulis Veget. Mulomed. 1, 39. *C*[illegible] Tertull. adu. Prax. c. 16.

SVLPHVRŌSVS, a, um. Adi. Vitruu. 8, 3 Fontes ſulphur[illegible] Sulphuroſa admiſcere Cael. Aurel. Tard. 2, 7.

SVLPHVRĀTVS, a, um. Adi. [θειωτός] *Quod ſulphur h*[illegible] Plin. 31, 3 *ſub fin.* Depreſſis puteis ſulphurata vel aluminoſa occur[illegible] tia putearios necant. Vtilis eſt ſulphurata neruis Plin. 31, [illegible] *Aqua. Add.* Sen. Qu. Nat. 3, 2. Fontes Vitr. 8, 3. [illegible] ſulphurata Celſ. 4, 5. Scribon. 43. Merx ſulphurata Ma[illegible] 12, 57. Ramentum ſulphuratum Idem 10, 3. *Compar.* [illegible] do, ſulphuratiorem eis gehennam praeparabit Tertull. adu. Marc. [illegible]

SVLPHVRĀTA, ōrum. n. [τεθειωμένα] *Sunt lintea, f*[illegible] *vel quaecunque materia ſulphure adiecto parata, vt facile concipiant i*[illegible] *et propagent.* Martial. 1, 42 Qui pallentia ſulphurata fractis Perm[illegible] vitreis. Scintillae exceptae ſulphuratis aut fungis aridis vel f[illegible] dicto celerius ignem praebent Plin. 36, 19.

SVLPHVRANS, antis. Aquae ſulphurantes Tertull. [illegible] Valent. c. 15.

SVLPHVRATIO, ōnis. f. Senec. Nat. Quaeſt. 3, 15 Aut fr[illegible] aut aeſtus corrupere naturam, aut ſulphuratio contraxit humor[illegible] *Puto, hoc vult, ſulphureus vapor auſterum et acidum fecit humorem qui os contrahat :* contraxit, *contrahendi oris vim illi tribuit.*

SVLPHVREVS, a, um. Adi. [θειώδης] *Quod ſulphuris odor vel colorem reddit.* Plin. 36, 19 Quum vritur, odorem ſulphur[illegible] reddit. *Add.* Sen. Qu. Nat. 2, 21. Antra ſulphurea Stat. S[illegible] 1, 2, 264. Aquae Plin. 3, 12. Color ſulphureus Idem[illegible] Fornacibus ſulphureis ardet Aetna Ouid. Met. 15, 340. L[illegible] phurea Plin. 35, 15. Vndae Cocyti ſulphureae Stat. Theb. 1[illegible] Sulphureas Lactantius interpretatur Ardentes. Nunquam enim [illegible] ſulphur defluit niſi de loco flagranti : Sulphur enim terrae bullie[illegible] ſpuma eſt.

SVLPHVRARIA, ae. f. [θειωρυχεῖον] Locus vbi ſulphur coq[illegible] tur l. 8 §. 10 Dig. de Poenis, *it.* l. 52 §. 8 de Furtis.

SVLPICIA, *Gens Romana, literis praeſertim et eloquentiae la*[illegible] *florens. V. g.* C. Sulpicius Gallus, in exercitu P. Aemilii contra P[illegible] ſeum Eclipſin Lunae *mirantibus militibus eaque enarranda ſolicitu*[illegible] *exercitum liberauit. Vid.* Plin. 2, 12. Cic. Off. 1, 19 c. 6. S[illegible] vius Sulpicius, *de quo multa* Cicero in Epiſt. *cuius eſt praeſertim praeclara conſolatoria* 4, 5, *itemque ea, qua M. Marcelli mortem nar*[illegible] 4, 12 : *contra quem ita honorifice ſimul et acriter diſputat* pro Mura[illegible] *quem ob mortem in legatione ad Antonium obitam celebrat* Philipp. 9 *vbi de morte eius verba facit.* Praeclarus fuit Orator, vti n[illegible] Quinctil. 10, 1 Inſignem non immerito famam tribus orationibus [illegible] ruit. Sulpicius Apollinaris *grammaticus, quem non ſemel lau*[illegible] Gell.

...ius. *Hunc vocat* 4, 17 Virum praeſtanti literarum ſcientia. Sulpi...is Seuerus, *Niobrix Gallus, Hieronymo et Rufino contemporaneus, qui Auguſtin. in* Epiſt. 205. Virum doctrina et ſapientia pollentem *appellat. Scripſit* Vitam B. Martini, duos libros de Sacra hiſtoria, nec non et Epiſtolas quaſdam et Dialogos. *Ioſ. Scaliger eum vocauit purissimum inter Eccleſiaſticos ſcriptorem. Vid. Proleg. ad Emend. Temp.* p. 5. Sulpicia, *mulier pudiciſſima* Plin. 7, 35. Sulpicia docta Tulli *etc.*

SVLTIS, [εἰ βούλεσθε] *Veteres dixerunt, pro* Si vultis, *vt* Sis, *pro* Si vis. Plaut. Capt. 2, 3, 96 Seruate iſtum ſultis, intus ſerui, ne quoquam pedem efferat ſine cuſtode. Idem Aſin. Prol. 1 Hoc agite ſultis, ſpectatores, nunc iam. *Add.* Idem Stich. 1, 2, 8.

S V M

SVSTINEO, ui, entum, ěre. [ὑφίστημι, ὑπέχω, ὑπομένω, βαστάζω, ἀνέχομαι] *Tenere ſubeundo praeſertim, et ſubiiciendo humeros.* Cic. de Nat. Deor. 2, 28 Ex quo concluditur, quum omnes mundi partes ſuſtineantur calore, mundum etiam, *etc.* Plin. 12, 25 Vineae ſine adminiculo ipſae ſuſtinent. Niſi ſubſidium ſibi mittatur, ſe diutius ſuſtinere non poſſe Caeſ. B. G. 2, 6 *extr.* Liu. 5, . . . Compreſſique a Centurione, quem ſibimet ipſi praefecerant, rem in noctem ſuſtinuerunt. Ter. Phorm. 2, 1, 33 Prima coitio eſt acerruma: ſi eam ſuſtinueris, poſtilla iam, vt lubet ludas licet. Suſtinere *ergo eſt impetum hoſtis excipere.* Sic Cic. Ac. 4, . . . Philo, quod ea ſuſtinere vix poterat, quae contra Academicorum pertinaciam dicebantur. *Vid.* Concurſum ſuſtinere n. 2. Plin. Epiſt. 1, 12 Et cur (inquit) me putas hos tantos dolores tamdiu ſuſtinere? Ouid. Amor. 3, 9, 44 Quae tantum ſuſtinuere rogos, flammas quae eſſerunt hoc corpus. Cic Fam. 9, 8 Exſpectabam omnino ſtudio, neque ſuſtinebam, ne ad te prius ipſe quid ſcriberem, quam aliquid accepiſſem. *Hinc* Suſtinere *pro exſpectare.* *Vid.* Tert. Apol. c. 35 ad oenit. c. 6 *et* adu. Iudaeos c. 6. *et* ad Mart. c. 2. Vulg. Iob. 5, 9. *et* Eccli. 26, 5. *Inprimis de debitorum ſolutione.* Suſtinenda ſolutio eſt nominis Caerelliani Cic. Att. 12, 51. Exſpectes, et ſuſtineas, Auguſte, necesse eſt, Nam tibi quod ſoluat, non habet arca Iouis Martial. 9, 4. In quam nomina lentus ac ſapiens creditor fecit, qui ſuſtinuit, *etc.* ... *conſ.* Cic. Acad. Qu. Praef. Idem. Acad. 4, 68 Suſtinenda ... tius omnis aſſenſio, ne praecipitet, ſi temere proceſſerit. Ab aſſenſu ſe ſuſtinere Idem Acad. 4, 48. Id. ibid. 4, 164 Quum ſe a ... dendo vt aut approbet quid, aut reprobet, ſuſtineat, vt neque ... aliquid neque ait. A lapſu ſuſtinere ſe Liu. 21, 35. Non ... o, *pro Nequeo non audeo, nolo.* Quinctil. 2, 4 Nec enim huius ... licium differre ſuſtineo Ouid. Faſt. 4, 850 Nec iam ſuſpendere ... um Suſtinet. *Add.* Id. Amor. 2, 9, 39. Tu ne rogari ... m ſuſtinuiſti Plin. Paneg. c. 26. Curt. 6, 9 Suſtinuit ... re mihi, *i. auſus eſt.* Sueton. Calig. cap. 30 Hanc vt crudeliſſimam ... aedem et defleuit edicto; et eos, qui ſpectare ſuſtinuiſſent, exſe... eſt. *Conf.* Iuuenal. 15, 88. Ouid. Met. 6, 563 Suſtinet ad ... rem poſt talia facta reuerti. *i. Audet.* *Sic* Pontificatum maximum auferre non ſuſtinuit Suet. Aug. c. 31. Aliquem ſuſtinere, *pro preces differre, et poſtulata negare.* Ouid. Faſt. 5, 76 Et Numitor ... viſſe poteſt, Da Romule menſem Hunc ſenibus: nec auum ſuſtinet ... ſe nepos. ¶ 2 *Reliqua literarum ordine ponemus:* Aciem ſuſtinere, *vid.* ACIES. Aeſtus ſuſtinere Ouid. Met. 2, 228. Extremum Agmen Caeſ. Bell. Ciu. 1, 64. Tu interea, dum legit, ... m ſuſtine Apul. Apol. p. 298. Artus infirmos baculo ſuſtinere Ouid. Met. 6, 27. Artus titubantes ſuſtinere ferula Idem ... 4, 27. Cic. ad Brut. 7 Apuleium vero tu tua Auctoritate ſuſtinere debes. Caſus fortuitos magno animo ſuſtinere Columel. 1. Cauſam alicuius rei ſuſtinere, *cui imputatur* Cic. Verr. 3, 53. Id ... t. 13 Nonne furor eius omnem Cauſam ſuſtinet? *Conf.* Id. Acad. Qu. Praef. *et* Fam. 6, 6. Cic. Diu. in Caec. 27 In mentem tibi non venit, quid negotii ſit Cauſam publicam ſuſtinere, vitam alterius totam explicare? *i. tueri, vt qui perſonam ſibi impoſitam perfert.* Ibid. Tamen ... eſſet magnum tantam Cauſam, tam exſpectatam, et diligentia conſequi, et memoria complecti, et oratione exponere, et voce et viribus ſuſtinere. *h. e. Defendere.* Cic. pro Domo 142 c. 56 Reuocate iam animos veſtros ab hac ſubtili noſtra diſputatione ad vniuerſam Remp. quae antea cum viris fortibus multis, in hac vero cauſa ſolis veſtris ... Ceruicibus ſuſtinetis. Cibo aliquo ſuſtineri Columel. 8, 4. Cognitiones *i. differre.* Calliſtratus l. Iterdum D. de iudiciis. Concurſum ... philoſophorum *tanquam impetum hoſtis* Cic. Acad. 2, 70. ... ic. pro Quint. 62 At quis erat procurator? credo aliquem eiectum hominem egentem, litigioſum, improbum, qui poſſet ſcurrae diuit quotidianum Conuicium ſuſtinere. *Sic* Id. Verr. 5, 102 Videbat illis ... narchis teſtibus tantum hoc crimen ſuſtinere ſe nullo modo poſſe. Id. Att. 5 Vt iam ne iſtius quidem rei culpam ſuſtineam, quod minus diu fuerim in prouincia, quam fortaſſe fuerit vtile. Cic. Att. 6, 15 Cum enim ardet Syria bello, et Bibulus in tanto moerore ſuo maximam curam ... bel ſuſtineret, *etc.* Idem Fam. 10, 7 Interim hic maximam ſollicitudinem curamque ſuſtineo. Currum ſuſtinere *h. e. Retinere, et* ... Idem Att. 13, 21. *Vid.* INHIBERE. Idem de Amicit. 54 Eſt igitur prudentis ſuſtinere, vt curſum, ſic impetum beneuolentiae quo vtamur quaſi aequis tentatis, ſic amicitiis, aliqua parte periclitatis moribus amicorum. Diem extremum fati ſuſtinet, *Moriturus te exſpectat* Ouid. Epiſt. ... 1, 1. Cic. Off. 1, 124 c. 34 Eſt igitur proprium munus Magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis, debereque eius Dignitatem et decus ſuſtinere, ſeruare leges, iura deſcribere. Caeſ. Bell. Gall. 4, 33 ... tantum vſu quotidiano et exercitatione efficiunt, vt in decliui ac praecipiti loco incitatos equos ſuſtinere, et breui moderari ac flectere didicerint. Cic. Acad. 4, ... Ego enim, vt agitator callidus, priusquam ad finem veniam, equos ſuſtinebo. Idem Off. 3, 6 Suſtinet enim non paruam exſpectationem imitandae induſtriae noſtrae, ... iam honorum, nonnullam fortaſſe nominis, *ſuſtinendam habes, vt adiſpiſcariam tibi propoſitam. Sed plus eſt.* Idem Fam. 2, 1 Sic ad nos confirmatus reuertare, vt quam Exſpectationem tui concitaſti, hanc ſuſtinere ac tueri poſſis: *i. excipere in quantum te premit vt onus, vt hoſtis, tueri, vt iudicium verum.* Idem Att. 9, 9 De te et tua fide et ... etate idem mehercule mi Cicero ſentio quod tu, non poſſe tuam Famam et officium ſuſtinere, vt contra eum arma feras, a quo tantum beneficium te accepiſſe, praedices. Senec. de Ira 3, 20 Suſtinebant Famem primo tenerrima frondium, et cacumina arborum: tum coria igne mollita, et quidquid neceſſitas cibum fecerat. Feras crudeles ferro ſuſtinuere Rutil. 1, 3 6 *i. exceperunt.* Grauius ſuſtinere, *Reprimere* Ouid. Faſt. 6, 598. Cic. Att. 11, 25 Iam enim corpore vix ſuſtineo Grauitatem huius caeli, qui mihi laborem adfert in dolore. Idem pro Flac. 94 De ſumma Reip. taceo: quam vos vniuerſam in hoc iudicio veſtris Humeris, veſtris inquam, humeris iudices ſuſtinetis. Caeſ. Bell. Gall. 1, 31 Hominem eſſe barbarum, iracundum, temerarium, non poſſe eius imperia diutius ſuſtineri. Id. B. G. 1, 24. Cic. Off. 3 Athenienſes quum Perſarum Impetum nullo modo poſſent ſuſtinere. Incurſum alicuius Ouid. Met. 3, 82. *Vid.* Concurſum, Praelia, Pugnam, ſuſtinere. Iniuriam ſuſtinere dicitur ſementis, *quae etiam non corrumpit, cui* Perire *opponitur* Columel. 2, 9. Labentem excepit, corruere non ſiuit, iuſſit et ſuſtinuit, re, fortuna, fide, hodieque ſuſtinet Cic. pro Rabir. Poſt. 43. Labores Ouid. Met. 8, 5.0. Laborem propter ambitionem Cic. Att. 1, 14. Mali nihil eſt, quod non et ſuſtineam et exſpectem. Idem Att. 11, 11. Idem Poſt red. in Senat. 9 Magnitudinem tanti imperii, nec intueri, nec ſuſtinere, nec capere potuerunt. Manum ſuam ſuſtinere dicitur deus, *Quando retrahit* Ouid. Faſt. 5, 302. Idem de Arte Am. 2, 486 Suſtinet immundum ſima capella marem, *vt* Subire, ſubſidere. Molem huius inuidiae vix ſuſtinebo Cic. in Catil. 1, 23 c. 9. Multum furoris ille enim ſuſtinuerat, hic erroris Idem pro Deiot. 36. Multitudinem tantam ſuſtinere non poſſum ſolus cum iſta copia Idem Att. 8, 19. Munera Idem de Senect. 34. Munus magnum de aliqua re ſuſtinere Idem de Clar. Orat. 113. Idem Fam. 10, 12 Qui quod conſulares aberant, conſulare munus ſuſtinebat more maiorum. Muneris aliquid in Rep. fungi ac ſuſtinere Idem Verr. 3, 199. Negotia Hor. Epiſt. 2, 1, 1. Negotium totum gubernare, et ſuis humeris ſuſtinere Idem pro Milon. 29 c. 9. Nomen ciuitatis ſua auctoritate ſuſtinere Idem pro Flacc. 54. Nomen publicani Idem Q. Frat. 1, 1. Obtrectatores equidem facillime ſuſtineo, ſed impediunt tamen Idem Fam. 11, 14. Idem Fam. 2, 5 Totum negotium non eſt dignum viribus noſtris, qui maiora Onera in Rep. ſuſtinere et poſſum et ſoleam. Idem Fam. 2, 10. Idem lib. 5, 9 Hoc quidquid eſt Oneris ac muneris, pro mea dignitate tibi tuendum ac ſuſtinendum puta. Onus Aetna grauius Id. de Sen. c. 2. Onus ſuſcipere quod ſuſtinere non poſſis Idem pro Roſc. Amer. 112 c. 38 *extr.* Idem Att. 3 Intelligeque multas Partes meae ſalutis et ſuſcipere et poſſe ſuſtinere, neque vt ita facias rogandum eſſe. Tacit. Ann. 3, 53 Quia non Aedilis, aut Praetoris, aut Conſulis Partes ſuſtineo. Cic. de Orat. 2, 102 Tres Perſonas vnus ſolus ſuſtineo ſumma animi aequitate, meam, aduerſarii, iudicis. *Conf.* Id. ad Quint. Frat. 1, 1. Perſonam magiſtri Suet. de Clar. Grammat. 24. *Vid.* ſimulationem ſuſtinere. Poenam ſubire ac ſuſtinere Cic. pro Domo 101. Poenam ſempiternam ſuſtinere Idem Poſt red. ad Quirit. 1. *Sed* Poenam ſuſtinere *etiam ſignificat exſecutionem differre* Vlpian. l. Si quis filio. §. Qui tamen D. de iniuſt. teſtam. Tametſi prouocantis appellatio non fuerit recepta; poena tamen ſuſtinenda eſt, quoad princeps reſcripſerit ad literas praeſidis. Idem Fam. 9, 11 Quod ſcribis, praelia te mea cauſa ſuſtinere, non tam id laboro, vt ſi qui mihi obtrectent, a te refutentur quam intelligi cupio, quod certe intelligitur, me a te amari. Pugnam Liu. 7, 28. Remp. ceruicibus Cic. pro Domo c. 56. Cic. Fam. 15, 14 Abſens hominum ſermones facilius ſuſtinebis. Seruitutem ferre et ſuſtinere Idem Tuſc. 5, 16. Idem Fam. 1, 9 Idque non ſolum fronte atque vultu, quibus Simulatio facillime ſuſtinetur, declarant ii, qui tum noſtro illo ſtatu, *(tanquam* Perſona) optimates nominabantur, ſed etiam ſenſu ſaepe iam, tabellaque docuerunt. Idem Fam. 11, 10 Non ſi Varronis theſauros haberem, ſuſtinere Sumtum poſſem. *Vetus exemplar habet* Sumptui. Plaut. Bacch. 3, 3, 32 Ille innocens, ſuſpicionem hanc ſuſtinet cauſa mea. *Vid.* Idem Milit. 2, 4, 35. Liu. 31, 24 Suſtinebant tela, ne in permiſtos hoſtibus ſuos coniicerent *i. non emittebant.* Vitam Maecenas *ap.* Sen. Epiſt. 101. Vultum Annibalis armati exercitus nequeunt ſuſtinere Liu. 23, 9. ¶ 3 Suſtinere, *Alere, reficere.* Alterius munificentia ſuſtineri Liu. 39, 9. Tuae facultates me ſuſtinent Cic. ad Quint. Frat. 1, 1. Neceſſitates aliorum Liu. 6. 15 *extr.* Curt. 7, 4, 24 Milites fluuiatili piſce et herbis ſuſtinebantur. Virg. Georg. 2, 515 Hinc patriam, paruosque nepotes Suſtinet.

SVSTINENS, entis. Partic. Curt. 8, 2, 27 Ne illo quidem adminiculo ſuſtinente. Suſtinentium humeri Tac Hiſt. 4, 15, 4. Nullo hoſtium ſuſtinente nouum adſpectum Tacit. Germ. 43, 6.

SVSTINENTIA, ae f. *Vt*, Caritatis ſuſtinentia Vulg. Interp. 1 Theſſ. 1, 3. *Add.* Sirac. 2, 13.

SVSTENTO, āre. [ἀνέχω, βαστάζω] Frequent. Plaut. Capt 5, 1, 4 Quumque ex miſeriis plurimis me exemerunt, quae (*pro* quas *f.* quae mala) adhuc te carens, dum hic fui, ſuſtentabam. *i. toleraui.* Aciem ſuſtentare, *vid.* ACIES. Suſtentare, *Alere, reficere:* Plaut. Stich. 4, 2, 8 Valuiſtin' bene? P. ſuſtentaui ſedulo. *h. e. Dedi operam, vt viuerem, et corpus ſuſtentarem.* Ter. Adelph. 3, 4, 36 Vt captus eſt ſeruorum, non malus, neque iners alit illas: ſolus omnem familiam ſuſtentat. Suet. de Clar. Grammat. 14 Defuncto eo, filiisque eius ſchola ſe ſuſtentauit. Cic. Tuſc. 1, 43 Eaque ei demum naturalis eſt ſedes, quum ad ſui ſimilem penetrauit, in quo nulla re egens alitur, et ſuſtentabitur iisdem rebus, quibus Aſtra ſuſtentantur et aluntur. Id. Fam. 4, 13 Ipſe enim pari fortuna abiectus, aliorum opibus Caſus meos ſuſtentabam. Domum et pacem ſuſtentauit Tacit. Ann. 1, 4. Egeſtatem et luxuriam domeſtico latrocinio ſuſtentare Cic. Poſt red. in Senat. 10. Famem ſuſtentare Caeſ. Bell. Gall. 7, 17. Hoſtes Virg. Aen. 11, 873. Inopiam ſuſtentat ſpes Idem Bell. Ciu. 3. Laborem ſpe otii ſuſtentare Salluſt. ad Caeſar. de Rep. ordinand. Mentes hominum cogitationesque ſpes ſuſtentat Cic. pro Flacc. 3. Morbum Sueton. Tiber. c. 72. Idem Att. 3, 22 Te rentiam vnam omnium aerumnoſiſſimam ſuſtentes tuis Officiis. Parſimoniam alicuius ſuis ſumtibus ſuſtentare Idem pro Cael. 38. Suſtentes Rem, dum Nero veniat Idem Fam. 13, 64. *i. ſtatus integram differendo.* Non Scientia iuris, ſed eloquentia ſuſtentari Idem de Orat 1, 239. Subſidiis et liberalitate aliquorum ſuſtentari Idem de Prouin. Conſul. 12. Idem Fam. 16, 21 Vt poſſum, ex meis anguſtiis illius ſuſtento Tenuitatem. Idem Fam. 7, 1 Tu modo iſtam imbecillitatem Valetudinis tuae ſuſtenta et tuere. Valetudo ſui corporis notitia et obſeruatione ſuſtentatur Idem Off. 2, 86 c. 24. Vitia alicuius ſuſtentare Salluſt. in Catil. c. 53. ¶ 2 Cic. Fam. 14, 4 Quod reliquum eſt, ſuſtenta te mea Terentia vt potes: *ne iacias*

iaceas nimis in luctu aut ſpem omnem abiicias. Me vix miſereque ſuſtento *Idem* Att. 3, 6. Idem Acad. 4, 48 At enim ipſe ſapiens ſuſtentat ſe in furore, ne approbet falſa pro veris, et alias quidem ſaepe. Idem Fam. 6, 4 Tu velim te, vt debes et ſoles, tua virtute ſuſtentes. Idem Att. 10, 4 Praeclara igitur Conſcientia ſuſtentor, cum cogito me de Rep. aut meruiſſe optime quum potuerim: aut certe nunquam niſi diuine cogitaſſe. Idem Att. 4, 9 Sic Literis ſuſtentor et recreor, maloque in illa tua ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, quam in iſtorum ſella curuli. Idem de Clar. Orat. 330 Ea conſolatione ſuſtentor, quam tu mihi Brute adhibuiſti tuis literis ſuauiſſimis. Suſtentare aliquem, *Suſtinere et fouere* Idem Q. Frat. 2, 3. Fide aliquos ſuſtentare Idem pro Rabir. Poſt. 4. Suſtentare, *pro Differre.* Idem Q. Frat. 2, 9 Aedificationem Arcani ad tuum aduentum ſuſtentari placebat. Suſtentare malum, *Perferre* Liu. 2, . . Quum ſuſtentare vix poſſes moerorem tuum, doloremque deceſſionis Idem in Piſon. 89. Suſtentatum eſt, *imperſonale*: Caeſ. Bell. Gall. 2, 6 Id ex itinere magno impetu Belgae oppugnare coeperunt. Aegre eo die ſuſtentatum eſt. *de Bibracte, Rhemorum oppido, loquitur.*

SVSTENTANS, antis. Partic. *Vt,* Hoſtes legionum impetus ſuſtentantes Hirt. Bell. Hiſp. 17. Miles ſeque et arma ſuſtentans Curt. 8, 4, 15.

SVSTENTATOR, ōris. m. Quinctiliano *vſurpatum eſſe dicitur.*

SVSTENTĀTVS, a, um. Salluſt. Iugurth. 56 Milites paulliſper a rege ſuſtentati. Moles ſuſtentata Lucret. 5, 96. Puppis ſuſtentata Virg. Aen. 10, 304.

SVSTENTĀTVS, ûs. m. Apul. Apol. p. 287 Sunt in vita humana tempeſtates: leuia ſuſtentatui, grauia demerſui. Cuius ille ſuſtentatu ad vsque Phaeacum litus euadit Auſon. Perioch. Odyſſ. Hom. 5.

SVSTENTATIO, ōnis. f. [ἀνοχὴ] *Suſtentandi actus.* Cic. de Inuent. 2, 146 c. 49 Deinde ex lege vtrum ſtatim fieri neceſſe, vtrum habeat aliquam moram et ſuſtentationem. *Vid.* Quinct. 9, 2. Suſtentatio corporis mortalis, Firmic.

SVSTENTABILIS, *vnde* Inſuſtentabilis, *v. v.*

SVSTENTACŬLVM, i. n. *Fulcrum, ſeu quidquid id eſt, quod ſuſtentat.* Tacit. Hiſt. 2, 28, 3 Sin victoriae ſanitas, ſuſtentaculum, columen in Italia verteretur. *Pro Alimento poſuit* Auguſt. de Morib. Eccleſ. Cathol. c. 33 Viliore victu viuere, placet, minimeque ſumtuoſo corporis ſuſtentaculo aetatem tranquillam ducere. *Conf.* Id. adu. Iulian. l. 4 c. 14. *Barth. ad* Paullin. Petroc. 4, 430.

SVSTOLLO, ſuſtuli, ſublātum, ere. [ἀνατείνω, αἰωρέω, ἐπαίρω] *Pro ſimplici* Tollere *vſurpatum fuiſſe, ſatis apparet, quod* Suſtuli *Praeteritum aſſignant Grammatici verbo* Tollo. Virg. Aen. 2, 153 Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas. Plaut. Ciſt. 1, 1, 117 Amiculum hoc ſuſtolle. *it.* Poen. 1, 2, 136. *et* 5, 3, 45. Haecine ſunt meae filiae? Quantae e quantillis iam ſunt factae? AG. Scin quid eſt? Graecae ſunt haec columnae, Suſtolli ſolent. Lucret. 4, 904 Multaque per trochleas et tympana pondere magno Commouet, atque leui ſuſtollit machina niſu. Catull. Epithal. ſ. 63, 235 Candidaque intorti ſuſtollant vela rudentes. Cum magna omnium laetitia ſuſtollit cenſum Lact. de Mort. Perſ. c. 36. *i. aufert.* Qua ſemet ſidera porro Suſtollunt Auien. in Arat. v. 631 *i. extollunt. add. ib.* v. 577. Suſtollere in equum Cic. pro Deiot. 28 c. 10. Onus ſuſtollere rerum aduerſarum rigida ceruice Sen. Epiſt. 72. Plaut. Ciſt. 2, 3, 8 Dico ei, quo pacto eam viderim ab hippodromo herilem filiam noſtram ſuſtollere. *Sed* Suſtollere, *Educare*: Cic. Tuſc. 3, 28 c. 13 Ego cum genui, tum moriturum ſciui, et ei rei ſuſtuli. *Verum hoc Praeſenti* Tollo *malim adſcribere.*

SVSTOLLENS, entis. Partic. [ἀνατείνων] Catull. Argon. ſ. 63, 210 Dulcia nec moeſto ſuſtollens ſigna parenti.

SVBLĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. *Vid.* TOLLO.

SVBLATE, SVBLATIO, *vid.* TOLLO.

SVSVM, *et* SVSVS, *pro* Surſum. *Antiquum.* Varr. . . Cliuus proximus a Flora, ſuſus verſus. *Conf.* Id R. R. 1, 6, 3. *et ibi Victor.* Cato 157, 15 Ita ſubducito ſuſum animam, quam plurimum poteris. *Add. Ioſ. Scalig. ad* Auſon. p. 44.

SVSVRRVS, i. m. [ψιθυρισμὸς, ψιθύρισμα] *Paruum et ſummiſſum murmur, non hominum modo loquentium, ſed etiam arborum et frondium.* Cic. Tuſc. 5, 103 c. 36 Leuiculus ſane noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro ſe delectari dicebat, aquam ferentis mulierculae. Hor. Serm. 2, 8, 78 Tum in lecto quoque videres Stridere ſecreta diuiſos aure ſuſurros. Iuuen. Sat. 4, 110 Tenui iugulos aperire ſuſurro. Blandos audire ſuſurros Propert. 1, 11, 13. Humiles ſuſurri, *Murmura tacite precantium* Perſ. Sat. 2, 6. Lenes ſuſurri Hor. Carm. 1, 9, 19. Leuis ſuſurrus Virg. Ecl. 1, 56. Occultus ſuſurrus Claud. in Eutrop. 1, 36. *Al.* Dolor. Tacito ſuſurro mala vota concipere Lucan. 5, 104. *i. cultis precibus.* ¶ 2 *De inſidioſis criminationibus*, Diſſeminare mordaces ſuſurros Ammian. 20, 2. Ne reſpexeris clandeſtinas exiſtimationes, nullisque magis quam audientibus inſidiantes ſuſurros. Plin. Paneg. c. 62 *extr.* Per arcanos ſuſurros nutrimenta factis criminibus ſubſerere Ammian. 14, 11.

SVSVRRVS, a, um. Adi. [ψίθυρος] Ouid. Met. 7, 825 Procrin adit, linguaque refert audita ſuſurra, *vt ſit* lingua ſuſurra, *quod placet Burmanno: ſed nec diſſimulat, eſſe qui legant* audita ſuſurra, *i. auditos ſuſurros, vel adeo* linguaeque r. a. ſuſurra. *Quin Gronouio placuit* lenique refert audita ſuſurro. *Adeo nihil certi eſt.* Dubioque auctore ſuſurra, *neutro plurali pro* ſuſurros *ſunt etiam qui legant* Met. 12, 61.

SVSVRRO, āre. *vel* SVSVRROR, āri. [ψιθυρίζω, τονθορίζω, ὑποφωνέω] *Furtim et ſummiſſa voce loqui.* Ter. Andr. 4, 5, 49 Iam ſuſurrari audio, ciuem Atticam eſſe hanc Martial. 2, 44. Aure ſuſurrare, *In aurem* Ouid. Met. 3, 643. Tractimque ſuſurrant *Apes* Virgil. Georg. 4. 260. Cum aliquo ſuſurrare de aliquo Ouid. Ep. 19, 19. Secum ſuſurrare Martial. 2, 44. Fama ſuſurrat Ouid. Epiſt. 21, 233.

SVSVRRANS, antis. Suſurrantis vada lymphae Virgil. Cul. v. 118. Aura ſuſurrantis venti Idem ibid. v. 111.

SVSVRRĀTIM. Adu. Mart. Capell. 6 Alicui ſuſurratim decenter arridere.

SVSVRRĀMEN, ĭnis. n. Idem lib. 7 Hilaro ſuſurramine reſpondere. *Et* Apul. Met. 1 p. 103 Magico ſuſurramine.

SVSVRRATIO, ōnis. f. [τονθορισμὸς] Cael. ad Cic. Fam. 8, 1 Quod ad Caeſarem attinet, crebri et non belli de eo rumores, ſed ſuſurrationes duntaxat veniunt. *Sunt qui legant* Suſurratores.

SVSVRRATOR, oris. m. [ψιθυριστὴς Gloſſ. Cyr.] Vulg. Eccleſ. 5, 17. *Conf.* SVSVRRATIO.

SVSVRRO, ōnis. m. [ψιθυριστὴς] *Qui occulte male dicendo, odium in aliquem aut diſſenſionem molitur.* Sidon. Epiſt. 5, 7 Suſurronum faece aures completas. Lingua ſuſurronis et bilinguis Pet. Chry Sermon. 53.

SVSVRRIŌSVS, a, um. Adi. ψιθυριστὴς Cyrill.

SVSVRRVS, ûs. m. Vox hominis fiſtula ſuſurru iucu Apul. Flor. 3 p. 357.

SVSVRRIVM, i. n. Vulg. Iobi 4, 12.

S V T

SVTATES, *dicuntur quaſi Continue ſuentes, vel ſtantes in ſu Sic olim, cum legerent* Plaut. Aul. 3, 5, 39 Sedentarii, ſutates, diab rii. *Sed nunc eſt* Sutores.

SVTĒLA, ae. f. [δολοπλοκία] Doloſa aſtutia, a ſimilitudine tium dicta, auctore Feſto. Plaut. Capt. 3, 5, 34 Atque ob ſutela te morti miſero, vel te interiiſſe, vel periiſſe praedicent. F tius vero Sutelam dici *putat*, quaſi Subtilem telam, affertque plum ex Plauti Caſ. 1, 1, 17 Poſſis, necne, clam me ſutelis tuis ripere Caſinam vxorem, proinde vt poſtulas?

SVTELOSVS, a, um. δικοῤῥαφος Gl. Gr. Lat.

SVTERNA, ae. f. [ῥαφία] Sutura, ſiue opus ſutorium. Quod ſuternas facere inſcius nihil homo agis. Alii Sutrinas l *Vid.* Nonium 2, 760. *Add.* Apul. Flor. p. 346, 35 *vbi ſimilis varie*

SVTILIS, *et* SVTOR, *vid.* SVO, ĕre.

SVTRINA, SVTRINVM, *etc. vid. poſt* SVTOR SVO, ĕre.

SVTRIVM, i. n. *Vrbs mature ſocia Romanorum.* Plaut 3, 1, 10 Sed facito dum memineris verſus, quos cantat Colax, cum ſuo veniant, quaſi eant Sutrium. Feſtus: Sutrium quaſi vtique in Prouerbium abiit ex tali cauſa: Gallico tumultu quo edictum eſt legiones Sutrii vt praeſto eſſent cum cibo ſuo, quod pari coeptum eſt in iis, qui ſuis rebus opibusque officii id praeſt quibus deberent: *et laudat verſiculos Plauti, quos modo dedimus, ſpici aliis videtur ad eandem hiſtoriam, quam narrat* Liu. 6, 3. *vb certe apparet, ſumma celeritate et ſtudio rem geſtam, vt Sutrinis ſu vitate expugnatis, illa a ſolis Romanis militibus eodem die recepta c reſtitueretur. Sed haec acta poſt tumultum Gallicum, tamen millo.* Coloniam Romanam *fuiſſe docet* Vell. Paterc. 1, 14.

SVTRINI, ōrum. m. Pl. Incolae Sutrii Liu. 6, 3.

SVTRIVS, a, um. Adi. *Vt,* Sutria tecta Sil. 8, 492.

SVTVRA, *vid.* SVO, ĕre.

S V V

SVVS, a, um. [ἑὸς, σφὸς] *Pronomen reciprocum: ſed quod tiui etiam vicem ſaepe ſuſtinet, vid.* SVI. Plaut. Merc. Pro Mihi talentum argenti ipſe adnumerat ſua manu. Ter. Ph 2, 4, 14 Suus cuique mos. *Iucunda Pronominum coniunctio etiam pleonaſmo.* Cic. Att. 14, 22 Suam cuique ſponſam, mihi n ſuum cuique amorem, mihi meum. Cic. pro Roſc. Am. c. 24 quemque fraus, ſuus terror maxime, ſuum quemque ſcelus agitat. Ecl. 2, 65 Trahit ſua quemque voluptas. Perſ. 5, 52 Velle cuique eſt. Cic. de Orat. 2 c. 85 Sua cuique laus propria del Liu. 3, 22, 6 Equites item ſuae cuiusque parti poſt principia col *Multa hic ſimilia Gronou. Duker. Drakenb.* Suis eum certis p isque criminibus accuſabo Cic. Verr. 1, 43. Plaut. Capt. P Sed is quo pacto ſeruiat ſuo ſibi patri. *Et iterum* 46 Sc ſcientes ſua ſibi fallacia. *Sic* Ter. Adel. 5, 8, 35 Suo ſibi g hunc iugulo: *eſt, Suo proprio gladio iugulo.* Minerua p dicitur interemiſſe, virginitatem ſuam violare conantem Ci Nat. Deor. 2, 59. Ter. Heaut. 2, 3, 92 Cedo quid hic facie (*amica*) an ea quoque huius dicetur? Idem Hec. 4, 4, 38 M quod ſuaſit ſua Adoleſcens mulier fecit. Cic. Att. 10, 11 Ind illi quidem ſuus pater ſemper. Nep. 5, 3, 2 Incidit in eand inuidiam, quam pater ſuus. Idem 25, 10, 4 Antonius tanto o ferebatur in Ciceronem, vt non ſolum ei, ſed etiam omnibus ami ſuis eſſet inimicus. *Eius habent alii non minus boni libri: et ſic d etiam Heuſingerus, qui tamen non negat, ſic ſolere* Cornelium, lau *que* 1, 1, 1. 5, 3, 1. 6, 1, 2. 7, 2, 1. 23, 8, 4. *Sic* Ouid. Met. 8, 640 Q que ſuus coniux riguo collegerat horto Truncat olus foliis, *vbi po eius vel* ipſius *ponere.* Cic. Att. 3, 19 Lege enim collegii ſui tenebantur. Eidem 6, 12 Non deſtiti rogare et petere mea c ſuadere et hortari ſua. Eidem 10, 4 Indulſit illi quidem ſuu ter ſemper. Suus proprius, *vid.* PROPRIVS. Suae aetatis h *i. Maior viginti quinque annis:* Modeſtinus in l. Ex duobus D. d got. geſt. Ex duobus fratribus, vno quidem ſuae aetatis, alio verc nore annis. Suus heres, *et* Suum ſeruare, *i. Proprium.* Suum cu Petron. c. 40. Vt ad ſuum quisque perueniat Id. pro Quint. 1 Cic. pro Roſc. Amer. 67 c. 24 Sua quemque fraus, et ſuus terror xime vexat, ſuum quemque ſcelus agitat, ſuae malae cogitationes ſcientiaeque animi terrent. Idem de Aruſp. Reſp. 8 Sua co riſit hominem. *Et* Off. 1, 113 c. 31 Expendere oportebit, quid que habeat ſui, *etc.* Id enim maxime decet, quod eſt cuiusque um maxime. Alicui ſuorum negotium dare Nep. 10, 8, 2. optime ſuos noſſe debet Idem 9, 4, 1. *Add.* Idem 8, 2, 1. 18, 1 23, 8, 4. Plautus Mercatore 4, 3, 14 Iubet ſaluere ſuus vir vxo ſuam, vrbani fiunt ruſtici. Plin. 22, 24 Mulſo conſtant ſuae do Eiicere e ciuitate ciues ſuos Cic. pro Sext. 141. Vti populo ſuo Idem pro Quint. 29. *i. propitio fauente.* *Sic* Eos fecit paullo ſumtu Ter. Adelph. 5, 4, 21. Multos liberaliter dev rat, plures etiam opera forenſi ſuos reddiderat Nep. 7, 3, 4. Quan vis aliquo tempore populum ſuum habuerit Sen. Controu. l. 4 prae Vota ſuos habuere deos Ouid. Met. 4, 164. Naue mea ven forſan eunte ſuo Idem Triſt. 3, 5, 4. Ventis iturus non ſuis H Epod. 9, 29. *Conf.* Treb. Pollio in Valeriano c. 4. Cic. de Or 3, 109 c. 28 Placeatne a Carthaginienſibus captiuos noſtros, reddi ſuis, recuperare. Qui profitetur eſſe ſuum facere aliquid Id ibid. 2, 66. De ſuo, *vid.* DE. Apponere de ſuo, *vid.* A PONO. Suum Adimere alteri Plaut. Trin. 2, 2, 34. Per nire ad ſuum Cic. pro Quint. c. 14, 1. Tenere ſuum Idem 6, 1. *Peculiarem vim habent iſta:* Suus in diſputando Idem Finib. 4, 10. *i. Non vtitur alienis inuentis argumentorum.* Vix ſ vix ſanae virgo Niſeïa compos Mentis erat Ouid. Met. 8, 35. T cum triſtisque hilarisque nec vnquam. Ille ſuus, vultumque ſumebat ab ore Stat. Silu. 1, 6, 52. *Conf. Heinſ. ad* Ouid. Met. 3, 6 Aurum arrugia quaeſitum, non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt Plin. 4. *i. cui nihil admixtum eſt alieni.* *Ita,* Succus purus ac liquidus ſuae naturae Id. 11, 12. Suae venae arena Id. 33, 8. Sua ſponte, [ἑκον Ca

Bell. Ciuil. 2, 20 Hoc inito conſilio denuntiauiſſe Gallonio, vt ...ponte, dum ſine periculo liceret, excederet. Liu. 2, 8 Gratiae vulgus leges fuere, quas quum ſolus pertuliſſet, vt ſua vnius in his ratia eſſet. ¶ 2 *Vim illi addunt particulae encliticae* pte met. Plaut. Merc. 5, 4, 9 Suapte culpa ex genere capiunt gens. Et feroces ſuopte ingenio et pleni adhortantium vocibus Liu. 1, 25. Plin. 7, 40 Et ſuopte ingenio quisque terminet. Cic. Tu. 1, 40 c. 17 Vt terrena et humida ſuopte nutu et ſuo pondere ad pares angulos in terram et in mare ferantur. *Conf.* Catull. 52, 9. *c. not. Voſſ.* In clientelam ſuipte patris Plaut. Rud. Arg. v. 4. Suimet: Suimet ſanguinis caede Salluſt. Fragm. c. 6. Idem in Iugurth. c. 31 Neceſſe eſt ſuomet ipſi more praecipites eant. Plin. ... *ad finem*, Hunc ſuamet vi. Suomet opſonio diſcit Apul. Ap. p. 300. Ruunt ſuismet telis Salluſt. Fragm. c. 16 *pr.* Suimetipſe: Plin. 17 Corellius Eques Romanus Ateſtae genitus, inſeruit ...eam ſuometipſam ſurculo in Neapolitano agro. Suamet ... pecunia praecipitem caſurum Salluſt. Iugurth. c. 8. Neque ... et ipſe ſcelera occultare, penſi habebat Id. Cat. c. 23. Suismet ... corporibus Liu. 2, 19. *Gronou.* ipſi. *Add.* Liu. 8, 25.

S Y B

...BĂRIS, is. f. [Σύβαρις] *Vrbs Graeciae magnae, luxu delicii adeo notabilis, vt quidquid effeminatum, quidquid molle, quidqui accurata atque ambitioſa luxuria paratum eſſet, id vulgo Sybariticum diceretur.*

...BARITA, *vel* SYBARITES, ae. m. [συβαρίτης] *Ciuis ...urbis.* Quinctil. 3, 7, 24 Frugalitas apud Sybaritas forſitan ...d. foret, *etc.*

...BARITĀNVS, a, um. Adi. [Συβαρίτης] Plin. 8, 42 *de equis*, ...olitas tanta eſt, vt vniuerſus Sybaritani exercitus equitatus, ad ſymphoniae cantum ſaltatione quadam moueri ſolitus inueniatur. Sy... ma praeda Varroni *apud* Nonium 15, 36 *eſt Lauta et elegans*, Ad Sy... nam praedam, in qua ſunt tripodes, craterrae, anancaea pocula ...ium Tarentinarum. *Mercer.* Ananeae a populo nobilium (vr... Tarentinarum, *vid.* ANANCAEVS.

...BARITICVS, a, um. Adi. Martial. 12, 97 Libelli Sybaritici; ...*lis et libidinoſi argumenti, vid. ſtatim* SYBARITIS.

...BARĪTIS, idis. f. Patronym. [Συβαρῖτις] Ouid. Triſt. 2, 417 Nec qui compoſuit nuper Sybaritida, fugit. *Putant viri docti ... ad Hemitheonem Cinaedum Sybaritanum, cuius impuras Leges memorat ...eran. aduerſ. indoctum c. 23. Sed nihil firmi adhuc prolatum eſt.*

...BOTES, ae. m. [συβώτης] *Subulcus.* Manil. 5, 126 *de Hyadib., quas Latini Suculas vocabant, quaſi ab ῦς eſſet nomen, non ab ὕω* Et fidum Laërtiadae genuere Syboten. *q. d. ſubulci naſcuntur ...ere ſucularum.*

S Y C

...CAMINON, [Συκάμινον] *Oppidum fuit in ora Phoenices, cuius aetate nihil praeter memoriam exſtitiſſe auctores ſunt* Plin. 5, 19. *Strabo lib. 16.* ¶ 2 Sycaminon *item Graeci Morum ...ant, arboremque ipſam* Sycamineam, συκαμίνεαν. Hieron. ad ...i 7, 14 Paſtor vellicans Sycomoros. *Sycamina docet eſſe in Se...inta Interpretum verſione, et ait*, Quidam ita ediſſerunt, vt Sycamina velint appellari genus arborum, quae Palaeſtinae naſcuntur in ...eſtribus, et agreſtes afferunt ficus: quae, ſi non vellicentur, amaras faciant, et a culicibus corrumpuntur. Nobis autem (quia ſolitudo, in qua morabatur Amos, nullam huiuscemodi ...t arborem) magis videtur rubos dicere, qui afferunt mora, ac ...um famem et penuriam conſolantur. Vlpianus l. 10 D. de ... ordinar. Criminib. Si quis arborem ſycaminonem (Sycaminon ...*ind.* Sycomorum *Vulg.*) exciderit: nam et haec res vindicatur ... ordinem non leui poena, idcirco quod hae arbores colligunt aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili diſpenſantur. Sycamini ...nam fronti inducunt, *etc.* Celſ. 3, 18.

...CE, es. f. [Συκῆ] *Inſula eſt Aſiae adiacens non procul ab Ephe...ius meminit* Plin. 5, 31.

...CE, *Herba, alio nomine* Peplos *et* Meconion aphrodes, ex vna ...e tenui fructificat, foliis rutae paullo latioribus, ſemine ſub foliis ...do, minore, quam candidi papaueris Plin. 27, 12. *Add.* Idem ... *et* 20, 6.

...CHAEVS, *vid. in* SICHAEVS.

...CITES, [συκίτης] Gemma a fici colore dicta, *de qua* Plin. 37, ... ¶ 2 *Eſt item* Sycites *vini facticii genus*, ex fico, quod alii palmiprimium, alii Cotorchiten appellant, ſingulis modiis in aquae congiis tribus maceratis, *vt docet idem* Plin. 14, 16. *et* 27, 12.

...COMŎRVS, i. f. [συκόμορος] *Arbor a Ficu et Moro ſic dicta.* V...; Int. Luc 10, 4. Celſus moroſycon *appellat* 3, 18. *et* 5, 18, 7.

...YCOPHANTA, ae. m. [συκοφάντης] Sycofanta, calumniator Gl...f. Gr. Lat.] *Obſeruator et delator eius, qui ficos furto ſuſtuliſſet.* ...*α τὸ σῦκα φαίνειν, id eſt, ab indicando ficos.* Sycophanta, calumniator: hoc verbum eſt ab his, qui Athenis accuſabant eos, qui cum ... frumenta extra ciuitatem ferebant Eugraph. *ad* Ter. Andr. 5, 4. Fe...is, Sycophantas appellatos hac de cauſa dicunt, Atticos quosdam ...nes ſolitos aiunt in hortos irrumpere ficosque deligere: quam ob ...eam lege eſt conſtitutum, vt qui id feciſſet, capite truncaretur: ...qu poenam qui perſequerentur ob paruula detrimenta, ſycophantas appellatos. *Nugas alias Graeculas hic non perſequimur. Satis eſt*, Sycophantam *apud Latinos dici* calumniatorem, *vel ſi in re minus ſeria ...rtat corrumpatque interpretando dicta aut facta* Cauillatorem. Clamant, me ſycophantam hereditatem perſequi Ter. Andr. 4, 6, 19. ...*uonis mendace, apud* Plaut. Trin. 3, 3, 86. *Sic* Plaut. Amph. 1, 3, 8 ...imis hic ſcitus eſt ſycophanta, qui quidem ſit meus pater. *i. adulat.* *Conf.* Idem Men. 2, 1, 34. Pergraphicus ſycophanta, *vid.* ...ERGRAPHICVS. *Vid. de hoc vocabulo Pollet. Hiſtor. Fori Rom. 4, 1. ...Alleiat. Parerg. 11, 4.*

...COPHANTIA, ae. f. [συκοφαντία] *Calumnia, delatio, falſa accuſatio. Fallacia.* Plaut. Mil. 3, 1, 17 Nam ego inueni ...pi ſycophantiam. Sycophantias ſtruere, *Machinari* Idem Aſin. 1, 56. *Add.* Idem Bacch. 4, 4, 88. *et* Poen. 1, 3, 16. *et* Trin. 4, 2, 25. Gell. 14, 1.

...COPHANTOR, āri. [συκοφαντέω] *Falſo accuſare, cauillari,* Pla... Trin. 3, 3, 57 Quanquam hoc me aetatis ſycophantari pudet. Ibi... 4, 2, 116.

...COPHANTIŌSE. Adu. [συκοφαντικῶς] *Comice dictum pro* *Doloſe, per calumniam.* Plaut. Pſeud. 4, 7, 113 Ego nec ſycophantioſe quidquam ago, nec malefice.

SYCOPHYLLON, i. n. *Herba. al. hibiſcus.* Apul. de Herb. c. 83.

SYCOSIS, is. f. [σύκωσις] Sycoſis, caro excreſcens (palpebrarum) Scribon. 37. *Conf.* Celſ. 6, 3.

SYCORIS, *vid.* SICORIS.

SYCOTVM, i. n. [σκωτὸν] *Eſca ex ficubus parata.* Apic. 7, 3.

SYCVSSA, ae. f. [Συκοῦσσα] *Inſula in mari Aegeo, ante Epheſum, de qua* Plin. 31, 5.

S Y D *et* S Y E

SYDERIS, is. m. [Σύδερις] *Fluuius in finibus Caſpiorum et Hyrcanorum, a cuius oſtio Caſpium mare nomine amiſſo, Hyrcanum incipit appellari.* Plin. 6, 16.

SYDVS, *vid.* SIDVS.

SYENE, es. f. [Συήνη] *Vrbs in confinibus Aethiopiae atque Aegypti.* Plin. 2, 73 Simili modo tradunt, in Syene oppido, quod eſt ſupra Alexandriam quinque millibus ſtadiorum, Solſtitii die medio nullam vmbram iaci: puteumque eius experimenti gratia factum totum illuminari. Ex quo apparere, tum ſolem illi loco ſupra verticem eſſe. *Eſt itaque Solſtitii deſcriptio.* Lucan. 2, 587 Vmbras nusquam flectente Syene. Atra Syene Claud. de Nilo 19. Calida Syene Ouid. ex Pont. 1, 5, 79. Eoa Syene Stat. Silu. 2, 2, 86.

SYENĪTES, ae. m. *Marmor circa Syenem.* Plin. 36, 8. *Vid.* Ouid. Met. 5, 74.

S Y G *et* S Y L

SYGAROS, i. [Σύγαρος] *Inſula eſt in ſinu Arabico*, in qua nulli ſunt canes, atque aliunde importati circa litora errantes moriuntur Plin. 6, 28.

SYLA, ae. *per ſimplex* L. [Σύλα] *Mons Lucaniae, et ſilua in illo.* Salluſt. de Fugitiuis, In ſilua Syla fuerunt, *apud* Seru. *ad* Virg. Aen. 12, 715 Ac velut ingenti Syla. *Al.* Sila.

SYLLA, *vel* SVLLA, ae. m. [Σύλλας] *Cognomen gentis Corneliae, quod nobilitauit* Fauſtus *ille J.* Felix [Ἐπαφρόδιτος] *agnominatus* L. Cornelius Sulla Dictator. *A Sura pedis enormiter vel parua, vel magna, Surulam et contracta voce Sullam dictum putabam, cui fauet origini, quod in numis perpetuo, niſi fallor,* Sulla *non* Sylla *ſcribitur.* *Sed intercedit* Macrob. Sat. 1, 17 Bello Punico hi ludi (Apollinares) primum ſunt inſtituti ſuadente Cornelio Rufo decemuiro, qui propterea Sibylla cognominatus eſt, et poſtea corrupto nomine primus Sylla coepit vocitari. L. Cornelii Syllae *vitam deſcriptam habemus a Plutarcho. Innumerabilis eius mentio apud Ciceronem et caeteros.* Homo a populi cauſa remotiſſimus L. Sulla Cic. pro Cluent. Municipiis ciuitatem ademit L. Sulla Idem pro Domo. Magiſter ſcelerum Sulla Lucan. 1, 326. Emiſti bona Sex. Alpheni L. Sulla Dictatore vendente Cic. pro Quint. 76. *Pro P. Sulla coniurationis Catilinariae reo cauſam dixit Cicero. Sunt et plures ſub Imperatoribus.*

SYLLĀNVS, *vel* SVLLANVS, a, um. Adi. [Συλλανός] Cic. Att. 10, 7 Non fuiſſet — tam dirus ille dies Sullanus callidiſſimo viro C. Mario, ſi nihil vtrumque eorum fefelliſſet. Idem de Lege Agrar. 3, 7 Qui nos Sullanos in inuidiam rapit? Cadauera Sullana Lucan. 2, 210. Ferrum Sullanum Id. 1, 330. Manes Sullani Id. 1, 576.

SYLLATVRIO, īre. *Syllam imitari cupere.* Cic. Att. 9, 10 Hoc turpe Cn. noſter biennio ante cogitauit, ita ſyllaturit animus eius, et proſcripturit diu, *vid.* PROSCRIBO. Quinctil. 8, 3 *et* 6.

SYLLĂBA, ae. f. [συλλαβή] *Comprehenſio literarum, vel vnius adeo Vocalis enuntiatio, temporum capax.* Diomedes 2 p. 423 Syllabae, vt ait Varro, aliae ſunt aſperae, aliae lenes, procerae aliae, aliae retortae, aliae Barbarae, aliae Graeculae, aliae durae, aliae molles. *Aſperae* ſunt, vt *crux, trux, trans.* *Lenes*, vt *lana, luna.* *Procerae* ſunt, quae Vocalem longam habent in penultima, vt *facultas.* *Retortae* ſunt, quae mutam habent extremam, vt *hic, haec, hoc.* *Barbarae* ſunt, vt *gaza.* *Graeculae*, vt *Hymnos, Zenon.* *Durae*, vt *Ignotus.* *Molles*, vt *aedes.* Si verſus pronuntiatus eſt ſyllaba vna breuior aut longior Cic. Parad. 3 *fin.* Mus, eſt ſyllaba Sen. Epiſt. 48. Clarae ſyllabae, *vid.* CLARVS. Auceps leguleius ſyllabarum Cic. de Orat. 1, 236 c. 55. Cadunt verba in ſyllabas, *vid.* CADO. Coëuntes inter ſe ſyllabae Quinctil. 1, 1. Verba diſtorques, et ſyllabas Digeris Sen. Epiſt. 48. Peccare in ſyllaba Cic. in Parad. 3. Terminare clauſulam longa ſyllaba Idem de Orat. 3, 181. ¶ 2 Syllabae, *pro Verſibus hendecaſyllabis.* Martial. 1, 62 Verona docti ſyllabas amat vatis: Marone felix Mantua eſt. *Doctum vatem appellat Catullum.* *Add.* Sidon. Epiſt. 9, 7. Plin. praef. Apul. de Mundo p. 248.

SYLLABĀTIM. Adu. [κατὰ συλλαβὰς] *Per ſingulas ſyllabas.* Cic. Att. 13, 25 *extr.* At ego, ne Tironi quidem dictaui, qui totas περιοχὰς perſequi ſolet, ſed Spintharo ſyllabatim. Idem Acad. 4, 119 c. 38 Quum enim tuus iſte Stoicus ſapiens ſyllabatim tibi iſta Dixerit. *Add.* Sidon. Epiſt. 9, 14.

SYLLABVS, *vid.* SILLIBVS.

SYLLABIRO, āre. Sarisbr. Policr. 5, 16 Qui ſyllabirare non nouit. *Al.* ſyllabizare.

SYLLĀBICVS, a, um. *vt*, Adiectio, *apud* Grammat.

SYLLACEVS, a, um. *i. purpureus* Vitruu. 7, 5. *ſed rectius legitur* ſilaceus.

SYLLEPSIS, is. f. [σύλληψις] *Dici poteſt* Conceptio: *ab σὺν con, λῆψις acceptio: quae fit, quum pluralis dictio ſingulari verbo copulatur; vt*, Virg. Aen. 1, 557 — Sociis et rege recepto. *Aut ſingularis plurali verbo connectitur; vt*, Virg. Ecl. 1, 82 — Sunt nobis mitia poma, Caſtaneae molles, et preſſi copia lactis. *Aut quum pro multis vnus ponitur; vt*, Idem Aen. 2, 20 Armato milite complent. *Item pro vno multi; vt*, Idem ibid. 9, 525 Vos, ô Calliope, precor adſpirate canenti. *Quem verſum qui emendare volunt, gratiam illius miram corrumpunt.* *Sic Syllepſis eſt* Liu. 32, . . . Magna pars ſaucii. Ibidem. *Vtitur eo nomine* Seruius *tum alias, tum ad* Georg. 2, 17.

SYLLOGISMVS, i. m. [συλλογισμὸς] *Computatio, concluſio.* Ratiocinatiuum *vel* collectiuum *illarum vertit* Quinctil. 5, 6, 4. Id. 3, 7 In ſyllogiſmo tota ratiocinatio ab eo eſt, qui intendit. *Conf.* Idem 5, 10. *et* 14, 7, 8. Syllogiſmi circumſcripti, et effecti Plin. Epiſt. 2, 3. Circumſcripti, *id eſt breues effecti, id eſt elaborati, et arte perfe-*

ti. Conf. Sen. Epiſt. 108. Gell. 15, 26. Tertull. de Praeſcript. 1. Sidon. Epiſt. 4, 3. *et* 9, 9.

SYLLOGISTICVS, a, um. *Vt*, Status ſyllogiſticus Quinctil. 5, 10.

SYLLOGISMATICVS, a, um. *Idem.* Fulgent. Mythol. 1 Ariſtotelis ſyllogiſmaticum verbiloquium.

SYLLOGIZO, āre. Quinctiliano *adſcribitur.*

SYLVA, *ſ.* SILVA, ae. f. [ὕλη, δρυμός] *Generale nomen eſt, proprie arborum multitudo, quae caedua eſt, hoc eſt, quae habetur in eum vſum, vt ex ea caedatur materia: deinde generatim multitudo quaedam inordinata, et velut ſponte nata, e qua aliquid deligi efficique poteſt, quam ſignificationem etiam Graecorum* ὕλη *habet. Eſt ergo ab* ὕλη, *et tamen ideo non verior ea ratio, quae per Graecam literam* Sylua *ſcribit: cum quae antiquitus tranſtulere Latini, in iis literaturam mutauerint, vt, ne longe abeamus, in* ſtipes, frigo, lacrima, *ex* στύπος, φρύγω, δάκρυον, *factum eſt. Certe optima quaeque monumenta* Siluam *et* Siluanum, *etc. agnoſcunt. Locum ergo hic ſeruet antiquum: ſed meminerimus melius eſſe* Silua. Seruius *ad* Aen. 1, 318 Quam Graeci ὕλην vocant, Poëtae nominant ſiluam, id eſt, elementorum congeriem, vnde cuncta procreantur. Virg. Aen. 3, 681 — Silua alta Iouis, lucusue Dianae. Locus in media ſilua maxime opacus et frigidus Cic. de Orat. 1, 18. Brachia ſiluarum, *Rami* Stat. Theb. 1, 362. Comae ſiluarum, *Frondes* Idem Silu. 3, 3, 98. Filia ſiluae pinus Hor. Carm. 1, 14, 12. Gloria ſiluarum pinus Stat. Silu. 5, 1, 151. Agreſtis Ouid. Met. 7, 142. Alta Idem ibid. 14, 364. Antiqua Virg. Aen. 6, 179. Ardua Ouid. Faſt. 1, 243. *Al.* Incaedua. Arens Virg. Aen. 12, 522. Barbarica, *vid.* BARBARVS. Caedua *vid.* CAEDO. Cannabiae Grat. Cyneg. v. 47. Comata Catul. 4, 11. Conſeminea, *vid.* CONSEMINEVS. Denſiſſima Virg. Georg. 2, 17. Formidoloſis ſiluis latent ferae Hor. Epod. 5, 55. Frequens trabibus ſilua Ouid. Met. 8, 329. Frondiferae Lucret. 1, 257. Glandaria, *vid.* GLANDARIVS, *in* GLANS. Immenſa Virg. Aen. 6, 186. Incidua ſilua Stat. Theb. 6, 90. Incidua ſilua per multos annos Ouid. Amor. 3, 1, 1. Ingentes ſilvae Lucret. 5, 1242. Iugoſae ſiluae Ouid. Epiſt. 4, 85. Magna Virg. Georg. 3, 219. Nemoroſae Ouid. Met. 10, 687. Nigrae Hor. Carm. 1, 21, 7. Opacae Ouid. Met. 6, 687. Palaris ſilua, *vid.* PALARIS, *in* PALVS, pali. Paſcua ſilua eſt, Quae paſcuis pecudum deſtinata eſt Paull. in l. Silua D. de verbor. ſignific. Pineae Virg. Aen. 9, 85. Procerae Ouid. Epiſt. 16, 107. Profundae Lucret. 5, 42. Rudes, *h. e. Materia nondum caeſa, nec dolata* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 366. Ruſticae Ouid. Epiſt. 4, 102. Salubres Hor. Epiſt. 1, 4, 4. Secretae Ouid. Rem. Amor. 591. Steriles Virg. Georg. 2, 440. Vernantes Senec. Herc. Oet. 4. Vetuſtae Ouid. Met. 6, 521. Virentes Catull. 32, 10. Viridicatae Cic. Qu. Fratr. 3, 17. Virides Ouid. Met. 3, 324. Vmbroſae Id. Met. 1, 693. ¶ 2 *Cum verbis:* Abſtruſi mane me in ſiluam denſam et aſperam, non exeo inde ante veſperam Cic. Att. 12, 16. Ambire ſiluas plagis Ouid. Met. 2, 499. Aucta ſilua ſororibus Idem ibid. 2, 372. Canit ſilua auibus Lucret. 1, 257. Caedere ſiluas, *vid.* CAEDO. Conuellere viridem ſiluam ab humo Virg. Aen. 3, 24. Ducere ſiluas Quinctil. 1, 1, *de Orpheo.* Decutere honorem ſiluis Virg. Georg. 2, 404. Eruere ſiluas Idem ibid. 4, 329. Excidere ſiluas Lucret. 5, 1265. Exederat ardor flammeus ſiluas Idem 5, 1252. Miniſtrat alta ſilua taedas Virg. Georg. 2, 431. Nutat obſcura ſilua Senec. Thyeſt. 8. Nudata cacumina ſiluae Ouid. Met. 1, 346. Pacantur incultae vomere ſiluae, *Domantur aratro, Fiunt noualia* Hor. Epiſt. 1, 2, 45. Reboant ſiluae Virg. Georg. 3, 223. Rotat ſiluas amnis Stat. Silu. 4, 3, 79. Silua vetus nulla Violata ſecuri Ouid. Met. 3, 28. ¶ 3 *Obſeruatt. Per metonymiam pro feris in ſilua agentibus, vt* Grat. 80 Turbat Odor ſiluas. *Vid.* Burm. *ad* Val. Fl. 3, 531. Siluae mater *herba Periclymenum* Scrib. 129. Silua, *de Herbis* Virg. Georg. 3, 385 Subit aſpera ſilua Lappaeque, tribulique. *Conf.* l. 17 §. 1 ff. ſi ſeruit. vindic. *Burm. ad* Grat. v. 47. Virg. Georg. 2, 26 Siluarumque aliae preſſos propaginis arcus Exſpectant. Silua *de vnica arbore: vid. Paſſerat. ad* Propert. 1, 14, 5. *Barth. ad* Stat. Theb. 2, 248. *et* 6, 280. *Metaphor.* Iuuen. Sat. 9, 13 Horrida ſiccae Silua comae, nullus tota nitor in cute. ¶ 4 *Ex illa generali ſignificatione, de qua initio dictum, eſt Copia atque congeries eiusmodi rerum, vnde medicamenta parari poſſint.* Plin. praef. 35. Reliquit non mediocrem ſiluam Obſeruationum antiqui ſermonis Suet. de Ill. Gramm. c. vlt. Cic. de Orat. 3, 101 c. 26 Primum ſilua rerum ac ſententiarum comparanda eſt, qua de parte dixit Antonius. *h. e. Maxima congeries et vbertas.* Cic. in Orat. 12 Platonis et aliorum philoſophorum diſputationibus et exagitatus maxime orator eſt, et adiutus. Omnis enim vbertas, et quaſi ſilua dicendi, ducta ab illis eſt. *i. Omnis copia et dicendi materia. Nihil eſt enim, de quo Philoſophi non loquantur, quum res omnes diuinas atque humanas ſibi tractandas ſumant.* Quinctil. 10, 3, 17 Diuerſum eſt huic eorum vitium, qui primo decurrere per materiam ſtilo quam velociſſimo volunt, et ſequentes calorem atque impetum, ex tempore ſcribunt. Hanc ſiluam vocant: repetunt deinde, et componunt, quae effuderant. *Hinc etiam Poëtae extemporalia carmina Siluas dixere, vt Statius, de quo genere vid. Scal. Poët. 3, 9. Geuart. Lectt. Papin. 1, 2. Voſſ. Inſtit. Orat. 5 p. 278.*

SYLVVLA, *vel* SILVVLA, ae. f. Dimin. [δρυμίδιον] Columel. 8, 15 Sunt enim quibus cordi eſt vel in ſiluulis tamaricum, aut ſirporum fruticis immorari: nec ob hanc tamen cauſam totus locus ſiluulis occupetur. *Conf.* Sidon. Carm. 9, 230.

SYLVESTER, *et* SYLVESTRIS, *melius* SILVESTER, *et* SILVESTRIS, e. Adi. [ἄγριος] *Quod eſt ſiluae.* Virg. Ecl. 1, 2 Silueſtrem tenui muſam meditaris auena. Idem Georg. 2, 51. Cic. de Amicit. 70 c. 19 Quum locis etiam ipſis delectemur montuoſis et ſilueſtribus. *h. e. In locis, qui in montibus ſunt, et ſiluis.* Feſtis Silueſter Aëdon Petron. c. 131. Agrum ſilueſtrem mitigat flammis Hor. Epiſt. 2, 2, 186. Antra ſilueſtria Ouid. Met. 13, 47. Arbor ſilueſtris Virg. Ecl. 3, 70. Coitio ſilueſtris Cic. pro Cael. 26. Dona ſilueſtria Catull. Argon. 62, 279. Homines ſilueſtres Hor. de Arte Poët. 391. *i. Rudes.* Cic. de Nat. Deor. 2, 131 Arborum autem confectione omnique materia et culta et ſilueſtri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, et ad mitigandum cibum vtimur, partim ad aedificandum, vt tectis ſepti frigora caloresque pellamus. Montes veſtiti atque ſilueſtres Cic. de Nat. Deor. 2, 132 c. 53. Numina ſilueſtria Ouid. Faſt. 3, 302. Silueſtris Regio in aruorum formam redigenda Colum. 2, 11. Saltus ſilueſtris Curt. 4, 3, 21. Sepibus ſilueſtribus loca denſa Cic. de Nat. Deor. 1, 120. Cic. de Inuent. 1, 2 Qui diſperſos homines in agris in Tectis ſilueſtribus abditos, ratione quadam compulit in vnum lo[cum] et congregauit. Tumulus ſilueſtris Liu. 27. Via incu[lta] et ſilueſtris Cic. de Clar. Orat. 59. Vita ſilueſtrium Idem de [Nat.] Deor. 2, 99. *Compar.* Plin. 16, 27 Silueſtriora omnia tard[a]. ¶ 2 *Ex notione Graeci nominis* ὑλικὸς *idem eſt, quod materialis*, c[o]*reus.* Macrob. in Somn. Scip. 1, 6 p. 20 Anima enim aliena a [ſilue]ſtris contagione materiae tantum ſe auctori ſuo et ſibi debens, ſi[...] cem ſortita naturam.

SYLVATICVS, *melius* SILVATICVS, a, um. Adi. [ὑ...] *Quod ad ſiluam pertinet; vt,* Siluaticus mus, *apud* Plin. 30, 9. [...]*tans in ſiluis.* Falces ſiluaticae Cato c. 11. Laurus ſilu[atica] *Creſcens in ſiluis* Idem c. 8. Lactuca Apul. de Herb. c. 30. [...]rus Varr. R. R. 1, 40. *Add.* Celſ. 5, 27. Pallad. Aug. t.

SYLVICOLA, *ſ.* SILVICOLA, ae. m. [ὑλαιώτης] *Qui ſ[iluam] incolit.* Propert. 3, 13, 34 His tum blanditiis furtiua per antra [...]lae Oſcula ſiluicolis emta dedere viris. *Add.* Virg. Aen. 10, Catull. 61 (64) 72 Vbi cerua ſiluicultrix, vbi aper nemoriuagus?

SYLVICVLTRIX, *ſ.* SILVICVLTRIX, īcis. f. [ὑλαι...]

SYLVIFRAGVS, *ſ.* SILVIFRAGVS, a, um. Adi. [...] *frangens: qualis eſt ventus, a quo arbores in ſiluis et franguntur et eruuntur.* Lucret. 1, 276 Monteſque ſupremos Siluifragis vexa[t] [fla]bris. *De vi et impetu ventorum.*

SYLVIGER, *melius* SILVIGER, ĕra, ĕrum. Adi. [ὑληφ...] *Vt*, Siluigeri montes Plin. 31, 3. *de montibus Hircanis.*

SYLVOSVS, *ſ.* SILVOSVS, a, um. Adi. [δρυμώδης, ὑλώδης] *Vbi multae ſiluae ſiue arbores ſunt.* Arbores crebrae et [...] ſae Vitr. 8, 1. Liu. 9, 2 Saltus duo alti, ſiluoſique ſunt, m[ontibus] bus circa ſe perpetuis inter ſe coniuncti. Plin. 12, 5 Super eiusdem rami in excelſum emicant ſiluoſa multitudine.

SYLVESCO, *ſ.* SILVESCO, ĕre. [ὑλομανέω, ὑλημανέω] *ſiluam redigi, ſeu ſilueſtres, aut infructuoſas arbores ſarmentaue* Cic. de Senect. 52 c. 15 Ne ſilueſcat ſarmentis, et in omnes partes [nimia] fundatur. Columel. 4, 11. *et* 5, 6. Mart. Capella 3 p. 59.

SYLVESCENS, *ſ.* SILVESCENS, entis. Partic. Arnob[...] 109 Capilli ſilueſcentium crinium velleribus inuoluti.

SYLVĀNVS, *ſ. quod optima monimenta habent,* SILVANV[S], m. [Σιλβανός] *vt ait* Seruius, Deus eſt ſiluarum. Hic amau[it pu]erum Cypariſſum nomine, qui habebat manſuetiſſimam ceruam, [...] quum Siluanus neſcius occidiſſet, puer eſt exſtinctus dolore, [que]m amator deus in cupreſſum arborem eius nominis vertit, quam pro [ſo]latio portare dicit Virg. Georg. 1, 20 Et teneram ab radice ferens [Sil]vane cupreſſum. Varro *apud* Auguſtin. de C. D. 6, 9 Mulieri [fe]tae poſt partum tres deos cuſtodes commemorat adhiberi, ne Sil[uanus] deus per noctem ingrediatur et vexet, eorumque cuſtodum ſigni[ficandorum] dorum cauſa tres homines noctu circumire limina domus, et prin[...] men ſecuri ferire, poſtea pilo, tertio deuerrere ſcopis: vt his [...] culturae ſignis, Deus Siluanus prohibeatur intrare: quia neque [arbo]res caeduntur ac putantur ſine ferro, neque far conficitur ſine [pilo] neque fruges coaceruantur ſine ſcopis. Ab his autem tribus tres [nun]cupatos Deos, Intercidonam (*al.* Intercidonem) a ſecuris interci[ſione] Pilumnum a pilo, Deuerram a ſcopis: quibus Diis cuſtodibus contr[a vim] Dei Siluani foeta conſeruaretur. *Conf.* SILANVS. Vet. Auctor de L[imit.] p 29 *G eſ.* Omnis poſſeſſio quare Siluanum colit? Quia primus i[n ter]ram lapidem finalem poſuit. Nam omnis poſſeſſio tres Siluano[s ha]bet. Vnus dicitur domeſticus, poſſeſſioni conſecratus: alter d[icitur] agreſtis, paſtoribus conſecratus: tertius dicitur Orientalis, qui [in] confinio lucus poſitus, a quo inter duo pluresue (*intell.* poſſeſſ[ores]) fines oriuntur. *Huius Siluani domeſtici ſunt plures tituli* [...] *V. g.* Reineſ. Inſcr. Cl. 1, 102 *et* 103. *Ipſe Reineſius ad* 1, 101 S[...] *num etiam Larem eſſe oſtendit. In Diis vialibus etiam cultum de[...] ſtrat Otto de tutela viarum P. 1 c. 12. De Siluanis et Faunis* [...] Plin. 12, 1. Arbiter vmbrae Siluanus Stat. Theb. 6, 111. D[eus] aruorum pecoriſque Siluanus Virg. Aen. 8, 600. Horridus [Sil]vanus Hor. Carm. 3, 29, 23. Potentes nemorum Silu[ani] Lucan. 3, 403.

SYLVIA, *melius* SILVIA, ae. f. [Σιλβία] *Nomen, quo Ilia* [Ro]*muli mater, vocata eſt.* Virg. Aen 7, 487. Ouid. Faſt. 2, 383 S[ilvia] Veſtalis caeleſtia ſemina partu Ediderat, patruo regna tenente [...] Ilia Veſtalis.

SYLVIVS, *ſ.* SILVIVS, i. m. [Σιλβίος] *Aeneae filius:* [...] poſtea omnes Albani reges, Siluii dicti ſunt ab huius nomine: [ut] hodie Romani imperatores Auguſti vocantur: Seruius *enarrans locum* Virg. Aen. 6, 763 Primus ad auras Aetherias Italo com[mixtus] ſtus ſanguine ſurget Siluius. *Ab hoc alii quoque Albani reges* [...] vii *dicti. Vid. Feſtus.*

S Y M

SYMAETHIS, ĭdis. Ouid. Met. 13, 750 Acis erat, Fauno N[ym]phaque Symaethide cretus.

SYMAETHVS, i. m. [Σύμαιθος] *Fluuius Siciliae, non lon[ge] Aetna, qui, vt ait Strabo 6 agrum Cataneum influit. Vid.* Plin. [...] Sil. 14, 231 Rapidique colunt vada flaua Symaethi. *Eſt etiam N[...] Viri apud* Sil. 9, 410.

SYMAETHIVS, a, um. *Attributum.* Virg. Aen. 9, 584 Educ[tum] Martis luco Symaethia circum Flumina.

SYMBOLA, ae. f. *et* SYMBOLVM, i. n. *et* SYMBOL[VS], i. f. *eiusdem originis et ſignificationis generalis nomina,* [συμβολή] σύμβολον, σύμβολος] *a Graeco* συμβάλλειν *ducta, quod ſignific[at con]ferre, conjicere, comparare.* Symbola *eſt collatio pecuniae* [vel ci]*borum inter amicos vna epulari volentes:* Symbolum *eſt ſignum* [...] *rendum cum ſua parte vnde defractum eſt, cum ſuo typo etc. et genera[tim] deinde ſignum:* Symbolus *ſignum literatum, libellus. Haec nunc [ſe]paratim conſiderabimus. Igitur* Symbola *eſt collatio, vt diximus, epulas communes.* Ter. Eun. 3, 4, 1

Heri aliquot adoleſcentuli coiimus in Piraeeo,
In hunc diem vt de Symbolis eſſemus: Chaeream ei rei
Praefecimus: dati annuli: locus tempus conſtitutum eſt.
Praeteriit tempus, quo in loco dictum eſt parati nihil eſt.

Idem Andr. 1, 1, 61 Eho quid Pamphilus? Quid? Symbolam de[dit], coenauit. *Sic* Plaut. Curc. 4, 1, 13 Symbolarum collatores a[pud] forum piſcarium, *vbi opſonant piſces, etc.* Gell. 6, 13 *extr. de [com]monibus conuiualibus,* Tales erant apud Taurum Symbolae, talia[...] erant ſecundarum menſarum, vt ipſe dicere ſolitus erat, τραγήμα[τα] Pl[...]

... Epid. 1, 2, 22 *ſeruus cur minatus plagas fuerat ſuus herus*, Sine ... ſumtu paratae iam ſunt ſcapulis Symbolae. *Forte alludit etiam ad ... in quantum plures lorarii conferunt in tergum vnius plagas. ... proprie* Plaut. Sticho 3, 1, 28 Eo condixi in Symbolam ad coenam. Et 34 Eadem Symbolam dabo, et iubebo ad Sangarinum coenam coqui.

SYMBOLVM *eſt ſignum, proprie quod* collatis *fruſtis ſtipulae, anuli, numi agnoſcitur. Pertinet huc* Iſid. Orig. 5, 24 *vbi* ſtipulationem *declarat*: Veteres enim quando ſibi aliquid promittebant, ſtipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes, ſponſiones ſuas agnoſcebant. *Habet inſtitutum Germania huic rei declarandae valde aptum. Duos taleis ligneis aequalibus, ſibi admotis, vno cultri ductu incidunt notae numerales* I. V. X. *Alteram deinde ſeruat creditor, caupo, et ...tar, alteram habet debitor, et mittit, ſaepius augeri vult ſibi creditum ... eſt enim res nota omnibus. Tales taleae (Kerbhoelzer) Symbolorum nomen, quod pulchre declarant, gerere poſſunt merito: tota enim ratio, quid debeatur, ineſt in* collatione, συμβολῇ, *talearum. Porro Symbola commoda praeſtant annuli ſignatorii, eorumque* ἀποσφραγίσματα *... expreſſi in cera vel cretula characteres. Hinc* Plin. 33, 1 Et ideo mi... Tarquinii eius ſtatuam ſine annulo eſſe. Quanquam et de nomi... ambigi video: Graeci a digitis appellauere [δακτύλιον] apud ... priſci vngulum vocabant, poſtea et Graeci et noſtri Symbolum. ... Pſeud. 2, 2, 53

Tu epiſtolam hanc a me accipe, atque illi dato
Nam iſtic Symbolum eſt inter herum meum et tuum de muliere.
PS. Scio equidem, vt qui argentum afferret, atque expreſſam imaginem
Suam huc ad nos, cum eo aiebat velle mitti mulierem.
Nam hic quoque exemplum reliquit eius. HAR. Dato ergo iſtum Symbolum illi.

Symbolum eſt, inter herum meum et tuum. *i. conuenit inter eos de ſigno ... Symbolus eſt cera vel creta, epiſtolaque adeo, quae habet illud* ἀποσφράγισμα *... ſ. ſignum annuli expreſſum. De hoc in argumento fabulae*, Si... conſignat Symbolum, vt Phoenicium *(puellam)* ei det leno, qui ... cum reliquo *(pecuniae)* afferat. *Apertiſſime autem res appa... et ...tis 1, 1, 51 ſqq. quae non piget adſcribere, ex epiſtola puellae ad ... amatorem*,

Leno me peregre militi Macedonico
Minis viginti vendidit, voluptas mea,
Et priusquam hinc abiit, quindecim miles minas
Dederat, nunc vnae quinque remorantur minae:
Ea cauſa miles hic reliquit Symbolum.
Expreſſam in cera ex annulo ſuo imaginem,
Vt qui huc afferret eius ſimilem Symbolum,
Cum eo ſimul me mitteret.

Et 7, 104 Ego tibi argentum dedi, Et — Heri imagine obſi... in epiſtolam *(hic eſt* Symbolus*)* hic ante oſtium. ¶ 2 Symbolum *Chriſtiani dixerunt formulam fidei, qua ſe nimirum mutuo velut ... quadam agnoſcerent: ratione petita vel a re militari, vel ſi proxi... originem ſpectes, a Graecorum myſteriis, in quibus* Symbola *quaedam ...abant, id eſt, vel verba vel ritus, quibus ſe inuicem agnoſcerent etc. ... Auct. Hiſt. Symboli Apoſtol.* c. 1 §. 5 ſq. *ex* Rufini Expoſ. Symb. ... §. 2 p. 565. *etc. Hinc* Ambroſ. de Cain et Abel 1, 9 Caue ne ... Symboli vel Dominicae orationis diuulges myſteria. *Add.* Iſid. ... p. 974, 11 *Gothofr. Noſtrum non eſt, latius iſta perſequi. Addi... illud ex vſu Graecorum* Symbola Pythagorae *dicta praecepta ...dam breuia, obſcura, ſigna occulta plane aliarum rerum, quam quas ... ferrent ipſa vocabula: vnde tractum illud, vt* Symbola *vocentur ...tiae, quas quis frequentat, quas ad nomen ſuum ſolet ad...ere, etc.*

SYMBOLVS, i. m. *Idem fere quod* Symbolum, *nempe character ... is ſ. typus, qui cum alio collatus rem indicet. Praeter ea, quae modo ... allata ſunt, add.* Plaut. Bacch. 2, 3, 31 *Debitum repetere iuſſus ... Mneſilochus ab Archidemide: hic debere ſe negat,*

Continuo antiquom hoſpitem noſtrum ſibi
Mneſilochus aduocauit Pelagonem ſenem:
Eo praeſente homini extemplo oſtendit Symbolum,
Quem tute dederas, ad eum vt ferret filio.
NI. Quid? vbi ei oſtendit Symbolum? CH. Inſit dicere,
Adulterinum, et non eum eſſe Symbolum *etc.*

Peculiaris eſt locus Iuſtin. 2, 12, 2 Athenienſium dux Themiſtocles, ... animaduertiſſet Ionas, propter quos bellum Perſarum rex ſuſce..., in auxilium regis claſſe veniſſe, ſolicitare eos in partes ſuas ſta... et quum colloquendi copiam non haberet, quo applicituri erant, Symbolos proponi, et ſaxis proſcribi curat, Quae vos Iones dementia ...? quod facinus agitatis? Bellum inferre olim conditoribus ve... nuper etiam vindicibus cogitatis? An ideo moenia veſtra con... vt eſſent qui noſtra delerent? *etc. Quo in loco* Symbolos *... pro Literis ipſis poni videntur, quae ſeparatim memorentur, ſed pro ... et notis, quas Themiſtocles propoſuerat, vt Iones his notis procul ... naues appellerent, appulſique ea verba legerent, quae in ſaxis ... curarat: nec referenda ea verba,* Saxis proſcribi, *ad* ſymbolos, *ſe ad ea, quae ſequuntur,* Quae vos Iones *etc. Herodotus* 8, 22 *..., vbi aequatio eſſet,* τὰ πότιμα ὕδατα, *in ſaxis perſcripſiſſe ait Themiſtoclem. Apertiſſima etiam narratio Plutarchi in Themiſtocle, ſed ... Symbolorum mentio.*

SYMBOLICE. Adu. [συμβολικῶς] Gell. 4, 11 Operte atque Symbolice, *de Symbolis, quae vocari ſolent Pythagorae, i. praeceptis aliud ſignificantibus, quam verba prae ſe ferre videntur.*

SYMBOLIVM, i. n. Hieron. Ep. 28.

SYMMACHVS, i. m. [Σύμμαχος] *Romanus orator, nomen cui reſpondet Latinum* Auxilius. *Citatur a nobis interdum* Q. Aurelius Symmachus, *Vir Conſularis, aeuo Theodoſii, cuius exſtant Epiſtolarum ... ad imitationem Plinii ſcripti, ſed impari ſucceſſu: eſt in his* 10, 61 *...tio ad Theodoſii filios imperatores, de ara Curiae reſtituenda, et bono... Veſtalium, aduerſus Chriſtianos, cui reſpondit duabus epiſtolis S. Ambroſius.*

SYMMETRĬA, ae. f. [συμμετρία] *Commenſuratio ſ. Commenſus ... dicitur, et conuenientia menſurarum, ſeu proportio.* Symmetria eſt ex ipſius operis membris conueniens conſenſus, ex partibus... ſeparatis ad vniuerſae figurae ſpeciem, ratae partis reſponſus Vitr. 1, ... Aedium compoſitio conſtat ex ſymmetria Idem 3, 1. Symmetriarum ratiocinatio Idem 1, 2. Plin. 34, 8 Primus hic multiplaſſe varietatem videtur, numeroſior in arte quam Polycletus, et ſymmetria diligentior. Symetriam diligenter cuſtodiuit Id. 34, 8.

SYMMETRVS, a, um. Adi. *Laudatur* Vitruu. 1, 2 p. 6 *vbi ſtatim poſt definitionem* Symmetriae *modo propoſitam additur*, Vt in hominis corpore e cubito, pede, palmo, digito, caeteriſque partibus Symmetros eſt, ſic eſt in operum perfectionibus. *Sed ... videtur ...* nomen. *Cod. Arundel. apud Laet.* Symmetros eſt eurhythmiae qualitas.

SYMMONIANVM, i. n. Trifolium, *vel (vt Ruellio placet)* SYMMONIACVM, [ἀσφάλτιον] *Herba, quam deſcribit* Columel. 6, 17, 2. *Editur* Simonianum. *Vid. Viri docti ad locum.*

SYMMYSTA, *ſ.* SYMMYSTES, ae. m. [συμμύστης] *Secretorum ſacrorum conſcius, vt apud* Orig. *interpretem*: Sicut Ioannes ſymmyſta pronuntiat dicens: Quia ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Deum Ieſum Chriſtum. Apul. Apol. p. 310 *pr.* Liberi patris Symmyſtae, qui adeſtis, ſcitis, quid domi conditum celetis, *i. orgiis ſ. myſteriis mecum initiati.*

SYMPATHĪA, ae. f. [συμπάθεια] *Latine* Compaſſio *dici poteſt, et* naturalis conſenſus *vel* conuenientia. Cic. de Nat. Deor. 3, 28 Illa vero cohaeret et permanet naturae viribus, non deorum. eſtque in ea iſte quaſi conſenſus, quam συμπάθειαν Graeci vocant. Quam ſympathiam lumbi ad oculum haberent Varro *ap.* Non. 6, 57. Plin. 28, 7 Suppoſita tantum calici lacinia tali, ſtatim metum eum diſcuti, videlicet praeualente ſympathia illa Graecorum, quum rabiem canum eius ſanguinis guſtatu incipere dixerimus. *de menſtruis.* Continuatio coniunctioque naturae, quam vt dixi vocant συμπάθειαν eiuſmodi, vt theſaurus ex ouo intelligi debeat Cic. de Diuin. 2, 124. *Conf.* Gell. 19, 7 *fin.*

SYMPERASMA, atis. n. [συμπέρασμα] *Concluſio, connexio.* Mart. Capell. p. 98 *et* 127. *Conf.* Quinctil. 5, 14.

SYMPHONĪA, ae. f. [συμφωνία] *Conſonantia, muſicus concentus.* Cic. pro Cael. 35 c. 15 Accuſatores quidem, libidines, amores, adulteria, Baiis acta conuiuia, comiſſationes, cantus, ſymphonias, nauigia iactant. Idem Verr. 2, 31 Curritur ad Praetorium, quo iſtum e conuiuio illo praeclaro reduxerant, paullo ante mulieres, cum cantu atque ſymphonia. Diſcumbens inter choros ac ſymphonias Suet. Calig. c. 37. Plin. 10, 29 Viſum iam ſaepe, iuſſas canere coepiſſe, et cum ſymphonia alternaſſe. Hor. de Arte Poët. 374 Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors. Cic. Verr. 3, 105 Cum in eis conuiuiis ſymphonia Caneret, maximiſque poculis miniſtraretur. Ad ſymphoniam Canere Sen. Ep. 12. Cic. Verr. 5, 31 c. 13 Non iudicia fieri: lucum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantuque ſymphoniae, *etc.* Malit, quisquis vir eſt, ſonitum ſuum claſſico quam ſymphonia rumpi Sen. Ep. 51. Symphoniae modulis dulciſſimis Perſonabant Apul. Met. 11 p. 261. *Add.* Petron. c. 33 *et* 36 *etc.* Plin. 9, 8. Idem 8, 42 Ad ſymphoniae cantum ſaltatione quadam moueri. ¶ 2 Cic. Fam. 16, 9 Symphoniam Lyſonis velim vitaſſes, ne in quartam hebdomada incideres: *vbi obſcurum quae ſit* Symphonia Lyſonis? *Vid. an huc faciat* ἡ διὰ τεσσάρων συμφωνία *Medicorum, de qua* Gell. 3, 10. ¶ 3 Symphonia, *Herba.* Plin. 26, 7 Symphonia, vel gromphena, alternis viridibus roſeisque per caulem foliis, in poſca ſanguinem reiicientibus medetur.

SYMPHONIĂCVS, a, um. [συμφωνιακός] *Vnde* Symphoniaci ſerui. *Sic* Aſcon. Pedian. *auctor eſt*, cani remigibus celeuma per ſymphoniacos ſeruos ſolitum olim fuiſſe, et per aſſam vocem, id eſt, ore prolatam et (vt in Argo naui) interdum per citharam, *ad* Cic. Diuin. in Caec. 55 c. 4 Ab hac muliere Praefectus Antonii quidam ſymphoniacos ſeruos abducebat per iniuriam, quibus ſe in claſſe vti velle dicebat. *Addit* Aſconius, Poſſumus intelligere ad hoc ſymphoniacos ſeruos capi ſolere, vt in claſſe pugnantibus claſſicum canant, vnde ipſi tubae claſſis nomen eſt poſitum claſſicum. Cic. Verr. 5, 64 c. 25 Symphoniacos homines ſex cuidam amico ſuo Romam muneri miſit. Ducere pueros ſymphoniacos Cic. pro Milon. 56 c. 21. Tibiae Petron. c. 28. Artes ſymphoniacas agere Arnob. 2 p. 73. ¶ 2 Symphoniaca herba *eadem, quae et* Symphonia *dicitur.* Pallad. Oct. t. 12 Si ceraſus aeſtu Canicularum fatigetur, herbam ſymphoniacam circa arboris truncum torqueri in coronam iubet, vel ex ea iuxta vnum caudicem cubile fieri. *Conf.* Apul. de Herb. c. 4.

SYMPHRATIDAE, [συμφρατίδαι] SYMPHRATORES, [συμφράτορες] SYMPHREATIDAE, [συμφρεατίδαι] *Nomina, quae Critici tribuerunt* Ciceroni de Legib. 2, 5 c. 2 *pro quo* Sunii *editur hodie*: Vt veſtri Attici, priusquam Theſeus eosdem migrare ex agris, et in aſtu, quod appellatur, omnes ſe conferre iuſſit, et Sunii erant iidem et Attici. *Variant libri et ſententiae. Caeterum* Symphratidae *et* Symphratores *fuerint* tribules, *vid.* PHETRIVM. Symphreatidae, *qui puteum communem habent.*

SYMPHȲTON, i. n. [σύμφυτον] *Herba.* Scribon. 83 Ad ſanguinis eruptionem bene facit Symphyti radix, quam quidam Inulam ruſticam vocant, quidam autem Alum gallicum dicunt. *Herbariis et vulgo* conſolida maior *vocatur. Vid.* Plin. 27, 6. 14, 16. Apul. de Herb. c. 59. *Laudat etiam* Veget. Mulom. 3, 6, 511. *et aliis locis, in quibusdam Codd. vbi* Anagallicum *in aliis legitur.*

SYMPLEGĂDES, [Συμπληγάδες] *Inſulae duae ſunt contra* Boſporum Tracium, *quae et* Cyaneae *dicuntur. Vid.* Mela 2, 7. Plin. 4, 13. Symplegades *porro dictae ſunt, quod fabulis tradatur, eas inter ſe aliquando concurriſſe, quoniam paruo diſ... interuallo, ex aduerſo intrantibus geminae cernebantur, paullumque deflexa acie coëuntium ſpeciem praebebant.* Ouid. Met. 15, 338. *Eaedem* Planetae *dictae, id eſt errantes*, Plinio. Valer. Argon. 4, 221 Hinc iter ad Ponti caput: errantesque per altum Cyaneas, etc. Inſtabiles olim Symplegades Claud. in Ruff. 1, 173. Superbae Symplegades Idem de Bell. Get. 9. ¶ 2 *Turpi metaphora Poëtae transtulere ad vitia ani ex attritu, vbi coaleſcunt, cohaereſcunt quidem partes, quae deinde non ſine dolore diuelluntur.* Martial. 11, 10 Si contringantur gemina ſymplegade culi. Luteae ſymplegadis antrum Auſon. Epigr. 108, 9. *i. podex. Conf. Vinet. ad h. l.* Sed ¶ 3 Praebente algam denſi ſymplegade limi Rutil. Itin. v. 461. *i. coalitu.*

SYMPLEGMA, atis n. [σύμπλεγμα] *Amplexus, Complicatio. De monſtroſa turpitudine* Martial. 12, 43 Praeſtent et taceant quid exoleti, Quo ſymplegmate quinque copulentur. Symplegmatibus plurimis intermixtos eſſe Arnob. 7 p. 239.

SYMPLOCE, es. f. *Figura rhetorum. Vid.* Mart. Capell. 5 p. 175 Incipit ſaepius ab vna parte orationis, et toties in vnam eandemque deſinit.

SYMPOSIVM, i. n. [συμπόσιον] *Mere Graecum, quaſi tu* Combibium *dicas, ſignificat* Conuiuium. Cic. Fam. 9, 24 Sapientius nos quam Graeci, illi ſympoſia, aut ſyndipna, id eſt, compotationes, aut

con-

concoenationes: nos conuiuia, quia tum maxime ſimul viuitur. *Conf.* Idem Att. 2, 12. *It. Platonis Opus, ap.* Nep. 7, 2, 2. *et* Gell. 1, 9. 17, 20. *in quo enarrantur ſermones in conuiuio habiti. Libellum aenigmatum, cui auctor vulgo adſcribitur* SYMPOSIVS, Sympoſium *ſimili ratione dicendum putabat editor Heumannus.*

SYMPOSIACVS, a, um. Adi. *Conuiualis.* Plutarchus in libro Sympoſiacorum Gell. 17, 11. Plutarchus in Sympoſiacis dicit Id. 4, 11. Quaeſtiunculae Gell. 6, 13. *in lemmate.*

SYMPOSIASTES, ae. m. [συμποσιαστὴς] *Conuiuii dominus, Conuiuantes* SYMPOTAE, *συμπόται, dicuntur. Cuius Femininum eſt* SYMPOTRIA, *συμπότρια, compotrix. Sed omnia Graeca, Latina auctoritate carent.*

SYMPTŌMA, ătis. n. *Accidens.* Symptomata, *Acceſſiones, ſeu acceſſoria mala, quae ad iuſtum morbum συμπίπτουσιν, hoc eſt accidunt. Vid.* Celſ. 3, 1 *et* 10.

SYMPVVIVM, *vid.* SIMPVLVM.

S Y N

SYNAGŌGA, ae. f. [συναγωγὴ] *Congregatio, vel coetus, ἀπὸ τοῦ συνάγειν, quod eſt congregare. Conuentus religioſus, et locus, in quem conuenitur. Res Iudaica. Apud eccleſiaſticos ſcriptores accipitur pro Eccleſia Iudaica vel Chriſtiana. Vid.* Tertull. adu. Iud. c. 8 *et* 13. *it.* adu. Marc. 3, 22.

SYNALLAGMA, ătis. n. [συνάλλαγμα] *Sic appellant ICti, quidquid datur vel fit ideo, vt viciſſim aliquid vel detur, vel fiat. Eſt enim a συναλλάττειν permutare.* Vlpian. l. 7 §. 2 D. de pactis, Dedi tibi rem, vt mihi aliam dares: dedi, vt aliquid facias: hoc συνάλλαγμα eſſe, et hinc naſci ciuilem obligationem. — Eſſe contractum *illud*, quod Ariſto συνάλλαγμα dicit. *Non dicit, Synonyma eſſe* contractum, *et* συνάλλαγμα: *non dicit* συνάλλαγμα *eſt contractus; ſed* συνάλλαγμα contrahitur, *qua ipſa re pactum non amplius nudum eſt, ſed oritur ille quem* contractum *ICti vocant. Sed* l. 19 de V. S. Labeo contractum finit vltro citroque obligationem, quod Graeci συνάλλαγμα vocant, velut emtionem venditionem *etc. Vid. ICti.*

SYNALOEPHE, es. f. [συναλοιφὴ] *Quaſi tu coëxſtinctionem dicas, cum ob concurſum Vocalium vna velut exſtinguitur: fit enim quum de fine dictionis Vocalis abiicitur, ſequente dictione quae a Vocali incipit, vt* Iuuen. Sat. 1, 1 Semper ego auditor tantum? *Vid.* Chariſ. p. 249. Valer. Prob. p. 1439 *pr.*

SYNANCHE, es. f. [συνάγχη] *Morbus in faucibus ſpiritum ſuffocans, Latinis* Angina *dictus. Ex σὺν, et ἄγχω, ango.* Celſ. 4, 4 Vt hoc autem morbi genus circa totam ceruicem, ſic alterum aeque peſtiferum acutumque in faucibus eſſe conſueuit: noſtri anginam vocant: apud Graecos nomen prout ſpecies eſt. Interdum enim neque rubor neque tumor vllus apparet, ſed corpus aridum eſt, vix ſpiritus trahitur, membra ſoluuntur, id συνάγχην vocant. Interdum, *etc. Vid.* Apul. de Herb. c. 29. Gell. 11, 9 *narrat ex Critolao, Demoſthenem a Mileſiis Legatis corruptum, ne contra illos diceret,* Lana multa collum ceruicesque circumuolutum ad populum prodiiſſe, et dixiſſe, ſe συνάγχην pati: eo contra Mileſios loqui non quire: tum e populo vnum exclamaſſe, Non συνάγχην, quod Demoſthenes pateretur, ſed ἀργυράγχην eſſe, *quaſi tu dicas anginam ab argento ortam.*

SYNANCHICVS, a, um. Adi. Paſſio Apul. de Herb. c. 109. Synanchicos efficere Theod. Priſcian. 1, 17.

SYNATHROESMVS, i. m. [συναθροισμὸς] *Figura, quae et* ſingulis verbis, et plurium verborum coniunctione fieri poteſt. Singulis, hoc modo, Sed quum ad ſupplicium ſumendum ſe confirmaret, multa ſimul eum reuocabant officia, conſuetudo, tempus, exiſtimatio, periculum, religio: quae ſingula proprias ei cogitationes ad remorandum ſubiiciebant. — Plurium verborum coniunctione: Nemo enim nocens ſine ſummo moerore eſt, Iudices, ſed multa ſimul eum perturbant, quod adeſt, ſolicitudinis plenum; quod futurum eſt, formidoloſum: lex paratum ſupplicium oſtentans: vitia ex vitiis coacta, occaſionem arguendi maleficii captans inimicus: quae quotidiana, vehementer eius animum excruciant. *Ex* Rutilio Lupo 1, 1.

SYNCERASTVM, i. n. [συγκεραστὸν] *Quaſi tu* commiſtum *dicas, ita explicat* Varro de L. L. 6, 3 p. 75, 37 In Phagone (Plauti) Honos Syncerаſto periit. Syncerаſton eſt omne edulium antiquo vocabulo Graeco. *Sic Scal. Alii pro* edulium, *habent* medullium, Syncerаſtus *eſt etiam nomen ſerui, cuius occaſione etiam de* edulio *an* medullio Syncerаſto *diſputant viri docti ad* Poenuli 4, 2, 64 Continuo is me ex Syncerаſto crurifragium fecerit. *Quin etiam* Exſyncerаſtum *hinc exſculpunt, de quo h. v.*

SYNCERVS, *vid.* SINCERVS.

SYNCHRONVS, a, um. Adi. [σύγχρονος Coaeuus Vet. Gloſſ.] *Contemporaneus. Vnde ſcribit* Hieron. Ozeam prophetam fuiſſe ſynchronum Iſaiae. *Et* Varro, *cum ait*, . . . Non eſſe dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint Homerus et Heſiodus, eos ſynchronos fuiſſe teſtatur.

SYNCHRONISMVS, i. m. *Graece legitur ap.* Gell. 17, 21. *i. temporis conuenientia et concurſus.*

SYNCHӮSIS, is. f. [σύγχυσις] *Confuſio.* Eſt enim, *vt ſcribit* Donatus hyperbaton vndique confuſum, vt illud Virg. Aen. 1, 112 Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet: Saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus aras. *Eſt autem hic ordo.* Tres naues abreptas Notus torquet in ſaxa: quae ſaxa in mediis fluctibus latentia, Itali vocant aras.

SYNCŎPA, *ſ.* SYNCOPE, ae. f. [συγκοπὴ] *Conciſio: κόπτω enim incido ſignificat. Figura eſt, quum litera vel ſyllaba e medio dictionis tollitur: vt,* Chariſ. 4 p. 248 *extr.* συγκοπὴ eſt, cum mediae parti dictionis aliquid ſubducitur, *vt* Exſtinxti te meque ſoror, pro exſtinxiſti. ¶ 2 *Deliquium animi a medicis ita vocatur, quod velut interciditur commeatus ille ſpiritus.*

SYNCOPO, āre. *Deficere animo.* Si quod iumentum ſyncopauerit Veget. de Re Veter. 1, 56.

SYNCOPATVS, a, um. Veget. ibid. 1, 53.

SYNCRĬSIS, is. f. [σύγκρισις] *ſiue* Antitheſis. *Comparatio rerum atque perſonarum inter ſe contrariarum.* Cic. pro Muraen. (22 c. 9) Vigilas tu de nocte, vt tuis conſultoribus reſpondeas, ille, vt eo quo intendit mature cum exercitu perueniat, *etc. Item* Verr. 1, 70 Iſte multo ſceleratior et nequior quam ille Adrianus, aliquanto etiam felicior fuit, *etc.* Iulius Rufinianus p. 29 *Pith.*

SYNDĬCVS, i. m. [σύνδικος] *Aduocatum in iudicio ad verbum ſignificat. Sed ita vocant actorem vniuerſitatis, collegii, ſocietatis etc. vt* l. 1 §. 1. *it.* l. 6 §. 1 *et* 3 D. quod cuiusque vniuerſitatis nomin. *Iidem qui* Defenſores *alias ciuitatum dicuntur. Vid.* l. 1 §. 2. *et* §. 13 D. de munerib. et honor. *Add.* l. 5 §. 10 D. quod vi aut Vet. Gloſſ. Syndicus, actor et adminiſtrator.

SYNECDŎCHE, es. f. [συνεκδοχὴ] *Tropus eſt, quum vn pitur, vel intelligitur aliquid: nam vt ait* Quinctil. 8, 6, 19 V ſermonem poteſt, vt ex vno plures intelligamus, parte totum, genus, praecedentibus ſequentia, vel contra. *vid. locus.* Do Synecdoche eſt ſignificatio pleni intellectus capax, quum plus mi pronuntiatur. Aut enim a parte totum oſtendit, *vt* Virg. A 403 Puppesque tuae, pubesque tuorum. Aut contra pars a *vt* Idem Aen. 1, 119 Ipſius ante oculos ingens a vertice pontus I pim ferit. *Et* Aen. 12, 119 Fontemque ignemque ferebant. miniſſe autem debemus, quando fit a parte totum, faciendum al gniori parte. *Grammatici* Synecdochen *vocant, cum Accuſ ponitur omiſſo* ſecundum, *vt* Os humerosque deo ſimilis *etc.*

SYNECHES, is. [συνεχὴς] *Continuus, frequens.* Mart pella 9 p. 331.

SYNECHVNTES loci Vitr. 5, 8. *i. conſonantes.* συνηχοῦν

SYNEDRIA, ae. f. *Legebatur* Vlp. in l. 1 §. Nauem D. de cit. Nauem accipere debemus, ſiue marinam, ſiue fluuiatilem in aliquo ſtagno nauiget, ſiue ſynedria ſit. *Sed vid.* SCHEDIA.

SYNEDRIVM, i. n. *Conſeſſus iudicialis et Senatorius, vt* drium magnum *et* paruum *ap. Iudaeos: de quo Selden. ſingulari l*

SYNĔDRVS, i. m. [σύνεδρος] *Latinis Conſeſſor, aſſeſſor, co rius dicitur.* Liu. 45, 32 His rerum externarum cognitionibus poſitis, Macedonum rurſus aduocatum concilium: pronunt quod ad ſtatum Macedoniae pertinebat: Senatores quos ſynedr cant, legendos eſſe, quorum conſilio Resp. adminiſtraretur. Lucan. 8, 259.

SYNEMMENON, i. n. [συνημμένον] *Inter ſonos refertur* 5, 4 *Coniunctum ſ. connexum ad verbum ſignificat.* ¶ 2 16, 8 Quod Graeci συνημμένον ἀξίωμα dicunt, id alii noſtrum ctum, alii connexum dixerunt. Id connexum tale eſt, Si Plato lat, Plato mouetur. Si dies eſt, ſol ſuper terras eſt.

SYNEPHĒBI. m. Pl. [συνέφηβοι] *Dicuntur Adoleſcentes pubeſcentes. Quod nomen inditum eſt comoediae* Statii Caecilii. de Finib. 1 Synephebos ego inquit, potius Caecilii, au driam Terentii, quam vtramque Menandri legam? *Conf.* de Opt. Gen. Orat. c. 6. Ait Statius in Synephebis C Senect. 18 c. 7.

SYNEPHĪTES, *aut* SYNNEPHITES, is. m. [συννεφίτης] *ma eſt lactei coloris, alio nomine Galactites.* Plin. 37, 10 Galactit vno colore lactis eſt, eandem dicunt Leucogeam, et Leucograpl Appellant et Synephiten, lactis ſucco et ſapore notabilem. Συ *apud Graecos nubilum ſignificat.*

SYNESIS, is. f. [σύνεσις] *Aeon Valentini:* Tertull. adu lent. c. 8. *it. Figura Grammatica, cum ad* intellectum, *(nam hoc ficat σύνεσις) non ad vocis rationem Grammaticam refertur conſt Vid.* SYNTHESIS.

SYNGRĂPHA, ae. f. *et* SYNGRĂPHVS, i. m. *vel* S GRĂPHVM, i. n. [συγγραφὴ] *Scriptura, ſiue ſchedula, libellu ptum, quod fit manu eorum, qui paciſcuntur in alicuius rei fidem.* Syngrapha *eſt cautio et conſcriptio ob locationem facta: vt et cona merces in rato ſit, et locatori cautum ſit a redemtore et conductore* Plaut. Aſin. 4, 1, 1 Agedum iſtum oſtende, quem conſcripſi ſy phum inter me et amicam et lenam: leges pellege. *Et* v. 5 tum ſyngraphum Plaut. *Add.* ibid. 1, 3, 83. Cic. Fam Tanquam enim ſyngrapham ad imperatorem, non epiſtolam attu ſic pecunia ablata, domum redire properabas. Idem Verr. Cybiram cum inanibus ſyngraphis venerat. Agere ex ſyngr. *vid.* AGO. Ius ex ſyngrapha Dicere Cic. Att. 6, 2. P lare ex ſyngrapha Idem ibid. 5, 21. Conſcribere ſyngrapham, CONSCRIBO. Cic. de Aruſp. Reſp. 20 c. 13 Alterum putabo gem, ſi habuerit vnde tibi ſoluat, quod ei per ſyngrapham credidi Facere ſyngraphas cum aliquibus Cic. pro Domo 120 c. 50. Et Aruſp. Reſp. 34. Syngrapha HS centies Cic. Phil. 2, 95 c ¶ 2 Plaut. Capt. 2, 3, 90 Eadem opera a Praetore ſumam Syr phum. TY. Quem Syngraphum? HE. Quem hic ferat ſecum gionem, hinc ire huic vt liceat domum. *Sunt ergo liter teſſera commeatus.*

SYNNĂDA, ae. f. SYNNADA, orum. n. Pl. *et* SYNN ădis. f. *Vrbs Phrygiae, de qua* Plin. 29, 1 Alter conuentus a Syı accipit nomen. Cic. Fam. 3, 8 Idque, ait, me arbitror Syn pro tribunali multis verbis diſputauiſſe. *Ibid.* Quum enim diceae, quum Synnadis; quum Philomeli, quum Iconii eſſem *Paullo poſt,* Quod iisdem diebus meus conuentus erat Apameae, nadis, Philomeli, tuus Tarſi. Sidonius Apollinaris in Paneg Maioriani, Iungitur hic Synnas, Nomadum lapis additur iſtis. *i. mor Synnadicum, et Numidicum.* Stat. Silu. 1, 5, 37 *de B Etruſci,*

Sola nitet flauis Nomadum deciſa metallis
Purpura, ſola cauo Phrygiae quam Synnados antro
Ipſe cruentauit maculis lucentibus Atys.

Ibid. 1, 5, 41 Viridis cum regula longo Synnada diſtinctu v *Nullum marmor illic eſt, niſi variatum maculis purpureis, vt Numid et Synnadicum: quod quidem diſtinctum eſt maculis purpureis, quo Atys puer, quum in Phrygia Cybelen fugeret, abſciſſis genitalibus lap hunc cruentauit guttis manantibus.* Plin. 35, 1 *ad finem,* Neronis cipatu inuentum, maculas quae non eſſent, in cruſtis inſerendo tem variare, vt ouatus eſſet Numidicus, vt purpura diſtingu Synnadicus, qualiter illos naſci optarent deliciae. Stat. Silu. 148 Hic Lybicus, Phrygiusque ſilex, hic dura Laconum Saxa vir Libycus ſilex *dicitur marmor Numidicum,* vt Phrygius *Synnadicum.*

SYNOCHĪTIS, idis. f. [συνοχῖτις] Gemma, qua *in necro tia* dicunt euocatas inferorum vmbras teneri Plin. 37, 11.

SYNODIA, orum. n. Pl. [συνοδία] *Conuentus, ex σὺν et* Cic. Att. 10, 7 Iniecta autem mihi ſpes quaedam eſt, velle mecum Sulpicium colloqui: ad eum miſi Philotimum libertum cum lit ſi vir eſſe volet, praeclara συνοδία: ſin autem, erimus nos qui ſ mus. *Vid.* SYNODVS.

SYNŎDVS, i. f. [σύνοδος] *Idem, niſi quod* Synodia, *vt modo dimus, etiam de duorum congreſſione adhibetur;* Synodus *vix aliter q de pluribus ponitur.* Locis ſuis a ſuae dioeceſeos ſynodis audia l. 23 C. Theod. de Epiſc. Vlterius ſynodo neque ſe permiſ inſons Fortun. Mart. 4, 385. *Add.* Ammian. 15, 7. *et* 21, 16.

SYNODÝCVS, a, um. Adi. [συνοδικὸς] *Quod ad ſynodum pertinet.* Hieronym. . . . Ante annos plurimos, cum iuuarem Damaſum Romanae vrbis epiſcopum, et Orientis atque Occidentis conſultationibus ſynodicis reſponderem. ¶ 2 *Alio ſignificatu* Iul. Firmic. … 6 in octauo loco Sole poſito, in diametro eius luna fuerit conſtituta nondum ſoluta coniunctione, ſed plena lumine: vel ſi cum ſynodi fuerit inuenta, *etc.* Synodica *vocatur* luna, *Quum luminis vnitate priuatur, ſilereque dicitur, velut cum ſole commeans, vt tradit* … *Tunc* ſynodica *dicitur, quum eſt in coniunctione, opponitur plenae.*

SYNODITA, ae. *et* SINODITAE, arum. m. pl. ſunt *Clientuli* … *orum, ſeu comites: ὁδίτης enim viatorem ſignificat. Solent autem* … *ex collegii ſui inferiori ordine quempiam deligere, qui eos comitetur. Adnotat Hotomanus. Videnda* l. 6 De epiſcopali audient lib. 1. … addictos ſupplicio (*inquiunt* Honor. et Arcad.) et pro criminum immanitate damnatos, nulli clericorum, vel monachorum, eorum etiam quos Synoditas vocant, per vim atque vſurpationem vindicare … ce, ac tenere. *In quibuſdam Codicib. eſt Lex 7. Eadem* l. 57 C. Th… de appellat.

SYNODVS, ontis. *Genus piſcis a continuitate dentium dicti.* Plin. … Ouid. Halieut. v. 107.

SYNODONTITIS, *Gemma*, e cerebro piſcium eſt, qui Synodontes vocantur Plin. l. c.

SYNOECIOSIS, is. f. [συνοικείωσις] Figura, quae docet diuerſas res coniungere, et communi opinioni cum ratione aduerſari: et habet magnam vim vel ex laude vitium, vel ex vitio laudem exprimendi. Hyperidis exemplum, Nam hominis auari atque aſoti, vnum atque idem vitium eſt. Vterque enim neſcit vti, atque vtrique pecunia edecori eſt: quare merito vtrique pari poena adficiuntur, quos … non decet habere. *Ex Rutilio Lupo. conf.* Quinctil. 9, 3, 64.

SYNOECIVM, i. n. *Contubernium.* Aliquis ex his, qui in eo ſynoecio potant Petron. c. 93.

SYNONETVM, Publicam comparationem ſpecierum, quae in … une fiebat, Imp. appellant. l. 1. De public. comparat. in C. Th. … quam coëmtionem appellari in l. 2. C. de frumento vrb. Con… et in rubric. Vt nem. lic. in coëm. ſpec. ſe excuſar.

SYNONYMON, i. n. *Idem ſignificans vocabulum, quod alterum.* … Charis. p. 129.

SYNONYMIA, ae. f. [συνωνυμία] *Figura, quae* Communio nominis … *teſt.* Vtimur autem eo genere elocutionis, quoties vno verbo … itis videmur dignitatem, aut magnitudinem rei demonſtrare. … ne in eandem ſignificationem plura conferuntur: vt ſi dicamus, … auit, afflixit, perculit Aquila Rom. p. 21 *Pith. Vid.* Quinctil. … 3. Mart. Capella 5 p. 17….

SYNOPI, *vid.* SINOPE.

SYNOPSIS, is. f. [σύνοψις] *Conſpectus: et deinde perſcriptio, repertorium ſeu inuentarium: deducto nomine ex eo, quod quae late patebant,* … *m contracta ſimul omnia conſpici cernique poſſint.* Vlp. in l. 5 §. 7 De … b. eor. qui ſub tut. vel cur. ſunt. Aut ſi nemo (*inquit*) inueniatur, aut ſuſpecti ſunt, qui inueniuntur, iubere debet edi rationes: … ue ſynopſin bonorum pupillarium, aduocatumque pupillo dare. … *Obſ.* 8, 1. Synopſis *pro deſcriptione aedificii, ap.* Fron… Limit. agror.

SYNTAGMA, atis. n. [σύνταγμα] *Ad verbum coordinatio, et* … *Graecos ad rem militarem pertinet. Sed librum ſ. opus coordinatum* … *ſtructum, apud* Cic. Fam. 8, 3 Illud nunc a te peto, ſi eris (vt …) otioſus, aliquod ad nos σύνταγμα conſcribas. Duo magna ſyntagmata abſolui Idem Att. 12, 45. *add.* ib. 16, 3.

SYNTAXIS, eos. f. [σύνταξις] Conſtructio et ſeries, τάξις enim … et ordo dicitur. *Vid.* Grammaticos. *Pro compoſitione libri,* … Att. 15, 16. *et* 15, 14.

SYNTEXIS, is. f. [σύντηξις] *Colliquefactio ad verbum. Metaph. Coalitus, et arcta coniunctio animorum, ap.* Cic. Att. 10, 8. *Ta…, et velut colliquatio, Extenuatio prae macie.* Plin. 22, 25 Tali … ionis genere emendantur ſyntexes, id eſt, defectiones ex longis morbis ſumtae.

SYNTECTÝCVS, a, um. Adi. [συντηκτικὸς] *Morbo confectus … exhauſtus aegritudine.* Plin. 22, 23 Praecordium vitiis ſyntecticis, comitialibus in vino, in aqua mulſa linguae paralyſi. *Vid.* Idem 28, 8 *et* 9.

SYNTHEMA, atis. n. [σύνθημα] *Compoſitio, vel aliquid, de quo conuenit inter plures, vt Signum bellicum, Teſſera vigiliarum, teſſera* … *ſtolarii, commendatrix eius, qui eam reddebat. In Pandectis item* Gr… *Synthemata vocantur* Diplomata, *quae his dabantur, qui curſu publico* … *tur. Item breues quaedam et obſcurae ſententiae, et quaedam aenigmata altiorem quendam et reconditum ſenſum occultantia, cuius* … *ſunt Pythagorae ſymbola. Sed haec apud Graecos.* Synthema … *ueſtium aliquarum compoſitione, ap.* Hieron. Ep. 34.

SYNTHESIS, eos. f. [σύνθεσις] *Latine Compoſitio dicitur. Syn…ca figura, quae commodius vocatur Syneſis v. v. V. g.* Virg. Aen. 1, 2… Pars in fruſta ſecant, *quia illa pars plures continet.* Liu. 2, 20 Se…ti et pedeſtris acies *pro* Secuta, *vt quidam legunt.* Idem 1, 37 Maxima pars in flumen acti. *Item* Syntheſis *vel* ſyneſis *eſſe dicitur* Virg. Aen. 12, 899 Vix illud lecti bis ſex ceruice ſubirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus. ¶ 2 Syntheſis … *Veſtis peculiare genus eſſe placet viris doctis: et videtur fuiſſe delicatius* … *ile, vt plures demum iunctae ſ. compoſitae unde nomen eſt contra frigus ſatis munirent.* Martial. 5, 80

Vndecies vna ſurrexti, Zoile, coena,
Et mutata tibi eſt Syntheſis vndecies,
Sudor inhaereret madida ne veſte retentus,
— Et laxam tenuis laederet aura cutem.
Quare ego non ſudo, qui tecum, Zoile coeno?
Frigus enim magnum ſyntheſis vna facit.

Sarnalibus ſumere ſolebant. Martial. 14, 1 Syntheſibus dum gaudet eques, dominuſque Senatus. *Suſpicatur Lipſ. Sat.* 1, 2 *extr.* Coe… *nariam purpuream vel coccineam, proprie* Syntheſin *dictam. Iterum* Martial. 2, 46 Sic micat innumeris arcula ſyntheſibus. Praſina ſyntheſis *i. porracei coloris eid.* 10, 29. Multitia Tertull. de Pall. c. 4. *i. lor…bus variegata, vt explicat Iunius. Itaque indecens erat extra Saturnalia hic eſtitus.* Suet. in Neron. c. 51 Ac plerumque ſyntheſin indutus, ligato circum collum ſudario prodierit in publicum ſine cinctu et iscalceatus. *Editur* Syntheſinam indutus. *Placet coniectura Heinſii* … ſyntheſin vnam, *quod eſſet leuitatis inſignis, vt paene nudus videretur. Vid. Heinſ. ad* Petron. c. 30 p. 156. *Torrent. ad Suet. l. c.*

¶ *Proprius maxime* Syntheſis *intellectus ille videtur, vti notet compoſitionem, et velut ſyſtema quoddam veſtium, colore, formaque inter ſe vel congruentium, vel quomodocunque reſpondentium, vt plures vnum quiddam viderentur efficere. Hanc ſignificationem ſolam veram eſſe, defendit* Bynckerſh. *Obſ. Iur. Rom.* 4, 24 p. 437 *poſt Alciatum Parerg.* 2, 21. *Certe huc facit* Scaeuola in l. Titia 38 §. 1 De auro et argent. leg. Sempronia coopertoria tabiana, et tunicas tres cum palliolis quae elegerit, dari volo. Quaero an ex vniuerſa veſte, id eſt, ex ſyntheſi, tunicas ſingulas, et palliola Sempronia eligere poſſit? Reſpondi: ſi eſſent tunicae ſingulae cum palliolis relictae, ex iis duntaxat eligi poſſe. Quod ſi non eſſent, heredem vel tunicas et palliola ex ſyntheſi praeſtaturum, vel veram aeſtimationem earum. *Add.* Vopiſc. in Bonoſo c. 15. *Sed* ¶ 4 *late ſic patet et de plurium rerum vnius generis et vſus compoſitione accipitur. V. g.* in l. 30 Alumnae. § 1 Titia, De adimendis leg. Syntheſim, i. e. Omnem poſſeſſionem praediorum. *conf.* l. 34 §. 1 ff. de Legat. 2. *Ita* Syntheſis, *Vaſorum compoſitio, qua multa eiuſdem generis vaſa in ſe inuicem includuntur.* Stat. Silu. 4, 9, 45 Aut vnam dare ſyntheſim, quid horres? Alborum calicum atque cacaborum? *Talis eſt* Septenaria Syntheſis Sagunti, Hiſpanae luteum rotae toreuma, *i. ſeptem pocula ſigilla Sagunti facta, apud* Martial. 4, 46. *Similiter de compoſitione medicamenti, ap.* Sammon. v. 1. 6, ſeqq.

SYNTHESINVS, a, um. *Vt*, Veſtis ſyntheſina, *abſolute* ſyntheſina *dicta* Suet. Ner. c. 51.

SYNTOMIA, ae. f. [συντομία] *quam latine* Conciſionem *vertere poſſumus: Figura eſt, qua res quantumuis magnae breui et compendioſo verborum ambitu redduntur. Nempe*

SYNTOMOS [σύντομος] *Conciſus a* συντέμνω. Quinctil. 4, 2, 42 Graecorum aliquid aliud circumciſam expoſitionem, id eſt, σύντομον, aliud breuem putauerunt: quod illa ſuperuacuis careret, haec poſſet aliquid ex neceſſariis deſiderare. Nos autem breuitatem in hoc ponimus, non vt minus, ſed ne plus dicatur, quam oportuit.

SYNTONVS, a, um. [σύντονος] Syntonorum modis ſaltitantes Quinctil. 9, 4, 42 *Nihil puto melius allatum interpretatione Salmaſiana, qui Syntonum ait eſſe ſcabilla ſymphoniacorum. Vid. mox* SYNTONARIVS.

SYNTONARIVS, i. m. *Qui ſcabilla pede percutit. Vid. Salmaſ. ad* Hiſt. Aug. p. 502. *ſ. ad* Vopiſci Carin. 19 p. 8… *Hack.*

SYNTONATOR, ōris. m. *Idem.* Inſcript. *ap.* Spon. *Miſc. Erud. Ant.* p. 234.

SYNTROPHVS, i. m. [σύντροφος] *Connutritus.* Tertull. adu. Valent. c. 8.

SYNTROPHION, i. m. *Herba.* Apul. de Herb. c. 87.

SYPHAX, ācis. *Pen. prod.* [Σύφαξ] *Numidarum rex a Scipione Afr. deuictus.* Ouid. Faſt. 6, 769 Poſtera lux melior, vincit Maſaniſſa Syphacem, Et cecidit telis Haſdrubal ipſe ſuis. *Intelligit* VIII *Calend. Iulii. Sed* Claud. de Bell. Gild. 92 Haurire venena Compulimus dirum Syphacem, *et penultima corripitur: et alioquin hiſtoriae repugnat: itaque ſuſpectus eſt hic locus eruditis.* Victi monumenta Syphacis Propert. 3, 11, 59.

S Y R

SYRĀCVSAE, arum. f. Pl. [Συρακοῦσαι] *Ciuitas Siciliae, ſub Pachyno monte ſita, vbi fons Arethuſa.* Cic. Verr. 4, 115 *Laudat* Syracuſas, vrbem maximam Graecorum vrbium, pulcherrimamque, quae ex quatuor quaſi vrbibus maximis conſtare videbatur: quarum vna, Inſula nominatur, altera Achradina, tertia Tyche, quarta Neapolis. Idem Verr. 2, 4 vbi de Marcello agit, ait vrbem pulcherrimam Syracuſas: quae quum manu munitiſſima eſſet, tum loci natura terra ac mari claudebatur. *Syracuſani multos claros principes habuerunt, ſed clariſſimum Dionyſium ſeniorem.*

SYRACVSANVS, *vel* SYRACVSIVS, *vel* SYRACOSIVS, a, um. Poſſeſſ. [Συρακόσιος] Virg. Ecl. 6, 1 Prima Syracoſio dignata eſt ludere verſu. Ouid. in Ibin 551 Vtque Syracoſio, praeſtricta fauce, Poëtae, Sic animae laqueo ſit via clauſa tuae. Idem Faſt. 6, 277 Arte Syracoſia ſuſpenſus in aëre clauſo, Stat globus, immenſi parua figura poli.

SYREON, i. n. [σύρεον] Plin. 24, 19 Tordyle herba per ſe, quam et Syreon vocauerunt.

SYRIA, ae. f. [Συρία] *Regio Aſiae clariſſima, quae Phoenicen, Palaeſtinam, interdum etiam Aſſyriam complectitur. Sic v. g.* Plin. 5, 12 Syriae totius Aſſyriam partem facit. *Multi confundunt, vt Herodotus, qui Syros a Graecis dictos, Aſſyrios a Barbaris dici ſcribit, et illis Chaldaeos adnumerat. Tanto minus mirum, ſi Poëtae interdum his nominibus abutuntur. Qui proprie loquuntur Amano monte, Euphrate, tum Libano et mari illam includunt.* Populi Syriae Lucan. 3, 214. Decora Syria Claud. in Eutrop. 2, 570. Opima et fertilis Syria Cic. pro Domo 23.

SYRVS, *vel* SYRIVS, a, um. Adi. [Σύρος] *Qui ex Syria eſt.* Cic. de Nat. Deor. 3, 39 Piſcem Syrii venerantur. Ouid. Faſt. 2, 474 Inde nefas ducunt genus hoc imponere menſis, Ne violent timidi piſcibus ora Syri. Agmina Syrorum Stat. Silu. 1, 6, 72 Cic. de Orat. 2, 265 c. 66 *Ex perſona Iulii*, Vt illud M. Cicero ſenex huius viri optimi noſtri familiaris pater, noſtros homines ſimiles eſſe Syrorum venalium: vt quiſque optime Graece ſciret, ita eſſe nequiſſimum. Palaeſtinus Syrus Tibull. 1, 7, 11. Columel. 5, 10, 18 Ea ſunt Cruſtumina regia, Signina, Tarentina, quae Syria dicuntur, *de piris.* Munere Syrio plenus Onyx Propert. 2, 13, 30. Tumores Syrii, *vid. h. v.* Vina Syra Hor. Carm. 1, 31, 12. Syri *pretioſi lecticarii:* Martial. 9, 3 Octo Syris ſuffulta datur lectica puellae.

SYRIACVS, a, um. Poſſeſſ. [Συριακὸς] *Vt*, Syriaci boues, *i. Qui ſunt in Syria.* Plin. 8, 45. Mala Syriaca Colum. 5, 10, 19. *Forte eadem quae* Syrica *a colore nomen habere ait* Plin. 15, 14 ſ. 15. Praetor Cilicenſis et Syriacus Cic. Q. Frat. 1, 2. Radix Syriaca, *pro Silphio, et quod Latini* Laſerpitium *vocant; quia, vt inquit Dioſcorides, ex Syria et Media optima huiuscemodi radix adfertur.* Columel. 11, 13, 16 *et* 59 Nec minus ſi vernum et aeſtiuum fructum voles habere, Syriacae radicis et rapae napique ſemina obrues. Aſſyriam *vocat* 10, 114 *Sollemni horum nominum confuſione.* Ros Syriacus, *pro Succo radicis Silphii, qui Graecis* ὀπὸς Κυρηναικὸς *etiam dicitur: hoc eſt ſuccus Cyrenaicus, quod in Cyrenaica prouincia quemadmodum et in Syria, optimus naſceretur in ſilphio.* Columel. 12, 41 Tres heminae roris Syriaci contriti ſuper omnia adiiciuntur. *Add.* Idem 9, 13, 5. Pall. Mart. 15, 1.

SYRĪCVS, a, um. Poſſeſſ. [Συρικὸς] Syrica mala, *id. quod* SYRIACA. Syricum atramentum Plin. 35, 6. Idem 33, 7 Sublini (*interpolari, adulterari*) autem Syrico minium, compendii ratio demonſtrat. *Quo loco Hermolaus,* Syricum, *inquit, fictitius color eſt ex ſinopide ac ſandyce miſtis, quo minium adulteratur. Vetus codex* Scyrico.

SYRIATĬCVS, a, um. Adi. *Idem.* Florus 2, 9, 1 Syriatico bello ſucceſſit, vt debebat Aetolicum. *Vbi notat Salmaſius,* Syriaticus *frequentius ſcriptum reperiri in Codd. antiquis, quam* Syriacus.

SYRIARCHA, ae. m. *Qui* Syriarchiam *exercet, vt* Aſiarcha. l. vltim. de expenſis ludo. in C. Theod. *Poſteriores* Patriarcham *huiusmodi appellaſſe auctor eſt Xiphilinus.*

SYRIARCHIA, ae. f. *Sacerdotii genus in Syria, vt* Aſiarchia, l. 1. C. de Nat. li. l. vnic. C. de Offic. Com. Orient. l. 133. De Decurionib. in C. Theod. Nouel. 89.

SYRICTAE, [Συρίκται] *Vt ex Megaſthene notat* Plin. 2, 7 Gentes inter Nomadas Indos, narium loco foramina tantum habentes, anguium modo loripedes.

SYRIGMVS, i. m. *Stridor, ſibilus. De tinnitu aurium, ap.* Macr. 4, 12 *vbi conf. Cornar. not.*

SYRINGIA, ae. f. *Calami genus.* Plin. 16, 37.

SYRINGA, *et* SYRINGAE, ārum. f. Pl. [*σύριγξ, σύριγγες*] *Sunt fiſtulae. Vid. mox* SYRINX.

SYRINGITES. [*συριγγίτης*] Gemma, quae ſtipulae internodio ſimilis eſt, ac perpetua fiſtula cauatur Plin. 37, 12.

SYRINGO, āre: *vnde* SYRINGATVS, a, um. *i. excauatus.* Apic. 8, 6 *Vbi docet facere* haedum ſiue agnum ſyringatum. Inteſtina integra exinaniantur —— *et impenſa quadam implentur.*

SYRINGOTOMIVM, *vid.* STRINGOT.

SYRINX, ingis. f. [Σύριγξ] *Nympha Arcadiae, quae Nympharum precibus mutata eſt in paluſtres calamos, quum acrius eam inſequeretur Pan ruſticorum Deus.* Ouid. Met. 1, 690

Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas,
Naias vna fuit, Nymphae Syringa vocabant *etc.*

Finis eſt,

Panaque, cum prenſam ſibi iam Syringa putaret,
Corpore pro Nymphae cannas tenuiſſe paluſtres. —
Atque ita disparibus calamis compagine cerae
Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellae.

SYRINGES, *cauernae ſubterraneae.* Sunt et Syringes, ſubterranei quidam et flexuoſi ſeceſſus Ammian. 22, 15. In cauernis minutis terrarum, quas ſyringas appellamus Idem 17, 7.

SYRISSA, ae. f. [Σύρισσα] *Mulier e Syria. Nam quemadmodum a* Libys *fit* Libyſſa, *ita a* Syrus, Syriſſa. Virg. in Moret. 1 Copa Syriſſa, caput Graia redimita mitella.

SYRITES, *Lapis, qui in lupi veſica naſcitur.* [*συρίτης*] Plin. 11, 37 In veſica lupi lapillus, qui Syrites appellatur.

SYRIVM, i. n. *Oleum aut ſuccus expreſſus lilii.* Plin. 21, 19. *et* 23, 4.

SYRIVS, *vid.* SIRIVS.

SYRMA, atis. n. [*σύρμα*] *Quaſi tu* Tractorium *dicas, pars eſt veſtis fluxa et prolixa, humumque verrens, qualis erat tibicinum et fidicinum.* Solin. . . Veſtitur ſyrmate. Martial. 12, 96 Aptaſti longum tu quoque ſyrma tibi. *add.* Id. 4, 49. Vt tener inceſſus veſtigia ſyrmate verrat Prudent. Pſychom. v. 363. *Gen. femin.* Syrma, ſyrmae, *eſt ap.* Priſcian. 6 p. 679.

SYRMATICVS, a, um. Adi. Veget. de Re Vet. 3, 22, 1 Syrmaticum animal a Tragoedorum palliis quae trahuntur, dicitur. Coxam trahit *etc.*

SYROMASTES, ae. m. *Genus haſtae: vid. I. F. Gronou. Obſ. Eccl.* 19 p. 201. *Sed* Siromaſtes *ſcribi debebat: eſt enim Graecum σειρομάστης.*

SYROPHOENIX, icis. m. [Συροφοίνιξ] *Qui habitat in ora maritima Syriae.* Iuuen. Sat. 8, 159 Obuius aſſiduo Syrophoenix vdus amomo.

SYRPE, *vel* SIRPE *potius.* n. Indecl. *Pars quaedam ſilphii. Priſcianus eius mentionem facit, et comicus* Plaut. in Rud. 3, 2, 16 *bis verbis,* Si ſperas tibi hoc anno multum futurum ſirpe et laſerpitium, eamque euenturam exagogam Capuam ſaluam et ſoſpitem. *Ea res magnae aeſtimationis et pretii erat. Quare dicit calumniator apud Ariſtophanem, Non ſi mihi donaueris Ditem ipſum, et Balti ſilphium. Sed et* Syrpe *videtur appellari ipſum Laſerpitium, voce a Graeco nomine* ſilphii *degenerante.* Solin. 40 Apud Cyrenenſes praeterea ſirpe gignitur, odoratis radicibus, virgulto herbido magis quam arbuſto. *Haec Turneb. Aduerſ.* 3, 21.

SYRPICVS, a, um. Lac ſyrpicum, vſu deriuante laſer nominatum Solin. c. 40.

SYRTIS, is. f. Plur. Syrtes. *Etiam Gen.* Syrtidos [Σύρτεις] *ſunt loca circa fines Africae, Aegyptum verſus perículoſiſſima: a σύρειν trahere. Eſt enim inaequalitas maris et terrae magna, et in vno loco profundiſſima, in alio vero ſatis vadoſa. Spiranteque vento cumulus arenae, qui ſupra mare fuerat, in profundiſſimas reſidet valles: et qui deprimebatur, mox ſuper aquas egeritur. Et ſunt duae, pares natura, impares magnitudine. Quae dicuntur maior et minor, et ſpatio paſſuum ducentorum quinquaginta millium ſeparantur,* Minor *a Carthagine tr*[…] *millibus paſſuum diſtat, et totidem ambitus.* Liu. 34, 62 Ora e[…]noris Syrtis, et agri vberis: vna ciuitas eius Leptis, maior qu[…]gentis vigintiquinque millibus paſſuum. *Vid.* Plin. 5, 4 *it.* 6, 7, 2. *conf.* Solin. c. 50. Lucan. 9, 303 ſeq. Sall. Iug. c. 78. *B*[…]*huſ. ad* Tibull. 3, 4, 91. Seruius vbicunque ſunt arenoſa l[…] mari, Syrtes *ait vocari.* Virg. Aen. 10, 678 In Syrtis i[…] volans, *etc.* Aeſtuoſae Syrtes Hor. Carm. 2, 22, 5. I[…] 9, 713 Natus et ambiguae coleret, qui Syrtidos arua Cherſ[…] Barbarae Syrtes Hor. Carm. 2, 6, 3. Exercitatae Syrtes Not[…] Epod. 9, 31. Getulae Syrtes Virg. Aen. 5, 51. Inhoſpit[…]tis Idem Aen. 4, 41. Quid cum exercitu Catonis in Lep[…] Syrte feciſſes Sidon. 8, 12. Lybicae Syrtes Lucan. 1, 494. […]fraga Syrtis Sil. 17, 629. Paretoniae Syrtes Lucan. 3, 295. […]ſtae Syrtes Virg. Aen. 1, 150. Saeuas accedere Syrtes Vale[…]gon. 7, 86. Lybicas perrumpere Syrtes Ouid. Amor. 2, 1[…] *Accuſ.* Syrtim *probat* Priſcian. 7 p. 757 *med. Per translat*[…] Cic. de Orat. 3, 161 c. 41 Syrtim patrimonii, ſcopulum libentius […]rim. Syrtis *nomine, Tractus etiam illis finibus vicinus intelli*[…] Lucan. 9, 448

—— nam litore ſicco
Quam pelago Syrtis violentius accipit Auſtrum
Et terrae magis ille nocens.

Quin etiam arenoſa illa Lybiae ſpatia mediterranea ſyrtes appellantu[…] *tantum litoralis ora.* Prudent. Apoth. 443 Nec reſponſa Libycis in ſyrtibus Ammon. *add.* Id. hymn. in Natal. Dom. v. Cathem. 7, 28.

SYRTĬCVS, a, um. Adi. [Συρτικὸς] *Vt,* Ammon Syrtic[…]can. 10, 38. Syrticus Ager pulueris, ac vagum ſolum, et volatiles […] alternantibus arenae Sidon. Epiſt. 8, 12. *conf. Scalig. Lect.* 2, 16 p. 131. Mare ſyrticum Sen. de Vita beata c. 14. *i. circa* […] Gentes Syrticae Idem Epiſt. 90.

SYRTITAE, *Gemmae.* Syrtitae, *inquit* Plin. 37, 10 in litor[…]tium, iam quidem et in Lucania inueniuntur e melleo colore refulgentes: intus autem ſtellas continent languidas.

SYRVS, *vid.* SYRIA.

SYRVS, us. m. Nonio *auctore* 1, 222 a Graeco magis tr[…] eſt, *ἀπὸ τοῦ σύρειν.* Has nos ſcopas, ruſtici eo nomine Syrus v[…] Varro Marcipore,

Ventique frigido ſe ab axe eruperant,
Phrenetici ſeptentrionum filii,
Secum ferentes tegulas, ramos, ſyrus.

Sed aliud eſt Sirus, *σειρὸς,* fouea, *de qua ſ. l.*

S Y S

SYSSITVS, i. m. [*σύσσιτος*] *Conuictor; it. ſodalis. Vid.* ff. de colleg. et corp.

SYSSITIETAERIS, ĭdis. f. *Herba magica* Plin. 24, 17 *συσσιτία ἑταίρων, Sodalium conuictus, adiuuat.*

SYSTALTICVS, a, um. Adi. [*συσταλτικὸς*] *Vi contr*[…] *inſtructus.* Tropi in rhythmopoeia ſyſtaltici Mart. Capella 9 p. […]

SYSTĒMA, ătis. n. [*σύστημα*] *Compages, conſtitutio. Sic*[…]ma mundi, *eſt Vniuerſi compages. Vid.* Mart. Capel. 9 p. 320 *et ſ*[…]

SYSTŎLE, es. f. [*συστολὴ*] *Correptio, figura eſt quum ſyllaba contra eius naturam corripitur. vt apud* Virg. Aen. 1, 77 […]nubio iungam ſtabili, propriamque dicabo. *Vbi* NV *breuem* […] *quae naturaliter longa eſt. Nam alio loco longam poſuit; vt* […] 319 Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſeruas? *conf.* Iſidor[…]

SYSTYLOS, i. *c.* Vitr. 3, 2. *Vid.* EVSTYLOS.

S Y Z

SYZYGIA, ae. f. [*συζυγία*] *Idem quod Coniugium, ſiue coniug*[…] Syzygia *Grammatica ſ. rhetorica eſt inter voces eiusdem originis*[…] Top. 12 c. 3 *vbi* Coniugata *quae ſint, explicat,* Haec verborum c[…]gatio *συζυγία* dicitur, ex qua huiusmodi eſt argumentum, *Si co*[…]ſcuus ager eſt, ius eſt compaſcere. *Phyſici etiam ſuas habebant S*[…]gias. Colum. 2, 2, 3 Recurrendum eſt ad qualitatum inter ſe […]dentium quaſi quasdam coniunctiones, quas Graeci *συζυγίας ἐναν*[…]*των,* nos diſcordantium comparationes tolerabiliter dixerimus. Syzygiae *ſunt* humidum ſiccum, frigidum calidum *etc.* T[…] de Praeſcriptt. 49 Valentini Syzygias *quasdam ſiue* coniugatione[…]*morat, v. g.* Mentem et Veritatem, Verbum et Vitam. *Sic Ana*[…] Syzygias *vocant paria neruorum; Aſtronomi comparationem ſider*[…] *vna linea recta, cum ſunt vel in coniunctione, vt ſol et luna noua,* […] *oppoſitione, vt ſol et luna plena.*

T.

Litera T.

T LITERA *quae* Appulſu linguae dentibusque impulſis excuditur Mart. Capella 3 p. 58, *figuram ſuam a Graeca ſumſit, vti Graeci ab Hebraeis, quorum antiquiſſimas literas Samaritani videntur conſeruaſſe: teſtante* Hieronymo in Ezech. 9, *Tau Samariticum antiquitus ipſiſſimum fuiſſe* T *Latinum vel Graecum.* Scribere ſignum tau in frontibus Tertull. adu. Iud. c. 11. *Magna eſt cognatio inter* T et D, *et apud veteres frequens vnius in alteram mutatio. Sic* Alexanter *et* Caſſantra *ſcripſerunt, pro* Alexander et Caſſandra, *teſte* Quinctil. 1, 6. *Vt* T *vocant* D *mollitum. Hinc et* Patauium *dictum, quod* Pado *vicinum eſſet. Vice verſa,* T *in* D *ſaepe migrauit. Sic a* Mentior, Mendax: *a* Quatuor, Quadra *etc.* T *interdum tranſit in duplicem* S; *vt* Quatio, Quaſſi: *et viciſſim duplex* T *in ſimplicem* S; *vt* Mitto, Miſi. *Scribitur et in aliquibus dictionibus pro* S, *vt* Pultare *pro* Pulſare: *ſic* Mertare. CTS *exprimuntur per* X: *vt,* flecto, flexi, *pro* flectſi; pecto, pexui *etc.* ¶ 2 *Quod ad pronunciationem eius ſpectat, notandum eſt* TI *ante Vocalem ſonare* SI, *Gothis auctoribus, qui ſibilum iſtum veteribus ignotum in Latium invexere: vt* Lectio, Ratio. *Excipiendae ſunt voces, quae habent* S *ante* T, *vt* Quaeſtio, Iuſtior; *et pauca quaedam alia, vt* Mittier *pro* Mitti, *item* Miltiades, Tiara, *etc. Vid. Lipſ. de Pronunc. L. L. c. 14 vbi Fragmentum alicuius* Q. Papirii *adfert, et totam hanc differentiam exp*[…] *merito.* ¶ 3 *In notis ſignificat* T, Tribunus. V[…] Max. 2, 2, 7 Tribunis plebis intrare curiam non licebat: ante […] autem poſitis ſubſelliis, decreta patrum attentiſſima cura exami[…] vt ſi qua ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaque vete[…]bus ſenatusconſultis T litera ſubſcribi ſolebat; eaque nota ſignifica[…]tur illa Tribunos quoque cenſuiſſe. *Porro* T. Titus, ⊥. T[…] T, *nomini militis appoſitum, Superſtes ſignificabat. Fundus eſt* […] 1, 23 In breuiculis, quibus militum nomina continebantur —— nota in capite verſiculi poſita Superſtitem deſignabat, Θ vero ad vn[…]cuiusque defuncti nomen apponebant. *Et antiquior* Rufinus Inuect[…] Hieron. *laudatur. Locus eſt* f. 136, D *Frobenianae h. e. incorruptiſſ*[…] *editionis: cum egiſſet de notis illis Origenianis,* Quod tale eſt, *in*[…] quale ſi quis accepto breuiculo —— nitatur inſpicere, quant[…] militibus ſuperſint, quanti in bello ceciderint: et requirens, qu[…]ſpicere iuſſus eſt, propriam notam, verbi cauſa, vt dici ſolet, […] vniuscuiusque defuncti nomen adſcribat, et propria rurſus nota […]perſtitem ſignet *etc. Hic igitur nulla litera expreſſa eſt. In* Petri[…]*men* Diaconi de notis literarum libello p. 1524 *legas,* T nomini […]tis appoſitum ipſum in bello ſuperſtitem eſſe ſignabat. *Illud* T *ſum*[…]

bo τηρῶν putabat Rutgerſ. V. Lect. 5, 17 *vt ſignificet τηρηθέντα, ſer- m. Lipſius de recta Pronunc. L. L. legi vult* V *quod viuum notet. ſil auere poteſt videri ordo apud* Pet. Diaconum: *eſt enim ea, quam at- tuius, nota vltima in* T, *quam ſtatim ſequitur* V *ſolitarium: ſolet au- tem ſolitariis literis incipere. Reineſio* V. L. 1, 7 *probatur* Υ *Graecum, a qu ncipit ὑγιὴς ſaluus. Poteras etiam ſuſpicari* Ζ *ex ζωὴ vita etc. Cae- tern quae hic de* T *monuimus, illa videntur occaſionem dediſſe Coliro, vt l* Val. Max. 2, 2, 7 *ſcriberet,* T *eſſe illam* literam ſalutarem, *abſo- lutnis notam, de qua* Cic. pro Milon. 15 c. 6. *Denique inter notas l r- ſat ſtudio collectas eſt* T. A. III. M. X. D. XXII *quam explicat* vixit An- nis ribus *etc. Et ſane ita legitur* Grut. p. 863, 13 *ex Apiano: ſed eadem in iptio ex Mazochio producta* p. 706, 4 *habet* V. A. III. *etc.* T. pr Tantum, Taurus, Tempus, Ter, Terra, Teſtamento, Teſtis, T i, Triarius, Turma, Tutela, Tutor. T. A. Taurum Album. T oris Auctoritate. T. AVG. Tutela Auguſti. TA. T rum. TAB. Tabula, vel Tabularius. TB. Tiberius, T i, Tribunus. TB. D. F. M. AD. Tibi Dulciſſimo Filio Meo Ad tato. TB. PL. Tribunus Plebis. T. C. Teſtamento Ca tur, Conſtituit, Titulum Curauit. T. CA. Titus Cari- ſiu TERentina *Tribu*, Terentius, Tercenarius, Termina- lia Tertia, Tertium. T. F. Titus Flauius. T. F. I. Ex. V. H. Teſtamento (Titulum) Fieri Iuſſit Ex Voluntate Heredis. T. F. L. (M) Teſtamento Fieri Legauit (Mandauit) T. H. R. Te amento Heredem Reliquit. TIberius. T. M. Titulum Mo- nu enti, Teſtamento Mandauit. T. P. Terminum (Ti- tul n) Poſuit, Tribunicia Poteſtate. TP. B. Tempus Bo- nu. T. P. I. EX ARG. P. C. Teſtamento Poni Iuſſit Ex Argen- ti ndo Centum. TRibuni AErarii. TRiumuiri CAPitales. T. R. E. S. P. R. Terra Regeſta Ex Sua Pecunia Reſtituit. TRO- me ina *Tribu*. TReuiris Percuſſa, TRibunus Plebis, TRibuniciae Po ſtatis. T. R. T. H. Tuas Res Tibi Habeto. TRium Viri Mone- al . T. T. F. V. Teſtamento Titulum Fieri Voluit, TiTulum Fecit Vi- T. V. Titulo Vſus, Teſtamento Vouit. TVBiluſtrium. TVTela.

T A B

TABĀNVS, i. m. [οἶστρος, μύωψ] *Genus vermis, a quibusdam s dictus.* Plin. 11, 28 Reliquorum quibusdam aculeus in ore, ilo, ſiue tabanum dici placet, *etc.* Varr. de R. R. 2, 5 Itaque eas aeſtate tabani concitare ſolent, et beſtiolae quaedam minutae auda, *etc. Vid. Rutgerſ.* Var. Lect. 3, 16.

TABELLA, *et* TABELLARIVS, *vid.* TABVLA.

TABEO, *vid.* TABES.

TABERĒNI, *vid.* TIBARENI.

TABERNA, ae. f. [οἴκημα] *dicitur* quaſi Trabena, a validio- trabibus, quibus ſuperiora ſunt ſuſpenſa, *vt ait* Donatus *ad* Ter. 3, 3, 5. Accipitur pro omni Aedificio quod eſt vtile ad habitan- ex eo, quod taberna tabulis claudebatur, ſiue cooperiebatur, vt lpianus l. 183 de V. S. *vbi tamen Florentinus liber*, non ex eo quod *uod ita interpretatur Fornerius, vt non neget ICtus etymon; ſed di- tius patere vſum vocis. Addamus* l. 184 de V. S. Vnde taberna- et contubernales dicti ſunt. *Et* l. 185 Inſtructam autem tabernam cipiemus, quae et rebus et hominibus ad negotiationem paratis at. *Nempe proprius hic vſus eſt, vt* taberna *ſit locus expoſitus mul- mi, vbi efficitur aliquid mercede vel venditur.* Taberna cum aculo Scaeu. D. 33 t. 7 l. 7. Cic. Att. 14, 9 Tabernae mihi corruerunt. *Vid.* Idem Q. Frat. 3, 7. Iuuen. Sat. 3, 304 Fixa atae ſiluit compago tabernae. Arcana taberna Propert. 4, 8, 1 Diuerſoria taberna Plaut. Truc. 3, 2, 29. Inſtructa et a taberna Cic. pro Cluent. 178 c. 63. Meritoria taberna, MERITO. Obſcurae tabernae Hor. de Arte Poët. 229. Salax na Catul. 35, 1. Vinaria, *vbi* vinum venit Varro L. L. 7, 30. Apul. Apol. p. 311. Claudere tabernas Cic. pro Domo 54. 4, 31 *extr.* Diuertere in tabernam Idem de Inuent. 2, 14 c. 4. cere Vitr. 2, 8. Duas tabernas eiusdem negotiationis exer- Vlpian. in l. Procuratoris. D. de Tribut. action. Taberna [ἐργαστήριον] *Vbi opera ipſa, caeteraeque merces venditantur.* Hor. . 1, 4, 71 Nulla taberna meos habeat neque pila libellos. Li- a taberna, *vid.* LIBER.

TABERNVLA, ae. f. Dimin. Apul. Met. 7 p. 190 Tabernula qu dam litori nauique proxima, *add.* Id. Apol. 1 p. 314. Ta- ber lam conduxit Vlpian. l. 19 §. 2 D. de iudic. Tabernulas ef- fri ere et expilare Suet. Ner. c. 26.

TABERNARIVS, i. m. [κάπηλος] *Qui in taberna aliquid vel ope s ſui vel operae venditat.* Cic. pro Flacc. 18 c. 8 Opifices et ta rnarios, atque illam omnem faecem ciuitatum quid eſt negotii con- cit e? Clodius concitator tabernariorum Cic. pro Domo 13. Cae . ad Cic. Fam. 8, 6 Niſi ego cum tabernariis et aquariis pugnarem, ve rnus ciuitatem occupaſſet. Firmic. 3, 7 Erunt caupones, vel ta- be arii. Idem 4, 15 Faciet hoſpites, popinarios, tabernarios. Apul. Flor. p. 344, 34 Quis ex rupiconibus, baiulis, tabernariis, tam inf s eſt.

TABERNARIVS, a, um. Adi. [καπηλικὸς] *Vt*, Comoediae tab nariae, *In quibus non Magiſtratus, ſed humiles perſonae indu- cu r* Diomed. 3 p. 487. Apul. Apol. p. 329 *pr.* Abſurdae et taber- nare blanditiae, *qualibus* Tabernarii *vtuntur.*

TABERNACVLVM, i. n. [σκῆνος, σκήνωμα] Tectum caſtrenſe, qu veluti taberna quaedam ſit. Militare tabernaculum Cic. de Cl. Orat. 37 c. 9. Collocare ſibi tabernaculum in aliquo loco Ci in Piſon. 61 c. 25. Non Egredi tabernaculo Suet. Aug. c. 91. Pe otare totum diem in aliquo loco poſito tabernaculo Idem Verr. 5, c. 34. *Add.* Tac. A. 1, 26. *et* 2, 13, 1. Curt. 3, 6, 6. 9, 6, 1. Plin. 6, . Sidon. Epiſt. 7, 9. ¶ 2 Tabernaculi *mentio ſit in augurali diſciplina. V. g.* Liu. 4, 7 *de tribunis mil. conſulari poteſtate*, Nc tamen pro firmato iam ſtetit magiſtratus eius ius: quia tertio meſe quam inierunt, augurum decreto perinde ac vitio creati, ho- no abire: quod C. Curtius, qui comitiis eorum praefuerat, parum re tabernaculum cepiſſet. *De ſimili re* Cic. de N. D. 2 c. 4 Gracchus — literas ex prouincia ad collegium (*augurum*) miſit, ſe, cum le- ge libros, recordatum eſſe, vitio ſibi tabernaculum captum fuiſſe: qu cum pomoerium poſtea intraſſet, habendi Senatus cauſa, in red- eu o cum idem pomoerium tranſiret, auſpicari eſſet oblitus: itaque vit creatos conſules eſſe *etc. De eadem hiſtoria agens* de Diuinat. 2 c. 3 Quid enim ſcire Etruſci aruſpices aut de tabernaculo recte capto, aut de pomoerii iure potuerunt? *Diſertiſſime hoc explicat Plutarchus in Marcello* p. 300 *ſed paullo aliter quam Cicero*, ὅταν ἄρχων ἐπ᾽ ὄρνισι καθεζόμενος ἔξω πόλεως οἶκον ἢ σκηνὴν μεμισθωμένην, ὑπ᾽ αἰτίας τινὸς ἀναγκασθῇ μήπω γεγονότων σημείων βεβαίων ἐπανελθεῖν εἰς πόλιν, ἀφεῖναι ἐχρῆν τὸ προμεμισθωμένον οἴκημα, καὶ λαβεῖν ἕτερον ἐξ οὗ ποιήσεται τὴν θέαν αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς. τοῦτο ἔλαθεν, ὡς ἔοικε, τὸν Τιβέριον, καὶ δὶς τῷ αὐτῷ χρησάμενος ἀπέδειξε — ὑπάτους. *Apparet ergo* Tabernaculum *fuiſſe locum proprium, ex quo auſpicium caperetur, centrum quaſi* Templi auguralis, *de quo* ſ. l.

TABERNACVLARIVS, i. m. *Artifex tabernaculorum.* Inſcript. Grut. p. 642. n. 8. *it.* Fabrett. p. 42.

TABES, is. f. [φθόη, φθίσις, τηκεδὼν, μαρασμὸς] *Morbus eſt, cuius tres ſpecies ſunt.* Vna, qua corpus non alitur, et naturaliter ſemper aliquibus decidentibus, nullis vero in eorum locum ſubeuntibus, ſumma macies oritur, et niſi occurritur tollit: Atrophiam hanc Graeci nominant. — Altera ſpecies eſt, quam Graeci καχεξίαν appellant, vbi malus corporis habitus eſt, ideoque omnia alimenta corrumpuntur: quod fere fit, quum longo morbo vitiata corpora, etiam ſi illo vacant, refectionem tamen non accipiunt. — Tertia eſt — ſpecies, quam Graeci Phthiſim nominauerunt. Oritur fere a capite, inde in pulmonem deſtillat, ex hoc exulceratio accidit, et febricula lenis fit, quae etiam quum quieuit, tamen repetit. In ea quoque frequens tuſſis eſt, et pus exſcreatur *etc. Haec* Celſus 3, 22. Feſtus: Tabem eam, quae faceret tabeſcere apud antiquos vſurpatum. Salluſt. Hiſtor. 4 Qui quidem mos, vt tabes in vrbem coniectus. Et Coruin. pro Liburnia, Propter hanc tabem atque perniciem domus totius. *Haec* Feſtus. Tanta vis auaritiae in animos eorum veluti tabes inuaſerat Sall. Iug. c. 32. *add.* Id. Cat. c. 36. Virg. Aen. 6, 442 Hic quos durus amor crudeli tabe peredit *Vbi* Seru. Tabe, Corpore defluente paullatim. Per tabem quaſi phthiſici conſumuntur Scribon. 186. ¶ 2 Tabes *interdum aliquid cruentum ſignificat, quod proprie* Tabum *nominant, licet tantum* Tabi *et* Tabo *adhuc inuenta ſint, eſtque ſanies et ſanguis corruptus.* Virg. Aen. 3, 29 Et terram tabo maculant. Vbi Seru. Tabo, Corrupto ſanguine. Et eſt nomen caſus ſeptimi tantum, vt Sponte, Natu. Quod ſi velis delinare, haec Tabes, huius Tabis dicis. Idem Aen. 8, 487 Et ſanie taboque fluentes. Seru. Sanies mortui eſt: tabo, viuentis ſcilicet ſanguinis. Cic. Tuſc. 1, 107 Saxa ſpargens tabo, ſanie et ſanguine atro. *Ex Poeta.* Nigrumque per artus ſtillantis tabi ſaniem, viruſque coactum Suſtulit Lucan. 6, 547. Ouid. Met. 2, 760 Protinus inuidiae nigro ſqualentia tabo Tecta petit. *Vbi interpres*, Diptotum nomen eſt et duorum caſuum. Nam Tabi et Tabo ſolum inueniuntur. Turpi dilapſa cadauera tabo Virg. Georg. 3, 557. Atro tabo fluentia membra Id. Aen. 3, 626. Craſſo tabo oblita cuncta rubent Stat. Theb. 5, 311. Infecit pabula tabo Virg. Georg. 3, 481. Mortifera tabe tincta ſagitta Ouid. ex Pont. 3, 1, 26. Putri tabo liquentia cadauera Sil. 13, 487. ¶ 3 Tabes *etiam dicitur Vis corrumpendi putrefaciendique, omnemque adeo conſumtionem corruptionemque ſignificat. Sic* Sil. 17, 455 *de ſerpente*, Lateque per auras Vndantem torquet perfundens nubila tabem. Ouid. Her. 9, 144 *Deianira loquitur*, ſcribendi nuntia venit Fama, virum tunicae tabe perire meae. Funeſta tabes Veneri Ouid. Met. 3, 49. Id. Met. 2, 807. *de inuidia*, Lentaque miſerrima tabe Liquitur, vt glacies incerto ſaucia Sole. *Pulchre* incerto: *vt lentor et tarditas illius tabis exprimatur. Sic* Met. 9, 175 Caeca liquefactae tabe medullae. Liu. 40, 29 Arca altera inanis inuenta ſine vllo veſtigio corporis humani aut vllius rei, per tabem tot annorum omnibus abſumtis. Corpora ſiue rogus, flamma, ſeu tabe vetuſtas Abſtulerit Ouid. Met. 15, 156. *v. Burm. ad* Quinctil. Decl. 6, 3 p. 130. Plin. 17, 24. *de vitiis et morbis arborum*, Quaedam temporum cauſae aut locorum non proprie dicuntur morbi, quoniam protinus necant: ſicut tabes cum inuaſerit arborem, aut vredo vel flatus alicuius regionis proprius, *etc. Quae verba Plinii ad verbum fere ex quarto Theophraſti, de plantis tranſcripta ſunt, qui hanc tabem* πλῆξιν τῶν δένδρων *vocat, quaſi percuſſionem arborum, quum ſtirpes areſcunt tabido morbo exuſti, eo modo, quo homines aegri longa tabe emaciati defectique.* Tacit. Ann. 11, 6, 3 Et quomodo vis morborum pretia medentibus, ſic fori tabes pecuniam aduocatis ferat. Pallida tabes lucri Lucan. 4, 96 *auaritia.* Lucret. 1, 806 Et niſi tempeſtas indulget tempore fauſto Imbribus, et tabe nimborum arbuſta vacillant. Tabes nimborum *dicitur, vt* tabes niuis, *cum denſa nubes ſoluitur in imbrem.* Plin. 9, 35, 58 Ex praecepto miniſtri vnum tantum vas ante eam poſuere aceti, cuius aſperitas visque in tabem margaritas reſoluit, *i. liquefacit, diſſoluit vt calcem. de Cleopatra. De niue liqueſcente*, Liu. 21, 36 Fluentem tabem liqueſcentis niuis ingrediebantur. *Et* Lucan. 10, 225 Prima tabes niuis. *i. Solutio. Conf. Gronou. ad* Liu. *l. c. Etiam* Liu. 30, 34 Itaque qui primi erant haſtati, per cumulos corporum armorumque et tabem ſanguinis, —— ſequentes hoſtem *dedit Gron. Alii* labes, *i.* ὄλιϑος, *quod praetulerim. Verum eſt, pro* tabo tabes *ponitur, quod monet vir ſummus hic et ad* 4, 30. *Et audiuimus* Seruium, *qui idem eſſe nomen* tabum *et* tabem *monuit. Sed* hic tabem Sanguinis *non intelligo, cum non de liquefactione, vt in niue, quod genus eſt tabis, nec de corruptione ſermo ſit, agitur enim de ipſa pugna et ſtrage recenti: nec* tabum ſ. cruor *intelligi poteſt, niſi pleonaſmo ſatis duro, cum adiunctum ſit* ſanguinis. *Verum ſimpliciter indicat Liuius difficultatem progrediendi in ſolo ob ſanguinem fuſum lubrico. Alia ratio* Liu. 41, 21 Cadauera intacta a canibus et vulturibus tabes abſumebat. *Add. Heinſ. ad* Sil. 3, 342. Tabem *menſtruum muliebre dixiſſe* Solin. c. 1. *nec audiendos codices, in quibus* labes, *monet Heinſ. ad* Ouid. Her. 9, 144.

TABITVDO, inis. f. [τῆξις] *Idem quod Tabes.* Plin. 22, 25 Peculiariter tamen longo morbo ad tabitudinem redactis ſubuenit. *de alica.*

TABIDVS, a, um. Adi. [τηκεδανὸς, μαρασμώδης] *Corruptum, quod tabem patitur.* Martial 1, 79 Indignas premeret peſtis quum tabida fauces. Lues tabida Virg. Aen. 3, 137. Mens tabida facta *Aegra et triſtis* Ouid. ex Pont. 1, 1, 67. Nix tabida, *quum iam conſumitur.* Liu. 21, 36. Vetuſtas tabida conſumit ferrum, *Longinquitas temporis, qua omnia putreſcunt* Ouid. ex Pont. 4, 8, 49.

TABIDVLVS, a, um. Dimin. Virg. Ciri 182 Tabidulamque videt labi per viſcera mortem.

TABIFICVS, a, um. Adi. [φθοροποιὸς, φθισικὸς] *Quod tabem inducit. Vnde a* Cic. Tuſc. 4, 30 c. 16 Aegritudo et metus, tabificae mentis perturbationes dicuntur, quoniam mentem lacerant, tabem, cruciatum et afflictionem inferunt. Plin. 8, 10 Et terram ediſſe iis tabificum eſt, niſi ſaepius mandant. Aër tabificus, *Peſtilens, infectio aëris* Lucan. 5, 111. Lucret. 6, 737 Tabificis ſubigit radiis Sol omnia luſtrans. Saniem tabificam exſpirat ſerpens Sil. 6, 276. Liuor, tabificum malis Venenum Vet. Poëta *de Liuore.* Plin. 29, 4

Non enim eſt tabifica vis: itaque occiſa morſu earum animalia cibis innoxia ſunt. *Add.* Suet. Tib. c. 73.

TABIFICABĬLIS, e. Adi. [μαραντὸς] Accius *apud* Non. 2, 852 Pars neci orbificor liberorum letho tabificabili. Tabificabile, τηκεδονικὸν Gloſſ. Vet.

TABIFLVVS, a, um. Adi. Venant. Fortunat. in vita Martini 4, 430 Cunctaque tabifluus penetraſſet acumine morbus. Hoſpitium cratis tabifluae Prudent. Apoth. v. 890. *i. corpus hominis.*

TABEO, ēre. *ſiue,*

TABESCO, ère. [τήκομαι, μαραίνομαι, ἀτροφῶ] *Senſim velut liqueſcere et conſumi.* Gell. 7, 8 Delphinus amans deſiderio tabuit, exanimatusque eſt. Plaut. Capt. 1, 2, 31 Ego qui tuo moerore maceror, maceſco, conſeneſco, et tabeſco miſer. Anima tabeſcens Tertull. adu. Iud. c. 11. Artus tabentes Virg. Aen. 1, 173. Cerae tabuerant Ouid. Met. 8, 227. Corpora tabent Id. Met. 7, 541. Dies tabeſcit, *Quae ad occaſum tendit* Plaut. Stich. 5, 1, 8. Galea tabeſcens Claud. de Conſ. Hon. 6, 344. Humor calore tabeſcit Cic. de Nat. Deor. 2, 26. Tabuit in calido vulnere Mucro tener Martial. 4, 18. Niues tabeſcunt Sen. Qu. Nat. 5, 11. Creſcere itemque dies licet et tabeſcere Noctes, *i. minui* Lucret. 5, 679. Cato de R. R. 88 Id aliquoties in die quotidie facito vsque adeo, donec ſal deſierit tabeſcere. *Conf.* Celſ. 6, 15. Colum. 12, 17. Pallad. Febr. t. 30. Lactant. 7, 12, 8. Animus tabeſcit aſſiduis curis Ouid. Triſt. 5, 1, 77. Deſiderio alicuius tabeſcere Cic. in Catil. 2, 6 c. 4. Ipſi ita acerba, vt tabeſcat dolore Cic. Att. 2, 21. Dolore ac miſeria tabeſcere Ter. Adel. 4, 3, 12. Lumina tabeſcunt fletu Catull. 66, 55. Luctu aeterno tabeſcere Lucret. 3, 924. Moleſtiis et morbo tabeſcere Cic. Tuſc. 4, 34 c. 17. *Et* de Nat. Deor. 3, 84. Otio tabeſcere Idem Att. 2, 14.

TABEFACTVS, a, um. Partic. Solin. c. 8 Tabefactis niuibus et liquentibus. *Add.* Prudent. Cathem. 10, 19.

TABIDOSVS, *et* TABIOSVS, a, um. Cadauer immunditia recuperabili tabidoſum Tertull. de Pudic. c. 14. Enecta et tabioſa et ſcabioſa quaeque mactatis Id. Apol. c. 13.

TABLINVM, *ſ.* TABVLINVM, i. n. [χαρτοφυλάκιον] *Vnde contractum eſt, locus in atrio Romano, latere eius breuiore, ianuae oppoſito (vbi et* lectus aduerſus, *vt in* ATRIVM *oſtendimus) cuius vſum declarat* Plin. 35, 2 *vbi de atrio et imaginibus atque ſtemmatis,* Tablina codicibus implebantur, et monumentis rerum in magiſtratu geſtarum. *Rationem eius inſtituendi et menſuras declarat* Vitruu. 6, 4. *De hoc* Varro *ap.* Non. 2, 112 Ad focum hieme et frigoribus coenitabant, aeſtiuo tempore in propatulo, rure, in corte, in vrbe, in tabulino. *Addit de ſuo, puto, Nonius, et parum accurate,* quod moenianum poſſumus intelligere, tabulis fabricatum. *Quin in* atrio *ad* tablinum, *ad* lectum aduerſum et genialem *coenaſſe aliunde conſtat.* Cato *apud* Seru. ad Aen. 1, 730 Et in atrio, et duobus ferculis epulabantur antiqui. *Rectius ergo* Feſtus, Tablinum proxime atrium locus dicitur, quod antiqui magiſtratus in ſuo imperio tabulas rationum ibi habebant, publicarum rationum cauſa factum locum. *Erat ergo paries aduerſus ianuae armariis elegantibus veſtibus, ſupra quae diſpoſitae imagines, priuatum quoddam tabularium: quod nomen ſeruat, etiamſi ad quiduis potius quam ad tabulas aſſeruandas adhibeatur.* Apul. Flor. p. 364, 14 Medici cum intrauerint ad aegrum, vti viſant, nemo eorum quod perpulchra tabulina in aedibus ceruſſant, et lacunaria auro oblita, *etc.*

TABRĂCA, ae. f. [Τάβρακα] *Oppidum eſt Africae, ſimiarum patria.* Iuuenal. 10, 194

Pendenteſque genas, et tales adſpice rugas,
Quales vmbriferos vbi pandit Tabraca ſaltus,
In vetula ſcalpit iam mater ſimia bucca.

Claud. in Eutrop. Praef. 2, 71 Inclyta captiuo memoratur Tabraca Mauro.

TABV̆LA, ae. f. [πίναξ, δέλτος, πλὰξ, σανὶς] *Lignum aut ſaxum in latitudinem non profundam formatum, pingendi, ſcribendi, aedificandi cauſa, etc.* Imago alicuius in tabulis Cic. de Fin. 5, 3 c. 1. Tabula literaria *Vid.* Varro R. R. 3, 5, 10. Inciſa tabula his literis, *vid.* INCĪDO. Imprimere tabulas parieti, *vid.* IMPRIMO. Hor. Carm. 1, 5, 13 Me tabula ſacer Votiua paries indicat vuida Suſpendiſſe potenti Veſtimenta maris Deo. *Naufragi euadentes, pictas cladibus ſuis tabulas praeferunt, et cum quibus euaſerint veſtimentis ad Neptuni templum ſuſpendunt.* Iuuen. Sat. 14. 302 Et picta ſe tempeſtate tuetur. *Et* Virg. Aen. 12, 768 Seruati ex vndis vbi figere dona ſolebant. *Add.* Iuuen. Sat. 12, 27. *Sed* Arripere tabulam de naufragio, *i. nauis fractae partem, cuius ope enates* Cic. Off. 3, 89 c. 23. E naufragio tabula, *vid. poſt* NAVIS. Lacerae tabulae Ouid. Met. 11, 427 *de eadem re. Redimus ad tabulas, in quibus aliquid depictum eſt.* Pictae tabulae Hor. Epiſt. 1, 2, 52. Cic. pro Roſc. Amer. 133 Quid praeterea caelati argenti? quid ſtragulae veſtis? quid pictarum tabularum? quid ſignorum? quid marmoris apud illum putatis eſſe? Credite, Piſones, iſti tabulae fore librum Perſimilem Hor. Art. Poët. v. 6 *i. picturae.* In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles Propert. 3, 9, 11 Qualis Apelleis color eſt in tabulis Id. 1, 2, 22. Tabulae antiqui operis Suet. Caeſ. c. 47. Tabulae Corinthiae Flor. 2, 16, 6. Propert. 4, 3, 35 Cogor et e tabula pictos ediſcere mundos, *de iis, quae hodie chartae vel mappae geographicae vocantur.* ¶ 2 *Nobiles in primis ceratae tabulae vel tabellae, in quibus, tumultuaria praeſertim opera, ſcribebant, quae vel ſimpliciter mox delerent, vel inde in operoſiorem ſcripturam referrent. Vid. dicta in* STYLVS. *Sic rationes domeſticae et publicae ſcribebantur.* Plaut. Aſin. 4, 1, 18 Nec epiſtola quidem vlla ſit in aedibus, Nec cerata adeo tabula. Tabulas rationum *ſ. accepti et expenſi, diligenter faciebant Romani, adeo vt* Alfenus *dicat* l. 203 de V. S. Conſtitutum eſt eam domum vnicuique noſtrûm debere exiſtimari, vbi quis ſedes et tabulas haberet, ſuarumque rerum conſtitutionem feciſſet. *Vid.* Cic. Verr. 1, 61. Id. pro Roſc. Com. c. 1 Si tabulas C. Fannius accepti et expenſi profert ſuas in ſuam rem, ſuo arbitratu ſcriptas, quo minus ſecundum illum iudicetis, non recuſo. Moris fuit, *inquit* Pedian. in Verr. 1, 60 vnumquemque domeſticum rationem ſibi totius vitae ſuae per dies ſingulos ſcribere: in quo appareret, quid quisque de reditibus ſuis, quid de arte, foenore, lucroue ſepoſuiſſet quoque die, et quid item ſumtus damniue feciſſet. Sed poſtquam obſignandis literis reorum ex ſuis quisque tabulis damnari coepit, ad noſtram memoriam tota haec vetus conſuetudo ceſſauit. *Nempe ſi quis quem reum faceret, ante omnia curabat, vt tabulae ipſius obſignarentur, vt integrae manerent, atque ex illis conuinci poſſet quid accepiſſet, erogaſſet, etc. Hoc vocat* Cic. Conficere tabulas Att. 12, 4 *ſub finem, et* pro Cael. 17. *Et* Sueton. Iul. c. 47 *ſcribit,* eum Seruitia politiora comparaſſe immenſo pretio, et cuius etiam ipſum puderet, ſic, vt rationibus vetaret inferri. *Ad illam rationem tabulis ipſius rei vtendi aduerſus reum pertinet illud* Cic. Tuſc. 5, 33 Tu quidem tabulis ob-

ſignatis agis mecum, et teſtificaris, quid dixerim aliquando aut ſc
rim: *et* in Piſon. . . . *de Piſone Epicuri dogmata arripiente,* Iſte
dus, quomodo aiunt, pilam retinere, quod acceperat teſtificari,
las obſignari velle. Cic. in Verr. 1, 102 An tuis ſolis tabulis ca
te dicturum exiſtimaſti? Nouae tabulae, *appellantur, quando d*
res creditas pecunias cum vſuris perſoluere non coguntur, et abolitis
ribus debitis nouae tabulae conficiuntur. Cic. Off. 2, 83 c. 23 Ta
vero nouae quid habent argumenti, niſi vt emas tibi mea pecunia
dum, eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Vindicem enim
larum nouarum nouam tabulam vidimus Id. Philipp. 11, 14. *i*
bona in tabula proſcripta, qui tabulis nouis creditores cuperet in ca
tatem coniicere. Ipſe vocatur tabula, *vt pendere dicitur debitor,*
bonorum tabula pendet. Tabulae, *ſcripta, quae fidem publicam habe*
bent, certe publice, in iudicio proponi. Has conficiunt ſcribae, qui T
lam ponunt Liu. 9, 46 *cum ſcriptu ſe abdicant.* Cic. de Orat. 2, 18
pro tabulis et contra tabulas, et pro teſtibus et contra teſtes — :
ſolemus, *etc.* Quinctil. 3, 7 Teſtimonia dicuntur aut per tabula
a praeſentibus. *Vid.* Quinctil. 5, 5 *init.* ¶ 3 Tabulae
dicuntur iudicum, et ſuffragia ferentium in comitiis, quae frequ
Tabellae *vocantur. V. g.* Cic. in Piſon. 11 Cui primam comitii
dederas tabulam praerogatiuae, quem in ſenatu ſententiam rogaba
tium. *Sed* Hor. Sat. 2, 1 *extr.* Soluentur riſu tabulae. *Sul*
iudicum intelligit. Vet. Schol. *eorum riſu ſoluenda, et frangenda.*
ſoriae tabulae, *vid. h. v.* Idem Fam. 14, 2 Quemadmodum a
ad tabulam Valeriam ducta eſſes. Idem in Vatin. c. 9. *Locum*
gnari apparet. Hotom. *ad* Cic. pro Caecin. c. 5 *Argentarii Vale*
bulam auctionariam intelligit, ad quam venderentur bona Ciceronis.
mus ad Cic. in Vat. c. 9. *Tabulam qua lex Valeria de prouoc*
fixa erat. Nihil certi. ¶ 4 Tabulae XII legum
Romanos dicebantur, non quod XII *leges eſſent, ſed quod* XII *tabuli*
ſcriptae fuerint. Aes enim, in quod leges incidebantur, in tot ta
quot commodum erat, ſecabatur. Vid. Anton. Auguſt. de Leg. 16.
duodecim tabularum. Flor. 1, 24, 1. Bibliothecas omnium
ſophorum vnus mihi videtur XII tabularum libellus, et auctor
pondere, et vtilitatis vbertate ſuperare Cic. de Orat. 1, 193
Sunt et aliarum legum tabulae. Cic. Philipp. 12, 12 Num fig
rurſus hae tabulae, quas vos decretis veſtris refixiſtis? *Simile eſt*
Virg. Aen. 6, 622 Fixit leges pretio, atque refixit. Cic. Fam.
Tabulae figuntur, immunitates dantur. *Et paullo poſt,* Cuius ae
figere debebamus, eius etiam chirographa defendimus? *Leges int*
Caeſaris, de quibus fuſiſſime Philipp. 1. ¶ 5 Tabulae
Tabellae, *dicebantur Teſtamenta, non minus quam aliae publicae ſcr*
rae, cuiuscunque materiae eſſent. In tabulas multis haec via feci
Ouid. A. A. 2, 332. Vlp. in l. 1 D. de bonor. poſſ. ſecund.
Tabulas teſtamenti accipere debemus omnem materiae figuram.
igitur tabulae ſint ligneae, ſiue cuiuscunque alterius materiae:
chartae, ſiue membranae ſint, vel ſi corium alicuius animalis: ta
recte dicuntur. Quinctil. 6, 3, 92 De Domitio Afro, Vetus ha
teſtamentum: et vnus ex amicis recentioribus ſperans aliquid e
tatione tabularum, falſam fabulam intulerat, conſulens eum, an
pilari ſeni teſtato ſuaderet ordinare ſuprema iudicia. Noli, i
facere: offendis illum. Primae tabulae teſtamenti *ſunt, in quib*
redes primo loco inſtituuntur: ſecundae *ſunt in quibus ſubſtitutiones*
ſi inſtituti hereditatem non adierint. Tabulae *etiam dicuntur folia*
la teſtamenti. Quare primae *et* ſecundae tabulae *intelligi poſſunt*
et ſecunda charta *teſtamenti, quae etiam* primae et ſecundae cerae
tur. ¶ 6 *Varia:* Caius, quemadmodum teſt. aper.
ſi quis, et ſi forte omnibus abſentibus cauſa aliqua aperire tabula
geat, *etc.* Conficere tabulas *int.* rationum, *vid.* CONFICIO. Config
bulas, *vid.* CONFIGO. Eximere alicuius nomen de tabulis *proſcri*
Cic. pro Roſc. Amer. 26. Inferre in tabulas aliquod commo
Idem pro Flacc. 20. Obſignare tabulas, *vid.* OBSIGNO.
Qu. Frat. 2, 6 Proſcripſit tabulam familiam Catonianam ſe venditur
Signatae tabulae Quinctil. 5, 11. Tabulae ſupremae, *Teſta*
tum Martial. 5, 33. Quadrantem Criſpus tabulis Fauſtine ſupre
Non dedit vxori; cui dedit ergo? ſibi. *Criſpus hic omnia* luxu
derat, moriens itaque nihil reliquit vxori, quoniam omnia dederat ſib
eſt, ventri ſuo. Tabula *qua proſcribitur auctio, in ipſo lo*
bendae Auctionis. Cic. pro Caecin. 16 c. 5 Adeſt ad tabulam, l
Ebucius, deterrentur emtores multi, partim gratia Caeſenniae, p
etiam pretio. Fundus addicitur Ebucio. Idem Q. Frat. 2, 5
ſit Milo, dedit cuidam non familiari negotium, qui ſine ſuſpi
emeret eam familiam a Catone. Quae ſimul abducta eſt. Ra
qui vnus eſt hoc tempore Trib. pleb. rem patefecit, eosque ho
ſibi emtos eſſe dixit: et tabulam proſcripſit, ſe familiam Catoni
venditurum. In eam tabulam magni riſus conſequebantur.
Att. 12, 40 De hortis Scapulanis hoc videtur effici poſſe, aliud tu
tia, aliud noſtra, vt praeconi ſubiiciantur. Id niſi fit, exclud
Sin ad tabulam venimus, vincemus facultates Othonis noſtra cup
te. *h. e. Sin praeconi ſubiicientur, et auctio fiet. Haec* tabula *etia*
tulus *dicebatur* et Libelli. *Vid. ſuis locis, vid. etiam* Auctionariae
lae *in* AVGEO. Ludere tabulà, ſ. ad tabulam . . . *i. alea*
Salmaſ. ad Vopiſc. Procul. Tabula *i. agri modus ap.* Pallad. Ian.
Feb. 9, 9 *etc. Vid. Lex. Ruſt. Gesneri.*

TABELLA, ae. f. [πινάκιον] *Parua tabula.* Plin. 16, 39 Inue
eſt pictorum tabellis immortale Cic. Fam. 7, 24 (23) Ea voleba
bellis ornare. Tabellâ motâ ventos facere *puellae* Ouid. Am.
37. Blandae denſaeque tabellae Iuuen. Sat. 9, 36. Caut
Contractuum tabellae Sen. de Conſt. Sap. c. 6. *Conf. Lipſ.*
Legitimis tabellis tibi iuncta mulier Iuuen. Sat. 6, 199. P
bellae Hor. Serm. 1, 1, 72. Pictorum tabellae Plin. 16, 39.
ſis tabellis infuſa cera Ouid. de Arte Am. 1, 437. Votiua
Iuuen. Sat. 12, 27. Committere verba tabellis Ouid. Met.
Exornare aliquid, vel locum aliquem tabellis Cic. Fam. 7, 23.
bellae Epiſtolae dicebantur, quod in breuibus tabulis ſcriber
Plaut. Epid. 2, 2, 66. Idem Pſeud. 1, 1, 25 Tace dum perleg
bellas. Duplices, triplices, quintuplices: *vid. Burm. ad* Ouid.
1, 12, 27. Croceae membrana tabellae Iuuen. Sat. 7, 23.
reatae tabellae, *vid.* LAVRVS. Lepidae tabellae *vid.* LEP
Verba dedit ferenda tabellis Ouid. Met. 14, 707. Properat
bellae, *Celeriter ſcriptae* Idem Met. 9, 586. Arcanas ſigna
bellas Idem Amor. 2, 15, 15. *Conf.* Id. de Art. Am. 2, 395. Con
re tabellas Plaut. Curc. 2, 3, 86. ¶ 2 Tabellis *fe*
ſententias poſt Leges Tabellarias *de quibus ſtatim. Sunt autem* *b*
bellae vel iudicum, de quibus Aſcon. *in* Diuin. in Caecil. 24 c. 7. *et in*

… 9 *poſteriorem locum ponemus:* Cum condemnandi nota eſſet C litera abſoluendi A, ampliandi ſignum NL dabant, quo ſignificabant Non Liquere. *In Comitiis, quibus magiſtratus crearentur, ſcriptum habet quisque in tabella nomen Candidati, cui fauet. Vid. quae diſputavim ad* Varr. de R.R. 5, 3, 18. *In legum denique ferendarum comitiis qui probaret rogationem, huius tabella habebat* V. R. *i.* Vti rogas. *Vid.* ROGO n. 4. *qui autem antiquaret, illius in tabella ſignatum fuiſſe* A, *non eſt dubium.* Ne in tabellae quidem latebra fuiſſe abſconditam ...malevolentiam Cic. Fam. 3, 12. Tabella eſt, quae dat poteſtatem, occulte libidinem Idem pro Rab. Poſt. c. 5. Idem Diu. in Caec. 24 Ce...atam vnicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria. ...de Verr. 4 c. 47 De quo vos ſententiam per tabellam feretis? *De ...abeis vide* Vti rogas, *in* ROGO *et* PONS. Sueton. in Auguſt. c. 33 ...tantum duas tabellas, damnatoriam, et abſolutoriam, ſimul cogno...bus dedit; ſed tertiam quoque, qua ignoſceretur iis, quos fraude ...nandum, vel errore inductos conſtitiſſet. *De falſo loquitur te...mato* Suetonius. Videtis in tabella iam ante quanta facta ſit ... Cic. de Amicit. 41. Idem de lege Agr. 2, 4 c. 2 Quod meis co...itiis non tabellam indicem tacitae libertatis, ſed vocem viuam prae...ol indicem veſtrarum erga me voluntatum ac ſtudiorum tuliſtis. ...li...egunt Vindicem libertatis. *Add.* Id. pro Sext. c. 48. Grata ...b...a Idem pro Planc. 16. ¶ 3 *Sed* Tabella dimidiata ...ar 3, 2, 1 Vis potius villae publicae vtamur vmbra, quam priuati ...in dati tabella dimidiata aedificemus nobis? *h. e. Vis ingrediamur po...us villam publicam, quam in anguſtium tabernaculum candidati noſtri nos ...m...pemus? Nam* Dimidiatam tabellam *dixit, Exiguam tabernaculi par...multis hominibus referti: aedificat autem ſibi, qui tanquam aedificium ...bi...arat et locum. Sic* Turneb. Aduerſ. 8, 7. *Eſt igitur haec* Tabella ...*diminutum nomen ex* Taberna, *quam ex* Tabula.

...ABELLARIVS, i. m. [βιβλιοφόρος, γραμματοφόρος] *A* Tabellis ...*um tractandis, plerumque vero a* tabellis *ſ. literis ferendis dicitur.* ...*iori genere laudatur* Sidon. 4, 11 Sed et ille ſuſcipiebat hunc ...iter, habens in eo conſiliarium in iudiciis, vicarium in eccleſiis, ...ratorem in negotiis, villicum in praediis, tabellarium in tribu...s, lectionibus comitem, in expoſitionibus interpretem, in itineri...contubernalem. *His tamen nonnulli legunt,* Tabularium. Lo...up... tabellarius, *vid.* LOCVPLES *in* LOCVS. *Sed ordinarie* Ta...ellarius, *qui literas perfert.* Cic. Fam. 14, 22. Idem Fam. 9, 15 ...is tuis epiſtolis reſpondebo: vni, quam triduo ante acceperam a ... alteri quam attulerat Phileros tabellarius. Fidelis tabellarius ...de Att. 1, 13. Deprehendere tabellarios Idem Fam. 12, 12. Excu...tere tabellarios Idem Fam. 10, 31. Mittere tabellarios, vel re...tinere Idem Fam. 12, 12. Subminiſtrare tabellarios vel praebe...re Idem Q. Frat. 2, 12. Scrutari tabellarios Idem Fam. 10, 31.

TABELLARIVS, a, um. Adi. [πινακιακός] *Vt,* Lex tabellaria ...Tabellis, *de quibus n. 2.* Cic. pro Sext. c. 58 Tabellaria lex ab L. ... ferebatur: populus libertatem agi putabat ſuam: diſſentiebant ...pes, et in ſalute optimatium temeritatem multitudinis et tabel...entiam pertimeſcebant. Aſconius *in* ſecundam Verrinarum, L. ...s, Inde, *inquit,* ſunt leges Caſſiae tabellariae de ſuffragiis libere ...lis, non voce, ſed tabella. *Vid.* Idem de Legib. 3, 35 c. 16 Sunt ... quatuor leges tabellariae, *etc. Nempe ille locus eſt, in quo dedita ... de vtilitate aut noxa* tabellariarum legum *diſputatur. Vid.* Suf...ragia *quomodo ferri ſolerent, in* SVFFRAGIVM. *Vid.* Sall. Or. ad ...Caeſ. 2 c. 18. Plin. Ep. 3, 201 *et* 4, 25. Tabellariae naues, *Quae ...ra...ittebantur in portum, ad nuntiandum aduentum proximae claſ...is* ...nec. Epiſt. 78 (77)

TABELLIO, ōnis. m. [ἀγόραιος νομικὸς Gloſſ. Lat. Gr.] *Scribae, qui ...r ſcribendis adhibentur.* Firmic. 5, 2. *et* 8, 28. Idem 4, 5 Ta...belliones publicos facit, et qui ex literis quaerant vitae ſubſidia. *Conf.* Capitolin. in Macrino c. 4. Vlpian. l. 9 §. 4 D. de poenis.

TABVLĀRIS, e. Adi. [πινακικὸς] *Quod ad tabulas pertinet, et in ...rum ornatum accommodatur.* Plin. 34, 9 Aes omne frigore ma...gis melius fundi. Sequens temperatura ſtatuaria eſt, eademque tabularis. ...is tabularis Petron. 75.

TABVLARIA, ium. n. *Species tormenti.* Senec. de Ira 3, 19 Torſerat ...omnia, quae in rerum natura triſtiſſima ſunt, fidiculis, tabulari...is, equuleo, igne, vultu ſuo.

TABVLARIA, ae. f. *Idem quod tabularium ap.* Non. 3, 110.

TABVLARIVM, i. n. *Locus deſtinatus ſeruandis inſtrumentis, ta...ulis literisque publicis, in quibus omnia paſcua, praedia, vectigalia, por...ciuitates, redemtiones publicanorum, perſcripta erant.* Tabulas deſi...der Heracleinſium publicas, quas Italico bello, incenſo tabulario in...teriſſe ſcimus omnes Cic. pro Arch. c. 4. Id. de N. D. 3. c. 30. *et* Apul. Ap. p. 324 *et* 330. *Erant Romae in atrio Libertatis.* Liuius 43, 16 ...ores ex templo in atrium Libertatis aſcenderunt, et ibi ſignatis ta...bulis publicis clauſoque tabulario et dimiſſis ſeruis publicis, negarunt ſe ...ius quidquam negotii publici geſturos, quam iudicium populi de ſe ...ectum eſſet. De eo Virgil. ſcripſit Georg. 2, 502 Inſanumque fo...rum populi et tabularia vidit. Turnebus tabularia idolorum Tertull. ...de ...ol. c. 10.

TABVLARIVS, i. m. *Supputator, ratiocinator.* Vlp. in l. vlt. D. ...ſi cenſor falſum modum dixerit. Ego et aduerſus tabularium puto ...actiones dandas, qui in computatione fefellit. Tabularii, *inquit An...ton. Auguſt. ſunt, Qui magiſtratibus, in publicis, aut priuatis negotiis ...au...nes, acta et rationes conſcriberent. Hos* ſeruos publicos *appellatos ...ci...s, quod ſerui fuiſſent, antequam id fieri Arcadius vetaret conſtituti...ne.* De tabulariis, ſcribis, holographis, et cenſualibus, *quae in* Theodoſiano quoque libro *exſtat. Hodie* Tabelliones *appellantur: ſed ...is ...itionum tabulae nullae committuntur, vt tabulariis. Haec ille.* Ve...tus inſcriptio *apud Gruter.* p. 632. n. 4. M. LIVIO. CELSO. TABVLARIO. SCHOLAE. MEDICORVM. Sen. Epiſt. 88 ...uius patrimonium tabularios laſſat, *qui Inuentarium ſcribant. Conf.* Capitolin. in Anton. Phil. c. 9. Ammian. 28, 1. Tertull. Apol. c. 39. Sidon. Epiſt. 5, 7. Symmach. 9, 10. Iſidor. 5, 24. *Caſaub. ad* Suet. p. 2. Tabularii, [πινακοσφραγισταὶ] *Obſignatores tabularum, ſiue ...ad teſtamentum, ſiue ad aliud pertineant.* Tacit. Ann. 14, 40 Igitur Fabianus tabulariis quos memoraui, et aliis minus illuſtribus obſignat.

TABVLĪNVM, *vid.* TABLINVM.

TABVLO, āre [σανιδῶμαι] *Tabulis aliquid conſtruere. Certe hinc*

TABVLĀTVS, a, um. Partic. [σανιδωτὸς] *Ex tabulis factum. Vt,* Tabulatus tranſitus, *Tabulis vbique interpoſitis confectus.* Plin. Epiſt. 2, ... Aedificia tabulata Feſt. in Adtubernalis. ¶ 2 *Subſt.* Tabulatum, [σανίδωμα, δρύφακτος, ὑπερῷον] *Plana in aedificiis ſuperficies, quadratis lapidibus, vel etiam tabulis conſtrata et parietibus vndecunque ſuffulta.* Foenum in tabulata componere Colum. 2, 22. *Conf.* Id. 2, 18, 2. Ligna in tabulato condere Cato R. R. c. 55. Vocibus vrgent interea, et pedibus pulſant tabulata frequenter Val. Flacc. 8, 305. *de nauibus. Add.* Lucan. 4, 432. Cato 3 Si in terra, vel tabulato olea nimium diu erit, putreſcet, oleum foetidum fiet. Caeſ. Bell. Gall. 6, 28 In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor conſtituit, praeſidiumque cohortium duodecim pontis tuendi cauſa ponit. Iuuen. Sat. 10, 105 — numeroſa parabat Excelſae turris tabulata. Virg. Aen. 2, 464 Summa tabulata. *Conf.* Curt. 4, 3, 4. Deſtruit tabulata Stat. Theb. 10, 87. Strata ſolo tabulata Idem Silu. 1, 5, 57. ¶ 3 *Metaphor.* Tabulata *dicuntur vti* Strata *rerum quae ſibi, lata ſuperficie, inuicem imponuntur.* Colum. 12, 48 Alterna tabulata oliuarum et ſalis vsque in ſummum componant. *Add.* ibid. 39, 3. Scribon. 60 Salis quaſi tabulata interponunt. ¶ 4 Tabulata, in arboribus ſunt, Rami effuſiores in plana tendentes, non in altiora creſcentes, *inquit* Seru. *ad* Georg. 2, 361. Plin. 17, 23 Et vlmus detruncata a media in ramorum ſcamna digeritur, nulla fere viginti pedum altiore arbore: tabulata earum ab octauo pede altitudinis dilatantur in collibus, ſiccisque agris. Virg. Georg. 2, 361 — ſummasque ſequi tabulata per vlmos. Columel. 5, 6, 11. *it.* 23 *et* 24.

TABVLATIO, ōnis. f. [σανίδωσις] Ipſa tabularum conſtructio. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 9 Centonesque inſuper iniecerunt, ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent, aut ſaxa ex catapultis lateritium excuterent. Theatra tabulationes habent complures Vitr. 5, 5.

TABVLAMENTVM, i. n. *Idem ac Tabulatio.* Frontin. Strat. 1, 1, 1 Iunxit dolia, conſtrauitque tabulamentis.

TABVLATIM. Adu. *Diſtinctione tabulis facta.* Pallad. 3, 9 Placet genera vitium tabulatim diſponi.

TABVM, *vid.* TABES.

TABVRNVS, i. m. Mons Campaniae, oliuetis abundans. Virg. Georg. 2, 38. — iuuat Iſmara Baccho Conſerere, atque olea magnum veſtire Taburnum.

T A C

TACEO, ui, ĭtum, ēre. [σιγάω, σιωπάω, ἡσυχάζω] *Vocem nullam emittere, non loqui, etc.* Ter. Eun. 3, 2, 23 Numquid habes quod contemnas, quid tu autem Thraſo? tacent, ſatis laudant. Quis minor eſt autem quam tacuiſſe labor? Ouid. Amor. 2, 2, 28. Enuntiabo apud homines familiariſſimos, quos ſemper tacui, et tacendum putaui Cic. de Orat. 1, 119 c. 26. Ante exſpectatum tacuit Ouid. Met. 4, 789. Tacere aliquid, *Reticere* Ter. Eun. 1, 2, 23. Nep. 10, 2, 5. Arcana Curt 6, 10, 7. Callide quid tacere Quinctil. 5, 1. Taceo te Plaut. Mil. 4, 1, 100. Vlciſci ſe tacendo Ouid. Rem. Amor. 645. Tacere de, Plin. 13, 16 De menſis tamen tacuit. De re aliqua tacere Quinctil. 1, 2. Nimium diu de rebus alicuius tacere Cic. Att. 1, 16 (19). In his ſaltem rebus, in quibus de ſe taceri velit, tacere Cic. de Lege Agrar. 3, 4. An me taciturum tantis de rebus exiſtimauiſtis Cic. 2 (Act. 1) Verr. 27 c. 9. Tacecere, *Securum eſſe: quoniam qui ſecuri ſunt, nullam interrogandi cauſam habent.* Ter. Adel 2, 4, 16 Tace modo, ac ſequere Ibid. 2, 2, 1 Tace, egomet conueniam iam ipſum. Tacere *etiam dicuntur, Quae ſine voce ſunt.* Virg. Aen. 4, 363 — Totumque pererrat Luminibus tacitis. *Et* Aen. 4, 525 Quum tacet omnis ager, *nulla vox in eo auditur, mediae noctis deſignatio.* Amor tacetur in medio Marte Ouid. Amor. 2, 18, 36. Iurgia turbida tacuerant Lucan. ad Piſon. 74. Oculi tacent Ouid. Amor. 2, 5, 17. Plectra dolore tacent Idem Epiſt. 15, 198. Tacitum eſt, *impersonale:* Ter. Adel. 3, 4, 38 Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt. Martial. de Spectac. 28. Fucinus et pigri taceantur ſtagna Neronis.

TACENS, entis. Partic. [κατασιωπῶν] Aquae tacentes Propert. 4, 4, 49. Plaut. Rud. 4, ., 72 Quia enim neque loquens es, neque tacens vnquam bonus. Oratio tacens Quinctil. 2, 28. Fluuius tacens, *Sine murmure, et quaſi imperceptibiliter fluens* Sen. Herc. Fur. 9, 7.3. Loci tacentes Tac. Hiſt. 3, 85, 3. *i. ſolitudo.* Vento tacente tumuit mare, *Non flante* Sen. Med. 10.

TACENDVS, a, um. Partic. [σιωπητέος] Martial. 1, 5 Vir Celtiberis non tacende gentibus, Noſtraeque laus Hiſpaniae. Loqui tacenda Ouid. de Arte Am. 2, 604.

TACĬTVS, a, um. [σιωπηλὸς, ἐχέμυθος, στέγανος] *Qui tacet: qui ſecretum tenet apud ſe.* Plaut. Rud. 4, 3, 88 Tu abi tacitus tuam viam. Ter. Eun. 3, 5, 23 Quid eſt? C tacitus, citius audies. Idem Hec. 4, 1, 3 Ita corripuit derepente tacitus ſeſe ad filiam. Aſſentitur tacitus Cic. (Diuinat.) Verr. 1, 22 c. 7. Accepit hanc plagam tacitus Idem Verr. 5. Arguit tacitus Liu. 1, . . Cic. Pr. A. 1, in Verr. 34 Id enim conſilii mihi profecto taciti dabitis, quod egomet mihi neceſſario capiendum intelligo. Perſpicere voluntatem tacitorum Id. in Catil. 1, 20. ¶ 2 Tacitus, *paſſiue* Virg. Aen. 6, 841 Quis te magne Cato tacitum, aut te Coſſe relinquat? Cic. Fam. 3, 8 Sed prima duo capita epiſtolae tuae tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt. Vulgator taciti Ouid. Amor. 1, 7, 51. Si voluntas tacitis verbis intelligi poſſet, verbis omnino non vteremur Cic. pro Caecin. 53 c. 18. Nihil me mutum delectat, nihil tacitum Idem in Catil. 3, c. 11. ¶ 3 *Iam ponamus ſubſtantiue, vbi plerumque poteſt et actiua tacentis et paſſiua occultati ratio, ... ſe tamen reſpectu locum habere.* Acceſſus tacitus, *vid.* ACCEDO. Affectu tacito laetari, *Amare occulte* Ouid. Met. 7, 147. Annis tacitis ſeneſcimus, *Tacite fluentibus* Idem Faſt. 6, 771. Aſſenſio tacita et occulta Cic. pro Milon. 12 c. 5. Caelo tacito labentia ſidera. Virg. Aen. 3, 515. *i. Nocturno, per quod tacetur, vel quia caeli motus a nobis non auditur.* Cogitationes tacitae Quinctil. 6, 1. Commendatio tacita Idem 4, 1. Curſus tacitus fluminis Ouid. Met. 14, 601. Dignitas noſtra in id tacita eſſe poterit? pati poterunt oculi me cum Gabinio ſententiam dicere? Cic. Att. 10, 5. Dolor tacitus Ouid. Faſt. 1, 356. Dulcedine tacita tangere pectus Lucret. 3, 909. Exiſtimatione tacita reprehendi Cic. de Prouinc. Conſ. 40. Exſpectatio veſtra tacita iamdudum alio me vocat Idem pro Cluent. 63. Figura corporis tacita Idem pro Roſc. Com. 20. Furtum tacitum Ouid. Faſt. 1, 549. Inceſſu tacito progreſſus Virg. Aen. 12, 219. Inimicitiae occultae et magis tacitae timendae ſunt, quam indictae et apertae Cic. Verr. 7 (5), 181 c. 71. Ira tacita exaeſtuare, *Tecta, occulta* Ouid. Met. 6, 623. Mente tacita gerit vulnus inconſolabile. *h. e. Maximum dolorem.*

lorem Idem Met. 5, 428. Liu. 1, 29 Sed ſilentium triſte ac tacita moeſtitia ita defixit omnium animos. Murmure tacito venerantur numen, *Voce ſubmiſſa* Ouid. Met. 6, 203. Nox tacita, *In qua omnia tacent animalia* Ouid. Met 9, 473. Nutus taciti Id. Am. 3, 11, 23. Officium et ſtudium tacitum Cic. pro Quint. 78. Os tacitum praebere alicui Idem Verr. 5, 36. Pallore tacito fateri animum Ouid. Faſt. 6, 19. Paſſu tacito praeterire Claud. Conſ. Hon. 6, 509. Pectus tacitum pertentant gaudia Virg. Aen. 1, 509. Piſces taciti, *Muti* Ouid. Met. 4, 50. Senatus conſultum, *v. v.* Signo tacito exercitum adduxerunt Liu. 29, 30. Timor tacitus Lucret. 6, 1177. Vias tacitas hoſtibus monſtrauit Martial. 13, 60. *de cuniculo* Vis tacita Quinctil. 3, 5. Voce tacita dicere aliquid, *Suſurrare* Ouid. Met. 9, 300. Vultus taciti Idem Amor. 1, 7, 21. Iudicium tacitum, *vid.* IVDICIVM. *Add.* Cic. Off. 3, 24 Quamuis enim demerſae ſint leges alicuius opibus, quamuis tremefacta libertas, emergunt tamen haec aliquando aut iudiciis tacitis, aut occultis de honore ſuffragiis. Tacitum, *ſubſtantiue pro arcano, quod taceri volumus.* Senec. Epiſt. 84 Falſum ergo eſt hoc, quod patrocinii loco ponitur, ei qui ſoleat ebrius fieri, non dari tacitum. Vulgator taciti Ouid. Amor. 3, 7, 51. *Aliter,* Nullis nota Quiritibus Aetas, per tacitum fluat Sen. Thyeſte v. 396. ¶ 4 *Cognomen gentis* Corneliae, *ex qua in primis nobilitatem conſecutus eſt* C. Cornelius Tacitus, *Eques Romanus, gener Cn. Iulii Agricolae, ſub Veſpaſianis, Domitiano, Nerua, et Traiano varios honores geſſit; ſcriptis vero ſuis prudenti et arguta breuitate diſertis immortalem ſibi laudem et gloriam comparauit, aequalis ac familiaris Plinii Iunioris etc. Scribit* Flauius Vopiſcus *in vita* Taciti *Imperatoris* 10 *libros huius hiſtorici tanquam e ſuis progenitoribus, Tacitum imperatorem* quotannis decies deſcribi, ne opus periret, idque in omnibus bibliothecis apponi, iuſſiſſe.

TACĬTE, *ſiue* TACĬTO. Adu. [σίγα, σιγῇ] *h. e. Secrete, et ſubmiſſe.* Plaut. Poen. Prol. 32 Matronae tacitae ſpectent, tacite rideant. Idem Aſin. 3, 2, 42 Tacite auſcultemus. Tacite dare poteſtatem Cic. pro Milon. Tacite, obſcureque concedere Idem pro Quint. 50 c. 15. Tacite praetereuntem exſecrari Liu. 2. Tacite rogare Cic. pro Lege Manil. 13 c. 5. Annus tacite labens Ouid. Faſt. 1, 65. Tacito intelligere Cic. Verr. 2, 180 c. 73. Tacito molitur fugam Iuſtin. 18, 4, 9. Liu. 42, 16 Et quanquam diſſimulare, et tacite habere id, patique ſtatuerat.

TACITVLVS, a, um. Dimin. Varro *apud* Non. 1, 234 Nouus maritus tacitulus taxim vxoris ſoluebat cingulum. *Conf. ib.* 17, 3.

TACITABVNDVS, a, um. Adi. Donat. *in* Virg. Ille ſaepe tacitabundus diſcedebat.

TACITVRIO, iui, ire. Sidon. Epiſt. 8, 16 Taciturire deliberauimus.

TACITVRNVS, a, um. Adi. [σιωπηρὸς, σιγηλὸς, σιγηρὸς] *Qui facile tacet.* Delia taciturna Tibull. 1, 2, 33. Flumen taciturnum Sil. 4, 224. *Conf. Drackenb. ad h. l.* Obſtinatio taciturna Nepos 25, 22, 2. Ripa taciturna caret ventis Hor. Carm. 3, 29, 24. Silentia taciturna Ouid. de Arte Am. 2, 505. Statua taciturnius Hor. Ep. 2, 2, 83. Oſtium taciturniſſimum, *apud* Plaut. Curc. 1, 1, 20.

TACITVRNVLVS, a, um. Adi. Dimin. [ὑποσιγηρὸς] Apul. Blanda mulier, et taciturnula.

TACITVRNĬTAS, ātis. f. [ἀφασία, ἀφωνία, ἐχεμυθία] *Obſeruantiae et fidelitatis genus in ſilentio conſtitutae, interdum etiam ſtulta potius tacendi vel conſuetudo vel obſtinatio.* Ter. Andr. 1, 1, 7 Sed his, quas ſemper in te intellexi ſitas, fide, et taciturnitate. Cic. Fam. 1, 5 Sed noſti hominis tarditatem et taciturnitatem. Annua taciturnitas Idem in Piſon. 32. Taciturnitas interdum eloquentiā potior Nep. 15, 3, 2. Taciturnitas optimum eſt et tutiſſimum rerum gerendarum vinculum Val. Max. 2, 2, 2. Inuida taciturnitas Hor. Carm. 4, 8, 23. Perpetua taciturnitas, *vid.* PERPETVVS. Suſpicionem mihi maiorem tua taciturnitas attulerat Cic. Att. 7, 8. Experiri taciturnitatem alicuius Idem de Clar. Orat. 231. Taciturnitas imitatur confeſſionem Idem de Inuent. 1, 54 c. 32.

TACTICE, es. f. [τακτική] *Ars inſtruendae aciei.*

TACTĬCVS, i. m. *Huiuſce artis peritus.*

TACTVS, *vid.* TANGO.

T A E

TAEDA, ae. *vid.* TEDA.

TAEDET, taedebat, taeduit *et* taeſum eſt, ēre. [ἐξακορεῖται, ἀκηδιάζω] *Moleſtiam ex diuturnitate praeſertim rei ingratae, vel ſenſus externi offenſione ortam indicat. Plene diceres,* Taedet me *taedium* huius rei. *Sed omittitur Subſtantiuum, vt fiat Verbum imperſonale.* Terent. Eunuch. 1, 1, 27 Et taedet, et amore ardeo. *In locum Nominis ſuccedit Infinitiuus,* Ter. Phorm. 3, 2, 2 At enim taedet iam audire eadem millies. *Alias per dictam ellipſin cum Genitiuo conſtruitur v. g.* Plaut. Caſ. 1, 54 Abeo intro, taedet ſermonis tui. *Subaudi* Me. Ter. Eun. 2, 3, 6 Taedet harum quotidianarum formarum. Cic. Att. 2, 24 Prorſus vitae taedet, ita ſunt omnia omnium miſeriarum pleniſſima. Taedet nemorum Stat. Theb. 4, 263. Quid quaeris? taedet omnium nos vitae Cic. Att. 5, 16.

TAEDESCO, ĕre. [σικχαίνομαι Gloſſ. Gr. Lat.] Minuc. Felix in Oct. 28, 11 Prius taedeſcit impudentiae, quam pudeſcit.

TAEDIO, āre. [ἀθυμῶ Gl. Lat. Gr.] Lamprid. in Alex. Seu. 29 Neque vnquam taediauit, aut moroſus ac iratus reſedit. *Vid. Caſaubon. ad loc. qui hanc vocem tanquam elegantiſſimam laudat.* Bos taedians Veget. de Re Veter. 3, 1. Cor taedians Tertull. adu. Iud. c. 11.

TAEDITVDO, inis. f. σικχασία Gloſſ. Gr. Lat.

TAEDIVM, i. n. [ἀκηδία] *Moleſtia ſenſum externum vel internum afficiens.* Plin. 19, 6 *de allio,* Taedium huic quoque halitu, vt cepis, nullum tamen coctis. Laboris taedium Quinctil. 2, 2. Laudis taedia Virg. Georg. 3, 331. Sollicitum taedium Hor. Carm. 1, 14, 17. Adducere taedium Plin. 30, 15. Afferre taedium Liu. 34, 34. Cepit taedium Liu. 8, 2. Capere taedia coepti Ouid. Met. 9, 615. Deuorare taedium, *vid.* DEVORO. Dictare taedium lucis Quinctil. 1, 3. Idem 4. 2 Nam debet eſſe quam puriſſimus ſermo, et qui varietate taedium effugiat, et mutationibus animum leuet. Ferre taedia Iuuen. Sat. 16, 44. Ferenda taedia alicuius Ouid. Met. 14, 718. Leuare taedium lectionis Quinctil. 2, 12. Parere taedium Idem 2, 21. 9, 4, 43. Subire longa taedia Claud. in Eutrop. 2, 99. Taedia ſubeunt animos Iuuen. Sat. 7, 34. *Metonym. pro re taedium et moleſtiam afferente dixit* Plin. 34, 18 c. 50 Non ſunt ea taedia in metallis, *de muſcis et culicibus.*

TAEDVLVS, a, um. Adi. Feſtus: Taedulum antiqui int pro faſtidioſo, interdum quod omnibus odio eſſet, ponere ſoliti

TAEDIŌSVS, a, um. [ἀηδής, σικχὸς Gloſſ. Lat. Gr.] M Firmic. 1, 3 Ille inuiſus longam ac taedioſam lucis ſuſtinet far *Lucis. i. Vitae. De ſene loquitur inualido et mori cupiente.* taedioſa mente dum recogito Eugen. Toletan. Carm. 12.

TAEDIOSE. Adu. [ἀηδῶς Gloſſ. Lat. Gr.] Taedioſe ven nuentibus Apul. de Deo Socr. p. 51.

TAENĂRVS, i. m. [Ταίναρος] *Locus vmbroſus in radice promontorii Laconiae iuxta Spartam ciuitatem. In quo quia hiat gnus eſt, et ſtrepitus progredientium percipiuntur, dixerunt veter hunc eſſe deſcenſum ad inferos.* Virg. Georg. 4, 467 Taenarias fauces alta oſtia Ditis. *Ibi erant* λατομίαι, *hoc eſt lapicidina dum pretioſorum, qui et* Laconica marmora, *et* Taenarei lapides *tur.* Propert. 3, 2, 11 Quod non Taenareis domus eſt mihi ful lumnis. *Et in Singulari g. m. eſt, in Plurali neutrius. Graec* ναρος: *a quo* Taenarum oppidum *dictum eſt: de quo ſic Suidas narum promontorium Laconiae, in quo fauces erant ad inferos dedu vbi et Neptuni praeſidis templum: illic ſupplicantes in ſacello N Helotes nihil veriti Lacedaemonii interfecerunt.* Inuiſi T horrida ſedes Hor. Carm. 1, 34, 10. Operta vmbris Taenar can. 9, 36. Spartanus Taenarus Sen. Herc. Fur. ſ. 7. nara et aſpero regnum ſub domino Sen. Troad. 402.

TAENARIVS, a, um. Adi. [Ταινάριος] *Vt,* Luci T Stat. Theb. 1, 355. Marita Taenaria, *Helena* Ouid. Epiſt. Taenarii lapidis *meminit* Plin. 36, 22. Tenarias fauces, alt Ditis Virg. Georg. 4, 467.

TAENĂRIS, ĭdis. f. Patronym. [Ταιναρίς] *Vt,* Ora T Ouid. Epiſt. 17, 6.

TAENARĬDES, ae. m. *pro Lacone.* Ouid. Met. 10, 183.

TAENIA, ae. f. [ταινία] *Faſcia, vitta.* Virg. Aen. 7, 3 tortile collo Aurum ingens coluber, fit longae taenia vittae. Aen. 5, 269 Puniceis ibant euincti tempora taenis. A taena taenia. Nam et taena et taenia dicitur. Seruius. Taenia p dicitur Faſcia, *inquit* Feſtus. Graeca enim dictio eſt, ταινία, ſic interpretatur Verrius, vt dicat onamentum eſſe laneum capit norati, vt ſit apud Caecilium in Androgyno, Sepulcrum plenu niarum, ita vt ſolet. *Et alias,* Dum taeniam qui vulnus vi petit. Ennius in Alexandro, Volans de caelo cum corona e niis. *Hactenus* Feſtus. *Vid.* Plin. 13, 12. Petron. *Conf. Barth. ad h. l. p. 105.* Tertull. de Cor. Mil. c. 7. Taeniae, *ſunt in mari Candicantes cautes longo tractu faſciam i tes, a quibus taenienſes purpurae vocantur, quae in illis degunt locis. minit* Plinius in praef. l. 3 *apud quem* Taenei maris *perperam, pr niis maris ſcriptum eſt. Turnebus.* Taeniae, *Lumbrici ventris, lati quia ſic dicti, quod inſtar faſciarum ſint lati ac longi. Vnde proditur* Plin. 11, 33 Intra hominem taenias tricenum pedum, aliquando rium longitudine naſci, *Add.* Idem 23, 5. *et* 27, 9. Sar v. 564. *c. not. Keuchen.* Taenia, *Genus piſcis apud* Plin.

TAENIENSIS, e. *Vt,* Purpurae taenienſes Plin. 9, 37. *quare modo dictum in* TAENIA n. 2.

TAENIŎLA, ae. f. Dimin. [ταινίδιον] *Faſciola.* Colum 3 Braſſica, quum ſex foliorum erit, transferri debet, ita vt eius liquido fimo illita, et inuoluta tribus algae taeniolis pan *hoc eſt quaſi Faſciolis.*

TAENIOSVS, a, um. Adi. *Taeniis plenus.* χειριάτης, Gr. Lat.

TAEPOCON, i. n. Sic appellarunt Graeci Genus ſcribendi ſum verſus, vt nunc dextrorſum ſcribimus. Feſtus. *Vid.* Etymol. *h. v. qui deriuat ex* הפך *quod conuerſum notat. Sed probabilius Io. Croius Obſſ. in N. T. c. 9 p. 71 interpretatur* … *vel τὸ ἐπ' ὄρχον, in verſum ſcripta. Nempe ὄρχος idem quod* … *verſus ſ. ſeries in profundum, ζυγῷ, i. iugo oppoſita. Multa ibi Croius: cuius ſententiam Oedipo, quem hic deſiderabat Scaliger, di iudico, multo certe probabiliorem ea, quam Sam. Petitus protulit Att. 2, 1 p. 105 τὰ ὑπ' ὄκον, quae ſub oculum.*

T A G

TAGASTA, ae. f. [Τάγαστα] Plin. 5, 4 Ciuitas Africae. Tagaſtenſis. *Vnde qui* Aurelii Auguſtini *vitam ſcripſere,* ſtenſem *eum fuiſſe memorant.*

TAGAX, ācis. Adi. *Furunculus, a tangendo, quod videlic nas res tagat, hoc eſt tangat.* Veteribus enim Tagit, pro T vſitatum fuit. *Vid. mox* TAGO. *Vnde* Plauti *illud in* Epid 58 Ne attigas. *Ex* Feſto. Lucilii *verſus apud* Non. 1, 8 Et m manum perſcabere poſſe tagacem. *Sic legit* Dacerius *et interpr de Priapo.* Quaeſtor leuis, libidinoſus tagax Cic. Att. 6, 3. *emendauit Cuiacius ex MSS. vid. eius notas in loc.*

TAGENIVM, i. n. *Piſcis genus.* Plaut. *apud* Feſt. in N *Turneb. Adu.* 4, 6.

TAGES, is. *et* ētis. m. [Τάγης] *Aruſpicinae inuentor,* Cic *teſte* de Diuin. 2, 50 Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi, terra araretur, et ſulcus altius eſſet impreſſus, exſtitiſſe repente, et affatus eſſe, qui arabat, *etc.* Omnem autem orationem fuiſſe qua aruſpicinae diſciplina contineretur, eam praeterea creuiſſe nouis cognoſcendis, et ad eadem illa principia referendis. Met. 15, 558 Indigenae dixere Tagem, qui primus Hetruſcam, gentem caſus aperire futuros.

TAGO, ĕre. [θίγω] Dixere veteres, quod nunc Tangere mus. Pacuuius in Teucro, Vt ſi quiſquam me tagit et tagam in Hermiona, Aut non cernam niſi tagam. Feſtus. Sine dub antiqua conſuetudo vſurpauit. Nam nunc ſine dubitationibus effertur, vt Contigit, Attigit: quae ſecundum aliquos idem ſunt Tagit. Feſtus. *Add.* Gell. 4, 3. Ne me attigas: ſi me *etc.* Plaut. Aſin. 2, 2, 106.

TAGVS, i. m. [Τάγος] *Hiſpaniae fluuius, in Luſitania aureis celebratur.* Plin. 3, 3 Nunc vulgo dicitur Taio, vt in Melam bit Oliuarius. Amnis aurifex Tagus Catul. in Iulium 27, 19. Auriferi ripa beata Tagi Ouid. Amor. 1, 15, 34. cus Tagus Iuuen. Sat. 3, 55.

TAIGETVS, *vid.* TAYGETVS.

TA

ALARIS, *vid.* TALVS.

ALASIO, onis. m. [Ὑμέναιος] Virginitatis deus: et apud Romanos, *inquit*, Seruius, inuocatur, *vid.* THALASSIO.

TALEA, ae. f. [φυτευτήριον] *Ramus arboris praeciſus ex vtraque parte, vt in terra inſeratur.* In taleas breues diuiſa cerui cornua ...er on. 122. *Vid.* Non. 4, 473. *ex* Varron. R. R. 1, 40, 4. Plin. ... 7, Myrtus et taleis ſeritur: morus talea tantum: quoniam ramo an...eri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum ſatu ...ur dicendum eſt, *etc.* Cato de R. R. c. 45 Taleas oleaginas, ...in ſcrobe ſaturus eris, tripedaneas decidito. Viridem taleam ...leaſtri in foramen demittere Colum. 5, 9. Fraxinea in flammis ...quem fudit talea ſuccum Sammon. c. 13. Talea, *Inſtrumentum ...llum; vt Vinea* Caeſ. B. G. 7, 73 Ante haec taleae pedem longae ferreis hamis infixis totae in terram defodiebantur. *Add.* Vitruu. 8, 1. Veget. ... *conſ.* CLAVA. A talea *vt ſentit* Non. 4, 473. *dicitur* Interlie, *v. v.* *Et quum ramus ex vtraque parte aequabiliter complanatur vt numerus aliquis in eo deſcribatur vulgo dicitur talea.*

TALEŎLA, ae. f. Dimin. Columel. 3, 17 Complures taleolas ...r: mandauerunt. Idem 12, 33.

TALENTVM, i. n. [τάλαντον] *Ex generali nomine librae, ponderis vt apud alias quoque gentes factum eſt, Graecis certum modum ponderis et pretii denotauit, ſed pro ciuitatibus diuerſum, quod v. g. Budaeus et alii de pecunia vetere qui ſcripſere, docent. Apud Latinos ...rentelligitur Talentum Atticum, de quo* Gell. 3, 17 Emiſſe Talentis ...s tribus. Ea ſumma fit numi noſtri HS. duo et ſeptuaginta ... *Ergo talento cedunt* XXIV millia HS. *quae ſunt* 2400 *librae ...enſes, imperiales* 800 *etc. Sed illa computatio pinguior, et Ro... fauens. Ex veris ponderum rationibus, ab Eiſenſchmidio expli... cedunt Talento* HS. 2700, *librae* 270, *imperiales* 900. Hor. ...te Poët. 238 Pythias emuncto lucrata Simone talentum. Ar... n auri que talenta Virg. Aen. 5, 112. *Add.* ibid. v. 248. Cic. ... 5, 91 c. 32 Cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attu..., quae erat pecunia temporibus illis Athenis praeſertim maxima, ... Duo magna talenta auri Virg. Aen. 9, 265. *Add.* Liu. 1, ... Plauſt. Moſt. 1, 3, 150. *et* Rud. 5, 2, 43. Id. Rud. 3, 4, ...iam promiſimus carnufici aut talentum magnum, aut iſtunc ...d ſiſtere.

TALENTARIVS, a, um. Siſenna *ap.* Non. 18, 22 Baliſtae qua... alentariae, *talentum iaculantes.*

TALIGA, [Τάλγα] *inquit* Pomponius 3, 6 Inſula in Caſpio ...ar ...ine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: ſed vicini ..., quae gignuntur attingere nefas et pro ſacrilegio habent, diis ... exiſtimantes, diisque ſeruanda. *Hactenus Mela. Ptolemaeo* ...9 Talca *dicitur.* Plin. 6, 17 In Caſpio mari vulgatam inſulam ...am eſſe ſcribit.

TALIO, ōnis. f. [ἀμοιβὴ] *Vindicta aequalis, hoſtimentum, vt ſi ...mum alicui amputauerit, illi manus lege amputari debeat. Vnde ...are formauit Gellius.* Feſtus: Talionis mentionem fieri in XII ... *ait* Verrius hoc modo. Si membrum rapit, viſum cum eo ... talio eſto. Neque id quid ſignificet indicat, puto quia no... ſt. Permittit enim lex parem vindictam. *Add.* Gell. 16, 10. ... 1. Culpae talionem reponere Symmach. 5, 13. Plin. ... Sicut in Cornelia familia nemo ante Sullam dictatorem traditur ...us. Idque voluiſſe, veritum talionem, eruto C. Marii ca... e. *Conſ.* Tull. *ap.* Auguſtin. C. D. 21, 11. Iſidor. 5, 21. *Gen.* ... Talione oppoſito Tertull. adu. Marc. 4, 16.

TALIS, e. Adi. [τοῖος, τοιόσδε, τοιοῦτος, τηλίκος, τηλικοῦτος] *Re...ſpondet ad interrogationem* Qualis? *et ſimilitudinem indicat.* ...Tal iſte meus ſtupor nil videt Catull. 17, 21. Ter. Heaut. ... 9 Tum praeterea talem, niſi tu, nulla pareret filium. Cic. ...ro Quint. 42 c. 13 Tot talesque viri. Idem Fam. 15, 4 Sed tal...e tantum. Quales ſumus, tales eſſe videamur Idem Off. ..., c. 13. Talem te eſſe oportet, qui primum te ſeiungas Id. Fam. 10, 6. *Poterat eodem ſenſu dicere* eum *vel* illum. *Sic* Talis, ... c. Tali modo cuſtodia liberatus Nep. 5, 2, 1. Tale ...nit...m fuit ſimultatis Idem 10, 3, 1. Talia fatur Virg. ...Aen. 5, 79. Meritis pro talibus Idem 1, 78. Vereor, ...lium perſonarum minuam gloriam Cic. Acad. 4, 5. Tali ...tempore, *de triſti ac luctuoſo caſu: vid. Drakenb. ad* Sil. 8, 112. Cic. Att. 6, 8 Non equidem hoc diuinaui, ſed Aliquid tale putaui fore. ...dem de Legib. 2, 11 Omnem eam legem, *etc.* eſſe laudabilem Talibus ...quibusdam argumentis docent. Quum haec talia ſint, quo mi...nus quod ad me pertinebit, homines interpellent, vt ſupra ſcripſi, non ...ingenio Cic. Fam. 11, 10 Id. in Vatin. 10 c. 4 Honos talis Pop. Ro... voluntate paucis eſt delatus ac mihi. Idem Off. 1, 91 Tales ...nos tunc putamus eſſe, vt iure laudemur. Idem de Amicit. ...2 ...uamobrem vita quidem talis fuit vel fortuna vel gloria, vt nihil ... accedere. *Et* Acad. 4, 77. Idem de Orat. 1, 67 Et ipſis apud ...quos ageret, Talis qualem ſe ipſe optaret videretur. Idem de Inuent. ..., 16. *et* de Senect. 26 c. 8. Qui ſunt tales, qualis pater tuus ...fuit Cic. pro Sext. c. 47 In te talis erit, qualem te ſenſerit alter, ...pu... Quinctil. ¶ 2 *Talis interdum laudes complectitur vel ...enratas modo, vel quas aliunde notas ſic ſignificant.* Plaut. Merc. ... Ne plora, nimis ſtulte facis, oculos corrumpis tales, *i. tam pul...chr.* Ter. Hec. 4, 2, 26 Quam fortunatus caeteris ſum rebus ... Hanc matrem habens talem, illam autem vxorem. *Sic* ...Cic. Att. 8, 7 Deferet igitur talem ciuem? *Et* 8, 9 Si quidem ...etiam vos duo tales ad quintum milliarium. *Et mox,* Tamen hoc ...qui talibus viris non ſubuenit, laudare non poſſum. Salluſt. Iugurth. 63, 6 *de Mario, cuius laudes commemorauerat,* Tamen is ad id ...ocum talis vir (nam poſt ambitione praeceps datus eſt) petere ... co...ulatum) non audebat. *Et* 10, 8 Colite obſeruate talem ...hu... virum. *Et* 112, 3 Cum talem virum in poteſtatem habuiſſet. Cic. Epiſt. 3, 13 Talium virorum tanta ſtudia aſſequi ſola virtus poteſt. *Et* ..., 73 Mihi certe perſuadeo, te, talem virum, nihil temere fe...ciſſ... Nepos Themiſt. 10 *pr.* Huius rex animi magnitudinem ad...mi...ns, cupiensque talem virum ſibi conciliari, veniam dedit. Cic. pro Cluent. 147 Vir tali dignitate praeditus. Virg. Aen. 1, 610 Qui ...tam... talem genuere parentes? *vid. Burm. ad* Petron. c. 61.

TALISCVNQVE, TALECVNQVE. Auct. Priap. n. 15 Qua...libi Hippomenes rapuit Schoeneïda pomis, *etc.* Taliacunque ...pue dominus florentis agelli Impoſuit menſae nude Priape tuae, *i. talia omnino, vel ex omni parte: perfectam ſimilitudinem indicat, et nequiter interpretatur fabulam Hippomenis et Atalantae.*

TALĬTER. Adu. [τοιῶτως] Cic. Att. 10, 51 Etenim audieram nemini taliter licere. *Vetus codex legit* Aliter. Martial. ad Vulcanum 5, 7

> Qualiter Aſſyrios renouant incendia nidos,
> Vna decem quoties ſaecula vixit auis:
> Taliter exuta eſt veterem noua Roma ſenectam,
> Et ſumſit vultus praeſidis ipſa ſui.

Plin. 35, 11 Nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit. Coepit Euangelus Vettium taliter compellare Macrob. Sat. 3, 1. *add.* Pallad. 2, 21. Tertull. adu. Marc. Carm. 4. Alc. Auit. 1, 188. *et* 3, 55.

TALĬTRVM, i. n. *Percuſſio quae vngue fronti infringitur.* Suet. in Tiber. Caeſ. c. 68 Siniſtra manu agiliore, ac validiore. Articulis tam firmis, vt recens et integrum malum digito terebraret, caput pueri vel etiam adoleſcentis talitro vulneraret. *Conſ. Gonſal. ad* Petron. c. 96.

TALLA, *ſiue* THALLA, ae. f. [κρομμύου λέπυρον Gloſſ. Lat. Gr.] *Cepae cortex, putamen, apud* Feſtum *ſcribitur* Talia. *Add. Voſſ. Etymol. p.* 510. *Salmaſ. ad* Solin. p. 823. *Conſ.* Tertull. de Pallio c. 4. *vbi tamen al.* tilias. Lucil. *apud* Non 3, 67 Flebile cepe ſimul lacrimoſaeque ordine tallae. *Conſ.* THALLVS.

TALPA, ae. m. *et* f. [ἀσπάλαξ] *Animal notum, quod oculis carere dicitur et viſu, muri ſimile.* Virg. Georg. 1, 183 Aut oculis capti fodere cubilia talpae. *Vbi* Seruius, Oculis capti, h. e. Oculis debiles. Quum enim talpae caeci naſcantur, quomodo capti oculis? Illi enim Capti dicuntur, qui aliquando viderunt. Et mutauit genus, nam haec Talpa dicitur. *Vid.* Quinctil. 9, 3, 6. Cic. Acad. 4, 81 c. 125 Quid talpam? num Deſiderare lumen putas? *Add.* Sen. Qu. Nat. 3, 16 *extr.*

TALPANVS, a, um. Talpana vitis Plin. 14, 3.

TALVS, i. m. [ἀστράγαλος, σφυρὸν] *Pars pedis, Os prope calcaneum quod extuberat.* Plin. 26, 11 Talis vero tumentibus, limus aquaticus cum oleo ſubactus, mire prodeſt. Dum deſilit, talum intorſit Aur. Victor de Vir. Ill. c. 65. Hor. Serm. 1, 9 11 Quum ſudor ad imos Manaret talos. A vertice ad talos imos Idem Epiſt. 2, 2, 4. Talus *fit per contractionem a* Taxillus Cic. in Orat. 153 c. 45. *vid.* AXILLA. Vnda contingit talos Ouid. Amor. 3, 6, 6. Indumenta in talos demiſſa Aur. Victor de Caeſ. c. 21. Purpura vsque ad talos demiſſa Cic. pro Cluent. 111 c. 40. Veſtigia tingit in vndis talo tenus Ouid. Met. 4, 343. *Conſ.* Celſ. 8, 1. Columel. 7, 5. Senec. Controu. 5, 33. Iactus talorum Ouid. de Arte Am. 3, 353. Admouere talos, *vid.* ADMOVEO. Talorum Ducere iactus Ouid. A. A. 3, 353. Iacere talos, *vid.* IACIO. Iactare talos, *vid.* IACTO, *in* IACIO. Cic. de Orat. 3, 55 c. 23 Libet autem ſemper diſcere, vt ſi velit, ego optime talis Ludere, aut pilae ſtudio tenear, et iam fortaſſe ſi aſſequi non poſſim: aut alii quia praeclare faciunt, vehementius quam cauſa poſtulat, delectantur, vt Titius pila, Brulla talis. Mittere talos, *vid.* MITTO. Ex multis luſionibus nobis talos relinquant et teſſeras Cic. de Senect. 58. Regna vini talis ſortiri Hor. Carm. 1, 4, 18. *Sed nec abſurde, qui* talis *δεικτικῶς accipiunt,* talis, *tam boni, quale hoc eſt.* Hor. Epiſt. 2, 1, 172 Securus, cadat, an recto ſtet fabula talo. *i. Placeat, nec ne.*

DISSERTATIO DE TALIS,

ex Stephano Londinenſi huc translata, vt erat:

Talus *eſt apud Latinos, quem Graeci vocant Aſtragalum.* Plin. 34, 8 *de Polycleto verba faciens:* Fecit, *inquit,* et diſtringentem ſe, et nudum talo inceſſentem. Duosque pueros, item talis nudos ludentes, qui vocantur Aſtragalizontes, et ſunt in Titi Imperatoris atrio: quo opere nullum abſolutius plerique iudicant. *Eſt autem* Talus *proprie biſulcorum in ſuffragine pedum poſteriorum oſſiculum, non rotundum plane, ſed rotunditatis tamen parte magna particeps. Etſi vero biſulca pleraque talum habeant, nan habent tamen omnia. Quin et nonnulla quae minime biſulca ſunt, talo tamen a natura honeſtantur. Nam et leoni talum tribuunt ſane tortuoſum in anfractum, et in morem Labyrinthi conuolutum, vt teſtatur Ariſtoteles Hiſtor. Animal.* 2, 1. *Sex vero ſunt tali latera, etſi quatuor tantum in vſu ludentium ſint. nam duo ſunt ita incurua, vt illis talus vix poſſit conſiſtere: has κεραίας, id eſt* antennas *videtur Ariſtoteles appellaſſe. Proinde ſciendum, in talo* binarium *et* quinarium, *qui duo numeri ſunt in teſſeris oppoſiti deſiderari. Ex reliquis tali partibus, vna* ſupina, *altera* prona *dicitur: quae duae* ternarii *et* quaternarii *vices obeunt.* Vnitas *autem et* ſenio *duabus reliquis partibus tribuuntur.* Senionem *vero* Coum: vnitatem Chium *vocabant.* Plinius *Ariſtotelis de talo verba ſic interpretatur* 11, 46 Talos aſinus Indicus vnus ſolidipedum habet. Nam ſues ex vtroque genere exiſtimantur, ideo foedi earum. Hominem qui exiſtimarunt habere, facile conuicti. Lynx tantum digitos habentium, ſimile quiddam talo habet: Leo etiamnum tortuoſius. Talus autem rectus eſt in articulo pedis ventre eminens, concauo in vertebra ligatus. *Haec Plin. Theodorus autem ſic:* Talum etiam aſinus ille Indicus ſolus in ſolidipedum genere poſſidet. Sus enim ambiguus eſt: quo fit etiam, vt talo careat probiore. Permulta ex biſulcorum numero talum habent. At vero multifidum nullum adhuc talum eiusmodi habere cognitum eſt, vt ne hominem quidem habere certum eſt. Sed Lynci ſemitalo ſimile quiddam: leoni autem tortuoſum in anfractum eſt, quale effingunt. Omnia vero quibus datus eſt talus, cruribus eum poſterioribus continent: ita, vt erectus in ſuffragine parte ſui prona foras, ſupina introrſum ſpectet: Et quae Veneres vocantur, intus aduerſae ſibi poſitae ſint: quae Canes, foris: quae Antennae, ſupra habeantur. *Haec ex Ariſtotele Theodorus. Hominem vero talo carere, hinc certum eſt, quod neque pedes habeat poſteriores: et malleoli qui humano pedi inhaerent, non in ſuffragine, ſed in laterum vertebra inſerantur: quorum vtrumque ab Ariſtotele tributum eſt talum habentibus. Vnde mirari ſubit Galenum in tertio eius libri volumine, quem περὶ χρείας τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων conſcripſit, conſtanter* talum homini *tribuere: et, quod admirationem auget, de Ariſtotelis ſententia nihil meminiſſe: cui tamen in eo libro ſolet frequenter*

magna cum libertate repugnare. Talum *autem ſiue* aſtragalum *adſcribit humani pedis ſuffragini, medium ſcilicet inter tibiam et calcaneum: vtpote cui tibia ac fibula, quae duo a recentioribus illiterata voce* Focile maius *et* minus *dicuntur, impacta ſit: quum ipſe* πτέρνῃ, *id eſt* calcaneo *incumbat: cuius finis oſſi inſeritur, quod a* Graecis σκαφοειδὲς, *a noſtris* nauiforme *dicitur. Tria enim haec oſſa poſteriori pedis parti adſcribuntur a Galeno,* πτέρνη, ἀστράγαλος, καὶ σκαφοειδὲς. *Sed neque illud diſſimulandum, hunc ipſum Galeni* aſtragalum *cum biſulcorum* aſtragalo, *quem vnum Ariſtoteles probat, nihil omnino habere commune: ne quis forte ſuſpicetur, ab illius imagine nomen inueniſſe.* Talarius *ludus, vt ex Euſtathio Homeri interprete colligitur, talis quatuor exercebatur, quorum quisque lapſus quatuor habebat, non Sex, quemadmodum cubi ſeu teſſerae. Sed omnes caſus talorum ex conſuetudine ludentium annumerati erant quinque et triginta, quorum quidam a Diis, alii ab Heroibus, alii a claris hominibus aut a meretricibus nomen accipiebant: nonnulli vero ab euentibus, qui cum laude aut probro acciderant, denominabantur. Inter eos enim* caſus *quidam* Steſichorius *dicebatur, quippe* octonarium *ſignificans; quod ſepulcrum Steſichori, quod erat in Himera vrbe Siciliae, octo fuerit angulorum. Alius* Euripidius, *quippe* quadraginta *ſignificans. Nam Euripides vnus fuiſſe traditur e quadraginta praefectis poſt triginta tyrannos Athenis expulſos. Qui autem ſex continebat,* Κῶος *dicebatur, et* ἑξίτης, *qui Latine* Senio *dici ſolet. Qui vero vnum,* Chius *dicebatur, et* κύων, *id eſt,* canis. *Ex quo prouerbium,* Χῖος παραστὰς Κῷον οὐκ ἐᾷ λέγειν, At Chius adſtans non ſinit Coum loqui. *De iis ſcilicet, qui quum multo inferiores ſint, eos tamen, qui maiores ſuperioresque ſunt, compeſcunt. De celebri autem illo ac felici iactu* Veneris, *eſt illud* Plaut. in Aſin. 5, 2, 65 Hoc Venerium eſt. Pueri plaudite, et mihi ob iactum, cantharo mulſum date. Auguſti epiſtolae *caput* ad Tiberium *exſtat apud* Sueton. *in hunc modum:* Inter coenam luſimus γεροντικῶς et heri et hodie. Talis enim iactatis, vt quisque Canem, aut Senionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios in medium conferebat: quos tollebat vniuerſos, qui Venerem iecerat. *Eſt et adagium illud antiquis frequens, quo Themiſtius vtitur in libello de Diuinatione per ſomnium:* Si ſaepe iactaueris, aliquando Venerem iacies. *Porro dignum ſcitu eſt,* Venerem *non vnius tali faciem fuiſſe, vt* Canis, *et* Senio: *id quod plerique tradiderunt, parum memores* Auguſti *epiſtolae, in qua* Senio *a* Venere *nuncupatim ſeparatur. Sed quoties tali quatuor ita excidebant, vt diuerſa eſſet omnibus facies: qui iactus inter eos, quos quinque et triginta Euſtathius dixit, vltimus numerabatur: tum felix ille caſus, qui* Veneris *nomine cenſebatur, affulgebat. Hoc ſignificat* Martial. 14, 14 *his verbis,* Quum ſteterit nullus vultu tibi talus eodem, Munera me dices magna dediſſe tibi. Cic. de Diuin. 1, 23 Itane vero quidquam poteſt eſſe caſu factum, quod omnes habet in ſe numeros veritatis? Quatuor tali iacti, caſu Venereum efficiunt. Num etiam centum Venereos, ſi quadringentos talos ieceris, caſu futuros putas? *In hanc ferme ſententiam exit illud* Propert. 4, 9, 17 Me quoque per talos Venerem quaerente ſecundos, Semper damnoſi ſubſiluere Canes. *Latus vnitatem habens* Canis *ſiue* Canicula *vocabatur, et quia minimus is numerus, idcirco* damnoſus. Ouid. de Arte Am. 2, 205 Seu iacies talos, victum ne poena ſequatur, Damnoſi facito ſtent tibi ſaepe Canes. Perſ. Sat. 3, 49

— Quid dexter Senio ferret,
Scire erat in voto, damnoſa Canicula quantum
Raderet, anguſtae collo non fallier orcae.

Erat autem Orca, *Vaſculum aleatorium, quo coniecti agitatique tali in abacum ſeu tabulam luſoriam emittebantur, ad euitandas aleatorum fraudes et impoſturas, qui ſubdola manu vti callent, de qua ſic Pomponius Poeta Bononienſis,* Dum contemplor orcam, taxillos perdidi. *Ea* Pyrgos *quoque Graeca voce, ſed Latinis vſitata, dicitur,* Hor. Serm. 2, 7, 17

Scurra Volanerius, poſtquam illi iuſta chiragra
Contudit articulos, qui pro ſe tolleret, atque
Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna
Conductum pauit.

Pyrgi *effigies in modum eſt turriculae, vnde nomen mutuatur.* Pyrgos *enim Graece,* turris *Latine dicitur. Martialis verbo Latino vti maluit,* Turriculam *appellans, nam in* Apophoretis 16 lemma *eſt,* Turricula, *quae in eodem ſignificatu accipitur, quo* Pyrgum *accepit Horatius: ſic enim ipſa loquitur,* Quaerit compoſitos manus improba mittere talos: Si per me miſit, nil niſi vota facit. *Quo in loco legunt nonnulli,* Quae ſcit compoſitos, *etc. Gloriatur turricula, quod doloſae manus fraudes compeſcat, videlicet ne luſoris fraude compoſiti tali, optato puncto conſiſterent. Manus enim talos per turriculam iaciens, nil niſi vota facit, hoc eſt, nihil aliud quam optare bonum punctum poteſt, certum praeſtare non poteſt. Talorum iactu Venerio, quod laetiſſimus foret, Archipoſiam, id eſt in compotatione principatum, ſortiebantur veteres. Hoc eſt quod dixit* Hor. Carm. 1, 4, 18 Nec regna vini ſortiere talis. *i. Non accipies per ſortem regna vini. In Graecorum ſympoſiis mos erat, talis ſortiri quempiam, qui conuiuio praeſideret, ac decreta conuiualia praeſcriberet, quae* νόμους; *id eſt leges appellabant, praefectum autem* βασιλέα, *hoc eſt regem. Hunc Plutarchus Sympoſiarchon vocat. et* Varro *apud* Non. Modiperatorem a Latinis vocatum *ſcribit, quaſi modum imperantem, ne quis aut plus ſatis, aut parum biberet.* Idem Hor. Carm. 2, 7, 23 — Quem Venus arbitrum Dicet bibendi? Venus, *h. e. Venerius talorum iactus.* Arbitrum bibendi, *Modiperatorem, ſiue conuiuii regem. Quo loco* Acron Teſſeras *cum* Talis *confundit, magno ſane errore. Praeterea quatuor talos in ludo talario conſuetos ex Euſtathii ſententia diximus, in quibus miſſus quinque ſupra triginta numerabant: vtpote quatuor ſimplices eadem omnes facie, geminatos duodeuiginti; triplices duodecim, vnum vero quadriformem vltimum omnium, quippe quo nullus numeroſius accreuit. Vnde facile eſt Acronis locum caſtigare, qui* Venerio iactu tricenarium numerum contineri *tradidit, quum* quinarium et tricenarium *plane ſit ſubſtituendum.*

Tali, ſiue aſtragali, plane rotundi non ſunt, perfecta ſcilicet et abſoluta rotunditate, ſed parte ſui leuiter preſſa. Non etiam ſunt quadrati, quales teſſerae, id res ipſa indicat: oſſiculum ſcilicet in poſteriorum pedum articulo biſulcorum animalium plerumque poſitum. Talis quatuor ludebant. Vnusquisque talus quatuor habebat facies. Ex horum vario iactu proueniebant ſequentes 35 varietates, Binarius *et* Quinarius *non erat in ludo talorum.* 1. *ſiue* Vnitas, Chius, Canis, *vel* Canicula damnoſa. 3. Ternio. 4. Quaternio. 6. Senio, ſeu Cous.

Miſſus, ſeu iactus, ſeu caſus XXXV.

I	1. 3. 4. 6.	Venus, iactus feliciſſimus: omnibus talis inaequalibus.
II	1. 1. 1. 1.	Omnibus talis aequalibus.
III	3. 3. 3. 3.	
IV	4. 4. 4. 4.	IV.
V	6. 6. 6. 6.	
VI	1. 1. 1. 3.	Tribus talis aequalibus, vno inaequali.
VII	1. 1. 1. 4.	
VIII	1. 1. 1. 6.	
IX	3. 3. 3. 1.	
X	3. 3. 3. 4.	
XI	3. 3. 3. 6.	XII.
XII	4. 4. 4. 1.	
XIII	4. 4. 4. 3.	
XIV	4. 4. 4. 6.	
XV	6. 6. 6. 1.	
XVI	6. 6. 6. 3.	
XVII	6. 6. 6. 4.	
XVIII	1. 1. 3. 3.	Duobus talis aequalibus, reliquis duobus mutuo aequalibus.
XIX	1. 1. 4. 4.	
XX	1. 1. 6. 6.	
XXI	3. 3. 4. 4.	VI.
XXII	3. 3. 6. 6.	
XXIII	4. 4. 6. 6.	
XXIV	1. 1. 3. 4.	Duobus talis mutuo aequalibus, reliquis duobus inaequalibus.
XXV	1. 1. 3. 6.	
XXVI	1. 1. 4. 6.	
XXVII	3. 3. 1. 4.	
XXVIII	3. 3. 1. 6.	
XXIX	3. 3. 4. 6.	XII.
XXX	4. 4. 1. 3.	
XXXI	4. 4. 1. 6.	
XXXII	4. 4. 3. 6.	
XXXIII	6. 6. 1. 3.	
XXXIV	6. 6. 1. 4.	
XXXV	6. 6. 3. 4.	

Haec illa diſſertatio.

TAXILLVS, i. m. Diminut. Cic. in Orat. 153 c. 45. 10, 13. *Niſi malis hoc prius fuiſſe, et inde contractum* Talus. *S ratio in* Mala, Palus, Velum.

TALĀRIS, e. Adi. [ποδηνεκὴς, τερμιόεις] *Quod ad talum per vt,* Talaris tunica, *Quae demiſſa eſt vsque ad talos.* Cic. Verr. Stetit ſoleatus Praetor Pop. Rom. cum pallio purpureo, tunicaqu lari, muliercula nixus in litore. Ibid. 31 c. 13 Per eos dies, iſte cum pallio purpureo, talarique tunica verſaretur in conuiuiis liebribus, *etc.* *Conf.* Suet. Calig. c. 54. Lactant. 4 Iſidor. 19, 34.

TALARIVS, a, um. Adi. [πεσσικὸς] *Vt,* Lex talaria adu eos, qui talis luſitant. Legi talariae fraudem facere Plaut. Mil 9. *Conf. Gronou. ad h. l.* Cic. Off. 1, 150 c. 42 Adde placet, vnguentarios, ſaltatores, totumque ludum talarium. *Caſaub. ad* Cic. Att. 1, 16 p. 99.

TALARIA, um. n. Pl. [πέδιλα Gloſſ. Lat. Gr.] *Alata Mer calceamenta.* Virg. Aen. 4, 239

— Et primum pedibus talaria nectit
Aurea, quae ſublimem alis, ſiue aequora ſupra,
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.

Cic. de Nat. Deor. 3, 59 c. 23 Cui pinnarum talaria affigunt. O Met. 4, 667. *Et* 2, 736. Diuerſosque pedes vinctos ta bus aptis Cic. in Arato 24. Talaria induere; *prouerbialis goria, pro eo quod eſt Fugam adornare, quaſique velle quopiam auo* Cic. Att. 14, 21 Nemo eſt iſtorum, qui otium non timeat: quar laria induamus. Eraſmus. Talaria, *Metaphorice vocat* Se *Tumores, quos in talis generat podagra* Epiſt. 53 Dubio et incipi morbo quaeritur nomen: qui coeperit talaria intendere, et vtro dextros pedes fecerit, neceſſe eſt fateri podagram. *An iocoſe* ria *vocat emplaſtra, fomenta etc.*

...ALIPEDO, are. *inquit* Feſt. antiqui dicebant, pro Vacillare ...ped us laſſitudine, quaſi quis trahat pedes, et talis videatur inſiſtere, ...ut identidem pedes tollere. Lucret. 3, 503 Tum quaſi talipe-...danprimum conſurgit, *etc.* *Sic reſtituit Lambinus ex libro veteri.*

T A M

...AM, *et* QVAM. [τόσον, καὶ ὅσον] *Aduerbia ſunt, quae Poſitiuo, ...mparatiuo, et Superlatiuo adiunguntur, quum duo vel plures Poſitiui, ...mparatiui, vel Superlatiui diuerſae ſignificationis poſiti inter ſe aequi-...ur vel iidem geminantur. Poſitiuo:* Plaut. Capt. 2, 2, 6 Tam ...goui ante liber, quam gnatus tuus. Cic. Fam. 5, 2 Tam enim ...amicus Reipubl. quam qui maxime. *Subaudi*, Amicus. Idem ...e In. 5, 31 Tam valde perhorreſcere. Virg. Aen. 1, 609 Quae ...m laeta tulerunt Saecula? *Comparatiuo:* Cic. pro Deiot. 8 ...a inquam dexteram, non tam in bellis et in praeliis, quam in ...o iſſis et fide firmiorem. Tam, *pro* Tanto, *Comparatiuo iun-...ſed raro.* Virg. Aen. 7, 788 Tam magis illa fremens, et tri-...s effera flammis, Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnae. ...*p latiuo:* Salluſt. in Iugurth. c. 31 Quam quisque peſſime fecit, ...maxime tutus eſt. Ter. Heaut. 5, 2, 45 Namque adoleſcens ...a minima in ſpe ſitus erit, tam facillime patris pacem in leges ...iet ſuas. Quam acerbiſſima olea oleum facies, tam optimum ...Cato R. R. c. 65. *Conſ. Voſſ. de Conſtruct. c. 17. Ordinarie ...m Poſitiuos comparat.* Sen. de Benef. 2, 27 Ingenii fuit tam ...s, quam puſilli animi Ouid. ex Pont. 4, 14, 43 Tam felix ...n, quam pectore candidus eſſem. Tam, *verbis iunctum:* ...Eun. 4, 4, 51 Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quam me ...e. Cic. Fam. 9, 25 *extr.* Non me hercule tam praeſcribere ...n, quam mihi gratum feceris, ſi otioſum Fabium reddideris. ...ego homo ſum, quam tu Plaut. Aſin. 2, 4, 83. Tam, *Ad-...r iunctum:* Ter. Heaut. 1, 1, 15 Nunquam tam mane egredior, ... tam veſperi domum reuertor, quin, *etc.* Cic. Diu. in ...22 Ecquis vnquam tam palam de honore, tam vehementer de ...ſua contendit, quam ille atque illius amici, vt ne haec mihi ... detur. Nihil tam valde vulgare eſt, quam nihil ſapere ...c Diuin. 2 c. 59. Tam modo *vitioſa ratio loquendi deriſa* a ...Trin. 2, 1, 8 Quamdudum iſtuc, aut vbi actum 'ſt? ST illi-... ante oſtium. Tam modo, inquit Praeneſtinus. Feſtus, ... modo antiqui ponebant pro modo. Tam conſimilis eſt at-...30 Plaut. Amph. 1, 1, 287. Tam, *diminutiuis additum, cum ...utia.* Ter. Adelph. 2, 4, 12 Tam ob paruulam rem paene ex ... ; turpe dictu.

...MDIV *vel* TANDIV. Adu. [ἐπὶ τοσοῦτο, ὅσον χρόνον] *Tan-...ore.* Cic. Verr. 5, 21 Nam tamdiu fuit in carcere Apollonius. ...o abfuiſſe tamdiu a nobis doleo Cic. Fam. 2, 1. Id. Verr. ...6 c. 27 Ignominia autem illa grauis tamdiu in illo homine fuit, ...m iſte in prouincia manſit. Cic. Verr. 1, 25 Deum atque ...um fidem implorabis circumueniri Verrem, quod accuſator no-...ndiu quamdiu liceat dicere. Columel. 12, 12 Itaque ſub-...lium ſalem tamdiu ingeret, donec in ſporta permaneat integer. ...ff. 2, 43 Tiberius enim Gracchus Publii filius tamdiu laudabi-...um memoria rerum Romanarum manebit. Corpus tamdiu ...t dum ſentit voluptatem Cic. Tuſc. 5, 96 c. 33. Idem de ...Orat. 4 Vixitque tamdiu, quam licuit in ciuitate bene beateque ...Vlpian in l. Haec autem §. 1 D. Quib. ex cauſ. in poſ-...at. Si autem negent ſe defendere, aut non negent, ſed taceant: ...raeter poſſeſſionem dabit tamdiu ſcilicet, quoad non defendatur.

...MNE. Adu. *interrogandi.* Tamne arcula tua plena eſt aranca-...Afran *ap.* Feſt.

...MQVAM, *vid.* TANQVAM.

...MA, dicitur (*inquit* Feſtus) Quum labore viae, ſanguis in ... deſcendit, et tumorem facit. Lucil. Inguen ne exiſtat, pa-...tama ne boa noxit.

...MARICE, es. f. *vel* TAMARICVM, i. n. *et* TAMA-...icis. f. [μυρίκη] *Genus fruticis.* Plin. 24, 9 My-...quam et tamaricen vocat Lenaeus, ſimilem ſcopis ame-...licit. *Et paullo poſt*, Vulgus *infelicem arborem* eam appellat, ...dimus, quoniam nihil ferat, nec feratur vnquam. Corinthus, ...e circa eſt regio, bryoniam vocat: eiusque duo genera facit, ...em plene ſterilem, alteram mitiorem. Haec fert in Aegypto ...ique etiam abundanter lignoſum fructum, maiorem galla, aſperum ...ſt, quo medici vtuntur vice gallae, et in compoſitionibus quas ...ras vocant. Et lignum autem et flos, et folia, et cortex in ...vſus adhibentur, quamquam remiſſiora. *Add.* Plin. 13, 21. ... 1. Tamaricum, *Nomin.* Scribon. 128. 132. Et tama-...on laeta comis Lucan. 9, 917. *Conſ.* Celſ. 2, 33 (*vbi al.* ta-...) Columel. 7, 9. *et* 8, 15.

...AMARISCVS, i. m. Apes ex tamariſci floribus mella confici-...Pallad. Nou. t. 8.

...AMDE, *pro* tam. Lucil. *ap.* Feſt. in Icadius. *vt* Quamde.

...MEN. Coniunctio. [ὅμως, ἔμπης, μέντοι] *Nihilominus ſigni-...* Plaut. Epid. 3, 3, 45 Sine tuo labore quod velis actum eſt ta-... Ter. Eun. 1, 2, 90 Tamen contemtus abs te, haec habui ...memoria. Tamen *ſaepius ſubiicitur particulis* Quamuis, Licet, ...*etc. nec tamen ſemper.* Cic. Fam. 4, 12 Etſi ſcio non iucundiſſimum ...m me vobis allaturum eſſe, tamen quoniam caſus et natura in ...dominantur, viſum eſt faciendum. Vt deſint vires, tamen ...laudanda voluntas Ouid. ex Pont. 3, 4, 79. Ter. Andr. 1, 4, 3 ...ecatis digna cui committas primo partu mulierem: tamen eam ad-...n. Et tamen: *vid.* ET. Tamen, *i. autem, ap.* Vopiſc. ...rel. c. 30. *Vid. Caſaub. ad h. l. Salmaſ. ad* Spart. Adrian. c. 2. ... Virg. Aen. 2, 185. Sed tamen Idem Ecl. 1, 19. Tamen, *...ndo inceptiua videtur.* Cic. Fam. 9, 19 Tamen a malitia non di-... *Nempe refertur ad aliquid cogitatum: Putabam te verum bo-...m candidum, etc.* Et Ego vero in reſponſionibus. *Add.* Idem pro ...Cl... c. 3. Virg. Ecl. 9, 62 Hic haedos depone, tamen (*etſi ...c ullum moremur*) veniemus in vrbem. Plaut. Rud. 2, 6, 50 ...Vt ...m fortuna nunc ego anthracina vterer, vt poſtquam exiuiſſem ex ...aqua, arerem tamen. *Ita legit* Nonius: *alii legunt*, Fortuna ana-...tine Cic. Att. 12 De Balbo et in codicillis ſcripſeram, et ita co-...ſimul ac redierit. Sin ille tardius, ego tamen triduum. ...*Sen...eſt; Quum primum Balbus redierit, Romam me conferam; ſin ...ille ...rdius, ego quod optaui, tamen aſſequar, vt hic triduum etiam ma-...ſim.* Hac voce Tamen *deſiderium ruſticandi declarat*.

Plaut. . . . Ita faciam, ita placet: quid tum tamen? *Vid.* Id. Bacch. 4, 9, 67. Virg. Ecl. 1, 28 Libertas quae ſera, tamen re ſpexit inertem, *i. Sera quidem, ſed tamen reſpexit.* Ter. Hec. 5, 4, 33 Quod potero faciam, tamen vt pietatem colam. *Vbi* Donat. Deeſt Ita: vt ſit Tamen pro duntaxat: vt ſit, Ita vt pietatem colam. Plaut. Aſin. 3, 3, 128 Licet laudem Fortunam, tamen vt ne Salutem culpem. Plin. Epiſt. 5, 1 Liber legitur, interdum etiam praeſentibus amicis, ſi tamen illi non grauantur. *Conſ.* Hor. Od. 1, 2, 24. Si a conſilio tamen Celſ. 1 praef. Plin. 12, 21 Peruenit tamen aliquando Sericharum. *Reditum a parentheſi indicat* Cic. Acad. 4, 17 c. 6 Propterea, quod nihil eſſet clarius ἐναργείας (vt Graeci: perſpicuitatem aut euidentiam nos ——— putet ſoli), ſed tamen nullam orationem putabant illuſtriorem ipſa euidentia reperiri poſſe. Scaevol. in l. Cum quis decedens §. Pater. D. de legatis tertio. Reſpondi: etſi neque hereditatem adiiſſet, neque bonorum poſſeſſionem petiiſſet, et nihil ex hereditate poſſideret: tamen nihilominus et ex ſtipulatu ab heredibus patris, et fidei commiſſo ab his quorum intereſt, quaſi debitorem conueniri poſſe. *Pandectae Florentinae habent*, Tamen nihil minus, *etc* Tamenne? interrogatiuum, Cic. Verr, 5, 19 Quid? ſi ab Apollonio aliquid commiſſum eſt, quamobrem iure in eum animaduerteretur: tamenne hanc rem ſic agemus, vt crimini aut inuidiae reo putemus eſſe oportere, ſi quo de homine ſeuerius iudicauit? Idem pro Quint. 79 Verumtamen, quid ſi, inquit, habes eiusmodi cauſam, vt hoc tibi planum ſit faciendum, neminem eſſe, qui poſſit biduo, ad ſummum triduo, ſeptingenta millia paſſuum ambulare: tamenne veneris, vt poſſis haec contra Hortenſium contendere? Ter. Eun. 3, 5, 29 Commendat virginem. A. cui? tibine? C. mihi. A. Satis tuto tamen. Ter. Andr. 3, 2, 40 Tu tamen idem has nuptias perge facere ita vt facis. *Etiam vbi abundare videtur, tamen relationem quandam propoſitionum indicat. V. g.* Sulpicius Ciceroni Fam. 4, 12 *indicare vult, ſe non aegre tuliſſe, quod Athenienſes Marcello ſepulcrum in vrbe negaſſent,* Impetrare, *inquit*, non potui, quod religione ſe impediri dicerent, neque tamen id antea cuiquam conceſſerant. *Poterat dicere, neque tamen trajici eis potui, nam antea id nemini conceſſerant.* *Sic* Virg. Ecl. 3, 7 *Licet habeas forte quod uraſcaris,* Parcius iſta viris tamen obiicienda momento. *Talia ſunt et ſuperiorum quaedam, et* Plaut. Capt. 2, 3, 33 *et* 44. Ter. Andr. 1, 1, 67. *et* Heaut. 1, 1, 67. *Abſque ſint ſi in talibus* Tamen: *et tamen ſi adeſt moratum quiddam, et ſuauitatem ex nexu enuntiationum addit. Contra nonnunquam omittitur. vid. Cort. ad* Salluſt. Iug. 35, 9.

TAMENETSI. *i.* tametſi. *Quo vſi ſunt* Cic. Caeſ. Lucan. Sen. *vt Muret. Var. Lect. 11, 17. Manut. ad* Cic. Fam. 4, 15. *it.* Plaut. *vid. Parei Lex. Crit. p. 1216.*

TAMESIS, *vel* THAMESIS, is. m. *Fluuius in Britannia celeberrimus, Londinum Angliae metropolim interluens, a mari Britannico contra portum Iccium excipitur.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 11 Cuius fines a maritimis ciuitatibus flumen diuidit, quod appellatur Tameſis, a mari circiter M. paſſuum LXXX.

TAMETSI, [κἄν, κἂν εἰ καίτοι] *Coniunctiua particula,* Etiamſi *denotans: nunc Indicatiuo, nunc Subiunctiuo gaudet.* Ter. Phorm. 2, 3, 81 Metuit hic nos, tametſi ſedulo diſſimulat. Idem Andr. 2, 2, 11 Obtundis, tametſi intelligo. Cic. Att. 1, 9 Tametſi iactat ille quidem illud ſuum arbitrium. Idem Verr. 3, 62 c. 25 Non me hercule quae loquor crederem Iudices, tametſi vulgo audirem. Ter. Eun. 2, 1, 10 Memini: tametſi nullus moneas. Idem Andr. 5, 2, 23 Ego tam te commotum reddam. D. tametſi hoc verum eſt. Cic. Verr. 4, 19 Verum fac te impetrauiſſe, fac aliquid grauius in Heium ſtatuiſſe Mamertinos: quantam putas auctoritatem laudationis eorum futuram, ſi in eum, quem conſtat virum pro teſtimonio dixiſſe, poenam conſtituerent? tametſi quae eſt iſta laudatio, quum laudator interrogatus laedat neceſſe eſt? *Iſſe ſe corrigit.* Cic. pro Quint. 13 Verum his de rebus non neceſſe habeo dicere ea, quae me P. Quintius cupit commemorare: tametſi cauſa poſtulat: tamen quia poſtulat, non flagitat, praeteribo. Idem Verr. 2, 15 Id tametſi priore actione ex Heraclii Syracuſani teſtimonio cuiusmodi eſſet, cognouiſtis, tamen vobis alio loco, vt ſe tota res habeat, quod ad ciuitatem attinet, demonſtrabitur. *Conſ.* Idem pro Roſc. Am. c. 27. Tametſi tuti ſint, nihilo minus Scribon. 122.

TAMIACVS, a, um. Adi. *Vt*, Praedia tamiaca, *de quibus peculiaris exſtat* tit. Cod. *i. quae omni ſupellectile, ſeruis etc. inſtructa ſunt.* Tamiacus *et* tamiaca *ib.* l. 1 *dicuntur ſerui et ancilla, qui cubiculo et cellario principis addicti ſunt.*

TAMINIA, Vua ſilueſtris generis videtur Verrio dicta, quae tam mira (rubra *f. leg.*) ſit, quam minium. Feſt. Vua taminia Celſ. 3, 21. 6, 6, 15. Apul. de Herb. c. 66. *Conſ.* Plin. 23, 1. *Meurſ. Exerc. Crit. Part. 2, 2.*

TAMNACVM, i. n. *Herba, al. parthenium.* Plin. 21, 30.

TAMVS, *vel* TAMNVS, i. m. *Plantae nomen.* Columel. 10, 374 Iam tami ſponte vireſcunt. *Al.* rhamni. Plin. 21, 15 In Italia pauciſſimas nouimus, fraga, tamnum, ruſcum. *Hard.* Tamnum. *Sic* 19, 12 Acuti tami, cunilae. *Hard.* Thymi. *Excuditur etiam* Tani, *et* Tanus; *ſed mendoſe, ait Turnebus.*

T A N

TANAGER, gri. m. [Τάναγρος] *Fluuius Lucaniae, qui eſt inter Campaniam et Calabriam.* Virg. Georg. 3, 151 Et ſicci ripa Tanagri.

TANAGRA, ae. f. [Τάναγρα] *Boeotiae mediterraneae oppidum nobile, vt auctor eſt* Plin. 10, 21 Gallis gallinaceis ad bella tantum et praelia aſſidua qui in eo naſcuntur.

TANAGRAEVS, a, um. Adi. [Ταναγραῖος] Stat. Theb. 9, 745 Phocea tunc Cydona, Tanagraeumque Phalantum. Cic. pro Domo 111 Tanagraea quaedam meretrix fuiſſe dicitur, eius non longe a Tanagris ſimulacrum e marmore in ſepulcro poſitum fuit.

TANAGRICI galli Varro R. R. 3, 9, 6. *it.* Gallinae Tanagricae Columel. 8, 2, 4 *et* 13.

TANAIS, is. m. [Τάναϊς] *Scythiae fluuius, qui diuidit Aſiam ab Europa. Tartari et Moſcouitae vocant* Don. Flumen Tanais Hor. Carm. 4, 15, 22. Extremus Tanais Idem ibid. 3, 10, 1. Niualis Tanais Virg. Georg. 4, 517.

TANAQVIL, ilis f. [Τανακυλλ] *Tarquinii Priſci vxor. De qua* Plin. 36 c. vlt. Non praeteribo et vnum foci exemplum, Romanis literis clarum, Tarquinio Priſco regnante tradunt repente in foco eius comparuiſſe genitale e cinere maſculini ſexus: eamque quae inſederat ibi, Tanaquilis reginae ancillam Ocriſiam captiuam, conſurrexiſſe gravidam.

vidam. *Ponitur et pro quauis Vxore imperioſa.* Auſon. Epiſt. 23, 31 Tanaquil tua neſciat iſtud. *Vid. Scal. Auſon. Lect. 2, 6.* Sil. 13, 818. *et* Iuuen. Sat. 6, 566. Sidon. Apoll. 5, 7 *fin.* Temperat Lucumonem noſtrum (*Chilpericum regem, quem laudat*) ſua Tanaquil, auresque mariti, viroſa ſuſurronum faece completas opportunitate falſi ſermonis eruderat.

TANDEM. Adu. [τέως, ὕςατιον, ὀψέποτε] *Poſtremum, poſt longam moram, et ſaepe vehementiam orationi addit.* Ter. Eun. 1, 2, 74 Eu! noſter, laudo, tandem perdoluit. *Vbi* Donat. Tandem quaſi qui nimis patiens fuit. Virg. Aen. 3, 612 Depoſita tandem formidine fatur. *conf.* 2, 76. Vtrum hic tandem diſceptationem et cognitionem veritatis, an innocentiae labem aliquam aut ruinam fore putatis? Cic. pro Flacc. 24. Perficere, vt iam tandem aliqui fateantur Idem de Lege Agrar. 2, 102. Ter. Adel. 4, 5, 51 In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere? virginem vitiaſti, quam te ius non fuerat tangere. Idem Andr. 5, 3, 4 Ain' tandem, ciuis Glycerium eſt? P. ita praedicant. Ter. Phorm. 2, 1, 1 Itane tandem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo? Cic. in Catil. 1, 1 Quousque tandem abutere Catilina patientia noſtra? Ter. Heaut. 5, 2, 1. Valla l. 6 Dicitur in huiusmodi locutionibus Tandem habere vrgens quiddam et accelerans, quaſi reſponſum accelerent. Virg. Aen. 1, 373 Sed vos qui tandem? quibus aut veniſtis ab oris? Quod genus tandem eſt iſtud oſtentationis et gloriae? Cic. pro Rabir. Poſt. 38. Quanto tandem illum moerore afflictum eſſe et profligatum putatis? Idem in Catil. 2, 2. Caecinna vtrum noluit tandem, an non potuit accedere? Cic. pro Caecin. 48. Quorſum tandem, aut cur iſta quaeris? Cic. de Legib. 1, 1. Quonam tandem modo? Idem Tuſc. 3, 8. Idem in Partit. 12. Hoc per ipſos deos de quibus loquimur, quale tandem eſt? Id. de Nat. Deor. 1, 106. Idem in Catil. 1, 25 c. 10 Ibis tandem aliquando quo te iampridem tua iſta cupiditas effrenata ac furioſa rapiebat. *Sic* ibid. 18. *et* Fam. 16, 9. Tandem aliquando impartiendos plebi honores Liu. 4, 54. Aliquando tandem poſſe conſiſtere Cic. pro Quint. 94 c. 30. Tandem *pro Perpetuo:* Lucret. 5, 138 Tandem in eodem homine atque in eodem vaſe maneret. Vix tandem Ter. Phorm. 2, 1, 4. Vix tandem ſenſi ſtolidus Idem Andr. 3, 1, 12. Ter. Eun. 5, 9, 25 Perfice hoc precibus, pretio, vt haeream in parte aliqua tandem apud Thaidem. Plaut. Curc. 1, 1, 7 At tandem tandem. PH. tandem es odioſus mihi.

TANGO, tetĭgi, tactum, ĕre. [ἅπτω, θίγω, ψαύω, ἅπτομαι] *Corpus vnum tangere dicitur alterum, cum ita prope admouetur, vt nullum interſtitium relinquatur.* Lucret. 1, 304 Tangere enim et tangi, niſi corpus, nulla poteſt res. Virg. Aen. 12, 201 Tango aras, mediosque ignes et numina teſtor. *Ex antiquitate eſt repetitum. Nam cum ad aras bellum in Titanas ſuſcepturi dii iuraſſent, obtinuit, vt poſtea religio iurisiurandi eius tactu et ignis teſtatione ſanciretur. Verba ſunt Theonis in Aratum de ara illa loquentis,* καὶ τοῖς ὀμνύειν δίδοται βουλομένοις, ὡς δικαιοτάτην πίστιν τηρῶσι, καὶ τῇ χειρὶ ἐφάπτονται δεικνῦντες ἐυγνωμοσύνης μαρτύριον τὸ πῦρ. *Annotauit Turnebus 19, 19. Sed nihil opus eſt vanitate mythologica. Qui* tangit aram, *deum praeſentem ſibi proponit, etc.* Tangere terram, *genus quoddam venerationis et caerimoniae ſuperſtitionisque antiquae.* Plaut. Moſt. 2, 2, 37 Tangite vos quoque terram. Varr. R. R. 1, 2 Hoc ter nouies cantare iubet, terram tangere, deſpuere, ieiunum cantare. Macrob. Sat. 3, 9 Cum tellurem dicit, manibus terram tangit. *Simile eſt illud* Ciceronis de Aruſp. Reſp. 23 Aut puer ille patrimus, aut matrimus ſi terram non tenuit, *etc.* Cic. Tuſc. 2, 57 c. 24 Genu mehercle M. Antonium vidi, quum contente ipſe pro ſe lege Varia diceret, terram tangere. Armis tangere Hor. Carm. 3, 3, 54. Baculo tetigit iuuenem Ouid. Met. 14, 38. Tunc ero bis conſul, tunc tangam vertice Caelum Auſon. Eid. 8 *extr. felicitatis ſymbolum.* Flagello tangere aliquem Hor. Carm. 3, 26, 12. *Conf. Marcil. ad h. l. Voſſ. Inſt. Orat.* 5 p. 44. *Muret. ad* Catull. 21, 8. Manu ſanctiſſimum corpus tangere ac violare Cic. poſt Red. in Senat... Matronam nullam ego tango Hor. Sat. 1, 2, 54. Pede pedem tangere Ouid. de Arte Am. 606. Propert. 4, 8, 72 Vix tangendos praebuit illa pedes, *ſupplici et deprecanti, vid.* GENV. Sidera tangere, *vid.* SIDVS. Tangere terram regionis, *Appellere* Plaut. Amph. 1, 1, 48. Cic. Verr. 3 (1) 27 c. 10 Verres ſimul ac tetigit prouinciam. Portum tetigere carinae Virg. Georg. 1, 303. Solum mento Hor. Od. 2, 7, 12. Cic. pro Roſc. Amer. c. 7 Fundos decem et tres reliquit, qui Tiberim fere omnes tangunt. Villa tangit Viam Cic. pro Mil. c. 19. *Conf.* Rutil. It. 1, 337. *Sauar. ad* Sidon. Epiſt. 1, 10. Vulnera quae melius non tetigiſſe fuit Ouid. ex Pont. 3, 7, 25. Tangere *interdum ponitur pro linere, tingere.* Fimo bubulo ima planta tangenda eſt Pallad. Ian. t. 16. *Conf. Gronou. ad* Sen. Epiſt. 86 p. 255. *it. Obſeru. 3, 18. N. Heinſ. ad* Ouid. Faſt. 4, 740. *Burm. ad* Calpurn. Ecl. 5, 54. *et ad* Sammon. v. 69. ¶ 2 *Translationes habet varias:* Tangere aliquem, pro Ludere et fatigare, *inquit,* Donatus. *Vid.* Plaut. Poen. Prol. 101. Idem Epid. 5, 2, 40 Te iſtam ob rem tetigi triginta minis. Cic. de Or. 2, 25 Sentin' ſenem eſſe tactum triginta minis? Ter. Eun. 3, 1, 30 Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio numquid tibi dixi? Tangere hominem vult bolo Plaut. Poen. Prol. v. 101. *Conf.* Idem Pſeud. 1. 1, 118. *Parei Lex. Crit.* p. 1217. Tangere ferro arborem, *pro Expurgare* Columel. 3, 9. Cic. Acad. 4, 136 Sed vbi Xenocrates, vbi Ariſtoteles iſta tetigit? Carmina tangere Ouid. Amor. 3, 12, 17. Non omnia dicere, et leuiter vnumquodque tangere Cic. pro Roſc. Amer. 83 c. 30. Verba alicuius tangere ſuis verbis Ouid. Faſt. 1, 184. Cic. de Lege Agrar. 2, 66 Idcirco, inquit, agros nominare non poſſum, quia tangam nullum ab inuito. Acu rem tetigit; *Prouerbium vbi quis recte coniecit.* Plaut. Rud. 5, 2, 19 Vlcus tangere, *Mouere dolorem, eius rei facere mentionem, quae nos magnopere vrat* Ter. Phorm. 4, 4, 9. Tangere curas Virg. Aen. 4, 551. Tetigit, *Peruenit* Plaut. Bacch. 3, 5, 3 Nam illud animus miratur meus, ſi a me tetigit nuntius, quid remoratur. Tetigit vox aures meas, *i. Peruenit ad aures.* Idem Rud. 1, 4, 14. Metam tangere vitae Ouid. Triſt. 1, 9, 1. Tetigit induſtria Finem Grat. Cyneg. v. 12. Tangere, *Mouere* Lucret. 1, 62 Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. Cic. Att. 2, 19 Caetera in magnis rebus, minae Clodii contentionesque, quae mihi proponuntur, modice me tangunt, *vid.* MODVS. Amore tituli tangebar Ouid. Triſt. 1, 1, 53. Animum tangit memoria earum rerum, *Commouet, excitat* Liu. 1, 5. Contemtus vos tangit Ouid. Met. 2, 527. Cor alicuius tangere querela Hor. de Arte Poët. 98. Cura tangit me campi Propert. 2, 16, 34 — Miſeri te ſi qua parentis Tangere cura poteſt. Aen. 12, 933. Cura nulla veſtri vos tangit Liu. 3. lumel. 3, 21 Potes iam (ſi te cura pomorum tangit) vltimis or in ea vineti fine, *etc.* Fata impia te tangunt Virg. Aen. Gratia Ouid. Met. 2, 393 Quod ſi nec fratris, nec te mea gratia Honos tangit animum, *Commouet* Virg. Aen. 12, 57. Hon git nos Ouid. Faſt. 5, 297. Inuidia alicuius tangi Lucan. 9 Mentem mortalia tangunt; Aduerſa, quibus conſtat ſubiacere les. Seruius *ad* Virg. Aen. 1, 466. Odore tangi Plin. 17, 24. ctus tangere dulcedine Lucret. 3, 909. Vota tetigere deo *ces commouerunt deos* Ouid. Met. 4, 164.

TANGENS, entis. Part. Mus tangens male ſingula de perbo *in coena* Hor. Sat. 2, 6, 87. Cubito ſtantem prope tang Sat. 2, 5, 42. Tangentia ora relinquere Ouid. Met. 1, 538. pla tangentia litus Idem ibid. 15, 721.

TACTVS, a, um. Partic. [τεθιγμένος] *Vt*, Calda tactu bon. 130. Epiphora medicamento tacta Idem 20. Na ctae per pinnam Idem 51. Tacta ſpecillo naribus inii Idem 10. Tactus ſpiritu diuino Liu. 5, 22. Cupidine tactus Ouid. Triſt. 4, 5, 11. Dolore tactus amiſſae co *Commotus* Idem Met. 7, 688. Tactus fulmine Plin. 14, 19. ctus de vel e caelo, *Fulmine ex caelo delapſo percuſſus.* Tactus, νωθὰς Gloſſ. Vet. Cic. de Diuin. 2, 47 Nattae vero ſtatua, a legum de caelo tacta, quid habent obſeruatum ac vetuſtum. 36, 4 Fuere autem ſimulacra ea Apollinis, Dianae, Herculis, vae, quod e caelo poſtea tactum eſt. Liu. 27, 7 Tacta d multa. *Add.* Virg. Ecl. 1, 17. Sueton. Domit. c. 15. Taul Virg. *l. c.* Tacta loqui Manil. 3, 23. *i. vulgi ſermone ce Sed pulchre Bentleius* Quam ſint acta.

TACTVRVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἀψόμενος] Cic. Fa De praeda mea praeter Quaeſtores vrbanos, id eſt Pop. Rom. t um nec attigit, nec tacturus eſt quisquam.

TACTVS, ûs. m. [ἁφὴ, ἀπαφὴ, θίξις] *Tangendi ſenſ actus.* Plin. 10, 69 *pr.* Ex ſenſibus ante caetera homini Duorum inter ſe coniunctorum corporum tactus Sen. Qu. Nat Plin. 8, 55 Necnon et veſtes leporino pilo facere tentatu tactu non perinde molli vt in cute. Tactu vitanda, et ctu fugienda Lucret. 6, 779. Aſpera tactu Idem 6, 777. terior tactus, *vid.* INTRA. Leuis tactus, *vid.* LEVIS. lis tactus Virg. Aen. 2, 683. Molliſſimus tactus corporis, MOLLIS. Abſtinere tactu Virg. Aen. 7, 618. Cogn corpora tactu Lucret. 2, 741. Percipitur tactu Scribon. 182. ſiſtere ad tactum Virg. Georg. 3, 502. Sentire aliquid Lucret. 4, 268. Quam tactus Suſtinere poteſt Scrib. 66.

TACTIO, ōnis. f. [ἅψις] *Idem.* Plaut. Aulul. 4, 10, 14 tibi ergo meam me inuito tactio eſt? Cic. Tuſc. 4, 20 qualis eſt haec aurium, tales ſunt oculorum, et tactionum, et tionum et ſaporum. *Conf.* Plaut. Poen. 5, 5, 29.

TACTĬLIS, e. Adi. *Quod tangi poteſt.* Lucret. 5, 152 nil nobis quod ſit contingere debet.

TANGIBĬLIS, e. Adi. Lactant. 7, 11 *ſub f.* Tangibilia *Add.* ibid. c. 12 *ſub in.* Hieron. Epiſt. 61, 9.

TANIACAE, arum. f. Pernae e Gallia Romam app Varro de R. R. 2, 4, 10. *Sed nihil, puto, neque de lectione, ne interpretatione certi eſt.*

TANIS, [Τάνις] *Ciuitas Aegypti, a qua* Tanicum *ſiue* cum Nili oſtium *dictum. vid.* Plin. 5, 9.

TANOS *aut* TANVS, i. m. *Gemma,* Plin. 37, 5. *it.* Idem 21, 15.

TANQVAM, *ſ.* TAMQVAM: *eſt certe plane eius ſignifica quam pariunt illae particulae ſeparatim poſitae. Nempe eſt ſimil nis* Aduerb. [ὡς, ὥσαν, ὡσανεὶ, ἅτε, καθὸ, οἷα, οἱαδὴ] Plin. 2, 63 quam neſciamus hanc eſſe ſolam, quae nunquam iraſcatur hom *i. Quaſi neſciamus.* Gloria virtutem tanquam vmbra ſequitur Tuſc. 1, 109 c. 45. Tanquam ad aliquem libidinis ſcopulum pellere Cic. de Orat. 2, 154. Oratorem in iudicia et conci las, tanquam in aliquod piſtrinum detrudi et compingi videbam de Orat. 1, 46. Apud eum ſic fuit tanquam domi meae Fam. 13, 70. Repente enim te, tanquam ſerpens e latibulis liſti Idem in Vatin. 4 c. 21. Idem Fam. 2, 16 De Dolabella ſcripſi, ſuadeo videas tanquam ſi tua res agatur. *Add.* Idem pro Amer. c. 32. *et* pro Caec. c. 21. *et ad* Qu. Fratr. 3, 2. Ta ſi claudus ſim, cum fuſti eſt ambulandum Plaut. Aſin. 2, 4, 21. Phorm. 1, 2, 15 Senis noſtri Daue fratrem maiorem Chremem no D. quidni? G. quid eius natum Phaedriam? D. tanquam te. Eun. 2, 2, 32 Tanquam philoſophorum habent diſciplinae ex ip cabula. Plin. 9, 36 Vt tanquam in vita frugum noſcitur ſi omnes, qui iſtis gaudent, praemia vitae ſuae calleant. Vide etiam nouum accidiſſe tanquam mihi. Cic. Att. 6, 1 Ex vi diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo Cic. de Se c. vlt. Idem Fam. 12, 9 Tanquam enim ſi clauſa ſit Aſia, ſic perfertur ad nos praeter rumores de oppreſſo Dolabella. Qu. Fratr. 1, 1 Quamobrem hoc te primum rogo, ne contrahas demittas animum, neue te obrui tanquam fluctu, ſic magnitudin gotii ſinas. *Conf.* Idem ad Quir. poſt red c. 1 *extr.* Tanq *pro,* Verbi gratia, *vel* Qualia ſunt Scribon. 200. Tanquam regno dimicaretur, ita concurrerunt Liu. 40, 6. *Add.* Cic. Off. *et* pro Domo c. 2. *et* de Fin. 5, 42 c. 15. Virg. Ecl. 10, 59. Met. 2, 360. Tanquam illi ipſi acerbitatis aliquid acciderit gimur Cic. de Clar. Orat. c. 1. *Add.* Idem Verr. 3 c. 28 *pr. et* de 5, 42 c. 15. Liu. 28, 43. *et* 41, 24.

TANTĂLVS, i. m. [Τάνταλος] *Vt eſt auctor* Lactan Iouis ex Plote nympha filius. Seruius: Tantalus Corinthio rex, amicus numinibus fuit: qui quum frequenter deos ſuſcip et quodam tempore defuiſſent epulae, filium ſuum Pelopem occ et diis epulandum appoſuit. Tunc abſtinentibus cunctis Cere merum eius exedit. Et quum eum dii per Mercurium reuocar ſuperos vellent, eburneus ei eſt humerus reſtitutus Virg. (Ge 3, 7) Humeroque Pelops inſignis eburno Acer equis. Hac lege tem Tantalus apud inferos dicitur eſſe damnatus, vt in Eridano rorum ſtans, nec vndis praeſentibus, nec vicinis eius pomariis fruatur. Per haec autem auaritia ſignificatur: vt etiam (Serm. 1, 1, 70) — Quid rides? mutato nomine de te Fabula na tur. *Hactenus* Seruius *enarrans illud* Virg. Aen. 6, 603 *de Tan* Lucent genialibus altis, *etc. Euſebius, Tantalum Iouis ex Plote*

…ra'lium, regem Phrygiae cum Troë Dardaniae rege bellum geſſiſſe, quod …iai nedem rapuerit, Agamemnonis et Menelai auum. Unde et Tan… alus dicti ſunt. Hic ob filium interfectum detruſus ad inferos ſiti …rquetur et fame. Plato in Cratylo ſcribit, Tantalum dictum quaſi …λ τατον hoc eſt infeliciſſimum. Hor. Epod. 17, 66 Optat quietem …elcis inuidus pater Egens benignae Tantalus ſemper dapis. Poe… e ipendere apud inferos ſaxum Tantalo faciunt Cic. Tuſc. 4, 35. …ler) ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus Idem ibid. … Fallax Tantalus Stat. Theb. 1, 247. Superbus Tan… lu Hor. Carm. 2, 18, 37. ¶ 2 Tantalus etiam puer Thye… ae: Merope fratris vxore epulandus patri appoſitus.

TANTALEVS, a, um. Poſſeſſ. [Ταντάλειος] Propert. 2, 1, 68 …ntalea poterit tradere poma manu. Menſa Tantalea Stat. Theb. 11, 128.

TANTALICVS, um. Adi. [Ταντάλικος] Claud. de Rapt. Proſ. …on aqua Tantalicis ſubducitur inuida curis.

TANTALIS, idis. f. Patronym. [Ταντάλις] Dicta eſt Niobe …ali filia. Fratres Tantalidae, Agamemnon et Menelaus …ii Faſt. 2, 627.

TANTILIVS, TANTISPER, TANTOPERE, TANTIDEM, vid. TANTVS.

TANTVS, a, um. [τόσος, τοσοῦτος, τηλικοῦτος] A Tam deduci videtur, quantitatemque ſignificat, quaſi Tam multus, vel Tam magnus. … Poen. 5, 4, 1. 5 Quum hac me laetitia tanta, et tantis affeciſtis gaudiis. Ter. Heaut. 4, 1, 17 Tantam ineſſe animo inſcitiam? Idem 5, 2, 29 Tantum laborem capere ob talem filium? Tantus … Aeuo prouecta aetate Plaut. Bacch. 1, 2, 16. Sexcenta tanta h. e. …ties tantum vel totidem Idem Pſeud. 2, 2, 37. Idem Trin. 2, … Poſt id frumenti quando alibi meſſis maxima eſt, tribus tantis …inus reddit, quam obſeueris. Sol maiorne quam terra ſit, …ntus quantus videatur? Cic. de Diuin. 2, 10. Tantus homo, …magni pretii Ter. Eun. 4, 7, 32. Cic. ad Brut. 9 Eſt alienum …viro vt es tu. Virg. Aen. 1, 37 Tantae molis erat Romanam condere gentem. Et Georg. 3, 112 Tantus amor laudum, tantae gloria curae. Quae tanta animum dementia cepit? Virg. Aen. 5, … Tantus ergo imperator in omni genere belli fuit, praeliis, …nationibus, naualibus pugnis, etc. Cic. Acad. 4. In his tot …is malis Idem Tuſc. 5, 26. Tanta eſt inter eos, Quanta maxima poteſt eſſe morum ſtudiorumque diſtantia Idem de Amic. c. 20. …tas tantas opportunitates habet, Quantas non queo dicere Id. ib. … Concio tanta, Quantam meminiſſe non videor Id. Phil. 4 c. 1. …l. de Sen. c. 12. et QVANTVS. Tantus pro tam cum aliis …tis. Tanta erat ſumma rerum exſpectatio Caeſ. B. C. 1, … Tanta eſt in quouis genere herbae materiai Diſſimilis ratio, …nt eſt in flumine quoque Lucret. 2, 665. Tanta mira facta …in aedibus Plaut. Amphit. 5, 1, 5. et Id. ſaepius. Ter. Andr. …5, Ah! tantamne rem tam negligenter agere? Vrbs tanta …talis Cic. de Nat. Deor. 3, 92 c. 38 extr. Tantus etiam pro …iruus: Idem Fam. 8, 10 Nouis magiſtratibus autem, ſi Parthicum bellum erit haec cauſa primos menſes occupabit. Sin autem non erit, iſtic bellum: aut tantum erit, vt vos, aut ſucceſſoribus additis copiis ſuſtinere poſſint, Curionem video ſe dupliciter …taturum. Idem Fam. 15, 14 Sed ſi quae ſunt onera tuorum, …a ſunt, vt ea ſuſtinere poſſis, nihil tibi erit lautius, nihil glorioſius ſin maiora, conſidera ne in alieniſſimum tempus cadat aduentus … Tantam vim habet auctoritas Idem Fam. 1, 7 pr. conf. …t. ad h. l. ¶ 2 Tanti et Quanti, [περὶ τοσούτου, περὶ …] Genitiui, cum eorum compoſitis, Tantidem, Quantilibet, Quanti…ue, ſimiliter Totidem, Pluris, Minoris iunguntur verbis pretium ſignificantibus, qualia ſunt, Emo, vendo, vaeneo, mereor, comparo, aeſtimo, conſtat, conduco, loco, foeneror, paciſcor, pago, pepigi, …nno, poſtulo, et ſi qua ſunt ſimilia. Plaut. Merc. 2, 4, 22 …quanti poſſit vin' tanti emi illam? Ter. Adel. 2, 1, 49 Vbi me …dare tanti, teſtes faciet illico. Idem Eun. 1, 1, 30. Tanti me gacem, mercenarium patronum hi aeſtimauerunt Pſeudo-Cic. in …1. 10. Cael. ad Cic. Fam. 8, 14 Tanti non fuit Arſacem capere Seleuciam expugnare, vt earum rerum, quae hic geſtae ſunt, ſpectaculo careres, i. illae res non meruerunt, vt propter eas hoc ſpectaculo …negligeres: nedum tua latrunculorum expugnatio. Cic. Verr. …2 Hic tibi in mentem non venit, iubere haec quoque vt referret, …ut tanti, mihi crede: haberes quod defenderes. Eodem intellectu …t, operae pretium erat. Cic. in Catil. 2, 22 c. 7 Eſt mihi tanti Quirites, huius inuidiae falſae atque iniquae tempeſtatem ſubire: …modo a vobis huius horribilis belli periculum depellatur: Inuidia … pretium quo emta eſt periculi depulſio. conf. Id. Catil. 1 c. 9. … Att. 2, 13 Nunc nihil mihi tanti eſt: faciam quod volunt. Id. …lut. 16 Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem noſtram. Quin…til 7, 3 An etiam tanti putauerit poenam ſubire. Bis quingenti … marito vxor: Tanti vocat ille pudicam Iuuen. Sat. 6, 136. Tanti, pro Tam paruo: Cic. Att. 12, 30 De Silii voluntate vendendi, et … quanti tu vereri videris, primum ne nolit, deinde ne tanti. Et … aliter, ſed tibi aſſentior. Scire Tullius auebat, num Silius hortos … vendere, et quanti vellet. Cui Atticus reſcribens vereri ſe dixerat, … m ne Silius nollet vendere, deinde ne nollet eo pretio, quo Tullius … voluiſſet. Videris, inquit, vereri, ne Silius tanti nolit vendere, … i nos vellemus. Et dixit Tanti, pro tam paruo. Idem modo de … obſeruatum eſt. Tanti, quanti, pro Tot quot. Manil. 5, …pilario, vt teneat tantos orbes, ſibique ipſe reludat. Tertull. …l. 6 Potes vnum Deum praedicare, qui tantos efficis? Caius … l Si ita legatum ſit. D. de legatis primo. Si ita legatum ſit, Seio … decem do, praeter eos decem quos Titio legaui: ſi quidem decem tantum inueniantur in hereditate: inutile eſt legatum. ſi vero ampli… poſt eos quos Titius elegit, in caeteris valet legatum: ſed non in ampliores quam decem, qui legati ſunt, Quod ſi minus: in tantis, quanti inueniantur. Vbi etiam notabis, Ampliores accipi pro Plus. Quin Tantis poſtea rebus nouis Cic. Fam. 9, 2. alii aliter: … Vt. Ant. Auguſtini Em… l. 2. Vid. QVANTVS n. 2.

TANTIDEM, Genitiuus, qui verbis pretii ſolet adiici. Ter. Ad. 2, 1, 45 Ob maleſacta haec tantidem emtam poſtulat ſibi tradier. Vo… ntatem decurionum tantidem, quanti fidem ſuam fecit Cic. pro Ro… Amer. c. 39. i. non pluris. Cogere aliquos ab aliquo tantidem accipere Cic. Verr. 3, 83. Emere aliquid tantidem, quanti, etc. Idem Verr. 3, 192 c. 83. Vid. TANTVSDEM. Tantidem qua feta canes ſine dentibus latrat Enn. ap. Varr. L. L. 6, 3. i. aeque …ſine facta. add. Plaut. Perſ. 1, 3, 19. Pompon. l. vlt. D. de Praeſcri. verb. Si tibi ſcyphos dedi, vt eoſdem mihi redderes: commodati actio eſt. Si vt pondus argenti redderes, quantum in illis eſſet: tantidem ponderis petitio eſt per actionem praeſcriptis verbis.

TANTISPER. Adu. [τέως, ἐπί τι] ſignificat T… dum cum … ad tempus aliquod debere fieri, non perpetuo. Plaut. Aul. …, 5, 6 Tantiſper hic ego ad ianuam conceſſero. Cic. Att. 12, 15 Totos dies ſcribo: non quo proficiam quid, ſed tantiſper impedior. Ouid. in Ibin 641 Haec tibi tantiſper ſubito ſunt miſſa libello, Immemores ne nos eſſe querare tui. Cogitare tantiſper de aliquo reo Cic. pro Caecin. 30 c. 10. conf. Liu. 1, 3 et 22. Plaut. Bacch. 2, 3, 16 et Poen. 5, 6, 26. Ter. Adel. 1, 1, 45 Dum id reſciturum iri credit, tantiſper cauet. conf. Id. Heaut. 1, 1, 53. Cic. Fam. …, 2 Habes rationem mei conſilii: tibi igitur hoc cenſeo, latendum tantiſper ibidem, dum efferueſcit haec gratulatio, et ſimul dum audiam quemadmodum negotium confectum ſit. Vlpian. in l. 3 §. Hoc autem. D. de itiner. actuque priuat Qui vult ire agere tantiſper, quoad de ſeruitute conſtet, non debet de ſuo iure docere.

TANTO. Adu. [τοσούτῳ, τόσῳ] cui reſpondet Quanto. Ter. Andr. 4, 5, 15 Tanto hercle magis dabit. Plaut. Perſ. 1, 3, 73 Ter tanto peior ipſa eſt. Tanto impenſius Virg. Aen. 12, 20. Id factum eius tanto intolerabilius eſt viſum Suet. Caeſ. c. 78. add. Colum. 3, 13. Tac. H. 2, 30, 2. Tanto ante: Cic. Verr. 5, 88 c. 34 Quod ſi Cleomenes non tanto ante fugiſſet, aliqua tamen ad reſiſtendum ratio fuiſſet. conf. ib. c. 30. Poſt tanto Virg. Georg. 3, 476. Doctrinis tanto anteceſſit condiſcipulos, vt Nep. 15, 2, 2. Cic. Verr. 3, 226 c. 97 Reperietis quinquies tanto Iudices amplius iſtum, quam quantum ei in cellam ſumere licitum ſit, ciuitatibus imperaſſe. Vicies tanto addito aquae Plin. 15, 4. Tantone minoris decumae venierunt, quanto fuerunt? Cic. Verr. 5, 106. Plin. 9, 38 Quippe maior vis tanto, quanto recentior. Quanto quis audacia promtus, tanto magis fidus Tacit. Ann. 1, 57. Et Ann. 6, 45, 2 Tanto acceptius in vulgum, quanto modicus priuatis aedificationibus. Add. Id. Ann. 4, 48, 4. Celſ. prooem. l. 1. Virg. Aen. 12, 20

— Quantum ipſe feroci
Virtute exſuperas, tanto me impenſius aequum eſt
Conſulere.

TANTOPERE. Adu. [τοσοῦτον, τηλικοῦτον] ſignificat Tantum, tam vehementer. Ter. Phorm. 5, 8 (7) 16 Poſtquam tantopere id vos velle, animum aduorteram. Idem Andr. 5, 2, 27 Ah, ne ſaeui tantopere. Cic. Acad. 4, 132 Non poteſt igitur vterque ſapiens eſſe, quoniam tantopere diſſentiunt, ſed alter. Iſtud neſcio quid, quod tantopere didiciſti Idem pro Muraen. 23. Quae tantopere ei grata fuit, vt Nep. 25, 7, 4. Cic. de Orat. 1, 164 Neque enim tantopere hanc a Craſſo diſputationem deſiderabam, quantopere eius in cauſis oratione delector. In MSS. aliquando diuiſe legitur, tanto opere. Et pulchre per Tmeſin ſeparantur. Vid. OPVS n. 7.

TANTVM. Adu. [μόνον, μόνως] Tam multum, et quidem vt exceſſus excludatur. Qui enim dicit, Tantum eſt, ille negat plus eſſe. Plaut. Moſt. 3, 1, 121 Quatuor quadraginta illi dedentur minae, et ſors, et foenus, tantum eſt. Sic Merc. 2, 2, 12. Ter. Eun. 5, 6, 26 Numquid eſt aliud mali, damnive quod non dixeris, reliquum? i. tantum eſt. Ter. Hec. 5, 3, 15 Scio, tantumne eſt? B. tantum. Hinc eſt quod ſaepe ſignificat Solum, et Poſitiuis iungitur. Plaut. Capt. Acroſt. 4 Tantum ſtudens vt natum recuperet. Virg. Ecl. 6, 16 Serta procul tantum capiti delapſa iacebant. Seruius: Tantum capiti delapſa, vt oſtenderet, non longius prouolutam eſſe coronam. Nihil dicam arrogantius, tantum dicam Cic. pro Muraen. 78 c. 37. Non tantum parum commode, ſed etiam turpiter Idem de Orat. 1, 227. Patriam non vt patriam tantum, verum vt altricem amare condiſcunt Plin. Paneg. c. 28. Tantum intereſt, quod tu quum es commotus, acquieſcis, aſſentiris, approbas, etc. Cic. Acad. 4, 141. Tantum non, Rei non plene peractae aduerbium, Ferme, fere, propemodum. Suet. in Tiber. Caeſ. c. 11 Tantum non aduerſis tempeſtatibus Rhodum enauigauit. Add. Id. ib. c. 52 et 66. it. Vit. c. 14. et Domit. c. 15. Liu. 37 Vt vidit non poſſe aequare ordinem Romanos, et tantum non iam circumiri a dextro cornu, concitat naues. Idem 4, 2 Et quum hoſtes tantum non acceſſierint. Tantum non [μόνον οὐχὶ] fere, paene, cum hoc ſolum deſit. Liu. 4, 2 extr. Et cum hoſtes tantum non acceſſierint, exercitus conſcribi aduerſus hoſtes non patiantur. Id. 37, 29 extr. Quod vbi Eudamus vidit, non poſſe exaequare ordinem Romanos, et tantum non iam circumiri a dextro cornu, i. et parum abeſſe, vt non iam circumeantur. Sueton. Tib. c. 52 Tantum non ſtatim a funere filii ad negotiorum conſuetudinem rediit. Cic. Verr. 1, 116 Tantum quod hominem non nominat. i. Niſi quod hominem non nominat. Lucret. 2, 220 Tantum quod nomen mutatum dicere poſſis. Tantum quod, pro Aduerbio Commodum. Cic. Fam. 7, 23 Tantum quod ex Arpinati veneram, quum mihi a te literae redditae ſunt. Sic legendum eſſe annotat P. Victorius: cum alii tantum omittant. Sueton. in Neron. c. 6 Nero natus eſt Antii poſt nouem menſes, quam Tiberius exceſſit, XVIII Cal. Ianuar. tantum quod exoriente ſole, paene vt radiis prius quam terra contingeretur. Quo in loco, pro Tantum quod, Beroaldus audacule repoſuit, Iam tum quidem. Donatus in illud Ter. Eun. 2, 3, 49 Illa ſeſe interea commodum huc aduorterat: ſic exponit, Commodum, Tantum quod, vel Ipſo eodemque tempore. Sic et in illud Phormionis 4, 3, 9 Cum hoc id agebam commodum. Cic. Att. 15, 7 (13) extr. Haec quum ſcriberem, tantum quod exiſtimabam ad te orationem eſſe perlatam. Paullus exponit, Commodum, Vix tantum. Tantum quod impoſuerat vltimam bello manum, cum funeſtae ex Germania epiſtolae Vell. 2, 117, 1. add. Nep. 14, 5. c. not. Lamb. Liu. 33, 4. c. not. Gronou. Suet Aug. c. 63 c. not. Torrent. ¶ 2 Tantum, tam multum, tam magnum, tam vehementer, non excludendi cauſa, ſed augendi. Plaut Bacch. 2, 3, 38 Vt coactus reddidit ducentos et mille Philippûm. N. tantum debuit? Ter. Hec. 3, 4, 3 Non hercle Parmeno verbis dici poteſt tantum, quam re ipſa nauigare incommodum eſt. Cic. Fam. 10, 18 Mihi enim ſi contigiſſet, vt prior Antonio occurrerem, non mehercules horam conſtitiſſet: tantum ego et mihi confido, et hic perculſus, etc. Virg. Aen. 5, 162 Quo tantum mihi dexter abis? In tantum, vt vid. IN Praepoſitionem. Tantum, et plus etiam Cic. Att. 7. Plaut. Moſt. 2, 2, 4 Tu vt occoepiſti, tantum, quantum quis, fuge. Virg. Georg. 4, 101 — nec tantum dulcia, quantum Et liquida. Quantum me diligis, tantum fac vt valeas Cic. Fam. 16, 4. add. ib. Ep. 7. Tantum quantum ſat eſt Idem de Senect. 48 c. 14. Tantum Bellorum Iuſtin. 2, 3, 12. Quis tantum Fati credat habere locum Ouid. Faſt. 1, 518. Tantum Hoſtium intra muros eſt Liu. 3, 17. add.

add. Id. 46,19. *et* 44,42. Tantum Licentiae dabat gloria Cic. de Sen. c.13. ¶ 3 Tantum abeſt, *eandem vim in oratione habet, quam* Non ſolum. *Huic autem interdum geminum* VT *poſtponitur, interdum vnum tantum.* Cic. de Amicit. 29 Tantumque abeſt, vt amicitiae propter indigentiam colantur, vt ii, qui opibus et copiis, maximeque virtute praediti (in qua plurimum eſt praeſidii) minime alterius indigeant. Idem de Offic. 1,43 c. 7 Tantum abeſt ab officio, vt nihil officio magis poſſit eſſe contrarium. *h. e. Non modo officium non eſt, verum etiam nihil magis officio poteſt eſſe contrarium.* Idem Acad. 4,28 c. 9 Tantum abeſſe dicebat, vt id conſentaneum eſſet, vt maxime etiam repugnaret. Corn. Nep. Frag. 5,1. *ex* Lact. 3,15 Tantum abeſt, vt ego magiſtram eſſe putem vitae philoſophiam; vt nullis magis exiſtimem opus eſſe magiſtris viuendi, quam pleriſque, qui in ea diſputanda verſantur. Brut. ad Cic. Fam. 11,10 Tantum abeſt, vt meae rei familiaris liberum ſit quidquam, vt meos iam omnes amicos aere alieno obſtrinxerim. *Vid.* ABSVM. Cic. Orat. 229 c. 68 Tantumque abeſt, ne, (quod ii, qui aut magiſtrorum inopia, aut ingenii tarditate, aut laboris fuga non ſint aſſecuti, ſolent dicere) eneruetur oratio compoſitione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus, nec vis eſſe poſſit. *Videtur Cicero, cum iſta ſcriberet (nec enim variatur, vt librarios accuſare poſſis) metuendi verbum in mente habuiſſe, quaſi dixiſſet,* Tantum abeſt, vt metuendum ſit, ne eneruetur oratio. *Itaque notandus hic locus, non temere imitandus, dum aliis quoque praeſidiis iſta muniatur conſtructio.* Hirt. Bello Alex. 22 Hoc detrimento milites noſtri tantum abfuerunt vt perturbarentur, vt incenſi potius atque incitati, magnas acceſſiones fecerint in operibus hoſtium expugnandis. *Graeca haec eſt phraſis,* τοσοῦτον ἀποδέω τοῦ ἐνοχλεῖσθαι. ¶ 4 *Alia.* Cic. Acad. 4,92 Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videte, ne contra vos tota nata ſit, quae primo progreſſu feſtiue tradit elementa loquendi. Idem Fam. 7,3 Poſtea autem quam alicuius culpa tantum valeret vnus, vt obſiſti non poſſet, *etc.* Rex tantum *(tam vehementer)* eius auctoritate motus eſt Nep. 9, 4, 1. Plin. 12,1 Tantumque poſtea honoris increuit, vt mero infuſo enutriantur. Idem 11, 53 Tantum inſidiarum eſt vitae. Tantum, *pro Tam parum.* Ter. Heaut. 4, 3, 40 Vnus eſt dies, dum argentum eripio. CHI. Tantum ſat habes? *Tam parum tibi ſufficit?* Caeſ. Bell. Gall. 6, 34 Praeſidii tantum eſt, vt ne murus quidem cingi poſſit, neque quiſquam egredi extra muros. Idem Bell. Ciuil. 3, 2 Sed tantum nauium reperit, vt anguſte quindecim millia legionariorum militum, et quingenti equites transportari poſſent. Tantum duntaxat, *quomodo dicitur Tantummodo, pro Tantum.* Cic. Att. 2,9 Tantum duntaxat nos defendere cogitamus.

TANTVMMŎDO. Adu. [μόνον, μόνως] *Idem quod tantum, i. ſolum, ſed cum vehementia.* Ter. Phorm. 1,2,92 Poſthac ſi quidquam nihil precor: tantummodo non addas. Cic. Fam. 2,9 Velles enim, ais, tantummodo vt haberem negotii, quod eſſet ad laureolam ſatis. Ouid. ex Pont. 4, 16, 49 Omnia perdidimus, tantummodo vita relicta eſt. Ille tantummodo, ſatis, inquit, ſcita eſt Ter. Phorm. 1, 2, 59. Tantummodo priuatus Vell. 2, 49, 5. Arbores tantummodo per ſtirpes alantur ſuas Cic. de Nat. Deor. 2, 81. Neque eum oratorem tantummodo, ſed hominem non putant Idem de Orat. 3, 49.

TANTVNDEM, ſ. TANTVMDEM. *Vt p. a.* Tantidem. *Eſt enim reuera Adiectiuum* Tantus, a, um, *ad quod illa productio* dem *adiecta eſt, vt ad Pronomen* Is, ea, id. *Sed vſitati tantum Caſus in* VM *et* I: *niſi quod ICti etymologiam ſecuti ſibi aliquid indulſerunt.* Vlpian. in l. Si pro patre. D. de in rem verſo. Si decem in rem domini verterit, et poſtea tantandem ſummam a domino mutuatus ſit, *etc.* *conf.* Labeo 32 ff. l. 29 §. 1. Gaius 2 ff. t. 14 l. 30 §. 1. Tantumdem, *pro illo Medicorum Ana* Scribon. 153. 167. Plaut. Poen. 3, 3, 20 Malo benefacere tantundem eſt periculum, quantum bono malefacere. *Et in Maſc.* Truc. 2, 5, 7 Tantundem dolum aggrediar. *Vid. Taubm. ad h. l.* Ter. Phorm. 5, 6, 6 Num tu intelligis quid hic narret? P. num tu? A. nihil. P. tantundem ego. Idem Eun. 2, 3, 29 Quid virgo, cuia eſt? CH. neſcio hercle. P. vnde eſt? CH. tantundem. Plin. 5, 1 Volubile oppidum tantundem a mari vtroque diſtans. Sepioni tantundem ſolutum eſt Cic. Q. Frat. 1, 3. Tantundem eſt mihi Plaut. Perſ. 4, 4, 36. Idem Merc. 2, 2, 43 Nam meo quidem animo vetulus, decrepitus, ſenex tantundem eſt, quaſi ſit ſignum pictum in pariete. Tantundem omnia ſentiens Quam ſi Catull. 17, 20. *add.* Hor. Sat. 1, 1, 56. Sen. Ep. 3. Cic. Tuſc. 1 c. 43 Nihil neceſſe eſt, *inquit*: vndique enim ad inferos tantundem viae eſt. *Add.* Id. Fam. 6, 19. *et* 15, 11. Tantundem, quantum Plin. Epiſt. 8, 14, 17. Cic. Verr. 3, 202 Magiſtratibus tantundem detur in cellam, quantum ſemper datum eſt. Quae morte teſtamentoue eius tantundem capiat, quantum omnes heredes Id. de Legib. 2, 48 c. 19.

TANTŬLVS, a, um. Dimin. *pro Tam paruus.* Plaut. Truc. 2, 7, 48 Tum tantuli doni cauſa, *etc.* Idem Poen. 1, 2, 61 En monſtrum mulieris, tantula tanta verba funditat. Cic. pro Roſc. Amer. 114 Si ex eo negotio tantulum in rem ſuam conuertiſſet, *etc.* Lucret. 4, 897. Hor. Sat. 1, 1, 59. Cic. Att. 4, 8 Dices tantulane in cauſa? Epiſtola tantula Idem Att. 1, 14 *pr.* Malum tantulum Idem Tuſc. 2, 66. Sol tantulus Idem Acad. 4, 82. Statura tantula Caeſ. Bell. Gall. 2, 30. Cic. Verr. 4, 169 Et vendidiſſet, ſi tantulum morae fuiſſet, quo minus ei pecunia illa numeraretur. Idem pro Roſc. Amer. 130 Deinde cur tantulo venierint.

TANTŬLVM. Adu. *Tam parum.* Cic. Verr. 5, 175 c. 68 De omnibus nobis ſi quis tantulum de recta regione deflexerit. Idem Verr. 5, 180 c. 71 Si tantulum oculos deiecerimus, praeſto eſſe inſidias, *etc.* Is diſcipulus magiſtro tantulum de arte concedit Idem pro Roſc. Amer. 118 c. 40. Tantulum peccaui, *i. Paullum* Plaut. Caſ. 4, 4, 6. Tantulum commotus Cic. Verr. 2, 144 c. 50. Nec quidquam poſthac non modo tantum, ſed ne tantulum quidem praeterieris Idem Att. 15, 10 (29) *conf.* Mamert. c. 14.

TANTILLVS, a, um. Dimin. *a Tantulus.* Plaut. Trin. 1, 2, 22 Faxo haud tantillum dederis verborum mihi. Ter. Adel. 4, 2, 25 Quem ego modo puerum tantillum in manibus geſtaui meis. Cic. de Senect. 52 c. 15 Omitto enim vim ipſam omnium, quae generantur e terra, quae ex fici tantillo grano. *Vetus exemplar legit* Tantulo. Plin. 32, 1 Haec tantilla eſt ſatis contra tot impetus, vt vetet ire nauigia. *add.* Catull. 100, 6. Plaut. Stich. 4, 2, 40.

TANTILLVM. Adu. Plaut. Rud. 4, 4, 106 Si hercle tantillum peccaſſis. Catul. ad Iuuencium ſ. 96, 6 — nec poſſum fletibus vllis Tantillum veſtrae demere ſaeuitiae.

TAOS. Gr. *Gemma.* Taos pauoni eſt ſimilis Plin. 37, 11. *Nempe* ταὼς *pauo eſt.*

TAPANTA. Gr. Vxor Trimalchionis Tapanta eſt Petron 37. *Vid. Burm. ad h. l. Graecum ſimpliciter* τὰ πάντα: *noſtri* Fac[…] *iocoſe interdum dicunt.*

TAPĒTVM, i. n. *vel* TAPES, ētis. m. *vel* TAPĒTE, […] [τάπης] *Tegmen ingenioſe pictum variis coloribus, quo equi, […] lecti, pauimenta ſternuntur.* Tapetum ὁ τάπης Gloſſ. Vet. *conf.* […] 251. *et* 14, 34. Plaut. Pſeud. 1, 2, 14 Neque Alexandrina be[…] conſutaque tapetia. *conf.* Id. Stich. 2, 2, 54 *quae a Nomin.* Tap[…] *riuat:* Chariſ. 1 p. 45. *Sed Nominatiuum* Tapes *negat a ſe inu[…]* Virg. Aen. 9, 358 Armaque, crateraſque ſimul, pulchroſque t[…] Sil. 17, 64 — Nullo decorare tapete Cornipedem Nomas a[…] Alti tapetes Ouid. Met. 13, 638. Belluata tapetia, *vid.* BEL[…] Incubat tapetis Stat. Theb. 10, 101. *Sed* Virg. Aen. 9, 325 Qu[…] tapetibus altis Exſtructus toto proflabat pectore ſomnum. […] tapetis inſtrati alipedes Virg. Aen. 7, 277. Tapetes pu[…] Idem Aen. 9, 358.

TAPHIAE, ārum. f. Pl. [Ταφίων νῆσοι] *Inſulae in mari […] quas prope Echinadas Strabo lib. 10 ponit: quarum caput Taphus.* Plin. 4, 12.

TAPHIVSA. Plin. 36, 21 Locus eſt iuxta Leucadem, […] Taphiuſius lapis naſcitur.

TAPHVS, i. m. [τάφος] *Sepulcrum.* Inſcriptt. Marti[…] Grutero edit. *Vid. Barth. Adu.* 5, 12 p. 233.

TAPINŌSIS, is. f. [ταπείνωσις] *Latine Humiliatio […]* Virg. Aen. 1, 118 Apparent rari nantes in gurgite vaſto. Serui[…] gurgite vaſto, Tapinoſis eſt: *i. rei magnae humilis expoſitio.* […] denter tamen Virgilius humilitatem ſermonis epitheto ſubleuat[…] loco, Vaſto addidit.

TAPINOMA, atis. n. [ταπείνωμα] *Idem.* Eloquium, qu[…] per ſcaturigines hyperbolicas intumeſcit, nec per tapinomata d[…] tenuatur Sidon. Epiſt. 4, 3.

TAPINOPHRONESIS, is. f. [ταπεινοφρόνησις] *Demiſ[…] mi.* Tertull. adu. Pſych. c. 12.

TAPROBĂNE, es. f. [Ταπροβάνη] *Inſula in Mari Indico amp[…] de qua multa* Solin. 56 *et* Plin. 6, 22 *qui inter alia refert,* legatos […] probane, quum ad nos veniſſent, miratos eſſe Septentriones et […] lias, veluti in nouo caelo: Lunam vero apud ipſos non niſi ab […] die, ad quintam decimam ſupra terram adſpici. *Vid.* Pomponiu[…] lam 3, 7 *Lucet ibi Canopos ſidus clarum et ampliſſimum. Homines […] rum magnitudine alios antecellunt, caeruleis oculis, atroci viſu, te[…] ſono vocis. Viuunt vltra annos centum. Naſcuntur in ea her[…] hyacinthi, vt Ptolemaeus 7, 4.* Plin. *l. c. ſcribit,* in ea quingen[…] pida comperta fuiſſe. In ea (ſicut Geometrae ſcribunt) ſun[…] aeſtates. Taprobane *noſtro aeuo putatur* Sumatra.

TAPSIA: Tapſiae *radix* Scribon. 230. *Vid.* THAPSIA.

TAPSVS. [Τάψος] Peninſula eſt Siciliae non procul a […] ſis, Megarenſem ſinum a meridie definiens. Virg. Aen. 3, 689 — […] praeteruehor oſtia ſaxo Pantagiae Megaroſque ſinus, Tap[…] iacentem. *it. herba, ap.* Lucan. 9, 919.

TAPVLLVS, *al.* TAPVLVS, a, um. *Conuiualis.* Sic […] pulla, a Tabula dicta; *ex* Valerio *et* Lucilio *ap.* Feſtum.

T A R

TARACINA, *vid.* TARRACINA.

TARACO, *vid.* TARRACO.

TARANDVS, i. m. *Animal Scythicum.* Plin. 8, 34. Solin […]

TARAS. [Τάρας] *Neptuni filius, quem Tarentum aedifica[…] dam exiſtimant. Vid.* TARENTVM.

TARATANTĂRA. [ταρατάνταρα] *Vox tubae ab Ennio […]* Et tuba terribili ſonitu taratantara dixit. Seruius in nonum Aen[…] 509 At tuba terribilem ſonitum procul aere ſonoro, Hemiſtichi[…] *inquit,* Ennii: nam ſequentia iſte mutauit. Ille enim ad expri[…] dum tubae ſonum ait *taratantara:* et multa huiusmodi Virgilius […] aſpera inuenerit, mutat.

TARBIDOLOPIVM, i. n. *Quo nomine arnogloſſa ap. Gal[…] pellatur.* Apul. de Herb. c. 1. Dioſcorid. noth.

TARCHON, is. m. [Τάρχων] *Hetruſcorum dux, qui vt ex Virg[…] tum eſt, Aeneae ſuppetias tulit aduerſus Turnum et Rutulos.* Di[…] Tarcho *abiecta* N *litera.* Virg. Aen. 8, 603 Haud procul hinc T[…] et Tyrrheni tuta tenebant Caſtra locis. Superbus T[…] Sil. 8, 474.

TARDA, ae. f. *Auis. Poteſt a tarditate nomen habere.* […] 10, 22 ſ. 29 *vbi de* anſerini generis *auibus loquitur, memorat,* Qu[…] ſpania aues tardas appellat, Graecia Otidas, damnatas in cibis. […] enim oſſibus medulla odoris taedium extemplo ſequitur.

TARDVS, a, um. Adi. [βραδὺς, ἀργὸς] *Celeri et alacri v[…] to etiam opponitur, quatenus nempe acutus eſt celer ad cogitandum.* […] de Senect. 21 c. 7 Niſi exerceas eam, aut etiam ſi ſis natura ta[…] Plaut. Merc. 3, 4, 10. Cic. de Inuent. 1, 35 Formoſus an defo[…] velox an tardus ſit, *etc.* At ſi tardus eris, errabis, tranſiet […] Tibull. 1, 4, 23. Tardus inceſſu filius Plin. 7, 16. Aetat[…] dus Ouid. Met. 8, 686. Aetate tardiores Plaut. Poen. 3, 1, 6. […] de Fin. 2, 39 Contraque vt tardam aliquam et languidam pecude[…] paſtum, et procreandi voluptatem, hi hoc diuinum animal eſſ[…] luerunt. Idem Off. 1, 34 Atque haud ſcio an ſatis ſit eum, qui […] ceſſierit, iniuriae ſuae poenitere, vt et ipſe, ne quid tale poſth[…] mittat, et caeteri ſint ad iniuriam tardiores. Ad referendam […] tiam tardiorem eſſe Pſeudo-Cic. Anteq. iret in exil. 6 c. 2. […] dus in cogitando Cic. de Clar. Orat. 216 c. 59. Plin. 23, 1 […] genera, differentiaſque perquam multas expoſuimus, et fere cuiu[…] proprietates. Neque eſt vlla pars difficilior tractatu, aut numero […] quippe quum ſit tardum dictu, pluribus proſit, an noceat. *Tard[…] niſi poſt longum examen dici poteſt.* Agmen tardum Virg. Ae[…] 47. Amicus Plaut. Poen. 3, 1, 1. Aſellus tardus Virg. G[…] 1, 273. Auis, *vid.* TARDA. Tardiores quam Corbit[…] tranquillo mari Plaut. Poen. 3, 1, 4. Corpora tarda Virg. […] 6, 720. Fuga tarda Ouid. Triſt. 1, 2, 84. Gradibus t[…] errare Idem Met. 11, 357. Grauitas tarda Idem Met. 11, […] Homo tardus, *Hebes, obtuſi ingenii.* Cic. de Orat. 3 Namque a[…] nes ad eas acceſſerunt, aut vsque ad ſenectutem ſtudiis detinentur […] ſunt tardiſſimi. Idem pro Lege Agr. 3, 6 c. 2 Sed quem ve[…] tam tardo ingenio fore putauit, cui poſt eos Conſules, Sullam d[…] torem fuiſſe in mentem venire non poſſet? Ingenium ta[…]

… ipiendis quae traduntur Plin. 8, 3. Ingenium eximium, et tard… mens Cic. Tuſc. 5, 68. Menſes Virg. Georg. 1, 32. *i. aeſtiui*: … *arth. Adu.* 2, 19. Cic. de Orat. 1, 254 Solet idem Roſcius di… ſe quo plus ſibi aetatis accederet, eo tardiores tibicinis modos, … tus remiſſiores eſſe facturum. Morae tardae Ouid. Epiſt. 19, 8. Noctes tardae, Tarde venientes, hoc eſt aeſtiuae Virg. Georg. … Seruius. *add.* Idem Aen. 1, 750. Nox ſolſtitialis tardior … a Ouid. ex Pont. 2, 4, 26. Opem tardam admouere Idem Amor. 116. Paſſu tardo incedere Idem Met. 10, 49. Pede … cunctari Idem Amor. 2, 19, 12. Tardiſſimi Piſcium Plin. … Principia orationis tarda, et exitus tamen ſpiſſi et pro… … eſſe debent Cic. de Orat. 2, 213. Proci tardiſſimi Plaut. … 3, 1, 7. Prouiſor tardus vtilium iuuenis Hor. de Arte Poët. … Quies tarda et contraria bellum inchoaturo Tac. Agric. … *i. incommoda, ſec. Boxhorn.* Res tardior ſpe Liu. 24. Se… tarda Hor. Serm. 2, 2, 88. Senectus tarda gelu Virg. Aen. … Senſus hebetes et tardi Cic. Acad. 1, 131. Vnda tarda … Georg. 4, 479. Tardus, *Rudis et ſtupidus:* Idem Ecl. 10, 19. … rdi venere bubulci. Ter. Eun. 5, 9, 49 Fatuus eſt, inſulſus, … , ſtertit noctesque et dies. Seruius. *conf.* Ter. Heaut. 4, 5, 28. … in nimis indociles tardique ſunt Cic. de Nat. Deor. 1, 12 c. 5. … *inepto ad Venerem, ap.* Plaut. Caſ. 5, 2, 10. Tardus, *Per…s et diuturnus* Virg. Georg. 2, 126 Media fert triſtes ſuccos, tar… e ſaporem Felicis mali. Ita Nonius 4, 457. Seruius *vero,* … ntelligibilem, *interpretatur.* Curis tardis palleſcere Propert. … 7. Tardus fumus, Denſus et craſſus Virg. Aen. 5, 682. Seruius.

T… R D I V S C Ŭ L V S, a, um. Dimin. [ὑποβραδὺς] Ter. Heaut. … Eſt ille Cliniae ſeruus tardiuſculus. *i. Aliquantum tardus. add.* Fragm. Ciſtell. v. 13.

T… R D E, tardius, tardiſſime. Adu. [βραδέως, σχολαίως] Cic. Fam. … Tardeque et incommode nauigaſſemus. Idem Tuſc. 4, 32 … morbum et incidunt tardius, et recreantur ocius. Idem … lon. 55 Videte nunc illum primum egredientem e villa ſubito: … peri? quid neceſſe eſt tarde? Adueniens tardius hoſpes … erm. 2, 2, 91. Creſcens tarde oliua Virg. Georg. 2, 3. Fa… er tarde Cic. Att. 11, 20. Effectus tarde Habere Scribon. … Cic. Tuſc. 1, 75 c. 31 Qui in compedibus corporis ſemper fue… tiam quum ſoluti ſunt, tardius Ingrediuntur. Ire tardius … erm. 2, 3, 101. *add.* Cic. Att. 3, 7. Moueri celerius *et* Tar… *contraria* Idem de Nat. Deor. 2, 52. Percipere tarde, et … r accipere Idem pro Roſc. Com. 31. Procedunt tempora … Ouid. Triſt. 5, 10, 5. *conf.* Iuſtin. 2, 1, 16. Caeſ. B. G. 4, 23. … 70. Plin. 3, 5. *et* Ep. 8, 4. Soluatur tardius Scribon. … Plin. 18, 7 Quatuor aut quinque Tardiſſime diebus florere … nt: totidemque aut paullo pluribus defloreſcunt: hordea vero … ardiſſime ſeptem. In his ſum locis, quo tardiſſime omnia … ntur Cic. Fam. 2, 9.

T… D Ĭ T A S, ātis. f. [βραδυτὴς] *Opponitur Celeritati.* Cic. de … f. 28 Atque vt eſſet menſura quaedam euidens, quae in octo cur… leritates, tarditatesque declararet, *etc.* Celeritati tardi… traria eſt Idem in Topic. 47. Curſu corrigere tarditatem … Q. Frat 2, 15. *Vid.* CORRIGO. Idem pro Rabir. 21 c. 7 … um ingredi vix poſſet, non ad inſequendum ſibi tarditatem pe… ſed ad fugiendum impedimento fore putabat. Idem pro … o c. 47 Ita vt nonnunquam cunctatione et tarditate dum otium … etiam ſine dignitate retinere, ipſi vtrumque amittunt. Idem … 6, 7 c. 3 Pleriſque in rebus gerendis tarditas et procraſtinatio … eſt. Idem Philipp. 5, 25 c. 9 Certe iſta legatio moram et … em Affert bello. Idem Philipp. 11, 25 Affert tarditatem iſta … a ad Dolabellam perſequendum. Certatim poſthac, mihi … ad hoc opus curretur, nec occaſionis tarditas Exſpectabitur Id. … 2, 118. Damnari natura tarditatis, *vid.* DAMNO. Sta… ditate ſubſiſtunt Firmic. 1, 2 *non ita procul a fine.* Cic. in Brut … 4 Ser. Sulpicius, cum dicendi cauſa duobus peritiſſimis operam dedi… , L. Lucilio Balbo, C. Aquilio Gallo: Galli hominis acuti et … ti promtam in agendo et in reſpondendo celeritatem, ſubtili… igentiaque ſuperauit: Balbi docti et eruditi hominis in vtraque … deratam tarditatem Vicit, expediendis conficiendisque rebus. … *bo Cicero voluit oſtendere, tarditatem non fuiſſe prorſus natura… l eum ſolitum fuiſſe lente (quod aiunt) feſtinare.* Tarditas … , ſtupor, debilitasque linguae Idem in Piſon. 1. *et* in Orat. c. … Quinctil. 1, 1. Tarditas audientium Plin. 20, 8. Cic. … 1, 87 At enim ipſe ſapiens ſuſtinet ſe in furore, ne approbet falſa … , et alias quidem ſaepe: ſi aut in ſenſibus ipſius eſt aliqua … rauitas aut tarditas, aut obſcuriora ſunt quae videntur, aut a … iendo temporis breuitate excluditur. Infinitam enim fa… ſa res dicendi tarditatem Quinctil. 5, 10. Aeterna et diu… opinio tarditatis Cic. de Orat. 1, 125. Idem Fam. 1, 5 Sed … ſti, ominis tarditatem et taciturnitatem. Idem de Legib. 1 … biectius tarditate et ſtultitia dici poteſt?

… R D I T I E S, ei. f. [ὀψία] *Antiqui dixerunt, pro Tarditate.* … Diomede, Multa amittuntur tarditie et ſocordia. Nonius 2, 866.

T… R D I T V D O, inis. f. [νωχελία] *Idem.* Plaut. Poen. 3, 1, 29 … oſi eſtis, ac viciſtis cochleam tarditudine.

T… R D I C O R S, ordis. Auguſtin. Enchirid. c. 103.

T… R D I G E M V L V S, a, um. Adi. *Tardus et gemens.* Naeuius … ll. 19, 7 Tardigemulo ſenio oppreſſus. *conf.* Non. 4, 345. *vbi … unt* Tardigenulo, a Genu.

T… R D I G R Ă D V S, a, um. Adi. [βραδύπορος] *Quod tarde gra… tur* Cic. de Diuin. 2, 133 c. 64 Quadrupes tardigrada, agreſtis, hu… lis aſpera. *Ex Poëta. add.* Tertull. de Pall. c. 4.

T… R D I L Ŏ Q V V S, a, um. Adi. Sen. Epiſt. 40 *ſub fin.* Summa … rum haec erit, tardiloquum te eſſe iubeo.

T… R D Ĭ P E S, ĕdis. Adi. [βραδύπους] *Qui tarde incedit, aut clau… ſcan…* Catul. 37, 7 Electiſſima peſſimi Poëtae Scripta tardipedi deo … atum. *i. Vulcano, claudo, i. igni.* Columel. 10, 420 Quin et tar… ipe ſacris iam rite ſolutis Nube noua ſeritur. *poſt Vulcanalia.*

T… R D O R, ōris. m. Pro Tarditas dici probat Nonius 3, 255 ex … arrone, Pedatus verſuum tardor.

T… R D O, āre. [βραδύνω, χρονίζω, διατρίβω, μέλλω, προσδιατρίβω] *Morari, … ſori.* Caeſ. Bell. Gall. 6, 28 Sed ne omnino metum reditus … baris tolleret, atque vt eorum auxilia tardaret, *etc.* Cic. … am. …, 5 Mea quaedam tibi non ignota dubitatio aut impedire profe… tion… meam videbatur, aut certe tardare. Inertia tardat nos … ibu… 1, 2, 23. Impetum inimici tardare, *Reprimere, remorari.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 26. *conf.* ib. 2, 25. Cic. Verr. 3, 130 Quum eius animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris, auaritiaeque ſuae frenaret. Illum vulnus tardauerat Tac. Ann. 2, 21, 2. Cic. in Orat. 3 c. 1 In quo vereor, ne ſi id quod vis, effecero, eumque oratorem quem quaeris expreſſero, tardem ſtudia multorum. Budaeus. Idem Verr. 2, 167 Statuae illae equeſtres, quas tu paullo ante, quam ad vrbem venires, poni inſcribique iuſſiſti, vt omnium inimicorum animos, accuſatorumque tardares. Idem Philipp. 11, 24 Vereor ne exercitus quoque noſtri, qui non delectus neceſſitate, ſed voluntariis ſtudiis ſe ad Remp. contulerunt, tardentur animis, ſi quidquam aliud nobis, niſi de inſtanti bello cogitatum putabunt. Idem ad Brut. 1 Si ea, quae ex tempore ſuſcepta ſunt vt agerentur, non tardata, et procraſtinata ſunt. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 43 *extr.* Vt multitudine atque onere nonnulli deprimerentur, reliqui hoc timore propius adire tardarentur. Cic. ad Brut. 18 At illa retulit, quaeſiuitque quidnam mihi videretur, accerſeremusne te, atque id conducere putaremus, an tardare et commorari te melius eſſet tibi? *quod verbum inter ea eſt, vnde has epiſtolas νοθείας arguit Marklandus* p. 112.

T A R D Ā N S, antis. Part. [βραδύνων] *Vt,* Senecta tardans Virg. Aen. 5, 395. Sagitta Id. Ib. 12, 746. Dolores Cael. Aurel. Tard. 2, 3.

T A R D Ā T V S, a, um. Part. [βραδυνθεὶς] Haec tardata diu ſpecies Poëta *ap.* Cic. de Diuinat. 1 c. 12. Virg. Aen. 5, 453 At non tardatus caſu, neque territus heros Acrior ad pugnam redit. Gradus tardati Stat. Theb. 2, 671. Exercitus imagine caeſorum tardatus ad praelia Tac. Ann. 1, 62, 3.

T A R D A B Ĭ L I S, e. Adi. Tertull. de Anim. 43 Rigor tardabilis.

T A R D E S C O, ĕre. [βραδύνομαι] *Tardum fieri.* Lucret. 3, 480 Conſequitur grauitas membrorum, praepediuntur Crura vacillanti, tardeſcit lingua, madet mens.

T A R E N T V S, i. f. *et* T A R E N T V M, i. n. [Τάρας] *Nobilis vrbs Calabriae ad mare, Pyrrho Epirota in ducem contra Romanos accito clariſſima.* Virg. Aen. 3, 551 Hic ſinus Herculei (ſi vera eſt fama) Tarenti Cernitur. Seruius: Lacones, et Athenienſes diu inter ſe bella tractarunt, et quum vtraque pars affligeretur, Lacones, quibus iuuentus deerat, praeceperunt, vt virgines cum quibuscunque concumberent. Quod factum eſt. Et quum poſt ſedata bella iuuentus incertis parentibus nata erubeſceret, et patriae et ſibi eſſet opprobrio (nam Partheniatae dicebantur) accepto duce Phalanto octauo ab Hercule, profecti ſunt: delatique ad breue oppidum Calabriae, quod Taras Neptuni filius fabricauerat, id auxerunt: et priſco nomine appellarunt Tarentum. Bene ergo nunc Herculei Tarenti, ſiue vera eſt fama: quia Taras condiderat, auxerat Phalantus. *Hactenus ille.* Imbelle Tarentum Hor. Epiſt. 1, 7, 45. Lacedaemonium Tarentum Ouid. Met. 15, 50. Molle Tarentum Hor. Serm. 2, 4, 34. *Vid.* Macrob. Saturn. 3, 18 *in fine.* Sacri Tarenti cuſtos Neptunus Hor. Carm. 1, 28, 29. Saturnum Tarentum Virg. Georg. 2, 197. Tarentus *legitur ap.* Sidon. Carm. 5, 453 Ipſaque quae petiit, trepidauerat vncta Tarentus.

T A R E N T Ī N V S, a, um. Adi. [Ταραντῖνος] *Quod ex Tarento eſt, vel ibi creſcit: vt,* Tarentina nux. Plin. 15, 22 Et Tarentinarum duo genera fragili putamine ac duro: quae ſunt ampliſſimae, et minime rotundae. *Vnde quidam* Tarentum *appellatum putant, quod iuglandes nuces et pineas molles habet, ac ſimiliter oues.* Tarentum *autem Sabini vocant* Molle *Gr.* τέρην. *Ad quod alludens forte* Hor. Serm. 2, 4, 24 — Et molle Tarentum: Deliciae Tarentinae Flor. 1, 18, 28. Pira Tarentina Colum. 5, 10. Hor. Ep. 2, 1, 207 Lana Tarentino violas imitata veneno. *h. e. Purpura Tarentina.* Arnob. 5 p. 171 Auctorem aliquis deſiderabit rei? Tum illum citabimus Tarentinum notumque ſenarium, quem antiquitas canit dicens, Taurus draconem genuit, et Taurum draco. Tarentini, *Genus quoddam equitum:* Liu. 35, 28 *de Philopoemene Achaeo ſummo duce,* Et tum omnium primum agmen conſtituit; dein Cretenſes auxiliares, et quos Tarentinos vocabant equites, binos ſecum trahentes equos, ad prima ſigna miſit. *Et* 29 Luce orta, Cretenſium leuis armatura, et Tarentini equites ſuper torrentem praelium commiſerunt. *Aelianus non longe a principio libri de Inſtruendis aciebus, Tarentinorum, inquit, duo ſunt genera. Nam alii longius iaculantur, et ob eam rem equites iaculatores dicuntur, et Tarentini ſpeciali vocabulo. Alii quum ſemel aut bis iaculum miſerint, quo leuiori vtuntur, manus de caetero cum aduerſario conſerunt, et cominus pugnare incipiunt, non ſecus quam quos haſtatos appellari retulimus. Leues hos nominari ſolitum eſt. Haec Aelianus. De his loqui putatur* Cicero Att. 5, 19 Quae, *inquit,* de Tarentinis in militia laboraui, ea tibi grata eſſe gaudeo. *Vid.* Graeuium in loc. Tarentina, *Genus veſtimenti, Aeliano de Varr. Hiſt.* 7, 9.

T A R M E S, *ſ.* T E R M E S, itis. m. [θρῶψ] Genus vermiculi carnem exedens Feſtus. Poſtes tarmes ſecat Plaut. Moſt. 3, 2, 140. *Additur ratio,* Intempeſtiuos exciſos credo id eis vitium nocet. Vitruu. 2, 9 Abies — quod habet in ſe plus caloris, procreat et alit termitem, ab eoque vitiatur.

T A R P E I A, ae. f. [Ταρπηΐα] *Teſte Plutarcho in vita Romuli, Filia fuit Tarpeii, quae Romanam arcem in Capitolio conſtitutam, cuius pater Tarpeius cuſtos erat, Sabinis prodidit. Hinc* mons Tarpeius dictus, *(inquit* Terentius Varro) a virgine Veſtali Tarpeia, quae ibi a Sabinis necata armis, et ſepulta, eius nominis monumentum relictum, quod etiam nunc eius rupes, Tarpeium appellatur ſaxum. *Hactenus* Varro de L. L. 4, 7 p. 13, 29. *Hinc etiam* Tarpeia ſedes *apud* Virg. Aen 8, 347. *Vid.* Seruium *in loc. De hac vide etiam* Propert. 4, 4 vbi ſic incipit, Tarpeium nemus, et Tarpeiae turpe ſepulcrum Fabor, et antiqui limina capta Iouis.

T A R P E I V S, a, um. Adi. *Tryſillabum.* Arx Tarpeia Virg. Aen. 8, 652. Arces Tarpeiae Ouid. Met. 15, 866. Iupiter Tarpeius Idem Faſt. 6, 34. Lucus Tarpeius Propert. 4, 9, 5. Mons Tarpeius, *i. Capitolinus* Varro de L. Lat. 4, 7 p. 13, 29. Pater Tarpeius, *Iupiter* Propert. 4, 1, 7. Rupes Tarpeia Lucan. 1, 196. Saxa Tarpeia Sil. 1, 117. Sedes Iouis Tarpeia Lucan. 5, 306. Templa Tarpeia Stat. Silu. 3, 4, 105.

T A R Q V I N I V S, *nomen et familia, cui originem dedit* Tarquinius Priſcus [Ταρκύνιος Πρίσκος] *quintus Romanorum rex.* Tarquinius Collatinus, *Lucretiae maritus, et poſt iniuriam illi illatam vindicatamque conſul: abdicare tamen ſe nominis cauſa coactus.* Tarquinius Superbus, *cognomen a moribus meruit, vltimus Romanorum regum: occaſione facinoris a Sexto filio in Lucretia patrati, cum tota domo Roma expulſus.* Cic. pro Rabir. 13 Nam haec tua quae te hominem clementem popularemque delectant, *etc.* ſed ne Romuli quidem, aut Numae Pompilii, ſed Tarquinii ſuperbiſſimi atque crudeliſſimi regis iſta ſunt cru-

cruciatus carmina. Ouid. Faſt. 2, 687 Vltima Tarquinii Romanae gentis habebat Regna, vir iniuſtus, fortis ad arma tamen. Eiectus Tarquinius Virg. Aen. 8, 646. Faſces ſuperbi Tarquinii Hor. Carm. 1, 12, 35. Reges Tarquinii Virg. Aen. 6, 817. Superbus Tarquinius regno pulſus Hor. Serm. 1, 6, 13.

TARQVINII, orum. m. Pl. [Ταρκύνιοι] *Vetus oppidum Campaniae.* Cic. Tuſc. 5, 109 Demaratus quidem Tarquinii regis noſtri pater, tyrannum Cypſelum quod ferre non poterat, fugit Tarquinios Corintho, et ibi ſuas fortunas conſtituit, ac liberos procreauit.

TARQVINIENSIS, e. Adi. *Vt*, Fundus Tarquinienſis Val. Max. 5, 3, 3. Ager Tarquinienſis Cic. de Diuin. 2. *Simpliciter pro Agro vel praedio Tarquinienſi*, Plin. 8, 52 Qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit. *Vid.* Idem 9, 56.

TARQVITIAS Scalas, quas rex Tarquinius Superbus fecerit, abominandi eius nominis gratia ſic appellatas eſſe, ait vulgo exiſtimari Verrius.

TARRACĪNA, ae. f. [Ταρακίνα] *Oppidum Volſcorum in Campania.* Liu. 4, 59 Anxur fuit, quae nunc Tarracinae ſunt: vrbs prona in paludes. Dicitur et Taratiana vnico R, et Tarratina, *vid.* ANXVR.

TARRACINENSIS, e. Adi. Salluſt. Bell. Catil. c. 46.

TARRĂCO, onis. f [Ταῤῥακών] *Inſignis Hiſpaniae ciuitas, Scipionum opus, a quo prouincia ipſa* Tarraconia *et* Tarraconenſis *vocatur, quae vt* Pomponius *ſcribit* 2, 6 altero capite Gallias, altero Baeticam, Luſitaniamque contingens, mari latera obiicit noſtro, qua Meridiem: qua Septentrionem ſpectat, Oceano. Vrbium e mediterraneis clariſſimae fuerunt Pallantia, et Numantia. Nunc eſt Caeſarea Auguſta. *Haec Mela. Hic vina optima.* Martial. 13, 118 Tarraco Campano tantum ceſſura Lyaeo. Vitifera Tarraco Sil. 3, 370.

TARRVPIA, *vitis genus vel vuae.* Plin. 14, 3 Capnias, et Bucconiatis et Tarrupia in Thurinis collibus non ante demetuntur, quam gelauerit.

TARSVS, i. f. [Ταρσός] *Vrbs praeclariſſima, et Ciliciae metropolis, quam Perſeus, Danaës nobiliſſima proles, aedificauit.* Lucan. 3, 225 Deſeritur Taurique nemus, Perſeaque Tarſus. *Haec fuit Apoſtoli Paulli patria.*

TARSENSIS, e. Poſſeſſ. [Τάρσιος] *Vt*, Tarſenſe pelagus Colu-mel. 8, 16.

TARTARVS, i. m. [Τάρταρος] *et in multitudinis numero, neutro genere* TARTARA, ἀπὸ τοῦ ταράσσειν, *id eſt turbare: aut* ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, *id eſt a tremore frigoris:* Locus inferorum profundus, *inquit* Seruius. Virg. Aen. 6, 577 — tum Tartarus ipſe Bis patet in praeceps tantum, tenditque ſub vmbras, Quantus ad aetheteum caeli ſuſpectus Olympum. *Vid.* TARTARINVS. Funeſta Tartara Stat. Theb. 11, 574. Ima Tartara Senec. Oedip. 10. Impia Virg. Aen. 5, 543. Intima lethi Tartara Virg. Georg. 4, 482. Nigra Tartara Idem Aen. 6, 135. Opaca Tartara Ouid. Metam. 10, 670. Profunda Tartara Senec. Hippol. 8. Triſtia Tartara Virg. Aen. 4, 243. ¶ 2 Tartarus *fluuius Italiae, ap.* Tac. Hiſt. 3, 9, 2.

TARTAREVS, a, um. Poſſeſſ. [Ταρτάρεος] Virg. Aen. 7, 513 — cornuque recuruo Tartaream intendit vocem. i. e. Terribilem, aut fortem *inquit* Seruius. Idem Aen. 12, 846 Quas et Tartaream nox intempeſta Megaeram. *Apud* Martial. 5, 35 Tartareus canis. Acheron Tartareus, *vid.* ACHERON. Cuſtos Tartareus, Cerberus Virg. Aen. 6, 395. Deus Tartareus *Pluto* Ouid. Triſt. 1, 8, 32. Domus Tartarea Idem Faſt. 3, 620. Plaga Tartarea Cic. Tuſc. 2, 22 c. 9 Haec e Tartarea tenebrica abſtractum plaga Tricipitem eduxit hydra generatum canem. *Ex Poëta.* Sorores Stat. Theb. 5, 66. *i. furiae.* Vmbrae Tartareae Ouid. Met. 6, 676. Vlulatus Val. Flacc. 4, 393.

TARTARINVS, a, um. Horrendus et terribilis Enn. *ap.* Feſt. Varr. L. L. 6, 3 p. 72, 16 *ipſum verſum ponit*, Corpore Tartarino prognata paluda virago: *et addit*, Tartarino a Tartaro dictum. Plato in quarto de fluminibus apud inferos quae ſint in his vnum Tartarum appellat: quare Tartari origo Graeca.

TARTESSOS, i. f. [Ταρτησσός] *Hiſpaniae ciuitas iuxta columnas Herculis, aliquando* Carteia *dicta, vt ſcribit* Pomponius Mela 2, 6 Silius *omnino aliam* Tarteſſon *a Carteia facit* 3, 399 Argantoniacos armat Carteia nepotes, *etc.* Armat Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phoebo. At Liu. 28, 30 Dum haec, *inquit*, ad Baetim fluuium geruntur, Laelius interim freto in Oceanum euectus, ad Carteiam claſſe acceſſit. Vrbs ea in ora Oceani ſita eſt, vbi primum e faucibus anguſtis panditur mare. *Hactenus* Liuius. *Eandem igitur cum Tarteſſo fuiſſe credi par eſt. Nam et Strabo 3. Nonnulli (inquit) Tarteſſum huius aetatis Carteiam nominant, vid.* CARTEIA.

TARTESSIĂCVS, a, um. Poſſeſſ. [Ταρτησσιακός] *Vt*, Tarteſſiaci thyrſi, *i. Lactucae.* Colum. 10, 371. Sil. 16, 114 — noctiſque per vmbram Ad Tarteſſiacos tendit per litora portus. Idem 17, 591 Ac Tarteſſiacas profugi ſparguntur in oras.

TARTESSIVS, a, um. Adi. [Ταρτήσσιος] Ouid. Met. 4, 416 Preſſerat occiduus Tarteſſia litora Phoebus. Tellus Tarteſſia Sil. 16, 647.

TARVM, i. n. *Lignum Aloës.* Plin. 12, 20. Aët. 16, 137.

TASCONIVM, i. n. *Terra quaedam alba.* Plin. 33, 4.

TATA. [τάττας] *Balbutientium et blaeſa lingua loquentium paruorum vox, quo patrem, auum, nutritorem appellant.* Martial. 1, 101 Mammas atque tatas habet Afra: ſed ipſa tatarum Dici, et mammarum maxima mamma poteſt. *Sed etiam a viris ſic appellati nutritores: niſi dedita opera quacunque de cauſa lallare et balbutire voluerunt Inſcriptionum quarundam veterum auctores. V. g.* SATVRNINO PATER ET PHOEBVS TATA FECERVNT Inſcript. *ap.* Fabrett. p. 142. *Conf.* Inſcr. Grut. p. 662. n. 3. *it.* Reineſ. Cl. 11 n. 44. *et ap.* Scalig. *Lect. Auſ.* 1, 19 p. 84 *vbi* TATAE BENE MERENTI *titulos ponunt* M. Elpidius Pamphilus; *it.* Flauia, *etc.* *Add.* Non. 2, 97 *cuius locum dedimus, voce* BVA.

TAT! TATAE. *Interiectio et velut cantio ſibi inuicem reſpondentium.* Plaut. Stich. 5, 7, 3 Factu hoc modo, at tu hoc modo. SA. babae. ST. tatae. SA. papae. ST. euax. Idem Trucul. 1, 1, 18. *et* Stich. 5, 5, 30. Naeu. *ap.* Chariſ. 21, 214.

TATIVS, i. m. [Τάτιος] *Sabinorum dux, qui per proditionem Tarpeiae virginis Capitolio primum capto, vrbem poſtea inuaſit, ac regnum Romae quinquennio vna cum Romulo tenuit: quem poſtremo tandem ab amicis eorum legatorum, quos Tatiani latrones interfecerant, occiſum eſſe ait Lanuvius, et in Auentinienſi laureto ſepultum. Vid. Liu. it. Plut. in Romulo.* Ferus Tatius Propert. 4, 2, 52.

TATIENSES, ium. m. [Τατιῆνσεις] *Tertia pars populi Romani a T. Tatio dicta, vid.* LVCERES.

TAVLANTII, orum. m. [Ταυλάντιοι] *Populi Illyriae. Euphorio Taulantinos vocat. Ariſtoteles ait apud hos vinum ex melle fieri. Haec Stephanus.* Lucan. 6, 16 Quemque vocat collem Taulantius incola p[…]

TAVREA, ae. m. [Ταυρέας] *Iubellius* Taurea *Campanus memora[…] fortitudine apud* Liu. 26, 15. Sublimis Taurea Sil. 13, 14[…]

TAVREA, *vid.* TAVREVS, *ſub* TAVRVS.

TAVRI, orum. m. [Ταῦροι] *Populi Tauricae Septentrionalis r[…] in Europa incolae*, Iphigeniae *vt ait* Mela 2, 1 et Oreſtis aduentu[…] memorati, immanes ſunt moribus, immanemque famam habent, [...] victimis aduenas caedere. *De Oreſtis in Tauricam aduentu, q[…] habet* Ouid. Triſt. 4, 4, 66. *Immanis autem ſacrificii huius, rex auctor fuit. Hinc Diana ipſa* Thoantea *dicta* Sil. 4, 771. *[…]tus libro quarto; Tauros omnes naufragos Iphigeniae immolare ſo[…] precibus peractis hominis caput claua ferire, corpus truncum e ripa [...]bare, caput cruci ſuffigere. Captis vero bello caput amputant, refer[…] domum, et ſuffixum juſti in tectis ſublimia ſtatuunt, plerumque autem furnarium erigunt: ideo id agentes, quod hos totius domus cuſtodes [...]bi perſuadeant.*

TAVRĬCVS, a, um. Adi. [Ταυρικός] *Vt*, Terra Taurica[…] ex Pont. 1, 2, 80. Ara Taurica Idem Triſt. 4, 4, 63.

TAVRICA *Cherſoneſus* [Ταυρικὴ Χερσόνησος] *Peninſula, prouin[…]ropae, cuius fines ſunt Iſthmus, Palus Maeotis, Propontis, et Cim[…] Boſporus. De hac* Iuuen. Sat. 15, 116 Quippe illa nefandi T[…] ſacri Inuentrix, *vid.* CHERSONESVS.

TAVRINI, orum. m. [Ταυρῖνοι] Plin. 3, 17 Populi ſunt Italiae padanae in Alpium radicibus. Auguſta Taurinorum ipſius vrbis[…]

TAVRĪNVS, a, um. Adi. [Ταυρῖνος] *Vt*, Campi Taurini Sil[…]

TAVRINVS. Adi. *vid.* TAVRVS.

TAVROMINIVM. [Ταυρομένιον] *Siciliae oppidum in colle ſit[…] Tauri nomen fuit. Scribit* Plin. 3, 8 *hanc vrbem quandoque* Naxon *appe[…]*

TAVROMINITĀNVS, a, um. Adi. Cic. Verr. 2, 160. Max. 2, 8, 3 Arx Taurominitana Sil. 14, 257 Taurominitana c[…] a ſede Charybdim. Lucan. 4, 461 Taurominitanae fugie[…] mnoſa Charybdis.

TAVRVBVLAE, arum. [Ταυρουβοῦλαι] *Nomen inſulae prope […]lim.* Stat. Silu. 3, 1, 129 — Dites Caprae, viridesque reſultant [...]rubulae. *Vid. Domit. et Cruce. ad h. l.*

TAVRVS, i. m. *Mons Aſiae altiſſimus* [Ταῦρος ὄρος] ab Eois veni[…]toribus, Chelidonio promontorio Lyciam diſterminat. Immenſu[…] et innumerarum gentium arbiter: — mediamque diſtrahens […] niſi opprimenti terras occurrerent maria. Reſilit ergo ad Septentri[…] flexuſque immenſum iter quaerit, velut de induſtria, rerum natur[…] inde aequora opponente: hinc Phoenicium, hinc Ponticum, illi[…] ſpium, et Hyrcanium, contraque Maeoticum lacum. Torquet[…] que colliſus inter haec clauſtra, et tamen victor, flexuoſus eu[…] que ad cognata Riphaeorum montium iuga, numeroſis nomini[…] nouis quacunque incedit, inſignis: Imaus prima parte dictus, [...] modus, Paropamiſſus, Circius, Chambades, Pharphariades, *etc.* *ex* Plin. 5, 27. *Huic mons oppoſitus,* Antitaurus *dicitur. Vbi i[…]ſiſſimam conſurgit ſublimitatem* Caucaſus *appellatur: quanqua[…] qui* Taurum *a* Caucaſo *diuidant.* Cic. pro Deiot. 36 Etenim ſi[…]chus magnus ille rex Aſiae, quum poſteaquam a Scipione de[…] Tauro tenus regnare iuſſus eſſet, *etc.*

TAVRVS, i. m. [Ταῦρος] *Bos ad procreandum reſeruatus.* Verr. 4, 73 Ille nobilis taurus, quem Phalaris habuiſſe dicitur. […] eſt taurum tollere, qui vitulum ſuſtulerit *Prouerb. ap.* Petron[…] *Add.* Quinctil. 1, 9. Taurus *accipitur et pro quocunque Fort[…]* Virg. Georg. 1, 65

> Ergo age, terrae
> Pingue ſolum primis extemplo a menſibus anni
> Fortes inuertant tauri.

TENVABĬLIS, e. Adi. Cael. Aurel. Acut. 3, 4 Super vnctiones tenuabiles et apertibiles, i. quae tenuant et aperiunt.

TENVESCO, ĕre. Tenuari. Cenſorin. in Fragm. c. 3 Vniuerſa gignentia creſcente luna pubeſcunt, tenueſcente tenuantur.

TENVIARIVS, i. m. Qui veſtes tenues conficit. In Vet. Inſcript. VESTIARIVS TENVIARIVS. Vid. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 52.

TENVS, ŏris. n. [παγὶς] Laqueus, a tendicula ſeu tendendo dictus, auctore Nonio 1, 17. Plaut. Bacch. 4, 6, 23 Pendebit hodie pulchre, ita intendi tenus. Seruius in Sextum Virgilii v. 62 dici putat Extremas partes arcus: vnde tractum ſit Hactenus, id eſt hucusque, quaſi vsque ad finem. Philyrae tenus, i. reſtem e philyra textum Salmaſius reſtituit Tertulliano de Pall. p. 209 ſq. Etiam Tenus, i probat Salmaſ. ad Tertull. Pall. p. 210. legitque Apul. Met. 8 p. 214, 29 Arrepto denique flagro — contortis tenis lanoſi velleris prolixe fimbriatum etc. ex membranis Florentinis, vbi editur taeniis. Certius, ſed nimis barbari aeui, quod addit ex legibus Friſonum, Tali de virga praeciſa, quos tenos vocant: neque hic funis eſt. conf. Taubm. ad Plaut. l. c. it. Parei Lex. Crit. p. 1231. ¶ 2 Tenus, [μέχρι] Praepoſitionis naturam ſumit, et ſignificat Vsque ad. Hac tenus q. d. in hac re tenus vel finis eſt. Capulo tenus abdidit enſem, vt in capulo finis, ſ. tenus eſſet. Vid. locus Feſti, quem damus in QVATENVS n. 2. Quidam a tendendo deriuant, quod haec Praepoſitio extenſionem quandam ſignificare videatur. Sed magis placet certe priori adiungendum, finem quendam et terminum ſignificari. Nempe funiculis intenſis fines notari ſolent. Sic intelligitur idem nomen eſſe, quod tendiculam ſignificet, et quod Praepoſitionis vicem ſubeat. Ablatiuo ſeruit, ſemperque in Singulari poſtponitur, vt Hactenus, Eatenus, Quatenus, Verbo tenus, Ore tenus, Capulo tenus, Digito tenus, Facietenus, Humerotenus, Pubetenus, ap. Apul. vid. Elmenhorſt. Ind. in Aduerb. Virg. Aen. 3, 426 Prima hominis facies, et pulchro pectore virgo Pube tenus. Idem Aen. 6, 62 Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta. Conf. Seru. ad h. l. Capite tenus alligetur vitis Colum. 11, 2, 95. Lateri Capulo tenus abdidit enſem Virg. Aen.

Aen. 2, 553. Et loca conuiſit Cauda tenus infera piſcis Cic. in Arat. 352. Collo tenus ſupereminet omnes Ouid. Met. 3, 182. Corpore tenus delibrandus eſt cortex Colum. 4, 24, 6. Crateraque tenus lucet mortalibus Hydra Cic. in Arato 387. Paullus de furtis, l. Creditoris, Vt cui pignus ſurreptum eſt, non Credito tenus intereſt, ſed omnimodo in ſolidum furti agere poteſt. *i. quantum ad creditum.* Ianua ac limine tenus domum claudit Tacit. Hiſt. 1, 33, 3. Muro tenus omnes fere vrbes finiuntur. Paullus in l. Nam quod. §. vlt. D. de penu legata. Ore tenus Tacit. Ann. 1, 70. *i. Vsque ad os.* Porta tenus Id Ann. 3, 5. Columel. 4, 11 Omnem ſuperficiem amputabant Solo tenus iuxta ipſum articulum, vt e duro pullularet. Specie tenus Colum. 6, 36, 3. Talo tenus veſtigia tingit Ouid. Met. 4, 343. Tauro tenus Antiochus a Scipione deuictus regnare iuſſus eſt Cic. pro Deiot. 36 c. 13. Titulo tenus Tranquill. in Claud. c. 25. Veteres Verbo tenus acute illi quidem, ſed non ad hunc vſum, *etc.* Cic. de Legib. 3, 14. Vlp. in l. 1. §. 2. D. Quod quisque iuris, *etc.* Haec autem verba, *etc.* cum effectu accipimus, non Verbo tenus. Viuo tenus Col. 4, 24. Liu. 26, 45 Vt alibi vmbilicotenus eſſet aqua, alibi genua vix ſuperaret. *Accuſatiuo aliquando iungitur.* Flacc. Argon. 1, 538 Et Tanaim tenus, immenſo deſcendit ab Euro. *In Plurali ponitur cum Genitiuo, et etiam cum Ablatiuo.* Virg. Georg. 3, 53 Et crurum tenus a mento palearia pendent. Seruius, Tenus dicit eſſe Aduerbium. Celſ. 1, 2 Demittere ſe inguinibus tenus in aquam calidam. Labrorum tenus Lucret. 1, 939. Corporum tenus curioſus, animi ſenſus non expreſſiſſe *de pictore* Plin. 34, 8. Aquila cum ſe Nubium tenus altiſſime ſublimauit Apul. Flor. p. 340. Hor. Epiſt. 1, 1, 32 *Cum Aduerbio iunxit* Eſt Quodam prodire tenus, ſi non datur vltra. *i. Aliquousque, vsque ad quiddam.*

T E O et T E P

TEOS, *vid.* TEIVM.

TEPEO, ēre, *vid.* TEPIDVS.

TEPHRIAS, ae. m. *Genus lapidis. Interpretari poſſis Cinericius, τέφρα enim, cinis dicitur Latine.* Plin. 36, 7 Laudatur praecipue ex his, quem tephriam appellant a colore cineris.

TEPHRION, i. n. *Collyrion,* a cinereo colore Celſ. 6, 6, 7.

TEPHRITIS, tidis. f. *Gemma, ap.* Plin. 37, 10 *et ipſa a colore.*

TEPĬDVS, a, um. Adi. [χλιαρὸς, χλιερὸς] *Medium inter calidum et frigidum, nempe Quod frigido et calido temperatum eſt.* Plin. 12, 25 Praeterea ſinceri denſantur in tepida aqua. *Dicitur etiam tepida abſolute pro aqua tepida.* Immittas in tepidam Apic. 3, 1. *conf.* FRIGIDA. Tepidae et egelidae aquae Plin. 31, 2 Alibi tepidae egelidaeque auxilia morborum conferentes. *add.* Suet. Ner. c. 48. Tepidum lac, Statim mulctum Virg. Aen. 3, 66. Seruius. Dies tepidus Ouid. Epiſt. 4, 160. Tepidior tempeſtas Varr. R. R. 3, 10. Tepidior caeli Status Pallad. 3 t. 24. Tepidus fulgor Plin. 9, 31. Lucret. . . Tepidisque caminis. Martial. 1, 42 Circumfert tepidis cocus popinis. Tepido ſudant humore lacunae Virg. Georg. 1, 117. Inutilem ſ. noxium *interpretatur* Seruius. *Sed nempe noxius eſt hic, quia tepidus.* Ignes tepidi Ouid. Amor. 2, 19, 15. Sol tepidus Virg. Georg. 1, 398. Vapor tepidus Lucret. 2, 857. Loca tepidiora Columel. 8, 5. Tepidiſſima hiberna Sen. ad Marc. c. 17. Tepidiſſimum pocillum Auguſtin. Confeſſ. 6, 2. Mens tepida Ouid. de Arte Am. 2, 445. Fac timeat de te, tepidamque recalface mentem Idem Remed. Amor. 629. *Laudatur etiam* Plauti . . . Hic homo factus eſt tepidior, *i. ſegnior.* *Aduerbialiter* Ouid. ex Pont. 4, 10, 43 Tepidum ſpirare. *conf. Heinſ. ad h. l.*

TEPIDE. Adu. Columel. 8, 5 Vt tepide habeantur. Plin. Epiſt. 5, 6 Si natare latius aut tepidius velis, in area piſcina eſt. Iam tepidiſſime hoc dicebat Auguſtin. Conf. 8, 11.

TEPĬDO, āre. [χλιαίνω] *Pro Tepefacere.* Plin. 17, 26 In eodem agro bruma, tanto magis ſi niues iaceant geletue, ne frigus vites adurat, circumfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant, memorabili natura in amne ſolo.

TEPIDARIVM, i. n. [χλιαροψύχιον Gloſſ. Gr. Lat.] *Membrum Balnei, in quo tepidus vapor, aqua tepida.* Paullus in l. Fiſtulam. D. De ſeruit. vrb. praed. Sed Neratius ait: Si talis ſit vſus tepidarii, vt aſſiduum humorem habeat, et ideo noceat vicino, poſſe eum prohiberi. Vitruu. 5, 10 *pr.* Illa caldaria tepidariaque lumen habeant ab occidente hiberno. *Paullo poſt pro Vaſe:* Ahena (inquit) ſupra hypocauſtum tria ſunt componenda: vnum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium: et ita collocanda, vti ex tepidario in caldarium, quantum aquae caldae exierit, influat; de frigidario in tepidarium ad eundem modum. *Nempe Adiectiuum eſt ſua natura. Vid.* CALIDARIVM, in CALOR. *conf.* Celſ. 1, 3. *Mercurial. A. Gymn.* 1, 10.

TEPEO, ui, ēre. [χλιαίνομαι] *Tepidum eſſe.* Cato de R. R. 69 Leuibus lignis facito caleſcat: vbi temperate tepebit, tum cuminum indito. Quum tepere coeperit Scribon. 157. Aqua tepet Ouid. ex Ponto 3, 4, 56. Aura tepet Idem Triſt. 3, 10, 7. Tepet igne maligno focus, *h. e. modico nimis et parco* Martial. 10, 96. Regio Horat. Sat. 1, 4, 30. Veneres tepuere ſub annis Nemeſian. Ecl. 1, 13.

TEPENS, entis. Partic. [χλιαινόμενος] *Vt,* Aqua Scribon. 86. Aurae tepentes Zephyri Virg. Georg. 1, 330. *et* Ouid. Met. 1, 107. Buxi tepentes Martial. 3, 20. Tepentes fontibus Baiae Flor. 1, 16, 4. Cineres tepentes Stat. Silu. 3, 3, 181. Locus tepens Columel. 1, 4. Sol tepens Ouid. Faſt. 3, 236. Ver tepens Idem de Arte Am. 3, 185.

TEPEFĂCIO, fēci, factum, ĕre. [χλιαίνω, ἀλεαίνω] *Vt* Tepidare, *tepidum reddere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 40 c. 15 Is eius tactus eſt, non vt tepefaciat ſolum, ſed etiam ſaepe comburat. Flumina caede Catull. 65, 360. Sanguine Biſtonium quod non tepefecerit Enſem Ouid. ex Pont. 4, 5, 35. Ferrum tepefecit in iugulo matris Hor. Serm. 2, 3, 136. *add.* Plin. 15, 28.

TEPEFĪO, ĕri. Plin. 11, 6 Mature tepefiunt. Nidum mollibus plumis floccisque conſternunt tepefaciendis ouis Plin. 10, 33. *add.* Id. 16, 24. Frigoribus adiectis dureſcit humor, et idem viciſſim mollitur tepefactus, et tabeſcit calore Cic. de Nat. Deor. 2, 26 c. 10. *add.* Virg. Georg. 4, 308. Terra ſemen tepefactum vapore et complexu ſuo diffundit Cic. de Seneſt. 51 c. 15. *add.* Id. Tuſc. 5 c. 13. Terra tepefacta cruore Virg. Aen. 9, 333. *conf.* Id. ib. v. 419. Celſ. 6, 7, 1 *et* 2.

TEPESCO, ui, ĕre. [χλιαίνομαι] *Tepidum fieri.* Fons Paullatim tepeſcens Plin. 2, 3. Cic. de Nat. Deor. 2, 26 c. 10 Atque etiam maria agitata ventis ita tepeſcunt, vt intelligi facile poſſit in tantis illis humoribus eſſe incluſum calorem. Virg. Aen. 9, 701. C ex Pont. 3, 4, 56. Mentes tepeſcunt Lucan. 4, 284. Nego tepeſcens Ammian. 28, 1.

TEPOR, ōris. m. [ἀλέα, χλίανσις, χλιαρότης] *Qualitas eius,* *dicitur* tepidum. Cic. de Nat. Deor. 2, 26 c. 10 Nec enim ille e nus et aduenticius habendus eſt tepor, *etc.* Idem de Seneſt. 15 Vua maturata dulceſcit, veſtitaque pampinis nec modico tepor ret, et nimios ſolis defendit ardores. *conf.* Curt. 5, 4, 9. *et* 6, 4 Caeli tepor Columel. 2, 4. Egelidi tepores Catul. ad ſeipſum *add.* Alcim. 2, 127. Tepore humido et lento naſcuntur erucae 17, 24. Lenis tepor Ouid. Met. 2, 811. Lentus tepor, *vid.* LEN

TEPORO, āre. *Tepefacere.* Glaciemque teporat Flam ignis aquae Dracont. Hexaëm. v. 28.

TEPORĀTVS, a, um. Adi. [χλιανθεὶς] Plin. 36, 26 gmenta teporata agglutinantur tantum, rurſus affundi non qu praeterquam abrupta ſibimet.

TEPŌRVS, a, um. Adi. Tepidus Sidon. Epiſt. 9, 15 Teporu tus. Auſon. Eidyll. 24, 1 Sol profectus a teporo veris aequinoctio.

TEPVˇLVS, a, um. Adi. Frontin. de Aquaeduct. 2 p. 244 T lae aquae. *conf.* Plin. 36, 15 ſ. 24. P. Victor de Regionib. Vrb. Rom

T E R

TER, Aduerbium *numerale.* [τρὶς, ἐπὶ τρὶς] Virg. Aen. 2, 792. conatus erat collo dare brachia circum, Ter fruſtra comprenſa m effugit imago. Ibid. 6, 229. Ter Conſul Plin. 19, 1. Te plus Geryones Hor. Carm. 2, 14, 8. Ter Decies Cenſorin. Auſon. Ep. 7, 31. Vitr. 9, 4. Ter felix Ouid. Met. 8, 51. tanto peior ipſa eſt, quam illam tu eſſe vis Plaut. Perſ. 1, 3, 72. quatuor Cic. de Diuin. 1, 55 Caedunt de caelo ter quatuor co ſancta. *ex Poëta.* Ter et quater Hor. Carm. 1, 31, 13. que quaterque beati Virg. Aen. 1, 94. Idem Aen. 4, 589. T vicies Plin. 7, 28. Varro de R. R. 2, 1 Ea parte habet nouer ſcretas ter ternas. *de pecunia.* Cic. pro Roſc. Amer. 133 Aptam et ratione diſpoſitam ſe habere exiſtimant, qui in Salentin in Brutiis habent vnde vix ter in anno audire nuntium poſſunt. in menſe Scribon. 58. 159.

TERCENTVM. [τριακόσια] Virg. Aen. 8, 716 Maxima te tum totam delubra per vrbem Laetitia, ludisque viae, plauſ fremebant. *conf.* Id. 1, 272. Coripp. 1, 23.

TERCENTĒNI, ae, a. *Plur. tantum.* Adi. [τριακόσιοι] tial. 2, 1 Tercentena quidem poteras Epigrammata ferre.

TERCENTI, ae, a. Tercenta debet Titius Martial. 4, 3

TERCENI, ae, a. Tercena millia militum Ruf. Feſt. Breu. Tercena ſeſtertia acceperam Eumen. pro Reſtaur. Schol. c. 11

TERDĒNI, ae, a. Plur. Adi. [τρισκαίδεκα] Virg. Aen. Ex quo terdenis vrbem redeuntibus annis, *etc.* Martial. 8, 78 numerem currus, terdenaque praemia palmae.

TRECENTI, TRECENI, *et* TREDENI, *vid. ſuo loco.*

TERGEMĬNVS, a, um. Adi. [τριπλοῦς] Liu. 6, 7 Mod geminae victoriae triplicem triumphum ex his ipſis Volſcis et A et ex Hetruria egiſtis. *i. triplicis.* Tergeminus Geryon Virg. 8, 202. Ouid. Triſt. 4, 7, 16 Tergeminumque virum (*Ger* tergeminumque canem (*Cerberum*). Tergeminum canem *etiam* Prop. 4, 7, 52. Tergeminum caput *Cerberi* Tib. 3, 4, 88. *etiam* Stat. Theb. 2, 31 Ni Deus horrendam Lethaeo vimine m Ferrea tergemino domuiſſet lumina ſomno. Hecate Virg. A 511. Ignis tergeminus Iouis, *Fulmen triſulcum* Stat. Silu. 1, Porta Liu. 4, 16. Proles tergemina, *Tres filii,* Stat. Silu. 4, Spolia Liu. 1, 26. Tergemini Honores Horat. Carm. 1, 1, 8. *tribuunt tres partes populi Senatus, Equites, Plebes.* Tergeminae tis confinia *legebant* Tib. 4, 1, 70. *Sed pulchre olim reſtitutum.* lum inter geminae mentem confinia mortis, *Scyllam et Charybdin.* *eſt* Tergeminum par Cic. Phil. 11, 2. *Sed* Ecce tibi geminum in lere par! *Denique* Martial. 3, 46 Tergeminum mugiat ore ſophos, *petitum eſt.* Tergemini, *dicuntur Tres, qui ex uno utero,* *die editi ſunt.* Plaut. Mil. 3, 1, 122. Plin. 7, 3 Tergeminos naſci tum eſt, Horatiorum Curiatiorumque exemplo. *Sed* Liu. 1, 24 *kenb. ſine alterius lectionis mentione dedit* Trigemini.

TERNVS, a, um, *vel* TERNI. Plur. Adi. [τρίτατος] Cic. 9, 22 Quum loquimur terni, nihil flagitii dicimus: at quum bin ſcenum eſt. *Eſt enim βίνει Imperatiuum verbi βινέω, quo nude et* *tioſe ſignificatur coitus venereus.* Cic. Verr. 2, 137 Hoc quoque pr tuos ternos denarios nunc primum poſtulatur. *Sic* Verr. 3 Virg. Aen. 5, 120 — terno conſurgunt ordine remi. Hor. 2, 4, 76 Immane eſt vitium, dare millia terna macello. deni Plin. 18, 26. Ter terni cyathi Hor. Od. 3, 19, 14. *add* lumel. 5, 10. Catapotia terna vel quaterna Scribon. 89. learia terna 16. Pilulae ternae vel quaternae 87 ſq.

TERNARIVS, a, um. Adi. [τριτεὺς] Columel. 11, 2 N rus. Ternarii ſcrobes, *trium pedum,* *vid.* SCROBS. Iunct Sidon. 4, 3.

TERNIO, onis. f. Qui numerus ternio Graece dicitur τριὰς 1, 20. Multiplicationis ratio eſt ſenioni ad ternionem Mart. pella 7 p. 250.

TERTIVS, a, um. Adi. [τρίτος] *Qui poſt ſecundum eſt.* Epiſt. 4, 27 Tertius dies eſt quod audiui recitantem Sentium au num cum ſumma mea voluptate. Virg. Aen. 3, 117 Terti claſſem Cretaeis ſiſtet in oris. Tertia regnantem vidit Virg. Aen. 1, 269. Tertius e caelo cecidit Cato Iuuenal Cic. Tuſc. 2, 24 c. 10 Iam tertio me quoque funeſto die Triſti latu aduncis lacerans vnguibus. *ex Poëta.* Idem pro Rabir. 34 Modo vobis inſpectantibus in iudicio Gabinii tertio quoque v excitabatur. *add.* Id. Fam. 5, 2. Plaut. Poen. 1, 2, 118 Salu pretio tertia. Plin. 12, 12 In noſtro orbe proxime laudatur dum Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum. Tert locum Mileſiae oues obtinent Plin. 8, 48. Nihil eſſe tertium Fam. 9, 22. Sed ſi res coget, eſt quiddam tertium Idem 1, 5. Tertiae notae herbae, *Tertio loco adſcribendae, vel tert* *dignitatem poſt alias ſortitae* Columel. 9, 4. Ad tertias (*par* decoqui Scribon. 152. Decoctum Id. 57. Redactum Id Terere Id. 60. *Vid.* Colum. 12, 20. Tertia ponderis detr Scribon. 90. *ſc. parte.* *Plene* Aliis tertia parte detracta Id. 9 Partes duae tertiae Colum. 5, 1, 11. Quum ad tertias ſubſe coctura Id. 12, 20, 2. *Vid. de talibus Rhod. Lexicon Scribon.*

tia

uma legio Tac. A. 1, 37, 4. Menſe tertio decimo Colum. ¶ 2 Tertius *et* Tertia *ſunt etiam Nomina Propria,* ... undus, Quartus, Quintus, Sextus, Decimus. *Vid.* Varr. L. L. 8, ... 3, 6. *Nobilis eſt* Iunia Tertia *propter iocum* Ciceronis *ap.* ...b. Sat. 2, 2 Mater M. Bruti Seruilia cum pretioſum aere paruo ...n abſtuliſſet a Caeſare —— non effugit dictum tale Ciceronis, ...; quo melius emtum ſciatis, comparauit Seruilia hunc fun... ertia deducta. Filia autem Seruiliae erat Iunia Tertia, eadem... Caſſii vxor, laſciuiente dictatore tam in matrem, quam in puel... *Hinc* Tertullus *et* Tertulla *de quibus ſ. l.*

...RTIĀNVS, a, um. Adi. [τριταῖος] *Vt*, Tertiana febris, ...*rtio quoque die nouam acceſſionem facit.* Cic. de Nat. Deor. 3, 24 ...ide quaeſo ſi omnis motus, omniaque quae certis temporibus ...m ſuum conſeruant, diuina dicimus, ne tertianas quidem fe... quartanas diuinas eſſe dicendum ſit. Tertiana quoque ... *Idem ſignificat: quod pluraliter etiam frequentius legitur.* ...20 Seminis grana tria in tertianis deuorari iubent aliqui ante ...nem. *Add.* Id. 20, 20. *et* 32, 10. Petron. c. 17 ſeqq. Ter... Tacit. Hiſt. 5, 1 Tradidit et Syria duo et viceſimanos, tertia... *h. e. Tertiae legionis milites.* *Add.* Id. Ann. 13, 38, 5.

...TIO. Adu. [τρισσὸν] Ter. Eun. 3, 3, 24 Non hercle ve... ertio. Columel. 3, 13 Ille iterum, ille tertio auctionibus factis ...iam dedit Cic. pro Deiot. c. 5.

...TIVM. Adu. [τρίτον] *Vt*, Tertium Conſul Liu. 3, 22. *...r ita dicendum ſit, nec vnquam* tertio, quarto *etc. diſputatur* ..., 1. Plinius *certe* Pan. 64, 4 Idem tertio conſulem feciſſe, quod ... *Lepidum eſt, quod* Gell. l. c. *de dubitatione et religione qua...* *rorum ſummorum ea de re memorat ex* Varrone, *et* Tirone Tul... *...orum de verbis quaedam ponimus: nempe* Varronis *iſta*, Et Pom... imide, quod in theatro ne adſcriberet *conſul tertium* aut *tertio*, ...as literas non ſcripſit. Tironis vero, Cum diſſentiretur, et ...*rtio* alii *tertium* ſcribendum contenderent, rogauit Ciceronem ...ius, vt quod ei rectius videretur, ſcribi iuberet. Tum Cice... indicare de viris doctis veritum eſſe —— Perſuaſit igitur ...o, vt neque *tertium* neque *tertio* ſcriberetur, ſed ad ſecundum ...ſ fierent literae (TERT.) vt verbo non perſcripto, res qui... monſtraretur, ſed dictio tamen ambigua verbi lateret. *Addit* ..., Cum multis annis poſt ea ſcena, quae procideret, refecta es... ...merus tertii conſulatus non vt initio prioribus literis, ſed tri... ...tum lineolis inciſis (III) ſignificatus eſt. *Haec indicant curam* ...*m. um hominum etiam in talibus.* Cic. de Diuin. 2, 121 c. 59 ...ſt tam incertum quam talorum iactus? tamen nemo eſt, quin ...ctans Venereum iaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum ...um. Veniunt iterum atque tertium tumultuoſius Cato *apud* ...ar 2, p. 196.

...TIO, āre. [τριτεύω] *Tertio facere: vt Terram vel ſolum* *dicimus, Quum tertio aratur et colitur.* Columel. 2, 4 Sed ...n talis agri quatuor operis expeditur. nam commode proſcin... ...uabus, vna iteratur, tertiatur, dodrante, in liram ſtatim redi... ...uadrante operae. *Vid.* Idem 2, 13, 8. Idem 2, 4, 4 Iteratos eſſe ...it, ac deinde circa Septembris Calendas tertiatos. *conf.* Id. 11, ... lad. Sept. 1, 1.

...TIATIO, ōnis. f. [τρίτευσις] Columel. 12, 50 Nam pluri... ...eſert non miſcere iterationem, multoque minus tertiationem ...ima preſſura. *De tribus oliuarum preſſuris loquitur,* iterationem *...ndam preſſuram, ſiue oleum ſecundae preſſurae,* tertiationem *...tiam preſſuram.*

...TIATVS, a, um. [ἐγκεκομμένα ῥήματα] Tertiata verba, *...tur Imperfecta, lapſantia, et cum pauore nutabunda: quando quis* *...tus non profert verba integra, ſed vix tertia quaeque enuntiat,* *...x perturbatione ſuppreſſis.* Apuleius 5 p. 166 Tremens et ex... colore, lurida, tertiata verba ſubſtrepens, ſic ad illas ait.

...TIATO. Adu. Tertiato et quartato verba dicere prae metu ... Seru. *ad* Aen. 3, 314.

...TIARIVS, a, um. Adi. [τριτημόριος] Plin. 34, 17 Idem ...arium vocant, in quo duae nigri portiones ſunt, et tertia albi. ... Tertiarius, ἔφεδρος, tertiarius Gloſſ. *conf.* Petron. c. 45. *...tertiarum partium, vid.* SECVNDARIVS. *Expreſſit* Cic. Diu. in ... 8 Vt in actoribus Graecis fieri videmus, ſaepe illum qui ſecun... aut tertiarum partium cum poſſit aliquanto clarius dicere, ...ipſe primarum, multum ſummittere vt ille princeps quam ... excellat.

...RTIARIVM, i. n. [τριτημόριον] *Ponderis genus, cui ſimile* Quar... Cato c. 95 Poſtea ſumito bituminis tertiarium, et ſulfuris ...rium. *h. e. Tertiam vel quartam partem librae, vel vnciae. De* ...rio Vitr. 3, 1. *et* 4, 7. *Vid. Lex. Vitruuian. Nondum* *...xpeditum.*

...TICIPSOS *pro* TRICEPS, *ex antiquo carmine Argeorum* ... de L. L. 4, 8 p. 15, 27.

T...RACVS, i. m. Piſcis marinus Plin. 32, 11.

...RIBINTHVS, i. f. [τέρμινθος] *Arboris nomen.* Plin. 13, 6 ...et terebinthum habet. Ex his maſcula eſt ſine fructu: Femina... ...uo genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pal... Cum vite matureſcit non grandior faba, odore iucundior, ...eſinoſus circa Idam Troadis, *etc.* Virg. Aen. 10, 136 Inclu... ...uxo aut Oricia terebintho. *conf.* Ouid. ex Pont. 3, 3, 98.

...TREBINTHĬNVS, a, um. Adi. *Vt*, Terebinthina reſina ... 3, 8. Columel. 12, 20. Celſ. 5, 26 *extr.* Terebinthina, *ſae...* *...ſolute, vt ap.* Scribon. 205. 238. 255 *et paſſim.* Calices terebin... ...lin. 16, 40.

...TREBINTHIZVSA, ae. f. *Iaſpidis ſpecies a colore dicta* ... 7, 8.

...TRĔBRA, ae. f. [τρύπανον, τέρετρον] *Inſtrumentum quo ligna* *...rantur; a Tero.* Columel. 4, 29 Nam antiqua terebra, quam ... veteres agricolae nouerant, ſcobem faciebat, perurebatque eam ...t, quam perforauerat. — Nos terebram, quam Gallicam dicimus, ... hic inſitionem commenti —— nam ſic excauat truncum, ne fora... ...nurat, quippe non ſcobem, ſed ramenta facit, quibus exemtis ...lenis relinquitur: — nulla interueniente lanugine, quam exci... ...a antiqua terebra. *Ergo antiqua terebra eſt illa helicis in morem* ... Gallica, *cuius ima pars habet cylindrum cauum, vltima lamina cir...* *...acuta, qua circumacta tolli circularia ramenta poſſunt. add.* Cato ...41. Vitr. 10, 19. Terebras *medici vſus deſcribit* Celſ. 8, ... Terebra agere aliquid Idem 8, 3. Quas tu mihi Te... ...trudis *Scaliger legendum conicit* Plaut. Epid. 3, 4, 40 *pro* *vulgato* tenebras cudis. *Nempe* exterebrare *dicuntur pecuniam, qui* *fraude illam auferunt.*

TEREBRVM, i. n. τρύπανον Gloſſ. Lat. Gr.

TEREBELLA *et* TEREBELLVM *ex* Celſ. 3, 23 *proſcribuntur a* *Morgagno Epiſt. in Celſ. 3.*

TERĔBRO, āre. [τρυπάω] *Terebra perforare.* Virg. Aen. 2, 38 Aut terebrare cauas vteri, et tentare latebras. Columel. 5, 9 Eas terebrari Gallica terebra conuenit. Telo lumen Virg. Aen. 3, 635. Buxum terebratum per rara foramina Ouid. Faſt. 6, 697. *add.* Id. Met. 6, 260. Plaut. *ap.* Non. 1, 215. Pallad. Ian. t. 15. Terebratur foramen Vitr. 10, 22. *conf.* Suet. Tib. c. 68. Perſ. 5, 138. Liu. Epit. 52. Pallad. Octob. t. 8. Terebrare, *per tranſlationem* *dixit* Plaut. Bacch. 5, 2, 81 Hanc veniam illis te exorem ſine. N. vt terebrat? *i. Blandiloquentiâ ſeſe inſinuat.*

TEREBRATIO, onis. f. [τρύπησις] Columel. 4, 29, 13 In illa *inſitione* autem, quae fit per terebrationem, *etc. conf.* Id. 5, 11. Cael. Aurel. Tard. 1, 4, 118. Terebratio *pro ipſo foramine ap.* Vitruu. 9, 9. *et* 10, 13.

TEREBRĀTVS, ūs. m. Scribonius Largus 206 De induſtria a medicis cum terebratu exciditur quod laedit eam os.

TEREBRĀTOR, ōris. m. [τρυπητής] Gloſſ. Gr. Lat.

TEREBRĀMEN, inis. n. Fulgent. Mythol. 2, 1) Crementis lunae abſciſa ligna furfuraceis tinearum terebraminibus fiſtuleſcunt. *Sunt* *ergo* Tinearum terebramina *ſcobs illa ſ. puluis, quem terebrando* *efficiunt tineae.*

TERĒDO, ĭnis. f. [τερηδὼν] *Vermis in ligno naſcens. A teren-* do *dictus, Graece* τερηδών. *Eadem et* Tinea *dicitur. Sunt tamen qui* *diſtinguant, vt* Teredines *dicantur in mari, hoc eſt in nauibus:* Tineae, *terreſtres ſint.* Plin. 16, 41 Infeſtantium quatuor genera. Teredines, capite ad portionem grauiſſimo rodunt dentibus. Hae tantum in mari ſentiuntur, nec aliam putant teredinem proprie dici. Terreſtres tineas vocant. *Add.* ib. c. 39. Columel. 4, 24 Nam et teredinem formicamque prohibet. *conf.* Vitr. 5, 12. Teredo *pro Verme* *veſtes terente, et erodente.* Plin. 8, 48 *de praetextis Ser. Tullii,* Mirumque fuit nec defluxiſſe eas, nec teredinum iniurias ſenſiſſe annis DLX.

TERENTIA. *Gens Romae, e qua Ciceronis vxor, ex ipſius epiſtolis notiſſima.* Haec, *vt auctor eſt* Plin. 7, 48 centum decem et ſeptem vixit annos. *Nobiliſſimus huius nominis, quod a patrono manumittente* *accepit,* Terentius Afer [Τερέντιος] *Comicus Poëta, Carthagine natus,* *libertus Romae* Terentii Lucani *fuit: captum fuiſſe negant. Quum eſſet* *egregia indole a patrono eruditus, venit in amicitiam nobilium, maxime* *Laelii et Scipionis: quorum opera adiutus in ſcribendo fertur ob elegan-* *tiam ſermonis, teſte* Cic. Att. 7, 3 *cui adſtipulatur etiam* Varro, Non obſcura fama eſt, inquit, adiutum Terentium in ſcriptis a Laelio et Scipione. *Eandem ipſe famam auxit: non enim niſi leniter ſe tutari cona-* *tur* in Prol. Adel. 15 Nam quod iſti dicunt maleuoli, homines nobiles eum adiuuare, aſſidueque vna ſcribere, *etc. Pluribus* Donatus *an* Suetonius? . . *huius vitam ſcripſit.* Hor. Epiſt. 2, 1, 59 Vincere Caecilius grauitate, Terentius arte. Terentius *etiam gente fuit* Varro *Romanorum doctiſſimus. Et multi alii, qui non ſunt huius ope-* *rae et loci.*

TERENTIĀNVS, a, um. Adi. [Τερεντιανός] *A Terentio.* Quinctil. 6, 3, 56 *ex* Cic. pro Caecin. c. 10 Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio. *Sic* 11, 1, 39 Terentianus pater.

TERENTVM, i. n. [Τέρεντος] Locus in campo Martio, dictus, quod eo loco ara Ditis patris in terra occultaretur. *Erat hic locus Diti* *et Proſerpinae ſacer, in quo ludi Terentini ſeculares celebrarentur.* Martial. 10, 63 Bis mea Romano ſpectata eſt vita (*ſ.* vitta) Terento, *etc. bis ludos ſaeculares vidi.* Romuleus Terentus Martial. 4, 1. Tiberis *Fl.* in aliqua vrbis parte Terentum dicitur, Seru. *ad* Aen. 8, 63 *quem damus integrum voce* RVMON *it.* SERRA.

TERENTĪNVS, a, um. Adi. [Τερεντῖνος] *Vnde* Ludi Terentini, *qui et* Saeculares, *qui centeſimo (vel* CX*) quoque anno tribus die-* *bus continuis tribusque noctibus celebrabantur.* Auſonius in Ternario 4, 34 Trina Terentino celebrata trinoctia ludo. *Vid.* Politian. Miſcell. c. 58. Cenſorin. 6. Auguſtin. de Ciu. Dei 3, 18. *Copioſiſſime* Valer. Max. 2, 1 *de quodam Valeſio; et ex Graecis Zoſimus* 2, 1-6. Terentina tribus, *vid.* TRIBVS.

TERES, ĕtis. Adi. *Dicitur quidquid rotundum, et oblongum eſt ſ.* *cylindricum: deinde ad facilitatem quandam et volubilitatem orationis re-* *fertur, quam quae percipere poſſunt aures, ipſae quoque teretes dicuntur.* Virg. Ecl. 8, 16 Incumbens tereti Damon ſic coepit oliuae. Liu. 25, 8 Falarica erat Saguntinis, miſſile telum haſtili oblongo, et caetera tereti, praeterquam ad extremum, vnde ferrum exſtabat. Feſtus, Teres in longitudine rotundatum, quales aſſeres natura miniſtrat. Aures teretes et religioſae Cic. in Orat. 27. Id. de Opt. Gen. Or. 11 c. 4 Si teretes aures habent, intelligensque iudicium, *etc.* Brachiolum Catull. 61, 181. Cic. de Nat. Deor. 2, 107 Obſtipum caput, et tereti ceruice reflexum. *ex Poëta. it.* Lucret. 1, 36. Collum teres Ouid. Met. 10, 113. Digiti teretes Idem de Arte Am. 1, 622. Gemma teres Virg. Aen. 5, 313. Lapilli teretes Ouid. Met. 10, 260. Malum teres Lucan. ad Piſon. 77. Membra teretia Suet. Caeſ. 45. Cic. de Orat. 3, 197 Sed ſi habitum etiam Orationis, et quaſi colorem aliquem requiris, eſt plena quaedam et tamen teres et tenuis et non ſine neruis ac viribus. *Add. ib.* c. 5. Plagae teretes, *Retes* Tereti fune factae, *inquit* Acron Hor. Carm. 1, 1, 28. Puer teres Hor. Epod. 11, 41. *venuſtus, quaſi tu pulchre tornatum dicas: teres il-* *lud praeſertim in brachiis ſ. lacertis, cruribusque ſpectatur.* Structura teres Plin. 11, 37. Surae teretes Ouid. Met. 11, 80. Verſus teretes Diomedi 3 p. 498 *Sunt*, qui volubilem et cohaerentem continuant dictionem, vt, Torua Mimalloneis inflatur tibia bombis. Vox teres *locum habet* in diſputationibus Quinctil. 11, 3, 64. *i. volubilis.* Hor. Serm. 2, 7, 86 *in ſapientis definitione Stoica,* Fortis et in ſe ipſo totus; *vt a ſe non aliunde pendeat;* teres atque rotundus, *volubilis in-* *ſtar cylindri,* Externi ne quid valeat per leue, *propter leuitatem illam* *politam et mobilem,* morari. *Stoicus ſapiens eſt mundo ſimilis, qui nu-* *tibus ſuis in ſe pendet, cuius volubilem curſum nihil moratur. Tale eſt illud inter* Catalecta Virgilii *de Viro bono* v. 5 Mundi inſtar habens, teres atque rotundus. *Compar. apud* Gell. 13, 20 Ciceroni mollius teretiusque viſum *fretu* ſcribere, quam *freto.*

TEREVS, i. m. [Τηρεὺς] Rex Thracum fuit; qui quum Pandionis regis Athenarum filiam Prognem nomine duxiſſet vxorem, et poſt aliquantum tempus ab ea rogaretur, vt ſibi Philomelam ſororem videndam accerſeret: profectus Athenas, dum adducit puellam, eam vitiauit in

in itinere, et ei linguam, ne facinus indicaret, abſcidit. Illa tamen rem in veſte ſuo cruore deſcriptam miſit ſorori: qua re cognita, Progne Itym filium interemit, et patri epulandum appoſuit. Poſtea omnes in aues mutati ſunt. Tereus in vpupam, Itys in phaſianum, Progne in hirundinem, Philomela in luſciniam. *Hactenus* Seruius *enarrans illud* Virg. Ecl. 6, 78 Aut vt mutatos Terei narrauerit artus? *etc. Hanc fabulam multis verſibus deſcribit* Ouid. Met. 6, 455 *ſqq.*

TERGEMINI, *vid.* TER.

TERGEO, *vid.* TERGO.

TERGESTVM, [Τέργεστον] Iſtriae colonia Ptolemaeo 3, 1 Vulgo *Trieſte.*

TERGIVERSOR, *vid.* TERGVM.

TERGO, ſi, ſum, ĕre. [σμήχω, ἀποσμήχω, μύττω, ἐκμάσσω, περιψάω] *vel* TERGEO, ſi, ſum, *et ſecundum antiquos* tum, ēre. *Mundare nitidum facere.* Iuuen. Sat. 14, 62 Vaſa aſpera tergeat alter. Plaut. Poen. 1, 2, 19 Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur. *Add. ib.* v. 10. Cic. in Parad. 5 c. 2 Vt in familia qui tractant iſta, qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, qui ſpargunt, non honeſtiſſimum locum ſervitutis tenent. Ouid. Met. 2, 736 Vt terſis niteant talaria plantis. Lumina terſit manu. Ouid. Met. 13, 132. *Add.* Id. ib. 8, 663. Virg. Aen. 7, 626. Cato 2 Per ferias vero foſſas veteres tergeri, viam publicam muniri, vepres recidi. *Conf.* Colum. 3, 22. Macrob. Saturn. 1, 15 *extr.* Verrium Flaccum iuris Pontificii peritiſſimum dicere ſolitum refert Varro, Quia feriis tergere veteres foſſas liceret; nouas facere ius non eſſet: ideo magis viduis, quam virginibus idoneas eſſe ferias ad nubendum.

TERGENS, entis. Part. Iam ſiccato nectare tergens Brachia Iuuenal. 13, 44.

TERGENVS, a, um. Tergenus omnigenum, genitor, genitrix, generatum Auſon. Eidyll. 11 ſ. Gripho v. 49.

TERSVS, a, um. *Nitidus. vt* Terſae plantae Ouid. Met. 2, 736. Bene, lauta, terſa, ornata Plaut. Stich. 5, 5, 4. *Superl.* Stat. in Praef. ad Silu. 2 Melior, vir optime, nec minus in iudicio literarum, quam in omni vitae colore terſiſſime.

TERTVS, a, um. *Apud veteres pro Terſus.* Varro *apud* Non. 2, 847 Aerea terta nitet galea. *Alterum locum damus in* CIRCVMTENSVS.

TERSVS, ûs. m. Apul. de Aſino 1 p. 113 Lintea terſui profer. Petere aliquid terſui dentium Id. Apol. p. 27, 7.

TERSOR, ōris. m. καταμάκτης Gloſſ. Gr. Lat.

TERSORIVM, i. n. [ἐκμαγεῖον] Gloſſ. Gr. Lat. *Pannus, ſpongia ad tergendum.*

TERGENVS, *vox indeclinabilis conficta, vt videtur, ad analogiam* Id genus, *et* omne genus. Auſon. Gripho Tern. ſ. Eid. 11, 43 Humana efficiunt habitacula tergenus artes *i. triplicis generis. Et* v. 49 Tergenus omnigenum, genitor, genitrix, generatum: *Triplicis generis eſt, ad tria capita reuocari poteſt.*

TERGORO, *vid.* TERGVS.

TERGVM, i. n. [νῶτον] *Dorſum.* Plaut. Amph. 1, 1, 290 Sic tergum cicatricoſum, nihil hoc ſimili eſt ſimilius. Virg. Aen. 2, 57 —— iuuenem manibus poſt terga reuinctum. Tergaque Parthorum, romanaque pectora dicam Ouid. A. A. 1, 209. *i. fugam Parthorum, Romanorum audaciam.* Cic. de Nat. Deor. 1, 100 Tuus autem deus non digito vno redundat, ſed capite, collo, ceruicibus, lateribus, aluo, tergo, poplitibus. Boum terga, non ſunt ad onus accipiendum figurata Cic. de Nat. Deor. 1, 159. Horrentia terga ſuum Virg. Aen. 1, 639. *i. ſues mactatos.* Lubrica terga, *vid.* LVBRICVS. Oſtreatum tergum, *vid.* OSTREA. Recuruum tergum delphinis Ouid. Faſt. 2, 113. Seſſile tergum Idem Met. 401. Summum tergum Idem Met. 2, 201. *Verborum formulae:* Caedere terga Catul. de Berecint. 63, 81. Circumire terga Tac. 37, 1. Conſidere tergo tauri Ouid. Met. 2, 869. Conſternere terram tergo, *i. Supinum iacere in terra* Virg. Aen. 12, 543. Conuertere terga, *vid.* CONVERTO. Conuoluens ſquamea terga anguis Virg. Georg. 3, 426. Conuoluit coluber lubrica terga Idem Aen. 2, 474. Dabat victa terga Ouid. Met. 7, 73. Dare terga, *Fugere* Quinctil. 2, 13. Dare terga verſa fuga Virg. Georg. 4, 85. Dare terga fugae Ouid. Met. 5, 322. Dare terga in fugam Idem ad Liu. 18. Impugnare terga hoſtium, *vid.* IMPVGNO. Inhaerere tergis fugientium Curt. 3, 8, 16. Inſilire tergo alicuius Ouid. Met. 12, 345. Laceratum virgis tergum, *vid.* LACER. Nudare terga fugae Virg. Aen. 5, 586. Plecti tergo Hor. Serm. 2, 7, 105. Praebere terga effugio Tacit. Ann. 14. Praebere terga fugae Ouid. Met. 10, 706. Praeſtare terga Tac. Agric. 37, 3. Recipere ad terga, *vid.* AD. Reiectis ad tergum manibus inambulare Aſin. ad Cic. Fam. 10, 32. Reponunt grues in tergo praeuolantium colla et capita Cic. de Nat. Deor. 2, 125. Secare terga verbere Tibul. 1, 9, 22. Vertere terga, *Fugere* Liu. 2, 30. Caeſ. Bell. Gall. 1, 53. Vinctus poſt tergum nodis ahenis Virg. Aen. 1, 299. A tergo ſequi Idem Aen. 1, 185. Aliquem a tergo adoriri Cic. pro Milon. 29 c. 10. A tergo et A fronte, pro Anteriore et poſteriore parte, *vid.* A *vel* AB. Teneri a tergo et a fronte, a lateribus Cic. Philipp. 3, 32 c. 13. A tergo et a fronte videre, pro Diligenter, *vid.* A *vel* AB. A tergo lupi, et a fronte praecipitium; Prouerbium, *vid.* A *vel* AB Praepoſitiones. Poſt terga Iuſtin. 1, 6, 11. ¶ 2 *Metaph.* Tergum *pars poſterior vel auerſa* Iuuenal. 1, 6 Summi plena iam margine libri Scriptus et in tergo, nec dum finitus Oreſtes, *vid.* OPISTHOGRAPHOS. *Sic* Terga colli Liu. 25, 15 *pars auerſa. Sed etiam planicies alia, ſiue extenſum aut continuatio* Tergum *vocatur. Sic* Terga agro *tribuit* Colum. 10, 7 *et* 71. Dura meant celeri terga per Amnis equo Ouid. ex Pont. 1, 2, 82. Super Amnica terga volantem Auſon. Moſella v. 205. Achelous irruit Hadriaci tergum Maris Auien. Perieg. v. 594. *Add. ib.* v. 561. *et* 988. Nec ſentibus vuas Prouenire vnquam Ruris poſt terga notaſtis Iuuenc. Hiſt. Euang. 1, 702. Glauca terga aquae Claud. de Aponi balneis 5, 36. Glacialia terga fluuiorum Claud. de Bell. Get. 338. Aerea terga loricae Stat. Theb. 9, 552. ¶ 3 *Obſeruatt. Etiam* Tergum, *pro Tergore aliquando accipitur.* Virg. Aen. 1, 372 Mercatique ſolum facti de nomine byrſam, Taurino quantum poſſent circumdare tergo. *Sic* Aen. 5, 351 Immane tergum leonis. *Et* 5, 404 Ingentia ſeptem Terga boum. *i. coria de tergo. Hinc* Tergum, *pro Scuto: quod ſcuta antiquitus pellibus tegi ſolerent, vnde nomen habent.* Virg. Aen. 10, 715 Et tergo decutit haſtas. *Conf.* Seru. *it.* Non. 4, 469. Tergus *etiam maſculino genere,* Plaut. Aſin. 2, 2, 53 Habeo opinor familiarem tergum, ne quaeram foris. *Laudat* Non. 3, 242. Tergibus, Datiuus pluralis numeri, *apud* Lucret. 2, 87 —— Neque quidquam a tergibus obſtet. *Pareus* tergis.

TERGIVERSOR, āri. [νωτίζω, στρέφομαι] Fallere, et dicta re, *inquit* Nonius 1, 197 Et eſt quaſi tergum vertere, *conſertque* pellis *appellationem v. v.* Tergum *pro pelle accipi, modo vidimus. interdum* Tergiuerſari *videtur illorum eſſe, qui terga vertentes, tamen pugnant, nec ſeſe victos fateri volunt, vnde etiam ad alias res fertur, vt diſputationes, controuerſias, et caetera huiuſmodi, quae rum contentionem habent. Quidſi proprie illi etiam* tergiuerſari *di ſunt, quos noſtra conſuetudo dicit* Trahere humeros, *qui dubitant nu trum attollunt humerum, nunc ſiniſtrum.* Cic. Tuſc. 3, 41 c. 18 Quid ter famur Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu quum os perfricuiſti, ſoles dicere? *i. Diſſimulamus et ſubterfugimus.* pro Cn. Planc. 48 c. 19 Placetne ſic agi? non poſſum magis pedem con vt aiunt: aut propius accedere. quid taces? quid diſſimulas? quid ter ſaris? etiam atque etiam inſto, atque vrgeo, inſector, poſco. *Add.* Sen. de Tranquill. An. c. 11. Dig. 48 t. 16 l. 18 1. Itaque eam ter ſari non ſinent, ſecumque rapient Cic. Tuſc. 5, 81. Idem At Non eſt locus ad tergiuerſandum contra Caeſarem. Cic. 118 c. 33 Atque in his tamen tribus generibus quoquo modo pe non incallide tergiuerſantur: prudentiam introducunt, ſcientian peditantem voluptates, depellentem dolores. Idem pro Roſc. 37 Fannium inuitum, et huc atque illuc tergiuerſantem, teſtim contra ſe dicere cogo. Hunc aeſtuantem et tergiuerſantem cio ille perſequitur Idem pro Flacc. 47 c. 20. Id. Att. 7, 1 cunctor, et tergiuerſer, et iis me dem, qui tenent, qui potiu Tergiuerſari, In vniuerſum ab accuſatione deſiſtere, *apud* Iuriſco *teſte* Martian. ad S. C. Turpilianum. l. prima.

TERGIVERSANS, antis. Cic. Att. 16, 5. Iuſtin. 1, 6, 10.

TERGIVERSATIO, ōnis. f. [στροφή, νωτισμός] Cic. pro Mil c. 20 Quid ergo erat morae et tergiuerſationis? Idem Att. 10, Ego vero Apuliam et Sipontum, et tergiuerſationem iſtam prob tuam rationem eandem eſſe duco quam meam. *Add.* Sen. de Vi c. 8. *et* Ep. 66. Frontin. Strat. 1, 1, 10. Hirt. Bell. Afric. c. 8.

TERGIVERSATOR, ōris. m. [νωτιστής] *Qui* bouinator *anti dicebatur v. v. Add.* Arnob. 7 p. 247.

TERGIVERSANTER. Adu. Paterc. 1, 9, 3 Tum Senat pulusque Romanus L. Aemilium Paullum Conſulem creauit, filiuc Paulli, qui ad Cannas quam tergiuerſanter pernicioſam Reipublic gnam inierat, tam fortiter in ea mortem obierat.

TERGVS, ŏris. n. [σκῦτος] *Corium.* Plin. 8, 10 Duriſſimum tergus, ventres molles, ſetarum nullum tegumentum. *Conf.* Var L. 4, 22. Virg. Aen. 1, 215 Tergora diripiunt coſtis, et viſcer dant. Impenetrabile tergus ad, *vid.* IMPENETRALE. Squ ti tergore ſerpens Sil. 3, 209. *Pro* tergo. Hellen molli tergore ouis Prop. 1, 26, 25. *Sic* Colum. 6, 37, 10 Facilem ſui tergoris ad ſum ab editiori parte minori quadrupedi praebeat, *equa aſino.* Petron. 89 Angues tergoribus *ſuis* ligant *pueros Laocoontis, i.* bus corporis ſui.

TERGĪNVS, a, um. Terginum (lorum) *i. Scutica de tergor malis.* Terginum, ὠμοβύρσινον Gloſſ. *quod ſi ſequimur, e corio crud eſt, proprie* terginum *dicetur.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 21 Nunquan pol veſtrum durius tergum erit, quam terginum meum. *Inueni iam in Fragm.* Lucil.

TERGILLA, ae. f. Dimin. a Tergus. Apic. 4, 3 Spatula na cum ſua tergilla. Tergilla ſiue tergillum, φορίνη, χοί μα Gloſſ.

TERGŎRO, āre. *Tergus nouum inducere.* Plin. 8, 52 Tunc ſe dimicant, indurantes attritu arborum coſtas, lutoque ſe tergor *i. quaſi Tergus nouum e luto ſibi inducentes, de apris.*

TERIVGVS, a, um. Perfer in excurſu vel teriuga millia don Auſon. Epiſt. 8, 11. *i. trina. Conf.* TRIIVGIS.

TERMEN, ĭnis. n. *Antiqua vox pro Termino.* Varro de L. 4 Terminus in Latio aliquot locis dicitur, at apud Accium non Te nus ſed Termen.

TERMENTARIVM, i. n. Linteum, quod teritur corpore, Varrone de L. L. 4, 4 p. 9, 24.

TERMENTVM, i. n. *Detrimentum.* Plaut. Bacch. 4, 9, 5 Pelides termento fuit. *Sic legit* Feſtus. *Salmaſius autem ſuſpi olim lectum fuiſſe,* Tormento. *Et ſic in MSS. eſſe teſtatur* Lex. p. 1232.

TERMES, ĭtis. m. Ramus ex arbore decerptus cum fructu, ni liis repletus, nec nimis glaber, *inquit* Feſtus. *Qui quoniam in diu agrorum, antequam metae ponerentur, figi ſolebat,* termino *nomen* Et proprie (*vt ait* Porphyrio) eſt oliuae: ſicut palmes, vitis. Hor. 16, 45 Germinat et nunquam fallentis termes oliuae. Ter proprie dicuntur caules thyrſi ſ. rami olearum Scholiaſt. *ad* Hor Gell. 2, 26 Spadica enim Dorici vocant auulſum e palmite tern cum fructu. Inculto Siluanus termite gaudens Grat. Cyneg. Termes at Eois deſcendet virga Sabaeis Mater odorati multum pul rima turis Id. ib. v. 132. *Conf. Auſon. Popma de vſu Antiq. Locut.* ¶ 2 Termes, *Vermiculi genus, vid.* TARMES.

TERMITEVS, a, um. Adi. Ramus termiteus Grat. Cyneg. v. *i. oleagineus.*

TERMINVS, i. m. [ὅρος, ὁροθεσία, τέρμα] Signum, *quod agru agro diuidit. A termite quidam ducunt, vt modo obſeruatum eſt: placet dictum a terendo: quod hae partes maxime terantur. Et, ne qui ſit nugarum, alius inter* Agrimenſores *Rigalt.* p. 296 Quod terrae ſuras diſtinguat et declaret. Cic. Acad. 4, 132 c. 43 Eſt enim inter non de terminis, ſed de tota poſſeſſione contentio. Pangere minos, *vid.* PANGO. Conſtituere ſibi certos fines et ter Cic. pro Quint. 35 c. 10. Nullis terminis circum aut definire ius ſuum Cic. de Orat. 1, 70. Sibi neque modi neque terminum Conſtituere Hirt. Bell. Afric. c. 54. Termi *apud antiquos, adhibito ſacrificio, diſponebantur. qua de re apud* Sicul Flaccum haec legimus p. 5 *Goeſ.* Carbo, aut cinis quare inueniat vna certa ratio, quae apud antiquos quidem obſeruata eſt, poſtea neglecta, ſic aut diuerſa, aut nulla ſigna inueniuntur. Cum enim minos diſponerent, ipſos quidem lapides in ſolidam terram rectos locabant, proxime ea loca, quibus foſſis factis defixuri eos erant, et guento velaminibuſque et coronis eos coronabant. In foſſis au quibus poſituri eos erant, ſacrificio facto, hoſtiaque immaculata ſa, facibus ardentibus iniectis foſſa (*f.* foſſae) cooperati (*i. faci cantes*) ſanguinem inſtillabant, eoque tura et fruges iactabant: fa quoque et vinum, aliaque quibus conſuetudo eſt terminis ſacrum fi (in foſſa abiiciebant) conſumtiſque omnibus dapibus igne, ſuper lentes reliquias lapides collocabant, atque ita diligenti cura confirr

at adiectis etiam quibuſdam ſaxorum fragminibus circumcalcabant, quo firmius ſtarent. Tale ergo ſacrificium, domini inter quos fines dirimebantur, faciebant. Nam et ſi in trifinium, id eſt in eum locum, in quem tres poſſeſſores attingebant, termini ponebantur, omnes ſacrum faciebant: quique alii in confinio domini erant, omnes ex conuenientia terminos ponebant, et ſacrum faciebant. Terminos autem conuenientia poſſeſſorum confirmabat. Nam in quibuſdam regionibus ... ur vertices amphorarum defixos inuerſos obſeruare pro terminis. ... ergo conuenientia, vt ſupra diximus, poſſeſſorum terminos conſecrat, ... ante dixeramus, omnibus angulis coxisque poſiti eſſe debent. ... iculus ille. Termini apud antiquos ſancte in primis, ac ſeuere ſeruabantur. Numa Pompilius apud Feſtum, voce Termino, ſtatuit eum ... terminum exaraſſet, et ipſum et boues ſacros eſſe. Et in lib. Sententiarum Paulli ſcripta ſunt haec, quae leguntur apud Frontinum libro De limitibus p. 346 Goeſ. Qui terminos effodiunt, vel exarant, arboresue terminales ſubuertunt, in metallum damnabuntur, ſi id ſerui ſua ſponte faciunt: humiliores in opus publicum, honeſtiores in inſulam, amiſſa tertia parte bonorum, relegabuntur. Termini ... proportionales a veteribus dicti, teſte Aggeno Vrbico p. 51 qui in ... poſſeſſionum fines inueniuntur: qui ſi ſecundum priſtini temporis ... onem non conueniunt, diuerſas attiguis poſſeſſoribus controuerſias generabunt. Porro huc relatus eſt locus ex Varr. Auctor. de Limit. ... Goeſ. Terminum ſingulum in quadrifinio inuenies. Quatuor ... in quadrifinio poſiti ſunt, et termini factura tornatiles, hoc ... rundi, ſubtiliſſimi. In quadrifinio inuenies. Puteum ſi in fine ... es, pro termino habebis. Ciſternam (factam) in fine poſitam, ... a hanc memoratum terminum inuenies, et pro termino habe... Terminum de lapide deciſum viuo inuenies, et pro termino habe... Macerias lapidum in fine pro termino inuenies. Sepulcra fina... monumenta ſine dubio inuenies. Malum cotonacum in fine ... mino inuenies. Cypreſſum in fine pro termino inuenies. Oli... in ſine pro termino inuenies. Foſſatum deciſum par... fine pro termino poſuimus. Foſſatos alios finales maiores ... bitatione inuenies. Limitem torrem hoc eſt torum ſine du... enies. Parietes de calce fabricatos finales direximus. Ripas ... finales direximus. Botontones (vid. BOTONES) finales inue... Arbores ante miſſas finales inueneris, peregrinas, exteras. Pon... rnoreum in fine inuenies. Pontem de lapide viuo in fine in... Pontem ex calce factum in fine inuenies. Orcas in fine in... Sarcofaga in fine inuenies. Imbrices in fine inuenies. Col... lum de carbonibus in calce miſcitatis, et glareas fluminales ne... s, ſignales conſtituimus. Palos picatos pro terminis inuenies. ... los quadrangulos pro terminis inuenies. Lapides natiuos cum ſigno in finem pro termino conſtituimus, et multa conſecratio... auimus. Flumen aliquoties in fine inuenies. Riuum finalem ... s. Haec ſigna per diuerſas prouincias obſeruantur. *Huc vs...*

Terminorum *nomina apud* Hyginum *leguntur haec, et ſuis ſibi repraeſentantur licet non ſatis ſemper accuratis, aut conuenienti...* 12 *ſq.* Egregius qui et robuſtus, quinquepedalis, Auguſteus, ... us, Rhomboides, Scalenus, Iſoſceles, Trigonus orthogonus, ... eus, Trigonus oxygonius, Trigonus amblygonius, Parallelo... us, Sepultura militaris in finem, Auguſteus in trifinio, Iſo... s, Scutellatus, Spatula, Epetecticalis in trifinio, Area in quadri... ſepultura finalis, Nouerca, Canabula, Formalis ſubſtructio ad ... excipiendas, Maceria finalis, Scorofiones, Botontini, Monumen... Aſpratilis terminus, Hermula, Seria, Puteus, Lapis non dolatus, ... orio poſitus; Terminus, qui ſubſeciuum demonſtrat; Lapis in... idem in trifinio, Termini gemelli, Terminus, qui fluuium de... at; Lapis damnatus, Gamma de Petra ſicca conſtructa, Lapis de... s, qui agrum intraclusum et extraclusum ſignificat, Terminus ... rminum in verſura poſitus, Lapis cultellatus, qui pentagoni re... tionem; Lapis gammatus, qui trigoni recipit rationem; Lapis ... apidem in curſorio, Lapis, qui flexuoſitatem limitis oſtendit; ... nus qui riuum demonſtrat. *Multa hic diſputandi materies, ſed ... t, cum huc locum tractaremus otium.* ¶ 2 *Terminum cuiusque rei.* Cic. de Senect. 72 c. 20 Omnium aetatum certus terminus: ſenectutis autem nullus certus eſt terminus. Anguſtus ... rminus Virg. Georg. 4, 206. Et pace et bello cunctis ſtat terminus ... extremumque diem primus tulit Sil. 3, 134. Finis et terminus ... tionum. Cic. Fam. 6, 22 Sed cum conſilii tui bene fortiterque ... i, eum tibi finem ſtatueris, quem ipſa fortuna terminum noſtrarum contentionum eſſe voluiſſet. Malorum terminus Lucret. 3, 103. ... s terminus *apud* Plin. Epiſt. 1, 5. Intra terminos Verita... e Symmach. Ep. 8, 16. Longius quam Vitae termini poſtu... cogitare Cic. pro Rabir. 29 c. 10. Plin. 8, 37 *de herinaceis vrina ... gus ſuum corrumpentibus*, Ipſi odere ſuum beneficium, ita parent ſibi, terminumque ſupremum operientes, vt ferme ante captiui... s cupet. Stabilis rerum terminus, *Immutabilis rerum exitus* Hor. in Carm. Saecul. 27. *Quamquam hic Deum* Terminum *malim.* Lucret. 1, 78 *de Epicuro ſuo, illum retuliſſe*, Quid poſſit oriri, Quid nequeat, finita poteſtas denique cuique Quanam ſit ratione, atque alte terminus haerens, *cum alluſione ad* terminos *finium indices, immutabiles.* ... 5, 51. *Imitatur vero* Virg. Aen. 4, 614 Et ſi fata Iouis poſcunt, hic terminus haeret. Si hoc eſt immutabile. Seruius. Immobilis terminus Claud. in Eutrop. 2, 293. ¶ 3 Terminus, [Τέρμων] *Deus apud antiquos creditus, in cuius tutela fines agrorum ſe exiſtimabantur.* Quo *autem* loco colebatur deus, ibi ſuper eum foramen patebat in tecto, quod nefas eſſe arbitrarentur Terminum intra tectum conſiſtere, *vt auctor eſt* Feſtus. Liu. 1, 10 Nam quum *(Capitolii aedificandi cauſa)* omnium ſacellorum exaugurationes admitterent aues, in Termini fano non addixere. Id omen auguriumque ita acceptum eſt, non motam Termini ſedem, vnumque eum deorum non euocatum ſacratis ſibi finibus, firma, ſtabiliaque cuncta portendere. *Conf.* Liu. 5, 54. Lactant. 1, 20. Ouid. Faſt. 2, 50. *et* 641. *Vid. antiquum aenigma, quod ... voce* SCAPVS.

TERMINĀLIS, e. Adi. [ὅριος] Terminalis lapis *dicitur Terminus ipſe lapideus.* Ammian. 18, 4 Arbores legg. Agrar. p. 346 *Goeſ.* Terminis Cantus tubae Apul. Met. 10 p. 253. Terminales Palos figere Tertull. de Ieiun. c. 11. Sententia l. fin. §. 1 Cod. de Compenſ. ... *remt.* ¶ 2 Terminalis *herbae nomen* Apul. de Herb. c. 114.

TERMINALIA, um. n. Pl. [Τερμινάλια] *Feſta ipſius Termini dei.* Cic. Philipp. 12, 14 c. 10 Hiſce ego me viis committam, qui Terminalibus nuper in ſuburbium, vt eodem die reuerterer, *etc.* Hor. Epod. 2, 59 Vel agna feſtis caeſa Terminalibus, *vid.* Varr. de L. L. 5, 3.

TERMĬNO, āre. [ὁρίζω, καταλήγω] *Terminum ſ. finem imponere, finire, finibus ſuis circumſcribere.* Cic de Senect. 82 c. 23 Si iiſdem finibus gloriam meam, quibus vitam, eſſem terminaturus? Sapiens omne intra ſe bonum terminat Sen. Ep. 9. Terminare bona voluptate, *Non putare alia eſſe bona, quam voluptates* Cic. Off. 2, 117. Idem de Finib. 1, 38 Omni autem priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem. *h. e. Epicurus putat, ſummam eſſe voluptatem, nec aliam eſſe voluptatem, quam priuari doloribus.* Terminare ſententiam, *Abſoluere* Cic. Att. 9, 22. Vnde eſt orſa, in eodem terminetur oratio Idem pro Marcel. 34 c. 11. Clauſulam longa ſyllaba terminare Idem de Orat. 3, 181. Intra aliquid terminari Quinctil. 4, 1. Annum apud Aegyptios quatuor menſibus terminabant Solin. c. 3. Cic. Off. 1, 33 Illorum fines, ſicut ipſi dixerant terminauit: in medio relictum quod erat, populo Rom. adiudicauit. Idem in Catil. 3, 26 Quorum alter fines veſtri imperii, non terrae, ſed caeli regionibus terminaret. Famam qui terminet aſtris Virg. Aen. 1, 287. Fana Liu. 5, 50 *pr. vbi vid. Gronou.* Imperium terminare Oceano Virg. Aen. 1, 291. Omnes, qui rubro Mari terminantur, *quorum terminus et finis eſt rubrum mare* Curt. 6, 2, 12. Stomachus vtraque ex parte tonſillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur Cic. de Nat. Deor. 2, 135. Liu. 32, 4 Repente velut maris vaſti ſic immenſa panditur planities, vt ſubiectos campos terminare oculis haud facile queas. Cic. Tuſc. 1, 45 At nos metiendi, ratiocinandique vtilitate, huius artis terminauimus modum. Rem infinitam terminare Idem Tuſc. 1, 62. Cogitationes ſuas terminare Idem pro Arch. 29. Spem poſſeſſionem terminare Idem pro Milon. 45.

TERMINĀTVS, a, um. Partic. [ὡριςμένος] Cic. de Finib. 45 c. 13 Ne naturales quidem (cupiditates) multa deſiderant, propterea quod ipſa natura diuitias, quibus contenta ſit, et parabiles et terminatas habet. Imperio annuo terminato Cic. Fam. 3, 12. Negotium terminatum *Abſolutum* Vlpian. in l. Interdum. D. de furtis. *Add.* l. 230 *de verb. ſignif.* Oratio concluſa et terminata Cic. in Orat. 20.

TERMINATE. Adu. Terminate finem conſtituimus Auct. de Limit. *ap. Goeſ.* p. 243.

TERMINATIO, ōnis. f. *Finitio.* Cic. de Fin. 5 Expoſita igitur, *inquit*, rerum expetendarum terminatione, *etc.* Concludi alias alia terminatione *dicitur* Ordo verborum Idem in Orat. 200. Terminatio aurium, *Diſtinctio, diſcretio.* Idem in Orat. 178 c. 53 Vt igitur Poëtica et verſus inuentus eſt terminatione aurium, obſeruatione prudentium: ſic in oratione animaduerſum eſt, *etc. Diſcrimen limitum.* Secundum praecedentem terminationem proxim. cipp. Inſcr. Grut. p. 197 n. 5. *Conf. ibid.* p. 198 n. 2. Agendae vitae terminationes finire Vitr. l. 7 praef.

TERMINĀTVS, ûs. m. *Terminus* Frontin. de Aquaeduct. p. 262. *Conf.* Voſſ. de Vit. L. L. 3, 52. *Salmaſ. in* Spartian. Ael. Verum.

…STIS, is. c. [μάρτυρ, ἴστωρ, μάρτυς, μάρτυρος] *Qui teſtimonium fert i. ſiue in iudicio ſ. priuatim indicat quid viderit, audierit etc. …iuntur quoque Nominibus non Maſculini gen.* teſtis Metaurum flumen Hor. Od. 4, 4, 38. Teſtibus argentariorum tabulis Quinctil. 11, 2, … *Etiam* Teſtis, *a quo* Teſticulus, *et ſic dictus, quod virilitatis teſtis ſit.* Plin. 12, 49 Teſtes pecori armentoque ad crura decidit. *Conf.* Priapei. n. 14. *Caeterum* Teſtis *eſt omnis arbiter, qui praeſens cum fuerit, poteſt, ſi opus ſit, teſtimonium perhibere.* Teſtibus praeſentibus aliquid facere: *cui contrarium,* Clam et furtim Plaut. Cur. 1, 1, 31. Teſte Herodoto, *Quemadmodum refert Herodotus* Plin. 12, 17. Martial. 1, 17 Non luget, quisquis laudari Gellia quaerit; Ille dolet vere, qui ſine teſte dolet. Teſtis et conſcius alicuius rei Cic. pro Font. 6. Idem Fam. 1, 7 Praeterea quidem de conſularibus nemini poſſum, aut ſtudii erga te, aut officii, aut amici animi eſſe teſtis. Idem Poſt redit. ad Quirites, Sed etiam rerum mearum geſtarum auctores, teſtes, laudatores fuerunt. Cic. de Prouinc. Conſ. 43 c. 18 Cn. Pompeius idem mihi teſtis de voluntate Caeſaris, et ſponſor eſt illi de mea. Tam facile et pronum eſt ſuperos contemnere teſtes, Si mortalis idem nemo ſciat Iuuenal. 13, 75. Peccaturis teſtis adſiſtat Sen. Ep. 11. Nullum teſte me fiat nefas Sen. Theb. v. 412. Paucis conſciis teſtibus Apul. Apol. *Add.* Poëta Phallic. Carm. 1. Cic. Verr. 1, 36 Non ſuſpicabatur id quod nunc ſentiet, ſatis multos ex illa calamitate Ariminenſium, teſtes nobis in hanc rem reliquos eſſe. ¶ 2 *Sollemnior tamen notio eſt* teſtis, *pro eo, qui in iudicio, quid viderit, audierit etc. proferre cogitur.* Acerrimi teſtes, *vid.* ACER, Adiectiuum. Claſſici teſtes Feſtus. Comicus teſtis Cic. Fam. 2, 13 Mea vero officia ei non defuiſſe, tute es teſtis: quoniam κωμικὸς μάρτυρ (vt opinor) occidit Phania. *Quae Eraſmus in Prouerb.* Domeſticus teſtis, *Cael. Rhodig. 6, 17 et alii ad h. l. diſputarunt, ea fere hodie queunt compendi fieri. Optima eſt lectio et interpretatio prolata ac defenſa a I. F. Gronouio Obſ. ad Eccl. c. 2. Quoniam periit Phania libertus tuus, conſcius officiorum noſtrorum, quem Comicum vocare ſolebam, quod ſaepe perſona huius nominis apud Menandrum inducitur. Locus ſimilis eſt* pro Caec. 27 c. 10 *vbi inter teſtes quos reprehendit eſt* Sextus Clodius, cui nomen eſt Phormio, non minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio. Cupidus teſtis, *qui prae cupiditate verum non dicit* Cic. pro Font. 8. Diobolares teſtes, *dicere forte liceat, qui diobolo poſſunt emi, vt apud* Feſtum *ſunt* Meretrices diobolares. Falſus teſtis Iuuen. Sat. 14, 218. Quinctil. 2, 17. Fictus teſtis Cic. pro Caecin. 71. Grauis *et* Leuis teſtis, *contraria* Eidem pro Quint. 75. Humiles teſtes Quinctil. 5, 7. Idoneus teſtis Cic. pro Font. Incorruptus atque integer teſtis Idem de Finib. 1, 77 c. 21. Ingens teſtis factus inimici, *vid.* INGENS. Locuples teſtis, *vid.* LOCVPLES, *in* LOCVS. Locupletiſſimus et certiſſimus teſtis Cic. Verr. 5 (3) 136 c. 59. Mercenarii teſtes, *vid.* MERCES. Oculatus teſtis, *vid.* OCVLVS. Cic. Fam. 5, 5 Pro iis rebus nullam mihi abs te relatam eſſe gratiam, tu es optimus teſtis. Potentes teſtes Quinctil. 5, 7. Religioſus teſtis, *h. e. Fidelis, qui nihil praeter ea, quae vidit aut audiuit, refert* Cic. in Vatin. 2 c. 1. Nocte dieque Suum geſtare in pectore teſtem Iuuenal. 13, 197. *de conſcientia.* Viuus et praeſens teſtis Cic. de Orat. 2, 9. Voluntarius teſtis Quinctil. 5, 7. ¶ 3 *Verba:* Abducere a teſtibus, *vid.* ABDVCO. Abeſt teſtis ſomno Ouid. Met. 9, 480. Accommodare teſtes ad rem aliquam, Adhibere teſtes, Caedere teſtibus, *vid. hh. vv.* Cic. Verr. 2, 146 Primum igitur in hanc rem totam Siciliam citabo: quae mihi vna voce ſtatuarum nomine magnam pecuniam per vim coactam eſſe demonſtrat. Citeturque Salamis clariſſimae teſtis victoriae Cic. Off. 1, 75. Colligere teſtes ſtultitiae ſuae quam plurimos domeſtico praeconio Idem de Orat. 2, 86. *vid.* COLLIGO. Comperire teſtibus, *vid.* COMPERIO. Conducti vendunt periuria teſtes Ouid. Amor 1, 10, 37. Conſtituere teſtes vel teſtem, *vid.* CONSTITVO. Conſtituere aliquem teſtem et ſpectatorem aliquarum rerum Cic. de Orat. 1, 112. Dare teſtes *producere* Cic. Verr. 4, 48. Ouid. Amor. 1, 8, 21 Fors me ſermoni teſtem dedit. *i. Forte fortuna interueni illorum ſermonibus, et audiui loquentes.* Editis teſtibus; *i. Productis* Liu. 3, 71 *pr.* Excitare teſtes ex monumentis annalium Cic. de Finib. 2, 67. Id. pro Quint. 36 Id teſtibus me pollicitus ſum planum Facturum, qui et ſcire deberent, et cauſam cur mentirentur, non haberent. Habere teſtem Cic. Off. 3, 44. *et* de Prou. Conſ. c. 18. Iacere teſtibus, Imponere teſtem, Infirmare teſtes, *vid. hh. vv.* Producere teſtes Quinctil. 5, 7. Cic. Verr. 1, 13. Proferre teſtes Idem pro Corn. Balb. Recitare ſuum codicem loco teſtis Cic. pro Roſc. Com. 35. Subornare teſtes Idem pro Roſc. Com. 52. Vacillat teſtis, *vid.* VACILLO. Cic. de Diuin. 2, 27 Hoc ego Philoſophi non arbitror teſtibus Vti, qui aut caſu veri, aut malitia falſi fictique eſſe poſſunt.

TESTIMONIVM, i. n. [μαρτύριον, μαρτυρία] *Oratio ſ. relatio teſtis.* Euripidi quantum tu credas, neſcio: ego certe ſingulos eius verſus, ſingula eius teſtimonia puto Cic. Fam. 16, 8. Teſtimoniorum modus eſt duplex, Manifeſtus et Caecus. Manifeſtus eſt, qui certos teſtes habet, et praeſentes: Caecus, in quo multitudinem aut ciuitatem dicimus ſcire. *Haec* Donatus in Andr. 5, 4, 28. Cic. pro Font. 20 Ille Iupiter, cuius nomine maiores noſtri ſanctam teſtimoniorum fidem eſſe voluerunt. *Eſtne ille* Dius Fidius? *Sic puto equidem.* Ampliſſimum teſtimonium Plin. 7, 30. Diuina teſtimonia Quinctil. 5, 7. Publicum teſtimonium Idem 5, 3. Accipere publicum teſtimonium, *vid.* ACCIPIO. Vbi rerum teſtimonia Adſunt, quid opus eſt verbis? Cic. in Sall. c. 4. Afferre teſtimonium, *vid.* AFFERO. Cic. Fam. 5, 12 De tuo autem filio vereor, ne ſi nihil ad te ſcripſerim, debitum eius virtuti videar teſtimonium non Cepiſſe. Confirmare aliquid teſtimoniis Quinctil. 1, 8. Denuntiare teſtimonium, *vid.* DENVNTIO. Dicere teſtimonium de ambitu Cic. pro Planc. 55. Idem Acad. 4, 11 Non tu verum teſtem habere, ſed eum non ſine cauſa falſum teſtimonium Dicere oſtenderis. Cic. pro Sull. 83 c. 30 Qui teſtimonium de coniuratione Dixi in alios. *Et* pro Planc. *vid.* DICO. Dicere teſtimonium in aliquem Quinctil. 7, 2. Dicere teſtimonium in aliquem et contra aliquem Cic. Verr. 1, 94. *et* de Nat. Deor. 3, 83 c. 34. Idem pro Sull. c. 17. Quinctil. 7, 2. Cic. Att. 1, 13 Neque Dixi quidquam pro teſtimonio, niſi quod erat ita notum atque teſtatum, *vid.* Praepoſitionem PRO. Idem pro Roſc. Com. 17 c. 6 Dabit enim nobis iam tacite vita acta in alterutram partem firmum et graue teſtimonium. Dare teſtimonium mutuum Cic. pro Flacc. c. 4. *Conf. Bynkersh. Obſ. 3, 21 p. 312.* Dare teſtimonium per tabulas Quinctil. 5, 7. Cic. Fam. 13, 17 Teſtimonium meum de eo iudicii, quod et ipſe magni aeſtimabat, et ego apud te valere eram expertus, ei libenter dedi. Eleuare teſtimonia Quinctil. 5, 7. Pompei. ad Domit. ſub Cic. Att. 8, 12 Cui rei teſtimonio ſunt literae quas Buſſenius ad me miſit. Habere teſtimonium alicuius rei Cic. Fam. 10, 9. *Et* pro Roſc. Com. 36 Alia certiora et clariora teſtimonia in cauſa haberem. Perhibere teſtimonium alicuius rei Columel. 3, 9. Praebere Schol. Iuuenal. 16, 31. Vlp. Fragm. t. 20 §. 9. Reddere teſtimonium, *pro Perhibere et dicere* Quinctil. 11, 1. Tribuere teſtimonium virtutis alicuius Cic. Philipp 5, 52 c. 19.

TESTIMONIALIS, e. Adi. *Vt,* Literae teſtimoniales, *quibus milites completis ſtipendiis dimiſſi fuerunt* Veget. 2, 3. Comparatio teſtimonialis Tertull. adu. Pſych. c. 16.

TESTITRAHVS, a, um. Adi. [ἀρχασύρος] *Epitheton Arietis teſtes magnos non tam gerentis, quam prae pondere trahentis. ex* Laberio *apud* Tertull de Pall. c. 1. *Conf. Salmaſ. p. 128.*

TESTO, āre. *Actiue pro* Teſtor *apud* Priſcian. p. 797. *Vnde et* Gell. 15, 13 Teſtor *inter verba communia numerat. Add.* Idem 5, 13.

TESTOR, ari. Dep. [μαρτυρέω, μαρτύρομαι] *Teſtimonium perhibere: Fidem facere, manifeſto oſtendere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 138 Vtraeque autem crebrae, multaeque toto corpore intextae vim quandam incredibilem artificioſi operis diuinique teſtantur. *de venis et arteriis.* Teſtata eſt gaudia cantu Ouid. Met. 8, 420. Carmina teſtantia mores Idem ex Pont. 1, 9, 43. Plin. 8, 16 ſ. 21 Teſtatur hunc caſum pictura. Val. Max. 3, 4, 3 Vnde proceſſerit, aut quo peruenerit, ſtatuae ipſius titulus abunde teſtatur. Idem ibid. 5, 6, 1 Quid attinet verbis iſta complecti? quorum tanta vis eſt, vt aliqui ea ſalutis ſuae impendio teſtati ſint. Idem 3, 2 ext. 1 Qui ſuorum ac ſua caede teſtari voluit, ſe — maluiſſe. Plin. Ep. 3, 7, 14 Relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur. ¶ 2 Teſtari, *Teſtem inuocare.* Cic. Qu. Fratr. 1, 2 Sed teſtor omnes deos, me hac vna voce a morte eſſe reuocatum. Ter. Hec. 3, 5, 26 Neque culpa hoc eueniſſe diſſidium mea, id teſtor deos. Teſtor deos deasque immortales, veſtrasque maxime mentes Cic. anteq. iret in exil. 28. Superos teſtatus Ouid. Met. 2, 304. Sidera teſtor Virg. Aen. 9, 429. *Add.* Idem 2, 154. *vbi conf.* Seru. Plaut. . . . . Ipſus tete per ſuperos omnes teſtatur. Virg. Aen. 3, 599 Per ſidera teſtor, Per ſuperos, atque hoc caeli ſpirabile lumen. Cic. pro Cluent. 194 Preces et nefaria vota cognouimus, quibus illa deos immortales de ſuo ſcelere teſtatur. *i. teſtes facit, dum illud ab iis adiuuari petit.* Idem Philipp. 2, 28 Vide ne illa cauſa fuerit appellandi me: quod cum rem geſſiſſet conſimilem rebus iis, quas ipſe geſſeram, me potiſſimum teſtatus eſt, ſe aemulum mearum laudum exſtitiſſe. Teſtari, *Denuntiare, ac palam edicere: et nunc abſolute, nunc cum Accuſatiuo iunctum legitur.* Cic. pro Muraen. 78 c. 37 Ego quod facio, *etc.* me omnium veſtrûm cauſa facere clamo atque teſtor. Idem Philipp. 7 c. 7 Monebo, praedicabo, denuntiabo, teſtabor ſemper deos hominesque quid ſentiam. Voluntatem ſuam teſtari, *eodem refertur.* Florentinus in l. Diuus Traianus D. de militari teſtamento, Si ergo miles, *etc.* conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatem ſuam teſtaretur. Tranquillus Claud. 11 Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum tranſiuit: teſtatus quondam per edictum tanto impenſius petere ſe, vt natalem patris ſui Druſi celebrarent, quod idem eſſet et aui ſui Antonii. Cic. pro Flacc. c. 16 Vociferarer, et quantum maxime poſſem, contenderem, teſtarer publicanos, excitarem negotiatores: veſtram etiam conſcientiam implorarem. Vniuerſos eſſe pares aiebat, diſperſos teſtabatur perituros Nep. 2, 4, 2. Cic. pro Sull. 64 Implorarem ſenſus veſtros, vniuſcuiusque indulgentiam in ſuos teſtarer. Vlpian. in l. Pro herede in princ. D. de acquirenda hereditate, Caeterum ſi quid pietatis, ſi quid cuſtodiae cauſa fecit, ſi quid non quaſi heres egit, ſed quaſi alio iure dominus: apparet, non videri pro herede geſſiſſe. et ideo ſolent teſtari liberi, qui neceſſarii exiſtunt, non animo heredis ſe gerere quae gerunt: ſed aut pietatis, aut cuſtodiae cauſa, aut pro ſuo. *Id hodie malunt dicere* proteſtari. ¶ 3 *Hinc, et quod publice in comitiis* teſtarentur *et proclamarent, quem ſibi heredem eſſe vellent, interdum ſimpliciter* Teſtari, *eſt Teſtamentum facere.* Liu. 1, 34 Qui cum ignorans nurum ventrem ferre, immemor in teſtando nepotis deceſſiſſet, puero poſt aui mortem in nullam ſortem bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen. *Plene locutus eſt* Florentinus in l. Diuus Traianus D. de milit. teſtam. Id priuilegium, quod militantibus datum eſt, vt quoquomodo facta ab his teſtamenta rata ſint, ſic intelligi debet, *etc.* Si ergo miles, de cuius bonis apud te quaeritur, conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatem ſuam teſtaretur, ita locutus eſt, vt declararet quem vellet ſibi heredem eſſe, *etc.*

TESTANS, *pro Teſtatore.* Vlp. in l. Cum res §. ſed ſi id petatur D. de leg. 1 Niſi alia mens fuerit teſtantis. *Sed et* Calumniam teſtante animo ſuo ferre de aliquo, *i. damnare illum ſuo iudicio* Cic. in Sall. c. 1. Teſtantia Litora curas Propert. 3, 6, 20. Stigmata ingratum hoſpitem teſtantia Sen. de Benef. 4, 37. Verba nos teſtantia gratos Ouid. Met. 14, 307.

TESTATVS, a, um. Partic. Paſſ. [μεμαρτυρημένος] Cic. Verr. 4, . . Quod quia vidiſti plures ſcire, cogitaſti, ſi ei reddidiſſes, te minus inuidiae habiturum: rem nihilominus teſtatam futuram. *i. Notam et compertam.* Cic. Verr. 4 (2) 2 c. 76 Vt res quam maxime clara atque teſtata eſſe poſſet, in ius ad Metellum Carpinatium voco, tabulasque ſocietatis in forum defero. Iouis teſtatum Dedecus Ouid. Met. 2, 473. Abiicere rem teſtatam Cic. pro Muraen. 45. Amor teſtatus populo Ouid. Triſt. 3, 6, 5. Niſi iſta Pecunia grauiſſimis eſſet certiſſimisque monumentis teſtata Cic. Fam. 5, 20. Probitas teſtata in omne tempus Ouid. ex Pont. 3, 1, 93. Cic. Verr. 2 c. 42 Quae cum ita eſſent, tantane amentia praeditus, atque audacia fuiſti, vt in re tam clara, tam teſtata, tam abs te ipſo peruulgata, tabulas publicas corrumpere auderes? Si teſtata dici videbuntur Id. in Partit. 32. *i. Teſtimoniis firmata.* Cic. Pr. A. 1 in Verr. 48 Poſtremo ego cauſam ſic agam Iudices, eiusmodi res, ita notas, ita teſtatas, ita magnas, ita manifeſtas proferam, vt nemo a vobis vt iſtum abſoluatis, per gratiam conetur contendere. Actis Populi Rom. teſtatum Plin. 8, 40. Potius Clementiâ quam Saeuitiâ velle eſſe teſtatum Curt. 3, 12, 25. Cic. pro Flacc. 26 Nihil religione teſtatum, nihil veritate fundatum, nihil dolore expreſſum. Quinctil. 2, 15, 8 Seruium Galbam — elapſum eſſe cum aliorum monumentis, cum Catonis oratione teſtatum eſt. Redigere in teſtatum. *Tabulas de re aliqua conficere.* Vlpian. in l. 1 D. Vſufruct. quemadm. cau. Recte autem facient heres et legatarius, qualis res ſit quum incipit frui legatarius, ſi in teſtatum redegerint: vt inde poſſit apparere, an et quatenus rem peiorem legatarius fecerit. Cic. Fam. 2, 3 Iſtam rationem meam dicam, vt aut te in meam ſententiam adducam, aut certe teſtatum apud animum tuum relinquam, quid ſenſerim, *vt ſolent, qui cum vinci ſe numero ſuffragantium ſentiunt, curant, vt ſcripto comprehendatur ſua ſententia, quo appareat, ſuas nullas partes fuiſſe in decreto, quod publice noxium putent. Hoc* proteſtari *nunc vocant. Item actiue.* Ouid. Met. 2, 486 — Suos gemitu teſtata dolores. *Add.* Hor. Od. 1, 28, 12. Ea, quae accidere teſtatus, antea Salluſt. in Fragm. c. 27. A teſtato: *cui opponitur* Ab inteſtato, *vid.* INTESTATVS. *Sed* Teſtatior, *Comparatiuum, Magis certus.* Cic. pro Cael. 64 c. 27 Nam neceſſe eſt fuiſſe non paucos, vt et comprehendi Licinius facile poſſet, et res multorum oculis eſſet teſtatior. Memoria Nep. 7, 4, 5. Poena improborum Caeſ. B. G. 8, 44. Notior teſtatiorque Virtus Idem ibid. c. 42. perl. Stupebamus audientes teſtatiſſima mirabilia tua Augu Conf. 8, 6.

TESTATIO, ōnis. f. [μαρτύρησις] *Teſtimonium ſcripto con henſum, vel* per tabulas dictum, *vti loquitur* Quinct. 5, 7, 1. Quinctil. 5, 13, 49 Si quid ab aduerſario, teſtationibus comprehen *etc.* Idem 5, 7, 33 Saepe inter ſe collidi ſolent, inde teſt hinc teſtes: locus vtrinque. Haec enim ſe pars iureiurando, conſenſu ſignantium tuetur. Paullus in l. Lucius Titius D. de qui notantur infamia, Lucius Titius crimen intendit C. Seio, iniuriam paſſus: atque in eam rem teſtationem apud praefec praetorio recitauit. Praefectus fide non habita teſtationi, nu iniuriam L. Titium paſſum eſſe a C. Seio pronuntiauit. Quaer teſtes quorum teſtimonium reprobatum eſt quaſi ex falſo teſtim inter infames habeantur? Vlpian. in l. Moris eſt §. 1 Sol ita interdici, ne inſtrumenta omnino forment, neue libellos con ant, vel teſtationes conſignent. *Huiusmodi autem* teſtationes *non a perſonis publicis, id eſt, tabulariis ſeu tabellionibus, ſed a pri hominibus ſignabantur.* Cic. pro Quint. 25 Amicos — co gat, vt ad tabulam Sextiam ſibi adſint — Teſtificatur iſte, P. Q tium non ſtitiſſe, et ſe ſtitiſſe *(vadimonium)* tabulae maximae ſi hominum nobilium conſignantur. Ibid. 45 Eius rei conditi que tabellas obſignauerunt viri boni complures; res in dubium nire non poteſt. Idem Verr. 5, 101 Iſte in tabellas refert: ſignat ſignis amicorum prouidens homo, vt contra hoc crimen, ſi q do opus eſſet, hac videlicet teſtificatione vteretur. *De hoc* Q ctil. 5, 5 Contra tabulas quoque ſaepe dictum, ſaepe dicendum quum eas non ſolum refelli, ſed etiam accuſari, ſciamus eſſe vſita Quum ſit autem in his aut ſcelus ſignatorum, aut ignorantia: tu ac facilius id quod ſecundo loco diximus tractatur, quod ſcilicet p ores rei fiunt. *Hae* teſtationes *dicuntur etiam* Conſignatio Quinctil. 12, 8 Optimus eſt in dicendo patronus incredulus. Pro tit enim litigator omnia, teſtem populum, paratiſſimas conſignati ipſum denique aduerſarium quaedam non negaturum. Ide opus eſt intueri omne litis inſtrumentum, quod videre non eſt perlegendum erit. Quinctil. 12, 3, 5 Itaque eum nec inutilem ad horam forte conſtiterit, nec in teſtationibus faciendis eſſe im tum velim. *Vid. Bynkersh. Obſeruatt. 3, 18. Alioqui late patet nomen, et ſignificat quidquid valet ad teſtandum, et fidem faciendam de qua quaeritur. V. g.* Nitet noſtris teſtatio factis Iuuenc. Eu 2, 675. In teſtationem redigere Tertull. adu. Marc. 4, 21. Idem de Poenit. c. 7. *et* de Anima c. 17. *Add.* l. 9 §. 5 ff poenis. *Notat etiam denunciationem, quae fit interpoſitis teſtibus:* §. 10 ff. de admin. et peric. tut. *Conf.* Modeſt. l. 2 ff. de te Florent. l. 24 ff. qui teſtam. fac. poſſ.

TESTĀTOR, ōris. m. *Qui teſtamentum condit.* Vlpian. in l. res in princ. D. de leg. 1 Conſtat, rem ibi eſſe praeſtandam, vbi cta; niſi alibi teſtator voluerit. Nam ſi alibi voluit, ibi prae da eſt, vbi teſtator voluit. *Conf.* l. 3 §. 3 ff. de admin. et tut. Lactant. 4, 20.

TESTĀTRIX, īcis. f. *Quae teſtamentum condit.* Paullus in l tia. in princ. D. de legatis ſecundo, Quum Seius viua teſtatrice ram frumentariam ex cauſa lucratiua habere coeperit. Ib Qui vltimus, Paullus reſpondit: teſtatricem videri in eo fidei miſſo duos gradus ſubſtitutionis feciſſe. Scaeuola in l. Pate um §. Quindecim D. de legatis tertio, Quibus permiſerat teſ venundari. Vlpian. in l. Iuniano D. eod. tit. Si modo hoc teſtatrix. *Conf.* Dig. 26 t. 5 l. 21 §. 1. 29 t. 2 l. 98. 33 t. 7

TESTATO. Adu. *Coram teſtibus.* Literas teſtato deſcrip Apul. Apol. p. 324. Vlp. in l. Si procuratorem §. Si ignorant Mandati, vel contra, Sed et ſi teſtato conuenerunt debitorem, ipſe putaret, appellaret, *etc.* Denuntiare alicui teſtato *praeſen* Vlpian. in l. 1 §. Licet autem D. de periculo et ration. rei *vend.* Teſtato et Inteſtato decedere, *contraria, i. teſtamento facto vel facto* Paullus in fraudem §. 2 D. de iure fiſci. *it.* l. 7 ff. de diu reg. Iur.

TESTABĬLIS, e. Adi. *Qui ius habet teſtimonii praebendi* 6, 7 Tarratiam virginem Veſtae fuiſſe, lex Horatia teſtis eſt, qua per ea ad populum lata, qua lege ei plurimi honores fiunt, quos ius quoque teſtimonii dicendi tribuitur, *teſtabiliſque* vna om feminarum vt ſit, datur: id verbum eſt ipſius legis Horatiae.

TESTĀMEN, ĭnis. n. *Teſtimonium.* Tertull. Carm. adu. 4, 4 Hoc teſtamen erat virtutis.

TESTAMENTVM, i. n. [διαθήκη] *Extrema voluntas, quam Romani* teſtando, *id eſt aduocando ad teſtimonium populo, declaraba comitiis.* Vlpian. in l. 1 Qui teſtamentum fac. poſſ. Teſtame eſt voluntatis noſtrae iuſta ſententia de eo, quod poſt mortem fier luerimus. Id. in Titulis 20, 1 Teſtamentum eſt mentis no iuſta conteſtatio, in id ſollemniter factum, vt poſt mortem noſtra leat. Teſtamentorum genera fuerunt tria. Vnum, quod calatis c tiis: alterum quod in procinctu: tertium, quod per aes et lib fit, id eſt, per mancipationem imaginariam: in quo teſtament bripens adhibetur, et familiae emtor, et non minus quam quinque ſtes, cum quibus teſtamenti factio eſt. Qui in poteſtate teſtatoris aut familiae emtoris, teſtis ad librae penſa adhiberi non poteſt: q niam familiae mancipatio inter teſtatorem et familiae emtorem fit, ob id domeſtici teſtes adhibendi non ſunt. *Et* §. 9 In teſtame to quod per aes et libram fit, duae res aguntur, familiae mancipati et nuncupatio teſtament. Nuncupatur teſtamentum in hunc modu Tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit, Haec vt in his tabulis risue ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor. Itaque vos Quirites ſtimonium praebitote. Quae nuncupatio et teſtatio vocatur. H *ille et plura: quae ad ICtos pertinent.* Libertas teſtamentor Quinctil. 3, 6. Subiector teſtamentorum Cic. in Catil. 2, 7 Improbum teſtamentum, Inofficioſum teſtamentum, *vid hh.* Adoptare teſtamento Nepos 25, 5, 2. Apertum eſt teſtament Vell. Paterc. 2, 59, 1. Cauere teſtamento, *vid.* CAVEO. C ponere teſtamentum, *Facere, et in ordinem redigere* Cic. Att. 15, *Vetus exemplar legit* Teſtimonium. Cic. de Aruſp. Reſp. 42 c In qua prouincia mortuorum teſtamenta conſcripſit. Deducti teſtamento ſcripta non ſint Cic. de Legib. 2, 50. Idem Ver c. 43 Multi teſtamenta eodem modo fecerunt. Facere te mentum irritum Cic. Philipp. 2, 109 c. 42. Habere factio teſtamenti Cic. Fam. 7, 22. Improbare teſtamentum, *vid* PROBVS. Inſtitui tutorem teſtamento Liu. 1, 34. Mu

…entum Cic. pro Cluent. 31 c. 11. Nuncupare teſtamentum … 4, c. 22. Nuncupatum teſtamentum, *vid.* NVNCVPO. Cic. pro Milon. 49 Vna fui, teſtamentum ſimul obſignaui cum Clodio. Idem Off. 3, 93 c. 24 Quum et teſtamento ſeſtertiûm millies relinquatur. Reſignare teſtamentum Hor. Epiſt. 1, 7, 9. Cic. de Orat. 1, 173 38 Teſtamentorum Ruptorum, aut ratorum. Dolabellam vide Liuiae teſtamento cum duobus coheredibus eſſe in Triente Idem Att. 7, 8. Idem in Parad. 6 Si teſtamenta amicorum exſpectas aut ne exſpectas quidem, at ipſe Supponis. *Et* Philip. 14, 7 … 3 ubiicere teſtamenta. Supponere falſa teſtamenta Idem de Leg. 1, 43. Teſtamentum vetus *et* nouum *de libris ſacris paſſim* ſcriptores *Eccleſiaſtici* v. g. Hieronymus ad Lucinium fol. 88, 13 *Froben.* etc. *Nempe* Διαθήκη *Graecis et* Foedus *eſt*, *et* Teſtamentum.

TESTAMENTARIVS, a, um. Adi. [διαθετικὸς] *Quod ad teſtamentum pertinet:* Plin. 35, 2 Quum Scipionis Africani tranſiſſet … trium, vidiſſetque adoptione teſtamentaria Salutionis (hoc enim ei … ſer cognomen) Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionum nomini. Negotium Sidon. Ep. 6, 3. *conf.* Vlpian. Dig. 50 t. 16 l. 130.

TESTAMENTARIVS, i. m. [ῥᾳδιουργὸς] *Qui teſtamenta falſa conficit et ſupponit.* Cic. Off. 3, 73 c. 18 Neque enim de ſicariis, veneficis, teſtamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco differendum eſt. *Vid.* Idem pro Sext. 39 c. 17. Teſtamentarius, *item* [διαθηκογράφος] *Notarius, Confector et ſcriptor teſtamentorum.* Calliſtratus ad legem Corneliam de falſis, l. Diuus. Si quis duobus heredibus inſtitutis adiecerit, vt ſi alter heres ſine liberis deceſſiſſet, ei qui ſuperfuiſſet et liberos haberet hereditas redderetur, vel ſi ſine liberis vterque deceſſiſſet, vt hereditas deinde alia manu ſcriptori teſtamenti reſtitueretur, placet teſtamentario poenam legis Corneliae remitti. Ibid. … ius l. Impuberem, Si teſtamentarius ſeruo ſuo fideicommiſſariam libertatem dederit, videamus ne id extra poenam ſit. *Vid.* Dig. 48 t. 10 l. 5 §. 6. 46 t. 3 l. 14 §. 5. l. 6 §. 1 ff. de hered. inſtit.

TESTIFICOR, āri. [διαμαρτυρέω] *Teſtari, q. d. teſtes facere, qui audiunt et vident.* Cic. Tuſc. 4, 55 Nos autem, vt teſtificor … de ſapiente quaerimus. Teſtificor me a te rogatum Idem … Or. 35. Teſtificor me expertem belli fuiſſe Idem Att. 8, 9. Teſtificari ſententiam ſuam Idem Att. 8, 1. Teſtificari aliquid … ſumma hominum frequentia Idem Verr. 5, 17. Cic. Att. 9, 9 … Deos hominesque, amicitiamque noſtram teſtificor, me tibi praedixiſſe, neque temere monuiſſe. *conf.* Tac. A. 11, 16, 5. 13, 11, 2. 14, … 5 Colum. 1, 4. Lactant. 4, 14.

TESTIFICANS, antis. Part. Haud defuere vi acturos teſtificantes Tac. … 12, 7, 1. *add.* 16, 12, 2.

TESTIFICĀTVS, a, um. Partic. [μεμαρτυρημένος] Cic. Att. 14 … 12) Illud ineſt tamen commodi, quod et mihi et caeteris ami… … ſ nota fuit, et abs te aliquando teſtificata tua voluntas omittendae prouinciae. Lingua teſtificata deam; *Quae deam iurauit* Ouid. Epiſt. 21, 134. Edicto teſtificatus, fore *etc.* Tac. A. 15, 36, 2. … teſtificati diſcederent Cic. pro Caecin. 45. *Paſſ.* Ouid. Faſt. … 32 Mira, ſed et ſcena teſtificata loquor, *i. a multitudine ſpectatorum.*

TESTIFICATIO, ōnis. f. [διαμαρτύρησις] *Teſtatio.* Cic. … Brut. Orat. 176 Quinetiam memini, quum accuſatione ſua Quinto … criminis dediſſet, ſibi eum venenum parauiſſe, idque a ſe eſſe deprehenſum, ſeſeque chirographa, teſtificationes, indicia, quaeſtiones, manifeſtam rem, deferre diceret. Idem Fam. 1, 1 Cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe officiorum. *add.* Tertull. de Idolol. c. 21. Arnob. … p. 40.

TESTV. n. Indecl. *conf. tamen* TESTVM *et* TESTVS. [κλίβανος *pro Teſta poſuit* Varro de L. L. 4, 22. Chariſius 1 p. 23 *pr.* Sunt quaedam nomina tantum monoptota, vt genu, teſtu ὄστρακον. Sed Virgilius haec teſta in Georg. *Rurſus* libro eodem p. 49 V litera neutra … terminantur, et fere haec; veru, gelu, genu, cornu, tonitru, et … n volunt teſtu, quod e numero horum ſeparandum eſt, quod auctores teſtam potius dixerunt, *vt* Virg. (Georg. 1, 392) Teſta quum ardentem viderent Scintillare oleum. *et* Hor. Carm. 3, 14, 20 Spartacum ſi qua potuit vagantem Fallere teſta. Alii ſeparantes, amphorae quidem teſtam dicunt, teſtudinis vero teſtu, ſed fruſtra: nam Graeci ὄστρακον ſine diſtinctione dicunt, tam amphorae, quam teſtudinis. Idem p. 118 Teſtu, vt genu, Flauius Caper veteres ait dicere ſolitos. Pomponius in Atellana, Iunius ad ſpectacula eſt videre in teſtu, quantum … t caput. Afranius, *Indignum vero dici ſolet teſtu.* At Maro teſtam dixit. *Haec* Chariſius. Ouid. Faſt. 2, 645 Ara fit hic, ignem curto … t ruſtica teſtu. *Sic legitur in codice manuſcripto.* *Et* Faſt. 5, 510 … tar calices, minor inde fabas, olus alter habebant, Et fumant teſtu … vterque ſuo. *Vid. Heinſ. ad* Ouid. Faſt. 2, 645. *add.* Cat. R. R. c. 75.

TESTVATIVS, *vel* TESTVACEVS, a, um. Adi. Varro de L. L. 4, 22 Quod in teſtu calido coquebatur. Panes teſtuacei, κλιβανῖται Gloſſ.

TESTVDO, ĭnis. f. [χελώνη] *Animal amphibium tardigradum,* ſic dictum, *vt ait* Varro L. L. 4, 13 p. 21, 34 quod teſta tegatur. Maſcula … lo Scribon. 16. Marinae teſtudinis ſanguis aridus 177. *conf.* Plin. 32, 2 *et* 4. Teſtudo paluſtris Pall. 1, 35. In teſtudinis corio … e femina Pallad. 1, 35, 5. Plin. 9, 10 Dentes non ſunt teſtudini ſed roſtri margines acuti, ſuperna parte inferiorem claudente, … um modo. In mari conchyliis viuunt, tanta oris duritia, vt lapides comminuant. In terram egreſſae, in herbis pariunt oua, auium … ſimilia ad ducenta numero. Eaque defoſſa extra aquas et cooperta terra, ac pauita corpore, et complanata, incubant noctibus. Edunt foetus annuo ſpatio. Teſtudinem, vbi collecta in ſuum tegumen eſt, tutam ad omnes ictus video eſſe Liu. 36, 32. *Vid.* Cic. de Nat. Deor. 2, 125 c. 48. *et* 129 c. 52. *it.* de Diuin. 2 c. 64. Colum. … 5 ¶ 2 Teſta *qua tegitur animal, polita et culta ad vſum lautiorum hominum.* Celſus l. Labeo. D. de ſupellect. leg. Nam fictili, aut ligno, aut vitrea, aut aerea denique ſupellectili vtebantur: nunc ex ebore atque teſtudine et argento, iam ex auro etiam atque gemmis ſupellectili vtuntur. Virg. Georg. 2, 463 Nec varios inhiant pulchra teſtudine poſtes. Ouid. Met. 2, 737 Pars ſecreta domus ebore et teſtudine cultos Tres habuit thalamos. *In lectorum ornatu adhibebatur.* Iuuenal. 11, 92 Nemo *apud antiquos* inter curas et ſeria duxit habendum Qualis in Oceani fluctu teſtudo nataret, Clarum Troiugenis factura ac nobile fulcrum. Tib. 3, 4, 37 Artis opus rarae fulgens teſtudine et auro. *Vid. Brouckh.* ¶ 3 Teſtudo, *Pars citharae caua illa. Nempe teſtae teſtudinis pellem bubulam intendit inuentor Mercurius, et cornua bubula accommodauit, quae iugo coniunxit, a quo chordarum fila tenderet.* Cic. de Diuinat. 2, 133 c. 64 Nam Pacuuianus Amphio,

Quadrupes tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera,
Capite breui, ceruice anguina, adſpectu truci,
Euiſcerata, inanima, cum animali ſono,

cum dixiſſet obſcurius, tum Amici reſpondent, Non intelligimus, niſi aperte dixeris. At ille vno verbo, Teſtudo. Non potueras hoc igitur a principio, Cithariſta, (*ſic Amphionem alloquuntur*) dicere? *vnde ſimul diſcimus*, Chelyos, Citharae, Lyrae, Teſtudinis *nomina promiſcue vſurpari: eum hic* Citthariſta *ſit*, *qui* teſtudinem *tractat etc.* Teſtudineam lyram *ſtatim videbimus.* Cic. de Nat. Deor. 2, 144 Quocirca et in fidibus teſtudine reſonatur, aut cornu: et ex tortuoſis locis et incluſis ſoni referuntur ampliores. Ipſe caua ſolans aegrum teſtudine amorem Virg. Georg. 4, 464. Blanda teſtudo Claud. Conſ. Mall. Theod. 252. Callida teſtudo reſonare ſeptem neruis Hor. Carm. 3, 11, 3. Caua teſtudo Hor. Epod. 14, 11. *conf.* Id. Art. Poët. v. 395. ¶ 4 Martial. 13, 86 Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta, Cortice depoſito mollis echinus erit. Teſtudine: *quia in orbem voluitur echinus.* Acuta: *quia ſpinas habet pro pilis.* ¶ 5 Teſtudo, *Machina bellica. Erat autem fabrica tabulis contexta, et coriis Cilicus aut centonibus, et aliis, quae difficulter comburi poſſunt, contecta. Haec intrinſecus habebat arietes, falces, muſculos muris euertendis aptos, tegebat eos, qui cuniculos agere inciperent, verbo acceſſum ad hoſtes tegebat. Nomen non a tecto modo meruiſſe videtur, ſed ab arietibus, terebris et machinationibus id genus, quae velut caput teſtudinis nunc protruderentur, nunc celeriter reducerentur.* *Vid. Lipſ. Poliorcet. 1, 8.* Sil. 1, 365 Tandem condenſis actae teſtudinis armis, *etc.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 41 Reliquisque diebus turres ad altitudinem valli, falces, teſtudinesque, quas iidem captiui docuerant, parare ac facere coeperunt. Virg. Aen. 2, 441 Obſeſſumque acta teſtudine limen. Lucan. 3, 474 Vt tamen hoſtilis denſa teſtudine muros Tecta ſubit virtus, *etc.* Stat. Theb. 10, 525 Scrutanturque cauas caeca teſtudine turres. *add.* Virg. Aen. 9, 514. *Hinc* Teſtudo, *interdum dicebatur Quam faciebat exercitus ſe tegumentis ſcutorum vndique operiens, vt teſtudo ſua obducta eſt teſta, eaque ſpecie referebat tectum aedificiorum. Sic autem ſe operiebant crate perpetua clypeorum aduerſus ſagittas, et aduerſus omnia miſſilia ſuperne cadentia, cum vrbem oppugnabant.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 6 Teſtudine facta portis ſuccedunt. Liu. 44, 9 Quum alios decurſus edidiſſent motus: quadrato agmine facto, ſcutis ſuper capita denſatis, ſtantibus primis, ſecundis ſummiſſioribus, tertiis magis et quartis, poſtremis etiam genu nixis, faſtigiatam ſicut tecta aedificiorum ſunt, teſtudinem faciebant. *conf.* Id. 34, 39. Caeſ. B. G. 2, 4. Tac. H. 3, 27, 4. *Lipſ. Poliorc. 5, 1.* ¶ 6 Teſtudines, [ἀψῖδες, θόλοι, στοαὶ] *vt deſcribit* Non. 1, 286 Loca dicuntur in aedificiis camerata ad ſimilitudinem aquatilium teſtudinum, quae duris tergoribus ſunt et incuruis. *Laudat auctoritatem* Siſennae, *et* Virg. Aen. 1, 509 Tum foribus diuae, media teſtudine templi. Varro de R. R. 3, 5, 1 Igitur teſtudo (vt periſtylum tectum tegulis, aut rete) fit magna, in qua millia aliquot turdorum ac merularum includere poſſint. *Hanc* teſtudinem *explicare forma depicta ſtuduimus poſt alios, ad l. c. conf.* Vitruu. 7, 3 *et* 30. Varro L. L. 4, 33. Sedul. in Ioh. 3, 8. ¶ 7 *Ratio quaedam ornatus muliebris in coma ſtruenda et alliganda.* Ouid. A. A. 3, 147 Hanc placet ornari teſtudine Cylcenea, Suſtineat ſimiles fluctibus illa ſinus.

TESTVDINĀTVS, *aut*

TESTVDINEĀTVS, a, um. Adi. [ἀψιδωτὸς] *Quod concauum et incuruum eſt, teſtudinis more.* Aedificium teſtudinatum Vitr. 6, 1. Tectum Columel. 12, 15. *Conf* Vitr. 2, 1.

TESTVDINEVS, a, um. Adi. [καμαρωτὸς] *Teſtudine cultum, inductum.* Teſtudineum Hexaclinon Martial. 9, 60. *lectus ſex conuiuas capiens laminis teſtudineis cultus.* Teſtudineus gradus, *i. Tardus* Plaut. Amphit. 4, 3, 53. *et* Aul. 1, 1, 10. Aut teſtudineae carmen inerme lyrae Propert. 4, 6, 32. Plin. 33, 11 Repoſitoria teſtudinea. *Add.* Solin. c. 56.

TESTVDINO, āre. Qua cauus exoſum pumex teſtudinat antrum Politian.

TESTVLA, *vid.* TESTA.

TESTVM, ſ. TEXTVM, i. n. *quod quibusdam librariis placuit*, [κλίβανος] *Furnus.* Plin. 32, 7 Sub aereo teſto. Plin. 32, 7 ſ. 26 Ranarum corda in olei veteris ſextario ſub aereo teſto diſcoxere. *Sic libri omnes typis expreſſi: vnus* MS. *ap. Hard.* aerea teſta. *Sed etiam* Iſid. 20, 2 Panis Clibanitius *explicatur* in teſta coctus. *Add.* Id. 30, 13. Non. 3, 253. Catoni *videtur operculum eſſe quod imponitur v. g. placentae in foco vel catino iacenti, et ſupra prunis operitur, vt nempe ſuperius etiam cruſtam placenta accipiat. Sic enim* in R. R. 84, 85 Catinum teſto operito. Et deinde; Sub teſtum ſubde. *conf.* c. 74 *et* 76, 4 *c. not. Geſn.* ¶ 2 *Pro figlino opere ſiue teſta* Sulp. Seu. Hiſt. S. 2, 2, 5 *de Nebucadnezaris ſtatua*, Sed ferrum atque teſtum inter ſe confuſum coire non poterat. Teſtum ignis plenum Petron. c. 136. *add.* Id. c. 33 *c. not. Gonſal.*

TESTVS, ûs. m. *pro* Teſta. *Sed in Ablatiuo ſolo vſurpatur; et ad* Teſtu, n. *indecl. referri poteſt.* *Vid.* TESTV.

TESTVACEVS, Adi. *vid.* TESTV.

T E T

TETANVS, i. m. [τέτανος] *Morbus, quo muſculi, qui ſecundum ſpinam ſunt, rigent ita, vt ſe inflectere non poſſint. Locum Celſi de tribus eius generibus, damus in* OPISTHOTONOS. *Add.* Celſ. 2, 1 *it.* Plin. 23, 1. *et* 32, 8. Cael. Aurel. 3, 6.

TETANICVS, a, um. [τετανικὸς] *Qui Tetano laborat.* Plin. 23, 7 Datur tetanicis et ſpaſticis. Scribonius Largus 101 Facit et hoc medicamentum ad eos, quorum muſculi maxillares cum maximo dolore tenſi ſunt, adeo vt aperire os nullo modo poſſint. Tetanon hoc vitium Graeci dicunt. Tetanici Scribon. 170.

TETANŌTHRA, orum. n. Pl. *dicuntur, Quae vim habent erugandi et leuigandi cutem, tentipellia.* Plin. 32, 7 ſ. 24 *de ichthyocolla,* Vtilem eam in capitis doloribus affirmant, et tetanothris.

TETARTAEVS, a, um. Adi. [τεταρταῖος] *Quartanus, et eſt epitheton febrium. Laudatur etiam* Columel. 3, 20, 3 Quod deinde proximum a primo, tum quod eſt tertiae notae vel quartae, quodque eatenus velut lectarum quoddam contenti ſimus tetartaeo. *de generibus vitium. Sed merito praefertur altera lectio,* Tetradio. *Nam* Tetradium *quaternio eſt.*

TETARTEMORION, (TETARTEMORIA, ae. f. Mart. Capella 9 p. 315.) [τεταρτημόριον] *Quadrantem ſignificat.* Hygin. de

Limitib. p. 173 Cum ſol orbem medium conſcendit (*in aequatore eſt*) vmbras omnium rerum in hoc noſtro tetartemorio meridiano axi facit ordinatas. *Mox aperte* quartam partem *vocat. Sed etiam hac dictione vtuntur Genethliaci.* Plin. 7, 49 Durat et ea ratio, quam Petoſiris ac Necepſos tradiderunt, et tetartemorion appellant, a trium ſignorum portione, qua poſſe in Italiae tractu CXXVI annos vitae contingere apparet. *Vide haec declarantem Scalig. ad Manil.* 2 p. 263. *Caeterum relatus huc eſt locus ex Budaeo de Aſſe* 1 p. 10 ſq. *quem relinquimus, cum de re alioqui merito ſuo obſoleta agat, et bonam partem nomenclaturae illius complectatur. Eſt, inquit,* Tetartemorion *Graece, qui Latine* Quadrans *dicitur, id eſt, quarta pars ſigniferi circuli, hoc eſt tria ſigna. Ad cuius rei intelligentiam ſciendum, quod numerus duodenarius et Aſtronomicis et Genethliacis familiaris et accommodatus eſt: unde et adſpectus quadrantales obſeruant, et trientales, ſextantesque. hos duos extremos trinos et ſextiles vulgo vocant. Quadrantalis adſpectus, qui quadratus etiam appellatur, fit per trium ſignorum interſtitium, et gradus nonaginta: ob id nonagenarius appellatus.* Plin. 2, 15 Martis ſtella, vt propior, etiam ex quadrato ſentit radios ab nonaginta partibus: *vnde etiam nomen accepit is motus, primus et ſecundus nonagenarius dictus ab vtroque exortu.* Trientalis *eſt adſpectus, qui in quatuor fit ſignis, hoc eſt in tertia parte ſigniferi, quae conſtant centum et viginti gradibus. Hunc* triquetrum Plinius *vocat.* Sextans *autem fit in ſexta parte ſigniferi, hoc eſt ſexaginta gradibus, et ſignis duobus: ob id ſexagenarius dictus.* Semiſſis *adſpectus eſt, qui fit per diametrum, id eſt, per lineam circuli dimetientem. Hanc radiationem Mathematici, id eſt Chaldaei,* minacem malignamque *eſſe dicunt. Haec fit a ſigno vno ad aliud ſignum, quod ab eo ordine ſit ſeptimum: vt ab ariete ad libram.* Triquetrus *adſpectus, id eſt* trigonus, *qui* trientem *ſigniferi capit, quinto ſigno fit: vt (verbi gratia) in duobus ſignis, quae tantum inter ſe diſtent, quantum aries et leo. Huiusmodi radiatio laeta felixque eſſe dictitatur.* Tetragonus, *id eſt* quadratus, *fit in quarto ab eo, a quo inchoatur ſigno, id eſt ab horoſcopo, vt ab leone in ſcorpium. Hanc radiationem triſtem putant.* Hexagona *eſt quam* ſextantem *diximus, quae fit in tertio ſigno, eadem benignitate cum trigono praedita. Propterea* Plin. 2, 17 *de ſexagenario adſpectu loquens,* Hic numerus, inquit, ſexangulas mundi efficit formas. *Antedictis quatuor, Genethliaci etiam cardines quatuor addunt,* ortum *ſcilicet et* occaſum, *et* meſuranium, *quod et* meſuranema *dicitur, (vocabulum vbique in Firmico deprauatum) hoc eſt locus medii caeli, et huic appoſitum locum quod* Hypogeon *dicitur, hoc eſt punctum ſubterraneum inter ortum occaſumque medium. Vt autem as ipſe Mathematicus impleatur, et omnes ſuas partes habeat, addunt et alia quatuor loca, quae pigra deiectaque eſſe dicunt: quod nullo ferme radiationis foedere cum ortu, id eſt cum horoſcopo, coniungantur. Haec ſunt in ſecundo, ſexto, octauo et duodecimo ab horoſcopo ſigno.* Horoſcopus *eſt ea pars caeli, quae geniturae tempore ab orientali parte caeli emergit in hemiſphaerium noſtrum, et* ortus *appellatur: quam ex* Cicerone natalem horam *et* natalitiam *appellare poſſumus: ex* cuius obſeruatione natalitia praedicta fiunt, *vt ipſe loquitur de* Diuinatione 2, 91 *Poſſumus etiam Exortiuam horam vocare. Graeci* horoſcopum *ab horae natalis notatione appellauerunt. Huic pars per diametrum oppoſita in ſeptimo (vt diximus) ſigno in occidua caeli parte,* occaſus *appellatur. Ea autem pars caeli, quae triginta partibus ab horoſcopo diſtat, in ſecundo ſigno exiſtens ab eo, in qua horoſcopus inchoatur,* Anaphora *appellatur, et interdum* Epanaphora, *quaſi pars iamiam emerſura. Quae autem pars ſigniferi totidem partibus in demerſu occiduum punctum ſigniferi praeceſſerit, quot partibus in emerſu* anaphora *ab horoſcopo relinquitur, ea pars caeli a Mathematicis* Epicataphora *dicitur: quod ſignificat praecipitem locum caeli in octauo ab horoſcopo ſigno. Reliqua duo loca nomina habent* Malae fortunae et Cacodaemonis. *Haec Budaeus.*

TETER, tra, trum. Adi. [βδελυκτὸς] *Quidquid vel externis ſenſibus valde ingratum eſt, vel horrorem mouet animo; malum, in quantum vt foedum, horridum, abominabile, deſpuendum, noſtro vel ſenſui vel cogitationi offertur.* Plaut. Moſt. 3, 1, 28 Nullum edepol hodie genus eſt hominum tetrius. Omni diritate atque immanitate teterrimus Cic. in Vat. c. 3 *extr.* Abſinthia tetra, *vid.* ABSINTHIVM. Aqua teterrima, *quam os et nares reſpuunt* Hor. Serm. 1, 5, 7. Cic. Tuſc. 4, 44 c. 20 Ipſam aegritudinem quam nos vt tetram et immanem beluam fugiendam eſſe diximus, non ſine, *etc.* Bellum teterrimum Idem Fam. 10, 14. Cadauera tetra, *Putrida et tabida* Lucret. 2, 415. Cauſa teterrima belli *abominabilis* Hor. Serm. 1, 3, 107. Colores tetri foeda ſpecie, *Quos oculus auerſatur* Lucret. 2, 421. Comes teterrima mortis, fames Columel. 2, 2. Cic. de Finib. 2, 94 Cui viperino morſu venae viſcerum veneno imbutae, Tetros cruciatus cient. *ex Poëta.* Damnatio tetrior Tertull. Apol. c. 5. Diſcordia tetra Hor. Serm. 1, 4, 60. Error teterrimus Prudent. adu. Symmach. 1, 38. Facinus tetrum Sen. Thyeſt. 8. Cic. Fam. 4, 12 Ita vir clariſſimus ab homine teterrimo acerbiſſima morte eſt affectus. *Vetus codex habet* Deterrimo. Idem Fam. 8, 15 Nunc tibi noſtri milites, qui duriſſimis et frigidiſſimis locis teterrima hieme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis eſſe paſti viderentur? Quis tetrior Hoſtis huic ciuitati? Cic. pro Cael. c. 6. Libido tetra, *Obſcena* Hor. Serm. 1, 2, 33. Magia tetra et horribilis Apul. Apol. p. 304. Morbus teter Catul. de Lesbia 74, 25. Nox tetra nimborum, *Nigra et picea caligo atque denſitas nimborum* Lucret. 4, 173. Odor teter Columel. 7, 5. Virg. Aen. 3, 228. Ore tetro ſpirans flammas Lucret. 2, 704. Sanguinis tetri profluuium, *Corrupti, purulenti* Idem 6, 1203. Sapor teter Idem 6, 21. Sententia tetra Cic. Q. Frat. 2, 5. Spiritus teter, *Halitus venenoſus.* Hor. Carm. 3, 11, 19. Tenebrae tetrae Cic. de Lege Agr. 2, 43. Vlcera tetra Lucret. 5, 993. Vultus teter *Senum ap.* Iuuenal. Sat. 10, 191. Perditorum teterrimus Cic. Tuſc. 1, 71. Teter in aliquem Idem Tuſc. 1, 96.

TETRVM. Adu. Tetrum flagrat enim vapore craſſo conſcius horror Prudent. Cath. 4, 22.

TETRE, tetrius, teterrime. Adu. [ἐλοσυρῶς] Cic. de Diuin. 1, 60 c. 29 Multaque facere impure ac tetre cum temeritate et impudentia. Idem pro Domo c. 39 *extr.* Quod ſeuere de religione decerneret, impuriſſime teterrimeque violaſti? *add.* Id. Att. 10, 12. Claud. de Laud. Stil. 2, 135 Blanda quidem vultus, ſed qua non tetrius vlla Vltrices fucata genas.

TETRITVDO, inis. f. Acc. Philoct. Quod te obſecro, ne haec aſpernabilem tetritudo mea in occulto faxit Nonius 2, 854.

TETRO, āre. Foedare, horridum obſcurumue facere. Pacuvius Periboea, Beluarum ac ferarum aduentus ne tetret loca. Nonius 2, 837.

TETHALASSOMENVS, a, um. Vinum tethalaſſomenum Plin. 14, 8. *i. cui aqua marina permixta eſt. Mere Graecum eſt* τεθαλασσω...

TETHEA, ae. f. (*ſ. Plur.* Tethya, orum. n. *Purgamenta m...*) *Piſcis marinus.* Plin. 32, 11 (6) *al.* Tethya.

TETHYS, *Gen.* Tethys *et* Tethyos. *Dat.* Tethyi. [T...] *Caeli et Terrae ſ. Veſtae filia, coniunx Neptuni et Nympharum ...* *At* Ouid. Faſt. 5, 82. *Titani filiam facit, qui fuit Saturni frater maior. Ait enim,* Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn. *ergo minor* Tethys *fuerit: maior autem filia Caeli et Terrae.* Cat... coma Berenices 65, 70 Me nocte premunt veſtigia diuûm (*inter... verſor*) Luce autem canae Tethyi reſtituor, *i. occido, mari m...* Virg. Georg. 1, 31 Teque ſibi generum Tethys emat omnibus ... Aequora Tethyos Lucan. 3, 233. Antra ſonantia Tethyos ... Achil. 1, 541. Ouid. Faſt. 2, 191 Canamque petit Saturnia Te... *et propter colorem ſpumoſi maris et quod antiquiſſima Dea.* Gra... va Tethys Valer. Argon. 2, 36. Reciproca Tethys Sil. 3, 60. ... Tethys Lucan. 6, 62.

TETINI, Tetinerim, Tetiniſſe: praeterita antiqua et ob... pro Tenui, Tenuerim, Tenuiſſe. Pacuu. Medo, Crede, qu... iter tetiniſſe aiunt. Acc. Clytemneſt. Vt quae tum abſentem rebu... biis coniugem tetinerit, nunc prodat vltorem. *Ex* Nonio 2, 238. ...

TETRA, a tettara [τέτταρα] Attico, *quod quatuor ſignifica... compoſitis Graecis dictionibus reperitur.*

TETRACHORDVM, i. n. *Inſtrumentum quatuor chord...* Vitruu. 5, 4 Tetrachordorum diſpoſitiones ſunt diſſimiles. *Ad...* 10, 13. Mart. Capella 2 p. 43. *et* 9 p. 317. Anni tetrachordum ... *appellauit quatuor anni tempora: vid.* Non. 2, 22. *Turneb.* 29, 3.

TETRACOLOS. [τετράκωλος] *Quatuor membrorum epi... ſtropharum, periodarum, cum illae quatuor verſus, hae tot mem... cola habent. Sunt autem* Tetracola, *Conuerſiones quatuor membris... prehenſae, vt* Tricola *tribus: quae tum ſunt elegantiſſima, cum par... ribus relata habent.* Senec. Controu. 4, 25 Et illud tetracolo: ... bat forum cubiculo, praetor meretrici, carcer conuiuio, dies ... Iterum Contr. 5 Praef. Hanc ideo ſententiam retuli, quia et in ... lis, et in omnibus huius generis ſententiis, curamus vt numerus ſtet, non curamus vt ſenſus. Idem Contr. 5 *pr.* Nulli non po... mum tetracolum praeferendus. *Add.* Sen. Excerpt. Contr. 9, 2.

TETRADŌRON. [τετράδωρον] *Quatuor palmorum.* Pli... 14. Vitruu. 2, 2 Ita quod eſt quoquouerſus quinque palmorum, p... doron, quod quatuor, tetradoron dicitur.

TETRADRACHMA, ae. f. *vel* TETRADRACHMVM, [τετράδραχμον] *Numus quaternas valens drachmas.* Liu. ... Ad hoc clypei argentei decem, ſignati argenti octaginta quatuor m... fuere Atticorum, tetradrachmam vocant, trium fere denariorum ... ſingulis argenti eſt pondus. Idem 37, 46 Praelata ſunt in eo ... pho ſigna militaria ducenta triginta: et argenti infecti tria millia ... do, ſignati tetradrachmûm Atticûm centum tredecim millia. ... Fam. 12, 13 Nam iam ternis tetradrachmis triticum apud Dolab... eſt, niſi quid nauibus Laodicenorum ſupportarit, cito fame p... neceſſe eſt.

TETRAGNATHIVS, i. m. *Aranei genus.* Plin. 29, 4.

TETRAGŌNVS, i. m. *ſiue* TETRAGONVM, i. n. [τ...γωνος] *Quadrangulare, ſiue quadratum.* Auſon. Ecl. 2, 42 ... *timam corripit,* Tetragono abſoluet dubiarum vincla morarum ... *eius licentia, vid.* Scal. Lect. Auſon. 2, 21. *conf.* Sidon. Ep. ... Frontin. de Colon. Mart. Capella 6 p. 229.

TETRAGONIVS, a, um.

TETRAGRAMMĂTON, i. n. [τετραγράμματον] *Quatuor h...rum, vt* Nomen tetragrammaton *apud Hebraeos eſt nomen Dei,* ... *vid.* Hieron. in lib. Reg. Praef.

TETRAMĔTER, tri. m. *Verſus dicitur* tetrameter, *qui quatuor ... bet menſuras, hoc eſt pedes octo. Vnde et* Octonarius dicitur *ab I...nis,* et Quadratus, *et longiſſimus. Haec ratio in Iambicis et Trocha... verſibus dimetiendis per διποδίας i. metra. Vid.* METRVM. *Sed* Te... meter Heroicus ex inferiore parte Hexametri *apud* Diomed. 3 p. ... *extr. eſt,* Fulmina nubibus obuia torques. *Sic etiam* Ter. M... rus p. 2430 *pr.*

TETRANS, *ſ.* TETRAS, antis. m. *Vox hybrida, Quadr... quarta pars.* Vitruu. 10, 11 In capitibus circino diuiduntur circinationes eorum tetrantibus in partes quatuor, vel octantibus in partes ductis lineis: *etc. In* tetrantes *et* octantes *dicuntur diuidi circin...nes, ſiue rotundationes, quum in partes quatuor, aut octo diuidu... ductis a centro ad circumferentiam comparibus lineis, vt aequalia ...quantur ſpatia.* Tetrantorum, *pro tetrantium* Vitr. 4, 3. Hy... de Limitib. p. 164 *Goeſ.* In caſtris groma ponitur in tetrantem, *i. ... conſtituitur, vt oſtendat quatuor plagas, ad quas et cardo directus ... tranſuerſus limes dirigi poſſint, qua ratione tota caſtra ex centro ſu... quatuor partes aequales diſtribuuntur. Interdum ita loquuntur agri... ſores, vt ipſum illud centrum, vel lapidem ibi poſitum pro ſigno,* Tetr...tem *appellent, ſitque ipſis* Tetrans *locus vbi ſe ſecant duo rigores (i. li... rectae) decuſſatim acti. Vid. Goeſ. in Indice.* ¶ 2 Tetras, a ... Martian. Cap. 7 p. 239 *ſimpliciter quaternarius eſt, vt* Monas, Dyas, Tri...

TETRAO, onis. f. [τετράων] *Auis in deliciis habita.* Suet. C...lig. c. 22 Hoſtiae erant pauones, tetraones, *etc. conf.* Plin. 10, 22. Te...tull. contra Marc. 1, 13. *Caſaub. ad Suet.* l. c.

TETRAPHARMĂCON, i. n. [τετραφάρμακον] *Cibi genus, qu... ex quatuor pretioſis opſoniis conſtabat,* phaſiano, ſumine, perna, et cr...ſtulo. *ap.* Spartian. in Adrian. c. 21. *it.* in Aelio c. 5. *Meminit ...* Lampr. Alex. Seu. 30. Tetrapharmacum emplaſtrum Scribon... 211. Celſ. 5, 19 Puri autem mouendo non aliud emplaſtrum melius quam quod expeditiſſimum eſt, tetrapharmacon a Graecis nominatum. Habet pares portiones cerae, picis, reſinae, ſeui taurini: ſi non eſt, v...tulini. *Dicitur et* Baſilicum emplaſtrum, *teſte Galeno* 3, 1 *de compoſitione pharmacorum ſecundum locos.* Baſilicum *quidem, ſiue* regium, *qu... apud maximos et praeſtantiſſimos quosque homines in vſu eſſet. con...* Celſ. 5, 15, 9. 5, 28, 4. 6, 3 *et* 18. Veget. 3, 21.

TETRAPHORVS, i. m. Phalangarii tetraphori Vitr. 10, ... *i. quatuor coniuncti baiuli.*

TETRAPLASIS, is. f. Mart. Capella 9 p. 322. *Sed leg. in* tetr...plaſia ratione, vt ſunt 12 ad 3.

TETRAPLO, āre. *Quadruplico.* Mart. Capella 9 p. 322.

TETRAPTŌTVM, i. n. [τετράπτωτον] *Nomen dicitur, quod p... quatuor Caſus variatur: vt* Spes, ſpei, ſpem, ſpe. *Vid.* Diomed. 1 p. 28... Priſcian. 6 p. 672. Iſidor. 1, 6.

TETRARCHA, ae. m. [τετράρχης] *primario, Qui partem reg... quarta...*

...am obtinet, *inſtituto forte* Gallograecorum: *quod Romani imitati ... n maioribus regnis in particulas veluti diſpergendis, quo minus for... da eſſent. Cum autem ſatis ea res frequentata eſſet, poni coepit* Te...archa *pro quouis regulo: vnde* Hor. Serm. 1, 3, 12 — modo Re...gesque Tetrarchas Omnia magna loquens. Lucan. 7, 226 — ...ci ſed plurima campi Tetrarchae Regesque tenent, magnique ...nni. Tetrarches Hirt. B. Alex. c. 67. Cic. Att. 2, 9 Qui reg..., qui praedia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt. ... Salluſt. Catil. c. 20. *et* Hiſt. Fragm. c. 29. Hirt. B Alex. c 27 ſeqq.

...TRARCHIA, ae. f. [τετραρχία] *Huiusmodi principatus.* Cic. ...e Diuin. 1, 27 Tetrarchiae regno pecuniaque multatus. Idem pro Deiotaro c. vlt. Negat vnquam ſe a te in Deiotari tetrarchia pe...diſceſſiſſe. *add.* Sall. Hiſt. Fragm. c. 27. Hirt. B. Afr. c. 78.

...TRASEMVS, a, um. *Quaternarius, quatuor velut punctis, hoc* ...σῆμα *ſ. ſignum eſt, conſtans.* *Vid.* Mart. Capella 9 p. 330 ſeq.

...TRASTICHON, i. n. [τετράστιχον] *Graecis dicitur, quum qua...or verſibus ſententia, certe ſtrophe in carmine, comprehenditur, vt Di...n, quum duobus.* Martial. 7, 14 Quod non inſulſe ſcribis tetra...) quaedam, *etc.* Epigrammata nec breuius diſticha, nec lon...etraſticho finiebantur Sidon. Epiſt. 3, 11.

...TRASTȲLVS, i. m. Quatuor habens columnas a fronte Vi...u... 3, 2. *et* 6, 3.

...TRĬCVS, i. m. *vel* TETRĬCA, ae. f. [Τέτρικος] *Mons in ...s aſper atque arduus.* Virg. Aen. 7, 713 Qui Tetricae horrentes ..., montemque Seuerum, Caſperiam colunt. *conf.* Sil. 8, 419. ... *Etymol.* p. 518. *A quo monte*

...TRĬCVS, a, um. Adi. [σκυθρωπὸς] *Triſtis et ſeuerus.* Mar...al ..., 10 At quam non tetricus, quam nulla nubilus ira, Quam pla...id... noſtras legerat ore preces? Tetrica et triſtis Diſciplina Sa...um Liu. 1, 18. Pauonum educatio magis vrbani patris fami... quam tetrici ruſtici curam poſcit Columel. 8, 11. Luſtra te... Seuera, ſiue horribilia *explicat* Lactantius *apud* Stat. Theb. 9, ... Puellae tetricae Ouid. de Arte Am. 1, 721. *Add.* Sen. Ep. ... Varro *ap.* Non. 2, 865.

T...TRICITAS, atis. f. [σκυθρωπασμὸς] Lucan. ad Piſon. 91 ...al ineſt habitus, qualem nec dicere moeſtum, Nec fluidum, laeta ...ricitate decorum, Poſſumus.

T...TRINNIO, ire. Auctor. Philomel. 2, 2 In fluuiisque natans tetrinnit auis.

...TTIGOMETRA, ae. f. [τεττιγομήτρα] *Cicadarum matrix, vt Or...tra coturnicum* Plin. 11, 26. *Nempe* Tettix *cicada eſt.*

...TTIGONION, i. n. *ſ.* TETTIGONIA, ae. f. *Parua cicada.* ...Plin. 11, 26.

...TVLI, Praeteritum antiquum pro Tuli. Acc. Andromed. Do...ec auxilium Perſeu tetuliſti mihi. *Vid.* Nonium 2, 839.

T E V

...VCA, ae. f. [Τεύκη] *Regina Illyricorum, quae caſtitate meruit, vt ...empore viris fortiſſimis imperaret, et Romanos ſaepe frangeret. ... vt auctor eſt* Plin. 34, 6 P. Iunium et T. Coruncanum, legatos ... Romanorum iniuria interemit.

...VCER, *vel* TEVCRVS, i. m. [Τεῦκρος] *Scamandri Creten...s ...us, in Troade vna cum Dardano genero regnauit, vnde Ilienſium ...fluxit origo; et a quo Troia vocata eſt Teucria.* Maximus pa...ter ...ucrus Virg. Aen. 3, 108. *Alter fuit Telamonis filius, ex He...ione Laomedontis regis filia, et Priami ſorore. Is Salamina Cypri con...di... vt teſtatur* Iuſtinus 44. Hor. Carm. 4, 9, 17 Primusue Teucer ...ydonio Direxit arcu. Idem Carm. 1, 7, 21 — Teucer Sala...min... patremque Cum fugeret, *etc.* Hic ab Homero ſagittis peritiſ...ſime ...ſus, *vt inquit* Acron, inducitur.

T...VCER, a, um. Poſſeſſ. [Τευκρὸς] *Idem quod Troianus, vt ſaepe* Vir...gili... Campi Teucri Stat. Achil. 1, 86.

...VCRIA, ae. f. [Τευκρία] *Troia ſic dicta a Teucro.* Virg. Aen. 2, 2... ...rgo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu.

...VCRIS, idis. f. *Teucri filia.* Cic. Att. 1, 9 Teucris illa len...tum ...ne negotium. *hoc eſt, vt volunt viri docti, C. Antonius collega meus, ...cum ...m L. Catilina ita coniunctus, vt illi regnum Conſul non aliter, quam Teu... filia Dardano, comparare poſſe crederetur: ita porro libidinoſus, vt Teu...is potius quam Teucer ſit appellandus.*

T...VCHĪTES, is. m. [τευχίτης] *Iunci odorati ſpecies.* Plin. ...c. Laudatiſſimus ex Nabathaea iuncus, cognomine Teuchites, pro...im... Babylonius, peſſimus ex Africa, ac ſine odore. Eſt autem ro...un..., vinoſae mordacitatis ad linguam. Sincerus in confricando ...dorem roſae emittit, rubentibus fragmentis. *Dioſcorides* τευχῖτιν ... *at feminino genere, reſpiciens nimirum ad nomen generalius* σχοῖνος, ... *tiam in feminino genere ab eodem vſurpatur.*

...VCRION, *vel* TEVCRIS. [τεύκριον] *Herba.* Teucria *legitur* ...tia *a nonnullis ap.* Plin. 26, 7. Idem 25, 5 Inuenit et Teucer ea...le...ietate teucrion, quem quidam hemion vocant, ſpargentem iun...os ...ues, folia parua, aſperis locis naſcentem, auſtero ſapore, nun...m... ...orentem: Neque ſemen gignit. Medetur lienibus. Conſtat... ...ue ...c inuentam: Quum exta ſuper eam proiecta eſſent, adhaeſiſſe lie...ni, ...mque exinaniſſe. Ob id a quibusdam ſplenion vocatur. Nar...ant ...ues qui radicem eius edunt, ſine ſplene inueniri. Idem 24, 15 Chamaedrys herba eſt, quae Latine triſſago dicitur. Aliqui eam cha...mae...opem, alii Teucrion appellauere. Folia habet magnitudine ...men...e, colore et diuiſura quercus. *add.* Apul. de herb. c. 24 *et* 56.

T...VMESVS, i. m. [Τευμησσὸς] *Mons Boeotiae, non recte ſcri...itu... cum adſpiratione.*

...VMESSIVS, a, um. *Pro Thebano ponere ſolet* Statius, *vt* Ar...va Teumeſſia Theb. 2, 383. Amnis Idem Theb. 9, 462. Cor...nus *baſia* Idem Theb. 2, 624. Leo *ab Hercule interfectus* Idem Theb. 4, 86.

T...VTĀTES, ae. m. [Τευτάτης] *Lingua Gallica dictus eſt Mercurius, qui illis humano ſanguine placabatur. Hunc Plato inuentorem fuiſſe Geo...triae et Aſtronomiae atque talorum ſcribit.* Lucan. 1, 444 Et qui...s immitis placatur ſanguine diro Teutates, horrensque fe...risq... altaribus Heſus. *Vid.* Lactantium 1, 21 *pr.*

...VTHA, [Τεύθη] *vid.* TEVCA.

T...VTHĂLIS, idos. f. [τευθαλὶς] *Herba, quam alii a frequen...tia ...niculorum* Polygonaton *appellant, alii* Polygonon Plin. 27, 12.

T...VTHRANIA, ae. f. [Τευθρανία] Plin. 5, 3 Regio *eſt* ſupra Aeolida et p...tem Troadis in mediterraneo, quam Myſi antiquitus tenuere. *Step...nus* Teuthraniam *a* Teuthrante *dictam eſſe cenſet. Nempe*

TEVTHRAS, antis. m. [Τεύθρας] *Rex Myſiae, quem Stephanus et Euſtathius patrem Theſpii dicunt, filium Pandionis. quorum ſententiam* Ouidius *ſecutus videtur, quum* TEVTHRANTIAM turbam *Theſpii quinquaginta filias ab Hercule compreſſas innuit,* Epiſt. 9, 51. *Vid. Burm.*

TEVTHRANTĒVS, a, um. Adi. [Τευθράντειος] Ouid. Met. 2, 243 Peneusque ſenex, Teuthranteusque Caycus.

TEVTHRION, i. n. *Herba.* Plin. 21, 7.

TEVTŎNI, orum. m. [Τεύτονοι] *Qui et* Teuthones *et* Teutonici *dicuntur.* Plin. 4, 14 Germaniae populi, ſic dicti a Teutone Deo, quem terra ortum exiſtimabant. Lucan. 6, 259 Cantaber exiguis aut longis Teutonus armis.

TEVTONICVS, a, um. Adi. [Τευτονικὸς] *Vt,* Teutonici capilli, *quales Teutones geſtare ſolent, hoc eſt flaui.* Martial. 14, 26. Propert. 3, 3, 44 Et Teutonicas Roma refringat opes. Furor Teutonicus Lucan. 1, 256. Manubiae Teutonicae Gruter. Inſcript. p. 436. n. 3. Vomer Teutonicus Claud. in Eutrop. 1, 406.

TEVTOSAGI, *vid.* TECTOSAGES.

T E X

TEXO, texui *vel* texi, textum, ĕre. [ὑφαίνω] *Proprie fila ſibi decuſſatim implicare, vt veſtis vel pannus, fiat: deinde ſtruere, componere, concinnare, conſtruere.* Ter. Heaut. 2, 3, 44 Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus. Ouid. Met. 6, 54 *in certamine Mineruae et Arachnes,* Et gracili geminas intendunt ſtamine telas
Tela iugo vincta eſt: ſtamen ſecernit arundo:
Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis;
Quod (*ſubtemen*) digiti expediunt, atque inter ſtamina ductum
Percuſſo feriunt inſecti pectine dentes.

Sen. Epiſt. 90 *med.* Quemadmodum alia torqueantur fila (*ad ſtamen*) alia ex molli ſolutoque ducantur: deinde quemadmodum tela ſuſpenſis ponderibus rectum ſtamen extendat: quemadmodum ſubtemen inſertum, quod duritiem vtrimque comprimentis tramae remolliat, ſpatha coire cogantur et iungi. *Vid. leg.* Cogatur: *refertur enim ad* ſubtemen. *Caeterum ex his Ouidii ex Senecae locis diligenter conſideratis, iisque additis, quae in* LICIVM, STAMEN, SVBTEMEN, TRAMA *dicimus, ſpero, lucem addi poſſe maiorem Texturae veteri, quam eſt illa, quam accenderunt magna doctrina, ſucceſſu non vsque quaque felici, Caſaubonus ad* Perſ. 6 p. 509 ſq. *et Salmaſ. ad* Capitolin. Pertin. 8 p. 545 *itemque ad* Vopiſci Aurel. 46 p. 563 ſqq. *Noſtra lucem accipiant quoque e loco Theophylacti in Iohannem de tunica Chriſti, quem laudant Caſaub. ad Baron. 16, 84 p. 560 et Salmaſ. ad* Vopiſc. *l. c. neuter, credo, intellexit.* *Metaph.* Cic. Att. 4, 15 Paullus in medio foro baſilicam iam paene texuit iisdem antiquis columnis. Carina texitur ſuis coſtis Ouid. Epiſt. 16, 110. Fiſcellam texit hibiſco Virg. Ecl. 10, 71. Flores texere Ouid. Met. 10, 123. Horrea floribus *de apibus* Virg. Georg. 4, 250. Naues Idem Aen. 11, 326. Nauigium texere Plin. 13, 11. Nidos texere Quinctil. 2, 16, 16. Sepes texendae Virg. Georg. 2, 371. Trabibus Spectacula textis Calpurn. Ecl. 7, 23. Cic. Fam. 2, 15 Sed tamen togam praetextam texi Oppio. Interpres Texi, Ornaui *interpretatur.* Vaſa ex ferulis Columel. 9, 6. Veſtes texere Tibul. 2, 3, 57. *add.* Ouid. ex Pont. 1, 3, 30. ¶ 2 *Ad multa alia transfertur, vt,* Cauſas texere lethi Propert. 3, 7, 29. Cic. Fam. 9, 21 Epiſtolas vero quotidianis verbis texere ſolemus. Orationem Auſon. Prof. v. 12. *conf. Brouckhuſ. ad* Tibull. 4, 1, 211. Cic. Q. Frat. 3, 5 Sane texebatur Opus luculente, hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis adferebat. Idem Acad. 4, 147 Vt quum plus vno verum eſſe non poſſit, iacere neceſſe ſit tot, tam nobiles diſciplinas, quam de oculorum ſenſuumque reliquorum mendaciis, et de ſorite, aut pſeudomeno, quas Plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt *i. retia, quibus ipſi capiantur.* Ea tela texitur, et ea viuendi ratio incitatur in ciuitate, Prouerbialiter a Cicerone dictum, *pro, Id iam in ciuitate paſſim fieri conſpicitur.* Cic. de Orat. 3, 224 c. 60 Ego vero, inquit Craſſus, ac doleo quidem illos viros in eam fraudem in Rep. eſſe delapſos, quanquam ea tela texitur et ea incitatur in ciuitate ratio viuendi, ac poſteritati oſtenditur, vt eorum ciuium, quos noſtri patres non tulerunt, iam ſimiles habere cupiamus.

TEXENS, entis. Part. Aranea texens telam Catull. 69, 49.

TEXTVS, a, um. Partic. [ὑφασμένος] Virg. Aen. 2, 186 Adamas textus, *vid.* ADAMAS. Iter textum caecis parietibus Virg. Aen. 5, 589, *de Labyrintho; caeci* parietes, *qui dignoſci non poſſunt.*

TEXTVS, ûs. m. [ὕφασμα] Plin. 9, 35 Alterno textu fulgentibus, toto capite crinibus, *etc.* Idem 18, 7, 11 Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur. Viminum textus Tacit. Ann. 2, 14. *Metaphor.* Textus, *pro contextis ſcriptoris verbis.* Ammian. 15, 7 Rem breui textu percurram. Idem 15, 8 Vt oſtendit textus ſuperior. *Vid. plura ap. Borrich. Vindic. p. 229.*

TEXTVM, i. n. [πλέγμα] *Opus quodcunque texendo factum.* Martial. 3, 58 Et dona matrum vimineo ferunt texto. *i. corbe.* Quinctil. 9, 4 Neque illud in Lyſia dicendi textum tenue atque raſum laetioribus numeris erat corrumpendum. Illuſtre textum coronae, *Corona e lauro contexta* Stat. Theb. 6, 366. Mirabile Idem Theb. 10, 56. Purpura nempe mihi, pretioſaque texta dabuntur Ouid. Epiſt. 17, 223. Calumniae textum Apul. Apol. p. 313. Pinea texta carinae Catul. Argon. 62 ſ. 10. *et* 54, 10. Clypei non enarrabile textum Virg. Aen. 8, 625. *Vid.* Stat. Theb. 7, 652. Thoracum texta Id. ib. 5, 534. *De Hominis ſtructura vſurpatur* Prudent. Hymn. Exſequ. v. 16. *conf.* Solin. c. 8. Lucret. *et* Acc. *ap.* Non. 3, 243. Textum *eſſe interdum in libris pro* Teſto, *iam ſ. l. obſeruatum eſt.*

TEXTĬLIS, e. Adi. [ὑφαντὸς] *Quod textum eſt.* Cic. Tuſc. 5, 61 c. 21 Collocari iuſſit hominem in aureo lecto ſtrato pulcherrimo, textili ſtragulo, magnificis operibus picto. Virg. Aen. 3, 485 Textilibusque onerat donis. Textilia ſerta Martial. 6, 80. Lucret. 5, 1349 Nexilis ante fuit veſtis, quam textile tegmen. Auro textili fulgens monile, *Auro intertexto* Sen. Medea ſ. 7. Pictura textilis, *Quae in tapetis fieri aut tela ſolet.* Cic. Verr. 4, 1 Nego vllam picturam neque in tabulis, neque textilem fuiſſe, quin quaeſierit, inſpexerit, *etc.* Pellis textilis Cic. Tuſc. 2, 20 c. 8 *Tunicam intelligit ſanguine Centauri tinctam, quam Deianira Herculi dedit.* Vmbra palmitis textilis, *Quae multis palmitibus intertextis fit* Martial. 12, 31. ¶ 2 *Subſtantiue:* Liu. 45, 35 Naui regia onerata Macedonicis ſpoliis, non inſignium tantum armorum, ſed etiam regiorum textilium. Ibid. Tabulae pictae, textilia: tantum argenti, caelati tantum auri, *etc.*

TEXTOR, ōris. m. [ὑφάντης, ἱϛουργὸς] *Qui texit.* Cic. pro Planc. 62 c. 25 Si pro fabro, aut pro textore emimus. Iuuen. Sat. 9, 30

— Pingues aliquando lacernas
Munimenta togae, duri, craſſique coloris,
Et male percuſſas textoris pectine Galli.

Textores limbularii *apud* Plautum in Aul. 3, 5, 45 *qui limbos ad veſtium ornatum texunt.*

TEXTORIVS, a, um. Adi. Sen. Epiſt. 114 (113) Textorium, inquis, totum me hercule iſtud eſt, quod cum maxime agitur, diſſilio riſu. Opus textorium Columel. 9, 6.

TEXTRIX, īcis. f. [ὑφάντρια] *Quae texit.* Tibul. 2, 1, 65 Atque aliqua aſſidue textrix operata Mineruam Cantat. Textricum ars inuenta Sen. Ep. 90. *add.* Apul. Met. 6 p. 180.

TEXTERNA, ae. f. Veſtem de texterna emere Apul. Flor. p. 14. *Elmenhorſt.* p. 346 *legit* textrina: *vid. eius Emendd.*

TEXTRICVLA, ae. f. Dimin. Puellae textriculae Arnob. 5 p. 166.

TEXTVRA, ae. f. [ἱϛουργία] *Opus textorium, ſiue Actus ipſe textoris vel textricis.* Tenuis textura Lucret. 3, 210. Aranearum textura Plaut. Stich. 2, 2, 24. Coae textura Mineruae Propert. 4, 5, 23. Texturae diſſimiles inter ſe Lucret. 6, 776. *add.* Tertull. de Reſurr. c. 34.

TEXTRĪNA, ae. f. [ἱϛουργεῖον] *Locus, in quo texitur.* Cic. Verr. 4, 58 c. 26 Nulla domus in Sicilia locuples fuit, vbi iſte non textrinam inſtituerit. *Al.* Textrinum. ¶ 2 Textrina, [ὑφαντική] *Ars ſeu ſcientia texendi.* Plin. 11, 24 Quam non ad hoc videtur pertinere cribratae pexitas telae, et quaedam politura artis ipſa per ſe tenax ratio textrinae. *Vetus exemplar ſic habet,* Et quadam politurae arte, ipſa per ſe tenax ratio tramae.

TEXTRINVS, a, um. Textrinae artis magiſtra Firmic. de Err. Prof. Relig. c. 17.

TEXTRĪNVM, i. n. [ὑφαντεῖον] *Locus in quo texitur.* Cic. Verr. 4, 103 Quod tamen iſti textrinum per triennium ad muliebrem veſtem conficiendam fuit. *Add.* Tertull. adu. Gent. c. 1. Sidon. Ep. 2, 2. Item, *Ipſa ars.* Sueton. de illuſtr. Gramm. c. 23 Palaemon primo textrinum, deinde literas didicit. *Item,* Locus in quo naves fiunt Seru. *ad* Virg. Aen. 11, 326.

TEXTIVILITIVM, *vid.* TITIVILLITIVM.

T H A

THAIS, ĭdis. f. [Θαΐς] *Alexandrina, nobilis meretrix fuit, quae Atticam iuuentutem in ſui amorem pellexit. Hanc ſuis carminibus celebrauit Menander, comicus Poëta Graecus, vnde et Menandrea dicta eſt.* Propert. 2, 6, 3 Turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus luſit Erichthonius.

THALAMĒGVS, i. m. [θαλαμηγὸς] *Quaſi tu thalamiferam dicas, Nauis a Philopatore Aegyptio rege primum fabricata, qua Nilum et Aegypti foſſas nauigaret, eo vſu, vt intra thalamum in regia ſibi eſſe videretur, magnitudine ſemiſtadii, latitudine cubitorum triginta et amplius nec longis nauibus nec rotundis omnino ſimilis, prora puppique duplici, fundo lato planoque.* Strabo 17 *Oblectantur, inquit, mirum in modum in ſcaphis thalamiferis,* ἐν σκάφαις θαλαμηγοῖς. Sueton. Caeſ. c. 52 Dilexit maxime Cleopatram, cum qua et conuiuia in primam lucem ſaepe protraxit, et eadem naue thalamego paene Aethiopia tenus Aegyptum penetrauit. *Vid. Interpp. ad h. l.*

THALĂMVS, i. m. [θάλαμος, παϛὸς] *Coniugum cubiculum vbi lectus genialis. it. generatim locus, vbi aliquis habitare conſueuit. add.* Ouid. Met. 3, 738. Plin. 8, 46. Vitr. 6, 10. Solin. c. 35. *conf. Voſſ. Inſt. Orat.* 4 p. 225. Virg. Aen. 6, 280 Ferreique Eumenidum thalami. *Saepe apud Poëtas Coniugium* thalami *mentione indicatur.* Certamen thalami Ouid. Met. 10, 317. *quis thalamum puellae ingrediatur, de nuptiis puellae.* Conſors thalami, *Coniux, Vxor vel maritus* Ouid. Met. 10, 246. Cultus thalamus ebore et teſtudine Idem Met. 2, 737. Geniales thalami Claud. in Ruff. 2, 96. Iugales thalami Valer. Argon. 1, 226. Marmoreus thalamus Virg. Aen. 4, 392. Vidui thalami Valer. Argon. 2, 370. Apparare thalamos Senec. Troad. ſ. 10. Expertem thalami vitam degere, *Expertem coniugii* Virg. Aen. 4, 550. Felici thalamo dotare aliquam Senec. Troad. ſ. 10. Virg. Aen. 6, 521 Tum me confectum curis ſomnoque grauatum Infelix habuit thalamus. Indulgere thalamis Valer. Flacc. Argon. 2, 371. Inire thalamum Ouid. Met. 4, 328. Inuadere thalamum alicuius Virg. Aen. 6, 623. Laedere thalamos ſtupro Sen. Herc. Fur. 6. Miſcere thalamos Sen. Hippol. 12. Petere thalamos Ouid. Met. 6, 700. Tenere thalamos alicuius Senec. Octau. 5. Violare thalamos pudicos Ouid. Amor. 1, 8, 19. Thalami, *pro Alveis apum* Virg. Georg. 4, 189 Poſt, vbi iam thalamis ſe compoſuere, ſiletur In noctem.

THALASSAEGLE, es. f. *Vt ſi ſplendorem maris dicas,* θάλασσα *enim mare eſt,* αἴγλη *ſplendor.* Herba circa Indum fluuium naſcens Plin. 24, 17.

THALASSIA, ōrum. n. Pl. *Loca maritima.* Sidon. Epiſt. 1, 5.

THALASSICVS, a, um. Adi. [θαλασσικὸς] *Marinus.* Plaut. Mil. 4, 6, 67 Neſcio quis tecum incedit ornatu thalaſſico. Idem Milit. 4, 4, 43 Palliolum habeas ferrugineum: nam is color eſt thalaſſicus.

THALASSĬNVS, a, um. [θαλασσινὸς] *Idem. Vt,* Veſtis thalaſſina Lucret. 4, 1120. *h. e. Veneti coloris et marini.*

THALASSIO, *vel, quod magis placet viris doctis,* TALASIO, ōnis. m. [ὑμέναιος] *Carmen nuptiale, ita dictum a voce, quam in nuptiis efferebant, quae erat thalaſſus.* Liu. 1, 9 *vbi de raptu Sabinarum,* Signoque dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit: magna pars forte, vt in quem quaeque inciderat, raptas quasdam forma excellentes primoribus Patrum deſtinatas, ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant. Vnam longe ante alias ſpecie ac pulchritudine inſignem a globo Thalaſſii cuiusdam raptam ferunt: multisque ſciſcitantibus cuinam eam ferrent, identidem, ne quis violaret; Thalaſſio ferri clamitatam, inde nuptialem hanc vocem factam. Varro *apud* Feſtum Paulli *ſcribit* Talaſionem in nuptiis ſignum eſſe lanificii. Talaſionem enim vocabant quaſillum vas lanificiis aptum. *Sed* Fragm. Feſti τάλαρον id eſt quaſillum ſolitum appellari talaſſionem. *Plutarchus, hanc in nuptiis vocem primo habitam fuiſſe affirmat, quod Graeci* ταλάσιον *lanificium vocant, ea ratione, vt prouocarentur virgines ad opera, et potiſſimum ad lanificium.* Catull. Epithal. Iuliae ſ. 62, 132 — ſatis diu Luſiſti nucibus, lubet iam ſeruire Thalaſſio. *h. e. Nuptiis, matrimonio. Declinatur hic* Talaſſius, Talaſſii, *Verum* Martial. 1, 36 Quid ſi me iubeas Thalaſſionem Verbis dicere non Thalaſſionis. *h. e. Scribere, vel cantare epithalamium. Add.* Id. 3, 92. *Dicitur et*

THALASSVS, i. m. *Idem* Martial. 12, 42.

Barbatus rigido nupſit Calliſtratus Afro
Hac qua lege viro nubere virgo ſolet.
Praeluxere faces: velarunt flammea vultus:
Nec tua defuerunt verba, thalaſſe, tibi.
Dos etiam dicta eſt. Nondum tibi Roma videtur.
Eſſe ſat? exſpectas numquid et vt pariat?

Eſt igitur Thalaſſus *quoque Nuptiarum deus, qualis apud Grae[cos] Hymenaeus, et Carmen nuptiale.*

THALASSOMĔLI. Indecl. [θαλασσόμελι] Vnguentum aequis portionibus aquae maris, mellis imbris, fictilique vaſe conditur Plin. 31, 6. *Dioſc.* 5, 12. Seren. v. 534.

THALASSITES, ae. m. *Vinum, ap.* Plin. 14, 8 *quod ſit* v[a]ſti deiectis in mare, quo genere praecox fit vetuſtas.

THALASSIVS, THALASSVS, *vid.* THALASSIO.

THALES, ētis. m. [Θαλῆς] *Mileſius, vnus e ſeptem et prin[cipes] Graecos, cuius iu Prouerbium abiit, vel Antonomaſian, ſapienti[s] miſſis reliquis modo damus,* ex Auſonii Sapientibus Thaletis pra[ecepta].

Turpe quid auſurus, te ſine teſte time.
Vita perit, mortis gloria non moritur.
Quod facturus eris, dicere ſuſtuleris.
Crux eſt, ſi metuas, vincere quod nequeas.
Cum vere obiurgas, ſic inimice iuuas.
Quum falſo laudas, tunc et amice noces.
Nil nimium ſatis eſt, ne ſit et hoc nimium.

Cic. de N. D. 1, 91 c. 33 Enumeraſti — vsque a Thale M[ileſio] natura deorum philoſophorum ſententias.

THALETĬCVS, a, um. Sidon. Carm. 2, 89 Quartus A[naxago]ras Thaletica dogmata ſeruat.

THALESTRIA, *ſ.* THALESTRIS. [Θαληϛρία] *Regin[a] [Amazo]num, quam alii Minitheam vocant. Haec cum trecentis muli[eribus] [oc]currit, trigintaquinque dierum inter confertiſſimas gentes itinere fa[cto] [A]lexandro in Hyrcania res gerenti, vt liberos ex rege ſuſciperet: e[t] eſt vterum impleſſe diſceſſit.* Strab. 11. Curt. 6, 5 *qui* [Thale]ſtrim vocat.

THALĪA, ae. f. *Vna eſt e muſis.* Θάλεια, *a* θάλλω *germino* [...] *quoniam in longum tempus Poëtarum laus parta vireſcat, vid.* Arguta Thalia Hor. Carm. 3, 6, 25. Laſciua Thalia Stat [...] 1, 116. ¶ 2 *Nympha,* Virg. Georg. 4, 338. *Herba ap.* Apul. de Herb. c. 74.

THALIARCHVS, i. m. *Magiſter quidam, et dominus con[uiuii] et* Sympoſiarchus *vocabatur. Nam* Thalia, *Conuiuium etiam G[raece] [ſi]gnificat.* Turneb. Aduerſ. 11, 28. *ad* Hor. Carm. 1, 9. *ad* Thal[iarchum] *et v.* 8 Deprome quadrimum Sabina, O Thaliarche, merum di[ota].

THALICTRVM, i. n. [θαλίκτρον] *Dioſcoridi, Herba folia* [...] *habens, pinguiora paullo, caulem papaueris.* Plin. 27, 13.

THALLVS, i. m. Virg. in Ciri v. 376 Pergit Amycla[...] gens altaria thallo. *i. Oliuae ramo. Conf.* Alcim. Auit. ¶ 2 Thalli, θάλλοι *dicuntur in porris et cepis et allio Medii a verbo Graeco* θάλλειν, *id eſt vireſcere. Vnde et pro Germine ponitur.* Columel. 11, 3, 58 Thalli ceparum ventis proſterne[n]tumque ſemen excutietur. *Conf.* Pall. Feb. 24, 4 *vbi etiam* C[...] *cantur, vid.* FVSTICVLVS. *Add. Salmaſ. ad* Solin. p. 823.

THAMNVS, i. m. [ἕλιξ, βοτάνης, εἶδος Gloſſ. Lat. Gr.] *Add* [...] 7, 1 *in herbis, quas condiri iubet. Al.* Rhaninus.

THAMYRAS, ae. m. [Θαμύρας] *Thrax Poëta, i. Theſſalus ex* [...] *confuſis apud vetuſtiſſimas Thraciae, Macedoniae, Theſſaliae, termin[is]* [...] *Iſ. Voſſ. ad* Melae 2, 3 p. 455 *cuius fabulam exponunt Schol. ad Il.* B. 595. *Graecos alios diligenter compoſuit Barth. ad* Stat. T[heb.] [...] 181. *Breuiter Philammonis et Argiopae nymphae filius primus tur[pium] [...]rorum amorem inſtituit; deinde certamen canendi deferre Muſis* [...] *ea lege, vt victor omnium illarum concubitu potiretur, victus p[...] quod placeret ipſis ſupplicium. Victrices Muſae oculis, et cantu* [...]*te ipſum priuarunt.* Stat. Theb. 4, 182 Hic, fretus doctas ante[...] nendo Aonidas, multos Thamyris damnatus in annos, Ore ſimu[l] [...]raque (quis obuia numina temnat?) Conticuit praeceps. Pro[pert.] [...] 19 Me licet et Thamyrae cantoris facta ſequantur, Nunquam [...] moſas, inuide, caecus ero. Hygin. Poët. Aſtron. 2, 6 *de ſidere* [...] ſin, Alii Thamyrin a Muſis excaecatum, vt ſupplicem ad genu [...] tem dicunt. Ouid. de Arte Am. 3, 399 Tu licet et Tham[yran] [ſu]peres, atque Orphea cantu. Thamyras, Aruſpex quidam [...] meminit Tacit. Hiſt. 2, 3.

THAPSVS, i. f. [Θάψος] *Peninſula Siciliae, verſus Syracuſas, quam minimum e mari eminens, adeo vt vndis merſa videatur.* Thapſus *dicta eſt* ἀπὸ τοῦ θάπτειν, *quod in mari quodammodo ſe[pelire vi]deatur.* Virg. Aen. 3, 689 — Thapſumque iacentem. *Scr[ibitur et]* Tapſus. Thapſus *etiam Africae ciuitas, vt ait* Plin. 5, 4. Dion. lib. 43.

THAPSIA, ae. f. [θαψία] Frutex *de quo* Plin. 13, 22 Semen [...] Thapſiam quidam vocauere, decepti eo, quoniam ferula ſine d[ubio] [...] Thapſia, ſed ſui generis, foliis eniculi, inani caule, nec excede[nte] [ba]culi longitudinem; ſemen quaſi ferulae, radix candida, inciſa la[cte] [ma]nat, et contuſa ſucco, nec corticem abdicant. Omnia ea venena [...] pe etiam fodientibus nocet, *etc. Sunt enim pluſcula etiam de ſucc[o]* [...] *eo remediis. Add.* 17, 9. *et* 26, 4. Celſ. 5, 18. *et* 6, 4. Palla[d.] [...] *Vid.* Plin. 13, 21.

THĂSVS, i. f. [Θάσος] *Oppidi nomen, teſte Herodoto lib.* 2. *Qu[...] in Thaſum profectus ſum, vbi inueni templum a Phoenicibus co[nditum], qui ad inueſtigandum Europam nauigantes, Thaſum condiderunt, e[t] [...]oquin eſt Inſula in Aegaeo mari prope Thraciam vino ſuo* Colum. [...] *et nuce optima, cuius Varro meminit* . . . *celebris.* Vini *etia[m]* [...] 14, 7. Nemoroſa Thaſos Stat Theb. 5, 182.

THASIVS, a, um. Adi. Lyſandri in Thaſum et Thaſios [...] [...]litas *excidit ex libri* Nepotis c. 2. Nux Thaſia, *quae et* Gra[...] *citur et* Amygdala Macrob. Saturn. 2, 14. Vites Thaſia[e] [...] Georg. 2, 91.

THAVMACIA, ae. f. [Θαυμακία] Magneſiae oppidum, *ita d[ictum]* [...] *Thaumaca Poeantis patre: cuius meminit* Plin. 4, 9. *Stephanus* [...] maciam *alteram collocat ad ſinum Maleacum.*

THAVMANTIAS, adis. f. [Θαυμαντιὰς] *Dicitur Iris, fili[a] [Thau]mantis et Electrae filiae Oceani,* nuntia deorum in rebus malis, [...] curius, in bonis. Caeterum et ex admiratione hoc nomen accep[it] [...] admiratio de eius coloribus naſcitur. *Auctor* Seruius *in illu[d]* [...] Aen. 9, 5 Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt; [...] enim Graece, miraculum ſignificat.

THAVMANTIS, ĭdis. f. Idem. [Θαυμαντὶς] *Vt*, Imbrifera Thaumantis Stat. Silu. 3, 3, 81.

THAVMANTAEVS, a, um. Adi. [Θαυμάνταος] *Vt*, Virgo Thaumantaea Ouid. Met. 14, 845.

T H E

THEAMĒDES. [θεαμήδης] *Lapis, contrariam magneti habens natu-ram Nam vt ille ferrum occulta quadam naturae vi ad ſe attrahit, ita* Theamedes ferrum omne abigit reſpuitque Plin. 36, 16 *Videtur ... obſeruaſſe polos illos, vt hodie vocantur, contrarios: unde ſit, vt de-... a ſe inuicem ferrum, etc.*

THEANGELA. [Θεάγγελα] Cariae oppidum, vnum ex iis, quae ...exandro magno Halicarnaſſo fuerunt attributa Plin. 5, 29.

THEANGELIS, idis. f. *Herba magica, quaſi deorum nuncia* ... 24, 17.

THEANVM. [Θέανον] *Cognomine* Sidicinum, *Apuliae oppidum, Au-...r Cicerone pro Cluentio . . . Strabone 6. et* Hor. Epiſt. 1, 1, 86.

THEATRVM, i. n. [θέατρον, θεατρῶον] *a verbo* θεάομαι, *quod Spectare ...nat. Eſt autem Aedificium oblongum, ab vna parte rectangulum, ab ... hemicycli ſpeciem factum, ad videnda ſpectacula idoneum.* Cic. ...ib 1, 49 c. 15 Tanquam e theatro exeamus. Iuuen. Sat. 10, 128
— Sacuus et illum
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenae
Torrentem, et pleni moderantem frena theatri. *Demoſthenem.* ...*u Graecos* Theatra *etiam pro foro, in quibus de republica agerent, ...arentur, etc. vti mox dicetur. Romae ſpectandi locum in theatro Se-...s in imis gradibus ante omnes habuerunt: quod inſtituere Curules ...s, Cenſorum iuſſu, Attilius Serranus et L. Scribonius Libo. fecit ...ua lege L. Roſcius Otho, Ciceronis aetate, alteram in populo diſtin-...n: tulit enim, vt equeſter ordo ſeorſum a plebe in* XIIII *gradibus ..., iis tamen equitibus exceptis, qui ſiue ſuo, ſiue fortunae vitio deco-..., cui generi certum locum aſſignauit, poena irrogata, ſi in* XIIII *ſe-... Hinc illud in Antonium* Philipp. 2, 44 Teneſne memoria, te ...tatum decoxiſſe? Patris, inquies, iſta culpa eſt. Concedo: i... neri audaciae tuae, quod ſediſti in quatuordecim: cum eſſet le-...cia decoctoribus certus locus conſtitutus, quamuis quis fortunae ...ion ſuo, decoxiſſet. *Primum igitur ſenatores in ſedibus ſcenae pro-...ſidebant. Secundo loco proxime ſediſſe equites, vix dubium eſt: ...od eſt* Tac. An. 15, 32 *de indiſcretis ad Neronem vſque locis, ad ...pertinet. Vid. Lipſ. et conf.* QVATVORDECIM. Alta fundamenta ... Virg. Aen. 1, 423. Arcto theatro ſtipata Roma Hor. Epiſt. 2, 1, 60. ...um theatrum, *vid.* CVNEVS. Curua theatra *circularia* Ouid. de ...m. 1, 89. Atticis quoque, Quibus theatrum curiae praebet vicem ... Lud. 7 Sap. Prol. Antiochenſium theatrum ingreſſus, vbi illis ...are mos eſt Tac. Hiſt. 2, 80, 4. *Conf. Lipſ. ad h. l.* Nep. 20, ... Liu. 25, 10 *pr. et* 24, 39. Feſta theatra, *in quibus ludi ac ...li celebrantur* Ouid. Met. 3, 111. In theatro ac ſpectaculis ...t. 2, 19. Magna theatra Lucret. 4, 74. Marmoreum ...m Ouid. Amor. 2, 7, 3. Spiſſa theatra Hor. Epiſt. 1, 20, ... Habere theatrum ſane bellum Cic. Att. 20 *pr. conf. Gronou.* ...rum, *pro Spectatoribus ipſis,* Quinctil. 6, 1 Tunc eſt commouen-... theatrum, quum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres tragoe-... comoediaeque clauduntur, Plaudite. Epicurus vni ex ...tibus ſtudiorum ſcripſit: ſatis magnum alter alteri theatrum ſu-...en. Ep. 7. Commouere theatrum Quinctil. 6, 1 *ſub fin.* Cla-...urba theatri Stat. Silu. 3, 5, 16. Theatra reclamant Cic. de ..., 194 c. 50. *h. e. Spectatores.* *Per tranſlationem.* Cic. Verr. ... 14 Sic obtinui Quaeſturam in prouincia Sicilia, vt omnium o-...n me vnum coniectos arbitrarer: vt me Quaeſturamque meam ...n aliquo orbis terrae theatro verſari exiſtimarem. In thea-...trarum orbis Eſſe Curt. 9, 6, 21. Cic. de Clar. Orat. 6 ...orum Populi Rom. quod fuiſſet quaſi theatrum illius ingenii. ...uſc. 2, 64 c. 26 Omnia enim benefacta in luce collocari volunt: ...men nullum theatrum virtuti conſcientia maius eſt. Cic. pro ... Poſt. 42 Multas equidem C. Caeſaris virtutes magnas incredi-...le cognoui, ſed ſunt caeterae maioribus quaſi theatris propoſi-...e. Cic. Fam. 13, 65 Summa eius epiſtolae haec eſt, vt ornes ...us rebus Neronem, ſicut inſtituiſti atque feciſti. Magnum the-... habet iſta prouincia, non vt haec noſtra, adoleſcentis nobilis, ...oſi, abſtinentis commendationem atque gloriam. *i. Multos Spe-...* Cic. Fam. 12, 29 Non modo te, cui noſtra omnia ...ma ſunt, ſed neminem in Pop. Romano arbitror eſſe, ... ignota ea familiaritas, quae mihi cum L. Lamia eſt. Etenim ma-...theatro ſpectata eſt tum, cum eſt ab A. Gabinio Conſule relegatus, ... libere et fortiter ſalutem meam defendiſſet. Optimus quiſ-...ue praeceptor frequentia gaudet, ac maiore ſe theatro dignum putat ...ctil. 1, 2.

THEATRĬCVS, a, um. Adi. [θεατρικὸς] *Vt*, Spectacula theatri-... Auguſt. de Ciu. Dei, 6, 6 Theatricae turpitudines. *Add. ib.* c. 7 *et* ... 2 c. 17.

THEATRĀLIS, e. Adi. [θεατρικὸς] *Idem.* Artes Tac. Ann. 14, 21, 3. Cic. pro Sext. 115 c. 54 Theatrales gladiatoriique conſeſſus. Huma-...itas indecora et theatralis Quinctil. 2, 2. Laſciuia Tac. Ann. ... 1. Lex theatralis Quinctil. 3, c. 6. Plin. 7, 30. Licen-...a ...ac. 13, 24, 1. Operae theatrales Tacit. Ann. 1, 16, 4. Ser-...ones Sidon. Epiſt. 3, 13. *Add.* Plin. 4, 8. *et* 32, 2. Suet. Aug. c. 40. ...r Emit. c. 8. *Sauaro ad* Sidon. l. c.

THEATRIDIVM, i. n. Dimin. [θεατρίδιον] *Forma Graeca a The-atrcleductum, quaſi paruum theatrum: nec enim* Theatrulum *dicimus.* Varr. de R. R. 3, 5 Inter has et exteriores gradatim ſubſtructum vt theatridium auium: mutuli crebri in omnibus columnis impoſiti, ſe-...ili auium.

THEBAICAE, *ſeu* THEBAIDES; *dicuntur Palmae generoſiores.* ...n 5, 28 Carne palmae placent, cruſta thebaicae, ſucco vuae et cary-...ota Idem 13, 4 Thebaidis fructus in cados conditur. Stat. Silu. 4, 9, ... Chartae, Thebaicaeue, Caricaeue *inter munuſcula ſaturnalicia.*

THEBAIS, ĭdis. f. [Θηβαΐς] *Africae regio* Plin. 5, 9 Summa pars Aethi-...opi... contermina, Thebais vocatur. *Quod nomen poteſt eſſe patronymi-...cum* Thebe, *de qua ſtatim.* ¶ 2 Fluuius eſt etiam huius ...nominis in Caria Plin. 5, 29.

THEBE, es. THEBA, ae. *et* THEBAE, ārum. f. [Θήβη] *Sin-gularis rarior, habetur tamen v. g.* Stat. Theb. 8, 349 Viue ſuperſtes, ...at, iraeque ad moenia Thebae Solus abi. *Caeterum eſt hoc nomen quarundam vrbium, quarum vna et celeberrima fuit in Aegypto, a Bu-ſiride Aegypti rege condita, quae Graece* Ἡλιόπολις, *id eſt Solis ciuitas: am-bitu centum quadraginta ſtadiorum, vti refert Herodotus, quam* Plin. 36, 14 Totam penſilem fuiſſe ſcribit, *i. fornicibus ſubnixam:* exercitus armatos ſubter educere ſolitis regibus nullo ex oppidanis id ſentiente. *Multa de hac Diodorus et Strabo 17, a quo Dioſpolis vocatur. Dirutam col-lapſi, vt alia ſolent vetuſtate, etiam Strabonis temporibus vicatim inhabita-ta eſt.* Iuuen. Sat. 15, 16 Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis. *Ab hac regio* Thebaica, *Aethiopiae contermina, cognominata eſt. A qua et* Thebaei, *et fructus palmarum eius* Thebaides et Thebaicae *dicuntur, vt vidimus.* ¶ 2 *Alia* Thebe *fuit in Boeotia, a Cadmo, Agenoris filio, condita, quam Amphion muris ornauit, Bacchi et Herculis clariſſima patria, ab Alexandro Magno poſtea euerſa, quae et Draconigena dicitur, quia a Cadmo cum quinque viris ex ipſo dracone ab ipſo interfecto natis, conſtructa fuit.* Varro *tamen* de R. R. 3, 1 *pr. ſcribit,* hanc vrbem ab Ogyge aedificatam. *Ab hac* Thebani *dicti ſunt. Hanc* Heptapylon *vocat* Apuleius, *ab eo, quod ſeptem portas habebat, inclita duobus ducibus,* Epaminonda *et* Pelopida. *Haec etiam dicta fuit* Dircaea, *a* Dirce *fonte. Hinc Pindarus Poeta Lyricorum princeps habuit ortum.* Aoniae Thebae Stat. Theb. 1, 226. Cadmeae Thebae Propert. 1, 7, 1. Domitae bello Thebae Ouid. Epiſt. 2, 71. Duplices Thebae Virg. Aen. 4, 470. Echioniae Thebae Hor. Carm. 4, 4, 64. Eetioneae Thebae Ouid. Met. 12, 110. Herculeae Thebae Sen. Herc. Fur. ſ. 4. Oedipodioniae Thebae Ouid. Met. 15, 429. Truces Thebae Claud. de Bell. Gild. 287. Veteres Thebae Propert. 2, 1, 21. ¶ 3 *Sed etiam Bacchus in Africa vrbem condidit Thebas. Vnde* Hieronymus in Commentario epiſtolae ad Galatas, Praetereo Thebas Liberi, quas in Africa condidit, quae ciuitas nunc Thebeſtis dicitur. *Alia in Theſſalia, a qua etiam* Thebani *et* Thebaei. *Fuit et alia* Thebe *Homero teſte, in Cilicia, Andromaches vxoris Hectoris patria. Vnde* Ouid. Triſt. 4, 3, 29 Nec cruciere minus quam quum Thebana cruentum Hectora Theſſalico vidit ab axe trahi. Alia fuit in Lucania, ab Aoniis colonis condita, quam interiiſſe auctor eſt Cato. Fuerunt et Thebae Corſicae.

THEBĀNVS, a, um. Adi. [Θηβαικὸς] *Vt*, Agmina Thebana Stat. Theb. 9, 181. Arx Thebana Hor. de Art. Poët. 394. Duces Thebani Propert. 2, 9, 50. Sceptra Thebana Sen. Theb. 1.

THEBAIS. f. Patronym. [Θηβαΐς] Ouid. Met. 6, 163 Et omnes Thebaides iuſſis ſua tempora frondibus ornant. Thebais, *Nomen eſt operis a* Statio *conſcripti de bello Thebano.*

THEBE, es. f. *Nomen virginis, e cuius gremio geminae columbae (vt eſt in fabulis) quum euolaſſent, altera ad Hammonis fontem tetendit, et ibidem reſponſa dedit: altera ad ſiluam Dodonaeam, vbi futura mortalibus praecinuit.* Ouid. Am. 3, 6, 34 *vbi fluuios amaturos refert,* Quid referam Aſopon, quem cepit Martia Thebe, Natarum Thebe quinque futura parens. *Variat mythologia hic etiam: quod oſtendunt Interpretes.*

THECA, ae. f. [θήκη, γλωσσοκομεῖον] *Latine Repoſitorium, vagina, et quicunque denique locus, in quo quid recondi ſolet.* Varr. de R. R. 1, 48 Proinde vt grani theca ſit gluma, et apex ariſta. Calamaria theca Martial. 14, 19. Cic. Att. 4, 7 (8) Quare in hoc thecam numariam ne retexeris: in aliis eris cautior. Cic. Verr. 4, 52 Qui videret equum Troianum introductum, vrbem captam eſſe diceret, afferri ſine thecis vaſa, extorqueri alia de manibus mulierum. Quinctil. 6, 3, 61 Chryſippus, cum in triumpho Caeſaris eborea oppida eſſent tranſlata, et poſt dies paucos Fabii Maximi lignea, Thecas eſſe oppidorum Caeſaris dixit.

THECATVS, a, um. *Theca munitus. Vt*, Arcum geſtare thecatum Sidon. Epiſt. 1, 2.

THECOLITHVS, i. m. Gemma *apud* Plin. 37, 10. *it. Lapis* 36, 19.

THECVLA, ae. f. *Legitur a quibusdam ap.* Cic. Att. 9, 7. *vbi alii rectius* tegulam.

THEDO, ōnis. m. *Piſcis quidam apud* Auſon. Eidyll. 10, 89 Et nullo ſpinae nociturus acumine thedo.

THELESIS, is. f. *i. voluntas altera Bythi, aeonis, coniux, ap. Valent. vid.* Tertull. adu. Valent. c. 33. Θέλησις *totum Graecum.*

THELICON, onis. m. Herba mercurialis Apul. de Herb. 82.

THELIS, *ab Ennio vocabatur, quam* Thetin *nuncupant. Eſt, qui legendum putet apud* Varr. de L. L. 6, 5 p. 79, 15 Ea Thelis illi mater, *etc. quod in editis* Thetis legitur. *Certius eſt eiusdem* Varr. de R. R. 3, 9, 19 Nec continuo his quas Melicas appellant falſo, quod antiqui vt Thetin, Thelin dicebant, ſic Medicam Melicam vocabant.

THELYGONVM, i. n. [θηλύγονον] *Herba habens frondes frondibus oleae ſimiles, ſed aliquanto pallidiores.* Plin. 27, 8 Eſt et alia crataegonos, quae thelygonos vocatur. Differentia intelligitur lenitate guſtus. *Vid.* Id. 28, 10 *et* 15. Apul. de Herb. c. 83.

THELYPHONON, i. n. [θηλύφονον] Herba, ab aliis Scorpion vocatur, propter ſimilitudinem radicis, cuius tactu moriuntur ſcorpiones Plin. 2.., 10. *et* 27, 5.

THELYPTERIS, is. f. [θηλυπτερὶς] Alterum Genus filicis, quaſi filix femina: nam fruticoſa eſt, et multos ex ſe ramos producens Plin. 27, 9.

THEMA, atis. n. [θέμα ὑπόθεσις] *Latine* Poſitum, *ſiue* poſitio *dici poteſt: materia ad declamandum vel diſputandum propoſita.* Quinctil. 7, 2 Nam in ſchola certa ſunt et pauca, et ante declamationem exponuntur, quae themata Graeci vocant, Cicero propoſita. *Conf.* Sen. Contr. 3, 20 Sidon. Ep. 1, 11. 8, 11 9, 9. Thema, *apud* Suetonium *accipitur pro Horoſcopo, in* Auguſto c. 94 *ad finem,* Tantam mox fiduciam fati habuit, vt thema ſuum vulgauerit: nummumque argenteum nota ſideris Capricorni, quo natus erat, percuſſerit.

THEMATISMVS, i. m. Vitr. 1, 2 Decor efficitur ſtatione, Graece θεματισμὸς dicitur. *Melius* poſitionem *vel* collocationem *dixiſſet, quam* ſtationem.

THEMIS, is *vel* ĭdis, *vel* iſtis. f. [Θέμις] *Vna ex tribus ſororibus Iouis, ex qua Mineruam ſuſcepit. Haec Caeli et Terrae filia fuit, quae Iouis nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compreſſa fuit.* Hanc, *teſte* Feſto, putabant eam eſſe, quae hominibus praeciperet id petere quod fas eſſet: eamque eſſe id exiſtimabant, quod fas eſt. *Sane* θέμις *Fas apud Graecos deſignat, habuitque templum in Boeotia iuxta Cephiſum amnem, ad cuius oraculum acceſſit Deucalion cum Pyrrha vxore, pro conſilio recuperandi humani generis. Fuit et alia* Themis, *quae alio nomine* Carmentis *dicta eſt. Alii* Themin *vel* Themiſta *(vtroque enim modo dicitur) Ius et Iuſtitiam eſſe putant: eandemque conſiliorum oraculorumque praeſidem eſſe, propterea Homerum* θεμιστεύειν, *verbum quod vaticinari et oracula dare ſignificat, pro leges ferre et iura reddere accepiſſe Odyſſeae decimo. Haec Budaeus.* Fatidica Themis Ouid. Met. 1, 320. Longaeua Themis Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 217. Parnaſſia The-

mis hanc ſortem dederat Ouid. Met. 4, 642. *Fabula Graecis celebratior quam Latinis literis: quam perſecutus eſt Steph. Vinc. Pighius libro de Themide dea. itemque Io. Frid. Hombergk in prooemio libri, cui titulum fecit Themis, ſ. de o. tu legis aeternae ſecundum ſententiam Graecorum, Marpurgi 1725. 4.*

THEMISCYRA, *vel* THEMISCYRON. [Θεμίσκυρα] *Cappadociae vrbs* Plin. 6, 3. *et* Mela 1, 21.

THEMISON, is. m. [Θεμίσων] *Medicus, cuius meminit et* Cornel. Celſus *praef. et paſſim. Celebritatem viri indicat Satyrica multitudinis deſcriptio apud* Iuuenal. 10, 221 Quot Themiſon aegros autumno occiderit vno.

THEMISTA. [Θεμίστα] *Quae ſit, diſputatur, ad* Cic. in Piſon. 63 c. 26 Licet Themiſta ſapientior, ſi os tuum ferreum Senatus conuicio verberari noluiſti. Themis *Accuſatiuos habet* Themin et Themiſta. *Ab Accuſatiuo* Themiſta *fieri potuit Nominatiuus* Themiſta *huius* Themiſtae. *Fuerit autem* Themiſta *eadem, quae et* Themis, *conſiliorum praeſes. Sed incerta omnia faciunt libri.*

THEMISTOCLES, is. m. [Θεμιστοκλῆς] *Athenienſis,* Neoclis *filius, vnde* Ouid. ex Pont. 1, 3, 69 Arma Neoclides, qui Perſica contudit armis. Cic. de Fin. 2, 104 Themiſtocles quidem, quum ei Simonides aut quis alius artem memoriae polliceretur, Obliuionis *inquit,* mallem: memini etiam quae nolo, obliuiſci non poſſum quae volo. *Habemus vitam illius a Cornelio ſcriptam.*

THEMISTOCLEVS, a, um. Adi. Cic. Att. 10, 8 Pompeii omne conſilium Themiſtocleum eſt. Exilium Themiſtocleum Cic. ib.

THENSA, ae. f. [ἅρμα θεῶν Gloſſ. Lat. Gr.] Sacrum erat vehiculum Feſto *et* Seruio. Aſconius ad Verr. 1 c. 59 *extr.* p. 260 Thenſae ſacra vehicula: Pompa ordinum et hoſtiarum, et officiorum: Sic dictae, quod ante eas lora tenduntur, quae gaudent manu tenere, et tangere qui eas deducant. *Hactenus ex Aſconio. Add.* Diomed. l. 1. Cic. de Aruſp. Reſp. c. 11 Te appello Lentule, cuius ſacerdotii ſunt thenſae, curricula, praecentio, ludi, libationes. Liu. 5, 41 Quae auguſtiſſima veſtis eſt, thenſas ducentibus triumphantibusue, ea veſtiti medio aedium eburneis ſellis ſedere. *Conf.* Id. 9, 40. Tertull. de Spect. c. 7. *et* de Cor. Mil. c. 13. Sueton. in Caeſ. c. 76 *c. not. Torrent.* Idem Aug. c. 43. *et* Veſp. c. 5. Praedari ex thenſarum orbitis Cic. Verr. 3, 6. *Add.* Id. pro Planc. c. 34.

THEODAMAS, antis. m. [Θεοδάμας] *Pater Hylae fuit, qui quum Herculi cum Deianira et Hylo filio Dryopes venienti eſurientique cibum denegaſſet, ille arreptum vnum ex bobus Theodamantis mactauit atque coxit. Quapropter Theodamas conuocatis popularibus, arma aduerſus Herculem mouit: feruntque in eo certamine ita ab hoſtibus preſſum fuiſſe Herculem, vt etiam Deianiram vxorem armaret, quae et in mamilla vulnerata eſt. Ipſe tamen victoriam obtinens, Theodamantem occidit, filiumque eius Hylam ſecum abduxit, quem tum deinde pro cariſſimo habuit, ſecumque etiam cum Argonautis reliquis proficiſcens abduxit.*

THEODAMANTEVS, a, um. Adi. [Θεοδαμάντειος] *Vt,* Hylas Theodamanteus Propert. 1, 19, 5.

THEODECTES. [Θεοδέκτης] *Orator, Cilix genere, diſcipulus Platonis, Iſocratis, et Ariſtotelis.* Cic. in Orat. 172 Theodectes in primis (vt Ariſtoteles ſaepe ſignificat) politus ſcriptor, atque artifex.

THEODONION, i. n. *Herba al. poeonia.* Apul. de Herb. c. 64.

THEODORVS, i. m. [Θεόδωρος] *Byzantius ſophiſta, qui a Platone vocatus eſt* Λογοδαίδαλος. Theodorus *Sculptor nobilis et architectus.* Theodorus Gadareus, *nobilis orator, cuius* diſcipuli THEODOREI *ſunt dicti, vid.* Quinct. 3, 1, 18. *inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica ſcripſit.* Tiberius quoque princeps quum ſeceſſiſſet Rhodum, eum ſtudioſe audiuit Quinctil. 3, 1, 17.

THEODOTIOS, *Cretae epitheton.* Vitruu. 7, 7 Creta viridis pluribus locis naſcitur, ſed optima Smyrnae. Hanc autem Graeci θεοδότιον vocant, quod Theodotus nomine fuerat, cuius in fundo id genus cretae primum eſt inuentum.

THEOGONIA, ae. f. [Θεογονία] *Deorum generatio, quo titulo liber exſtat Heſiodi.* Cic. de Nat. Deor. 1, 36 c. 14 Quum vero Heſiodi Theogoniam, id eſt originem deorum interpretatur, tollit omnino, *etc.*

THEOLOGIA, ae. f. [θεολογία] *Latine Ratio vel ſermo de deo ac diuinis rebus dicitur.*

THEOLOGVS, i. m. [θεόλογος] Cic. de Nat. Deor. 53 c. 21 Principio Ioues tres numerant ii, qui Theologi nominantur. Soles ipſi quam multi a theologis proferuntur Cic. de Nat. Deor. 3, 54. Phyſici dicti theologi, quoniam in ſcripturis ſuis de deo dixerunt Iſidor. 8, 6.

THEOMACHIA, ae. f. Philoſophi ingenii ſui machinas ſuo quodam theomachiae genere in altum erexerunt Sarisb. in Polic. 7, 1.

THEOLOGICVS, a, um. Doctrina theologica Ammian. 16, 6.

THEOMBROTVS, i. m. [Θεόμβροτος] Philoſophus fuit Metroclis auditor, et praeceptor Demetrii Alexandrini, cuius meminit Laërtius in Metrocle.

THEOMBROTIOS. [θεομβρότιος] *Herba magica, de qua Democritum tradere ait* Plin. 24, 17 Theombrotion triginta ſchoenis a Choaſpe naſci, pauonis picturis ſimilem, odore eximio. Hanc autem a regibus Perſarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda, inſtabilitatemque mentis: eandem ſemnion a potentiae maieſtate appellari. *Ingreditur etiam* Hermeſian *de qua vid. ſ. l.*

THEONINVS, a, um. Adi. [Θεώνειος] Dente Theonino rodere Hor. Epiſt. 1, 18, 82 *eſt falſis maledictis infamiam alicui conciliare. Audiamus* Vet. Schol. *Cruq.* Luthienus Theon Libertinus dicacitatis amaritudine praeter caeteros ita patronum ſuum exaſperauit, vt domo eius ſubmoueretur, et quaternario (*ſ.* quadrantario) legato iuberetur reſtem ſibi paluumque emere, *nempe quo ſe ſuſpenderet.*

THEONINA, ae. f. *Herba al. portulaca.* Apul. de Herb. c. 103.

THEOPHANES, is. m. [Θεοφάνης] *Mitylenaeus hiſtoricus, ſcriptor rerum Pompeii magni; cuius meminit* Cic. pro Arch. 24.

THEOPHRASTVS, i. m. [Θεόφραστος] *ex Ereſſo Lesbi ciuitate, fuit Ariſtotelis et diſcipulus et ſcholae ſucceſſor.* Euphraſtus, *deinde* Theophraſtus *vocatus ob oris et eloquentiae ſuauitatem, quum antea* Tytamus *appellaretur, etc.* Theophraſtus Ariſtotelis diſcipulus, de Rhetorice diligenter ſcripſit Quinctil. 3, 1, 15. Id. 8, 1, 2 Illa Attica anus Theophraſtum, hominem alioqui diſertiſſimum, annotata vnius affectatione verbi, hoſpitem dixit: nec alio ſe id deprehendiſſe interrogata reſpondit, quam quod nimium Attice loqueretur. *Refert etiam* Cic. Bruto c. 46. Theophraſtus diuinitate loquendi nomen inuenit Idem in Orat. 62. Theophraſtus in dicendo dulcis Idem de Clar. Orat. 21.

THEOPNOË, es. f. *Herba, al. roſmarinus.* Apul. de Herb. c. 79.

THEOPOLIS, *vid.* ANTIOCHIA.

THEOPOMPVS Gnidius. [Θεόπομπος] *Et orator, et hiſtoricus poſt Thucydidem et Herodotum:* quibus, vt in hiſtoria minor, ita oratori magis ſimilis, vt qui, antequam eſſet ad hoc opus ſollicitatus, diu orator Quinctil. 10, 1, 74. Theopompus, Rex Spartanorum primus inſtituiſſet, vt Ephori Lacedaemone crearentur, ita fu... giae poteſtati oppoſiti, quemadmodum Romae Conſulari imperi... Pleb. ſunt obiecti, atque illi vxor dixiſſet, id egiſſe illum, minorem poteſtatem relinqueret: Relinquam, inquit, ſed di... rem Valer. Max. 4, 1.

THEOPOMPEVS, a, um. Adi. Cic. in Orat. 207 Place... dici Iſocrateo Theopompeoque more.

THEOPOMPINVS, a, um. Adi. Cic. Att. 2, 6 A nob... tibi vni legamus, Theopompino genere, aut etiam aſperior... pangentur. *Hoc dixit, quia Theopompus, in hiſtoriis ſuis mor... num aſpere accuſabat.*

THEOREMA, atis. n. [θεώρημα] *Latine* Speculatio... Theoremata *ſunt enuntiationes, quarum demonſtrationem promitt... metrae et philoſophi.* Gell. 1, 2 Epictetus ſenex iuuenes, qui... cos appellabant, neque frugis neque operae probae, ſed in theo... tantum nugalibus, et puerilium iſagogarum commentationibu... ctantes, obiurgatione iuſta inceſſiuit. Cic. de Fato 11 c... nim ſi eſt diuinatio, qualibusnam a perceptis artis proficiſcitu... cepta appello, quae dicuntur Graece θεωρήματα. *Conf.* Capella 6 p. 232.

THEOREMATION, i. n. Gell. 1, 13.

THEORIA, ae. f. Speculatio. Cic. Att. 12, 6. Gel... Lactant. 7, 9.

THEORETICE, es. f. [θεωρητική] *Ars vocatur,* quae nulli... gens actum, ipſo rei, cuius ſtudium habet, intellectu cont... Quinctil. 2, 18, 1.

THEOXENA, ae. f. [Θεόξενα] *Inuicti animi mulier, quae a... Macedonis militibus cincta, quum eorum manus effugere non poſ... liberis et marito mortis conſciſcendae auctor, vltimo virum comit... tis complexa in mare ſe deiecit. Narrat copioſe* Liu. 40, 4.

THERA, ae. f. [Θήρα] *Inſula vna ex Cycladibus in Aegeo... profecti ſunt Theraei, qui Cyrenem in Africa condidere.* Th... Calliſta *dicebatur, vt Callimachus ait. Haec ex Strabonis lib... hac* Plin. 4, 12 Protinus ab Io abeſt Thera viginti quin... libus paſſuum.

THERAMENES, is. m. [Θηραμένης] *Ciuis Athenienſis, triginta tyrannis, qui cum a collegis multos inſontes ſupplicio affici... ea de re conquerens, cum caeterorum omnium, tum praecipue Criti... reliquis vt potentia, ita et immanitate antecedebat, odium in ſe co... tandemque per calumniam circumuentus, et innocens, capitis d... quum cicutam auide hauſiſſet, quod reliquum erat e poculo eiici...* pino (inquit) hoc pulchro Critiae. *Meminit* Cic. Tuſc. Quae...

THERAMNE, *Oppidum in Sabinis, ex quo Accius Clau... poſt Claudius dictus eſt, originem traxit: a quo Nero Claudius... qua tota familia Claudia nomen ſortita eſt. vid.* Plin. 4, 5.

THERAMNAEVS, a, um. Adi. [Θεραμναῖος] *Idem ... binus.* Sil. 8, 413 Ecce inter primos Theramnaeo a ſanguin... Exſultat rapidis Nero non imitabilis auſis.

THERAPNAE, arum. f. [Θέραπναι] *Vicus, ſ. vrbs L... teſte* Mela 2, 3. *et* Plin. 4, 5. *in quo Leda Caſtorem et Pollucem... nam et Clytaemneſtram peperit.* Stat. Theb. 3, 422 Taenar... cacumen, Apollineasque Therapnas. *Dictae autem putant... rapnae,* ἀπὸ τῶ θεραπεύειν, *quod ibi Dioſcuri religioſiſſime co...* Animoſa Therapne Sil. 6, 303. Vmbroſae Stat. Silu. 4, 8...

THERAPNAEVS, a, um. Adi. Ouid. Epiſt. 16, 196 D... te facilem, nec dedignare maritum Rure Therapnaeo nat... Phrygem: *ad Helenam. Add.* Stat. Silu. 2, 2, 111.

THERASIA, ae. f. [Θερασία] Inſula iuxta Euboeam, Ptolemaeo 3, 4 in qua ciuitas eſt hodie *Sanctorinum* dicta.

THERIACA, ae. f. [θηριακά] *Genus medicamenti co... contra ſerpentes* θηρία, *aliaque venenata animalia: cuius confec... docet* Plin. 20, 24. Idem 29, 4 Fiunt ex vipera paſtilli, qui th... vocantur a Graecis, quaternis digitis vtrinque amputatis, exen... interaneis, et liuore ſpinae adhaerente, reliquo corpore in pa... aqua et anetho diſcocto, ſpinisque exemtis, et addita ſimilagin... in vmbra ſiccatis paſtillis, quibus ad multa medicamenta v... *Add.* Idem 14, 7. 32, 6 *et* 29. Vlpian. Dig. l. 34 t. 7. l. 12... Theriacarum compoſitiones, id eſt, ad ſerpentum morſus atq... (et adflatus 165) medicamenta Scribon. 163. Si languenti... cam compoſuerit Tertull. de An. c. 24.

THERIACVS, a, um. Paſtilli Plin. 29, 4 ſ. 21. P... Apul. de Herb. c. 66 n. 1. Vitis Pallad. Febr. t. 28. ... riaca Antidotos ibid.

THERIBETHRON, i. n. *Herba.* Apul. de Herb. c. 7.

THERICLES, is. m. [Θηρίκλης] *Sculptor inſignis fuit,* c... ex terebintho *tornandis nobilitatus teſte* Plin. 16, 40 *Suidas*... Thericlis *figuli meminit, qui primus pocula e luto crediti... xiſſe. Vnde*

THERICLEA pocula *ſ.* THERICLIA *certatim viri docti* Tu... *ſtitui volunt in* Verr. 4 c. 18. *vbi Heraclea alii. De* Ther... Thericleis *doctiſſime diſputat Bentl. ad Phalaridis Epiſt.* 70 p...

THIRIOMA, atis. n. [θηρίωμα] *vt finit* Celſus 5, 28, 3 ... cus quod et per ſe naſcitur, et interdum vlceri ex alia cauſa fa... peruenit. Color eſt vel liuidus vel niger, odor foedus, mu... muco ſimilis humor. Id ipſum vlcus neque tactum neque m... mentum ſentit, *etc.*

THERION *aut* TERIOPHONON, i. n. *Herba* Dra... *apud* Apul. de Herb. c. 14.

THERIOTROPHIVM, i. n. [θηριοτροφεῖον] *Locus vbi fera... tur.* Varro de R. R. 13, 2 Nam ſilua erat, vt dicebat ſupra... quaginta iugerum maceria ſepta, quod non leporarium, ſe... θηριοτροφεῖον appellabat, *etc.*

THERIONARCA, ae. f. [θηριονάρκη] *Frutex eſt ſubherbaceu... ſeo flore: inde nomen habens, quod torporem afferat ſerpentibus,* θηρίων νάρκη. Plin. 25, 9. 24, 17.

THERISTRA, *quae et* THERISTRIA, (*vtrumque en... peritur*) *inter Ornamenta muliebria poſita* Eſaiae 3. *quo in lo...* Hieronymus *dicit,* ea a nobis Palliola poſſe appellari, quibus... luta fuit Rebecca, et hodie quoque Arabiae et Meſopotamiae mu... operiuntur. Theriſtra autem et Thiriſtria dicta ſunt ab eo, ἐν θέρει, hoc eſt in aeſtate et caumate corpora protegant femina... *Haec ille. Locus autem ille de Rebecca eſt* Geneſ. 24 *ad finem, interpres Latinus ita vertit,* At illa tollens cito pallium ſuum op...

Idem Hieronymus in libro Hebraicarum traditionum in Ge- [n]eſi Theriſtrum, inquit, Pallium dicitur, genus etiamnunc Arabici veſt[im]enti, quo mulieres prouinciae illius velantur. *Differentiam* [int]er Theriſtri et Theriſtrii *videtur facere* Pollux 7, 13. *vbi vtrumque* [p]o[n]it *inter veſtimenta communia viris et mulieribus. Add.* Tertull. de Pall. c. 4. Vulgat. Geneſ. 38, 14. Iſidor. 19, 25.

[T]HERMAE, arum. f. [Θέρμαι] Siciliae oppidum, auctore [P]omonio Mela lib. 2. *Inde* Thermitani Cic. Verr. 4, 185.

[T]HERMAE, arum. f. [Θερμαὶ] *Aedificia ſplendida* Balnearum, [q]*uae honeſtius* Thermas, *i. calidas dixere.* Sueton. Calig. c. 37 Fabri- [cau]it et de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus, verſicoloribus velis, [in]gens Thermarum et porticuum et tricliniorum laxitate. *Hic certe* [n]on *ſi balneum intelligi, et mediocris quidem magnitudinis poteſt intel-* [li]gi. *Sed magnificentius aliquid eſt illud,* Fundamenta thermarum [i]n ire iaciunt, nec delicatae natare ipſi ſibi videntur, niſi calentia [st]ag[na] fluctu ac tempeſtate feriantur Sen. Epiſt. 122. *Et vix eſt fre-* [qu]*entius magnificorum operum genus, quam* Thermae, *etiam recentiorum,* [ut] Diocletiani, *quarum rudera faciunt, ne fidem ſuperent, quae de illis* [n]*arrantur. Nos antiqua modo ponimus.* Plin. 36, 25 ſ. 64 Agrippa in Ther- [m]is, quas Romae fecit, figlinum opus encauſto pinxit, in reliquis al- [bar]io adornauit, non dubie vitreas facturus cameras, ſi prius inuen- [tu]m fuiſſet, *etc.* Idem 34, 8 ſ. 19, 6 *in operibus Lyſippi memo-* [ra]t iſtringentem ſe, quem M. Agrippa ante Thermas ſuas dedicauit. [Idem] 34 ſ. 9 *de eodem,* In Thermarum calidiſſima parte marmoribus in- [cl]uſ[er]at paruas tabellas, paullo ante, cum reficerentur, ſublatas. Ne- [r]oni[s] Thermae *celebrantur* Sueton. c. 12 Dedicatis thermis atque Gymna- [sio] ſenatui quoque et equiti oleum praebuit. Martial. 7, 33 Quid [Ner]one peius, Quid Thermis melius Neronianis? *De his* Stat. Silu. [1, 5] *de* Balneo Etruſci v. 63 Neronea nec qui modo lotus in vnda [Hic] iterum ſudare neget. Sueton. Tito c. 7 *extr.* Amphitheatro [de]dicato thermisque iuxta celeriter exſtructis. *Has* Mart. Spect. 7 *elocia munera Thermis appellat.* *In his* Thermis ſuis non [num]quam admiſſa plebe lauit Titus Sueton. c. 8. *Reliqua dabunt* [va]*rii diligenter hac parte excerpti in Lexico Pitiſci.*

[TH]ERMANTICVS, a, um. Adi. *Mentha* virtutem habet, [the]rmanticam Apul. de Herb. c. 120. *Add.* Theod. Priſcian. de [...] cap. 14.

[TH]ERMAPALVS, a, um. Oua thermapala Theod. Priſcian. [...] *i. calida et mollia.*

[TH]ERMVLAE, arum. f. Dimin. Martial. 6, 42 Hetruſci [ni]ſi [th]ermulis laueris, Illotus morieris, Oppiane. *Nempe aliae* [o]mnes *prae his.*

[TH]ERMEFACIO, feci, factum, ere. *Aiunt eſſe eſculentis atque* [po]*tis ingurgitatis, atque exhauſtis in thermopolio calefacere, et lau-* [are] Plaut. Stich. 1, 3, 96 Me herculè vero eo quantum poſt iam ne [de]cocta ſunt quod thermefecerat. *Sed nunc ibi alia omnia.*

[TH]ERMODON, *ſ.* THERMODOON, ontis. m. [Θερμώδων *ſ.* Θερμώ-[δοων]] Fluuius eſt Thraciae, ad quem Amazones ab Tanai flumine in [...]greſſae ſe tranſtulerunt Seru. *ad* Virg. Aen. 11, 659 Quales Threi- [ciae c]um flumina Thermodontis, *etc. Sic legendum quadriſyllabum, vt* [ver]*us ſpondaicus, vid. Heinſ.* Ouid. ex Pont. 4, 10, 51 Et tu [...]ni ae Thermodon cognite turbae. Citus Thermodoon Ouid. [...] 249. *Hinc*

[TH]ERMODONTIVS, THERMODONTEVS, *et* THER[M]ODONTIACVS, a, um. Adi. Propert. 3, 13, 13 Qualis Amazoni- [dum n]udatis bellica mammis, Thermodonteis turba lauatur aquis. [Q]ui[d.] Met. 9, 189 Thermodontiaco caelatus baltheus auro. *Aldus* [leg]it Thermodoontiaco. *At* 12, 611 Thermodontiaca malles [...] ſe bipenni. Claud. de Raptu Proſerp. 2, 66 Thermodon- [tiac]a ſecuris. Caterua Thermodontiaca Sen. Oedip. f. 5.

[TH]ERMOPOLIVM, i. n. *Locus in quo calida poculenta ven-* [d]*unt.* Plaut. Rud. 2, 6, 45 *in Neptunum cauillans et naufragium,* Ne [th]ermopolium quidem vllum ille inſtruit: ita ſalſam praebet potio- [nem] et frigidam. *Dulcibus potionibus veteres delectabantur, vt* [pa]*ſſo, murrhina, defruto, mellina, mulſo: easque calidas bibere ſolebant.* [Pl]au[t.] in Pſeud 2, 4, 52 *enumeratis his pleisque dulcibus potionibus,* Qui[n] in corde inſtruere quondam coepit thermopolium. *Sic enim* [le]ge[nd]*um cenſet Turnebus, non Oenopolium, aut Hermopolium. Add.* [Id]em Curc. 2, 3, 13. *et Trin.* 4, 3, 6. *Parei Lex. Crit. p.* 1237. *De* [ho]c *potu ſunt libelli Io. Freinshemii et Georg. Chriſtian. Gebaueri.*

[TH]ERMOPOTO, are. Plaut. Trin. 4, 3, 6 Poſtquam thermopo- [ta]ſti [g]utturem, recipe te, et recurre pede recenti, *i. Calida potione* [ob]*lectaſti, et guttur proluiſti. conf. Taubm.*

[TH]ERMOPYLAE, arum. f. Pl. *Mons longiſſimus, qui incipi-* [t ab] *Leucade, in Occidentem et in Aegeum mare haud longe a Deme-* [t]*ria protendens, fauces habet anguſtiſſimas, iuxta quas calidae aquae* [erumpunt]. Liu. 26, 15 Haec vna militaris via eſt — Ideo Pylae, [e]t a aliis, quia aquae calidae in ipſis faucibus ſunt, Thermopylae ap- [pe]ll[antu]r. *Nobilitatus locus praelio Leonidae contra Perſas.* Cic. [...] Off. 1, 61 Hinc Rhetorum campis, de Marathone, Salamine, Plateis, [T]hermopylis, Leuctris. Oetaeae Thermopylae Catul. ad Mal- [l]ium ſ. 66, 54.

[TH]ERMOSPODIVM, i. n. Apic. 4, 2. *aliquoties, it.* 9, 8. [I]*dem quoque cinerem calidum vocat* 4, 2 *verſus fin. poteſt vaſis genus* [in]*telligi, quod cineres calidos contineat. Conf. Barth. Adu.* 40, 6.

[TH]ERMVS, i. m *Lupinus. Vnde,*

[TH]ERMINVS, a, um. Therminum e lupinis emollit Plin. [...] 2, *ſc. oleum.*

[TH]ERODAMAS, *ſiue* THERODAMON, [Θηροδάμας] *Rex* [S]*cythae, qui, ne per inſidias occideretur, leones hominum ſanguine ale-* [b]*at, quo magis ſaeuirent: vt ſi caſus poſtularet, ad crudelitatem paratos* [h]*aberet.* Ouid ex Pont. 1, 2, 121.

[TH]ERODAMANTEVS, a, um. Adi. [Θηροδαμάντειος] Ouid. in I[bi]n 383 Therodamanteos vt qui ſenſere leones.

[T]HERON, onis *vel* ontis. *potius: eſt enim Participium a* θηράω, Can[is] nomen ap. Ouid. Met. 3, 211.

[T]HERSANDER, *ſiue* THERSANDRVS, i. m. [Θέρσανδρος] *Pol*[yn]*icis filius ex Argia, teſte Statio, qui vna cum caeteris Graecorum pri[nci]pibus ad Troiam nauigauit. Hunc Virg. Aen. 2, 261 inter eos com[me]morat, qui tempore excidii Troiani in equo ligneo fuerunt occultati.*

[T]HERSILOCHVS, i. m. [Θερσίλοχος] *Antenoris filius, in bello Tro[ia]no occiſus, quem Virg. Aen. 6, 482 inter viros fortes enumerat, qui iam apud inferos arma tractent,* — Quos ille omnes longo ordi[ne] cernens Ingemuit, Glaucumque, Medontaque, Ther- ſilochumque, *etc.*

THERSITES, ae. m. [Θερσίτης] *Graecorum omnium foediſſimus, quem Achilles ſibi procaciter conuiciantem pugni ictu interfecit. Huius inſignis deformitas ab Homero lib. 2. Iliad. graphice expreſſa, efficit, vt quum hominem vehementer foedum ſignificare volunt* Θερσίτειον ἔχει ὄμμα, *id eſt* Therſitae faciem *eum habere dicant Graeci.* Iuuen. Sat. 8, 269 Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis Aeacidae ſimilis.

THESARICA, ae. f. *Herba, al. plantago maior.* Apul. de Herb. cap. 1.

THESAVRVS, i. m. [Θησαυρὸς] *Eſt, vt inquit* Paullus Iuriſc. De acquir. rer. dominio l. Nunquam, Vetus quaedam depoſitio pecuniae, cuius non exſtat memoria, vt iam dominum non habeat. Sic enim fit eius, qui inuenerit, quod non alterius ſit. Plaut. Aul. Prol. 7 Sed mihi auos huius obſecrans, concredidit theſaurum auri. *Eſt item locus, in quo quid conditur; et res, quae aſſeruatur. Vid. Dausqu. ad Baſil Seleuc. p.* 15. *Deſ. Herald. in* Tertull. Apol. c. 47. *Sed plerumque ita ſibi implicita eſt vtraque notio, vt vix operae ſit eas diſtingui.* Intacti theſauri Arabum Hor. Carm. 3, 24, 2. Theſauros, argenti pondus et auri Virg. Aen. 1, 359. Reſpondit coniector theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto Cic. de Diuin. 2, 124 c. 66. Excudere aliquid quod lateat in theſauris Cic. Att. 15, 26 (27). Mihi certe, quoties abditum aliquid quaero, ille theſaurus eſt Plin. Epiſt. 1, 22. DIs cum theſauris aſſe dant, ſtipem dicunt Varro L. L. 4 p. 42 *extr. Conf. h. l. Scaliger.* Admonent deinde quidam, eſſe theſaurum publicum ſub terra, ſaxo quadrato ſeptum: eo vinctus demittitur Liu. 39, 50. Incredibilem ex theſauris ſummam pecuniae egeſſit Curt. 5, 2, 11. Multa in theſauris patris eſt habitatio Prudent. Hamart. *extr. conf.* Gell. 1, 24. Naeuius *ap.* Gell. 1, 24 Poſtquam eſt Orcino traditus theſauro, *i. mortuus.* Feſtus *ex* Ennio *in* A B, Acheruntem obibo, vbi Mortis theſauri obiacent. Habere theſauros alicuius Cic. Fam. 11, 10. Inuento theſauro Hor. Sat. 2, 6, 11. Obruere theſaurum alicubi Cic. de Senect. 21 c. 7. Recludere theſauros tellure Virg. Aen. 1, 363. Suppeditare alicui aliquid e theſauris ſuis Cic. de Fin. 2, 67 c. 21. Theſaurus, *Abundantia* Plaut. Aſin. 3, 3, 65 Theſaurus copiarum, *h. e. Diuitiarum.* Theſauri ciuitatibus in neceſſariis rebus conſtituti Vitruu. 5, 9. Theſaurus rerum omnium memoria Cic. de Orat. 1, 18 c. 5. Qui illos locos tanquam theſauros aliquos argumentorum notatos habet Idem in Partit. Orat. 109. Repoſitus theſaurus Quinctil. 2, 7. Diripere theſauros Curt. 5, 5, 2. *et* 10, 6, 13. Effodere Petron. c. 88. Rapere Idem c. 124 *et* 128. Recuperare Idem c. 14 *et* 15. Theſaurum *etiam peſſimae rei copiam dici poſſe* Plautus *voluit* Amphitr. 4, [.], 3 Qui domi vxorem meam impudicitia impediuit teneo theſaurum ſtupri. Fraudis Apul. Met. 5 p. 162. Plaut. Merc. 1, 2, 51 Tu quidem theſaurum huc apportaſti mali. *conf.* Non. 6, 45. *Lud. Viues ad* Auguſtin. C. D. 1, 8 p. 26. Plin. 17, 14 Tradunt et monedulam condentem ſemina in theſauros cauernarum, eiusdem rei praebere cauſas. Idem 10, 72 Condit in theſauros maxillarum cibum ſphingiorum et ſatyrorum genus: mox inde ſenſim ad mandendum manibus expromit. Theſaurus, *pro Carcere, Plutarchus in vita Philopoemenis, non ita procul a fine, Ipſum igitur in ſubterraneum ducunt domicilium, cui* Theſauro *nomen indiderunt, neque auras neque lucem extrinſecus excipiens. Quumque fores nullas haberet, ſaxum immane obtrudentes includunt, ibique circum locatis militibus deponunt. De Meſſeniis et Philopoemene loquitur.* *Theſaurus, comedia Menandri: vid.* Terent. Eun. Prol. v. 12 *ibique* Donat.

THESAVRARIVS, a, um. Adi. [θησαυροφύλαξ] *Vt,* Theſaurarii fures, *apud* Plautum in Aul. 2, 8, 25 Confige ſagittis fures theſaurarios. *Subſtant. quaeſtor: vid. Voſſ. de Vit. L. L.* 1, 16. *et* 3, 52.

THESAVRENSIS, is. m. *Cuſtos theſaurorum, in* l. 2 Cod. de Palat. Sacr. Larg.

THESAVRIZO, are. [θησαυρίζω] *Theſaurum colligo, repono. Quod verbum frequenter apud Eccleſiaſticos ſcriptores occurrit. Vid.* Vulgat. Luc. 12, 21. *et* Rom. 2, 5. Saluian. de Gub. Dei 5 p. 184. Auguſtin. de C. D. 1, 10.

THESAVRIZANS, antis. Vulg. Amoſ. 3, 10.

THESAVROCHRYSONCOCHRYSIDES, ae. m. *Nomen fictum auari diuitis apud* Plaut. Capt. 2, 2, 35. *et* 3, 4, 100: *quaſi tu dicas, qui ſuis theſauris auri aurum omne ſuperet.*

THESAVROPHILACIVM, i. n. Interpr. Irenaei 4, 36.

THESEVS, Diſſyll. ei, *vel* eos. m. [Θησεύς] *Aegei Athenarum regis filius, ex Aethra coniuge: qui dum eſſet adoleſcens, opera Medeae nouercae paene a patre veneno periit. Sed poſt mortem patris ad regnum Athenarum euectus, tot digna memoratu peregit, vt inter plures Hercules vnus connumeretur. Eſt quidam conditor et auctor Athenarum. V. g. inſtituit panathenaea, hoc eſt communem celebritatem in honorem Mineruae, quae Graece Athena nominatur. Idem in Iſthmo funebres ludos inſtituit. Huius geſta, natales, et obitum ſcripſit Plutarch. Multa aliunde etiam de illo congeſſit Meurſius in libro cui hoc nomen praeſcripſit.* Fidus Theſeus Stat. Silu. 4, 4, 104. Infelix Theſeus Virg. Aen. 6, 618. Magnanimus Theſeus Senec. Hippol. ſ. 9. Periurus Theſeus Ouid. Amor. 1, 7, 15.

THESEIS, idis. [Θησηΐς] *Poëma Theſei geſta complectens.* Iuuen. Sat. 1, 2 Vexatus toties rauci Theſeide Codri.

THESIDES, ae. m. Patronym. [Θησείδης] *Hippolytus Theſei filius.* Ouid. Epiſt. 4, 65 Theſides, Theſeusque duas rapuere ſorores. Virg. Georg. 2, 383 Praemiaque ingentes pagos, et compita circum Theſidae poſuere. *h. e. Athenienſes.*

THESEVS, a, um. Adi. [Θήσειος] Propert. 1, 3, 1 Qualis Theſea iacuit cedente carina Languida deſertis Gnoſia litoribus. Fides Theſea Ouid. Triſt. 1, 3, 66. *quam ſibi praeſtitere Theſeus et Pirithous.*

THESION, i. n. *Herba.* Plin. 21, 17. *et* 22, 22.

THESIS, is. f. [Θέσις] *Latine* Poſitio *dicitur.* Theſis *apud oratores quid ſit, declarat* Cic. in Topic. 79 Quaeſtionum duo ſunt genera: alterum infinitum, alterum definitum. Definitum eſt, quod ὑπόθεσιν Graeci, nos Cauſam, Infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos Propoſitum poſſumus nominare. Cauſa certis perſonis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum. Propoſitum aut in aliquo eorum, aut in pluribus, nec tamen in maximis. Itaque propoſitum pars cauſae eſt. Idem in Orat. 45 Haec igitur quaeſtio a propriis perſonis et temporibus, ad vniuerſi generis orationem traducta, appellatur Theſis. Idem Att. 9, 11 Sed tamen ne me totum aegritudini dedam, ſumſi mihi quaſdam tanquam θέσεις, quae et politicae ſunt, et temporum horum, vt et abducam animum ab

ab querelis. *conf.* Quinctil. 3, 5, 5. *et* 10, 5, 11. Spatioſae atque vberes ad dicendi exercitationem theſes Idem 2, 4, 24. *Sunt nempe eadem* Themata *in quantum ponuntur, vt de iis dicatur.* Dicere theſes Id. 2, 1, 9. Theſes ſimplices Id. 7, 10, 55. ¶ 2 *Apud metricos* Arſis et Theſis eſt alterna ſyllabarum ſublatio et poſitio. *vid. quos laudauimus in* ARSIS.

THETICVS, a, um. Thetica. Cic. Parad. praef. Deguſtabis genus hoc exercitationum earum, quae dicuntur in ſcholis θετικὰ, *i. quae vt* Theſes *vel* Themata *proponuntur ad exercitationem dicendi.*

THESMOPHORIA, orum. n. Pl. [Θεσμοφόρεια] *i. Cerealia, Latine Sacra* Cereris, *quae Graece dicitur* θεσμοφόρος, *quaſi legifera. Prima enim Ceres leges inueniſſe proditur, quia ante frumentum inuentum homines ſine lege vagabantur, et ex agrorum diviſione primo nata ſunt iura proprietatis et caetera.* Ouid. Met. 5, 343 Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus. Plin. 24, 9 Graeci lygon vocant, alii agnon, [ἁγνὸς *caſtus*] quoniam matronae in Theſmophoriis Athenienſium caſtitatem cuſtodientes, his foliis cubitus ſibi ſternunt.

THESPIAE, arum. f. Pl. [Θεσπιαὶ] Oppidum liberum in Boeotia, ad radicem Parnaſi, *vt ait* Plin. 4, 7. *vel (vt Strabo* lib. 9*)* Heliconi proximum. *Theſpias nobilitauit Praxitelis Cupido, a Glycerio meretrice ibi conſecratus. Vid.* Cic. Verr. 4, 4.

THESPIVS, a, um. Adi. [Θέσπιος] *Vt*, Moenia Theſpia Valer. Argon. 1, 474. Rupes Theſpia Catul. 59, 27.

THESPIĂCVS, a, um. *Aliud* Adi. [Θεσπιακὸς] *Vt*, Moenia Theſpiaca Valer. Argon. 1, 93.

THESPIĂDES, [Θεσπιάδες] *Sunt Muſae ſeu Nymphae Theſpias Boeoticas colentes: Auctor Stephan.* Theſpiades deae Ouid. Met. 5, 310.

THESPIAS, THESPIS, *et* THESPIVS, *tot enim modis ſcriptum inuenias, quin et* THESTIVS, *Athenienſis, Erechthei filius, quinquaginta puellarum patres, quas omnes Herculi, vt ex illo potiſſimum auus fieret, ſubmiſit. Hinc nati quinquaginta filii*

THESPIADAE *dicti, vel* THESTIADAE, *quorum fata breuiter enarrat, vnde haec ſumta ſunt, Diodorus Sic. 4, 29 ſq.*

THESPIS, [Θέσπις] *Ex Icaria ciuitate Atticae, primus Poëta Tragicus, et qui perſonas inuenit.* Hor. in Arte Poët. 276 Ignotum tragicae genus inueniſſe Camoenae Dicitur, et plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis.

THESPRŌTI, orum. m. [Θεσπρωτοὶ] Populi in Epiro proximi Chaonibus, *vt auctor eſt* Plin. 4 prooem. Theſproti Dryopesque ruunt Lucan. 3, 179.

THESPROTIVS, a, um. Adi. *Vt*, Arua Theſprotia Sil. 15, 297. Regnum Theſproti Propert. 1, 11, 3. Sinus Theſprotius Liu. 8, 24.

THESSA, ae. f. *Piſcis.* Plin. 32, 11.

THESSALIA, ae. f. [Θετταλία] *Regio Graeciae, quae ſub Attica olim comprehendebatur, ex vna parte Boeotiam, ex altera Macedoniam habens. Prius* Aemonia, *ab* Aemone *rege et* Pelasgicum Argos *et* Dryopis *atque* Hellas *dicebatur,* ſemper a regibus cognominata *vt ait* Plin. 4, 7. *qui addit,* Ibi genitus rex nomine Graecus, a quo Graecia, ibi Hellen, a quo Hellenes. *Dicta* Theſſalia a Theſſalo Aemonis *vel Iaſonis et Medeae filio. Et Strabo 10. ſcribit, dictam fuiſſe priſcis ſaeculis* Pyrrhaeam, a Pyrrha Deucalionis vxore. *Ibi* Deucalion, *cum vxore* Pyrrha, *quorum tempore, vt inquit Ariſtoteles, ingens imbrium illuuies maiorem partem populorum Theſſaliae abſumſit, paucis, qui ad montium culmina ſeſe receperunt, conſeruatis. Inter quos* Deucalion Parnaſum *petierat, ratibusque ad ſe confugientes per ſumma Parnaſi iuga benigne fouebat. Propter quod dictus eſt genus humanum reparaſſe. Huius Theſſaliae a mari et Thermopylis eſt litus vsque ad Penei eruptionem, et extrema Pelii. In* Theſſalia *ſunt montes nobiliſſimi* Pieria *parens domusque Muſarum,* Pelion, *et* Oſſa *Gigantum bello memorati. Item* Pindus, Othrys *Lapitharum ſedes: Item* Olympus. *Flumina in ea, vt ſcribit Herodotus, ſunt* Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamiſus, Peneus, Phoenix. *Merito igitur* Eximia Theſſalia Catul. Argon. ſ. 62, 25.

THESSĂLVS, a, um. Adi. [Θετταλὸς] *Vt*, Ora Theſſala Catul. 62, 280. Portenta Theſſala Hor. Epiſt. 2, 2, 209. Puppis Theſſala Ouid. Epiſt. 17, 158. Terra Theſſala Tibul. 2, 4, 56.

THESSALĬCVS, a, um. *Aliud* Adi. [Θετταλικὸς] *Vt*, Clades Theſſalicae Lucan. 6, 62. Colore Theſſalico tincta purpura Lucret. 2, 500. Niues Theſſalicae Stat. Achil. 1, 152.

THESSĂLIS, idis. f. Patronym. [Θεσσαλὶς] Ouid. Met. 12, 190 Theſſalidum virgo pulcherrima. Ara Theſſalis Ouid. Epiſt. 13, 112.

THESSALONĪCA, ae. f. [Θεσσαλονίκη] *Vrbs ampla maximeque inſignis, Macedoniae metropolis.* Cic. Att. 1, 14 Ego propter viae celebritatem et quotidianam exſpectationem rerum nouarum, non commoui me adhuc Theſſalonica.

THESSALONICENSES, ium. m. Pl. [Θεσσαλονικεῖς] *Eius Vrbis incolae.* Cic. de Prou. Conſ. 4 Theſſalonicenſes poſiti in gremio imperii noſtri relinquere oppidum, et arcem munire cogantur.

THESTIVS, i. m. [Θέστιος] *Parthaonis filius, pater* Thoxei *et* Plexippi, *qui quum in venationem apri Calydonii profecti eſſent, et poſt longum laborem belluam interemiſſent, praecipua venationis praemia exſpectabant. Sed venationis princeps, ſeu amore Atalantae ductus, ſeu quia ſic vſus expetebat, caput et pellem apri, qui primus apud venatores habebatur honos, Atalantae virgini transmiſit, quae primo aprum ſagitta vulnerarat. Quod aegre ferentes Plexippus et Thoxeus, virgini oblatum honorem auferre conati ſunt. Quare iratus Meleager irruit in eos, et occidit. Fabulam vide* Ouid. Met. 8. *Hinc* Plexippum *et* Thoxea Theſtii *filios* THESTIADAS nominat ibidem.

THESTIAS, THESTIVS, *vnde* THESTIADES, *vid.* THESPIAS.

THESTORĬDES. [Θεστορίδης] *Calchas filius Theſtoris.* Stat. Achil. 1, 497. Prouidus augur veri Theſtorides Ouid. Met. 12, 19.

THESTỸLIS, is. f. *Mulier ruſtica apud* Virg. Ecl. 2, 11.

THETA. n. Indecl. [Θῆτα] *Nomen eſt literae Graecae, quae iudicibus Graecorum erat nota condemnationis, vt Latinis C, quod ea ſit prima dictionis* θάνατος, *quae mortem ſignificat.* Martial. 7, 36 *vocat* Mortiferum theta. Perſ. Sat. 4, 13 Et potis es vitio nigrum praefigere theta. *In caſtris indicabat militem mortuum: vid.* Iſidor. 1, 20 *et* 23. *Scalig.* Lect. Auſ. 2, 20. *et ad* Varr. p. 212.

THETICVS, *vid. poſt* THESIS.

THETIS, idis. f. [Θέτις] *Vna Nereidum pulchritudine praeſtans, cui fatum erat, vt, qui ex illa naſceretur, ſuum patrem vinceret. Iupiter ergo monitus vel a Prometheo, vel a Themide (vid. Hemſterh. ad Dial. Deor. 1) ab illa abſtinuit, et Peleo vxorem tribuit, quas nu[ptias ele]gantiſſimo carmine celebrat* Catull. 63 ſ. epithalamio Pelei et T[hetidos]. *Ponemus modo aliquot verſiculos, qui ſummam fere continent, e[t] Tethye docent diſtinguere, v. 26 ſqq.*

> Theſſaliae columen, Peleu, quoi Iupiter ipſe,
> Ipſe ſuos diuûm genitor conceſſit amores.
> Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine?
> Tene ſuam Tethys conceſſit ducere neptem,
> Oceanusque mari totum qui amplectitur orbem?

Secundum haec Oceanus ex Tethye Doridem, haec ex Nereo Thet[idem ge]nuit. Caeterum ſic legendi verſus Catulli, non vt in Neptunin[e] *eſt verſus horum quinque medius.* Neptunine *eſt* [...] Thetidos: *quae ex Peleo mater Achillis facta eſt.* A[...] Thetis Ouid. Met. 11, 226. Marina Thetis Hor. Carm. [...] ¶ 2 *Pro mari ponitur.* Plana Thetis, *Planum et tranquill[um]* Stat. Theb. 5, 709. Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 148 Hic l[...]tula Thetis. Tentare Thetim ratibus Virg. Ecl. 4, 32. [...]pilli Erythraei Thetidos, *i. margaritae* Stat. Silu. 4, 6, 18. *q[uo]ſum ita malim legi* Nox et Erythraeae (*pro* Erythraeis) The[...]gnanda lapillis: *vt ſit* Erythraea Thetis.

THEVTĂLIS, is. f. *Herba.* Plin. 27, 12.

T H I

THIA, ae. f. [Θῆα] *Inſula eſt in mari Cretico, vna* Sporad[um] procul ab Hiera, quam ſua primum aetate emerſiſſe au[...] Plin. 2, 88. *et* 4, 12.

THIASVS *melius ſcribitur quam* THYASVS, *v. v.*

THIATIS, is. f. *Menſis ap. Aegyptios* Plin. 27, 12.

THIELDON, ōnis. m. Plur. Thieldones, *equorum* [...] Plin. 8, 42.

THIODĂMAS, [Θειοδάμας] *Filius Melampodis, et vat[es]* [...] Theb. 10, 280.

THISBE, es. f. [Θίσβη) *Puella fuit Babylonia, de qua e[ſt] fabula* Ouid. Met. 4, 55 ſq. *Sed* ¶ 2 Candida Thi[...] Theb. 9, 768. *Volunt* Thisben *eſſe vrbem Boeotiae, quae can[...]cta ſit a multitudine columbarum huius coloris. Haec eſt* Stat[...] 7, 261 Dioneis auibus circumſona Thisbe. *Ab hac eſt*

THISBĒVS, a, um. Adi. [Θισβαῖος] Ouid. Met. 11. 30[...] nunc Thisbeas agitat mutata columbas.

T H L *et* T H O

THLASIAE, *Spadonum genus, quibus contriti* [...] *fracti teſticuli. Eſt autem, mere Graecum,* θλασίας [...]*δίας, a verbo* θλᾶν. *Vtitur* Vlpian. l. 128 de V. S. *q*[...] *mus in* SPADO.

THLASPI, [θλάσπι] *ſiue, vt aliis placet,* THLASPIDI[...] *Dioſcorides et* Plin. 27, 13 *tradunt,* Herbula anguſtis foliis, [...] longitudine, in terram verſis, ſubpinguibus in cacumine diui[...]liculo tenui, ſemipedali, non ſine adnaſcentibus ramulis, fr[...] ambitum eius contento, ſumma ſui parte parum in latitudin[e ...] ſemine incluſo naſturtii, lenticulae effigie, niſi quod infringi[...] albicat. *Genit.* Thlaſpis Scribon. 170. *conf.* Celſ. 5, 23

THLIBIAS, ae. m. [θλιβίας] *Spadonum genus, quibu[s]* [...] *teſticuli,* θλίβειν *enim elidere eſt.* Paullus l. 5 ff. ad L. C[...] Sicariis, Hi quoque, qui Thlibias faciunt ex conſtitutione [Ha]driani in eadem cauſa ſunt, qua hi, qui caſtrant. *Vtitur e[t Vl]*pian. l. 128 de V. S. *quem damus in* SPADO.

THOAS, antis. m. [Θόας] *Rex in Taurica regione:* Ouid. ex Pont. 3, 2, 59 Regna Thoas habuit Maeotide clarus [...] Nec fuit Euxinis notior alter aquis. *Alter rex Lemni fu[it, Li]beri patris filius, et pater Hypſipyles. Fuerunt et alii hoc nomine.* Thoantis terrae Ouid. Met. 13, 399.

THOANTĒVS, a, um. Adi. [Θοάντειος] Diana Th[...] Valer. Argon. 8, 208. *Tauricam intelligit, cui hoſt[...] manis ſacrificabatur.*

THOLVS, i. m. [θόλος] *Graeca dictio, qua ſignificat* [...]prie veluti Scutum breue, quod medio in tecto ponitur, in qu[...] coëunt, et ad quod dona ſuſpendi conſueuerunt. *Haec* [...] Virg. Aen. 9, 408 — Si qua ipſe meis venatibus auxi, Suſ[...] tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi. *Sed addit,* Alii tholum aed[...]crarum dicunt genus fabricae, (*quale eſt aedes*) Veſtae et Pa[...] Alii tectum ſine parietibus, columnis ſubnixum. Aedes a[...]tundas (*hae ſunt tholi*) tribus DIs dicunt fieri debere, Veſta[...]nae, vel Herculi, vel Mercurio. *Cum hi ſint quatuor, fluct[...]detur inter Herculem et Mercurium.* Martial. 2, 59 Ex me C[...]um proſpicis ecce tholum. *Eminentius tectum rotundum* [...] *Sic* Ouid. Faſt. 6, 296 Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo. [...] *eſſe Veſtae ſimulacra ſub ipſa teſtudine templi rotunda.* Var[...] R. 3, 5, 12 Inter eas piſcinas tantummodo acceſſus ſemita in [...] qui eſt vltra, rotundus, columnatus. Stat. Silu. 3, 1, 3 Q[...]leris maiore tholo. Philander. Vitruu. 4, 7 Tholum *Gall[...]nam, appellant, Itali* Tribunam. Idem 1, 7, 5 Tholos *intellig[...]ctiores teſtudines templis addi ſolitas, quas Itali* Tribunas *vocant. [...] fiunt aut rectangulae, aut ad hemicycli ducuntur ambitum. Ha[...]land. conf. Lex. Vitruu.* Iſidor. 19, 19.

THOMEX, icis. *quod ſuadet* Gr. θώμιγξ *et libri* Feſti, [...] MEX *aut* TOMICA *denique, quae ſunt in aliis libris, quid* [...] *primo ex* Feſto *declarabimus,* Thomices Graeco nomine appellan[...] nabi impoliti, et ſparto leuiter tortae reſtes, et quibus fune[s ...] Lucilius, Videmus vinctum Thomice cabina. *Facile appo[...]gendum* e cannabi impolita, *vel* impolitae, *vt conueniat cum* [...] *Deinde* thomice cannabina. *Porro apud* Feſtum Opilius Aurel[...] mollem puluillum, quem in collo habent (*helicarii forte, aut* [...] *opus facientes*) reſtis ne laedat, tomicem vocari. *Haec ille.* [...] *videamus vſum.* Colum. 12, 32 Deinde faſciculos (*marrubii*) [...] et tomice palmea aut iuncea ligato, et in ſeriam mittito, ita vt [...]lum exſtet. *Eſt* ſine dubio reſticula. Pallad. 1, 13, 1 Aſſer[...] catenis ligneis — ad contignationem ſuſpendemus, et bina[...] eos perticas dirigemus, tomicibus alligatas, *etc.* *Sumſit ex* Vi[...] 7, 3 p. 131 Aſſeribus diſpoſitis, tum tomice ex ſparto Hiſpanic[...] dines Graecae tuſae (*vt exaſperentur et cum calce vniantur melius*) [...] religentur. *Fit hic* tomex, *vel ſunt* tomices *ex* ſparto Hiſ[...]

17, 10 ſ. 11 Sic et ſpinas ſepis cauſa ferunt, tomice moris ſpina- (mora *ſpinarum fructus ſunt*) circumlita. *Modo dixerat in* re reſtem circumlini, *et* funes *nominat eadem in re* Palladius 1, 34. et lbr. 24. Apul. Met. 8 p. 213, 20 Et illico me (*aſinus loquitur*) ca ſpartea deligatum tradit Philebo *emtori praeco. Haec eſt,* p. 222, 17 taeniam ſparteam *vocat, et mox* v. 20 helcium ſparte- *Quod de Graeco* θώμιγξ *diximus*, Heſych. θώμιγξ λεπτὸν σχοινίον· θώμιγγες σπαρτία καννάβινα.

IORAX, ācis. m. [θώραξ] *Latine Pectus dicitur. Iulius* x *ſcribit thoracem eſſe, quidquid anterioris duntaxat partis a collo in coxendicem protenditur, quem conficiunt crates coſtarum, qui et* , *hoc eſt mortarium dicitur. Medici tamen* Thoracem *accipiunt* *pectore, praeſertim quatenus eo ſpiramus. Sic* Plin 27, 7 ſ. 28 Tho- purgare. *Add.* Id. 20, 12 *etc.* ¶ 2 Thorax, *Tunica,* *tantum pectus tegit.* Iuuen. Sat. 5, 143 Viridem thoraca iubebit ſtri. Sueton. Auguſt. c. 82 Hieme quaternis cum pingui tunicis, et ſubuculae thorace laneo, et femoralibus, et tibialibus cebatur. Thorax, *Munimentum pectori., ex ferro, aut plumbo* *atum.* Plin. 7, 10 Nos quoque vidimus Athanatum nomine giofae oſtentationis, quingenario thorace plumbeo indutum. Aen. 10, 337 — Thoraca ſimul cum pectore rupit. Ne- thorax Stat. Theb. 4, 174. Perfoſſus thorax Virg. Aen. Denſis thoracibus horrens ſtat manus Valer. Argon. 3, 87.

HORACATVS, a, um. Adi. [θωρακοφόρος] *Qui thorace in-* *eſt, ſ. lorica pectus muniente.* Plin. 35, 10 Paraſius pinxit Na- num thoracatum. Idem 37, 9 Formatamque inde effigiem onis thoracatam.

IORVS, *vid.* TORVS.

HORACOMACHVS, i. m. [θωρακόμαχος] *Veſtimenti genus,* Vet. Auctor de rebus bellicis, *ſub* Notitia vtriusque imperii, *Labb.* Inter omnia quae aduerſum (*leg.* ad vſum) bellicum da poſteritatis cogitauit antiquitas, Thoracomachum quoque ni- litate ad leuamen corporis armorum ponderi et aſperitati ſub- Hoc enim veſtimenti genus, quod de coactili ad menſuram lam pectoris humani conficitur, de mollibus lanis timoris ſoli- ſolertia magiſtra compoſuit: vt hoc inducta primum lorica vel us, aut his ſimilia, fragilitatem corporis ponderis aſperitate ederent — Sane ne idem Thoracomachus pluuiis verberatus ſceſcente pondere adficiat veſtientem, de Libycis bene con- pellibus ad inſtar eiusdem Thoracomachi faciem conueniet nducere, *etc.*

ORYBETRON, i. n. *Herba quaſi tu* tumultuatricem *dicas.* 6, 8.

OS, ois. m. [θῶς] Lupi genus, caeteris procerius crurumque e diſſimile, velox ſaltu, venatu viuens, innocuum homini, per s hirtum, aeſtate nudum. *Auctor* Plin. 8, 34. 10, 63 *et* 74. 33.

IOVS, i. m. Canis nomen, *Latine Velox, a* θέω *ductum.* Met. 3, 220.

OTH, *Mercurii nomen apud Aegyptios.*

OXEVS, i. m. [Θοξεύς] *Filius Eurythi, frater Ioles.* Sen Herc. Nondum teneras veſtite genas, necdum fortis ſanguine Tho- *Verba ſunt Ioles.* Thoxeus, *Theſtii filius, et Ple-* *frater, vid.* THESTIVS.

T H R

IRACE, *vel* THRECE, es. [Θρᾴκη] THRACA, *et* THRA- ae. f. *Europae regio, Macedoniam verſus Septentrionem ſequens: quae* *Septentrione Iſtrum habet, ab Oriente Pontum, a Meridie Aegeum mare.* *t feros homines aſpero cultu. Vrbes celebriores* Apollonia, Ni- is, Byzantium, Perinthos, *Amnes*, Hebrus *et* Neſtos. *Mon-* Haemus, Rhodope. *Deſcriptionem quaere apud* Plin. 4, 11. fera Thrace Ouid. Epiſt. 2, 84. Candida niue Thrace Hor. 3, 25, 11. Dura Thrace Stat. Theb. 5, 435. Furioſa Thrace Hor. Carm. 2, 16, 5. Gelida Thrace Ouid. ex Pont. 5. Horrida Thracia Catul. 4, 8. Lapidoſa Thrace Sen. 1. 9. Saeua Thrace Stat. Theb. 5, 84.

IRAX, ācis. *vel* THREX, ēcis. m. [Θρᾷξ] *Thraciae in-* Hor. Sat. 2, 6, 44 Thrax eſt Gallina Syro par? *de duobus* *toribus.* Cic. de Prouinc. Conſ. 9 Rex Ariobarzanes Conſu- eſtrum ad caedem faciendam, tanquam aliquem Thracem condu- Virg. Aen. 3, 14 Thraces arant, *etc.* Tumidi Thra- Stat. Theb. 5, 75. Hor. Od. 1, 27 *pr.* Natis in vſum laetitiae is Pugnare Thracum eſt. Thraces *vocantur* Thamyris, Or- hus, Muſaeus, Linus, *aliique in* Theſſalia, *licet et Graecia adeo pro-* *ri lecta nati ſint, et ibi Poeticae laude floruerint:* Olympus, Pindus, *montes, itemque* Pimpla, Pieria, Libethrus, *Thracibus aſſignan-* *ur nempe antiqua illa ratione, qua multo latius hoc nomen patuit: a* *quo deinde Philippi et Alexandri aetate cultiores illae gentes excluſae, et* *in barbariam compulſi Thraces ſunt. Vid. Iſ. Voſſ.* ad Melam 2, p. 455 *ſq.*

IRACIVS, a, um. Adi. [Θρᾴκιος] Cic. de Prouinc. Conſ. 4 is Thraciis diſtincta ac notata via. Agri Thracii Senec. 8. Equus Thracius Virg. Aen. 5, 565.

IRACVS, THRECIVS, *et* THREICIVS, a, um. Adi. Ingens Thraca palus Flacc. 2, 201. Caſtra Threcia Cic. de Conſ. 4 Orpheus Threicius Hor. Carm. 1, 24, 14.

IRESSA, [Θρῇσσα] *et* THREISSA, *Mulier e Thracia.* Hor. 3, 9, 9 Me nunc Threſſa Chloë regit. Virg. Aen. 1, 320 Vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice.

HRASCEAS, ae. m. [θρασκίας] *Ventus, qui et* Thraceas *et* Thracias *dicitur. Ariſtoteles, Poſt* Argeſten *ventum flat* Thraſceas, *ſpirat inter* *Septentrionem et Occaſum ſolſtitialem. Vid.* Sen. Qu. Nat. 5, 16. Plin. 2, .. Veget. 4, 38. *Agathem. 2, 12.*

HRASEAS, ae. m. [Θρασέας] *Philoſophus Stoicus ſub Nerone, a quo* *iuſſus eſſet mori, fletum ſuorum magna conſtantia compeſcuit: por-* *que alacriter ad inciſionem brachiis, humoque ſanguine aſperſa,* Hunc, *inquit*, ſanguinem libemus Ioui liberatori. *Reliqua vide apud* Tac. Ann. 16, 21.

HRASIVS, *ſeu* THRASILLVS, i. m. [Θράσιος] *Quum ad exo-* *s a Ioue pluuias Buſirin docuiſſet hoſpites immolare, omnium primus* *mactus eſt.* Ouid. in Ibin 397 Vt qui poſt longum ſacri monſtra- tor iqui Elicuit pluuias victima caeſus aquas. *Vid.* Idem de Arte Am. , 649.

THRASO, onis. m. [Θράσων] *Nomen comicum glorioſi militis apud* Terentium in Eunucho, ἀπὸ τοῦ θράσους, *hoc eſt, ab inſolentia et ferocitate impoſitum. Fuit et nobilis ſtatuarius, cuius meminit* Plin. 34, 8. *et* *Strabo lib. 14.* Cic. Verr. 4 c. 22 *etiam* Thraſonem *aliquem* Tyndaritanum *memorat, vt appareat, fuiſſe re vera Nomen proprium*

THRASONIANVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 1, 9 Paginam Thraſoniano, *i. glorioſo* fine concludere.

THRASYBVLVS, i. m. [Θρασύβουλος] *Athenienſis exul, comparato exercitu triginta tyrannorum dominationem Athenis ſuſtulit, iuuante Lyſandro, Lacedaemoniorum duce, exulesque reduxit. Inſuper p[...] tulit, quod* ἀμνηστίαν *ſ.* legem obliuionis *vocant, quo iniuriarum memoria deleretur. Habemus vitam viri breuiter deſcriptam a Cornelio Nep.*

THRASYMENVS, *vid.* TRASYMENVS.

THRAVSMA, atis. n. *vel* THRAVSTON, i. n. *Sic quoque appellatur gummi Ammoniacum, ap.* Plin. 12, 23.

THRECIDICA, orum. n. *Arma gladiatoria.* Cic. Philipp. 7, 17 Quem gladiatorem non ita appellaui, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet: ſed vt appellant ii, qui plane et Latine loquuntur. Myrmillo in Aſia depugnauit. Quum ornaſſet, Threcidicis comitem et familiarem ſuum, illum miſerum fugientem iugulauit.

THRENVS, i. m. *Lamentum.* Triſtis threnus Auſon. threnos primus Ieremias compoſuit Iſidor. 1, 38. *Quae ſit eius differentia ab epicedio, docet* Proclus *ap. Voſſ. Inſt. Orat.* 3 p. 13.

THRIA, ae. *ſiue* THRIO, ûs. f. [Θρία ἢ Θριὼ] *Stephano, Vicus eſt Atticae in tribu Oeneide: a quo* THRIASII *populi, et campus* Thriaſius: *cuius meminit et* Plin 4, 7. *et multis in locis Thucydides.*

THRIDAX, acis. f. *Herba, al. lactuca.* Apul. de Herb. cap. 30. Sammon. p. 15.

THRION, *ab Athenienſibus Iucundum quoddam edulium vocabatur, quod frondibus ficulnis, quae* θρία *Graece vocantur, inuoluebatur.* Varro de L. L. 4, 22 p. 28 *pr.* A globo farinae dilatato item in oleo cocti, dicti a globo globi, vt thrion et placenta. *Sunt et* ἴτρια *Graecis lagana, ſi quis forte hoc loco ita legendum putet.* Turneb. Aduerſ. 22, 2. *Sed alia omnia Scaliger.*

THRIPS, pis. [θρίψ] *Teredinis genus, lignum erodens, culici non diſſimile. Auctor* Plin. 16, 41 ſ. 80 Teredines — tantum in mari ſentiuntur — Terreſtres tineas vocant; culicibus vero ſimiles thripas. *Eſt diſtichon neſcio cuius* Ips, Cis, Ses, Is, Thrips, arrodit dente, Midasque, Vites, Far, Veſtes, vitrea, ligna, fabas. *Reliqua nomina nondum habent auctores Latinos.*

THRONVS, i. m. [θρόνος] *Sedes vel ſolium dicitur.* Plin. 35, 9 Iupiter in throno. Suſtulit, ecce, thronum ſaeuis fregitque ſuperbos Iuuenc. 1, 101. *Conſ.* Lactant. 4, 8. Tertull. de Reſurr. c. 35. Prudent. Hamart. praef. v. 10.

THRYALLIS, [θρυαλλίς] *Genus herbae, quae alias* Lychnitis *dicitur*, folia habens terna, aut cum plurima, quaterna, craſſa, pinguiaque, ad lucernarum lumina apta. *Vid.* Plin. 25, 10 *et* 21, 7. Apul. de Herb. c. 71. *Nempe* θρυαλλὶς *eſt linteamen tenue, funiculus, qui oleum continet, aut quodcunque pingue, vnde flamma lucernae alitur.*

THRYPS, *vid.* THRIPS.

T H V

THVCYDĪDES, is. m. [Θουκυδίδης] *Athenienſis hiſtoricus, patre Oloro, genus a ducibus Miltiade et Cimone duxit. Marcellinus Graecus ſcriptor vitam illius dedit, quae exſtat. De hoc* Quinctil. 10, 1 *Dionyſius Halicarnaſſeus ſcribit Demoſthenem adeo Thucydidis ſtylum probaſſe, vt eius opus octies ſcripſerit, totumque fere edidicerit.* Grauiter ſane et probe res geſtas et bella et praelia narrat Thucydides Cic. in Orat. 30. Thucydides rerum geſtarum pronunciator ſincerus et grandis fuit. Id. de Clar. Orat 287. Idem de Orat. 2, 56 Namque et Herodotum illum, qui princeps genus hoc ornauit, *etc.* et poſt illum Thucydides omnes dicendi artificio mea ſententia facile vicit. Admirari eloquentiam Thucydidis Cic. de Opt. gen. Orat. 15.

THVCYDIDIVS, a, um. Adi. Cic. in Orat. 30 Ecce autem aliqui ſe Thucydidios profitentur, nouum quoddam imperitorum et inauditum genus.

THVLE, es. f. *Inſulae nomen, de qua ſic ſcribit cl. Bochartus: De Thules inſulae ſitu (inquit) tres ſunt veterum ſententiae. Vna Procopii lib. 2 Goth. Thulen eſſe Scandiam, quae inſula non eſt ſed peninſula, et ab iis locis remotiſſima, in quibus alii Thulen deſcribunt. Secunda eſt Pytheae Maſſil. Thulen ſex dierum nauigatione in Septentrionem a Britannia diſtare, habere nullas in ſolſtitio noctes, et nullos contra per brumam dies, quae ad amuſſim Islandiae quadrant. Tertia ſententia eſt Ptolemaei et Marini, quibus Thule inſula eſt non magna ad gradum 63 vbi dies maxima eſt 20 horarum, a Britannia vix bidui curſu remota, quae conueniunt Schetlandiae, vni Orcadum. Ex his tribus ſententiis emergit tertia, quae noſtra eſt, Graecos et Romanos Scriptores cum ex incerta fama accepiſſent, in vltimo Septentrione aliquam eſſe inſulam huius nominis, atque ea nusquam compareret, tamen quemque ſic appellaſſe, quam putaret eſſe extremam. Hactenus Bochart. de Phoenic. Colon. 1, 41. Haec inſula Poëtis celebratiſſima, cum diſiunctiſſimum aliquid innuere vellent, quaſi totius orbis remotiſſima. Sic* Iuuen. Sat. 1, 112 De conducendo loquitur iam Rhetore Thule. *Et* Virg. Georg. , 30 Tibi ſeruiat vltima Thule. Heſperiae vada caligantia Thules Stat. Silu. 4, 5, 20. Nigrae litora Thules Id. ibid. 4, 4, 62.

THVNNVS, *aut* THYNNVS, i. m. [θύννος] *Genus piſcis marini praegrandis.* Vrentes thynni Auſon. Ep. 4, 57. *Add.* Catull. 25, 8. Ouid. Hal. v. 98. Plin. 9, 15. *et* 32, 11 *et* 37. Columel. 6, 31. Solin. cap. 22. *Metaph.* Hor. Serm. 2, 5, 44 Plures annabunt thunni, et cetaria creſcent: *plures capientur blanditiis.* Thunnum, *Athenaeus lib. 7 ſcribit appellatum eſſe* ἀπὸ τοῦ θύειν τε, καὶ ὁρμᾷν, *id eſt impetum facere et irruere. Hunc piſcem enim admodum celerem et concitatum eſſe, propterea quod certo anni tempore ſtimulum, ſeu oeſtrum habeat in capite, a quo concitetur atque impellatur, quod item ſcribit Ariſtoteles.*

THVNNARIVS, a, um. Thunnaria piſcatio l. 13 D. communia praed.

THVRIANVS, i. m. *Genus eſt piſcis marini*, quem alii Xiphiam vocant Plin. 32, 11.

THVRII, orum. m. [Θούριοι] *Proprie nomen ciuium vrbis Calabriae, quae et* Thuria *et* Thurion *a* Thuria *fonte dicta eſt. Haec prius* Sybaris, *nouiſſime* Copiae *fuerunt appellatae.*

THVRĪNVS, a, um. Adi. [ϑȣ́ριος] Ouid. Met. 15, 52 Thurinoſque ſinus, Temeſemque, et Iapygis arua. *Alii legunt*, Terinosque ſinus, *etc. Sed male.*

THVREVS, THVRIBVLVM, *etc. vid. infra* THVS.

THVS, thūris, *vel* TVS, turis. n. [λίβανος, λιβανωτὸς] *Incenſum, quo diis ſacrificabatur. Qui adſpirant, deducunt ἀπὸ τοῦ ϑυόω, odorem facio, vel potius ϑύω ſacrifico: quod qui ſacrificabant, thure vtebantur. Sed* Chariſius 1 p. 58 *pr.* Tus a tundendo ſine adſpiratione dicitur, quamuis Iulius Modeſtus, ἀπὸ τοῦ ϑύειν tractum dicat. Porphyr. in Hor. Carm. 1, 30 Dicitur autem thus ἀπὸ τοῦ ϑύειν, id eſt ſacrificare, vnde adſpiratur TH. Alii tamen credunt eſſe dictum a tunſis glebis, quia de arbore deſtillat, et a terra ſubiecta combibitur, in eaque congelatur, indeque tunſis glebis colligitur. Seruius *in* Georg. 1, 57 Molles ſua tura Sabaei. Sane, *inquit*, tus modo ſine aſpiratione dicimus; nam antiqui thus dicebant ἀπὸ τοῦ ϑύειν, quod diſplicuit. tura enim a tundendo dicta eſſe voluerunt, a glebis tunſis, cum quibus dicitur fluens de arboribus coaleſcere. *In hac ipſorum antiquorum diſſenſione difficile eſt aliquid decidere. Nos quidem, vt ſcriptum inuenimus, ita referimus. Locus claſſicus eſt* Plin. 12, 14 ſ. 30 Arabiae diuitias, quae cognomen illi felicis ac beatae dedere — thus (*ita ſcribitur in edit. Harduini, Elſeuir. etc.*) et myrrha: haec et cum Troglodytis communis: thura praeter Arabiam nulla. ac ne Arabiae quidem vniuerſae. — Minaei primi commercium thuris fecere, maximeque exercent, a quibus et Minaeum dictum eſt. Nec praeterea alii Arabum thuris arborem vident. ——— ſ. 31 Nec arboris ipſius quae ſit facies, conſtat — nec ab vllo Latino arborum earum tradita eſt facies. Graecorum exempla variant. Alii folio pyri, minore duntaxat, et herbidi coloris prodidere: alii lentiſco ſimilem ſubrutilo ——— cortice lauri eſſe conſtat. — Qui mea aetate legati ex Arabia venerunt, omnia incertiora fecerunt, quod iure miremur, Virgis etiam thuris ad nos commeantibus, quibus credi poteſt, matrem quoque terete et enodi fruticare trunco. ſ. 32 Meti ſemel anno ſolebat, minore occaſione vendendi. Iam quaeſtus alteram vindemiam affert — Incidentibus qua maxime videatur eſſe praegnans tenuiſſimusque tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur. Inde proſilit ſpuma pinguis. Haec concreta denſatur, vbi loci natura poſcat tegete palmea excipiente, aliubi area circumpauita. Quod in arbore haeſit, ferro depectitur: ideo corticoſum. Silua diuiſa certis portionibus mutua innocentia tuta eſt, neque vllus ſaucias arbores cuſtodit. At hercule Alexandriae, vbi thura interpolantur, nulla ſatis cuſtodit diligentia officinas ——— Autumno legitur ab aeſtiuo partu: hoc puriſſimum, candidum. Secunda vindemia eſt vere, ad eam hieme corticibus inciſis. Rufum hoc exit, nec comparandum priori. Illud carpheotum, hoc dathiatum (*Salmaſ. coni.* Dadioton) vocant. Creditur et nouellae arboris candidius, ſed veteris odoratius. — Quod ex eo rotunditate guttae pependit maſculum vocamus, cum alias non fere mas vocetur, vbi non ſit femina. Religioni tributum, ne ſexus alter vſurparetur. Maſculum aliqui putant a ſpecie teſtium dictum. Praecipua autem gratia eſt Mammoſo, cum haerente lacrima priore conſecuta alia miſcuit ſe. Singula haec manum implere ſolita inuenio, cum minore diripiendi auiditate lentius naſci liceret. Graeci Stagonium et Atomum tali modo appellant (*illud quaſi* ſtillaticium, *hoc non* ſciſſum) minorem autem Orobiam (*ab* erui *paruitate*) Micas concuſſu eliſas Mannam vocamus. Etiamnum tamen inueniuntur guttae, quae tertiam partem minae, (*librae Rom.*) hoc eſt XXVIII denariorum pondus aequent. Alexandro magno in pueritia ſine parcimonia thura ingerente aris, paedagogus Leonidas dixerat, vt illo modo, cum deuiciſſet thuriferas gentes, ſupplicaret. At ille Arabia potitus, thure onuſtam nauem miſit ei, exhortatus, vt large deos adoraret. — Probatur candore, amplitudine, fragilitate, carbone, vt ſtatim ardeat. Item ne dentem recipiat potius, quum in micas frietur. Tibul. 1, 3, 34 Reddereque antiquo menſtrua tura lari. Acerra turis Ouid. Faſt. 4, 934. Hor. Od. 3, 8, 2. Acerrae turis Ouid. Met. 8, 266. Arboris turis cortex Scribon. 28. Cuſtos acerra Ouid. Met. 13, 703. Manna turis Scribon. 81. Pollen Idem 46. 203 *etc. etc.* Mica turis Plin. 12, 14. Vindemia turis Idem 12, 14. Candidum tus Plin. 12, 14. Scribon. 31. Eoum tus Stat. Theb. 1, 263. Flaua tura Ouid. Epiſt. 21, 92. Impia Idem ibid. 14, 26. *vid.* Pia. Incana tura glebis Stat. Theb. 6, 60. Irrita Ouid. Met. 7, 589. *et* ex Ponto 2, 9, 28. Mammoſum tus, *vid.* MAMMA. Maſcula tura Virg. Ecl. 8, 65. Maſculum tus Scribon. 170. 220. 253. *Vid.* MASCVLVS. Niliacum tus Stat. Silu. 4, 9, 12. Odoratum tus Plin. 12, 14. Pia tura Iuuen. Sat. 13, 116. Ouid. Ep. 7, 24. Am. 3, 3, 33 *etc.* Sabaeum tus Virg. Aen. 1, 421. Adolere tura Idem Ecl. 8, 65. Dignari aliquem ſacri turis honore Ouid. Met. 14, 130. Dare blanda tura Tibul. 3, 3, 2. Tus Dare *etiam* Ouid. Faſt. 4, 867. *et* 5, 302. *et* Arnob. 7 p. 212. Tus datum flammis Ouid. Met. 13, 630. Ferre altaribus Idem ib. 7, 589. Incendere tura et odores Cic. Verr. 6, 77. Ingerere tura aris, *vid.* INGERO. Legere tus Plin. 12, 14. Litare ture Perſ. Sat. 5, 120. Metere tus Plin. 12, 14. Miniſtrare tura Ouid. Met. 2, 289. Mittunt Sabaei tura Virg. Georg. 1, 57. Placare deos ture Hor. Carm. 1, 36, 1. Tribuere alicui honores turis Ouid. Met. 14, 128. *Add.* Celſ. 5, 5 *et* 6. 6, 6. Plin. 16, 27 Arbor turis, Lignum turis, Virgae turis.

THVRARIVS, a, um. Adi. Thurarius vicus Romae Aſcon. Tibiae Lydiae et thurariae Solin. c. 11. (Salm. 5) *vid. Salmaſ. p. 87. Subſtantiue* Turarius, *Qui tura tractat ac vendit.* Firmic. 8, 25 Viceſima ſeptima pars librae ſi in horoſcopo fuerit inuenta, turarios faciet vel pigmentarios, ſeu pharmacopolas. *Conf.* Tertull. de Idol. c. 11.

THVREVS, a, um. Adi. [λιβανικὸς] *Quod eſt thuris.* Columel. 3, 8 Iam tuream plantam, florenteſque hortos myrrha et croco. Virg. Georg. 2, 117 Solis eſt thurea virga Sabaeis. Dona thurea Idem Aen. 6, 225. Flamma thurea Stat. Theb. 12, 487. Grana thurea Ouid. Faſt. 4, 410. Planta thurea Columel. 3, 8.

THVRIFER, ĕra, ĕrum. Adi. [λιβανωτοφόρος] *Vt*, Saba thurifera, *quae producit tus* Plin. 6, 23. Idem 12, 14 ſ. 30 Regio thurifera Saba appellata. Plin. 12, 14 Vt illo modo quum deuiciſſet thuriferas gentes, ſupplicaret Indus thurifer Ouid. Faſt. 3, 720. Arae thuriferae Stat. Achil. 1, 520. *Add.* Vitruu. 8, 3. Sidon. Carm. 24, 64.

THVRICRĔMVS, a, um. Adi. *Vt*, Arae thuricremae, *In quibus crematur tus* Virg. Aen. 4, 433. Foci thuricremi Ouid. Epi[...] *Conf* Idem Art. Am. 3, 393. Auien. Deſcr. Orb. v. 603.

THVRILĔGVS, a, um. *Colligentes tura.* Ouid. Faſt. [...] Nam modo thurilegos Arabas, modo deſpicit Indos.

THVRIBŬLVM, i. n. [ϑυμιατήριον] *Vas, in quo tus a[...]* Liu. 46, . . Cic. Verr. 4, 46 c. 21 *pr.* Num etiam de L. [...] viro primario, locuplete, honeſtoque equite Romano thur[...] emiſti? *Conf.* Liu. 29, 14. Vitr. 9, 7. Auſon. [...] 104. Sidon. Ep. 8, 14.

THVRIFICO, āre. *Tura incendere. Vid.* Voſſ. de Vit. L. I[...]

THVRIFICĀTVS, a, um. *Thurificati vocabantur, qui Ch[...] cum eſſent metu adacti idolis tura incendebant. Vid.* Cyprian. E[...]

THVSCŬLVM, i. n. Dimin. [λιβανωτίδιον] Plaut. Aul[...] Nunc thuſculum emi, et haſce coronas floreas.

THVSCIA, *vid.* TVSCIA.

T H Y

THYA, ae. f. *vel* THYON, i. n. [ϑύα, ϑύον] *Arbor odorife[...] notiore nomine* Cedrus *dicitur, et Homero nota fuit, teſte* Plin. 1[...] Propert. 3, 5, 63 Sed thyiae thalamo aut Oriciae terebinthi [...] pluma verſicolore caput. *Aut* Thyia *ipſi placuit*, ϑυία, *per d[...] gum; aut formauit Adiectiuum* Thyïus *pro* Thyinus. *Caeter[...]* citreum pomum *intelligit apud Homerum* Macrob. Sat. 2, 15 *ubi* [...]

THYAMIS, is. m. *Fluuius Buthrotum Epiri coloniam alluens, et [...] villae Attici proximus.* Cic. Att. 7, 2 Qu. Ciceroni obſiſti non [...] quo minus Thyamin videret. *Hinc* Ciceroni de Legib. 2, [...] *tutum illud iuere cum Turnebo 11, 16 Lambinus, pro* Thebanus E[...] *legentes* Thyamis.

THYAS, ădis. f. [Θυὰς] *Bacchi ſacrificula.* Amentes T[...] Stat. Theb. 12, 792. Concita Thyas pulſo tympano Hor[...] 3, 15, 10. Euantes Thyades effuſis crinibus Catul. Argon. [...] Excita Thyas commotis ſacris Virg. Aen. 4, 302. Peruicac[...] ades Hor. Carm. 2, 19, 9.

THYĂSVS, i. m. *quod rectius per* i, thiaſus *ſcribi m[...] Cerda ad* Virg. Ecl. 5, 30. [ϑίασος] *Saltatio et chorea dicit[...] Baccho, exhibebatur: a ϑύω ſacrifico, vt volunt, qui contra Gr[...] vſum probant* y *in prima Syllaba.* Virg. Ecl. 5, 30 Inſtituit [...] thiaſos inducere Baccho. Catull. de Berecynth. ſ. 61, 28 [...] repente linguis trepidantibus vlulat.

THYASITAS. Sodalitas Feſto *ſaltantium nempe et conuiu[...] Sed bene monuit Dacerius, legendum videri* Thiaſotas, ſodales.

THYATĪRA, ae. f. [Θυάτειρα] *Inſula maris Ionii, vna Ech[...] Aetoliae adiacentium, teſte* Plin. 4, 12. *Eſt item Ioniae ciuita[...]* ad Lycum fluuium, *teſte eodem* Plin. 5, 9. Strabo 13. [...] *attribuit, Stephanus Lydiae.*

THYBRIS, *vid.* TIBERIS.

THYELLA, ae. f. [Θύελλα] Homerus . . . . Th[...] *quartam Harpyiam videtur appellaſſe, reſpiciens nimirum ad vo[...] prietatem, quae apud Graecos repentinam et ſonoram ſignificat p[...]*

THYESTES, is *et* ae. m. [Θυέστης] *Filius Pelopis ex Hip[...] et Atrei frater, ac Tantali nepos.* Inde Thyeſtis fabula ho[...] Atreum et Thyeſtem germanos quum diſſenſione ſibi nocere [...] ſent, in ſimulatam gratiam rediiſſe: qua occaſione Thyeſtes c[...] tris vxore concubuit. Atreus vero ei filium epulandum a[...] quae Sol abominatus, ne pollueretur, aufugit. Sed veritas (*ſi[...] cet*) haec eſt: Atreum apud Mycenas primum Solis eclipſi[...] niſſe: cui inuidens frater, ex vrbe diſceſſit tempore quo eius [...] ſunt dicta. *Hactenus* Seruius *enarrans illud* Virg. Aen. 1, [...] tam auerſus equos Tyria Sol iungit ab vrbe. Perſ. Sat. 5, [...] ſi quibus olla Thyeſtae Feruebit. *Vid.* AEGISTHVS.

THYESTEVS, a, um. Adi. Cic. in Piſon. 43 Thyeſtea *iſt[...]* cratio eſt, Poëtae vulgi animos, non ſapientum mouentis,

Vt tu naufragio expulſus, vſpiam ſaxis fixus *aſperis*
Euiſceratus latere penderes ſaxa ſpargens tabo
Sanie, ſanguine atro.

Menſa Thyeſtea Ouid. ex Pont. 4, 6, 47. Mycenae Thyeſte[...] can. 1, 539. Preces Thyeſteae Hor. Epod. 5, 86.

THYESTIADES, ae. m. *Aegiſthus, Thyeſtae filius.* O[...] Arte Am. 2, 407 Inde Thyeſtiadem thalamoque animoque rec[...]

THYEVM, i. n. Ita Succinum vocabatur in Italia, *teſte* Pli[...]

THYIA, ae. f. [Θυῖα] *Nomen filiae Cephiſi, quae prima L[...] tris initiata fuit Orgiis, a qua* Thyïades et Thyïae. *Herodotu[...] Ab hac Vrbs eiusdem nominis, in qua colitur.*

THYITES. [ϑυΐτης] *Genus eſt lapidis duriſſimi, ex quo n[...] fieri conſueuerunt: vnde et* a Plinio 36, 22 Lapis mortariorum [...] *et a Graecis ϑυΐτης, quibus ϑυΐα mortarium eſt.*

THYLE, *vid.* THVLE.

THYMALLVS, i. m. *Genus piſcis pretioſi, de quo* Amb[...] Hex. Neque te inhonoratum noſtra perſecutione Thymalle [...] tam, cui a flore nomen inoleuit, ſeu Ticini vnda te fluminis, ſe[...] rem Atheſis vmbra nutrierit, flos es. *Vid. reliqua.*

THYMBRA, ae. f. [ϑύμβρα] *Herba vulgaris. In aſp[...] gracilibus naſcitur, ſimilis thymo: ſed minor atque tenerior fer[...] cam floris plenam, coloris herbacei. Habetur et* ſatiua *breuior [...] quae propter minorem acrimoniam in cibos recepta eſt, Latinis* Sa[...] *teſte* Plin. 19, 8. Thymbram *tamen nonnihil a* ſatureia *diſ[...] ſentit* Columel. 10, 235 Et ſatureia thymi referens, thymbraeque [...] rem. Columel. 9, 4 Saporis praecipui mella reddit [...] Thymo deinde proxima thymbra, *etc. Sunt qui* Tymbram [...] *adſpiratione ſcribant.* Olens thymbra Stat. Silu. 1, 2, 21. [...] lidae vmbracula thymbrae Stat. Silu. 1, 2, 222. *Add.* I[...] 1, 37. ¶ 2 Thymbra, [Θύμβρα] *Locus vicinus* T[...] *plenus thymbra.* Rector Thymbrae, *Apollo* Stat. Silu. 4, 7, 22.

THYMBRAEVS, i. m. [Θυμβραῖος] *Apollo dicitur, a loco [...] dicto:* in quo eius et nemus eſt, et templum vbi a Paride A[...] occiſus eſt. Vnde et fingitur manu Apollinis vulneratus. [...] Thymbraeus, vt Delius. Nam numina a locis frequenter [...] accipiunt. *Hactenus* Seruius *ad* Virg. Aen. 3, 85 Da pro[...] Thymbraee, domum, da moenia feſſis. Pergama Thym[...] Stat. Silu. 3, 2, 97.

THYMBRAEVM, i. n. *Herba.* Plin. 20, 22.

THYMĔLE. [Θυμέλη] *Nomen mulieris volunt eſſe, quae pri[...] ma ſaltationem in ſcena docuit. Partem aliquam ſcenae apud Grae[...] apparet: quid proprie fuerit, non ita promtum. Ipſe Pollux dubi[...]*

νὴ μὲν ὑποκριτῶν ἴδιον, ἡ δὲ ὀρχήστρα τοῦ χοροῦ, ἐν ᾗ καὶ ἡ θυμέλη μα τὶ ἔσα ἢ βωμός. *Eſt igitur* Thymele *eleuatum quiddam aut um, arae certe ſimile, ad quod, vel in quo ſtarent qui inde dicuntur* Thymelici. *Reliqua ex Graecis dare poteſt Lexicon Vitruu. Eſt* *ſaltatio hiſtrionica, quo intellectu vtitur etiam* Sidon. . . . . 2 *Romae Domitiani aetate in ſcena placuit Mima huius nominis.* l. 1, 5, 5 *rogans fauorem ſuis libellis a Domitiano*, Qua Thymelen , deriſoremque Latinum, Illa fronte, precor, carmina noſtra *Hinc a* Iuuenal. 1, 36 A trepido Thymele ſubmiſſa Lati- *perſonae verae ſignantur, qui perpetrent facinora ea, quae in ſcena Thymele et Latinus. V. g. maritus ob facinora ſibi male con- vxorem ſuam moecham ſubmittit delatori nobili, ne is ſibi noceat. tiam eſt* Iuuen. 6, 66 Thymele tunc ruſtica diſcit. *i. puella ruſti- heatro diſcit eſſe mima. i. impudica.*

T YMELICI. [Θυμελικοί] *Qui fuerint, docet* Vitruuius 5, 8 Graecos Tragici et Comici actores in ſcena peragunt: reliqui artifices ſuas per orcheſtram praeſtant actiones. Itaque ex eo i et Thymelici Graece ſeparatim nominantur. *Illud apparet,* elicos *eſſe, qui extra ſcenam Graecam, in Orcheſtra pro- us dicta, canunt, ſaltant, mouentur.* Vlpian. in l. as, in princip. D. de iis, qui not. infam. Neque elici, neque Xyſtici, nec agitatores, nec qui aquam equis ſpar- aeteraque eorum miniſteria, qui certaminibus ſacris deſeruiunt, iniofi habentur. *Add.* l. 10 ff. de pollicitat. Iſidor. 18, . *Torrent. ad* Suet. Aug. c. 45. Athenodorus Xyſticus thymelico bene merenti fecit Vet. Inſcr. Thymelicae ſol- Iuſtin. Nouell. de Conſulib. *Alex. ab Alex.* 3, 9. *Rit- ad* Saluian. p. 62.

T YMILAEA, ae. f. *Herba.* Plin. 13, 21.

T YMIAMA, atis. n. *Incenſum.* Ammoniacum thymiama 18, 7 *ſeqq.* 6, 6, 25. *i. thus Libycum.* *Conf.* Vulgata nterpr.

MIAMATERIVM, i. n. Ambroſ. Epiſt. 5 p. 78. *Add.* erem. 52, 17. *Rectius* thymiaterium.

MION, i. n. Vlcus eſt, quod ſuper corpus quaſi verrucula ad cutem tenue, ſupra latius, ſubduriumque, et in ſummo per- n. Id qua ſummum, colorem floris thymi repraeſentat, vnde en eſt: ibique facile finditur, et cruentatur: nonnunquam tum ſanguinis fundit, fereque circa magnitudinem fabae Aegy- , raro maius, interdum perexiguum. Modo vnum, modo naſcuntur, vel in talis, vel in palmis, vel inferioribus pedum s. Peſſima tamen in obſcoenis ſunt, maximeque vbi ſangui- ndunt. *Haec* Celſus 5, 28, 14. *Vbi tamen obſeruandum, in texto orationis* Ἀκροθύμιον *nominari:* Thymion *in vet. lemmate. locus* Plin. 32, 10 ſ. 45 Verrucas tollit — capitis maena- inis cum allio tritus: ad thymia crudis vtuntur, *int.* *Sic Harduin.*

T YMOETES, ae. m. [Θυμοίτης] Priami filius fuit ex Ariſbe idam volunt) cuius vxor quum filium peperiſſet eodem die, quo Paridem, aſſerentibus hariolis eo die natum eſſe puerum, cuius ium euerteretur, iuſſit Priamus vtrumque interfici. Et Paris matris aſtu clam traditus eſt educandus: Thymoetis autem interfectus. Cuius iniuriae vltione in multos dies dilata, etes, quum equi lignei dolum ſentiret, commodum ſibi vindi- mpus oblatum ratus, primus auctor fuit, vt in vrbem recipere- *Haec fere* Seruius *enarrans locum illum* Virg. Aen. 2, 32

Primusque Thymoetes
Duci intra muros hortatur, et arce locari,
Siue dolo, ſeu iam Troiae ſic fata ferebant.

T MOLEON, *vid.* TIMOLEON.

T MVS, i. m. *vel* THYMVM, i. n. [θύμος] *Herba bor- dorata, cuius flore ſummopere apes delectantur.* Plin. 21, 10 n et thymi (*genera*) candidum ac nigricans. Floret autem lſtitia, quum et apes decerpunt, et augurium mellis eſt. Pro- enim ſperant apiarii large florente eo. Laeditur imbribus, que florem. Semen thymi non poteſt deprehendi, quum ori- rquam minutum, non tamen fallat. *Haec Plinius.* Martial. Hyblaeis madidas thymis placentas. Columel. 11, 3 Thy- et tranſmarina cunila, et ſerpyllum, *etc.* Albus thymus 1. 15. Dulcior thymo Virg. Ecl. 7, 37. Cecropium n Idem Georg. 4, 270. Apes paſcuntur thymo Virg. Ecl. Redolentque thymo fragrantia mella Idem Georg. 4, 169. thymo Virg. Georg. 4, 241. *Conf.* Martial. 11, 43. Co- , 4. Pallad. 1, 37. *et* Sept. t. 13. Sidon. Ep. 8, 4.

T YMIANVS, a, um. Adi. *a Thymo.* Plaut. Bacch 5, 2, 11 Vetulae ymianae. Thymianas Turnebus 24, 11 *interpretatur malas, longinquitatem viae macreſcentes. Sed* Thymiamae *in veteri- ris ſunt, i.* Thymi amantes, *quod ſimul in oues, et in ſenes, de qui- ſermo eſt, conuenit, vt oſtendit Salmaſius.* Thymiamus *forma- m,* pediſequus *et ſimilia.*

T YMĪTES, ae. f. [θυμίτης] *Vinum, ex thymo confectum: ea dictum vt Abſynthites.* Columel. 12, 35 Vinum abſinthiten et iten, et abrotoniten, et thymiten, et maratriten, *etc.*

T YMĪNVS, a, um. Adi. [θυμινός] *Ex thymo factum.* Colu- mel. , 33 Cum melle Attico: vel ſi id non eſt, vtique thymino cele- uatur.

T YMŌSVS, a, um. Adi. [θυμώδης] *Idem.* Plin. 11, 15 Thy- mel non coit.

T YNIA, ae. f. [Θυνία] *Strabo l. 12 Inſula in fronte Bithy- iae hinc.*

T YNICVS, a, um. Adi. *Annulus veteribus dicebatur e mero auro us.* Iſidorus 19, 32 *inter genera annulorum*, Thynicus, *inquit*, primum in Bithynia fabricatus: aſſertque molles Maecenatis los de morte Horatii Flacci vt id probet,

Lugent te mea vita, te ſmaragdus,
Beryllus quoque Flacce: nec nitentes,
Nunc per candida margaritas quaero,
Nec quos Thynica lima perpoliuit
Annellos, nec Iaſpios lapillos.

T YNVS, a, um. Adi. [θύνος] *Vt*, Merce Thyna beatus Hor. Carm. 3, 7, 3.

T YNNVS, *vid.* THVNNVS.

T YON, *vid.* THYA.

T YONEVS, *trium Syllabarum*, [Θυωνεύς] *Bacchi epitheton, quod* ἀπὸ τοῦ θύειν *quod eſt ſacrificare, deductum putant: eo quod ei ad- huc inter humanos verſanti ſacrificabatur.* Hor. Carm. 1, 17, 23 Nec Semeleius Cum Marte confundet Thyoneus praelia. Acron *ſic exponit*, Thyone mater Semeles dicta eſt matris Liberi patris. Dicit ergo per vinum rixam non futuram inter ſe. Thyoneus au- tem filius Liberi fuit, qui in Chio inſula regnauit, pater Thoantis regis, cuius filia fuit Hypſiphile, quae coniuratione facta aduerſus vi- ros ſola patrem ſeruauit. *Hactenus* Acron. Porphyr. *vero*, Thy- one, *inquit*, Semele a Graecis dicta: vnde Thyoneus dicitur. *Haec etiam ex Graecis firmat Lambinus, qui tamen ipſam* Semelen *a furendo,* ἀπὸ τοῦ θύειν *ſic dictam aiunt. Ac ſane* Semeleium *et* Thyonea *con- iuncturus vix videtur fuiſſe Poëta, niſi ad etymologicam rationem reſpexiſſet.*

THYONIANVS, a, um. Adi. *Bacchus ſic dictus* Catull. 27, 7 Hic merus eſt Thyonianus. *Quo verſu ſignificat Meraca Bacchi pocula per transnominationem. Rediuiuus enim Bacchus matrique fulminatae ſuperſtes, Thyonianus vocatus eſt: vel potius illum dilaceratum reducem ſoſpitemque vitae redditum hoc nomine ſacra canebant arcana.* Auſon. praef. Eidyll. 17 Ne in ſacris et fabulis aut Thyonianum mireris aut Virbium, illum de Dionyſio, hunc de Hippolyto reformatum.

THYRA, *ianua: vnde*

THYROMA, atis. n. Vitr. 4, 6. *et* 6, 4. *Conf. Baldi Lex.*

THYROREVM, i. n. *Spatium inter duas ianuas interiacens locus ianitoris, qui* θυρωρὸς *Graecis eſt.* Vitruu. 6, 10.

THYRE, *Ciuitas Meſſeniorum. Sed diuus Auguſtus Lacedaemoniis adſcripſit, quod Meſſenii cum Antonio ſenſiſſe viderentur.* Stat. Theb. 4, 48 Et Lacedaemonium Thyre lectura cruorem.

THYREĀTIS, idis. Patronym. *A* Thyrea *Argolidis vrbe, de qua pugnatum cum Lacedaemoniis. Hinc* Terminum *alloquens* Ouid. Faſt. 2, 663 Si tu ſignaſſes olim Thyreatida terram, Corpora non leto miſſa trecenta forent.

THYRREVS, i. m. Plin. 2, 103 Thyrreum lapidem quamuis grandem innatare, eundemque comminutum mergi *in miraculis refert: nempe plurium ſunt in eo genere, ipſa lignorum quorundam ſcobs, char- tae, quarum particulae ſpecifice grauiores.*

THYRSVS, i. m. [καυλὸς] *Virga et caulis cuiuslibet herbae, prae- ſertim lactucae.* Plin. 19, 8 Inuentum omnes thyrſos, vel folia la- ctucarum prorogare vrceis conditos, ac recentes in patinis coquere. Thyrſus lactuculae Suet. Aug. c. 77. *conf. Caſaub. ad h. l.* Fragi- les thyrſi Stat. Theb. 2, 664. Pampinei thyrſi Claud. Conſ. Hon. 4, 602. Spectabilis thyrſus Plin. 21, 15 (18). Teretes thyrſi Stat. Achil. 2, 175. Virentes fronde thyrſi Ouid. Met. 11, 29. *add.* Propert. 3, 2, 35. ¶ 2 Thyrſus, [Θύρσος] *Haſta ferrata he- deris obtecta, quam in Orgiis Bacchicis quatiebant. Scribit Diodorus* 5, 1 *Dionyſium in exercitu habuiſſe mulieres thyrſis armatas. Et* Macrob. Sa- turn. 1, 18 *ait* Liberum patrem tenere thyrſum, quod eſt latens telum, cuius mucro hedera lambente protegitur. *Vnde* Thyrſiger *dictus eſt Bacchus.* Catul. Argon. ſ. 62, 256 Horum pars tecto quatiebant cuſpi- de thyrſos. Ouid. Amor. 3, 15, 17 Corniger increpuit thyrſo gra- viore Lyaeus. Sen. Herc. Fur. 904 Tectam virenti cuſpidem thyrſo gerens. Graui thyrſo metuendus Liber Hor. Carm. 2, 19, 8. Quatere thyrſum Sen. Herc. Oet. 243. Leuem thyrſum vibrare manu Idem Oedip. 628. Thyrſus *per translationem pro Stimulo et incitamento,* Lucret. 1, 921 — Sed acri Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor. Sic, vbi mota calent ſacro mea pectora thyrſo Ouid. Triſt. 4, 1, 43.

THYRSICVLVS, i. m. Dimin. Apul. de Herb. c. 68.

THYRSIGER, a, um. Adi. [Θυρσοφόρος] *Vt*, Candida thyrſi- geri proles generoſa Lyaei Sen. Med. 110. India Thyrſigera Sen. Hippol. 753. Bacchus Pallad. Inſit. ſ. lib. 14, 87.

THYRSION, i. n. *Herba, ap.* Apul. de Herb. c. 1.

THYSBE, *vid.* THISBE.

THYSSELIVM, i. n. Herba. Plin. 25, 11.

THYSVS, i. m. *Antique* Sus. Varro de R. R. 2, 4 Graece dici- tur ὗς, olim Thyſus dictus, ab illo verbo, quod dicunt θύειν, quod eſt immolare. Ab ſuillo enim genere pecoris immolandi initium pri- mum ſumtum.

T I *et* T I B

TIĀRA, ae. f. [τιάρα] *Ornamentum capitis Perſicarum prius mu- lierum: quo poſtea vſi ſunt et reges et ſacerdotes.* Brachia ac crura ve- lamentis, caput tiara tegit Iuſtin. 1, 2, 3. Iuuen. Sat. 6, 515 — Phrygia veſtitur bucca tiara. *add.* Id. 10, 267. Virg. Aen. 7, 247 — ſceptrumque ſacerque tiaras. Hic per vſurpationem dici- tur; nam tiara dicimus, ait Seruius. Tiaram (inquit Donatus) di- xit pileum, quo Phryges vtuntur, quum celebrant ſacra. Inde ſacrum dixit, quia quod ad ſacra pertinet, ſacrum eſt.

TIARATVS, a, um. Adi. *Tiaram geſtans.* Sidon. Epiſt. 8, 3 Inter ſa- trapas regum tiaratorum.

TIBARENI, orum. m. [Τιβαρηνοὶ] *Populi Scythici, de quibus* Mela 1, 20 *pr.* Tibareni chalybas attingunt, quibus in riſu luſuque ſummum bo- num eſt. Val. Fl. 5, 148

Inde Genetaei rupem Iouis, hinc Tibarenum
Dant virides poſt terga lacus, vbi deſide mitra
Foeta ligat, partuque virum fouet ipſa ſoluto,

i. vbi puerpera miniſtrat viro in lecto decumbenti, quaſi ipſe geſtandi et pa- riendi labores ſuſtinuiſſet. Sumtum ex Apollon. Rhod. 2, 1012 ſq.

TIBERIS, *et per Syncopen*, TIBRIS, is, et idis. m. [Τίβερις, Θύμβρις] *Amnis Italiae e media fere longitudine Apennini Aretinorum finibus defluens, tenuis principio, nec fere nauigabilis. Sed duobus et quinquaginta fluuiis augetur: praecipuis autem Nare et Aniene: nec mi- nus tamen aquis, fontibusque in vrbem perductis: et ideo quamlibet ma- gnarum nauium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe naſcentium vector placidiſſimus. Primum ab aquarum colore* Albula *dictus eſt, deinde* Thy- bris *(vnde Gr.* Θύμβρις*) denique* Tiberis *appellatus, a rege Tuſco eius nominis, iuxta eum in bello occiſo,* Virg. Aen. 8, 330 Aſperque immani corpore Thybris, A quo poſt Itali fluuium cognomine Thybrin Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen. *Nugatur* Seruius *ad h. l. cum Graeculis, dictum* ἀπὸ τῆς ὕβρεως, ab iniuria, propter regem Tu- ſcorum, latrocinari circa eius fluminis ripas, ac vaſtare omnia ſoli- tum. *Quia tamen aliquid ſubeſſe doctrinae ſolet, relinquatur, ſed emen- datior alter locus Seruii ad illud* Aen. 7, 500 Si quando Thybrim, vici- naque Thybridis arua Intrabo: Vt autem, *inquit*, Thybris dicatur, haec ratio eſt, Quodam tempore Syracuſani, victores Athenienſium ceperunt Syracuſis ingentem hoſtium multitudinem: et eam caeſis montibus fece- runt addere munimenta ciuitati. Tunc auctis muris, etiam foſſa intrinſe- cus facta eſt: quae flumine admiſſo repleta munitiorem redderet ciuitatem.

Hanc igitur foſſam per hoſtium poenam et iniuriam factam, Thybrim vocauerunt ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Poſtea profecti Siculi ad Italiam, eam tenuerunt partem, vbi nunc Roma eſt, vſque ad Rutulos et Ardeam. vnde eſt, Fines ſuper vſque Sicanos. Et Albulam fluuium, ad imaginem foſſae Syracuſanae Thybrin vocarunt, quaſi ὕβριν. *Hactenus* Seruius. *Rurſus autem* a Tiberino *Albanorum rege in eo ſubmerſo pro* Thybri *dictus eſt* Tiberis. Ouid. Faſt. 2, 389 Albula quem Tiberim merſus Tiberinus in vndis Reddidit, hibernis forte tumebat aquis. *Hoc videtur poſſe conſtitui*, Thybris (Θύμβρις) *antiquum nomen Graecum fuiſſe: huic ſucceſſiſſe recentius* Tiberis: *quomodo in optimis quibuſque monumentis et libris hiſtoricis reperitur, niſi vbi dedita opera, vt apud Virgilium ll. cc. et alios Poëtas, antiquum nomen repetitur. Ac prioris generis exemplis non eſt opus. Videamus Poëtica.* Cic. Att. 12, 20 Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare, et quidem ob hanc cauſam maxime. Arenoſi Thybridis vnda Ouid. Faſt. 1, 242. Auſonius Thybris Virg. Aen. 5, 83. Caeruleus Tibris, *vid.* CAERVLEVS. Flauens Thybris Sil. 16, 680. Flauus Hor. Carm. 1, 2, 13. Laurens Virg. Aen. 5, 797. Romuleus Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 226. Sceptriferi Thybridis vnda Sil. 8, 369. Tyrrhenus Thybris Virg. Aen. 7, 242. *Vocatiuus* Idem Aen. 8, 540 — galeaſque et fortia corpora volues Thybri pater. Ouid. Faſt. 5, 635 Thybri doce verum. *Et* 637 Thybris arundiferum medio caput extulit alueo. *Sed* 641 Et quem nunc gentes Tiberin noruntque timentque. *Et* 655 Mittite me Tiberi: Tiberinis vectus vt vndis *etc.* *Et* 659 Scirpea pro domino Tiberi iactatur imago. *Sic vbique in maiori editione Burm.*

TIBERĪNVS, a, um. Adi. [Τυβερινὸς] *Vt*, Tiberina oſtia Virg. Aen. 1, 17. Cic. pro Lege Manil. 33 Vos qui modo ante oſtium Tiberinum claſſem hoſtium videbatis. Ouid. Met. 15, 728 Tiberina ad oſtia venit. Fluminis Tiberini vnda Virg. Aen. 10, 833. Inſula Tiberina Claud. Conſ. Stilich. 2, 175. De hac inſula ſic Liu. 2, 5 Ager Tarquiniorum, qui inter vrbem ac Tiberim fuit, conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Forte ibi tum ſeges farris dicitur fuiſſe matura meſſi, quem campi fructum, quia religioſum erat conſumere, deſectam cum ſtramento ſegetem magna vis hominum ſimul immiſſa, corbibus fudere in Tiberim tenui fluentem aqua, vt mediis caloribus ſolet. Ita in vadis haeſitantis frumenti aceruos ſediſſe illitos limo: inſulam inde paullatim, et aliis, quae fert temere flumen eodem inuectis, factam. Poſtea credo additas moles, manuque adiutum, vt tam eminens area, firmaque templis quoque ac porticibus ſuſtinendus eſſet. *Hactenus ille. Eſt et inter cognomina:* Canutius Tiberinus Cic. Philipp. 3, 23. *Etiam ipſe* Tiberis *fluminis Deus*, Virg. Aen. 8, 31 Huic deus ipſe loci fluuio Tiberinus amoeno, *etc.* Flauus Tiberinus Virg. Aen. 7, 31. Ouid. Met. 14, 614 Regnum Tiberinus ab illis Cepit, et in Tuſci demerſus fluminis vndis Nomina fecit aquae.

TIBRĪNVS, *per ſyncopen, pro Tiberinus.* Claud. de Laud. Seren. Reg. 17 Praeſcia fatorum Tanaquil, rediensque per vndas Cloelia Tibrinas. *Forte melius* Thybrinas.

TIBERĪNIS, ĭdis. f. Patronym. [Τυβερινὶς] Ouid. Faſt. 2, 597 Dixerat, annuerant Nymphae Tiberinides omnes.

TIBRICŎLA, ae. m. Prudent. Periſt. 11, 174 Paſcit item ſanctis Tibricolas dapibus. *Mel.* Thybricolas.

TIBERIAS, ădis. f. [Τιβεριὰς] *Vrbs Galilaeae, ab Herode condita, et ſic appellata in honorem Tiberii Caeſaris. Ptolem.* 5, 16. Tiberias, Lacus.

TIBERIVS, i. m. [Τιβέριος] *Praenomen, de quo* Epit. ſub Val. Max. Tiberii coeperunt vocitari, qui ad fluuium Tiberim naſcebantur. *Proprium eſt in* Tiberio Nerone Caeſare, *qui ab Auguſto imperauit. Vitam eius vide in* Suetonio, *et Hiſt. apud* Tacit. Ann. 6 *extr.*

TIBEREIVS, a, um. Adi. [Τιβερήιος] Stat. Silu. 3, 3, 66

Tibereia primum
Aula tibi, vix dum ora noua mutante iuuenta.
Panditur.

TIBERIANVS, a, um. *Idem.* Plin. 15, 15 Pira Tiberiana, quae Tiberio placuere.

TIBI. [σοὶ] Datiuus, *a* Tu *Pronomine, vid. ſuo loco.*

TIBIA, ae. f. [κνήμη] *Proprie Os cruris oppoſitum ſurae.* Celſ. 8, 1 Ipſum autem crus eſt ex oſſibus duobus, *etc.* Verum alterum os ab exteriore parte, *etc.* Alterum a priore parte poſitum, cui tibiae nomen eſt, longius, et in ſuperiore parte plenius, ſolum cum femŏris inferiore capite committitur, ſicut cum humero cubitus. ¶ 2 *Inſtrumentum muſicum quod inflatur,* (αὐλὸς) *robuſtius et amplius, puto, fiſtula, a qua differre, ſatis indicat ipſum nomen, cum* tibia *ex oſſibus cruris auium, gruum v. g. primum facta eſſe videatur.* Plin. 16, 36 Calamus vero alius totus concauus, quem ſyringiam vocant, vtiliſſimum fiſtulis, quoniam nihil eſt ei cartilaginis atque carnis. Orchomenius eſt continuo foramine peruius, quem auleticon vocant. Hic tibiis vtilior, fiſtulis ille. *Pallas apud* Ouid. Faſt. 6, 697 Prima terebrato per rara foramina buxo, Vt daret effeci tibia longa ſonos *etc. narrat enim, vt abiectam a ſe tibiam Satyrus inuenerit.* Tibiae dextrae et ſiniſtrae *multum negotii faceſſiuerunt viris doctis: itemque* tibiae pares atque impares, *vid. Scal. Poët.* 1, 20, *Salmaſ. ad Vopiſci Carinum* p. 825 ſqq. *Hack. etc. Simplicior ſententia, neſcio an verior, eſt, quam propoſuit* ad Terentianae Andriae didaſcaliam *Anna Fabri: duas tibias ſimul inflabant, harum dextra, quam dextra manu tractarent, grauiores ſonos edebat, acutiores ſiniſtra. Sed poterant etiam ambae eſſe dextrae, i. ſoni grauioris, ambae ſiniſtrae: et hae* tibiae pares; impares *autem cum altera* dextra *eſt ſiue grauior,* ſiniſtra, *ſiue acutior, altera etc. Nunquam puto, ad liquidum res perducetur. Caeterum qui velit denuo quaerere, illum* didaſcalias Terentianarum fabularum *et* Donati prolegomena *conſiderare oportet, et locum* Varronis, *quem damus in* INCENTIVVS *ſub* INCINO. Plin. 16, 36 ſ. 66 *Occaſione arundinum quaedam habet de tibiis, huc quoque referenda*, Caedi ſolebant tempeſtiue vſque ad Antigenidem tibicinem, cum adhuc ſimplici muſica vterentur, ſub Arcturo (*ſub arcturi exortum, menſe Septembri*) ſic praeparatae aliquot poſt annos vtiles eſſe incipiebant. Tunc quoque multa domandae exercitatione, et canere tibiae ipſae docendae, comprimentibus ſe ligulis (*illa ſuprema parte tibiae, quae labiis tibicinis continetur, cui ſpiritum infundit, quam moderari labiis et lingua artis eſt*) quod erat illis theatrorum moribus vtilius. Poſtquam varietas acceſſit, et cantus quoque luxuria, caedi ante ſolſtitia coepta (*cum adhuc molliores et ad varium compreſſum aptiores ligulas praeſtant*) et fieri vtiles in trimatu, apertioribus earum ligulis ad flectendos ſonos, quae inde ſunt et hodie. Sed tum ex ſua quamque tantum arundine (*ſumtam ligulam tibiae*) congruere perſuaſum erat, et eam, quae radicem anteceſſerat, (*ſiniſtrae*) tibiae conuenire, quae cacumen, dextrae: imm quantum praelatis, quas ipſe Cephiſſus (*amnis*) abluiſſet. N crificae Tuſcorum e buxo, ludicrae vero loto, oſſibuſque aſin argento fiunt. Feſtus, Dextrarum tibiarum genus eſt, quae tenentur. Varro *apud* Seru. *ad* Aen. 9, 618 Biforem dat til tum. Biſonum, imparem. Et ſeruauit eis tibiarum ſuarum ram. Tibiae aut Serranae (*f.* Sarranae) dicuntur, quae ſunt et aequales habent cauernas. Ergo *biforem* diſſonum diſſimil non enim ſunt pari modulatione compoſitae. Vt enim ait Tibia Phrygia dextra vnum foramen habet: ſiniſtra duo, c vnum acutum ſonum habet, alterum grauem. *Add. quae de* H Hyagni Apul. Flor. p. 341, 11 *qui* primus duas tibias vno ſpir mauit, primus laeuis et dextris foraminibus, acuto tinnitu bombo concentum muſicum miſcuit *etc.* Cic. Tuſc. 1, 1c intelligo quid metuat, quum tam bonos ſeptenarios fundat ad Hor. de Arte Poët. 262 Tibia non vt nunc orichalco vincta, tu Aemula; ſed tenuis, ſimplexque foramine pauco. Si ex ol dulate canentes tibiae naſcerentur, num dubitares quin ineſſet i tibicinis quaedam ſcientia? Cic. de Nat. Deor. 2, 22. Quo cantu tibiarum tota vicinitas perſonat Cic. pro S. Roſc. Amer *De* tibiis *recte loqui doceat nos etiam* Quinctil. 1, 11, 7 *vbi declar cem κατἀπεπλασμένον*, ſic appellantur, *inquit*, cantus tibiarum praecluſis, quibus clareſcunt foraminibus, recto modo exitu rem ſpiritum reddunt. *Et* 11, 3, 20 Vt tibiae eodem ſpiritu a alium clauſis, alium apertis foraminibus, alium non ſatis p alium quaſſae ſonum reddunt, ita fauces *etc.* Ibid. 50 Illa i ne apertis, vt aiunt, tibiis *i. pleno ſono et graui pronuntianda.*

Adde et diſtinctum, quem Muſica tibia, flatum,
Concipit: aut ille eſt preſſo modulamine parcus,
Aut tumidum largo ſublimat flamine bombum
Aut raucos frangit modulos, aut lene ſuſurrat,
Aut exile trahens ſonitus producit acutos,
Aut murmur tenerum ſublidit voce minuta

Prudent. Apoth. v. 843 ſeqq. Multifora buxo tibia Sen. A ſ. 5. Caua tibia Lucret. 2, 620. Concionaria tibia *Gracchi* Gell. 1, 11. Curua tibia Virg. Aen. 11, 737. In tibia, et Succentiua, *vid.* INCENTIVVS in INCINO. N tibiae Auctor ad Herenn. 4, 44 c. 33. *conf.* Plaut. Caſ. 4, 3 Apul. Met. 4 p. 157. Querulae tibiae cantus Hor. Carm. Sacrifica dulces tibia effundat modos Sen. Agamem. ſ. 6. bia *nuptialis eſt* Apul. Met. 4 p. 157, 37. Adhibere tibia Quinctil. 1, 10. Canere tibiis Idem 1, 10. Canere ad *vid.* CANO. Cic. de Clar. Orat. 192 c. 51 Si tibiae inflatae ferant ſonum, abiiciendas eas ſibi tibicen putet. *Obſ.* Ti *ſculino genere apud antiquos, teſte* Nonio 3, 256 Varr. Modio, meas lubidines, ac tibias bilingos. *Eſt liber elegans Caſp. Ba iunioris de Tibiis veterum Amſt. 1679. 12. editus, et excerptus i Lexico, vnde petere plura volentes poſſunt.*

TIBIĀLIS, e. Adi. [αὐλητικὸς] *Quod eſt idoneum ad tibias f* Plin. 16, 36 ſ. 66 Tertia arundo eſt tibialis calami, quem aulet cebant. Antra per palati Crapulis reflanda buccis, Gemit aura Sidon. Carm. ſub Epiſt. 9, 13.

TIBIĀLE, is. n. [περικνημὶς] *Velamentum tibiarum: q Arma, quibus crura muniuntur, Tibialia vocant.* Sueton. c. 82 Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, et ſubuculae laneo, et femoralibus, et tibialibus muniebatur. *conf. Caſau* Paullus Iureconſ. in l. Qui commeatus. D. de re milit. Si tib humerale miles alienauit, caſtigari verberibus debet. Tibi ρικνημίδια Onomaſt. Vet.

TIBIATIM. Adu. *Vſque ad mediam partem tibiae.* Feſt. leos, *ſec. Scalig. et Dacer.*

TIBIARIVS, i. m. *Qui facit tibias.* αὐλοποιὸς Gloſſ. *Lat. G*

TIBĪCEN, inis. m. [αὐλητὴς] *Qui tibia canit.* Cic. Fam Ille autem qui ſciret, ſe nepotem bellum tibicinem habere, et num vnctorem, diſceſſit a me Liu. 1, 43 Cornicines, tibici Nimis nihili tibicen ſiem! Plaut. Merc. 1, 2, 15. Hor. de Arte P Sic priſcae motumque et luxuriam addidit arti Tibicen, t vagus per pulpita veſtem. Ad cantus, ad tibicinem profe des honoratorum virorum Cic. de Legib. 2, 66 c. 24. Tibici Romae ſacrificiis praecinebant Liu. 9, 30. *conf. Brouckhuſ.* bull. 2, 1, 86. Nunciata filii morte tibicinem tacere iuſſit Marc. c. 12 *extr.* *add.* Varr. L. L. 5, 7. Non ſunt in orati quam tibicini percuſſionum modi, ſed vniuerſa comprehenſio Orat. 198. Tibicen ſine tibiis canere non poteſt Idem 2, 338. ¶ 2 Tibicines in aedificiis appellantur Col quibus ruſtici tecta ſua fulcire ſolent: a ſimilitudine tibia can qui vt cantantes ſuſtinent, ita illi aedificiorum tecta. Feſt. Sat. 3, 193 Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam. Arn 92 Atlantem, vt quidam ferunt geſtatorem, baiulum, tibici lum ac deſtinam caeli. Ouid. Faſt. 4, 695 Haec modo verreb tem tibicine villam.

TIBICĬNA, ae. f. [αὐλητρὶς] *Mulier tibia canens.* Pla 2, 4, 1 Poſtquam opſonauit herus, et conduxit coquos, tibici haſce, apud forum, *etc.* *Add.* Ter. Adelph. 5, 7, 7 *et* 9. Martial Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis. Meretrix tibici Epiſt. 1, 14, 25. *conf.* Plin. 34, 8. Gell. 2, 1.

TIBICINIVM, i. n. Apul. Flor. 1 p. 341.

TIBICINO, āre. *Tibiis canere.* Fulgent. Mythol. 3, 9 Or cinantium. *Et* Tibicinandis *apud* Tertull. de Anim. c. 38.

TIBICINĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Cyril. Graece αὐλητής.

TIBINVS, i. m. Modus a tibiis, *ſec.* Non. 1, 246 Varro, tus matris Deûm tonimus tibinos tibi nunc ſemiueri.

TIBISIS, is. m. Scythiae fluuius Herodot. 4. *Hinc*

TIBISENVS, a, um. Adi. *Vt*, Oſtia Tibiſena Valer. Fac

TIBVLLVS, i. m. [Τίβουλλος] *Cognomen Albiorum. In bi* Quinctiliani *ſententia* 10, 1 cum primis elegans, et terſus, ad am delicias aliquando procliuior. Ouid. Amor. 1, 15, 28 Done ignes, arcuſque Cupidinis arma, Dicentur numeri culte T tui. *Vid.* ALBIVS.

TIBVLVS, i. m. *Arbor, pinaſter.* Plin. 16, 10.

TIBVR, ŭris. n. [Τίβουρ, Τίβυρις, Τίβυρα, Τίβουρα] *Vrbs ſedecim millibus paſſuum diſtans ab vrbe Roma: quam*, teſte Solir auctoritate Catonis, Catillus Arcas praefectus claſſis Euandri co Seruius, De Graecia, *inquit*, tres fratres venerunt ad Italiam, C

Tibur vel Tiburnus. Hi ſimul omnes vnam fecere ciuitatem, de fratris maioris nomine Tibur appellauerunt: licet et alias ... ſinguli. *Hactenus Seruius enarrans illud* Virg. Aen. 7, 670 ... gemini fratres Tiburtia moenia linquunt, *etc.* Plin. 16, 44 ... es quoque originem multo ante vrbem Romam habent. Apud ... tant ilices tres, etiam Tiburto conditore eorum vetuſtiores, ... ias inauguratus traditur. Tibur *autem Virgilio* dicitur Superbum, id eſt nobile, *inquit* Seruius: aut per tranſitum tetigit illud, ... odliquando, quum a Senatu auxilia poſcerent Tiburtes ſub commemoratione beneficiorum, hoc tantum a Senatu reſponſum acceperunt, ... eſtis. *Haec Seruius explicans illud* Virg. Aen. 7, 629 Quinque ... magnae poſitis incudibus vrbes, *etc.* Hor. Carm. 2, 6, 5 Tibur Argeo poſitum colono. Fertile Tibur Idem Carm. 4, 3, 10. ... Martial. 1, 13. Supinum Tibur Hor. Carm. 3, 4, 23. ... Tibur Idem Epiſt. 1, 7, 45. Vdum Tibur Idem Carm. 3, ... Vuidi Tiburis ripae Idem Carm. 4, 2, 31.

TIBVRS, urtis, *vel* TIBVRTIS, e. Adi. [Τιβουρτῖνος] *Quod eſt Tiburtinum.* Suetonius Calig. c. 21 Inchoauit autem aquaeductum regione Tiburti. Cic. de Orat. 2, 224 Villam in Tiburte habes. ... lu. 1, 3, 99 Hic tua Tiburtes Faunos chelys, et iuuat ipſum ... Hor. Serm. 1, 6, 108 Quum Tiburte via Praetorem quinque ſequuntur Te pueri laſanum portantes, oenophorumque.

TIBVRTINVS, *et* TIBVRTIVS, a, um. *Alia* Adi. Martial. 4, ... Nec Tiburtinis cedite frigoribus. Hor. Serm. 2, 4, 70 Picenis ... pomis Tiburtia ſucco.

TIBVRTVS, i. m. *qui idem et* TIBVRNVS *dicebatur, et Tiburti nomine colebatur: cui etiam lucus erat ibi ſacratus ab Horatio ... tus,* Catilli, qui Amphiarai filius erat, fuit filius, oppidumque ... condidit, *vt refert* Solinus, *et probat* Maro *his verbis* Aen. 7, ... tum gemini fratres Tiburtia moenia linquunt. Fratris Tiburti ... cognomine gentem. Horatius *tamen videtur exiſtimare* Tibur ... conditum fuiſſe, *cum* Tibur moenia Catilli (*ſ.* Catili Od. 1, ... *ocet: et Catonis ſententia fuit, eam vrbem poſitam a Catillo Arcade, praefecto claſſis Euandri, fuiſſe. Annotauit Turnebus.*

T I C

TICHOBATES, ae. m. Exhibuit Tichobaten, qui per parietem ... ſo cucurrit Vopiſc. in Carino c. 18. *Eſt mere Graecum* τειχοβάτης, *quaſi tu* muriſcanſorem *dicas.*

TICIDA, *Poëta elegiacus.* Ouid. Triſt. 2, 433 Quid referam Ticidae ... Memmi carmen? *etc.*

TICINVM, i. n. [Τίκινον] *Nobile Inſubrium oppidum, quod nunc Pavia dicitur. Eſt et* TICINVS, Fluuius oppido vicinus Plin. 3, 16. ... Claud. Conf. Hon. 6, 195 Pulcher Ticinus. *conf.* Sil. ... 5, 154 *etc. et* Sidon. Carm. 7, 552.

TIFERNVS, i. m. [Τίφερνος] *Fluuius Italiae. Et* TIFERNVM, *oppidum, quod intercidit.* Inde TIFERNATES, populi, iuxta Theaenam Lucrinum in ſexta regione Italiae. *Auctor* Plin. 3, 14.

T I G

TIGELLIVS, i. m. Tigellius Hermogenes, muſicae artis ſciens ... ditus, C. Caeſari dictatori fuit familiaris, poſtea Cleopatrae, ... iliter cantabat, et iocabatur vrbane, Auguſto quoque ita placuit, t inter familiares ac domeſticos haberetur. Erat autem largitor ... vt omnibus muſicis et circulationibus multa donaret, et ideo ... eius triſtes eſſe factos ait Horatius. Porro autem cauſam inſe... hominis non mediocris ingenii habuit Horatius, quod car... ius parum ſcite modulata eſſe dicebat. *Haec Porphyrio in illud* Serm. 1, 2, 1

Ambubaiarum collegia, pharmacopolae,
Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne
Moeſtum ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli.
Quippe benignus erat. Contra hic, ne prodigus eſſe
Dicatur metuens, inopi dare nolit amico,
Frigus quo diramque famem propellere poſſit. *etc.*

Fuit ... Tigellius et tibicen, et cantor, Phameae nepos, natione Sardus, ... parum aequus. id quod indicat eius epiſtola ad Fabium Gallum Fam. 7, 24 Amoris, *ait*, quidem tui, quoquo me verto, veſtigia, ... proxime de Tigellio. Senſi enim ex literis tuis, valde te la... *Paullo poſt*, At vide quid ſuccenſeat. Phameae cauſam ſu... m, ipſius quidem cauſa: erat enim mihi ſane familiaris. Is ad ... it, dixitque iudicem ſibi operam dare conſtituiſſe eo ipſo die, ... P. Seſtio in conſilium iri neceſſe erat. Reſpondi, nullo modo ... ere poſſe: quem vellet alium diem ſi ſumſiſſet, me ei non defuturum. Ille autem, qui ſciret ſe nepotem bellum tibicinem habere, ... bonum candorem, diſceſſit a me, vt mihi videbatur, iratior. ... Sardos vaenales, alium alio nequiorem. Idem Att. 13, 49 ... gellio, ſi quid noui; qui quidem, vt mihi Gallus Fabius ſcripſit, ... mihi quandam iniquiſſimam, me Phameae defuiſſe, ... eius cauſam recepiſſem, quam quidem receperam contra pueros ... ios Cn. F. non libenter: ſed Phameae cauſa volebam: erat enim, ... *Etiam* Horatius *Sardum fuiſſe* Tigellium, et Caeſaris amicum, *verſibus oſtendit* Serm. 1, 3, 1

Omnibus hoc vitium eſt cantoribus, inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare, rogati:
Iniuſſi, nunquam deſiſtant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. Caeſar, qui cogere poſſet,
Si peteret per amicitiam patris, atque ſuam, non
Quidquam proficeret: ſi collibuiſſet, ab ouo
Vſque ad mala citaret, Io Bacche, *etc.*

TIGILLINVS, i. m. [Τιγιλλῖνος] *Vir vitae corruptiſſimae, qui per impudicitiam multa a Nerone conſequutus eſt, quem ad omnia corrumpenda ... Auctor* Cornelius Tacit. Ann. 14, 60.

TIGILLVM, TIGNARIVS, *vid. infra* TIGNVS.

TIGNVS, i. m. *et* TIGNVM, i. n. ξύλον, δοκὸς Gloſſ. Lat. Gr. [..., δοκὸς, ἴκριον, ἐπίκριον] *Trabs qua varie diſpoſita domus exſtruitur: ... tendo, vt tradit* Vlpianus *in* l. 1. D. de tign. iunct. Caeſ. Bell. Gal 4, 17 Tigna bina ſeſquipedalia ab imo praeacuta, dimenſa ad altitudinem fluminis. In contignationibus tigna et axes Vitr. 4, 2. ... orum cubilia Id. ib. *conf.* Id. 10, 21. Sen. Ep. 120. Propert. 4, 3, 9 Siue in furtiuo gemuit ſtans noctua tigno. Hor. de Arte Poët. 279 — et modicis inſtrauit pulpita tignis. Ouid. Met. 8, 6 Sordida terga ſuis nigro pendentia tigno. In ſuperficie tigni que caritas nobis patriae pendet? Liu. 5, 34. Arrectaria tigna Vitruu. 10, 17. *Vid.* ORTHOSTATA. Polire tigna Claud. Conſ. Stilich. 2, 323. Leuia radere tigna Lucret. 5, 1266. Leuare, et radere. Tigni nomine, *Omne genus materiei, ex qua aedificia conſtant, continetur.* Vlpian. De tigno iuncto. l. j. et Ad exhibendum. l. Tigni. Et Caius de verb. ſignific. l. Tigni. Hor. Epiſt. 2, 2, 73 Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. Tigni appellatione in vineis neceſſaria continentur, vt puta perticae pedamenta. Vlpian. De tigno iuncto l. j. *add.* Feſt. *it.* Roſin. Ant. Rom. 8. c. vlt. p. 810.

TIGNARIVS, a, um. Adi. [δοκοποιός, δοκοτέκτων. Gloſſ. Lat. Gr.] Tignarius faber, non ſolum is, qui tigna dolat, ſed etiam qui ſolaria lignea: hoc eſt qui trabes, caeteraque ad tabulata domus vtilia: et omnis qui aedificat, intelligitur, *inquit* Caius Iuriſc. Cic. de Clar. Orat. 257 c. 73 Ego me Phidiam eſſe mallem, quam vel optimum fabrum tignarium. *add.* Inſcript. Grut. p. 194 n. 2. et Fabrett. p. 707.

TIGNATIO, ōnis. f. [στέγασις, δόκωσις Gloſſ. Lat. Gr.] *Idem ergo quod contignatio.*

TIGILLVM, i. n. Dimin. [δοκίδιον] Liu. 1, 26 Is quibusdam piacularibus ſacrificiis factis, quae deinde genti Horatiae tradita ſunt, tranſmiſſo per viam tigillo, capite adoperto, velut ſub iugum miſit iuuenem. *add.* Aur. Victor de Vir. Illuſtr. c. 4. Tibul. 2, 1, 39 Illi compoſitis primum docuere tigillis Exiguam viridi fronde operire domum. Ianua ſuffixa tigillo Catul. ad Ianuam 68, 39. *conf.* Plaut. Aul. 2, 4, 22. Phaedr. 1, 3, 14. Iuuenal. 7, 46. Apul. Met. 1 p. 117. *et* 9 p. 394.

TIGRĀNA, ae. f. [Τιγράνα] Ptolem. 6, 1. *Oppidum Mediae in mediterraneis.*

TIGRĀNES, is. m. [Τιγράνης] *Rex maioris Armeniae, cuius multam mentionem facit* Cic. pro Lege Manil. Lucan. 2, 637 Varios hinc concute Reges, Tigranemque meum.

TIGRANOCERTA, ae. f. [Τιγρανόκερτα] *Oppidum in montanis maioris Armeniae,* Plin. 6, 11. *a Tigrane conditum, unde et nomen accepit, quaſi* Tigranis *ciuitas. Nam* Certa *orientis lingua vrbem ſonat.*

TIGRIS, is, *vel* idis. c. [τίγρις] *Animal velociſſimum: quod a velocitate nomen habet.* Varro de L. L. 4, 20 *pr.* Tigris, qui eſt vt Leo varius, qui viuus capi adhuc non potuit: vocabulum a lingua Armenia. Nam ibi et ſagitta, et quod vehementiſſimum flumen, dicitur Tigris. *Nota, Maſculino genere hic vſum Varronem. Quare etiam commune eſſe indicauimus.* Virg. Aen. 4, 367 — Hyrcanaeque admorunt vbera tigres. Plin. 8, 18 Tigrin Hyrcani et Indi ferunt, animal velocitatis tremendae, et maxime cognitae dum capitur. Totus eius foetus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur equo quam maxime pernici, atque in recentem ſubinde transfertur, *etc.* Plura leges toto capite. *it.* ib. c. 48. *et* 16, 27. *Barth. ad* Stat. Theb. 2 p. 333. Armeniae tigres Virg. Ecl. 5, 29. Aſpera tigris Hor. Carm. 1, 23, 9. Atra tigris Virg. Georg. 4, 407. Maculoſae tigridis forma Ouid. Met. 11, 245. Peſſima tigris Virg. Georg. 3, 248. Rabidae tigres Virg. Georg. 2, 151. Saeuae tigrides Ouid. Epiſt 10, 86. Variae Sen. Hippol. ſ. 1. Virgatae Sen. Hippol. ſ. 3.

TIGRĬFER, ĕra, ĕrum. *Tigres ferens. Vt* Tigriferi arua Niphatis Sidon. Carm. 1, 444.

TIGRĪNVS, a, um. Adi. [τιγρινός] Plin. 13, 15 Menſis praecipua dos in vena criſpis, vel in vertice variis. Illud oblongo euenit diſcurſu ideoque tigrinae appellantur.

TIGRIS, is. m. [Τίγρις] Flumen magnum *etiam appellatur propter velocitatem, quia inſtar beſtiae nimia pernicitate decurrit.* Solinus c. 11 Tigrim *fluuium in* Armenia caput tollere dicit, mire quam lucido conſpicuoque fonte: nec ab exordio ſtatim notum *eſſe*, ſed primo pigre fluere, non cum ſuo nomine. At quum in fines Medorum inuectus eſt Tigris dicitur, ita enim Medi nominant ſagittam. Influit in Arethiſſam lacum, omnia pondera ſuſtinentem: cuius piſces nunquam ſe alueo Tigridis immiſcent, *etc. Vid.* Plin. 6, 27 *et Strabonem* 16. Rapidus tigris Lucan. 3, 256. Hor. Carm. 4, 14, 46.

TIGVRĪNI, orum. m. [Τιγυρῖνοι] *Populi Germaniae, qui quartam Helvetiae partem continebant.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 11 Is pagus appellabatur Tigurinus. Nam omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuiſa eſt. Hic pagus vnus quum domo exiſſet, patrum noſtrorum memoria, L. Caſſium Conſulem interfecerat, et eius exercitum ſub iugum miſerat.

T I L

TILIA, ae. f. [φίλυρα] *Arbor.* Plin. 16, 40 Molliſſima tilia, eadem videtur et calidiſſima: argumentum afferunt, quod citiſſime aſcias retundat. Columel. 9, 4 At tiliae ſolae ex omnibus ſunt nocentes. *Add.* Pallad. 1, 37. Tertull. de Idolol. c. 8. Leuis tilia Virg. Georg. 1, 173. Molles tiliae Ouid. Met. 10, 92. Pinguis tilia Virg. Georg. 4, 183. *De interioribus corticis vlmi tunicis, e quibus vincula fiunt, dixit* Plin. 24, 8 Corticis interior tilia lepras ſedat. *Ex Graecorum vſu, vid.* PHILYRA.

TILIACEVS, a, um. Adi. [φιλύρινος] *Quod ex tilia factum eſt.* Columel. 12, 45 Arculae fagineae vel etiam tiliaceae, quales ſunt in quibus veſtimenta forenſia conduntur, huic rei paullo ampliores praeparari debent. Tabulae Capitolin. in Ant. Pio 13.

TILIARIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 3, 1 Tabula tiliaris.

TILICA. [τίλικα] *Iocularis dictio apud* Cic. de Clar. Orat. 260. C. Rufius fuit accuſator, vetus, quo accuſante Chritilium, Siſenna defendens, dixit quaedam eius ſputatilica eſſe crimina. Tum C. Rufius, Circumuenior, inquit, Iudices, niſi ſubuenitis. Siſenna quid dicas, neſcio, metuo inſidias: ſputatilica quid eſt hoc? ſputa quid ſit ſcio, tilica neſcio. Maximi riſus: ſed ille tamen familiaris meus recte loqui putabat eſſe, inuſitate loqui.

TILOS, *vid.* TYLOS.

T I M

TIMAEVS, i. m. [Τίμαιος] *Siculus hiſtoricus, qui res Graecas conſcripſit, etiam vſque adeo arrogans, ait Plutarchus in Nicia, vt Thucydidem et Philiſtum in hiſtoria ſe facile ſuperaturum iactaret. Ipſe vero Sicula quadam pinguedine delibutus, ad ridenda quaedam minimeque ad hiſtoriae grauitatem pertinentia digreditur. Hactenus Plutarchus.* De eo et Cic. de Orat. 2, 58. *et* Fam. 5, 12. ¶ 2 Timaeus *alter* Philoſophus, *cuius nomine Plato librum inſcripſit de natura, ſ. de Mundo, quem Latine conuertit Cicero.*

TIMAGŎRAS, ae. m. [Τιμαγόρας] *Athenienſis capitali ſupplicio affectus, quod Darium, ad quem legatus miſſus fuerat, more Perſarum adulando adorauerat.* Valer. Max. 6, 43, 2.

TIMANTHES. [Τιμάνθης] *Pictor egregius Zeuxis tempore.* Huius eſt Iphigenia oratorum laudibus celebrata, qua ſtante ad aras peritura, quum moeſtos pinxiſſet omnes, et triſtitiae omnem imaginem conſumſiſſet, patris vultum velauit, quem digne non poterat oſtendere. Sunt et alia ingenii eius exemplaria veluti dormiens *pinxit et* Cyclops in paruula tabella, cuius et ſic magnitudinem exprimere cupiens, pinxit iuxta Satyros thyrſo pollicem eius metientes: atque in omnibus eius operibus intelligitur plus quam pingitur. *Haec* Plin. 35, 10.

TIMAVVS, i. m. [Τίμαυος] *Nomen fluminis iuxta Aquileiam, qui e montibus delatus, decidit in profundum: deinde infra terram abſorptus ſtadiis circiter triginta et centum, erumpit in mare.* Virg. Ecl. 8, 6 Tu mihi ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timaui. Idem Georg. 3, 475 — et Iapidis arma Timaui. Seruius, Iapidia pars eſt Venetiae, dicta ab Iapido oppido. Huius fluuius eſt Timauus. *Meminit huius* Plinius 3, 18. Contra hunc, *vt idem teſtatur* 2, 103 Inſula parua eſt in mari cum fontibus calidis, qui pariter cum aeſtu maris creſcunt minuunturque. Virg. Aen. 1, 248 Regna Liburnorum, et fontem ſuperare Timaui. *Vid. Vadianum in Melam, et Caelium* 22, 8.

TIMEO, ui, ēre. [δείδω, δειλιάω, πλήσσω, φοβέομαι] *Malum exſpectare, cum perturbatione animi.* Ter. Andr. 1, 5, 22 Miſera timeo, hoc incertum quorſum accidat. Cic. Fam. 1, 9 Si qui ſe timere ſimularunt. Quem tamdiu tamque valde timuiſſent Nep. 18, 11, 2. Cic. de Diuin. 2, 114 Caſum autem praelii nemo noſtrûm erat quin timeret. Idem Fam. 1, 5 Quanquam omnia ſunt timenda, nihil magis quam perfidiam timemus. *Sic,* Timere vmbras Idem Att. 15, 20. Fraudem timere Ouid. Met. 7, 45. Quid tuta times Idem Met. 7, 47. Iram numinis timere Idem Met. 6, 310. Timeo tibi, *tanquam amico, ne quid mali accidat* Ter. Heaut. 3, 2, 20 Syre tibi timui male. Idem Andr. 1, 3, 5 Si illum relinquo, eius vitae timeo. *add.* ib. 2, 5, 8. Religioſus iudex libentiſſime patronum audit, quem iuſtitiae ſuae minime timet Quinctil. 4, 1. Dyrrachio timens Caeſ. B. C. 3, 13. Rei frumentariae timebat Idem ibid. 3, 74. *add.* ib. c. 59. Timeo mihi abs te, *Ne malum mihi inferas.* Cic. pro Sulla 36 A quo quidem genere iudices ego nunquam timui. *add.* pro Flacco c. 20. Quinctil. 3, 10 An timendum a rege bellum. *i. Ne rex inferret bellum.* Sibi timere Virg. Aen. 2, 130. Iuuen. Sat. 6, 17 Cum furem nemo timeret Caulibus et pomis, ſed aperto viueret horto. Plin. 14, 16 Timent aegris vini noxam. Ouid. Faſt. 3, 617 Nec timui de morte tamen, metus abfuit iſte. *h. e. Non timui ne Dido ſe occideret.* De illo nihil video quod timeam Cic. Fam. 9, 16 *i. ab.* Timere de Republica Idem Att. 7, 6. Ter. Andr. 1, 5, 34 Tum autem hoc timet, (*quia cupit*) ne deferas ſe. Cic. Att. 9, 4 Equidem illud molior, quod tu mones, ſperaſque fieri poſſe, vt mihi Caeſar concedat vt abſim, quum aliquid in Senatu contra Cn. agatur, ſed timeo (*quia cupio*) ne non impetrem. Gell. 19, 1 Ipſum autem pro Ariſtippi anima timere. Plaut. Merc. Prol. 109 *Et apud* Ter. Phorm. 1, 3, 26 Timeo miſer, quam hic mihi nunc rem nuntiet. Cic. Diuin. in Caec. 42 Quae quum cogito, iam nunc timeo, quidnam pro offenſione hominum, qui illi inimici infenſique ſunt, et exſpectatione omnium et magnitudine rerum, dignum eloqui poſſim. Timeo quemadmodum haec explicari poſſint Idem Fam. 11, 10. Haec quo ſint eruptura timeo Idem Att. 2, 20. *Vid.* HORREO. Nunc iſtic quid agatur, magnopere timeo Idem Att. 3, 8. Quid poſſem timebam Idem Att. 12, 24. Timeo (*quia cupio*) vt ſuſtineas Idem Fam. 14, 2. Idem Att. 14, 21 Ad me autem, quum Caſſii tabellarium dimiſiſſem, ſtatim Balbus, O dii boni, quam facile perſpiceres timere otium! *Paullo poſt,* Nemo eſt iſtorum, qui otium non timeat. Libro eodem Epiſt. 22 Timent otium. *Quod contra dixit* Epiſt. 20 Cupere pacem. Si potes archaicis conuiua recumbere lectis, Nec modica coenare times olus omne patella Horat. Epiſt. 1, 5, 1. *Paſſiu.* Martial. 11, 19 Fines mus populatur, et colono Tanquam ſus Calidonius timetur. Bello timeri Sil. 15, 649. Timetur argentum Martial. 3, 41. Sen. Ep. 13 Nulla cauſa vitae eſt, nullus miſeriarum modus, ſi timetur quantum poteſt. Damnum de ea re timetur Vlpian. in l. 1 D. quib. ex cauſſ. in poſſ. eatur.

TIMENS, entis. Partic. [φοβούμενος] Ouid. Met. 14, 215 Mortemque timens, cupiduſque moriri. Mortis timens Lucret. 6, 1237. Comiti timens Virg. Aen. 2, 729. Timentes poenam grauiorem Petron. c. 102.

TIMENDVS, a, um. *Aliud* Partic. [δειλιαστέος] *Vt,* Armis timendus Stat. Silu. 4, 3, 134. Dente timendus aper Ouid. Epiſt. 4, 104. Dentes timendi Hor. Carm. 3, 20, 10. Timendae Vnguibus Arcadiae volucres Lucret. 5, 31. Vox timenda Hor. Epod. 6, 9. *Add.* Id. Od. 3, 1, 5. Vrſa Ouid. Met. 14, 256.

TIMESCO, ere. Ammian. 31, 4.

TIMĬDVS, a, um. Adi. [δειλὸς] Qui ſemper timet, *ſec.* Seru. *ad* Virg. Ecl. 6 *quod tamen non ſemper obſeruatur: vt* E naui timidae ambae in ſcapham inſiluimus Plaut. Rud. 2, 3, 30. Cic. de Finib. 5, 30. Non refugiat timido ſanguen, atque exalbeſcat metu? *Ex Poëta* Hor. Carm. 3, 19, 2 Codrus pro patria non timidus mori. Timidum atque ignauum iudicari Cic. Fam. 11, 18. *Conf.* Auct. ad Herenn. 4 c. 36. Timidus ac tremens Idem in Piſon. 74. Vt imbelles timidique videamur Idem Off. 1, 82. Timidus A febri Vitr. 6, 1. Nimium me timidum, nullius animi, nullius conſilii fuiſſe confiteor Idem pro Sext. 36 c. 16. Ad ſectionem timidus Scribon. 288 *de aegroto.* Idem de Finib. 2, 63 c. 20 Ita non timidus ad mortem, vt in acie ſit ob Remp. interfectus. Idem de Lege Agr. 1, 27 Liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus. In labore militari timidus Cic. Fam. 7, 17. Senec. de Vita beata c. 21 (20) Auerſantur diem ſplendidum nocturna animalia, quae ad primum eius ortum ſtupent, et latibula ſua paſſim petunt, abduntur in aliquas rimas, timida lucis. Deorum timidus Ouid. Met. 5, 100. Timidus Mortis Sen. Ep. 22. Caeſ. Bell. Gall. c. 8, 13 Quorum periculo ſic omnes copiae ſunt perturbatae, vt vix iudicari poſſet, vtrum ſecundis minimiſque rebus inſolentiores, an aduerſis mediocribus timidiores eſſent. *Conf.* Id. ib. 3, 24. Cic. Att. 9, 6. *et* Fam. 13, 19. Timidiores paullo Idem de Finib. 1, 69 c. 20. Idem Off. 3, 115 Quae timido Animo, humili, demiſſo fractoque fiant. Conciones timidiſſimae Cic. Att. 7, 20. Homo timidus atque imperitus Cic. pro Caecin. 18. Mors timidiſſimum quemque conſequitur Curt. 4, 14 *extr.* Ocellis timidis veſtem praetendere Ouid. Amor. 3, 6, 79. *al.* Tumidis. Paſſus timidi Virg. Aen. 6, 263. Pectus timidum Ouid. Met. 11, 478. Pede timido fugere Ouid. Met. 4, 100. Pudor timidus Id. Amor. 1, 5, 8. Turba timidiſſima columbae Idem de Arte Am. 1, 117. *Add.*

Sen. Ep. 26. Petron. c. 34 *et* 85. Nemo minus timidus (
lipp. 12, 24. ¶ 2 *Obſeru. Pro cauto* timidus *accipi*
Ep. 45. Matrem timidi flere non ſolere Nep. 8, 2, 2. *Pro*
bus timoris ac terroris poſuit Plaut. Bacch. 1, 1, 73 Aqua calet
hinc intro, vt laues, Nam vt in naui vecta es, credo timida
timore et terrore ita affecta, vt opus habeas balneis recreari, et m
um reſtitui ſanguini.

TIMIDE. Adu. *Verecunde, minus audacter.* Cic. de Fin
Tum ille timide, vel potius verecunde, Facio, *inquit,* equidem.
Tuſc. 2, 55 c. 23 Sed hoc quidem in dolore maxime eſt proui
ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignaue, ne quid ſeruiliter
briterue faciamus. Id. de Diuin. 2, 67 Timide fortaſſe ſignifer
bat, quod fidenter infixerat. Credens timide Ouid. Epiſt. 6, 15.
mide ac pedetentim ad aliquid agendum deſcendere Cic. pro
51 c. 16. Timide hoc dicam Idem Philipp. 12, 24.
modice et timide Idem pro Sull. 80. Promittere timide (
Arte Am. 1, 631. *Comp.* Omnia trepidantius timidiusq
Caeſ. Bell. Ciu. 1, 19. Timidius decedere Vell. 2, 87, 3.
perl. Timidiſſime dicere Quinct. 11, 1. Reducere ſpiritum Petr

TIMIDVLVS, *vnde*

TIMIDVLE. Adu. Apul. Met. 4 p. 434. *Al.* timidicule.

TIMIDĬTAS, ātis. f. [δειλία, κάκη] Cic. de Finib. 1, 49
rebus intelligitur, nec timiditatem ignauiamque vituperari, nec
dinem patientiamque laudari ſuo nomine. Idem Tuſc. 3, 1
qui recipit, recipiat neceſſe eſt timiditatem et ignauiam. Cau
et timiditas in cauſis Idem de Orat. 300 c. 64. Ingenua ti
Idem de Orat. 2, 10 c. 3. Cur ei bello propter timiditatem
ſti? Idem Philip. 2, 71 c. 29. Verecundiam timiditas i
Idem in Partit. 81. *Add.* Pacuu. ap. Non. 3, 246. Tert. de Idol

TIMOR, ōris. m. [δέος, φόβος, ὄκνος] Cic. Tuſc. 4, 19 c. 8
metus mali appropinquantis. Primus in orbe deos fecit ti
tron. in Fragm. p. 676. *vid. Burm. h. l.* Loca plena timori
Met. 10, 29. *Plur.* Sil. 2, 626. Maximus timorum met
Lucan. 1, 455. Cic. ad Brut. 4 Quod vtinam inſpecta
timorem de illo meum. In hac Calumnia timoris Caecina
Fam. 6, 7. Caecus timor, *vid.* CAECVS. Caſſus tin
Theb. 6, 158. Dubii timores Idem Theb. 5, 319. D
mor Propert. 1, 19, 4. Ingens timor omnibus Stat. Theb.
Militaris timor, *vid.* MILITARIS, *in* MILES. Moeſtu
vid. MOESTVS, *in* MOEREO. Socii pacem fecere timo
Theb. 7, 807. *i. metus communis fecit, ne ſe mutuo hoſtes im*
Solliciti timoris res plena amor Ouid. Epiſt. 1, 12. Suſp
mor, *Dubius* Ouid. Epiſt. 16, 84. Abiit timor, *vid.* ABEO.
re timorem, *vid.* ABIICIO. Cic. Fam. 11, 2 Maximo ti
nobis afficiuntur amici noſtri. Augere timorem Idem Fa
Cohibet timor Caeſ. B. G. 8, 23. Colligere ſe ex timore, *vid.* CO
Conferre timorem, *vid.* CONFERO. Dare in timorem Plaut
4, 1, 19. Depellere timorem Cic. poſt Redit. in Sen. 19.
ponere timorem Ouid. Epiſt. 18, 57. Eraſus timor ex an
nec. Thyeſt. 6. Eripe mihi hunc timorem Cic. in Ca
Idem Fam. 10, 18 Non vllam rem aliam extimeſcens, quam
quae mihi quoque Facit timorem. Ferre timorem Catul.
62, 99. Horruerant pauido membra timore Ouid. Met. 7, 63
pendet belli timor, *vid.* IMPENDEO. Inceſſit eos timor
INCESSO. Incutere timorem Cic. de Orat. 2, 209.
duratus timor, *vid.* INDVRO. Cic. de Lege Agrar. 1, 2
improbis oſtendiſtis timorem bonis inieciſtis. Laceſſit pectus
mor Sen. Herc. Oeth. 4. Lenire timorem Virg. Aen. 1, 454 Mede
ri alicuius Ouid. Met. 9, 772 Minuere timorem alicui, *vid.* MINVO.
re timorem, *vid.* MITTO. Muſſabat tacito medicina timore Lucret.
i. Non audebant medici adhibere manus aegrotantibus, vel quia morbi c
remedium ignorabant, vel quia timebant contagia. Cic. in Somn.
2 c. 1 Ades, inquit, animo et omitte timorem. Pellere timores, *vid.* P
Perculſus timore Cic. ad Brut. 3. Id. de Diu. 1, 58 c. 28 Quum t
aduectus ad quandam magni fluminis ripam, profectus ſubito atqu
pſus in flumen nuſquam paruiſſes, me contremuiſſe timore perter
Ponere timorem Ouid. Faſt. 6, 151. Cic. Fam. 2, 26 Nec me iſta t
quae mihi ad timorem fideliſſime atque amantiſſime proponuntur.
5, 20 Spero meos omnes ſeruire laudi meae, tamen magno timore S
bene paramus. Aeſtas, quae ſequitur, magno eſt in timore Id. Fa
Magno timori eſſe populis Lucan. 3, 82. Tentari timore
ris Scribon. 171. Torpere timore Plaut. Truc. 4, 3, 50. T
timorem Ouid. Met. 13, 84. Vrget ſollicitum timor anxius Virg. Ae
Achilles Phrygum timor, et Graecorum decus, *vid.* ACHILLES.

TIMORATVS, a um. *Religioſus.* Vulgat. Luc. 2, 25. *et*
2. *it.* 4 Eſdr. 3, 3.

TIMEFACIO, ĕre, *vnde*

TIMEFACTVS, a, um. Partic. *Perterritus.* Lucret. 2, 43
bi tum rebus timefactae religiones Effugiunt animo pauid
Libertas timefacta Cic. Off. 2 c. 7.

TIMOCHARES, is. m. Ambracienſis quiſpiam regis Pyrrhi
fuit, *qui* ad C. Fabricium Conſulem furtim venit, ac praemiun
vit: et ſi de praemio conueniret, promiſit regem venenis necar
que facile eſſe factu dixit, quoniam filii ſui pocula in conuiui
miniſtrarent. Eam rem Fabricius ad Senatum ſcripſit. Senatus
tos ad regem miſit: mandauitque, vt de Timochare nihil prod
ſed monerent, vti rex circumſpectius ageret, atque a proximoru
ſidiis ſalutem tutaretur. *Refert* Gellius ex Valerii Antiatis hiſtoria

TIMOLEON, ontis. m. [Τιμολέων] *Corinthius, dux inclytus*
nelio Nepote notus tironibus.

TIMŌLVS, *vid.* TMOLVS.

TIMOMACHVS, i. m. [Τιμόμαχος] Pictor Byzantius nobilis: (
ris dictatoris aetate fecit Medeam et Aiacem, quos ipſe Caeſar LXX
lentis emit, in temploque Veneris dicauit Plin. 35, 11.

TIMON, onis. m. [Τίμων] *Athenienſis, temporibus fuit Peloponneſiaci*
vt ex Ariſtophanis et Platonis poëmatibus perſpicere licet: deſcribitur a
vt inhumanus, ac vitans hominum congreſſus, praeterquam vnius Alcib
adoleſcentis. Interrogatus quae cum illo cauſa eſſet amicitiae, Quo
am (inquit) illum quandoque multorum malorum Athenienſibus cauſa
turum. Quum ſemel in concionem aſcendiſſet, facto ſilentio mira
omnibus inquit, Eſt mihi o viri Athenienſes pone domum paruus hortu
ficus coaluit quaedam, in qua permulti noſtri ciues ſe ſuſpenderunt. In
nunc ego loco aedificare volo. Quamobrem viſum eſt mihi, vos public
monere, ſi quis forte ſit, qui ſe prius velit ſuſpendere, antequam arbo
cidatur. His igitur de cauſis ab Athenienſibus μισάνθρωπος *eſt appell*

enus hominum infenſum habuerit. Sed et mortuo mirum contigit, ſ. lcrum eius, quod erat in litore, mare quaſi peroſum, exundatione ab alerruerit, longeque expulerit. In eius ſepulcro hoc erat epitaphium, oapſe ſibi fecit, Hic ſum poſt vitam miſeramque inopemque ſepultus, m non quaeras: dii, lector, te male perdant. Haec et plura Plutarus n Antonio p. 948. De hoc Cicero de Amicit. 89 Quin etiam ſi is ſperitate ea eſt et immanitate naturae, congreſſus vt hominum gi atque oderit, qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem acce- Idem Tuſc. 4, 27 Similiterque definitur et mulierum odium, Hipolyti, et vt Timonis, generis humani.

T IONIVS, a, um. Adi. a Timone. Huc refertur de Turnebi ſenti 24, 33. Seneca Epiſt. 18 p. 66 Non eſt quod nunc exiſtimes me ci Timoneas coenas, et pauperum cellas, h. e. ſolitarias, coenas enas, non κοινὰς ſ. communes. Sed variat lectio Gron. ad mo- as coenas.

T MONIVM vel TIMONEVM, i. n. [τιμώνειον] Parabat ſibi An- u. Triumuir, id eſt, domum in ipſo mari non procul a Pharo, in quo ar ab hominibus remotam, Timonis illius μισανθρώπου inſtar degeret. t. Antonio p. 948.

T MOR, vid. TIMEO.

T IOTHEVS, i. m. [Τιμόθεος] Athenienſis, dux potentiſſimus ac diues, o Athenis aedificauit. Huius imaginem pictores aſſentationis gratia er, iuxtaque Fortunam retibus ciuitates ei incluſas deferentem, illum er ſas excipientem: quamobrem indignatum eum ferunt pictori fuiſ- felicitati potius, eius res geſtas, quam virtuti videretur adſcribe- aud multo poſt hoc factum Fortuna quaſi, aegre ferente, rebus exci- ducto. Suidas. Huius vt docti hominis meminit Cic. Off. 1, 116. b. mus vitam a Cornelio Nepote ſcriptam. ¶ 2 Timotheus, le s, muſicus, qui decimam et vndecimam chordam lyrae addidit, et m muſicam in molliorem modum mutauit. Emicuit tempore Philip- donis, cuius filius Alexander ſono excitabatur, et ad res bellicas alacri- uebatur. Scripſit de muſica libros XVI. Encomia, Dithyrambos. ndas. Vid. Cic. de Legib. 2, 39. huius meminit et Quinctil. 2, ëth. de Muſ. 1, 1 p. 1372 Seruauit Conſultum Laconicum, quo ieum ſua terra exegere, quod multipliciorem feciſſet muſi- ¶ 3 Timotheus ſculptor nobiliſſimus: cuius in templo ll is Romae multa fuerunt monumenta: vnus ex his, qui Mauſo- n clauere, vt ſcribit Plin. 34, 8.

T I N

A, ae. f. Vas ad vinum, in conuiuio ponendum. Varr. de Vita m. 1 Antiquiſſimi in conuiuiis vtres vini primo, poſtea tinas t Nonius 15, 7 apud Feſtum. Tinia, vaſa vinaria. Id. voce de ſententia Scaligeri legendum Sacrima appellabant muſtum, bero ſacrificabant pro tinis (vulg. vineis) et vaſis, et ipſo vino andis. Idem Scaliger apud Varr. de L. L. 4, 26 extr. p. 31, 30 Et tina (vulg. et in ea) et cum ea aenea vaſa. Laudatur etiam , 2.

C A, ae. m. [Τίγκας] Cognomen. Quinct. 1, 5, 12 Nam duos in vno faciebat barbariſmos Tinca Placentinus (ſi reprehendenti Hor- redimus) preculam pro pergulam dicens: et immutatione, , pro G, vteretur, et transmutatione, quum R, praeponeret, F, enti. ¶ 2 Tinca, Piſcis fluuiatilis, Auſonius in 126 Quis non et virides vulgi ſolatia tincas Norit? et al- praedam puerilibus hamis?

I A, ae. f. [σὴς βρῶσις] Vermiculus eſt, qui in puluere ac ſitu aut te interdum naſcens, veſtes aut libros abrodit. Hor. Epiſt. 1, 20, rum ſuum, — Aut tineas paſces taciturnus inertes, etc. rm. 2, 3, 119 — cui ſtragula veſtis Blattarum, ac n epulae, putreſcat in arca. Citreum malum eſt odoratiſſi- x quo interiectum veſti tineas necat Macrob. Sat. 2, 15. Ve- ne tineae tangant Cato R. R. c. 98. Vitr. 5, 12. Plin. 11, 35 luis in lanis et veſte tineas creat, praecipue ſi araneus vna in- ſitit enim, et omnem humorem abſorbens, ariditatem ampliat. artis naſcitur. Martial. 2, 46 Non metuas mortem Naeuole, as. Tineae, [ἕλμινθες] Ventris animalia putantur, qui ci appellantur. Plin. 11, 33 Sicut intra hominem tineae trice- dum, aliquando et plurium longitudine, vid. TAENIA. Ti- ermes in aluearibus, apibus noxii: Colum. 9, 14 Praeterea vt apparuerint, euertantur, papilionesque enecentur, qui plerum- r aluos morantes, apibus exitio ſunt. Nam et ceras erodunt, ore ſuo vermes progenerant, quos aluorum tineas appellamus. Durum tineae genus Virg. Georg. 4, 246. Tineae rici- Nemeſian. Cyneg. v. 209.

T IOSVS, a, um. Adi. [σεώδης] Plenum tineis Col. 9, 14 extr.

GI. [Τίγγις] inquit Pomponius Mela 1, 5. et Plin. 5, 1 Mau- tan : peruetus oppidum, ab Antaeo (vt ferunt) conditum, poſtea a o Caeſare, quum coloniam faceret, appellatum Traducta Iulia.

T NGO, vel TINGVO, tinxi, tinctum, ere. [βάπτω, μυκίνω] In- ere madefacere, immergere. Martial. 3, 43 Mentiris iuuenem tinctis enti capellis. h. e. Vnctis et coloratis. Plin. 35, 6 E reliquis colori- os a dominis dari diximus propter magnitudinem pretii, ante eſt purpuriſſum e creta argentaria: cum purpuris pariter tin- In aqua tinctum Specillum Scribon. 10. Comae tingendae e, Lauandae et abluendae Propert. 4, 4, 24. Corpus tingere aqua, Lauare Ouid. Faſt. 4, 790. Cultros tinxit ſanguine uid. Met. 7, 599. Ferrum tingere ſanguine Ouid. Triſt. 2, 387. ferro reſecamus ac Fimo tingimus Pallad. Oct. t. 11 Tingit Carinus, et tamen pallet Martial. 1, 78. Tingi nardo, i. ngui to nardino Martial. 2, 59. Oleo tingi Scribon. 56. Cic. err. 59 Per triennium iſti plena domo telarum, ſtragulam veſtem nfet: nihil non in conchylio tinctum. Poculis tingere ali- em Irrigare mero Hor. Carm. 4, 12, 23. Loca lumine tingunt ucr. 6, 172. De baptiſmo: A ſeruo ſuo tingui Tertull. de Pati- nt. c. Add. Id. Exhort. ad Caſtit. c. 7. Obſeru. Magnam ha- et h verbum cognationem cum verbo Tangere: certe Tangere pro Tinge ſaepe poni, ſ. l. dictum.

T IGENS, entis. Partic. [βάπτων] Plin. 9, 38 Sed id tingentium fficii ignorant, quum ſumma vertatur in eo. Tela ſuo tingen- es ſanguine Lucret. 5, 1326.

TICTVS, a, um. Aliud. Partic. [βαφεὶς, βαπτὸς] Vt, Spicula incta enenis Ouid. ex Pont. 4, 10, 31. Lana tincta murice Ouid. le Ar. Am. 1, 151. Tincta fuco lana Quinct. 12, 10, 75. Pal- or tinctus viola Hor. Carm. 3, 10, 14. Tincta in aceto Spongia Celſ. 4. Murice tincta Veſtis Martial. 5, 24. Cic. de Nat. Deor. 3, 70 c. 28 Nec enim Herculi nocere Deianira voluit, quum ei tunicam ſanguine Centauri tinctam dedit Senſu tincta verba Quinctil. 4, 2, 117 velut animata, vt ipſum ſenſum exprimant. Pulchre Gallaeus comparauit illud Iſidori Orat. 2, 27 quod ex antiquioribus narrat de Ariſtotele, Quando περὶ ἑρμηνείας ſcriptitabat, calamum in mente tingebat. Tincti aerugine viridi verſus, i. Liuore et maledictis Martial. 10, 33. Cic. de Clar. Orat. 211 c. 58 Auditus eſt nobis Laeliae Caii filiae ſaepe ſermo: ergo illam patris elegantia tinctam vidimus. Totum Arte tinctum videtur Cic. de Orat. 2, c. 27. Idem de Orat. 2, 85 c. 20 Quare ego tibi iam oratorem ſic inſtituam, ſi potero, vt quid efficere poſſit ante perſpiciam. Sit enim mihi tinctus literis, audierit aliquid, legerit, iſta ipſa praecepta acceperit. Tinctus literis, h. e. inquit Strebaeus, Eruditione doctorum, aut rudem animi colorem mutauerit in aliquem ornatum cultumque doctrinae. Budaeus in Comm. intelligit Bene et plene imbutum. Victorius Var. Lect. 10, 18 a Budaeo diſſentiens, putat ſignificari, In promtu ſummaque tantum cute adſperſum ac coloratum. Mediocrem eruditionis gradum intelligi, res ipſa oſtendit.

TINCTVRVS, a, um. Partic. [βάψων] Vt, Sanguine tincturus cultros Ouid. Faſt. 1, 321.

TINCTVS, ús. m. [βάμμα] Plin. 10, 48 Et alia eodem nomine croceo tinctu.

TINCTVRA, ae. f. [βαφὴ] Infectio. Plin. 37, 9 Adulteratur maxime tinctura, idque in gloria regis Aegyptii ſcribitur, qui primus eam tinxit. Idem 31, 10. et 36, 26.

TINCTIO, ōnis. f. Idem Tertull. de Cor. Mil. 13 In ſacramenti tinctione. vid. Iun. ad h. l. p. 133.

TINCTOR, ōris. m. Infector. Vitruu. 7, 14.

TINCTORIVS, a, um. Adi. Plin. 7, 7 ſ. 5 Tu cuius ſemper tinctoria mens eſt. Sic legit Harduinus, poſt Turneb. Aduerſ. 24, 42 et interpretatur cruenta ſanguine tincta, ſanguinis appetens. Sed al. cinctoria, quod vid. in CINGO.

TINCTORIVM, i. n Gladium eſſe putabant, ſic dictum, quia ſanguine tingatur, ex Iſidor. Gloſſ. Et Mela 2, 1 extr. Mars omnium Deus, ei pro ſimulacris enſes et tinctoria dedicant: ſed bene reſtitutum a viris doctis cinctoria. vbi vid. Antiquam ſatis eſſe corruptionem, Iſidori gloſſae, elementari ordine diſpoſitae, arguunt.

TINCTILIS, e. Adi. [βαπτικὸς] Quo aliquid tingitur. Ouid. Triſt. 3, 10, 64 Nam volucri ferro tinctile virus ineſt.

TINGOMENAE, arum. Petron. Fragm. Tragur. p. 7 et 46 ſicut Nodot. reſtituit. Conf. Burmannianu interpretes ad c. 34 p. 140. et c. 73 p. 364. Breuiter Tangomenas faciamus! eſt exhortatio ad bibendum. Τέγγειν Graecis eſt madefacere, vt tingere Latinis. Inaudierat Trimalchio aliquid de Graecorum luſibus: eruditionem Graeculam imperite hic etiam crepat: quid fuerit in autographo Petronii difficile eſt dicere. Tangomenas ex libris dederunt editores.

TINIA, apud antiquos Vaſa vinaria fuere, vt ait Feſtus, vid. TINA.

TINIARIA, ae. f. Scrib. Larg. 83 Herbae quam Polion vocant, nos (vt opinor) tiniariam, faſciculus. Vid Rhod. ad h. l.

TINIATICA, ae. f. Herba ap. Marc. Empir. c. 17.

TINNIO, iui, ītum, ire. [κωδωνίζω] Fictitium a ſono vocabulum. Proprie de metallis reſonantibus dicitur, quum ex eorum pulſatione ſonus efficitur. Tinnit enim aurum, argentum, aes, ferrum, ſtannum, orichalcum, et huiusmodi. Varro de R. R 3, 16 Quum a mellario id feciſſe ſunt animaduerſae, iaciundo in eas puluerem, et circum tinniendo aere. Metaphor. Ohe, iam ſatis eſt, vxor: comprime te, nimium tinnis Plaut. Caſ. 2, 3, 32. Add. Id. Pſeud. 2, 2, 99 Cic. Att. 14, 21 Exſpecto Octauii concionem, et ſi quid aliud, maxime autem ecquid Dolabella tinniat. Iam tinnire volucres incipient Calpurn. Ecl. 5, 16. Aures tinniunt ſonitu ſuopte Catul. ex Sapphone ad Lesbiam 49 (52) 11. Al. Tintinant, quod hodie et poſt Voſſium receptum eſt. Gr. βομβεῦσι δ' ἀκοαί.

TINNITVRVS, a, um. Partic. vid. SVFFERTVS.

TINNĪTVS, ûs. m. [κωδωνισμὸς] Plin. 11, 20 Apes gaudent plauſu atque tinnitu aeris. Idem 28, 2 Tinnitu aurium praeſentire. Conf. Apul. Apol. p. 305. Tinnitus eſt fabricatae materiae illiſio Diomed. 2 p. 414. Acutus tinnitus, vid. ACVTVS. Aeris tinnitibus ſonat Rhodope Ouid. Met. 6, 589. Conf. Arnob. 7 p. 233. Lituûm tinnitus: vid. Drakenborch. ad Sil. 12, 182. et 13, 136. Arguta cauis tinnitibus aera Sil. 17, 18. Tenues tinnitus Catul. Argon. 62, 262. Ciere tinnitus Virg. Georg. 4, 64.

TINNIMENTVM, i. n. [κωδώνισμα] Idem quod tinnitus. Plaut. Rud. 3, 5, 26 Illud quidem edepol tinnimentum eſt auribus.

TINNVLVS, a, um Adi. [λιγυρὸς] Sonus tinnulus, Qui redditur ex aeneis vaſis quum pulſantur. Ouid. Met. 4, 393 Tinnulaque aera ſonant, et olent myrrhaeque crocique. Tumidus, et corruptus, et tinnulus Quinctil. 2, 3. qui ſonos inanes, quales ſunt tintinnabulorum, captat in dicendo. Chordae tinnulae Senec. Troad. 833. Dicacitas tinnula Apuleius in Aſin. Aur. 1. i. Sonora, et obſtrepera, ſublatiore ſermone. Fiſtula tinnula Calpurn. Ecl. 4. Vox tinnula Catul. Epithal. Iuliae 62, 13.

TINTINIO, īre: et TINTINO, āre. Afranius in Conſobrinis apud Non. 1, 188 Ianitoris impedimenta tintinire audio Naeuius, Tantum ibi molae crepitum faciebant, tintinabant compedes. Feſtus. Al. Titinnabant. Catull. ad Lesbiam 49 (52) 11 Sonitu ſuopte Tintinant aures. Legitur et Tinniunt; ſed male.

TINNĪTO, āre. Commodian. Inſtruct. 64 Nec enim dico, vt te in triuio tinnites. i. Vt gloriae captandae cauſa te iactites. Auctor Philomelae v. 9 Parus enim quamuis per noctem tinnitet omnem.

TINTINNABVLVM, i. n. [κώδων] Inſtrumentum aeneum, cuius ſono multitudini ſignum dari poteſt. Tintinnabulum tinnit Plaut. Trin. 4, 2, 263. Tintinnabulis faſtigium aedis redimit, quod ea fere ianuis dependebant Suet. Aug. c. 91. Iuuen. Sat. 6, 440 Tot pariter pelues, et tintinnabula dicas Pulſari: iam nemo tubas atque aera fatiget. Plaut. Pſeud. 1, 3, 98 Lanios inde acceſſam duo cum tintinnabulis. Ludit, et ita deſcribit carnifices, qui caedebant maleficos tintinnabula ſuſpenſa habentes κωδωνοφοροῦντας, ad ſpectatores colligendos. Add. SCIRPICVLVS, ſub SCIRPVS et ſtatim TINTINNACVLVS. Phaedr. 2, 7 de mulo, Clarumque collo iactans tintinnabulum. Ita Apul. Met. 10 p. 247, 38. ſe memorat cum aſinus eſſet, Phaleris aureis, et fucatis ephippiis —— et tintinnabulis perargutis ornatum, quod ex Graeco Lucio vel Luciano repetitum obſeruant viri docti. Vid. Scheffer. de Re vehic. 2, 2 p. 29. Igitur ex tintinnabulorum mentione nouitatis arguere equidem nolim, quae Phaedri nomen habent fabulas. Apud Martial.

14, 163 Tintinnabulum *ſic loquitur*, Redde pilam, ſonat aes thermarum, ludere pergis? Virgine vis ſola lotus abire domum. ¶ 2 *Vehiculi genus ſignificare ap.* Plaut. Pſeud. l. c. *et* Varr. de L. L. p. 34, 14. *vult Scaliger. quem bene refellit ad Plauti l. c. Gronouius.*

TINTINNABVLATVS, a, um. Greges tintinnabulati Sidon. Ep. 2, 2 *Al.* tinnibulati.

TINTINNACVLVS, i. m. [κωδωνίζων] *Qui tinnimentum facit.* Plaut. Truc. 4, 3, 8 Niſi ad tintinnaculos vultis vos educi viros, *i. ad Carnifices, qui tintinabula habent, ad ſumendum de aliquo ſupplicium. Nam qui ad ſupplicium ducebantur tintinnabula gerebant.* Zonaras, τὰς γὰρ ἐπί τινι ἀτοπήματι καταδικασθέντας θανεῖν νενόμιστο κωδωνοφορεῖν, ἵνα μηδεὶς βαδίζουσιν αὐτοῖς ἐγχριπτόμενος μιάσματος ἀναπίμπληται. *Poſſet et non inepte ſic eos quiſpiam appellatos exiſtimare, propter, crepitum plagarum ſonitumque verberum: Turneb. Aduerſ. 11, 21.*

TINVNCVLVS, i. m. *Genus accipitris.* Columel. 8, 8 Genus accipitris, tinunculum vocant ruſtici, qui fere in aedificiis nidos facit. Plin. 10, 37 Auem eſſe dicit, columbas defendentem, et accipitres territantem occulta naturae vi, in tantum vt viſum vocemque eius fugiant.

TINVS, i. f. *Species lauri apud* Plin. 15, 30. Ouid. Met. 10, 98 Et bicolor myrtus, et baccis caerula tinus. *Conf.* Id. de Arte Am. 3, 692 *c. not. Heinſ.*

T I P *et* T I R

TIPHE, es. f. *Frumenti genus.* Plin. 18, 8.

TIPHYON, i. n. *Herba.* Plin. 21, 11.

TIPHYS, is. m. [Τίφυς] *Viri proprium in nauibus fabricandis arte ſingulari, et qui Argonautarum gubernator fuerit, auctore* Virg. Ecl. 4, 34 Alter erit tum Tiphys, et altera quae vehat Argo. Ouid. Epiſt. 6, 48 Quid tibi cum patria nauita Tiphy mea?

TIPVLA, ae. f. Vermis ſiue araneoli ſpecies, ſex pedes habens, ſed tantae leuitatis, vt ſuper aquam currens, non deſidat, auctore Feſto. *Conf. Scalig. ad* Feſt. Plaut. Perſ. 2, 2, 61 Noui, omnes ſunt lenae levi fide: neque leuius tipulae pondus eſt, quam fides lenonia. Varro *apud* Non. 2, 857. *habet* Tippula, *duplici* P. *it.* Arnob. 2 p. 84.

TIRESIAS, ae m. [Τειρεσίας] *Vates Thebanus, mutatus quondam, vt Poëtae tradunt, in feminam, poſt ſeptem annos in virilem formam rediit. Eius anima ponitur Vlyſſi multa praedicens apud Homer.* Odyſſ. 11. *Vnde occaſionem ſumſit* Horatius *dialogi de artibus heredipetarum* Sat. 2, 5 Caecatus fuit ira Iunonis, cui ſcire futura Iupiter dedit, crimenque leuavit honore, *vid.* Ouid. Met. 3, 323. Cic. Tuſc. 5, 115 c. 39 Itaque augurem Tireſiam quem ſapientem fingunt Poëtae, nunquam inducunt deplorantem caecitatem ſuam. *Caeterum* Iuuen. Sat. 13, 249. *quum Caecum dicere vellet, dixit* Tireſiam *illo verſu,* Nec ſurdum, nec Tireſiam quenquam eſſe deorum. Vates Tireſias Propert. 4, 10, 57.

TIRIDATES, is. m. *Nomen regis Armeniae.* Hor. Carm. 1, 26, 5 Quid Tiridatem terreat. *Vid.* Plin. 30, 2. *et* 33, 3.

TIRYNS, TIRYNTHIVS. *Recte ita ſcribuntur: Sed quaerenda tamen in* TYRINTHA.

T I S

TIS, [σοῦ] *Genitiuus eſt antiquus a* Tu *pronomine.* Plaut. Mil. 4, 2, 42 Tis egeat, quia te careat, ob eam rem huc ad me miſſa eſt.

TISIAS, ae m. *Siculus antiquiſſimus ſcriptor artis rhetoricae. Vid.* Quinctil. 2, 17, 7. 3, 1, 8. *Fere cum* Corace *coniungitur.*

TISIMANES, *vel vt alii,* TISAMENES, is. m. *Oreſtis filius, qui Mycenis imperauit.* Ouid. in Ibin v. 348. Frontin. 1, 2.

TISIPHONE, es. f. [Τισιφόνη] *Vltricem caedis ſignificat. Eſt una ex Furiis, a caedibus plectendis, dicta:* Tibul. 1, 3, 69 Tiſiphoneque impexa feros pro crinibus angues. Crinita hydris Tiſiphone Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 40. Pallida Tiſiphone Virg. Georg. 3, 552. Saeva Tiſiphone Hor. Serm. 1, 8, 34. Vltrix Tiſiphone Virg. Aen. 6, 571.

TISSANA, ae. f. Iſidor. 20, 3 Tiſſana, Zema, apozema, Graeca vocabula ſunt. *Librariorum forte peccatum potius, quam ipſius auctoris barbaries, qui dedit, puto,* Ptiſana, *v. v.*

TISSAPHERNES, is. m. *Satraps Perſicus, cui filiam nuptum dedit Rex Artaxerxes. Vid.* Nep. 9, 3. *et* 17, 2. *et* Iuſtin. 5, 1.

T I T

TITAN, ānis, *vel* TITĀNVS, i. m. [Τιτὰν] *Caeli et Terrae filius: multitudinis etiam numero* Titanes *dicuntur,* Seruius *ad illud* Virg. Aen. 6, 580 Hîc Genus antiquum terrae, Titania pubes, Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo. Terra primum Titanas contra Saturnum genuit: Gigantes poſtea contra Iouem. Et ferunt fabulae Titanas ab irata contra deos terra, ad eius vltionem creatos. Vnde et Titanes dicti ſunt ἀπὸ τῆς τίσεως, id eſt, ab vltione. *Hactenus* Seruius. Impii Titanes Hor. Carm. 3, 4, 43. Validi Titanes Ouid. Faſt. 3, 797. Dii cum Titanis, cum Gigantibus ſua propria bella geſſerunt Cic. de Nat. Deor. 2, 70. Plato Titanum e genere ſtatuit eos, qui vt illi caeleſtibus, ſic hi aduerſentur magiſtratibus Idem de Legib. 3, 5. *Titanum vnus Iapetus pater Promethei: qui ipſe quoque* Titan, *velut gentilicio nomine, vocatur.* Iuuen. Sat. 14, 35 Queis meliore luto finxit praecordia Titan. *Hyperion quoque ex Titanum numero eſt, qui Solis parens et aſtrorum fertur. Hinc* Sol Titan, *Luna* Titanis, *Diana* Titania *a Poëtis dicuntur.* Cic. in Arat. 60 Quem quum perpetuo veſtiuit lumine Titan. Ouid. Met. 3, 173 Dumque ibi perluitur ſolita Titania lympha *i. Diana.* Ardens Titan laxauit feruidum diem Senec. Herc. Oet. ſ. 6. Calidus Titan Lucan. 4, 51. Feruidus Titan Senec. Herc. Fur. 12. Flammiger Titan Lucan. 1, 415. Luctificus Titan Idem 7, 2. *dies triſtis pugnae Pharſalicae.* Sen. Her. Oet. 891 Titana fugies? *Reſp.* Ipſe me Titan fugit. *Solem, hanc lucem, vitam adeo intelligit. Soli valedicunt morituri.*

TITANIVS, a, um. Adi. [Τιτάνιος] *Vt,* Aſtra Titania Virg. Aen. 6, 725. Bella Titania Sil. 12, 725.

TITANIACVS, a, um. Adi. [Τιτανιακὸς] Ouid. Met. 7, 399 Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat Palladias arces: *de Medea, Solis progenie, qui Titan eſt.*

TITANIS, ĭdis. f. Patronym. *adiectiue ponitur apud* Iuuen. Sat. 8, 132 Omnem Titanida pugnam Inter maiores, ipſumque Promethea ponas *i. Titanas, qui Caelum olim oppugnarunt; remotiſſimae nobilitatis deſcriptio.*

TITARESIVS, i. m. [Τιταρήσιος] *Homero Iliad. 2 Fluuius* *ortum habens, qui in Peneum influens, illius aquis non confundi* *inſtar olei innatans excurrit.* Lucan. 6, 376 *habet* Titareſus.

TITHŌNVS, i. m. [Τιθωνὸς] Frater Laomedontis fuit praeliantem Aurora dilexit, et rapuit, ex qua Memnonem fi nuit, ſed tandem poſt longiſſimam optatamque vitam, audita nis filii morte, in cicadam a Poëtis verſus eſſe dicitur: vio *enarrante* Virg. Aen. 4, 585 Tithoni croceum linquens Au bile. Hor. Carm. 1, 28, 8 Occidit et Pelopis genitor com rum, Tithonusque remotus in auras.

TITHONIVS, a, um. Adi. [Τιθώνιος] *Vt,* Coniux T *Aurora* Ouid. Faſt. 3, 403. Alma Tithonia Valer. Argo Senectus Tithonia Stat. Silu. 4, 3, 151.

TĪTHŌNIS, ĭdis. *Aurora Tithoni coniux.* Stat. Silu. Citius Tithonida moeſti deficient rores, *i. Citius aurora plorar* *Cephalum.*

TITHYMĂLVS, *ſ.* TITHYMALLVS, i. m. [Τιθύμα *nus fruticis, quae a noſtris lactuca marina dicitur.* Columel. Tithymalus maiorum quoque animalium ventrem ſoluit. *Id* *lo ſupra,* Maximus autem annuus earum labor eſt initio veris, thymali floret frutex. Plin. 26, 8 Tithymalum noſtri herba riam vocant, alii lactucam caprinam: narrantque lacte eius i corpore, quum inaruerit, ſi cinis inſpergatur, apparere literas, dam adulteras alloqui maluere, quam codicillis. *Add.* Id. 26, 4 29, 6. Colum. 9, 13. 6, 15. Celſ. 5, 7. Pallad. 1, 37. *et* Mart 15. Apul. de Herb. c. 108. Sammon. v. 831 *et* 1136.

TITIA, ae. f. *Auis, vid.* TITII.

TITIES, [Τατιήνσης] *pro* Titienſes *poſuit* Propert. 4, 1, 31 ties, Rhamnesque viri, Luceresque coloni, Quatuor hi Romulus egit equos.

TITII. [Τίτιοι] Sacerdotes a titiis auibus, quas in augur obſeruare ſolebant, appellati, vt ait Varro de L. L. 4, 15 p. 23, *autem eſſent illae* aues titiae, *nemo, puto, docuit.* Lucan. 1, 59

Et doctus volucres augur ſeruare ſiniſtras,
Septemuirque epulis feſtus, Titiique ſodales,
Et Salius, *etc.*

Sed Tac. An. 1, 54 Vt quondam T. Tatius retinendis Sabinc cris Sodales Titios inſtituerat. *Conf.* Hiſt. 2, 95 *vbi a* Romul regi *ſacratos innuit.*

TITILLO, āre. [γαργαλίζω] *Proprie eſt, certarum partium contactu, v. g. ſub alis, circa ilia etc. riſum vel inuito excitare.* P gulis titillatus Tertull. de Ieiun. c. 12. *de haeretici et Ebrioſi f tyrio.* Titillata breui cum iam ſub fine Voluptas Auſor 108, 16. Lucret. 2, 429 Titillare magis ſenſus, quam laec ſunt. Cic. de Finib. 1, 39 c. 11 Nam ſi ea ſola voluptas eſ quaſi titillaret ſenſus, vt ita dicam, et ad eos cum ſuauitate *etc. Sic* Tuſc. 3, 47 c. 20 Titillari voluptate. Ne vc gloria Hor. Sat. 2, 3, 119. Cic. Off. 2, 62 c. 18 Haec eſt hominum atque magnorum: illa, quaſi aſſentatorum populi m nis leuitatem voluptate quaſi titillantium.

TITILLĀTVS, ûs. m. [γάργαλος] Plin. 11, 38 ſ. 77 I praecipua hilaritatis ſedes, quod titillatu maxime intelligitu quas ſubit.

TITILLATIO, ōnis. f. [γαργαλισμὸς] *Idem.* Cic. de Se c. 14 At non eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus. re titillationem Scribon. 199. *i. excitare.* Cic. de Nat. Deor. 1, Voluptates quibus quaſi titillatio adhibetur ſenſibus. *Add* Epiſt. 90 *et* 92. Dulcedinis labilis volucri titillatione mul nob. 7 p. 213.

TITILLAMENTVM, i. n. Fulgent. Mythol. 2 Tantalus lax aqua guloſis labia titillamentis attingit.

TITILLVS, i. m. Theod. Cod. l. 8. tit. 5 Flagrum, cuius i de breuis aculeus pigreſcentes artus innocuo titillo poterit admoi

TITILLOSVS, a, um. [γάργαλον ἔχων Gl. Gr. Lat.] *i.* *mis facile a quocunque tactu ridet.*

TITINNIVS, i. m. *Poëta vetus, cuius pauci tantum iam exſt* *ſus apud Nonium.*

TITIO, ōnis. m. [δαλὸς] *Lignum aduſtum, quod ab igne ex.* Varr. de Vita Pop. Rom. 2. *apud* Non. 2, 874 Contra a nouo quum item e foco in titione ex felici arbore, et in aquali ac ta eſſet, *etc.* Celſ. 3, 12 Fomentisque protinus validioribus to pus circumdare conuenit, maximeque inuolutis teſtis, et exſtinc nibus. Id. 2, 17. Lactant. 4, 14. Apul. Met. 7 p. 200.

TITIVILITIVM, i. n. Feſtus nullius eſſe ſignificationi vt apud Graecos βλίτυρι et σκινδαψὸς, *laudatque* Plaut. (Caſ 39) Non ego iſtud verbum emſitem, (*editur nunc* emiſſim) ti Fulgentius 20 Titiuillitium dici voluerunt fila putrida (*interp* *labida, quae iugi intentionem, et tractum pectinis ſuſtinere non* quae de telis cadunt. *Laudat deinde locum Plauti cit. et addit* re admodum viliſſima. Nam et M. Cornutus in Satira ait, T Flacce do tibi. *Haec illi. Turnebus ex Fulgentii verbis elicit* vilitium *a* vilitate textus *dictum. Quidni potius* Teliuillitium, tela *delapſus? Gronouius ad Plauti l. c.* Titi *cuiusdam paſtoris vel a* villitium *in prouerbium veniſſe putat, qui* villos *et lanae minutia* *da diligentia perſequeretur,* Villitium *ſ.* villicium *a* villis *dictu* lanis lanicium. *Apud Fulgentium Cornuti verba fuiſſe* Titi *Sic* Floccus *qui nihil aliud quam* villus, *rem contemtam ſignabat* flocci facere, *etc. Probabilis diſputatio ſane, ſed quam ſeuerior* titiuillicio non emiſſint. *Iſ. Voſſ. ad Melam 2, 2, 19 p. 163. edit. prior.* Caelii ad Cic. 8, 5 Sane tanquam in quodam incili omnia iam adha *legi vult,* tanquam in quodam titiuilitio. *Mox enim de eodem* tricas *dixit.*

TITIVS, a, um. *Gentis nomen: plures* Titios *indicat Voſſiu* *tut. Orat. 1. Conf. Reineſ. Var. Lect. 2, 14. Hinc* Lex Titia de galibus *lata* a Sext. Titio Tribuno plebis, A. V. C. 654. *vt* *agris publicis aſſignatis impoſitum quaeſtor colligeret.* Val. Ma Sext. quoque Titium ſimilis caſus proſtrauit: erat innocens, agr ge grata gratioſus apud populum. Lex Titia de muneri *minatur ab* Auſonio Epigr. 88, *de qua lege ſic* Tacit. Ann. 11, ſurgunt patres, legemque Titiam flagitant, qua cauetur antiqui quis ob cauſam orandam pecuniam donumue accipiat. *Hac le* *bantur aduocati, qui mercenariam clientibus operam praeſtabant.* Titius homo loquax ſane et ſatis acutus, ſed tam ſolutus et mc geſtu, vt ſaltatio quaedam naſceretur, cui ſaltationi Titius non ſet. Ita cauendum eſt, ne quid in agendo dicendoue facias, cui tatio rideatur *Haec* Cic. Bruto 225 c. 62.

TITORNVS, i. m. [Τίτορνος] *Bubulcus fortitudinis monſtroſae, ...m Milone de robore certauit vicitque, quum pedem tauri vna manu, al-... ...ro alterius tauri pedem per vim, conantibus ipſis reſilire, traheret, ...* Aelian. Var. Hiſt. 12, 22.

...TVBO, āre. [συγκλονοῦμαι, ὑποφέρομαι] *Dicitur qui pedibus in-... ...ter nequit, vt faciunt ebrii, aut infirmi, aut vulnerati, aut decrepiti ...es quibus infirmi pedes inconſtanter vacillant.* Quinctil. in Paſtu ...da...rum ſ. Decl. 12, . . Sed iugulaſti vulneratum, titubantem ...ti, fumantem incendiſti. Ouid. Met. 3, 607 Ille mero, ...que grauis titubare videtur. Erubuiſſe, expalluiſſe, titu-...ſſe Auctor ad Herenn. 2, 8. Titubare *ad inconſtantiam ...m et ſermonis refertur:* Meditemur: cogitate, ne quid ti-...r Plaut. Mil. 3, 3, 69. Ter. Heaut. 2, 3, 120 Verum ... quid titubet. Cic. pro Flacc. 22 De ſubſelliis queror? vna ...no prodeunt: ſi verbo titubarint, quo reuertantur non habe-... Hor. Epiſt. 1, 13, 19 — Caue ne titubes, mandataque ... Cic. Diuin. in Caec. 72 Si tantulum offenſum, tituba-...te ſit, vt ea, quae ſingulatim ac diu collecta ſunt, vno tempore ...ulſa perdamus. *Conf.* Idem Fam. 12, 10. Verſus debilitatur ...cunque ſit parte titubatum Cic. de Orat. 3, 190 c. 50.

...VBANS, antis. Partic. [ὑποφερόμενος] *Vt*, Artus tituban-... ...inct ferula Ouid. Met. 4, 26. Titubanti animo, corde, ac ... Plaut. Pſeud. 1, 1, 42. Omnibus titubantibus et de rebus ...s deſperantibus Nep. 18, 9, 2. Lingua titubante loqui, *Lin-...ae timore blaeſa* Ouid. Triſt. 3, 1, 21. Titubans annisque ...ue Idem Met. 11, 90. Titubante Gradu Colum. 10, 309. *de ...* Sil. 11, 4 — Stat nulla diu mortalibus vsquam Fortuna ...te fides. Furtim mente ac lingua titubante facere aliquid ...o Domo 139 c. 54. Membra titubantia valido vino Ouid. ..., 677.

...VBĀTVS, a, um. Adi. [συγκλονηθεὶς] Participium ſine verbo, ... Seruius *ad* Virg. Aen. 5, 331 Hic iuuenis iam victor ouans veſti-...llo Haud tenuit titubata ſolo: *etc.*

...VBANTER. Adu. [ἀσυστάτως] *Inconſtanter.* Cic. pro ... c. 7 Poſuiſtis enim, atque id tamen titubanter et ſtrictim, ...tionis hunc propter amicitiam Catilinae participem fuiſſe. Ti-...r et inconſtanter loqui Auctor ad Heren. 4, 53 c. 41.

...VBĀTIO, ōnis. f. [συγκλόνησις] Cic. de Inuent. 2, 41 Quo ...re euentus quoque videndus erit, hoc eſt, quid ex vnaquaque re ...uenire, magnopere conſiderandum eſt, vt metus, laetitia, ti-... Linguae titubatio Macrob. Sat. 7, 6. Titubatio et ... Auctor ad Herenn. 2, 12 c. 8.

...VBANTIA, ae. f. [συγκλόνησις] *Idem.* Sueton. in Vitell. ...de hac quoque liberos vtriusque ſexus tulit, ſed marem titu-...oris prope mutum et elinguem. Linguae Idem Claud. c. 30.

...VLVS, i. m [τίτλος, ἐπιγραφὴ, ἐπίγραμμα] *Vel peculiari ...criptum adiicitur, vel in parte quacunque rei, operisue ſcribitur, ...ndum quid ſit.* v. g. Tituli amphorarum, *pittacia ſ. tabellae, ...icent patriam et aetatem vini,* vid. *Wower. ad* Petron. 34 p. *... ſtatuis, ſiue picturis titulum dicimus literas quae vel artificis, ..., cuius ſtatua ſiue imago eſt, nomen demonſtrat: vel tempus quo ...eſt opus, declarat.* Dant munera templis; Addunt et titu-... titulus breue carmen habebat Ouid. Met. 9, 791. Opera ...e, manentibus titulis, reſtituit Sueton. Aug. c. 31. Plin. ..., 29 Maxime tamen hic me titulus admonuit, quam eſſent mi-... inepta, quae interdum in hoc coenum, in has ſordes abiice-... *De monumento Pallantis loquitur.* Sculptaque ſint titulo no-...ulcra breui Ouid. Her. 14, 128. *Sic* Titulumque et frigida ...quido ſpargemus odore Prudent. Cathemer. 10 *extr.* Ti-...corare ſepulcrum Sil. 15, 397. *Saepe* ¶ 2 Titulus, *...grammat., ſeu inſcriptione, qua ſignificatur domum aliquam eſſe ...atum dandam, vel plane vendendam. Qui talem* titulum *ap-...* proſcribere domum *dicitur proprie.* Plin. Epiſt. 7, 27 De-...ide, et damnata ſolitudine domus, totaque illi monſtro relicta: ...batur tamen, ſeu quis emere, ſeu quis conducere, ignarus ...ali, vellet. Venit Athenas Philoſophus Athenodorus legit ti-... auditoque pretio, quia ſuſpecta vilitas, *etc.* Ite ſub impe-...b titulumque lares Tibull. 2, 4, 54. Nec ea contenta ra-... ſub titulum noſtros miſit auara lares Ouid. Rem. Am. v. 302. ...Titulus libri, *Qui vel qualitatem operis, vel nomen auctoris, vel ...n librorum oſtendit, qui alias* Index *dicitur.* Martial. Epig. 2 ...um de titulo tollere iota potes. Ouid. Rem. Amor. 1 Le-...mus amor titulum nomenque libelli. Plin. Epiſt. 5, 11, 3. ...*r dicti ſunt* tituli *in* Iuris *libris; it. ap.* Pallad. de Re Ruſt. ...*Articuli in rationibus dicuntur etiam* tituli: *ap.* Symmach. Epiſt. ... Caſſiod. Epiſt. 2, 9. *conf. Caſaub. ad* Sueton. Caeſ. p. 30. ... *In primis autem* tituli *vocantur honorificae illae appellationes, et ...de in inſcriptionibus operum publicorum, tropaeorum, arcuum, ſtatuarum, ...ium, imaginum in triumphis, etc.* Effeminare titulum anni *dicitur ...us conſul, i. dedecorare faſtos illa ignominia* Claud. in Eutrop. 1, 10. ... ſignetur imago Ouid. Epiſt. 2, 73. Id. Faſt. 2, 15 At tua ...oſ...uimur ſtudioſo pectore Caeſar Nomina, per titulos ingredi-...re tuos. Augentes titulum imaginis poſteri *ap.* Liu. 22, 31 *...Fr. Fabium qui* pro Dictatore *erat,* Dictatorem *dixere. Sic* 8, 40 ...m memoriam funebribus laudibus reor, falſisque imaginum ...itus, dum familia ad ſe quaeque famam rerum geſtarum honorum-...e fallente mendacio trahunt. Cumque ducum titulis oppida ...ta...get Ouid. Triſt. 4, 2, 20. Laudis titulique cupido Iuuenal. ... *conf* Ouid. Heroid. 6, 10. Corn. Gall. 1, 11. Stat. Silu. ... 7, 2. Liu. 4, 34 Naualis victoriae vanum titulum appetiuere. ... Piſon. 1 c. 9 Suſtinere titulum Conſulatus. Idem Tuſc. ... 10 Iidem dicant ſemper beatum eſſe ſapientem, quos ſi titulus ... delectat inſignis et pulcher, Pythagora, Socrate, et Platone di-... ...us inducant animum, *etc.* Adulantes tituli Claud. in Eu-...op. 79. Caduci tituli, *vid.* CADVCVS. Facilis titulus, ...lor facile parta Ouid. Met. 10, 602. Inanes tituli Hor. Serm. ... 3, 2. Leuis titulus, paruique nitoris Claud. in Conſ. Stil. 2, 28 Modicus titulus, *vid.* MODICVS, *in* MODVS. Con-... ...itulum ſcientiae Scribon. Epiſt. Reddere titulum in meritis ...Met. 13, 372. Inſignis titulis auorum Lucan. 8, 73. Ma-... ...s titulis Ouid Epiſt. 2, 68. Stupere in titulis et imaginibus ...erm. 1, 6, 17. ¶ 5 *In titulis cauſae, fines et talia, ...tur, quare pro ipſis cauſis veris falſis poni ſolet.* Ouid. Art. ... 29 *quem repetamus paullo altius, quod pulchre rem declarat,*

At quod eris per te facturus, et vtile credis,
Id tua te facito ſemper amica roget.
Libertas alicui fuerat promiſſa tuorum:
Hanc tamen a domina fac petat ille tua.
Si poenam ſeruo, ſi vincula ſaeua remittis;
Quod facturus eras debeat illa tibi.
Vtilitas tua ſit, titulus donetur amicae.

Titulus, *vt ad ..., ſiam tanquam cauſam et auctorem referantur beneficia, quae tu tuis tuae vtilitatis cauſa tribueris.* An potes — titulum mortis habere meae Ouid. Heroid. 15, 19. *i. ferre, vt tibi cauſa tribuatur.* Titulus, *Praetextus* Paullus in l. Si quis tutor. §. Quid ergo D. de ritu nupt. Quid ergo ſi quum ſe vellet excuſare aliquo titulo, nec in promtu probationes haberet, *etc. Sic etiam* Liu. 37, 54 Et meminiſſe quem titulum praetenderitis prius aduerſus Philippum, nunc aduerſus Antiochum, Belli. Te etiam atque etiam meminiſſe oportet officii titulum Plin. Epiſt. 7 vlt. *conf. h. l. Buchner.* Titulo collegii noui Sueton. Aug. c. 32. *Add.* Sen. Suaſ. 6 *de Cicerone.* Tertull. de Poenit. c. 2. Pet. Chryſolog. Serm. 5. Apul. Apol. p. 524, 8 *Flor.* Pontianus ei nuptiarum titulum falſum et imaginarium donauit. ¶ 6 Tituli, *eccleſiae minores: vid. Zimmermann Anal. Menſtr. 1 p. 8 ſeq. Sed diuerſa eſt huius appellationis in Eccleſia Rom. ratio et alterius loci.* ¶ 7 Titulus *Monumentum.* Vet. Inſcr. *ap.* Gruter. p. 990 n. 10 HVNC EGO NVNC TITVLVM STATVI CARISSIME CONIVNX Titulus *etiam dici poteſt alicuius rei Indicium. Sic* Petron. c. 55 Ciconia titulus tepidi temporis, *i. Signum aut indicium.* Titulus a tuendo, quaſi Tutulus, quod tueatur factum auctoris: et ſi quis alterius opus eſſe contendat, veri opificis indicet nomen. Vnde aliquando tituli dicti ſunt milites, quaſi tutuli, quod patriam tueantur. Vnde et Titi praenomen ortum. Feſtus.

TITVLO, āre. *Titulo vel nomine comprehendere.* Tertull. de Anima cap. 13 Animae nomine totius hominis mentio titulata eſt. *Add.* Idem contra Iud. cap. 9. Mart. Capella 1 p. 15. Chryſolog. Serm. 155.

TITVS, i. m. [Τίτος] *Clariſſimus Romanorum princeps, Veſpaſiani filius, et frater Domitiani.* Appellatus eſt Amor ac deliciae generis humani, *vt tradit* Suet. c. 1. *Caeterum in hoc Imperatore proprium nomen eſt. Alias* Praenomen Romanorum eſt, a τίω, honoro. Vel a titulo, *vt vult* Feſtus. *Vid. paullo ante.*

TITȲRVS, i. m. *Proprie Calamus, vt explicuit Heſychius. Paſtoris nomen apud* Virg. Ecl. 1, 1. ¶ 2 Tityrus ex ouibus oritur, hircoque parente Eugen. Tolet. Carm. 22. *vid.* AMBIGENVS.

TITYVS, i. m. [Τίτυος] Secundum alios Terrae filius fuit: ſecundum alios a Terra nutritus: vnde elegit Poëta ſermonem, quo vtrumque ſignificaret: nam Alumnum dixit. Hic amauit Latonam, propter quod Apollinis confixus eſt ſagittis: et damnatus hac lege apud inferos, vt eius iecur vultur exedat. Quanquam Homerus viciſſim dicat duos vultures ſibi in eius poenam ſuccedere. *Hactenus* Seruius *enarrans illud* Virg. Aen. 6, 595 Necnon et Tityon Terrae omniparentis alumnum Cernere erat, *vid.* Ouid. ex Pont. 1, 2, 41. *Huius magnitudinem corporis Poetae dixerunt fuiſſe nouem iugerum. Vnde* Tibull 1, 3, 75 Porrectusque nouem Tityus per iugera terrae, Aſſiduas atro viſcere paſcit aues. *Add.* Hor. Carm. 3, 11, 21.

T M E et T M O

TMESIS, is. f. [τμῆσις] *Eſt, Vnius verbi compoſiti vel ſimplicis ſectio, altera dictione, vel pluribus interiectis, vt* Virg. Georg. 3, 381 — Septem ſubiecta trioni. *pro* Septentrioni. *Et* Aen. 1, 412 Et multo nebulae circum dea fudit amictu, *pro* Circumfudit. *Vbi* Seruius: Figura tmeſis eſt, quae fit, quum ſecto vno ſermone aliquid interponimus. Sed hoc tolerabile eſt in ſermone compoſito: caeterum in ſimplici nimis eſt aſperum: quod tamen faciebat antiquitas. vt Saxo cere comminuit brum.

TMŌLVS, i. m. [Τμῶλος] Mons Lydiae, *vt ſcribit* Plin. 5, 29 Croco florentiſſimus et vitibus conſitus. Seruius *adſcribit eum* Ciliciae *in illud* Virg. Georg. 1, 56 Nonne vides croceos vt Tmolus odores, India mittit ebur, molles ſua tura Sabaei. Columel. 3, 8, 4 Tmolon et Corycon flore croceo abundare, *vid. Ponted. et Geſn. ad h. l.* Ouid Met. 11, 151

— Riget arduus alto
Tmolus in aſcenſu, cliuoque extenſus vtroque,
Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hypaepis. *Ibid.* 156
Iudice ſub Tmolo certamen venit ad impar.

Eſt ergo iuxta Sardis, quae vrbs ex Herodoti Pliniique teſtimonio in Lydia eſt. A quo et ¶ 2 *Nomen Flumini datum eſt.* Plin. 33, 8 Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non ſolitus inueniri, niſi in flumine Tmolo ¶ 3 *A Poetis interdum* Y *poſt* T *ſuperaddi inuenimus, vt* Ouid. Met. 6, 15 Deſeruere ſui Nymphae vineta Tymoli. *Quae ratio a Burm. recepta firmatur a Stephano de Vrbibus.*

TMOLIVS, a, um. Adi. [Τμώλιος] Ouid. ex Pont. 4, 15, 9 Africa quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos.

T O C et T O D

TOCĪTES, ae. m. [τοκίτης] *Herba apud* Apul. de Herb. c. 19 *A partu iuuando, qui τόκος eſt, dicta eadem, quae alias Ariſtolochia.*

TOCVLLIO, ōnis. m. *Minutus fenerator: et eſt vox formata a Graeco diminutiuo τοκύλλιον: vt apud* Plautum *a σκέπαρνον*, Sceparnio. Cic. Att. 2, 1 Neque te in tocullionibus habebam. *Eodem modo Latini* Turpionem *dixere. Vid. Turneb. Aduerſ.* 7, 3.

TODI; a τυτθοὶ parui, Auium genus paruarum. Feſtus.

TODELLVS *vel* TODILLVS, a, um. *Gracilis.* Feſtus *ex* Plauto, Cum extortis talis, cum todillis cruſculis. Todellis *legitur apud* Feſtum *in* Schoenicolae, *vbi et nos referimus.*

T O G

TOGA, ae. f. [τήβεννα, τήβεννος, περιβολή] *Geſtamen proprium, inſigneque Romanorum ciuium, quemadmodum Pallium Graecorum. Superimponebatur tunicae, vel tunicis potius.* Dicta toga a tegendo, *vt ait* Nonius, 4, 454 quod corpus tegat. *Laxa erat, et in ſinum multis criſpulis ſubtracta ſuccingebatur.* Vet. Schol. Perſ. 5, 14 Toga eſt purum pallium, forma rotunda et fuſiore, atque inundante ſinu, et ſub dextro veniens ſuper humerum ſiniſtrum ponitur: cuius ſimilitudinem in operimentis ſimulacrorum vel picturarum adſpicimus, eas-

easque ſtatuas togatas vocamus. Toga vero Romani in pace vtebantur, in bello paludamentis. Menſura togae iuſtae ſenas vlnas habebat. *Haec ille.* Senas vlnas *intellige diametri: vt adeo ſi illam ſimpliciter iniiceret vir iuſtae ſtaturae circum circa ad imos pedes tectus eſſet. Qui facillime* togam Romanam *imaginari vult, cogitet veſtimentum rotundum vel ellipticum vndique clauſum (vt ſi pallium hodiernum a pectore ad pedes conſuas) in cuius centro foramen ſit, quo caput, et humerus dexter cum brachio emineat: ſiniſtra autem manu attollebant imam partem, quae in rugas collecta brachio ſiniſtro incumberet. Haec vt ex ſtatuis antiquis apparent, ita lucem adferunt locis, quae togae mentionem iniiciunt. Antiquitatem totam eius rei hic non tractamus: nondum omnia videri explicata ſatis etiam poſt O. Ferrarii, A. Rubenii, et I. Fr. Gronouii ſtudia, ſaſſus ſum ad* Quinctil. 11, 3, 139 *ſqq. vbi pluſcula de togae ratione et geſtu diſputata ſunt.* Tibull. 1, 6, 40 Et fluit effuſo cui toga laxa ſinu. Scholiaſt. Perſ. 5, 14. Hor. Epiſt. 1, 19, 30 Arcta decet ſanum comitem toga. Martial. 14, 137 *titulus eſt* Lacernae, Amphitheatrales nos commendamur ad vſus Quum tegit algentes noſtra lacerna togas, *in quibus ſolis algeremus.* Martial. 14, 115 Si matutinos facile eſt tibi rumpere ſomnos, Attrita veniet ſportula ſaepe toga. Exigua toga Hor. Epiſt. 1, 20, 13. Nivea toga, *vid* NIVEVS, *in* NIX. Fuſa toga *et* Reſtricta, *contraria* Sueton. in Auguſt. c. 73. Impar toga, Pexa toga, Pinguis toga, *vid. hh. ll.* Radiante toga decorus Claud. Conſ. Hon. 6, 372. Recens toga Perſ. Sat. 1, 15. Sordidula toga et rupta Iuuen. Sat. 3, 149. Tenues togae Hor. Epiſt. 1, 14, 32. Toga vitrea, *Tenuis textus et pellucidi dicebatur, quod ritu vitri translucerent, qua certe indutum eſſe probro et vitio dabatur.* Varr. Modio *ap.* Non. 14, 1 Iſtorum vitreae togae oſtentant tunicae clauos. Amictus toga Cic. in Catil. 2, 22. Macrob. Sat. 2, 9 Hortenſius vir ex profeſſo mollis, et in praecinctu ponens omnem decorem. Fuit enim veſtitu ad munditiem curioſo, et vt bene amictus iret, faciem in ſpeculo ponebat, vbi ſe intuens togam corpori ſic Applicabat, vt rugas non forte ſed induſtria locatas artifex nodus conſtringeret, et ſinus ex compoſito defluens nodum lateris ambiret. Is quondam cum incederet elaboratus ad ſpeciem collegae de iniuriis diem dixit, quod ſibi in anguſtiis obuius offenſu fortuito ſtructuram togae deſtruxerat, et capital putauit, quod in humero ſuo locum ruga mutaſſet. Cohibere toga brachium *adoleſcentulorum erat, poſt* togam puram *ſiue* virilem *ſumtam.* Cic. pro Cael. 11 c. 5 Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga conſtitutus, et vt exercitatione ludoque campeſtri tunicati vteremur. Sen. Exc. Controu. 5, 6 Apud patres noſtros, qui forenſia ſtipendia auſpicabantur, nefas putabatur brachium extra togam exſerere. *Ex Graecis illuſtrat ad Cic. l. c. Abramius.* Defluit toga Hor. Serm. 1, 3, 31. *i. Deorſum fluit, et ex humeris cadit.* Deiicere et reponere togam Quinctil. 6, 3. Toga velatus ſola, ſciſſis tunicis Plin. Epiſt. 2, 16, 2. ¶ 2 Toga pacis eſt inſigne et otii Cic. in Piſon. 73 c. 30. Toga, *pro Pace aliquando accipitur,* Vir omnibus belli ac togae dotibus eminentiſſimus Vell. 1, 12, 3. *Add.* Idem 2, 29, 3. 2, 125, 5. Alium toga, ſed non arma honeſtarunt Plin. Paneg. c. 4 n. 5. *Add.* 56, 7. Mulcere ferrum togâ Stat. Silu. 1, 4, 48. Plus togae laeſere remp. quam loricae Tertull. de Pall. c. 5. *Conf. Barth ad* Stat. p. 119. Cic. de Orat. 3, 167 c. 42 Campum pro comitiis, togam pro pace, arma ac tela pro bello. Toga, impudicarum erat mulierum. Siquidem matronae, quae a maritis ob adulterium repudiabantur, togam accipiebant, ſublata ſtola, propter ignominiam. Toga autem meretrici apta, ita enim proſtare ſolebant cum togis puellae, vt diſcernerentur a matronis. Et ideo quae adulterii damnatae fuerant, hac veſte vtebantur. *Haec* Acron *in illud* Hor. Serm. 1, 2, 63 — Quid inter Eſt in matrona, ancilla, peccesue togata? Matrona, id eſt libera coniugata: ancilla, ſoluta, ſed non proſtituta: togata, infami et proſtituta. *Add.* v. 82. Iuuen. Sat. 2, 69 Damnetur, ſi vis, etiam Carfinia, talem Non ſumet damnata togam: *tam luxurioſam, pellucidam. etc.* Toga *in prouinciis ſignificat profeſſionem Latinae Rhetoricae: vid. Scaliger Lect. Auſ.* 2, 16 p. 132. Candida Candidatorum, *v. v.* Puram togam *ſumunt adoleſcentes, cum praetexta poſita in foro et inter viros verſari incipiunt. Vid.* Cic. Att. 9, 6. *et vlt.* Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potiſſimum togam puram dedi: idque municipibus noſtris fuit gratum. Eidem 7, 8 Habebamus autem in manibus Antonii concionem habitam X Calend. Ianuar. in qua erat accuſatio Pompeii vsque a toga pura, *i. Ab eius tirocinio, a prima adoleſcentia, poſt XVI annum. Dicta* Pura toga, *quod nullo purpurae praetextu diſtincta eſſet.* Veſtis pura Catullo ad Mallium ſ. 67, 15. Lucan. 7, 18 Pura venerabilis aeque Quam currus ornante toga. *Eſt ergo* pura, *nec picta, nec triumphalis, nec praetexta. Conf.* Plin. 8, 48. *Hanc cum ſumerent adoleſcentuli conueniebant amici ad* Officium togae virilis Plin. Epiſt. 1, 9. *Hae ſunt* ſollemnitates togae Tertull. de Idol. 16. Palmata toga, *vid.* PALMATVS, *in* PALMA. Perſatuae togae, *vid.* PERFATVVS. Picta toga, *Veſtis publica fuit, ſummique Magiſtratus.* Capitolinus de Gord. 4 Palmatam tunicam et togam pictam primus Romanorum priuatus, ſuam et propriam habuit: quum ante imperatores et de Capitolio acciperent, vel de palatio. Lampridius de Alexandro 40 Praetextam et togam pictam nunquam niſi Conſul accepit: et eam quidem quam de Iouis templo ſumtam alii quoque accipiebant aut Praetores, aut Conſules. Iuuen. Sat. 10, 39 Et pictae Sarrana ferentem Ex humeris aulaea togae. *Conf.* Liu. 30, 15. Praetexta toga, *vid.* PRAETEXTA. Gell. 18, 4 Quum iam adoleſcentuli Romae praetextam et puerilem togam mutaſſemus. *conf.* Cic. Verr. 1 c. 44. In epulo cum toga Pulla accumbere *dedecus et ſordidum,* Idem in Vatin. 30 c. 12. Purpurea Liu. 33, 11. Martial. 10, 47 Lis nunquam, toga Rara, mens quieta. Togam raram *optat, id eſt ne cogatur bene mane togatus circumuolitare limina potentiorum, ſalutationis defuncturus officio. Conf.* Mart. 10, 82. Plin. Epiſt. 5, 6, 45. *et* 7, 3, 2. Plin. 8, 48 ſ. 74 Togas Raſas Phrygiasque, Diui Auguſti nouiſſimis temporibus coepiſſe, ſcribit Feneſtella. *Pro* Phrygiasque Phryxianasque *dedit Hard. edit. poſter. et interpretatur,* Phryxei *velleris criſpos et eminentes villos habentes.* Togas *etiam* ſeruorum *fuiſſe, docet* Plin. Epiſt. 2, 14, 6 Heri duo nomenclatores mei — qui nuper togas ſumſerint — *Cauſam aperit* Senec. de Clem. 1, 24 *pr.* Dicta eſt aliquando in Senatu ſententia, vt ſeruos a liberis cultus diſtingueret: deinde apparuit, quantum periculum immineret, ſi ſerui noſtri numerare nos coepiſſent. Virilis toga *a puerili diſtincta erat, quae* praetexta *appellabatur, decimoſeptimo circiter anno ſumebatur: eadem, quam* puram *diximus.* Cic. de Amicit. 34 Ego autem a patre ita eram deductus ad Scaeuolam ſumt[a]
toga, vt quoad poſſem et liceret, a ſenis latere nunquam diſc[…] Sumſiſti virilem togam, quam ſtatim muliebrem ſtolam reddid[…] Philipp. 2, 44. *Add.* Idem pro Sext. c. 69. Vell. 2, 99, 2. [Vi]rilis toga, Toga libera *dicebatur, eamque adepti remotis magiſ[…]rius viuebant.* Propert. 4, 1, 132 Mox vbi bulla rudi dimiſſ[…]rea collo, Matris et ante deos libera ſumta toga. Ouid [...] 10, 28 Liberior fratri ſumta mihique toga eſt. Stat. Si[…] 68 Quem non corrumpit pubes effrena, nouaeque Libertas p[…] togae? Virilis toga in Capitolini Iouis templo ſumebatur. Valer. Max. 5, 4 *de Marco Cotta.*

TOGVLA, ae. f. Dimin. [τηβέννιον] Martial. 4, 26 I[…] togulam Poſtume pluris emo. *Add.* 5, 23. Cic. in Piſon[…] Togulae lictoribus ad portam praeſto fuerunt: quibus illi […] ſagula reiecerunt, et cateruam imperatori ſuo nouam praebue[…] Att. 1, 18 Togula picta. Puellarum togulae Arnob. 2 p. 9[…]

TOGATVS, a, um. Adi. [τηβεννοφόρος] *Qui toga ind[…] Vnde Romani,* Togati *dicti ſunt, quibus toga propria et commu[…] quemadmodum Graeci* Palliati *dicebantur.* Non pudet, l[…] prope maiorem numerum in foro conſpici, quam togatorum […] 3, 52. Quis liberalitatem tantum ad togatos vocat? ho[…] prodeſſe natura iubet Sen. de Vita B. c. 24. *Conf.* Salluſt. Iu[…] Sen. de Conſt. c. 9. Spart. in Hadr. c. 3. Prudent. Cathen[…] Togata, *abſolute pro comoedia Romana: vid.* Iuuenal. 1, 3. *[…] retrice: vid.* TOGA. Vt togatus mandata ſenatus audi[…] 3, 26. *rogatur* L. Quint. Cincinnatus. Virg. Aen. 1, 286 […] nos rerum dominos, gentemque togatam. Martial. 14, 1[…] manos rerum dominos, gentemque togatam Ille facit, ma[…] dedit aſtra patri. Magna caterua togatorum Cic. pro Roſ[…] 135. Graeculus iudex modo palliatus, modo togatus Idem […] 5, 14 c. 5. Togato vni *Ciceroni* ſupplicatio decreta, *i. […] pace geſtas* pro Sulla 85. Comoediae togatae, *quae ſcri[…] ſecundum ritus Romanorum: vt Graecas fabulas ab illorum ha[…]* liatas *appellamus. Nam Graeci* pallium *ſupra tunicam fereba[…]* Cic. pro Sext. c. 55. Vell. 2, 9, 3. Hor. A. Poët. v. 288. […] Epiſt. 7 *extr. Quaedam harum erant* Tabernariae, *v. v.* […]BVLA n. 4. Gallia Togata *in qua eſſent* coloniae ciuium […]norum, *vid.* Caeſ. Bell. Gall. 8, 24. Cic. Phil. 8 c. 9. *Add.* Pl[…] Mela 2, 4. Miles togatus Claud. Conſ. Hon. 4, 9[…] togata Lucan. ad Piſon. 27 Turba togata Propert. 4, 2[…] Iuuen. Sat. 1, 96. Cic. Verr. 1, 73 Erant nonnulli togati […]res Graecorum, quibus ad exigendas pecunias improbiſſimi […] legati plurimum prodeſt gratia. Togati *in primis eran[…]bantur, (inualeſcente alias lacernarum vſu) qui principes ciuita[…] gratia in forum deducebant, ac deinde domum reducebant: quo[…]gis amicti erant.* Iuuen. Sat. 7, 142.

Reſpicit hoc primum qui litigat: an tibi ſerui
Octo, decem comites poſt te: an ſit ſella, togati
Ante pedes. *Et itidem* Sat. 1, 96
— Nunc ſportula primo
Limine parua ſedet, turbae rapienda togatae.

Et Martial. 2, 57 Quem grex togatus ſequitur, *etc. Toga e[…] purae ſeruiebat, vt apud eundem* 10, 10 Quid faciet pauper cui r[…] eſſe clienti? Dimiſit noſtras purpura veſtra togas, *i. Nunc […] nobis officium vobis praeſtare, quum iam purpurati, i. praetext[…] conſule enim ſermo eſt) ſalutationum officiis praeſtandis ſuc[…] Huc pertinet* Martial. 3, 46 Exigis a nobis operam ſine fine t[…] Non eo, libertum ſed tibi mitto meum. *Conf.* 9, 103.

TOGATVLVS, a, um. Dimin. *Ioco formatum.* Martia[l…]

— Quamdiu ſalutator,
Anteambulones, et togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto? *Add.* Id[…]

TOGATARIVS, i. m. *Togatarum fabularum actor.* S[…] Auguſt. c. 45 *Caſaubonus* Togatarium *analogia tuetur. Alii […]tarum malint, et repetunt ex proximo* hiſtrionem. *Vt iudicar[…] ponamus verba:* Nam hiſtrionum licentiam adeo compeſcuit, […]phanionem Togatarium, cui in puerilem habitum circumtonſ[…]tronam miniſtraſſe compererat — relegauerit. To[…] *Ald. Steph. etc. int.* Fabularum hiſtrionem.

T O L

TOLERO, āre. [τλάω, τλῆμι, καρτερέω, ἀνέχομαι] Signi[f…]tienter ferre, *vt ait* Feſtus, eſtque verbum mala patientis. […]leror, *Depon.* Priſcian. p. 800. Ter. Phorm. 3, 2, 23 N[…]tuere: vna tecum bona malaque tolerabimus. Idem H[…] 28 Sed quando ſeſe indignam deputat matri meae, cui conced[…]iusque mores toleret ſua modeſtia. Tolerare ſe, *Modice et parſimonia ſe alere.* Vlpian. l. In lege Cenſoria D. de verb. ſig[…] quibus agris paterfamilias fructus caperet, quibus ſe tolerar[e…] *Sic* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 49. *Conf.* Tac. A. 2, 24, 2. A[…] tolerare equitatum Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 58. Tolerare ſua […] milites Plin. 33, 10. Dura tolerare Sen. Hippol. ſ. 4. […]ſtatem Plaut. Trin. 2, 2, 6. Equos Caeſ. B. C. 3, 47 *et* 58 […]tatum, *vid.* Vitam tolerare. Famem tolerare Caeſ. Bell. […] 1, 28. Fortunam tolerare Cic. ad Brut. 16. Idem in C[…] 23 Niſi idcirco ſe facilius Hiemem toleraturos putant. Pli[…] 14 Inde impenſae publicae tolerantur. Inopiam obſidium […]lerare Tacit. Hiſt. 4, 4. Inopiam mercede manuum Salluſ[t…] c. 37. Plin. 11, 5 Apes ad vſus vitae Laborem tolerant. […]borem militarem tolerare Cic. Off. 2, 45. Laborem ſtud[…] pueri difficilius tolerant Quinctil. 1, 12. Mala tolerare Sen[…] Fur. ſ. 13. Militiam tolerare ſub magiſtro Virg. Aen. 8, 515 […] firma opulentia Negligentiam tolerabat Salluſt. Cat. 52, 9. […]ter tolerare Quinctil. 6, 3. Pondus alicuius tolerare Hor. […] 2, 5, 4. Plin. 8, 18 Sitim et quatriduo tolerant. Siti[…]memque tolerare Ouid. ex Pont. 1, 2, 87. Sors toleranda […] populis Stat. Theb. 1, 195. Sumtus tolerare Cic. Qu. Fratr. […] Caeſ. Bell. Gall. 7, 77 Qui in oppida compulſi, ac ſimili inopia […]cti, eorum corporibus, qui aetate inutiles ad bellum videbantu[r…]tam tolerauerunt. Virg. Aen. 8, 408 Cui tolerare colo Vit[am…]nuique Minerua. Tolerare *ſimpliciter pro tolerare vitam.* […] Liuiam ipſam ſtatuere, nubendum poſt Druſum, an in penatib[us…]dem tolerandum haberet Tac. A. 4, 40, 3. Paſſus CLX tol[…] Sufficere curſui CLX paſſuum Plin. 7, 20. Cic. Att. 1, 14 (1[…]

q(od caput eſt Nobis inter nos noſtra, ſiue incommoda, ſiue vitia, ſiue iniurias eſſe tolerandas. Res ad patiendum tolerandumque difficilis Cic. Tuſc. 2, 18. Idem de Finib. 4, 52 c. 18 Dicunt illi ipſum eſſe dolorem, moleſtum, odioſum, contra naturam, difficilem toleratu. Moleſtiae faciles Toleratu Gell. 1, 6.

TOLERANS, antis. Partic. [τλὰς, καρτερικὸς] Columel. 8, 16 ipſum genera dulcis vndae tolerantia. Idem 6, 22 Extremi frigoris tolerantior equino armento vacca eſt. Tolerantior bello ... Victor vterque in Domitiano. Tolerantiſſimus penuriae, ... *tolerantiſſimus* Columel. 7, 1.

TOLERANTER, ius, iſſime. Adu. [καρτερικῶς] Quinctil. 8, 6 ... etiam iungere vetamur, qui toleranter videre Septentriones vi... Ferre aliquid toleranter Cic. Fam. 4, 6. Tolerantius dolorem pati Idem Tuſc. 2, 43 c. 18. *Comp.* Anniculae foe... aetatem poſcuntur, tolerantius tamen bimae Plin. 8, 45.

TOLERANDVS, a, um. Cic. Att. 1, 17 Nobis inter nos noſtra ... incommoda, ſiue vitia, ſiue iniuriae, ſunt tolerandae.

TOLERATVS, a, um. Tacit. Ann. 12, 11, 2 Clementia ac ..., quanto ignorantiora barbaris, tanto toleratiora. *Al.* ... toleratiora.

TOLERATVS, ûs. m. Quae ipſi toleratu humano indi... credimus Salvian. de Gubern. 3 p. 83. *Supinum*, *vid. in* TOLERO.

TOLERANTIA, ae. f. [ἀνοχὴ, καρτερία] Cic. in Parad. 4, 1 ... tolerantia rerum humanarum, contemtione fortunae. Tolerantiae ... doloris laude ſua non carebit Quinctil. 2, 20.

TOLERATIO, ônis. f. [ἀνάσχεσις] Cic. de Finib. 2, 94 c. 29 ... aliam alia toleratio eſt verior, qua vti vos non poteſtis, qui honeſtatem ipſam per ſe non amatis.

TOLERABILIS, e. Adi. [ἀνάσχετος, ἀνεκτὸς] *Quod tolerari ...* Ter. Heaut. 1, 2, 31 Homo tolerabilis. *conf.* Liu. 22, 27. ... Plin. in Paneg. 37 Tolerabile tributum. *Et ibid.* Tolerabile ... experimentum. Cic. de Senect. 8 c. 3 Moderati enim et nec ... nec inhumani ſenes, tolerabilem agunt ſenectutem. In ... is rebus tolerabile eſt Cic. ad Brut. 15. Dicere ſic tolerabiliter ... eſt Cic. de Orat. 1, 218. Conditio tolerabilis Idem in Cat. ... Conditione tolerabili transfigere Idem pro Quint. 97 c. 31. ... um tolerabile liberae ciuitati Liu. 39, 39. Cic. Att. 6, 1 ... et Graeci ſoluunt tolerabili foenore. In tolerabilem for... digendae ciuitates Liu. 34, 51. Omnia Humana tolerabilia ... Cic. ad Att. 12, 11. Iactura rei familiaris tolerabilis Id. ... 18. Nihil quidquam habeo tolerabilius quam Solitudi... Att. 12, 18. Orator ſane tolerabilis Idem de Clar. Orat. ... Patronus tolerabilis Idem ibid. 129. Philoſophi tolerabiles ... motus volunt eſſe Cic. de Orat. 1, 218. Regnum nemini ... Idem Att. 10, 7. Tolerabilior regia Seruitus Liu. ... Venus tolerabilior per autumnum Celſ. 1, 3 *extr.* In... qui mortem ac Verbera tolerabiliora credat, quam contume... verba Sen. de Conſt. Sap. c. 4. *Superl.* Tolerabiliſſima ſen... null. ICt. Dig. 28 t. 5 l. 18.

TOLERABILITAS, atis. f. ἀνεκτότης Gloſſ. Gr. Lat.

TOLERABILITER. Adu. [ἀνεκτῶς] *Facile, ſine diſcrimine.* ... l. 2, 2 Quas Graeci συζυγίας ἐναντιοτήτων, nos diſcordantium ... tiones tolerabiliter dixerimus. *Add.* Idem 4, 32. 8, 4. Plin. ... Celſ. 2, 13. Si qua tolerabiliter dicta ſunt Sen. Controu. ... *al.* 10) *praef.* Tolerabilius pati dolores Cic. de Finib. ... — Deſiderium ferre Idem Fam. 15, 20.

TOLES, *vel vt alii ſcribunt*, TOLLES, [παρίσθμια] Tumor ... faucibus, quae per diminutionem Tonſillae dicuntur. Feſtus. *Vid. in* TOLLIS.

TOLLENO, ônis. m. Genus machinae, *vt ait* Feſt. quo tra... aqua, in alteram partem praegrauante pondere, dicitur a tollen... *... ligno erecto aliud transuerſum ex libramento imponitur, vt de... ... partis, cui pondera adnectuntur, elatio alterius adiuuetur, ... quae ſitula, vel aliud quid extollitur.* Liu. 38, 5 Deinde vt ... ſpem ſtare muros viderunt: collectis rurſus animis in arietes ... libramenta plumbi aut ſaxorum, ſtipiteſue robuſtos in... ... Plin. 19, 4 Vel tollenonum hauſtu rigandos. Ve... 4, 1 Tolleno dicitur quoties vna trabs in terram praealte defigi... in ſummo vertice alia transuerſa trabs longior dimenſa me... connectitur, eo libramento, vt ſi vnum caput depreſſeris, aliud ... *Conf.* Gronou. *ad* Liu. 24, 34. *Turneb. Adu.* 6, 18.

TOLLIS, is. m. Iſidorus 11, 1 Tolles Gallica lingua dicuntur, ... vulgo per diminutionem Tonſillae dicuntur, quae in faucibus ... ſolent. *Haec verba falſi conuincunt hanc Sereni ſcripturam* ... 29 Quos autem vocitant colles, attingere dextra Debebis, qua ... erat preſſante peremtus. *Scribendum enim arbitror*, Quos au... vocitant Tolles, *vt haec Curatio tonſillorum ſit.* *Turneb.* 11 *extr.* ... *ad l. c.* Sereni *laudat ex ſuperſtitioſo carmine apud* Marcell. 15 ... rorem, hunc ruborem, has tolles, has tonſillas, hunc panum, ... paniculas, hanc ſtrumam, hanc ſtrumellam, hanc relegeonem euo... excanto. Feſti *verba dedimus in* TOLES. Vet. Gloſſ. ... tolia (*Keuch. malit* tolla) tonſillae, παρίσθμια. Plin. Valer. ... lupini ex aceto coctis fomentum optimum eſt, et tollis et paro... (*pro* parotiſin) vtile. Tolles Sereno *vindicat etiam Reineſ.* ... L. 8 p. 200. *Haec vox reſtituenda videtur etiam* Exc. ex Vet. ... p243 Vulc. *vbi legitur* Tules παρίσθμια. *Reſtituenda haec vox* ... Veter. 1, 38, 3. *et* 3, 64, 1 *vbi* Tuſſis a colibus *occurrit, quam* ... *explicare conati ſumus, cum illum ſcriptorem ederemus, ignoratione* ... *quae modo poſuimus.*

TOLO, ônis. *vel* TOLLONVS, i. m. *Idem quod* Tolleno. ... 2, 5, 23 Heus ſic tollon gratia? cape hanc vrnam tibi. ... in Horto v. 26

Vicini quoque ſint amnes, quos incola durus
Attrahat auxilio ſemper ſitientibus hortis:
Aut fons illacrimet putei non ſede profunda,
Ne grauis hauſturis tollonibus ilia vellat.

... *alii legere malunt* Tendentibus, *non* Tollonibus: *Plauti* ... *merarius aliter legit.*

TOLLO, tollis, tûli *vel* ſuſtûli, *et apud antiquos* tolli, tetuli, ſublâtum, tollere. [αἴρω, αἴρω, ἐγείρω, ὑψόω] *Eleuare, ſurſum* ... Plaut. . . . Tolle caput. Ouid. Epiſt. 14, 45 Ter ... ſuſtulit enſem, Ter male ſublato decidit enſe manus. Sol ... eum Phaëthontem filium ſuſtulit Cic. de Nat. Deor. 3, 76. ... oneris tollere Idem Verr. 3, 1. *i. Suſcipere.* Tollere et extrahere Cic. de Finib. 2, 27. Sublatis ſupra capita ſcutis Liu. 34, 39. Cic. in Piſon. 14 Reſpondes, altero ad frontem ſublato, altero ad mentum depreſſo ſupercilio, crudelitatem tibi non placere. Idem de Aruſp. Reſp. 33 Itaque ne quis meorum imprudens introſpicere tuam domum poſſit, ac te ſacra illa tua facientem videre, tollam altius Tectum, non vt ego te deſpiciam, ſed tu ne adſpicias vrbem eam, quam delere voluiſti. Vlpianus, Ius vicino non eſſe altius aedes tollere. Plaut. Trin. 3, 2, 60 Tollere moenia. African. in l. Egi D. de except. rei iudic. Egi tecum, ius mihi eſſe Aedes meas vsque ad decem pedes altius tollere: poſt ago, ius eſſe mihi vsque ad viginti pedes altius tollere. exceptio rei iudicatae procul dubio, ſed etſi rurſus ita agam, ius mihi eſſe altius ad alios decem pedes tollere: obſtabit exceptio. Cic. pro Caecin. 60 c. 21 Vinces profecto non fuiſſe armatos eos, qui ſaxa iacerent, quae de terra ipſi tollerent. A terra ſe tollere altius, *pro Creſcere: ac de herbis et arboribus dicitur.* Cic. Tuſc. 5, 37 c. 13 Itaque et arbores, et vites, et ea, quae ſunt humiliora, neque ſe tollere a terra altius poſſunt, alia ſemper virent, alia hieme nudata, verno tempore tepefacta frondeſcunt. ¶ 2 *Subſtantiua, quibus vel per ſe, vel intercedente Praepoſitione iungitur:* Tollere *eſt auferre.* Scribit, ſibi millia quinque Eſſe domi chlamydum: partem, vel tolleret omnes Hor. Epiſt. 1, 6, 43. Ac tu quantum vis tolle Idem Epiſt. 1, 7, 16. Tolluntur in Altum Vt lapſu grauiore ruant Claud. in Rufin. 1, 22. Animos tollere, *Superbire, audaciorem eſſe.* Salluſt. in Cic. c. 2 Verum, vt opinor, ſplendor domeſticus tibi animos tollit. Ter. Hec. 3, 5, 57 Quia paullulum vobis acceſſit pecuniae, ſublati Animi ſunt. Propert. 3, 18, 17 I nunc, tolle Animos, et tecum finge triumphos. *Conf.* Plaut. Truc. 2, 8, 10. Animos dictis tollit Virg. Aen. 9, 127. Arbos ſe ſuſtulit Idem Georg. 2, 57. Daphnimque tuum tollemus ad Aſtra Virg. Ecl. 5, 51. *int. laudibus.* Cic. de Fato 10 c. 5 Addidit etiam mulieroſum, in quo Alcibiades Cachinnum dicitur ſuſtuliſſe. Idem pro Arch. 22 In Caelum huius proauus Cato tollitur, magnus honos Populi Rom. rebus adiungitur. Cic. de Nat. Deor. 2, 62 Suſcepit autem vita hominum, conſuetudoque communis, vt beneficiis excellentes viros fama ac voluntate tollerent. Idem Fam. 15, 7 Non dubito, quid praeſentes ſentiant: nos quidem longinqui, et a te ipſo miſſi in vltimas gentes, ad Caelum mehercule tollimus veriſſimis ac iuſtiſſimis laudibus. Cic. Philipp. 11, 24 Hunc vel in Caelum, ſi fieri poterit, noſtris humeris tollemus. Idem Verr. 4, 94 c. 43 Clamor a vigilibus, fanique cuſtodibus tollitur. Clamor tollitur in caelum Virg. Aen. 11, 745. Clamores horrendos ad ſidera tollit Idem ibid. 2, 222. In Collum tollere Plaut. Bacch. 3, 6, 42. Cornua tollere in aliquem Hor. Epod. 16, 12. Corpus tollere in auras Ouid. Epiſt. 18, 52. Corpora ſua alte tollit volucris Idem Met. 8, 256. Cic. Verr. 1, 7 Statim deinde iuſſu praetoris, in Crucem eſſe ſublatum. Idem Off. 3, 94 Optauit vt in Currum patris tolleretur: ſublatus eſt: atque is, antequam conſtitit, ictu fulminis deflagrauit. Fluctuſque ad ſidera tollit Virg. Aen. 1, 107. Frontem tollens ad caelum Ouid. Met. 3, 20. Gaudia alicui Catull. . . . *i. inducere aliquem ad laetitiam: vid. Scalig. ad* Catull. p. 100. Gradum tollere, *Ambulare* Plaut. Bacch 3, 6, 6. Hinnitum tollit equa Hor. Carm. 2, 16, 34. Humo tollit ſaxum Ouid. Met. 11, 110. Humo ſe tollere, *Erigere ſe* Idem ibid. 7, 64... *Et Metaph.* Virg. Georg. 3, 9 Tentanda via eſt, qua me quoque poſſim Tollere humo, victorque virûm volitare per ora. Cic. Att. 2, 25 At hercule alter tuus familiaris Hortenſius quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit. Virg. Ecl. 5, 51 — Daphnimque tuum tollemus ad aſtra. Cic. Att. 4, 16 Itaque Caeſaris amici (me dico et Oppium) diſrumparis licet, monimentum illud, quod tu tollere laudibus ſolebas, vt odium laxaremus, et vsque ad, *etc.* Liberos tollere, *vt ſuſcipere, non generare tantum, ſed nutriendos educandoſque curare, a ritu, vt videtur, antiquo, quod humi poſitos recens natos, aut negligeret pater, aut iuberet tolli: cui rei etiam Lenam deam praefecerant.* Plaut. Amph. 1, 3, 3 *mandat Amphitruo perſonatus ſ. Iupiter Alcmenae*, Quod erit natum tollito. Plaut. Truc. 2, 4, 45 Seſe experturum, quanti ſeſe penderem, Si quod peperiſſem, id educarem ac tollerem. Ter. Andr. 1, 3, 14 Quidquid peperiſſet, decreuerunt tollere. *Contra* Poëta *apud* Cic. de Divin. 1, 42 c. 21

Ibi ex oraclo voce diuina edidit
Apollo, puerum, primus Priamo qui foret
Poſt illa natus, temperaret tollere:
Eum eſſe exitium Troiae, peſtem Pergamo:

Ex quo oraculo Paris expoſitus eſt. Virg Aen. 9, 546 Helenor, Maeonio regi quem ſerua Licymnia furtim Suſtulerat: *interpretatur* Seruius, E ſtupro educauerat. Liu. 5, . . Vt omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur, vellentque in eam ſpem liberos tollere Plin. Pan. 26 Locupletes ad tollendos liberos ingentia praemia et pares poenae cohortantur. *Add.* 2* *pr.* Senec. Ep. 9. *et de* Clement. 1, 13. Cic. Fam. 7, 5 Suſtulimus manus et ego et Balbus. *Admirationis effectus et ſignum eſt.* *Add.* Id. Acad. 4 c. 19. Membra vix tollit de humo Ouid. Faſt. 2, 554. Minas tollere Virg. Georg. 3, 421. Oculos tollere, *vid.* OCVLVS. Oculos ſuſtulit ad proceres Ouid. Met. 13, 26. Oculos tollere contra aliquem, *Diſſentire ab aliquo, et repugnare alicui* Lucret. 1, 67. Palmas ad ſidera tollunt Virg. Aen. 5, 556. Querelam tollunt lugubri voce Lucret. 4, 550. Aliquem Rheda *aut* vehiculo tollere: *vid. Lambin. ad* Hor. Sat. 2, 6, 42 Quem tollere rheda Vellet iter faciens. *Et abſolute* Cic. Qu. Fratr. 2, 10 Mea factum eſt infuſa verecundia, vt te proficiſcens non tollerem. Riſum tollere alicui Hor. de Arte Poët. 381. *i. commouere ad ridendum.* Signum quaſi aliquod ſuſtuliſti omnibus ad bene ſperandum de Rep. Cic. pro Marc. 2. *vt mox* VEXILLVM. Solio ſe tollit ab alto Virg. Aen. 8, 541. Ad ſpem effingendae eloquentiae Se tollere Quinctil. 1, 2. In Sublime tollere Plin. 10, 8. Tormentum tollere Celſ. 3, 21. Tollere vento fluctus, et mulcere Virg. Aen. 1, 70. Vexillum tollitur, *vt ſignum praelii* Hirt. de B. Alex. 45 Quod vbi conſpexit celeriter vela ſubduci, demittique antennas iubet, et milites armari, et Vexillo ſublato, quo pugnandi dabat ſignum, quae primae ſubſequebantur naues idem vt facerent ſignificabat. *Vid.* VEXILLVM. Vocem exiguam tollere Virg. Aen. 6, 493. Vultus erectos tollere ad ſidera Ouid. Met. 1, 86. ¶ 3 *Tollere, auferre.* Cic. de Amicit. 47 Solem enim de mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt. Detrahere, auferre, tollere Cic. in Orat. 209. Idem Verr. 2, 140 Si tibi magiſtratum abrogaſſet, minore ignominia te affeciſſet, quam cum ea,

ea, quae in magiſtratu geſſiſti, ſuſtulit, atque irrita iuſſit eſſe. Tollere et delere Cic. pro Quint. 70. Idem pro Roſc. Amer. 71 Nonne videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe et eripuiſſe? Virg. Aen. 8, 439 Tollite cuncta, inquit, coeptosque auferte labores. Turpil. Philopatr. *apud* Non. 5, 6 Simul circumſpectat, vbi praeter ſe neminem videt eſſe, tollit, aufert: ego clam conſequor. Tollere, *E medio auferre, vita priuare, enecare, vt in antiquo illo diſticho, quod refert* Tranquillus Neron. 39 Quis neget Aeneae magna de ſtirpe Neronem? Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem. *Duplicem ſignificationem retinet: in priore enim pro* Enecauit, *in poſteriore pro* Portauit, *ſumitur.* Cicero Caeſarem laudandum et tollendum cenſebat, cum aliud diceret, aliud intelligi vellet Vell. 2, 62, 6. *Conf.* Brut. ad Cic. Fam. 11, 20 *pr.* Tollere et interficere Cic. pro Cluent. 25. *Sed remouere ſimpliciter ſignificat in illo* Cic. pro Quint. 12 Tollitur ab atriis Liciniis, atque a praeconum conſeſſu in Galliam Naeuius et trans Alpes vsque transfertur. Ab igne tollere Scribon. 8, 157. Cic. Poſt red. in Senat. 31 Aditus templorum erant non ſolum praeſidiis, et manu, verum etiam demolitione ſublati. Aes alienum, *pro Diſſoluere* Vict. de Viris illuſtr. 29. Ancoras Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 31. Auaritiam ſi tollere vultis, mater eius tollenda eſt luxuries Cic. de Orat. 2, 171 c. 40. Aurum Liu. 26. Calices Martial. 11, 12. Callos tollere Scribon. 37. Carnem ex palpebris Ibid. Cic. pro Roſc. Amer. 3 Tametſi non modo ignoſcendi ratio, verum etiam cognoſcendi Conſuetudo iam de ciuitate ſublata eſt. Conſules Cic. ad Brut. 11. Controuerſias Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 9. Conuiuium Plaut. Menaech. 3, 1, 17. Virg. Aen. 8, 175 Iubet et ſublata reponi Pocula. Cic. Att. 15, 11 Etenim Seruilia pollicebatur ſe curaturam, vt illa frumenti curatio de S. C. tolleretur. Idem de Nat. Deor. 3, 84 Eundemque ferunt, haec quae dixi ſublata de Fanis in forum protuliſſe, et per praeconem vendidiſſe. De igne tollere Colum. 12, 41. Cic. pro Roſc. Amer. 20 c. 7 Demonſtrant cum pater huiusce Sext. Roſcius homo tam ſplendidus et gratioſus, nullo negotio ſit occiſus, perfacile hunc hominem incautum, et ruſticum, et Romae ignotum De medio tolli poſſe. Cic. Att. 2, 24 Primum Cepionem De oratione ſua ſuſtulit, quem in Senatu acerrime nominarat, vt appareret noctem, et nocturnam deprecationem interceſſiſſe. *i. non amplius mentionem eius fecit.* Cic. pro Cluent. 79 Et illum hominem aedilicium, iam praetorem opinionibus hominum conſtitutum, non diſceptatione dicendi, ſed clamore hominum de Foro, atque adeo de ciuitate eſſe ſublatum. Dentem Scribon. 53. Diem tollere, *vid.* DIES. Dolorem protinus Scribon. 11. In praeſentia Id. 221. Dolorem dentium Plin. 20, 3. Dubitationem alicui Cic. Att. 12, 7. Duritiem ex toto Scribon. 128. E ciuitate aliquem Cic. pro Domo 44 c. 17. Idem de Fin. 1, 26 Tu quidem, inquit, totum Epicurum paene E Philoſophorum choro ſuſtuliſti? E medio aliquem tollere, *idem quod* Tollere de medio, *et occidere* Liu. 24, 6. Cic. pro Flacc. 7 Inimicus M. Caelius, quod cum in re manifeſta putabat nefas eſſe publicanum iudicare contra publicanum, ſublatus erat E numero recuperatorum: tamen tenuit ſe, neque attulit in iudicium quidquam ad laedendum, niſi voluntatem. Cic. Diu. in Caec. 3 Seſe iam ne deos quidem in ſuis vrbibus, ad quos confugerent, habere, quod eorum ſimulacra ſanctiſſima C. Verres Ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet. Cic. pro Roſc. Amer. 31 Nonne videntur hunc hominem Ex rerum natura ſuſtuliſſe et eripuiſſe, cui repente caelum, ſolem, aquam, terramque ademerunt? Cic. Acad. 4, 62 Dixitque ſapientis eſſe opinionem a perſpicuitate ſeiungere: nihil fecit:, ipſius enim opinionis errorem nullo modo ſuſtulit. Exercitum religio tollit Cic. Fam. 1, 1. *i. propter libros Sibyllinos, qui vetant, exercitus non decernitur.* Cic. de Nat. Deor. 2, 81 c. 33 Sed quia Druſum Ferro, Metellum veneno ſuſtulerat: illos conſeruari melius fuit, quam poenas ſceleris Varium pendere. Idem de Lege Agr. 1, 23 Timorem bonis inieciſtis; fidem de foro, dignitatem de Republ. ſuſtuliſtis. Genus orationis tollere Cic. Fam. 3, 8. Haemorrhoidas Scribon. 230. Honores Ouid. Am. 2, 2, 27. Imperitorum omnem errorem tollere Cic. de Fin. 1, 37. Inducias tollere Liu. 30, 4. Cic. de Legib. 2, 31 Quid, Leges non iure rogatas tollere? Idem Fam. 1, 8 Dignitas in ſententiis dicendis, libertas in Rep. capeſſenda, ea ſublata tota, ſed nec mihi magis quam omnibus. Plin. 10, 75 Plani autem piſcium in vado dormiunt, vt Manu ſaepe tollantur. Saxum Virg. Aen. 12, 904. Manus tollere ab re aliqua Ouid. Epiſt. 20, 146. Cic. pro Quint. 12 Cuius omnino rei Memoriam omnem tolli funditus, ad deleri arbitror oportere. Idem pro Roſc. Amer. 6 Deleatis ex animo ſuſpicionem omnem, Metumque tollatis. Cic. Att. 10, 1 Nunc ait ſe daturum, quum ex P. ſuſtulerit Moram tabellarius. Nefas Ouid. Met. 2, 506. Nomen alicuius ex omnibus libris tollere, *delere* Cic. Att. 13, 44. Prouerbium tollere *quid ſit apud* Varr. R. R. 2, 9, 9 *non conuenit inter viros doctos: mihi tamen probabilius videtur, idem eſſe quod corrumpere, factis refellere et falſum certe non vniuerſim verum eſſe, oſtendere.* Querelas tolle, *Noli amplius queri* Hor. Epiſt. 1, 12, 3. Scabiem Scribon. 250. Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt Cic. de Amic. c. 13. Res ferias omnes tollo ex hoc die in alium diem, *i. differo.* Plaut. Poen. 2, 52. *Sed Gron.* extollo; *quod metro magis conuenit.* Spem aliquid faciendi tollere Caeſ. Bell. Gall. 7, 28. Cic. Att. 10, 16 Omnem igitur Suſpicionem ſuſtuli. Idem pro Roſc. Amer. 6. Cic. pro Font. 14 Noluerunt ii, qui iudicabant, hanc patere inimicitiis viam, quem quisque odiſſet, vt eum Teſtimonio poſſet tollere. *e ciuitate, e numero honeſtorum etc.* Celſ. 3, 21 Si ne per has quidem Tormentum tollitur, incidenda cutis eſt, et tum his vtendum. Vitia tolluntur Scrib. 99. *vulgo* eradicantur. Hor. Serm. 1, 4, 11 Erat *(in Lucilii verſibus)* quod tollere velles, *i. delere. Vid.* Burm *ad* Quinct. 10, 1 p. 909. ¶ 4 *Praet. Perf.* Tetuli *eſt* Plauti Ciſt. 3, 19. Moſt. 2, 2, 40. Rud. Prol. 68. *Add.* Non. 2, 839. *Sed etiam* Tolli. Perſ. 4, 2 Sorbitio tollit quem dira cicutae, *Periphraſis Socratis.* Tolliſſe l. 3 §. 4 D. de acceptilat. Tollerunt, genuerunt Gloſſ. Iſid. *Vid.* Bynkersh. *Obſ.* 1, 25.

TOLLENS, entis. Part. Virg. Georg. 3, 421. *et* Aen. 12, 904. Pueri paronychia cum ingenti ſubtilitate tollentes Petron. c. 31.

SVBLĀTVS, a, um. Partic. [ἀρθείς, μετεωρισθείς, ἀφαιρεθείς] Plin. 11, 29 Gregatim ſublatae vento in maria aut ſtagna decidunt. Clamor ſublatus ad aethera Virg. Aen. 2, 338. Dolis ſublatis aperire aliquid, *Referre ſine dolo* Virg. Aen. 12, 26. Errore ſublato agnorunt parentes, *etc.* Lucan. 3, 601. Lex ſublata Propert. 2, 7, 1. Pauore ſublato ſecura turba Lucan. 3, 438. Ex oculis ſublata virtus Hor. Carm. 3, 24, 32. Cic. Verr. 5, 142 Sic ille affectus illinc tum pro mortuo ſublatus, breui poſtea eſt mortuus. Sublati, *Ferocientes, ſuperbientes.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 16 Quo praelio ſublat tii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum rant, audacius ſubſiſtere. Sublati liberi, *i. Suſcepti.* Paul Filius familias D. de acquir. hered. Filius familias duxit vxor filiis ſublatis inteſtata deceſſit. Filii iuſſu patris, non aui hereditatem.

SVBLATVRVS, a, um. Partic. [ἀρῶν] Cic. Att. 15, rem Seruilia ſublaturam ex S. C. ſe eſſe dicebat.

SVBLATE. Adu. *Vt,* Cic. Brut. 201 c. 53 Quoniam o bonorum duo genera ſunt, vnum attenuate preſſeque alterum ampleque dicentium. Sublatius de ſe dicere Cic. pro D c. 36. *Conf.* Ammian. 20, 8.

SVBLATIO, ōnis. f. [ἄρσις, ὑφαίρεσις] Quinctil. 7, 1 reſtitutio pro ſublatione iudicii ſit, et perinde valeat, ac ſi i non fuiſſet? *Sed* Cic. de Fin. 2, 13 Sed hoc intereſt, quod v dicitur etiam in animo vitioſa res, vt Stoici putant, qui definiunt, Sublationem animi ſine ratione opinantis ſe magn frui, *etc.*

TOLŌSA, ae. f. [Τολῶσα] Tectoſagum, *Narbonenſis vrbs nobiliſſima; a qua* TOLOSANI, Tectoſagi, Plin. 3, 4. *dict* tum eſt adagium, Aurum Tholoſanum *de quo ſupra in* AVR

TOLOSĀTES. *Iidem qui et* Toloſani. Caeſ. Bell. Gall. non longe a Toloſatium finibus abſunt.

TOLVS, *a quo* Capitolium, *vid.* OLVS, I.

TOLVTARIVS, a, um. *vel* TOLVTARIS, e. Adi. [Gloſſ.] *quaſi* Volutarius *a pedum volubilitate dictus.* Tolutarium a cone *diſtinguit* Seneca Epiſt. 87 Ita non omnibus obeſis mannis, conibus, et tolutariis praeferres vnicum illum equum a Catone de

TOLVTIM. Adu. [ἐνδρόμως] *quaſi* Volutim: hoc eſt liter *ait* Nonius 1, 12. Varro ibid. Vt equus, qui ad vehendum tus, tamen traditur magiſtro, vt equiſo doceat tolutim i Plaut. Aſin. 3, 3, 116 Demam hercle iam de hordeo, tolutim ni Tolutim capere inceſſum Plin. 1, 42. *conf. Fr. Douſa* Rel. p. 103 n. 51.

TOLVTĪLIS, e. Adi. Varro *apud* Non. 1, 60 Gradu tolutili

TOLVTILOQVENTIA, ae. f. [εὐδιοῤῥημοσύνη] Volu cutio. Naeuius, O peſtifera, trux, acerba tolutiloquentia Non

T O M

TOMACVLVM, i. *vel* TOMĀCLVM, i. n. *per ſyncop*

TOMACVLA, *vel* TOMACINA, *vel* TOMACELLA *Videntur eadem eſſe, quae* Iſicia *vocat* Apicius, *qui propterea* T lorum *mentionem non videtur facere. Certe vt* Iſicia Inſicia *ab do, ſic a* τομᾶν, *quod ſecare ſignificat,* Tomacula. *vid. ergo* Iu Iuuen. Sat. 10, 355 Exta, et candiduli diuina tomacula porci. V R. R. 2, 4 Itaque ſuibus animam datam eſſe proinde ac ſalem ſeruaret carnem. E queis ſuccidias Galli optimas et maxima conſuerunt. Optimarum ſignum, quod etiam nunc quotanni lia apportantur Romam pernae, tomacinae, et taniacae, et pe *Dicitur alias* Inſicium. *Vid.* ISITIVM. Martial. 1, 42 F tomacla. Tomacula cum botulis effuſa Petron. c. 49. runt tomacula ſupra craticulam poſita Id. c. 31. *conf. impr. Gonſal.*

TOME, es. f. [τομή] Sectio Auſon. Epiſt. 5, 88.

TOMENTVM, i. n. [γνάφαλον] *q. d. tondimentum. breuis et conciſa, quae ex veſtibus a fullone poliendo detrahitur: quid farciminis ex quacunque re, ſiue ex foeno et palea, ſiue ex fuerit, quo culcitrae farciuntur.* Varro de L. L. 4, 35 Po tranſierunt ad culcitras, quod in ea ſagus aut tomentum, aliud calcabant, ab inculcando culcitra dicta. Culcita coccine mentum habet Petron. c. 38. *In hoc genere nobile* Tomentum gonicum (*al.* Leuconicum) *de quo* Mart. 14, 159 *coll.* 11, 22. S de Vita Be. c. 25 Si laſſa ceruix mea in manipulo foeni acquieſ ſuper Circenſe tomentum per farturas veteris lintei effluens Circenſe tomentum *itaque videntur viles puluini, quales ponerentu in circo. Arundinem conciſam ſic eſſe adhibitam, docet* Martialis. *torum autem aliud* Leuconicum *dicebatur, quod fiebat ex lana ciſa: aliud* circenſe, *ex arundinibus conciſis factum, idque ſtre habebatur plebeiorum, dictum* circenſe, *quod id circo Romano ſter illicque pauperiores quieſcebant. Haec colligunt ex* Martial. 14, mentum conciſa palus circenſe vocatur: Haec pro Lingonico (conico) ſtramina pauper emit. Sueton. Tib. c. 54 Druſo a menta ſubducta, vt tomentum e culcita tentauerit mandere.

TOMEX, *vid* THOMEX.

TOMĪCVS, a, um. Adi. [τομικός] *Secans.* Celſ. 8, 1 quaterni primi tomici (*i. inciſores*) a Graecis vocantur.

TOMOS. [Τόμος, Τόμοι, Τόμις, Τομεύς] *Ponti oppidum ſonis exilio notum, quod ipſum a Mileſiis deductum innuit ipſ* Triſt. 1, 9, 3. *Cur autem* Tomos *dictum ſit* Idem Triſt. 3, 9, Tomos, dictus locus eſt, quia fertur in illo Membra ſoror conſecuiſſe ſui. *Nam* τομή *Graecis inciſio dicitur. Abſyrtus au fuit Medeae crudelitate ſectus, vt Ouidius loco citato oſtendit.*

TOMĪTAE, arum. m. Pl. *Incolae iſtius oppidi.* Ouid. T 2, 85 Neſcio quo videam poſitos vt in orbe Tomitas Exilen per mea vota viam.

TOMITANVS, a, um. Adi. [Τομίτης] *Vt,* Humus tana Ouid. ex Pont. 3, 1, 6. Ager Tomitanus Idem ex Pont.

TOMVS, i. m. [τόμος] *Volumen operis maioris, ſectio,* Martial. 1, 67 Scriptura quanti conſtet, et tomus vilis. *i. charta gula.* ¶ 2 Tomus thurianus, *piſcis ap.* Plin. 32, 11.

TOMȲRIS, is. f. [Τόμυρις] *Regina nobilis Maſſagetarum in S quae Cyrum debellauit et interemit, ſi fides Herodoto, ex quo Iuſti petit* 1, 8. *Nam alia omnia Xenophon.* Tibul. 4, 1, 143 Nec gna vago Tomyris finiuit Araxe.

T O N

TONATIO, *vid.* TONO.

TONDEO, totondi, tonſum, ēre. [κείρω, πέκω] *Lanam, ſ. capillo incidere.* Cic. Tuſc. 5, 58 c. 20 Sueton. in Auguſto c. 79 In cap mendo tam incurioſus, vt raptim compluribus ſimul tonſoribus ram daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam. *h. e. tonderi, modo radi faceret: nempe radendo auferuntur ab imo pi cula, ad tondendum forfex ſufficit.* Martial. 2, 17 Non ton quam: quid ergo facit? radit. Virg. Georg. 3, 561.

...m tondere Idem Georg. 2, 368. Capillos Cic. Tuſc. 5 c. 20. ... tondere ad cutem Celſ. 6, 6, 15. Comas tondere Tibul. 3, 10. Dumeta tondere dicuntur iuuenci, *i. Paſcere.* Virg. Georg. ... Tondentur tenero viridantia Gramina morſu Idem in Cul. 15. Herbas fruticantes tondere Plin. 12, 25. Oues tondere ... 3, 48. Os alicuius tondere Catul. 59, 139. Prata ton... re *Secare* Virg. Georg. 1, 290. Valer. Flacc. Argon. 1, 378 ...s et Eurytion ſeruato colla capillo, Quem pater Aonias Redu... ndebit ad aras. *Quidam olim quamdiu peregre erant, comam ale... nt tonſam, reduces et ſoſpites domi eam tondebant: quod apud Aegy... btinebat.* *Vid.* Diodor. l. 1. Violas tondere manu Propert. 3, ... *conſ. Barth. ad Script. Ven. p. 182.* *Paſſiui ſignificatione ... unt,* Candidior poſtquam tondenti barba cadebat Virg. Ecl. 1, ... *d non recte huc refertur* Virg. Georg. 3, 312 Nec minus interea ... incanaque menta Cinyphii tondent hirci. *Non paſſiue ponitur ... t: Sed intelliguntur* paſtores, tondentes: hirci *eſt Genitiuus ſin... ar collectiue poſitus. Etiam cum de homine dicitur, proprie non paſ... itur, ſed ea ratione, qua dicitur aliquis,* venam ſecare, veſtem ... ere, domum aedificare, *qui curat ſibi* venam ſecari *etc.* *Quin ... m eſt, an Tityrus Virgilianus vt ſuas oues, ita et ipſum ſe toton... it* *Quod* Liu 27, 34 Neronem tondere cogunt Conſules, *Gronou. ... ſenb. ex libris* tonderi *repoſuerunt.* *Apud* Quinctil. *etiam* 1, 6 ... r. Lauamus, tondemus, et conuiuimus ex conſuetudine, *ſunt optimi ... qui* lauamur, tondemur *habent.* *Et* lauamus *habet aliam ratio... Qui enim in balneo eſt ipſe quoque aliquid agit, et manus mouet, ... de delicatus eſt, ad lauandum: non item qui* tondendum *ſe prae... Ergo non patiar, quantum eius in me, et vt* Cinyphii hirci ton... *patiar, ſed aſſenſione non valde forti, vt* tondeat, *qui ſe tonden... ſori praebet.* *Depon.* Archelaus Euripidis ſuprema non con... proſequi ſumtu funeris, crinem tonſus eſt Solin. c. 14. *Metaph.* ... Bacch. 2, 3, 7 Adibo hunc, quem quidem ego hodie faciam hic ... Phryxi, itaque tondebo auro vsque ad viuam cutem.

... DENS, entis. Partic. [νέμων] *Vt,* Equi late tondentes cam... Virg. Aen. 3, 538. Pecudes tondentes gramina ex vno cam... Lucret. 2, 659. Pecudes tondentes pabula Idem 2, 317. *conf.* ... Iſai. 53, 7. *et* Act. 8, 32.

... SĬTO, āre. Frequent. Plaut. Bacch. 5, 2, 9 Rerin' ter in anno ... onſitari? ſcil. Oues.

... SVS, a, um. Partic. [κεκαρμένος] Qui eſt coma abſciſſa: ... ſus homo, cui contrarium intonſus, capillatus. Martial. ... am mihi nigreſcunt tonſa ſudaria barba. Tonſus, Minu... compoſitus Virg. Aen. 1, 706 — tonſiſque ferunt mantilia vi... ... uius. Capillus tonſus Ouid. Met. 8, 151. Virg. Aen. ... mnibus in morem tonſa Coma preſſa corona, *i. Tonſura talis ..., quae coronae ſimilitudinem referret.* *Nam* premere *ita poni, ... locemus. Vid.* Falce premere. *it.* CORONA n. 8. *Vel ſumitur vt ...* ua tonſa. *et* premere *vt* Stat. Silu. 1, 2, 228. Cutis tonſa ... iſt. 1, 18, 7. Humum tonſam verrit raro pectine Ouid. ... mor. 192. Lanae tonſae Hor. Carm. 3, 15, 13. Myrti ... Quinctil. 8, 3. Nouales tonſae Virg. Georg. 2, 71. Oliua ... *quae minutis frondibus comta eſt: quaſi a tonſore compoſita* Virg. ... 5, 21 Ipſe caput tonſae foliis ornatus oliuae Dona feram. *i. coro... uno oliuae.* Seru. Tonſae, minutis foliis compoſitae, vt Ton... erunt mantilia villis (Georg. 4, 377) Habiturum ſe autem co... tonſilem dicit, vt Cicero, cum ſaltatrice tonſa (in Piſon. 18 c. 8) ... *n hoc videtur dicere* Tonſam *hic eſſe ornatus cauſa attonſam, et ..., non plane raſam.* Valles tonſae, *Arboribus et ſiluis vi...* Virg. Georg. 4, 277.

... SA, ae. f. *et frequentius* Pl. TONSAE, [κῶπαι Gloſſ. Lat. Gr.] ... decutiendis fluctibus. Virg. Aen. 7, 28 Et in lento luctantur ... e tonſae. Seruius. Lucret. 2, 554 Antennas, proram, ma... ſaſque natantes. Reuocatae ad pectora tonſae Percuſſere ... Sil. 13, 240. Stat. Theb. 5, 34 Aſt vbi ſuſpenſis ſiluerunt ... tonſis. *conf.* Lucret. 2, 554. *et* Val. Flacc. 1, 313.

... SVS, ûs. m. *Status tonſi et figura.* Accius *apud* Non. 2, ... lier funeſta veſte, tonſu lugubri. Plaut. Amph. 1, 1, 288 ... s, ſtatura, tonſus, oculi naſum vel labra.

... SIO, ōnis. f. *Vt,* Ouium tonſio Vulg. Interp. Deut. 18, 4.

... SOR, ōris. m. [κουρεὺς] *Qui tondet.* Varro de R. R. 2, ... Omnino tonſores in Italiam primum veniſſe ex Sicilia dicuntur ... mam conditam anno CCCCLIIII, vt ſcriptum in publico Ardeae ... xſtat, eoſque adduxiſſe P. Ticinium Menam. Olim tonſores ... ſſe, adſignificant antiquorum ſtatuae, quod pleraeque habent ... n et barbam magnam. *Eadem* Plin. 7, 59 *ex Varrone.* Plaut. ... 3, 14 Ad tonſorem ire dixit. Hor. Serm. 1, 7, 3 Omnibus ... is notum, et tonſoribus eſſe. Barbam ſtirpitus tonſor for... euellit Sidon. Ep. 1, 2. *add.* Petron. c. 103. Dionyſius ne ... collum committeret, tondere filias ſuas docuit Cic. Tuſc. 5. ... Hor. Epiſt. 1, 1, 94 Si curatus (*al.* curtatus) inaequali ton... pillos Occurro; rides, *qui non ſeruat aequabilitatem.* *Vet. Epi... s in malum tonſorem* Martial. 11, 85. Dare operam tonſori, ... PERA.

... NSORIVS, a, um. Adi. [κουρικὸς] *Quod ad tondendum per... net.* Cic. Off. 2, 25 c. 7 Qui cultros metuens tonſorios candente ... e ſibi adurebat capillum? Cultellus Val. Max. 3, 2, 15. *Apud* ... l. 1, 4, 36 Titulus eſt, de Tonſoriis ferramentis. *add.* Petron. ... Pallad. 1, 43.

... NSVRA, ae. f. [κουρά] *Tondendi opus.* Nec male deformet ... tonſura capillos Ouid. A. A. 1, 517. De tonſura Eccleſia... *vid.* Iſidor. 2, 4. Columel. 7, 4 Tonſurae certum tempus anni ... nes regiones ſeruari non poteſt. Varro de R. R. 2, 11 De ... eo et tonſura lanae. *add.* Colum. 11, 2. *et* 12, 3. Pallad. Maio ... 8. Tonſura, *in vitibus et arboribus.* Plin. 17, 27 Vitis tan... nſuram annuam quaerit, alternam myrtus, punicae, oleae, quia ... r fruticeſcunt.

T... NSTRIX, īcis. f. [κουρεύτρια] Plaut. Truc. 4, 4, 3 Tonſtri... ... ram nouiſti noſtram. Ancilla tonſtrix Id. ib. 2, 4, 51.

T... NSTRICVLA, ae. f. Dimin. [κουρευτρίδιον] Cic. Tuſc. 5, 58 20 Ita ſordido ancillarique artificio regiae virgines vt tonſtri... ... ondebant barbam et capillum patris.

T... NSTRĪNA, ae. f. [κουρεῖον] *Locus, in quo tonderi ſolet.* Plaut. ... t. 4, 1, 5 In medicinis, in tonſtrinis, apud omnes aedes ſacras. Ter. ... orm. 1, 2, 39 Ex aduorſum ei loco tonſtrina erat quaedam. *add.* Plaut. ... Epid. 2, 2, 11. Plin. 35, 10. *et* 36, 22. Petron. c. 64.

T... NSTRINVS, i. m. *Tonſor.* Petron. c. 46 *ſec. Burm. et* Schef... *al.* Tonſorium, *ſc. virum.*

TONSĬLIS, e. Adi. [κουρός] *Quod tonderi ſolet.* Plin. 12, 2 ſ. 6 Primus Cn. Matius nemora tonſilia inuenit. Buxetum tonſile Martial. 3, 58. Coronam tonſilem *vidimus modo ex Seruio in* Tonſa oliua. Facilitas tonſilis Plin. 16, 10. In opere topiario tonſilis Plin. 16, 11.

TONSILLA, ae. f. Palus dolatus in acumen, et cuſpide praeferratus, qui nauis religandae cauſa in litore figitur. Actius, Tacete, et tonſillas in litore edite. Feſtus. ¶ 2 Tonſillae, [παρίσθμια] *ſunt carunculae circa vuam ex vtraque parte infra fauces, vocanturque* Glandulae, *ob quandam glandis ſimilitudinem.* Plin. 11, 37 ſ. 66 Tonſillae in homine, in ſue glandulae. Tonſillarum tumor magnus Scribon. 61, 71. Cic. de Nat. Deor. 2, 131 c. 54 Linguam autem ad radices eius haerens excipit ſtomachus, quo primum illabuntur ea, quae accepta ſunt: oris vtraque ex parte tonſillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Amygdalinae *a forma Galeno dicuntur, ſuntque glandulae in radice linguae, quae ſaliuam conficiunt. Conf.* Plin. Praef. *it.* 11, 37. 35, 15. 37, .. Celſ. 6, 10. 7, 12.

TONSICVLA, ae. f. *Piſcis.* Caſſiodor. Var. Ep. 12, 4.

TONITRV, *vid.* TONO.

TONO, āui, ātum, *et aliquando* ui, ĭtum, āre. [βροντάω] *Sonitum illum et fragorem notat, qui turbido poſt aeſtum et vapores caelo ſolet exiſtere.* Tonat *autem* caelum, nubes, Iupiter. *Sed ille Nominatiuus plerumque omittitur.* Si fulſerit, ſi tonuerit, ſi tactum aliquid erit de caelo Cic. de Diuin. 2, 142 c. 72. Sereno quoque caelo aliquando tonat Sen. Qu. Nat. ., 1 *extr.* Tempeſtate ſerena tonuerat Suet. Veſp. c. 10. Quum tonuit laeuum bene tempeſtate ſerena Cic. de Diuin. 2, 82. Vt ſubito, vt propere, vt valide tonuit Plaut. Amph. 5, 1, 10. Aetna tonat ruinis horrificis Virg. Aen. 3, 571. Aſtra tonuere feris clamoribus Sil. 16, 95. Plin. 15, 33 Tiberium principem tonante Caelo, ea coronari ſolitum ferunt contra fulminum metus. Caelum tonat omne fragore Virg. Aen. 9, 541. Cic. de Nat. Deor. 2, 65 Hunc etiam augures noſtri quum dicunt Ioue fulgente, tonante, dicunt enim in caelo fulgente, tonante. *Metaph.* Laudes alicuius tonare, *Magnopere efferre.* Plin. in Praefat. Mare tonuit ex alto Senec. Hippol. ſ. 10. Murmure ac verberibus tonare, *Reſonare* Martial. 9, 70. Ore tonare deos, erebumque chaoſque *etc.* Virg. Aen. 4, 510. *Add.* Petron. c. 122. Spiritus ore tonat Propert. 4, 1, 139. Tympana tenta tonant palmis Lucret. 2, 618. Verba tonare inſano foro Propert. 4, 1, 134. ¶ 2 Tono, ĕre. *In tertia Coniugatione dixere veteres, vnde Praeteritum* Tonui, *et Supinum* Tonitu *inducuntur.* Tympana non inani ſonitu tonimus Nonius 1, 245.

TONANS, antis. Partic. [βροντῶν] *Dei epitheton, ap.* Sen. Benef. 4, 7. *Eminentia quadam* Iupiter dicitur: *vt,* Magni tecta Tonantis Ouid. Met. 1, 170. Ioue tonante, caelo tonante Cic. de N. D. 2 c. 25. Germana Tonantis, *Iuno* Ouid. Epiſt. 9, 7. Tonantes, *i. Iupiter et Iuno* Sen. Med. v. 59. *add* Prudent. Hymn. 6, 81. *et* 12, 83. *Metaph.* Columel. 1 praef. 30 Neque ille ipſe Cicero territus ceſſerat tonantibus Demoſtheni Platonique. Mart. 5, 16 Nam ſi falciferi defendere templa tonantis, *Saturnum interpretantur, in cuius aede aerarium.*

TONATIO, ōnis. f. Senec. Nat. Quaeſt. 2, 12 *pr.* Fulguratio oſtendit ignem, Fulminatio emittit, illa (vt ita dicam) comminatio eſt, et tonatio ſine ictu, iſta iaculatio cum ictu. Quidam legunt Commotio.

TONESCIT. [βροντᾷ] *pro Tonat.* Varro *apud* Non. 2, 858 Tonitribus templum toneſcit.

TONITRVS, ûs. m. [βροντὴ] *vel* TONITRV. n. Indecl. in Sing. *in Plur.* Tonitrua. Ouid. Met. 2, 308 Vnde mouet tonitrus vibrataque fulmina iactat. *conf.* Sil. 12, 611. Paullin. Nat. Felic. 8, 129. Iuuen. Sat. 5, 117 — et faciunt optata tonitrua coenas. Plin. 8, 47 Tonitrus ſolitariis ouibus abortus inferunt. Cic. de Diuin. 2, 42 Nonne perſpicuum eſt ex prima admiratione hominum, quod tonitrua, iactuſque fulminum extimuiſſent, crediidiſſe ea efficere rerum omnium praepotentem Iouem? Claudiana tonitrua, *vid. ſub* CLAVDIVS. Igens tonitru Ouid. Faſt. 3, 347. Rauca tonitrua Claud. Paneg. 8, 210. Agere tonitrus Stat. Theb. 1, 258. Ciebo caelum tonitru Virg. Aen. 4, 122. *Verba Iunonis.* Concutiens cuncta tonitru ſonoro Claud. in Conſ. Stil. 2, 1, 27. Concuſſa tonitru tremunt omnia Lucret. 6, 120. Contremit caelum tonitru, flamma inter nubes coruſcat *Poëta apud* Cic. de Orat. 3, 155. Mouere tonitrus Ouid. Met. 2, 308. Motura humanas tonitrua mentes Idem Met. 1, 55. Quatiuntur tonitru caerula caeli Lucret. 6, 95. Tremiſcunt ardua terrarum tonitru Virg. Aen. 5, 694. Armorum tonitru concuſſa eſt Daunia tellus Sil. 13, 10. Plin. 2, 43 Igitur non eam inficias, poſſe in has et ignes ſuperne ſtellarum decidere, quales ſereno ſaepe cernimus, quarum ictu concuti aëra verum eſt, quando et tela vibrata ſtridunt. Quum vero in nubem peruenerint, vaporem diſſonum gigni, vt candente ferro in aqua demerſo, et fumidum verticem voluit. Hinc naſci procellas. Et ſi in nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua edi: ſi erumpat ardens, fulmina: ſi longiore tractu nitatur, fulgetra. Quae porro illa tonitrua? quae tempeſtas? Cic. Philip. 5, 8 c. 3. Quotieſcunque Paullum lego, videor mihi audire non verba, ſed tonitrua Hieron. Ep. 50. Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor tonitruum *de clamoribus infeſtae concionis* Cael. ad Cic. Fam. 8, 2.

TONITRVVM, i. n. *Legitur apud antiquos, vnde procul dubio fit* Tonitrua. Sen. Nat. Quaeſt. 2, 56 Antiqui aut tonitruum dixerunt, aut tonum. Tonitruum autem definit Poſidonius ſicci aëris ſonitum, qui fieri niſi dum aut terit, aut rumpitur, non poteſt. conf. ib. c. 55. Trebell. Pollio in Gallien. c. 5 Auditum praeterea tonitruum terra mugiente, non Ioue tonante.

TONITRĀLIS, e. Adi. *Tonitru edens.* Tonitralia, [βροντεῖα] *Loca, in quibus fit tonitru: vel in quibus habitat is, qui tonat, Deus.* Lucret. 1, 1098 Neue ruant caeli tonitralia templa ſuperne.

TONITRVĀLIS, e. *Aliud* Adi. Apul. de Mundo p. 75 Iupiter tonitrualis.

TONITABĬLIS, e. Adi. [βροντακῖος] Gloſſ. Gr. Lat.

TONITRVO, āre. Commodian. Inſtruct. 6, 7 Inſipiens Iouem tonitruare tu credis.

TONSILLA, TONSOR, TONSTRIX, TONSVS, *vid.* TONDEO.

TONVS, i. m. [τόνος] *Ad verbum eſſet* tenſio *vel* intentio, *vt in chorda arcus, vel in neruis* tortis *catapultarum, de quo* tono *vid.* Vitruu. 10, 15 *extr. in primis vero* Tonus *dicitur a muſicis ſonus, qui ex*

tenſione chordae diuerſa diuerſus oritur, vel interuallum aliquod definitum, vbi tonus *eſt vel maior vel minor, hinc ſemitonium etc.* *Vid.* Martian. Capella 9 p. 314 ſq. Dico, quidquid rite ſonuerit, aut Tonum eſſe, aut Hemitonium, aut quartam partem toni, quae Dieſis appellatur: *deinde ſinit ſingula.* *Add.* p. 324. *Hinc ad omne aliud genus muſicae transfertur: ſed etiam ad vocum ſingularum pronunciationem, quae in parte quadam vocis velut intenditur, id eſt, altius ſonat, vt chorda tenſior.* *Hos* tonos *etiam* tenores *appellat* Quinctil. 1, 5, 22 *vbi addit*, Quos quidem ab antiquis dictos, tonores comperi, vt videlicet declinato a Graecis verbo, qui τόνας dicunt: vel accentus, quas Graeci προσῳδίας vocant *etc.* ¶ 2 Pythagoras interdum ex muſica ratione appellat tonum, quantum abſit a terra luna *etc.* Plin. 2, 22 *quo agit de ſiderum muſica.* *Vid.* Cenſorin. 13 *et quos ibi magno numero excitat Lindebrogius, in primis* Macrob. in Somn. Scip. 2, 1 ſqq. Cic. et Chalcid. in Timaeo Platonis *etc.* ¶ 3 Plin. 35, 5 Deinde adiectus eſt ſplendor, alius hic quam lumen: quem quia inter hoc et vmbram eſſet, appellauerunt tonon: commiſſuras vero colorem et tranſitus, armogen. ¶ 4 Tonus, *pro Tonitru* Sen. Nat. Quaeſt. 2, 56. *Vid.* TONITRVVM.

TONOR, ōris. m. *Accentus.* Quinctil. 1, 5, 22 Tenores ab antiquis dictos tonores comperi. *Vid.* TONVS, n. 1.

TONORIVM, *meliores* TONARIVM, i. n. Fiſtula muſica Quinctil. 1, 10, 27. *Eſt Graecum* τονάριον.

TONOTICVS, a, um. *Vim habens intenſiuam.* Theod. Priſcian. de Diaeta c. 9 Maſtix foris tonotica.

T O P

TOPARCHA, *vid.* TOPOS.

TOPAZIVS, i. f. [τοπάζιον] *Gemma.* Plin. 37, 8 Egregia etiamnum topazio gloria eſt, ſuo virenti genere, et quum reperta eſt, praelatae omnibus. Id accidit in Arabiae inſula, quae Chitis vocatur, in qua Troglodytae praedones quum diutius fame et tempeſtate preſſi herbas radiceſque effoderent, eruerunt topazion. Haec Archelai ſententia eſt. Iuba, Topazion inſulam in rubro mari a continente ſtadiis CCC abeſſe tradit: nebuloſam, et ideo quaeſitam ſaepe a nauigantibus ex ea cauſa nomen accepiſſe. Topazin enim Troglodytarum lingua ſignificationem habere quaerendi. *Add.* Id. 6, 29. Tertull. adu. Marc. 2, 10. Vulg. Exod. 22, 17. A topazio in aurum declinat, *vid.* DECLINO.

TOPAZIĂCVS, a, um. Adi. Fortun. 8, 4 Pulchra topaziacis oneratur zona lapillis.

TOPAZOS, *ſiue* TOPAZIOS. [Τόπαζος] Plin. 6, 29 Inſula in mari rubro, in qua reperitur lapis topazius mire pellucidus. *Vid.* TOPAZIVS.

TOPHVS, i. m. [ὁ λίθος, tofus, tofum Gloſſ. Gr. Lat.] *Genus lapidis aſperi, qui facile in arenam reſoluitur.* Plin. 17, 4. Columel. 4, 22 Arenoſus tophus et plus iuſto ieiunus ſabulo. *conf.* Pallad. 1, t. 5. Vitr. 2, 6. Antra laqueata tophis et pumice Ouid. Faſt. 2, 315. Duriſſimus Colum. 3, 11, 7. Leuibus tophis ſtructa atria Ouid. Met. 8, 560. Leues tophi Idem Met. 3, 160. Scaber tophus Virg. Georg. 2, 214. Decidens Scabrum cauat vnda tophum Sulpit. Seruaſt. in Catalect. Scalig. p. 232. Sordidus tophus Stat. Silu. 4, 3, 53. ¶ 2 Tophus, *callus in articulis et circa oſſa* Vet. Gl. πῶρος.

TOPHĬNVS, a, um. Adi. *Quod ex topho eſt.* Suet. in Claud. Caeſ. 21 Circo vero maximo marmoreis carceribus, auratiſque metis, quae vtraque et tophina ac lignea antea fuerant, exculto, *etc.*

TOPHACEVS, *aut* TOFACIVS, a, um. Adi. *Idem.* Plin. 17, 7 *de terrae diſcriminibus*, Eſt enim alba, rufa, columbina, argillacea, tophacea, arenacea. Vnde tophacea quoque pyra, vulgus noſtrum appellat, a tophis, qui intus reperiuntur. Structura tofacio lapide ſtructa Pallad. Aug. c. 9.

TOPHICIVS, a, um. Capitol. in Maxim. c. 6.

TOPHŌSVS, a, um. *Topho plenus.* Sidon. Epiſt. 3, 13 Verruca humore tophoſa.

TOPIAE, arum. f. Plur. *Species fici.* Colum. 5, 10.

TOPOS, *Graece*, [τόπος] *Latine dicitur Locus.* Manil. 3. v. penult. Octo topos per quos ſtellae diuerſa volentes.

TOPARCHA, ae. c. [τοπάρχης] *Qui vnius loci vel regionis curam habet.* Spartian. in Adr. c. 13 Toparchas et reges ad amicitiam inuitauit.

TOPARCHIA, ae. f. [τοπαρχία] Territorium, ſiue regionis praefectura Plin. 5, 14.

TOPIVM, i. n. [τόπιον] *Quid eſſet, explicat* Vitruu. 7, 5 Habentem deorum ſimulacra, ſeu fabularum diſpoſitas explicationes, non minus Troianas pugnas, ſeu Vlyſſis errationes per topia, caeteraque quae ſunt eorum ſimilibus rationibus ab rerum natura procreata. Topia, *inquit Heſychius, funiculi ſunt, quibus frutices, et arbuſculae tonſiles in animalium ſpecies, aut rerum hiſtorias luculenta varietate aſſimilatae, religatae multis locis hinc inde diſtinentur, et torquentur, flectunturque, ad effingenda quae luduntur rerum et animantium argumenta. Hinc* Topiarium *opus deductum reor* Turneb. *conf.* Spartian. in Adriano c. 10.

TOPIARIVS, i. m. [τοπιοποιὸς] *Qui* topia *vel* topiaria *facit: ſicut* Coronarius, *qui coronas.* Plin. 15, 29 Satiuarum genera topiarii faciunt. Plin. Epiſt. 3, 19 Sumtus Atrienſium, topiariorum, fabrorum. *conf. Alex. ab* Alex. 3, 25. Vet. Inſcr. *apud Gruter.* p. 602, 2. LVCRIO. AVG. TOPIARIO. EX. HORTIS. Topiarium laudaui, ita omnia conueſtiuit hedera, *etc.* Cic. Q. Frat. 3, 1, 2 *De homine enim eſt interpretandum, qui locum opere topiario ornarat.* *Turnebus.* *Add.* Cic. Parad. 5.

TOPIARIA, ae. f. [τοπιοποιητικὴ] Ars ipſa, *vnde* Topiariam *facere, pro Artem exercere operis* topiarii. Cic. Q. Frat. 3, 3, 2 Topiarium laudaui, ita omnia conueſtiuit hedera, qua baſim villae, qua intercolumnia ambulationis, vt denique illi palliati topiariam facere videantur et hederam vendere. *conf.* Id. ad Qu. Frat. 3, 1, 2.

TOPIARIVM, i. n. *Dicitur Opus ex arbore, aut frutice, aut herba factum ad decorem, vt ſunt teſtudines, camerae, naues, auiculae, et huiusmodi, quae ex buxo vel hedera, quarum natura ſequax eſt et flexibilis, fieri conſueuerunt. Dictum topiarium* ἀπὸ τῶν τόπων, *hoc eſt a locis, quae in his varia conſtituuntur.* Plin. 15, 30 Accedit in topiario opere taxa, *etc.* *conf.* Vitruu. 5, 8. Plin. 18, 26. ICt. Dig. 32 t. 1 l. 60 § 3.

TOPĬCVS, a, um. Adi. [τοπικὸς] *Localis. Vnde Ariſtoteles et Cicero* Topica, *libros appellarunt, in quibus indicant quoſdam velut locos argumentorum generales, a cauſis v. g. effectibus, ab antecedentibus, ...tibus, conſequentibus, a ſignis, a paribus etc.* Cic. Fam. 7, ... tui Topica Ariſtotelica conſcribere. *conf.* Id. Topic. c. 1.

TOPĬCE, es. f. [τοπικὴ] *Ars ipſa inueniendorum ar...rum.* Cic. in Topic. 6 c. 2 Inueniendi vero artem, quae to... citur, quae ad vſum potior erat, et ordine naturae certe pr... tam reliquerunt. *Add.* Quinctil. 5, 14, 28.

TOPOGRAPHIA, ae. f. [τοπογραφία] *Locorum deſcri... tine dicitur.* Cic. Att. 15, 16 Itaque me referunt pedes in Tuſc... et tamen haec τοπογραφία ripulae videtur habitura celerem ſat... *Vbi tamen ex vetuſto ſcripto codice legitur* ῥωπογραφία. *Hodie ... buſtum, quo conſita erat ripa, topiario opere excultum, vel ſi... varia viridia.* *Vid. Victor. et Gronou.*

TOPPER. [αὐτίκα] *Obſoleta dictio, qua antiquiſſimi ... pro Celeriter, ſeu confeſtim, ſtatim.* Naeuius *apud* Feſtum, ... flammam Vulcani topper. *Sunt ibi plura,* Quinctil. 1, 6 ... *tiqua refert.*

T O R

TORAL, ālis. n. [περίκλινον Gloſſ.] *Inuolucrum aut ſtr... ſtis tori, id eſt congeſtae plumae, vel herbae, vel arundinis operi... quod et elegantiore rurſus ſtragulo obducebatur conuiuii cauſa, a... rum.* Ten' Tyrias dare circum illota toralia veſtes Hor. Sat... Toros aureis toralibus texit Lamprid. Elag. c. 19. Ouid. Met.

— In medio torus eſt de mollibus vlnis
Impoſitus lecto, ſponda pedibusque ſalignis,
Veſtibus hunc velant, quas non niſi tempore feſto
Sternere conſuerant.

Varro de Vit. Pop. Romani *apud* Non. 1, 35 Quod frontem lectic... bant ex ea herba torta, torum appellatum: hoc quod iniic... nunc toral dicitur. *Vid.* TORVS. *Caſaub. ad* Lamprid. c. 19 *vult eſſe* περιβλήματα, *quae lectis circumiiciebantur.* *Vi... ad* Petron. c. 40. Paul. ICt. Dig. 33 t. 10 l. 3. Hor. Epiſt. 1, ... turpe toral, ne ſordida mappa Corruget nares.

TORĀLE, is. n. [ἐπίβλημα] *inquit* Varro de L. L. 3, ... ante torum eſt.

TORANIVS, i. m. [Τωράνιος] *Mango quidam: qui, ... eſt* Plin. 7, 12 M. Antonio iam Triumuiro, eximios forma p... terum in Aſia genitum, alterum trans Alpes, vt geminos ... tanta vnitas erat. *etc.*

TORCVLAR, āris. n. *et aliquando,*

TORCVLĀRE, is. n. [ληνὸς] *Machina premendis vu...* Plin. 15, 1 An maturitas illa in torcularibus fiat, an ramis ... Columel. 12, 50 Tum diligenter mundatam protinus in torcular... et integram in fiſcinis nouis includi, praelisque ſubiici, vt ... poſſit, paullisper exprimatur. Admitti in torcular Colum... Conſtituere torcular Colum. ib. *add.* Plin. 18, 31. Celſ. 8, 2... 6, 9. Colum. 1, 6. *Non deſunt qui putent* Torcular *habere pen... correptam, dicentes a* Torculum fieri Torcular; *vt a* Speculu... cular. *Longam ſtatuit* Priſcian. et Beda. Calcaturus erat qu... laria ſolus Fortunat. *quem verſum tamen alii pro mendoſo haben... Borrich. Parn. in Nuce.*

TORCVLARIVM, i. n. *Locus eſt, in quo ſunt* torcula ... prela, *et reliqua.* Cato de R. R. 12 In torcularium, quae o... vaſis quinis: Prela temperata quinque, ſuperuacanea tria. Id. c. 13. *it.* 18.

TORCVLARIVS, a, um. Adi. [ὑπολήνιος] Torcula... Cato c. 11. Torcularii lacus Columel. 12, 18. To... cella Idem 1, 6.

TORCVLARIVS, i. m. [λήναιος] *Qui torculari prem...* Columel. 12, 50 Quia interdum multitudo baccae torculariorum ... cit laborem.

TORCŬLVS, a, um. *Proprie enim Adiectiuum Nomen eſt.* ... culos funes Cato *vocat* c. 68. 135 *et al.* *it.* Varro 3, 2, 8. ... torcula Varro 3, 2, 8. Cato 1, 5 Ad villam quum venias, ... vaſa, torcula, et dolia multa ne ſient. Plin. 18, 31. *Et om... mine* vaſis, Torcula olearia Varro R. R. 1, 55, 7. Torculum, q... torcular dicitur, dictum quod intortum laticem vitis vel oleae ... mat. Varr. γεροντοδιδασκάλῳ, Vineis vbi ampla cella torculu... nant *ex* Nonio 1, 233. *Et femin.* Gloſſ. Torculae, ἐλαιοτριβεῖα.

TORCŬLO, āre. Fortun. in Epiſt.

TORCVLĀTOR, ōris. m. [ληνοβάτης] Calcator. Gloſſ.

TORDILE, is. n. Plinio; *vel* TORTILE, Ruellio, *et* ... DILION, *ſ.* TORDYLIVM, Semen ſeſelis Plin. 24, 19. *et* Dioſc. 3, 56.

TOREVMA, ătis: *et* TOREVMATVM, i. n. [τόρευμα ... *ſculptum vel caelatum, (a* τορεύω *ſculpo et caelo) ex quacunque ... quod in deliciis habetur.* Cic. Verr. 2, 118 Toreumata ſane ... pretioſa auferuntur. Ibid. 4, 38 c. 18 De hoc Verri dicitur, eum perbona toreumata, in his pocula duo quaedam, quae H... nominantur, Mentoris manu ſummo artificio facta. *Add.* Id. ... ſon. c. 27. Suet. Caeſ. c. 47. Sidon. Ep. 1, 2. *et* 2, 13. Salluſt ... las, ſigna toreumata emunt. Martial. 3, 35 Artis Phidiacae to... clarum. Idem 14, 94 Plebeia toreumata. Miratus fueri... priſca toreumata multum Martial. 8, 6.

TOREVTES, ae. m. [τορευτὴς] *Graecis dicitur ca... ſculptor. Hinc*

TOREVTICE, es. f. [τορευτικὴ] *Ars ipſa, quae et Anag... et ſculptura ſiue caelatura dicitur.* Plin. 34, 8 Et alterum colo... nudum, primusque artem toreuticen aperuiſſe atque demonſtraſ... rito iudicatur. *de Phidia ſculptore.* *conf.* Plin. 35, 10.

TORMENTVM, i. n. *Primo funem* [σχοῖνος] *notat, qui to... do efformatur.* Praeſectis omnium mulierum crinibus tormenta ... runt Caeſ. B. C. 3, 9. Quadruplici tormenta adſtringere ... Grat. Cyneg. v. 26. Tormento citharaque tenſior Poëta ... carm. 5. Crinis ſtuppeo tormento aſſimilis Apul. Apol. ... ¶ 2 *Cum funium conſtrictione et attritu vterentur homines ad d... inferendum:* tormentum στρεβλὴ, βασανισμὸς *Supplicium eſt, quod ... infertur ad exprimendam doloris ope veritatem: vel poenae cauſa a... ciatum inferendum: denique omnem doloris cuiuscunque vehementia... nomen exprimit.* Cic. de Fin. 3, 42 Vtque in omnibus torm... conſeruetur vita beata. Idem pro Sull. 78 c. 28 Quaeſtiones ſeruorum ac tormenta accuſator minitatur. *Et mox,* Tormenta ... nat dolor, moderatur natura cuiusque tum animi tum corporis; quaeſitor, flectit libido, corrumpit ſpes, infirmat metus, vt in ...

ngustiis nihil veritati loci relinquatur. Quinct. 5, 4 Pars quaeſtionem (tormentorum, *quae nominarat modo*) vera fatendi ...tatem vocat, altera ſaepe etiam cauſam falſa dicendi, quod aliis ...tia facile mendacium faciat, aliis infirmitas neceſſarium. *Add.* 2, ſq. Hor. Epiſt. 1, 2, 59 Inuidia Siculi non inuenere tyranni ...ai tormentum. *de dolore ex morbo* Scribon. 9. In tantis tor... eram, cum haec ſcriberem Plin. Ep. 8, 23 *extr. i. animi angori*... *Rurſus* Carnificum tormenta, morborum cruciamenta Cic. Phi... 18 c. 4. Acerrimum tormentum Idem pro Cluent. 176. Lene ...tum Hor. Carm. 3, 21, 13. Accipere aliquem necatum in ...tis Cic. de Nat. Deor. 3, 82. Adhibere tormenta Idem Off. 39 Tormentis Admotis Curt. 6, 11, 31. Serui auctoritate ...torum, et vi tormentorum adducti in veritate manſerunt Cic. ...uent. 176 c. 63. Aliquem cogi tormentis quippiam confiteri ...ro Milon. 58 c. 21. Dare ſe in tormenta Idem Tuſc. 5, 80. ...entis veritas Eruenda eſt Apul. Met. 3 p. 135. *conf.* ib. 10 p. 252. ...tormenta Quinctil. 2, 20. Iniungere ſibi tormentum, *vid.* ...NGO. Perferre vim tormentorum Cic. in Partit. 50 c. 14. ...d in ipſa curatione tormentum habet Celſ. 7, 11. Tormen...rium, *Quod nares torquet et afficit* Plin. 19, 8. Cui inteſti... olet, celeriter tormento liberatur Colum. 6, 7. Calumnia ...s, et caecae ſuſpicionis tormentum Cic. Fam. 6, 7. Idem ...p. 11, 3 Mortem naturae poenam putat eſſe: iracundiae, tormen...

¶ 3 Tormentum *generale vocabulum eſt omnium Ma...um, ſaxa, tela et id genus varia torquentium, in quibus nempe vis in funibus contortis fere ineſſet, vt facile per inductionem docere Poliorcetica Lipſii.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 25 Atque inde fundis, ...tis, ſagittis hoſtes propelli ac ſubmoueri iuſſit. In tormen... vincula matronae ſuos crines contulerunt Flor. 2, 15, 10. Cic. ...5, 4 Aggere, vineis, turribus, oppugnaui, vſusque tormentis mul... Stat. Theb. 9, 146 — non illum impacta mouerent Tor... Fortius tormento Ouid. Met. 9, 218. Miſſilia tor... *vid.* MITTO. Murali tormento concita ſaxa Virg. Aen. ... Rotare tormenta Stat. Theb. 10, 853. *Metaphor.* ...ularum tormentum praecipitandus eſt liber ſpiritus Petron. c. ... *Poëtis. conf.* Iuuenal. 6, 449 Curuum ſermone rotato Torqueat ...ema. *Preli ſ. Torcularis (quod ipſum a torquendo eſſe vidimus) ...ſt apud* Sen. de Tranquill. 1 Tormentum explicandis et nitere ...is veſtibus. ¶ 4 *Etiam machinis hydraulicis hoc no...buitur a* Tertull. de Anima 14 Spiritus, qui de tormento aquae ... Plin. 10, 29 ſ. 43 Exquiſita tibiarum tormenta.

...RMENTVŌSVS, a, um. *Quod tormenta ſ. dolorem affert.* ...urel. Acut. 3, 6 Ligationes tormentuoſi organi.

...RMĬNA, um. n. Plur. [στρόφοι] *Genus morbi, a torquendo, ...lore torquentur inteſtina, vel propter exulcerationem, quae Graece ...a dicitur, vel etiam alia ratione, vt ſcribit* Celſ. 4, 15 ſqq. Qui... mina moleſta erunt, braſſicam in aqua macerare oportet Cato ...156. *add.* c. 126. Plin. 20, 14 Mentaſtrum torminibus cho... efficaciſſimum. Columel. 12, 7 Sequitur torminum vitium, ...ſignum eſt cruenta et mucoſa ventris proluuies. Chole...mina Plin. 20, 14. Lania tormina Scribon. 111. Affici ...ibus Idem 29, 11. Praebere ſe forticulum in torminibus ...ſtranguria Cic. Tuſc. 2, 45 c. 19. *de Epicuro.* ¶ 2 Tor...m. Plur. *apud* Non. 1, 135. *Sed exempla ab ipſo allata* Tormi...t Torminoſos *nihil probant. Sit igitur fides penes Nonium aut ...te librarium.*

...RMINŌSVS, a, um. Adi. [στροφούμενος] *Qui eum morbum pa...uem Dyſentericum appellant Graeco vocabulo.* Cic. Tuſc. 4, 27 c. ...ue dicimus grauedinoſos quosdam, quosdam torminoſos, non quia ...ſint, ſed quia ſaepe ſint. Torminoſi Scribon. 85. 112. *etc.*

...RMINĀLIS, e. Adi. [στροφωτικὸς] *Quod tormina infert.* ..., 21 Quartum genus torminale appellant. *de ſorbis.* Her...minalis Apul. de Herb. c. 15. Celſ. 2, 30 Item mel coctum, ...matura, ſorba, magisque ea, quae torminalia vocantur, *etc.*

T...NATILIS, TORNO, *vid.* TORNVS.

T...RNVS, i. m. [τόρνος, δῖνος] *Inſtrumentum fabrile, quo ligna, reliqua huiusmodi torquendo et circumactu axiculorum vel exca..., vel extra poliuntur.* Plin. 7, 56 Normam autem et libellam, ...um, et clauem Theodorus Samius inuenit. Meta caua ...o Vitr. 9, 9. *conf.* Id. 9, 4. Idem 16, 40 Calices ex tere... ſolitus facere torno. Virg. Ecl. 3, 38 Lenta quibus torno ...uperaddita vitis. Lucan. ad Piſon. 84 — Hinc exornata Aduolat, excuſſo velox ſententia torno. Anguſto torno includere Propert. 2, 34, 42. *h. e. Scribere verſus elegos, qui mi...ant verſibus heroicis. Simili translatione vſus eſt* Stat. Silu. 4, 4. *Muſam ſic alloquens,* Ingens opus in minores Contrahe gyros. *...e. Heroicum carmen in verſus lyricos.*

T...RNO, āre. [τορνεύω] *Torno polire, aut in aliquam formam fi...ra.* Plin. 36, 22 Lapis eſt qui cauatur, tornaturque in vaſa co...s cibis vtilia. *add.* Id. 111, 39. Cic. de Vniuerſ. 15 c. 6 Idque ...nauit, vt nihil effici poſſit rotundius. In modicam tornat ...n Pallad. l. 14. *de amygdalo.* Mollibus ex hedera tornantur ...lignis Sammon. p. 14.

T...RNĀTVS, a, um. *Rotundus, quaſi torno factus.* Lucret. ...3... Fit, quaſi tornata vt ſaxorum ſtructa tuantur. Verſus ...ornatos incudi reddere, *metaphoricôs pro Male elaboratos* Hor. ...e Poët. 440. *Bentleius legit,* Male ter natos, *Cuning.* male for... Plin. 36, 13 Quarum in officina turbines ita librati pepen..., vt puero circumagente tornarentur.

T...RNATILIS, e. Adi. [τορνευτὸς] *Quod torno factum eſt.* ...Interp. Cantic. 5, 14.

T...RNĀTOR, ōris. m. [τορνευτὴς Gloſſ. Lat. Gr.] Firmic. 4, 7 ...*fin,* Facit quoque tornatores, aut ſimulacrorum ſculptores.

T...RNATVRA, ae. f. Vulg. Interp. 1 Reg. 6, 18. *et* 3 Eſdr. 6, 18.

T...RONE. Plin. 4, 10 Macedoniae oppidum.

T...ROSVS, *vid.* TORVS.

T...RPEDO, *vid.* TORPEO.

T...RPEO, ui, ēre. [κατοκνέω, καταβλακεύω] *Animo et corpore ...dum, rigidum, et paene immobilem eſſe.* Cic. de Nat. Deor. 1, ...37 Deum ſic feriatum volumus ceſſatione torpere, vt ſi ſe com...it, vereamur, ne beatus eſſe non poſſit? Virg. Georg. 3, 370 ...toque agmine cerui Torpent mole noua, et ſummis vix cor... exſtant Plaut. Amph. 1, 1, 179. Animoque et corpore torpet, *Stupore haeret, ac deficit.* Hor. Epiſt. 1, 6, 14. Ceſſatione ...e Cic. de Nat. Deor. 1, 103 c. 37. Metu torpere, *Prae ti...more ita obſtupefieri, vt vix loco moueri queas.* Liu. 21, 58. Veterno graui torpere Virg. Georg. 1, 124. Acies luminum torpet, *vid.* ACIES. Liu. 6, 23 Frigere et torpere conſilia ſenis, ſed Camillo tum vitae ſatis, tum gloriae eſſe. Genae torpuerant dolore, *Non potueram prae dolore lacrimare* Ouid. Epiſt. 10, 44. Lingua torpuerat retenta metu. *h. e. Velut fixa ſubſtiterat, nec loqui poterat* Idem Epiſt. 11, 82. Pectora torpuerant longa mora Idem Triſt. 1, 3, 8. Temeritas velut quaedam animalia amiſſo aculeo torpet Curt. 4, 14, 13. *add.* Id. 4, 3, 10. Virg. Aen. 9, 499 — torpent infractae ad praelia vires. Vox et ſpiritus torpet Liu. 1, 25.

TORPENS, entis. Partic. [ναρκῶμενος] Cic. de Diuin. 2, 64 c. 30 Quidnam torpentes ſubito obſtupuiſtis Achiui? *ex Poëta.* Torpentem nunc cibi nunc vini odore excitauit Curt. 3, 6, 14. Ignauia torpens Stat. Theb. 10, 90. Amnis torpens Idem Theb. 4, 172. Hiems frigore torpens Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 269. Lacus torpentes Stat. Theb. 9, 452. Membra torpentia aegre trahens Sil. 4, 69. Rigoribus torpens corpus Scribon. 187. Nerui torpentes rigore Liu. 21, 56.

TORPESCO, ĕre. [ναρκῶμαι] *Torpidum fieri.* Sall. in Iugurth. 2 Caeterum ingenium quo neque melius, neque amplius in natura mortalium eſt, incultu atque ſocordia torpeſcere ſinunt. Plin. 9, 35 Flaueſcunt tamen et illae ſenecta, rugisque torpeſcunt. *de margaritis.* Membra torpeſcunt gelu Sen. Med. 924.

TORPEFĂCIO, fēci, ĕre. Non. 2, 870. *vid.* TORPORO.

TORPOR, ōris. m. [νάρκησις] *Animi et corporis debilitatio, pigritia, ſtupor.* Cic. de Nat. Deor. 2, 127 c. 60 Aliae fuga ſe, aliae occultatione tutantur, atramenti effuſione ſepiae, torpore torpedines. Frigidus mentis torpor Firmic. 6, 10. Iners torpor Stat. Silu. 5, 3, 260. Vehemens torpor Celſ. 2, 8. Pigro mentis torpore oppreſſus Firmic. 6, 11. Graui torpore deuictum premit mors Sen. Herc. Fur. 12. Membra nouus ſoluit formidine torpor Virg. Aen. 12, 867. Sentire torporem ſine dolore Scribon. 122. Stupor omnium animos ac velut torpor quidam inſolitus membra Tenet Liu. 9, 2. Subrepens imos torpor in artus Catul. 77, 21. Stat. Achill. 2, 403 *de Chirone Achillem docente,* Saepe etiam primo fluuii torpore iubebat Ire ſuper glaciemque leui non frangere planta.

TORPŌRO, āre. [ναρκόω] *Torporem inducere.* Turpilius Hetaera, Stupidus adſtat, ita eius adſpectus tepens, cor torporauit hominis amore. *i. Torpefecit* Non. 2, 870.

TORPORATVS, a, um. Partic. Lactant. 2, 8, 62 Humida vel nimiis rigoribus torporata concreſcunt.

TORPIDVS, a, um. Adi. [ναρκώδης] *Torpens, piger:* vt, Torpidus ſomno Liu. 25, 38. *et* 22, 53 Quod malum praeterquam atrox ſuper tot clades, etiam nouum, cum ſtupore ac miraculo torpidos defixiſſet, *etc. h. e. Stupefactos et attonitos.*

TORPĒDO, ĭnis. f. [νάρκη, νάρκωσις] *Idem quod Torpor.* Salluſt. Hiſt. Fragm. 1, 27 Haec ſi placent, ſi tanta torpedo animos obrepſit. *Alii* Oppreſſit *legunt.* Occupauit neſcio quae vos torpedo Sall. Hiſt. l. 3. Or. Licin. n. 26. Si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti faciat, quam exercitatio Cato *apud* Gell. 11, 2. Morantium cogitationum torpedinem pellere Non. 6, 16. *Mercer. leg.* moracium torpitudinem. ¶ 2 Torpedo, *Genus piſcis, qui limo merſus, occultat ſe, et piſces ſupra natantes, torpentes facit: poſtquam vero obtorpuere, deuorat.* Plin. 32, 1 Ex eodem mari torpedo: etiam procul et e longinquo: vel ſi haſta virgaue attingatur, quamuis praeualidos lacertos torpeſcere, quamlibet ad curſum veloces alligari pedes facere proditur. Idem 9, 42 Nouit torpedo vim ſuam, ipſa non torpens merſaque in limo ſe occultat. Cic. de Nat. Deor. 2, 127 c. 60 Tutantur ſe torpore torpedines. *Vid.* Plin. 32, 9. *et* 16 *et* 24. *In* Claudiani Carminibus eſt n. 46 *deſcriptio huius animalis pulcherrima:*

Quis non indomitam dirae Torpedinis artem
Audiit, et merito ſignatas nomine vires?
Illa quidem mollis, ſegnique obnixa natatu
Reptat, et attritis vix languida ſerpit arenis.
Sed latus armauit gelido natura veneno,
Et frigus, quo cuncta rigent animata, medullis
Miſcuit, et proprias hiemes per viſcera duxit.

Sed totum carmen legendum eſt.

TORPIDĬTAS, ātis. f. Cathol.

TORPITVDO, dinis. f.

TORQVĀTVS, *vid.* TORQVES.

TORQVEO, torſi, torſum *et* tortum, ēre. [στρέφω, στρεβλόω, βασανίζω] *Eſt plus quam flectere, nempe vi quadam adhibita ſitum praeternaturalem aut motum efficere.* Plin. 36, 25 Neceſſarium binas per diuerſum coaſſationes ſubſterni, capita earum praefigi clauis, ne torqueantur. *i. a calore vel humore inflectantur, curuentur.* Virg. Georg. 2, 448 Et bona bello Cornus: Ityreos taxi torquentur in arcus. *i. Torquendo inflectuntur.* Acies oculorum ardentes torquere, *vid.* ACIES. Aquas torſit remis, *Aduerſo flumine nauigauit* Ouid. Faſt. 5, 644. Aurem torquere ab obſcenis ſermonibus Hor. Epiſt. 2, 1, 127. Capillos torquere ferro, *Calamiſtro inurere* Ouid. de Arte Am. 1, 505. Ceruices oculosque pariter cum modorum flexionibus torquent Cic. de Legib. 2, 32. Collum torquere Liu. 4, 53. Comam igne torquere Ouid. de Arte Am. 2, 304. *calamiſtro criſpare.* Fuſos torquent mulieres Plin. 28, 2. Haſtas amentatas torquere Cic. de Orat. 1, 242. Iter torquere, *i. A via declinare* Stat. Theb. 12, 669. Lumina flammantia torquens anguis Virg. Georg. 3, 433. Cic. Acad. 4, 80 Itaque Timagoras Epicureus negat ſibi vnquam quum oculum torſiſſet, duas ex lucerna flammulas eſſe viſas. *i. alterum oculum dimouiſſet aliquantum, ne axis illius parallelus eſſet axi alterius oculi, vt dicturus erat Epicurus, ſi eruditum illum puluerem Geometrarum attigiſſet, vel Cicero, niſi populariter voluiſſet loqui.* Oculos torquere ad rem aliquam Virg. Aen. 4, 220. Orbes ſquamoſos torquet volubilibus nexibus Ouid. Met. 3, 42. *de ſerpente Cadmi.* Cic. de Vniuerſ. 21 c. 7 Deinde in orbem torſit, vt et ipſe ſecum, et inter ſe ex commiſſura quae ex regione eſſet, iungerentur. Idem Off. 1, 131 Quae quum fiunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna ſignificatio fit, non adeſſe conſtantiam. Proras ad litora torquent Virg. Aen. 3, 532. Spumas torquent adnixi nautae Id. Aen. 3, 208. Stamina torquere pollice Ouid. Met. 12, 475. Terra quum circum axem ſe ſumma celeritate conuertat et torqueat Cic. Acad. 4, 123. Veſtigia torſit ad ſonitum vocis Virg. Aen. 3, 669. Torquere ius, *per translationem pro peruertere* Cic. pro Caecin. 77 c. 27 Iuris retinere ſententiam, et aequitatem plurimum valere oportere, verbo ac litera ius omne torqueri: vos ſtatuite Recuperatores, vtrum vti-

vtilius eſſe videatur. Verſare ſuam naturam, et regere ad tempus, atque huc et illuc torquere et flectere Cic. pro Cael. 13 c. 6. ¶ 2 Torquere, *Torquendo iacere, vnde* Tormenta *dicta ſunt.* Virg. Aen. 5, 497 In medios telum torſiſti primus Achiuos. Lucan. 2, 556 — valet in torquendo dextera pilo. Curuum ſermone rotato Torqueat Enthymema Iuuenal. 6, 449. Fulmina torquere Virg. Aen. 4, 208. Iaculum torquere lacerto Ouid. ex Pont. 2, 9, 57. Saxa ſonantia torquet *fluuius* Virg. Aen. 6, 551. Tela manu torſit Ouid. Met. 12, 99. Virg. Aen. 11, 578. *Conf. Erythr. Ind.* Tela torquentur lacertis Lucan. 3, 567. Virg. Aen. 4, 269. Deûm regnator — Caelum et terras qui numine *(nutu)* torquet, *quaſi nollet decidere, vtrum terra an caelum moueatur.* Virg. Aen. 6, 797 — Vbi maximus Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum. Idem 7, 666 Ipſe pedes tegmen torquens, *huc illuc, prout opus eſt transferens* immane leonis. Torquere, *Tormentum inferre, angere, moleſtiam offerre.* Donatus, Torquemus hominem, extorquemus veritatem. Plin. Epiſt. 9, 21 Remitte aliquid, adoleſcentiae ipſius, remitte lacrimis, remitte indulgentiae, ne torſeris illum, ne torſeris etiam te: torqueris enim, cum tam lenis iraſceris. Qui in dolore eſt, torquetur Cic. de Fin. 2, 14. Equuleo torqueri Id. ib. 3, 42 c. 13. Torqueri dies et noctes Id. Att. 7, 9. Amore torquere aliquem Ouid. de Arte Am. 2, 335. Doloribus animi torqueri Cic. de Finib. 1, 43 c. 13. Id. Att. 8, 22 (14) Brunduſii autem omne certamen vertitur huius primi temporis: qua quidem exſpectatione torqueor, ſed omnia ante nos ſciemus. Inuidia vel amore torqueri Hor. Epiſt. 1, 2, 37. Libidines tuae te torquent Cic. in Parad. 2. Memoria malorum torqueri Cic. de Fin. 1, 57 c. 17. Hor. de Arte Poët. 435

Reges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent
An ſit amicitia dignus.

h. e. Inebriare *ſtudent, tentantes an per potum quae habent, ſecreta prodant. Vid. mox* TORTVS *vino.* Metu torqueri Ouid. Am. 1, 4, 46. Mirifice torqueor, ſine dolore tamen; ſed permulta mihi de noſtro itinere in vtramque partem occurrunt Cic. Att. 15, 23. Supplicationes tuae acriter nos torſerunt Id. Fam. 8, 11. Id. de Fin. 2, 95 Quum et praeteriti doloris memoria recens eſt, et futuri atque impendentis torquet timor? Id. pro Sulla 78 c. 78 *cum contra quaeſtionem tormentorum diſputaſſet, ſubiecit,* Vita P. Sullae torqueatur; ex ea quaeratur, num quae occultetur libido *etc.* Torquere in diuerſas partes Plin. 11, 37. Oratio ita flexibilis, vt ſequatur quocunque torqueas Cic. in Orat. 52.

TORQVENS, entis. Part. Torquens flauentes Iſter arenas Virg. Georg. 3, 350. Adducto torquens haſtile lacerto Idem Aen. 9, 402. Prono in pollice torquens fuſum Catull. 65, 312.

TORTVS, a, um. Partic. [βασανισθεὶς, ἐστραμμένος] *Vt,* Hor. Epiſt. 1, 18, 38 Arcanum neque tu ſcrutaberis vllius vnquam Commiſſumque teges et vino tortus et ira. Vinum et ira tormenta ſunt, quibus multi inuiti ſecreta ſuderunt: Porphyr. *vid.* TORQVERE mero n. 2. Cic. in Topic. 74 c. 20 Nam et verberibus torti, et igni fatigati, quae dicunt, ea veritas videtur ipſa dicere. Exſpectatione tortus Quinctil. 6, 2. Anfractus torti Claud. Conſ. Hon. 6, 519. Anguis tortus Ouid. Met. 2, 188. Baculus tortus Idem Met. 2, 789. Capillus tortus Idem de Arte Am. 2, 304. Comae tortae Martial. 4, 42. Conditiones tortae Plaut. Men. 4, 2, 25. Corona torta Propert. 3, 20, 18. *al.* Tota. Crines torti in nodum Martial. 1, 3. Facies torta Ouid. in Ibin 380. Funes torti *proprie, vnde* tormenta *dicta* Virg. Aen. 4, 575. Hor. Epiſt. 1, 10, 48 Tortum digna ſequi potius, quam ducere funem. Linum tortum, *Funis* Ouid. Faſt. 3, 587. Radix torta Ouid. Met. 11, 70. Serpentes torti Catul. Argon. 62, 258. Stamina torta Tibul. 1, 6, 78. Supercilia torta Plaut. Rud. 2, 2, 12. Verber tortum, *vid.* VERBER. Vertigo torta Propert. 3, 7, 65. Torti *i. contorta lora: vid. Taubm. ad.* Plaut. p. 17.

TORTA, ae. f. Torta panis Vulg. Exod. 29, 23. *Add.* 1 Sam. 10, 3. Auſonio *vindicat etiam Scalig. Auſ. Lect.* 2, 13 p. 122. *Videtur autem* Torta *eadem quae* Tracta *v. v.*

TORTVLA, ae. f. Dimin. Facies ex eo tortulas Vulg. Num. 11, 8.

TORTVS, ûs. m. [στρέψις] Cic. Tuſc. 2, 22 c. 9 Haec interemit tortu multiplicabili Draconem auriferam obtuitu aſſeruantem arborem. *ex Poëta* Virg. Aen. 5, 276 Nequidquam longos fugiens dat corpore tortus.

TORTVM, i. n. *Tormentum.* Pacuuius Duloreſte, Nam te in tenebras ſaepe lacerabo fame clauſum, et fatigans artus torto, diſtraham Non. 2, 849.

TORTE. Adu. [ἐστραμμένως] *Oblique, transuerſe.* Lucret. 4, 306 Quamuis torte, penitusque remota Omnia, *etc.*

TORTVŌSVS, a, um. Adi. [στρεβλὸς, σκολιὸς, κοχλιώδης, στραγγαλιώδης] *Tortum, multis flexibus ſinuoſum.* Liu. 27, 47 Et per tortuoſi amnis ſinus flexusque, *etc.* Aluus multiplex et tortuoſa Cic. de Nat. Deor. 2, 136 c. 54. Soni ex tortuoſis locis et incluſis referuntur ampliores Idem de Nat. Deor. 2, 144. Ingenium multiplex et tortuoſum Idem de Amicit. 66 c. 18. Serrula tortuoſa Id. pro Cluent. 180. Idem de Diuin. 2, 129 Et quum ſtertentem aliquem viderint, obiicere his viſa quaedam tortuoſa et obſcura, quae illi exterriti ſomnio, *etc.* Cic. Acad. 4, 98 c. 31 Sed vt omnes iſtos aculeos et totum tortuoſum genus diſputandi relinquamus, oſtendamusque qui ſimus. *Comparat.* Plin. 11, 46 Leo tortuoſius *quiddam talo habet. Superl.* Tortuoſiſſima nodoſitas Auguſtin. Conf. lib. 2 *extr.* ¶ 2 Tortuoſior vrina Plin. 21, 27. *actiue quae torquet dum effluit, verbo ſtranguria.*

TORTVŌSE. Adu. Tertull. adu. Valent. 3 Per anfractus ſeriem ſuam euoluat, tortuoſe procedat.

TORTVOSĬTAS, ātis. f. Idem contra Marc. 4 *cap. vlt.* Et quae ratio tortuoſitatis illius? *Add.* Id. de Carne Chr. c. 20 *pr.*

TORTVRA, ae. f. Caput ſarmenti torquendum non eſt — ipſa tortura vexatio eſt Pallad. 3 t. 9. *i. contorſio.* Seruo maleuolo tortura et compedes Vulg. Sirac. 33, 26. *Add.* 31, 21.

TORSIO, ōnis. f. [στρέφος] Plin. 20, 17 Priuatim eius vſus contra torſiones ſtomachi in tepida aqua, et cruditates. *Add.* Eſai. 13, 8.

TORTIO, ōnis. f. Firmicus 8, 15 Publicis tormentis lacerati, aut ignibus exuſti, ſeu tortione legitima peribunt. Sen. Controu. 1, 4 Membrorum tortiones.

TORTĬLIS, e. Adi. [στρεπτὸς] *Quod torqueri, flecti, replicari poteſt: vel tortum adeo et incuruum.* Plin. 9, 51 Polypi pariunt Vere oua tortili vibrata pampino. Ouid. Epiſt. 16, 252 Tortilis a digitis excidit anſa meis. Buccina tortilis in latum Idem Met. 1, 336. Nerui tortiles Lucan. 6, 198. *h. e. Funes.* Piſcis tortilis, *Qui ſe facile torquet* Ouid. Met. 13, 915.

TORTILOQVIVM, i. n. διάλεκτος συνεστραμμένη, συνεστ… ὁμιλία Gloſſ. Cyr.

TORTO, āre. Frequent. *Vehementer torquere.* Pompon… cuma fullonis, Et vbi inſilui in cocleatum equuleum, vbi tolut… tor. *i. Torqueor* Non. 2, 872. Recenti vulnere tortari L… 662. *Conf.* Arnob. 3 p. 106.

TORTOR, ōris. m. [βασανιστής] *Qui torquet, cruciat.* … Cluent. 177 c. 63 Quum iam tortor, atque eſſent tormenta ipſa … neque tamen illa finem facere vellet, *etc.* Hor. Carm. 3, 5, 50. … qui ſciebat quae ſibi barbarus Tortor pararet. De… Iuuen. Sat. 14, 195. Cic. Philipp. 11, 7 Ponite igitur ante ocu… miſeram quidem illam et flebilem ſpeciem, et vocem impura… os illud infame, vincula, verbera, equuleum, carnificem torto… Samarium. Tortoris vicem exhibere Celſ. 3, 4. … piens ad tortoris equuleum ire cogatur Cic. de Fin. 4, 31 c. 12. … Quinctil. Decl. 16. Sen. Ep. 14 *et* 85. Curt. 6, 11, 13. Val. Flac. …

TORTORIVM, *neſcio quod proponebatur ex* Cic. Att. 7, … *iam nihil eo opus eſt, lectione ſi non vera, certe clara et plana* … Eius teſtamentum deporto duorum Ciceronum ſignis obſignatu…

TORTĪVVS, a, um. Adi. Col. 12, 36 Muſtum tortiuum eſt, q… primam preſſuram vinaceorum circumciſo pede exprimitur. … to de R. R. 23, 4 Tortiuum muſtum circumcidaneum *(haec v… videtur)* ſuo cuique dolio diuidito, additoque pariter. Plin. … 25 Cato — ſuper omnia addi matureſcente iam vino iubet … quod ille tortiuum appellat, nos intelligimus nouiſſime ex… *Idem* Plin. 14, 19 ſ. 23 Prolibare Diis nefaſtum habetur vin… quod circumciſis vinaceis profluxerit. Cael. Aurel. Acut. 3, … Heraclides Tarentinus dans etiam halicam cum vino vltimae … onis ὑδατώδη *(intell.* οἶνον, *aquoſum)* Graeci vocant, nos abuſ… tiuum. Abuſiue: *Nam* ὑδατώδης οἶνος, *vinum aquoſum*, vltimae … ſionis *potius* lora *eſt.*

TORQVES, *et* TORQVIS. [στρεπτὸς Gl. Gr.] *Tam maſc. qu…* Torques aureas *dixit* Varro *et alii* Non. 3, 245. Plin. 33, 3. … *Circulum aureum, flexilem, obtortum, colli ornamentum, et ſummi* … *Conf.* Iſidor. 19, 31. Propert. 4, 11, 44 Torquis ab inciſa dec… gula. Gell. 9, 13 Caput Galli praecidit, torquem detraxit, … ſanguinolentam ſibi in collum imponit. Plin. 33, 2 Auxiliare… et externos torquibus aureis, donauere, at ciues non niſi argent… de Fin. 1, 23 c. 7 Torquem illum hoſti detraxiſſe. T. Manli… qui ad Anienem, Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, to… tracta cognomen inuenit Idem Off. 3, 112. Quinctil. 6, 3. … vus Auguſtus, cum ei Galli torquem aureum centum pondo d… et Dolabella per iocum, tentans tamen ioci ſui euentum, dixi… perator, torque me dona; Malo te, inquit, ciuica donare. … brium, excellenti virtute, auctoritate, *etc.* torque donaſti Ide… 3, 185 c. 80. Ornare torque Nep. 14, 3, 1. Ademtus torq… ADIMO. Decorus torquis Stat. Theb. 10, 517. Mini… quis Plin. 10, 42. *de Pſittaco. Sed* Apul. Flor. 2 p. 348, 33 … — velut aurea torqui cingitur et coronatur. Nexis torq… natae arae, *i. Coronis* Virg. Georg. 4, 276.

TORQVATVS, a, um. Adi. [στρεπτοδωτὸς] *Torque ornat… ques aurei militibus ob rem ſtrenue geſtam donari ab imperatoribus … vnde torquati dicti, qui duorum generum erant, ſimplares, du…* Veget. 2, 7 Torquati, inquit, duplares, torquati ſimplares era… bus torquis aureus ſolidus virtutis praemium fuit: quem qui … ſet, praeter laudem interdum duas conſequebatur annonas, … duas, ſimplares vnam. *Add.* Suet. Aug. c. 43. Ouid. Epi… Affuit Alecto breuibus torquata colubris. Columba torqu… pert. 4, 5, 63. Torquatus palumbus, *A ſigno torquis, qu… praefert* Martial. 13, 67. ¶ 2 *Eſt etiam cognomen* … rum. Cic. de Fin. 1, 23 Ad maiora enim quaedam nos natura … — Neque eum Torquatum, qui hoc primus cognomen inuene… Torquem illum hoſti detraxiſſe, *etc. Hiſtoria eſt* Liu. 7, 10. … Cic. Tuſc. 4, 49. *et* Offic. 3, 112. Virg. Aen. 6, 825 Saeuumque … Adſpice Torquatum, *qua filium percuti iuſſit iniuſſu pugnantem* … *vid.* MANLIANA imperia. Truces Torquati, *Imperioſi* Clau… Eutrop. 1, 452.

TORRENS, entis. m. [χείμαῤῥος, χαράδρα] *Fluuius, qu… fonte, neque de viua aqua, ſed a pluuiis, vel de montibus in valle… dit, et in mare procurrit: aeſtate autem ſiccatur, aquis vero h… inundatur et currit.* Flumine perpetuo torrens ſolet acr… Sed tamen haec breuis eſt, illa perennis aqua Ouid. Rem. Am… Virg. Aen. 2, 305 Aut rapidus montano flumine torrens … agros, ſternit ſata laeta, boumque labores. *Vid.* Seru. *ad h. l.* … Stygius torrens Ouid. Met. 3, 291. Tumidus torrens Idem … 7, 43. Agi ritu torrentis Ibid. 43. *Metaphor.* … Finib. 2, 3 c. 1 Quum enim feratur quaſi torrens oratio, quam… ta cuiuſque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehend… quam orationem rapidam coërceas. Quinctil. 10, 7 Id… quam ſe inani verborum torrenti dare quaſi tempeſtatibus q… lent auferendum. Vulgi conſuetudine vtrumque iam dici… et perennem fluuium et torrentem *ait* Feſt. *Rhodanus* ſegn… ferens Ararim, nec minus ſe ipſo torrentes Iſaram et Druentia… 3, 4. *Vltima duo loca oſtendunt, proprie Participium eſſe* Torrens … *reliqua n.* 2.

TORRIS, is. m. [δαλὸς] *Lignum teres quando ardet.* Oui… 8, 512 Funereum torrem medios coniecit in ignes. Ambuſtu… Virg. Aen. 12, 289.

TORREO, torrui, toſtum, ēre. [ὀπτάω, φρύγω] A Torr… ctum; ſignificat Siccare, atque arefacere, ſed vſurpatum eſt iam… quod fit Igne vrere, *vt ait* Feſtus. Plin. 11, 20 Sunt qui mor… intra tectum hieme ſeruentur: deinde ſole verno torreantur, a… neo cinere toto die foueantur, putent reuiuiſcere. *de apibus.* … torret ora Propert. 4, 10, 21. Artus torrentur febribu… Epiſt. 21, 169. Viſcera torrentur caecis ignibus Idem … 516. Torrere, *de Frigore etiam dicitur* Varr. *apud* Non… Frigore torret. *Sic* Adurere Frigus *dicitur.* Virg. Georg. … Iam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos. Cic. in Somn. … c. 6 Medium autem illum et maximum ſolis ardore torreri… entem in Phalaridis tauro incluſum ſuccenſis ignibus torreri. … Piſon. 42 c. 18. *Metaph.* Face mutua torrere aliquem Hor. … 3, 9, 13. Plin. 7, 2 Ii nullum alium cibum nouere, quam pi… quos vnguibus diſſectos ſole torreant. Virg. Aen. 5, 103 Subi… verubus prunas, et viſcera torrent Far promere ad torrendu… ro R. R. 1, 69. Fruges torrere igni Virg. Georg. 1, 267.

li idis. Plin. 14, 9 *extr. de muſto*, Hoc protinus diffuſum lagenis ... feruere paſſi, poſtea in ſole quadraginta diebus torrent aeſta... ſ ſutae.

T RRESCO, ĕre. Flammis cremari. Lucret. 3, 903 — non in... ni qui non ſit acerbum Ignibus impoſitum calidis torreſcere ... m is.

T RRENS, entis. Partic. [αἴθων] Ripae torrentes pice, atraque vo... gi, *i. Ardentes* Virg. Aen. 9, 1 5. Torrens Calor ſolis Iuſtin. ... 1, 5. Sidera torrentia agros Hor. Carm. 3, 1, 31. Sirius ... tior Claud Feſc. 20. ¶ 2 Torrens, torren... torrentiſſimus, *pro Vehementi, impetuoſo, et in torrentis morem* ... Incluſus montibus Nilus, nec aliunde torrentior Plin. 5, 9. ... lin. 3, 16 *de Pado flumine*, Augetur ad Canis ortus liquatis ni... agris quam nauigiis torrentior, nil tamen ex rapto ſibi vindi... *ſt vexatus locus.* Campi torrentes ſanguine Stat. Silu. 1, 2, 97. ... ns dicendi copia Iuuen. Sat. 10, 9. Torrens et rapidus Cur... anium Iuſtin. 44, 1, 7. Lucan. 7, 505 Nec fortuna diu re... ot pondera vertens, Abſtulit ingentes fato torrente ruinas. ... *egit maximam caedem fato urgente.* Flumina torrentia ... r Ecl. 7, 52. Flumine torrenti merſus Ouid. in Ibin 515. Fre... uſtin. 4, 1, 9. Oratio torrens Quinctil. 3, 8. Sermo prom... Iſaeo torrentior Iuuen. Sat. 3, 74. Iſaeus *hic orator fuit, cu... ratio eſt apud* Plin. Epiſt. 2, 3. Vndam torrentem innatat al... Virg. Georg. 2, 451. Axis torrentiſſimus Stat. Silu. 3, 1, 52. ... rotis cum torrentiſſimus exit pontibus Stat. Theb. 7, 316 *de fluuio.* ... Torrens *Subſt.*

T RRENTER. Adu. *Compar.* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 198 Tor... s amne Hiberno, tortaque ruunt pernicius haſta.

T STVS, a, um Partic. [ὀπτός] Cic. Tuſc. 3, 44 c. 19 Fana ... a deflagrata, toſti alii ſtant parietes Deformati, atque abie... ſpa. *ex Poeta.* Toſta et agna *ſ.* agna toſta *per Hendiadyon,* ... *ta (caro) et agna integra.* Auſon. *vid.* *Scalig. Lect. Auſ.* 2, 28 ... Caro toſta Ouid. Met. 12, 155. Crines toſti Idem ... 283. Fruges toſtae Virg. Georg. 1, 298. Liba toſta ... Faſt. 6, 482. Maturitas toſta, *Quae ex quadam veluti aſſa... olis acquiritur* Plin. 12, 7. Hordeum toſtum, *Ad ignem* ... *m* Columel. 12, 5. Semina toſta *crimen Inus, quae ſterili... procurata, ementitis deinde oraculis Phryxum et Hellen immolatio... iculo obiecit. Vid.* Hygin. f. 2. *Alludit* Ouid. Faſt. 2, 628. 3, 843. ... 6.

... STO, āre. *Siccare.* Plin. Valer. 2, 28 Ponere ſuper carbones, ... etur.

T RRIDVS, a, um. Adi. [κατακεκαυμένος] *Aridus*; *unde* Aeſtas ... dicitur. Plin. 12, 20 Color abeſt ille torridus ſole. Cic. pro ... grar. 2, 93 c. 34 Quem hominem vt grandi macie torridum Ro... ontemtum, abiectum videbamus, *etc.* Torrida frigore pe... iu. 21, 32. Torrida gelu membra Idem 21, 40. Aër ... is aeſtuat Propert. 2, 28, 3. Aeſtas torrida Virg. Ecl. 7, 48. ... torridi Liu. 4, 30. Tellus torrida Lucret. 5, 1219.

T RRIDO, āre. Non. 1, 51.

T RRIDATVS, a, um. Anhelis ardoribus torridatus Mart. Capella 6.

T RREFĂCIO, fēci, factum, ĕre. [καταχαίω] *Torrere, coquere, mul... lefacere, ſiccare.* Columel. 2, 21, 3 Quod ſi falcibus ſeges cum ... culmi demeſſa ſit, protinus in aceruum, vel in nubilarium co... , et ſubinde opportunis ſolibus torrefacta proteritur. Idem 12, ... Et oblita vaſa clibano vel fumo torrefaciunt, quo celerius omnis ... excoquatur. *Add.* Id. 6, 7.

T RREFACTVS, a, um. Nuces Columel. 12, 57, 3. Seſama Co... 12, 15, 3. Torrefacta carbonibus Arnob. 7 p. 230. *Add.* ... 1, 28 Veget. 3, 45.

T RROR, oris. m. Corporis Cael. Aurel. Tard. 3, 6 ſ. 89. *Gr.* ... *cum in ſole velut torretur, Inſolatio, Apricatio.* *Add.* 5, 4 ſ. ... iutoria ex — paropteſi et ſolis torrore, vel arena ignita, *etc.*

T RSIO, TORTILIS, TORTIVVS, TORTOR, TOR... TORTVOSVS, *vid.* TORQVEO.

T RVE, *vid.* TORVVS.

T RVS, i. m. [σιβὰς, σιβάδιον] *Videtur prima ſignificatione, quam ... iminuit.* TORVLVS, *longum aliquid ac rotundum, teres, torna... ropeutòv, (turundae ſimile) notaſſe, nominatim funes, qua de re ... Cum vero contortis in toros herbis et frondibus vterentur, in ... acquieſcerent; vt hodieque ſolent puluinos, cylindrorum inſtar ef... capiti ſubiicere: hinc Torus ſollemni quadam et dominante velut ... atione lectum notare coepit. Huc pertinet locus* Varronis de Vita ... Rom. *ſeruatus a* Nonio 1, 35 Quod fronte lecticas ſtruebant, (*ſic* ... *m putamus, pro vulgato* Quod frontem lecticae ſtruebant, *mode... aliquanto quam Voſſius in Etymol.* Quod fronde lecticam ſter... ebat) ex ea herba torta torum appellatum: hoc quod iniicitur, et... nc toral dicitur. Iſid. 20, 1 Torus dicitur a tortis herbis, quae ... bentium humeris ſupponuntur. Seru. *ad* Aen. 1, 712 Toris inſ... dcumbere pictis, Torus dictus eſt, quia veteres ſuper herbam tor... vel ſedebant vel diſcumbebant. *Repetit ad* Aen. 5, 388 Viridan... o conſederat herbae. *Aliter Scaliger Coniect. in Varron. p. 68. ... quod toris i. funibus lecti tenderentur, ab eo toros vocatos. Por... os eſſe Graecorum τόνας, quorſum laudat Herodotum 9, 117 ubi Sc... ſame ab obſeſſione τὰς τόνας ἕψοντες τῶν κλινέων ἐσιτέοντο. Nem... illi ſ. toni Herodoti ſunt lorei, vt apud* Catonem R. R. 135, 4 ... exordiri oportet longum pedes LXXII, toros tres habeat, lora in ... ſingulos IX, lata digitos II. *Puto, pro IX legendum III, vt eſt in codice ... Tori enim hic ſunt quod in minori funiculo licia, funes mino... quibus maior contorquetur. Vtitur Scaliger etiam λεχέεσσι τρητοῖς, ... i λ. α. 720 i. lectis perforatis, ad traiiciendos nempe illos toros. ... adiecille* Tenta cubilia Horatii Epod. 12, 12. *Denique illam to... ὄγκῳ Graecorum deriuationem firmant μονὴ mora, δεινὸς dirus, geni... germen, etc. quibus vtitur laudatus Voſſius. Maneat* Toros *eſſe fu... ed frequentiſſima ſignificatione.* ¶ 2 Torus, *vt iam ... mus, lectus eſt, et quidquid ſedenti, cubanti, reclinanti ſe ſub... tur.* Plin. 8, 48 Antiquis enim torus a ſtramento erat, quali... nc etiam in caſtris gauſape. Ouid. Met. 8, 655 In medio to... de mollibus vluis Impoſitus lecto, ſponda pedibusque ſalignis. *... ur hic proprie* Torus *eſſe ſaccus ſtramine, foeno, vlua, plumis fartus ... t cylindri formam referat.* Siue illa toro (*lectica*) reſupina fe... Ouid. A. A. 1, 487. Pellex tori regii Senec. Agamemn. 13. ... tori, *Vxor aut concubina* Ouid. Met. 10, 268. Conſors tori, ... Ouid. Met. 1, 319. Altus torus Virg. Aen. 2, 2. Aſper ... ſignis eburnis, Sculptis ſignis exciſus Stat. Silu. 3, 1, 86. Cae... lebs torus Sen. Herc. Fur. 4. Feſtus torus Stat. Silu. 1, 2, 252. Genialis altus tori Virg. Aen. 6, 603. *h. e. Lecti diſcubitorii, in quibus ge... nio indulgere ſolebant, ſeu laete conuiuere.* Illiciti tori Lucan. 10, 76. *Concubitus illiciti.* Mollis torus Ouid. Amor. 2, 4, 14. Ob... ſcenus torus, *Impudicus* Ouid. Triſt. , 378. Plumeus torus Id. Met. 11, 611. Pudici tori coniugis Senec. Agamemn. 3. Pur... pureus torus Ouid. Epiſt. 5, 88. Quietus torus, *In quo quieſcunt dormientes* Valer. Argon. 1, 610. Socialis torus Ouid. Faſt. 2, 769. *i. Vxores.* Tyrius torus Catul. 59, 172. Viduus torus Ouid. Epiſt. 5, 10, 6. Conciliare iugales toros Stat. Silu. 3, 5, 70. Con... ductus torus Ouid. Amor. 10, 44. Conſederat viridante toro her... bae Virg. Aen. 5, 388. Contemerare torum alicuius Ouid. Amor. 2, 7, 18. Diſcumbere pictis toris Virg. Aen. 1, 712. Ex... ſtruere toros, *i. Lectos diſcubitorios* Idem Aen. 3, 224. Fallere iura legitimi tori Ouid. Epiſt. 16, 284. Fouere torum Idem Amor. 2, 11, 31. Iacere in toro Idem Amor. 2, 4, 34. Incumbere toro Virg. Aen. 4, 650. Inſidere toro Ouid. Epiſt. 20, 134. Po... nere ſe toro Idem Met. 11, 472. Premere torum Idem Amor. 1, 4, 15. Promiſſus mihi torus Idem Epiſt. 6, 20. Quaerere ſtupra et illicitos toros Senec. Hippol. ſ. 2. Seruans torum caſta fide Sen. Herc. Fur. ſ. 5. Sternere torum Ouid. Met. 6, 431. Ve... ſtiti tori gramine, *Tori graminei* Idem Faſt. 1, 402. Violare to... ros alicuius Senec. Octau. ſ. 4. ¶ 3 *Caeterae ſignificatio... nes* Tori *vel a lectis deriuatae, et puluinis, vel proxime a funibus. Ad priorem claſſem pertinet, quod in re hortenſi* Tori *ſunt areae.* Plin. 19, 4 ſ. 20 *iubet hortos* areis diſtingui, easque reſupinis puluinorum toris, ambiri ſingulas tramitum ſulcis, *etc.* *Sic* Virg. Aen. 6, 674 Tori ripa... rum *ſunt ripae virides, in quibus, tanquam in toris mollibus, licet acquieſcere.* ¶ 4 Toros, *μυῶνας etiam appellant Pulpam carnis muſculoſam, et praeſertim vbi adſtringuntur et contenduntur neruis, paluſ. orum inſtar eminentem, qua robur animalium quorundam hominumque conſtat: quamquam poteſt etiam a funium toris, quos n. ſ explicabimus, metaphora duci.* Cum deformari vlceribus toros ſuos cerneret Lactant. 1, 18 *pr. de Hercule ſene.* Colum. 6, 29, 2 Lato et muſculorum toris numeroſo pectore, *iuus galli gallinacei.* Valer. Flacc. Argon. 4, 245 Protulit horrendosque toris informibus artus. Virg. Georg. 3, 81 Luxuriatque toris animoſum pectus: honeſti Spadices Cic. Tuſc. 2, 22 c. 9 O pectora, ô terga, ô lacertorum tori. *ex Poëta.* Arduos toros tollit taurus *h. e. Collum pulpoſum* Senec. Hippol. 1039. Comantes tori Virg. Aen 12, 7. *De venis quoque dicitur, quum varicum in morem quibusdam in locis turgeſcunt:* Cornel. Celſ. 7, 18 Ac per ipſos venarum toros inaequale eſt. ¶ 5 *Redimus ad primam illam* Tori *ſignificationem. Catonis locum ſupra dedimus.* Colum. 11, 3, 5 Ruborum ſemina — oportet — farinae immiſcere: quae cum eſt aqua conſperſa, illinitur nauticis veteribus funibus, vel quibuslibet aliis reſtibus — vt — ſemina Spinarum, quae inhaerent toris funiculorum, enaſci poſſint. Colum. 5, 6, 25 Vitis nouella tribus toris ad arborem religetur, vno, qui eſt in crure arboris, a terra quatuor pedibus diſtans; altero, qui ſumma parte vitem capit; tertio, qui mediam vitem complectitur. Columel. de Arbor. 16, 4 Arbuſtiuam vitem quam putare, tam alligare diligenter oportet. nam in ea fructus maxime vis conſiſtit, diutiusque perennat, quae firmis toris et idoneis locis religata eſt. Itaque omnibus annis conuenit ſubſequi putationem, ita vt tori renouentur, et vitis per idoneos ramos diſponatur. Tori *i. vincula ligamenta.* ¶ 6 Tori: *ſunt etiam funiculi, aut inſtar quoddam funiculorum, ornamenti cauſa adhibitum.* Cic. Orat. 21 c. 6 *de oratore mediocri*, Isque vno tenore in dicendo fluit, nihil afferens praeter facilitatem et aequabilitatem: aut addit aliquos, vt in corona toros, omnemque orationem ornamentis modicis verborum ſententiarumque diſtinguit. *Vid. mox* TORVLVS. *Hinc* ¶ 7 *In Architectura* Tori *ſunt ornamenta ſ. membra columnarum, quae illas cingunt, quaſi tu cylindrum ſiſſum circumponeres.* *Sic* Vitruu. 3, 3 Superior et inferior torus *memoratur, qui parum a Spira, certe quod ad formam, diſtat, v. v.* ¶ 8 *Denique cylindros etiam eſſe* toros *Vitruuio, apparebit, ſi deſcriptionem* κριοδόκης, *arietariae machinae, quam habet 10, 19 cum Athenaei verbis, quae ibi apponuntur, compares,* Torus perfectus in torno, in quo inſuper conſtitutus aries, rudentium ductionibus et reductionibus efficiebat magnos operis effectus. *Cogitemus onus phalangis ſ. palangis, id eſt cylindris impoſitum, aut Tormentum veſtiarium (vid.* TORMENTVM *n. 3) ſiue machinam explicatoriam ad lintea et pannos etc.*

TORŌSVS, a, um. Adi. [μυώνδης] Qui pulpam carnis muſculoſam habet, in qua eſt robur et fortitudo. Columel. 6, 13 *ſcribit* parandos eſſe boues nouellos ceruice longa et toroſa. *Add.* Id. 6, 20. Plin. 21, 15. Pallad Mart. t. 11. Ceruix toroſa Catull. 61, 83. Toroſior Ceruix Colum. 6, 20. Colla toroſa boum Ouid. Met. 7, 429. Multumque toroſa Iuuentus Perſ. 3, 86. *De herbis etiam dicitur.* Plin. 19, 5 Breuior eſt, ſed toroſior amariorque inula.

TORVLVS, i. m. Dimin. *Vid.* TORVS n. 6. Plaut. Amphit. prol. 144 Tum meo patri autem torulus inerit aureus ſub petaſo. Toruloque capite circumflexo Ammian. 29, 7. *Conf.* Id. 16, 27 *c. not. Lindenbr.* p. 66. *Gothofred. ad* Varr. L. L. 5, 35 *vbi toruinus legitur. Multa conantur viri docti ad Plauti l. c. quae retulit Taubm. Porro* Torulus *in ligno, mollior pars interior, cylindrica ſ. teres.* Inutilis liquor effluit per torulum Vitr. 2, 9. Toruli *etiam vt tori, de carnoſis animalium partibus,* Terga pulpoſis torulis obeſa Apul. Met. 7 p. 195.

TORVVS, a, um. Adi. [γοργωπὸς, ὑπόδραξ] *Adſpectu formidabilis.* Virg. Georg. 3, 51 Optima toruae Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix. *i. Terribilis.* Claudian. de Rapt. Proſ. 1, 127 Vitulam non blandius ambit Torua parens, *pulchre* Torua, *q. d. quantumuis alias natura ſua torua, et metuendum quid oculis cornibusque praeferens. Eſt proprium bubuli generis epitheton, vid.* TORVITAS. Virg. Aen. 10, 170 Toruus Abas. Toruus viſu Stat. Theb. 2, 509. Acies Macedonum torua, et inculta Curt. 3, 2, 13. Angues torui Stat. Theb. 9, 741. Apri torui Ouid. de Arte Am. 2, 190. Confidentia ferox et torua Pacuu. *ap.* Feſt. Cornua torua Perſ. Sat. 1, 99. Corpus viſu toruum Tac. A. 2, 14, 5. Draco toruus ſerpit ſubter ſuperaque reuoluens ſeſe Cic. de Nat. Deor. 2, 106. Facies torua tauri *Ferocitatem quandam ipſo adſpectu prae ſe ferens* Colum. 6, 20. Forma torua Ouid. ex Pont. 2, 8, 22. Frons torua, *Terribilis, et immitis* Virg. Aen. 3, 636. Fronte torua petulans iuuencus Senec. Hippol. ſ. 3. Iuuenci torui Ouid. Met. 10, 237. Lumen toruum, *Oculus dirus et minax* Virg. Aen. 3, 677. Oculi torui Plin. 11, 37. Oculis toruis tuens Ouid. Met. 5, 92. Praelia Catul. de Coma Beren. 64, 20. Ouid. Met. 8, 132 Quae Toruum ligno

ligno decepit adultera Taurum. *Paſiphaë.* Reſponſa torua trucis Senatus Sil. 11, 121. Vada Senec. Th.b. 4. Vina torua, *Aſpera, et indomita, ſiue immitia* Plin. 17, 23. *Conſ. ib.* c. 37. Vox hominis et tuba rudore toruior Apul. Florid. p. 357. Vultus toruus Quinctil. 6, 1. *Superl.* Arnob. 6 p. 96 Leonis toruiſſima facies.

TORVĬTAS, ātis. f. [ὑποδρασία] *Propr. e taurorum eſt,* Feſtus, Toruitas a ferocia taurorum dictum eſt. Pacuuius in armorum iudicio, Feroci ingenio toruus, *etc.* Capitis toruitate terreri Plin. 8, 17. Idem 7, 19 Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatemque naturae duram et inflexibilem. *Add.* Id. 35, 4. Solin. c. 21. Corpus inſigne oculis comaque et toruitate vultus Tacit. Hiſt. 2, 9, 4. Alani ſunt oculorum temperata toruitate terribiles Ammian. 31, 7.

TORVE. Adu. [ὑπόδρα] Plaut. Amph. 4, 2, 8 Quid me torue aſpectas? *al.* Stolide.

TORVITER. Adu. Ennius Pancratiaſtae, Quem nunc tu tam torviter increpuiſti Nonius 11, 57 *vbi plura.*

TORVVM. [ὑποβλεμματικῶς] *Aliud* Adu. *pro Torue.* Apuleius *laudatur, non recte, niſi deficit hac parte Index Floridi.* Quum toruum in eos intueretur. Virg. Aen. 7, 399 Toruumque repente Clamat, Io matres audite vbi quaeque Latinae.

TORVA. Adu. [ὑποβλεπομένως] Virg. Aen. 6, 467 Talibus Aeneas ardentem, et torua tuentem Lenibat dictis animum. Servius: Torua pro torue, id eſt terribiliter.

TORYNETVM, i. n. *Ferculi genus ap.* Cael. Aurel. 1, 1, 12 Ex panis pulticula confecta, quam τορυνητὸν Graeci vocant. Τορυνητὸς *eſt clauicula quadam ſ. piſtillo diligenter inter coquendum ſubactus. Vid.* Reineſ. Varr. *Lect.* 3, 18.

TOTTONARIVS, i. m. *Equus peculiaris generis, ap.* Veget. Veter. 1, 56 *et* 4, 6. *Conſ.* GVTTONARIVS.

T O T

TOT. [τοσοῦτος] *Nomen numerale indecl. cui reſpondet* Quot. Cic. de Orat. 2, 140 c. 31 Quot homines, tot cauſae. Idem de Aruſp. Reſp. 16 De templo tot Senatus exſtare conſulta, quot de mea domo. *Et* Tuſc. 5, 29 In his tot et tantis atque etiam quae plura poſſunt accidere. Si tot conſulibus meruiſſet, Quoties ipſe conſul fuiſſet Cic. pro Balbo c. 20. Tot Omnes Min. Felix 5, 4. Virg. Aen. 1, 14 Quidue dolens regina deûm, tot voluere caſus Inſignem pietate virum, tot adire labores. Impulerit. Tot viri ac tales Cic. pro Cael. 66 c. 28. Tot et tantae, et tam graues ciuitates Cic. Verr. 2, 14 c. 5. Tot et tantas res, *etc.* quot et quantas, *etc.* Cic. pro Domo 48.

TOTĬDEM. Indecl. [τοσοῦτοι] *Par numerus ſ. aequalis.* Cic. de Divin. 2, 90 Totidem annos vixerunt. Idem Att. 6, 2 Iſtum ego locum totidem verbis a Dicaearcho tranſtuli. *Add.* Id. Fin. 1 c. 31. Virg. Aen. 3, 203 Tres adeo incertos caeca caligine ſoles Erramus pelago, totidem ſine ſidere noctes. Cum totidem nauibus, Atque erat profectus Nep. 1, 7, 4. Vocis mutationes totidem ſunt Quot animorum Cic. de Clar. Orat. c. 17. *Add.* Id. de Opt. Gen. Orat. c. 2. Colum. 5, 2.

TOTIES. Adu. [τοσαυτάκις] Cic. Att. 7, 12 Interim velim mihi ignoſcas, quod ad te ſcribo tam multa toties. Virg. Aen. 4, 536 Quos eos iam toties ſum dedignata maritos. Cic. Verr. 2, 146 Tot Praetores in Sicilia fuerunt: toties apud maiores noſtros Siculi Senatum adierunt: toties hac memoria. Cic. de Orat. 1, 251 Hoc nos ſi facere velimus, ante condemnentur ii, quorum cauſas receperimus, quam toties, quoties perſcribitur, Paeanem, aut Munionem citarimus. *Add.* Id. Fam. 7, 7. Cato 1 Quoties ibis, toties magis placebit. *Conſ.* Catull. 72, 5. Virg. Aen. 1, 411. Quotiescunque dico, toties mihi videor in iudicium venire Cic. pro Cluent. 51 c. 18. Totiens *ſcribunt nonnulli.* Salluſt. Iugurth. 106 Totiens fuſus Numida. *Add* Id. Fragm. c. 18. Tacit. Ann. 12, 60, 3 De quo totiens ſeditione aut armis certatum. *Ita frequenter in* Scriptt. Rei Ruſt. *animaduertit Geſner.*

TOTIVGIS, e. *et* TOTIVGVS, a, um. Totiugi ſcientia magnificus Apul. Flor. 2. In qua *domo* totiugis iam diebus ne fumus quidem vllus viſus eſt Id. Met. 2 p. 125. *Add.* Id. Flor. 4.

TOTVS, a, um. *Gen.* Totius, *Dat.* Toti. [ὅλος, ὁλοτελής, πᾶς] *Ad quantitatem refertur, a qua nullam partem abeſſe, hoc nomine ſignificatur.* Cic. Acad. 1, 19 Corporis autem alia ponebant eſſe in toto, alia in partibus. Tota et partes Cic. in Topic. 97. Totius lumborumque Dolor Scribon. 101. Totum eſt in eo Id. 227. *omnia eo redeunt.* Totum et vniuerſum Cic. de Fin. 4, 2. Leue enim eſt totum hoc, riſum mouere Idem de Orat. 2, 18. Hoc totum quidquid eſt, ſiue artificium, ſiue, *etc.* Cic. de Orat. 2, 29. Hoc totum nihil eſſe poſſum intelligere Cic. Fam. 3, 8 *pr.* Tertull. de Anima 37 Continens intra lineam moduli totum, quod natura eſt auri vel argenti. *In talibus ſubſtitui fere poteſt omne: qua de re infra.* Plaut. Truc. 4, 1, 7 Totus gaudeo. Idem Aul. 3, 6, 28 Qui oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet. Idem Aſin. 5, 2, 78 Totus perii. Ter. Heaut. 5, 4, 20 Ego nunc totus diſpliceo mihi. Idem Eun. 5, 9, 10 Fratris igitur Thais tota eſt? Idem Adelph. 4, 2, 51 Cteſipho autem in amore eſt totus. Antonius perſpiciet totum me futurum ſuum Cic. Att. 15, 1. Quum totum ſe ad inueſtigationem naturae contuliſſet, in ea ipſa plurimum diſſentit a ſuis Idem Acad. 1, 34. Totum ei me tradidi Idem de Clar. Orat. 306 c. 89. Totus eſt alienus a phyſicis Idem de Fin. 1, 17. Idem Q. Frat. 2, 1 Plancius totus eſt noſter. Totae, *Datiuus pro* Toti. Plaut. *apud* Varron. de L. L. 6, 5 Gannit odioſus omni totae familiae. *Sic* Nep. 20, 3, 2 *in MSS.* Toto ventri Scribon. 206. ¶ 2 *Subſtantiua:* Plaut. Moſtel. 1, 2, 35 Aedificantur Aedes totae denuo. *Sic* Cic. Verr. 1, 67 c. 26 Clamor intera fit tota domo inter ſeruos. Idem pro Font. 23 Hic contra vagantur laeti atque erecti paſſim toto foro. Quo in ſtudio hominum quoque ingenioſiſſimorum otioſiſſimorumque totas Aetates videmus eſſe contritas Cic. de Orat. 1, 219. Toto Animo cogitare Cic. Fam. 1, 7. Annus totus Plaut. Aſin. 3, 3, 45. *et* 4, 1, 9. Ter. Eun. 2, 2, 46 Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam. Cic. Verr. 2, 184 c. 75 Facite, vt vobis triennii totius veniat in mentem. Tota Cogitatione cupio Idem Fam. 16, 8. Idem Tuſc. 2, 56 c. 24 Quid? qui volunt exclamare maius, num ſatis habent latera, fauces, linguam intendere, e quibus elici vocem et fundi videmus? toto corpore, atque omnibus vngulis, vt dicitur, contentioni vocis aſſeruiunt. Dies cogitare totos et noctes de aliquo Idem pro Muraen. 78 c. 37. Lacus totus Plin. Epiſt. 10, 67. Idem Att. 16, 10 Nunc mi Attice tota Mente incumbe in hanc curam: magna enim res eſt. Virg. Aen. 4, 100 — habes tota quod mente petiſti. Mole tota corporis, totoque pondere niti Columel. 2, 2. Vt vnum opus totum atque perfectum ex Omnibus totis atq fectis abſolueret Cic. de Vniuerſ. 14. Virg. Ecl. 1, 67 nitus toto diuiſos Orbe Britannos. Cic. de Legib. 1, 49 c. 18 ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus per ſe amatur toto pectore, vt d Idem Tuſc. 2, 58 Ad ferendum igitur dolorem placide et ſeda rimum proficit toto pectore, vt dicitur, cogitare quam id h ſit. Omne caelum, totamque cum vniuerſo mari terram complecti Cic. de Fin. 2, 112. Via tota erras Ter. Eun. Liu. 26, 43 Sed quoniam vos inſtructos et ordinatos cognoſco, thaginem nouam oppugnandam totis Viribus, et bono animo mus. *Totum aliquando pro Omni ſumitur. Vid.* Nor Hirt. B. Alex. 76 *pr.* Totae profligantur copiae regis. Vi 1, 189 Hos tota armenta ſequuntur. *Ad quem locum ſic* S Inter Totum et Omne hoc intereſt: quod Totum dicimus vn poris plenitudinem: Omne de diuerſis dicimus; vt puta: auditorium habet ſcholaſticos, i. e. Plenum eſt auditorium ſch Et, Omne auditorium habet ſcholaſticos, i. e. Omnia auditoria. pant tamen Poëtae et iſta confundunt, vt hoc loco Tota pro O poſuit; et contra pro Toto Omnem poſuit, vt eſt Aen. Omnemque reuerti Per Troiam. *Sic* Stat. Theb. 1, 81 E in poenam ordire nepotes. *i. Omnes.* Vndique totis Vsq turbatur Agris Virg. Ecl. 1, 11. Bona tota feruntur Ad Phi venal. 10, 237. Ex totis Ripis tela iaciebantur Caeſ. B. C. *Conſ.* Sen. Herc. Oet. v. 106. Accumbebat cum ſua Iuno ter, ac deinde per ordinem toti dei Apul. Met. 6 p. 183. *Ad* 7 p. 193. Manil. 5, 723. Prudent. Pſychom. v. 450. Praef. Epithal. Ruric. *Caſaub. ad* Spart. Seuer. p. 270. tum, *vel* Ex toto; *pro In vniuerſum, omnino.* Celſ. 1, 3 *extr.* abſtinendum eſt. Idem 6, 9 *pr.* Vinum ex toto circumci eſt. Ex toto Scribon. 99. 102. 128. In totum Idem 214. Aut in totum, aut certe plurimum domi morari Col In totum ſumma operarum decem Idem 2, 13. *Add.* Id. 3, 9, 15. 11, 2 *med.* *Et rurſus* 2, 21. *et* 5, 8. *Burm. ad* Decl. 353 p. 745. ¶ 3 Tōtus *penultima correpta,* *vum nominis* Quotus. Colum. 5, 3, 5 Quotcunque pedum ſpa enda cenſueris, totam partem longitudinis duces. Mani Detrahitur ſummae tota pars, quotam ademit (*Sic legendum pu libris et ratione*) vtrinque Omnibus ex horis — Phoebus. *tat hic audacter ingenioſiſſimus Bentleius,* Detrahe tot ſummae quot ademit *etc. quod vix videtur facturus fuiſſe, ſi loci Colum miniſſet. Nam quod* Seruium *adducit ad* Aen. 1, 189 *ille d* totus *id eſt integer loquitur: et explicato diſcrimine quod interce* Totum *et* omne, *addit,* Plerique deriuationem ducunt ab eo, *tot, totus;* vt ab eo, quod eſt *quot, quotus.* Sed illud no quod in deriuatione plerumque mutat naturam: nam cum *tot* liter breuis ſit, *totus* producitur, *quotus* vero ſecundum origin breuis remanet. *Haec Seru. ad verba,* Tris litare ceruos errantes: hos tota armenta ſequuntur. *Nullum ſane indicium* tota *referre ad* tris: *et alioqui ſpeciem non habet illa deriuatio.*

TOTALIS, e. Adi. *Vox vulgaris et prorſus noua, cui* *ctor aſſignatur* Quinctil. Decl. 337 *extr.* *Nam* tota lis *Burm. p.* 699.

TOTALITER. Adu. *Omnino.* Lactantio *impegit librariorum* *tia* 2, 12, 20. *itemque* Epit. 63 *pr.* *Vtroque loco doctiſſimi* *editores librorum bonorum auctoritate expulere. Vid. Bunem.*

T O X

TRAPES, ētis. m. [τράπης] *vel* TRAPĒTVM, i. n. *vel* TRAPĒTVS, i. m. *vel* TRAPĒTA, ae. f. Mola oliuaria, *vt ait* Seruius. A τρέπω, voluo, ſeu verto. Cato de R. R. c 18 Trapetibus locum dextra et ſiniſtra. Virg. Georg. 2, 519 Venit hiems, te[…] cyonia bacca trapetis. Oleo autem conficiendo molae […] ſunt quam trapetum ; trapetum, quam canalis et ſolea Colu[…] 50, 6. *Add.* Arnob. 2 p. 59. Trapetus emtus eſt in […] numis quadringentis Cato de R. R. c. 22. Idem c. 12 T[…] quinque. *Conf.* c. 135. Trapeta funibus ſuſpenſa, *ap*[…] anum in l. Sed addes §. 2 D. Locati et conducti, *intelliguntu*[…] *oliuariae non volubiles nec truſatiles, ſed quae in altum tollebantu*[…] *frangendam oleam demittebantur, eoque funibus opus erat ad ean*[…] *dendam. Caeterum de* Trapeto *ſunt pluſcula a viris doctis* […] ptores Rei ruſticae *diſputata. Quae mihi veriora viderentur* […] *editione Lipſ.* p. 1194, *quae huc etiam transferre non piget.* L. L. 4, 31 p. 34, 5 Trapetes, *inquit*, molae oleariae vocantur. […]*petes a terendo*, niſi Graecum. *Eſſe Graecum, iam oſtendit Sc*[…] *Odyſſ.* H, 104 ἑτέρας δ' ἄρα δὲ τρυγόωσιν, Ἄλλαι δὲ τραπέουσι. […] *habet Heſychius. Vnde apparet, vocem* trapetus, trapetum, […] trapetes (*tot modis enim dicitur*) *generatim notare machinam c*[…] *vel exprimendis ſiue vuis, ſiue, vt apud noſtros, credo, ſemper, ole*[…] *pertinet etiam* Varr. 1, 55, 5 *ex lectione primarum editionum,* […] *cum diſceſſiſſent reliquae, Scaliger eam reuocandam cenſuit*, De […] ad trapetas, quae res molae oleariae, e duro et aſpero lapide. […]*pide fuiſſe orbes, lapidibusque adeo molaribus, quos noſtra aetas* […] *non diſſimiles, apparet praeſertim ex* Caton. 135, 6. *Hic* orbis *ſi*[…] *poſtea* meta. *Orbi ſubiectum fuiſſe* mortarium, *lapidem alium,* […]*tum excauatum, cum labro ſiue margine, qui* catillus *deinde d*[…] *ad quod ita accommodandus erat orbis, vt neque fundum eius ſiu*[…] *neque labra tereret, conſtat ex* Caton. 22, 1 *et* 2. *Ad eam rem* […] *nimirum orbi, columella in medio erat mortario fixa, quae ſuſtine*[…] *ſitum ſibi orbem, non proxime illa quidem, ſed intercedente* cupa. […] *autem et* milliarium Catonis c. 20. *it.* 21 *et* 22. *vnum idemqu*[…]*go, pyxidem nimirum, intra quam continetur* columella, *cui imp*[…] *inſtar fuit. Hoc miliarium, haec cupa deinde et tranſiuit o*[…] *ſuſtinuit, ita vt ſtante firmiter columella, orbis, miliarii ſiue* […] *illi impoſitus, deinde funium, et trochlearum beneficio circum*[…] *Altitudo et latitudo temperabatur* orbiculis *ligneis vel* armillis […] *Tantum intelligere me puto ; ſupereſſe quaedam in illa trapeti* […] one c. 20. 21 *et* 22. *mihi plane* ἄδηλα, *non nego. Interim ſi c*[…]*tur iſta cum iis, quae ad ipſum Catonem notata ſunt, non multu*[…] *eſſe puto. Vid. etiam ad Col.* 12, 50, 7.

TRAPEZA, ae. f. [τράπεζα] *Graecis menſa eſt. Hinc*

TRAPEZĪTA, ae. m. [τραπεζίτης] *Menſarius v. v*[…] Capt. 1, 2, 90 Subducam ratiunculam quantillum argenti m[…] trapezitam fiet. *Add.* Id. Pſeud. 2, 4, 67. Sidon. Ep. 5, […]

TRAPEZOPHŎRON, i. n. *vel* TRAPEZOPHŎRV[…] *Quaſi tu geſtatorem menſae dicas. Statua vel ſignum menſam* […] *Hoc eſt vt ſimpliciſſimum, ita, puto, veriſſimum. Qui vult vide*[…] *diſputationes, adeat* Polluc. 10, 69. *Talis* Chiron *ille apud* Cic[…] 23 Quod tibi deſtinaras trapezophoron, ſi te delectat, habebi[…] ven. Sat. 3, 203

Lectus erat Codro Procula minor, vrceoli ſex,
Ornamentum abaci, nec non et paruulus infra
Cantharus, et recubans ſub eodem marmore Chiro[…]

Trapezophoron, Paull. in l. 3 §. 1 D. de ſuppell. legat. Su[…] legata haec continentur, menſae, trapezophora, delphic[…] ſellia, *etc.*

TRAPESVS, untis. f. [Τραπεζοῦς] *Cappadociae ciuitas li*[…] vaſto monte clauſa, *vt auctor eſt* Plin. 6, 4. Tacitus in H[…] *vocat* Vetuſtam Aſiae ciuitatem a Graecis in extremo […] orae conditam.

TRASENNA, *vid.* TRANSENNA.

TRASIMENVS, TRASVMENVS, *vel* TRASYMĒ[NVS] *ſ.* THRASVMENVS, (*fluctuat enim vehementer i*[…]*nis et Graecis ſcriptio.* [Τρασύμενος] *Lacus in agro* […] *Vid.* Plin. 2, 84. Ibid. c. 107 Reperitur apud auctores, T[…]num lacum arſiſſe totum. *Nobilitatus praeſertim clade Roma*[…] *ſecundo Punico, de qua vid.* Liu. 22, 4. Flor. 2, 6, 13. V[…] 1, 6, 6 *etc.* Cic. pro Roſc. Amer. 89 Multos caeſos non […]ſymenum lacum, ſed ad Seruilium vidimus. *Add.* de Clar. […] *In primis* Silius 5 *pr. vbi etiam fabulam de nomine narrat*, v. 7 […]da, Faunigenae regnata antiquitus Anno, Nunc voluente die […]meni (*ſic Drakenb.*) nomina ſeruant.

TRASYMĒNVS, a, um. Adi. [Τρασυμένιος] Ouid. Fa[…] Sunt tibi Flaminius Traſymenaque litora teſtes. Buſta […]mena Sil. 11, 347. Vada Thraſymena Idem 11, 172.

TRASYMENĬCVS, a, um. Adi. Sidon. Carm. 9, 248 T[…]nica ſtrages.

TRAVIO, āre. [διαπεράομαι] *Tranſire.* Lucret. 4, 603 […] ſunt vitri ſpecies quae trauiat omnis. *Nonnulli leg.* Trameat. […]volat. Idem 6, 348

Incolumisque venit per res, atque integra tranſit
Multa : foraminibus liquidis quia trauiat ignis,
Multaque perfringit.

Trauiare, *quaſi* Trans *ſiue* […] *corpora ſibi viam facere.*

TRAVOLO, *vid.* TRANSVOLO.

TRAVLVS, i. m. [τραυλὸς] *Graecum vocabulum ſignifica*[…]bum, *aut eum, qui cum difficultate loquitur.* Lucret. 4, 1157 […] atque immanis καταπληξις, plenaque honoris ; Balba loqui no[…] τραυλίζει, muta pudens eſt. τραυλίζω *Graecis, Balbutio* […]*nis. Hinc*

TAVLISMVS, *Balbutientis vitium.*

T R E

TRE *pro* TRES, *vid. in* TREPONDO.

TREBACIVS, *vel* TREBATIVS, [Τρεβάτιος] Te[…]*riſconſultus, Ciceronis familiaris, vt perſpicere licet ex familiari*[…] *ſtolis, libro praeſertim* 7. *Vid.* Hor. Serm. 2, 1, 4 Similesqu[…]rum Mille die verſus deduci poſſe. Trebati, Quid faciam p[…]be. *Deliberat cum ICto.*

TREBAX, ăcis. Adi. *Peruicax.* Sidon. Epiſt. 1 *vlt.* Treba[…] ſenex. *Vid. Sirmond. et Wower. in h. l. Dicunt* Trebax *id*[…] *quod pertinax, et inde formatum volunt nomen* Trebaciorum, *quo*[…] *dum haec per elementum tertium rectius ſcribitur.*

TREBACĬTER. Adu. Sidon. Epiſt. 9, 11 Malui factum […] ſimpliciter, quam trebaciter diffiteri.

TREBELLIVS, i. m. *Nomen apud Romanos frequens.* […]

s Tacit. Ann. 16, 41. Trebellius Maximus Idem ibid. 16, 3. rellius Pollio, *Hiſtoricus, cuius exſtant Vitae quaedam Imperatorum.*

TREBELLIANVM Senatusconſultum *a* Trebellio Maximo *dictum*, de fideicommiſſariis hereditatibus. *Vid.* Vlp. tit. 25, 14, 4. *eſt* titulus Digeſtorum (36, 1) ad SCtum Trebellianum.

TREBELLICA vina Plin. 14, 6 ſ. 10, 9 in Campania ad quartum Neapoli lapidem *forte nomen debent* M. Trebellio Colum. 5, 1, 2.

TREBIA, ae. [Τρεβίας] *Subalpinae regionis fluuius, iuxta Dermam ciuitatem (auctor Strabo l. 5) clade Romanorum ab Annibale accepta inſignis.* Lucan. 2, 46 O miſerae ſortis, quod non in Punica nati Tempora Cannarum fuimus, Trebiaeque, iuuentus.

TREBIATES, *Vmbriae populi in quarta regione Italiae, quorum meminit* Plin. 3, 14. *An Iidem et* TREBIANI *dicuntur?* Suet. Tiber. c. 31 Iterum eo cenſente, vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem viae transferre concederetur, obtinere non potuit.

TREBLA, ae. f. *Inſtrumentum ruſticum; quaſi* Tribla *a* tribula. Catone R. R. c. 135 Treblae emi poſſunt Albae. *Sed vrbis nomen putat Schoettg. de qua in* TREBVLA.

TREBONIVS, i. m. [Τρεβώνιος] *Cum Bruto et Caſſio coniurauit contra Caeſarem, fraude Dolabellae interfectus crudeliſſime, vt narrat Cicero in Philipp.* 11, 1. *Conf.* Vell. 2, 69, 1. *et* Hor. Serm. 1, 4, 114.

TREBVLA, ae. f. [Τρέβυλα] *Oppidum haud longe ab Vrbe, vt est apud* Plin. 3, 5. *Et olim Trebulanis ciuitas data fuit. Hinc* Caſei Trebulani *dicti ſunt, de quibus* Martial. 13, 33. *Prope* Trebulanos *fuerunt alii populi, nomine* TREBANI, *auctore* Plin. 3, 12.

TREBVLANVS, a, um. Adi. Caſeos *iam vidimus.* Plin. 14, 6 *Vina* Trebulana.

TRECENI, ae, a. Pl. [τριακόσιοι] *Tercentum vel Trecenti, distributiue.* Liu. 31, 16 Attalus trecenos tantum milites in praeſidium Rhodii quadriremem vnam ex claſſe, quum ad Tenedum ſtaret, miſerunt. *Alii legunt* Trecentos, *et ipſe cum Gronouio Drakenb. Maluit ſcribi facit.* Idem 8, 8 Scribebantur autem quatuor fere legiones quinis millibus peditum equitibus in ſingulas legiones trecenis. *Add.* Idem 7, 25. Varro R. R. 2, 8, 3. Hor. Od. 2, 14, 4 trecenis ac quadrigenis millibus admiſſarii aliquot venierunt.

TRECENTI, ae, a. [τριακόσιοι] CCC. *Adiectiuum Plurale, pro* Tercentum. Cic. de Finib. 2, 97 c. 30 Trecentosque eos, quos ... Sparta, quum eſſet propoſita aut fuga turpis, aut glorioſa mors, oppoſuit hoſtibus. Plaut. Perſ. 2, 3, 6 Trecentis verſibus ... puritias loqui nemo poteſt. Catenae trecentae cohibent ... Pirithoum Hor. Carm. 2, 4, 79. *Add.* Martial. 12, 71.

TRECENTENI, ae, a. *Idem quod* Treceni. Columel. 5, 2. ... n. 18, 2 *et* 20, 4.

TRECENTESIMVS, a, um. Adi. Valer. Max. 8, 13 ext. 6 An... trecenteſimus. *Add.* Eutrop. 2, 1.

TRECENARIVS, a, um. Adi. Inſcript. apud Fabrett. p. 634 ... ISIENA. A. NVMISIENO. GALLO. TRECENA... *Vid* Reineſ. *ad* Inſcript. 39 Claſſ. 8.

TRECENTIES. Adu. [τριακοσιάκις] Catull. 27 (30) 15 Du... comeſſet aut trecenties. *intell.* Centena millia Seſtertiûm. *Add.* Martial. 3, 22.

TRECHEDIPNVM, i. n. [τρεχέδειπνον] Iuuen. Sat. 3, 68 Ruſticus ille tuus ſumit trechedipna Quirine. *Si etymologiam ſpectes, trechedipna erunt veſtimenta, quibus ad coenam curritur: rem Graecam eamque mollitiei cuiusdam et elegantiae vrbanae habitam, oſtendit ... m Poetae, et ipſa oppoſitio. Nec ſcio an plus expedierint Turn. ...* 2, 17. *Rutgerſ. V. L.* 6, 13. *Voſſ. Etymol. p.* 529. *Ferr. de Re veſtiar. 2, 1, 11. aut viri docti ad locum.* Trechedipni, *qui ... Plutarchum in Sympoſiacis 6, 18 appellantur, Qui licet appetentes ... amantes alienas coenas, in mora tamen erant caeteris conuiuis, tardius accedentes: vt per contrarium* Trechedipni *videantur dicti.*

TREDECIM. n. Indecl. XIII. Liu. 36, 45 Tredecim captis na... *Add.* Idem 37, 22 Cum tredecim millibus peditum ... 6 *pr.*

TREDECIES. Adu. [τρισκαιδεκάκις] *Pro Ter et decies.* Cic. Verr. ... 181 c. 80 *pr.* Tu ex pecunia publica HS tredecies ſcribam tu... permiſſu tuo quum abſtuliſſe fateare, aliquam tibi vllam defenſionem ... tas eſſe?

TREIS, in Accuſatiuo Plurali pro Tres, *vid.* TRIS.

TREMEBVNDVS, *vid. infra* TREMO.

TREMISSIS, is. m. *Vocabulum pro Triente ad exemplum* Semiſſis ... *media Latinitatis auctores.* Minus quidem vno tremiſſe ... Cod. ... t. 38 l. 16. Lamprid. Alex. Seuer. c. 39 Tunc etiam quum ... tertiam partem auri vectigal decidiſſet, tremiſſes formati ſunt. *Vid. ... otus in* SEMISSIS. Iſidor. 16, 15 Solidi tertiam partem di... tremiſſem, eo quod ſolidum faciat ter miſſus. *Satis abſurde. Vid. Gron. de Pec. Vet. p.* 436. Trientem *appellat*, Trebell. Claud. ... Philippeos noſtri vultus annuos centum quinquaginta, et in ſtrenis ... quadraginta ſeptem, et trientes centum ſexaginta. Idem 17 Au... ... Valerianos centum quinquaginta, trientes Salonianos trecentos. *Vid. ... Antiq. Roman.* 4, 3, 8. *Salmaſ. de Mod. Vſur. c.* 1 *et* 8. *ad* Lamprid. l. c. *Gron. de Pec. Vet. p.* 436.

TREMO, ui, ĕre. [τρέμω, τρομέω, ταρβέω] *Commoueri, ſeu agitari. Significat non tam magno motu quam celerrime, repetito, vt in chordis, laminis metallicis, in corporibus animalium a frigore vel ſubita commotione affectis, videmus.* Plaut. Aſin. 2, 2, 23 Non placet, pro monſtro ... templo eſt, quando qui ſudat, tremit. Ter. Eun. 1, 2, 4 ... Parmeno tremo, horreoque, poſtquam adſpexi hanc. Cic. ... Orat. 2, 285 Huius generis eſt plenus Naeuius: et iocus eſt familiaris ... Sapiens ſi algebis, tremes. Idem Qu. Fratr. 1, 1, 4 Quid ſi ... illum aliquod magnum et periculoſum adminiſtranti prorogatum ... tempus viderem, tremerem animo. Virg. Georg. 3, 84 *de equo ...*, Stare loco neſcit, micat auribus, et tremit artus: *Accuſatiuus ... Pluralis, ſecundum* artus. Calamo tremente Martial. 4, 30. ... Corde et genibus tremit Hor. Carm. 1, 23, 8. Frondes tremuerunt ... Ouid. de Nuce 175. Genua ei tremunt Sen. Ep. 11. Irae tremere Sil. 7, 581. Motibus inſolitis tremuerunt Alpes Virg. Georg. 1, 475. Oſſa tremere pauore Hor. Serm. 2, 7, 57. *Synecdoche ...* Seruiliter tremere Quinctil. 1, 11. Toto pectore tremere Cic. Tuſc. 4, 49 c. 22. Tellus tremuit longo cum murmure Ouid. Faſt. 4, 267. *Accuſatiuum habet non ſuum proprie, ſed ... Praepoſitionis* Propter. Quo fortuna altius Euexit ac leuauit humanas opes, Hoc ſe magis ſupprimere felicem decet, Variosque Caſus tremere Sen. Troad. v. 259. Liu. 22, . . . In ea ciuitate in qua Magiſtrûm equitum virgas ac ſecures Dictatoris tremere atque horrere ſoliti ſunt. Te Stygii tremuere lacus Virg. Aen. 8, 296. Idem ibid. 2, 199 Hic aliud maius miſeris, multoque tremendum Obiicitur magis.

TREMENS, entis. Partic. [τρέμων] Virg. Aen. 5, 431 Sed tarda trementi Genua labant. Neque iratos tremens regum Apices, neque militum Arma Hor. Od. 3, 21, 19. Horrens et tremens Cic. in Piſon. 99. Timidus et tremens Idem in Piſon. 74. Bos tremens procumbit humi Virg. Aen. 5, 481. Fruſta animalis trementia, *h. e. Adhuc palpitantia* Virg. Aen. 2, 216. Genae trementes Virg. Aen. 4, 643. Haſta tremens Idem ibid. 2, 175. Lingua tremente dictum Ouid. ex Pont. 4, 10, 84. *al.* Querente. Ore tremente loqui Idem ex Pont. 3, 1, 154. Trementi queſtus Ore Hor. Epod. 5, 11. Oſcula trementia Lucan. 2, 114. Tela trementia Ouid. Met. 12, 99. Cic. Qu. Frat. 3, 2 Homo vndique actus et quum a me maxime vulneraretur, non tulit, et me trementi Voce exulem appellauit.

TREMENDVS, a, um. [τρομητέος] *Propter quod quis tremere debet.* Alpes Hor. Od. 4, 14, 12. Viſuque adituque tremendus Stat. Theb 10, 158. Nefas tremendum Valer. Argon. 2, 209. Regem tremendum adiit, *Plutonem* Virg. Georg. 4, 469. Tumultu tremendo ruens Iuppiter Hor. Carm. 1, 16, 11.

TREMEBVNDVS, a, um. Adi. *Tremens.* Martial. 9, 94. Cic. pro Domo 134 c. 52 Aut ſi dixit aliquid verbis haeſitantibus, poſtemque tremebunda manu tetigit, certe nihil rite, nihil caſte, nihil more, inſtitutoque perfecit. Stat tremebundus Sil. 10, 243. Humus tremebunda nutat Valer. Argon. 6, 168. *Add.* Idem 4, 180. Membra tremebunda Ouid. Met. 4, 133. Vox tremebunda Auctor ad Herenn. 3, 25. *Add.* Catull. 64, 11. *Compar.* Columel. 10, 396 Candidus effoetae tremebundior vbere porcae. *Caſeum laudat.*

TREMISCO, ĕre. [τρομάομαι] *Tremore concuti: interdum etiam Timere.* Virg. Aen 3, 648 Sonitumque pedum, vocemque tremiſco. Motu tremiſcere Ouid. Met. 7, 205. Tonitru tremiſcunt ardua terrarum Virg. Aen. 5, 694. Ad omnem ſtrepitum tremiſcens Ouid. Met. 14, 214.

TREMEFĂCIO, fēci, factum, ĕre. [τινάσσω] *Tremorem incutere.* Cic. de Diuin. 1, 18 c. 11 Aut quum ſe grauido tremefecit corpore tellus. *ex Poeta.* Tremefacere aliquem Virg. Aen. 6, 803. Folia tremefacta noto Propert. 2, 9, 33. Libertas tremefacta, *Concuſſa.* Cic. Off. 2, 24 c. 7 Quamuis enim demerſae ſint leges alicuius opibus, quamuis tremefacta libertas, emergunt tamen haec aliquando aut iudiciis tacitis, aut occultis de honore ſuffragiis. Legitur et Timefacta. Nutu tremefecit Olympum Virg. Aen. 9, 106. Pectora tremefacta Virg. Aen. 2, 228. Polus tremefactus nutu Ouid. Faſt. 2, 489. Quies tremefacta Stat. Achil. 1, 247. Tellus tremefacta Virg. Aen. 10, 102. Viſu tremefactus abibat Virg. Aen. 2, 382.

TREMIPEDVS, a, um. Adi. Varro *apud* Non. 6, 65 Anates tremipedas. *forte* Remipedae.

TREMOR, ōris. m. [τρόμος, τάρβος, παλμὸς, τάρβη] *Ipſa commotio.* Virg. Georg. 2, 479 Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumeſcant Obiicibus ruptis. Cic. pro Flacc. 10 c. 4 Tamen id quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore et pallore dixit? Albus tremor pallere faciens Perſ. Sat. 3, 100. Gelidus tremor per oſſa cucurrit Virg. Aen. 2, 121. Horridus tremor quaſſat artus Senec. Troad. 3. Occultus tremor ſubitae peſtis Sil. 17, 556. Subitus tremor Ouid. Met. 3, 40. Vagus errat per artus tremor Senec. Herc. Oet. ſ. 6, 1. Concuti tremoribus orbis Ouid. Met. 15, 271. *Add.* Sen. Qu. N. 6, 21. Terrorem tremor et dentium crepitus Conſequitur Cic. Tuſc. 4 c. 8. Incidit tremor manibus Hor. Epiſt. 1, 17, 23. Inuaſit me tremor Ouid. Met. 14, 210. Pertentat corpora tremor Virg. Georg. 3, 250. Praepedit oſſa tremor Ouid. Epiſt. 12, 18. Tremor ſtellarum, *pro Splendore, quod lumen earum ſit quodammodo tremulum.* Lucret. 5, 587 Dum tremor eſt clarus, dum cernitur ardor earum. *Vid. mox* TREMVLVS, COMETA, FLAMMA.

TREMŬLVS, a, um. Adi. [περίτρομος, ἔντρομος] *Quod valde tremit. Senex apud* Ter. Eun. 2, 3, 44 Incuruus, tremulus, labiis demiſſis. Plin. 20, 9 Ideo paralyticis et tremulis dari iubet. *Add.* Idem 32, 3. Petron. c. 100 *et* 134. Artus tremuli Lucret. 3, 7. Arundo tremula Ouid. de Arte Am. 2, 77. Cantus tremulus Hor. Carm. 4, 13, 5. Cic. de Diuin. 1, 18 c. 11 Vidiſti, et claro tremulos ardore Cometas. *ex Poeta.* Dextra tremula Ouid. Faſt. 5, 511. Equi Nemeſian. Cyneg. v. 257. Cic. de Nat. Deor. 2, 110 c. 43 Pedibusque tenetur Magnu' leo tremulam quatiens e corpore Flammam. Fletus tremuli Propert. 1, 5, 15. Cic. in Arat. 68 Tum fixum tremulo quatietur Frigore corpus. Fulgore tremulo micantes oculi Ouid. de Arte Am. 2, 721. Gradu tremulo venit aegra ſenectus Ouid. Met. 14, 143. Cic. de Diuin. 1, 14 Haud modicos tremulo fundens e Gutture cantus. Horrore tremulo moueri Ouid. Met. 9, 345. Iaculum tremulum Idem Epiſt. 4, 43. Ignes tremuli Lucret. 4, 406. Lumen tremulum Virg. Aen. 7, 9. Manus tremula Martial. 12, 75. Mare fit tremulum, tenui quum ſtringitur aura Ouid. Epiſt. 11, 75. Paſſu tremulo venit hiems horrida Idem Met. 15, 212. Riſus tremulus, *Totum corpus concutiens* Lucret. 1, 918. Vlulatus tremuli Stat. Silu. 5, 5, 71. Vox tremula Claud. in Eutrop. 1, 263. Lucret. 2, 367.

TREMVLE. Adu. Plumulae tenellae ac delicatae, tremule reſultantes, inquiete laſciuiunt Apul. Met. 5 p. 168.

TREPIDVS, a, um. Adi. [περιδεής, περίφοβος] *Pauidus, metuens, timens.* Feſtus, Trepit, vertit: vnde Trepido, Trepidatio: quia turbatione mens vertitur. *Interdum tamen non tam ad affectum reſpicitur, quam ad celeritatem mouendi ſe, ſiue illa a metu proficiſcatur, ſiue a cauſa alia.* Liu. 2, 24 At vero Curia moeſta ac trepida ancipiti metu. Trepida res, *Dubia, et ob hoc timorem inducens.* Liu. 1, 27 Tullius in re trepida duodecim vouit Salios, fanaque Pallori, et Pauori. Hor. Carm. 3, 2, 5. *Conf. Drackenb. ad* Sil. 7, 1. Trepidi rerum ſuarum, *Incerti* Virg. Aen. 12, 589. Seruius: Neſcientes quid agant, ignari auxilii. Liu. 36, 31 Meſſenii ſine reſponſo dimiſſis legatis, mouerant bellum: trepidique rerum ſuarum, *etc.* Virg. Aen. 12, 583 Exoritur trepidos inter diſcordia ciues. Admirationis et metus (*cauſa*) trepidus Tacit. Ann 6, 21. Spe trepidus Lucan. 7, 297. Formidine trepidus Virg. Aen. 9, 756. Trepidus, *interdum eſt Feſtinus: quod qui timent, feſtinant.* Virg. Aen. 3, 616

Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores ſocii vaſto Cyclopis in antro
Deſeruere.

Seruius; Trepidi, feſtini: vt per timorem, non per odium relictus fuiſſe videatur. Idem Georg. 4, 73. *et* Aen. 3, 316. *et* 4, 642. Acies trepidae, *vid.* ACIES. Carina trepida Lucan. 8, 662. *non tam propter timorem illorum, qui inſidebant, quam propter celeritatem.* Certamen trepidum *acre, ſatagens* Hor. Epiſt. 1, 19, 48. Curſus trepidus Virg. Aen. 4, 672. Equi trepidi Ouid. Epiſt. 16, 206. Fuga trepida Idem Triſt. 1, 10, 10. Literae Curt. 7, 1, 36. *i. plenae terroris.* Manus trepida Virg. Aen. 12, 901. Mentes trepidae Lucan. 1, 518. Metus trepidus Idem Triſt. 3, 1, 54. Noctes trepidae Stat. Theb. 9, 622. Nubes trepidae Idem Theb. 12, 529. Os trepidum Ouid. Met. 5, 234. *al.* Timidum. Rotae trepidae Valer. Argon. 3, 52. Terror trepidus Lucret. 5, 41. Tumultus trepidus Virg. Aen. 8, 5. Vrbs trepida Lucan. 3, 373. Vultus trepidi Ouid. ad Liu. 275.

TREPIDE. Adu. [ἐντρόμως] *Celeriter, per timorem.* Liu. 22, 51 Nam et ſtatiua trepide deſerta fuerunt.

TREPIDŬLUS, a, um. Dimin. [ὑπότρομος] Gell. 2, 29 Pulli trepiduli circumſtrepere. Plaut. Perſ. 4, 2, 3 Trepidula vt graphice decet.

TREPĬDO, āre. [σπαίρω] *Metu concuti, timere, vel quacunque de cauſa celeriter mouere, ſatagere.* Ter. Eun. 5, 6, 8 Quid eſt quod trepidas? ſatisne ſaluae? dic mihi. Cic. de Orat. 3, 166 c. 42 At Romanus homo, tamen, etſi res bene geſta eſt, Corde ſuo trepidat. Trepidare et concurſare Caeſ. Bell. Gall. 5, 33. Ter. Hec. 3, 3, 35 Trepidari ſentio, curſari ſurſum prorſum. Laetitiā trepidare Arnob. 7 p. 213. *conf. hic Herald.* Metu trepidare Virg. Aen. 6, 491. In dubiis trepidare Periclis Lucret. 3, 1089. Mens trepidat metu Hor. Carm. 2, 19, 5. Pectus mihi trepidat. *i. Palpitat* Perſ. Sat. 3, 88. Paſſim trepidatur in vrbe Sil. 17, 509. Vaſtis trepidatur in agris Sil. 4, 26. *conf.* Lucret. 3, 598. Trepidare, Feſtinare. *Vid.* Non. 1, 7. Virg. Aen. 4, 121 Dum trepidant alae, ſaltuſque indagine cingunt. Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum, Quam quae per pronum trepidat cum murmure riuum Hor. Ep. 1, 10, 30. *conf. Burm. ad* Rutil. Itin. 1, 280. Hor. Carm. 2, 4, 23 Cuius octauum trepidauit aetas Claudere luſtrum. *conf.* Id. Od. 3, 27, 17 *ibidemque* Vet. Schol. Greſſus trepidant Sen. Hippol. ſ. 7. Apes trepidant Varr. R. R. 3, 16, 32. Liu. 27, 1 Trepidante tota ciuitate ad excipiendum Annibalem viſendumque. *Vid. Gronou. ad. h. l.*

TREPIDANS, antis. Partic. [σπαίρων] *Vt,* Fuga trepidans Lucan. 3, 159. Trepidantes reliquerat Curt. 7, 11, 26. Alis trepidantibus effugit Ouid. Met. 7, 382. Corda trepidantia bello Virg. Georg. 4, 69. Linguis trepidantibus vlulat. Catul. de Berecynth. 64, 29. *add.* ib. v. 44. Moenia trepidantia Sil. 1, 129. *add.* Liu. 23, 7. Hirt. B. Alex. c. 31. Tac. Hiſt. 3, 58, 5.

TREPIDANTER. Adu. [δίκην σπαίροντος] *Timide.* Suet. in Claud. Caeſ. c. 49 Quod vt ſenſit, trepidanter effatus, *etc.* Trepidanter et timide agere Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 19. Omnia trepidantius timidiuſque agere Id. Bell. Ciuil. 1, 19.

TREPIDATIO, ōnis. f. [σπάραγμα] Cic. pro Deiot. 20 c. 7 Num quae trepidatio? num qui tumultus? Trepidatio conſcientiae indicium eſt Curt. 7, 1, 9. *add.* Id. 4, 10, 25. Inſana trepidatio Liu. 32. Facere trepidationem Idem 3, 3. Iniicere trepidationem Idem 2, 53. *add.* Sen. de Ira 3, 10. *et* Ep. 71. Tac. Hiſt. 2, 22, 4. *et* Ann. 15, 16, 3.

TREPIDIARII equi *apud* Veg. Mulom. 1, 36, 37 *ſunt quaſi* Tripediarii, *a* Tripedando *dicti. Nempe* TRIPEDO *non modo reddunt* Vet. Gloſſae τριπεδίζω. *Sed videtur hoc verbum etiam reſtituendum eid.* Vegetio 3, 47, 11 *vt* Trepidans *eſt ſubſiliens ad ſudorem excutiendum. Certe apud* Veg. de Re mil. 2, 23 *pro eo quod habent libri* Inſurgere trepidantes (*editur* tripudiantes) in clipeum, tripedantes *legi vult Salmaſ. ad* Capitolin. Maxim. 3 p. 9 *Hack. vbi multus eſt in hoc verbo, adeo vt ipſum* trepidare *a* tripedare *deriuet. Nam quod* tripudium *ex* tripedio *corruptum putat, minus etiam videtur falli. Sed* et Trepidans, 3, 47, 11 *idem videtur eſſe quod* Tripedans.

TREPONDO. [τρίλιτρον] Indecl. *quo vtitur v. g.* Scribon. 105. 271. *i. tres librae.* Quinctil. 1, 5, 15 Nam dua et tre pondo diuerſorum generum ſunt barbariſmi. At duapondo et trepondo vſque ad noſtram aetatem ab omnibus dictum eſt et recte dici Meſſala confirmat. *conf. Gron. de Pec. Vet.* 1, 7 *p.* 36.

TRES, *et* TRIA. Plur. num. [τρεῖς] *Numerale nomen.* Virg. Ecl. 8, 77 Necte tribus nodis ternos Amarylli colores. Tres conuiuae Hor. Epiſt. 2, 2, 61. Digitis tribus Scribon. 78. Trium literarum homo, *i. Fur, quod tres in ea dictione tantum ſint literae* Plaut. Aul. 2, 4, 46. Tria Millia Horat. Sat. 1, 5, 25. Tribus verbis, *i. Breuiter* Plaut. Mil. 4, 2, 28. Idem Trin. 4, 2, 121 Pax, te tribus verbis volo. *conf.* Cic. Fam. 9, 19.

TER *cum deriuatis,* TERTIUS, TERUNCIUS, *vid. ſ. l.*

TRESSIS, is. m. [τριώβολος] *Tripondium, numus aeneus pretii et ponderis* trium aſſium. Varr. de L. L. 8, 49 Treſſis ex tribus aeris; quod ſic pro aſſibus nonnunquam aes dicebant antiqui. *Itaque pro minuta pecunia vſurpabant, velut apud* Perſ. Sat. 5, 76 Hic Dama eſt, non treſſis Agaſo. *Vid. Gronou. de Pecun. vet.* 1, 8. *et* 3, 12. *Hotman. Antiq. Roman.* 4, 1, 13. *Laudatur* Cic. Att. 5, 20 Mancipia venibant Saturnalibus treſſis. *Sed modo ex antiquis codicibus legitur* Tertiis.

TRESVĪRI, ōrum. m. Pl. [οἱ τρεῖς] *idem qui* Triumuiri, *de quibus ſuo loco.* Treſuiri epulones Cic. de Orat. 3 c. 19. Pompon. l. 2 §. 30 ff. de Orig. Iur. *Sed ſine addito cum dicuntur, fere intelliguntur* Capitales *illi ſ.* nocturni, *de quibus ſ. l.* Plaut. Amph. 1, 1, 8 Quid faciam nunc, ſi treſuiri me in carcerem compegerint? *add.* Id. Aul. 3, 2, 2. Treuiri *etiam dicebantur. Hoc ſatis indicat* Ciceronis *iocus* Fam. 7, 13 *ſub finem,* Treuiros, *inquit,* vites cenſeo: audio capitales eſſe: mallem auro, argento, aere eſſent. Sed alias iocabimur. *Iocatur Cicero, quod vtitur verbo ICtorum* cenſeo: *deinde quod* Treuiros *Galliae populos comparat cum* Treuiris, *i.* tribus viris *vel* Triumuiris Capitalibus, *qui* caput *petant et ipſi: denique quod illis quaſi e regione opponit,* Tres viros *ſ.* Triumuiros, *quos ita inſcribebant,* A. A. A. F. F. *hoc eſt,* Auro, Argento, Aere, Flando, Feriundo, *vt in numis antiquis hodieque viſitur: quod genus homini togato carius eſſe debet illis aliis.* Triumuiros *autem eoſdem quoque* Treuiros *ſolitos dici,* Liuius *teſtis eſſe poteſt* 40, 29 *pr.* Colonia Grauiſcae eo anno deducta eſt in agrum Hetruſcum de Tarquinienſibus quondam captum. quina iugera agri data. Treuiri deduxerunt, C. Calpurnius Piſo, P. Claudius Pulcher, C. Terentius Iſter. *Sic legit* B *alii.* Treſuiri *Gron. et Drakenb. ex MSS. quod parum ab illo ab*

TREVĔRI, *ſiue* TREVĪRI. [Τρέβηροι] *Galliae Belg puli, vetuſti ſane, nomenque retinentes.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 3 gati ab Heduis et Treuiris veniebant. *Singulari numero vſus* can. 1, 441 Tu quoque laetatus conuerti praelia Treuir.

T R I

TRIAMBI. Feſtus Iambi vocabantur, qui ſinguli ex profe quebantur, Triambi, qui terni.

TRIANGŬLUS, i. m. *et* TRIANGULUM, i. n. [τ *Figura tres angulos habens, quam Graeci* τρίγωνον *vocant.* Cic. Deor. 2, 125 c. 49 Grues quum loca calidiora petentes maria trans trianguli efficere formam. Idem de Diuin. 2, 89 Quum a eam ipſam partem orbis venerint, in qua ſit ortus eius qui n aut in eam, quae coniunctum aliquid habeat, aut conſentiens, gula illi et quadrata nominent. Triangula *etiam* Manil. 2, 28

TRIANGULUS, a, um. Adi. Triangulus ager Colu Triangulus ſolis Radius Plin. 2, 16. Forma triangula Celſ. 7, 2

TRIANGŬLĀRIS, e. Adi. [τριγώνιος] *Quod trianguli refert:* vt Triangularis agri forma, *apud* Columel. 5, 2.

TRIARII, ōrum. m. Pl. [ἐπίτακτοι] *Genus militum, qu fuerint olim, luculentiſſime explanat* Liu. 8, 8 Primum vexillum ducebat, veteranum militem ſpectatae virtutis: ſecundum minoris roboris aetate factiſque: tertium accenſos, minimae manum. Eo et in poſtremam aciem reiiciebantur. Haſtati primi pugnam inibant. Si haſtati profligare hoſtem non poſſe preſſo eos retrocedentes, in interuallo ordinum principes reci Tum principum pugna erat, haſtati ſequebantur. Triarii xillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa hume ſtas ſubrecta cuſpide in terra fixas, haud ſecus quam vallo ſept reret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud ſatis eſſet pugnatum, a prima acie ad triarios ſenſim referebantur. *rem ad triarios rediiſſe,* quum laboratur, prouerbio increbuit. conſurgentes vbi in interualla ordinum ſuorum principes et recepiſſent, extemplo compreſſis ordinibus velut claudebant vi que continente agmine, iam nulla ſpe poſt relicta, in hoſtem bant. Id erat formidoloſiſſimum hoſti, quum velut victos inſe vam repente aciem exſurgentem, auctam numero cernebant. Vegetius de Re militari 1, 20 *declarat* poſt omnes acies ſolere triarios, omni armorum genere inſtructos, qui genu poſito bant: vt ſi primam aciem vinci contigiſſet, ab iis integrato pr ctoria repararetur. Idem 3, 14 Sextus, *inquit,* ordo poſt firmiſſimis et ſcutatis, et omni genere armorum munitis, bella nebat, quos antiqui triarios appellabant. Hi vt requieti e acrius inuaderent hoſtes, poſt vltimas acies ſedere conſueuer ſi quid in primis ordinibus accidiſſet, de horum viribus rep ſpes tota pendebat. Flauius Vopiſcus Firmo 4 *indicat* robu *quemque militem in triarios allegi ſolitum, docens eum neruis mis fuiſſe, hoc argumento,* quod triarium quoque vinceret. de L. L. 4, 16 p. 24, 4 Pilani quoque Triarii dicti ſunt, quod tertio ordine extremis ſubſidio deponebantur. Quod hi ſub ab eo ſubſidium dictum, a quo Plautus, Agite nunc, ſubſide quaſi ſolent triarii. *Conf.* Sen. de Tranquill. Ann. c. 3. *Eſt etiam cognomen* Valeriorum. *V. g. ille, cuius meminit* Cic. Orat. 266 Me quidem admodum delectabat etiam Triarii in il plena literatae ſenectutis oratio, quanta ſeueritas in vultu, q pondus in verbis, quam nihil non conſideratum exibat ex ore. Brutus Torquati et Triarii mentione commotus *etc.* *De al* Att. 4, 15 Scaurum Triarius reum fecit.

TRIAS, adis. f. *Numerus ternarius.* Gell. 1, 20 Numerus qui Graece dicitur trias. Trias triplicata nouem numer Mart. Capella 2 p. 26. *add.* 7 p. 239.

TRIACONTAS, tadis. f. *Numerus tricenarius.* Tert Praeſcript. c. 49.

TRIBALLI, orum. m. [Τριβαλλοί] *Epiri populi,* Dardanis op Moeſiae gentibus, *vt ſcribit* Plin. 4, 1.

TRIBACCA. Margarita Petron. c. 55 *i. quae tribus baccis*

TRIBAS, adis. f. [τριβάς] *Mulier, quae in ſexum ſuu nem exercet.* τρίβω *idem valet quod frico, tero.* Tribades *ita poſſent Latine* Fricatrices, *de quibus* Iuuen. Sat. 6, 310 Inque vic tant *etc.* *Hoc libidinis portentum deſcribit* Martialis 1, 91 *quo bitur,* ad Baſſam tribadem. *Id ſceleris primo inſtituiſſe dicun biae mulieres. Vnde apud Ariſtophanem* λεσβιάζειν *et* λεσβίζειν *eſt. Talis fuit Sappho, vt ipſa fatetur: et propterea dicitur* Epiſt. 1, 19, 28 Maſcula Sappho. Phaedr. 4, 14, 1 Rogauit a bades et molles mares, Quae ratio procreaſſet, *etc. conf.* Ma 6 *et* 7. Sen. Controu. 2 *in fine.* Cael. Aurel. Tard. 4, 9, 132.

TRIBOCI. m. Pl. *Populi Germaniae, nunc, vt volunt, Alſat Vid.* Plin. 4, 17. Tacit. de Germ. 28, 7.

TRIBON, onis. m. *vel* TRIBONIUM, i. n. *Plane eſt,* τρίβων, τριβώνιον, *Pallium tritum.* Auſon. Epigr. 53, 1. *Vid.* de Re Veſt. 2, 4, 14. *it.* Feſt. in Adtritum.

TRIBRĂCHUS, i. m. [τρίβραχυς] *Pes tribus Syllabis conſtans. a* τρεῖς, *tres: et* βραχύς, *breuis,* vt Dŏmĭnŭs. *Vid.* tianum, de octo pedibus triſyllabis.

TRIBUARIUS, *vid.* TRIBUS.

TRIBŬLA, ae. f. *vel* TRIBŬLUM, i. n. [θλιπτήριον] *vehiculi, quo frumenta in area teruntur.* Tribulam et traham Colum. 2, 21, 4. *Sic* Virg. Georg. 1, 164 Tribulaque traheae iniquo pondere raſtri. Varro de R. R. 1, 52, 1 E ſpicis in excuti grana: quod fit apud alios iumentis iunctis ac tribulo: tabula lapidibus aut ferro aſperata, quo impoſito auriga, aut p grandi trahitur iumentis iunctis, vt diſcutiat e ſpica grana. *A*lum. 12, 50, 7. Tribulum *fit a Praeterito* Triui, *vt a* Paul lum. *Hoc indicat prima producta. Vid. Schoettgenii Antiquitt. rae* §. 10 p. 22 ſq.

TRIBULARIUM, i. n. [θλιπτηριοφυλάκιον] *Locus vbi t reconduntur, apud Columellam eſſe dicitur. Non puto.*

TRIBŬLO, āre. [θλίβω] Tribula, *aut alio quouis inſtr comminuere.* Cato de R. R. 23 Si indideris defrutum, aut m aut reſinam, dies viginti permiſceto crebro, tribulatoque qu ¶ 2 Tribulare, *Torquere, et moleſtiis afficere; apud ſcriptore ſiaſticos.* Tertull. adu. Gnoſt. c. 13 Qui in omnibus trib

…n coanguſtemur. *Vid. Ol. Borrich. Cogit. p. 254. Andr. …rrh. p. 231.*

TRIBVLĀTVS, a, um. Pallad. R. R. 1. tit. 43 Falciculae breuiſ…ma tribulatae. *Sed vid. leg.* tribulariae, *ad tribulos excidendos factae.* …t …ulata carne victrix caſtitas Conſumat igne criminum Paullin. … ad Cyther. v. 621.

TRIBVLATIO, ōnis. f. *Vox eccleſiaſtica pro Aerumnis vel do…re.* Tertull. adu. Iud. c. 11 In die tribulationis. *add.* Vulg. Rom. …5. Lactant. 4, 19. Firmic. de Err. Prof. Relig. p. 48. Saluian. de …ubern. Dei 3 p. 44.

TRIBVLIS, *vid.* TRIBVS.

TRIBVLVS, i. m. [τρίβολος] *Spinae Genus a ſemine triangulari …ſu: vel quod cuſpidatum trifariam feriat.* Virg. Georg. 1, 153 …bit ſpera ſilua, Lappaeque, tribulique. Ouid. Met. 5, 486 …tribulique fatigant Triticeas meſſes. Plin. 18, 27 Nam …ius et tribules et carduos, lappasque non magis quam rubos, inter …igni morbos potius quam inter ipſius terrae peſtem numerauerim. …n. …, 10. Colum. 7, 3. Veget. 3, 24. Tertull. de Cor. Mil. c. 14. …ib… *Machinulae ferreae. Vid.* MVREX.

TRIBVLOSVS, a, um. Adi. *Aſper, ſpinoſus.* Opus per ha…ta …llogiſmorum puncta tribuloſum Sidon. Ep. 4, 3. Virum vora…es tribuloſae Id. 3, 2. Idem Epiſt. 1, 7 Diſſimulatio tribuloſiſſima.

TRIBVNAL, ālis. n. [βῆμα, δικαστήριον] *Locus excelſus, in quo …et, qui ius tribubus redderet, a quibus,* tribuniſque *adeo dictum …t.* Cic. Q. Frat. 1, 1 Nullius inopiam ac ſolitudinem non mo…il populari acceſſu ac tribunali, ſed ne domo quidem et cubiculo …cluſam. Tribunal *qua forma fuerit* Vitruuius 5, 1 *docet …baſilica Iulia loquens, quam ipſe architectatus erat: in baſilicis enim …a reddebantur. Verba autem eius haec ſunt,* Item tribunal eſt …eadem hemicycli ſchematis, minore curuatura formatum. Eius …hemicycli in fronte eſt interuallum pedum quadraginta ſex: in… curuatura pedum quindecim: vti eos, qui apud magiſtratus … negotiantes in baſilica ne impedirent. *Quibus verbis Vitruuius …t formam illius tribunalis non ſemicircularem fuiſſe, ſed arcua… Non enim iuſti ambitus plenique centri* hemicyclium *illud fuiſſe: …it modulatum, vt in fronte, id eſt (vt mathematici dicunt) in …* ſex et quadraginta pedes: introrſus vero, *id eſt in linea per…ri, quae quaſi* ſagitta *eſt in arcu,* quindecim pedes *pateret. Si …um, plenumque hemicyclium fuiſſet: linea haec perpendicularis … viginti pedum eſſet introrſus: quae media pars eſt diametri. Pro…bema vocauit* Vitruuius curuatura hemicyclio minore forma… *Hinc intelliguntur* cornua tribunalis, *i. extremae partes illius he… apud* Liu. 25, 2. *et* Tac. Ann. 1, 75, 1 Tiberius iudiciis aſſidebat … tribunalis, ne praetorem (*praeſidentem in medio, ſella, quae ibi …at*) curuli depelleret. Partem primorem *vocat* Sueton. Tib. … tribunal Roſtra *apud* Plin. 16, 4 ſ. 3 Antea roſtra nauium tribu…p …uxta fori decus erant. *His roſtris hemicycli forma in numo …is …lliae apud Spank. diſſ.* 10 p. 191. *Ordinarie e ligno compacta …nalia, docent* Aſcon. Pedian. in Argum. Milon. *et* Sueton. in …55 *vbi Clodii et Caeſaris cremandi cauſa populus* cum ſubſelliis …ia *confracta in ignem congerunt. Videntur porro haec tribunalia …bus aliquot gradibus eleuatis, inſtar pontium procurriſſe, quod … clarare i Proluſione de Sipario Quinctiliani, quae habetur Opu…* Tom. 1. *Erat autem* tribunal *Conſulum, Praetorum, Praefecti …is Proconſulum, et praeſidum in prouinciis, vt et imperatoris in ca… …od* ceſpiticium *fieri ſolebat.* Plin. in Paneg. 56 Decora facies …s: multa poſt ſaecula tribunal viridi ceſpite exſtructum: nec … tantum, ſed pilorum ſignorumque honore circumdatum. Au… …ribunal Cic. Poſt redit. ad Quir. 13 Ego cum homines in tri… …Aurelio palam conſcribi, *etc. Fuit autem hoc tribunal in foro …, apud Gradus, puto, Aurelios, de quibus* Cic. pro Cluent. c. … Caſtrenſe tribunal *ſuggeſtus editior ex ceſpite conſtructus, in … curuli poſita: Imperator aut ius dicebat, aut exercitum alloqueba…* Tacit. Ann. 1, 18 Simul congerunt ceſpites, exſtruunt tribunal, …gis conſpicua foret ſedes. *Vid. Lipſ. ad* Tac. Ann. 1 p. 42. … tribunal Senec. de Benef. 1, 9. Sublime tribunal … Eutrop. 1, 311. Turpe tribunal Ouid. Amor. 1, 12, 40. … 3, 8 Ibique pro tribunali cum aliquid ageretur, et nonnullis …con… …uis intelligi potuiſſe. Vos qui tribunal mecum aſſiſtitis … pol. p. 336, 21 *alloquitur aduocatos ſuos.* Citare de tribu…, … CITO. Cic. de Clar. Orat. 289 c. 84 Volo hoc ora… …contingat, vt cum auditum ſit eum eſſe dicturum, locus in ſub… …occupetur, compleatur tribunal, *etc.* Praetor de ſella ac … i pronuntiat Cic. Verr. 2, 94 c. 38. *Metaphor.* Apul. Flor. 3 p. 356, … ergo ſupereſt ad honoris …ei tribunal et culmen, ad laudis meae …m? Tribunale legitur *apud* Tertull. adu. Marc. 4, 7.

TRIBVNATVS, *vid.* TRIBVNVS.

TRIBVNVS, i. m. [δήμαρχος, φύλαρχος] *a* Tribu: *dictus …d …imo in tres partes diuiſus erat Populus Romanus, et ex ſingulis, …ſingulis, ſinguli creabantur tribuni. Vel a* Tribubus: quia …ſuffragio creabantur, *inquit* Pomponius de Origine iuris. … q…, vt Vegetius *ait* 2, 7, tribuebant iura militibus. *Verum hic …us …ius eſt, quam vero ſimilis deriuatio. Nobis illud obſeruandum hic …omen hoc pluribus magiſtratibus tributum fuiſſe. Antiquiſſima …ati… Tribuni Celerum:* Pomponius l. 2 §. 19 D. de Or. iur. Iis… …n temporibus (initio ciuitatis huius) et Tribunum Celerum fuiſſe …Is autem erat, qui equitibus praeerat, et veluti ſecun… …n locum a regibus obtinebat: quo in numero fuit Iunius Brutus, … auctor fuit reges eiiciendi. Liu. 1, 59 Praeco ad tri…ur Celerum, in quo tum magiſtratu forte Brutus erat, po…um aduocauit. Pomponius l. c. §. 19 *cum Magiſtris equit… …ibus celerum comparat.* ❡ 2 *Proximi ab his* Tribu…ni militum. Varro de L. L. 4, 14 p. 22, 20 Tribuni militum, quod … ni …b…s tribubus Ramnium, Lucerum, Tatienſium, olim ad exer…… mittebantur. *Haec origo. Poſt conſtituta rep.* tribuni *licet plu… …t in vna legione, alternis tamen legioni toti praeerant, vt poſſis …re* tribunos *fuiſſe, qui Legionem Romanam ducerent.* Hor. Sat. 1, … Quod mihi pareret Legio Romana tribuno. *In horum numero et …itione variatum: de quo vid. Lipſ. de Mil. Rom. 1, 2. Horum* Tri…norum *alii* Rufuli, *alii Comitiis creati ſiue* comitiati, *vid.* RVFVLVS. …tribuni *certe* IV primorum *habuerunt ius* lati claui, *i. dignitatem ſena…iam* Cic. pro Cluent. c. 54 *Senatorii ordinis homines ita enume…atur lege veteri,* Qui tribunus militum legionibus quatuor primis, …iue quaeſtor *etc. vid.* LATICLAVIVS, a, um. *Aliis equeſtrem tan…n dignitatem dabat tribunatus: Vid.* Martial. 3, 95. *Vnde cupiebant multi tribunatum modo ad hoc ipſum, vt honoratiores eſſent. Vid.* Semeſtre aurum. *Add. Graeu. ad* Sueton. Othon. 10. *et* Domit. 10 *vbi oſtendit, ea aetate* Laticlauios tribunos *fuiſſe ex equeſtri aut Senatorio genere homines, quibus hoc gratia Imperatoris tribuerit:* anguſticlauios *autem, qui ſuis ſtipendiis et meritis paullatim ad tribunatum aſcendiſſent.* Tribunus cohortis *etiam memoratur* Plin. Epiſt. 3, 9. 18. Tribunorum *haec genera ponit* Veg. 2, 7 Maior, Minor, Ordinarii, Auguſtales, Flauiales. *de Officio Tribunorum eſt* l. Officium D. de Re milit. Officium tribunorum eſt, vel eorum, qui exercitui praeſunt, milites in caſtris continere, et ad exercitationem producere, claues portarum ſuſcipere, vigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum intereſſe, frumentum probare, fraudem menſorum coërcere, delicta ſecundum ſuae auctoritatis modum caſtigare, principiis frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere. *His officiis qui recte fungerentur,* Seueri *vocabantur, quos* demouet Piſo *apud* Tac. An. 2, 56. ❡ 3 Tribuni militares conſulari poteſtate tres, quatuor, ſex, octo *etiam creati ſunt illo interuallo, quo Conſulatum communicari cum plebeiis volebat populus, patricii recuſabant h. e. ab* A. V. C. CCCX *ad* CCCLXXXVIII *quo primus e plebe Conſul* L. Sextius *fuit. Vid.* Liu. 4 *it.* 5 *et* 6. ❡ 4 *Nobiliſſimi omnium ſunt* tribuni plebis *ſ.* plebei, *quos populus ſuae libertatis et iuris quosdam defenſores ac vindices aduerſus patriciorum iniurias ſibi poſt ſeceſſionem in ſacrum montem parauit,* magiſtratus, *vt ait* Liu. 2, 33 ſacroſanctus, quibus auxilii latio aduerſus conſules eſſet: *additum,* ne cui patrum capere eum magiſtratum liceret. *Horum quoque auctus ſubinde ad* X *vsque numerus, et poteſtas per diſſidia nobilium ita ſubinde creuit, vt tempore vltimo reip. paene ſumma, certe maxima et metuenda principibus fuerit, qui conſules in vincula ducere, non modo comitia, ſed Senatum quoque habere e. i. g. a. auſi ſint: cum initio vis illorum magis in probibenda vi, in* intercedendo, vetandoque *fuerit. Sed haec perſequuntur, qui antiquitatem explicant. Nos loca quaedam et formulas protuliſſe contenti erimus. Et ante omnia* Cic. de Legib. 3, 9 c. 3 Plebes quos pro ſe contra vim, auxilii ergo, decem creaſſit, tribuni eius ſunto, quodque ii prohibeſſint, quodque plebem rogaſſint (*comitiis tributis*) ratum eſto: ſanctique ſunto: neue plebem orbam tribunis relinquunto. *Hac lege videlicet Cicero reuocare ad veterem formulam tribunos conatur.* Id. de L. Agr. 2 c. 6 Perſaepe ſeditioſis atque improbis tribunis plebis boni et fortes conſules obſtiterunt, et vis tribunicia nonnunquam libidini reſtitit conſulari. Varro de L. L. 4, 14 p. 22, 25 Tribuni plebei, qui ex tribunis militum (*haec igitur appellandi ratio*) militum primum tribuni plebei facti, qui plebem defenderent. Tribunus pleb. quem maiores praeſidem libertatis, cuſtodemque eſſe voluerunt Cic. de Lege Agr. 2, 15. Appellantur Tribuni Cic. pro Quint. 29. Petere auxilium a Tribunis ibid. 63. Superare furioſam vim veſani Tribuni plebis Idem pro Domo 55. Improbus Tribunus plebis Idem Acad. 4, 63. ❡ 5 Tribuni aerarii dicti ſunt, quibus attributa erat pecunia, quam militib. redderent: idquod attributum erat, aes militare. Varro de L. L. 4, 36 p. 42, 24. *Hi* Tribuni aerarii *ad iudicandum adhibiti ſunt lege Aurelia, vt etiam plebeiorum aliquae in ea re partes eſſent. Vid.* Cic. ad Qu. Fr. 2, 16, 6 *et ad* Att. 1, 16 *vbi ludit, in iudicio Clodiano eos fuiſſe* non tam aeratos (*diuites, numatos*) quam aerarios, *aere corruptos. Iidem vocantur* Tribuni aeris Plin. 33, 2. ❡ 6 *Memorantur et alii* Tribuni, *ſub Imperatoribus ſaltem, vt* Tribuni voluptatum, *qui* ludorum publicas voluptates curarent, *de quibus* l. 13 C. Th. de Scenicis *et* Caſſiod. Varr. 7, 10 *vbi eſt eius formula, i. muneris et honoris deſcriptio. In libellis vulgaribus laudari videas etiam* tribunos matrimoniorum. *Sed illi debentur mendo etymologici Voſſiani, vbi ex* Caſſiod. Varr. 12, 24 *pro* Tribunis Maritimorum *expreſſum eſt* matrimoniorum. *Alios* Tribunos Chartariorum, Prouinciarum *etc. dabunt Inſcriptionum veterum collectiones, cum labente aeuo generale nomen poteſtatis aut praefecturae factum eſſe videatur.*

TRIBVNICIVS, *ſiue* TRIBVNITIVS, a, um. Adi. [δημαρχικὸς] *Quod ad tribunos pertinet.* Cic. de Legib. 3, 19 De tribunicia poteſtate taceo. *conf.* Id. de Orat. 2 c. 28. Actio Tribunicia Idem de Lege Agrar. 65. Candidatus Tribunicius Idem Q. Frat. 2, 14 *ſub fin.* Conciones Plin. 36, 15. Mucro Tribunicius Cic. de Legib. 3, 21. Poteſtas Tribunicia *ſaepe in* numis Imperatorum, *et hiſtoriis memoratur, a quo tempore* Caeſar Octauianus *vt nomine* principis *primum locum in Senatu totaque adeo rep.* Imperatoris *titulo ſummum rei militaris etiam in vrbe imperium, ſic* Tribuniciae poteſtatis *obtentu (nomen enim* tribuni *non placuit) primo ἀσυλίαν, ſ. vt* ſacroſanctus *videretur, tum vim reliquam omnem, praeſertim compeſcendi ſi opus eſſet Senatus, complexus eſt, qua de re* Tac. Ann. 1, 9 Continuata per ſeptem et triginta annos Tribunicia poteſtas. *Argumentum nobile tractatum pro dignitate a Spanhemio de Vſu et Praeſt. Num. Diſſ. 12 p. 424 ſqq.* Spiritus Tribunicii Cic. pro Cluent. 109. Vir Tribunicius Idem Philipp. 13, 30 c. 14. Vis Tribunicia Idem pro Cluent. 95. *Abſolute vocabantur* Tribunicii, *qui tribunatu functi fuerant, ſicut* Conſulares, *qui conſulatu.* Idem Philipp. 13, 30 c. 14 Qui aedilicii? Qui tribunicii? Qui quaeſtorii? *Adde* Suet. Tiber. c. 8. Columel. 1, 3. Plin. 33, 3. *et* Sidon. 1, 3.

TRIBVNĀTVS, ûs. m. [δημαρχία] *Tribunorum munus ac dignitas.* Cic. de Amicit. 41 De C. Gracchi autem Tribunatu quid exſpectem, non libet augurari. Tribunatus *aliud eſt, aliud* Tribunicia poteſtas. *Sulla* Tribunatum non *ſuſtulit, ſed* Tribuniciam poteſtatem. *Romani Imperatores Tribunatum non geſſere, quod plebeiorum is magiſtratus erat; ſed ſimili commento, quo alia immutarunt pro arbitrio,* Tribuniciam poteſtatem *ſumſere.* Fretus ſanctitate tribunatus Idem pro Sext. 79. Auferre tribunatum Idem Q. Frat. 2, 14. Exutus Tribunatu Tacit. Ann. 1, 71. Inire Tribunatum Cic. Att. 11, 9. Petere Tribunatum ab aliquo Idem Q. Frat. 2, 14. *et* de Orat. 1 c. 7.

TRIBVO, ui, utum, ĕre. [δίδωμι, ἀνατίθημι, νέμω] *Simpliciter pro dare ponitur et exhibere. Licet forte ab initio de iis dictum ſit, quae tributim ſ. per tribus darentur. Pro dare ſimpliciter* Plin. in Paneg. 94 Tribuas ei ſucceſſorem, quem genuerit, quem formauerit. Lucret. 2, 973 Principiis etiam ſi eſt ſenſus tribuendus eorum, *i. adſcribendus.* Cic. Fam. 11, 27 In reliquis officiis cui tu tribuiſti, excepto Caeſare, praeter me, vt domum ventitares, horasque multas ſaepe ſuauiſſimo ſermone conſumeres? Idem de Orat. 1, 48 Tamen huic ipſi multa tribuat et concedat neceſſe eſt. Idem Acad. 4, 12 c. 4 *extr.* Quibus ille ſecundum fratrem plurimum tribuebat. Idem Fam. 2, 25 Hoc noſtra laus erit illuſtrior, quod illi tribuebatur ignauiae, *imputabatur, vt dabatur.* Auctoritatem tribuere, *vid.* AVCTOR.

Bona tribuere alicui Ouid. de Arte Am. 2, 693. Fidem ſenſibus t ibuere Cic. Acad. 1, 42. Fidem teſtimonio tribuere Idem pro Sulla 10. Idem de Finib. 4, 13 Quod item cum veſtri faciant, non ſatis magnam tribuunt inuentoribus gratiam. Honorem Idem de Finib. 3, 73. *add.* Id. de Orat. 2 c. 11. Honorem literis tribuere Quinctil. 2, 12. Idem de Finib. 2, 17 c. 6 Zenonis eſt inquam hoc Stoici, omnem vim loquendi, vt iam ante Ariſtoteles, in duas tributam eſſe partes dicere. *conf.* Id. in Orat. c. 4. Idem Fam. 13, 71 Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus, ſed plerumque neceſſariis in hoc tempore. Laudes tribuere alicui Propert. 3, 24, 3. Locum alicui tribuere Quinctil. 3, 3. Cic. pro Milon. 93 Quid reſtat? niſi vt orem obteſterque vos Iudices, vt eam miſericordiam tribuatis fortiſſimo viro, quam ipſe non implorat? Nimium ſibi tribuere Quinctil. 1, 2. Nomina deorum tribuere ſibi Ouid. Met. 6, 89. Officium alicui Cic. Fam. 4, 11. Mihi, beneuolentiâ credo, ductus, tribuebat Omnia Cic. de Cl. Orat. c. 51. Idem de Diuin. 2, 8 Nunc quoniam de Rep. conſuli coepti ſumus, tribuenda eſt opera Reip. vel omnis potius in ea cogitatio et cura ponenda. Palmam menſarum alicui piſci tribuere Plin. 32, 6. Pietatem, ſanctitatem, religionem, numini deorum tribuere Cic. de Nat. Deor. 1, 3. Plurimum tuo iudicio tribuo Scribon. Ep. *fin.* Praemium tribuere Idem pro Corn. Balb. 37 c. 17. Propert. 4, 2, 49. Praemia bene meritis tribuere Hirt. Bell. Alex. 65. Precibus alicuius aliquid tribuere Ouid. de Arte Am. 1, 689. Primas prato tribuerunt veteres in agricolatione Columel. 2, 7. Idem Q. Frat. 3, 4 Tibi iſtius generis in ſcribendo priores partes tribuo quam mihi. Silentium orationi alicuius tribuere Idem pro Cael. 29 c. 12. Suauiloquentiam alicui Idem de Clar. Orat. 58. Societatem hominum tueri, et ſuum cuique tribuere Idem Off. 1, 15 c. 5. Tantum cuique tribuendum eſt, quantum ille, quem diligas atque adiuues, ſuſtinere poſſit Idem de Amicit. 75. Tantum tibi tribuo, quantum mihi arrogo Idem Fam. 4, 1. Idem Off. 2, 4 c. 1 Cui cum multum adoleſcens diſcendi cauſa temporis tribuiſſem, *etc.* Triumphalia alicui tribuere, *vid.* TRIVMPHVS. Cic. Tuſc. 1, 119 c. 49 Sed nunc quidem Valetudini aliquid tribuamus. Veniam Quinctil. 7, 5. Tributum eſt, *imperſonale.* Cic. Off. 1, 11 Generi animantium omnium a natura tributum eſt, vt ſe, vitam, corpusque tueatur. Idem de Fin. 4, 17 Primique ex omnibus Philoſophis a natura tributum eſſe docuerunt, vt hi, qui procreati eſſent, a procreatoribus amarentur.

TRIBVENS, entis. Part. Nec tamen hoc tribuens Hor. Sat. 1, 10, 5. Multum fortunae victoris Caeſaris tribuens Hirt. B. Alex. c. 43.

TRIBVTVS, a, um. Honor mulieri tributus Cic. de Orat. 2 c. 11. *add.* Suet. Tib. c. 9 *aliam ſignificationem vid. poſt* TRIBVS.

TRIBVTVRVS, a, um. Partic. [δώσων] Ouid. Met. 9, 401.

TRIBVTIO, ōnis. f. [νομή] Cic. de Nat. Deor 1 50 c. 19 Hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id eſt, aequabilem tributionem. Vlp. in l. Procuratoris. D. de tribut. action. Tributio autem fieri debet pro rata eius, quod cuique debetur. Tributiones praedii l. 52 ff. de pactis.

TRIBVTVM, *vid. loco ſuo.*

TRIBVS, ûs. f. [φυλή, φρατρία, δῆμος, τριττύς] *Eſt pars Populi Rom. primo quidem tertia, vnde, ſ. a* tribus, *nomen ortum videtur: cum* tria genera *eſſent primorum ciuium, vt mox apparebit: deinde pro locis, quibus habitabant diuiſae, numero ſubinde creſcente, vt in* XXXV *vltimis reip. liberae temporibus conſiſteret.* Varro L. L. 4, 9 p. 16, 27 Ager Rom. primum diuiſus in partes tres, a quo tribus appellatae, Tatienſium, Ramnium, Lucerum, nominatae, vt ait Ennius, Tatienſes a Tatio; Ramnenſes a Romulo; Luceres, vt ait Iunius, a Lucumone. — Ab hoc quoque partes vrbis tribus dictae, et ab locis Suburana, Eſquilina, Collina, Palatina, Quinta, quod ſub Roma, Romilia. Sic reliquae tribus ab iis rebus, de quibus in tribuum libris ſcripti. Trium tribuum *dictarum mentionem adhuc aliquoties facit* c. 14 *et* 16. Liu. 1, 13 A Romulo centurias equitum tres fuiſſe conſcriptas, Ramnenſes et Tatienſes et Luceres, *cum dicit, non negat, totum etiam populum ſic fuiſſe diſtributum. Sed de regno Seruii Tullii cum dicit* Idem 1, 43 Quadrifariam enim vrbe diuiſa regionibus collibusque, quae habitabantur partes. Tribus eas appellauit, vt ego arbitror, ab tributo. nam eius quoque aequaliter ex cenſu conferendi ab eodem inita ratio eſt, neque hae tribus ad centuriarum diſtributionem numerumque quidquam pertinuere. *Videtur oblitus, Varronianae diſciplinae, et primae originis. Melius* Columel. 5, 1, 7 Tribus dictae primum a partibus populi tripartito diuiſi, quae tamen nunc multiplicatae priſtinum nomen poſſident. Cic. de Legib. 3, 33 Deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, aetatibus, plus adhibet ad ſuffragium conſilii, quam fuſe in tribus conuocatus. *conf.* Liu. 6, 5 *extr. Sigon. ad* Liu. 2, 11 *extr.* Aſcon. Ped. ad Verr. 1, 14 c. 5 Credent omnes quinque et triginta tribus; *ſic ait*, Ac per has totus Populus Rom. Tribus principio tres fuerunt, Tatienſis vna a Tatio rege, Ramnenſis altera a Romulo, Luceres altera a Lucumone, ſiue Lucretino, ſiue a Luco, quem lucum Aſylum vocauerat Romulus. Poſt de nominibus Sabinarum plures fuere: quibus deprecatricibus parentum bellum maritorumque finitum eſt. Ad poſtremum triginta et quinque factae. Obtinuerunt autem nomen aut a tributo dando, aut quia primo tres fuerunt, vnde etiam tribuni dicti. *Haec* Aſcon. *Rectiora docet* Liu. 1, 13 Ex bello tam triſti laeta repente pax cariores Sabinas viris ac parentibus, et ante omnes Romulo ipſi fecit. Itaque quum populum in triginta curias diuideret, nomina earum curiis impoſuit. Id non traditur (quum haud dubie aliquanto numerus maior hoc mulierum, fuerit) aetate, an dignitatibus ſuis virorumque, an forte lectae ſint, quae nomina curiis darent. *Nempe* Tribus *dixit* Aſconius, *cum deberet* Curias: *quo errore etiam alii abrepti ſunt.* Curiae *ſunt partes* decimae *primarum trium* tribuum, *vt ſ. l. diximus. Cum perierint* libri tribuum Varronis, *quos modo ex ipſo laudauimus, gratiae habendae ſunt* P. Manutio. *qui in Comm. ad* Cic. Fam. 8, 8 *et alias hoc argumentum luculenter illuſtrauit: itemque Onuphrio Panuinio cuius Ciuitas Rom. luculentum tribuum et auctiorem Manutiano exhibet: et nuper Boindino, qui in Commentariis Academiae Inſcriptionum aliquoties materiam tribuum tractauit.*

* * *

Tribuum XXXV *nomina ex libris P. Manutii excerpta, quae damus ex Stephano Londinenſi vna modo alteraque obſeruatiuncula aucta.*

AEMI. Aemilia. Cic. Att. 2, 14. Liu. 38, 36 Antiquae vrbis inſcriptiones 75.

ANI. Anienſis. Cic. Fam. 8, 8. *et* pro Planc. 54. Liu [Liu. 24, 7 Anienſis iuniorum] Antiqu inſcript. 160. 175. *et in libro Petri Appia ſcriptionibus antiquis totius orbis* 93.

ARNIENSIS Cic. de Lege Agr. 2, 79. Liu. 6, 5. *et vbi corrupte legi putamus* Narnienſi; *na* antiquus, *quem Vulſiniis in templi pariet dimus, expreſſam* Arnienſis *mentionem c* [*Boindinus in Comm. Acad. Inſcr.* Tom. pro Arnienſi *putat ſubſtituendam* Anienſe *ad Arnum eo tempore Romani nondum pene etc. pluribus enim argumentis vtitur.*]

CLA. Claudia. Liu. 2, 16. Virg. Aen. 7, 708. *Dionyſiu* 5 Antiquae vrb. inſcript. 75. 84. 114. *L piani* 479.

CLV. Cluſtumina. *vel* CR. Cruſtumina. nam vtroque modo legitur. Cic. pro Planc. 38. pro Balbo 57 A vrbis Inſcriptt. Liu. 42, 34.

COL. Collina. Varro l. 4. de L. L. Plin. 18, 3. Feſtus i V. Antiquae vrb. inſcr. 27. 99. 120. *L piani* 110. *Ioſeph. Antiq. Iud.* 14, 7.

COR. Cornelia. Liuius 38, 36. Antiquae vrb. inſcr. 29.

ESQ. Eſquilina. *vel* EX. Exquilina. Varro de L. L. 4, 9. Plin. 18, 3. Feſtus ra V. Antiquae vrb. inſcr. 75. *Eſt pra aedibus Gentilis Delphinii Romani, fra antiqui lapidis cum hac tribu; quod ipſe non vidi, ſed is, cui facile credo, ſe vidi Honofrius Veronenſis, (Onuph. Panuini nachus ordinis Auguſtiniani, qui ordine rum vrbis Romae a Romulo ad Iuſtinian tiſſime deſcripſit.*

FAB. Fabia. Hor. Epiſt. 1, 6, 52. Sueton. in Aug. c. 4 tiquae vrb. inſcr. 61. 73. 76. 94. *et* Petri l. 62. 66. 335. 343. 500.

FAL. Falerina. Liu. 9, 20. *et* in libro Petri Appiani 105. Neapoli antiquus lapis *eſt ita inſcriptus,* STORIO C. F. FAL. FIRMO A II. VIR CVRATORI OPER. P COR. *item Ioſephus* ἐν τῷ τῆς Ἰȣδαικῆς ο γίας λόγῳ ιγ, κεφαλῇ ιζ.

GAL. Galeria. Liu. 27, 6. [Galeria iuniorum] Plin. pro Galeria *legitur* Galerius, *ſed corrig cus eſt ex antiquo libro auunculi mei Fran lani: et* Antiquae vrb. inſcr. 89. 142, 155 *Appiani* 14. 15. 18. 19. 21. 22.

LEM. Lemonia. Cic. pro Planc. 38. Philipp. 9, 15. Feſ tera L. Antiquae vrb. inſcr. 91. 151.

MAEC. Maecia. *Hanc in antiquis lapidibus duobus inueni* OCTAVIO. C. F. MAEC. VERO. BACIO. MAEC. ROMANO; *in li ter nominatam obſeruauimus, a* Tullio a 14. *a* Liuio 29, 37. *a* Valerio Max. 2, 4 in litera M.

MEN. Mentina. Cic. Fam. 13, 9. *Ioſephus* ἐν τῷ τῆς Ἰȣ χαιολογίας λόγῳ ιγ. κεφαλῇ ιζ. *cum qui des tres conſentiunt,* C. VALERI MEN. DOLVTIO MARCIANO. NIO A. F. MEN. EVARISTO. TIO C. F. MEN. BALBO C. CA C. F. MEN. CALLVS. *Sed rectiu* Menenia. Mentina *enim nullam ſecum fi ficationem; ſed gens fuit* Menenia *flore a qua procul omni dubio* Tribus Menenia *ſumſit. Sic ſcriptus eſt locus* Cic. Fam. Rupilius, P. F. Men. *qui in vetuſtis* Co Menenius, *modo* Menius legitur; *nunq* Mentinus. *Lapis eſt apud Feltriam a eum aedem Cathedralem ingrediaris:*

C. FIRMIO. C. F.
MENENIO. RVFINO.
EQ. PVB. LAVRENT.
LAV. DEC. FLAMIN.
PATRONO. COLLE-
GIORVM. FAB. CENT.
DENDR. FELTRIAE.
ITEMQVE. BER. VENS.
COLLEG. FABR. AI BI-
NATIVM. PATRONO.

OVF. Oufentina. Liu. 9, 20. Feſtus in litera O. Antiq inſcr. 86. 133. *in libro Appiani* 27. 28. 30 79. 84. 85. 86. *et in libro Veronenſium a tum* 51. Q. EVPHEMVS. Q. F. OV CVLLIVS.

PAL. Palatina. Cic. Verr. 4, 107. Pedianus 18. Varro 4, 9. Plin. 18, 3. Liu. 20. Feſtus in Antiquae vrbis inſcript. 29. 34. 39. 62. 116. *Liber Appiani* 17. 22. 34. 64.

PAP. Papia. *Scriptum in libris de hac tribu nihil eſt, quidem legerim;* in libro tamen de vrbis inſcriptionibus *explicata, mentio ſemel in Pyrrhi (Ligorii) theſauris. ſic libros appello. Frequentiſſima eſt eius vetuſtis lapidibus.* Lapis vet. *Sutrii,* TEIO. M. F. PAP. RESTI. TVT IVV. AEDILI. AVGVRI. CVR DECVR. AVGVST. ET. POP. CONLATO.

PAP. Papiria. Feſtus in litera P. Antiquae vrb. inſcr. 7

POB. Pobilia. *Quae deinde* Publilia *ſcripta eſt: ſicut* blius Publius *factus eſt. reperitur in* et PV. et PVB. et PVBL. et PVBI POB. Liu. 7, 15. Antiquae vrb. inſc

Lib. Appiani 252. *et in libro Veronenſium antiquitatum ſaepe exempla* Publiliae, *per* V *ſcriptae, quinque habemus*, duo in Antiquae vrbis inſcriptionibus, 66, 81. tria in Appiani lib. 65. 105. 352.

PC.. Pollia. Liu. 8, 37. Valer. Max. 2, 4. *et* 9, 10. Antiquae vrbis inſcript. 110. 113. 147. Liber Appiani 18.

PC1. Pomptina. Cic. Att. 4, 15. Liu. 7, 15. Feſtus in litera P. Antiquae vrbis inſcript. 114. 117. Liber Appiani 141. 484.

PC.Popilia. Cic. Fam. 8, 8. Valerius Max. 8. Feſtus in litera P. Liber Appiani 297. *Non alia videtur quam* Pobilia. *nam varie ſcribitur.*

PV Pupinia. Cic. Q. Frat. 2, 3. *et* Fam. 8, 8. Liu. 26, 9. Feſtus in litera P. *Duo antiquorum lapidum exempla exſtant, alterum Capuae,* D. VIBIDI D. F. PVP. NIGRI: *alterum Patauii*, C. CLAVSIO C. F. PVP. Tam Popinia quam Pupinia (POP. et PVP.) *in vetuſtis Epigrammatibus exarata inuenitur.*

QVR. Quirina. Cic. pro Quint. 24. *et* Fam. 8, 8. Aſconius 61. Feſtus in litera Q. Antiquae vrb. inſcript. 15. 34. 44. 115. Liber Appiani 14. 17. 18. 19. 103.

RC1. Romilia. Cic. in Verr. 2, 22. *et* in Agraria 2, 78. Aſconius 18. Varro de L. L. 4, 9. Feſtus in litera R. Servius *in* Aeneidos. 3 Antiquae vrbis inſcript. 165. *in libro Veronenſium antiquitatum* 51. L. GALLIO L. E. ROM. *eſt etiam Ferrariae ſemifractus lapis, in imis ſummi templi parietibus inſtratus, in quo ita ſcriptum vidimus,* ITIOT. F. ROM.

A Sabatina. Liu. 6, 5 Feſtus in litera S. Lapis antiquus *Romae in aedibus Cardinalis Carpenſis,* CN. CORNELIO. CN. F. SAB. MVSAEO MANCIPI VIAE APPIAE. *Et alius in via Latina,* L. IVNIO L. F. SABATINA. POLIONI. AVROMATARIO. A. VIC. PVBL. VIX. ANN. XLVII.

C. Scaptia. Liu. 8, 17. Suet. in Auguſt. 38. Feſtus in litera S. Lapidis antiqui *exemplum Romae exſtat in regione Pantheonis,* C. AVFELIVS C. F. SCA. SEVERVS. *et item aliud,* C. GRANTANIVS SCAPTIA MACER.

ER. Sergia. Aſconius 61. Antiquae vrb. inſcr. 61. 63. 81. 165. eſt et *in eodem* lib. 63. *quatuor literis* SERG.

T.. Stellatina. Liu. 6, 5. Antiquae vrb. inſcr. 110. Liber Appiani 150. et duabus literis ST. 239.

VI Suburana. Varro de L. L. 4, 9. Cicero etiam in Agraria 2, 78. *quo in loco videtur corrupte legi,* Ab Ocriculana: *cum libris quinque manuſcriptis, quos ſe vidiſſe affirmauit vir optimus ac doctiſſimus Gabriel Phaërnus, legatur,* Ab vſura nam. *vnde mihi orta coniectura eſt, quam* Phaërnus ipſe *et* Octavius *meus probarunt, legi poſſe,* A Suburana *mutatione fere nulla.* Plin. 18, 3. Feſtus in litera S. et litera V. Antiquae vrb. inſcr. 147.

TE. Terentina. Cic. pro Planc. 38. *et* Fam. 8, 8. Liu. lib. 9. *et* lib. 10, 9. Antiquae vrbis inſcr. 140. 199. Liber Appiani 105, 336.

TR. Tromentina. Feſtus in litera T. Liuius *etiam* 6, 5 *ſcripſit,* Tormentina, *vt opinor, non, vt impreſſum eſt,* Promentina. Antiquae vrb. inſcr. 107. Liber Appiani 16, 177. et in lapide, *qui Gaietae eſt,* LATILLIO L. F. TROMEN.

VEI Veientina. Cic. pro Planc. 38.

VEL Velina. Cic. Att. 4, 15 in Bruto. Hor. Epiſt. 1, 6, 52. Perſ. Sat. 5, 73 Antiquae vrbis inſcript. 162. Lib. Appiani 19.

VOL Voltinia. Cic. pro Planc. 38 Antiquae vrbis inſcript. 155. *et in antiquo lapide, qui eſt Venetiis in turri S. Vitalis,* CN. NVMERIVS. CN. F. VOL. FRONTO. *eſt et quatuor literis* VOLT. in Appiani lib. 484.

…unt aliae quaedam tribus, praeter notiſſimas iſtas XXXV, *quas me…au Manutius. v. g.*

AE Aelia. Panuin. de Ciu. Rom. c. 51.

A. Camilla, vel Camilia. *Memorata eſt in antiquis quibuſdam* inſcriptionibus *in libr.* Epigr. Antiq. Vrb. L. VICIDIVS. L. F. CAM. PRAESENS. *Et,* Q. MANLIVS Q. F. CAM. *etc.*

CL Claudia. *Ruſtica.* Liu. 2, 16. Virg. Aen. 7, 706. *Roſin. Antiq. Rom.* 6, 15.

CL. Cluentia. *Bello ſociali addita eſt. Appian. de Bell. Ciuil.* 1 p. 380. Virg. Aen. 5, 123.

CL. Cluuia. *Item Bello ſociali addita.* Liu. 9, 31. *Panuin. de Ciu. Rom.* c. 51.

DVI. Dumia. *Item Bello ſociali addita. Panuin. de Ciu. Rom.* c. 51 Inſcr. vetus, Q. PERCERNIVS. Q. F. DVM. MASCVLINVS.

FL. Flauia. *Panuin. de Ciu. Rom.* c. 51. Inſcr. vetus Romae, C. VALERIVS. C. F. FLAVIA. SPECTATVS, *etc.*

HC. Horatia. *Ruſtica. Frequens eſt eius mentio in vetuſtis marmoribus.* Pauin. de Ciu. Rom. c. 50.

IVI Iulia. *In Auguſti honorem appellata.* Dio 44 p. 242. De hac inſcriptio Fani, Q. TITIENVS. Q. F. IVLIA. QVADRATVS.

SA Sappinia. *Fuit extra numerum. Memoratur* a Liu. 31, 2. *et* 31, 23.

VE. Veturia. *Ruſtica. Nomen a gente* Veturia *accepit.* Liu. 26, 22 Seniorum et iuniorum.

❋ ❋ ❋

…rbanae tribus, et ruſticae *antiqua diſtinctione.* Liu. 9 *ad finem,* Flavium, dixerat Aedilem forenſis factio, Appii Claudii Cenſura vires nacta: qui ſenatum primus libertinorum filiis lectis inquinauerat. Et poſteaquam eam lectionem nemo ratam habuit, nec in curia adeptus erat quas petierat opes vrbanas: humilibus per omnes tribus diuiſis, forum et campum corrupit. Tantumque Flauii comitia indignitatis habuerunt, vt plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerent. Ex eo tempore in duas partes diſceſſit ciuitas: aliud integer populus fautor et cultor bonorum, aliud forenſis factio tenebat: donec Q. Fabius et P. Decius Cenſores facti. Fabius ſimul concordiae cauſa, ſimul ne humillimorum in manu comitia eſſent, omnem forenſem turbam excretam in quatuor tribus coniecit: vrbanasque eas appellavit, adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, vt Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret. *Hoc et* Valer. Maximus *memoriae prodidit* 2, 1. Plin. 18, 3 Ruſticae tribus laudatiſſimae, eorum qui rura haberent. Vrbanae vero, in quas transferri ignominiae eſſet, deſidiae probro. Itaque quatuor ſolae erant a partibus vrbis, in queis habitabant, Suburrana, Palatina, Collina, Esquilina. *Haec* Plinius. Epitome Liu. 20 Libertini in quatuor tribus redacti ſunt, quum antea diſperſi fuiſſent, Esquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam. Aſconius in orationem pro Milone, Significaſſe iam puto nos, fuiſſe inter leges P. Clodii, quas ferre propoſuerat, eam quoque, qua libertini, qui non plus quam in vrbanis tribubus ſuffragium ferebant, poſſent in ruſticis quoque tribubus, quae propriae ingenuorum ſunt, ferre. Certa tribus, certus numerus Cic. pro Corn. Balb. 30. Tribum ferre; *eſt Tribum aliquam ſibi ſuffragantem habere in alicuius magiſtratus petitione.* Idem pro Planc. 54. *et* Att. 2, 1 Fauonius meam tribum tulit honeſtius quam ſuam, Luceii perdidit. In aerarios referri, ac tribu moueri Idem pro Cluent. 122. ¶ 2 *Metaph.* Vites in ſecunda quaſi tribu Colum. 3, 2.

TRIBV̄LIS, is. m. [φυλέτης, φράτηρ, φράτωρ] *Qui ex eadem tribu eſt.* Hor. Epiſt. 1, 13, 15 Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis. Cic. Fam. 13, 24 Lucio Coſſinio amico et tribuli tuo valde familiariter vtor. *Add. ib.* Ep. 58. Ter. Adel. 3, 3, 85 Eſtne hic Hegio tribulis noſter? *Exprimit Gr.* δημότης. Liu. 2 Vetus Claudia tribus, additis poſtea nouis tribulibus, qui ex eo venirent agro appellata. Martial. 9, 50, *de toga veteri ac detrita,* Nunc anus: et tremulo vix accipienda tribuli. Tribulis *qui nulla alia re cenſetur quam tribu, homo tenuis. Conf.* 9, 58 Nec pallens toga mortui tribulis. Tribulis conuiua, *pro Non diuite ab Horatio vſurpatum; non diſſimili notione, qua Plinius quoque* Tribus *pro Pauperioribus dixit. Locus* Horatii *eſt* Epiſt. 1, 13, 15. *Conf. Torrent. h. l. Add.* Cic. Att. 1, 18. Suet. Aug. c. 40. Sidon. Ep. 1, 9. Prud. Hymn. 12, 185. Qui apud tribules ſuos plurimum gratia poſſunt Cic. de Petit. Conſul. 25. Idem pro Roſc. Amer. 47 Quid ad iſtas ineptias abis, inquies? quaſi vero mihi difficile ſit quamuis multos nominatim proferre (ne longius abeam) vel tribules, vel vicinos meos, qui ſuos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas aſſiduos eſſe cupiunt. Decuriare tribules Cic. pro Planc. 47 c. 19. Obſeruare tribules Idem pro Planc. 47 c. 19. Patricii tribules, *vid.* Liu. 5, 30. Iudex tribulis Cic. pro Planc. 47 c. 19.

TRIBVARIVS, a, um. Adi. [φρατρικός] *Quod ad tribus pertinet: vt,* Tribuarium crimen, et Tribuaria res. Cic. pro Planc. 47 c. 19 Itaque haeſitantem te in hoc ſodalitiorum tribuario crimine ad communem ambitus cauſam contuliſti, *vid.* Ibid. 36.

TRIBV̄TIM. Adu. [κατὰ φυλάς] *Per ſingulas tribus.* Cic. Att. 4, 16 Populo tributim domi ſuae ſatisfecerat. Hor. Serm. 2, 1, 69 — atqui Primores populi arripuit, populumque tributim. Tributim et centuriatim deſcriptis ordinibus Cic. pro Flacc. 15 c. 7. Spectacula ſunt tributim data Idem pro Muraen. 72. Tributim idem eſt quod In comitiis tributis, *apud* Liu. 3, 55.

TRIBVTVS, a, um. *Quod ad tribus pertinet.* Comitia tributa Cic. Fam. 7, 30 *in quibus populus tributim vocatus ac deſcriptus fert ſuffragia, vt quod pluribus vnius tribus hominibus placeret, pro ſententia totius tribus haberetur, quod tribus plures decernerent, totus iubere populus cenſeretur.* De Populo tributo, *i. plebeiis hominibus, vid.* POPVLVS n. 3.

TRIBV̄TVM, i. n. [φόρος, δασμός, εἰσφορά] a Tribubus Varro de L. L. 4, 36 dictum *oſtendit,* quod ea pecunia, quae populo imperata erat, tributim a ſingulis pro portione cenſus exigebatur. Feſtus, Tributum dictum, quia ex priuato in publicum tribuitur. *Sumi poſtea hoc vocabulum coepit laxius, pro omni Munere, quod a ciuibus vel ſubiectis ſoluitur: quin tributum eſt, quidquid plures ad eundem vſum conferunt.* Vlpianus de Verb. ſignific. l. Ager, Tributum ſane appellatur ab intributione: vel ex eo, quod militibus tribuatur. Cic. Off. 2, 74 c. 21 Danda etiam opera eſt, ne quod apud maiores noſtros ſaepe fiebat, propter aerarii tenuitatem, aſſiduitatemque bellorum, tributum ſit conferendum. *Vid.* Feſt. *cum not. Dacer. Lindenbr. ad* Ammian. p. 50. Cic. pro Flacc. 44 Si praetor dedit, vt eſt ſcriptum, a Quaeſtore numerauit, Quaeſtor a menſa publica, menſa aut ex vectigali, aut tributo. *Vid. Sam. Petit. Varr. Lect.* 2, 1. Vacuus tributo Tacit. Ann. 12, 61, 2. Confectio tributi Cic. pro Flacc. 20. Leuamentum tributi Tacit. Hiſt. 1, 8, 2. Immortalia tributa Idem Hiſt. 4, 32. Neſcia tributa Idem Ann. 1, 59. Vltro tributum, *vid. ſuo loco.* Conferre tributum, *vid.* CONFERO. Debere tributum alicui Claud. Conſ. Stil. 2, 279. Exigere tributa Cic. Fam. 3, 7 *vbi hodie dicunt Collectam facere. Sic* Verr. 3 c. 42 Imacharenſes tributum facere coëgiſti, vt Apronio darent. Exuere tributa Tacit. Ann. 1, 59. Ferre tributa alicui Ouid. de Nuce 88. Frenare vrbem tributis Stat. Silu. 4, 1, 40. Imperare tributum Plaut. Epid. 2, 2, 43. Imponere tributum Liu. 23, 31. Indicere tributum populo Caeſ. Bell. Gall. 3, 32. Inferre tributum, *vid.* INFERO. Irrogare tributum, *vid.* IRROGO. Liberare tributo Cic. Fam. 15. Pendere lamentabile tributum Ouid. Met. 8, 263. Caeſ. B. G. 6, 13. Petere tributa ex omni gente Ouid. Epiſt. 4, 54. Poſcere inſigne tributum Stat. Silu. 1, 4, 40. Vindicare a tributis Cic. Philip. 2, 93. Vocari in tributum Vlpian. in l. 1 §. Si is qui. D. de exercit. actione.

TRIBV̄TVS, ūs. m. *etiam dicitur,* [φόρος] Gell. 13, 20 Hic *tributus,* quod *tributum* nos dicimus, a plerisque veterum dictum eſt. *Sic* Plaut. Epid. 2, 2, 43 At tributus cum imperatus eſt, negant pendi poteſſe: Illis, quibus tributus maior penditur, pendi poteſt. *Conf.* Cato ap. Non. 3, 252. Gell. 13, 13.

TRIBV̄TOR, ōris. m. Apul. ad Aſclep. p. 92 Mundus praeſtitor eſt et tributor omnium, quae mortalibus videntur bona.

TRIBVTORIVS, a, um. Adi. *Vnde* Titulus Digeſtorum lib. 14 De tributoria actione, *quae eſt velut* diſtributoria, *vt in pluribus creditori-*

bus, tribuatur, vnicuique de bonis debitoris aequa pars. Vlp. ibidem l. Illud quoque. §. Si cuius dolo malo factum eſt, quo minus ita tribueretur: in eum tributoria datur, vt quanto minus tributum ſit quam debuit, praeſtet. *Add.* l. 1 §. 20 D. de exercit. act. *it.* l. 6 *pr. ff. eod. tit.* Cauſa l. 46 §. 5 ff. de iure fiſci.

TRIBVTARIVS, a um. Adi. [ὑπόφορος, ὑποτελὴς] *Qui ſoluendo tributo obnoxius eſt.* Iuſtin. 1, 7 Sed ciuitates, quae Medorum tributariae fuerant. *Add.* Id. 5, 2 *et* 3. Plin. 12, 1 Tributarium ſolum. Tabulae non commendaticiae, ſed tributariae, *quibus tributum imperatur* Cic. Verr. 4, 148. Ciuis tributarius Petron. c. 57. *Conf.* Suet. Aug. c. 46. Flor. 3, 4, 1. Tertull. de Fuga in Perſec. c. 12. Sidon. Epiſt. 7, 9. Neceſſitas tributaria Iuſtin. 32, 2, 1. Prouinciae Suet. Calig. c. 40. *Conf. S. Petit. Var. Lect.* 2, 1. Indictiones tributariae Saluian. de Gub. Dei 5 p. 171.

TRICAE, arum. f. *Plur. Num. tantum.* [τριχώματα] Chariſ. 1 p. 20 *fin. Pili confuſi, inexplicabiles proprie, tum Impedimenta omnia, minuta in primis et tamen moleſta.* Plaut. Curc. 5, 2, 15 Quod argentum? quas tu mihi tricas narras? Cic. Att. 10, 8 Cuius quidem virtus mirifica, quomodo illa fert publicam cladem, quomodo domeſticas tricas. Coniicere ſe in tricas, *vid.* CONIICIO. Quin tu iſtas Mittis tricas Plaut. Moſt. 3, 1, 41. Plaut. Rud. 5, 2, 36 Eloquere propere celeriter. L. numos trecentos. G. tricas. Tricas et Apinas *vulgo Res futiles ac nugatorias dicebant.* Martial. 14, 1 Sunt apinae, tricaeque, et ſi quid vilius iſtis. *Adagium ab euentu natum. Nam* Tricam *et* Apinam *oppida fuiſſe quondam* Apuliae, *demonſtrat* Plin. 3, 11 Diomedes, *inquit*, ibi deleuit gentes Monadorum, Dardorumque, et vrbes duas, quae in prouerbii ludicrum vertere, Apinam et Tricam. *Stephanus oſtendit* Tricam *vrbem fuiſſe Theſſaliae, ſortitam id nominis a* Trica, *Penei filia.* Nonius Marcellus 1, 26 Tricas, Impedimenta et implicationes *interpretatur* ἀπὸ τῶν τριχῶν, *id eſt a pilis*, quibus inuoluuntur pulli gallinacei. *vnde dictum* ſit Extricare et Intricare, *i. impedire, morari.* Lucilius *ibid.* Nec mihi amatore hoc opus, nec tricone vadato, *i. qui me moretur litibus et vadimoniis.* Turpil. Iudicia, lites, turbas, tricas, contiones (*cunctationes*) maximas. Varro, Putas eos non citius tricas Tellanas, quam id extricaturos. *Haec Nonius.* ¶ 2 *Sing.* Trica *laudatur, neſcio vnde*, Plaut. Replica tricam atque extende. Euagrius Interpres Athanaſii in vita Antonii, Operante illo, traxit quidam ſportellae quam texebat tricam ſiue funiculum.

TRICO *vid. in* ſuo LOCO.

TRICOR, āri. *pro Nugas agere dicebant veteres.* Cic. Att. 15, 13 Quas literas, quum e balineo exiiſſem, accepi, ſeſe de attributione omnia ſumma feciſſe, Vectenum accuſat. Tricatur ſcilicet, vt homo talis. Eidem 14, 19 Publilius tecum tricatus eſt. *i. falſa locutus eſt. Vid. Auſ. Popma ad h. l.*

TRICAMERATVS, a, um. [τριώροφα, τρίστεγα] Hieron. adu. Iouin. 1, 9 *extr. Vid. ſupra* BICAMERATVS.

TRICARIO. Mart. Capella 7 p. 239. *i. numero ternario.*

TRICASTĪNI. [Τρικαστῖνοι] Populi ſunt Galliae prope Druentiam fluuium. *Hinc*

TRICASTINVS, a, um. Adi. *Vt*, Fines Tricaſtini. Sil. 3, 466 Iamque Tricaſtinis incedit finibus agmen.

TRICĒNI, ae, a. [τριάκοντα] Adi. *Plural. num. a* Triginta, G *litera in* C *mutata: ſicut pro* Vigeni, Viceni. Plin. 9, 3 Anguillae quoque in Gange amne tricenos pedes. Ibid. c. 36 Latent ſicut murices circa Canis ortum tricenis diebus. *Conf.* Id. 36, 1. *Sic* Martial. 1, 44 *et* 1, 127. Columel. 3, 3 At ſi qui cum ſcientia ſociauerint diligentiam, non vt ego exiſtimo tricenas vel quadragenas certe: ſed vt Graecinus minimum computans, Licet, inquit, amphoras vicenas percipient ex ſingulis iugeribus. *Add.* Id. 2, 15. Varro R. R. 2, 8. Tricenis tauris Hor. Carm. 2, 14, 5. Auctor ad Heren. 3, 126 Interualla locorum mediocria placet eſſe fere paullo plus, aut minus pedum tricenûm. *Legitur et* Treceni, *quod vide in ſuo loco.*

TRICENARIVS, a, um. Adi. [τριακονταϊκὸς] *Cui triginta competunt, aut attribuuntur.* Tricenariae vites. Varr. 1, 2 Nonne item in agro Fauentino, a quo ibi tricenariae appellantur vites, quod iugerum tricenas amphoras reddat? Quot vultis annos agens? vultis vicennarius? vultis tricenarius? Arnob. 2 p. 58. *Conf.* Vitr. 8, 7. Pallad. Aug. t. 12.

TRICENNIVM, i. n. *Spatium triginta annorum.* Poſſeſſio connumeretur in viginti annorum ſpatium vel tricennium Cod. lib. 7, 4, 31 l. 1.

TRICENNALIA, um. n. Tricennalibus ſuis Delmatium Caeſarem legit *Conſtantinus* Oroſ. 7, 28 *extr.*

TRICENTĒNI, ae, a. [τριακόσιοι] *Idem quod* Treceni, *ſcil.* CCC. Columel. 5, 2 Quoniam ſex latera ſunt, quae conſummata fiunt duo millia tricentena et quadraginta.

TRICENTESIMVS, a, um. Tricenteſimo anno poſt Romam conditam Gell. 20, 1.

TRICENTIES. Adu. [τριακοσιάκις] Martial. 3, 22 Dederas Apici bis tricenties ventri, Sed adhuc ſupererat centies tibi laxum.

TRICEPS, ĭtis. Adi. [τρικέφαλος, τρικάρηνος] *Tria capita habens.* Cic. in Orat. 159 Quid in verbis iunctis? quam ſcite inſipientem, non inſapientem? iniquum non imaequum? tricipitem, non tricapitem? Idem Tuſc. 1, 10 Dic quaeſo, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus? Ibid. 2, 22 Haec a Tartarea tenebrica abſtractum plaga Tricipitem eduxit Hydra generatum canem. *ex Poëta.* Ouid. Met. 7, 194 Tuque triceps Hecate.

TRICESIMVS, *vel* TRIGESIMVS, a, um. Adi. [τριακοστὸς] Cic. Off. 2, 29 Triceſimo anno poſt, *etc.* *Et* in Epiſt. Quadam, Triceſimo poſt die. Plin. 17, 23 Ante triceſimum ſextum menſem attingi falce vetantur. Hor. Serm. 1, 9, 69 Hodie triceſima ſabbata. *i. nouilunium Iudaicum.* Liber triceſimus octauus, — nonus Gell. 13, 10. Triceſimo quoque die Cic. Att. 6, 6. *Add.* Sen. ad Helu. c. 2.

TRICESIMANI. *Milites legionis trigeſimae, ap.* Ammian. 18, 9.

TRICESIMARIVS, a, um. Triceſimaria purgatio Sext. Placit. c. 12.

TIRICESSIS, is. m. *Tres decuſſes.* Varro L. L. 4, 36.

TRICHA, ae. f. In tricha multiplici perplexa *i.* trica, *ex quo corruptum videtur,* Tertull. adu. Valent. c. 14. *vid. Iun. ad h. l. Rhenan. legit* trechea.

TRICHALCVM, i. n. *Numi genus, tres chalci, id eſt aerei minuti.* Vitr. 3, 1.

TRICHAPTVM, i. n. [τρίχαπτον] *Inter Ornamenta muliebria poſitum a Septuaginta interpretibus, Ezechielis* 16, 10 *et* 13 Nullo tamen Graecorum vſu aut exemplo, *vt ſcribit* D. Hieronymus in commentariis eius loci. Idque ſubdit, fuiſſe tantae ſubtilitatis veſtimentum, vt pilorum et capillorum tenuitatem habere credatur: vnde (inquit) volens tenuitatem exprimere veſtimenti, pro Trichapto ſu[...] tranſtuli, Quod tenui ſtamine atque ſubtegmine textum erat.

TRICHIAS, ae. [τριχία] *Genus piſcis.* Plin. 9, 15 Intrantiu[...] tum ſoli non remeant trichiae.

TRICHĪLVM, i. n. *vel* TRICHĬLA, ae. f. [τρίχειλον] *Va[...] bens tria labra, quibus liquor effundi poteſt.* Columella 10, 379 [...] modo dependens trichili modo more cylindri, *etc.* *Verum* [...] *Geſner. legendum eſſe* trichilis, Trichilas *apud* Caeſ. Bell. 3, 96 *ſtragulae veſtis praetenuis genus ſunt qui putent. Sed* [...] *Voſſius negat apud Caeſarem legi* Trichilas, *ſed potius* Triclinia *Rurſus* Columel. 10, 394 At qui ſub trichila manantem repit [...] dam, *etc.* *De cucumere* Virg. *vel auctor incertus in* Copa v. [...] cuppae, calices, cyathi, roſa, tibia, chordae. Et trichila vn[...] ris frigida arundinibus. *Vbi Scaliger,* Trichilae *nomine in* [...] *pergulas,* quae *et* vmbellae et vmbraculae *vocabantur. Sed quibusd*[...] *rum videtur, cur media ſyllaba ſit breuis, quum labrum Graecis* *χεῖλος, vnde τρίχειλον naſcitur. Proinde legunt,* Triclinia vn[...] frigida arundinibus. *Vel ne* cli *ſyllaba fiat breuis,* Triclir[...] briferis, *etc.* *vt ſit trium duntaxat ſyllabarum.*

TRICHĬNVS, a, um. Adi. Idem quod Tardus, et quaſi imp[...] et ſiccus: vel ſine ſucco, vt ſunt capilli, qui Graece τρίχες dic[...] Varro Eudaemonibus, Quod nunc quaeſtus trichinus erat. [...] eſt vber: vt quaeſtus ſit magnus. *Haec* Non. 2, 864. [...] *emendat* Tricinus, *a* Tricis.

TRICHĪTIS, is. f. [τριχῖτις] *Aluminis genus, in pilos velut* [...] *tos ſciſſile, de quo* Plin. 35, 15. *Dioſc.* 5, 77.

TRICHOMĂNES. [τριχωμανὲς] *Herba, quae Romanis* ca[...] *dicitur, aliqui* pinnulam, *alii* filiculam, *aliqui* adianton *et hanc* vo[...] *A luxuria capillitii nomen adipiſcitur.* Plin. 22, 21 Duo genera a[...] candidius et nigrum breuiusque. Id quod maius eſt polytrichon [...] trichomanes vocant. Vtrique ramuli nigro colore nitent foliis [...] ex quibus inferiora aſpera ac fuſca ſunt: omnia autem contra[...] diculis denſa inter ſe ex aduerſo: radix nulla: vmbroſas pet[...] rietumque aſpergines, ac fontium maxime ſpecus ſequitur, et ſa[...] nantia, quod miremur, quum aquas non ſentiat. *Idem tamen a*[...] *ſe ab adianto ſentit,* 27, 13 Trichomanes, *inquiens,* adianto ſimi[...] exilius modo, nigriusque, foliis lenticulae denſis, amaris, adue[...] ter ſe.

TRICHOPHYES, is. n. *Herba eadem; quae et trichomanes.* [...] de Herb. c. 47.

TRICHORDIS, e. Adi. *Tres habens chordas.* Sidon. 5, 5 [...] rae trichordes.

TRICHŌRVM, i. n. [τρίχωρον] *Proprie locus in tres minore*[...] *los diſtinctus. Reuera nihil aliud, quam illud triquetrum* faſtigium [...] *agimus h. v. n. 4.* Spartianus in Peſcennino Nigro 12 Domus eius h[...] mae viſitur in campo Iouis, quae appellatur Peſcenniana: in [...] mulacrum eius in Trichoro conſtituit, ſtatim poſt annum ex T[...] marmore, quod ille ad ſimilitudinem ſui factum a rege Theb[...] acceperat. *Salmaſ. ad h. l. omnia docuit. Addi poſſunt tamen* [...] *la Cerda Aduerſ. c. 102. et Herib. Rosweyd. ad* Paullini Nol. Epi[...] 784. *collato tamen iterum Salmaſio ad Solin.* p. 853, b. *it. Barth.* Stat. Silu. 1, 3, 58 Quid nunc ingentia mirer Aut quid par[...] ſtantia tecta trichoris?


TRICHRVS, i. m. [τρίχρυς] *Gemma nomen a tribus coloribu*[...] *ſitum, quos reddit coti attritae.* Plin. 37, 10 Trichrus ex Africa ni[...] ſed tres ſuccos reddit, a radice nigrum, medio ſanguineum, [...] candidum.

TRICIES. Adu. [τριακοντάκις] *a* Triginta, *pro* Trigecies. [...] 9 Pecuniae in aerarium tulerunt ſeſtertiûm tricies octoginta [...] aeris. Cic. Verr. 1, 92 c. 38 His nominibus ſolis Cn. Dolabella [...] ad tricies litem eſſe aeſtimatam, tricies octies centena vigintiq[...] millia. *Vid.* Plin. 4, 16. Tricies quater centena quinqu[...] Plin. 8, 108.

TRICINIVM, i. n. *Trium vocum cantio.* Symmach. Epiſt [...]

TRICIPITINVS. *Cognomen in gente Lucretia.* ¶ 2 [...] *tulo ſcripſiſſe putatur. Varro de Triumuiris, eorumque proſcri*[...] *quorſum refert Spanhemius Diſſ.* 10 *p.* 173 *numum tribus illorum capit*[...] *ſignem. Conieucturae auctor Reineſ. V. L.* 2, 1 *extr.* p. 129.

TRICLINIVM, i. n. [τρίκλινος] *Conclaue diſcubitorium dici*[...] *Eſt enim locus, in quo diſcumbebant et coenabant praecipue in co*[...] *accepti: dictum a tribus lectis, quos ſternebant, vid.* Seru. *ad* [...] 698. *Lipſ. Ant. Lect.* 3 p. 95 Erat locus celſus, vbi triclinio [...] caenabamus Varro R. R. 3, 13. *Hinc* Hor. Serm. 1, 4, 86 Sa[...] bus lectis videas coenare quaternos, *etc.* Iuuen. Sat. 5, 17 [...] ne vacuo ceſſaret culcitra lecto, *etc. pro conclaui:* Cic. Att. [...] Villa ita completa militibus eſt, vt vix triclinium, vbi coenatur[...] Caeſar eſſet, vacaret. Vix eo limen egreſſo, triclinium illu[...] conuiuas corruit Quinctil. 11, 2. Duo Syri expilaturi lagena[...] clinium intrauerunt Petron. c. 22. *Add.* Vitr. 6, 5 *et* 7. [...] Caeſ. c. 43 *fin. et* Tib. c. 72 *f.*



Schema Triclinii Romani ſiue accubitus in tribus lectis, ex Plutarchi Sympoſ. 1, 3 formatum a Salmaſio ad Solin. p. 886.

ccommodemus verba Salluſtii, *ſeruata a* Seruio *ad* Aen. 1, 702. *vt con- ea Salmaſius :* Igitur diſcubuere, Sertorius (*Imperator*) inferior in (*lecto, in quo proinde duo tantum hic accumbebant, loco 6 conſula-ri*) pra (*loco 5 vel 4*) L. Fabius Hiſpanienſis Senator ex proſcriptis. Antiius in ſummo (*lecto, in quo etiam modo duo hic fuere*) infra ſcri-ba rtoril Verſius. (*Hi duo itaque occupant loca 1, 2, 3 ſiue totum lectum ſum m*) Alter ſcriba Maecenas in imo (*lecto*) medius (*loco 8*) inter Tarnitium (*loco 9*) et dominum Perpernam (*loco 7*) *qui proinde proxime Imp atorem accubat, quod ita factum ordinarie, Plutarchus l. c. docet.* ¶ 2 Tri inium, *ſecundam ſyllabam producit, vt* Hexaclinon *penultimam,* Clini-us *imam.* Manil. 5 Nunc iam luxuriae pars, et triclinia templis Co rtant. *Vid.* TRICHILVM *de verſu* Copae 8. Cic. pro Mu-aen 75 Rogatus eſt a Maximo, vt triclinium ſterneret. Idem de Ora 2, 263 Quando tandem Galba de triclinio tuo exibis? Quum quit, de cubiculo alieno. Capax triclinium quindecim con-iua m, *vid.* CAPAX. Duo triclinia argentea Nep. *ap.* Plin. 33, 11. Cic. err. 2, 183 Iam non quaero vnde CCCC amphoras mellis habueris, nd antam Melitenſem veſtem, vnde quinquaginta tricliniorum lectos.

T ICLINIARCHES, ae. m. *Atrienſis quidam triclinio praepo-tus* Iam tricliniarches experrectus, lucernis occidentibus oleum infu-erat Petron. c. 22. Tricliniarcham Inſcript. Grut. p. 474. *Vid. Iur inſcript. ap. Wower. ad* Petron. c. l. *Stuck. Antiqq. Conuiual.*

T ICLINIARIVM, i. n. [τρικλίνιον] *Idem quod* Triclinium : *vel quo ad triclinium pertinet.* Varro de R. R. 1, 13, 7 Quo elaborant, t ſi tent ſua aeſtiua tricliniaria ad frigus Orientis. *al.* Triclinaria.

T ICLINIARIS, e. Adi. [τρικλινιακὸς] *Quod ad triclinium perti-net* Lectus tricliniaris Plin. 37, 2. Lamprid. Heliog. c. 20. pecae tricliniares Varro *apud* Non. 2, 597 *et* 15, 14. Tricli-ia Babylonica Plin. 8, 48 *ſtragulorum genus.* Veſtimenta tricli-iari, *Quibus vtimur in tricliniis* Labeo in l. Apud Aufidium D. de pt. gat.

T ICLINIARIVS, *vel* TRICLINARIVS, a, um. Vetus In-r. *ud Gruter.* p. 576. n. 6. SERVVS TRICLINIARIVS. Plin. 9, is non iam triclinaria facit. *ſcil. Veſtimenta.*

T ICO, ōnis. m. [ἀρχῆος, ἔκλυτος Gloſſ. tricones, δυσέριδες Ono-aſt Vet.] Moroſus, et ad ridendum durus; *vt ait* Non. 1, 85. *Alii po nt* Triconem, *Contentioſum, et litium peramantem.* Iulius Capi-t in Aelio Vero 4 Fertur et nocte perpete alea luſiſſe, quum in oncepiſſet id vitium, atque in tantum vitiorum Caianorum et Ne-onorum ac Vitellianorum fuiſſe aemulum, vt vagaretur nocte per as, ac lupanaria obtecto capite cucullione vulgari viatorio, et ſceretur cum triconibus et committeret rixas, diſſimulans quis epe afflictum liuida facie rediiſſe, et in tabernis agnitum, quum ſe-onderet. *Vid. ibi Salmaſium, et Parei Lex. Crit.* p. 1252. *Vulg.* 32, 13.

T ICOLON, ſ. TRICOLVM, i. n. *Trium membrorum ſ. colo-* *ema aut periodus.* Sen. Controu. 12 Hanc controuerſiam cum aret Maximus, dixit quaſi tricolum tale, qualia ſunt, quae baſili-feſtant, *i. quotidie in iudiciis ex ore corruptorum oratorum au-*.

T ICŌSVS, a, um. Lucil. *apud* Gell. 11, 7. Hic tricoſu' bouina-ore improbu' duro. Bouinator autem eſt Tergiuerſator. *Vid.* Vetus *eſt* inſcriptio *ad Herculem Romae in Capitolio,* ALCME-A IOVIS ET MAGNI FORTISSIMA PROLES TRICOSVS IO POST MEA FATA VOCOR. *Vid. Ferret. Muſ. Lap.* p. 309.

T ICOR, *vid.* TRICAE.

T ICOCCVS, i. m. [τρίκοκκος] Plin. 22, 21 Genera heliotropii duo Tricoccum, et helioſcopium, *etc.* Alterum genus, quod tricoc-cum ppellauimus, et alio nomine ſcorpiuron vocatur, foliis non ſo-lum minoribus, ſed etiam in terram vergentibus. Τρίκοκκον, *quod tria habet.*

T ICONGIVS [Τρίκογγιος] *Cognomen* Nouellii Torquati Medio-lanens is, qui geſtis honoribus a Praetura ad Conſulatum vsque perue-nerat. Hic enim tribus congiis epotis, ſpectante miraculi gratia Ti-beri principe *praeclarum cognomen meruit.* Plin 14, 22.

T ICORNIS, e. [τρίκερως] *Quod tria cornua habet.* Plin. 8, 21 In-dicos boues vnicornes, tricornesque. conf. Solin. 65.

T ICORNIGER, a, um. Furca tricornigera ſpecie paene vltima Auſon. Technop. c. de literis, *extr.*

T ICOLVM, i. n. In tricolis et in omnibus huius generis ſenten-tiis n. Contr. 25. *Add.* Id. Contr. 12.

T ICORPOR, ŏris. *aut* TRICORPORVS, a, um. Adi. [τρί-σωμος] *Tria habens corpora.* Virg. Aen. 6, 289 Et forma tricorporis vm-bra Inde tricorpora tergemini vis Geryonaï Lucret. 5, 28. *al.* tri-pectora. Geryonis peteret quum longa tricorporis arua Sil. 3, 422.

ICVSPIS, ĭdis. Adi. [τριγλωχίνος] *Tres habens cuſpides.* Ou. Met. 1, 330 Poſitoque tricuſpide telo Mulcet aquas re-ctor pelagi.

IDENS, entis. m. [τρίαινα] *Quod habet tres dentes, vt Neptu-ni ſceptrum.* Plin. 9, 15 Thynni a gubernaculis non ſuperantur, ne tridente quidem in eos ſaepius iacto territi, *quo nempe vtebantur piſc ores, et horum inuitatione gladiatores* Retiarii *v. v.* Virg. Georg. — cui prima frementem Fudit equum magno tellus percuſ-ſa dente. Saeuus tridens Virg. Aen. 1, 142. Saeuit tri-dente Nereus Virg. Aen. 2, 418.

T IDENTĬFER, ĕra, ĕrum. [τριαινοφόρος] Neptunus. Ouid. Met 8, 595 Regna vagae dixi ſortite tridentifer vndae.

T IDENTĬGER, ĕra, ĕrum. *Idem.* Ouid. Met. 11, 203 Cum-que ridentigero tumidi genitore profundi.

T IDENTIPOTENS, entis. Diue tridentipotens Sil. 15, 29. *in MS vulgo leg.* tridente potens.

TRIDVVM, i. n. [τριήμαρ] *Spatium trium dierum.* Ter. Andr. 2, 69 Nihil hercle, aut ſi adeo, bidui, aut tridui eſt haec ſolicitudo. Cic le Legib. 2, 57 Cotta cenſet habendas triduum ferias, et porco femina piaculum pati. Idem pro Milon. 26 Clodius reſpondit, tri-duo illum, ad ſummum quatriduo periturum. Si totus tibi tri-duo egatur Martial. 2, 6. Triduo Scribon. 20. 159. 268. Per triduum Id. 71. 122. 140. Per triduum continuum Id. 52. Conti-nuum triduum, *vid.* CONTINEO. In triduo hoc, *vid.* IN. Non intereſt triduum, *vid.* INTEREST.

TRIDVANVS, a, um. Apul. lib. 10 p. 247 Spectaculum tridua-num Hieron. Epiſt. 10 ad Furiam de Viduit. Seru. Triduana ieiunia. Dominus, *Mors* P. Chryſolog. Serm. 81.

T IENNIVM, i. n. [τριετία] *Spatium trium annorum.* Cic. Ver 2, 49 Triennium prouinciam obtinuiſſi. Idem Acad. 4, 5 Ini-micorum calumnia triennio tardius, quam debuerat, triumphauit. *Add.* Idem in Bruto c. 43. Ouid. Met. 9, 641 Iſmariae celebrant repetita triennia Bacchae. Triennia *vocat dictione Latina, quae Graece alibi* Trieterica *appellat.* Continuum triennium, *vid.* CONTINEO.

TRIENS, entis. m. [τριτημόριον] *Tertia pars aſſis, vnciae qua-tuor.* Aſſis triens Scribon. 110. 157. *Numus* Iuuen. Sat. 3, 267 Infelix nec habet quem porrigat ore trientem. Cic. Att. 4, 15 Foe-nus ex triente Idem Quint. factum erat beſſibus. *vid.* AS, *vbi oſtendi-mus, foenus eſſe menſtruum : quot igitur vnciae dantur in menſes, tot aſſes annui,* Foenus triens, *quatuor de centum ;* bes, *octo de centum. Add.* ibid. 7, 8. Plin. 34, 13 ſ. 38 Vnum etiam aeris miraculum non omittemus. Seruilia familia, illuſtris in Faſtis, trientem aereum paſcit auro et argento, conſumentem vtrumque. Origo atque natura eius incomperta eſt mihi. Verba ipſa de ea re Meſſalae ſenis po-nam. Seruiliorum familia habet trientem ſacrum, cui ſumma cum cura magnificentiaque ſacra quotannis faciunt : quem ferunt alias cre-viſſe, alias decreuiſſe videri, et ex eo aut honorem aut deminutionem familiae ſignificari. *Simpliciter ad aſſis diſtributionem pertinet* Ho-rat. A. P. 328 Dicat Filius Albini, Si de Quincunce remota eſt Vncia, quid ſuperet? poterat dixiſſe, Triens : heu, Rem poteris ſeruare tuam. Lex frumentaria de ſemiſſibus et trientibus Auctor ad He-renn. 1, 21 c. 12. Triens *poculum quatuor cyathos continens.* Perſ. Sat. 3, 100 Sed tremor inter vina ſubit, calidumque trientem. *Al.* Triental. Propert. 3, 8, 29 Quum fuerit multis exacta trientibus hora. *Sic* Martial. 6, 86 *et ſaepe.* Triens pondo Scribon. 42. Triens, *Tertia pars iugeri* Colum. 5, 1. Trientes, *ſiue quod idem eſt,* Trientalis materia, *ap.* Vitruuium 10, 6. *nomen habent a menſura, quod aſſeres inſtrumenti eius,* trientali, *hoc eſt craſſitudine quatuor vn-ciarum eſſent, ſiue quatuor pollicum. In menſuris enim vncia pollicem ſignificat. Ex Budaeo.*

TRIENTALIS, e. Adi. *Vt,* Trientalia folia, *a menſura dicta ſunt, quae amplitudine trientem aequant, hoc eſt pollices quatuor.* Plin. 27, 5. ¶ 2 Aſpectus trientalis . . . Materia trientalis Vitruu. 10, 6.

TRIENTAL, ālis. n. [τριτημοριαῖον] *Vaſis genus, tertiam partem ſextarii capiens.* Perſ. Sat. 3, 10 Calidumque triental Excutit e ma-nibus. *Nonnulli legunt* Trientem.

TRIENTARIVS, a, um. Adi. Iul. Capitol. in Antonino Pio c. 2 Idem foenus trientarium, hoc eſt minimis vſuris exercuit; vt patrimonio ſuo plurimos iuuaret. *Conf.* Lamprid. in Alex. Seu. c. 21.

TRIERARCHVS, i. m. [τριήραρχος] *Praefectus trieris, ſ. trire-mis nauis* Cic. Verr. 1, 52 Qua de re Charidemum Chium teſtimoni-um priore actione dicere audiſtis, ſeſe quum eſſet trierarchus, *etc.* Datae a claſſe Miſenenſi duae triremes, cum quibus Cythnum inſulam tenuit; nec defuere, qui trierarchos nomine Neronis accirent Tac. Hiſt. 2, 9. *Conf.* Sueton. Neron. c. 34.

TRIĒRIS, is. f. [τριήρης] *Nauis triremis.* Nep. 7, 4, 3 In trie-rem, quae ad eum deportandum erat miſſa, adſcendit. *Sic optimi Codd. Vulgo,* Triremem.

TRIETĒRIS, idis. f. [τριετηρὶς] *Spatium trium annorum.* Stat. Theb. 4, 722 Ludus et atra ſacrum recolet trieteris Ophelten, *alio no-mine* Archemorum. Martial. 6, 38 Adſpicis vt paruus, nec adhuc trieteride plena Regulus, auditum laudet et ipſe patrem. Cic. de Nat. Deor. 3, 58 c 25 Dionyſum quintum Niſo natum et Thyone, a quo trieterides conſtitutae putantur.

TRIETERĬCVS, a, um. Adi. [τριετηρικὸς] *Triennalis.* Nox trieterica Stat. Theb. 2, 661. Orgia trieterica Virg. Aen. 4, 302. Sacra trieterica Ouid. Met. 6, 587. *Nimirum* Trieterica, *appellata ſunt Sacra Bacchi, quae ei ex India cum victoria redeunti inſtituta ſunt, tertio quoque anno celebrari ſolita, annuis eius orgiis ſumtuoſiora. Vid.* Seruius *ad* Virg. Aen. 4, 302 Thyias, vbi audito celebrant Trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithaeron.

TRIFARIAM. Adu. [τρίχα, τριχῶς] *Tribus modis, ſiue in tres partes.* Sueton. in Vitel. c. 13 Sed vel praecipue luxuriae, ſaeui-tiaeque deditus, epulas trifariam ſemper interdum quadrifariam dis-pertiebat. Liu. 5, 26 Trifariam Romani muniebant. *Add.* Id. 3, 22. Plato omnem naturam rerum trifariam diuiſit Apul. de Deo Socr. *pr.*

TRIFARIVS, a, um. Adi. Quorum trifarium genus ſcinditur Solin. c. 27. *Add.* Caſſiod. Var. 5, 40.

TRIFARIE. Adu. Genitiuo trifarie proferuntur Diomed. c. de Declinat. Maſcul. *ſub fin. Add.* Meſſala Coru. p. 1.

TRIFATIDĬCVS, a, um. *Laudatur* Auſon. in Ternario 85 Atque trifatidicae nomen commune Sibyllae. *h. e. Valde, aut plus quam fatidicae, vt* Trifurcifer, *etc. Sed Toll.* Et tris fatidicae.

TRIFAVX, faucis. Adi. [τρίστομος] *Tres fauces habens.* Virg. Aen. 5, 417 Cerberus haec ingens latratu regna trifauci Perſonat. *Non tutum eſt caſum rectum adhibere.*

TRIFAX, ācis. m. Telum longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur. Ennius, Aut permaceret paries percuſſus trifaci. *Haec* Feſtus. Trifaces *inter* Tela *enumerat* Gell. 10, 25.

TRIFER, ĕra, ĕrum. [τριφόρος] *Quod ter fructus producit.* Plin. 16, 27 Vites quidem et triferae ſunt, quas ob id inſanas dicunt, quoniam in iis alia matureſcunt, alia turgeſcunt, alia florent. Co-lumel. 5, 10 Omnes etiam biferae et triferae.

TRIFĬDVS, a, um. Adi. [τρίχηλος] *Quod tribus partibus finditur.* Cuſpis trifida Neptuni Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 181. Flamma tri-fida, *Fulmen* Ouid. Met. 2, 325. Haſta trifida Valer. Argon. 1, 641. Trifidam diſpergunt guttura Linguam Alcim. Auit. 2, 135. *de ſerpente.*

TRIFILIS, e. Adi. Calua trifilis Martial. 6, 74. *in qua tria tantum* fila, *tres pili.*

TRIFINIVM, i. n. Iſidor. 15, 14 Trifinium dictum, eo quod trium poſſeſſionum fines adſtringit. Flacc. de condit. Agr. p. 6 Si in trifinium (id eſt in eum locum, quem tres poſſeſſores attingebant) termini ponebantur. *Add.* Rei Agrar. Auctt. *et* Legg. p. 226. 244. 343 *Goeſ.*

TRIFISSILIS, e. Adi. Auſon. Epigr. 128 Forma trifiſſilis; *de Graeca litera* ψ *dicitur.*

TRIFOLIVM, i. n. [τρίφυλλον] Herba, quae inuenitur confra-goſis locis, efficaciſſima traditur contra viperae venenum, odoris gra-viſſimi, neque abſimilis bitumini. Et idcirco Graeci eam aſphal-tion appellant : noſtri autem propter figuram acutam trifolium vo-cant : non longis et hirſutis foliis viret, caulemque robuſtiorem fa-cit, quam pratenſe. *Vid.* Plin. 21, 21. Commune, pratenſe Scribon. 163. Acutum Id. 163.

TRIFOLINA Vina *laudat* Plin. 14, 7 *ſ.* 8, 6. Iuuenal. 9, 56 Te Trifolinus ager fecundis vitibus implet, Suſpectumque iugum Cumis. Martial. 13, 114 *lemma* Trifolinum vinum, Non ſum de primo fateor, Trifolina Lyaeo, Inter vina tamen tertia vitis ero.

TRIFORMIS, e. Adi. [τρίμορφος] *Tres habens formas, vt,* Canis triformis, *Cerberus* Senec. Herc. Oet. 1202. Diua triformis, *Hecate* Hor. Carm. 3, 22, 4. *vid.* TRIVIA. *Add.* Sidon. Carm. 9, 96. Tertull. de An. c. 21. Firmic. l. 11.

TRIFVR, ūris. [τρίφωρ] *Plus quam fur, vel Maximus fur.* Plaut. Aul. 4, 4, 6 Non fur, ſed trifur.

TRIFVRCIFER, ĕra, ĕrum. Adi. *Plus quam furcifer.* Plaut. Aul. 2, 4, 47 Vituperas me? A. etiam fur trifurcifer. Idem Rud. 3, 4, 29 Tun' trifurcifer mihi audes inclementer dicere?

TRIFVRCIVM, i. n. Gramen, quod in ſe trifurcium habet Apul. de Herb. c. 77.

TRIFVRCVS, a, um. Adi. [τρίχηλος, τρίδυμος] *Quod tribus ſurculis ſurcatum eſt, vt* bifurcum, *quod duobus.* Columel. 5, 10 Trifurcam maxime ponito, ea exſtet minime tribus pedibus. Ibid. 11, 3 Surculi ſint bifurci, vel trifurci. *Add.* Idem 4, 28. *et* de Arb. c. 20. Pallad. Febr. t. 17.

TRIGA, ae. f. [τρίιππος] *Quaſi* Triiuga, *a tribus equis iunctis: Currus ſic dicitur, tribus equis iunctus, ipſique adeo equi, in quantum pares et iungendi intelliguntur.* Vlpian. in l. Aediles aiunt. D. de aedil. edict. l. 38 §. 14 Etſi triga venierit, redhibenda erit tota; ſed et ſi quadriga, redhibeatur. Ex veteri Poëta *citat Scaliger ad* Propert. 3, 21 Triga mihi paucos inter dilecta ſodales, Triga ſodalitii pars bene magna mei.

TRIGAMIA, ae. f. Hieron. adu. Iouinian. 1, 3.

TRIGARIVM, i. n. [τριππᾶον] *Curule trigarum certamen.* Plin. 37, 13 Ne equos quidem in trigariis inferri vllos vernaculis animaduerto. *conſ. Salmaſ.* p. 632. Martian. Capella lib. 9 Trigarium ſupplicantis ſemper germanitatis adueniat: hoc eſt, trigemina illa mulier, ſiue tres in vnius nominis vocabulum conſpirantes.

TRIGARIVS, i. m. [τριππηλάτης] *Trigarum agitator.* Plin. 28, 16 Feruntque et Neronem principem hac potione recreari ſolitum, quum ſic quoque ſe trigario approbare vellet. *Add.* Idem 29, 1. *Salmaſ. ad* Solin. p. 40.

TRIGEMĬNVS, a, um. Adi. [τρίδυμος] Vict. de Viris Illuſtr. 4 Tullus Hoſtilius, quia bonam operam aduerſum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellum Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finiuit. Duo vel trigemini Columel. 7, 6. *de capella.* Idem 2, 1 Trigeminos vocat, quum tres vno partu eduntur. Trigemini fratres, nec aetate nec viribus diſpares Liu. 1, 24. Plin. 15, 28 Quorundam natura trigemina eſt, corpus, deinde lignum, rurſusque ſemen in ligno, vt Perſicis. Trigemina *porta dicebatur Romae, per quam trigemini fratres Horatii exierant: ſed tertius qui ſuperſtes fuit, porta Capena rediit.* Liu. 35, 10 Minutius extra portam trigeminam boue aurato donatus eſt. *Conſ.* Aur. Victor. de Vir. Ill. c. 65. Trigemini filii Plaut. Mil. 3, 1, 122. *vid.* Gell. 13, 24. Columel. 3, 8 *etc.*

TRIGEMMIS, is. m. [τρίλιθος] *Surculi epitheton tres gemmas habentis.* Columel. 3, 19 Vallis et vliginoſi campi ſitus ſerimus etiam trigemmem (ſcilicet malleolum) qui eſt paullo minor dodrante, longior vtique ſemipede. isque non ab eo trigemmis dictus eſt, quod omnino trium oculorum eſt, quum fere circa plagam, qua matri abſciſſus eſt, plenus ſit gemmarum: ſed quod his acceptis, quibus eſt frequens in ipſo capite, tres deinceps articulos, totidemque gemmas habet. Plin. 17, 21 Iidem quum deciſi, nec intorti trigemmes. *conſ.* Idem 15, 28.

TRIGESĬMVS, a, um. Adi. [τριακοςὸς] Cic. de Senect. 19 c. 6 Cuius a morte iam tertius et trigeſimus eſt annus. Trigeſimo et altero die Vitruu. 9, 4.

TRIGINTA. Indecl. [τριάκοντα] *Nomen numerale.* Virg. Aen. 3, 391 Inuenta ſub ilicibus ſus Triginta capitum foetus enixa iacebit. Triginta iudices Cic. pro Cluent. c. 27. Denar. p. triginta duum Scribon. 144. Triginta octo Plin. 4, 12. *conſ. Borrich. Cogit.* p. 255.

TRIGLA, [τρίγλα] *Genus piſcis, qui a Latinis* mullus *dicitur et* barbio. Dioſc. 2, 21. *Hinc*

TRIGLĪTES, is. m. [τριγλίτης] *Lapillus, qui mulli piſcis colorem habet.* Plin. 37, 11 *de gemmis loquens,* Ab animalibus cognominantur carcinias marini cancri colore, echites viperae, ſcorpites ſcorpionis; aut colore aut effigie, ſcarites ſcari piſcis, triglites mulli.

TRIGLȲPHVS, i. m. [τρίγλυφος] *Vox architectorum dicitur a* tribus glyphis, *id eſt ſculpturis vel canaliculis. Originem eius ornamenti et rationem ita deſcribit* Vitruu. 4, 2 Proiecturas tignorum quantum eminebant ad lineam et perpendiculum parietum praeſecuerunt: quae ſpecies cum inuenuſta iis viſa eſſet, tabellas ita formatas, vti nunc fiunt triglyphi, contra tignorum praeciſiones in fronte fixerunt, et eas cera caerulea depinxerunt, vt praeciſiones tignorum tectae non offenderent viſum. *Add. Lexicon Vitruu.*

TRIGON, ōnis. m. [τριγὼν] *Pilae genus.* Martial. 12, 84 Captabit tepidum dextra, laeuaque trigonem. Idem 4, 19 Seu lentum ceroma teris tepidumue trigona, *vid.* PILA trigonalis, *in* PILA. ¶ 2 Trigon, *nomen Piſcis apud* Auſon. Epiſt. 4, 60 Letalis trigon. *Videtur* Trygon *eſſe potius, v. v.*

TRIGONOMETRIA, ae. f. Ars triangulos menſurandi.

TRIGŌNVS, i. m. *vel* TRIGONVM, i. n. [τρίγωνος] *Triangulus.* Manil. 2, . . Quadrati ſi forte voles effingere formam, Aut trinis paribus facies quum membra trigonis. *vid.* Vitruu. 1, 1. 7, 1. 10, 11. Colum. 5, 10. *et* de Arb. c. 22. Frontin. de Colon. p. 132 *Goeſ.* Auſonius *parum recte corripuit* in Ternario 50 Per trinas ſpecies trigonorum linea currit. ¶ 2 Trigonum, *herba trifolium, apud* Plin. 21, 9. *Item piſcis, ap.* Plaut. Capt. 4, 2, 71.

TRIGŌNVS, a, um. Adi. *Triangularis.* Manil. 2, 276

Et quaecunque tamen dicuntur ſigna trigona. *Ibid.*
Licet ergo ſigna trigona
Dicantur, partes non ſeruant illa trigonas. *add.* Vitr. 9, 2.

TRIGONĬCVS, a, um. Adi. *Idem.* *vnde* Trigonica radiatio *apud* Iulium Firmicum 2, 32. *et rurſus* 3, 1 *et* c. 3.

TRIGONĀLIS, e. Adi. *Forma tribus lineis conſtans.* De pila trigonali eſt epigramma Martial. 14, 51. *vid.* PILA.

TRIGONION, i. n *Triangularis forma.* In trigonion conſtitutum Innocent. de Caſ. p. 224. ¶ 2 *Herba, ap.* Apul. de Herb. c. 3 *et* 65.

TRIHORIVM, i. n. *Spatium trium horarum.* Auſo 4, 62 Nec duraturi poſt bina trihoria corui. Corui *aute ... ſunt.* *Add.* Idem in Moſella v. 87.

TRIIVGIS, e. *vel* TRIIVGVS, a, um. Cerberus triiug... praeditus Apul. Met. 6 p. 181. Auſon. Epiſt. 8, 6 Vel ciſi... ſi placet inſilias. *Al.* teriugo.

TRILĪBRIS, e. Adi. [τρίλιτρος] *Quod eſt trium l...* Hor. Serm. 2, 2, 33 Laudas inſane trilibrem Mullum. ... eum pateras gemmatas trilibres duas, ſcyphos aureos gemmat... bres duos Treb. Pollio in Claud. c. 17.

TVMOR, ōris. m. [ὄγκος, οἴδημα, οἴδησις] *Inflatio, maior moles, quam pro natura. Deinde eaſdem metaphoras habet, quas in verbo* TVMEO *obſeruauimus.* Plin. 7, 6 Ingeſtabile onus: crurum et inguinum leuis tumor. Cic. Tuſc. 3, 19 c. 9 Num manus affecta recte eſt, quum in tumore eſt? Repentinus oculorum tumor Idem Tuſc. 4, 81 c. 37 *extr.* Corporis bonam valetudinem tumor imitatur Auct. ad Herenn. 4, 16. Arteriae tumor Scribon. 73. Minuere aliquid ex tumore Celſ. 5, 28. Narium Scribon. 52. Fieri tumorem non patitur Idem 208. 214. Occalluit tumor Celſ. 4, 24. Cic. Tuſc. 3, 26 c. 12 Non inerant in his quae tibi caſus inuexerat, et quidem inueterato malo quum tumor animi reſediſſet. Tumores Syrii Mart. 4, 43. *videntur mariſcae aut id genus morbi locis obſcenis inſidentis: origo forte ex ſacra Scr. de Philiſtaeorum arcae foederis raptorum malis. Et alioquin non bene audiunt cum Syris Phoenices.* Dicti Val. Max. 1, 5, 8. *i. dictum ſuperbum.* Vanus tumor Sil. 11, 150. Gerere tumores mente, *Superbire* Lucan. 10, 100. Tumor rerum, *Commotio et eruptio.* Cic. Att. 14, 5 Meam ſtultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deferere viderer hunc rerum tumorem: cui certe ſi poſſem mederi, deeſſe non deberem. *Vid.* TVMENT negotia. Erat in tumore animus Cic. Tuſc. 3 c. 31. *de maxima triſtitia. Add.* Tuſc. 3 c. 12. *et* 4 c. 29. Intempeſtiuos igitur compeſce tumores Ouid. Triſt. 5, 7, 49. *i. iras. Conf. Heinſ. ad* Claudian. Epiſt. 1, 7. Tumores Terrae, *i. tumuli: Vid.* Frontin. de Colon. p. 126. *et* Goeſ. Ind. Script. Rei Agrar.

TVMIDVS, a, um. Adi. [ὀγκώδης] *Inflatum ſignificat, eadem ratione tranſfertur, quam in* TVMEO *et* TVMOR *obſeruauimus.* Plin. 19, 6 Silueſtri minores, tumidae. Cic. Tuſc. 3, 19 Num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non vitioſe ſe habet? Aequor tumidum Virg. Aen. 3, 157. Amnis tumidus Lucan. 1, 205. Homo durus, confidens, tumidus Hor. Serm. 1, 7, 7. Mare tumidum Virg. Aen. 8, 671. Montes tumidi Ouid. Amor. 2, 16, 51. Pontus tumidus fluctibus Idem Triſt. 1, 2, 24. Terrae Tacit. Ann. 2, 23, 3. Torrens tumidus Ouid. Amor. 1, 7, 43. Venter tumidus pondere caeleſti Ouid. Faſt. 3, 42. Vuae tumida Met. 15, 77. Succeſſu tumidus Idem ibid. 8, 495. falſi genitoris tumidus Idem ibid. 1, 754. *de Phaëthonte reſpecti ex more et ratione nobilitatis Rom. quae imaginibus cenſetur.* in Vatin. 4 c. 2 Repente enim te, tanquam ſerpens e latibulis eminentibus, inflato collo, tumidis Ceruicibus intuliſti. midum Hor. Serm. 2, 3, 213. Stat. Theb. 9, 79 *Polynicen ſibi inferre conantem, ſocer* Solatur tumidum, *i. aeſtu deſperat tatum.* Faſtus tumidi Ouid. de Arte Am. 1, 715. Ir Idem Epiſt. 11, 15. Minae tumidae Hor. Carm. 4, 3, 8. tumido delitigare Hor. de Arte Poët. 94. Sermones tum Serm. 2, 5, 98. Spiritus tumidi, *Animi ſuperbi* Senec. Aga Vultus tumidi et truces Idem Octau. f. 4. *Compar.* Hum dior Colum. 4, 1. Oculi tumidiores Celſ. 2, 6. *Superl.* Eridani tumidiſſimus accola, *i. Superbiſſimus.* Tumic animal Sen. de Benef. 2, 16. *de Alexandro M.*

TVMĬDE. Adu. Plaut. Aſin. 3, 3, 115 Vt tumide is? A incedis. Sen. Suaſor. 1, 11 Tumide ſcribere. Idem Contr Tumidiſſime dixit Murrhedius.

TVMIDVLVS, a, um. Dimin. Apul. Apol. p. 277 Com tumidulae gingiuae puluiſculus.

TVMIDĬTAS, ātis. f. Firmic. 8, 29 Viceſima pars aqu horoſcopo fuerit inuenta, hydropicos faciet, qui ventris tu correpti, hac ex cauſa moriantur.

TVMENTIA, ae. f. Cael. Aurel. Acut. 1, 10, 74 Ca mentia. *Add.* 3, 8, 92.

TVMĬDO, āre. οἰδαίνειν Gloſſ. Gr. Lat.

TVMIDŌSVS, a, um. Ammian. 21, 10 Anguſtiae t collibus deſinentes.

TVMEX, icis. f. A Tumendo, Vibex. Vet. Gloſſ TOMEX.

TVMVLO, *vid.* TVMVLVS.

TVMVLTVS, ūs. m. [θόρυβος] *Motus vehemens et inor trepidatio: ſpeciatim bellum in proximo et in ipſa patria.* Tria genera olim militiae fuerunt: Sacramentum, quae legiti militia, quum ſinguli milites iurabant: Tumultus, id eſt bel licum vel Gallicum, in quibus ex periculi vicinitate erat timor Et quando ſingulos interrogare non vacabat, qui conuenerant iurabant: et dicebatur iſta militia, Coniuratio. Qui enim rus erat exercitum, ibat ad Capitolium, et exinde proferens xilla, vnum roſeum, quod pedites euocabat; et vnum cae quod erat equitum (nam caeruleus color eſt maris, a cuius ſtat equum inuentum) dicebat, Qui Remp. vult ſaluam eſſe: quatur. Erat et Euocatio, quum ad diuerſa loca diuerſi cog exercitus. *Hactenus* Seruius *in hunc locum* Virg. Aen. templo turbati animi, ſimul omne tumultu Coniurat trepido *cuius de* ſacramento *et* coniuratione *dicta aliunde emendanda ſu* tumultu Cic. Philipp. 8, 2 c. 1 Belli nomen ponendum in quidam non putabant, tumultum appellare malebant, ignari nc rerum, ſed etiam verborum. Poteſt eſſe bellum ſine tumultu multus eſſe ſine bello non poteſt. Quid eſt enim tumultus, turbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde etiam nomen eſt tumultus. Itaque maiores noſtri, tumultum Italicum erat domeſticus: tumultum Gallicum, quod erat Italiae fir praeterea nullum tumultum nominabant. Grauius autem eſſe tum quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello Gallico va valent, tumultu non valent. *Hactenus* Cicero. *Repetit* C 7, 3, 25. Liu. 8, 20. *Et* 7, 11 Dictator quum tumultus cauſa iuſtitium edixiſſet, omnes iuniores ſacramento adegit. autem omnia tumultus Cicero vno in loco expreſſit Philipp. 5, adminiſtrandam arbitror ſine vlla mora, et confeſtim gerenda ſeo, tumultum decerni, iuſtitium indici, ſaga ſumi dico oporte lectum haberi ſublatis vacationibus, in Vrbe et in Italia. *apparet, omnia in tumultu praepropere adminiſtrari publice priuatim lita, quum bellum vrgens, et quaſi muris imminens ſollemnes ac admittit.* Sed hic tumultus magis fuit quam bellum Flor. *Add.* 3, 21, 3. Cic. pro Deiot. 20 Num qua trepidatio qui tumultus? Tumultus *pro omni Trepidatione, et p tione* Plaut. Milit. 4, 9, 16 Nunc in tumultum ibo, intus cla audio. O imitatores, ſeruum pecus! vt mihi ſaepe bilem iocum veſtri mouere tumultus Hor. Epiſt. 1, 19, 19. *i. anxia etc. Conf. Burm. ad* Quinctil. Decl. 1 p. 9. Tumulti, G *antiquus pro* Tumultûs Plaut. Caſ. 2, 5, 22 Quid intus tumu Ter. Andr. 2, 2, 28 Nihil ornati, nihil tumulti. Idem H 21 Quid fuit tumulti? *Vid.* Non. 8, 7 *et* 50. ¶ 2 *tus cachinnantium.* Cum, defractis compluribus ſubſelliis ol cuiuſdam, riſus exortus eſſet, ne ſedato quidem tumultu te potuit, quin ex interuallo ſubinde facti reminiſceretur, cachin reuocaret Sueton. Claud. c. 40. *Sic* Inflatus tumultu condiſcipu *laudantium* Quinctil. 2, 2, 12. Caeci tumultus, *Coniurationes* Virg. Georg. 1, 465. Ingentes tumultus Lucret. 2, 955. Mag multus Virg. Aen. 2, 122. Miſeri tumultus mentis Hor. C 16, 10. Monſtrifer tumultus Lucan. 2, 3. Plebeius tu Stat. Silu. 1, 2, 234. Repens tumultus Tacit. Hiſtor. 2, 49. pentini tumultus Ouid. Met. 5, 5. Tremendus tumultus Hor. 1, 16, 12. Comprimere tumultum Tac. Hiſt. 4, 16, 1. cuſſa omnia trepido belli tumultu Lucret. 3, 846. Facere tum Salluſt. in Iugurth. c. 53. Ferre tumultus alicuius Ouid. 308. Iniicere tumultum ciuitati, *vid.* INIICIO. M domus miſero tumultu Virg. Aen. 2, 486. Miſcere tumult concionem, *vid.* MISCEO. Perſonare tumultu, *vid.* PERS Praebere tumultum Liu. 25. Reddere tumultum ſermonis 7, 12. Sedare tumultum Liu. ... Vaſtata impio tumult Hor. Carm. 4, 4, 47. Cic. in Catil. 2, 26 Mihi vt vrbi ſine metu, ac ſine vllo tumultu, ſatis eſſet praeſidii, *etc.* D ¶ 3 Tumultus, *eſt quidquid ſine ratione et ordine adminiſtratur: Barth. ad* Stat. Theb. 6, 589. *et ad* Claud. Mamert. p. 381 *ſeq.*

TVMVLTVOSVS, a, um. Adi. [θορυβώδης] *Plenum tu* Plaut. Trin. 5, 2, 52 Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me e ſubito foras? Cic. Fam. 2, 11 Ita tumultuoſae conciones, it leſtae Quinquatriis afferebantur. Mare tumultuoſum Hor. 3, 1, 26. Tumultuoſum genus pugnae Liu. 1, 14. Tumu ſomnia Plin. 26, 8. Celſ. 2, 2. Cic. de Inuent. 1, 4 c. 3 Sic ditioſa et tumultuoſa vita ſe in ſtudium aliquod traderent qui Nuntius tumultuoſus Liu. 2, 24. Tumultuoſus, *Qui turbas*

...ulet. Liu. 4, 28 In otio tumultuoſi, in bello ſegnes? *Compar.* Vell Paterc. 2, 74, 1 Tumultuoſior Italia, *inquietior* Cic. Fam. 12, 17 Ex ...yri nobis tumultuoſiora quaedam nuntiata ſunt. *Superl.* Liu. ..., 1c Quod tumultuoſiſſimum pugnae erat parumper ſuſtinuit. *Add.* ...iet 1. Ner. c. 49.

TUMULTUOSE. Adu. [θορυβωδῶς] Tumultuoſe et cunctis co...is fran. *ap.* Chariſ. p 197. Liu. 2, 28 Adeo tumultuoſe exce...a t clamoribus vndique et indignatione Patrum. Senatus tumul...oſ vocatus, tumultuoſius conſulitur Liu. 2, 29. Caeſ. Bell. Gall. 7, 45 ...perat, vt paullo tumultuoſius omnibus in locis peruagarentur. ...u. 40 In veſtibulo regiae quam potuere tumultuoſiſſime ſpecie ri...e i ſe omnes apparitores regios conuertunt. Quam tumultuoſiſ...e adoriri aliquem Cic. Verr. 2 c. 14 *extr.* *Add.* Senec. de ...ne 2, 13.

TUMULTUO, ãre. [θορυβέομαι] *In perturbatione eſſe.* Plaut. ...id. 2, 14 (24) Vt mihi iſtuc dicas, negotii quid ſit quod tu...lt s. *Sed vſitatius eſt,* Sub lucem hoſtibus nuntiatur, in ca...is omanorum tumultuari Caeſ. B. G. 7, 61. Cum Gallis tu...tum verius quam belligeratum Liu. 21, 16. *Add.* 25, 21. Ter. ...e 2, 1 Neſcio quid iamdudum hic audio tumultuari, miſera male ... *Depon.* Cic. de Lege Agrar. 2, 101 c. 37 Qui Tribunos ...bi perhorreſcam? qui ſaepe et ſine cauſa tumultuer? Cum ...curibusque tumultuari Petron. c. 78. Apes acrius tumul...nt et murmurant Pallad. Iun. t. 7. In otio tumultuaris, in ...u ſolus et otioſus Auctor ad Herenn. 4, 52 c. 15. Quid tu...ris foror? quid inſanis? Cic. pro Cael. 36 c. 15. Per la...iones et vlulatus muliebris Dolor tumultuatur Senec. ad Helu. ... Paſſim tumultuari Quinctil. 2, 12, 11. *de oratore* ...

TUMULTUANS, antis. Partic. Curt. 5, 2, 7 Fremitus tumul...n m. *add.* 8, 13, 23,

TUMULTUATUS, a, um. Partic. *Depon.* Petron. c. 79 Non ...ultuatus ſtabuli ianuam effregit.

TUMULTUATIM. Adu. Sidon Epiſt. 4, 11 Non tumultuatim ...ae ſuae opes erogaturus. *add.* Idem 1, 5. *et* 8, 6.

TUMULTUATOR, õris. m. ὀχλοκόπος Gloſſ. Gr. Lat.

TUMULTUATIO, õnis. f. [διαθρόησις] Liu. 38, 2 Haec tu...io regem cupientem, ſi ſe ſequerentur, raptim euadere angu...uocare primos, et eadem qua venerat via, referre coepit ſigna. ...lor. 9, 3.

TUMULTUARIUS, a, um. Adi. [θορυβωματικὸς] *Propera...itarium, aut rapide factum ſignificat.* Cateruae Tac. Ann. ... *et* 15, 5, 3. Delectus tumultuarius Liu. 24, . . Dux ...arius, *Qui per tumultum eligitur* Idem 28, . . Exercitus ... Idem 35, 2 Mens ea Senatus fuit, vt in Hiſpania tu...ii milites legerentur. *add.* Idem 1, 37. 5, 37. Genus tu...ium Mortis Apul. Met. 1 p. 117. Miles tumultuarius et ...is Idem Liu. 31, . . Opus tumultuarium, *In promtu, et* ...*ictum* Quinctil. 7, 3, 34. Liu. 6, 29. Pons Frontin. Strat. 4, ... Pugna Liu. 21, 8. Sermo tumultuarius et fortuitus ...10, 7.

TUMULTUARIE. Adu. Ammian. 24, 8 His raptim ac tu...ie actis. *Conf.* Spartian. in Carac. c. 6. Mart. Ca... 139.

TUMULUS, i. m. [βουνοὶ, λόφοι, τύμβοι, τύριβα σόρδιλα Gloſſ.] ...*umens, eſt itaque non monte ſolum, ſed etiam colle minor.* ...rg. ...n. 2, 713 Eſt vrbe egreſſis tumulus. Caeſ. Bell. Gall. 1, 43. ...s erat magna, et in ea tumulus terreus ſatis grandis. Cic. ..., 95 E ſpelunca ſublatus aut tumulo. Agger tumuli Virg. ...n. 5, 44. Albani tumuli atque luci Cic. pro Milon. 86. Ar...us tumulus Ouid. Met. 15, 297. Cic. in Catil. 2, 24 c. 11 Iam ve...vi ... coloniarum, ac municipiorum reſpondebunt Catilinae tumu...tribus. Struere tumulum Tacit. Ann. 2, 7. Niualis ...l, *vid.* NIX. Tumulus, *Sepulcrum: quod in ſepulcris coa...erra conſueuit.* Virg. Aen. 3, 322

O felix vna ante alias Priameïa virgo,
Hoſtilem ad tumulum, Troiae ſub moenibus altis
Iuſſa mori. Id. ibid. 3, 304
Maneſque vocabat
Hectoreum ad tumulum.

...ru. *ad* Aen. 3, 22. Exſangues tumuli Claud. de Rapt. Proſerp. ... 42 Marmoreus tumulus Ouid. Met. 14, 442. Componi tu...odem Idem ibid 4, 157. Contegere tumulo, *vid.* CON... Dare corpora tumulo Ouid. Met. 2, 326. Quinctil. 7, 3... uenes, qui conuiuere ſolebant, conſtituerunt, vt in litore coe...ren Vnius, qui defuerat, nomen tumulo, quem Exſtruxerant, ...eri erunt. Pater eius a transmarina peregrinatione cum ad litus ...m ...pulifſet, lecto nomine ſuſpendit ſe —— Ille potuit vel ex ... (*litore*) tumulum, vel ex opere tumultuario ſuſpicari non eſſe ...entum. *Ex litore poterat ſuſpicari tumulum eſſe temere vel a* ...*ctu congeſtum: ex inſcriptione tumultuaria autem, hoc non eſſe veri* ...*monumentum, quae ſtudioſius et apparatius fieri ſolent.* Fa...e tumulum Virg. Ecl. 5, 42. Parare tumulum Lucan. 8, 713. ...er tumulum Senec. Med. f. 12. Vili tumulo tectus Idem ... 8. Honorarius tumulus, *pro* Cenotaphio Sueton. Clal. c. 1.

TUMULO, ãre. [θάπτω] *Sepelire, Condere in tumulum.* Quam ...it alumnus Ouid. Met. 15, 716. Mart. 11, 92 Aeolidon Ca...e i et hoc tumulata ſepulcro, *etc.* Catull. Argon. f. 65, 103 ...c iniecta tumulabor mortua terra. Ouid. Met. 8, 710 — ...o ...gis vnquam Buſta meae videam, neu ſim tumulandus ab ... Oſſa tumultuarii ceſpitis mole tumulabant Sidon. Epiſt. 3, 3.

TUMULATUS, a, um. Ouid. ex Pont. 1, 6, 49 Inque Tomitana ...at mulatus arena. Nobiliſſime tumulatus, *i. Honorifice ſe...ltus* ...iu. Epit. 54.

TUMULATIO, õnis. f. Varr.

TUMULAMEN, inis. n. In verſu veteri *apud* Fabrett. p. 634 ...SE MEIS QVOD CONSTITVI TVMVLAMINA ...E...RIS.

TUMULOSUS, a, um. Adi. [λοφώδης] *Plenum tumulis.* Sal...ſt. i Iugurth. 91 Deinde tertia multo ante lucis aduentum peruenit loco tumuloſum, a Capſa non amplius duûm millium interuallo. ...olles ...mmian. 21, 10 *Valeſ.* tumidoſos. *Conf.* Id. 31, 7.

TUNC. [τότε, τέως, τημος, τηνικαῦτα] *Aduerbium temporis. Eo tempore.* Plaut. . . Tunc ad eam accede, quum potes. Tunc ſic laetus ait Claud. in Conſ. Hon. 33. *al* Tum. *Conſ.* Stat. Theb. 1, 457. Virg. Aen. 1, 597 Tunc decuit quum ſceptra dabas. Cic. de Amicit 11 Senectus enim quamuis non ſit grauis, tamen aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio. Cic. Philipp. 7, 14 c. 5 Sed erat tunc excuſatio oppreſſis, miſera illa quidem, ſed tamen iſta: nunc nulla eſt. Plaut. . . Ego tunc adero, quum tui videndi mihi copia erit. *Conf.* Nep. 17, 1, 3. Tunc tua me infortunia laedent Hor. de Arte Poët. 103. Plin. 11, 24 *de araneis,* Et lacertorum catulos, venantur, hos primum tela inuoluentes, et tunc demum labra vtraque morſu apprehendentes amphitheatrali ſpectaculo. *Add.* Liu. 41, 3. Iuſtin. 1, 4, 4 Sed de gente obſcura tunc temporis Perſarum Cambyſi mediocri viro in matrimonium tradidit.

TUNDO, tŭtŭdi, tuſum *et* tunſum, ĕre. [κόπτω, ἀράσσω] *Percutere, pulſare: vt* Tundere pectus Plaut. Caſ. 2, 6, 62. Virg. Aen. 1, 485 Suppliciter triſtes, et tunſae pectora palmis. Denique proximus lictor Sextius, conuerſo bacillo oculos miſero tundere vehementiſſime coepit Cic. Verr. 5, 141 c. 54. Ictu crebro tundi Lucret. 4, 1279 *et* 931. Cic. Verr. 5, 141 c. 54 Cum ille nihilominus iacenti latera tunderet, vt aliquando ſpondere ſe diceret. Litus tunditur vnda Catull. ad Furium 11, 4. Pectora tundere manu Ouid. Amor. 3, 9, 10. Pectora tundens palmis Idem de Arte Am. 1, 535. Terram pede tundere Hor. de Arte Poët. 430. Tympana tundere Ouid. Faſt. 4, 183. Aures alicuius tundere, *pro Obtundere, ſaepius rem aliquam repetendo* Plaut. Poen. 1, 3, 25. Cic. de Orat. 2, 162 c. 39 Ego autem ſi quem nunc plane rudem inſtitui ad dicendum velim, his potius tradam aſſiduis uno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus. *Conueniet in grammatiſtas ac literatores, quibus ſine fine eadem ſunt inculcanda pueris, vt haereant aliquando.* Vocibus tundi Virg. Aen. 4, 448. Tundere, *Saepius idem repetere, vt* obtundere, translatio a fabrorum malleo, *inquit* Donatus Ter. Hec. 1, 2, 48 Tundendo, atque odio denique effecit ſenex. Tundere, *Comminuere in mortario* Virg. Georg. 4, 267 Proderit et tunſum gallae admiſcere ſaporem. Columel 2, 21 Ipſae aut ſpicae melius fuſtibus tunduntur, vanniſque expurgantur. Tunduntur, teruntur, cribrantur Scribon. 113. ¶ 2 *Penultimam Praeteriti a pleriſque correptam, a quibuſdam autem etiam productam memorat* Priſcian. 10 p. 891 *pr.* *Correptae exempla ponit* Horat. Carm. 4, Quod regum tumidas contuderit minas, *etc.* *Sed productae Ennii illud,* Viroſque valentes Contudit crudelis hiems.

TUNDENS, entis. Part. Tundens vultur roſtro iecur Virg. Aen. 6, 597.

TUNSUS, *vel* TUSUS, a, um. Part. Virg. Aen. 1, 481 Suppliciter triſtes, et tunſae pectora palmis. Abſinthium tunſum Apic. 1, 3. *add.* 1, 5 *et* 35. Colum. 6, 7. Pallad. 1, 30. *et* Oct. 1, 14. Tunſa, creta Scribon. 61. Hordeum tunſum minutatim Apul. Met. 4 p. 152. Herba oſtriago tuſa Idem de Herb. c. 28. Teſta tuſa Vitruu. 2, 5. *et* Plin. 36, 25.

TUNES, ĕtis. m. [ὁ Τύνης] *Locus Africae, de quo* Liu. 30, 9 Scipio grauem iam ſpoliis multarum vrbium exercitum trahens, captiuis aliaque praeda in vetera caſtra ad Vticam miſſis, iam in Carthaginem intentus, occupat relictum fuga cuſtodum Tuneta: abeſt ab Carthagine XII millia ferme paſſuum locus cum operibus, tum ſuapte natura tutus: et qui ab Carthagine conſpici, et praebere ipſe proſpectum cum ad vrbem, tum ad circumfuſum mare vbi poſſet. *Vid. ibi caetera.* *Putatur hodie vna Tunis eſſe.*

TUNĬCA, ae. f. [χιτὼν, ἐπένδυμα] *Veſtis apud Romanos interior, breuior et ſine manicis.* Virg Aen. 9, 616 Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae. *Hoc autem dicit, vt barbarum et peregrinum morem indicet, non antiquorum Italorum, qui, vt veteres Romani, ſine manicis tunicas geſtarent.* Plaut. Milit. 5, 30 Magis ſapis de tunica, chlamyde, et mucrone qui ſperes. Cic. Verr. 4, 3 Tunicamque eius a pectore abſcidiſſet, *etc.* Gell 7, 12 Tunicis vti virum prolixis vltra brachia et vsque in priores manus ac prope in digitos Romae atque omni in Latio indecorum fuit. Eas tunicas Graeco vocabulo noſtri chiridotas appellarunt —— Viri Romani primo quidem ſine tunicis toga ſola amicti fuerunt; poſtea ſubſtrictas et breues tunicas circa humerum deſinentes habebant, quod genus Graeci dicunt ἐξωμίδας. ——— Q. quoque Ennius Carthaginienſium tunicatam iuuentutem non videtur ſine probro dixiſſe. *Diutius caeteris morem tunicarum ſine manicis geſtandarum tenuere Cethegi, qui inde exſerti dicuntur.* v. v. Tunica pallio propior *Prouerbiale apud* Plaut. Trin. 5, 2, 30. *vid.* PALLIUM. Ouid. Amor. 3, 14, 21 Illic nec tunicam ſibi ſit poſuiſſe pudori. *Et in* XV. 2, Indue cum tunicis metuentem crimina vultum. *Nempe quo delicatiores eſſent homines, eo tenuiores, et frigoribus eo plures, ſumebant tunicas.* Tunicas *etiam, cum iam molliſſima eſſet Roma, corpus proxime contigiſſe, indicat obſcenum epigramma* Martial. 11, 100 De cathedra quoties ſurgis, *etc.* Ouid. Amor. 1, 5, 14 Pugnabat tunica ſe tamen illa tegi. *Hinc* Tunica *aliqua* intima Gell. 10, 15. *It.* Interior Valer. Max. 7, 4, 5 Si huius conſilii mei interiorem tunicam conſciam ſenſero, continuo eam cremari iubebo. *Haec eſt, quam ſunt qui* Interulam *vocitent.* *Athenaeus* χιτώνιον ἐχέσαρκον, *appellat in decimo tertio, vbi de Phryne ſcorto nobili,* ἐχέσαρκον γὰρ χιτώνιον ἠμπέχετο, *hoc eſt, tunicula carni proxima amiciebatur.* Adamantina tunica, *vid.* h. v. Sufficiunt tunicae ſummis aedilibus Albae Iuuenal. 3, 179. Calloſa tunica, *vid.* CALLUM. Candidae tunicae linteae, *vid. in* LINTEUM. Coloriae tunicae colore *tinctae alio praeter coccineum, aut purpureum.* Vopiſc. Aurel. 46 Vt blatteas matronae tunicas haberent certas veſtes, cum antea colorias habuiſſent. Fluentes tunicae Ouid. de Arte Am. 3, 301. Laxa tunica Idem Epiſt. 16, 247. Lucentes auro tunicae Stat. Theb. 9, 691. Sueton. in Aug. c. 97 Sumenti virilem togam tunica Laticlaui reſuta ex vtraque parte ad pedes decidit. Cic. in Catil. 2, 22 c. 10 Quos pexo capillo nitidos aut imberbes aut barbatos videtis, Manicatis, et talaribus tunicis, velis amictos, non togis: *quae manus ipſis tegant.* Moleſta tunica, *Genus ſupplicii: quod deſcribit* Seneca Epiſt. 14 Cogita hoc loco carcerem, et cruces, et eculeos, et vncum, et adactum per medium hominem, qui per os emergat ſtipitem, et diſtracta in diuerſum actis curribus membra, illam tunicam alimentis ignium et illitam et intextam, et quidquid aliud praeter haec commenta ſaeuitia eſt. Iuuen. Sat. 8, 235 Auſi quod liceat tunica punire moleſta. *vid.* PIX, genus tormenti. Martial. 10, 25 Nam cum dicatur tunica praeſente moleſta, Vre manum; plus eſt dicere, non facio. *Eſt* Ge-

Ge. Nic. Kriegk. diſſ. de tunica moleſta veterum Chriſtianorum. Pertinet huc Tac. Ann. 15, 45, 7 *vbi* Chriſtiani, *incendii Neronis rei ſubiecti,* vbi defeciſſet dies, in vſum nocturni luminis vruntur. Palmata tunica, *vid.* PALMA. Hor. Epiſt. 1, 1, 96 Pexa tunica, *i. noua, villoſa, quae* tritae *opponitur.* Pulchrae tunicae Hor. Epiſt. 1, 19, 33. Cic. Verr. 4, 55 Ipſe tamen praetor, qui ſua vigilantia pacem in Sicilia dicit fuiſſe, in hac officina maiorem partem diei cum tunica pulla ſedere ſolebat et pallio. *Dedecus Praetori Rom. non togatum eſſe, turpe pullatum, non candida tunica ſub toga indutum.* Recincta tunica Ouid Amor. 1, 5, 2. Recta tunica, *vid.* RECTVS *ſub* REGO. Ruſſae tunicae, *φοινικίδες, ſagula rubra* Vopiſc. in Aureliano 13 Tunicas ducales ruſſas quatuor. Sciſſa tunica Ouid. Epiſt. 11, 57. Plin. Epiſt. 4, 16, 2 Quidam ornatus adoleſcens, ſciſſis tunicis, vt in frequentia ſolet, ſola velatus toga perſtitit. Tunicae *tenuiores; Toga collecta, etc.* Solutae tunicae Tibull. 1, 5, 15. Valentes tunicae, *Craſſae, non molles* Ouid. de Arte Am. 3, 109. Cingere tunicas Sen. Troad. f. 2. Demiſſis tunicis ambulare Hor. Serm. 1, 2, 25. *i. diſcinctum. Cingi tunicas, et ita* Sinum *effici, oſtendimus in* SINVS n. 2. Diducere tunicam Quinctil. 1, 15. Diripere tunicam alicui Ouid. Amor. 1, 5, 13. Diſcindere tunicam, et cicatrices oſtendere Cic. de Orat. 2, 105. Inſtaurare ſibi denſas tunicas aduerſus hiemem, *vid.* INSTAVRO. Laniare tunicam Ouid. de Arte Am. 2, 171. Nere tunicam Virg. Aen. 10, 818. Cic. Tuſc. 5, 60 Cum pila ludere vellet, tunicamque Poneret, adoleſcentulo, quem amabat, gladium tradidiſſe dicitur. Tunica velata, Recincta Ouid. Am. 1, 5, 9. Relaxare vincla tunicarum Idem Faſt. 2, 321. Tunicae purpuram latiorem Plin. 33, 1 *vocauit* Latum clauum; *dicens,* Annuli diſtinxere alterum ordinem a plebe, vt ſemel coeperant eſſe celebres, ſicut tunica ab annulis Senatum tantum, quanquam et hoc ſero, vulgoque purpura latiore tunicae vſos inuenimus etiam praecones. ¶ 2 *Metaph.* Tunicae oculorum, *pro Membranis, quibus varie conteguntur.* Plin. 11, 37 f. 54 Tenuibus, multiſque membranis oculos natura compoſuit, calloſis contra frigora caloresque in extremo tunicis. Oculi tunica Scribon. 21. . . Prima, aliaue Idem 24. Celſ. 7, 24 Deinde non extracto teſticulo, ſicut inteſtinis quoque prolapſis interdum fieri docui, colligendae venae: vinciendaeque vbi tunicis inhaerebunt, et ſub his nodis praecidendae ſunt. Tunica arboris Plin. 12, 19 Probatur caſia breui tunicarum fiſtula, et non fragili. Bulborum replicatae Stat. Silu. 4, 9, 30. Viſceris Celſ. 7, 6. Tunica lupini, *pro Folliculo ſeu ſiliqua lupini* Iuuen. Sat. 14, 153. Tenues tunicae Virg. Georg. 2, 75 *de interiore libro arboris.*

TVNICŬLA, ae. f. Dimin. [χιτώνιον] Plin. 26, 12 Morbum regium in oculis praecipue mirari eſt, tenuitatem illam denſitatemque tunicularum felle ſubeunte. Redactus ſum ad hanc vſque vnam tuniculam Plaut. Rud. 2, 6, 65. *conf.* Plin. 30, 10. Petron. c. 12. 13. 100.

TVNĬCO, āre. [χιτωνίζω] *Tunicam induere.* Varr. *ap.* Non. 2, 873 Haec lanigeras detonderi docuit, tunicareque homulum.

TVNICĀTVS, a, um. Part. [χιτωνοφόρος] *Tunicam indutus.* Cic. pro Cael. 11 c. 5 Vt exercitatione ludoque campeſtri tunicati vterentur. Ouid. de Arte Am. 2, 301 Aſtiterit tunicata, *etc.* Cepe tunicatum Perſ. 4, 30. Homo tunicatus Plaut. Poen. 5, 3, 2. Popellus tunicatus Hor. Epiſt. 1, 7, 65. Auct. Dial. de Oratorib. 7, 5. Tunicatus, *Expeditus, et nullam aliam ſupra tunicam veſtem habens.* Iuuen. Sat. 3, 143 Tunicati fuſcina Gracchi, *vt expeditus eſſet ad pugnam in arena.* Quies tunicata Sidon. Epiſt. 2, 14. *Togatorum moleſtiis opponitur.*

T V O *et* T V R

TVOPTE, *vid.* TVVS.

TVOR, *vid.* TVEOR, *vbi etiam nomen* TVOR, ōris *explicamus.*

TVRA, ae. f. *Herba.* Marcell. Emp. c. 8.

TVRARIVS, *ſ.* THVRARIVS. [Τυράριος] Vicus Romae. Aſconius, Signum Vertumni in vltimo vico Turario eſt, ſub baſilica ſe flectentibus, *vid.* THVS.

TVRBA, ae. f. [τύρβη, ὄχλος, τάραχος] *Confuſio eſt, et ordinis vel abſentia vel corruptio, itemque multitudo non ordinata, etc.* Vlpian. Vi bonorum, et de turba l. praetor ait, Turbam appellatam eſſe Labeo contendit ex genere tumultus, idque verbum ex Graeco tractum, τύρβη. Si duo rixam commiſerint, vtique non accepimus in turba id factum, quia duo turba non propie dicuntur. Si vero fuerint decem, aut quindecim homines, turba dicetur. Rectiſſime Labeo inter turbam et rixam multum intereſſe ait: nempe turbam multitudinis hominum eſſe turbationem et coetum. Cic. Fam. 6, 6 Exponerem etiam quemadmodum hic, et quanta in turba quantaque in confuſione rerum omnium viueremus. Ter. Eun. 5, 5, 5 Quae illaec turba eſt? numnam ego perii? Idem Andr. 4, 5, 6 Di veſtram fidem quid turbae eſt apud forum? *Sic* Heaut. 1, 2 (1) 16 Propter eam haec turba atque abitio euenit. Cic. Verr. 4, 148 Ecce autem noua turba atque rixa. Turbam *et* Turbas diuerſam volunt habere ſignificationem, vt ſit Turba, Populi conuentus: Turbae, Turbationes. Nos contra, *inquit* Nonius 12, 26 Lectum inuenimus, et indiſcrete poſitum, et pro turbis turbam. Accius, Athamante, Ah dubito, ah quid agis? caue, ne in turbam te implices. Ter. Eun. 4, 1, 2 Ne quam ille hodie inſanus turbam faciat, aut vim Thaidi, *Vid. plura apud eundem. Sic* Terentiana *ſunt:* Si quidquam hodie turbae Coeperit. Eunuchum, quem tu dediſti nobis, quas turbas Dedit. Nunc turba nulla Eſt. Tum illae turbae Fient: iam tum Inceperat turba inter eos. Concire turbas, *vid.* CONCIEO. Euoluere ſe turba Ter. Eun. 4, 4, 56. Excitare turbas populares Quinctil. 2, 16. ¶ 2 Turba, *Multitudo quatenus non ordinata, non conſilio recta, etc. intelligitur.* Liu. 2, 40 Vxor deinde ac liberi, amplexi, fletuſque ab omni turba mulierum ortus, et comploratio ſui patriaeque, fregere tandem virum. Turba argumentum peſſimi Sen. de Vita B. c. 2. Sed quid Turba Remi? ſequitur fortunam, vt ſemper, et odit Damnatos Iuuenal. 10, 72. Haec ego, diuino cupiam quae ad ſidera flatu Ferre, nec in turbam, nec turbae carmina condam Manil. 2, 136. Stat. Theb. 4, 810 Incubuere vadis paſſim diſcrimine nullo Turba ſimul, primique. Cic. de Senect. 85 c. 23 Cumque ex hac turba et colluuie diſcedam. Acris turba praedonum Hor. Serm. 1, 2, 43. Comes turba Ouid. Met. 13, 353. Confuſa Idem ibid. 12, 214. Denſa Senec. Herc.

Fur. 9. Frequens Idem ibid. 10. Imbellis feminar miſque turba, *vid.* IMBELLIS. Impia Hor. Serm. 2, 3, 228. ops Ouid. Met. 14, 114. Leuis Hor. Carm. 1, 10, 19. L Ouid. Epiſt. 1, 88. Maxima Virg. Aen. 6, 611. Plurim ibid. 6, 667. Pullata Quinctil. 6, 4. Ruſtica Oui 6, 348. Sodalis turba, *i. Turba ſodalium* Idem Rem. Am Temeraria Idem Met. 10, 574. Vaga Idem ibid. 13, 221. gregare magnam turbam Cic. de Nat. Deor. 1, 39 c. 15. I quoque meretur, qui turbae quamuis bonorum poſt hos a Eximatur Quinctil. 10, 1. Exire in turbam Nep. 14, 6, 3. ſerere ſe turbae Ouid. de Arte Am. 1, 605. Rareſcit turba, *tur* Stat. Theb. 2, 612. Ruebat effuſa turba ad ripas Vi 6, 305. Ruit furens turba omnis in vnum Ouid. Met. 3, 716. patus comitum turba Ouid. Met. 3, 186. Sum in turba C 1, 2. *i. vnus e multis, homo vulgaris.* Atomorum turb Tuſc. 1 c. 11. Comitantum Ouid. Amor. 1, 7, 37. Virg. Aen. 8, 300. Malorum Sen. Med. 679. Neg Plin. Epiſt. 9, 25. Prunorum turba, *pro Variis generib* 15, 13 Ingens poſtea turba prunorum, verſicolor, nigra, ca Rerum Stat. Silu. 2, 2, 44. Rotarum turba Ouid. Met. 6, 219 lerum Lucan. 4, 251. Saeculorum Poëta Phallic. Carm. 57. torum Cic. Tuſc. 5, 46. Vocum Gell. 9, 15. Volumin vorum turba Cic. de Clar. Orat. 121 c. 32. Vulnerum tur *Multitudine* Plin. 11, 37.

TVRBŬLA, ae. f. Dimin. Apul. Met. 11 p. 259 Dimotis t *add.* Id. ibid. p. 260. 3 p. 141. *et* 4 p. 151.

TVRBELA, ae. f. Plaut. Bacch. 4, 9, 134 Tantas turbel Quantas ſoleam turbelas dare Idem Pſeud. 1, 1, 108. Apul. Socr. 1 p. 48 Omnes turbelae tempeſtateſque procul exulant. pulari turbela diſcerptus Ammian. 14, 31.

TVRBĬDVS, a, um. Adi. [θολός, θολερός] *Conturbatum, ſum, non clarum, eadem diuerſitate, quam de nomine* Turba, *o mus, vt ad corpora varii generis, et humanos animos pertineat.* Trin. 2, 2, 18 Nihil ego iſtos moror fatuos mores et turbidos Epiſt. 8, 17 Num iſtic quoque immite et turbidum caelum? mo turbidus, *Commotus, vel Turbationis plenus, vt ait* Virg. Aen. 9, 57. Idem 12, 10. Reduxit in hiberna tur nihil auſos Tac. Ann. 1, 38 *extr.* Compoſitis rebus nu omne in turbido conſilium Idem Hiſtor. 1, 21, 1. *de Othone.* mi turbidus Idem ibid. 4, 48. Ira turbidus Stat. Silu. Achelous turbidus, *vid.* ACHELOVS. Acies oculoru dae, *vid.* ACIES. Actiones turbidiſſimae Quinctil. 1, 10. quora turbida Ponti Lucret. 5, 998. Amnis turbidus in 1, 287. Cic. Tuſc. 5, 97 c. 34 Darius in fuga quum Aqua dam et cadaueribus inquinatam bibiſſet, negauit vnquam ſ iucundius. In puteis turbidior Aqua Plin. 2, 81. turbidiorum Cogitationum Quinctil. 9, 4. Dies turbid celloſus Plin. 11, 10. Imago turbida, me terret in ſomnis lis Seruius *ad* Virg. Aen. 4, 353. Imber turbidus aqua Id 5, 696. Iurgia turbida Lucan. ad Piſon. Liquor *Minime clarus* Plin. 13, 12. Loca turbida Virg. Aen. 6, 534. quae omni turbido motu ſemper vacet Cic. Tuſc. 1, 80 c. 33. tura turbidior Plin. 2, 52. Nouitas turbida Claud. in lich. 1, 148. Nubila turbida Virg. Aen. 4, 245. Pecto diora ipſo mari Ouid. Triſt. 1, 10, 34. Puluis turbidus a gine voluitur ad muros Virg. Aen. 11, 876. Cui turbid Obuia Marcellus rapido tulit ora tumultu Sil. 12, 254. lipp. 2, 39 Veruntamen homines, quamuis in turbidis Rebus men ſi modo homines ſunt, interdum animis relaxantur. turbida Ouid. Met. 9, 426. Cic. de Inuent. 1, 4 Quaſi ex turbi peſtate in portum, ſic, *etc.* Idem Fam. 6, 14 Fac animo fortique ſis: et ſi turbidiſſima ſapienter ferebas, tranquilliora ras. Virg. Aen. 11, 742 Haec effatus, equum in medios mo et ipſe Concitat, et Venulo aduerſum ſe turbidus infert. bidus, Elatus, arrogantia tumens *ſecundum* Seruium *ad* Virg. Aen. Tum vero Aeneam auerſum vt cedere Turnus Credidit, at mo ſpem turbidus hauſit inanem. *conf.* Sil. 12, 254. Stat 7, 668. *Superl.* Tacit. Hiſt. 3, 43, 3 Turbidiſſimus Cic. Fam. 6, 15 Turbidiſſima ſapienter ferre. Turbidum *bialiter* Hor. Carm. 2, 19, 5 Mens trepidat metu, plenoque Ba ctore turbidum laetatur.

TVRBĬDŬLVS, a, um. Dimin. *Vt,* Turbiduli ſenſu gioſa argumenta Prudent. Apoth. v. 8.

TVRBĬDE. Adu. [θολερῶς] Cic. Tuſc. 4, 24 c. 10 Int igitur perturbationem iactantibus ſe opinionibus inconſtante bide in motu eſſe ſemper. Turbide et ſeditioſe Tac 3, 12, 5. *add.* Gell. 5, 9. Tumultuoſius atque Quinctil. 3, 8.

TVRBĬDO, āre. Sidon. Epiſt. 6, 2 Animae ſerenitatem rium verſutiarum flatibus turbidare. Solin. Salmaſ. c. 49 excitant, vt turbidetur. Mart. Capell. 2 p. 40 Aër ex ca pero madoreque infero turbidatus. *add.* Id. lib. 1.

TVRBVLENS, entis. *Pro* Turbulentus; *vt,* Opulens lentus Calliſtr. ICt. D. 48 t. 19 l. 28 §. 3.

TVRBVLENTVS, a, um. Adi. [θολώδης, ταραχώδης, ὀχληρός] *Turbationum plenus; Commotus, iratus.* Plaut. 1, 68 Tu edepol re es turbulentus. Ea ſunt et turbulent meraria et periculoſa Cic. pro Caecin. 34. Animus turb Idem Tuſc. 4, 9 c. 5 *pr.* Annus inde turbulentior L. Vale Aemylio COSS. Liu. 2, 61 *pr.* Annus ipſo freto turbu Solin. c. 8. Ciuis ſeditioſus et turbulentus Cic. de Orat c. 11. Idem Att. 4, 3 Conciones turbulentae Metelli, rariae Appii, furioſiſſimae Publii Quinctil. 5, 13. Cic. de Cla c. 62. Concurſio turbulenta Idem de Finib. 1, 20. turbulenti Idem de Nat. Deor. 2, 70. Libido, temeri ignauia turbulenta Cic. de Finib. 1, 5. Mens turbulenta Id. 1, 5. Negotium turbulentum Idem Att. 7, 11. tae et minime turbulentae Cic. in Orat. 63 c. 19. Idem 26 c. 10 Vt nullus vnquam dies tam magna, turbulentaque ten fuerit, quin aliquo tempore ſolem eius diei homines viderent. Fam. 2, 17 Tempora autem Reip. qualia futura ſint, quis ſcit quidem turbulenta videntur fore. Tempus meum turbu mum, tuo tranquilliſſimo praeſtat Cic. in Piſon. 33 c. 15. tus turbulentiſſimus Cic. de Clar. Orat. 193. *Add.* Id. Fam. 9, 1, 5 Max. 6, 2, 3. Turba turbulenta Varro *apud* Gell. 13, 11.

T RBVLENTE. Adu. [θολωδῶς] *Concitate.* Cic. pro Domo 6 c 6 Omnia contra leges, moresque maiorum temere, turbulente, per furorem eſſe geſta. Non turbulente humana pati Cic. uſ 4 c. 28. Agere aliquid raptim et turbulente Idem pro Do- 10 c. 54 *extr.* Egit de Caepione turbulentius Cic. Partit c. 30. um quidam ſuum commiſiſſe in maieſtatem turbulentius deſere- Ammian. 22, 9. Ipſam aulam turbulentiſſime rexit Si- piſt. 2, 13.

T RBVLENTIA, ae. f. Tertull. adu. Hermog. c. 41. *et* ax. c. 29.

T RBVLENTO, āre. Hoſpes totam ciuitatem turbulentat Apul. p. 120. *Add.* Idem 9 p. 222.

T RBVLENTER. *Aliud* Adu. [ταραχωδῶς] Cic. Fam. 2, 15 xtremum illud erit, nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus.

T RBO, āre. [ὀχλέω, τυρβάζω, ταράττω] *Confundere, commouere.* Epid. 2, 3, 7 Sed me vna turbat res, ratioque. Ab imo aliquid Lucret. 3, 38. Omnia infima ſummis paria fecit, miſcuit Cic. de Legib. 3, 19 c. 9. Notabilius turbare Tacit. 4, 55. Ariſtoteles multa turbat a magiſtro Platone diſſen- Cic. de Nat. Deor. 1, 33 c. 14. Plaut. Caſin. 5, 2, 6 Ridicula int, quae ego intus turbaui, *i. per errorem egi et paſſus ſum.* e turbare, *vid.* ACIES. Affectibus animos iudicum turbare il. 5, 14. Capillos turbare Martial. 2, 36. Conuiuia euerſae menſae Ouid. Met. 12, 222. Delectum ciuium e Cic. Verr. 2, 125. Foedera turbare Virg. Aen. 12, 633. tas turbare timore Lucret. 1, 107. Iura turbantes Tribuni 1, 177. Pacem turbare Liu. 35, 13. Quietem alicuius e Propert. 1, 3, 17. Vlpian. in l. 1 in fine D. de ſeru. cor- Vt Rationes dominicas intercideret, vel adulteraret, vel etiam vt m ſibi commiſſam turbaret. *Vid.* CONTVRBARE. Res s incognita turbat Virg. Aen. 1, 519. *Paſſ.* Cic. Att. 2, 14 , vt ſcribis ita ſentio: turbatur Sampſiſeramus. Regibus is turbabantur nationes Tac. Ann. 2, 42, 8. Arenae tur- Zephyro Virg. Georg. 2, 106. Metu turbari Ouid. Met. Turbare, *Abſolute.* Tacit. Ann. 3, 47, 2 Si vna, alte- itas turbet. Repente turbare fortuna coepit Tac. Ann. 4, Ego ſum ancilla Quartillae, cuius vos ſacram ante cryptam s Petron. c. 16. *Add. Parei Lex. Crit. p. 1257.* *Imperſ.* Vſque adeo turbatur agris Virg. Ecl. 1, 12. Ancipiti bello r vtrinque Lucret. 6, 376. Pugna tam atrox fuit, vt Obſi- uectus in regem, turbauerit, coëgeritque, proiectis inſignibus excedere Flor. 1, 18, 7. Ter. Eun. 4, 3, 7 Neſcio quid o abſente nobis turbatum eſt domi. Turbatum, *Abſolute.* Ann. 1, 20 Poſtquam turbatum in caſtris accepere. Turbaſſit, rbauerit *uſurpatum ab antiquis.* Cic. de Legib. 3, 11 c. 4 Aſt quid t in agendo, fraus actoris eſto. *Vetus exemplar habet* litur.

T BANS, antis. Part. Leo per ouilia turbans Virg. Aen. 9, 33. tes ciuitatis otium Liu. 3, 48. Turbantibus inuicem copiis 4, 2, 49. *Add.* Virg. Aen. 6, 857. Tac. Hiſt. 1, 50 1, 55, 4.

T RBĀTVS, a, um. Part. [τετυρβημένος] Turbatus inopinato Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 12. Mentis vulnere turbatus Virg. Aen. Pectora turbatus Virg Aen. 8, 29. Excanduit Licas, mone turbatus Petron. c. 105. Turbatus nunciis de ſeditione m Suet. Aug. c. 17. Itaque et infirmitate vxoris, et meorum lo, quorundam etiam morte turbatus Plin. Ep. 8, 19. Acies e, *vid.* ACIES. Animi Virg. Aen. 8, 4. Aqua Hor. 1, 60. Caſtra Virg. Aen. 9, 13. Comae Ouid. Faſt. 3, 16. Virg. Aen. 9, 124. Fides Claud. tert. Conſ. Hon. 63. Freta is Virg. Georg. 3, 259. Mens funere Idem Aen. 11, 3. Stat. Silu. 3, 5, 86. Turbatae Palladis arma Virg. Aen. 8, id. Seru. *ad h. l.* Pede turbato fugere Ouid. Epiſt. 11, 102. o Planc. 11 c. 4 Noſtrum eſt autem, qui in hac poteſtate populi ur ac fluctibus, ferre modice populi voluntates, allicere alienas, e partas, placare turbatas: honores ſi magni non putemus, non populo. Viri turbati Ouid. Epiſt. 3, 88. *Compar.* iber. c. 69 Turbatiore caelo. Sen. de Ira 2, 35 Facies tur- Mare turbatius Suet. Calig. c. 23.

T RBATE. Adu. [τεταραγμένως] Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 5 His de aguntur omnia raptim atque turbate. *Add.* Tertull. de Re- arn. c. 43.

T RBATIO, ōnis. f. Gell. 19, 1 Coloris et vultus turbatio. c. 3 Inciſa temporum turbatio. Flor. 4, 6, 2 Spes ex turba- Reipublicae. *Sed frequentius legitur* Perturbatio. *Conf.* Feſt. epit. Non. 12, 26. Vlpian. Dig. 47 t. 8 l. 4 §. 3. Fron- rat. 1, 12, 10. Symmach. 10, 71.

T RBATOR, ōris. m. [ταρακτής] *Qui turbat.* Liu. 2, 16 Quum ipſe auctor a turbatoribus belli premeretur. *i. ab his, qui tur- et miſcendo omnia bellum concitare ſtudebant. Pulchre hunc locum emendationibus tuetur I. A. Erneſti Miſcell. Lipſ. nouis T. 2 p. 495 ſq.* racpuus turbator Tacit. Ann. 1, 30, 1. Germaniae turbator Id. 55, 2. *Add.* Ibid. 3, 27, 3. Sen. Contr. 17. Iulian. 9 t. 16 l. 16.

T RBATRIX, īcis. f. Prudent. Pſych. v. 669 Placidae turbatrix pacis. Accumulat crebros turbatrix fama pauores Stat. 4, 369.

T RBAMENTVM, i. n. [τάραγμα] *Perturbatio.* Tacit. Hiſt. 23, 2 Quaeque alia turbamenta vulgi. Salluſtius in Oratio- Lepidi ad Populum Romanum, Fragm. c. 6 Maxima turbamenta bl. atque exitia probate. *Add.* Ammian. 25, 7. *et* 26, 7.

T RBOR, oris. m. *Turbatio.* Turborem magnum facere atque ronchum vexare Cael. Aurel. Tard. 1, 4. *add.* Id. ibid. *et* c. 5. *Adu.* 35, 3.

T RBO, inis. m. (*et forte* TVRBEN, inis. n. *de quo* n. 4) [δῖν, στρόμβος] *Ventus cum fragore, obiecta quaeque deturbans, proſter- nens: ac deinde omnis agitatio, quae fit in circulum, vt cum vortice continuat.* Plin. in Paneg. 65. *metaphor.* Erant ſub oculis naufragia rum, quos inuidioſa tranquillitate prouectos improuiſus turbo lerat. *Conf.* Plin. 2, 48. Ventorum turbo Lucret. 6, 152. *et* ſcit. Ann. 16, 13, 1. Ventus turbo Plaut. Curc. 5, 2, 41. Ater Virg. Aen. 1, 516. Immanis turbo Idem ibid. 6, 594. In- us turbo Catul. Argon. 62, 107. Nimboſus turbo Ouid. Met. 1, 1 Nigro turbine Virg. Georg. 1, 320. Puluereus turbo Cla de Bell. Get. 458. Verſabundus turbo, *id eſt verſatilis et ſe* contorquens Lucret. 6, 437. Violentus turbo Idem 5, 824. Armatur Boreas turbine rauco Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 69. Erumpunt vndique omnes venti, ſaeui exiſtunt turbines Cic. de Orat. 3, 155 c. 39. Fertur celeri turbine Virg. Aen 12, 320. Fumans piceo turbine nubes Idem ibid. 7, 573. Furit inſanis turbinibus ventus Sil. 8, 665. Gubernare nauem in maximis turbinibus Cic. in Piſon. 20. Perflant venti turbine terras Virg. Aen. 1, 87. Ruit aequore turbo Idem Georg. 3, 470. Rupto turbine confligunt venti Virg. Aen. 2, 416. ¶ 2 *Metaph.* Cic. pro Domo 137 c. 53 Tu procella patriae, turbo ac tempeſtas pacis atque otii. Antonius, fax et turbo ſequentis ſaeculi Flor. 4, 3, 2. *Conf.* Idem 3, 21, 18. Duo Reipublicae turbines Cic. pro Sext. 25 c. 11. Turbo leti Catull. Argon. 62 ſ. 149. Non modo Militiae turbine factus eques Ouid. Am. 3, 15, 6. Mentis turbine agi Ouid. Amor. 2, 9, 28. ¶ 3 Turbo, *pro Vortice aquae*, [δίνη, στρόβιλος] Stat. Theb. 4, 809

> Incubuere vadis paſſim diſcrimine nullo
> Turba ſimul, primique: nequit ſecernere miſtos
> Aequa ſitis, frenata ſuis in curribus intrant
> Armenta, et pleni dominis, armiſque feruntur
> Quadrupedes: hos turbo rapax, hos lubrica fallunt
> Saxa.

Videtur ita intelligi poſſe etiam Ouid. Epiſt. 7, 66 Finge age te rabido (nullum ſit in omine pondus) Turbine deprendi: quid tibi mentis erat? *Sed melius, vt de Vento intelligatur. Sequitur enim,* Quaeque cadent, in te fulmina miſſa putes. Furialis turbo Sil. 3, 191. Turbo, *pro Gyro, et ſpiris ſerpentum.* Sil. 3, 191 Ater letifero ſtridebat turbine ſerpens. *Niſi malis pro Impetu accipere.* Virg. Aen. 12, 531 Praecipitem ſcopulo, atque ingentis turbine ſaxi, Excutit *curru, i. Saxo, quod rotatur, quum impellitur aut iacitur.* *Conf.* Id. 11, 284. *Drakenb. ad* Sil. 4, 542. Stat. Silu. 2, 1, 72 Non te barbaricae verſabat turbo cataſtae, *non es in* Cataſta *circumactus, vt inſpici ex omni parte poſſes. Vid.* CATASTA. *Sic* Plin. 36, 13 ſ. 19 *de columnis,* Quarum in officina turbines ita librati pependerunt, vt puero circumagente tornarentur. Perſ. 5, 75 Verterit hunc dominus, momento turbinis exit Marcus Dama, *i. Si ſollemni ritu manumiſſionis dominus ſeruum circumuerterit, ipſo illo motu vertiginoſo, qui adhuc Dama ſeruili nomine fuerat, exit ciuis Romanus, cui licet praenomen habe e, quale eſt Marcus.* ¶ 4 *Ipſa res, quae in turbinem ſ. vorticem agitur, vt verticillus in fuſo* Catull. Argon. ſ. 62, 314 Tum prono pollice torquens Libratum tereti verſabat turbine fuſum. *Sic* Albinou. ad Liu. 164 Hanc lucem celeri turbine Parca neat. *Hinc etiam* Turbo, [βέμβιξ] *Inſtrumentum luſorium, pueros maxime delectans, rhombus, trochus.* Tibull. 1, 5, 3 Namque agor vt per plana citus ſola verbere turbo, Quem celer aſſueta verſat ab arte puer. Chariſius *in hoc loco* l. 1 *non* Turbo *legit ſed,* TVRBEN, *quod probat Scaliger: non item Brouckhuſ.* Virg. Aen. 7, 378 Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo, *etc.* *Vbi* Seruius, Catullus *hoc turben* dixit, vt *hoc carmen. Hic turbo,* vnde *turbinis* facit: nam ſi *turbonis* ſit, erit a propio nomine Genitiuus. Cic. de Fato 42 c. 18 Sed reuertitur ad Cylindrum, et ad turbinem ſuum, quae moueri incipere niſi pulſa, non poſſunt. Id autem quum accidit, ſuapte natura, quod ſupereſt, et cylindrum volui, et verſari turbinem putat. *de Chryſippo.* *Nempe* Turbo, [κῶνος] *Meta eſt, ſiue Conus inuerſus, corpus orbiculare, in imo acutum, in ſummo latius.* Turbo inuerſus, *idem quod* meta, *ap.* Plin. 2, 10 ſ. 7. Plin. 27, 4 *de aloë,* In turbinibus cadorum. Ouid. Met. 1, 335 Caua buccina ſumitur illi, Tortilis in latum quae turbine creſcit ab imo. *It. ſuperior pars molae, Meta. Vid. Scalig. ad* Manil. 3, 306 Laterumque meatus Turbinis in morem recta vertigine currit. Turbo, *Vaſculi genus, quo pruna et cottana inter Saturnalia xeniola miſſitabantur: cuius effigies turbinis in imo anguſtiſſima erat, in ſummo latiſſima, qualis eſt figura pyrorum.*

TVRBO, ōnis. m. [Τέρβων] *Gladiatoris proprium nomen.* Hor. Serm. 2, 3, 310 Corpore maiorem rides Turbonis in armis.

TVRBINEVS, a, um. Adi. [στρομβοειδής] *Vt,* Vortex turbineus Ouid. Met. 8, 556. *In modum turbinis ſe voluens.* Vortex *enim hic Contorta in ſe aqua.*

TVRBINATVS, a, um. [κωνοειδής] Turbinis *ſ. metae aut coni inuerſi ſpeciem habens.* Plin. 21, 31 Folliculis magnis, latiſque et turbinatis. Idem 11, 37 Cor homini infra laeuam papillam, turbinato mucrone in priora eminens. Idem 15, 15 Turbinatior pyris figura. *Add.* Idem 32, 7. Solin. c. 30. Fumus *vel* vis turbinata pulueris Ammian. 14 *extr. quae quo altius elata eſt, eo magis panditur.*

TVRBINATIO, ōnis. f. [στρόμβωσις] Plin. 15, 21 Aliis turbinatio pyri, aliis ouata ſpecies.

TVRBYSTVM, i. n. *Medicamenti genus.* Plin. 32, 5.

TVRCAE, *vel* TVRCI. m. Pl. [Τοῦρκαι] *Apud* Pompon. 1 *extr. Populi ſunt Scythici, iuxta* Thyſſagetas, *et* Gelonos, *ultra* Sauromatas. *Ab his orti iudicantur, qui Turci hodie dicuntur: ſed fluctuat lectio.* Iurcae *ſunt Pintiano.* Turcae *tamen in eodem circiter conſortio ponuntur* Plin. 6, 7.

TVRDETANI. m. Pl. *Luſitaniae populi Straboni 3.* *Hinc* ¶ 2 *Comica laſciuia* Turdetani, *qui turdos venditant,* Plaut. Capt. 1, 2, 60 Opus Turdetanis opus eſt Ficedulenſibus.

TVRDVLI. m Pl. [Τουρδοῦλοι] *Populi in Hiſpania Baetica praecipui, vt et Baetica Turdetania dicta ſit Strabo 3.* Plin. 3, 1 Ab vna autem, *inquit,* Atlantico Oceano obuerſa Hiſpania, Baſtulorum, Turdulorumque eſt. *Strabo 3.* Turdetanos *cum Ptolem. 2, 4 nominat.* Varro de R. R. 2, 10, 4 Non omnis apta natio ad pecuariam, quod neque Baſculus, neque Turdulus idonei; Galli appoſitiſſimi maxime ad iumenta.

TVRDVS, i. m. [κίχλα] *Auis ſilueſtris, inter primas a ſaporis bonitate collocata.* Hor. Epiſt. 1, 15, 41 Nil melius turdo. Plin. 10, 53 Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes, paene contextim in ſeceſſu generant. Ibid. 29 Turdis color aeſtate circa collum varius, hieme concolor. Hor. Serm. 1, 5, 72 Macer turdus. Obeſus turdus Idem Epiſt. 1, 15, 40. Ab tranſenna hic turdus lumbricum petit Plaut. Bacch. 4, 6, 22. *de amatore loquitur. Vid.* TRANSENNA. Martial. 2, 40 Subdola tenduntur craſſis modo retia turdis, *etc.* Idem 13, 92 Inter aues turdus, ſi quis me iudice certet: Inter quadrupedes gloria prima lepus. *Conf.* Plin. 10, 25. ¶ 2 Turdus, *Piſcis.* Columel. 8, 16, 8 Rurſus optime ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit, qui ſcilicet quod in petris

petris ſtabulentur, ſaxatiles dicti ſunt, vt merulae, turdique, nec minus melanuri. *Add.* 8, 17, 8. Plin. 32, 11 Turdus inter ſaxatiles nobilis. *Vid.* Quinctil. 8, 2. Varro de L. L. 4, 12. Colum. 10, 53. Apul. Apol. p. 299.

TVRDARIVM, i. n. Varro de L. L. 5, 1 Locus in quo turdi ſaginantur.

TVRDELA, ae. f. *Paruus turdus.* Iſid. 12, 7.

TVRDILLVS, i. m. *Aliud* Dimin. Sen. Epiſt. 96. *Sed varia eſt lectio.*

TVREVS, *vid.* THVS.

TVRGEO, ſi, ere. [οἰδαίνω, οἰδίσκομαι] *Cognatum verbum alteri* Tumere: *niſi quod* Turgere *videtur proprie de his dici, quorum canaliculos et interſtitia humor implens molem et rigorem auget. Accedit deinde Metaphora.* Virg. Ecl. 7, 48 Iam laeto turgent in palmite gemmae. Imponunt et mammis turgentibus decoctam rutam, et pituitae eruptionibus cum cera Plin. 20, 13. Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent Virg. Georg. 1, 315. Oratio quae turget et inflata eſt Auctor ad Heren. 4, 16 c. 10. Turgere alicui, *Iraſci in aliquem, et commoueri* Plaut. Caſin. 2, 5, 17. *et* Moſt. 3, 2, 10. *Veteres in tertia Coni. dixere* Turgĕre. *Sic,* Vet. Gloſſ. Turgit.

TVRGENS, entis. Partic. [οἰδαίνων] *Vt,* Lumina turgentia gemitu Propert. 1, 21, 3. Mammae turgentes Plin. 20, 13. Ora turgentia *Sileni ab apibus puncti* Ouid. Faſt. 3, 757.

TVRGESCO, ere. [ἐξογκοῦμαι] Perſ. Sat. 5, 19 Non equidem hoc ſtudeo, bullatis vt mihi nugis Pagina turgeſcat, dare pondus idonea fumo. Cic. Tuſc. 3, 19 c. 9 Corque meum penitus turgeſcit triſtibus iris. *ex Poëta. Et mox,* ſapientis animus nunquam turgeſcit, nunquam tumet Varro de R. R. 3, 9. Semen turgeſcit in agris Ouid. Amor. 3, 10, 11. Ramus turgeſcit, in arbore Idem Triſt. 3, 12, 15. Virgulta turgeſcentia Plin. 8, 50.

TVRGIDVS, a, um. Adi. [ἔξογκος] *Inflatus, tumens.* Cic. Tuſc. 3, 19 c. 9 Num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non vitioſe ſe habet? Martial. 6, 39 Turgidis labris. Fluuii turgidi Hor. Carm. 4, 12, 4. Frons turgida cornibus Idem Carm. 3, 13, 4. Mare turgidum Idem Carm. 1, 3, 19. Pudica Oratio non eſt turgida Petron. c. 2. Vela turgida Hor. Carm. 2, 10, 24.

TVRGIDVLVS, a, um. Dimin. Catull. de Paſſere Lesbiae ſ. 3, 17 Flendo turgiduli rubent ocelli.

TVRGOR. oris. m. Mart. Capel. 2 p. 35 Diſtentum magno cum turgore reſpiciens. *Add.* Id. 5 p. 187.

TVRICREMVS, *vid.* THVS.

TVRIO, onis. m. *Teneritas ſummitatum arborum vel arbuſtorum dicitur.* Columel. 12, 48 Conciſis deinde pleno vaſe oliuis, immitte defrutum vsque ad os. Lauri turiones in hoc vſu mittito, vt oliuas deprimant: poſt dies viginti vtere. *Conf.* Apic. 8, 1. *Reineſ. Varr. Lect.* 3, 11. *Vid.* CYMA.

TVRMA, ae. f. [ἴλη, σὶξ, σίφος, τέχη, ὅμιλος, ἐνωμοτία] *Ordo militaris equitum. Triceni equites ex tribus tribubus, Tatienſium, Ramnenſium, et Lucerum fiebant.* Varro L. L. 4, 16. *et* Vegetius 2, 14 Feſtus, Turmam equitum dictam eſſe ait Curiatius, quaſi termam, quod terdeni equites, *etc.* eadem verba quae ſupra. Itaque primi ſingularum decuriarum, Decuriones dicti. Cic. Att. 5, 21 Appius noſter turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio. Turma differt a Cohorte, *vid.* COHORS. Cohors et turma. Cic. pro Marcell. 7 c. 2 Nihil ſibi ex iſta laude centurio, nihil praefectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Equitum turmae Virg. Aen. 5, 560. Equeſtris turma Claud. de Bell. Get. 579. Feroces turmae Virg. Georg. 3, 179. Mortales turmae Hor. Carm. 3, 4, 47. Ducere turmas Virg. Aen. 5, 550. Glomerare turmas Sil. 3, 225. Inuadere turmas Virg. Aen. 11, 620. Porc. Latro in Catil. c. 32 Si L. Catilinam conſtat dies omnes — ſiue in foro, ſiue in turmis agere: *declarat, puto, cum addit,* nunc ſtipatum cateruis exoletorum ſuorum, nunc vero gladiatoriis agminibus per ora vulgi palam obuolitare.

TVRMALIS, e. [ἰλάρχης] *Qui eiuſdem turmae eſt:* Cic. de Orat. 2, 122 c. 65 Ex translatione autem, vt quum Scipio ille maior Corinthiis ſtatuam pollicentibus eo loco, vbi aliorum eſſent imperatorum turmales, dixit diſplicere. *Vid.* TRANSLATIO ſ. TRANSFERO. Liu. 25, 18. Bellona turmale fremens Stat. Theb. 4, 10. Diu cunctantem Criſpinum perpulere turmales, ne impune inſultare Campanum paterentur Stat. Silu. 5, 2, 18. — non ſanguine cretus Turmali. Buccina turmalis Claud. de Bell. Gild. 447.

TVRMARIVS, i. m. Turmarii dicebantur, *Qui turmas tyronum cogebant.* Cod. Theod. l. 6 tit. 35 Quibus omnibus condonamus, ne exactorum vel turmariorum, quos capitularios vocant, curam ſubeant.

TVRMATIM. Adu. [ἰλαδὸν] *Per turmas.* Caeſ. Bell. Gall. 8, 18. Turmatim in eum locum deuenerunt Liu. 5, 39. *et* 28, 13. Lucret. 2, 118 — pugnaſque Edere turmatim certantia, *etc.*

TVRNVS, i. m. [Τῦρνος] *Nomen ducis Rutulorum, qui ab Aenea occiſus eſt, vt videre licet in* Virg. Aen. 12 *extr.* Praeſtanti corpore Turnus Virg. Aen. 7, 783. Audax Turnus Idem Aen. 9, 3. Barbarus Turnus Tibul. 2, 5, 48. Pulcherrimus Turnus Virg. Aen. 7, 55.

TVRONES. m. Pl. [Τούρονες] *Lugdunenſis Galliae populi ad fluuium Ligerim auctore* Plin. 4, 18. Caeſ. Bell. Gall. 2, 35. Inſtabiles Turonas circumſita caſtra coërcent Lucan. 1, 437.

TVRPICVLVS, *vid.* infra TVRPIS.

TVRPILIVS, i. m. *Vetus Poëta comicus, cuius pauci iam exſtant verſus apud Nonium, Priſcianum et Victorinum, vid.* Non. 4, 422.

TYROS, i. f. [Τύρος] *Phoeniciae peninſula.* Plin. 5, 19 Tyrus, quondam inſula, praealto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa, nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens. Olim partu clara vrbibus genitis, (*i. coloniis deductis*) Lepti, Vtica et illa Romani imperii aemula terrarum orbis auida, Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura conſtat. *Hactenus Plinius. De obſidione eius, vtque continenti adiuncta eſt* Diodor. 17. *it.* Curt. 4 Haec fuit olim Sarra nuncupata, *vt ait* G *Vnde* Sarranum oſtrum *dicitur, quod* oſtrum Tyrium, *et* p Tyriam *dicimus.* Regna Tyri Virg. Aen. 1, 350. Tyros Idem Aen. 4, 670. Antiqua Tyros; *Prouerbium* *ſignificamus ſummam moleſtiam extremumque malum.* Tyru *quae cognominata eſt vetus, dictione compoſita* Παλαίτυρος, *A* *expugnatam, et ex inſula comportatis aggeribus redditam cont* *crudeliter tractauit, plurimisque affecit incommodis: vnde prouer* ἐκ παλαιᾶς, *quo ſignificabant tantum malorum, quantum antiqu* *pertuliſſet. Recenſetur in Plutarchi collectaneis, atque item* *Hiſtoria eſt apud Quint. Curt. Haec Erasmus.* Inſtabili Lucan. 3, 217. Phoeniſſa Tyros Ouid. Met. 15, 288. T ſpectus Hiarbas Virg. Aen. 4, 36. *Contemtus a Tyro i. a te T* *liere. Non enim aſſentiendum eſt* Seruio, *qui* Hiarbam *facit* *quem e Trogo, et hoc* Aen. 4 *conſtat Afrum fuiſſe. Turnebus.*

TYRIVS, a, um. Adi. [Τύριος] Claud. de Bell. Gild. 520 byam contra Tyrio fundata potenti Tenditur in longum *etc.* Amictus Tyrii Ouid. de Arte Am. 2, 297. Arces Virg. Aen. 1, 24. Coloni Tyrii Idem Aen. 1, 16. Tyrii Ouid. Met. 9, 340. Oſtrum Tyrium Virg. Geor Idem Georg. 3, 307 ——— quamuis Mileſia magno Vellera tur, Tyrios incocta rubores. Lucan. 10, 123 Strata mic rio, quorum pars maxima, ſucco Cocta diu. Tyria *veſtes, Purpura Tyria infectae.* Ouid. de Arte Am. 2, 297 Siu Tyriis, Tyrios laudabis amictus. Martial. 4, 28 Hiſpanas, que, coccinasque. Vrbs Tyria Virg. Aen. 1, 392. *pro Lecto Tyrio vel purpureo* Iuuen. Sat. 10, 324

——— Dudum ſedet illa parato
Flammeolo, Tyriusque palam genialis in hortis
Sternitur, *etc.*

Tyria maria, in prouerbium deductum eſt, *ait* Feſtus, quo Tyro oriundi adeo potentes maris fuerunt, vt per hos omni talibus nauigatio eſſet periculoſa. Afranius in epiſtola, Hunc autem maria Tyria conciet. *Vltima ſunt corrupta: varia* *eruditi. Nihil certi, niſi forte hoc*, maria Tyria conciere *ſ* *idem, quod magnas turbas et periculoſas dare.*

TYRIVM, i. n. *intell.* veſtimentum, *pro Purpura.* Te Poenitent. c. 11 Num in coccino et Tyrio pro delictis no care condecet.

TYRIANTHĬNVS, a, um. *Vid. ſuo loco.*

TYROPATINA, ae. f. *Vox hybrida.* Apic. 7, 11. *Ex con* *patet, intelligi lac ouis admixtis incoctum ad conſiſtentiam ca* *tis et mollis.*

TYROPOEIA, ae. f. *Totum Graecum eſt* τυροποιΐα, *ca* *ctio.* Varro R. R. 2, 1 *extr.*

TYROTARĬCHVS, i. m. [τυροτάριχος] *Genus opſonii* *ſalſamentisque confecti;* τυρὸς *enim caſeus,* τάριχος *ſalſamentum* Fam. 9, 16 Tu vero (volo enim abſtergere animi tui metum rotarichum antiquum redi. Idem Att. 4, 8 Multa me i tua delectarunt, ſed nihil magis, quam patina tyrotarichi. richo Apic. 4, 2 p. 113 Patella tyrotaricha ex quocunque piſce lueris — caſeum *deinde* mollem *adiici iubet. Adſcriptus hic locus* Cael. 13, 26 *Inuenio apud Graecos dici quidem* tarichos, *tum. Suidas tamen carnem intelligere mauult ſale conſperſam:* *iam etymo,* παρὰ τὸ ὡς γάρον ἐξιχωρίζεσθαι, *quod eliquetur inde* *ri modo; nam* ichor *tabes eſt ac cruor. Id fuiſſe annonae* *credam, facit Ariſtophanis interpres, quum in comoedia, cui t* ἱππεῖς, *id eſt Equites, ita ſcribat:* ὅπε τὸ ταριχοπωλεῖον, ἀντι τ. εὐτελῆ πωλεῖται. *vbi inquit, eſt* tarichopoleum, *hoc eſt, vbi te* *duntur.* Tarichos *Phrygium et Gadiricum eſt apud Eupolin in* *Iulius Pollux Aegyptia addit, et* tiltitarichos *dicitur ab eodem,* ὠτόν *quod ſquammatum intelligit: et ſeruile cibarium fuiſſe mon* *micus Plato,* καὶ περιὼν ἅμα, τίλτε τάριχος ἐπρίατο τοῖς οἰκέταις. *ducor coniectura, non tam vt monitorum plerisque eſt viſum, a ca* tyrotarichum, *quam a loco, vbi conficeretur, mox Romam ſubue* *vti ex Hiſpania et locis aliis. Nec me fallit*, Apicium (4, *ſcribere:* Patellam tyrotaricham ex quocunque ſalſo volueris ex oleo: exoſſabis et cerebella cocta, pulpas piſcium, iecuſcu rum, caſeum mollem excaldatum: haec omnia calefacies i *Apud Philippidem, Euſtathio referente, legitur* τυρῷ καὶ ταρίχει *ctor idem probare nititur,* tariches *neutro dici genere, vt apu* *drum* ἐπέπασα ἐπὶ τὸ τάριχος ἅλας, *id eſt ſale inſperſi tarichos:* *lino apud Ariſtophanem,* τάριχον τοῦτον πλύνων, *id eſt tarichum* *hunc. Haec Caelius.*

TYRRHENIA, ae. f. Tuſcia, *Italiae regio.*

TYRRHĒNI, orum. m. [Τυῤῥηνοὶ] *Romani* Hetruſcos *atque* Tuſcos. *Graeci vero eos hoc nomine nominarunt a* Tyrrhe *filio, qui Lydia colonos hac in regione dimiſiſſe dicitur.*

TYRRHĒNVS, a, um. Adi. [Τυῤῥηνὸς] *Vt*, Aequor num Virg. Aen. 1, 71. Arua Tyrrhena Idem Aen. 8, 551. Tyrrhena Ouid. Met. 15, 577. Cic. de Diuin. 1, 17 Lydius Tyrrhenae gentis aruſpex. Mare Tyrrhenum dictum quod Tuſciam alluit, id eſt Tyrrheniam, vel a Tyrrhenis nau ſe in hoc mare praecipitauerunt. Namque hoc habet fabul mientem in litore Liberum patrem puerum nautas abſtuliſſe nos, qui quum eſſet experrectus in naui, quo duceretur, inter Reſponderunt illi, Quo vellet. Liber ait, Ad Naxum inſulam fi tam. Sed quum alio vela deflecterent, iratum numen tigres fi tas, viſibus eorum obiecit: quo terrore ſe illi in fluctus dede cipites. *Hactenus* Seru. *enarrans hunc locum* Virg. Aen. 1, 71 mica mihi Tyrrhenum nauigat aequor, *etc. Suo more i. eleg* *narrat illam* Tyrrhenorum *in piſces Delphinos mutationem* Ouid 607 ſq. Monſtra Tyrrhena Ouid. Faſt. 3, 723 *quos* ſubit *etiam vocat, nempe* Delphinos *ex fabula modo indicata.* R rhenus Idem Faſt. 4, 893. Sedes Tyrrhena Virg. Aen. 7, 209

TYRRHVS, i. m. [Τύῤῥος] Paſtor, apud quem Lauin rit. *Inde*

TYRRHĪDAE, arum. Pl. Tyrrhi filii. *Haec* Seruius *ap* Aen. 7, 485.

Ceruus erat forma praeſtanti et cornibus ingens,
Tyrrhidae pueri quem matris ab vbere raptum
Nutribant, Tyrrhusque pater, cui regia parent
Armenta, et late cuſtodia credita campi.

Iuuenes Tyrrhidae Virg. Aen. 9, 28.

TYSIAS, *vid.* TISIAS.

V.

Literera V.

V VOCALIS *quae* Ore conſtricto labriſque prominulis exhibetur Mart. Capella 3 p. 58. *in locum* υ ψιλῦ, *et Diphthongi* ȣ, *ſaepiſſime etiam* ο μικρῦ *Graecorum ſucceſſit*; *vt* Μῦς mus, Μȣ̃σα Muſa, Publius Πόπλιος, *vid.* Priſcian. 1 p. 554. *Con... aliquando officio fungitur, idemque quod Digamma Aeolicum munus ...t*; *vt*, Iuuenis, Virtus, *etc. idque pro more Digammmatis ali... in initio vocis*, *vt*, ἲς Vis, ἕσπερος Veſper; *aliquando in medio*, ... *ſiue* ᾤον, Ouum; δῖος, Diuus; κληΐς, κλαΐς clauis, *et ſexcenta* ... *Vid.* Priſcian. 1 p. 545. V *in poteſtate Conſonantis veteres ap... Vau*, *teſte* Quinctiliano 1, 4, 14. *Tamen etiam* V *ante aliam ...cam, vbi Conſonantis more pronunciamus fere, Graeci per* Ου *expri...*, *vt* Ουαλέριος, Ουεργίλιος. *Sed ſub monumento Claudiani* Βιργι...ν, *etc.* V *Vocalem recte cenſuerunt critici a Conſona non eſſe ...ſtinguendam. Nam eam formam ſub qua hodie vulgariter venit, ...quis monumentis, ſiue cippis ſiue numismatibus nusquam conſpi...*

¶ 2 *Permutantur Vocales*, A *et* V, *vt* κύλιξ, calix; ...λαμος, Culmus; Salſus, Inſulſus. E *et* V, *vt* Iuro, Deiero; Opus, ... *etc.* σκοπελὸς, Scopulus; *maxime in Gerundiuis*, *vt* Repetun..., *etc.* I *et* V, *idque maxime in incremento et compoſitione*: *vt* ... Capitis; Cornu, Corniger; Arcus, Arcitenens; Opus, Opi... *Viciſſim* διπλȣ̃ς, duplus; Dies, Biduum: *maxime autem ...perlatiuis*: *vt* Optumus, Maxumus. *It.* Lubens, libens; Car... carnifex. O *et* V, *vt* ὠλένη, Vlna; Colo, Occulo; νὺξ, ... μύλη, mola; Ebur, Eboris; φὼρ, Fur; Voltis *pro* Vultis: ...*s poſt* V *Conſonantem ſequi debebat* V *Vocalis*, *vt* Seruos, Dauos, ...uus, Dauus, *etc. Quin et Dipththongi fiunt* V, *vt* φαιὸς, Fu...; *a* Caedo *fit* Cudo; Claudo, Occludo; φοινίκεος, Puniceus; *a* Punio; *a* Poenis, bella Punica, Pomoerium *a* muris, Moenia *a* ...do, *vt appareat* oe *priſcis Latinis pronunciatum eo modo, vt hodie quemadmodum Graeci* οι *ſuum in* ου *contrahunt. In verbis quae ... fonte cadunt, terminatio per* o *breue, praeſtatur per* v; *vt* Κυ...us, πέλαγος, Pelagus, *etc. conf.* Quinct. 1, 4. *Nonnunquam in...ur, vt* Ἡρακλῆς, Hercules; Ἀλκμήνη, Alcumena: *Aliquando ...*, *vt* Vinc'lum, Saec'lum, Hercle. V *deſignat numerum quina...m quod eſſet quinta Vocalis, neque, quod eſſet dimidia pars dena... ſed quod in antiqua et ſimplici computatione in omni quinario nu... ...eſſaria eſſet ad ambiguitatem vitandam mutatio figurarum. Qua...tates* IIII *diſtincte caperet oculus, quinque non ita facile* IIIII. *...s igitur binis in angulum coeuntibus enaſcitur* V. *Ita neque ...mur vltra* XXXX, *neque vltra* CCCC. *In Graecis numerali... quoque accidit. Vid. plenius Alciat. Parerg. et Huetiana.* ... *notis ſignificat* V. Vale, Valeo, Veſtalis, Veſtis, Veteranus, ...atus, (*ſcil. Numus*) Vir, Virgo, Viſu, Viuens, Viuum, Vi...ius, Vixit, Volera, Volero, Voluſus, Vopiſcus, Voto, Vo... ouit, Vrbs, Vſus, Vxor. V. A. Veterano Aſſignatum. ... Viro Aedilicio. V. AET. Virtus Aeterna. V. A. F. ... Aram Fecit. V. A. I. D. Virtus Aram Iuſſu Dedit. V. ... XI. Vixit Annum Vnum Dies Vndecim. V. A. L. Vixit An... Quinquaginta, Vouit Animo Libens. V. A. L. H. S. E. Vixit ... Quinquaginta Hic Situs Eſt. V. A. L. S. Votum Animo ... Soluit. V. A. V. Vixit Annos Quinque. V. A. X. Vi...os Decem. V. B. Vir Bonus. V. B. A. Viri Boni Ar... V. B. F. Vir Bonae Fidei. V. C. Vale Coniux, ... Curauit, Vir Clariſſimus, Vir Conſularis, Viuus Curauit, ... Conditae. V. C. C. Vir Clariſſimus Conſul. V. C. ... Vale Coniux Cariſſima Feliciter. V. C. P. Viuens Curauit ...um. V. C. P. P. Vir Clariſſimus Praefectus Praetorio. ... P. HISP. CIT. Vir Clariſſimus Praefectus Praetor Hiſpaniae ...is. V. C. P. T. Vir Conſularis Prouinciae Tarraconen... V. D. Vir Deuotus, Viuens Dedit *vel* Dedicauit, Votum ... Volentibus DIs. V. D. A. Vale Dulcis Anima. V. ... Votum Dedicatum. V. D. V. N. Vale Decus Vrbis No... V. D. P. R. L. P. Vnde De Plano Recte Legi Poſſit. V. ... Viuens Dedit Proprio Sumtu, Viuens De Pecunia Sua. ... E. Verum Etiam, Viſum Eſt, Votum Eius, Vir Egregius. ... N. M. Q. E. Vir Egregius Deuotus Numini Maieſtatique ... V. E. F. Viro Egregio Fecit. VE. Veflamen, Vetera... VELina *tribu*. VESTalis, Veſtalia. VETuria *tribu*, Ve... V. F. Vale Feliciter, Verba Fecit *vel* Fecerunt, Vir ..., Viro Fideliſſimo, Vir Fortis, Viſum Fuerit, Viuens *vel* ... Fecit, Voluit Fieri, Votum Fecit, Vſus Fructus. V. F. ...ctoriae Felicitatis Caeſaris, Viuens Faciundum Curauit. V. ... Viuens Fecit DIs Manibus. V. F. F. Viuens Fieri Fe... V. F. G. Voluerunt Fieri Gratis. V. F. H. M. H. N. S. ... Fecit Hoc Monumentum Heres Non Sequitur. V. F. I. Vi... ...eri Iuſſit. V. F. N. M. N. S. Viuens Fecit Nouum Monu... Nomine Suo. V. F. S. Viuens Fecit Sibi. V. F. S. E. ...iens Fecit Sibi Et Suis. V. H. S. F. M. Viuens Hoc Sibi ... Monumentum, *vel* Fieri Mandauit. V. I. Vir Illuſtris. ... ICarius, Vicit, Victor, Victoria. V I. C. P. Vir Illuſtris Comes Pa...mcii. V. K. APR. Quinto Kalendas Aprilis. V. L. A. S. Votum Li... ...nimo Soluit. V. L. M. S. Viuens Locum Monumenti Sibi, ... Libens Merito Soluit. V. L. P. Votum Libens Poſuit. ... Votum Libens Soluit. V. M. Vir Magnificus, Viuens ...it, Volens Merito. V. M. F. M. Viuens Monumentum ... Mandauit. V. M. M. Votum Magnae Matri, Votum Meri... ...eruae. V. M. S. Voto Merito Suſcepto, Votum Merito ... V. N. Quinto Nonas, Vrbs Noſtra. VOconius, ..., Votinia *tribu*, Voluſus. VOLKano. VOL-Turnalia. VOT. ... VLT. X. Votis Quinquennalibus Multis Decennalibus. V. P. ...s Praefecti, Vir Patricius, Vir Perfectiſſimus, Viuens Po..., Vrbis Praefectus, Vtriusque Pannoniae. V. P. P. P. Vir ...iſſimus Praefectus Praetorio. V. P. PR. Vir Perfectiſſi... ...aeſes. V. P. R. Vota Pro Reditu, Veteri Poſſeſſori Red... V. PR. Vir Praetorius. V. Q. Vir Quaeſtorius. V. ... Viuens Poſuit Sibi. V. R. Votum Reddidit, Vrbs Roma, ... Romae, Vti Rogas (*in tabellis ſuffragiorum, vid.* ROGO n. 4). V. S. Vice Sacra, Vir Sanctus, Viuens Statuit, Viuens Sibi, Votum Soluit, Voto Sollemni, Voto Suſcepto, Vxor Sanctiſſima. V. S. A. L. Voto Suſcepto Animo Libens. V. S. C. Voti Sui Compos, Voto Suſcepto Curauit. V. S. D. M. Viuens Sibi Dedit Monumentum. V. S. D. S. L. M. Viuens Sibi De Suo Locum Monumenti, Voto Suſcepto De Suo Libens Merito. V. S. E. S. F. Viuens Sibi Et Suis Fecit. V. S. F. Viuens Sibi Fecit, Vniuerſi Sic Fecerunt. V. S. F. I. Viuens Sibi Fieri Iuſſit. V. S. I. Vice Sacra Iudicans. VS. IP. Veſpaſianus Imperator. V. S. L. Votum Soluit Libere. V. S. L. A. Votum Soluit Libens Animo, *vel* Voto Suſcepto. V. S. L. A. P. C. Voto Suſcepto Libens Animo Ponendum Curauit. V. S. L. D. B. P. Voto Suſcepto Libens Deae Bonae Poſuit, (*dedit bono publico*). V. S. L. D. D. D. Viuens Sibi Locus Datus Decreto Decurionum, *vel* Votum Soluit Loco Dato. V. S. L. L. Votum Soluit Libentiſſime. V. S. L. L. M. Viuens Sibi Legauit Locum Monumenti, Votum Soluit Libentiſſime Merito. V. S. L. M. Votum Soluit Libens Merito, Voto Soluto Libero Munere. V. S. L. M. H. D. S. P. Viuens Sibi Legauit Monumentum Hoc De Sua Pecunia. V. S. L. M. P. Viuens Sibi Locum Monumenti Poſuit, Voto Suſcepto Libens Merito Poſuit. V. S. L. P. Viuens Sibi Locum Poſuit, Voto Suſcepto Libens Poſuit. V. S. M. Viuens Sibi Monumentum, Voto Suſcepto Merito, Votum Soluit Merito. V. S. N. T. L. P. Viuens Sibi Nouum Tituli Locum Poſuit. V. S. P. Viua *vel* Viuus Sibi Poſuit. V. S. P. L. D. D. D. Viuens Sibi Poſuit Loco Dato Decreto Decurionum. V. S. P. L. L. M. Voto Suſcepto Poſuit Libentiſſime Merito. V. S. S. Viuens Sibi Statuit, Voto Suſcepto Soluit. V. S. S. L. M. Voto Suſcepto Soluit Libens Merito. V. S. T. L. M. Voto Suſcepto Tulit Libens Merito. V. T. Vſus Titulo. V. T. F. Vſus Titulo Fecit. V. T. F. I. Vſus Titulo Fieri Iuſſit. VV. Viri. VV. F. Viuentes Fecerunt. V. V. Valens Victrix, Virgo Veſtalis, Votum Vouit, Vouerunt. V'. V'. Virgines Veſtales. V. V. C. C. Viri Clariſſimi. V. V. CC. Virgines Veſtales Clariſſimae. V. V. F. Viuis Viuens Fecit. V. V. L. Virginis Veſtalis Locus (Libertus *ſ.* Liberta). V. V. M. Virgo Veſtalis Maxima. V. V. OSC. Vrbs Victrix Oſca. VXO. C. L. B. P. Vxori Cariſſimae Lubens Buſtum Poſuit.

V A C

VACANTER, *vid.* VACO.

VACCA, ae. f. [βȣ̃ς] *Bos femina.* Varro de R. R. 2, 5 Diſcernuntur in prima, vitulus et vitula: in ſecunda, iuuencus et iuuenca: in tertia et quarta, taurus et vacca. *Deſcriptio eſt* Colum. 6, 21, 1. Pallad. Mart. 11, 5. Cic. de Nat. Deor. 1, 78 Cur non geſtiret taurus equae contrectatione, equus vaccae? Candens Virg. Aen. 4, 61. Foeta Idem Georg. 3, 117. Nitida Ouid. Met. 2, 694. Niuea Idem ibid. 5, 330. Operariae Colum. 6, 24, 4: *quibus* arant Varro 1, 20, 4 Steriles vaccae deputantur aratro Pallad. Mart. 11, 6. Colum. 6, 22, 1. Sterilis Virg. Aen. 6, 251. Demittunt vbera lactea vaccae Idem Georg. 2, 524. Diſtentent paſtae vbera vaccae Idem Ecl. 9, 31. Mugit vacca Stat. Silu. 4, 5, 18. Paſcere vaccas Ouid. de Arte Am. 2, 239. Submittere tauris Colum. 6, 24. Pall. Iul. 4, 1. ¶ 2 VACCA *oppidum Numidiae, potius* VAGA *eſt v. v.*

VACCŬLA, ae. f. Dimin. [βοΐδιον] Valer. Cato in Diris 132 Vaccula nonnunquam ſecreta cubilia captans. Apul. Met. 7 p. 198 Paſtores mei Perditam ſibi requirentes vacculam. Aſclepiades Cynicus vnica vaccula, cuius et dorſo vehebatur, et ſi quando vbere alebatur, orbem totum oculis ſubegit Tertull. adu. Nat. 2, 14. Steriles vacculae Arnob. 7 p. 225.

VACCĪNVS, a, um. Adi. [βόειος] *Quod eſt ex vacca.* Plin. 24, 3 Cortex illinitur, decoctus lacte vaccino, ſerpentis plagae.

VACCINIVM, (*ſic enim, non* VACINIVM, *eſt in optimis libris Virgilii*) i. n. [ἄγχουσα, ὑάκινθος Gloſſ. Lat. Gr.] *Flos, qui* Hyacinthus *putatur* Virg. Ecl. 2, 18 Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur. *Vbi* Seruius: Vaccinia ſunt violae, quas purpurei coloris eſſe manifeſtum eſt. *Falſo, vt arbitror, inquit Ruellius, Seruium accuſant, qui vaccinium pro hyacintho Maroni acceptum in carmine adfirmarit. Nec, obſtat, quod Nigra dicat Poeta, quando purpuream quoque violam nigram vocare ſoleant auctores. In eandem ſententiam diſputat la Cerda, et poſt Turnebum nititur verſu Theocriti, quem expreſſit Maro*, Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντὶ, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος. *Alias ſententias dabit la Cerda.* Mollia vaccinia Virg. Ecl. 2, 50. *quod epitheton alias* Hyacintho *tribuit* Ecl. 6, 53. Virg. Ecl. 10, 39 Et nigrae violae ſunt, et vaccinia nigra.

VACCINIA, ae. f. *Arbor eſt.* Plin. 16, 18 ſ. 31 Item vaccinia Italiae mancupiis ſata, Galliae vero etiam purpurae tingendae cauſa ad ſeruitiorum veſtes. *Sic Hard. poſt Turneb. 4, 6. Al. pro* mancupiis, in aucupiis. Idem Plin. 21, 26 ſ. 97 *de* Hyacintho *flore*, In Gallia maxime prouenit. Hoc ibi fuco hysginum tingunt. Radix eſt bulbacea, *etc.*

VACCVS, i. m. [Οὐάκκος] *Dux Fundanorum in Priuernati bello, qui a L. Papirio captus, aedes eius dirutae ſunt et bona publicata. vid.* Liu. 8, 19. *et* Cic. pro Domo 102 In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quae publicata eſt et euerſa, vt illius facinus memoria et nomine loci notaretur.

VACĔFIO, fiĕri. *Vacuus efficior.* Lucret. 6, 1003 Hoc vbi inanitur ſpatium, multusque vacefit In medio locus. *Et* 1015 Hoc fit item cunctas in partes, vnde vacefit Cunque locus.

VACERRA, ae. m. Stipes *et metaph.* Inſanus. Feſtus: Vacerram Verrius et alii complures vocari dicunt ſtipitem, ad quem equos ſolebant religare. Ateius vero Philologus maledictum hoc nomine ſignificari magnae acerbitatis, vt ſit vecors et veſanus, teſte Liuio, qui dicat vecors et malefice Vacerra. *Sic emendat Scaliger pro* vecorde et malefica vecordia. *Idem Scaliger* Vacerram *producit a* Vacia, *de qua, vid.* VATIVS. Columel. 6, 19 Ii autem in ipſis quatuor angulis affixi ſunt omnesque tranſuerſis ſex temonibus, quaſi vacer-

vacerrae inter ſe ligantur, ita vt a poſteriore parte, quae latior eſt, velut in caueam quadrupes poſſit induci, *etc. de machina facienda, qua clauſa iumenta curentur.* *Id.* Columel. 9, 1 Vbi vero neutrum patrifamiliae conducit, ratio poſtulat, vacerris includi, ſic enim appellatur genus clathrorum : idque fabricatur ex robore, quercu, vel ſubere.

VACERROSVS, a, um. *Inſanus, vecors.* Suet. Auguſt. c. 87 *inter ea, quae* frequentius et notabiliter vſurpauit *Auguſtus ponit etiam* Vacerroſum dixiſſe pro cerito. *Vid. ibi Caſaub.*

VACIVS, VACIA, *vid.* VATIVS.

VACILLO, āre. [σφαδάζω] *Inconſtantem eſſe, et quaſi alternatim moueri.* Cic. de Clar. Orat. 216 c. 60 Curio in vtramque partem toto corpore vacillans. Cum ille paullum vacillauit, ſimul nutant Sen. Ep. 114. Vacillare dictum a ſenibus, qui ſint aeuo defeſſi, atque ad ſuſtinendam laſſitudinem baculo tarditatem leuent *ex* Non. 1, 148 *Fuerit ergo quaſi* bacillare. *Sed cum* Vatio *potius ſ.* Vacio *contulerim.* Vacillare ex vino Quinctil. 8, 3, 66. *it.* 11, 8, 165. Imbribus, et tabe nimborum arbuſta vacillant Lucret. 1, 806. Aegrotat Fama vacillans Lucret. 4, 1123. Arcad. in l. 1 D. de teſtib. Teſtimoniorum vſus ab his praecipue eſt exigendus, quorum fides non vacillat. *i. incerta non eſt.* Iuſtitia vacillat, vel iacet potius Cic. Off. 3, 118. Idem Att. 12, 1 Sed quod ſcribis igniculum matutinum, γεροντικώτερον eſt memoriola vacillare. Cic. Att. 14, 18 De Petulciano nomine, quod mihi ſuppeditatus es, gratiſſimum eſt, et ſimile tuorum omnium. Sed ego Erotem ad iſta expedienda factum mihi videbar reliquiſſe : cuius non ſine magna culpa vacillarunt. *int. Nomina ſeu debita exacta non ſunt.* Ad iſta expedienda, *h. e. ad mea nomina exigenda.* Liber vacillat Scribon. 200. *i. imperfectus eſt ; licenter.* Cic. de Nat. Deor. 1, 108 Sed et ille reprehenſus a multis eſt, nec vos exitum reperitis, totaque res vacillat et claudicat. Stabilitas amicitiae vacillare videtur Cic. de Fin. 1, 66 c. 20. Denique ſub pedibus Tellus cum tota vacillat Lucret. 5, 1235. *Diſputatur de verſu* Lucret. 3, 503 Tum quaſi vacillans primum conſurgit *etc. vbi prima Syllaba contra vſum perpetuum ipſius Poëtae produci videtur. Lambino videbatur* vacillans *eſſe gloſſa verbi Enniani* Talipedans, *quae in locum verbi obſcurioris improuide recepta ſit. Et ita editum nuper etiam Pariſiis in Couſteleriana. Sed alii maluerunt poſitum ſtudio verſum et ipſum* vacillantem *a Poëta ; alii geminant literam C ; alii produci putant poſſe eadem licentia, qua in* imbecillus, *ex* bacillo, *quam originem etiam huic verbo* vacillo *aſſignant, vt vidimus.*

VACILLANS, antis. Partic. *Inconſtans, incertus.* Arbor ventis pulſa vacillans Lucret. 5, 1095. Idem 4, 1123 Languent officia atque aegrotat fama vacillans. Cic. Philipp. 3, 51 In Galliam mutilatum duxit exercitum : cum vna legione, et ea vacillante, L. fratrem exſpectat. Cic. Fam. 16, 15 Accepi tuam epiſtolam vacillantibus literulis, *i. Non recte prae valetudine ſcriptis.* Modeſtin. in l. 2 D. de teſtib. Teſtes qui aduerſus fidem teſtationis vacillant, audiendi non ſunt.

VACILLATIO, ōnis. f. Quinctil. 11, 3, 128 Eſt et illa indecora in dextrum ac laeuum latus vacillatio, alternis pedibus inſiſtentium. Suet. Claud. c. 21 Non ſine foeda vacillatione diſcurrens.

VACILLĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Lat. Gr. Vacillator, συκοφάντης.

VACO, āre. [σχολέω, σχολάζω] *Semper vacuum eſſe ſignificat : ſed cum Datiuo iungitur, intelligitur vacuum eſſe aliis omnibus negotiis, vt vni, cui dicimur vacare, recte poſſimus attendere.* Cic. de Diuin. 1, 11 c. 6 Ego vero, inquam Philoſophiae Quinte ſemper vaco. In ſtudiis magis vacabit vnus vni Quinctil. 1, 2. *de praeceptoribus.* Neque enim, qui ſe totum in hac cura conſumſerit, potioribus vacabit Idem 9, 4. *de ſtudentibus.* Choris epuliſque vacare Claud. in Eutrop. 2, 584. Corpori vacare, *Curare corpus* Plin. Epiſt. 1, 9, 4. Idem 3, 5, 15 In itinere quaſi ſolutus caeteris curis, huic vni vacabat. Poſtulationibus vacare, *vid.* POSTVLO. Sermoni alicuius vacare Curt. 6, 7, 20. Plin. Ep. 1, 8, 2. Sibi vacare Martial. 2, 5. Adde, quod ne Studio quidem operis pulcherrimi vacare mens niſi omnibus vitiis libera poteſt Quinctil. 12, 1, 4. Vitae vacare Martial. 5, 21. In opus aliquod vacare, *Scribendo operam dare* Ouid. ex Pont. 3, 3, 36. ¶ 2 *Ordinarie, vt diximus,* Vacare *eſt Vacuum eſſe. Et abſolute aliquando ponitur.* Plaut. Caſ. 3, 1, 7 Fac vacent Aedes. Agri vacant, *non coluntur* Caeſ. Bell. Gall. 4, 3 *et* 8. Vacat Arena Sen. Ep. 7. Auguratum et ſeptemuiratum vacare Plin. Ep. 10, 8. Locus vacat Caeſ. Bell. Gall. 1, 28. Cic. Att. 12, 11 Tota domus ſuperior vacat, vt ſcis. Eidem 13, 50 Villa ita completa militibus eſt, vt vix triclinium, vbi coenaturus ipſe Caeſar eſſet, vacaret. Locus vacat a cuſtodibus Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 25. *Add.* Plin. 10, 7. Feminae *(anſeres)* reliquo tempore anni vacaturae ſunt A foetu Colum. 4, 17. Quantum temporis vacabit ab officio publico: Cic. de Diuin. 2, 7 c. 2 Tantum huic ſtudio relinquendum, quantum vacabit a publico munere. Idem de Clar. Orat. 271 c. 78 Nullum tempus illi vnquam vacabat aut a forenſi dictione, aut a commentatione domeſtica, aut a ſcribendo, aut a cogitando. A metu vacare Liu. 7, 1. A negotiis Phaedr. 3 Praef. v. 2. Cic. de Nat. Deor. 1, 2 c. 1 An ab omni curatione et adminiſtratione rerum vacent. Vacare, *Otium habere*: Cic. Fam. 12, 29 (30) Quamuis enim occupatus ſis, otii tamen plus habes : aut ſi ne tu quidem vacas, noli impudens eſſe, nec mihi moleſtiam exhibere. Idem Att. 12, 38 Scribes aliquid, ſi vacabis. Vacare re aliqua, *pro* Carere. Cic. de Orat. 3, 40 Domicilium tantum in ea vrbe remanet ſtudiorum ; quibus vacant ciues, peregrini fruuntur. Animo vacare, *pro Curis ſolutum eſſe.* Cic. de Diuin. 1, 10 c. 6 De quibus quid ipſe ſentiam, ſi placet, exponam : ita tamen, ſi vacas animo, neque habes aliquid, quod huic ſermoni praeuertendum putes. *Conf.* Idem de Inuent. 1 c. 6. Armis vacare Lucret. 5, 1348. *Sic* Cic. Phil. 11, 38 c. 15 Armis vacare *eſt quieſcere*, otio delectari, *vt ibi Cicero.* Crimine fama noſtra vacat Ouid. Epiſt. 4, 18. Cic. Fam. 6, 3 Nec enim dum ero, angar vlla re : quum omni vacem culpa. *Conf.* Ibid. 7, 3. Cic. Fam. 2, 1 Praeſertim cum in quo accuſabat, Culpa vacarem. Cultu vacat inſula Ouid. Epiſt. 10, 59. Curis vacans Lucan. 5, 126. Cura et negotio vacare Cic. de Legib. 1, 8 c. 3. Cuſtode vacans Ouid. Met. 2, 422. Dolore corpus vacat Idem in Ibin 115. Epulis ora vacant Ouid. Met. 15, 478. Cic. Off. 1, 62 c. 19 Ea animi elatio, quae cernitur in periculis et laboribus, ſi vacat Iuſtitia, *etc.* Idem de Senect. 73 Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum Lamentiſque vacare. Cic. de Senect. 34 c. 11 Ergo et Legibus et inſtitutis vacat aetas noſtra, muneribus iis, quae non poſſunt ſine viribus ſuſtineri. Lite vacent aures Ouid. Faſt. 1, 73, Metu vacat amor Idem Amor. 1, 6, 60. Milite et pecunia vacare Liu. 2, 211. Cic. Acad. 4, 131 Volu… autem et honeſtatem finem eſſe Callipho cenſuit, vacare omni M… Hieronymus : hoc idem cum honeſtate Diodorus. *Add.* Id… Legib. 1 c. 3. Iabolen. in. l. Qui tertiana D. de Aedil. edict… tertiana febre, *etc.* ne iis quidem diebus, quibus Morbis vacant ſani dicentur. Populo vacare, *Procul eſſe.* Cic. Tuſc. 2, 6… igitur tibi propone, amplitudinem animi et quaſi quandam ex… tionem quam altiſſimam animi, quae maxime eminet contemne… deſpiciendis doloribus : vnam eſſe omnium rerum pulcherr… eoque pulchriorem, ſi vacet Populo, nec plauſum captans, ſe tantu… delectet. Budaeus. Pudore vacat nox Ouid. Amor. 1, 6, 60. … de Orat. 3, 43 c. 11 Athenis domicilium manet eorum Studiorum… bus ciues vacant, peregrini fruuntur. Vacare a metu Li… Celſ. 2, 14 Sed vt leuata quoque aduerſa valetudine recte frictio… betur, ſic nunquam adhibenda creſcente febre : verum ſi fieri p… quum ex toto corpus ea vacabit, minus recte quum ea re… Vento omni vacare Celſ. 2, 1. Vacat, *Imperſonale.* [σχο… *Otium vel vacuum tempus eſt. Datiuo et Infinitiuo iungitur.* … Aen. 1, 377 Et vacet annales noſtrorum audire laborum. … Triſt. 2, 216 Non vacat exiguis rebus adeſſe Ioui. Vaca… eſſe diſerto Quinctil. 11, 1.

VACANS, antis. Partic. [σχολάζων] *Qui otiatur.* Cael. a… Fam. 8, 3 Hoc mihi certum ac iucundiſſimum vacanti negotiu… tecum id otii tempus conſumere. Animus vacans, *Curis* … Ouid. Met. 9, 611. Bona l. 1 Cod. de bonis vac. Mulier Marti… §. 2 ff. de vi publ. *Nuptae opponitur.* Vacantem Poſſeſſionem in… Iuſtin. 27, 3, 1, *Add.* 25, 2, 4. Saltus longe lateque va… Virg. Georg. 3, 477. ¶ 2 Vacantes *dicebantur, Mili… ſcripticii, ad commoda ſolum participanda in numeros relati.* … Pollio de Baliſta tyranno *extr.* Eſt epiſtola Valeriani, qua grati… liſtae agit : gaudens, quod eius conſilio nullum adſcripticium, vacantem haberet. *Sic* l. 2 C. Vt dignitatum ordo ſeruetur, *que* l. vn. C. Th. de Comitibus vacantibus, *et* l. vlt. C. Th. de… cerio, Vacantes *ſunt, qui nomen et titulum dignitatis aut pretio, a… tia, impetrarunt, quibus praeferri iubentur, qui in actu poſiti adm… tiones peragunt. Firmantur haec* Caſſiod. Var. 6, 10 *et* 11. *Iac. Gothofr. ad* Tit. Cod. Th. 6, 18 de Comitibus Vacantibus. Suet. Claud. c. 25 *vocat* Imaginariae militiae genus, quod vocatu… numerum, quo abſentes et titulotenus fungerentur.

VACANTER. Adu. *Inaniter.* Phauorinus *apud* Gellium … Vacanter hoc etiam, inquit, accumulauit et inaniter.

VACANTO, onis. m. Faſcis, manipulus, *apud* Petron. 6… *aliter legunt. Vid. Interpp.*

VACATIO, ōnis. f. [σχολή] *Feriae, ceſſatio, immunita…* pro Cael. 30 Erat enim meum, deprecari vacationem adoleſcen… niamque petere : non inquam audeo : perfugiis non vtar … Cic. de Legib. 1, 10 c. 4 Ego vero aetatis *(i. Senectutis)* potiu… tioni confidebam, cum praeſertim non recuſarem, quo minus m… trio ſedens in ſolio, conſultantibus reſponderem. *Conf.* Nep. … Legis vacatio Suet. in Claud. c. 19. *qua quis illius obligatione … liberatur.* Militiae vacatio Caeſ. Bell. Gall. 6, 13. Cic. At… Senatus decreuit, vt Conſules duas Gallias ſortirentur, delectu… retur, vacationes ne valerent. Militiae vacationem dare … 9, 12. Quae ſtudia vacationem habent etiam publici Mune… Fam. 9, 6. Idem de Nat. Deor. 1, 53 Nos autem beatam … in animi ſecuritate, et in omnium vacatione Munerum ponimu… cationes Munerum Tacit. Ann. 1, 17, 4. *Conf.* Ibid. c, 35, 2. 37, 4, 1. *et* 38, 3, 9. Sen. ad Helu. c. 2. *et* de Ira 2, 17. … pro Sull. 26 Si me non modo non Rerum geſtarum vacatio, ſed… honoris neque aetatis excuſatio vindicat a labore. *i. quae datu… geſtas.* Vacatio Rerum iudicandarum Sen. de morte … Cic. Verr. 4, 23 Pro hiſce rebus, vacatio data eſt ab illo ſumtus, la… militiae, Rerum denique omnium. Dare vacationem a cau… de Legib. 1, 11 c. 4. Idem Acad. 4, 121 c. 38 Sed cum ſacerdot… rum vacationem Habeant, quanto eſt aequius habere ipſos … Sublatis vacationibus delectum haberi in vrbe Cic. Phil. 5, 31. … latae *ſunt* vacationes, *cum nemo vel aetate vel numero ſtipendioru… ſatur.* Cic. Verr. 5, 41 c. 22 Quod tam immune municipium … per hos annos tam commoda vacatione ſit vſum omnium reru… Vacatio *etiam ponitur pro Pecunia, quae pro vacatione ſoluebatu…* cit. Hiſt. 1, 46, 4 Vt vacationes praeſtari centurionibus ſolitae rem… tur. *Vid. ibi Sauil. et Marc. Donat. Add.* Tac. ib. c. 58, 2.

VACVVS, a, um. Adi. [κενὸς] *Inanis, nihil continens, …citer,* vacuum *eſt, quidquid adiunctum ſibi non habet illud, quo … eſſe dicitur.* Virg. Georg. 3, 143 Saltibus in vacuis paſcant, e… ſecundum Flumina. *vbi nihil illas turbet ; de equabus grauidis.* Horat. Epiſt. 1, 19, 21 Libera per vacuum poſui veſtigia princep… aliena *(veſtigia)* meo preſſi pede. Virg. Aen. 7, 379 Vacu… circum. Idem Georg. 2, 287 Neque in vacuum poterunt ſ… dere rami. *i. nimis anguſtae poſitae ſint arbores.* Aër vacuu… Georg. 3, 109. Aetas vacua periculo Tacit. Ann. 16, 13. A… cui, *Arboribus carentes, et ſoli expoſiti, nec obumbrati ramis a…* Virg. Georg. 2, 54. Animus vacuus, *Otioſus, nullis negotiis irretitus.* Cic. de Clar. Orat. 20 c. 5 Nunc vero, inquit, ſi es… vacuo, expone nobis, quod quaerimus. Animus vacuus et … Cic. Verr. 4, 23. Animum vacuum ad res difficiles ſcri… afferre Idem Att. 12, 37 (38) Aula vacua Virg. Georg. … Aurae vacuae Idem Aen. 12, 592. Plaut. Trin. Prol. 11 Ac… et date mihi vacuas Aures dum eloquor. *h. e. Nolite aliis reb… pare aures, tantum audite me.* *Sic* Pſeudo-Cic. Anteq. iret i… 13. Aures vacuas permulcere dictis, *Adulationibus patent…* Epiſt. 1, 17, 26. Caelum vacuum Virg. Aen. 5, 515. Ci… 2, 56 c. 18 Etiamſi ſtatim ad dicendum noſtro commodo, vac… dies habuiſſemus, tamen oratione longa nihil opus fuiſſe. … vacua Cic. in Catil. 1, 4. Equus vacuus, *Sine ſeſſore* Liu. … *et* 44, 26. Fundus ICt. Gladius vagina vacuus C… Marcell. 17. *i. Sine vagina. Vid.* MEDVLLA, *it.* PECTVS. … Verr. 1, 33 Hora nulla vacua a furto, a ſcelere, crudelitate, flagi… perietur. Lectus vacuus Ouid. Met. 11, 471. Lecto va… vere Propert. 2, 2, 1. Cic. de Fin. 5, 1 Maxime quod is L… omni turba id temporis vacuus eſſet. Iuuenal. 8, 90 Oſſa … regum vacuis exhauſta Medullis, *vt* Gladius. Cic. Tuſc. 3, … tatem enim animorum poſitam in tranquillitate quadam conſtar… cenſebant, his rebus Mentem vacuam appellarunt inſaniam. … tes vacuas tenere, *Oblectare animos otioſos* Virg. Georg. 3, 3.

ac. An. 13, 44, 2. *i. vidua, certe non habens maritum.* Tac. Hiſt. Si Republica et Senatus et Populus vacua nomina ſunt. Nox cua crimine Ouid. Faſt. 4, 581. Numi vacui dicuntur, *Qui it in vſura et foenore, nec in vſum aliquem erogantur* Scaeuola in l. tint D. Depoſiti vel contra. Operarii vacui Columel. 11, 2. nne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus aequor, Vt volucri, vacuo idq d in Orbe patet Ouid. Faſt. 1, 493. *i. aëre.* Cic. pro Roſc. m. Petiſſe, inquit, ſuam partem, Roſcium a Flauio confiteor, vaam integram reliquiſſe Fannii, concedo. Pectore in vacuo nat mor Ouid. Amor. 1, 1, 26. *quod paullo ante vacuum erat amoris ictu.* Pectus velamine vacuum Stat. Theb. 1, 593. *i. nudum, vt* dit vagina vacuus. Pedes vacui Ouid. de Arte Am. 1, 491. ſeſſ caduca et vacua Cic. de Orat 3, 120. Idem pro Roſc. er. 6 Cum ille confirmaret ſe nomen Sext. Roſcii de tabulis exur n, praedia vacua filio traditurum, *etc.* Tempus vacuum viuum) laboris dare ſibi Ter. Heaut. 1, 1, 38. Lucan. 3, 26 ul m veſtro vacuum ſit tempus amori. Tempus ſterile et nui beneficio Plin. in Paneg. 56, 2. Temporis quum vacui il liberem Cic. Att. 2, 23. Idem Verr. 7, 134 Nullum propugnam fuiſſe, nullum vacuum *(remige)* Tranſtrum eſſe: remigi fi mentariam eſſe ſuppeditatam, *etc.* Ventre vacuo mulier, *itur* Ventre pleno mulier, *id eſt, praegnans* Papinianus in l. tri D. de acquirenda hered. *Vid.* Vterus vacuus. Vita vala ribus Ouid. Triſt. 5, 3, 9. Vmbra tonſoris vacua, *Tonſoris ceſſantis* Hor. Epiſt. 1, 7, 50. Vrbs vacua, *in qua ho-* *gunt otioſi* Hor. Epiſt. 2, 2, 81. Vterus vacuus, *i. Non prae-* lpian. in l. Cum quidam §. Suum heredem D. de acquirend. he- *id.* Venter vacuus. ¶ 2 *Conſtruitur* Vacuus *cum* *Laudatur* Salluſt. Iugurth. . . . Ager autem aridus, fru um vacuus, *ex* Nonio. Animi vacuus *meticuloſus* Stat. b. 623. Operum vacuus. *Ceſſans ab opere* Hor. Serm. 2, 2, Rerum vacuae literae Tacit. Ann. 15, 8. Virium vacuus, *in viribus eſt* Plaut. Bacch. 1, 2, 46. Vacuus *ſimpliciter Nul-* *is diſtractus.* Cic. in Brut. 10 Itaque hunc elegimus diem, ſciremus eſſe vacuum. *Cum Praepoſitione* A *vel* Ab. Cic. 1, 3 Sin eris ab iſto periculo vacuus, ages ſcilicet, ſi quid agi nobis putabis. Ab exercitu locus vacuus, ab defenſoribus l. Gall. 8, 45. Ibid. 2, 12. Cic. Fam. 11, 16 *pr.* Permagni quo tibi haec tempore epiſtola reddita ſit, vtrum cum ſoliciiquid haberes, an quum ab omni moleſtia vacuus eſſes. Ab us Salluſt. Catil. c. 51. Cic. Att. 10, 16 Conſilium noſtrum uum a periculo fore. Idem Verr. 4, 3 Nam ipſa Meſſana, , moenibus, portuque ornata ſit, ab his Rebus, quibus iſte deſane vacua ac nuda eſt. A ſecuribus vacuus Tacit. Ann. 4. Cic. Verr. 4, 23 Verum vt opinio mea fert, his quidem us in omni orbe terrarum vacui, expertes, ſoluti ac liberi b omni ſumtu, moleſtia, munere. A ſuſpicione vacuus ruſp. Reſp. 11. A tributis Tacit. Ann. 12, 34. *Cum* *vt* Aemulatione Tacit. Ann. 12, 2. Cic. de Fin. 2, 46 ui Curis etiam quid in caelo fiat ſcire debemus. Cura a vacuus Tacit. Ann. 12, 5. Cic. Fam. 4, 14 Quum prom ſcelus nihil mihi intra meos parietes tutum, nihil Inſidiis viderem. Metu vacuus Tacit. Hiſt. 1, 88. Moleſtiis 1. 4, 4. Idem de Fin. 4, 12 Vacui Negotiis honeſte ac li- poſſumus viuere. Noxiis Plaut. Merc. 5, 4, 25. Pe- Tac. Hiſt. 1, 88. Cic. ad Q. Fratr. 1, 3. Somno vacuus nor. 1, 2, 3. Cic. de Fin. 2, 30 Luxuriam non reprehen- ſit vacua infinita cupiditate et timore. Tributo vacuus nn. 12, 61. ¶ 3 *Quid eſſet* Pendere in vacuum ton. Claud. c. 9 *diſputatum eſt,* In vacuum lege praediatoria ependit Claudius. *Placet, quae modo propoſita eſt, Cl. Erneſti* *tio, Proſcriptam eſſe praediorum Claudii auctionem, ſed id fa-* *tum eſſe contumeliae et ſolicitudinis iniiciendae cauſa, non, vt* *ret etc. Habet haec ſignificatio aliquam cognationem cum his,* *mus modo in* VACANS n. 2. In vacuum *vbi titulus adeſt,* *cies adeſt, ſed ſine re, vt* vacuum *caput eſt perſonae Tragicae,* *eſt claua Herculis in Tragoedia, quam alias vibrare non poſſet* Venire in vacuum, *Succedere in locum morte alterius vacantem,* *le ſubſtituto* Hor. Serm. 2, 5, 50. Vacuus, *pro Otioſo.* nn. 2, 46 Quoniam tres vacuas legiones, et ducem fraudis perfidia deceperit. Vacuus ad narrandum aliquid, *h. e.* *narrare, aut agere* Ter. Andr. 4, 2, 13. Poſtquam, remoto nico, ſimultates exercere vacuum fuit Salluſt. *ap.* Gell. 9, 12. *um licuit.* *Sic* Vbi ſecuras opes concupiſcere vacuum fuit it. 2, 38, 2. *Superl.* Ouid. ex Pont. 3, 1, 141 Nec rurſus um ſit vacuiſſima quaeras. *h. e. Otioſiſſima, vacua et libera ab* *otiis.*

VACVE. Adu. *Idem.* Arnob. 3 p. 121 Inaniter, vacue et ſine ſubſtantia conſtituta.

VACIVVS, a, um. Adi. [εὔκαιρος Gloſſ. Lat. Gr.] *Vacuus. Vt,* res aciuae Plaut. Trin. Prol. 2, 11. Aedes vaciuae Idem Caſ. , 6. Aedes aurium vaciuae Idem Pſeud. 1, 5, 54. Ter. aut., 1, 38 Sine me, vaciuum tempus ne quod dem mihi laboris.

VACIVE. Adu. *Idem.* Phaedr. Prol. 5, 14 Libellum vaciue legi

VACIVĬTAS, ātis. f. *Vacuitas.* Plaut. Curc. 3, 2, 40 Cibi vaitac *Et* D. Brutus ad Cic. Fam. 11, 10 Cupiditatem hominibus ſcia vaciuitas non te fugit. *Alii legunt* Vacuitas; *ſed* I. G. Grae- V iuitas *ex MSS.*

VACVĬTAS, ātis. f. [κένωσις, κένωμα] Cic. Off. 1, 73 c. 21 Adend eſt vacuitas ab angoribus. Idem de Fin. 1, 37 c. 10 Nam oniam quum priuamur dolore, ipſa liberatione et vacuitate omnis oleſtiae gaudemus. Loci Vitr. 8, 2. Cic. Tuſc. 5, 42 Seritatem autem nunc appello vacuitatem aegritudinis, in qua vita bea eſt. Dolorum omnium vacuitas Cic. de Fin. 2, 56. *Add.* id. 2. 25. *Plur.* Interueniorum vacuitates Vitruu. 2, 7. *i.* *atia vacua.*

VACVO, āre. [κενόω] *Vacuum efficere.* Martial. 11, 6 Si redeant tere ingentia nomina, patres, Elyſium liceat ſi vacuare nemus. olum . 3, 13 Opus eſt autem perito, ac vigilante exactore, qui ripam igi beat, ſulcumque vacuari. *Conf.* Solin. c. 25.

VACVATVS, a, um. Partic. *Vt,* Vacuata dolia Columel. 12, 50. ngui e vacuatus Aur. Victor Epit. c. 43. Sil. 11, 57 Impenſis lli vacuati ſaepe penates. Vacuatum auxiliis oppidum Frontin. rat. 6, 2.

VACVEFĂCIO, ĕre. *Idem quod Vacuo.* Macrob. Saturn. 7, 12 Venas inedia vacuefacere. Nepos 5, 2, 5 Vacuefacere inſulam. ¶ 2 *Abolere, Superuacaneum pronuntiare.* [κενοῦν] *V. g.* Circumciſionem vacuefacere, abſtinentiam ſuillae carnis auferre Lactant. 4, 17, 1.

VACVITIO, eri. Lucret. 6, 1005 Hoc vbi inanitur ſpatium, multusque vacuefit In medio locus: *et* 1015 Hoc fit item cunctas in partes, vnde vacuefit Cumque locus. *Al.* vacefit, *it* vaceſcit. *Sed hanc lectionem tuetur* Carrio Ant. lect. 1, 18 *qui etiam Ciceroni illud ex MSS. reſtituit.*

VACVEFACTVS, a, um. Nepos 20, 3, 2 Ciuibus veteribus ſua reſtituit, nouis bello vacuefactas poſſeſſiones diuiſit. Subſellia Cic. Catil. 1 c. 7. *al.* vacua facta. Erubeſcenda ſentina *(ſcortorum)* vacuefactus exercitus Val. Max. 2, 7, 1.

VACVNA, ae. f. [Οὐακοῦνα] *Dea, quae praeerat otioſis et vacantibus. Huic ſacrificabant agricolae, quum poſt collectas fruges quieſcebant.* Ouid. Faſt. 6, 367 Nam quoque quum fiunt antiquae ſacra Vacunae, Ante Vacunales ſtantque ſedentque focos. Hor. Epiſt. 1, 10, 49 Haec tibi dictabam fanum poſt putre Vacunae. *Vet. Schol.* Auſon. Epiſt. 4, 99 Totam trado tibi ſimul Vacunam, Nec iam poſt metues vbique dictum. *i. Vacuum te iubeo eſſe liberum et immunem ab omni dicto et contumelia. Turneb. 2, 23. Conf. Torrent. ad* Hor. c. l. *Sed Scal. legit plane aliter* Toſtam trado tibi ſimulque et agnam, *i.* agnam toſtam.

VACVNĀLIS, e. Adi. *Modo vidimus ex* Ouid. Faſt. 6, 368.

V A D

VADIMONIS lacus, [Οὐαδιμῶνος λίμνη] *celebratus a* Plin. 2, 95 *propter inſulas in eo fluctuantes.* Plin. iun. Epiſt. 8, 20 Exegerat ſocer meus, vt Amerina ſua praedia inſpicerem, haec perambulanti mihi oſtenditur ſubiacens lacus nomine Vadimonis *etc.*

VĂDIS, is. [ὅμηρος, ἐγγυητής] *Primo dicebatur, deinde per ſyncopen* VAS, vadis. m. Sponſor alterius in re capitali, *vt ait* Feſtus. Vas *(inquit Varro* de L. L. 5, 7) dictus eſt, qui pro altero vadimonium promittebat. Liu. 3, 13 Reus, dum conſulerentur patres, retentus in publico eſt. Vades dare placuit: vnum vadem tribus millibus aeris obligarunt: quot darentur permiſſum tribunis eſt: decem finierunt. Tot vadibus accuſator vadatus eſt reum. Hic primus vades publicos dedit *(Fabius Caeſo* A. V. CCXLIII) dimiſſus e foro, nocte proxima Tuſcos in exilium abiit. — Pecunia a patre exacta crudeliter, vt diuenditis omnibus bonis — in deuio quodam tugurio viueret. Cic. Off. 3, 45 c. 10 *de duobus Pythagoreis,* Quum is, qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulauiſſet, vas factus eſt alter ſiſtendi eius, vt ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ipſi. Cic. Tuſc. 5, 63 Cum Dionyſius alterum vadem mortis accepiſſet, alter vt vadem ſuum liberaret praeſto fuiſſet, *etc.* Liu. 25, 4 Rei capitalis diem Poſtumio dixerunt, ac ni vades daret, prehendi a viatore atque in carcerem duci iuſſerunt. Poſtumius vadibus datis non affuit. *Inter* Vadem *et* Praedem, *differentiam vide in* PRAES. *et Gronou. ad* Liu. 3, 13. Vas *dictus eſt, quod qui* vades *dederit,* vadere *ei, id eſt diſcedere interim liceat.* Hor. Serm. 1, 1, 19 Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem eſt. Cic. Fin. 2, 79 c. 24 Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico. Accipere aliquem vadem pro aliquo, *vid.* ACCIPIO. Deſerere vades Liu. 39, 41. Liberare vadem Cic. Tuſc. 5, 63.

VADIMONIVM, i. n. [ἐγγύη] *Sponſio quaedam ſiſtendi, comparendique in iudicio ad diem praeſtitutam per ſe, vel per aduocatos, quam deſerere non licet.* Cic. pro Quint. 48 c. 15 Ad vadimonium non venit quis? is qui tibi praeſto ſemper fuit. Plaut. in Curc. 1, 3, 5 Vbi tu es qui me conuadatus Veneriis vadimoniis? Vadimonium *a* Vade *deductum eſt, vt* Mercimonium *a* Merce: *et quanquam eo nomine proprie cenſetur obligatio ſiſtendi ſe iudicio, tamen omnis ſponſio et promiſſio eo interdum vocabulo continetur, vt e dicto Thaletis Mileſii cognoſci poteſt,* ἐγγύα παρὰ δ' ἄτα *quod* Auſonius in Sapient. Sentent. *extr. vertit,* Mileti fugiſſe Thales vadimonia alumnus. Idem Lud. Sapient. 190 *conuertit,* Sponde, noxa tibi praeſto eſt, *etc.* Ad vadimonium Aduocatus deſcendit Sen. Ep. 8. Garrula vadimonia Ouid. Amor. 1, 12, 23. Concipere vadimonium, *Certam formulam vadimonii exprimere.* Cic. Q. Fratr. 2, 14 Negat enim in tanta multitudine eorum, qui vna eſſent, quemquam fuiſſe, qui vadimonium concipere poſſet. *Vid.* CONCIPIO. Cic. de Senect. 21 Omnia quae curant, meminerunt, vadimonia conſtituta, qui ſibi, cui ipſi debeant. Plin. in Praefat. Inſcriptiones propter quas vadimonium deſeri poſſet. *i. Feſtiuiſſima, et magna, multaque promittentes, ita, vt vel vadimonium propter eorum librorum recitationem deſeri poſſit. Illuſtrari hoc poteſt ex* Horat. Sat. 1, 9, 40 *vbi garrulus,* Dubius ſum, quid faciam, inquit, Tene relinquam an rem: *Praeceſſit* Ex caſu tum reſpondere vadato Debebat: quod ni feciſſet, perdere litem. *tum deſerit vadimonium ſectans Horatium. In fine Satirae venit aduerſarius,* Et, Quo tu turpiſſime? magna Inclamat voce. *Vid.* DESERO. Cic. Catil. 2 c. 3. Idem Att. 2, 7 In hominem ire cupiebam, non mehercule, vt differrem cum eo vadimonium: nam mira ſum alacritate ad litigandum. *i. Differre diem iudicii, diem adeundi Praetoris. Vid.* DIFFERO. Cic. pro Quinct. c. 14 Idem ibid. 23 c. 6 Qui quo tempore primum male agere coepit, in vadimoniis differendis tempus omne conſumſerit, qui poſtea quoque vadimonium miſſum fecerit. Imponere vadimonium alicui Nepos 20, 5, 2. Obire vadimonium, *vid.* OBEO. Suet. Calig. c. 39 Et litigatorum plerique, quod Occurrere abſentes ad vadimonium non poſſent, cauſa caderent. Promittere vadimonium, *i. promittere ſe adfuturum in iudicio* Cic. Verr. 3, 38. Idem ibid. 5, 140 Quod iſti ſimul ac nuntiatum eſt, hominem iubet Lilybaeum vadimonium Venerio ſeruo promittere, *vid.* PROMITTO. Cic. pro Quint. 20 c. 8 Venit Romam Quintius, vadimonium ſiſtit, *i. obit.* *Conf.* Cato *ap.* Gell. 11, 14. Nep. 25, 9, 4. Eſſe vadimonium alicui cum aliquo Cic. pro Quint. 56. Eſſe in vadimonio Idem ibid. 23.

VADOR, āri. [κλητεύω] *Verbum commune eſt ſecundum* Priſcianum l. 8 p. 794 *pro Vadimonio obſtringere, ſiue diem iudicii ex compacto conſtituere, et in ius vocare, et viciſſim pro obſtringi.* Cic. pro Quint. 61 c. 19 Debere tibi dicis Quintium: procurator negat. vadari vis; promittit: in ius vocas; ſequitur: iudicium poſtulas; non recuſat. Plaut. Perſ. 2, 4, 28 Vadatur hic me. P. vtinam vades deſint, in carcere vt ſis. Cic. pro Quint. 23 c. 6 Se iam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere: ſi quid agere ſecum velit Quintius, non recuſare. Hic quum rem Gallicanam cuperet re-

viſere, hominem in praeſentia non vadatur, Ita ſine vadimonio diſceditur. Tot vadibus accuſator vadatus eſt reum Liu. 3, 13. *quem locum damus in* VAS. Hor. Serm. 1, 9, 36 Et caſu tunc reſpondere vadato Debebat: quod ni feciſſet, perdere litem. *Bentl.* Vadatus, *quod alterum putat ab his ſubſtitutum, qui neſcirent etiam Paſſiuum eſſe,* et reſpondere *abſolute ſine Caſu poni. Caeterum paſſiuam rationem probat ex* Plauto Bacch. 2, 2, 3 Ita me vadatum amore vinctumque attines. Lucil. *ap.* Non. 1, 26 Nec mihi amatore hoc opus, nec tricone vadato. Fulg. Expoſ. ſer. ant. 61 Vadatus obſtrictus, vel ſub fideiuſſione ambulans, ſicut Feneſtella ait, Apud quem vadatus amicitiae nodulo tenebatur. Apul. Met. 11 p. 259, 40 Memineris — mihi reliqua tuae vitae curricula ad vſque terminos vltimi ſpiritus vadata. *Addit* Symmach. Epiſt. 1, 31. 2, 45 *etc.* Ouid. Rem. Amor. 665 Iamque vadaturus, lectica prodeat inquit.

VADATIO, ōnis. f. apud ICtos.

VĀDO, ſi, ſum, ere. [ἄμι, βαδίζω, βαίνω] *Iter facere ſuis pedibus proprie.* Virg. Aen. 2, 396 Vadimus immiſti Danais, haud numine noſtro. Cic. Att. 4, 9 (10) *extr.* Ad eum poſtridie mane vadebam, quum haec ſcripſi. Ad illum ex Libya Hammon vaſit Tertull. de Pall. c. 3. Vadit aduerſus imminentem hoſtium aciem Liu. 9, 3. Lentulus Spinter hodie apud me, cras mane vadit Cic. Att. 14, 11. Poſt hunc ore fero Capricornus vadere pergit Idem in Arat. 326. Vade age Virg. Aen. 3, 462. Veloci via vadere Senec. Med. ſ. 4. Ferae erectae vadunt Auctor ad Herenn. 2, 29. In hoſtes vadendum Liu. 7, 24. In Meſopotamiam vadit Euphrates per Seleuciam Plin. 5, 2. In mortem vadere Virg. Aen. 2, 359. In praeceps vadere Sen. Hippol. ſ. 2. In praeceps animus vadit Idem Hippol. ſ. 2. In praelium vadere Liu. 3, 63. Per iter praeceps gloria vadit Ouid. Triſt. 4, 3, 74. Per medios hoſtes Liu. 22, 50.

VADENS, entis. Partic. [βαδίζων] Virg. Aen. 6, 263 Ille ducem haud timidis vadentem paſſibus aequat. Liu. 26, 6 Elephanti per media caſtra vadentes, ſtragem tabernaculorum ingenti ſonitu ac fuga abrumpentium vincula iumentorum facerent.

VĂDVM, i. n. [πόρος] *Locus in flumine, lacu, mari, et quacunque aqua, quae propter breuitatem pedibus, tranſiri poteſt, ſiue per quem vadere licet, quum ſit minus profundus.* Plin. Lignum vado haerebat Liu. 38, . . Pontem quia vado nusquam tranſitus erat, facere inſtituit Idem 38, 18, 7. *Rurſum* Caeſ. Bell. Gall. 1, 6 Rhodanus nonnullis locis vado tranſitur. Quum veniſſent ad vada Volaterrana quae nominantur, vident perfamiliarem Naeuii, *etc.* Cic. pro Quint. 24. Scitus vadorum Ouid. Met. 9, 108. Catull. Argon. ſ. 62 (65) 6 Auſi ſunt vada ſalſa cita decurrere puppi. *vbi fretum notat, qua traiicere nauibus licet. Nam late patet. Interdum eſt alveus fluuii, lacus, aut maris: vid. Gronou. Obſ. 1, 19. Drakenb. ad* Sil. 2, 1. *Margo putei, ap.* Phaedr. 4, 8, 12. *Quin pori corporis aut venae.* Subeatque latentibus vltro Quae facta eſt medicina vadis Gratius Cyneg. v. 424. *Videntur itaque* vadum *accepiſſe non modo qua* vadere *pedibus per aquam licet: ſed qua* vadit *humor. Epitheta:* Vada Breuia Virg. Aen. 5, 221. Caeca Idem ibid. 1, 540. *paſſiue, quae non videntur.* Caerula vada Virg. Aen. 7, 198. Dura vada caecis ſaxis Idem ibid. 3, 706. Feruida Virg. Aen. 7, 24. Gelida Ouid. Amor. 3, 6, 26. Iniqua Propert. 1, 17, 10. Limoſum Ouid. Faſt. 4, 300. Paluſtria Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 59. Piſcoſa Ouid. de Arte Am. 2, 82. Prona vada fluuii Claud. in Eutrop. 1, 353. Sacra vada fontis Numici Virg. Aen. 7, 242. Salſa vada Idem ibid. 5, 158. Tarda vada, *Aquae torpentes et pigrae* Sen. Herc. Fur. ſ. 9. Torua vada Idem Phoen. ſ. 1. Vitrea vada Claud. de Aponi balneis 5, 32. Applicare remos vadis Ouid. Triſt. 3, 9, 10. Cic. pro Cael. 51 c. 21 Sed quoniam emerſiſſe iam e vadis, et ſcopulos praeteruecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus curſus oſtenditur. *Hic* vada Breuia *ſunt, vt Syrtes.* Exultant vada Virg. Aen. 3, 557. Frangere vndoſum vadum nando Sil. 8, 555. Labitur placido vado Lethe Senec. Herc. Fur. ſ. 9. Nudantur vada, *vid.* NVDVS. Pellere vada remis Catull. Argon. ſ. 62, 58. Refuſa imis vadis ſtagna Virg. Aen. 1, 130. Tentare vadum, *pro Aggredi negotium aliquod, dixit* Ouid. de Arte Am. 1, 437. Tranſiliunt rates vada Hor. Carm. 1, 3, 24. Vertere vada liuida remis Virg. Aen. 6, 320. Res eſt in vado, *i. In tuto. Nam vt in profundo periculum conſiſtit, ita in vado ſecuritas* Ter. Andr. 5, 2, 4. Haec propemodum iam eſſe in vado ſalutis videtur Plaut. Aul. 4, 10, 73. Vadum, *pro Fundo.* Plin. 31, 3 *de aquarum ſalubritate*, Super omnia obſeruatio vna, vt illa vado exiliat vena, non e lateribus.

VADVS, i. *Maſculino genere apud antiquos.* Salluſt. Hiſt. 1 Et mox Fufidius adueniens cum legionibus, poſtquam tantas aſperitates haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hoſti quam ſuis opportuniora videt, *etc. Ex* Nonio 3, 265.

VADA, orum. n. Pl. Locus Italiae in Liguria, cui Sabatiorum nomen adiicitur. Brut. ad Cic. Fam. 11, 10 Ad Vada peruenit. Id. Epiſt. 13 Priusquam ad Vada venit.

VADVS, a, um. *pro* Vadoſus. Pomp. Mela 2, 5 Atax ex Pyrenaeo monte digreſſus, vadusque eſt. *Al.* Vadoſus.

VADABĬLIS, e. *Idem.* Sariſb. 2, 24 Non vadabilis Alyſſus.

VADO, āre. [διαπορεύω] *Per vadum tranſire.* Solin. Flumen quod propter breuitatem facile vadari poterat. *Conf.* ICt. l. vlt. Dig. de ſeru. praed. ruſt.

VADŌSVS, a, um. Adi. [πορώδης] *Vt*, Vadoſus amnis Virg. Aen. 7, 728. *qui frequentia habet vada, quae tranſiri pedibus poſſunt.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 25 Quod his locis vadoſum mare erat longius progreſſus, *etc.* Liu. 37, 14 Quod in fluminis modum longum et anguſtum et vadoſum oſtium portus ſit. *Add.* Idem 33, 17. Aquae vadoſae Lucan. 8, 698. *Superl.* Solin. c. 65 Ganges, vbi vadoſiſſimus eſt.

V A E

VASTO, āre. [δηιόω, πέρθω, ἀνασατόω, ἐρημόω, λυμαίνομαι] *Vaſtum et inane facere, perdere, deſtruere.* Cic. Att. 9, 7 Primum conſilium eſt, ſuffocare vrbem et Italiam fame, deinde agros vaſtare, vrere, pecuniis locupletum non abſtinere. Agros vaſtare cultoribus Virg. Aen. 8, 8. h. e. Abducendo cultores, vaſtos et deſertos efficere, Seruius. Agros vaſtare et exinanire Cic. Verr. 3, 119 c. 50. Colonias omni Clade vaſtauit Curt. 4, 1, 10. Sil. 3, 469 Turbidus hic truncis, ſaxisque Druentia laetum Vaſtauit ductoris iter. Locum vaſtare et diripere Cic. in Catil. 4, 13 c. 6. Mentem vaſtare *dicitur* Conſcientia Salluſt. in Catil. 15. *Sed ponamus locum: narrauerat* Catilinam necato filio vacuam domum ſceleſtis nuptiis feciſſe. *Addit,* Quae quidem res mihi in primis videtur cauſa fuiſſe facinoris *(coniurationis)* maturandi. Namque animus impurus, DIs hominibusque infeſtus, neque vigiliis, neque quietibus ſedari poterat: ita conſcientia mentem citam vaſtabat. Igitur colos exſanguis, foedi oculi, citus modo, modo tardus inceſſus; prorſus in facie vultuque vecordia inerat. *Declarat hanc formulam, et merito Gemmam Latinitatis vocat, Cortius. Verbo Scelus admiſſum eſt hoſtis, qui vaſta et infeſta facit omnia ſuo auctori.* Omnia late vaſtare Virg. Georg. 4, 16. Omnia vaſtare ferro et incendiis Cic. in Catil. 1, 21 Igne ferroque Ciliciam vaſtat Curt. 3, 4, 3. Regiones vaſtare Cic. Fam. 5, 10. Homo magis ad vaſtandum, quam ad vincendum paratus Idem Att. 8, 16 f. *extr.*

VASTANS, antis. Partic. Liu. 8, 19 Vaſtans effuſe ſetinum. Gothi Macedoniam vaſtantes Eutrop. 9, 11. Cuncta vaſtans ſaeuit Phaedr. 3, 3, 14.

VASTĀTVS, a, um. Partic. [ἀνάσατος] Cic. pro Sext. 54 c. 24 Lex erat lata, vaſtato atque relicto foro. Vaſtata turbine ventorum Campania Tac. Ann. 16, 13, 1. Fana vaſtata tumultu impio Hor. Carm. 4, 4, 48. Luſtra Val. Flacc. 1, 489. Nationes Tac. Agric. 22, 1. Paſcua vaſtata Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 168. Vrbs vaſtata defenſoribus ſuis, *pro Spoliata* Liu. 23, 30.

VASTATIO, ōnis. f. [ἀνάστασις, δῄωσις] Liu. 7, 15 Acceſſit ad eam cladem et vaſtatio Romani agri. Domorum Salluſt. de Ord.
Rep. c. 4. Cic. in Catil. 2, 18 c. 8 Ergo in vaſtatione omni
Poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas? Defendere aliquid
tione Idem Fam. 10, 15 *extr.*

VASTĀTOR, ōris. m. [λυμαντήρ] *Vt.* Troiae vaſtato
les Stat. Achill. 2, 318. Aper vaſtator Arcadiae Ouid. Met
Ferarum vaſtator Virg. Aen. 9, 772. *i. venator.* Ferus
Ouid. Met. 11, 395. *Conf.* Senec. de Benef. 1, 13. Ter
Anima c. 57.

VASTĀTRIX, īcis. f. Senec. Epiſt. 96 Luxuria t
marisque vaſtatrix.

VASTATORIVS, a, um. Adi. *Vt,* Globus vaſtatorius A
19, 19. Manus hoſtium vaſtatoria Idem 18, 13.

VASTABVNDVS, a, um. Ammian. 31, 8 Vaſtabundi om
latitudines Thraciae pandebantur impune.

VASTESCO, ĕre. Inhorreſcere vel deſeri Acc. Phoeniſſ
ſit proficiſci exilium quouis gentium, ne ſcelere tuo Thebar
ſcant agri. *Haec et plura apud* Non. 2, 892.

VASTĬTO, āre. *Vnde*

VASTITĀTVS, a, um. Ammian. 16, 5 Terrae vaſtitatae
legit Hadrian. Valeſ. ex MSS. Vulgo Vaſtatae.

V A T

VATES, is. c. [μάντις, οἰωνοπόλος, προφήτης] *A fando di*
quaſi fates: quod certe facilius admiſerim, quam mirificam Varro
mologiam de L. L. 6, 3 p. 72, 14 Antiquos Poëtas Vates appella
verſibus viendis. *Certe* vates *eſt, qui* canit *verſus vel* futura:
que enim verbo canere *efferri ſolere, ſuo loco obſeruatum eſt.*
Aen. 6, 211 Cunctantem et vatis portat ſub tecta Sibyllae.
Mil. 3, 3, 57 Bonus vates poteras eſſe, quum quae ſunt futura
Virg. Aen. 6, 662 Quique pii vates, et Phoebo digna locuti.
de Nat. Deor. 1, 55 c. 20 Sequitur μαντικὴ veſtra, quae Latine
tio dicitur: qua tanta imbueremur ſuperſtitione, ſi vos audir
mus, vt haruſpices, augures, harioli, vates, et coniectores nobi
colendi. Nep. 25, 16, 4 Cicero — quae nunc vſu ven
cinit vt vates. Praeſagia vatum Ouid. Triſt. 4, 10, 129.
pretari effata incognita fatidicorum et vatum Cic. de Legib.
c. 8. Pater vatum Latous Stat. Silu. 1, 2, 200. Inſar
Virg. Aen. 3, 491. *Mente enim excuſſi vaticinantur, a* μαί
μάντις, *etc.* Peritus vates Ouid. de Arte Am. 1, 29.
tes Virg. Aen. 6, 662. Praeſagi vates Sil. 16, 591. Sac
Hor. Carm. 4, 9, 18. Sanctiſſima vates praeſcia venturi Vi
6, 65. Terrifici vates Idem ibid. 5, 524. Vera vates
in Conſ. Stil. 2, 1, 338. ¶ 2 *De* Poëtis, *qui* vates v
lunt et ipſi, teſtimonia. Columel. 10 praef. Ex voluntate v
xime memorandi, *i. Virgilii.* Sacri vates et diuûm cura v
Ouid. Amor. 3, 9, 17. Verſus, quos olim Fauni vatesque
Ennius *apud* Cic. de Diuin. 1, 114. Sic honor et nomen diu
tibus Hor. de Arte Poët. 400. O ſacer et magnus vatum
omnia leto Eripis, et populis donas mortalibus aeuum Lucan
Attonitus vates Hor. Carm. 3, 19, 14. Cothurnatus vates, *Poë*
goediarum Ouid. Amor. 2, 18, 18. Lauriger vates Stat. Th
Q. Scaeuola, Legum clariſſimus et certiſſimus vates Val. Max.
Plin. 11, 37 *ſub fin.* Herophilus medicinae vates.

VATICĬNOR, āri. [μαντεύομαι, θεσπίζω, προφητεύω, χρη
Diuinare, quaſi faticinare *dictum volunt, et* fatum canere *aut pr*
Sed puto vltimas ſyllabas eſſe modo productionem, vt Sermo Serm
in primis Leno lenocinor, Patronus patrocinor, *etc.* Cic.
11 Non multo inquam ſecus poſſum vaticinari. Idem
vin. 1, 67 c. 31 Illud quod volumus expreſſum eſt, vt vaticinar
vera ſoleat. Per furorem vaticinari Cic. de Diuin. 1, 34.
39, 13 Cum iactatione fanatica corporis vaticinari, *de bacchan*
De Poëtis item, Cic. de Amic. 24 c. 7. *Interdum vt* Ariolari
rare eſt. Qui haec dicerent, vaticinari et inſanire diceban
pro Sext. c. 10. Idem Fam. 2, 16 *extr. non procul a fine,*
fortaſſe vaticinor, et haec omnia meliores habebunt exitus:
enim deſperationes eorum, qui ſenes erant adoleſcente me.
ego fortaſſe nunc imitor, et vtor aetatis vitio. *Sed* Plaut.
1, 3, 129. *vbi Leno ad maledicta ſibi ingeſta inter alia reſpondet*
vaticinamini, ὀξύμωρον *eſt, q. d. tanquam arcanum quiddam et*
profertis, quod olim notum eſt.

VATICĬNANS, antis. Partic. [θεσπίζων] Ouid. ex Pont
62 Iam nunc haec a me iuuenum belloque, togaque Maxime dicta
vaticinante nota. Finem Macedonici regni portendi vatic
Iuſtin. 33, 1 *extr.* Nusquam plura exempla vaticinantium
quam vbi formido mentes religione mixta percuſſit Senec
Nat. 6, 29.

VATICINATVS, a, um. Ouid. Met. 6, 157 Venturi praeſcia
to Vaticinata. *Add.* Idem Epiſt. 5, 114.

VATICINATIO, ōnis. f. [μαντεία] Cic. Att. 8, 11 (12)
pridie quidem quoquo modo potueram, ſcripſeram ipſe eas litera
rum vaticinationem falſam eſſe cupio. Idem de Nat. Deor.
Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex Aruſpicum reſponſi
memorare poſſum, *etc. Add.* Idem de Diuinat. 2 c. 3. Vat
tionibus declarare Caeſ. B. G. 1 c. 50. Sortes quae vaticin
funduntur Cic. de Diuin. 2, 70. *Conf.* Sueton. Caeſ. c. 59.
Max. 1, 8, 10.

VATICINIVM, i. n. *Idem.* Plin. 7, 52 Plena eſt vita his
niis, ſed non conferenda, cum ſaepe falſa ſint. *Et* Solin. c. 2
dri mater, quae a vaticinio Carmentis dicta eſt. *Vid.* Borrich.
git. p. 260. Gell. 15, 18. *et* 18, 17. Lactant. 1, 4.

VATICINĀTOR, ōris. m. [χρησμῳδός] Ouid. ex Pont.
Vnde tamen viuat vaticinator habet. Inſpirante Deo quo
ctus vaticinator Prodidit Prudent. Hamart. v. 343. Vaticina
qui ſe Deo plenos adſimulant Iul. Paullus Rec. Sent. 5 t. 21 Sent. 1.
ibid. Sent. 3.

VATICĬNVS, *ſiue* VATICINIVS, a, um. Adi. [μαν
Quod ad vatem pertinet: Liu. 25, 1 M. Atilius praetor vrbis et i
cione Senatusconſultum recitauit, et edixit, vt quicunque libros
cinos, precationesue, aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet
libros omneis, literasque ad ſe ante Calend. Apriles deferret.
39, 16 Quoties hoc patrum maiorumque aetate negotium eſt mag
tibus datum, vt ſacra externa fieri vetarent? ——— vaticin
bros conquirerent, comburerentque? Furor vaticinus
Met. 2, 642.

VA ICA, ae. f. *Herba, al. ſtrychnus.* Apul. de Herb. c. 74.

VA ICĀNVS, i. m. [Οὐατικᾶνος] Collis in vrbe Roma, di- *inquit* Feſtus, quod eo potitus ſit Populus Romanus vatum re- expulſis Hetruſcis. *Is collis non longe eſt a theatro Pom-* et. Schol. *ad* Hor. Carm. 1, 20, 7

— Simul et iocoſa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.

Va ano agro, colle, et deo *ſic* Gellius 16, 17 Et agrum Vaticanum, m agri deum praeſidem appellatum acceperamus a vaticiniis, atque inſtinctu eius dei, in eo agro fieri ſolita eſſent. Sed nanc cauſam Marcus Varro in libris Rerum diuinarum, aliam it iſtius nominis rationem. Nam ſicut Aius, inquit, deus s, araque ei ſtatuta eſt, quae eſt infima noua via, quod eo in initus vox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus, penes ent vocis humanae initia: quoniam pueri ſimul atque parti n primam vocem edunt, quae prima in *Vaticano* ſyllaba eſt. ue *vagire* dicitur, exprimente verbo ſonum vocis recentis. Gellius. Auguſtinus *tamen* de C. D. 4, 8 Vagitanum *dixit* fantium vagitibus praeſidentem. *Sed Viues etiam hic* Vatica- *vult. Prima huius nominis ſemper producitur: ſecunda va-tertia ſemper eſt longa.* Iuuen. 6, 343 Et Vaticano fragiles e patellas. *In Sapphico* Horatii *paullo ante citato ſecunda corri-* Ager Vaticanus Cic. de Lege Agr. 2, 96 c. 35 Campus Va- Id. Att. 13, 33 Illum Vaticanum campum fieri quaſi Martium . Vallis Vaticana Tacit. Ann. 14, 14.

A ILLVM, i. n. *legit Salmaſius ad* Trebell. Claud. 14 p. 392 Batillum. *vbi vid.*

A INIVS, i. m. [Οὐατίνιος] Quum eſſet dignitati Ciceronis aduerſus, ita poſtea praeualuere amicitia, vt duobus iudiciis ab eo fuerit defenſus *Auctor* Valerius 4, 2. Seneca de . 17 Vatinius, aſſiduo conuicio depudere didicerat. *Ab hoc* atinianum *dictum eſt, de quo ſtatim.* ¶ 2 *Alius,* ac. An. 15, 34 *Nero* apud Beneuentum interim conſedit, vbi ium munus a Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter foe- us aulae oſtenta fuit, ſutrinae tabernae alumnus, corpore de- etiis ſcurrilibus, primo in contumelias aſſumtus, deinde opti- que criminatione eo valuit, vt gratia, pecunia, vi nocendi, et- s praemineret. Iuuenal. 5, 46 *in poculi vilis deſcriptione,*

Tu Beneuentani ſutoris nomen habentem
Siccabis calicem naſorum quatuor, ac iam
Quaſſatum, et rupto poſcentem ſulfura vitro.

furalis iam permutandum. Nempe ¶ 3 Vatinii r calices, *quales deſcripſit* Iuuenalis. *De his* Martial. 10, 3, Quae ſulfurato nolit emta ramento Vatiniorum proxeneta 1, *qui locus ſuperiorem Iuuenalis clara luce perfundit.* Mar- 6 Lemma, Calices Vatinii: Vilia ſutoris calicem monumenta cipe: ſed naſus longior ille fuit. *Ridet nempe Vatinium de- hoc ſimulacro ſuo.*

A INIĀNVS, a, um. Adi. [Οὐατινιανὸς] *Vt,* Carmina Va- Catull. 54, 2. Odium Vatinianum, *pro publico ac vehemen-* . *Specimen eius odii eſto* Macrob. Sat. 2, 6 Lapidatus a po- inius, cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat, vt aediles , *ne quis in harenam niſi pomum miſiſſe vellet.* Forte his die- ellius conſultus a quodam, an nux pinea pomum eſſet? reſpon- *Vatinium miſſurus es, pomum eſt. Exemplum formulae* Ca- aluum 14, 3

Ni te plus oculis meis amarem
Iucundiſſime Calue, munere iſto
Odiſſem te odio Vatiniano.

VA IVS *vel* VACIVS, i. m. *Qui pedes introrſus obtortos habet,* *t arbitror, qui* Valgus. *Auctoritates damus in* VA- am.

VA A *vel* VACIA, ae. f. *Idem.* Varro de L. L. 8, 5 p. 103, 11 *at, in ſermone conſuetudini vitioſae occurrendum, cum nondum corroboratae concedendum:* vt ſit ſimile cum id faciat, ac ſi orum per delicias pedes male ponere atque imitari vacias hos corrigi oportere, ſi concedant: contra ſi quis in con- ambulandi iam factus ſit vacia, aut compernis, ſi eum cor- concedant *etc.* Vacia, diuerſis plantis Iſid. Gloſſ. *Hinc omina Romana eſt. Vid. Harduin. ad illud* Plin. 11, 46 ſ. 105 et hinc cognomina inuenta ——— ſicut a cruribus Vari, atinii. MS. *Vatieni. Sed ipſum hoc vltimum videtur ſua- mius eſſe* Vatiae. *Conf.* VACERRA.

A RAX, ācis. *et* VATRICOSVS, a, um. Qui crura vitioſa et, *ſic* Nonio 1, 99. Lucil. 28 Vt ſi progeniem antiquam qua nus Quintus Vacax, qua vatricoſus vatrax. *Add. Voſſ. Etymol.*

V B E

B, *pro Obba, ap.* Non. 2, 597.

B, vberior, vberrimus. Adi. [πίος, εὔφορος] *Fertilis, pinguis,* *Quod ab animalium* vberibus, *vt ſtatim dicemus n. 2, trans- iſſime mox patuit, vt ex inductione Subſtantiuorum patebit, quae mentari ordine ponemus.* Actio vberior Vlp. l. 1 §. vlt. ff. verſo, *quae alias* pinguior, *qua facilius et plenius ius tuum* e. Ouid. Met. 15, 208 Neque enim robuſtior Aetas, Vl- berior, nec quae magis ardeat vlla eſt. *de iuuentute.* Agro o nihil poteſt eſſe vſu vberius Cic. de Sen. c. 16. Idem 1, 113 Nam et Animi, atque ingenii celeres quidam motus eſſe qui et ad excogitandum acuti, et ad explicandum, ornandum- vberes, *etc.* Vberrimus et quaeſtuoſiſſimus Annus Cic. . 14. Fructus vberrimi Idem de Nat. Deor. 2 c. 62. locis Aquam profluentem, et eam vberem vidi Cic. ad Qu. 1, 3. Aquis vberibus fecundus ſpecus Ouid. Met. 3, 31. berrimis ornatus vir Cic. Bruto 332. Arua vberrima rgon. 1, 511. Vber et fecundus Auctor Cic. in Orat. c. Cibaria vberiora facta ſunt caritate Cic. Verr. 3, 216. Copia quando vberior? Iuuen. 1, 87. *Add.* Cic. de Fin. 4, . opia exilis *et* vberrima *opponuntur.* Dona vberiora pro- uid. Epiſt. 17, 222. Edictum vberrimum et quaeſtuoſiſſi- ic. Verr. 3, 36. Eques vberrimus et habitiſſimus, *cuius* rigoſus et male habitus Maſſurius Sabinus *ap.* Gell. 4 *extr.* berrimus Cic. Tuſc. 2, 19. Fructus vberrimi laetiſſimi- n de Nat. Deor. 2, 156. Fruges vberes Hor. Carm. 4, 15, Iuges vberiores afferre ſolet ager, quum multos annos quieuit Cic. Brut. 121. Genis grauidis vberibusque effuſae lacrimae Ouid. ad Liuiam 16. Guttis vberibus flent omnia Lucret. 1, 350. Honor vberior Ouid. de Nuce 18. Imber grauis et vber Lucret. 6, 289. Ingenium vberius Ouid. Triſt. 2, 74. Literae vberiores Cic. Att. 13, . . . Nullus feracior in Philoſophia Locus eſt, nec vberior, quam de Officiis Cic. Off. 3 c. 2. Morus vberrima niueis pomis Ouid. Met. 4, 89. Motus celeres animi atque ingenii, ad excogitandum acuti, et ad explicandum ornandumque vberes *etc.* Cic. de Orat. 1, 113 c. 25. Oratorum ſua aetate vberrimus Tac. Ann. 3, 31, 5. *Sic* Acad. 4, 118 Democritus huic in hoc ſimilis, vberior in caeteris. *Et* Brut. 121 Nemo plenior et vberior ad dicendum fuit. Praemium vberius Vell. 2, 28, 3. Prouincia vberrima ſupplicationibus triumphisque Cic. in Piſon. 97 c. 40. Regna vberrima Virg. Aen. 3, 106. Res vber fuit, antequam vaſtaſſent legiones, Cato Originum ſecundo *apud* Priſcian. 5 p. 647, 18. Riui vberes lactis Hor. Carm. 2, 19, 10. Solum vber Tac. Hiſt. 5, 6, 2. Spe vberiore commoueri Cic. de Orat. 1, 13. Spicis vberibus et crebris Seges Idem de Fin. 5, 91. Terris vberibus fertilis Vmbria Propert. 1, 22, 10. ¶ 2 *Multi etiam boni libri cum adſpiratione ſcribunt* Huber *cum omnibus cognatis, quam orthographiam qui probant, ab* ὕω *vel* humeo *deriuant, vt nempe a* tumeo *fit* tuber, faber *a* facio, *et* creber *a* creſco. *Probabilior tamen altera ratio, qua ſine adſpiratione ſcribitur, et Voſſiana deriuatio ab* οὖθαρ mamma, *cuius* ϑ *Aeoles illi Italiae coloni in* b *mutarunt, vt ab* ἔρυθορ rubor *factus eſt, et* plebs *et* πληθὺς, *et ex* λίτρα libra. *Illud* vber, *qua mammam ſignificat, primo translatum ad pinguia loca agrorum, vt* οὖθαρ ἀρούρης *Homericum, et vt* Campos Roſeae, Italiae ſumen Varro *dixit: deinde paullatim etiam Adiectiue poni coepit etc.*

VBERIVS, vberrime. Adu. *Vt,* Vberius atque fuſius aliquid diſputare Cic. de Nat. Deor. 2, 20 c. 7. Explicata vberius Cic. Acad. 4, . . . Loqui vberius Idem Fam. 3, 11. Tractare vberrime Cic. de Diu. 2, 3 c. 1. *Vid.* Quinctil. 10, 3. *et* Tacit. Ann. 12, 60, 1.

VBER, eris. n. [οὖθαρ] *Mamma, vt modo vidimus.* Virg. Aen. 3, 642 Cauo Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes, atque vbera preſſat. Mammarum vbera lactantia in ſomnis quaerit *puer* Lucret. 5, 883. *i. papillas ipſas ſ. faſtigia mammarum. Diſertius* Gell. 12, 1 An tu putas, naturam feminis mammarum vbera, quaſi quosdam naeuulos venuſtiores non liberorum alendorum, ſed ornandi pectoris cauſa dediſſe? Vbi vber, ibi tuber Apul. Flor. 4 p. 359, 29. *Loquitur ibidem de* coniugatione quadam mellis et fellis. Diſtentum vber, *Lacte plenum ad diſtenſionem vsque* Ouid. Met. 13, 826. Diſtenta vbera lacte Virg. Ecl. 4, 22. *Vid. mox* Demittit vbera tellus. Equina vbera Hor. Epod. 8, 8. Grandius vber habet pecus vicinum Ouid. de Arte Am. 1, 350. Grauido ſuperant vix vbere limen Virg. Georg. 3, 317. *Sic* Cic. de Diuin. 1, 20 Martia (*lupa*) quae paruos Mauortis ſemine natos Vberibus grauidis vitali rore rigabat. Inania vbera Ouid. Met. 10, 391. Lactantia vbera Ouid. Met. 7, 321. Lactea vbera Virg. Georg. 2, 524. Profuſum vber, *Lacte manans* Sil. 4, 378. Virgata vbera ferae Caſpiae Sen. Herc. Oet. 2. Ablatus vberibus Plin. 8, 55. Admouere vbera alicui Virg. Aen. 4, 367. Alere foetus binos vbere Idem Ecl. 3, 30. Conſumunt vbera vaccae Virg. Georg. 3, 178. Demittunt vbera vaccae Idem ibid. 2, 524. *Hinc Metaph.* Colum. 3, 21, 3 Vbera muſto diſtenta mortalibus demittit tellus. Depulſus equus ab vbere matris Virg. Georg. 3, 187. Diſtentis vberibus manat humor lacteus Lucret. 1, 260. Diſtentant vbera vaccae, *Multum implent lacte* Virg. Ecl. 9, 31. Dare vbera alicui Ouid. Met. 4, 324. Ebibere vbera Idem ibid. 6, 342. Exhauſto vbere ſpumat mulctra Virg. Georg. 3, 306. Potanda vbera infantibus Iuuen. Sat. 6, 9. Praebere vbera Iuſtin. 1, 4, 10. Preſſare vbera palmis Virg. Ecl. 3, 99. Rapti ab vbere infantes Idem Aen. 6, 428. Raptus ab vbere vitulus Ouid. Faſt. 4, 459. Siccare diſtenta vbera Hor. Epod. 2, 46. Sugere vbera, *vid.* SVGO. Tendunt vbera caprae Virg. Georg. 3, 396. Tenta vbera, *Diſtenta, plena* Hor. Epod. 16, 50. Trahunt vbera infantes Lucan. 3, 352. *Metaph.* Colum. 3, 21, 3 *modo vidimus in* Demittit. *Sic* Virg. Aen. 3, 95

Quae vos a ſtirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem vos vbere laeto
Accipiet reduces.

Huc alludit Symmach. Ep. 1, 7 Nos extero ac pleno vbere Roma exceperat. ¶ 2 Vber, *pro Vbertate.* Pallad. 1, 33, 2 Pratis recentia ſtercora proficient ad vber herbarum. Vbere ſuo grauata vitis Col. 4, 27, 5. Virg. Aen. 1, 531 Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebae. *Add.* Idem ibid. 164. *et* Georg. 2, 234. Fertilis vbere campus Virg. Georg. 2, 185. Idem Aen. 7, 261 Non vobis Rege Latino Diuitis vber agri, *etc.* *Vbi* Seruius, Vber agri, vbertas. *Sic et* Tac. Hiſt. 3, 34, 2. *Sic* Vber ſoli feracis Pallad. 1, 7, 1. Vbera campi Col. 10, 90. Apum vber, *Globus noui examinis ex ramo pendens*, Palladius in Iunio 7, 6 Quum ſe agmina in ramo, aut loco quocunque ſuſpenderint: ſi vnius vberis eductione pendebunt, noris aut vnum regem eſſe vniuerſis, aut reconciliatis omnibus manere concordiam. Si vero duo, vel plura vbera ſuſpendens ſe populus imitatur: et diſcordes ſunt, et tot reges eſſe, quot velut vbera videris, confitentur. Vber *a figura hemiſphaerica etc.*

VBERTAS, ātis. f. [οὖθαρ, πιότης, εὐφορία] *Fertilitas, fecunditas.* Opum vbertas Sil. 15, 412. Facile eſt remedium vbertatis: ſterilia nullo labore vincuntur Quinctil. 2, 4. Agrorum vbertas Cic. pro Lege Manil. 44 c. 15. Vet. Poëta *ap.* Cic. Tuſc. 1, 69 c. 28 Rami bacarum vbertate incuruiſcere. Dicendi vbertas Cic. in Orat. 12 c. 3. In dicendo Id. de Orat. 1, 50. Frugum Cic. ad Quir. poſt Red. c. 8. Idem de Nat. Deor. 2, 28 c. 51 Nuper nati Mammas appetunt, earumque vbertate ſaturantur. Orationis Cic. Fin. 3 c. 5. *et* pro Corn. Balbo 3. Id. de Nat. Deor. 2, 258 Vbertas et varietas Pomorum. Soli Plin. 7, 2. Cic. de Nat. Deor. 2, 167 Siquidem ſatis a noſtris et a principe Philoſophiae Socrate, dictum de vbertatibus Virtutis et copiis.

VBERO, āre. [γονιμοποιῶ, πιαίνω] *Vberem et fecundum facere.* Steriles Arbores vberantur Pallad. Octob. t. 8. Aures meas affatus largior debuit vberare Symmach. Epiſt. 3, 1. Plin. in Paneg. 32, 2 Et caelo quidem nunquam benignitas tanta, vt ſimul terras vberet foveatque. *Malunt quidam* vbertet. *vid. Schwarz. ad h. l.* Vberare *fructus dicuntur, pro Vberes eſſe,* Columel. 5, 9 Neque olea continuo biennio vberat.

VBERATVS, a, um. Pallad. Feb. t. 17 Surculi, qui inſerendi ſunt, ſint nouelli, fertiles gemmis pluribus vberati.

VBERTO, āre. *Idem quod* Vbero, *vbi vid.* Eumenius pro Flauienſ. 9 Agros imber vbertat.

VBERTVS, a, um. Adi. *Abundans.* Gell. 3, 14 Sed ea ipſa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero ſunt tria in tribus: Magnificum in Vlyſſe, et vbertum, *etc. Alii legunt,* Vber eſt. Solum vbertum Solin. c. 34.

VBERTIM. Adu. [ἀφθόνως] *Abunde.* Catul. de Coma Berenicis ſ. 61 (66) 17. Claud. de Laudib. Serenae 214 Quis tibi tunc per membra tremor? quantaeque cadebant Vbertim lacrimae? Vbertim flere Apul. Met. 3 p. 129. *Conf.* Sen. Suaſ. 25. Suet. Tit. c. 10.

VBEROSVS, a, um. Vberoſum, γόνιμον Gloſſ. Vet.

V B I

VBI. Adu. loci. [ȣ̃, πȣ̃, ὅπȣ, ὅπη, ἔνθα] *ſignificat In quo loco, ſiue cum relatione, ſ. per interrogationem.* Plin. 12, 14 Alexandriae vbi tura interpolantur. Hor. Serm. 1, 4, 74 Non vbi vis coramue quibuslibet. *Interrogatiue.* Ter. Eun. 5, 9 (8) 20 Sed vbi eſt frater? C. praeſto adeſt. Heu! *aut* eu! vbi nunc eſt? *quum quis indignatur abeſſe, quem vehementer deſiderat: vid. Drakenborch. ad* Sil. 7, 106. Vbi ego audiuerim? Plaut. Amph. 2, 2, 116. *Relatiue.* Virg. Aen. 1, 103 Vbi Aeacide telo iacet Hector. *Vid.* Plaut. Truc. 1, 2, 38. Idem ibid. 3, 2, 30 In tabernam ducor diuerſoriam, Vbi male accipiar mea mihi pecunia. *Generatim relationem ſignificat non tantum ad locum, ſed ad rem.* Ter. Eun. 2, 3, 20 Fac ſis nunc promiſſa appareant, ſiue adeo digna res eſt, vbi tu neruos intendas tuos. Huiusmodi res ſemper comminiſcere, vbi me excarnifices Ter. Heaut. 4, 6, 9. Huiusmodi paucas Poëtae reperiunt comoedias, Vbi boni meliores fiant Plaut. Capt. *extr.* ¶ 2 *Etiam ad Tempus item ad conditionem refertur.* Laurus vbi bona ſigna dedit Tibull. 2, 5, 83. Virg. Aen. 2, 790 Haec vbi dicta dedit. *i. poſtquam.* Ter. Andr. 2, 2, 19 Vbi te non inuenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum. Animaduertebat, vbi id feciſſet, totum exercitum periturum, *i. ſi Sic* Nep. 15, 7, 4. Vbi ſemel quis peierauerit, ei credi poſtea, etiamſi per plures deos iuret, non oportet Cic. pro Rabir. Poſt. 36 c. 13. Ter. Eun. 4, 1, 14 Hoc eſt ſigni, vbi primum poterit, ſe illinc ſubducet ſcio. Idem ibid. 5, 6 (5) 3 Vbi ſatias coepit fieri, commuto locum. Ibid. 5, 9, 58 Vbi vis, accede. Eſt vbi id iſto modo valeat Cic. Tuſc. 5, 23. Plaut. Capt. 5, 2, 5 Propemodum vbi loci tuae fortunae ſint, facile intelligis. *i. qua conditione.* Idem Merc. 5, 4, 26. Plin. 7, 24 *ad finem,* Vt inanis mens quaerat vbi ſit loci. Cic. Att. 5, 10 Etſi mihi nihil erat propoſitum ad ſcribendum, quia quid ageres, vbi terrarum eſſes, ne ſuſpicabar quidem, *q. d. in quo loco terrarum. Conf.* Plaut. Amph. 1, 1, 180. Idem Merc. 2, 3, 97 Vbi nam eſt is homo gentium? *Vt* Vbi terrarum *conf.* Cic. pro Rabir. Poſt. c. 13. ¶ 3 Vbi enim, *more Graeco vſurpatur, vt* ὅπȣ γὰρ, *quod ſignificat Cum enim.* Lucret. 3, 165

Vbi enim propellere membra,
Corripere e ſomno corpus, mutareque vultum,
Atque hominem totum regere ac verſare videtur;
Quorum nil fieri ſine tactu poſſe videmus:
Nec tactum vero ſine corpore: nonne fatendum eſt
Corporea natura animum conſtare animamque? *i. Cum*

iſta facere videamus animum, nonne corporeus erit? Turneb.

VBICVNQVE. *i. In quocunque loco.* Cic. Att. 3, 25 Vt te ante Kalendas Ianuarias, vbicunque erimus, ſiſtas. Cic. Verr. 7, 172 Omnes hoc loco ciues Romani, et qui adſunt, et vbicunque ſunt, veſtram ſeueritatem deſiderant. Plin. 10, 4 Oua hic conſectatur aquilae auiditate malefica: at illa ob hoc rapit vbicunque viſum. Vbicunque opus ſit obſequi Ter. Heaut. 3, 3, 17. Vbicunque factum eſt, improbe factum eſt Cic. Verr. 3, 217 c. 93. Id. de Nat. D. 1, 123 Nihil eſt enim virtute amabilius: quam qui adeptus erit, vbicunque erit gentium, a nobis diligetur. Cic. Phil. 2, 113 Qui vbicunque terrarum ſunt, ibi eſt omne Reip. praeſidium. *Add.* Idem Verr. 5 c. 55. *Secunda anceps eſt.* Quoties ego, dixerit, vni Seruor, vbicunque eſt, vni mea gaudia ſeruo Ouid. Met. 7, 735. Hor. Epiſt. 1, 3, 34 Vbicunque locorum Viuitis. *Conf.* Idem Od. 3, 37, 13. Te, dea, munificam gentes vbicunque loquuntur Ouid. Amor. 3, 10, 5. *Add.* Catull. 40, 6.

VBILIBET. Adu. Cibus vbilibet non defuturus Sen. de Tranqu. An. c. 1. Licebat pedem ponere vbilibet Auguſtin. Conf. 3, 7.

VBINAM gentium. Cic. in Catil. 1, 9 c. 4 O dii immortales, vbinam gentium ſumus? Seruius *ad* Aen. 1 *de accentu huius dictionis, et aliis ſic dicit;* Pronunciationis cauſa contra vſum Latinum, ſyllabis vltimis, quibus particulae adiunguntur, accentus attribuitur: vt huiusce, vbinam.

VBIVIS. Cic. Att. 14, 22 Qui mihi videntur vbiuis tutius, quam in Senatu fore. Nemo eſt quin vbiuis, quam ibi vbi eſt, eſſe malit Cic. Fam. 6, 1. Vbiuis gentium Ter. Hec. 3, 1, 4. *Secunda communiter longa: ſed etiam breuis.* Non vbiuis coramue quibuslibet Hor. Sat. 1, 4, 74.

VBIQVE. *In omni loco. Vt,* Vbique terrarum, locorum, gentium Cic. Verr. 5 c. 55. Quisquis vbique habitat, nusquam habitat Martial. 7, 72. Nusquam eſt, qui vbique eſt Sen. Ep. 2. Itineris vbique Apul. Met. 1 *ad fin.* Virg. Aen. 1, 605

Grates perſoluere dignas
Non opis eſt noſtrae Dido, nec quidquid vbique eſt
Gentis Dardaniae.

¶ 2 Vbique, *i. et vbi:* Liu. 1, 6. ¶ 3 Vbique, *i. vbicunque.* In lege fundi vendundi in eo fundo vbique eſſent, exceptae fuerunt, l. 77 Dig. de contrah. emt. *Conf. Parei Lex. Crit. p. 1266. De Tertullianeo* Per vbique orbis, *vid.* PERVBIQVE.

VBIQVAQVE. Apul. de Mundo p. 69 Omnia vbiquaque gererentur, Otacuſtarum delatione diſcebat.

VBIVBI. *Compoſitum pro* Vbicunque. Cic. Tuſc. 1, 70 c. 29 Nunc vbiubi ſit animus, certe quidem in te eſt. Ter. Andr. 4, 2, 1 Iam vbiubi erit, inuentum tibi curabo. Sperantes, facile, vbiubi eſſent, ſe conuerſuros aciem Liu. 42, 57 *extr.* Vbiubi gentium Plaut. Aſin. 2, 2, 21. *Vt,* Idem Merc. 4, 5 ſuppoſ. 1, 24 Vbiubi erit inuenta, mater redimet.

VBII, orum. m. [Οὔβιοι] *Inter Galliae Belgicae populos*
num, Coloniae Agrippinenſi finitimi *ponuntur* Plin. 4, 17. *I*
Ann. 12, 27. *et* Hiſt. 4, 28.

V C A *et* V C I

VCALĔGON, ontis. m. [Οὐκαλέγων] *Nobilis Troianus*
pore Troiani belli ob ſenium abſtinebat armis, vt ſcribit Homeru.
Inde, *vt ſcribit* Seruius *ad* Virg. Aen. 2, 312 Rem domus ad
transtulit, dum ait, Iam proximus ardet Vcalegon: Sigaea
lata relucent. *i. domus illius.*

VCIA, ae. f. [Οὐκία] *Ptolemaeo 2, 4.* Plin. 3,
Hiſpaniae ciuitas.

V D

VDL. Videlicet.

VDO, ōnis. m. Vdones, *de quibus* Vlpianus l. 25 §. 17
arg. leg. *his verbis,* Alia cauſa eſt vdonum, quia vſum calceam
praeſtant: calceamenta ſunt ex hircinis pilis contexta. *Pro*
alii Vndonum, *alii* Odonum, *alii* Oedorum *legunt, perperam*
Turnebo Aduerſ. 1, 13 videtur. Martial. 14, 140 *lemma eſt,*
Cilicii, Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti:
poterit planta latere ſinu. *Vid.* Cuiac. Obſeru. 10, 40.
ad Lamprid. c. 4. Scalig. ad Heſiod. Ἐργ. v. 542. *Iſ. V*
ad Graeu. in Add. ad Heſiod. p. 69 v. 17. Bynckerſh. Obſ. 3,

VDVS, a, um. Adi. [ὑγρὸς, ὑδρηλὸς] *Quaſi Sudum, a ſud*
citur Humidum. Virg. Georg. 3, 388 Nigra ſubeſt vdo tantum
gua palato. Plin. 24, 15 Folia epiphoris imponuntur cum
ſuppoſito vdo linteolo. Vdus oſculis Mart. 8, 44. Aqua vdus
Aleator vdus, *Vino ingurgitatus, Bene potus* Mart. 5 *vlt.* Campi
509. Gaudium vdum, *quod lacrimas exprimit* Martial. 10, 78.
vdi Ouid. Met. 5, 513. *al.* Paſſi. Genae vdae Idem Faſt. 2, 40
mus vda Hor. Carm. 3, 2, 23. Luminibus vdis reſpiciens
2, 7, 10. *Conf.* Stat. Silu. 5, 2, 4. Pomaria vda mobili
Hor. Carm. 1, 7, 13. Martial. 11, 17 Tu quoque nequiti
uſusque libelli, Vda puella leges, ſis Patauina licet. *Nequam*
quo indicat pruritum, et imaginem efficacem Veneris. Contrari
Terra vda viret gramine Ouid. Amor. 2, 6, 50. Ver vd
Georg. 3, 429. Via vda Lucan. 3, 85.

VDO, āre. *Vdum ſeu humidum facere.* Macrob. Saturn. 7,
vdanda ſunt corporis, vino fouentur: quae ſiccanda ſu
deterguntur.

VDOR, ōris. m. Varro de L. L. 4, 5 Vdor aquae vis
Alii legunt aliter. Vid. Not. Gothofredi p. 1580. *Nempe*
aliis. Vdor, Sudor, ὕδωρ *prima origine eſſe rem eande*
probabile eſt.

V E *et* V E C

VĒ, *Particula conſiderari generatim meretur, quam vim habe*
poſitis Vecors, Vedius, Vegrandis, Veiouis, Vemens *ſ.* Vehem
pallidus, Veſanus, Veſcus, Veſtibulum, Vetus. *Vulgo G*
vtramque illi vim aſſignant, tum augendi tum minuendi. Vid.
et 16, 5 *vbi* Ve particula, *inquit,* tum intentionem ſignificat, t
tionem. *Repetit, vt ſolet, totidem verbis* Macrob. Sat. 6, 8.
nuendi vi dubitare nos exempla non ſinunt, quae damus in Veg
Veſcus: *nec notiſſima ſignificatio verborum* Vecors, Veſanus.
tentione autem inane putamus poſt Bentleium ad Hor. Sat. 1, 2, 1
in VEPALLIDA. *Laudat quidem* Non. 2, 884 Vegrande vald
ex Lucilio, Non idcirco extollitur, nec vitae vegrandi datur
nec ſemel alucinatur Nonius, nec iudicare ex ſolo hoc verſiculo de
Lucilii licet. De Vafer *q. d.* Veafer *aliquantum Afer ſ. l.*
plane nugari videtur Gellius, cum ex Ve *et* aetas *arceſſit. Qui*
poſſet, vt duae Syllabae longae coaleſcant in vnam breuem? M
go Ve *particula ſemper minui ſignificationem vocis, cui adiicitu*
vitium *ſignificari: quod planius cognoſcet, qui nomina ſupra*
quirere ſuis locis volet.

VĔ. [ἢ, ἤτοι] *Diſiunctiua Coniunctio eſt, id ſignificans*
Cic. Att. 6, 1 Appius enim ad me ex itinere, bis, terue, literas
Quum eam tempeſtas vetuſtasue conſumſerit Idem de L
Suaues grauesue ſententiae Cic. in Orat. 150 c. 44. Om
fiunt futuraue ſunt Idem de Diuin. 2, 19. Ne quid plus
dicat Cic. pro Flacc. 12 c. 5. Ne quid plus minusue fa
eum poſt pigeat Ter. Phorm. 3, 3, 21. Geminata
poſtponitur negatiuae. Cic. Fam. 1, 9 Peto a te, vt id
neue in hoc reo, neue in aliis requiras. Idem de Orat. 3,
ponere et ſtruere verba ſic, vt neue aſper eorum concurſus, ne
cus ſit, ſed quodammodo coagmentatus et laeuis. Vel, vel:
Met. 15, 215 Nec quod fuimusue, ſumusue Cras erimus.
Faſt. 5, 110.

VECORS, ordis. Adi. [ἄνȣς Gloſſ. Lat. Gr. ἀνόητος, ἀφοήμο
φρόνιμος] Quaſi Sine corde; Qui, *vt ait* Feſtus, eſt mali, tu
cordis. Macrob. Saturn. 6, 8 Vecors, et Veſanus, priuation
ficant ſanitatis et cordis. Vecors repente ſine ſuo vultu, ſi
ſine colore conſtitit Cic. de Aruſp. Reſp. c. 1. *Add.* Hor.
74. Cic. Tuſc. 1, 18 Aliis cor ipſum animus videtur, ex qu
des, vecordes, concordesque dicuntur. Liu. 4, 49 Audita
in concione ſtolida et prope vecors. O vecors et amens
Piſon. 21. Vecors Animi Apul. Met. 2 p. 117. *et* 3 p. 137.
cors, *i.* ἀναίσθητος· vterque Victor in Claudio. Audacia vec
28, 22. Furor vecors Catull. ad Aurel. 16, 14. Iuu
cordes Sen. Theb. 1. Libelli vecordes Tacit. Ann. 2, 30.
bido vecors Sen. Troad. 4. Mens vecors agitatur furiis
Ibin 345. Rixam vecordem excitare Catul. ad Rauidum 38,
cors, *pro Doloſa et aſtuta dictum volunt* Cic. in Tuſc. 2, 20
Oenei partu edita, *hoc eſt Deianira Oenei filia, doloſa et aſtuta.*
enim δολῶπις *a Sophocle vocatur, a quo hunc verſum conuertit*
Sed cum Deianira in fraudem ipſa inducta fuerit a Neſſo, et bon
venenatam veſtem Herculi miſerit, poteſt vecors *conſuetam et pr*
ſignificationem obtinere, et animo corrigendi Sophoclem a Cicerone
hibitum. Compar. Aurel. Vict. de Caeſ. 40, 17 Agreſtibu
tibus vecordior. *Superl.* Cic. pro Domo ſua 141 c. 55 Itaq
vecordiſſimi mentem cura metuque terrebant. Vecordiſſi
Apul. Apol. p. 274.

VECORDITER. Adu. Plauto *tribuitur.*

VECORDIA, ae. f. [παραφροσύνη] Ter. Andr. 4, 1, 2 Tanta ve- ... nnata cuiquam vt ſiet, vt malis gaudeat alienis, atque, *etc.* ... Igitur color exſanguis, foedi oculi, citus modo, modo ... nceſſus, prorſus in facie vultuque vecordia. In facie vultu- ... vordia inerat Sall. Catil. c. 15 *extr.* *Add.* Idem Iug. c. 72 *extr.* ... e vecordia Ouid. Met. 12, 228. *Vid. Caſaub. ad Theophr.* ...

... ETIARIVS, VECTICVLARIVS, *vid.* VECTIS.

... TIBILIS, *vid.* VEHO.

... TĪGAL, ālis. n. [τέλος, φόρος, δασμὸς] *Quod ex vectura* ... *proprie : nam a* vehendo *dicitur, quum ex fundis fruges in vr-* ... *ntur. Deinde vero reditus omnis, qua publicos qua priuatos, ſigni-* ... *lecta ratione etymologica. Quid differant* vectigal *et* tribu- ... *cent Sam. Petit. Var. Lect.* 2, 1. *Lipſ. de Magn. Rom* 2, 2. ... *valet vtrumque ap.* Suet. Calig. c. 40. *De* Vectigalibus Pop. ... *libellus elegans Pet. Burmanni. Vectigal duplex eſt, publicum* ... *um ; Vectigal publicum, Ex quibus vectigal accipit. Vid.* Cic. ... e Manil 17 c. 6. Magna vectigalia Hor. Serm. 2, 2, 100. ... mperii pleraque vectigalia, inſtitui, vt pro vtilitate communi, ... lorum iniuriis coëgerunt Plin. Paneg. c. 37 *pr.* Abrum- ... tigalia, *vid.* ABRVMPO. Augere vectigalia, *vid.* AVGEO. ... vectigal, *vid.* CAPIO. Cic. pro Lege Manil. 15 c. 6 Itaque ... ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcriptura vectigal conſer- ... eſt. Conſtituere vectigal, *vid.* CONSTITVO. Egeo equi- ... n iam vectigalibus, et paruo contentus eſſe poſſum Cic. Att. 12, ... Idem pro Lege Manil. 4 c. 2 Quorum magnae res aguntur, ... s vectigalibus Exercendis occupatae, Exigere vectigalia Cic. ... Fr. 1, 1, 26 (11) Idem pro Font. 10 Vectigal enim eſſe ... in fructibus noſtris dicitur, et pecuniam permagnam ratione ... potuiſſe conſiteor et inuidiam. *Conf.* Plin. Ep. 7, 18. Cic. ... Orat. 136 c. 36 Totius agrum publicum vitioſa et inutili lege ... i Leuauit Claud. in Conſ. Stilich. 2, 98. Obſoleſcere et ... cuntur vectigalia, *vid.* OBSOLEO. Cic. pro Lege Manil. ... Quo tandem animo eſſe exiſtimatis aut eos, qui vectigalia vo- ... tant, aut eos, qui exercent atque exigunt. Id. Qu. Fratr. ... per ſe pendere vectigal non potuerunt. Porrigere parua ... a Hor. Carm. 3, 16, 40. Cic. in Parad. 6 Ex meo tenui ... detractis ſumtibus cupiditatis. Paullus Iuriſc. Caeſae arun- ... pali compendium, ſi in eodem fundo vectigal eſſe conſueuit, ... tarium pertinet. Cic. in Parad. 6, c. 3 Non intelligunt homi- ... n magnum vectigal ſit parſimonia. Cic. Off. 2, 88 c. 25 Vt ... etudo voluptati anteponatur, vires celeritati : externorum au- ... gloria diuitiis, vectigalia vrbana ruſticis. *i. Prouentus, redi-* ... Cic. Att. 12, 19 *et* 25 *pr.* Aerarium militare cum ve- ... s nouis Inſtituit Suet. Aug. c. 49. Inſtituere vectigal Co- ... 2. Colonias vectigalibus publicis plurifariam Inſtruxit ... g. c. 46. Vectigalia, *pro Terris vectigalibus* Salluſt. Hiſt. ... 8. Orat. Philippi, Mithridates in latere vectigalium no- ... quibus adhuc ſuſtentantur, diem bello circumſpicit. *Vid.* ... in Verr. c. 3. *Metaphor.* Macrob. Somn. Scip. 1, 6 p. ... m nulla vi ſeminis occupatum natura conſtituit, velut decreto ... dae mulieris vectigali, menſe redeunte purgari. Vecti- ... , *pro* Vectigalium, *Genitiuus Pluralis.* Suet. in Auguſto c. vlt. ... a pecuniae in aerario et fiſcis, et vectigaliorum reſiduis.

... IGALIS, e. Adi. [ὑποτελής, τελεσφόρος] *Quod vectigal ſ.* ... *p...it.* Cic. Off. 2, 87 Quas ciuitates L. Sulla pecunia acce- ... ſenatusconſulto liberauiſſet, vt eae rurſus vectigales eſſent. Ve- ... Immunis, *contraria, vid.* IMMVNIS. Liu. 21, 41 Vtrum ... hic ſit aemulus itinerum Herculis, vt ipſe fert, an vectigalis ... riusque et ſeruus Populi Romani a patre relictus. Libe- ... vectigales et ſtipendiarios Cic. de Prouinc. Conſ. 10. Agri ve- ... Cic. in Piſon. 87 c. 36. *add.* Idem Verr. 3 c. 43 *extr.* Ci- ... vectigalis Cic. Verr. 1, 79 c. 34. Idem Philipp. 2, 62 c. 25 Tum ... uit ſe ſuo iure, cum Hippia viuere, et equos vectigales Sergio ... adere. Columel. 1 praefat. 12 Ex mercenariis aliquem ... ſantem quotidianum illud tributum, qui vectigalis eſſe non ... gnarum rei cui praefuturus eſt, magiſtrum fieri iubet. *Verba* ... *ntur gloſſa antiqua eſſe eorum, quae proxime praecedunt.* Pe- ... ctigalis, *Quae ex vectigalium reditibus prouenit.* Cic. Verr. 1, ... Decem enim naues iuſſu L. Murenae, populus Mileſius ex pe- ... ectigali Pop. Rom. fecerat. *add.* Tac. Ann. 4, 6, 5. Pro- ... cia vectigalis Cic. in Piſon. 87 c. 36. Socii vectigales Idem Off. ... Caeſ. Bell. Gall. 4, 3 Hos quum Sueui multis ſaepe bellis ... er propter amplitudinem grauitatemque ciuitatis, finibus expelle- ... potuiſſent, tamen vectigales ſibi fecerunt, ac multo humiliores, ... oresque redegerunt.

... TIGALIARIVS, i. m. *Qui vectigal exercet.* Firmic. 3, ... Sunt enim aut publicani, aut vectigaliarii; id eſt, qui vectiga- ... exigant.

... TIS, is. m. [μοχλὸς, ἐπιβλής] *Palus e ferro ſiue ligno gran-* ... *ruſticis, et fabris caementariis ad molienda ſaxa et maiores moles* ... *lis.* Procede huc cum vecte Donax Ter. Eun. 4, 7, 4. ... Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 11 Saxa quam maxime poſſunt, vectibus promouent, ... ecitataque muro in muſculum deuoluunt. Cic. de Nat. Deor. 1, ... Quae molitio, quae ferramenta, qui vectes, quae machinae, qui mi- ... tri ... nti muneris fuerunt ? Hor. Carm. 3, 26, 7 Vectes foribus ... nac, *quibus effringi fores poſſunt.* Ferreus vectis cum eſt admo- ... admus Vitr. 10, 8. *add.* Idem 6, 9. *Baldi Lex. Vitr. p.* 141. ... mori ſignum, ac vectibus labefactare conantur Cic. Verr. 4, 94 ... 43. Vectes, *(inquit Bud.) Baculi ſunt validi, per mediam machi-* ... *n traiecti, quibus manu ductis machina dum verſatur, funem ductua-* ... *m voluit. Ab his vectibus* Vectiarii *dicti ſunt homines, qui vectes* ... *erſant ſucula manu ducunt, vid.* SVCVLA. Vectes, *etiam ſunt* ... *ex ligno vel ferro, quibus oſtia clauſa muniebant.* Virg. Aen. 7, ... 609 Centum aerei claudunt vectes, aeternaque ferri Robora. *Vid.* ... Prude. Cathem. 9, 72. *it.* 8, 72. *c. not. Spiegel.*

... CTIARIVS, i. m. *Qui torcularia premit vectibus.* Vitruu. ... 8 (...) Ipſum autem torcular, ſi non cochleis torquetur, ſed vectibus ... prelo premitur, ne minus longum pedes quadraginta conſtituatur. ... a erit vectiario ſpatium expeditum.

VECTICVLARIVS, a, um. Adi. [τοιχωρύχος] *vnde,* Vecticu- ... ria ... ta dicitur eorum, qui vectibus parietes perfodiunt alienos, fu- ... ndi ... catia. Cato, Vecticulariam vitam viuere, eſt Repente largi- ... r ... here, repente nihil. Feſtus.

VECTO, āre. VECTVRA, *vid.* VEHO.

VECTŌNES *ſ.* VETTONES, um. m. Pl. [Οὐέττωνες] Hiſpaniae populi, Vacceis et Celtiberis proximi, *vt ſcribit* Plin. 3, 3. Lucan. 4, 9 Vectoneſque leues, profugique a gente vetuſta *etc.* *Alii* Vettones. *Vid. Boſ. ad* C. Nep. 22, 4, 1.

V E D *et* V E F

VEDIVS, i. m. *quaſi* Malus dius. Vedius, id eſt, Pluton, quem etiam Ditem Veiouemque dixere Mart. Capella 2 p. 40 *extr.* *Potuerunt etiam ad* Diei *et lucis priuationem hac appellatione reſpexiſſe.*

VEFLAMEN, ĭnis. m. *interpretantur* Flaminalis, *qui iunctus eſt Flaminio, ad differentiam eius, qui dicitur Flamen perpetuus. Grut. Inſcript.* p. 374 n. 1 C. MVTIVS. BRVTIANVS. FAVSTINVS. ANTONIANVS. VEFLAM. AVG. *etc.* *Neapolis ad* Ouid. Faſt. 3, 445 inſcriptionem *laudat* P. IVLIVS HONORATIANVS VEFLAMEN AVGVSTI.

V E G

VEGEO, ui, ēre. [ζωοποιέω] Nonius 2, 876 Veget pro vegetat, vel erigit, vel vegetum eſt. Pomponius, Animos Venus veget voluptatibus. Aequora ſalſa veges ingentibu' ventis Enn. *Et* Varro, Quam mobilem diuum lyram ſol harmoge Quadam gubernans motibus diis veget. *Tranſitiue. Sic et* Feſtus in Metonymia *laudat* Ennii *verſum, ita emendatum a Scaligero,* Cum magno ſtrepitu Volcanum ventu' vegebat. *Sic* Lucret. 5, 533 E quibus vna tamen ſit et haec quoque cauſa neceſſe eſt, Quae vegeat motum ſignis, *i. incitet, vegetum reddat.* *Et* 1297 Et prius eſt armatum in equi conſcendere coſtas, Et moderarier hunc frenis, dextraque vigere. ¶ 2 *Etiam intranſitiue ponitur, pro vſitatiori* Vigere, *de quo ſ. l.* Nec natus eſt, nec morietur : viget, veget, vtpote plurimum Varro *ap.* Non. c. l. Audacia, largitio, auaritia vegebant Salluſt. Cat. c. 3. *al.* vigebant.

VEGĔTVS, a, um. [ἀκμάζων] *Quod viuendo mouet et mouetur, ſanum et ob id ipſum agile, alacre etc.* Gell. 3, 1 Quid igitur, *inquit,* dicimus, quod multos videmus eſſe pecuniae cupidos, et eoſdem cum corpore eſſe vegeto ac valenti ? Sueton. de Caeſ. c. 45 Nigris, vegetiſque oculis, valetudine proſpera. Cic. Att. 10, 18 Tu quoniam quartana cares, et nouum morbum remouiſti, ſed etiam grauedinem, te vegetum nobis in Graecia ſiſte, et literarum aliquid interea. Non. 5, 44 Inter Vegetum et Vigens hoc intereſt : quod Vegetum ſit incolume ; Vigens forte. Nam vegetum corporis : vigens etiam animi poſſumus dicere. *Non perpetuam eſſe Grammatici obſeruationem, exempla oſtendunt.* Ingenium vegetum in viuido pectore vigebat Liu. 6, 22. Cic. Tuſc. 1, 41 c. 18 Horum igitur aliquid animus eſt, nec tam vegeta Mens, aut in corde, cerebroue, aut in Empedocleo ſanguine demerſa iaceat. Oculi vegeti Suet. Caeſ. c. 45. Pulſus vegetus venarum, *pro Vehementi, opponitur Languido* Valer. 5. Cic. de Diuin. 1, 61 c. 29 Vt illa tertia pars Rationis et Mentis eluceat, et ſe vegetam ad ſomniandum acremque praebeat : tum ei viſa quietis occurrent tranquilla atque veracia. *Compar.* Columel. 6, 20 Neque enim alio diſtat bonus taurus a caſtrato, niſi quod huic torua facies eſt, vegetior adſpectus, breuiora cornua. Ingenia hominum vegetiora Gell. praef. *Superl.* Plin. 18, 26 Hoc interuallum temporis vegetiſſimum agricolis, maximeque operoſum eſt.

VEGES, ĕtis. *Idem quod Vegetus. Laudatur* Liu. 21, 43 A tergo Alpes vrgent, vix integris vobis ac vegetibus tranſitae. *Sed editur etiam a Drakenb.* Vigentibus, *alterius lectionis* vegetibus *ne mentione quidem facta.*

VEGĔTO, āre. *Recreare, vegetum facere.* Gellius 17, 2 Memoriae vegetandae gratia. Maturo cupiens, me vegetare die Auſon. Eidyll. 14, 6. Animo ſtructum vegetauerat Adam Prudent. Hamart. v. 846. *Adde* Mart. Capell. 6 p. 223.

VEGETATVS, a, um. Prudent. Cathem. 10, 7 Elementa Tibi dum vegetata cohaerent.

VEGETATIO, ōnis. f. Apul. Met. 1 *pr.* Vt etiam fatigationem ſedentariam inceſſus vegetatione diſcuterem.

VEGETĀTOR, ōris. m. Ephemer. Auſon. v. 16 Irrequies, cuncta ipſe mouens, vegetator inertum.

VEGETAMEN, ĭnis. n. Prudent. Hamartig. v. 75 Sunt tria nempe ſimul, lux, et calor, et vegetamen. *Spiritus vitalis.* Noſtrae vegetamina vitae Id. ibid. 298.

VEGETABĬLIS, e. Adi. *Quod vegetari poteſt. Vt,* Planta, radix vegetabilis Ammian. 22, 8. Flagra vegetabilia Mart. Capell. 6 p. 223.

VEGETIVS, i. m. *Familiae Romanae nomen. V. g.* Flauius Renatus, *comes Conſtantinopolitanus, qui ſcripſit* ad Valentinianum principem libros quinque de re militari. *Exſtant etiam ſub eodem nomine* artis veterinariae ſ. Mulomedicinae quatuor libri.

VEGRANDIS, e. Adi. [ἀναύξητος] Feſtus, Vegrande ſignificari alii aiunt male grande, vt vecors, veſanus, mali cordis, maleque ſanus. Alii paruum ſiue minutum : vt quum dicimus vegrande frumentum. *Et* Plaut. in Clitell. v. 14 Qui niſi ſic biteris, nimium is vegrandi gradu. *Hactenus* Feſtus. Varro R. R. 2, 2 Quod quae poſtea concipiunt, vegrandes fiunt atque imbecillae. Ouid. Faſt. 3, 445 Vegrandia farra colonae, Quae male creuerunt, veſcaque parua vocant. Auſon. Epiſt. 22, 13 Hic ſaepe falſus meſſibus vegrandibus. Feſtus in Veſculi, Vegrandem fabam minutam dicebant. ¶ 2 Vegrande, *Valde grande.* Lucil. 26 Non idcirco extollitur, nec vitae vegrandi datur. *Haec* Nonius 2, 884. *Sed nimis hoc improbabile eſt. Vid. quae diximus in* VE. *Laudant etiam* Perſ. 1, 97. *Sed recte Caſaub.* Vt ramale vetus praegrandi ſubere coctum.

V E H

VEHA, ae. f. [ὁδὸς] *Via veteribus dicebatur.* Varro de R. R. 1, 2, 14 A quo ruſtici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas. *Sic ante Victorium : niſi quod Bon.* 1504 veheam. *A Victorio eſt* veam. Veha breuis etiam vehiculum dictum eſt Varr. L. L. 4, 31 p. 34, 18.

VEHĔMENS, entis. Adi. [σφοδρὸς, βίαιος, δεινὸς, λάβρος] *Graue, magnum, vrgens. Primum notaſſe idem fere videtur, quod* vecors, veſanus, *et vitium* mentis *indicaſſe. Vid. ſupra* VE. *Deinde, cum impetus multo maiores habeant inſani, paullatim omiſſa illa originis notatione, ad* impetum *et* vim *ſimpliciter deſignandam deflexum eſſe. Certe a* ve *et* mente *deriuat tribus locis* Gellius. *Primo* 2, 3 Vehemens *inter ea ponit, in quibus* literae (H) ſeu Spiritus iſtius nulla ratio viſa eſt, niſi

vt firmitas et vigor vocis, quaſi quibusdam neruis additis, intenderetur. *Deinde* 5, 12 Veſcum, vehemens, vegrande, veſanos, vecordes, et Veiouem *ex* Ve *illo compoſita ait omnia* : *ac* 16, 5 Vehemens a mentis vi atque impetu *dici affirmat.* Macrobius *etiam* 6, 8 a nimio impetu et vi mentis inſtructum *eſſe ait nomen* vehemens. *Itaque legendum videtur* Hor. Epiſt. 2, 2, 120 Vemens et liquidus, puroque ſimillimus amni : *certe ita pronunciatione contrahendum eſt nomen, niſi volumus Anapaeſto vſum pro Spondeo vatem legis metricae obſeruantiſſimum. Sic* Catull. 50 *extr.* Ne poenas Nemeſis reponat. Ate Eſt vehemens Dea ; laedere hanc caueto. *Prima Phaleuci regio non admittit, puto, Dactylum. Eſt ergo Spondeus, et forte ſcribendum etiam* vemens. *Sic* Lucret. 3, 153. Ter. Andr. 1, 1, 123 Ne haec quidem ſatis vehemens cauſa ad obiurgandum. Idem Heaut. 3, 1, 31 Vehemens in vtramque partem Menedeme es nimis. Non in plebe coërcenda, quam ſenatu caſtigando vehementior fuit Liu. 3, 19. Braſſica tenui ſucco vehementiſſima Cato R. R. c. 157. Vehementiſſimo Curſu fugerunt Caeſ. B. G. 8, 15. Hoc genus et acrimoniam habet in ſe, et vehementiſſimum eſt Auctor ad Herenn. 4, 41. Exordium dicendi vehemens et pugnax Cic. de Orat. 2, 317 c. 78. Incitatione quadam acri et vehementi inflammari Cic. de Orat. 2, 183. Idem Verr. 4, 41 Literae mittuntur iſti a patre vehementes, ab amicis item, videret quid ageret, de Diodoro quo progrederetur. Lupus vehemens Hor. Epiſt. 2, 2, 28. Si vehementius Malum eſt Celſ. 6, 7. Materia Col. 4, 22, 4. *i. palmes in vite celeris et magni incrementi. Sic* 3, 10, 2 Materiae vehementiſſimae reperiuntur aut in capite vitis, aut in crure vicino radicibus. *vid. loc.* Medicamentum vehementius et efficacius Scribon. 70. Lucret. 3, 153 Verum vbi vehementi magis eſt commota metu Mens. *Leg.* Vementi, *vt modo dictum.* Natura nimium et vehemens feroxque Cic. in Vatin. 4 c. 2. Opera vehemente miniſter Hor. Epiſt. 1, 13, 5. Oratio vehemens et atrox, cui Oratio lenitatis et manſuetudinis opponitur Cic. de Orat. 2, 200 c. 49. Palus vehemens Columel. 4, 12, 1. Statumina vehementiora Idem 4, 16, 2. *i. validiora.* Vehementius ictu miſſuque Telum Liu. 9, 19. Violentia vehemens Lucret. 3, 481. Vitis vehemens Columel. 3, 1, 5. *i. valida.*

VEHEMENTIA, ae. f. [δεινότης] Plin. 13, 8 Flore candido cum vehementia odoris.

VEHEMENTER. Adu. [σφοδρῶς, δεινῶς, βιαίως] *Acriter, valde admodum.* Cic. Philipp. 8, 16 c. 5 Vehementer me agere fateor ; iracunde, nego. Lucret. 4, 821 Vehementer vitare vitium praemeditator. Quae vehementer, acriter, animoſe fiunt Cic. Tuſc. 4, 50 c. 23. Quintum puerum accepi vehementer Idem Att. 10, 5. *i. Seuere.* Admirari vehementer Cic. Acad. 4, 63. Aduerſari vehementer Idem Verr. 7, 81. Agi autem de ſumma prorſus vehementer et ſeuere volo Cic. Att. 16, 14. *i. Summam mihi debitam volo acerrime exigi, etiam ſponſoribus appellatis.* Pugnum arcte vehementerque Comprimere Cic. Acad. 4 c. 47. Diſplicet vehementiſſime Idem Acad. 4, 133. Dolet vehementer Ter. Adelph. 4, 5, 48. Cic. Verr. 1, 103 Me vehementer excuſatum volo, non negligentia mea fore, *etc.* Exercere ſe vehementer in aliqua re Cic. de Orat. 1, 152 c. 33. Exſpectare vehementer literas alicuius Cic. Fam. 11, 15. Exterreri vehementius Caeſ. B. C. 2, 4. Cic. Fam. 12, 15 Quae res nos vehementer fefellit. Inſanire vehementer Plaut. Merc. 4, 6, 19. Cic. Verr. 6, 8 Sed quid ego tam vehementer Inuehor ? Iraſci vehementius Curt. 6, 9, 2. Vehementiſſime ex concurſu Laborare Caeſ. B. C. 2 c. 6. *de nauibus colliſis.* Cic. Verr. 6, 149 Niſi reſtituiſſent ſtatuas, vehementer iis Minatur. Pertinet vehementer ad rem aliquam Varro de R. R. 1 c. 55. Prodeſt vehementiſſime Scribon. 70. Repugnare vehementer Cic. Acad. 4, 41. Idem de Finib. 5, 77 Nam illud vehementer Repugnat, eundem eſſe beatum, et multis malis oppreſſum. Sum. Erat mihi vehementiſſime gratum Cic. Fam. 13, 32. Idem Verr. 5, 132 Fateor non modo in ſocios, ſed etiam in ciues militesque noſtros perſaepe eſſe ſeuere ac vehementer Vindicatum. Velim vehementer Ter. Eun. 5, 9, 39.

VEHEMENTESCO, ĕre. Cael. Aurel. Tard. 4, 6 Cum viderint fluorem vehementeſcere. Idem ibid. 1, 2 Paſſio vehementeſcit. *Add.* Ibid. 2, 6.

VEHES *vel* VEHIS, *vid.* VEHO, is.

VEHIA, ae. f. Oſcorum lingua Plauſtrum dicitur, Feſtus. *Placet Scaligeri ſententia,* Velam *legendum, vt ſit quaſi* vehela, *vt* querela *et ſimilia. Vid.* VELLA *et* VELLATVRA.

VERBVM, i. n. [ἔπος, μῦθος, λόγος, ῥῆμα] *a* Verberatu, quod ... lingua intra palatum aëre, omnis oratio promatur. Var... itate deducit, quod verum nos loqui oporteat. Verba ...ia, declinata Varro L. L. 5, 5. Ter. Andr. 5, 2, 19 Ver... addideris. Idem Hecyr. 3, 1, 33 Fortaſſe vnum aliquod ...nter eas iram hanc conciuerit. Cic. de Orat. 2, 130 Ne... quoties verbum aliquod eſt ſcribendum nobis, toties eius ...rae ſunt cogitatione conquirendae. Idem in Topicis 35 ...a ſunt rerum notae. Ex omnibus Latinis verbis huius ...*quitur de nomine* ineptus) vim vel maximam putaui Cic. de ... 17 c. 4. Verbum voluptatis, non habet dignitatem Cic. ... 75. Verbum *et* res *ſibi interdum opponuntur.* Quum hoc ... ſimulatione Apronio, reuera tibi obiectum eſſet Cic. Verr. 3 ... Cauſam apud Philippum regem verbo, re ipſa quidem apud ... hontem dicere iuſſus eſt Nep. 19, 3, 3. Moriens *Brutus* ... tutem non in re, ſed in verbo tantum eſſe Flor. 4, 5, 11. ...it. Amph. 1, 1, 25. *Sic*, Verbotenus Liu. 34, 5. Ter. ... 2, 32 Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, condu... D. verba iſtaec ſunt. *Add.* Id. Eun. 1, 1, 22. Cic. ... 65 c. 27 Exiſtimatio, dedecus, infamia, turpitudo, verba ſunt ...otiae. Verba ſine penu et pecunia Plaut. Capt. 3, 1, 12. ...cta in verborum vſu faciles eſſe debemus Cic. de Fin. 3 c. 16 Etſi hoc verbo ſcio reges laudari non ſolere Cic. pro Deiot. ...*mine frugalitatis.* Cic. de Legib. 3, 14 Veteres verbo ...te illi quidem, ſed non ad hunc vſum popularem, atque ciui... ep. diſſerebant. Vno verbo Ter. Phorm. 1, 4, 20. Ca... 157. Cic. Phil. 2 c. 22. Ora peruia verbis Ouid. ... 4. ¶ 2 *Subſtantiua:* Ambage nouorum verbo...rum carmen Ouid. Met. 14, 57. Aſperitas verborum Id. ... 26. Cic. in Brut. 164 Orator autem viuis eius aequali... imus optimis numerabatur Curio propter verborum Bonita... nte dixi, et expeditam ac profluentem quodam modo celerita... *Paullo ante dixerat:* Itaque in Curione hoc veriſſime iu... teſt, nulla re vna magis oratorem commendari, quam verbo... ſplendore et copia. Collocatio verborum Quinctil. 1, 10. ...nſio verborum, *vid.* Periodus et Verborum comprehenſio ...REHENDO. Concinnitas verborum Cic. in Orat. 149. ...rborum Quinctil. 1, 8. Copia caſſa verborum Lucret. 4, Delectus verborum, origo eſt eloquentiae Cic. de Clar. ... 3. Deriuatio verborum Quinctil. 3, 7. Doctrina ... 1, *vid.* Vera et abſoluta eloquentia, *in* ELOQVOR. Ele... orum Quinctil. 1, 12. Elegantia verborum Idem 1, 8. ... verborum Quinctil. 1, 3. Iactatio verborum, *vid.* ... *in* IACIO. Iaculatio verborum Quinctil. 6, 3. ...ones verborum, *vid.* IMMVTATIO, *in* IMMVTO. Cic. ... 91 Fuſius neruos in dicendo C. Fimbriae, quos tamen ha... non aſſequitur; oris prauitatem, et verborum latitudinem ... Nerui, *ſunt robur orationis.* Oris prauitas, *oris contorta de...* Verborum latitudo, *vaſta ac ruſtica literarum expreſſio.* ...ntia verborum Quinctil. 3, 8. Maieſtas verborum Cic. ... . . . Murmura verborum Ouid. Met. 10, 382. Splendor ... Cic. in Brut. 164. *Vid. paullo ante*, Bonitas verborum. ...ma verborum Ouid. Met. 14, 815. ¶ 3 *Epitheta:* ...a verba Hor. Serm. 1, 3, 274. Blanda verba, *vid.* BLANDVS. ... i Ibin 234 Latrat et in toto verba canina foro. Caſtren... in, *vid.* CASTRENSIS, *in* CASTRVM. Carum ipſum ... amoris, ex quo amicitiae nomen eſt ductum Cic. de N.D. 1, 123. ...ba, *vid.* CERTVS. Compoſita verba, *vid.* COMPONO. Confuſa ... id. Met. 2, 666. Conſulta verba, *vid.* CONSVLTVS ...ONSILIVM. Contumelioſiſſimum verbum Quinctil. 2, 12. ...erbum, inſolens et humile Cic. de Clar. Orat. 273. Exa... iliter verba, *vid.* EXANIMATVS, *in* EXANIMVS. ...rantia verba Ouid. Met. 5, 105. Expreſſa et ſenſu tincta ver... Quinctil. 4, 2. Exquiſita verba Idem 4, 2. Grandia ... Perſ. Sat. 3, 45. Grauia verba, plena, ſonantia, iuncta, facta, ...ata, non vulgata, ſuperlata, in primiſque tranſlata, nec in ſin... verbis, ſed in continentibus ſoluta *etc.* Cic. in Partit. 53 c. 15. ...uiuserit tuum vnum verbum ad rem, quam centum mea Plaut. ... 2, 107. Grauiſſima verba Quinctil. 3, 6. Cic. in Brut. ... *Catone*, Antiquior eſt huius ſermo, et quaedam Horridiora ver... ita tum loquebantur, hoc eſt, incomta, breuia, non operoſa, ... Gell. 10, 3. Inania verba, *vid.* INANIS. Incomta ver... Gell. 10, 3. Indignantia verba Ouid. Met. 6, 584. Indo... a Senec. Agamem. ſ. 13. Ingentia verba, *Magnifica* Ouid. ... 13, 41. Inopinata verba, *vid.* INOPINANS. Inornata ...ba Hor. de Arte Poët. 234. Inquinatum verbum, abiectum, ... n, durum longe petitum Cic. de Opt. Gen. Orat. 7. In... verbum, *vid.* INSOLENS. Intrepida verba Senec. Hippol. Inverſa verba, *vid.* INVERTO. Lenia verba Ouid. Amor. 2, 1, 22. Libera verba Propert. 4, 12, 90. Luctifica verba Senec. Theb. 1. Luculentiora verba, *vid.* LVCVLENTVS, *in* LVX. Lugubre verbum, *vid.* LVGVBRIS, *in* LVGEO. Magnifica verba, *vid.* MAGNIFICVS, *in* MAGNVS. Mala verba, *vid.* MALVS. Medentia verba Stat. Silu. 2, 1, 5. Minantia verba Ouid. Met. 5, 669. Natiua verba, Nauticum verbum, Nitida verba, Noſtratia verba, *vid. ſſ. ll.* Noua fictaque verba Hor. de Arte Poët. 52. Plin. Epiſt. 4, 14 Ex quibus tamen ſi nonnulla tibi paullo inſolentiora videbuntur, erit eruditionis tuae cogitare, ſummos illos grauiſſimos viros, qui talia ſcripſerunt, non modo laſciuia rerum, ſed ne verbis quidem Nudis abſtinuiſſe. Nudis, *i. Nulla circumlocutione verecunda tectis.* Nuntia verba Valer. Argon. 1, 440. Nupta verba, *vid.* NVBO. Obſcura verba Senec. Theb. 1. Obſoleta et Barbara verba, *vid.* OBSOLETVS, *in* OBSOLEO. Ouantia verba, *Elata et magna* Sil. 8, 266. Perabſurda verba, *vid. h. v.* Perplexa verba Senec. Hippol. 8. Praenuntia verba cladis Ouid. Met. 3, 191. Praeſcriptis verbis, *vid.* PRAESCRIBO. Profana verba Ouid. Triſt. 3, 5, 48. Propria, vſitata verba, noua, priſca, inuſitata Cic. in Orat. 80 c. 24. Propria, ſignificantia, et non ſordida verba Quinctil. 4, 2. Publica, *vid. h. v.* Saeua verba Hor. Epod. 12, 13. Seſquipedalia verba Idem de Arte Poët. 97. Simulata verba Virg. Aen. 1, 714. Significantia Quinctil. 4, 2. Singultantia verba Stat. Silu. 5, 5, 26. Sobria verba, *vid.* SVBNOTO. Solantia verba Ouid. Met. 11, 685. Sollemnia verba Id. ibid. 10, 4. *vid.* SOLLEMNIS. Sonantia verba Plin. Epiſt. 1, 16. Speciofis verbis aliquid narrare Paterc. 2. Splendidioribus verbis vtebatur Curio Cic. in Brut. 124. Suadentia verba Stat. Theb. 11, 435. Suſpenſa ſemper et obſcura verba Tacit. Ann. 1, 11. Triſtia verba Hor. de Arte Poët. 105. Vana verba Ouid. Met. 13, 263. Violenta verba Idem ibid. 13, 717. Vulgaria et quotidiana verba Quinctil. 4, 2. ¶ 4 *Verba:* Aberrare verbo aut nutu Cic. de Aruſp. Reſp. 23. Abſtinere verbis, Abſit verbo inuidia, Accedit verbum ad aures, Accidit in te iſtud verbum, Accipere verbum et verbis, *vid. hh. vv.* Accommodare rebus alicui verba Quinctil. 6, 1. Sil. 13, 719 Appellare viros erat ardor, et Addere verba. Addam non amplius verbum Hor. Serm. 1, 1, 121. Addere periuria falſis verbis Ouid. Met. 11, 206. Adigere in verba, *vid.* ADIGO. Affari aliquem blandis verbis Stat. Achil. 1, 383. Anhelata verba, *vid.* ANHELO. Aptare verba rebus Quinctil. 3, 8. Arripere verba de foro, *vid.* ARRIPIO. Aucupari verba, vel vim verborum, *vid.* AVCVPOR. Aucupari verba rumoris Senec. Theb. 2. Auferre alicui vſum verborum Ouid. Met. 14, 99. Cadentia verba tollere, *vid.* CADO. Capta verbis puella, *Decepta* Ouid. de Arte Am. 1, 458. Cauillari verba alicuius Tacit. Ann. 1, 46. Claudere verba pedibus Hor. Serm. 2, 1, 28. Claudere verba modis imparibus, *Scribere elegias* Ouid. ex Pont. 4, 16, 36. Coagmentare verba, *vid.* COAGMENTO. Cogere verba in pedes, *Carmina ſcribere* Ouid. Triſt. 5, 12, 34. Cogitare ad verbum, *vid.* COGITO. Conflictari verbis, *vid.* CONFLICTO. Coniicere verbum in interdictum, *vid.* CONIICIO. Conſerere verba Stat. Silu. 2, 1, 5. Conſiſtere cum aliquo verbis, Conſueſcere verbis idoneis, Contendere inter ſe verbis, *vid. hh. vv.* Confici verbis grauibus ab aliquo et trucidari Cic. de Aruſp. Reſp. 2. Commemorare verbis, *vid. h. v.* Committere verba tabellis, *Scribere in tabellis* Ouid. Met. 9, 585. Commutare verba, *vid.* COMMVTO. Compellere aliquem amicis verbis Virg. Aen. 2, 372. Compeſcere verba Senec. Med. 3. Complecti vno verbo, Comprehendere verbis, *vid. ſſ. ll.* Ouid. Met. 10, 290 Tum vero Paphius pleniſſima Concipit heros Verba, quibus Veneri grates agit. Concipere verba iusiurandi Tacit. Hiſt. 4, 31. Conferre verba in pauca, Conferre verba ad rem, *vid.* CONFERO. Contendere fictis verbis Ouid. Met. 13, 9. Continuare verba Quinctil. 4, 1. Conueniunt vtriusque verba, *vid.* CONVENIO. Credere verba alicui, *vid.* CREDO. Decepta ſum tuis et amans, et femina verbis Ouid. Epiſt. 2, 65. Depromere verba Quinctil. 6, 3. Deſunt verba animo Ouid. Met. 3, 231. Dicere ad verbum Suet. Caeſ. c. 30. Dicere excuſantia verba Ouid. Met. 9, 215. Dicere nouiſſima verba Virg. Aen. 4, 650. Dicere precantia verba Ouid. Met. 7, 590. Dictata ab aliquo verba Idem Epiſt. 20, 29. Dare verba alicui Ouid. Epiſt. 16, 237. *Vid.* DO. Ouid. Epiſt. 2, 25 Demophoon, ventis et verba et vela dediſti; Veta queror reditu, verba carere fide. Dare verba in ventos Idem Amor. 1, 6, 42. Domare horrida verba, *coërcere linguam maledicam* Tibul. 1, 5, 6. Ducere verbum ex verbo Quinctil. 1, 6. Effingere verba alicuius Id. 1, 1. Tacit. Hiſtor. 1, 55 Quartam et duodeuiceſimam legiones, paucis ſeditionis auctoribus, non vltra verba ac voces Erraſſe, et breui in officio fore. *Simili ſenſu* Curt. 7, 1, 25 Vtinam, inquit, Philotas quoque intra verba peccaſſet. *Et* Intra verba deſipere, Celſo 3, 18 *eſt Non vltra verba deſipere.* Eſt nil opus verbis Lucret. 5, 264. Exaſperare rem verbis Quinctil. 4, 2. Exaudi verba mea Senec. Hippol. ſ. 12. Excerpta ad verbum Sueton. Aug. c. 89. Id ſi potes, vno verbo Expedi Ter. Phorm. 1, 4, 20. Exponere rem verbis Lucret. 1, 833. Idem 3, 964. Exprimere verbum de, vel e verbo, *Ad verbum transferre* Ter. in Prol. Adelph. 11. Cic. Acad. 4, 17 Nec definiri aiebant neceſſe quid eſſet cognitio, aut perceptio, aut (ſi verbum e verbo volumus) comprehenſio. Facere multa verba, *vid.* MVLTVS. Nunquam cuiquam noſtrûm verbum Fecit Ter. Andr. 1, 2, 4. *i. dixit obiurgandi cauſa.* Facere rata verba alicuius Ouid. Met. 4, 387. *Al.* Vota. Facere verba mortuo, *Prouerbialis locutio* Ter. Phorm. 5, 9 (8) 26. *i. Operam ludere.* Fingere verbum aliquod Quinctil. 1, 1. Flectunt animos verba precantia Ouid. Met. 2, 482. Formare recte verba Quinctil. 1, 12. Frangere alicuius verba indomita Senec. Agamem. Fundere verba Ouid. Met. 7, 248. Hortari aliquem verbis Hor. Epiſt. 2, 2, 35. Iacere verba Ouid. Met. 15, 780. Iactare mitiſſima verba alicui Idem Met. 2, 816. Inceſſere aliquem amaris verbis Sil. 11, 209. Incidere verba ceris Ouid. Met. 9, 528. Incluſa verba pectore Valer. Argon. 4, 372. Includere verba verſu, *vid.* INCLVDO. Incluſa modis verba Stat. Silu. 4, 4, 11. Inculcare verba Graeca, *vid.* INCVLCO. Incurrere verbis in aliquem, *vid.* INCVRRO. Infarcire verba, *vid.* INFARCIO. Ingerere verba et vocem, *vid.* INGERO. Inhaerere verbis Quinctil 7, 2. Interponere verbum vllum, *vid.* INTERPONO. Interpretari verbum priſcum et inſolitum, *vid.* INTERPRETOR. Iterare verba, *vid.* ITERVM. Iungere verba, *vid.* IVNGO. Iurgari verbis Hor. Serm. 2, 2, 100.

100. Iurare in verba alicuius Idem Epod. 15, 4. Iurare in verba aliqua, Iurare conceptis verbis, *vid.* IVRO. Plin. Epiſt. 2 Ne verbo quidem Labitur. Lenire aliquem mollibus verbis Hor. Epod. 5, 84. Loqui diſerta verba Propert. 3, 23, 6. Loqui meditata verba Stat. Silu. 2, 1, 74. Loqui modeſta verba Ouid. Amor. 3, 14, 16. Miniſtrat verba vinum Hor. Epiſt. 1, 15, 20. Modulanda verba fidibus Idem Epiſt. 2, 2, 143. Mouent aliquem blanda verba Ouid. Met. 6, 360. Mouere odia verbis Virg. Aen. 2, 96. Niti verbis Quinctil. 3, 6. Notare verba memori animo Ouid. Met. 14, 913. Nuncupare verbis, *vid.* NVNCVPO. Obuoluere vitium decoris verbis Hor. Serm. 2, 7, 42. Onerantia verba laſſas aures Idem ibid. 1, 10, 10. Parcite verbis male ominatis Hor. Carm. 3, 14, 12. Peccare verbo aliquo Ouid. Amor. 2, 16, 11. Perdere verba, *Fruſtra loqui* Senec. Theb. 1. Dicerem iucundus, niſi id verbum in omne tempus Perdidiſſem Cic. Fam. 5, 15. Perdere verba non proficientia Ouid. Triſt. 1, 2, 13. Perhibere verba, *vid.* PERHIBEO. Perferre verba alicuius ad alium Ouid. Epiſt. 20, 10. Permittere verba, re hortari Cic. Verr. 4, 67. Idem in Brut. 141 Schemata quae vocant Graeci, ea maxime ornant oratorem, eaque non tam in verbis Pingendis habent pondus, quam in illuminandis ſententiis. Pingendis. *h. e. Ornandis, diſtinguendis. Hinc* Cicero Att. 2, 1 Librum ſuum totum Iſocratis μυροθήκιον, atque omnes eius diſcipulorum arculas, ac nonnihil etiam Ariſtotelica pigmenta conſumſiſſe, *ait*, *vid.* PIGMENTVM. Poſita verba in vſu quotidiano Quinctil. 2, 10. Portare verba alicuius Ouid. Met. 2, 744. Premere aliquem verbo Cic. Tuſc. 1, 13. Profundere verba ventis Lucret. 4, 929. Promittere verbis Quinctil. 4, 1. Proſequi aliquid verbis ante praeparatis Idem 2, 4. Cic. Verr. 3, 26 Si haec edicta non ex ipſius tabulis totidem verbis Recitare poſſem, ſicuti faciam, da quaeſo ſcribae recitet ex codice. Redarguere verba alicuius Virg. Aen. 11, 681. Reddere verba, *Reſpondere* Ouid. Met. 9, 28. Reddere verbum verbo *interpretari*, Hor. de Arte Poët. 133. Cic. de Opt. Gen. Orat. 14 Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias, Aeſchinis, Demoſthenisque: nec conuerti vt interpres, ſed vt orator, ſententiis iisdem, et earum formis tanquam figuris, verbis ad noſtram conſuetudinem aptis, in quibus non verbum pro verbo neceſſe habui Reddere, ſed genus omnium verborum, vimque ſeruaui. Eisdem verbis, ſiue ad verbum Reddere, quod cogitauimus Cic. de Clar. Orat. 301. Quinctil. 10, 6. Relinquit verbum iaculata in ambiguo Lucret. 4, 1131. *dixit, quod torquet amatorem ambiguitate.* Relinquere imperfecta verba Ouid. Met. 1, 526. Repetere verba Ouid. Epiſt. 20, 9. Reſpondere verbum verbo Ter. Phorm. 1, 4, 36. Retentare intermiſſa verba Ouid. Met. 1, 746. Retenta verba dolore Idem ibid. 10, 474. Rogantia verba mittere Id. Epiſt. 20, 33. Socianda verba chordis Hor. Carm. 4, 9, 4. Sordent verba Stat. Silu. 5, 5, 51. Spernere verba alicuius Ouid. Met. 5, 669. Sumunt verba ius ab auctoribus Quinctil. 1, 4. Trahere verba largis cum fletibus Sil. 8, 79. *tarde et interrupto ſermone loqui.* Trahere verba de verbis Quinctil. 9, 4. Cic. Att. 6, 2 Itaque iſtum ego locum totidem verbis a Dicaearcho Tranſtuli, *i. conuerti.* Translata verba ea dico, quae per ſimilitudinem ab alia re aut ſuauitatis, aut inopiae cauſa transferuntur: mutata, in quibus pro verbo proprio ſubiicitur aliud, quod idem ſignificet, ſumtum ex aliqua re conſequenti. Cicero in Orat. 92. Translatum audacius verbum Quinctil. 4, 1. Trucidari verbis grauibus ab aliquo Cic. de Aruſp. Reſp. 2. Vexare aliquem verbis Lucret. 5, 164. Vincere verbis aliquid, *Verſibus deſcribere* Virg. Georg. 3, 289. Volat ſemel emiſſum irreuocabile verbum Hor. Epiſt. 1, 19, 71. Volutare ſecum verba alicuius Ouid. Met. 1, 389. Vulnerari verbis grauibus ab aliquo Cic. de Aruſp. Reſp. 2. Vti minoribus verbis Ouid. Met. 6, 151. Vti petulantibus verbis Idem Epiſt. 15, 245. ¶ 5 *Obſeru.* Verbum, *Prouerbium, vulgare dictum* Plaut. Moſt. 3, 2, 104. Ter. Adel. 5, 3, 17 Non aequum dicis, non. nam vetus verbum hoc quidem eſt, communia eſſe amicorum inter ſe omnia. Idem Andr. 2, 5, 15. *et* Eun. 4, 5, 6. Plaut. Poen. 1, 1 *pr.* *Pro Tota ſententia, vel oratione adeo:* Ego vehemens ille conſul, qui verbo ciues in exilium eiicio Cic. Catil. 2 c. 6. *Add. ibid. p. p.* Miſeram me! quod verbum audio! Ter. Andr. 1, 5, 6. *i.* ἀξίωμα, *ſec.* Donat. Ter. Andr. 5, 3, 14 Olim iſtuc olim, quum ita animum induxti tuum, quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi, eodem die iſtuc verbum vere in te accidit. Idem Eun. 1, 2, 95 Vtinam iſtuc verbum ex animo ac vere diceres. Idem Adel. 5, 8, 30. Suet. Caeſ. c. 13. Quid iſtuc verbi eſt? Plaut. Ciſt. 2, 3, 61. *h. e. Quid ſibi volunt haec verba.* Bona verba quaeſo, *vid.* BONVS. Verbis meis ſalutem ei adſcribito: *h. e. Meo nomine.* Plaut. Bacch. 3, 3, 82 Scribe ſalutem tuo patri verbis meis. *conf.* ibid. 4, 4, 79. Cic. Att. 16, 11 Atticae, quoniam hilarula eſt, meis verbis ſuauium des. Dare munera verbis alterius Nep. 17, 8, 4. Plaut. Bacch. 4, 87 Tu aurum rogato, caeterum verbum ſat eſt. *Vid.* Idem Truc. 2, 8, 14. Verbi gratia, et Verbi cauſa, *quod et* Exempli gratia *dicitur in eandem ſignificationem* Cic. de Fato 12 c. 6 Si quis, verbi cauſa, oriente Canicula natus eſt, is in mari non morietur. *Sic* de Finib. 5, 30 c. 11 Verbi gratia, Propter voluptatem nos amemus. Idem Verr. 2, 129 c. 52. *et* Tuſc. 1, 12. *et* Lucret. 3, 423. Ad verbum, *vid.* AD. In haec verba, *vid.* IN. Virg. Aen. 6, 547 Tantum effatus, et in verbo veſtigia torſit. *h. e. Simul cum vltimo verbo ſe auertit.* Verbum, *Pars orationis grammaticae, in qua omnis vis orationis eſt: de qua abunde apud Grammaticos.* Quinctil. 9, 4 Verbo ſenſum claudere, ſi compoſitio patiatur, optimum eſt.

VERBIFICO, *vnde*

VERBIFICATIO, ōnis. f. Caecil. *apud* Donat. in Ter. Eun. 4, 4, 4 Quid tibi aucupatio eſt argumentum, aut de meo amore verbificatio eſt patri?

VERBIGĔNA, ae. m. *i. Chriſtus, verbo patris natus, et ipſe Verbum.* Prudent. Cathem. 3, 2.

VERBIGĔRO, āre. [λογοποιῶ Gloſſ. Lat. Gr. διαλέγομαι] *Verba facere.* Apul. Apol. p. 321, 3 Nimis multa eſt oratio, ſi velimus memorare, quae ego contra reſponderim, quamdiu et quoties inter nos verbigeratum ſit.

VERBILEVIS, e. *Legebatur olim a Scalig. ap.* Propert. 2, 4, 28: *at Brouckhuſ.* forma leuis.

VERBILOQVIVM, i. n. Fulgent. Mythol. 1 Ariſtotelis ſyllogiſmaticum verbiloquium.

VERBIVELITATIO, ōnis. f. Plaut. Aſin. 2, 2, 41. *ſec. Meurſ. Crit. Exerc. P. 2. p. 31.*

VERBĀLIS, e. Adi. [ῥηματικὸς] *Quod a verbo deſce* Lector *a* Lego, Doctor *a* Doceo. *Dictio Grammaticis famil* dor. 1, 6. *Aliter* Fulgent. Mythol. 1 Mulierum verbalibu cauſidici cedant: *et iterum ibid.*

VERBŌSVS, a, um. Adi. [πολύμυθος, ἀμετροεπής] *Qu abundat.* Cic. Fam. 7, 3 Habes epiſtolam verboſiorem fort velles. *Conf.* Nep. 25, 20, 2. Commendatio Phaedr v. vlt. Commentarii verboſi Gaius in l. j. D. de orig. iuris rum verboſum Ouid. Triſt. 3, 12, 18. Homo omnium mus Vopiſc. in Firmo c. 1. Leges verboſae Ouid. Amor Loci verboſiſſimi Quinctil. 2, 4. Loquela verboſa Catu merium f. 53 (56) 20. Verboſi et fatui Catull. 99, 2. *a fando.* Cic. pro Muraen. 30 c. 14 Non ſolum iſta veſtra Simulatio prudentiae, ſed etiam ipſa illa domina rerum ſa

VERBŌSE. Adu. [πολυμύθως] *Multis verbis.* Cic. raen. 26 c. 12 Satis verboſe, ſed quid poſtea? *Et* Fam. 7, te ſcripſi verboſius. Rem non pigebit verboſius Perſeq 19, 8. Adhibere diſcrimina verboſius Quinctil. 2, 15. nere aliquid verboſius Id. 3, 11 *extr.* *Conf.* Id. 12, 8.

VERBOSĬTAS, ātis. f. Firmicus 6, 11 Therſites fui ridiculus, et garrula verboſitate ſemper impatiens. V nile, verboſitas Symmach. Epiſt. 8, 48. *Conf.* Prudent. Rom.

VERCELLAE, arum. f. [Οὐερκέλλαι] *Vrbs Italiae danae,* in regione vndecima Taurinis vicina, *vt ſcribit* Pl Sil. 8, 599 Vercellae, fuſcique ferax Pollentia villi.

VERCELLENSIS, e. Adi. *Vt,* Vercellenſis ager Pli

VERE, *vid.* VERVS.

VERECVNDIA, ae. f. [αἰδὼς, αἰσχύνη, αἰσχυντηλία] *licet* Donatus *ad* Ter. Andr. 4, 1, 13 Pudorem eſſe *dicat* mali fa recundiam recti et honeſti. Cic. pro Quint. 39 Homo virginali verecundia. Id. Off. 1, 93 Verecundia, et qua ornatus vitae. *Sic* in Partit. 79 c. 23 Cuſtos vero virtutu um, dedecus fugiens, laudemque maxime conſequens, verec Sine verecundia nihil poteſt eſſe rectum, nihil honeſtum Cic. c. 41. *Conf.* Id. de Amic. c. 21. Verecundia bonum in ad ſignum Sen. Epiſt. 11. *conf.* Ambroſ. Off. 1, 17. Timidit tur verecundiam Cic. in Partit. 81. Verecundia, *in quantu* eſt timor quidam reducens animum ab iis, quae facienda ſu confuſio et coepti poenitentia, et ſubitum ſilentium Quinctil Verecundia, vitium quidem, ſed amabile, et quod virtutes generet Quinctil. 12, 5 *pr.* Cic. de Finib. 4, 18 Hoc ſo mal natum eſt pudoris et verecundiae particeps. Aetatis dia Liu. 1, 3. *i. Reuerentia.* Diuus Auguſtus carmina Vir mari contra teſtamenti verecundiam vetuit Plin. 7, 30. Domit. c. 18 Commendari ſe verecundia Oris adeo ſentiebat, recundia oris, *i. Vultu modeſto, ruboris pleno.* Adduce recundiam Liu. 1, 21. Verecundiae fines, qui ſemel Tra lum gnauiter impudentem eſſe oportet Cic. Fam. 5, 12, 10. eum verecundia, *vid.* CAPIO. Tardatus verecundia 1, 3. Verecundia in rogando Cic. Qu. Fratr. 3, 1. 7, 2 Cauſas ſumma fide, pari conſtantia, nec verecundia m fendit. A verecundia, *i. Prae verecundia, vid.* A, *vel* AB.

VERECVNDVS, a, um. Adi. [αἰσχυντηρὸς, αἰδήμων] *P riuatum a* Vereor, *vt ab* Iuuo iucundus. Plaut. Aſin. 5, 1, verecundum eſſe adoleſcentem. Cic. de Legib. 1, 50 nocentes ergo et verecundi ſunt, vt bene audiant, et vt rumoren colligant, erubeſcunt: pudici etiam loqui de pudicitia. lipp. 12, 11 c. 5 Verecundioremque coram putamus, in poſtul re, quam fuerit tum, cum miſit mandata ad Senatum? Id 2, 36 Habetis ſermonem bene longum hominis, vtinam no dentis: illud quidem certe, non nimis verecundi. Cic. 81 Nec in faciendis verbis erit audax, et in transferendis ver et parcus, et in priſcis reliquisque ornamentis et verborum et tiarum demiſſior. Color verecundus Hor. Epod. 17, 21. cor verecundus Stat. Silu. 2, 1, 136. Cic. Philipp. 2, 47 T eo liberior, quod ea in te admiſiſti, quae a verecundo Inimic non poſſes. Oratio caſta, verecunda, virgo incorrupta modo Cic. in Orat. 74. Pudor verecundus Ouid. Triſt. 4 Puellae verecundae Id. Amor. 1, 5, 7. Puer verecundiſſi tron. c. 25. *Add.* Id. c. 101. Rubor verecundus Ouid. Me Cic. Fam. 16, 17 Nam et doctrina, et domus, et ars, et ager e lis dici poteſt, vt ſit, quomodo Theophraſto placet, verec latio. Verba parum verecunda Quinctil. 10, 1. *i. Obſcen* verecunda Ouid. Triſt. 2, 354. Vultus verecundus 840. Verecundum eſt dicere, *i. pudet* Quinctil. 7, 10. Verecundiores partes Arnob. 4 p. 133. *Add.* Cic. Fam. 9, 5. Tertull. de Poenit. c. 10. *Superlat.* Epigramma verecundiſ Gell. 1, 24 *extr.* In gerendis honoribus verecundiſſimus Po Vell. 2, 33, 3. *conf.* Sen. Contr. 3, 22. *et* 7, 30.

VERECVNDE. Adu. [αἰδημόνως] Cic. de Finib. 5, 6 c. ille timide, vel potius verecunde, Facio, inquit, equidem. de Finib. 2, 115 c. 34 Cyrenaici quidem non recuſant, veſtri haec cundius, illi fortaſſe conſtantius. Modeſte ac verecunde 26, . . Gratulari alicui nimis verecunde Cic. Fam. 7, ibid. 5, 12. Producentibus eam verecunde Reluctans Curt. *Add.* Celſ. 6, 18. Gell. 17, 13. Loquor iamdudum verecundi de re Cic. de Orat. 1, 171 c. 57.

VERECVNDĬTER. Adu. *antiquum.* Pomponius Macco, nem praeteriens vidit duos ſenes, vnum verecunditer non duc diſcipulum, verum ſcalpentem nates Non. 11, 59.

VERECVNDOR, āri. [αἰσχύνομαι, ἐγκαλύπτομαι] *Vere teneri.* Verecundatur ἐντρέπεται Gloſſ. Plaut. Trin. 2, 4, 77 cundari neminem apud menſam decet: Nam ibi de diuinis atq manis cernitur. Cic. de Orat. 2, 240 c. 61 Nam quod Sp. C grauiter claudicanti ex vulnere ob Remp. accepto, et ob eam verecundanti in publicum prodire, mater dixit. Cic. i tenſ. Hi noſtri amici verecundantur capti ſplendore virtutis. nio. Literae tuae verecundari me faciunt Ambroſ. 8, 73. Cunctantem et verecundantem incitare Cic. de Orat

VEREDVS, *vid.* VERAEDVS.

VEREOR, verĭtus ſum, ēri. [αἰδέομαι, αἰσχύνομαι, εὐλαβέομαι reor, ἐντρέπομαι, ὑφορῶμαι. veretur, φορεῖται Gloſſ. Vet.] *Proprie liberorum eſt, qui honeſti gratia mouentur. Veru eſt perpetuum: ſed ſaepe ad metum cuiuscunque mali refertur.*

[illegible] c. 29 c. 12 Is patrem veretur vt deum. Id. de Senect. 81 [illegible] en deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur [illegible], memoriam noſtri pie inuiolateque ſeruabitis. Auctor Herenn. 4, 49 Licentia eſt, cum apud eos, quos aut vereri, aut me-[illegible]bemus, tamen, *etc.* *Pro timere*, Saeua quid in placidis [illegible] veris aquis? Ouid. ex Pont. 2, 6, 44. Metuebant eum ſerui, ve-[illegible] liberi Cic. de Senect. 37 c. 11. *Conf.* Plaut. Amph. Prol. v. 22 *ſeq.* [illegible] Ter. Andr. 3, 2, 16. Bella vereri Ouid. Triſt. 5, 10, 26. Cic. Verr. 3, [illegible] quod caput eſt rei frumentariae, campus Leontinus, cuius antea [illegible] erat, vt quum obſitum vidiſſes, annonae Caritatem non vererere. [illegible] patris vereri Ter. Phorm. 2, 1 *pr.* Cic. de Orat. 1, 113 [illegible] pro Craſſe, inquit, Mucius; iſtam enim Culpam quam vereris [illegible] praeſtabo. Pauperiem veritus Hor. Epiſt. 1, 10, 39. Re-[illegible]onem doctorum vereri Cic. in Orat. 1. Verbera vereri [illegible] Epiſt. 20, 77. Cic. Acad. 4, 138 c. 45 Vos autem mihi vere-[illegible] e labar ad opinionem, et aliquid adſciſcam, et comprobem. [illegible] Att. 6, 1. Nauibus veritus Caeſ. Bell. Gall. 5 c. 9. Ter. [illegible] 4, 3 Ego dudum nonnihil veritus ſum Daue abs te ne faceres [illegible] quod vulgus ſeruorum ſolet, dolis vt me deluderes. *vid.* Donat. [illegible] ad Herenn. 2, 28 c. 19 Ergo et metus periculi hortabatur eum [illegible] ri[illegible]re, a quo ſupplicium verebatur. Cic. de Senect. 18 c. 6 [illegible] modo Carthagini male iamdiu cogitanti bellum inferatur, [illegible] nte denuntio, de qua non ante vereri deſinam, quam illam [illegible] cognouero. *Proprie* Liu. 39, 37 Veremur quidem vos [illegible] et ſi ita vultis, etiam timemus: ſed plus veremur et time-[illegible] deos immortales. Magis vereor, *vid.* MAGIS. Dicere [illegible] Ter. Andr. 2, 1, 25. Tune id veritus es? Cic. Qu. Frat. 1, 3. [illegible] Phorm. 5, 8 (7) 8 Quid ad me ibatis? ridiculum: an vereba-[illegible] non id facerem, quod recepiſſem ſemel? Vereor ne non [illegible] itus Martian. in l. Si mulier §. ij. D. de iure dotium. *Eſt* [illegible] *modeſte proponendi ſententiam.* *Sic* Caius in l. Potior. D. [illegible] or. in pign. hab. Sed vereor, num hic aliud ſit dicendum. [illegible] eor ne meae vitae modeſtia parum valitura ſit in poſterum [illegible] ſos rumores Cic. Fam. 11, 27 (28). Veritus es, niſi iſtam [illegible] ratione exaggeraſſes, ne operam perdidiſſes Cic. de Orat. 1, [illegible] Ter. Andr. 1, 4, 7 Sed quidnam Pamphilum exanima-[illegible]? vereor Quid ſit. *Vid* Cic. Att. 7, 7. Vereor, Quo-[illegible] homines accipiant Cael. ad Cic. Fam. 8, 10. Ter. Andr. [illegible] mirabar hoc ſi ſic abiret, et heri ſemper lenitas verebar Quor-[illegible] leret. Ter. Hec. 1, 2, 26 Sed firmae hae vereor vt ſint [illegible] Id. Phorm. 5, 8, 72. Cic. de Lege Agr. 2, 57 Hoc quia vos [illegible] on iuſſeritis, veretur Hiempſal, vt ſatis firmum ſit et ratum. [illegible] Fam. 12, 19. Addo illud, quod vereor tibi ipſi vt pro-[illegible] Att 6, 1. ❡ 2 *Obſeruatt. Actiue et paſſiue vſur-[illegible]* Priſcian. p. 791. *Add.* Gell. 15, 17. *Periz. ad Sanct.* 3, 2, [illegible] non eſt veritum, in voluptate ſummum bonum ponere Cic. [illegible] 3. Gell. 15, 13 *ex* Afranio, Vbi malunt, metui ſe, quam [illegible] uis. Auguſt. C. D. 6, 9 Vt a ſuperſtitioſo dicat timeri [illegible] religioſo tantum vereri vt parentes. Vereor, *Genitiuo* [illegible] *qui vice Accuſatiui ſit apud veteres.* Afranius, Optandum [illegible] quae non vereatur viri. *vid. plura apud* Nonium 9, 3. *Ipſe* [illegible] 8, 4 *pr.* Ne tui quidem teſtimonii veritus. Neque hu-[illegible] ritus feminae primariae Ter. Phorm. 5, 7, 78. Veretur, [illegible] Pacuu. *apud* Non. 9, 3 Nihilne te populi veretur? [illegible] *apud eundem* Non te tui ſaltem pudet, ſi nihil mei te verea-[illegible] Plaut. Mil. 4, 6, 51. *Parei Lex. Crit. p.* 1277.

[illegible] NS, entis. Partic. [αἰδούμενος] Cic. Fam. 9, 16 Qui te ad [illegible] m incitauit, verentem ne Silius ſuo nuntio aliquid mihi ſo-[illegible] is attuliſſet. *Conf.* Nep. 2, 5, 1. *et* 10, 4, 1. Inuidiam ve-[illegible] Nepos 18, 7, 1. Deum verentes Cic. de Sen. c. 22. Colum. [illegible] non inertes huius pecudis mores, qui ſunt verentes plagarum [illegible] ationum. *de lobus.*

[illegible] NTER. Adu. Sedul. 1, 8 Sanctoque verenter [illegible].

[illegible] NDVS, a, um. *Aliud* Partic. [αἰδεστέος] *Vt*, Qui aliquem [illegible] teſt, cito erit verendus Sen. Epiſt. 11. Auguſta grauitate [illegible] Ouid. Met. 9, 270. Maieſtas verenda Id. ibid. 4, 539. [illegible] rendi Id. ex Pont. 3, 1, 143 Senex verendus Claud. in pr. [illegible] l. 2, 433. Verendae partes equi Veget. Mulom. 1, 7, 1 [illegible] *proprie dicuntur Genitalia, cum non obſeruetur circa iſta pudor in* [illegible] *s aut verecundia.* *Etiam* ❡ 2 Verenda, [αἰδοῖα] *Dicuntur,* [illegible] *partes, quae non niſi cum verecundia nominantur.* Plin. Epiſt. [illegible] Roente eum ſerui circumſiſtunt, alius fauces inuadit, alius os [illegible] alius pectus et ventrem, atque etiam, foedum dictu, verenda [illegible]. Carbunculi verendorum Plin. 28, 15. *Add.* Idem 34, [illegible], 21.

[illegible] ITVS, a, um. *Act.* Largitionem veritus Salluſt. [illegible] cap. 15.

[illegible] TRVM, i. n. [αἰδοῖον] *Membrum, quo ſexus diſcernitur.* [illegible] veretri Scribon. 235. Tumor Id. 234. Vlcus Id. 235. [illegible] Apul. de Herb. c. 101 n. 1. Sueton. in Tiber. c. 62 Exco-[illegible]uer autem inter genera cruciatus etiam, vt larga meri potione [illegible] falciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum ſimul [illegible] tormento diſtenderet. Mammarum exſectiones, amputa-[illegible] virilium veretrorum Arnob. 5 p. 165. Muliebre veretrum Cael. [illegible] ard. 5, 8. Veretrum iumenti Veget. Mulom. 3, 15, 2 *et* 6. Ve-[illegible] at prae dolore Id. 3, 81.

[illegible] TRICVLVM, i. n. *Vaſculum pudendum*, *apud* Petron. [illegible] p. 2.

[illegible] TILLA, ae. f. Veretillas *a virorum pudendo* Conchas [illegible] *vocat* Apuleius Apol. p. 296. *propter ſimilitudinem.* *Al.* [illegible].

[illegible] GILIAE, arum. f. [Πλειάδες] *Stellae, quae et* Pleiades, [illegible] *ita appellatae putantur, quod earum exortu* Ver *finem faciat,* [illegible] *circa aequinoctium vernum ſit earum ortus matutinus.* *Sunt* [illegible] *ſeptem in Tauro locatae, quarum ſigno exoriente, aeſtas ſignificatur,* [illegible] *hiems oſtenditur.* Plaut. Amph. 1, 1, 119 Nec Iugula, nec [illegible] ſperi, neque Vergiliae occidunt. Plin. 16, 25 Concipiunt Ver-[illegible] exortu. Idem 18, 25 ſ. 60 Seruent id ſidus etiam veſtis [illegible] — Nubilo occaſu pluuioſam hiemem denuntiat, ſtatim-[illegible] augent lacernarum pretia; ſereno aſperam, et reliquarum veſti-[illegible] accidunt. Cic. de Nat. Deor. 2, 112 c. 44 At propter laeuum [illegible] qui ex parte locatas Paruas Vergilias tenui cum luce videbit. [illegible] Georg. 1, 138 Nauita tum ſtellis numeros et nomina fecit, Pleia-[illegible], Hyadas, claramque Lycaonis Arcton. *Vbi* Seruius, Pleiades

ſignum eſt ante genua Tauri, quod ortu ſuo primae nauigationis tempus oſtendit. Vnde Graece Pleiades dicuntur ἀπὸ τοῦ πλέειν, Latine Vergiliae, a verni temporis ſignificatione qua oriuntur. *conf.* Gell. 13, 9. Columel. 4, 8. *et* 9, 14. Vitruu. 9, 5 *et* 6. *Torrent. ad* Sueton. Aug. c. 40. Interiorem Perſidis regionem ſub ipſum vergiliarum ſidus petiit Curt. 5, 6, 12. Occidente iam ſidere vergiliarum Liu. 21, 35. Occaſus Vergiliarum, *vid.* OCCASVS *in* OCCIDO. Terreſtres Vergiliae, *Vermiculi noctu lucentes, qui et* Cicindelae *dicuntur, et* Lampyrides. Plin. 18, 26 *in fine*, Lucentes per arva cicindelae. Ita appellant ruſtici ſtellantes volatus, Graeci vero Lampyridas. Ibid. c. 27 Iam Vergilias in caelo notabiles caterua fecerat: non tamen his contenta, terreſtres fecit alias, veluti vociferans, Cur caelum intueris agricola? Cur ſidera quaeris ruſtice? iam te breuiore ſomno feſſum premunt noctes. Ecce tibi inter herbas tuas ſpargo peculiares ſtellas, eaſque veſpere, et ab opere disiungenti oſtendo: ac ne poſſis praeterire, miraculo ſolicito. Videſne, vt fulgor igni ſimilis alarum compreſſu tegatur, ſecumque lucem habeat et noctem? *Paullo poſt*, Cur etiam nunc altius ſpectas, ipſumque caelum ſcrutaris? Habes ante pedes tuos ecce Vergilias. In certis eae diebus proueniunt, durantque foedere ſideris huiuſce: partumque eas illius eſſe certum eſt.

VERGO, verſi, *vel ſecundum* Diomedem 1 p. 364 *med.* verxi, verſum, ĕre. [ῥέπω] *Neutrum verbum, et nonnunquam Deponens, ſignificat Declinare.* Virg. Aen. 12, 727 Quem damnet labor, et quo vergat pondere letum. Lucan. 1, 54 Nec polus aduerſi calidus qua vergitur Auſtri. Strongyle, Aeoli domus, vergitur ad exortus ſolis Solin. c. 11 (*al.* 6). *Al.* vergit. Vergit Ad mare Curt. 7, 5, 7. Cic. Philipp. 11, 26 c. 11 Et eius auxilium ad Italiam vergere, quam ad Aſiam maluiſſemus. Arx, qua Ad meridiem vergit Nepos 5, 2, 5. Caeſ. Bell. Gall. 1, 1 Vergit ad Septentriones. Ad imum vergere Hor. de Arte Poët. 378. Cic. de Nat. Deor. 2, 120 Vt omnibus eius partibus In medium vergentibus, id autem medium, infimum in ſphaera eſt, nihil interrumpat. In longitudinem vergere Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 45. Regio vergit In ſeptentrionem Curt. 6, 4, 17. Vergit Nox ad lucem Curt. 4, 7, 22. *Conf. Stuck. Antiqu. Conuiu.* 2, 37 *Epiſt.* 15. Aetas vergit Tac. Ann. 2, 43. ❡ 2 Venenum vergere alicui, *actiue, pro fundere* Lucret. 5, 1008. In gelidos verſit amoma ſinus Ouid. ex Pont. 1, 9, 52. *vbi conf. Heinſ. it. Gifan. Ind. in* Lucret. *Paſſiue:* Stat. Silu. 4, 4, 69 — Nos facta aliena canendo Vergimur in ſenium. Id. Theb. 6, 211 Spumantesque mero paterae verguntur. In terras ſolis quoque vergitur ardor Lucret. 2, 212. *vid. Priſcian.* p. 798.

VERGENS, entis. Partic. Lucan. 2, 624 Illyris Ionias vergens in vndas. Annis vergens Tac. Ann. 15, 1[illegible], 3. *in ſenium inclinans* mulier. Anni vergentes in ſenium Lucan. 1, 129. Die iam vergente ingreſſus Senatum, *etc.* *i. Inclinato.* Sueton. in Othon. c. 7. Dies vergens in noctem Senec. Thyeſt. 798. Vergente iam Senecta Tac. Ann. 4, 41, 4. Ora Hecates vergentia in tres partes Ouid. Faſt. 1, 141. Vergente mundi Veſpere Hymn. Eccleſ.

VERGOBRĒTVS, i. m. Summus erat apud Heduos magiſtratus, qui creabatur annuus, et vitae neciſque in ſuos habebat poteſtatem Caeſ. Bell. Gall. 1, 17.

VERICVLATVS *et* VERICVLVM, *vid. ſub* VERV.

VERIDICVS, VERISIMILE, *et* VERITAS, *vid.* VERVS.

VERMIS, is. m. [σκώληξ] *A Vertendo dicitur, quod ſeſe torquendo vertat, et ita repat.* Vermes terreni erumpentes Plin. 18, 1. Solent vermes quaſi lumbrici nocere inteſtinis Colum. 6, 30. Plin. 19, 18 Vulgo vero ſi dulcedo noceat, et vermes radicibus inhaereant, remedium eſt amurca pura, *etc.* *Conf.* Id. 26, 14. Lucret. 2, 870 Quippe videre licet viuos exiſtere vermes Stercore de tetro. Arbor vermes patitur infeſtos Pallad. Ian. t. 15.

VERMICŬLVS, i. m. Dim. [σκωλήκιον] Plin. 10, 62 Iam obituris muribus vermiculum in capite gigni tradunt. Lucret. 2, 898. Vermiculum faciunt bombyces Plin. 11, 22. Poma vermiculis obnoxia Id. 17, 27. *Add.* ibid. c. 41. *it.* 10, 65. Colum. 7, 5. *et* 9, 14. Sidon. 7, 14. Quaſi vermiculi eiiciuntur Scribon. 54. ❡ 2 Vermiculus, *Coccus vel coccum.* Iſidor. 19, 28 Κόκκον Graeci, nos rubrum ſeu vermiculum dicimus. Eſt enim vermiculus ex ſilueſtribus frondibus. *Origo appellationis inde eſt, quod vermiculum alere ſolet illud* granum, (*κόκκος granum eſt*) *vt Iſidorus etiam videtur innuere.* Plin. 24, 4 Eſt genus ex eo (*de cocco ilicis loquitur*) in Attica fere et Aſia naſcens, celerrime in vermiculum ſe mutans, quod ideo ſcolecion (*diminut. a σκώληξ* vermis) vocant, improbantque. *Nempe, quod docet Pauſanias Phocic. ſ.* 10, 36. *ipſum coccum Galaticum vermem generat, legendumque eſt granum, antequam ille naſcatur: quamquam ipſe quoque vermiculi ſanguis tingendis lanis aptus eſt.* Vet. Gloſſ. Κόκκος [illegible] Vermicula, coccum. *Antiquiſſimis iam nota illa res fuiſſe libet.* Hieron. ad Fabiolam de Veſte Sacerdot. Tom. 4. f. 26 B *Froben.* Pro cocco iuxta Latinum eloquium apud Ebraeos *Tolaath*, תולעת id eſt vermiculus, ſcribitur. *Et ſane* Vulgatus interpres, *qui alias* coccum bis tinctum *reddit illud* תולעת שני *interdum et* Exodi 35, 25. *et* 36, 35. *vertit* vermiculum. *Sic* 38, 18 *et* 23 *etc.* *Praeſertim* Ieſ. 1, 18 Si fuerint rubra quaſi vermiculus. *Sic et* Hieronymus. *Huc referri etiam [illegible] poſſe* Plin. 32, 8 pr. ſ. 27. *vbi, inter* Halcyonei genera, tertium *eſt* candidioris vermiculi, *quod Graeci πορφυρίζον et ὑποπόρφυρον vocant, vt ibi oſtendit Harduinus, i. purpurans, purpureum quiddam ſplendens.* *Add. Bochart. Hieroz.* P. II. 4, 27 p. 624.

VERMICVLVS, a, um. Adi. [σκωληκώδης] *Rubicundus, rubeus, robeus, rutilus, quin recentiore aetate dictum ſit, dubitare nos non ſinunt Gallorum* Vermeil *et* Vermillon, *Hiſpanorumque* Bermejo *et* Bermellon. *Verum mihi vix dubium eſt, eſſe plane [illegible], licet paene ſtrangulatam a librariis.* *Certe apud* Columel 2, 2, 2. *ſunt* Vuae vermiculae *in Lipſienſi MS. vbi* venuculae *vel* vennuculae *habent alii.* *Vid. tamen* VENVCVLVS. *Et quod* Far Vennuculum *ſ.* Venuculum *ap.* Columel. 2, 6, 3 *legunt alii, hoc in primis editionibus fuit* Vermiculum *quod in Lipſienſi corruptum eſt in* emiculum, *quaſi fuerit per compendium aliquando ſcriptum* Vmiculum. *Forte idem fuit quod* Columel. 11, 2, 9 *modo* Vernaculum *legitur.* *Certe pulchre ſibi conueniunt omnia, ſi ibi* quatuor genera farris *enumerari iſta dicamus* I. Far, quod appellatur Cluſinum candoris nitidi: II. Far, quod vocatur vermiculum, rutilum: III. atque alterum candidum, ſed vtrumque maioris ponderis, quam Cluſinum: IV. Semen trimeſtre, quod dicitur halicaſtrum. *Succurrit huic lectioni et interpretationi, quod etiam tritici genus eſt, quod*

robus dicitur, *v.g.* Colum. 2, 6, 1. *De illo* robeo colore, ξανθίζοντα *Scalig. ad* Varr. R. R. 2, 5, 8. *et nos in* ROBVS, a, um. *Quidſi huc etiam referas illa loca, in quibus* Vulgatus interpres vermiculum *pro* Coccino *poſuit, vt modo vidimus. Conf. ſtatim dicenda in* VERMICVLATVS.

VERMICVLATVS, a, um. *Videtur ipſum quoque coloris nomen eſſe.* Hieron. ad Laetam Tom. 1 f. 27, C Diuinos codices amet, in quibus non auri, et pellis Babylonicae vermiculata pictura, ſed ad fidem placeat emendata et erudita diſtinctio. Pellis Vermiculatae picturae *eſt minio vel alio colore rubro picta, quo genere conſtitiſſe coria illa, quibus libri inuoluerentur, notum eſt. Vid. v. g. Schwartz. Diſſ. 2 de Ornamentis librorum* §. 25. *Apud* Non. 2, 550 *ex* Varronis ταφῇ Μενίππου *laudatur* Facies maeandrata et vermiculata, quam recte *Cerda ad* Virg. Ecl. 6, 22 *de colore deorum miniato interpretatur.* ¶ 2 *Supereſt, quem ſtudio huc reſeruauimus, nobilis locus* Lucilii *apud* Cic. de Orat. 3, 169 c. 43 Collocationis eſt componere et ſtruere verba, ſic vt neue aſper illorum concurſus, neue hiulcus ſit, in quo lepide — luſit — Lucilius, Quam lepide lexeis compoſtae? vt teſſerulae omnes. Arte pauimento, atque emblemate vermiculato. *Quem locum* Ciceronis *laudat etiam* Non. 2, 918. *Verſum* Lucilii *repetit* Cic. Bruto 274 c. 79. *itemque* Plin. 36, 25 ſ. 61. *Alludere autem videtur idem* Plin. 35, 1 Nec tantum vt parietes toti operiantur *(marmoribus)* verum et interraſo marmore, vermiculatiſque ad effigies rerum et animalium cruſtis. *Hic* vermiculatum *vulgo accipi videas, pro ipſo opere inſerto,* emblematiſque, *de quibus ſ. l. Sed primo quidem certe etiam hoc coloris nomen fuiſſe, teſſerulis rubris fundo albo interpoſitis, valde probabile eſt. Vid. Salmaſ. ad Solin.* p. 854 b, A. *it.* p. 192 b, E. *et Hyl. Iatr.* c. 70 *extr.*

VERMICVLŌSVS, a, um. Adi. Pallad. 12, 6 Poma caduca et vermiculoſa. *Add.* Id. Febr. t. 25.

VERMICVLOR, āri. [σκωληκῶμαι, τερηδονίζομαι] Vermiculari *dicuntur arbores, in quibus vermes in cortice generantur. Eſt igitur* Vermiculari, Vermiculis *infeſtari.* Plin. 17, 24 ſ. 37, 3 Vermiculantur magis minutae quaedam arbores, omnes tamen fere, idque aues caui corticis ſono experiuntur.

VERMICVLANS, antis. *Vt,* Vermiculans pulſus. *vid.* FORMICANS, *in* FORMICA.

VERMICVLĀTE. Adu. *Teſſellatim.* Quinctil. 9, 4 p. 864 *Burm.* Relicto rerum pondere teſſerulas ſtruet, et vermiculate inter ſe lexeis committet. *ex* Lucil.

VERMICVLĀTIM. Adu. *Idem apud* Zenon. Veronenſ.

VERMICVLATIO. ōnis. f. [σκωλήκωσις] *Eſt quum enatis vermiculis et beſtiolis, ſegetes, arboreſue infeſtantur.* Plin. 17, 11 Neque vermiculationi obnoxium. *it.* Arborum morbus communis vermiculatio eſt Plin. 11, 24 ſ. 37, 2.

VERMĬNA, orum. n. Pl. [στρόφος] Tormina, *vt haec a* torquendo *dicta, ita illa a* vertendo. Dolores corporis, cum quodam minuto motu quaſi a vermibus ſcindatur. Hic dolor Graece στρόφος dicitur. *Haec* Feſtus. Plinius, (*forte* Valerianus) Magi eo vermina et dyſenteriam curari putant. Apoſtoli verbo compeſcuerunt furialium vermina paſſionum Arnob. 1 p. 30. Lucret. 5, 995 Donicum eos vita priuarant vermina ſaeua, *i. Saeui dolores ex vulneribus, forte etiam vermiculi in incuratis vulneribus nati. Certe*

VERMĬNO, āre. [σκωληκιάω] *Vermes habere.* Cornelius Celſus, . . Nihil eſt pernicioſius pueris dum verminant. Seneca Natur. Quaeſt. 2, 31 Malorum ſerpentum et aliorum animalium, quibus mortifera vis ineſt, quum fulmine icta ſunt, venenum omne conſumitur. Vnde, inquit, ſcis? In venenatis corporibus vermis non naſcitur. Fulmine icta, intra paucos dies verminant. *Sed etiam prurire ſignificat, quaſi vermiculis cutem irritantibus.* Martial. 14, 23 *de auriſcalpio,* Si tibi moroſa prurugine verminat auris, Arma damus tortis apta libidinibus. ¶ 2 Verminari, *pro* Torqueri, a vermibus *deductum verbum,* quod facile ſe torqueant, *inquit* Nonius 1, 189. *Addit ex* Pomponio, Decimo menſe demum turgens verminatur, parturit. Senec. de Vit. Beat. c. 17 *extr.* Delinimenta magis quam remedia podagrae meae compono, contentus ſi rarius accedit, et ſi minus verminatur.

VERMINANS, antis. Part. Arnob. 1 p. 30 Verbo Chriſtus compeſcuit verminantium membrorum cruces.

VERMINATIO, ōnis. f. [σκωληκίασις] *Dolor rodens, pungens, vellicans, quaſi a vermibus intus rodentibus. De dolore dentium* Plin. 28, 11 ſ. 49 Iiſdem ſanari dimiſſis in fauces iumentorum verminationes notum eſt. Idem 30, 15 ſ. 50 Iumentorum vrinae tormina veſpertilione adalligato finiuntur. Verminatio ter circumlato verendis palumbo: mirum dictu: palumbus emiſſus moritur, iumentum liberatur confeſtim. Sen. Epiſt. 95 p. 459 Quot oculorum, auriumque tormenta, et cerebri aeſtuantis verminationes? Idem Ep. 78 p. 308 Omnium iſtorum prima verminatio vexat, impetus mora exſtinguitur. *Loquitur de podagra, chiragra et morbis articularibus.*

VERMINŌSVS, a, um. Adi. *Quod verminatione afficitur vel vexatur.* Verminoſae aures Plin. 20, 14. *A vermibus autem dictae,* Fici verminoſae Eidem 17, 28. *Et* Lignum verminoſum Eidem 17, 10.

VERMIFLVVS, a, um. *Idem.* Paullinus, Vulnere vermifluo foetidus interiit. *de phthiriaſi.*

VERNA, ae. c. [οἰκότριψ, οἰκοτραφὴς] Seruus domi noſtrae natus ex ancilla noſtra aut ſeruo. Plaut. Amph. 1, 1, 25 Mercurius, Satius eſt me queri ſeruitutem, qui fuerim liber — Hic qui verna natus eſt queritur. Idem Mil. 3, 1, 103 Quid, nutrici non miſſurus quidquam quae vernas alit? Cic. Fam. 9, 15 Bellienus verna Demetrii, qui ibi cum praeſidio erat, *etc.* Verna miniſteriis ad nutus aptus heriles Hor. Epiſt. 2, 2, 6. *Add.* Plaut. Truc. 2, 7, 27. Senec. Epiſt. 5. Iuuenal. 1, 26. Nutrix, quae vernas alit Cael. ad Cic. Fam. 8, 15. Verna Eques Iuuenal. 9, 10. Turba vernarum Tibull. 2, 1, 23. Lactei vernae Martial. 3, 58 Domitius legit Lutei, id eſt, ſordidi. Procaces vernae Hor. Serm. 2, 6, 66. Puer verna Idem ibid. 1, 2, 117. Satur verna, *vid.* SATVR. Tuberes vernae, *vid.* TVBER. ¶ 2 Nonius 1, 206 Vernas veteres appellabant, *Qui vere ſacro fuerant nati: et habebatur nomen hoc pro Vitabili maledicto. Exempla, quibus vtitur, nihil ad hanc rem faciunt. Audiamus etiam* Feſtum, Vernae, qui in villis vere nati, quod tempus, duce natura, feturae eſt: *in auibus quidem et animalibus quibusdam; homo omnium temporum et horarum animal. Sed ſunt ibi tum corrupta quaedam, tum illud notabile,* Romanos vernas appellabant, id eſt ibidem natos. *Et videtur ſane haec propria ſignificatio, quod ex nomine* vernaculus *apparet.*

VERNVLA, ae. c. Dimin. *Domi natus, vt nec inge[…] dere videatur. Vid. modo dicta in* VERNA n. 2. In ſacris T[…] *apud* Seru. *ad* Aen. 1, 21 ſic precabantur, Iuno curulis, tuo […] peoque tuere meos curiae vernulas ſane. *Sic non eſt puer […] tum, de quo* Martial. 14, 54 Si quis plorator collo tibi vernu[…] *Sed ſeruulus eſt* Iuuen. Sat. 10, 117 Quem ſequitur cuſtos ang[…] nula capſae. *Add.* Idem 5, 105. *et* 14, 169. Senec. de An. c. 1. Petron. c. 66. *Etiam Adiectiue ponitur.* Ve[…] Rutil. 1, 112. O hominem acutum et Vrbanitatis vernula […] Petron. c. 24.

VERNACVLVS, a, um. Adi. *Omne quod domi noſt[…] tur, vel in noſtra patria. Sic* Vernaculae Apes Petro[…] Artifices vernaculi Liu. 7, 2. *i. Domeſtici.* Aues Varr[…] 5, 7. Aurum vernaculum eſt apud quosdam barbaro[…] ſum Tertull. de Cultu Fem. 1, 7. Conſilium vernaculu[…] Poen. 4, 2, 105. Feſtiuitas antiqua et vernacula Cic. F[…] *Conf. Gronou. de Pec. Vet.* c. 10. Pecus Columel. 7, 3. […] quotidianae et vernaculae Cic. de Orat. 3, 90 c. 24. Varr[…] 3, 55 Praeterea Volucres quum partim aduenae ſint, vt hiru[…] grues: partim vernaculae, vt gallinae et columbae. […] equi Plin. *in ipſa concluſione operis, in Italia nati.* Plin. 1[…] Potiſſima nobilitas datur vuis peculiaribus atque vernaculi[…] Cic. de Clar. Orat. 27 Nec ſcio quo ſapore vernaculo. Id[…] 3, 141 Non vt ſolemus in defenſionibus dicere, crimen dome[…] vernaculum. Plin. 17, 23 ſ. 33, 25 Vernacula putatio de[…] ramos vitium crinibus circumueſtit arborem, crineſque i[…] Gallica in traduces porrigitur, *etc. Eſt ergo* Vernacula *e[…] Italica. Pro* verna *poſuit,* Proſper. Aquitan. de Prae[…] Vernaculus meus mihi heres erit. *Add.* Ambroſ. Epiſt. 65. […] nec. de Benef. 6, 11 *pr.* Alter apud proximum circulatorem r[…] quum vagus atque erro vernaculis congregatur et ludit, tra[…] Platonem, quem non quaeſierat, inuenit.

VERNĪLIS, e. Adi. [δουλικὸς] *Idem quod* Seruilis, *ſiue* […] Tacit. Hiſt. 2, 59, 4 Quamuis odium Vitellius vernilibus bland[…] ret. *h. e. Seruilibus, et adulatoriis. Al.* humilibus. Di[…] nile Tacit. Ann. 3, 32, 6. *h. e. Scurrile, procax.* Vet. G[…] nilis πολιτικὸς: *certe conſuetudini ciuili ſe aptos putant id genus* […]

VERNILĬTAS, ātis. f. [βωμολογία] *Scurrilitas.* […] Puerum ſubdolae ac fucatae vernilitatis. Vernilitatem […] *quidquid contrarium eſt Ingenuitati.* Senec. Epiſt. 95 *pr.* Haec […] tas eſt, ſeu vernilitas, punienda eſt promittendi facilitate. […] *tur de proteruia petendi quod impetratum nolis, vid.* VE[…]TER. Imbui vernilitate Quinctil. 1, 11. Seruilis […] Idem ibid. 1, 11.

VERNILĬTER. Adu. [κολακευτικῶς] *Inſtar* vern[…] *pueris inde miniſtrare et iucunde ſeruire, vt dominis placeant,* Hor. Sat. 2, 6, 108 Nec non verniliter ipſis Fungitur officiis, […] *ſedulo miniſtrante ſuo conuiuae. Quidam legunt* vernaliter. […] 1, 203 Verniliter, pro adulatorie, a vernis, quibus haec vi[…] eſt (*nempe vt adulentur dominis*) Caecilius Venatore, Cre[…] tandem hoc fit verniliter. *Et* Senec. de Benefic. 2, 11 Et non verniliter nec ea figura, qua quidam reiiciunt, quae m[…] volunt attrahere. *Hic eſt ille, quem* Acciſmum *vocant.* […] tatem *ſic ponit ipſe Seneca, vt modo dictum. Hinc* Vernili[…] Gloſſ. πολιτικὸς, *vt hodie quidam mentiri putant Politicum eſſe,* […] niliter *turpiterque* Arnob. 5 p. 186.

VERNĀLIS, e. Adi. *Ad vernas pertinens, ſeruilis, vt* […] alucitae Petron. Fragm. p. 674. *Sed vid.* ALVCITA. Pſeu[…] Gall. 1, 63 Ibam per mediam vernali corpore Romam, *i. iu[…] tate et forma.*

VERNATIO, VERNATILIS, VERNICOMVS, […] NIFER, VERNIROSEVS, VERNO, *et* VE[…] *vid.* VER.

VERNILĀGO, ĭnis. f. Carduus ſiluaticus A[…] Herb. c. 109.

VERO, ōnis. m. *Idem forte quod veru: certe teli genus.* Vict. de Caeſ. c. 17 Cum ipſe ferrum obiectum veronibus […] vteretur. *Conſtruit* Vteretur *cum Accuſatiuo.* Commodus […] *ferro, quod obiiceret plumbeis armis gladiatorum.*

plurimam veſtem Melitenſem, plurimam ſtragulam, multam Deliacam ſupellectilem, *etc.* Syracuſis exportaſſe: *pro eo quod* Pannum *vocamus, materia veſtis, etiam ſtragulae.* Molli pubeſcere veſte Lucr. 5, 672 *i. prima lanugine.* Muliebris Cic. Verr. 6 (4) 103 c. 46. Nexilis Lucret. 5, 1349. Nocturna Hor. Serm. 1, 5, 85. Obſoleta, Olida, Oſtrina, Papauerata, Pexa, *vid. ſſ. ll.* Phryxianae, *veſtes ſunt, ſi audimus Turn. 24, 19. Quae Phryxaei velleris criſpos et eminentes villos imitantur.* Plinius 8, 48 Togas raſas phryxianasque. *Sic enim legendum, non* Phrygianas, *vt al. vid.* Phrygianus *ſub* PHRYX. *Laudat porro Turnebus* Senec. de Benef. 1, 3 p. 594 Inueniam alium Poëtam, apud quem praecingantur, et ſpiſſis aut Phryxianis prodeant. *Sed Phrygianis etiam hic editur.* Picta Virg. Aen. 9, 26. Ponderibus aut tormentis, ſplendere cogentibus, Preſſa Sen. de Tranq. c. 1. Cic. Philipp. 2, 66 c. 27 Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretioſa veſtis, multa et lauta ſupellex, et magnifica multis locis, *etc.* Ex arcula Prolata Sen. de Tranq. c. 1. Cic. de Diuin. 1, 119 c. 52. Caeſar cum immolaret illo die, quo primum in ſella aurea ſedit, et cum purpurea veſte proceſſit, in extis bouis opimi cor non fuit. Sacrifica Sil. 3, 27. Idem in Piſon. 92 Nocte intempeſta crepidatus veſte ſeruili nauem conſcendit. Sinuoſa Ouid. Met. 5, 68. Stragula veſtis, *vid.* STRAGVLA. Tenuiſſima veſtis Ouid. Amor. 3, 1, 9. Trita Hor. Epiſt. 1, 20, 38. Vilis vetusque Ouid. Met. 8, 859. ❡ 3 *Verborum formulae:* Abſcindere veſtem humeris Virg. Aen. 5, 685. Abſciſſa planxi mea pectora veſte Ouid. Epiſt. 12, 153. Veſtis Arceat frigus Sen. Ep. 8. Ardentes murice veſtes Valer. Argon. 3, 340. Auferre laeſis de veſtibus maculas Ouid. Faſt. 3, 821. Cingere veſtem ad pectora Idem Met. 6, 59. Commutauerunt inter ſe veſtem, *vid.* COMMVTO. Concinnare veſtem, *vid.* CONCINNO. Leui veſte Contectus Celſ. 3, 19. Cubare plebeia in veſte Lucret. 2, 36. Decreſcunt puero veſtes Stat. Silu. 2, 1, 127. Deducere veſtem ab ore Ouid. Met. 3, 480. Deducere veſtem a pectore Id. Met. 6, 405. Defluxit veſtis ad imos pedes Virg. Aen. 1, 404. Demiſſa veſtis Hor. Serm. 1, 2, 95. Deponere veſtes humeris Ouid. Epiſt. 19, 43. Diſcindere veſtem Sil. 16, 437. Ter. Adel. 1, 2, 40. Ire in longis veſtibus Ouid. Faſt. 6, 688. Ire ſciſſa veſte Virg. Aen. 12, 609. Cic. de Orat. 1, 161 c. 35 Tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim, non explicata veſte, neque propoſito argento, *etc. ad tapetes et ſtragulam in lectis tricliniaribus aliisque veſtem pertinet.* Exuere veſtem Lucret. 4, 59. Gerere veſtes Ouid. Epiſt. 13, 37. Nep. 14, 3, 1. Illita veſtis *Neſſi ſanguine,* Sen. Herc. Oet. 726. Illitae veſtes auro atque purpura Sen. Hippol. 387. Illuſae auro veſtes, In quibus artifex ludens, auro aliqua depinxit, *ait* Seruius *ad* Virg. Georg. 2, 464. Induere veſtem, Induere ſibi veſtem, et Induor veſtem, et veſte, *vid.* INDVO. Induere veſtes humero Ouid. Epiſt. 21, 90. Infringere veſtes Idem Met. 9, 208 *de Hercule veſtem Neſſi ſanguine venenatam deripere ſibi conante.* Laboratae arte veſtes Virg. Aen. 1, 639. Lacerare veſtem Ouid. Met. 11, 726. Laniare veſtem ab ora ſumma Idem Met. 5, 398. Madens ſanguine veſtis, *vid.* MADEO. Mordebat fibula raſilis veſtem ſummam Ouid. Met. 8, 318. Mutare veſtem, *vid.* MVTO. Mutauit auratis veſtibus atras Ouid. Met. 8, 448. Nitentes veſtes Sen. Herc. Oet. ſ. 4. Obnubitur caput atra veſte Sil. 11, 260. Perfuſae veſtes oſtro Virg. Aen. 5, 112. Perſcindere tenuem veſtem Tibul. 1, 10, 63. Pictae veſtes auro Valer. Argon. 3, 340. Picturatae veſtes auri ſubtegmine Virg. Aen. 3, 483. Praetexuit veſtem oſtro Sil. 8, 489. Recinctas veſtes induta Ouid. Met. 7, 182. Cic. pro Cael. 38 Fores effregit? reſtituentur. Reſcidit veſtem? reſarcietur. Ter. Adel. 1, 2, 40 *Vnde Cicero haec verba accepit, habet,* diſcidit veſtem? Reſoluere cinctas veſtes Ouid. Met. 1, 382. Retecta veſte nudare papillas Catul. de Coma Beren. ſ. 64, 81. Saturatae murice veſtes Ouid. Epiſt. 13, 37. Squalentes puluere veſtes Lucan. 8, 57. Stabant ſorores atris cum veſtibus Ouid. Met. 6, 788. Subnectit purpuream veſtem aurea fibula Virg. Aen. 4, 139. Subſuta talos tegit inſtita veſte Hor. Serm. 1, 2, 28. Succincta veſtem puella Ouid. Met. 10, 530. Sumere veſtes, *Induere* Sen. Med. ſ. 10. Sumere pretioſas veſtes Ouid. de Arte Am. 1, 303. Sumere virilem veſtem Hor. Serm. 1, 2, 16. Suſpenſae in litore veſtes Lucret. 1, 306. Tegere funerea veſte corpus Ouid. Faſt. 3, 214. Tegi vili veſte Idem Epiſt. 15, 75. Tincta veſtis rubro cocco Hor. Serm. 2, 6, 102. Trahit bibulas veſtes vnda Valer. Argon. 1, 289. Tracta per publicum veſtis, dementiae indicium Quinctil. Declam. 367, 1. Variata figuris veſtis Catul. Argon. 62, 50. Velatus niuea corpora veſte Ouid. Met. 10, 430. Venire pura cum veſte Tibul. 1, 2, 28. Virgatae veſtes auro Sil. 4, 155. Celſ. 4, 2 Conſiderandum eſt, quae cauſa dolorem (capitis) excitarit. Si calor; aqua frigida multa perfundere caput expedit, *etc.* At ſi frigus nocuit; caput oportet perfundere aqua calida marina, vel certe ſalſa: tum caput vehementer perfricare: deinde calido oleo implere: veſte velare. Serpentis veſtis *ſenecta, vernatio, exuuiae* Lucret. 4, 59. *conf.* Id. 3, 614. Aranei vieta veſtis Lucret. 3, 387.

VESTICV̆LA, ae. f. Dimin. *Parua veſtis.* Paullus in l. Cum de lanionis. §. Quidam. D. de fund. inſtruct. *etc.* Quum in diem mortis ibi libros, et vitreamina, et veſticulam habuerat. *Sic habent Pandectae Florentinae. Haloander legit* Veſtiſpicam.

VESTIO, ire. [ἐνδύω, περιβάλλω, στέλλω] *Veſtem induere.* Veſtiri in foro honeſte, moris erat; domi quod erat ſatis Cato *ap.* Gell. 11, 2. Plaut. Caſ. 4, 4, 4 Vir te veſtiat, tu virum deſpolies. Ter. Heaut. 1, 1, 78 Ancillae tot me veſtiant? Ali et veſtiri ab aliquo Cic. pro Roſc. Amer. 147 c. 50. Ex ſuo corpore contra frigus veſtiri Quinctil. 2, 16. Lumine veſtire Cic. de Nat. Deor. 2, 113. Pilo veſtiri Plin. 9, 13. *Vid.* VESTIS n. 2. Spoliis ferarum veſtire corpus Lucret. 5, 952. Cic. Verr. 4, 122 c. 55 His autem Tabulis interiores templi Parietes veſtiebantur. Agrum vineis veſtire Columel. 3, 4. Atria ebur veſtit Lucan. 10, 119. Campos aether veſtit purpureo lumine Virg. Aen. 6, 640. Colles veſtit vitis Columel. 3, 2. Tum mihi prima Genas veſtibat flore iuuenta Virg. Aen. 8, 160. *vid.* VESTITVS. Hortum veſtit morus Plin. Epiſt. 2, 17. Iter veſtit ſeges Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 188. Malas iuuentas veſtit lanugine Lucret. 5, 887. Montem hiems veſtit gelu Claud. de Bell. Get. 167. Cic. de Nat. Deor. 2, 142 c. 57 Natura primum Oculos membranis tenuiſſimis veſtiuit, et ſepſit, *etc.* Sententias reconditas exquiſitasque mollis et pellucens veſtiebat oratio Idem de Clar. Orat. 273 c. 79. Ingenti Tellurem proximus Vmbra Veſtit Athos Stat. Theb. 5, 52.

❡ 2 Veſtire *ad omnia ea transfertur, quibus ornamur, inſtruin nimur.* Tertull. de Praeſcr. c. 36 *de Eccleſia,* Fidem aqua ſignat Spiritu veſtit, euchariſtia paſcit *etc. Et* de Monogam. c. 7 Nc Ieſus — de ſuo veſtiens (quia qui in Chriſto tinguuntur C induerunt) ſacerdotes Deo patri ſuo fecit. Idem de Reſur c. 8 *de carne noſtra*, Quam Deus manibus ſuis ad imaginem I xit ——— quam ſacramentis ſuis disciplinisque veſtiuit. Baptiſmo c. 13 Obſignatio Baptiſmi veſtimentum quodammo quae retro erat nuda. *Et* de Anima c. 4 Communes ſenten priis argumentationibus veſtiunt *philoſophi, i. exornant,* Impp. Gratian. Valentinian. et Theod. l. 5 C. Th. de honorari cillis, Omnes, qui extra palatium conſtituti codicillis Proconſ vel epiſtulis Vicariorum, vel inſignibus conſularium emendi que adſimulaticiis veſtiuntur, his quos adminiſtratio vel mili vexit, volumus eſſe poſtpoſitos.

VESTIENS, entis. Partic. Plin. 16, 33 Folio virenti veſtiens. *Ita Harduin. Paſſiue:* Vet. Auctor de rebus bell Notitia Imperii p. 181 *Labb.* Membra quoque veſtientis (*i. in racomacho*) tali ſolatio adiuta, labore ſufficiant. Sane ne ide racomachus pluuiis verberatus ingraueſcente pondere affi ſtientem *etc.*

VESTĪTVS, a, um. Partic. [ἱματισμένος] Propert. Candide veſtitus, *vid.* CANDIDVS. Male veſtitus, *vid.* Minus Bene Nep. 5, 4, 2. Peruenire ad aliquem locum minibus male veſtitis Cic. in Piſon. 61. Mediocriter *vid.* MEDIOCRIS. Optime citharoedus veſtitus Auctor renn. 4, 61. Genas veſtitus, *Barbatus* Senec. Herc. C Veſtem veſtitus Plaut. Epid. 2, 2, 38. Liu. 38, 14 Permiſſu poſtero die in caſtra tyrannus venit, veſtitus comitatusque vi vati modice locupletis habitum. Agri veſtiti meſſibu Faſt. 4, 707. Montes veſtiti ſiluis Liu. 32, 13. Cic. de N 2, 132 Montes veſtiti atque ſilueſtres. Ripae veſtitae gram lumel. 8, 5. Sepulcrum vepribus et dumetis Cic. Tuſc. 5, Terra veſtita floribus, arboribus, frugibus, *etc.* Idem de Na 2, 121 c. 39. Tori veſtiti gramine Ouid. Faſt. 1, 402. veſtitae ſuis frondibus Propert. 3, 13, 31. *Compar.* Apul, 288 Hercules neque vna pelle veſtitior fuit, neque vno baculo tior. Sexus et ſuffuſior eſt, et veſtitior Tertull. de An. c. *tes ſexum diſcernentes pubeſcunt. Superl.* Columel. 7, 3 quamuis ex omnibus animalibus veſtitiſſimum eſt, frigoris ta patientiſſimum.

VESTĪTVS, ûs. m. [ἔνδυμα, στολισμὸς] *Veſtis ornatus veſtis contectio.* Plaut. Epid. 4, 2, 8 Quia veſtitum atque immutabilem. Cic. de Finib. 3, 69 c. 21 Pulcherrimo veſti natu regali. Idem de Fin. 2, 77 c. 24 Verba tu fingas, et quae non ſentias: aut etiam, vt veſtitum, ſic ſententiam habe Domeſticam, aliam Forenſem? *Vid.* VESTIS, VESTIME Cic. Philipp. 12, 12 c. 6 Quando eius obliuiſcetur vlla poſterita ſcelere in hac veſtitus foeditate fuerimus? Victus ve neceſſarius Idem pro Quint. 49 c. 15. Immutare veſtitu IMMVTO. Indulges veſtitu nimio, *vid.* INDVLGEO. tus muliebri veſtitu Cic. Att. 1, 8. Agreſtis Nep. 16, 2, 5. pro Sext. c. 19 Veſtitus aſper noſtra hac purpura plebeia, ac pae *etc.* Humilis, *Obſoletus* Nep. 17, 8, 2. Militaris Idem Cic. de Clar. Orat. 327 c. 95 Concinnitas illa crebritasque ſente priſtina manebat: ſed ea veſtitu illo orationis, quo conſueue nata non erat. Montium veſtitus denſiſſimi Idem de Na 2, 161 c. 64. Riparum veſtitus viridiſſimi Idem de Nat. 98. Veſtitus, *pro Veſtimentis* Plin. 8, 22 Euanthes tradit, Antaei cuiusdam ſorte electum ad ſtagnum quoddam regionis e veſtituque in quercu ſuſpenſo tranare, atque abire in deſerta *paullo poſt ait,* Addit quoque Fabius eandem recipere veſtem.

VESTĪTOR, ōris. m. Veſtitores diuinorum ſimulacroru Iulium Firmicum 3, 12 et 14. *Deorum veſtitores.* Fullones tores et pictores *etc.* Lamprid. in Alex. Seu. c. 41.

VESTITV̄RA, ae. f. Gruteri Inſcript. p. 98. n. 8 TE CVM CARPVSCVLIS ET VESTITVRIS.

VESTIMENTVM, i. n. [ἐπίβλημα, ἱματισμὸς] *Idem ſtis.* Vlpian. De auro et argento legato l. 22 Veſtimentum, id detextum eſt, etſi deſectum non eſt: id eſt, ſi ſit conſummatum in tela eſt. nondum pertextum vel detextum, contextum app Quisquis igitur veſtem legauerit, neque ſtamen, neque ſubſta gato continebitur. *Et* l. 23 Veſtis an veſtimenta legentur, ni §. 1 Veſtimentorum ſunt lanea omnia lineaque vel ſerica ve cina, quae induendi, praecingendi, amiciendi, inſternendi, in incubandiue cauſa parata ſunt: et quae his acceſſionis vice quae ſunt inſitae picturae, clauique qui veſtibus inſuuntur. Veſtimenta omnia aut virilia ſunt, aut puerilia, aut muliebri communia, aut familiaria. Virilia ſunt, quae ipſius patris-f cauſa parata ſunt, veluti togae, tunicae, palliola, veſtimenta ſt amphitapa et ſaga, et reliqua ſimilia. Puerilia ſunt, quae ad alium vſum pertinent, niſi ad puerilem: veluti togae praetexta culae chlamydes, pallia, quae filiis noſtris comparamus. Mu ſunt, quae matrisfamilias cauſa parata ſunt, quibus vir non fa poteſt ſine vituperatione: veluti ſtolae, pallae, tunicae, capitia, mitrae, quae magis capitis tegendi, quam ornandi cauſa ſunt rata: plagulae, penulae. Communia ſunt, quibus promiſcue vti lier cum viro: veluti ſi eiusmodi penula palliumue eſt, et reliq iusmodi, quibus ſine reprehenſione vel vir vel vxor vtatur. liaria ſunt, quae ad familiam veſtiendam parata ſunt: ſicut ſag nicae, penulae, lintea, veſtimenta ſtragula et caetera ſimilia. Veſtis etiam ex pellibus conſtabit. Item pelles caprinae et a veſtis erunt: L. 24 quum et tunicas, et ſtragula pellicea nonnu beant. Cruor in veſtimentis Auctor ad Herenn. 2, 8. dum veſtimentum, *vid.* AREO. Forenſia veſtimenta Colu 45, 5 *vid.* VESTIS *et* VESTITVS. Cic. de Legib. 2, 59 c. Aelius L. Acilius non ſatis intelligere ſe dixerunt, ſed ſuſpicari, menti aliquod genus funebris. Pretioſa veſtimenta Hor. E 18, 32. Affers purpuram Tyriam, in qua tibi inuideo, quo veſtimentis tamdiu lautus es Cic. pro Flacc. 70. Detrahere veſtimenta, *vid.* NVDVS. Cic. pro Milon. 28 c. 10 Milo cum in Senatu fuiſſet eo die, quoad Senatus dimiſſus eſt, domu nit, calceos et veſtimenta mutauit.

VESTIARIVM, i. n. [ἱματοφυλάκιον] *Locus, in quo ve ſeruantur vel venduntur.* Plin. 15, 8 Veſtiarium etiam contra ter ac noxia animalia, amurca adſpergi. *conf.* Vopiſc. in Aurel.

rii *nomine aliquando* Veſtis *intelligitur.* Columel. 1, 8 Ne aut in veſtiariis, aut in caeteris praebitis iniurioſe tractentur. Scaeuola in l. Annua. D. de ann. legat. Quaeſitum eſt, an a matre conditio appoſita defeciſſe videatur, et per hoc neque veſtiaria neque cibaria his debeantur. Reſpondi ſecundum ea, quae ra onerentur, deberi. *conf.* l. 15 *pr.* D. de alim. et cibar. *Vid.* Senec de Benef. 3, 21. *et* de Tranq. c. 8.

VESTIARIVS, a, um. Adi. [ἱματικὸς] *Vt,* Veſtiaria arca, *in qua veſtes reponuntur et conſeruantur* Cato 11.

VESTIARIVS, i. m. *Qui veſtes facit aut vendit.* Vlpian. in l. Quinque. §. 2. D. De inſtitore actionis. Sed et eos inſtitores dicendos placuit, quibus veſtiarii, vel lintearii dant veſtem circumferendam et diſtrahendam: quos vulgo *circuitores* appellamus. *Add.* l. 45 coperis libert. Petron. c. 41 *c. not. Var.*

VESTIFEX, ficis. Grut. Inſcr. p. 578.

VESTIFICIVM, i. n. ἱματοποιΐα Gloſſ. Lat. Gr.

VESTIFICA, ae. f. *Quae conficit veſtes.* Grut. Inſcript. p. 578. 6 AGRIAE. TRIPHOSAE. VESTIFICAE. *conf.* Inſcr. eiuſ. 70 cl. 9.

VESTIFICVS, i. m. Grut. Inſcript. p. 578. n. 7. CLAVDII. DIPTERVS. VESTIFICVS.

VESTIFICINA, ae. f. *Veſtium confectio.* Tertull. de Pal. 3 Tantam paraturam materiarum ingenia quoque veſtificinae o cuta, *etc.*

VESTIFLVVS, a, um. Auſon. Technop. c. de Hiſtoriis v. 25 ... a depectit nemoralia veſtifluus Ser. Lydus veſtifluus Petron. c. 133. *vid* Turneb. Aduerſ. 26, 6.

VESTIPLICA, ae. f. Famula vel femina, quae veſtes plicat. ... Gloſſ. *vid.* Quinctil. Decl. tit. 363. *et ibi Burm.* p. 753.

VESTIPLICVS, i. m. *Qui munus illud habuit apud Imperatores, ... ves eorum plicaret* Reineſ. Inſcript. 9, 64 *et* 11, 90.

VESTISPICVS, i. m. *et* VESTISPICA, ae. f. [ἱματοφύλαξ] ... s ſiue ancilla cuſtodiens veſtes, quod frequenti diligentia veſtes ... iant; *inquit* Nonius 1, 41 cum Varrone de L. L. 6, 2. Plaut. ... 2, 1, 22 Ducitur familia tota, veſtiſpici, vnctor, auri cuſtos. Afra... Noui non inſcitulam ancillulam veſpere, et veſtiſpicam.

VESVLVS, i. m. [Οὔεσολος] Mons Liguriae iuxta Alpes *vt no... ruius.* In huius radicibus imis exoritur Padus fluuius, *vt* Pom... *s ſcribit* 2, 4. *et* Plin. 3, 16. Virg. Aen. 10, 709 Multos Veſulus ... pinifer annos Defendit. ¶ 2 *Eſt et Viri nomen* Sil. 10, 145.

VESVVIVS, *ſiue* VESVIVS, *vid.* VESEVVS.

V E T

VETER, ĕris. Adi. [παλαιὸς] *Senex.* A quo Veterior Com... et Superl. Veterrimus. Ennius *apud* Priſcianum, Quum veter ... iit Priamus ſub Marte Pelasgo. Accius, Veter fatorum terminus erat. *Vid.* Priſcian. l. 3 c. de Superlat. Gell. 10, 21. Varro L. L. 5, 7. *Com...* παλαιότερος] Plaut. Bacch. 5, 2, 31 Senem illum ego tibi dedo vete... ſoror, lepide vt lenitum reddas. *Vid.* Priſcian. 3 p. 607 *Alii* Vlteriorem. *Superl.* [παλαιότατος] Veterrimus homini ...us Amicus Plaut. Truc. 1, 2, 71. Trebon. ad Cic. Fam. 12, 16 ...oſtro veterrimo, veriſſimoque amore. Idem de Nat. Deor. ... 15 Vt etiam veterrimi Poëtae, qui haec ne ſuſpicati quidem ...toici fuiſſe videantur. Liberorum veterrimus Tacit. Ann. ... *h. e. Maior natu.* Aſpritudo veterrima Scribon. 37. Au... veterrimus Liu. 2, 18. Hoſtis veterrimus Idem 28, 39. Ilex ... Aug. c. 92. Laurus Virg. Aen. 2, 513. Nobilitas Tac. ... 2, 53, 3. Societas veterrima Liu. 4, 9. Veterrima quae... vt ea vina, quae vetuſtatem ferunt, eſſe debent ſuauiſſima Cic. ... micit. 69 c. 19.

VETERAMENTARIVS, *vid.* VETVS.

VETERANVS, VETERATOR, *vid.* VETVS.

VETERINVS, a, um. Adi. [κτήνειος] *Veterina animalia di...nt, ad vecturam idonea, quae aliquid vehere poſſunt:* quaſi veherina, ...na beſtia, ὑποζύγιον Gloſſ. *conf.* Feſt. Non. 1, 44. Plin. 11, ... ngulae veterino tantum generi renaſcuntur. *add.* Id. 8, 42. *Sic* ... Namque vt veterina a iugo, et canes a curſu volutatio iuuat. ...nae *(pecudes)* quae hordeo paſcuntur Varro R. R. 1, 38. Lu... 863 Et genus omne, quod eſt veterino ſemine partum. *conf.* ... d v. 888.

VETERINARIVS, a, um. Adi. [κτηνοκόμος] *Qui veterinorum ... gerit, et veterina ducit, vt ſic dicere poſſis etiam, qui illa locanda ... utricant ad quaeſtum.* Columel. 11, 1 Nam et arator reperitur ... bonus, et optimus foſſor, aut foeni ſector, nec minus arbora... vinitor, tum etiam veterinarius et probus paſtor. Vete...us, ἱππίατρος Gloſſ. Lat. Gr. *Medicus veterinorum.* Columel. 6, 8 ... etiam faſtidia cibo afferre vitioſa incrementa linguae, quas ra... veterinarii vocant. Veterinaria Ars Veget. de Re Veter. Praef. ... dicina Columel. 7, 3.

VETERNVS, i. m. *et* VETERNVM, i. n. [λήθαργος, νωθρό...] *Morbus ex nimio otio perpetuum ſomnum inducens.* Plaut. Men. ... 4, Num cum veternus, aut aqua intercus tenet? *Quin pro aqua ...ter te ſaepe ponunt.* Vet. Gl. ὕδρωψ veternum. Seru. *ad illud* ...rg. Ge. 1, 124 Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno, Pigritia, ...o quia plerumque otioſos ſolet hic morbus inceſſere. Plautus in ...dio, Opus facere nimio quam dormire mauolo: Veternum me... Veternus autem dicitur morbus intercus, id eſt ὕδρωψ, qui ho...ine efficit pigros. *Non ſatis ſibi conſtant in vſu vocis veteres, vnde ... diſputandi materies recentioribus. Vid. Mercur. Var. Lect. 6, 16. ... ad Tertull. Pall. p. 429. Zaroltus de medica Martialis tractatione ... 2 ...s laudat Burm. ad* Grat. 477 Quid dicam tuſſis, quid moeſti da... na veterni, *vbi addit, de Boerhaaui ſententia intelligendum eſſe apud ... n quoque Lethargum, in quem exeat Leucophlegmatias ſ. albus hy...op. Etiam pecorum morbus eſt vid.* Colum. 7, 5, 3. 7, 10, 4. Plin. ... 4, 1 ſ. 115 Veterno liberat, quae exedum vocatur. Funeſto ve... ...rcere aliquem Hor. Epiſt. 1, 8, 10. Cic. Fam. 8, 6 Niſi ego ... ibernariis et aquariis pugnarem, veternus ciuitatem occupaſſet. ... eadem epiſtola veternus ciuitatis Cic. Fam. 2, 13 *i. ſocordia, ne...gentia.* Plin. 8, 36 Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno ...emuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant. Tunc mi... modum veterno pingueſcunt. Veterno pigrior Martial. ... 67 *Sed fluctuat lectio.* Stolidum veternum Catullus ad Coloniam ... 18 ...) 24 *al.* Olidum. Quod truncauit edax ſenium popu... veterno Prudent. Apoth. v. 1073. *conf.* Paullin. ad Cyther. v. 853. Veternum *appellat morbum naturalem ſenum, qui languorem et torporem inducit. Et credibile eſt, hanc fuiſſe primam appellationis huius rationem, vt* Senium *et* Conſeneſcere *de languore ſimili dixere. Vid.* VETERNOSVS. *Huc reſpicit* Prud. Symm. 1, 7 Ne ſinat antiquo Romam ſqualere veterno. *Sic* Cathemer. 11, 64 Nam tunc renatus ſordidum Mundus veternum depulit. *Opponit* Exordio vernantis orbis. *Metaph.* Situ et veterno macerare vites dicitur muſcus Columel. 4, 26. *Add.* Apul. Met. 9 p. 223, 1 Totum corium veterno atque ſcabioſa macie exaſperati. *Multi.* ¶ 2 *Eſt etiam Adiectiuum nomen* veternus Fulgent. Mythol. 1 p. 12 Quidquid Aſcraeus veterna Rupe paſtor cecinit. Cypriani, Ennodii, *et ſimilium teſtimoniis firmauit Munckerus.*

VETERNOSVS, a, um. Adi. [ληθαργικὸς] Qui graui ſomno premitur, *inquit* Feſtus. φθισικὸς, ὑδρωπικὸς Gloſſ. Lat. Gr. Plin. 20, 4 Liuori vero recenti corticem cum melle: veternoſis autem quam acerrimos mandere. Veternoſum Eunuchum *vocat* Ter. Eun. 4, 4, 21 *Quia ſegnis eſt, et quaſi veternum patitur,* Hic eſt vetus, vietus, veternoſus, ſenex. Cato *apud* Gell. 1, 15 Nunquam tacet, quem morbus tenet loquendi, vt veternoſum bibendi atque dormiendi. *Recte igitur* Feſtus, Veternoſum, Cato Hydropicum appellat, quum inquit, Veternoſus quamplurimum bibit, tam maxime ſitit. Sen. de Ira 1 *extr.* Veternoſi et infelicis animi, imbecillitatis ſibi conſcii, ſaepe indoleſcere *Solent, qui tam languidis morbis laborant, aegre ferre, quietem ſuam turbari, ſunt irritabiles; quod etiam accidit Phthiſicis, (quos ipſos quoque* veternoſos *dici ex Vet. Gloſſ. obſeruauimus) itemque his, quorum ſenectus ipſa morbus eſt etc. Add.* VETERNOSITAS. Varro *ap.* Non. 1, 151. *et* 16, 10 Nam vt arcuatis et veternoſis et lutea quae non ſunt, et quae ſunt lutea videntur: ſic inſanis ſani et furioſi videntur eſſe inſani. *Sed verba* et veternoſis *omittit* Mercer. *idque Cuiacio auctore factum monet. Add.* Tertull. de Anima c. 36. Sidon. 1, 1. *Superl.* Senec Epiſt. 82 Ego non redigo iſta ad legem dialecticam, et ad illos artificii veternoſiſſimi nodos: veternoſiſſimi: *de Sophiſticis argumentationibus, quibus reſpondere difficile eſt, quae veterum inducunt interrogato.*

VETERNOSĬTAS, ātis. f. Fulgent. Mythol. 3, 4 *extr.* Omnis caloratae iuuentutis igniculus torpidae veternoſitatis algeſcit ſenio.

VETO, ui, ĭtum, āre. [κωλύω, παραγγέλλω] *Prohibere, et ne aliquid fiat, imperare.* Ter. Phorm. 4, 4, 28 Aruſpex vetuit ante brumam aliquid noui negotii incipere. Ibid. 5, 6, 2: Ait eſſe vetitum, intro ad heram accedere. Si quid Maſuri rubrica vetauit Perſ. 5, 90. In conſpectum venire vetaueram Planc. ad Cic. Fam. 1, 23. Cic. Verr. 3, 176 Vetat te Volcatius tuae tuorumque deliciae, mentionem mancipis facere. Sed vetuere patres, quod non potuere vetare Ouid. Met. 4, 61. Cic. de Legib. 2, 10 Lex vera atque princeps apta ad iubendum et ad vetandum ratio eſt recta ſummi Iouis. Prohibere et vetare Caeſ. Bell. Gall. 7, 33. Aſcendere lex peregrinum vetat in murum Cic. de Orat. 2, 100. Aſſentiri tu me incognito vetas Idem Acad. 4, 114 c. 36. Deſperare eum ſaluti vetuit Idem pro Cluent. 68 c. 25. A praefecto morum Haſdrubal cum Hannibale vetabatur eſſe Nep. 23, 3, 2. Loqui plura vetor Ouid. Met. 2, 657. Bella vetare Virg. Aen. 2, 84.

VETO *ſollemniter vſurpatum tribunis pl. rogationi alicui intercedentibus: Vid.* Liu. 6, 35 *extr. Briſſ. de Form. p. 273.* Phoebum vetat, *i. Arcet.* Senec. Herc. Oet. v. 1624. Stat. Theb. 9, 362 Spicula iam clypeosque leues, arcusque remiſſos Vnda vehit, galeasque vetant deſcendere criſtae *i. prohibent, impediunt.* Nihil horum vetari poteſt Sen. Ep. 11. *i. arceri, ſec. Gronou.* Multa illas *(artes)* inhibent extrinſecus et impediunt, ſpes, cupiditas, timor. At haec, quae artem vitae profeſſa eſt, nulla re, quo minus ſe exerceat, vetari poteſt Sen. Ep. 95 p. 457. *Conf. Gronou. Obſ. 1, 5.* Virg. Aen. 1, 39 Quippe vetor fatis: *impedior.* Cic. de Amicit. 87 c. 22 Praepoſteris enim vtimur conſiliis, et acta agimus, quod vetamur veteri Prouerbio. Hor. Serm. 1, 1, 24 — Ridentem dicere verum Quid vetat? Virg. Ecl. 1, 56 Non me vlla vetabunt Frigora Parthenios canibus circumdare ſaltus. ¶ 2 Votare pro vetare olim ſcriptum, *ſi credimus* Caſſiodoro de Orthogr. p. 2283 *extr.*

VETANS, antis. Partic. [κωλύων] Cic. de Legib. 2, 8 c. 4 Ita principem legem illam et vltimam, mentem eſſe dicebant, omnia ratione aut cogentis, aut vetantis dei. Deo vetante agere aliquid Propert. 4, 1, 90. Venti vetantes Ouid. Epiſt. 13, 131. *conf.* Id. Met. 6, 358.

VETĬTVS, a, um. Partic. [κεκωλυμένος] Virg. Aen. 6, 623 Hic thalamum inuaſit natae, vetitosque hymenaeos. Adulterium vetitum Ouid. ex Pont. 3, 3, 57. Aequor vetitum Idem Met. 2, 172. Alea vetita legibus Hor. Carm. 3, 24, 58. Amor vetitus Ouid. de Arte Am. 1, 283. Arma vetita Virg. Aen. 9, 547. Ciborum vetitorum fames Ouid. Met. 15, 138. Concubitus vetitus Idem Met. 10, 353. Crimen vetitum Idem Triſt. 2, 498. Libido vetita Idem Met. 9, 576. Nefas vetitum Hor. Carm. 1, 3, 26. Probrum vetitum Ouid. Met. 10, 695. ¶ 2 *Subſtantiue:* Ouid. Amor. 3, 4, 17 Nitimur in vetitum ſemper, cupimusque negata. Virg. Aen. 10, 9 Quae contra vetitum diſcordia? Cic. de Legib. 2, 9 c. 4 Sed vero intelligi ſic oportet et haec et alia iuſſa ac vetita populorum, vim non habere ad recte facta vocandi, et a peccatis auocandi.

VETATIO, ōnis. f. [κώλυσις] *non* Vetitio, *analogia poſtulat auctore* Valla 1, 2.

VETTŌNES, um. m. *Populi in Hiſpania, qui teſte* Plin. 25, 8 ſ. 46 Herbam Vettonicam *inuenerunt.* Alii *ſcribunt* Vectones. Lucan. 4, 9 Vectonesque leues, profugique a gente vetuſta Gallorum Celtae miſcentes nomen Iberis. Sil. 3, 378 At Vectonum alas Balarus probat. *Add.* 16, 365. *Sed* o *corripit* Prud. Periſt. 3, 187 Clara colonia Vettoniae. *Et fauet* Gr. Οὐέττονες. *it.* VETTONICA.

VETONĬCA, ae. f. *Herba a Vettonibus dicta. Vt vidimus ex* Plin. 25, 8. *Add.* 26, 5. 7, 25. Vettonicae manſus ſiccabit lumina ſuccus Sammon. v. 205. *Eſt haec herba, de qua exſtat peculiaris libellus* Antonii Muſae *nomine praeſcriptus, in cuius editione Humelberg.* Vetonica *ſcribitur. Apud* Scribonium *Rhodii fluctuatur inter* Vettonicam *et* Betonicam, *quod hodie fere obtinet.*

VETVLONIVM, i. n. *ſeu* VETVLONIA, ae. f. [Οὐετλώνιον] *Hetruriae, quam Maeonii tenuerunt, vrbium erat caput: de qua* Sil. 8, 485 Maeoniaeque decus quondam Vetulonia gentis.

VETVLONENSIS, e. Adi. *Vt,* Populi Vetulonenſes Plin. 3, 5.

VETVRIA *gens, e qua inter alios.* Coriolani mater Liu. 2, 40. ¶ 2 Veturia, *Centuriae nomen* Liu. 26, 22 *vid. ibi* Gronou.

VĔTVS, ĕris. (*a* VETER *de quo p. a.*) Adi. [παλαιὸς, ἀρχαῖος] *Quod diu fuit, quod multorum annorum, menſium aut dierum eſt, pro natura eius, cui adiectum eſt. Quid ab* Antiquo *diſtet, vid. h. v.* Plaut.

Truc. 2, 2, 56 Vetus eſt maceria. Idem Amph. Prol. 118 Veterem atque antiquam rem nouam ad vos perferam. Gell. 16, 5 *quem exſcribit* Macrob. 6, 8 Vetus ab aetatis magnitudine compoſitum eliſumque eſt. *Sed vid. quae hac de re diximus ſupra in* VE. *Nempe, vt alia taceamus, repugnat modus Syllabae, quae breuis eſſe non poſſet, ſi ex* Ve *per ſe longo, et Diphthongo* ae *contracta eſſet.* Cic. pro Caecin. 45 At vero hoc quidem iam vetus eſt, et maiorum exemplo multis in rebus vſitatum. Plin. 36, 7 Onychem etiam tum in Arabiae montibus, nec vſquam alibi naſci putauere veteres noſtri. Veteres, Senes, et Antiqui differunt, *vid.* ANTIQVVS. *Saepe tamen promiſcue ponuntur. V. g.* Veteres *i. ſenes.* Veteres et moris antiqui memores Liu. 42, 47. Lac melius eſt a valentibus *Agnis*, et ab iis, quae nondum veteres ſunt Varro R. R. 2, 11. Scilicet et veteres fugiunt iuga ſaepe iuuenci, Et domitus freno ſaepe repugnat equus Ouid. Triſt. 4, 6, 25. Arcobricenſes iuuenes et veteres ſtatuam in foro p. Inſcript. Aruncitani veteres et iuuenes Inſcript. Veteres *etiam dicuntur antiqui moris ſtudioſi.* Quibus rebus aliquantam partem gloriae demſerat: praecipue apud veteres et ſanctos viros, ſuperba illa, grauia, indigna Romano imperio exiſtimantes Macrob. Sat. 2, 9. Cic. Act. 1 in Verr. 30 c. 10 Tres hi homines veteres *i.* Aſconio *interprete,* Graues et Seueri. ¶ 2 *Subſtantiua elementari ordine diſpoſita:* Adagium vetus, *h. e. Iamdiu vſurpatum, et a veteribus etiam dictum* Plaut. Amph. 4, 2 ſuppoſ. 2, 40. Aetas vetus Hor. de Arte Poët. 61. Amicum veterem agnoſcit Virg. Aen. 3, 82. Amores veteres cantare Ouid. Epiſt. 16, 255. Laudamus veteres, ſed noſtris vtimur Annis Ouid. Faſt. 1, 225. Auorum veterum effigies Virg. Aen. 7, 177. Calceos veteres vendere Quinctil. 6, 4. Cicatrix non vetus Scribon. 26. Comitialis morbus vetus, recens Idem 15. Conſulatus octo veteri addidit Suet. Veſp. c. 8. Dolor Scribon. 11. Durities iocinoris Idem 123. Exceptio vetus et vſitata Cic. de Orat. 1, 169. Fagi veteres Virg. Ecl. 3, 12. Fama vetus Hor. Serm. 2, 1, 36. Hoſpita vetus Cic. Verr. 4, 24. Infamia vetus Ouid. Met. 2, 708 Sic vetere Inſtituto vitae effugit noua pericula Nep. 25, 7, 3. Malorum veterum memor Ouid. Met. 13, 570. Memoria vetus Tacit. Ann. 6, 28. Miles exercitatus et vetus Cic. Tuſc. 2, 38. Neceſſitudo paterna, magna, vetus, et iuſta Cic. Att. 16, 16. Patientia vetus Tacit. in Vita Agric. 16. Querela vetus Virg. Georg. 1, 378. Senes veteres Tibull. 1, 8 (9) 50. Tuſſis vetus Columel. 6, 10. Scribon. 77. Verbum vetus Ter. Adelph. 5, 3, 17. Cic. pro Sext. 18 Alter vnguentis affluens, calamiſtrata coma, deſpiciens conſcios ſtuprorum ac veteres vexatores aetatulae ſuae, *etc.* Virorum veterum monimenta Virg. Aen. 3, 102. Viris (vt aiunt) credendum eſt veteribus et priſcis Cic. de Vniuerſ. 34 c. 11. ¶ 3 *Mediae ſignificationis eſt: in laude, vt antiquus,* Vetera iam iſta et religione omnium conſecrata Cic. Tuſc. 1 c. 14. *Sed* Vetus, *Friuolum, tritum. Vt,* Vaticinari vetera Plaut. Pſeud. 1, 3, 129. *Vid.* Cic. Tuſc. 1, 74 c. 30. *Sic pro Carioſo, et quaſi rancido,* Ter. in Prol. Heaut. 22 Tum quod maleuolus vetus Poëta dictitat, repente ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum. *Sed* Regnandi vetus, *qui longa experientia regnare didicit,* ſub Veteribus *vid.* SVB. Tacit. Ann. 6, 44. *Comparatiuum et Superlatiuum dedimus ſub* VETER.

VETŬLVS, a, um. Adi. Dimin. [γερόντιον] Cic. Fam. 7, 16 Sero ſapiunt *(Phryges)* Tu tamen, mi vetule, non ſero, primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti. Idem Att. 13, 29 Se ſcire aiebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Quinti filiam vetulam ſane et multarum nuptiarum. Idem de Fin. 5, 39 c. 14 Itaque et viuere vitem et mori dicimus: arboremque et nouellam et vetulam et vigere et ſeneſcere. Cornix vetula Hor. Carm. 4, 13, 25. *Subſtantiue:* Plaut. Moſt. 1, 3, 118 Vetulae edentulae, quae vitia corporis fuco occulunt. *Niſi quis malit diſtinctim ſic legere,* Vetulae, edentulae, *etc.* Equus vetulus, *cui contrarium* Tener. Cic. de Amicit. 69 c. 19 Num quando amici digni amicitia, veteribus ſint anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere ſolemus. Falernum vetulum Catull. ad puerum ſuum ſ. 25 (27) 1. Gladiator vetulus Cic. pro Quint. 29 c. 7. Alfenus, Interea cum iſto gladiatore vetulo quotidie pugnabat. Oues Plaut. Bacch. 5, 2, 10. Platani Sen. Ep. 12. Puer Petron. c. 28. Verba Plaut. Epid. 3, 2, 14. Vinum vetulum Columel. 10, 429. Iuuenal. Sat. 15, 54 Credebant hoc grande nefas, et morte piandum, Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat. *conf.* Plaut. Merc. 2, 2, 43.

VETŬLA, ae. f. Martial. 4, 5. *ad* Fabianum, Nec potes algentes arrigere ad vetulas. Iuuenal. Sat. 6, 240 Vtile porro Filiolam turpi vetulae producere turpem. *add.* Id. 6, 193. Martial. 3, 32.

VETVSCŬLVS, a, um. Dimin. *Vt,* Dictio vetuſcula, toroſa et quaſi maſcula Sidon. Epiſt. 8, 16.

VETVSTVS, a, um. Adi. [παλαιὸς, παλαιγενὴς] *Idem quod Vetus.* Cic. Fam. 13, 37 Cum Demetrio Mega mihi vetuſtum hoſpitium eſt. Idem Fam. 6, 6 Ratio vetuſtae diſciplinae. Amicitia vetuſta puer puero iunctus Ouid. ex Pont. 4, 3, 11. Corpus Zeno Veron. Serm. de Reſurr. Gens vetuſta Virg. Aen. 9, 284. Lucus vetuſtus Ouid. Met. 8, 742. Poëta vetuſtior Gell. 3, 16. Mos vetuſtus Ouid. Faſt. 2, 301. Cornicum Saecla vetuſta Lucret. 5, 1083. Vetuſtiores Scriptores Liu. 3, 23. Spatio vetuſto aetatis feſſa domus Lucret. 2, 1172. Templum vetuſtum Virg. Aen. 2, 713. *Compar.* Vetuſtius Stercus Colum. 2, 15 *ſub fin.* *Superl.* Vetuſtiſſimus in poëtica arte Plin. 25, 2. Vetuſtiſſimum quemque militum nomine vocans Tacit. Hiſt. 1, 23, 2. Vetuſtiſſimus liberorum Tacit. Ann. 2, 2. *h. e. Maximus natu.* *add.* 2, 40, 3. *et* 11, 25, 2. *et* c. 32, 4. *it.* Hiſt. 2, 37, 2. Liu. 23, 22. Plin. Ep. 8, 14. ¶ 2 *Obſeru.* Vetuſtus, *Qui verbis vetuſtis et priſcis vtitur.* Cic. in Brut. 83 de Laelio: Sed multo tamen vetuſtior et horridior ille, quam Scipio. Vetuſtior, *i. Verbis vetuſtioribus, et magis priſcis vtitur: Vt* Horridior, *Verbis horridioribus. Mox enim ſequitur:* Et quum ſint in dicendo variae voluntates, delectari mihi magis antiquitate videtur, et lubenter verbis etiam vti paullo magis priſcis Laelius. *Sic in eodem Bruto* 94 Lucius Mummius vocatur antiquus, quod verbis antiquis vteretur. Ad initia vetuſtaue *(morbi)* comprimenda et emendanda Scribon. 150.

VETVSTE, ius, iſſime. Adu. [παλαιῶς] An vetuſte, bonos pro diuitibus poſuit? Aſcon. in Verr. p. 102. *i. more antiquorum. Conf.* Idem p. 120. Plin 27, 7 Vetuſtiſſime in vſu eſt. *h. e. Etiam diutiſſime conſeruatum, adhuc in vſu eſt.*

VETVSTAS, ātis. f. [παλαιότης] Plin. 11, 35 Nix vetuſtate rubeſcit. Ad vetuſtatem, *vid.* AD Praepoſitionem. Exempla vetuſtatis oratori nota eſſe debent Cic. de Orat. 1, 201 c. 46. Idem de Orat. 2, 36 Hiſtoria vero teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magiſtra vitae, nuntia vetuſtatis, qua voce alia niſi
immortalitati commendatur? Iudicium vetuſtatis Quin
Cic. de Lege Agr. 2, 56 Qui agrum Recentoricum poſſident,
Poſſeſſionis ſe, non iure: miſericordia Senatus, non agri co
defendunt. Rerum vetuſtas, vel auctorum Liu. 2, 21.
cipium vetuſtate antiquiſſimum Cic. Philipp. 3, 15. Ve
conſuetudo: Idem Fam. 11, 16 Magna vetuſtas, magna conſuetu
cedit. *conf.* ibid. 5, 15. 10, 10. 13, 32. Vitii vetuſtate os ſcabr
bon. 201. Magna eſt vis vetuſtatis et conſuetudinis Cic.
cit. 70 c. 19. Alta vetuſtas Sil. 1, 26. Annoſa vetuſta
Triſt. 5, 2, 11. Anteacta vetuſtas Lucret. 3, 985. Arca
di vetuſtas Stat. Theb. 4, 32. Deſerta vetuſtas Hor. Epiſt
Edax vetuſtas Ouid. Met. 15, 872. Exacta vetuſtas Claud
trop. 1, 287. Inuidioſa vetuſtas Ouid. Met. 15, 234.
qua aeui vetuſtas Virg. Aen. 3, 415. Cic. de Clar. Orat.
mia vetuſtas nec habet eam, quam quaerimus, ſuauitatem, nec
ſane tolerabilis. Obſoleta vetuſtas Quinctil. 4, 1.
vetuſtas Ouid. Met. 15, 623. Tabida vetuſtas Idem ex
8, 49. Tarda vetuſtas Idem Met. 11, 182. *i. Senectus.*
niens Corn. Gallus 1, 273. Vitioſa vetuſtas Claud. de Phc
pro ſenectute. Vt hedera ſerpens vires arboreas necat, Ita
tuſtas amplexu annorum enecat Laber. *ap.* Macrob. Saturn. 2, 7
Non. 2, 890. *De diuturnitate temporis:* De me nulla vnq
muteſcet vetuſtas Cic. pro Mil. c. 35. Mori millies praeſta
haec pati; quae mihi videntur habitura etiam vetuſtatem Id.
In vetuſtatem reponere, ſeruare Colum. 12, 44 *et* 29.
Verborum formulae: Abiit vetuſtate memoria Liu. 2, 4. A
ab omni vetuſtate, *vid.* AB. Adepta vetuſtatem,
impulſu ventorum vetuſtas, Capere vetuſtatem, *vid.*
Coaceſcit aetas vetuſtate Cic. de Senect. 65. Delet vetuſta
operis Ouid. Met. 1, 445. Euaneſcit vetuſtate vinum Ci
vin. 2, 117. Exoleſcere vetuſtate Quinctil. 1, 6, 11. Ex
tuſtas nouitate Lucret. 3, 977. Exuitur vetuſtas anguib
de Arte Am. 3, 77. Facit peritiores vetuſtas Cic. pro Dom.
Fallunt vetuſtatem vites aliquae Plin. 14, 2. Ferent ſcri
ſtatem, *Ad poſteros peruenient* Ouid. Triſt. 5, 9, 8. *Vid.* Col
44. *et* 29. *et* Cic. Att. 14, 9. *et* de Amicit. c. 19. Induc
23, 1. Induere vetuſtatem, *vid.* INDVO. Occupat interd
vetuſtas vlcus, induciturque ei callus, *etc.* Celſ. 5, 26. Vet
ſolum opera manu facta, ſed etiam ipſam naturam paullatim
do Perimit Curt. 5, 1, 34. Probatus vetuſtate Auctor ad H
4. *add.* Sen. Ep. 91. *et* Conſ. ad Polyb. c. 1. Nep. 25, 13, 2.
tae res ab noſtra memoria propter vetuſtatem Cic. de Inuent. 1
mere ex vetuſtate verba Quinctil. 10, 1.

VETVSTESCO, *ſiue* VETVSTISCO, ĕre. [παλαιζ
tus fieri. Columel. 1, 7 Apothecae recte ſuperponentur his lo
plerumque fumus earum exoritur, quoniam vina celerius vetu
quae fumi quodam tenore praecoquem maturitatem trahunt.
vetuſtate deteriora fiunt, vetuſtiſcere *dixit* Nigid. *ap.* Non. 5, 6

VETERO, *pro quo in Praeſenti malunt* VETERASCO,
[παλαιόομαι] *Idem.* Celſ. 3, 12 In his autem febribus, qua
verunt, vtilis fames non eſt. Columel. 2, 15 Aptior eſt ta
culis hominis vrina, quam ſex menſibus paſſus fueris vetera
vitibus aut pomorum arboribus adhibeas. *Conf. Reineſ. V*
3, 12 p. 547. Inter Vetuſtiſcere et Veteraſcere *quid int*
gidius grammaticus l. 10 *explanauit:* Dicemus, quae vetuſtate
ra fiunt vetuſtiſcere: Inueteraſcere, quae meliora. Cic. ad
Cum enim nobilitas ſit nihil aliud, quam cognita virtus, qu
quem veteraſcentem videat ad gloriam, generis antiquitatem
ret? *Refert* Nonius 5, 63.

VETERASCENS, entis. Partic. Carnes veteraſcentes Obſe

VETERĀTVS, a, um. *Vt,* Caſeus veteratus mollis
Larg. Comp. 140.

VETERĀTOR, ōris. m. [παλαιομώλωψ, παλίντριψ, τριβαι
τεών Gloſſ. Lat. Gr.] *auctore* Donato, eſt Homo aſtutia vetu
omni re callidus: a multarum rerum gerendarum vetuſtate.
Heaut. 5, 1, 16 Idem iſthuc mihi venit in mentem. C. veterat
terator *igitur, qui diuturna ac multiplici et ſaepe commutata ſerui*
tus et vafer euaſit. *Conf. Lindebrog. in* Ter. Andr. 2, 6, 26.
pian. in l. Praecipiunt D. de Aedilicio edicto: Praecipiunt
ne veterator pro nouicio veneat. Venuleius l. 65 §. 2 D.
lic. edicto, Seruus tam veterator, quam nouicius dici poteſt.
teratorem non ſpatio ſeruiendi, ſed genere et cauſa aeſtimand
lius ait. Nam quicunque ex venalicio nouiciorum emtus
niſterio praepoſitus ſit, ſtatim eum veteratorum numero eſſe:
cium autem non tirocinio animi, ſed conditione ſeruitutis i
nec ad rem pertinere, Latine ſciat nec ne? nec ob id veterator
ſi liberalibus ſtudiis eruditus ſit. *Secundum haec ergo vete*
eſt, quemcunque dominus negotio, tanquam intelligentem illius et
tum praeficit. Veterator, *et ad liberos homines transfertur.*
de Finib. 2, 53 Acutum, verſutum, veteratorem, facile vt excog
modo occulte ſine teſte, ſine vllo conſcio fallat. Idem d
Orat. 82 c. 48 Eius aequalis P. Cethegus, *etc.* in cauſis publicis
priuatis ſatis veterator videbatur. *Add.* Id. Off. 3 c. 32.
Qu. Frat. 2, 12 Veterator magnus. Veterator, homo mul
one exercitus *etc.* Gell. 1, 7.

VETERĀTRIX, īcis. f. [πανοῦργος Onomaſt.] Apul. M
230 Veteratrix, quaedam femina, *etc.* *Sed Scalig. legit* Veratr

VETERATORIVS, a, um. Adi. [πανουργικὸς] *Subdolum*
poſtorium. Cic. de Clar. Orat. 238 c. 67 *de C. Macro oratore loq.*
in inueniendis componendisque rebus mira accuratio, vt non f
vllo diligentiorem maioremque cognouerim, ſed eam vt citius
toriam quam oratoriam diceres. Splendida quaedam min
veteratoria ratio dicendi Cic. de Cl. Orat. c. 75. Veterato
Perſpicua dicere, *opponuntur* Idem Verr. 1, 141 c. 54.

VETERATORIE. Adu. [πανουργικῶς] Cic. in Orat. 99 c.
enim ſummiſſus, quod acute et veteratorie dicit, ſapiens iam.
Apul. Apol. p. 303.

VETERĀNVS, a, um. Adi. *Idem quod Vetus.* Boues Va
R. 1, 20. Gallinae Colum. 8, 4. Hoſtis veteranus Li
Latro Petron. c. 84. Pecus veteranum Columel. 6, 2.
Liu. 21, 44. Vitis veterana Columel. 3, 15. Mancipi
rana a Nouitiis diſtinguuntur. Veterana enim, quae anno cont
vrbe ſeruierunt. Nouitia intelliguntur, quae anno nondum ſer
Haec Martianus de Publicanis et vectigalibus. *Vid.* Dig. 49

etąni milites, *qui per viginti annos ſtipendia fecere.* Modeſtinus l. 8 §. D. e excuſationibus, Veteranus eſſe creditur non ſolum legionarius, d omnis, qui qualitercunque militauit. Cic. Att. 14, 5 Vides tyranni ſatellites in imperiis, vides eiusdem exercitus, vides in veteranos. Idem Tuſc. 2, 39 Ergo haec veteranus miles fa- oterit, doctus vir, ſapiens facere non poterit? Comparare imum exercitum inuicto genere veteranorum militum Cic. Phi- p, 3 c. 2. *Tanquam Subſtant. intellecto* Miles. Quae noſter nus aret Lucan. 1, 345. *Conf.* Nep. 18, 8, 2. Auguſtus nos exciuit paternos Vell. 2, 61, 2. Veteranorum arrogan- c. Phil. 11 c. 13. — Facta Nep. 18, 8, 3. Cic. Phil. 6 Veterani qui appellabantur, quibus hic ordo diligentiſſime caue- n ad conſeruationem earum rerum quas habebant, ſed ad ſpem m praedarum incitabantur.

V T E R A N V M, i. n. *i. veterarium, v. v.* Scholiaſt. Horat. Amphoram, quam habebat in veterano alloquitur.

V T E R A M E N T A R I V S Sutor, [*παλαιορράφος* Gloſſ. Gr. Lat.] *teres calceos reficit.* Sueton. de Vitell. c. 2.

V T E R A R I V S, i. m. *παλαιορράφος* Gloſſ.

V T E R A R I V M, i. n. *Apotheca, horreum, ſiue locus, vbi quid in tem reponitur.* Senec. Epiſt. 114 Adſpice veteraria noſtra, et n multorum ſaeculorum vindemiis horrea. *Alii legunt* Veterana.

V T E R E T V M, i. n. *Idem quod* Veruactum *et pro varia illi aliquoties ſubſtituitur.* v. g. Colum. 2, 13 In vetereto bubulco- nas operas volunt, *vid.* VERVAGO.

V T T O N I C A, *vid.* VETONICA.

V E X

V X A M E N, V E X A T I O, V E X A T O R, *etc.* *vid.* VEXO.

V X I L L V M, i. n. [*στρατήγιον, σημεῖον*] Quaſi Paruum velum, a Seruius *ad* Aen. 8, 1 Signum quo in exercitu, aut claſſe impera- ntuntur. Caeſ. Bell. Gall. 2, 20 Vexillum proponendum, erat inſigne, quum ad arma concurri oporteret. *Conf.* Idem B. 39 *extr.* *et* Hirt. B. Alex. 45. Cic. Orat. 153 c. 45 *docet* Ve- Vexillo factum per contractionem, vt a Paxillo, Palus; a Ta- Talus, *vid.* AXILLA. Continebat vexillum homines cen- ctoginta ſex Liu. 8, 8. *vid.* TRIARII. Nauale vexillum in Conſ. Stil. 1, 1, 173. Conuellere vexilla Tacit. Ann. 1, 20. ſub vexillo Caeſ. Bell. Gall. 6, 35. Submittere fortunae ve- tat. Silu. 4, 2, 43. *vid. Geuart. ad h. l.* Ad vexillum Vocare Flor. 3, 20, 3. eſpaſ. 6 *Milites, qui Veſpaſianum eligere creareque imperatorem volunt,* eius vexillis omnibus inſcripſerunt. Tac. Hiſt. 2, 85 Laceratis ve- nomen Vitellii praeferentibus. Vexillum *etiam eſt Corpus,* *nerus militum, qui ſub vexillo ſunt:* Tacit. Hiſt. 1, 70, 4 Praemiſ- lorum, Luſitanorum Britannorumque cohortibus et Germano- xillis. *conf.* Stat. Theb. 12, 782. *Vexillum equeſtre et pede- enturiae et cohortis ſignum: peculiariter tamen cohortis eſt. Spe- autem veterani et emeriti, quibus reſp. praemia et agros debebat, orati ſub vexillis interim habebantur, et prout res poſtulabat, aliis quam adiiciebantur legionibus, quam vnde erant dimiſſi. Vid. R. cius in Hygin.* p. 35 *ſq.* Tac. Ann. 1, 36, 4 Miſſionem dari ſtipendia meritis, exauctorari, qui ſena dena feciſſent, ac re- ſub vexillo, caeterorum immunes, niſi propulſandi hoſtis. *Et* 1 *poſtulant milites,* Ne veterani ſub vexillo haberentur. *Et* 17 Ne dimiſſis quidem finem eſſe militiae, ſed apud vexillum re- alio vocabulo eosdem labores perferre. *Et* n. 6 Ne vltra xillis tenerentur.

V X I L L A R I V S, i. m. [*σημειοφόρος*] *Vexillifer, ſignifer.* Liu. rdo ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium vnum ha- *Conf.* Tac. Hiſt. 1, 41, 1. *et* 3, 17, 2. Vopiſc. in Probo c. 5. Met. 4 p. 146. ¶ 2 Vexillarius, *etiam Miles, qui ſub eſt.* Tac. Hiſt. 1, 18 Et mille vexillarios cum paucis equitibus, Quidam de numero vexillariorum Vopiſc. in Firmo c. 4. *Vid. de Rom. Milit. Dialog.* 1, 8. *et* 5, 19. *et Pichen. ad* Tacit. 1, 17.

V X I L L Ĭ F E R, ĕra, ĕrum. Adi. *Signifer.* Gloſſ. Cyrill. *conf.* Pru- n Pſychom. v. 19.

V X I L L A T I O, ōnis. f. *Cohors militum dicebatur, qui conſe- emeritis ſtipendiis ſub vexillis etiamnum habebantur, vsque dum la et agros acciperent.* Sueton. in Galba c. 20 Excepta Germa- m vexillatione. Factio militarium vexillationum Apul. Met. 91. Alae etiam equitum, Vegetio 2, 1 vexillationes dicun- RAEPOSITO VEXILLATION. Inſcript. *ap. Bellor. Veſtig. Vet. m* p. 35.

V X O, āre. [*κακόω, ὀχλέω, τρύχω, τρυχόω, σκύλλω*] *Habet for- frequentatiui a* Veho, *huc illuc vehementer agitare.* Gell. 2, 6 rtur et raptatur, atque huc atque illuc diſtrahitur, is vexari pro- icitur. Cato ex oratione quam de Achaeis ſcripſit, Quum- annibal terram Italiam laceraret atque vexaret. Vexatam n dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis aut ſae- ia genus reperiri queat, quod eo tempore Italia non perpeſſa ſit. *ctius* Gellius, *cui ſuccinit* Macrob. Saturn. 6, 7. Cic. Pro. Act. rr. 12 Quam iſte per triennium ita vexauit ac perdidit, vt ea reſti- antiquum ſtatum nullo modo poſſit. *de Sicilia loquitur. In quem locum* co p. 46 Nimirum vexauit, ingentis calamitatis vſum ſignificat. ipſe ſupra ſic ait, Populatae, vexatae, funditus euerſae prouinciae. irgil. 6, 76 Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris Dulichias xa rates. *Hactenus Aſconius. Conf.* Seru. *ad c. loc.* Virg. Cic. rr 1, 56 Quae oppida tu Diripienda et vexanda curaſti. In b vexari Sueton. Aug. c. 53. *i. premi, vrgeri.* Vexari, abſo- le aegris Scribon. 100. 122. Cic. Verr. 3, 122 Prouincia Po- atque vexata. *Conf.* Nep. 14, 10, 2. *et* c. 4, 2. Cic. pro o 20 Hae ſunt nationes, quae quondam tam longe ab ſuis ſedibus, os vsque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis ter- xandum, ac Spoliandum profectae ſunt. Cic. in Catil. 1, 29 bello Vaſtabitur Italia, vexabuntur vrbes, tecta ardebunt. Cic. xt. 1 Qui omnia diuina et humana Violarint, vexarint, per- int, euerterint. Idem pro Quint. 98 Multis vexatus Contu- , plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, ſed miſer confu- it. *Et* pro Flacc. 48 c. 20 Splendidiſſimum atque ornatiſſimum ci- ſuae, probris omnibus maledictisque vexat. Peſtilentia ve- Columel. 7, 7. Cic. pro Domo 3 Ac primum illud a te homi- ano ac furioſo requiro, quae te tanta poena tuorum ſcelerum orumque vexet, vt hos tales viros, *etc.* Querelis ingratis vitam vexare Lucret. 6, 15. *Al.* Animum infeſtis ſeruire. Stoma- chum vexare Scribon. 159. *de pilulis.* Verbis vexare aliquem Lucret. 5, 164. ¶ 2 *Subſtantiua:* Agros vexare Caeſ. Bell. Gall. 4, 15. Annonam attentare et vexare vel maxime Dardanarii ſolent: Vlpian. in l. 6 D. de extraord. criminib. Ab Aure vexa- tus Scribon. 40. Corpora calor vexat feſſa Tibull. 4, 11, 2. Do- lore vexari Scribon. 104. Epiphora Idem 23. Cic. pro Roſc. Amer. 141 Idcircone experrecta nobilitas armis atque ferro Remp. re- cuperauerit, vt ad libidinem ſuam liberti, ſeruulique nobilium, bona, Fortunas veſtras, noſtrasque vexare poſſent? Impios vexat ſolici- tudo Cic. de Legib. 1, 40 c. 14. Me inſomnia vexant Ouid. Triſt. 3, 8, 27. Moenia vexantur malis Catull. Argon. ſ. 62, 80. Mon- tes ventus vexat flabris Lucret. 1, 276. Pecuniam omnibus mo- dis trahunt, vexant Salluſt. Cat. 20, 12. Pudorem vexare Lucret. 3, 83. Vitia vexant mores Salluſt. Cat. . . Id. Salluſt. in Catil. 3 *extr.* Ac me, quum ab reliquis malis moribus diſſentirem, ni- hilominus honoris cupido eadem quae caeteros fama atque inuidia ve- xabat. Vrbem trepidam vexat legionibus Claud. Conſ. Stil. 2, 219. Cic. pro Domo 59 c. 23 Quid enim vos Vxor mea miſera violarat quam vexauiſtis, raptauiſtis, omni crudelitate lacerauiſtis? Vxo- rem furore libidinis vexantes Vulgat. Iudic. 20, 5.

V E X A N S, antis. Partic. Lucret. 1, 277

Sunt igitur venti nimirum corpora caeca, *(quae videri non poſſunt)*
Quae mare, quae terras, quae denique nubila caeli
Verrunt, ac ſubito vexantia turbine raptant.

V E X Ā T V S, a, um. Partic. [*κακωθεὶς*] *Vt,* Cic. Philipp. 3, 23 Tiberium Canutium, a quo erat honeſtiſſimis contentionibus et ſaepe et iure vexatus, *etc.* *Conf.* Idem ad Qu. Fratr. 2, 1. Bello audacis populi vexatus Virg. Aen. 4, 614. *Add.* Nep. 20, 1, 1. Cauſa mani- feſta vexati Scribon. 101. Apes aut morbo, aut ſterilitate, aut pe- nuria locorum vexatae Colum. 9, 6. Plin. Epiſt. 234 Atque etiam Febriculis vexatus. Comae vexatae Ouid. Amor. 1, 12, 24. Do- mus vexata vetuſtate *apud* Plin. Epiſt. 6, 116. Nauigia Lucret. 1, 634. *Add.* Vell. 2, 79, 4. Vexata ab hoſte Regio Curt. 3, 8, 8. Vindemia vexata nimbis continuis Martial. 1, 52. Vita vexata per multa pericula Propert. 2, 28, 15. Vnda vexata ingenti Noto Senec. Herc. Fur. 12.

V E X Ā T I O, onis. f. [*κάκωσις*] Cic. Tuſc. 4, 19 c. 8 Afflictatio, ae- gritudo cum vexatione corporis. Idem Verr. 3, 6 c. 3 Is in te non expilatione Aſiae, vexatione Pamphiliae, ſqualore et lacrimis Siciliae concitetur? Liu. 38, 59 Per vexationem et contumelias L. Sci- pionis petituros inimicos. *Conf.* Sueton. Tib. c. 61. Cic. in Ca- til. 1, 18 c. 7 Tibi vexatio, direptioque ſociorum Impunita fuit, ac libera. Idem ibid. 4, 2 Cum vero mihi propoſui regnantem Len- tulum, *etc.* tum lamentationem matrumfamilias, tum fugam Virgi- num atque puerorum ac vexationem virginum Veſtalium perhorre- ſco. *Conf.* Sen. de Tranqu. c. 2. Colum. 1, 3. Martial. 10, 82. Petron. c. 60. Curt. 5, 4, 21. *et* 6, 5, 13. Iuſtin. 42, 1, 2.

V E X Ā T O R, ōris. m. [*κακωτὴς*] Cic. Verr. 4, 80 Neque ſolum ſpoliata illa patiere, ſed etiam eorum ſpoliatorem, vexatoremque de- fendes? Idem de Aruſp. Reſp. 47 Tam crudelis mei, tam ſcelera- tus Reipub. vexator eſſe potuiſſet? Aetatulae ſuae veteres vexatores. Cic. pro Sext. 18 c. 8. Vrbis direptor et vexator Idem Philipp. 3, 27 c. 11. *Conf.* Tertull. adu. Marc. 4, 14. Lactant. 2, 15.

V E X Ā T R I X, īcis. f. Prudent. Pſychom. v. 58 Vexatrix hominum. Generis hominum perpetua vexatrix Lactant. 3, 29, 9.

V E X Ā M E N, inis. n. *Quod vexat, et moleſtia afficit.* Lucret. 5, 341 Aut cecidiſſe vrbes magno vexamine mundi.

V E X A B Ĭ L I S, e. *Vexans, vt,* Vexabile vitium Cael. Aurel. Acut. 2, 13. *Conf.* ibid. c. 14. Lactant. 7, 5, 10.

V E X A B I L Ĭ T E R. Adu. *Idem.* Cael. Aurel. Acut. 2, 9 Vexabi- liter caput onerare, *cum cruciatu et vexatione.*

V E X A T Ī V V S, a, um. *Vt,* Potio vexatiua Cael. Aurel. Acut. 2, 29. *Add.* Idem Tard. 3, 4.

V F E

V F E N S, entis. m. [*Οὔφενς*] *Fluuius, qui labitur per Pontinas paludes.* Plin. 3, 5. Virg. Aen. 7, 745 Gelidusque per imas Quaerit iter valles, atque in mare voluitur Vfens. *Eſt etiam nomen Ducis apud* Virg. Aen. 8, 6. *et* Sil. 4, 343.

V F E N T Ī N V S, a, um. Adi. [*Οὐφεντινὸς*] *Vt,* Vfentina tribus, Liu. 9, 20. *vid.* TRIBVS.

V I A

VIDVLVM, i. n. *vel* VIDVLVS, i. m. [φυλακτήριον] *Capſae genus, cauum certe quiddam et clauſum, in quo aliquid ſeruatur.* Plaut. Epid. 1, 1, 20 Vbi ergo eſt, niſi ſi in vidulo aut ſi in mellina attuliſti? Idem Men. 5, 7, 47 Recte obſignatum in vidulo eſt marſupium. *Add.* Id. Rud. 4, 3, 23. Cael. Rhodig. 4, 7 *Obiter vero adiiciatur illud: operimentum pudendorum dici quandoque* mellinam, *quandoque vero etiam* vidulum: *unde et vetus* Plauti *fabula* Vindulariae *titulo circumlata olim eſt. Sed et numariam thecam ſignat vidulus. Haec ille. Porro ſiue bulga fuerit ſcortea, ſacculusue, ſiue follis, certe conſtat in Labracis lenonis vidulo apud Plautum infuiſſe auri argentique plurimum, et inſuper ciſtam, in qua inerant Palaeſtrae puellae, crepundia, et ornamenta valde multa.* Plaut. Rud. 4, 4, 47 Siquidem hic lenonis eius eſt vidulus, quem ſuſpicor. *Paullo poſt Gripus piſcator et Palaeſtra ſic colloquuntur:* v. 86.

G. Audi nunc iam Palaeſtra atque Ampeliſca hoc quod loquor.
Eſtne hic vidulus, vbi ciſtellam tuam ineſſe aiebas? P. is eſt.
G. Perii hercle ego miſer; prius quam plane aſpexit, illico
Eum eſſe dixit. *Aliquot poſt verſibus* Palaeſtra *ipſa nominatim recenſet, quid rerum ſuarum ineſſet in ciſta, idque verbis non paucis.* Ibid. 5, 2, 8
G. Si quis perdiderit vidulum cum auro atque argento multo,
Ad Gripum vt veniat. *Paullo poſt,* v. 22.
G. Quid perdidiſti? L. vidulum cum auro atque argento multo.
G. Ecquid meminiſti in vidulo quid infuerit?
L. Numi octingenti auri in marſupio primum infuerunt.
Praeterea centum mnae Philippicae in paſceolo ſeorſus.
G. Profecto eſt huius vidulus. perge alia tu expedire.
L. Talentum argenti commodum magnum inerat in crumena,
Praeterea ſinus, epichyſis, cantharus, gaulus, cyathusque.

V I E

VIENNA, ae. f. [Ἰνδιέβονα] *Auſtriae ciuitas, quam Vianam Plinius nominaſſe videtur* 3, 24 *vt placet Hermolao. Eſt et* Vienna [Οὐίεννα] *Allobrogum illuſtris ciuitas in Gallia Narbonenſi, cuius meminit* Mela 2, 5 *in deſcriptione Galliae Narbonenſis.*

VIENNENSIS, e. Tacit. Hiſt. 1, 65 Veterem inter Lugdunenſes Viennenſesque diſcordiam, *etc. Vid.* 1, 77. *et* 2, 66. *et* Plin. Epiſt. 4, 22.

VIEO, ēui, ētum, ēre. [λυγίζω] *Alligare, inflectere:* Vnde vimina, et vaſa viminea, *teſte* Feſto. Varr. de L. L. 4, 10 Viere, *inquit,* eſt vincire. Vnde apud Ennium, Ibant viere Veneream corollam. *Add.* Non. 2, 925. Varro de R. R. 2, 23 Vt habeas vimina, vnde viendo quid facias, vt ſcirpeas, vallos, crates.

VIĒTVS, a, um. [μεμαρασμένον Gloſſ.] *Mollis,* Languidus, ſine vi, et naturalibus priuatus viribus, *vt ait* Feſtus. Varro R. R. 1, 59 Ne quum humorem amiſerint, pertinaci vento mala vieta fiant. *i. Flaccida, rugoſa. Add.* Gell. 3, 2. Cic. de Senect. 5 Vietum et caducum. Idem de Diuin. 2, 37 c. 16 Vel ſuſpicari contractum aliquo morbo bouis exile et exiguum, et vietum cor, et diſſimile cordis fuiſſe. Ficus vieta Columel. 12, 15. Cato 9 Salicta locis aquoſis, vietis, vmbroſis, propterque amnes ibi ſeri oportet. Hor. Epod. 12, 7 Qui ſudor vietis, et quam malus vndique membris Creſcat odor. h. e. Rugoſis, et vetuſtate confectis, *inquit* Acron. *At* Porphyr. Neceſſitate contortis. *Hic penultimam noue corripuit Horatius, aut per Synizeſin literam* i *ſuppreſſit.* Ter. Eun. 4, 4, 21 Hic eſt vetus, vietus, veternoſus ſenex. *Vbi* Donatus, Vietus, mollis, flaccidusque, et flexibilis corpore. Vnde et vimina et vimenta, et vites, et vietores dicuntur: et viere, religare dicitur, quia vietis virgis magis religare poſſimus quidlibet. *conf.* Petron. c. 100. Praecipitet Scythica iuuenis pietate vietum Votiuo de ponte putrem Prudent. contra Symm. 2, 294. Veſtis vieta aranei *Tela flexilis et mollis* Lucret. 3, 387.

VIĒTOR, ōris. m. *Qui vaſa vinaria religat, ſtipatque.* Vlp. in l. Si ſeruus ſeruum. §. vlt. in fine. D. Ad leg. Aquil. Item ſi vietori locaueris lacum vino plenum curandum: et ille cum pertuderit, vt vinum ſit effuſum, *etc. conf.* Plaut. Rud. 4, 3, 51.

VIETRIX *vel contracte* VITRIX, īcis. f. *Salmaſius ad Solin.* p. 246. Plinio 35, 11 ſ. 40 *tribuit, vbi cum aliis etiam Harduinus edidit, de Pauſia pictore,* Amauit in iuuenta Glyceram municipem ſuam, inuentricem Corollarum: *reliqua damus in* STEPHANEPLOCOS. *Receptam lectionem firmat* Plin. 21, 2 ſ. 3 *vbi de eadem re,* cum opera eius *(Glycerae, Pauſiae)* pictura imitaretur, et illa prouocans variaret. *Hi tamen* Stephaneplocos, *ſαφανηπλόκος vocatur, quae proprie eſt* vietrix corollarum.

VIMEN, VITILIS *etc. vid. ſſ. ll.*

V I G

VIGĒNI, ae, a. *Idem quod* Viceni Columel. 4, 30 Quinis et vigenis iugeribus ligandae vineae.

VIGEO, ui, ēre. [ἀκμάζω] *Viridem eſſe, Viuere, potentem eſſe, ſiue in vigore eſſe, et viriditatem quandam habere.* Viget, *i. Vireſcit, aut Viridis eſt* Scribon. 141. Cic. Tuſc. 3, 75 Quamdiu in illo opinato malo vis quaedam inſit et vigeat, et habeat quandam viriditatem. Feſtus, Viget, dictum videtur a vi agendo, ſed non in hoſtilibus rebus, verum his, quae celerrimo, concitatoque animo ad bonam tendunt frugem. Terpnum citharoedum, vigentem tum praeter alios, accerſit Suet. Ner. c. 20. Cic. de Finib. 5, 26 c. 9 vt neceſſe ſit omnium rerum, quae natura vigeant, ſimilem eſſe finem, non eundem. Idem Fam. 8, 1 Tui politici libri omnibus vigent. Qui paullo ante victores viguerant Nep. 7, 5, 5. Cic. Philipp. 11, 39 Nihil ſemper floret, aetas ſuccedit aetati, diu legiones Caeſaris vigue-

viguerunt, nunc vigent Panſae. Cic. de Nat. Deor. 1, 11 Haec in philoſophia ratio contra omnia diſſerendi, vsque ad noſtram viguit aetatem. Vigebat violacea purpura Nep. Fragm. c. 8 *i. magni fiebat.* Summo in honore vigere Lucret. 4, 1149. Immenſum viguit Tacit. Ann. 3, 30. Cic. de Nat. Deor. 2, 83 c. 32 Quod ſi ea, quae a terra ſtirpibus continentur, arte naturae viuunt et vigent. Idem Att. 4, 3 Nos animo duntaxat vigemus etiam magis, quam cum florebamus. Certamine aſſiduo miles vigeat Tibul. 4, 1, 88. ad Meſſalam. Corporibus vigere Liu. 2, 30. Libertate vigere Claud. de Bell. Get. 105. Cic. de Orat. 2, 355 c. 87 Qui Memoria vident, ſciunt, *etc.* Animus poſt mortem ſentit et viget Idem pro Sext. 47. Animus viget laetitia Lucret. 3, 151. Curae tibi vigent, animique viriles Valer. Argon. 1, 55. Deus eſt qui viget, qui ſentit, qui meminit, qui prouidet Cic. in Somn. Scip 19. Induſtria vt eorum et in bellicis et in ciuilibus vigeat Idem Off. 1, 122. Inuidia et crimina vigent Hor. Serm. 1, 3, 61. Laus venandi et equitandi apud quos viget Cic. Tuſc. 2, 62. Idem Tuſc. 1, 116 Fuit haec gens fortis, dum Lycurgi Leges vigebant. Idem Tuſc. 1, 38 Multaque ſaecula poſtea ſic viguit Pythagoreorum Nomen, vt nulli alii docti viderentur. Purpura vigebat eo tempore, *in pretio erat, quaerebatur* Plin. 9, 39. Regnum viget conſiliis Virg. Aen 2, 86. Studia rei militaris vigent Cic. pro Cael. 12 c. 5. Vires vigent Lucret. 5, 1111. Vrbes vigent populis Stat. Silu. 3, 5, 74. *Conf.* VEGEO.

VIGENS, entis. Partic. [ἀκμάζων, ἀκμαῖος] Cic. de Finib. 2, 45 c. 14 Quod rationem habeant a natura, mentemque datam et acrem et vigentem. Vigens et Vegetum differunt, *vid.* VEGETVS. Animus vigens Stat. Silu. 1, 4, 54. Herbae vigentes rore Lucret. 2, 361. Mens vigens Lucret. 1, 924. *add.* Non. 5, 24.

VIGESCO, ĕre. Inchoatiuum. [ἐπακμάζω] Catul. 44 (47) 8 ad ſe ipſum, Iam laeti ſtudio pedes vigeſcunt. *Adde* Lucret. 1, 757. Firmic. 1, 3.

VIGOR, ōris. m. [ἀκμή, μένος] *Firmitas, robur, integritas.* Plin. 7, 25 Animi vigore praeſtantiſſimum arbitror C. Caeſarem Dictatorem. *add.* Curt. 3, 6, 16. Liu. 1, 57 Quin ſi vigor iuuentae ineſt, conſcendimus equos? Conſtat vigor membris Lucan. 3, 715. Vigor, aegro adhuc corpore, Deerat Curt. 7, 9, 11. Crudo vigore aſper equus Sil. 3, 387. Membris Redibat vigor Curt. 7, 3, 15. Columel. in Praefat. 1 Et nullius momenti ducimus peritiſſimum quemque villicum facere: vel ſi neſcium, certe vigoris Experrecti, quo celerius, quod ignoret, addiſcat. Habilis vigor venit membris Virg. Georg. 4, 418. Igneus eſt ollis vigor et caeleſtis origo Idem Aen. 6, 730. Viuus vigor Ouid. Triſt. 1, 6, 31. Animi vigor Idem Epiſt. 16, 51. Ingenii vigor Idem Met. 8, 254. In ore gratus vigor Idem Met. 12, 397. *Plur.* Vigores animorum Vitr. 6, 1.

VIGŌRO, āre. *Hinc*

VIGŌRANS, antis. Partic. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 26 Vinum animae vigorantis ex vite Chriſti. Effeminantia magis quam vigorantia diſciplinam Id. de Pudic. c. 2.

VIGORĀTVS, a, um. *Vigore praeditus.* Apul. Met. 9 p. 227 Vigoratus iuuenis.

VIGESIES. *Idem quod* VICIES. Apul. de Dogm. Plat. p. 51 Vigeſies angula ſphaera.

VIGESĬMVS, a, um. Adi. [εἰκοστὸς] *Quod et Viceſimus dicitur.* Cic. Fam. 14, 5 Vno et vigeſimo die. Vigeſimus dies Varro R. R. 3, 9 *extr.* Die vndeuigeſimo Colum. 8, 5. Annus vigeſimus Propert. 3, 18, 15. Ab illo tempore annum iam tertium et vigeſimum regnat Cic. pro Lege Manil. 7.

VIGESĬMA, ae. f. [εἰκοστή] Tributum ſeu exactio, ſicut Decima. Plin. in Paneg. His vigeſima reperta eſt, tributum tolerabile. *Vid.* c. 37 et ſeqq. Vigeſimam dare, ſoluere *etc.* *vid.* Petron. c. 58 *et* 71.

VIGESIMALIS, *vid.* VICENNALIS.

VIGESIMĀRIVS, a, um. Adi. Vigeſimarium aurum a Liuio dicitur, [εἰκοσαικὸς] Quod ex vigeſimis exigebatur, *vid.* VICENVS.

VIGESSIS, is. c. [εἰκοσαῖος] *Viginti aſſium.* Martial. 12, 77 Amphora vigeſſis, modius datur aere quaterno: *(Alia exemplaria habent* Vicenis) Ebrius et crudus nil habet agricola. *i. Viginti aſſibus amphora venditur.*

VIGIES, *pro* VICIES. Mart. Capell. 6 p. 194 Vmbra vigies quater complicata.

VIGIL, ilis. Adi. [γρήγορος, ἄγρυπνος] *Qui non dormit, et vel de actu ponitur eius, qui iam non dormit, vel de conſuetudine et alacritate etc.* Animus vigil Stat. Achil. 1, 543. Auris vigil Idem Achil. 2, 120. Aurora vigil Ouid. Met. 2, 112. Canum vigilum excubiae Hor. Carm. 3, 16, 2. Cura Plin. 10, 22. Curae vigiles; ab effectu, quod homines dormire non ſinant Ouid. Met. 3, 396. Cuſtos vigil Idem de Arte Am. 3, 612. Cuſtodia vigil Idem Met. 12, 148. Flamma vigil Idem Triſt. 4, 5, 4. Ignis vigil, *Qui ſemper lucet* Virg. Aen. 4, 200. Lucernae vigiles Hor. Carm. 3, 8, 14. Oculi vigiles Virg. Aen. 4, 182. Quaeſtus vigiles Stat. Silu. 1, 2, 196 *i. nocturni.* Senſus vigiles angit dolor Idem Theb. 5, 326.

VIGIL, ĭlis. m. *Nocturnus cuſtos.* Plaut. Amph. 1, 1, 195 Rex Creon vigiles nocturnos ſingulos ſemper locat. Cic. Verr. 4, 94 c. 43 Clamor a vigilibus, fanique cuſtodibus tollitur. Caſtrorum vigiles Lucan. 7, 25. Praefectus vigilum Caſſiod. . . Mundi vigiles Sol et Luna Lucret. 5, 1435. *Vigilant enim et excubant pro mundo: ſol quidem interdiu, luna noctu.* Caedere vigiles, *vid.* CAEDO. Obſidere portas excubiis vigilum Virg. Aen. 9, 159. Tertius vigil. *Vid.* Abrupta quies, *in* ABRVMPO.

VIGĬLO, āre. [γρηγορέω, ἀγρυπνέω] *Non dormire.* Ter. Eun. 2, 1, 15 Vigilabis laſſus. Cic. in Catil. 3, 6 c. 3 Tardiſſime autem Lentulus, credo, quod literis dandis praeter conſuetudinem proxima nocte vigilārat. Vigilare vsque ad lucem Ter. Eun. 2, 2, 47. Cic. in Somn. Scip. 1 Me et feſſum de via, et qui ad multam noctem vigilaſſem, arctior quam ſolebat ſomnus complexus eſt. *Diuerſum eſt* Cic. Q. Frat. 2, 15 Ego vero ardenti quidem ſtudio: ac fortaſſe efficiam, quod ſaepe viatoribus quum properant, euenit: vt ſi ſerius quam voluerint forte ſurrexerint, properando etiam citius, quam ſi de multa nocte vigilaſſent, perueniant quo velint. Ad noctem multam vigilat, *qui non dat ſe in ſomnum veſperi: de nocte* multa *qui deſinit dormire diu ante lucis exortum.* Noctes vigilare ad ipſum mane Hor. Serm. 1, 3, 17. Dolores mei vigilant ſine fine Ouid. ex Ponto 1, 10, 23. Vt ad ſimulacrum caeleſtium ignium cuſtos imperii Flamma vigilaret Flor. 1, 2, 3. *de igne, quem Veſtales cuſtodiunt.* Stat. Silu. 1, 1, 35

An tacita vigilet face Troïcus ignis. *Loquitur de inexſtincto foco, cuius ſacra Aeneas in Italiam tranſtulit.* ¶ 2 Vi[...] Vigilanter prouidere, *inquit* Seruius: ſiue ſtudium et diligenti[...] hibere. Virg. Georg. 1, 313

> Quid tempeſtates Autumni, et ſidera dicam?
> Atque vbi iam breuiorque dies, et mollior aeſtas,
> Quae vigilanda viris?

Vigilare decet hominem, qui vult ſua tempori conficere negotia Rud. 4, 2, 16. Vigilandum eſt: multae inſidiae ſunt bonis Ci[...] Planc. c. 24 *ex Poeta.* Idem Off. 2, 67 c. 19 Vigilantem pro[...] terius eos ipſos, qui aut conſuluntur, aut defendunt roganten[...] Idem Philipp. 6, 18 c. 7 Quamobrem Quirites, conſilio quantum[...]ro, labore plus paene quam potero, excubabo, vigilaboque pro[...] In ſcelus aliquod vigilare Stat. Theb. 5, 200. Studiis vigil[...] veris Propert. 2, 3, 7. Mars vigila Seru. *ad* Aen. 8, 3. [...]curius vigilat Petron. c. 77. *vbi vid. Burm.* ¶ 3 [...] *vt,* Noctes vigilantur amarae. Ouid. Epiſt. 12, 169 Non mih[...] dies, noctes vigilantur amarae. *add.* Plin. 7, 27, 6. *Imperſ.* [...]tial. 12, 69 Otia me, ſomnusque iuuant, quae magna negauit [...] mihi: redeo, ſi vigilatur et hic. Torpent ingenia deſidio[...] ventutis, nec in vllius honeſtae rei labore vigilatur Sen. Contr. Pro[...]

VIGĬLANS, antis. Partic. [ἐπάγρυπνος, νήφων Gloſſ. Lat[...]] Ter. Andr. 5, 6, 8 Num ille ſomniat ea, quae vigilans voluit? [...] quod ſuſpicatur, vigilans ſomniat P. Syrus. Amor vigilans [...] Epiſt. 20, 230. Vigilantia lumina Idem Heroid. 18, 31. Cu[...]gilantibus excita, *Quae homines dormire non patiuntur* Ouid [...] 8, 779. Dormire vigilantes, *dicuntur Remiſſi ſocordesque ac* [...] Plaut. Pſeud. 1, 3, 151 Ad eam rem vſus eſt hominem aſtutum, do[...] ſcitum, callidum et qui imperata effecta reddat, non qui vigilar[...]miat. Hic vigilans ſomniat Plaut. Capt. 4, 2, 68. Somnia vigila[...] Quinctil. 6, 3. Stertis vigilans Lucret. 3, 1061. *Prouidus et intentus* [...] Epiſt. 2, 17 Vir exercitatus et vigilans. Cic. Pr. A. 1 in Verr. 32 c. 1[...] ficiam vt nemo vnquam poſt hominum memoriam paratior, vigil[...] compoſitior ad iudicium veniſſe videatur. Quis excubitor [...]niri poteſt vigilantior Colum. 7, 12. Vigilans et acutus ([...] Lege Agr. 1, 3 c. 1. Vigilans, ſobrius, et induſtrius Ide[...] Cael. 74. Idem pro Roſc. Amer. 159 Vnum hoc dico, noſt[...] nobiles, niſi vigilantes, et boni, et fortes, et miſericordes [...] Oculi vigilantes, *Intenti in re aliqua* Virg. Aen. 5, 438. [...] Treb. Pollio in Gallienis c. 14 Conſtantinus vigilantiſſimus Cae[...]

VIGILANDVS, a, um. Partic. [γρηγορητέος] *Vt,* No[...]landa fletu Tibul. 1, 1, 64. *Vide paullo ante,* VIGILARE n. 2. [...]ctil. 11, 3 Et vigilandae noctes, et fuligo lucubrationum bibenda.

VIGILABĬLIS, e. Adi. Varro in Satyra Menipp. . . . mitio vigilabilis, quae me puellam impuberem coepiſti. *vnde ſit. Similis locus eſt* Non. 2, 239 Varronis in Sexageſi, O noſtri pectoris dormitio vigilabis. *vid. leg.* vigilabilis, *cum ad do[...] dum quis ſe componit, ſed inuitus et ingratiis vigilare cogitur.*

VIGILĀTVS, a, um. Partic. [ἀγρυπνηθεὶς] *Vt,* Carmen [...] latum, *Lucubratum, et nocte vigili compoſitum.* Ouid. Faſt. [...] Primus amans carmen vigilatum nocte negata Dicitur ad clauſa [...] cinuiſſe fores. Labores vigilati Idem Triſt. 2, 11. N[...]gilata Idem Faſt. 4, 167. Id. A. A. 1, 735 Attenuent [...] num vigilatae corpora noctes. Nox conuiuio vigilata [...] Ann. 13, 20, 6.

VIGILĀTE. Adu. *Vigilanter.* Gell. 3, 14 Vigilate et [...] aliquid mutare.

VIGILATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 1, 4, 101 Ne ex[...]tione ſequenti ſpiritus craſſi fiant.

VIGILANTIA, ae. f. [γρήγορσις] *Diligentia.* Cic. A[...] Sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia eſt, planc[...] futurum ſit neſcio. Ter. Adelph. 3, 3, 44 Vigilantiam tuam tu, [...] narras? Vos vt tutam fortunam traheretis, mea perfeci v[...]tia Cic. Anteq. iret c. 6. Erat ſumma vigilantia Plin. Ep[...] Mirifica vigilantia Cic. Fam. 7, 31. Hermogenianus in l. 1 [...] muner. et honor. Perſonale munus eſt, quod cum corporibus, cu[...]bore, ſollicitudine animi ac vigilantia principaliter exiſtit.

VIGILANTER. Adu. [ἀγρύπνως] *Cum diligentia et ſol[...]dine.* Planc. ad Cic. Fam. 10, 23 Vt vigilanter neruoſeque nos[...] ſtamus in acie, ſubornes. *Compar.* Cic. Somn. Scip. 19 c. 8 [...] multo vigilantius. *Superl.* Idem pro Mura n. 32 c. 15 Qu[...] Muraena pater huiusce vehementiſſime vigilantiſſimeque vexatu[...] preſſum magna ex parte, non oppreſſum reliquit.

VIGĬLAX, ācis. Adi. [ἀγρυπνητικὸς] *pro Vigilante.* Colum[...] 7, 12 Maxime autem debent in cuſtodia vigilaces conſpici, nec [...] ſed aſſidui, et circumſpecti magis quam temerarii. De canib[...] CVRAX *in* CVRA. Elati, alacres, vigilaces galli Colum[...] Vigilacibus excita Curis Ouid. Met. 2, 779 *vid. h. l. Heinſ.* [...] ſtrepit nidis vigilax hirundo Auſon. Ephem. 1. Suburrae vi[...]cis furta Propert. 4, 7, 15.

VIGILIA, ae. *et paene frequentius* VIGILIAE, arum. f. [...]πνία] *Vel actus vigilandi, vel tempus, quod vigilando traducitur, [...]nus vigilis, vel ipſi vigiles.* Cic. de Fin. 5, 54 Vigilias ſuſci[...] *Et* Tuſc. 4, 44 c. 19 Cui non ſunt auditae Demoſthenis vigiliae, qu[...]lere ſe aiebat, ſi quando opificum antelucana eſſet victus indu[...] Affecta labore ac vigiliis corpora ex ſomno moliebantur Liu. [...] Agere, ſiue agitare vigilias, *vid.* AGO. Certare vigiliis ac la[...] *vid.* CERTO. Cic. in Parad. 1 Quoniam illud maiorum vi[...]rum munus in tuo nomine apparuit. Nocturna vigilia corp[...] ſuorum robora minuere Celſ. 1 Praef. Vigilia, *et frequentius* [...]liae, arum. [Φυλακή] *Excubiae dicuntur, ſed tamen hoc inter ſe diffe[...] quod* Vigiliae *ſunt tantum nocturnae:* Excubiae *autem tam noct[...] quam diurnae. Diuidebantur autem in quaterna trium horarum [...]tia, ita vt prima, ſecunda, tertia, et quarta vigilia diceretur.* Curt. 4, 5, 19. Nep. 18, 9, 3. Matth. 14, 25. Veg. de Re Mil. [...] quia impoſſibile videbatur in ſpeculis per totam noctem vigilante[...]gulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepſydram ſunt di[...] vigiliae, vt non amplius quam tribus horis nocturnis neceſſe ſit [...]lare. A tubicine omnes vigiliae committuntur: et finitis horis a[...]nicine reuocantur. Idoneos tamen tribuni et probatiſſimos elig[...] qui vigilias circumeant et renuncient, ſi qua emerſerit culpa, [...] circitores appellabant, *etc.* Cic. Verr. 4, 93 c. 43 Praecipitur, [...]gotium datur Quaeſtoribus et Aedilibus, vt noctu vigilias agere[...] aedes ſacras. Idem in Catil. 3, 6 c. 3 Interim tertia fere vigilia [...]cta, quum iam pontem, *etc.* *Et* Fam. 3, 7 Quum puer tuus a[...] ſec[...]

la fere vigilia veniſſet, isque re ante lucem Iconium mihi ven- nuntiaſſet. De tertia vigilia profectus Caeſ. B. G. 1, 12, 2. Qui igilias ſeruat Sen. de Tranq. An. c. 11. Inire vigilias Tacit. Ann. 3, . . Incurioſae vigiliae Idem Hiſt. 5, 22. ¶ 2 Vigiae, [Φρουροὶ] *Ipſi cuſtodes, qui vigilant.* Salluſt. Catil. c. 32 et a incendio intelligebat vrbem vigiliis munitam. Cic. pro Milon. 58 Capitolinae cohortes, ſi excubiae, ſi vigiliae, ſi delecta iuuentus, quae tuum corpus domumque cuſtodit, contra Milonis impetum rma eſt. Idem in Catil. 1, 8 Senſiſtine illam coloniam meo iuſſu, praeſidiis, cuſtodiis vigiliisque eſſe munitam? Circumire vigilias Salluſt. in Iugurth. c. 44. Deducere vigilias Idem in Iugurt c. 45. Liu. 22, 1 Circumeunti in muro vigilias equiti Scipioem quem manu tenebat, arſiſſe. Liu. 28, 24 A cuſtodibus probra circumeuntes Vigilias tribunos iacta. *Et* 32, 26 Romae Vigiliae cos ſeruatae, iuſſique circumire eas minores magiſtratus. *Et* quanta ſi hoſtis ad portas eſſet ſeruabant Vigilias et circumibant *vid.* CIRCVITOR. Obire vigilias Tac. Hiſt. 2, 29, 3. ¶ 3 *Metaphor.* Cic. in Piſon. 16 Neque enim me ſtante et manente in vrbis vigilia, neque reſiſtente Cn. Pompeio, omnium gentium victore, unquam ſe illi Remp. delere poſſe duxerunt. Idem Philipp. 1, 1 ... idum mihi ſtatuebam quaſi in vigilia quadam Conſulari ac Senaori. nec vero vsquam diſcedebam, nec a Rep. deiiciebam oculos. Philipp. 7, 19 c. 7 Idcirco in hac cuſtodia tanquam in ſpecula collocati ſumus, vt vacuum Pop. Rom. metu noſtra vigilia et prouidentia redderemus. Idem Fam. 11, 24 Sed, vt mones, frenum mo-...on, etenim qui te incluſo omnem ſpem habuerim in te, quid nunc ... Cupio iam vigiliam meam Brute tibi tradere, ſed ita, vt ne de- ...nſtantiae meae. *Alludit ad* vigilias militares, *quas ſuo tempore acto alii aliis quaſi per manus tradunt.* ¶ 4 Vigi- ... e *ſacris nocturnis* Plaut. Aul. Prol. 36 Is adoleſcentis illius eſt ...ilus, qui illam ſtuprauit noctu Cereris vigiliis. *Add.* ib. 4, 10, ... *l.* PERVIGILIVM. *Chriſtiani in templa ſua mature etiam* vigilias ...*re, cum ſollemniores dies feſtos celebrare pridie inciperent, Iu- ...m more diem incipientes a veſpera.* *Hinc* Vigilia Paſchatos *aut ...aeque ſollemnis, eſt dies proxime diem illum Feſtum praecedens etc. ...m non eſt huius loci.*

VIGILIVM, i. n. *Etiam apud antiquos.* Varr. Endymion. Animitto ſpeculatum tota vrbe, vt quid facerent homines cum ex...ti ſint, me faceret certiorem, ſi quis melius operam ſuperet, vt ...onſilio potius vigilium adminicularem noſtrum, qui videt alium ...m extremo noctis tempore. *Haec* Nonius 3, 268.

VIGILIARIVS, i. m. [Φρουρὸς] *pro Excubitore.* Sen. Epiſt. ...id intereſt, vtrum ſuper aliquem vigiliarium ruat aut mons aut ... *Lipſius.*

VIGILARIVM Subſt. *Pro excubiarum loco.* Voſſ. ad Catull. p. ... iliarium, *vas culinarium.* *Al. Gronou.*

VIGINTI. [εἴκοσι] *Nomen numerale, indeclinabile, natum ex* duo: ...iti *enim dicebant. Sed vt pro* duis *dixere* bis, *pro* duini bini, *pro* ...n bellum *etc. Sic pro* duiginti *ortum paullatim* viginti. *Hinc ...ndus locus* Hygin. de limitib. conſtit. p. 151 *Goeſ. et ita legendus:* ...hebant antiqui a duo duiginti, nunc dicimus viginti. Cic. ...it. 3, 71 c. 20 Annosque natus vnum et viginti, nobiliſſimum ho...i et eloquentiſſimum in iudicium vocarim. Idem pro Planc. ...ae ſi viginti quieſſem dies, in aliorum iugulum Conſulum reciſſe. Viginti quinque Colum. 5, 3. — Septem ib. *extr.* Ah ...iſi et demens viginti litigat annis Quisquam, cui vinci, Gargilian licet Martial. 7, 65.

VIGINTIANGVLVS, a, um. Apul. de Dogm. Plat. p. 5, 7 Forma ...iangula et vigintiangula.

VIGINTIVIRI. [οἱ εἴκοσι] *Nomen extraordinarii magiſtratus, a numero ...t ſolet. Sic* viginti viros agro diuidundo *fecerat in primo Conſulatu ...ius Caeſar, de quo ludens in Clodium* Cic. Att. 2, 7 Qui cum in domo ...is quondam vnus vir fuerit, nunc ne in viginti quidem eſſe po... *De his etiam* Cic. Att. 2, 6 Vbi nemo ſit praeter me, qui quen...ex viginti viris vnum eſſe ſaluum velit. *De alio genere vid.* VIGINTIVIRATVS.

VIGINTIVIRĀTVS, ûs. m. *Munus eorum, qui* vigintiuiri *di...ur, quo nomine non ii modo vocabantur, de quibus modo diximus; ...am Collegium aliud, de quo Lipſius ad illud* Taciti An. 3, 29 *pr.* ... munere capeſſendo vigintiuiratus ſolueretur. *Hi viginti viri* ... Triumuiri capitales, Triumuiri monetales, et Qatuoruiri curatores viarum vrbis, et Decemuiri ſtlitibus iudicandis, *qui haſtam cen...alem cogebant. Haec ex Dione lib. 54 p. 540 Lipſius. Add.* ...i 2, 25.

VIGINTIVNVS, a, um. Aſſes efficies quatuor millia, ducen... et vigintiunum Colum. 5, 3. Dandae ſunt vites latitudini ...intiuna Id. ib.

VIGOR, ōris. *vid.* VIGEO.

V I L

VILIS, e. [φαῦλος, εὔωνος] *Quod parum vtilitatis, pretii, bono...ibet.* Plaut. Trin. 1, 1, 10 Neque quidquam hic vile nunc eſt, ...ores mali. Cic. de Finib. 2, 91 c. 28 Non minor, *inquit*, voluptas percipitur ex viliſſimis rebus, quam ex pretioſiſſimis. Idem Q. Frat. 1 Semper eos putaui, ſi vulgares eſſent, viles, ſi temporis cauſa ...ſtuerentur, leues. Idem pro Roſc. Amer. 71 Nihil tam vile, ...tam vulgare eſt, cuius, *etc.* Quotidie nos ipſa natura ad...on, quam paucis, quam paruis rebus egeat, quam vilibus Idem ...uſc. 5, 102 c. 35. Habere vile aliquid, *Parui facere* Salluſt. in Ca...il. c. 6. Alimenta vilia Ouid. Triſt. 5, 8, 13. Argentum vilius ... auro, virtutibus aurum Hor. Epiſt. 1, 1, 52. Gratia vilis Ouid. de Arte Am. 2, 29. Honor meus vilis vobis Cic. pro Flacc. ... Honos vilis ſtudiis Stat. Silu. 5, 3, 33. Oratio vilis, *cui opponit* Accurata Quinctil. 8, 3. Pars viliſſima rerum, opes Lucan. 120. Cic. Off. 3, 89 Quaerit, ſi in mari iactura facienda ſit, equi pretioſi potius iacturam faciat, an ſeruuli vilis. Sibi vilis Luc. 4, 276 *i. qui vitam ſuam neglectui habet.* *Vid.* Vilitas ſui. Supellex vilis Virg. Georg. 1, 165. Veſtis vilisque vetusque Ouid. Met. 859. Cic. Verr. 3, 195 c. 84 *extr.* Frumentum quoniam vilius ...at, ne emiſſes. Vilis amicorum eſt Annona, bonis vbi quid deeſt Hor. Epiſt. 1, 12, 24 *i. paruo poteſt comparari amicus, ſi bonis viris aliquid deſit: cum illi etiam paruum beneficium perpetua beneuolentia penſare ...leant.* Aqua vilis Propert. 3, 15, 18. Aqua rerum viliſſima Hor. Serm. 1, 5, 88. Qua vilia Idem Serm. 2, 2, 45. Martial. 1, 77 O mihi curarum pretium non vile mearum, *digne, pro quo curas ſuſcipiam.* Pretium non vile laboris Ouid. Epiſt. 18, 1?3. Hor. Serm. 2, 5, 8 Et genus, et virtus, niſi cum re, vilior alga eſt. Proiecta vilior alga Virg. Ecl. 7, 42. Idem Georg. 1, 227 Si vero viciamque feres vilemque faſelum. Seruius: Vilem, Abundantem: nam omne quod abundat, vile eſt. Ibid. 274 Saepe oleo tardi coſtis agitator aſelli, Vilibus aut onerat pomis. Vili, *Ablatiuo, ſubaudita voce* pretio Plaut. Epid. 1, 1, 49 Iſtane quam emit, quanti eam emit? T. vili. Martial. 12, 67 Inſtructam vili vendis Amoene domum. Ter. Adelph. 5, 9, 14 Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paullulum prae manu dederis, vnde vtatur: reddet tibi cito. M. iſtoc vilius. *Vbi* Donatus, Quaſi, nihil minus. Negatio enim eſt floccum oſtendentis, aut quid tale: cum ἐλλείψει, qua ſubauditur Quidquam, et Non dabo.

VILĬTER. Adu. Apul. Florid. 1 p. 344 Viliter ſemetipſum colere, ſui contemtus eſt. *Compar.* Plaut. Curc. 2, 1, 28 Venire poteris inteſtinis vilius. *Superl.* Plin 18, 6 Quidquid per aſellum fieri poteſt, viliſſime conſtat. *conf.* Colum. 2, 10. *et* 9, 1.

VILISSIMO. Scaeuola, Si fiſco aliquid debebatur, et res ſtipulatoris viliſſimo diſtracta eſt, *etc.* *Add.* Vlp. L. 2 §. vlt. D. de eo, quod certo loco.

VILĬTAS, ātis. f. [εὐωνία] *Cui opponitur Caritas.* Cic. pro Lege Manil. 44 c. 15 Tanta repente vilitas annonae ex ſumma inopia et caritate rei frumentariae conſecuta eſt, vnius ſpe et nomine, quantam vix ex ſumma vbertate agrorum diuturna pax efficere potuiſſet. Idem pro Domo 15 c. 6 Subito illo ipſo die cariſſimam annonam nec opinata vilitas conſecuta eſt. *add.* Colum. 8, 4. Vilitas ſui Curt. 5, 9, 7 Saepe taedio laboris ad vilitatem ſui compelluntur ignaui. *i. Ad deſpicientiam vitae ſuae.* *conf.* Sen. de Clem. 1, 3. *et* Ep. 22. *et* 121. Id. Contr. 8, 4. Plin. 36, 15 ſ. 23. *et* Epiſt. 9, 3. *Fabr. Semeſt.* 1, 10. Vilitas *et* Vtilitas *ſaepe a librariis confundi, docet Burm. ad* Quinctil. 5, 7 p. 382. *et ad* Eundem Decl. 4, 4 p. 87. *it. Gesner. ad* Colum. *et* Pallad.

VILESCO, ĕre. [εὐωνίζομαι, εὐτελίζομαι Onomaſt.] *Vile fieri.* Auien. in Arat. v. 318 At poſtquam argento deformis viluit aetas. *Hinc* Euileſco, *de quo ſ. l.*

VILĬTO, āre. Vilem facio, *vt* Nonius *ait*, 2, 896 Turpil. Lindia, Quin moneam, quin clamem, et quaerar tua vitia, quae te vilitant.

VILIFĬCO, āre. *Vt*, Vilificare mulierem Hieron. in Eſa.

VILIPENDO, ĕre. Plaut. Truc. 2, 6, 58 Etiamnum me vilipendit.

VILLA, ae. f. [ἀγροικία, κώμη, χωρίον] *Domus extra vrbem aedificata, pars fundi ruſtici.* Varro R. R. 1, 2, 14 Villicus appellatus a villa, quod ab eo in eam conuehuntur fructus, et euehuntur cum veneunt: a quo ruſtici etiam nunc quoque *viam veam (al.* veham *recte)* appellant; et *vellam* non *villam*, quo vehunt, et vnde vehunt. *Igitur vſus peperit villas primas, in quibus et ipſi habitarent agricolae, et inſtrumentum haberent ruſticum, pecudes, plauſtra, aratra, et fructus reponerent. Acceſſit hic etiam luxuria, qua factum, vt* villae *etiam dicerentur aedificia ſplendida ad omnem vrbanorum hominum eo ſecedentium non modo commoditatem, ſed luxum etiam et mollitiem exſtructa. Exſtant deſcriptiones non* Luculli *aut* Metelli *aut ſimilis magnificentiae villarum, ſed mediocrium, vt* Varronis R. R. 3, 5, 9 ſq. Plinii iunioris Epiſt. 2, 17. *et* 5, 6. Manlii Vopiſci *apud* Stat. Silu. 1, 3. *et* Pollii Felicis *apud eund.* 3, 2. Sidonii Apollinaris *ab ipſo deſcriptam luculenter* 2, 2. *Habemus villas Plinii ſtudio I. F. Felibenii illuſtratas, itemque Rob. Caſtelli villas veterum ſplendidiſſimo opere explicatas Londini 1728 fol. chartis maximis: de quorum ſtudiis, quid videretur, diximus ad* Plin. Epiſt. 2, 17. *Verbo plus ibi hodiernae elegantiae, quam verae antiquitatis, quam multo magis illuſtrat Franc. Continus in villa Adriani Caeſ. Tiburtina Romae 1658 chartis maximis impreſſa, in qua illud, ex ipſis nempe veſtigiorum et ruderum dimenſionibus ſumtum, apparet, quod obſcurarunt Felibenius et Caſtellus, non vnum et continuum aedificium fuiſſe tales villas, ſed ſparſa pro arbitrio domini et vniuscuiusque membri commoditate aedificia plura, nulla alia re inter ſe iuncta, quam quod forte conſeptum commune haberent, quod porticus, xyſti, geſtationes non nunquam interiectae eſſent etc. Hoc enim non agimus. Potius auctoritates et loquendi formas proferemus.* Plin. 18, 6 Modus villae hic probatur, vt neque fundus villam quaerat, neque villa fundum. *Ex* Caton. R. R. 3, 1 *qui addit*, Patrem familiae villam ruſticam bene aedificatam habere expedit. Frumenta aut in agris, aut in villis ſunt Cic. Fam. 10, 33. Otium domus eſt, quae nulli mearum villarum cedat Idem Fam. 6, 18. Aqua non longe a villa belle ſane fluens Idem Q. Frat. 3, 1. Anſer erat minimae cuſtodia villae Ouid. Met. 8, 684. Culmina villarum fumant Virg. Ecl. 1, 83. Totius anni villa Sen. Ep. 55 *in qua propter diuerſitatem membrorum ſ. partium toto anno iucunde eſſe poſſis.* Cic. Q. Frat. 2, 9 Hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidem etiam nunc inuitare nolui. Minuſcula villa, *vid.* MINOR, *in* PARVVS. Cic. pro Roſc. Com. 13 Tum erat ager incultus ſine tecto, nunc eſt cultiſſimus cum optima villa. Idem de Legib. 2, 3 Hoc ipſo in loco cum anus viueret, et antiquo more parua eſſet villa, vt illa Curiana in Sabinis. Pleniſſima villa, *Populoſa* Hor. Serm. 1, 5, 50. Publica villa, erat Locus in Campo Martio, vbi cenſus agebatur Liu. 4, 22 *extr.* Suburbana villa Catull. ad fundum ſ. 42, 7. Suburbana aut Maritima Sumtuoſa villa Nep. 25, 14. Villa vrbana *et* ruſtica *non loco differunt, ſed vſu.* Vrbana *etiam ruri eſt.* Cato R. R. 4, 1 Villam vrbanam pro copia aedificato. In bono praedio ſi bene aedificaueris, beneque poſiueris; ruri ſi recte habitaueris, libentius et ſaepius venies, fundus melior erit, minus peccabitur, fructus plus capies. *Eſt igitur* villa vrbana, *in qua dominus cum ruri eſt, habitat.* Villae ruſticae *idem* Cato 3, 1 *attribuit* cellam oleariam, vinariam *etc.* Varro de R. R. 13, 6 Fructuoſior eſt certe fundus propter aedificia, ſi potius ad antiquorum diligentiam, quam ad horum luxuriam dirigas aedificationem. Illi enim faciebant ad fructum rationem, hi faciunt ad libidines indomitas. Itaque illorum villae ruſticae erant maioris, quam vrbanae, quae nunc ſunt pleraeque contra. Illic laudabatur villa, ſi habebat culinam ruſticam bonam, praeſepias laxas, cellam vinariam et oleariam, ad modum agri aptam ——— Nunc contra villam vrbanam quam maximam ac politiſſimam habeant dant operam, ac cum Metelli ac Luculli villis peſſimo publico certant: quo hi laborant, vt ſpectent ſua aeſtiua triclinaria ad frigus orientis, Hiberna ad ſolem occidentem, potius quam vt antiqui, in quam partem cella vinaria, aut olearia feneſtras haberet *etc.* Columella, *vt reliquis in partibus diligentiſſimus eſt*, ita 1, 4, 6 Villa qualiter aedificetur, et quam vtiliter diſponatur *praecipere incipit: et poſt generalia plura* 1, 6, 1 diuidatur, *inquit*, in tres partes, vrbanam, ruſticam, et fructuariam. Vrbana

bana rurſus in hiberna et aeſtiua ſic digeratur, vt ſpectent hiemalis temporis cubicula ——— coenationes ——— balnearia ——— ambulationes *etc.* At in ruſtica parte magna et alta culina ponetur, vt et contignatio careat incendii periculo, et in ea commode familiares omni tempore anni morari queant. Optime ſolutis ceruis cellae meridiem aequinoctialem ſpectantes fient; vinctis quam ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum ——— *tum de ſtabulis.* Villico iuxta ianuam fiat habitatio ——— Pars fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, vinariam, defrutariam, foenilia, paleariaque et apothecas, et horrea ——— Siccae res congerantur tabulatis *etc.*

VILLVLA, ae. f. Dimin. [ἀγροικιάδιον] Cic. Att. 8, 9 Ego Arpini volo eſſe pridie Calend. deinde circum villulas noſtras errare. Eidem 12, 27 Villula ſordida et valde puſilla. Proxima Campano ponti villula Hor. Serm. 1, 5, 45. *Lepidum eſt* Catulli Epigramma 26

Furi, villula noſtra non ad Auſtri
Flatus oppoſita eſt, non ad FauonI
Neu ſaeui Boreae, aut Apeliotae:
Verum ad millia quindecim et ducentos.
O ventum horribilem atque peſtilentem.

VILLATĬCVS, a, um. Adi. [ἀγροικικὸς] *Quod ad villam pertinet.* Villaticus canis, *Qui in villa alitur* Columel. 7, 12. Plin. 23, 1 Aiunt ſi quis villam ea tinxerit, fugere accipitres tutasque fieri villaticas alites. Fructus, Paſtiones Varro R. R. 3, 1. Gallinae Id. 3, 9, 3. Col. 8, 2, 2.

VILLĬCVS, *vel* VILĬCVS, i. m. *vno enim* L *ſaepe ſcribitur.* (*Conf. Fabretti* Inſcriptt. p. 2.) [οἰκονόμος, ἐνοικολόγος, καὶ ὁ κατ' ἀγρὸν οἰκονομῶν Gloſſ. Lat. Gr.] *Villae impoſitus ſeruus vel libertus, vel ingenuus adeo homo, qui totius rei ruſticae curam habet.* Varro de R. R. 1, 2 Villicus agri colendi cauſa conſtitutus, atque appellatus a villa. Columellae liber 11 Villicus *inſcribi poterat: totus enim in illius officiis occupatur Speciatim* c. 1 *habet pulcherrimam deſcriptionem* villici, *quam multis aliis perſonis accommodare facile eſt. Legant totum locum vel prudentiae cauſa vel eloquentiae, quibus otium eſt. Neminem operae poenitebit.* Hor. Epiſt. 1, 14, 15 Nunc vrbem, et ludos, et balnea villicus optas. Illud vetus eſt, et Catonis, agrum, peſſime multari, cuius dominus, quid in eo faciendum ſit, non docet, ſed audiuit villicum Columel. 1, 2. *Sed totus ille locus, vt dixi, legendus eſt.* Villicus quid a Colono differat, *vid.* COLONVS, *in* COLO. Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico ſit Cic. de Orat. 1, 249. Siluarum et agelli villicus Hor. Epiſt. 1, 14, 1. Dominus villico delectatur Idem Verr. 3, 119. Idem ibid. 5, 119 Putat ſe bonum in arationibus, fructibusque ſuis habuiſſe cuſtodem ac villicum. Idem Att. 14, 17 Quum Piliae noſtrae villam ad Lucrinum, villicosque procuratores tradidiſſem. *Metaphor.* Aerarii villicus Tib. 4, 14, 1. Vrbis villicus Iuuenal. Sat. 4, 77 *qui locus etiam morſum habet Satiricum, quod Vrbem vt praedium aliquod ſuum aut villam tractarent Imperatores.*

VILLĬCA, ae. f. [οἰκονόμα γυνὴ] *Vxor villici, cuius officia pulchre perſequitur* Columel. 10, 12 *integro, qui* Villica *inſcribitur. v. g.* c. 1, 4 Nec tamen inſtituendo villicam, domeſticarum rerum villico remittimus curam, ſed tantummodo laborem eius, adiutrice data, leuamus. *Add.* Cato c. 10 *et* 143. Varro R. R. 1, 18. Martial. 1, 56 Pinguis inaequales onerat cui villica menſas.

VILLĬCO, āre. *et* VILLICOR, āri. Depon. [ἀγραυλῶ] *Villicum agere, villam curare alienam.* Pomponius Ergaſtulo *ap.* Non. 2, 897 Longe ab vrbe villicari, quo herus rarenter venit, non villicari, ſed dominari, mea eſt ſententia. Afranius Suſpecta, In Arpinos iam quantum poteſt explodam hominem vt villicetur. Plin. 18, 6 Exercitusque ducebant Senatu illis villicante. Apul. Met. 8 p. 211, 18 Seruus, cui cunctam familiae tutelam dominus commiſerat ſuus, quique poſſeſſionem maximam ——— villicabat. Philon meis, qui villicatus praediis Auſon. Epiſt. 22, 1.

VILLICĀTIO, ōnis. f. [ἀγραυλία] *Villae adminiſtratio, diſpenſatio.* Columel. 11, 1 Qui ſuſceperit officium villicationis. Seruum in villicationem relegauit Petron. c. 69.

VILLĀRIS, e. Adi. [ἀγροικιακὸς] *Idem quod Villaticus.* Plin. 10, 41 Villaribus gallinis et religio ineſt.

VILLĬCO, ōnis. m. [ἐπιστάτης] *Idem quod* Villicus, Apuleius in Apol. *vbi* p. 319, 14 Villicorum *edidit etiam Elmenh. al.* Villiconum *habent.*

VILLVM, *vid.* VINVM.

VILLVS, i. m. [νάγμα, λάχνη] *Pilus longior praeſertim denſiorque animalium, vt ouium, vrſorum, etc.* Martial. 14, 136 *Laena loquitur,* Calfaciunt villi pallia veſtra mei. Cic. de Nat. Deor. 2, 121 c. 47 Quarum animantium aliae coriis tectae ſunt, aliae villis veſtitae, aliae ſpinis hirſutae. Ouid. Met. 3, 218 Et niueis Leucon, et villis Asbolus atris: *canum nomina.* Albentes villi Idem ib. 11, 176. Cani villi arborum, *vid.* CANVS. Mollibus villis albi greges Virg. Georg. 3, 386. Solutis villis mantile Ouid. Faſt. 4, 933. Tonſis villis mantilia Virg. Georg. 4, 377. Vdis villis merſatur aries Idem ibid. 3, 456. Cic. de Nat. D. 2, 158 c. 50 Quid enim oues aliud afferunt, niſi vt earum villis confectis atque contextis, homines veſtiantur?

VILLŌSVS, a, um. Adi. [λαχνήεις] *Villis plenus.* Cauda villoſa Plin. 7, 2. *Et* 8, 38. Genua villoſa Idem 12, 17. Guttura villoſa colubris Ouid. Met. 10, 21. Columel. 7, 12 Nigris vel glaucis oculis acri lumine radiantibus, amplo villoſoque Pectore, *in canis villatici deſcriptione.* Virg. Aen. 8, 266 Villoſa ſetis Pectora *Caci latronis.* Pelles villoſae Ouid. Met. 12, 319. Radice villoſa arbor, quae et capillaris dicitur Plin. 12, 2 ſ. 26. Terga villoſa leonis Sil. 16, 452. Veſte villoſa tegere corpus Tibull. 2, 3, 82. Vrſa villoſa Ouid. Met. 13, 826. *Compar.* Arbor folio villoſior Plin. 16, 10. *add.* Idem 8, 38 *et* 11, 24. *Superlat.* Villoſiſſimum animalium lepus Plin. 11, 39.

V I M

VIMEN, inis. n. [ῥίψ, οἰσύα, λύγος] *Virgultum molle, lentum, et ad viendum, vnde dicta ſunt, id eſt, ligandum aptum.* Columel. 4, 30 Nec refert cuius generis vimen feras, dum ſit lentiſſimum. Caeſ. Bell. Gall. 6, 16 Alii immani magnitudine ſimulacra habent: contexta viminibus membra viuis hominibus complent. Clipei e viminibus Flor. 3, 20, 6. Denſus vimine ſpecus Ouid. Met. 3, 29. Fecundae viminibus ſalices Virg. Georg. 2, 446. Colum. 4, 13 Si viminibus ſalicis aut vlmi ligaueris. Feneſtrae factae viminibus raris Varro de R. R. 3, 9. Vimine textum Sirp
Colum. 10, 304. Actaeum vimen, Atticum, nam Attica
prius Actaea dicebatur ab Actaeo, qui primus Athenis
vit Ouid. Met. 2, 554. Aſpera ruſci vimina Virg.
2, 414. Bifidorum viminum faſces Plin. 17, 14 ſ. 24.
ſalicem *vocat eandem rem docens* Cato R. R. c. 40. Breue
Martial. 4, 89. Cano iam vimine textum Sirpiculum *etc.*
10, 304. Fruticoſa vimina Ouid. Met. 6, 345. Lent
men, *Molle et flexuoſum.* Virg. Aen. 3, 31. Lento vimine t
vearia Idem Georg. 4, 34. Querno vimine texunt crates
Aen. 11, 65. Spiſſo vimine quali Id. Georg. 2, 241.
Ouid. Rem. A. v. 186. *i. apum aluei.* Detexere aliquid vim
Virg. Ecl. 2, 72.

VIMENTVM, i. n. *Idem.* Tacit. Ann. 12, 16, 4 Moe
ſaxo, ſed cratibus et vimentis ac media humo, aduerſum irrun
inualida erant.

VIMINĒTVM, i. n. *Locus viminibus conſitus.* Varro
4, 8 p. 15, 36.

VIMINEVS, a, um. Adi. [οἰσύϊνος] *Quod eſt ex vimin*
Plaut. Epid. 1, 1, 26 Faſces viminei virgarum. Crates vi
Virg. Georg. 1, 95. Columel. 8, 3 Vimineos qualos ſuperim
Conf. Idem 10, 45. Plin. 16, 37. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 63
nea tegumenta. Iupiter Vimineus Varro de L. L. 4, 8 p. 15
minalis collis a Ioue Viminio, quod ibi arae ſunt eius, aut q
vimineta fuerunt. *Forte ipſe Iupiter a loco, vbi cultus eſt,*
tionem accepit.

VIMINĀLIS, e. Adi. [οἰσυοφόρος] *Quod eſt ad ligandum*
Plin. 17, 20 Haec eſt viminalium cultura. *Add.* ibid. c. 10. C
4, 30, 1 Quare ſalices (*editur* radices) viminales, *etc.* *Et n*
minalium ſingula iugera *intell. ſtirpium vel tale quid.* *Et* c. 3
lix viminalis, perticali *opponitur.* Collis viminalis *vnde d*
modo e Varrone diſputauimus. Plin. 17, 1 In colle V
C. Aquilii.

V I N

VINACEVS, VINARIVS, *vid.* VINVM.

VINCA, ae. f. *Herba a vinciendo dicta.* *Tributur*
Plin. Epiſt. 2, 17, 15 Adiacet geſtationi interiore circuitu vinca
et vmbroſa, nudisque etiam pedibus mollis et cedens.
ſtanter alias legitur Vinea.

VINCAPERVINCA, ae. f. Plin. 21, 11 ſ. 39 Vincaperuin
per viret, in modum lineae foliis geniculatim circumdata t
herba. Inopiam florum tamen aliquando ſupplet.
Graecis chamaedaphne vocatur. *Add.* 21, 27 ſ. 99. *it.* A
Herb. c. 58.

VINCIO, vinxi, vinctum, īre. [δέω, δεσμόω] *Ligare,*
Conſtringere. Virg. Aen. 1, 341 Purpureoque alte ſuras vin
thurno. Plaut. Men. 1, 1, 3 Homines captiuos qui caten
unt. *Metaphor.* Cic. pro Domo 23 c. 9 Tu liberos popul
ſoni vinctos conſtrictosque tradidiſti. Aliquem caten
Ouid. Met. 15, 601. Comas vitta vinxit Propert. 4, 12, 34.
lia vincire plumbo Cato c. 39. Guttura alicuius vincire
Met. 10, 22. Lacertos vincire auro Tibull. 1, 9, 70. I
hoſtiles vincire Ouid. Faſt. 2, 581. *de Magica. vid. Burm. a*
ctil. 10, 7 *pr.* Locum praeſidiis vincire, *pro Tenere*
Att. 7, 17 (18) Caeſarem quidem L. Caeſare cum mand
pace miſſo, tamen aiunt acerrime delectum habere, loca oc
vincire praeſidiis. *Sed dubitat de hac Lect. Geſner.* Manus
rat poſt terga Virg. Aen. 11, 81. Mentem vincire Lyaeo P
3, 5 (4) 21. Tempora vincire floribus, *Coronare* Hor. C
1, 32. Cic. Tuſc. 2, 48 Si turpiſſime ſe illa pars animi geret,
dixi eſſe mollem, ſi ſe lamentis muliebriter lacrimisque dede
ciatur, et conſtringatur amicorum propinquorumque Cuſtodiis.
dere certo vinciri Propert. 3, 20 (19) 21. Cic. pro Marcell.
Omnia quae delapſa iam fluxerunt ſeueris Legibus vinciend
Lino vincire Celſ. 7, 19. Cic. de Orat. 3, 188 Saepe carpenda
bris minutioribus oratio eſt, quae tamen ipſa membra ſunt
ris vincienda.

VINCIENS, entis. Partic. Apul. Apol. 1 p. 132 Venus c
complexu vinciens.

VINCTVS, a, um. Partic. [δεδεμένος] *Conſtrictus.* V
et adſtrictus Cic. Verr. 4, 96. Vinctum et Diſſolutum,
Idem in Orat. 195 Alterum eſt minus vinctum, vt de induſtri
appareat: alterum nimis diſſolutum, vt peruagatum ac v
deatur. Adſpicite religatum aſperis vinctumque ſaxis
2, 3. Tradere alicui aliquem vinctum Idem Verr. 5, 37.
vincti, *vid.* NECTO. Nodis ahenis vinctus poſt tergum
Aen. 1, 299. Vincta amicitia inter aliquos Plaut. Ciſtel. 1,
Caput lauro vinctus Ouid. Met. 11, 165. Fides vincta teſte
Iureiurando obligata Ouid. Epiſt. 20, 212. Iouis nomine
teſtimoniorum fides Cic. pro Font. c. 10. Foſſor compede vi
Ouid. Triſt. 4, 1, 5. Orbes vincti inter ſe Cic. in Arat. 243.
Eun. 2, 3, 22 Quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, vincto Pe
vt graciles fient. Praecordia vincta ferro, *vid.* PRAECOR
Tibia orichalco vincta Hor. A. P. v. 202. Vinctae cortice V
Ouid. Met. 1, 122. ¶ 2 *Obſeru.* Vinctus, *pro Seruo et*
pedito. In compedibus enim vincti ſerui ad agriculturam deſtina
Plin. Epiſt. 3, 16 Nam nec ipſe vſque vinctos habeo, *etc.* *Add.*
ibid. Epiſt. 19. Hor. Serm. 2, 7, 30

— Si nusquam es forte vocatus
Ad coenam, laudas ſecurum olus: ac velut vsque
Vinctus eas, ita te felicem dicis, *etc.*

i. Quaſi ad alienam coenam ſemper eas coactus. *In MSS. permu*
vinctus *cum* Victus. *v. v.* *it. cum* Iunctus, *v. v.*

VINCTVRVS, a, um. Partic. Virg. Georg. 2, 94 Tenui
lageos Tentatura pedes olim vincturaque linguam. *per ebrietate*

VINCTVRA, ae. f. Plin. 16, 37 *de ſalicibus,* Pariuntque bal
corticis vincula: et aliae virgas ſequacis ad vincturas lentitiae.
vinctura talum laedat Celſ. 8, 22. *Add.* ibid. c. 8.

VINCTIO, ōnis. f. Arnob. 2 Neque eſſe omnino diſſoluti
expertes: ſed voluntate Dei regis ac principis vinctione in perp
contineri. Vinctionis vi colligari Arnob. 6 p. 203. Eos
retinent et plumbeae vinctiones Idem ibid. *Add.* 5 p. 186. Te
de Carne Chr. c. 4. C. Aurel. Acut. 3, 17, 138. *conf.* Cic. Tuſc. 1, 71
Al. iunctione.

VINCTVS, ûs. m. [δεσμὸς] *Ligamen.* Varr. de R. R. 1, 8 Et vin[...]mia facta, denique diſcat pendere in palmam aut funiculo, aut [...]u, quod antiqui vocabant ceſtum.

VINCTOR, ōris. m. *Qui vincit.* Arnob. 6 p. 199 Phidias ſciebat [...]urum fuiſſe, lapides atque oſſa informia, diſparata, confuſaque, [...] horum omnium congregatorem atque vinctorem.

VINCEVS, a, um. Plaut. Stich. 4, 2, 56 Potione vincea onerabo [...]ula. *Vbi Turneb. Adu. 9, 21 lepide Laqueum vocat* Potionem vinceam.

VINCVLVM, i. n. [δεσμὸς, ἅμμα] *Ligamen.* *Dicitur et* VIN[CLV]M, i. *per ſyncopen.* Columel. Arbor. 29, 1 Salix humida loca [...]at, geniſta etiam ſicca, vtraeque tamen circa vineam ſeruntur, [...] palmitibus idonea praebent vincula. *Et* 4, 31, 1 Perarida loca [...]am poſtulant Eius cum ſit ſatis firmum, tum etiam laetiſſimum [...]nculum. Dixerat, et ſummo digitorum vincula collo Iniicit [...] Met. 9, 77. Arcta vincula Virg. Aen. 2, 147. Fabrilia [...]la Ouid. Amor. 1, 9, 39. Immania vincula Valer. Argon. 7, [...] Irreſoluta vincula Ouid. ex Pont. 1, 2, 22. Iuncea vincula [...] Faſt. 4, 870. Lentiſſimum Colum. 4, 31. Linea vincula [...] Aen. 5, 510. Roſeum vinculum, *i. Corona* Senec. Med. 1, [...] Ex Rubo vincula Colum. 4, 31. Spinea vincula Ouid. Met. 7[...]. Stuppea vincla Stat. Silu. 3, 2, 27. Tenacia vincla [...] Georg. 4, 412. *Metaphor.* Plin. Epiſt. 4, 15 Quum ſit ad con[...]das amicitias vel Tenaciſſimum vinculum morum ſimilitudo. [...] 2 *Verba:* Abducere vincula, *vid.* ABDVCO. Abripi in vin[...] Cic. Verr. 4, 24. Abrumpere vincula alicui Hor. Carm. 4, [...] Addere manus alicuius in vincla Ouid. Amor. 1, 7, 1. Ad[...] vincula captis Ouid. Faſt. 3, 293. Adimere vincula canibus [...] Met. 8, 332. Aptare vincula collo Idem ibid. 10, 381. Ar[...]t vincula palmas Virg. Aen. 2, 406. Adſtringere vincula Ouid. [...] 1, 75. Capere aliquem vinclis Virg. Georg. 4, 396. Cir[...]re vincula collo Ouid. Met. 1, 631. Coniicere in vincula, [...] ONIICIO. Cic. de Orat. 1, 226 Si corpora capta ſint armis, [...]onſtricta vinculis, tamen ſuum ius, *etc.* Contendere vincla, [...]NTENDO. Copulare vinculo, *vid.* COPVLO. De[...] alicui vincula Ouid. Faſt. 3, 320. Demere vincla pedibus Id. [...], 168. *i. Calceamenta ſoluere.* Dilaniare vincula Idem Met. [...]7. Effugere vincula Hor. Serm. 2, 3, 71. Emittere ex [...]is Cic. Tuſc. 1, 75. Euadere vincla Sil. 7, 71. Excidere [...]i, *Euadere vincula* Virg. Georg. 4, 405. Exuta pedem vin[...]ido Virg. Aen. 4, 518. Exutae vinclis palmae Idem ibid. 1, 38. [...]ere digitorum vincula Stat. Theb. 6, 860. Gerere vincla [...] Met. 4, 680. Impediunt firma vincula manus Idem Faſt. [...] Impediri vinculis, *vid.* IMPEDIO. Imponere vin[...] Soluere vincla, *contraria* Propert. 3, 20, 23. Impoſita ca[...]ncla, *coronae, diadema, vel ſimile quippiam* Senec. Thyeſt. 543. [...] vincula Tac. Ann. 15, 56. Iniicere vincula, *vid.* INIICIO. [...]ere vincla gutturi Hor. Epod. 17, 72. Innectere vincula cae[...]is Lucan. 2, 670. Intendere vincula collo, *vid.* INTENDO. [...]lae vincula Laxare aut ſoluere Nep. 4, 4, 1. *de vinculis Epiſtola[...]* *Vid. Lipſ. Inſt. Epiſt. c. 4. Barth. Adu. 24, 18. Freinsh.* [...]rt. 2, 2, 25. Leuare vincla alicui Virg. Aen. 2, 147. Ligare [...] Sil. 11, 249. Ligabantur minantia vincla collo Ouid. Met. [...] Nectere vincula alicui Virg. Ecl. 6, 23. Praeſtricta ſe[...]us vinclis manus Senec. Troad. 6. Recuſantes vincla leones [...] Aen. 7, 16. Retinere in vinculis Salluſt. in Catil. Rum[...]incula Virg. Aen. 2, 134. Soluere vincula Ouid. Epiſt. 18, 11. [...]e epiſtolae vincula, *i. Aperire* Nepos 4, 4, 1. Tendere [...]a alicui Virg. Georg. 4, 399. Tenere vinculis aliquem Idem [...] 4, 405. Teneor grauibus vinclis coërcita Ouid. Epiſt. [...] ¶ 3 *Cum vinciri ſoleant, qui in carcere ſeruantur,* [...]incula *ſaepe ponuntur, pro quocunque cuſtodiae genere.* Venuleius [...] D. de verb. ſignif. Vinculorum appellatione, vel priuata, vel [...]a vincula ſignificantur; cuſtodiae vero, tantum publica cuſto[...]a. Cic. Verr. 5, 17 In vincula coniectus eſt. Ibid. 78 Quid [...]igiſſet? ſi vincula rupiſſet? Abſolutus vinculis, *vid.* AB[...]O. Coërceri vinculis Calliſtrat. in l. Succurritur D. Ex qui[...]uſis maiores, *etc.* Dicere cauſam ex vinculis, *vid.* DICO. Habere in vinculis Quinctil. 7, 4. Mandare aeternis [...]s, *vid.* MANDO, āre. Necare aliquem vinculis et verbe[...] atque omni ſupplicio excruciatum Cic. pro Lege Manil. 11 c. 5. [...] vinculis, *In carcere eſſe vinctum* Plin. 7, 34. ¶ 4 [...]. *Omnis cauſa, relatio, ratio propter quam faciendum aliquid vi[...]ur omne illud, quo quid continetur et conſeruatur,* Vinculum *eſt.* Cic. [...]m. 5, 11 Itaque nihil eſt, quod non tua cauſa debeam —— tum [...]ed maximum vinculum, quod ita Remp. geris, *etc.* Cic. pro [...]g. c. 7 Haec ego noui propter omnes neceſſitudines, quae mihi [...]nt [...]m L. Tuberone —— Magnum etiam vinculum, quod iis[...]m [...]udiis ſemper vſi ſumus. Id. Parad. 5 c. 2 Sed obſecro te, [...]uſta habeantur iſta, non vt vincula virorum ſint, ſed vt oble[...]ta puerorum. *de ſignis, tabulis etc.* Amicitiae vincula [...]e Lucret. 3, 83. Cic. pro Planc. 27 Eſt quidem cum illo [...]is vinculis et propinquitatis et affinitatis coniunctus. Id. [...]ib. 2, 117 Tollitur beneficium, tollitur gratia, quae ſunt vin[...]ncordiae. Idem Att. 6, 2 Dixerim me vel plurima vincla [...] ſummae Coniunctionis optare, etſi ſunt amoris arctiſſima: tan[...]eſt vt ego ex eo quo adſtricti ſumus, laxari aliquid velim. [...]atis, qua fruimur in Rep. vinculum ſunt leges Cic. pro Cluent. [...] 43. Idem pro Caec. 70 c. 25 Qui ius ciuile contemnendum [...]tat is vincula reuellit non modo Iudiciorum, ſed etiam vtilitatis, [...]ae communis. Idem de Finib. 3, 67 c. 20 Et quo modo [...]um inter homines Iuris eſſe vincula putant, ſic homini nihil [...]ris [...]ſſet cum beſtiis. Legum certa vincula Quinctil. 5, 10. [...]uae[...]onis vinculum Idem 2, 4. Reipublicae aliquo vinculo [...]ſſe [...]iunctum Cic. pro Mur. c. 31. Societatis arctiſſimum vin[...]ulum, *vid.* ARCEO. Connubialia vincla Stat. Theb. 5, 112. [...]ugal[...] vincla, *Foedus matrimonii* Virg. Aen. 4, 59. Iugali vinclo [...]ocia[...] ſe alicui Idem ib. 4, 75. Cic. Off. 3, 115 c. 31 Nullum enim vinculum Ad adſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe [...]uerunt. Adſtrictus vinclis Idem Acad. 4, 61. Adſtri[...]ctus [...]rtis legum vinculis Quinct. 5, 10. Copulatus locus vinculo quae[...]onis Idem 2, 4. Hor. Epiſt. 1, 7, 67 Ille Philippo Excuſare [...]borem, et mercenaria vincla.

VI[...]CVLĀTVS, a, um. *Vinculis adſtrictus.* Mutuo amplexu vinc[...]ti Cael. Aurel. Tard. 4, 8. Roſae decuſſatim vinculatae Mart. Capell. 1 p. 21. Si vitia carnis ſtrinxerit Chriſti metu, Quaſi vinculatis praeerit Paullin. Iambo ad Cytherium v. 743.

VINCO, vīci, victum, ĕre. [νικάω, κρατέω] *Superare, ſuperiorem diſcedere.* Plaut. Perſ. 2, 2, 33 Fatear ſi ita ſim. S. iam abi, viciſti. Cic. in Catil. 3, 27 Mihi viuendum eſt cum illis, quos vici ac ſubegi. Idem Att. 8, 7 Malo cum Pompeio vinci, quam cum iſtis vincere. Idem in Parad. 4 Sapientis animus magnitudine conſilii, tolerantia rerum humanarum, contemtione fortunae, virtutibus denique omnibus vt moenibus ſeptus, vincetur et expugnabitur, qui ne ciuitate quidem pelli poteſt? Quamuis non tam me vinceret praeſtandi, quod exigebatur, fiducia, quam negandi verecundia Quinct. Prooem. . . Vincere ac vinci vultu eodem Liu. 7, . . . Cic. Off. 1, 68 Non eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum ſe a labore praeſtiterit, vinci a voluptate. Vincere *ſimpliciter nonnunquam ſignificat approbare aliquid argumentis,* *v. g.* Cic pro Cluent. 124 c. 44 Vince deinde virum bonum fuiſſe Oppianicum. Ib. 64 Si doceo non ab Habito, vinco ab Oppianico. Profecto ita eſſe, vt praedico, vero vincam Plaut. Moſt. 1, 2, 12. ¶ 2 *Ablatiui:* Argumentis vincere, *vid. h. v.* Bello vincere Lucan. 1, 145. Carminibus vincere aliquem Virg. Ecl. 4, 55. Certamine pedum vicerat omnes Ouid. Met. 12, 304. Fame vinci Idem Faſt. 6, 393. Gloria vincere aliquem Cic. pro Deiot. 12. Idem pro Roſc. Com. 53 Itane vero? cognitor ſi fuiſſet tuus, quod viciſſet Iudicio ferres tuum. Suo nomine petiit: quod abſtulit, ſibi, non tibi exegit. *In Ludo:* Si, quas manus remiſi cuique, exegiſſem, aut retinuiſſem, quod cuique donaui: viciſſim vel quinquaginta millia Suet. Aug. c. 71. *i. vincendo lucratus eſſem.* Moribus vincere aliquem Propert. 3, 6, 25. Cic. Philipp. 11, 39 *extr.* Nunc vigent Panſae, vigent Hirtii, vigent Caeſaris filii, vigent Planci: vincunt Numero, vincunt aetatibus, nimirum etiam auctoritate vincunt. Idem Tuſc. 4, 48 Saepe enim videmus fractos pudore, qui nulla Ratione vincerentur. Idem pro Quint. 84 c. 27 Num quidquid eſt cauſae, C. Aquili, quin ſi longe aliter poſſedit, quam praetor edixit, iſte ex edicto non poſſederit, ego Sponſione vicerim? *Sed etiam* Sponſionem vincere Idem pro Caec. c. 3. Idem Fam. 4, 4 Vno Te vicimus, quod de Marcelli Collegae tui ſalute paullo ante, quam tu, cognouimus. Viribus aliquid vincere Virg. Aen. 6, 148. ¶ 3 *Nomina eorum, quae vinci dicuntur.* Aciem vincere ferri Plin. 19, 1. Amor vincitur donis Ouid. Triſt. 1, 5. Plaut. Trin. 2, 2, 29 Tu ſi Animum viciſti potius, quam animus te, eſt quod gaudeas. Animum diuitiis parem, munere vincere Senec. de Benef. 1, 8. Cic. pro Deiot. 23 Sed tamen cum ad Caelium mittebat, vtram Cauſam illam victam eſſe neſciebat? Ceruum vincere curſu, vel cochleam tarditudine: *In celeres et tardos dicitur* Plaut. Poen. 3, 1, 27. Cibum vincere, *Concoquere* Plin. 11, 53. Clementia vincitur lacrimis Ouid. Triſt. 4, 9, 3. Comites curſu vincere Idem ibid. 1, 10, 5. Crimina vincere Martial. 1, 7. Difficultates locorum vincere Caeſ. Bell. Gall. 8, 41. Cic. Fam. 4, 7 Victi igitur ſumus, aut ſi vinci Dignitas non poteſt, fracti certe et obiecti. Exſpectationem vincere, Facere praeter exſpectationem et ſpem aliorum Idem ib. 2, 4. Exſpectate facinus quam multis improbum, vincam tamen Exſpectationem omnium. *Add.* Idem Verr. 5 c. 5. Falſa vincere veris Lucret. 4, 483. Virg. Aen. 11, 160 Contra ego viuendo vici mea Fata, ſuperſtes Reſtarem vt genitor. *Vbi* Seruius: Vici mea Fata, id eſt naturalem ordinem vita longiore ſuperaui: namque hic ordo eſt, vt ſint parentibus ſuperſtites filii. Furorem vincere ratione Ouid. Met. 7, 10. Hoſtem miles vicit Idem Triſt. 2, 49. Paullus in l. Locatio. D. de publicanis. Locatio vectigalium quae calor licitantis vltra modum ſolitae conductionis inflauit, ita demum admittenda eſt, ſi fideiuſſores idoneos et cautiones is, qui Licitationem vicerit, offerre paratus ſit. *Alii legunt* Licitatione vicerit. *Senſus idem, nempe plus offerre.* Cic. in Somn. Scip. 8 Stellarum autem globi terrae Magnitudinem facile vincebant. Idem in Salluſt. 3 Quod ſi vita iſtius memoriam vicerit, aliam P. C. non ex oratione eius, ſed ex moribus ſpectare debetis. Montes vincere adſcenſu Claud. Conſ. Hon. 3, 46. Noctem vincunt funalia flammis Virg. Aen. 1, 731. Omnes officio vincere: Cic. Fam. 14, 4. Salluſtius officio vincet omnes. Omnia vincit amor Virg. Ecl. 10, 69. Omnia vincit animus Ouid. ex Pont. 2, 7, 75. Omnia vincit labor Virg. Georg. 1, 145. Opinionem omnium vincere Cic. Acad. 4, 1. Pectora dura vincuntur molli prece Tibull. 3, 4, 76. Hoſpitii Pignora in regem ſuum ad vltimum fides conſeruata vincebat Curt. 6, 5, 2. Effugere cupiditates, Regnum eſt vincere P. Syr. Cic. Fam. 12, 13 Quod maximus conſularis maximum Conſulem te ipſum viciſti, et laetamur, et mirari ſatis non poſſumus. Vicit ſententia lenior, vt vnde culpa eſſet orta, ibi poena conſiſteret Liu. 28, 26. Virum inuictum dolor vicit Ouid. Met. 13, 386. ¶ 4 *Obſeruatt.* Vicimus, viciſtis, Noſtra eſt cauſa, Veſtra eſt ratio Cic. Att. 14, 20. Cui ſi eſſe in vrbe tuto licebit, vicimus *Et* Verr. 3, 61. Vnum oſtende in tabulis aut tuis, aut patris tui emtum eſſe, viciſti. *Conf.* Ouid. Met. 6, 513 *et* Triſt. 3, 9, 23. Propert. 1, 8, 27. Vince et vale Cic. Fam. 11, 25. Ter. Andr. 5, 3, 25 Adducti qui illam ciuem hic dicant; Viceris. *Vbi* Donatus, Viceris verbum eſt eius, qui vix ſibi extorquet, vt abiiciat curam, et proprium patribus, ac familiare iratis. *Conf.* Cic. Att. 7, 15. Suet. Caeſ. c. 1. *cum not. Caſaub. Pa ei Lex. Crit.* *Gerund.* Cura vincendi Ouid. Epiſt. 16, 79. Victu *Supinum Actiue capitur* Virg. Aen. 1, 445 Sic nam fore bello Egregiam et facilem victu per ſaecula gentem, *i. quae facile vincat.*

VINCENS, entis. Partic. Hirt. Bell. Alex. 40 Legio fortiter vincentium impetum ſuſtinuit. *Adde* Hor. Serm. 1, 1, 115 *et* de Arte Poët. v. 82.

VICTVRVS, a, um. Rutaque palladiae baccae victura ſaporem Colum. 10, 121. *Heinſ. ad* Sil. 7, 354 *leg.* iutura.

VICTVS, a, um. Partic. [ἡττηθείς] *Vt,* Cic. pro Font. 26 c. 12 Aut ſi non poterit, M. Fabium ſubſcriptorem eius rogabimus, vt Allobrogum animos mitiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen ampliſſimum: vt velint iſti aut quieſcere, id quod victi ac ſubacti ſolent, *etc.* *Ablatiui:* Bellis victi Stat. Theb. 12, 507. Cic. de Fin. 2, 49 Itaque idem Natura victus (cui obſiſti non poteſt) dicit alio loco *etc.* Prece victus Hor. Epod. 17, 43. Somno victus Liu. 9, 30. Viribus victa virgo Ouid. de Arte Am. 1, 699. Voluptate victus: Cic. de Fin. 1, 48 Et qui ſuum iudicium retinet, ne voluptate victi faciant id, quod ſentiunt non eſſe faciendum. Vulnere ingenti victus Virg. Aen. 10, 842. ¶ 2 *Nominatiui:* Cle-

Clementia illius victa eſt noſtro vitio Ouid. ex Pont. 2, 2, 121. Corpora victa ſopore Idem Faſt. 1, 420. Femina victa dolo diuûm duorum Virg. Aen. 4, 95. Galli victi ſilere ſolent; canere victores Cic. de Diuin. 2, 56. Tacit. Ann. 4, 8, 3 Effuſum in lacrimis ſenatum, victo gemitu, *etc.* Victum gemitum *dixit, quia is non ſufficeret amplius exprimendo affectui, quo confundebantur. Similiter,* victum ſilentium Tac. Ann. 11, 2, 2. Iudaei ad extremum fame interibant, paſſimque viae oppleri cadaueribus coeperunt, victo iam officio humandi Sulp. Seuer. Hiſt. Sac. l. 2. Hoſtis victus terra marique Hor. Epod. 9, 27. Ira victa per preces Ouid. ex Pont. 1, 7, 48. Cic. Verr. 5, 98 Hic primum Opes ipſius ciuitatis victae, comminutae, depreſſaeque ſunt. Patientia victa vitiis Ouid. Amor. 3, 10, 1. Pietas victa furore Hor. Carm. 3, 27, 35. Pudor victus amore Ouid. Amor. 3, 10, 29. Cic. Verr. 1, 10 Ne actor quidem eſt is, cui Reus tam nocens, tam perditus, tam victus, aut occulte ſurripi, aut impune eripi poſſit. Terga victa dare Ouid. Met. 7, 73. Vrbes victae Hor. Carm. 4, 15, 2. ¶ 3 *Obſeruatt.* Virg. Ecl. 9, 5 Nunc victi triſtes, quoniam ſors omnia verſat Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus haedos. *Vbi* Seruius: Victi, id eſt impotes voti. Nam quo modo victores dicimus voti compotes, qui quod volunt faciunt: ſic victos contrario voti impotes, qui non poſſunt facere quod volunt. Victus, *A propoſito priſtino recedens* Virg. Aen. 2, 699 Hic vero victus genitor ſe tollit ad auras. Vxor Arminii *(captiua)* neque victa in lacrimas, neque voce ſupplex Tac. Ann. 1, 57, 6. Liu. 7, 3 *extr.* Seu Vi ſeu Verecundia victus. Victus *et* Vinctus *confunduntur a librariis. Vid. Drakenb. ad* Sil. 6, 348. *it.* Ritus, *v. v.*

VICTOR, ōris. m. [νικητὴς, νικάτωρ, νικηφόρος] *Qui vicit.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 24 Qui ab decumana porta, ac ſummo iugo collis noſtros victores flumen tranſire conſpexerant. Multa enim victori, eorum arbitrio per quos vicit, etiam inuito facienda ſunt Cic. Fam. 4, 9. Belli victor Stat. Theb. 9, 625. Plaut. Amph. 2, 2, 16. Cic. in Piſon. 16 c. 7 Neque enim me ſtante et manente in vrbis vigilia, neque reſiſtente Cn. Pompeio omnium Gentium victore, *etc.* Leges a victoribus Dici, Accipi a victis Curt. 4, 5, 7. Hoſtium victor Hor. Carm. 1, 6, 2. Hoſtium ille externorumque bellorum victor Cic. de Aruſp. Reſp. 49. Contendere durum eſt Cum victore; ſequor Hor. Sat. 1, 9, 42. Cruentus victor Lucan. 5, 758. Ferus victor Hor. Epiſt. 2, 1, 156. Violens victor Idem ib. 1, 10, 37. Currus victor, Triumphalis Ouid. Triſt. 4, 2, 47. Exercitus Nep. 17, 4, 2. Victor eſt etiam Popoſiti effector, *vt interpretatur* Seruius *ad* Virg. Aen. 2, 329 — Victorque Sinon incendia miſcet. *Vid.* Hor. Epiſt. 1, 13, 2 *et* Ouid. Faſt. 1, 562. *A librariis confundi ſolent* victor, rector, vector: *vid.* VECTOR.

VICTRIX, īcis. f. [νικήτρια] *Quae vicit.* Cic. ad Brut. 10 Erat victrix Reſpub. caeſis Antonii copiis, ipſo expulſo. Idem pro Cluent. 14 c. 5 Tum vero illa egregia ac praeclara mater palam exultare laetitia, ac triumphare gaudio cepit victrix filiae, non libidinis. Et mala perrumpet furtim faſtidia victrix *(natura)* Hor. Epiſt. 1, 10, 25. Victrix, *Voti compos* Virg. Aen. 7, 544. Iunonem victrix affatur voce ſuperba. Varro de L. L. 4, 10 p. 18, 5 Victrix Venus — non quod vincere velit Venus, ſed quod vincire et vinciri ipſa. Victoria ab ea quod ſuperati vinciuntur.

VICTRIX, īcis. Adi. *vt,* Arma victricia, pro *Victoribus, et iis, qui armis vicerunt.* Virg. Aen. 3, 54 Res Agamemnonias, victriciaque arma ſecutus, Fas omne abrumpit. *Vbi* Seruius, Omnia nomina a verbo venientia, quum in OR exeunt, maſculina ſunt, vt Victor; quum in TRIX, feminina ſunt, vt Victrix. Neutra vero non faciunt niſi tantum ex Numero Plurali: vnde eſt Victricia. *Sed vide mox* Solum victrix. *conf.* Priſcian. l. 7. Arma victricia Iuſtin. in opere *extr.* Athenae victrices Cic. Tuſc. 1, 116 c. 48. Bella victricia Stat. Silu. 5, 2, 150. Cateruae victrices Horat. Carm. 4, 4, 63. Dextra victrix Ouid. Faſt. 1, 335. Lauri victrices, Quibus victores ſeu triumphantes coronabantur Virg. Ecl. 8, 13. Libido victrix Senec. Thyeſt. 1. Cic. Att. 5, 21 Quo autem die Caſſii Literae victrices in Senatu recitatae ſunt, id eſt Non. Octob. eodem meae tumultum nuntiantes. Cic. pro Sext. 79 c. 37 Quum ſubito Manus illa Clodiana, in caede ciuium iam ſaepe victrix, exclamat, incitatur. Palmae victrices Lucan. ad Piſon. 31 *victoriae ſymbola.* Solum victrix *contra obſeruationem* Seruii *modo propoſitam,* Claud. de Conſ. Honor. 6 v. 24 Et certius omnia ſurgunt Victrici concepta ſolo. *conf. Barth.* ad Cl. in Conſ. Prob. et Olyb. v. 127.

VICTORIA, ae. f. [νίκη, νῖκος] *Actus et Conditio victoris.* Plaut. Truc. 2, 2, 20 Hic ſunt quas habet victorias. Cic. ad Brut. 15 Facilius in timore benigni, quam in gratia grati reperiuntur. Idem pro Lege Manil. 28 Cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non alienis praeceptis, ſed ſuis imperiis, non offenſionibus belli ſed victoriis, non ſtipendiis ſed triumphis eſt traducta. *De pleniſſima deuictione et debellatione* Liu. 30, 16 *et* 30 *pr.* Victoriam *deam vetuſtas pinnatam et aligeram pinxit, vt e caelo deuolantem ad eos, quos ſuis ornare ſucceſſibus vellet; hinc* Auſon. Epigr. 1, 2 Tu quoque ab aethereo praepes Victoria lapſu. Gell. 6, 6 *laudat verſum* Mattii, Dum det vincenti praepes Victoria palmam. *Et* Prudent. Symmach. 2, 28 Marmoreo in templo rutilas victoria pennas Explicet, et multis ſurgat famata talentis. *Id eo ſcribit, quod aureae et auratae victoriae plerumque ponerentur, quas et quaedam ſimulacra interdum ſuis manibus ſuſtinebant.* Cic. de Nat. Deor. 3, 84 c. 34 Idem Victoriolas aureas, et pateras, coronaſque quae ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat. *Conf.* Cic. in Verr. 4 c. 49 *vbi* Deam Deae detraxiſſe *dicitur* Verres, Victoriam de manu Cereris. *Frequentiſſima eſt in numis, quorum quidam inde dicuntur* Victoriati, *de quibus deinde. Redimus ad* Victoriam *propriam.* Cic. pro Muraen. 12 Finem ſtipendiorum patris victoriam ac triumphum fuiſſe. Victoria natura inſolens et ſuperba Cic. pro Marcell. 9 c. 3. Plin. Epiſt. 10, 9 Victoriae hae, optime Imperator, maximae, pulcherrimae, antiquiſſimae, et tuo nomine et Reip. gratulor, *etc.* Antiquiſſimae, *quae prima in poſterum commemoranda erit ante reliquas.* Compos victoriae Paterc. l. 2. Facies victoriae Tac. in Vita Agric. 38. Agilis victoria, *vid.* AGILIS. Paterc. 2, 86 Victoria fuit clementiſſima, nec quiſquam interemtus niſi pauciſſimi, et hi, qui deprecari quidem pro ſe non ſuſtinerent. Cruenta victoria, *vid.* CRVENTVS. Iuuen. Sat. 15, 48 Adde quod et Facilis victoria de madidis et Blaeſis, atque mero titubantibus. Immanis victoria, *i. Valde magna* Vell. 2, 105, 4. Laeta victoria Hor. Serm. 1, 1, 8. P Praeſens Caeſ. Bell. C. 3, 73. Propria et Expedita Idem Pulchra et ſpectabilis victoria Tacit. in Vita Agric. 34. victoria Hor. Epiſt. 1, 19, 64. ¶ 2 *Verborum ſo* Caeſ. Bell. Afric. 32 Turpe ſibi exiſtimabat tot rebus geſtis que exercitibus deuictis, tam claris victoriis partis, a reliqui aduerſariorum ex fuga collectis, ſe cruentam Adeptum exiſtir ctoriam. Paterc. 2, 85, 5 At illi quum pro abſente din duce, aegre ſummiſſis armis Ceſſere victoriam. Ceſſit ill ria, Cohoneſtare victoriam, *vid. hh. vv.* Co victoriam Tac. Ann. 5. Concelebrare victoriam, clamare victoriam, *vid. hh. vv.* Cic. pro Cael. 18 Qui cu Reip. cauſa iam eſſet, mihi quidem moleſtam, ſibi tamen gl victoriam Conſecutus. Conſiſtit victoria, Conſtituer riam, *vid. hh. vv.* Conſtat victoria Caeſ. Bell. Gall. Corrupta toties victoria Tac. Hiſt. 4, 35. Deferre vi Liu. 5, . . Idem 23, 18 Illa cunctatio Diſtuliſſe modo vi videri potuit: hic error vires ademiſſe ad vincendum. I ctoriam Idem 5, . . Edere victoriam Tac. in Vit. Eripere victoriam Salluſt. in Iugurth. c. 82. Excidit e manibus, *vid.* EXCIDO. Exercere victoriam crudeliter in Catil. 38 *extr. et* Iug. 16. Extorquere victoriam Liu. Facere victoriam Idem 1, 37. Idem . . . Quod primu confeſſionem ſe hoſtium habere, nequaquam pares eos eſſe ſib et victoriam haud dubiam Habiturum, nec meliore euentu eos quam ſpe pugnaturos. Habere victoriam in manibus Liu Inquietare victoriam Tac. Hiſt. 3, 84. Interpellare vi Caeſ. Bell. Ciu. 3, 70. Morari victoriam Liu. . . . ſcitur victoria Caeſ. Bell. Alex. 76. Oritur victoria Id B 3, 94. Parere victoriam Idem de B. Afric. 32. Patrare vi Tac. Ann. 13, 41. Portendere victoriam Liu. . . ferre victoriam ex Volſcis Liu. 4, 10. Cic. pro Lege Man Etenim adhuc ita veſtri cum illo rege contenderunt Imperatc ab illo inſignia victoriae, non victoriam Reportarent. R victoriam Salluſt. in Iugurth. . . Spectare victoriam 5, 12. Liu. 23, 30 Multorumque ſanguine ac vulneribus nis victoria Stetit. *i. conſtitit, emta eſt.* Eſſe victoriam i bus Salluſt. in Catil. c. 20. Victoria penes patres Fuit Li Tradere victoriam Quinct. 7, 2. Transferre victoriam Bell. Alex. 62. Tribuere victoriam Idem ib. 70.

VICTORIŎLA, ae. f. Dimin. *vt,* Victoriolae aureae Nat. Deor. 84 c. 34.

VICTORIĀLIS, e. Adi. [ἐπινίκιος Gloſſ. Gr. Lat.] *Vt,* I ctorialis Treb. Poll. in Gallien. c. 3. Triumphi victorial mian. 22, 4. ¶ 2 Victorialis, *Subſt. herba* Apul. d c. 58. Victoriae folium Idem ib. c. 58.

VICTORIĀTVS, i. m. *Genus numi.* Plin. 33, 3 Qui ctoriatus appellatur, lege Clodia percuſſus eſt. Antea enim mus ex Illyrico aduectus, mercis loco habebatur. Eſt autem victoria, et inde nomen. Quinct. 6, 3, 80 Dicente quodam riato ſe vno in Sicilia quinque pedes longam muraenam emiſſe pro Font. 9 c. 5 Croduni Porcium, et Numium ternos vict Vulchalone Seruaeum binos H-S, et victoriatos mille. *hodie numi plurimi, in quibus haec* Victoria *vel in curru ſtan campo etc. exprimitur. Vid. etiam Spanhem. Diſſ.* 13 p. 654. *ponderis nomen eſt* Victoriatus, *quod vt oſtendatur* P. *id eſt* Pon *citur. v. g.* Scribon. 23 *accipi iubet* Caſtorei Victoriati p. *Et* 2 ✕ (Denarii) p. ſex ſemis et victoriati, Lapidis haematidis duum et Victoriati. *Et* 86 Fiunt paſtilli: alii P. ✕ 1. alii riati. *Et* 70 Amomi Victoriati P. vnius. ¶ 2 riatus, a, um. *Victoria partus.* Tertull. adu. Gnoſt. c. 6 Plus riatum eſt quam iniuriatum.

VICTORIŌSVS, a, um. Adi. [νικητικὸς] *Qui varias res victorias reportauit, qua dictione vſus* Cato, *teſte* Gell. 4, 9. ctorioſo ſemper Num. ap. Spanh. in Iul. Caeſ. *Superl.* Vi ſiſſime principum Meſſ. Coruin. p. 21. *add.* Auguſtin. C. D. 5, 25. don Ep. 3, 3 *et* 5, 6. Vet. Inſcript. *Grut. p.* 179, 2 IVLIANVS LISSIMVS AC VICTORIOSISSIMVS CAES.

VINCIBĬLIS, e. Adi. [ἡττητὸς] *Quod facile vincit.* Ter. 1, 4, 50 Iuſtam illam cauſam, facilem, vincibilem, optumam. *vincere poteſt, vt multa in* LIS *deſinentia. Sed paſſiue* Colum Grauem terram, vix vlla cultura vincibilem.

VINDELICIA, ae. f. [Οὐινδελικία] *Prouincia inter quam habet ab Occaſu et Noricum ab Oriente.*

VINDELĬCI, ōrum. m. [Οὐινδελικοὶ] *Populi, de quibu* Carm. 4, 4, 17 Videre Raetis bella ſub Alpibus Druſum gerentem delici. Spolia Vindelica Claud. de Bell. Get. 415. Saltu delici Idem ib. 365.

VINDEMIA, ae. f. [τρύγετος, τρύγητος] *quaſi Vinidemia, no demendo, i. vuis legendis, quae et ipſae ſic vocantur, vt* meſſis *gibus ponitur, et pro fructibus* auctumnus. Virg. Georg. Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris; Mitis in apri quitur vindemia ſaxis. Fructus vindemiae Vlpianus in l. F eſſe conſtat. D. Solut. matrimonio. Plin. 11, 14, *et* 15 Vinde mellis *vocat, quam* mellationem *alias dicit. Sic* Oliuarum vin Plin. 15, 1. Vlpian. in l. Fructus eſſe conſtat. D. Sol. matri coactis vindemiis altera die diuortium intercedat. Exigua Ep. 9, 16. Gracilis Idem ib. 8, 15 *et* 9, 20. Modica ib. 9, 28. Iulianus in l. Qui pendentem. D. de action. emt. et Qui pendentem vindemiam *(vuas in vite)* emit, ſi vuam leger hibeatur a venditore, aduerſus eum, *etc.* Percepta vinde mulier ſtatim fundum viro in dotem dederit, *etc.* Vlpianus Fructus eſſe conſtat. D. Solut. matrim. Vindemiam *et* Vind *inter ſe differre vult* Seruius, *his verbis*, Quum vindemiam n Singulari dicimus, vnius anni ſignificamus: quum Plurali, mult vt Meſſem, meſſes: hiemem, hiemes, haec enim ſemel tantum quibusque contingunt. Multi tamen volunt videmiam eſſe toti bis generaliter, vindemias ſingularum partium: vt plus ſignificet laris, quam Pluralis numerus: ſicut plus eſt quum dicimus, Per t pluit, quam Per terras: tunc enim omne elementum per Singu Numerum, non terras aliquas ſignificamus. *Haec* Seruius *ad* Georg. 2, 6 — Spumat plenis vindemia labris. *add. ib.* v. 89. cum maxime vindemias graciles quidem, Vberiores tamen, qua ſpectaueram, colligam Plin. 9, 20. Vrſi viuunt fruge, vin Idem 10, 73 *pr. i. vuis.* Adminiſtrare vindemias, *vid.* AD

..IR. Ad vindemiam quae opus ſunt, parentur Cato c. 23. *add.* ..en. 26. In vindemiam diligentius vua legitur Varro R. R. 1 ..54 Colligere modicas vindemias Plin. Epiſt. 9, 28. ¶ 2 ..eſt vindemiam *adiectiue dici apud* Columellam *ſolebat Nic. Heinſ.* ..Ovid. Metam. 3, 729. *Ponamus locum* 7, 3, 11 Primum admiſſu- ..c ...) tempus vernum ——— vt meſſem vindemia, fructum in vineaticum foetura pecoris excipiat. *Tria magna ruſticorum* ..*enarrat Columella*, meſſem, vindemiam, feturam ouium, *quam* ..*meliorem ſtatim dicit. Iunge cum Heinſio* meſſem vindemiam, ..*tum eruat, et* fructus vineaticus *a* meſſe vindemia *per deinde* ..*ſeparabitur : quae in vulgata lectione ſυνωνύμως ponuntur in* ..*gradatione.*

V..NDEMIOLA, ae. f. Dimin. [τρυγητίδιον] Cic. Att. 1, 10 ..o..nes meas vindemiolas eo referuo, vt illud ſubſidium ſenectuti ..*De reditibus loquitur.*

V..NDEMIO, ..re. [τρυγάω] *Vindemias colligere.* Plin. 14, 2 ..mas vindemiant. *add.* Idem 18, 31. Vinum vindemiare ..l.. 12, 33.

V..NDEMIATVS, a, um. [Gloſſ. Gr. Lat. τετρυγημένος] *Vin-* ..*us.*

V..NDEMIĀTOR, ōris. m. [τρυγητὴς] *Qui vinum legit.* Du- ..vindemiator Hor. Sat. 1, 7, 30. Columel. 3, 21 Vindemiatorum ..n ſubeat. Idem 4, 17 Et fructus commodius legitur a vinde- ..e. *conf.* Varro L. L. 4, 18. Contractis exprimunt vinde- ..at ..ibus vinum Arnob. 7 p. 238. ¶ 2 Vindemiator, *Si-* ..*add.* Columel. 11, 2, 24 *dicit* ſeptimo Calendas Septembris exoriri. ..31 *pr.* Caeſari et Aſſyriae ſtella quae Vindemiator appellatur. ..*as ita dictum putant, quod ſaepe vindemias faciat, h. e. Vuas* ..*ras exurat, vel nimius pluuiis infeſtet, vt iam amplius aliam vin-* ..*orum operam non poſtulent vites.*

..DEMATOR, oris. m. *per ſyncopen, teſte* Porphyrione, *in illo* ..vindemiator Hor. Serm. 1, 7, 30. *Sed* Vindemiator *editur:* ..*illud i in Conſonantem abire vt in* Pariete, Abiete.

V..NDEMĬTOR, ōris. m. [τρυγητὴς] *Idem.* Ouid. Faſt. 3, 407

Siue eſt Arctophylax, ſiue eſt piger ille Bootes,
Mergetur, viſus eſſugietque tuos:
At non effugiet vindemitor, *etc.*

Nempe fabulam deinde ..mitoris *ſ.* Ampeli *deſcribit.* Seneca de morte Claudii Car- ..aras ſerus vindemitor vuas.

..DEMIATORIVS, a, um. Adi. [τρυγητικὸς] *Quod ad* ..*am pertinet.* Varro de R. R. 3, 2 Nihilo magis torcula, va- ..demiatoria, aut ſerias olearias, vt trapeta. Quaſi vinde- ..ſint Vlpian. in l. Inſtrumento. D. de inſtructo vel inſtrumento ..Dig. 33 t. 7 l. 8.)

..NDEMIALIS, e. Adi. Macrob. Saturn. 7, 7 Nuper in Tuſcu- ..o eo fui, quum vindemiales fructus pro annua ſollemnitate lege- .. Feriae vindemiales Minuc. Felix *poſt pr. conf.* Suet. ..c. 35. *et ibi* Caſaub. *et* Stuck. Antiq. Conuiual. 1, 23.

V..NDEX, icis. c. [ἔκδικος, τιμωρὸς, ἀμυντὴς, αὐθέντης] *Vltor* ..*item que aſſertor iuris. Nomen habet a vi et iniuria,* ..*ex a voce: eſt que is, qui vel* vim *atque iniuriam* dicendo *et in-* ..*prohibet, vel illatam vlciſcitur et punit. Vnius certe eius-* ..*tutis, muneris, hominis, haec ſunt vim prohibere ſi poſſis et* ..*ſci. Ad priorem maxime reſpiciunt iſta :* Cic. pro Flacc. 57 ..ſpeculatur atque obſidet Roſtra vindex temeritatis, et modera- ..ix ..ficii Curia. *Et ad* Brut. 17 Quid hoc mihi prodeſt, *etc.* ..illius mali, auctor exſtitit alterius, fundamentum et radices ..altiores, ſi patiamur ? Languor et immodici ſub nullo ..ſomni Ouid. Rem. Am. v. 145. Cic. ad Brut. 16 Petitur ..lices atque oppreſſores dominationis ſalui ſint ? Vltor et ..ind Columel. 7, 12. *de cane.* Cic. de Nat. Deor. 3, 46 c. 18 ..ri, deae ſunt ſpeculatrices, credo, et vindices et facinorum et ..ei.. Fraudis auarae vindex Hor. Carm. 4, 9, 37. Lin- ..vindex, *i. celebrator.* Idem ib. 4, 6, 2. Neſa- ..carcer vindex Cic. in Catil. 2, 27. Scelerum vindex Lucan. ..17 Iuſtiſſimus vindex matris *Antiopae eſt Amphion* Ouid. de ..3, 323. *i. vltor iniuriae ipſi illatae. Sed aſſertorem, et vis* ..*maiorem notat* Cic. Att. 2, 16 Tuſculanum et Pompeianum ..ne delectant, niſi quod me illum ipſum vindicem aeris alieni, ..re ..n Corinthio, ſed hoc circumforaneo obruerunt. *Coniuratio* ..*propter aes alienum facta eſt, cum periculo maxime creditorum;* ..*itur* vindex, *i. ſeruator creditorum Cicero, quia coniuratos occide-* ..Plaut. Trin. 3, 2, 18 Atqui honori poſterorum, tuorum vt vindex ..rei Tibi paterque auosque facilem fecit et planam viam Ad quae- ..honorem. *Ita legendus ille locus, et vindicandus ab inter-* ..*nibus contortis, duce Gronou. Obſſ.* 4, 3. Libertatis noſtrae ..vindex Cic. ad Octau. *Add.* Id. Phil. 2 c. 1. Ouid. ..ſt. 648 Sic agitur cenſura, et ſic exempla parantur, Cum vindex ..quod monet, ipſe facit. Vindex *hic eſt legislator, qui idem ius* ..*vocandi.* In XII tabulis vindex *eſt, qui in ius vocatum et per* ..*defendit.* Gaius l. 22 D. §. 1 de in ius vocando, Qui ..in ius vocatus eſt — dimittendus eſt, ſi quis eius perſonam deſen- ..et. Gell. 16, 10 In XII tabulis ita ſcriptum eſt, Aſſiduo vindex ..ſidu.. eſto: proletario cui cuique quiuis volet vindex eſto: *i. de-* ..*qui lum, qui neget illum debere, vel faciat, vt debere ille deſinat.* ..*Huc ſpicit illud* Feſti, Vindex ab eo, quod vindicat, quo minus is, ..qui ..ſus eſt, ab aliquo teneatur. ¶ 2 *Obſ.* Vindex ..*in MSS. confunduntur. Vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 356.

V..NDEX, icis. Adi. *Vt,* Poena vindex Catull. Argon. ſ. 65, ..Vires vindices Ouid. Epiſt. 9, 13.

V..NDICIAE, ārum. f. [*cuius nec Sing.* VINDICIA, ae. *euanuit,* ..*apparebit) dicuntur actiones* vindicum, *i. eorum, qui* vindi- ..ant *quid vel ſibi vel aliis, i. aſſerunt, qua in re* vim *quandam certe* ..*dam et ſymbolicam interceſſiſſe conſtat.* Gell. 20, 10 Manum ..conſerere eſt de qua re diſceptatur, in re praeſenti ſiue ager, ſiue quid ..aliud ..ſt, cum aduerſario ſimul manu prendere, et in ea re omnibus (*ſ.* ſolemnibus) verbis vindicare. Vindicia, id eſt correptio ma- ..nus in re atque in loco praeſenti, apud Praetorem ex XII tabulis fie- ..bat. — Sed poſtquam Praetores ——— proficiſci vindiciarum ..dicendarum (*illius ritus iubendi et dirigendi*) cauſa in longinquas res ..grauabantur: inſtitutum eſt, — vt litigantes ——— terrae ali- ..quid ex agro de quo litigabatur, vti vnam glebam, in ius, in vrbem ..ad Praetorem deferrent, et in ea gleba tanquam in toto agro vindica- ..rent. *Eſt igitur hic* vindicia, *quae etiam* vindicatio, *quam Graeci* καρπιστὸν *ſ.* καρπιστίαν (*a* carpo *manus*) *dicunt: vnde* καρπισμὸς aſſer- tio *et* aſſertor καρπιστὴς *in* Vet. Gloſſ. *vocatur.* *Ergo* vindicias dare ſecundum libertatem *ſignificat, ius corripiendi, prehendendi, poſſidendi adeo dare illi, qui pro libertate pugnat.* *Illuſtrat totam rem locus, quem bonam partem deſcribere, quia claſſicus eſt, non piget.* Liu. 3, 44 *de filia Virginii*, Hanc virginem adultam, forma excellentem Appius amore ardens, pretio ac ſpe pellicere adortus, poſtquam omnia pudore ſepta animaduerterat, ad crudelem ſuperbamque vim animum conuertit; Marco Claudio clienti negotium dedit, vt virginem in ſeruitutem aſſereret: neque cederet ſecundum libertatem poſtulantibus vindicias: quod pater puellae abeſſet, locum iniuriae eſſe ratus. *Hic* Virgini — manus inicit, ſerua ſua natam eſſe — cunctantem vi abſtracturum — *Hic* Aſſertor — vocat puellam in ius, *etc.* Aduocati puellae quum Virginium Reipub. cauſa dixiſſent abeſſe, biduo affuturum ſi nuntiatum ei ſit: iniquum eſſe abſentem de liberis dimicare; poſtulant, vt rem integram in patris aduentum differat, lege ab ipſo lata vindicias det ſecundum libertatem. Vindicias ſecundum libertatem dare, *eſt decernere ; vt interim, dum pater puellae accerſitur, dumque ipſa ſtatus ſui quaeſtionem patitur, in poſſeſſione ipſa ſui ac libertatis ſit.* *Huic contrarium eſt, quod in eadem cauſa ait* Liu. 3, 47 *Appium* decreſſe vindicias ſecundum ſeruitutem, *h. e. pronunciaſſe, vt Virginiam abducat, qui ſeruam ſuam eſſe contenderat.* Vindiciis *etiam locum eſſe in cauſis hereditatum, apparet ex* Cic. Verr. 1, 115 c. 45 Si habuiſſet iſte edictum — poſſeſſio Minuciae genti eſſet data. Si quis teſtamento ſe heredem eſſe arbitraretur, quod tum non exſtaret, lege ageret in hereditatem: aut per praedes (*ſic leg. pro vulg.* pro praede) litis vindiciarum cum ſatis accepiſſet, ſponſionem faceret (*de pecunia perdenda ſi lite caderet*) ita de hereditate certaret. *Haec ita declarat* Aſconius, Aut peteret, inquit, vt poſſeſſor eſſet, aut acciperet ab aduerſario ſatis per praedem (*editur* pro praede) litis vindiciarum, et ipſe ſponſionem faceret, et ita de hereditate certaret. *Addit,* Lis vindiciarum eſt, quum litigatur de ea re apud Praetorem, cuius incertum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor, et ideo qui eam tenet ſatisdat per praedem (*al.* pro praede) litis vindiciarum aduerſario ſuo, quo illi ſatisfaciat, nihil ſe deterius in poſſeſſione facturum, de qua iurgium eſſet: rurſus ſponſione ipſe prouocatus ab aduerſario certae pecuniae aut aeſtimationis, quam amittat, ni ſua ſit hereditas, de qua contendit. Pompon. l. 2 D. 24 de Or. Iur. *de eadem hiſtoria,* Appium Claudium contra ius quod ipſe ex vetere iure in duodecim tabulas tranſtulerat, vindicias filiae ſuae *a patre* abdixiſſe, et ſecundum eum, qui in ſeruitutem, ab eo ſuppoſitus, petierat, dixiſſe, *etc.* *Addit de Bruto,* qui primus Romae conſul fuit, Vindicias ſecundum libertatem dixit in perſona Vindicis Vitelliorum ſerui, qui proditionis coniurationem indicio ſuo detexerat. *Haec poſteriora parum ad hanc rem facere putem: cum non fuerit controuerſia de ſtatu illius* Vindicis *vel* Vindicii, *de quo* Liu. 2, 5 *extr. ſed potius ille praemium fidei in Remp. libertatem acceperit.* *Plura ſi quis deſideret, adeundi ſunt ICti, praeſertim Rittershuſ. Dodecadelto* P. 3 c. 8 *et* 10. *Nos adiiciemus adhuc exempla, quae ad declarandam vim vocis facere poſſunt, ac primo ponamus* Feſti *quaedam, quatenus integra et ſincera videntur,* Vindiciae appellantur res eae, de quibus controuerſia eſt. Vet. Gloſſ. Vindiciae τὰ ἐν ἀμφισβητήσει πράγματα. *Solent nempe Grammatici, quae formulae ſibi certis locis ſubſtitui poſſunt, eas ſimpliciter ponere tanquam ſynonymas. Non longe abeamus. In hoc ipſo verbo* Chariſius p. 20 *extr.* Vindiciae καρπιστία *inquit, recte! Sed addit,* ἐλευθερία, *Nempe praetor,* *cum* vindicias dat ſecundum libertatem, libertatem *ipſam dare videtur. Sexcenta talia ſunt apud recentes non magis quam apud veteres Grammaticos.* *Itaque videntur, quae ſequuntur apud* Feſtum *correctionem habere: ſed cum ſint corrupta, hic omittimus.* *Laudatur deinde locus* Catonis, Praetores ſecundum populum vindicias dicunt: *et* Lucilius, Nemo hic vindicias, neque ſacra, nempe numen vereretur. De quo verbo Cincius ſic ait, Vindiciae olim dicebantur illae, quae ex fundo ſumtae in ius allata erat. *Nempe ſecundum quem* vindicias dabat praetor, *ille glebam v. g. ex agro allatam ſumebat.* *Hinc Grammaticus ipſam* glebam *putat dictam* vindicias, *etc.* *Addit* Feſtus, At Ser. Sulpicius (*nomine*) iam ſingulariter formato vindiciam eſſe ait ——— In duodecim (*tabulis habetur*) Si vindiciam falſam tulit. *De hac* vindicia falſa *quid eſſet diſputat Rittershuſ. l. c. c. 9.* *Haec de Feſti loco.* Gell. 20, 10 Cum lege agitur, et vindiciae contenduntur, *i. comparantur, vtrae iuſtiores ſint.* Cic. pro Milon. 75 Eum denique, cui nulla lex erat, nullum Ciuile Ius, nulli poſſeſſionum termini: qui non calumnia litium, non iniuſtis vindiciis ac ſacramentis alienos fundos, ſed caſtris, exercitu, ſignis inferendis petebat. Arnob. 4 p. 138 *pr.* Quo diſceptatore, quo iudice controuerſias tollemus tantas? aut quis quaeſitor, quis arbiter ceruicibus tantis erit, qui inter perſonas eiuſmodi aut vindicias iuſtas dare aut ſacramenta conetur pronunciare non iuſta ?

VINDICO, āre. (*Nam quod Pareus legit* Lucret. 3, 895 Neque enim ſe vindicit hilum, *deſeritur a reliquis*) [ἐκδικέω, τιμωρέω, ἀμύνω] *Duplicem vim habet, quam in nomine* vindex *obſeruauimus.* *Primo enim eſt vlciſci, caſtigare, punire.* Cic. de Legib. 2, 39 Grauiter olim iſta vindicabat vetus illa Graecia: longe prouidens, *etc.* Idem de Amicit. 43 c. 12 Talis improborum conſenſio non modo excuſatione amicitiae tegenda non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda eſt. Seuere ac vehementer Cic. pro Quint. c. 7. Aliquid in aliquem Tac. Hiſt. 4, 45, 3. Dolus malus legibus erat vindicatus Idem Off. 3, 61. Maleficia acerrime vindicare Cic. pro Roſc. Amer. 12. Mortem vindicare alicuius Plin. 10, 43. Necem alicuius vindicare Ouid. Faſt. 6, 467. Offenſas ſuas vindicare enſe Idem Triſt. 3, 8, 40. Cic. de Inuent. 2, 80 Tum leges quoque et iudicia demonſtranda ſunt, per quae potuerit id Peccatum, quod ſponte ſua reus priuatus ſit, moribus et iudicio vindicari. Cic. Verr. 3, 4 Omnia poſtremo quae vindicaris in altero, tibi ipſi vehementer fugienda ſunt. Seditionem vindicare Cic. Fam. 1, 9. Idem Verr. 3, 178 Atque in eam fraudem videtur mihi diuinitus incidiſſe, non ſolum vt eas poenas, quas proxime metuiſſet, ſolueret: ſed vt illa etiam Scelera eius in Carbonem et in Dolabellam vindicarentur. Gell. 11, 18 Is ſua lege in fures duplici poena vindicandum exiſtimauit. Senec. de Benef. 6, 5 Quum idem homo beneficium mihi dedit, et poſtea fecit iniuriam: vtrum et beneficium illi reddere debeam, et me ab illo nihilominus vindicare. Cic. Qu. Fratr. 3, 1 Praeſertim quum is vnus eſſet, qui poſſet de abſente ſe vindicare? *Paſſiue:* Idem pro Caecin. 66 Fateor, hoc interdicto Praetoris vindicari, ſi voluntas et aequitas valeat. Vetus codex habet, Hoc interdictum Praetoris violaui. Idem Verr. 5, 132 Fateor non modo in ſocios, ſed etiam in ciues militesque noſtros perſaepe eſſe ſeuere ac vehementer vindicatum.

catum. ¶ 2 Vindicare *eſt Liberare, aſſerere.* Cic. Att. 7, 2 *extr.* Itaque vſurpaui vetus illud Druſi, vt ferunt, Praetoris in eo qui eadem liber non iuraret: me iſtos liberos non addixiſſe, praeſertim quum adeſſet nemo, a quo recte vindicarentur. Addixiſſe, *inquit Paullus Manutius, iuſſiſſe, pronuntiaſſe.* Vindicarentur: *ſubaudi*, in libertatem: *quod praeter ipſum alios quoque adeſſe oportet, qui vindicarent. Aderant enim coram Praetore dominus, ſeruus, vindex, teſtes, ſcriba: neque ſine his iuſta erat addictio liberorum in hoc genere manumiſſionis. Senſus eſt, Druſus Praetor, quum is quem manumiſerat eadem liber non iuraret, quae ſeruus iurauerat, negauit ſe manumiſiſſe, negabo ego quoque: quoniam iſtos, quos memores beneficii putaui futuros, improbos ingratosque experior. Haec Manutius neſcio quam bene.* Appius *ap.* Liu 3, 46 A M. Claudio petiturum ſe, vt — vindicari puellam in poſterum diem pateretur, *i. de ſtatu illius pronuntiari, vtrum patris maneret, an ancilla eſſet Claudii.* Cic. pro Rabir. 16 An vero ſeruos noſtros horum ſuppliciorum omnium metu, dominorum benignitas vna vindicta liberauit: nos a verberibus, ab vnco, a crucis denique terrore, neque res geſtae, neque acta aetas, neque noſtri honores vindicabunt? Idem Qu. Fratr. 3, 1 Teque item ab eo vindico et libero. Ab vltimo Dedecore vindicare nomen gentemque Perſarum Curt. 4, 14, 24. Cic. de Fin. 1, 46 Sapientiamque eſſe ſolam, quae nos a libidinum impetu et formidinum terrore vindicet. Liu. 3, 49 Si iure ageret, vindicare ſe a priuato Icilium, aiebant. Si vim afferre conaretur, ibi quoque ſe haud impares fore. Ab interitu vindicare Plin. in Paneg. c. 50. Cic. pro Sull. 26 c. 9 Sed neque honoris, neque aetatis excuſatio vindicat A labore, *i. Aſſerit, tuetur, immunem praeſtat.* A magnitudine doloris aliquem vindicare Cic. Tuſc. 2, 44. Idem Qu. Fratr. 1, 4 Te ſatis innocentia tua et miſericordia hominum vindicat hoc tempore a moleſtia. Liu. 1, 26 Quo ducere hunc iuuenem (*Horatium Curiatiorum et ſororis interfectorem*) poteſtis, vbi non ſua decora eum a tanta foeditate ſupplicii vindicent, *i. liberare debeant.* Cic. de Finib. 1, 46 Sapientiamque eſſe ſolam, quae nos a libidinum impetu et formidinum terrore vindicet. Cic. de Orat. 2, 1 Vel me hercule etiam vt laudem eorum iam prope ſeneſcentem, poſſem quantum, ego Ab obliuione hominum atque a ſilentio vindicarem. A ſolitudine ſenectutem vindicari iuris Ciuilis ſcientia Cic. de Orat. 1, 199. Idem de Senect. 55 Et ſenectus eſt natura loquacior: ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. *Omiſſa Praepoſitione* Fame duntaxat vindicatus exercitus Curt. 9, 10, 18. Cic. pro Sulla c. 20 *extr.* Cincius ſe non modo Ex ſuſpicione tanti ſceleris, verum etiam Ex omni hominum ſermone, non armis, ſed patrimonio ſuo vindicauit. Cic. Fam. 10, 31 Deinde Icilius *apud* Liu. 3, 45 Me ſponſam vindicantem in libertatem vita citius deferet, quam fides. *Et* c. 48 *pater puellae*, pectus *illius* transfigens, Hoc te vno quo poſſum modo, filia, in libertatem vindico. Cic. Fam. 10, 31 Deinde qui et me, et Remp. vindicare in libertatem paratus ſim. Id. in Parad. 5 In libertatem vindicari vult? *add.* Id. Fam. 2, 5 *et* Liu. 3, 45. Cic. de Nat. Deor. 1, 56 His terroribus ab Epicuro ſoluti et in libertatem vindicati. Data vindicare beneficia, *i. ab ingrato repetere et reuocare*, Senec. de Benef. 3, 13. ¶ 3 Vindicare *eſt aliquid tanquam ſuum tueri ac defendere. Vt* Cic. Orat. 61 c. 19 *pr.* Caeterarum rerum, quae ſunt in Oratore, partem aliquam ſibi quiſque vindicat: dicendi autem i. e. eloquendi maxima vis, ſoli huic conceditur. Nonnulla ab imperatore miles, plurima vero fortuna vindicat Nep. 8, 1, 4. In peragendis conſularis officii partem ad ſe vindicabat Liu. 3, 20 *pr. conf.* Non. 4, 487. Ouid. ex Ponto 4, 1, 33 Vindicat vt calamis laudem quos fecit equorum. Plin. Epiſt. 2, 18, 4 Quam Curam ſi non mandaſſes mihi vindicaſſem. Cic. Offic. 1, 22 Non nobis ſolum nati ſumus, ortusque noſtri partem patria vindicat, partem amici. Idem ibid. 1, 2 Quoniam in eo ſtudio aetatem conſumſi, ſi id mihi aſſumo, videor id meo iure quodammodo vindicare. Idem pro Arch. 19 c. 8 Homerum Colophonii ciuem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnaei vero ſuum eſſe confirmant. Ouid. ex Ponto 1, 3, 56 Quocunque aſpicias campi cultore carentes, Vaſtaque quae nemo vindicet, *i. ſibi colendo aſſerat, ſua eſſe ipſa cultura oſtendat*, arua iacent. Plin. 13, 19 Africa circa Carthaginem Punicum malum cognomine ſibi vindicat, *eo ipſo quod* Punica *appellantur.* Vindicare Nomen ſibi Quinct. 1 Pr. 14. Cognitionem rerum naturae Celſ. 1 Praef. Libertatem vindicare, *Defendere* Caeſ. Bell. Gall. 7, 76. Verecundiam vindicare ſilentio Quinct. 8, 3, 39. Caelo vindicarunt *Neruam Dii* Plin. Pan. 10, 4. *i. aſſeruerunt, eo transtulerunt.* Cic. pro Rabir. Poſt. 25 Hoc quidem ſemel ſuſcepto atque contracto, perpetienda illa fuerunt, vt ſe aliquando ad ſuos vindicaret, *i. ſeruitute illa regia eriperet.* Cic. Verr. 3, 132 c. 58 *pr.* Pro dii immortales, hoc aut innocens homo perpeti potuiſſet, aut quamuis nocens, qui modo iudicia Romae fore putaret, non aliqua ſe ſimulatione exiſtimationi hominum vindicaſſet? *Sed Graeu. defendit* venditaſſet. ¶ 4 *in MSS. confunditur cum* Iudicare, *v. v.*

VINDICANS, tis. Partic. Iuſtin. 5, 3, 6 Tyrannidis ſibi potentiam vindicantes. *Add.* Id. 23, 2, 5 *et* 27, 2, 1. Diis periuria et parricidia vindicantibus Id. 24, 3, 10.

VINDICĀTVS, a, um. *Arrogandi ſignificatu.* Curt. 3, 12, 16 Ius magis a rege permiſſum quam vindicatum ab Haephaeſtione. Dolus malus legibus vindicatus Cic. Off. 3 c. 15. *i. punitus.* Improbum Facinus, ſed fortaſſe adhuc in nullo etiam vindicatum Id. Verr. 3 c. 84. Mare vindicatum Vellei. 2, 73, 3. Pars maior victoriae a ſe vindicata Liu. 44.

VINDICĀTIO, ōnis. f. [ἐκδίκησις] *Vltio, vindicta.* Cic. de Inuent. 2, 161 c. 22 Vindicationem, per quam vim et contumeliam defendendo, aut vlciſcendo propulſamus a nobis et a noſtris, qui nobis eſſe chari debent, et per quam peccata punimus. *Eſt* Titulus Pand. 6, 1 De rei vindicatione. *E. g.* Vlpian. l. 3 Marcellus libro 4 Digeſtorum ſcribit, Qui gregem habebat ——— Et haec vtique gregis vindicatione continebuntur. *Idem* titulus eſt C. Theod. 2, 23 *et* Iuſtin. 3, 32. *Eſt nempe* rei vindicatio *nihil aliud, quam proprietatis aſſertio quaedam et defenſio. conf.* Gai. ICt. D. 47 t. 2 l. 54.

VINDICTA, ae. f. [ἐκδικία, τιμωρία] *i. Animaduerſio pro delicto.* Paullus in l. Quod Reipub. De iniuriis. Quod Reipub. vindicandae cauſa ſecundum bonos mores fit: etiamſi ad contumeliam alicuius pertinet, quia tamen non ea mente magiſtratus facit, vt iniuriam faciat, ſed ad vindictam maieſtatis publicae reſpiciat, actione iniuriarum non tenetur. Lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira Val. Max. 1, 1 ext. 3. *De priuata vltione.* At vindicta bonum vita iucundius ipſa Iuuenal. 13, 180. ¶ 2 Vindicta, *idem quod Vindiciae, aſſertio. vt,* Ouid. Remed. 74 Publicus aſſerto ... nis oppreſſa leuabo Pectora, vindictae quiſque fauete ſuae. ... *etiam peculiare genus manumiſſionis, quod* Vindicta *fieri dicitur.* ... primo *verba* Liuii 2, 5 *extr.* Praemium indici (*coniurationis c... quiniis exſulibus*) pecunia ex aerario, libertas, et ciuitas data. ... primum dicitur Vindicta liberatus. Quidam vindictae nomen tractum ab illo putant; Vindicio ipſi nomen fuiſſe. ... illum obſeruatum, vt, qui ita liberati eſſent, in ciuitatem ... viderentur. *Videtur antiquitus adhibitus ea in re baculus, v... qua vltimum velut percuteret dominus, poſtea Praetor, ſeruum, et l... gum illius a ſeruili vexatione liberum eſſe iuberet. Hinc, vt in ... factum modo obſeruauimus,* vindicta *dici coepit ipſa* virga *illa ſ...* Hor. Serm. 2, 6, 76 Quem ter vindicta quaterque Impoſita ha... quam miſera formidine priuet. Vet. Schol. Vindicta vir... percutiebantur ſerui, dum liberi fiebant. Perſ. 5, 88 V... poſtquam meus a Praetore receſſi. Vet. Schol. Vindicta virga ... manumittendi a Praetore in capite pulſantur, ideo dicta, qu... vindicat libertati. Gloſſ. Nomiae, Βενδίκτα ἡ ῥάβδος μι... ἄρχων ἢ ὁ Πραίτωρ τὴν τῦ ἐλευθερȣμένȣ κεφαλὴν ἔπαιον φάσκοντες τὸν παρόντα ἄνθρωπον εἶναι ἐλεύθερον, ϗ πολίτην Ρωμαῖον. Plin. Ep... Hic (*Caeleſtrius Tiro*) nunc Proconſul prouinciam Baeticam ... cinum eſt petiturus. Spero, immo confido, facile me im... rum, vt ex itinere deflectat ad te. Si voles vindicta libera... proxime inter amicos manu miſiſti, nihil eſt, quod verearis... hoc illi moleſtum. Cic. pro Rab. Perd. 16 c. 5 An vero ... noſtros horum ſuppliciorum omnium metu dominorum be... vna vindicta liberabit: nos a verberibus ——— neque noſtr... res vindicabunt? *Add.* Tac. Ann. 13, 27. Claudian. in ... Honor. 612 ſqq. *et integer* Titulus Pandect. (40, 2) de manumi... dicta. ¶ 4 *Cum* Vindicta *ſit poena etiam et coërci... pide* Varro de R. R. 3, 9, 19 Motus *gallinarum*, et lux pingui... vindicta, *i. cohibent et impediunt pinguitudinem. Sic antiqu... Al.* pinguitudini inimica. Suſcipere vindictam legis O... Pont. 4, 6, 33. Libertatis vindicta Vellei. 2, 64, 2.

VINDICTOR, ōris. m. [Gloſſ. Gr. Lat. ἔκδικος,] d... *vindictor.*

VINEA, ae. f. [ἀμπελὼν] *Locus vitibus conſitus vel i... Vitis.* Cic. de Lege Agrar. 2, 86 Iugera CCC vbi inſtitui... poſſunt. Columel. 3, 2 Ideo non eſt vineis apta, vix et... buſto. Ego, cum omne genus ruris niſi diligente cura ... exerceatur, fructuoſum eſſe non iudicem, tum vel maxime ... res enim eſt tenera, infirma, iniuriae maxime impatiens Col... Nimia vinearum ſtudio negliguntur arua Suet. Domit. c. 7. ... chiata, *vid.* BRACHIVM. Caluata, *vid.* CALVA. Can... Columel. 12, 21. Capitata, Collina, Compluuiata, *vid.* ... Culta Tibul. 1, 10, 37. Imputata Hor. Epod. 16, 44. ... mae vineae Columel. 8, 1. Paluſtres vineae Idem 12, 21. ... ſerere in agro vineam Cato c. 6. Conſtituere vineas Col... Decuſſare vineas Idem 12, 53. Floret vinea Ouid. Faſt. ... Fodere vineam Columel. et Varr. 1, 31. Frequentare vine... Induunt ſe vuis vineae, Iugare vineas, *vid. ſſ. ll.* Limi... neas Plin. 17, 22. Occare vineas Columel. 11, 2. O... vineam paribus interuallis, *vid.* ORDINO. Palare vineas C... 11, 12. Pampinare vineas, *vid.* PAMPINO. Columel. ... nos Publi Siluine magno animo vineas ponamus, *etc. Add.* ... 4, 2 *vbi leg.* Vinea optime repaſtinato agro ponitur *pro vulg.* ... tur. Pubeſcit vinea Virg. Georg. 2, 390. Purgare v... Catull. Argon. 62, 39. Columel. . . . Factis ... optime ſternitur. Verberatae grandine vineae Hor. Carm. 3... ¶ 2 Vinea, *Inſtrumentum oppugnationibus aptum, quod deſcr... verbis* Veget. 4, 15 E lignis leuioribus machina colligatur, alta ... bus octo, lata pedibus ſeptem, longa pedibus ſexdecim. Hu... ctum munitione duplici, tabulatis cratibusque contexitur. ... quoque vimine ſepiuntur, ne ſaxorum telorumque impetu per... tur. Extrinſecus autem, ne immiſſo concremetur incendio, cr... recentibus coriis vel centonibus operitur. Iſtae cum plures facta... rint, iunguntur in ordinem, ſub quibus ſubſidentes tuti ad ſubr... murorum penetrant fundamenta. *Recte ergo* Feſtus, Vineae etia... litares, quaedam machinationes a ſimilitudine appellantur. ... Plutei *de quibus ſ. l.* Plaut. Mil. 2, 2, 111 Ad eum vineas, plu... agam. Agere vineas Sall. Iug. c. 37. Cic. Fam. 15, 4 Age... vineis, turribus oppugnaui, vſusque multis tormentis. Id... Philip. 8, 17 c. 9 Conductae vineae ſunt, pugnatur acerrime. ... Id. Fam. 2, 10. Liu. 5, 7 Cum agger promotus ad vrbem, vineae ... tantum non iam iniunctae moenibus eſſent — aggerem ac vinea... cendium hauſit. Lucil. *apud* Feſtum *voce* SVB, Neque prodir... altum, praeliari procul ſub vite, *i.* Feſto *interprete* ſub vinea mil... pugnare. Idem Feſtus in SVB, Sub vineam iacere dicuntur mil... cum adſtantibus centurionibus iacere coguntur ſudes. *Add.* VITIS

VINEŎLA, ae. f. Dimin. Vet. Inſcript. *apud* Fabrett. p. 223 H... MONVMENTO. CEDIT. CVM. VINEOLA. SOLA. SVO. F... VINEAE.

VINEARIVS, a, um. Adi. [ἀμπελινὸς] *Quod eſt vineae, quod ad vineam pertinet: vt,* Collis vinearius Columel. 5, 6, 36. ... Solin. c. 26.

VINEATĬCVS, a, um. Adi. [ἀμπέλειος] *Idem. Vt,* Falce... neaticae Varro de R. R. 1, 22. Cultus Colum. 4, 33. Fructu... 7, 3. Idem 4, 1 Vnum tamen atque alterum reprehendiſſent, qu... ſeminibus vineaticis nimium me profundos cenſuiſſe fieri ſcro... Cato c. 11 Ferramenta, falculas vineaticas ſex.

VINEĀLIS, e. Adi. [ἀμπέλειος] *Quod eſt aptum ad vineam.* C... mel. 3, 12 Sed ne nunc per infinitas terreni ſpecies euagemur, non ... tempeſtiue commemorabimus Iulii Graecini conſcriptam velut for... lam, ad quam poſita eſt limitatio terrae vinealis.

VINETVM, VINITOR, VINOSVS, *vid.* VINVM.

VINVM, i. n. [οἶνος] *Succus vuarum poſt fermentationem prim... nam poſt alteram fit acetum.* Vinum hilaritatis dulce ſeminari... Varro *ap.* Non. 1, 115. Martial. 3, 35 Reſinata bibis, vina Falerna ... gis. Ouid. de Arte Am. 1, 244 Et Venus in vinis, ignis in igne f... Nox erat, et vinis oculique animique natabant Ouid. Faſt. 6, ... Vinum nullarum virium, et Ingentium virium, *contraria* Celſ. 3, ... Vinum cui nihil aetatis acceſſit Idem 2, 26. Senec. Epiſt. 36 Ari... aiebat, malle ſe adoleſcentem triſtem, quam hilarem et amabilem ... bae. Vinum enim bonum fieri, quod recens durum et aſperum ... ſum eſt: non pati aetatem, quod in dolio placuit. *Id eſt,* (*ait* ... *daeu*

...ei, *quod muſteum adhuc, et a lacu recens, maturum iam potui viſum ...ſt. Vina quippe in doliis inueteraſcere non ſinebant antiqui, ſed in amphoras et cados diffundebant. Inde illud* Iuuen. Sat. 5, 30 Ipſe capillo diffuſum Conſule potat. *et* Hor. Epiſt. 1, 5, 4 Vina bibes iterum Tauro diffuſa, *vid.* Vinum diffundere, *in* DIFFVNDO. *Plural.* ...ic. Verr. 1, 91 Vina caeteraque, quae in Aſia facile comparantur. ...*ud ſaepe vid.* Seru. *ad* Virg. Ecl. 5. Languidus vino, *vid.* LANGVIR. Cic. Poſt red. in Senat. 12 Vini, ſomni, ſtupri plenus, madidi coma. Aetas media vini, *vid.* AETAS. Certamen ...tiuini Tibull. 3, 6, 11. Pernicies vini, lymphae Catull. ad ...uem ſ. 25, 6. Saporis infirmi vinum, *vid.* INFIRMVS. Violenti vehemens vini Lucret. 3, 481. Ad vinum, *Inter conuiuium, vid.* ... Praepoſitionem. Vel here In vino quam immodeſtus ...ſti Ter. Heaut. 3, 2, 6.

Inter coenam manu ſiniſtra
Non belle vteris
In ioco atque vino

...atul. 12, 1. Inter vina Hor. Od. 3, 8, 26. *et* Epiſt. 1, 7, 28. Regna vini ...iti talis, *vid.* TALVS *pro Ludo, in* TALVS. ¶ 2 *Epi... ſunt prope infinita a patriis, a ſapore, a colore etc. Vid. Geſneri ... rusticum.* Aigleuces vinum, Albanum vinum, ...bii vinum, Allobrogicum vinum, Amineum, Aſperum, ...eru, Auſterum, *vid. hh. vv.* Belliſſimum vinum Columel. ..., 1 Caecubum vinum, Calenum, *vid. hh. vv.* Calidum ...ui Met. 15, 324. Chium Scribon. 165. 170. Cibarium, Circumcidaneum ...mtitium vinum, Collina vina, Defrutum vinum, *vid. hh.* ... Martial. 1, 107 Raram Diluti bibis vnciam Falerni. Doliare vinum In dolia vina ea mente conicimus, vt ex his poſtea in amphoras et cados diffundamus Proculus ICt. l. 15 D. de tritico, vino *et c.* Vlpianus, De periculo et commodo rei venditae, l. prima, Si doliare vinum ..., nec de trahendo eo quidquam conuenerit, id videtur actum, vt ... uacuarentur, quam ad vindemiam opera eorum futura ſit neceſſ... Doliare vinum *dicitur ad differentiam* Vini pendentis. *Vid.* Cato ... 148 quae ſit lex vino in doliis, et oleae pendenti. Edentulum vetuſtate vinum Plaut. Poen. 3, 3, 87. *h. e. Quod vim ſuam amiſit.* ... vinum Columel. . . Faecatum vinum, Falernum ..., *vid. ſſ. ll.* Firmiſſimum Virg. Georg. 2, 97. Forte ... ... Martial. 2, ... Condantur paruo Fuſca Falerna vi... Gaurana vina, *vid.* GAVRVS. Honorarium vinum, ... regibus et potentibus honoris gratia offertur. Cato de innocen...: Cum eſſem in prouincia legatus, quam plures ad Praetores et ...les vinum honorarium dabant: nunquam accepi, nec priuatus ... *Haec* Iſid. Orig. 20, 3. Hornotinum . . Hornum, ... Igneus, *vid. ſſ. ll.* Inueteratum Plin. 14, 2. Larga Libera vina Hor. Carm. 3, 18, 6. *et* de Arte Poët. 85. Cic. ...ſ 5, 13 Tanquam Lenia quaedam vina nihil valent in aqua, ſic ...rum iſta magis guſtata, quam potata delectant. *add.* Ter. ... 3, 1, 49. Marathrites vinum, *vid.* MARATHRVM. Martial. Silu. 1, 6, 33. Marſicum Scribon. 57. Mellitites ... 4, 9. *et* 36, 59. Meracum *et* Merum, *vid.* MERVS. Molle ..., *Quod caret aſperitate et defaecatum eſt* Virg. Georg. 1, 341. ...eum, *vid.* MVCOR. Myrtites, *vid.* MYRTVS. Martial. 13, ... tica Nectareum turbatis mella Falernum. Nigrum. . . . ...: Notae, ſecundae, tertiae. . . Nouitium vinum, *vid.* NOVVS. Cic. de Clar. Orat. 286 Vt ſi quis Falerno vino delectetur, ... nec ita Nouo, vt proximis Conſulibus natum velit: nec rurſus ... vere, vt Opimium, aut Anicium Conſulem quaerat. Oenanthinum vinum, Omphacium vinum, Operarium vinum, *vid.* ... Opimianum, ab Opimio, COS. *v. v.* Paſſum vinum, ...ore, Pendens, *vid. hh. vv.* Pendulum . . Praeſamitium vinum Cat. R. R. 141 *nolum eſt.* Praeſamino *eſt Imperatiuus an... pro* Praeſamen. Praeliganeum Idem R. R. 23, 2. Pramnium, ... vinum, *vid. hh. vv.* Purum Ouid. Met. 7, 594. Recens ... Reſinatum, *vid. ſ. l.* Rubellum, *vid. h. v.* Ruens Ouid. Faſt. 5, 511. Non Saccatum Scrib. 122. Signinum vinum ... 112. 113. Sireum, *vid.* SAPA. Spurcum, Surrentinum, ..., Trimum . . . Tortiuum . . . Toruum, ..., Vehemens, Vetulum, *vid. hh. ll.* Vetus Scri... 71. ¶ 3 *Verborum formulae:* Abſtinere vino, Ab... vinum, Acere vinum dicitur, Adhibere vinum aegro... Carere vino, Circumcidere vinum, *vid. hh. vv.* Coaleſcit vetuſtate vinum Cic. de Senect. 65 c. 18. Cogere, *vid. mox* ... vinum. Plin. 14, 21 Et Collecto iam vino differentia in cella. ...re, Condere, Concinnare, Corrigere vina, *vid. ſſ. ll.* ... vinum Scribon. 20. Defaecatum vinum, Defundere, ... Cic. de Finib. 2, 23 Quibus vinum Diffuſum e pleno ſit oeno... *et ait* Lucilius. Dant animos vina Ouid. Met. 12, 242. ... vinum a faecibus Columel. 12, 27. Cic. de Diuin. 2, ... c. 57 De vino aut ſalſamento putes loqui, quae Euaneſcunt vetuſtate. Expletus dapibus vinoque ſepultus Virg. Aen. 3, 630. Ex...: feruida vina ſubtile palatum Hor. Serm. 2, 8, 38. Facit in... vinum Ouid. Met. 7, 433. Facit ſomnum vinum Idem ... 421. Cic. de Amicit. 69 c. 19 Veterrima quaeque, vt ea vina quae vetuſtatem Ferunt, eſſe debent ſuauiſſima. Fugiens vinum ... Off. 3, 91. *Vid.* FVGIO. Fundere vina pateris Virg. Aen. 5, ... Fundere liquentia vina Idem Aen. 5, 238. Iacebant gra... vino ſomnoque Ouid. Epiſt. 14, 33. Impulſus vino Quinctil. ... 2. Incaleſcere vino, Infuſcare vinum, Inuergere vina, *vid. h. vv.* Lauere dulci mala vino, *Diluere et abſtergere curas ... dulci vino* Hor. Carm. 3, 12, 2. Leuare vino curasque ſitimque Ouid. Met. 12, 156. Liquare ex vino Celſ. 5, 28. Madent membra vino, *vid.* MADEO. Marceſcere nimio vino Ouid. ... Po. 1, 5, 45. Medicata ſuffitione vina, *vid.* MEDICO. Mer... vino et madens, *i. Ebrius* Sen. Epiſt. 84. Miſcere vinum aqua, Nutrire vinum, *vid. hh. vv.* Olere vina Hor. Epiſt. 1, 19, 5. Pa... ant vina animos Ouid. de Arte Am. 1, 237. Pellere curas vino Hor. Carm. 1, 7, 31. Vinum, priusquam coactum eſt, Pendet putri... ... aut. Trin. 2, 4, 12. Preſſa vina Hor. Epod. 13, 8. Promere ... iora vina Idem Carm. 3, 21, 8. Promens horna dulci vina ... Idem Epod. 2, 47. Reponere vina menſis Virg. Aen. 7, 134. ... vino conticuere, *Sopiti et obruti vino* Idem Aen. 9, 236. Sepulta ... ſomno vinoque Idem Aen. 2, 265. Sequitur quies vina Ouid. Faſt. 3, 305. Soluti ſomno vinoque procubuere Virg. Aen. ..., 189 Subtrahere vinum Celſ. 3, 2. Cic. de Nat. Deor. 3, 78 c. ... Vti medicus ſciat eum aegrotum, qui iuſſus ſit vinum Sumere, meracius ſumturum, ſtatimque periturum, magna ſit in culpa. Transferre ad vinum, *vid.* AD Praepoſitionem. Ventilare vinum, *vid.* VENTILO. Vti largiore vino, *vid.* LARGVS. ¶ 4 *Formulae aliae:* Cic. in Piſon. 67 Panis et vinum a propola et de cupa. Idem in Brut. 287 Si is potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet? Idem de Nat. Deor. 2, 6 Quum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum. Virg. Aen. 1, 724 Crateras magnos ſtatuunt, et vina coronant. *h. e. Implent pocula vsque ad marginem. Hoc ... legimus etiam* 7, 147. Idem 9, 318 Inter lora, rotasque viros, ſimul arma iacere, Vina ſimul. Macrob. Sat. 1, 12 *de Bona Dea,* Horum omnium hoc proferunt indicium — quod vinum in templum eius non ſuo nomine ſoleat inferri, ſed vas, in quo vinum inditum ſit, mellarium nominetur, et vinum lac nuncupetur. ¶ 5 *Succus etiam aliorum pomorum* Vinum *vocatur.* *V. g.* Vinum e pomis Pallad. Oct. 16. E malis Id. Febr. 25, 19. E malis granatis Id. Mart. 1..., 1... De piris Pall. Febr. 25, 11. E ſorbis et piris Idem Ian. 15, 5.

VILLVM, i. n. [οἰνάριον] Dimin. *ſicut ab* Vnus Vllus, Catena Catella *etc.* Ter. Adelph. 5, 2, 11 Interea in angulum aliquo abeam, atque edormiſcam hoc villi.

VINACEVS, a, um. *Natura ſua Adiectiuum fuit. Ac primum videntur tribuiſſe hoc nomen* Folliculis acinorum *vuae expreſſis iam quidem et ſuo ſucco priuatis, ita tamen, vt illa grana ſiue ſemina comprehenderent. Totum hoc a prelo reliquum στέμφυλα vocant Graeci, quo non in vuis tantum vtuntur, ſed etiam in olea. Sic* Pes vinaceorum bene prelo expreſſus proruitur Col. 12, 43, 10. *Sic* Vinaceos recentes *dixit* Cato 25. Illutos *quibus aqua non eſt affuſa lorae faciendae cauſa,* Id. 147. Calcare vinaceos *i. acinos vuarum iam ſemel expreſſos* Colum. 12, 39, 2. Dolia, quo vinaceos condas Cato 10, 2. Idem 25 Vinaceos quotidie recentes ſuccernito. Col. 3, 1, 5 Humido loco ſciet non recte mandari fructus teneri et amplioris acini, ſed calloſi et anguſti, frequentisque vinacei: *al.* vinaceis. Vinaceus *ſiue* vinaceum *hic eſt granum illud lignoſum, ſ. ſemen vuae. Sic* Gloſſ. Vinaceus, ſemen vuae, acinus, γίγαρτον. ¶ 2 Vinacea *intell. bacca, expreſſa nimirum.* Col. Arb. 4, 5 In imo ſcrobe — vinaceae heminam — ponito *de vite ponenda.* *De eadem re* Plin. 17, 22 Circum capita addito ſtercus, paleas, vinaceas *etc.* Vinaceam ſtercori mixtam *memorat* Pallad. Feb. 9, 14. Vinaceae cibus agnorum Varr. R. R. 2, 2, 19. Vinaceae cibo ſterileſcunt gallinae Pall. 1, 27, 1. *Add.* Coll. 8, 4, 2. 8, 5, 25. ¶ 3 Vinaceum *intell. granum vel ſemen.* Vinacea, quae acinis celantur, iam infuſcata, et nonnulla propemodum nigra, *ſignum maturitatis* Colum. 1, 2, 69. Vuae paſſu, detractis (*exemtis*) vinaceis Colum. 12, 75, 5. Sine vinaceis vuae quomodo creentur Idem Arb. 9, 2. *Etiam* Cic. de Sen. 52 c. 15 Omitto enim vim omnium, quae generantur a terra, quae ex fici tantulo grano, aut ex acini (*ſic leg. non* acino) vinaceo — tantos truncos racemosque procreat. *De totis acinis prelo expreſſis* Colum. 6, 3, 4 Licet etiam — eluta et ſiccata vinacea, quae de lora eximuntur, cum paleis miſcere. Idem 8, 5, 2 *de gallinis,* Vinacea quamuis tolerabiliter paſcunt, dari non debent. Vinacea conſpiſſata Idem 12, 43, 12.

VINACIŌLA, ae. f. *Certa aliqua vitis,* quam ſoli nouere Sabini et Laurentini Plin. 14, 3.

VINALIA, ium. n. [Πιθοιγία] Varro L. L. 5, 3 p. 47, 13 Vinalia a vino. Hic dies Iouis, non Veneris. Huius rei cura non leuis in Latio. Nam aliquot locis vindemiae primum a ſacerdotibus publice fiebant, vt Romae etiam nunc. Nam flamen dialis auſpicatur vindemiam: et vt iuſſit vinum legere, agna Ioui facit: inter cuius exta caeſa et porrecta flamen prorſus vinum legit. In Tuſculanis ſacris eſt, Vinum nouum ne vehatur in vrbem ante quam Vinalia Kalentur. *Et* p. 48, 8 Vinalia ruſtica dicuntur ante diem duodecimum Kalendas Septembres, quod tum Veneri dedicata Aedis, et in circo ad aram eius ab ſacerdotibus ſunt ludi illi, quibus Virgines Sabinae raptae. Plin. 18, 29 ſ. 69, 3 Vinalia priora, quae ante hos dies ſunt IX Kalendas Maii deguſtandis vinis inſtituta. *Et mox* Vinalia altera, quae aguntur ante diem decimum tertium Kalendas Septembris *etc.* *Haec itaque ſunt* Ruſtica Vinalia. *Diſſenſus circa vnum diem forte a temporis diuerſitate et mutatione aliqua eſt.* *Sic* Feſtus, Ruſtica vinalia appellantur menſe Auguſto quarto decimo Kalendas Septembris Iouis dies feſtus, quia Latini bellum gerentes aduerſus Mezentium, omnis vini libationem ei Deo dedicauerunt. Eodem autem die Veneri templa ſunt conſecrata, alterum ad circum maximum, alterum in luco Libitinenſi, quia in ipſius deae tutela ſunt horti: *forte etiam vineae: adde aratam Bacchi et Veneris ſocietatem. Sed aliter, vt vidimus, Varro.* Ouid. Faſt. 4, 863 *copioſe agit de* Vinalibus: *inter alia* 877. Cur igitur Veneris feſtum Vinalia dicant, Quaeritis: et quare ſit Iouis iſta dies? *Vid. locus.*

VINALIS, e. Adi. *Ad vinum pertinens, a vino ortum.* Macrob. Saturn. 7, 7 *extr.* Si qua vinalis fortitudo in hominem reſedit, hanc diluit et exſtinguit.

VINARIVS, i. m. [οἰνοπώλης, οἰνοπότης Gloſſ. Cyr.] *Vini venditor.* Lampridius *ſcribit* c. 33 Alexandrum Romanum, Imperatorem conſtituiſſe corpora vinariorum, et caligariorum, et omnino omnium artium. Plaut. Aſin. 2, 4, 30 Sed vina, quae heri vendidi vinario Exaerambo, *etc.* *Vid.* Idem Poen. 4, 2, 16. Sall. Fragm. t. 2 p. 936 *Cort.* Suet. Claud. c. 40. Vinarius, *pro Vinoſo et ebrioſo,* Vlpianus in l. Ob quae. De aedilicio edicto, Item aleatores et vinarios non contineri edicto quosdam reſpondiſſe Pomponius ait: quemadmodum nec guloſos, nec impoſtores, aut mendaces, aut litigioſos. Ibidem, in l. Aediles Vtputa ſi imitatione conſeruorum apud emtorem talis factus eſt, aleator forte, vel vinarius, vel erroneus ſit.

VINARIVS, a, um. Adi. [οἰνηρός] *Quod ad vinum pertinet:* Plin. 14, 13 Armaria, in quibus erant claues vinariae cellae. *conf.* Cic. de Sen. c. 16. Plin. 23, 1 Qua de cauſa et in ſaccos vinarios additur polenta. Ager Ammian. 30, 2. Cic. pro Font. 9 c. 5 Cognoſcite nunc de crimine vinario, quod illi inuidioſiſſimum et maximum eſſe voluerunt, *quod obiicitur Fonteio, de portorio vini exportandi cauſa conſtituto.* Lacus vinarii Columel. 12, 18. Saccus vinarius, *vid.* SACCVS. Cic. Verr. 6 (4) 62 c. 27 Erat etiam Vas vinarium ex vna gemma pergrandi, *etc.* *add.* Colum. 4, 6. Pallad. 1, 18. Scaeuola ICt. D. 23 t. 7 l. 7.

VINARIVM, i. n. *Cadus.* Hor. Serm. 2, 8, 39 Inuertunt Alliphanis vinaria tota. *conf* Petron. c. 70 *et* 78.

VINEVS, a, um. Adi *Vt,* Vineus latex Solin. c. 5.

VINETVM, i. n. [ἀμπελών, ...] *Locus, vbi multitudo vitium conſita eſt, hoc eſt, vbi multae vites, vel multae vineae ſunt.* Columel.

mel. 3, 4 Cui vineta facere cordi eſt, faciat vitiarium, ex quo poſſis agrum vineis veſtire. *conf.* ib. c. 20 Cic. de Nat. Deor. 2, 167 c. 66 Nec vero ita refellendum eſt, vt ſi ſegetibus aut vinetis cuiuſpiam tempeſtas nocuerit. Idem de Legib. 2, 21 Sacerdotes vineta virgetaque et ſalutem populi auguranto. Laeta vineta Lucret. 2, 1157. Madentia vineta Stat. Silu. 3, 5, 99. Reſtibile vinetum, *Quod ſingulis annis repaſtinatur, id eſt reſtituitur* Columel. . . Vt vineta egomet Caedam mea Hor. Epiſt. 2, 1, 220. *i. fatear culpam, quae forte mihi queat nocere, vel ſimpliciter, vt neque mihi et mei ordinis hominibus parcam.* Conſerere vinetum Colum. c. 11. Vineta Gallos et Pannonios habere permiſit Probus Eutrop. 9, 11. Infeſtantur vineta Auſtris et Euris, *vid.* INFESTVS. Inſtituere vineta Columel. 3, 2. Ordinare vineta Idem 4, 27. Domitianus edixit, vt in prouinciis vineta Succiderentur Suet. c. 7.

VINIFER, ĕra, ĕrum. *Vt,* Vitis vinifera Apul. de Herb. c. 66.

VINIPŎTOR, ōris. m. [οἰνοπότης] *Potator vini.* Plin. 14, 54 Scitum de quodam vinipotore reperitur, Syracuſis tamdiu potare ſolitum, donec ab eo cooperta in terra oua foetum ederent. *Vetus exemplar legit* Potore.

VINITOR, ōris. m. [ἀμπελουργός] *Ruſticus vinearum cultor.* Columel. 3, 3, 8 Vinitorem vulgus quidem parui aeris, vel de lapide noxium poſſe comparari, putat: ſed ego — pretioſum vinitorem in primis eſſe cenſeo. Cic. de Fin. 5, 40 c. 14 An ea, quae per vinitorem antea conſequebatur, et per ſe ipſam curabit? Vinitor opus obibit Colum. 4, 24 *pr.* Vuae maturae vinitor Virg. Ecl. 10, 36.

VINITŎRIVS, a, um. Adi. [ἀμπελουργικός] *Quod eſt vinitoris.* Columel. 4, 25 Eſt autem ſic diſpoſita vinitoriae falcis figura.

VINIVORAX, ācis. Monſtra adeo iſta ficta ſunt per viniuoraces *i. vinoſos, vini cupidos,* Commodian. Inſtruct. 18 p. 23.

VINOLENTVS, a, um. Adi. [πάροινος, οἰνόφλυξ] *Ebrius, qui vino ſe ingurgitauit, vel ingurgitare ſolet.* Plaut. Aul. 4, 7, 8 Te eam compreſſiſſe vinolentum virginem. Cic. Acad. 4, 87 c. 27 Dormientium et vinolentorum et furioſorum viſa imbecilliora eſſe dicebas, quam vigilantium, ſiccorum, ſanorum. Idem de Lege Agrar. 1, 1 Haec per deos immortales, vtrum eſſe vobis conſilia ſiccorum, an vinolentorum ſomnia? Idem Fam. 12, 25 Si ſum in Antonium inuectus, vt ille non ferret, omnemque ſuum vinolentum furorem in me vnum effunderet. Medicamina vinolenta Idem in Piſon. 13. Id. in Orat. 99 c. 28 Furere apud ſanos, et quaſi inter ſobrios bacchari vinolentus videtur. Incidere in vinolentiam vinolentorum Idem Tuſc. 5, 118. *conf.* Nep. 7, 11, 4. *et* 16, 3, 3. Tac. Germ. 32, 3. Prudent. Periſt. 14, 250.

VINOLENTIA, ae. f. [οἰνοφλυγία] *Ebrietas.* Cic. in Topic. 75 c. 20 Cuius etiam generis illa ſunt, ex quibus verum nonnunquam inuenitur pueritia, ſomnus, imprudentia, vinolentia, inſania. Amor, iracundia aegritudo, vinolentia Idem de Inuent. 2, 17. Idem Tuſc. 4, 26 Aegrotationi autem talia quaedam ſubiecta ſunt, auaritia, ambitio, mulieroſitas, peruicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, et ſi qua ſimilia. Idem Philipp. 2, 101 c. 39 Quid furioſam vinolentiam tuam proferam? *add.* Sen. Ep. 83. Tac. Ann. 2, 65, 3.

VINŌSVS, a, um. Adi. [οἰνώδης, οἰνοπέπαντος] *Cupidus vini.* Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus Hor. Epiſt. 1, 19, 6. Plinius *ait* idcirco vinoſos dici homines, quod ſoli animalium non ſitientes bibunt. *Sic legit Calepinus: vbi nunc ſic legimus* 23, 1 Vino debemus homines, quod, *etc.* Ouid. Faſt. 3, 760 — vinoſior aetas Haec erat, et grauidae munera vitis amans. Hiſtrorum pauci, qui modice vinoſi erant, memores fuerunt fugae: aliis ſomno mors continuata eſt Liu. 41, 4. Vinoſi *hic ſunt ſimpliciter ebrii.* Fructus vinoſus Columel. 5, 10. Mordacitas vinoſa ad linguam, *h. e. Quae haud ſecus ac vinum linguam ferit* Plin. 21, 18. Sapor vinoſus Id. 12, 13. Senex vinoſus Ouid. de Arte Am. 3, 330. Succus vinoſus, *vt auctor eſt* Plinius, 28 proprie eſt moro, pyro, myrto. Idem 13, 39. 23, 6 Inter mali punici genera, vinoſa quaedam appellat, quae aluum ſiſtunt et ſtomachum. Acidum pomum ſucci vinoſioris Suet. Aug. c. 77. Autumnus ſuccis pomorum vinoſiſſimis diluit Tertull. de Anima c. 48. Plaut. Curc. 1, 1, 79 Quid opus eſt verbis? vinoſiſſima eſt. Conuiuia vinoſa Ouid. Amor. 3, 1, 17.

VINOSĬTAS, ātis. f. Tertull. de Ieiuniis c. 1 Arguunt nos, quod xerophagias obſeruemus, ſiccantes cibum ab omni carne et omni iurulentia et viuidioribus quibusque pomis, ne quid vinoſitatis vel edamus vel potemus.

VINVLVS, *vel* VINNVLVS, a, um. *Vox dubiae ſcriptionis et ſignificationis. Fundus illius vnus adhuc* Plaut. Aſin. 1, 3, 70 Compellando blanditer, oſculando, oratione vinnula, venuſtula: *ſic legitur apud* Non. 2, 898 *qui interpretatur* ſenſilocum, id eſt illecebrum. Feſtus, Vinulus dicitur molliter ſe gerens, et minime quid viriliter gerens. *Laudatur deinde locus Plauti.* Iſid. 2, 19 VINNOLATA (*forte* Vinnula) vox eſt leuis et mollis, atque flexibilis, et vinnolata dicta a Vinno, h. e. cincinno molliter flexo. *An alludit ad viendi verbum, et deriuatum inde* vimen? Oratio tinnula, *quam Plauto ſubſtitutum iere, bona eſſet. Sed Feſtus et Nonius ad elementum* V *eam aperte referunt. Lepidum quiddam et placens eſſe, ſatis apparet, forte quod paullatim amatorem inebriet. Tribuitur etiam* Cic. Att. 4, 16 p. 454 *a Boſio et Grutero, qui legunt ex coniectura,* Nam profecto rem habes vinulam *i. lepidam, iucundam, quam tibi narraui. Sed libri conſtanter* Rem non habes nullam. *Vid. Manut. et Graeu.*

V I O

VIOCVRI, orum. m. *Viarum curatores.* Varro L. L. 4, 1 p. 6, 36 Quis enim non videt, vnde aurifodinae et viocurus? *In antiquo Lexico ſcribitur,* Viaculus, ὁδῶν ἐπιμελητής, *ſed vel viarius, vel viocurus, in eo ſcribendum cenſeo,* Turnebus 22, 17. *qui laudat etiam alium locum* Varronis de L. L. 4, 32 *Sed quem ita exhibet Scal.* p. 38, 9 Simili de cauſa Publilius vicus et Coſconius vicus, quod ab his vireis (*i. viris, Turneb.* viocuris) dicuntur aedificati. *Add.* l. 2 ff. de Cloacis.

VIŎLA, ae. f. [ἴον] *Flos ille humilis inter primos veris titulos, purpurei coloris, odoris iucundiſſimi, qui hoc nomen per totam paene Europam hodie ſeruat, per diminutionem, a Graeco* ἴον *dictum.* Plin. 21, 6 Violis honos proximus. Earum plurima genera, purpureae, luteae, albae: plantis omnes, vt olus ſatae. Ex iis vero, quae ſponte apricis et macris locis proueniunt purpureae, latiore folio ſtatim ab radice carnoſa exeunt, *etc. Abunde de violis in hoc capite tractat.* Ibid. c. 11 Florum prima Ver nuntiantium, viola alba Tepidioribus vero locis etiam hieme emicat. Poſtea, quae appellatur purpurea. Proxime flammea, quae et phlox vocatur, ſilueſtris duntaxat. Omne io[…] iactabo colores Iuuenal. 12, 90. *i. Violas omnium colorum.* Ci[…] 5, 73 An tu me in viola putabas, aut in roſa dicere? Ne[…] ſemper, nec hiantia lilia Florent Ouid. A. A. 2, 115. Fuſca[…] Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 129. Mollis viola Virg. E[…] Nigrae violae Idem Ecl. 10, 39. Pallentes violae Idem E[…] Tinctus viola pallor amantium Hor. Carm. 3, 10, 14. […] violas manu Propert. 3, 13, 29.

VIOLACEVS, a, um. Adi. [ἰώδης] *Idem quod purpureu[…] violae florem tendit.* Plin. 9, 39 Nepos Cornelius, qui Diui […] principatu obiit, Me, *inquit,* iuuene violacea purpura vigebat. […] 35, 16 Violaceus color. *add.* Id. 22, 18. *et* 37, 9. Vitr. 7, 13.

VIOLACIVM, i. n. *Vinum vel ſuccus e viola.* Apic. 1, 4 […] violacium facere. *Modo non ſit* Violatum *dicendum,* […] ROSATVM.

VIOLARIVS, i. m. [ἰοβάπτης] *Violacei coloris infector* […] Aul. 3, 5, 36 Flammearii, violarii, carinarii.

VIOLARIVM, i. n. [ἰών] *Locus vbi naſcuntur violae* […] Seruius *ad* Virg. Georg. 4, 32 Irriguumque bibant violaria […] Hos ego, qui canent, frutices, violaria vidi Ouid. A. A. 3, 67. […] Colum. 10, 259. Ouid. Faſt. 4, 435.

VIOLANTILLA, ae. f. *Graece Ianthis, nomen mulieris.* […] thalamium Stellae et Violantillae *eſt* Statii Silu. 1, 2.

VIŎLO, āre. [βιάζω, βιάζομαι, ὑβρίζω] *Vim inferre, corr[…] polluere.* Violat, μιαίνει, λυμαίνεται, Gloſſ. violare, βιάσασθαι, παραβῆναι ib. Plato a Dionyſio tyranno crudeliter violatus e[…] 10, 2, 3 *pro ſeruo venditus.* Cic. pro Cluent. 118 A me ta[…] aequum eſt, omnia caute, pedetentimque dicentur, vt neque f[…] ius defenſionis relicta, neque cuiusquam aut dignitas laeſa, a[…] citia violata eſſe videatur. Amores alicuius violare Tib[…] 81. Aras caelicolum violauit mea dextera Sil. 17, 130. […] rum cibis violare Stat. Theb. 1, 150. Bello violari Cic. A[…] Cedentes violari prohibuit Nep. 8, 2, 6. Clementiam Ide[…] 3. Cic. Poſt red. in Senat. 6 Fortiſſimi atque optimi viri Trib[…] bis ſanctiſſimum Corpus non ſolum tactum ac violatum manu, […] neratum ferro confectumque vidiſtis. Corpus vulner[…] Aen. 11, 591. Cubile alicuius Catull. ad Ianuam 65, 23. […] Deos prius quam homines violatura vobis negamus Liu. 7, 31. […] tatem Cic. Fam. 1, 6. Exiſtimationem alicuius Idem Fam. […] Id. pro Quint. c. 23. Idem Verr. 1, 82 c. 32 Quum apud dext[…] tiones imperii nominisque noſtri famam, tuis probris flagitiis […] laris. Fanum Nep. 4, 4, 4. Fidem violare Ouid. Ep[…] Fidem coniugii Plin. 10, 34. Foedus Liu. 28, 44. […] communia pacis violare factis Lucret. 5, 1154. Hoſpit[…] Bell. Gall. 6, 22. Cic. in Somn. Scip. 22 Eorum animi, qui […] ptatibus dediderunt, earumque quaſi miniſtros praebuerunt, […] ſuque libidinum voluptatibus obedientium, deorum et homin[…] violauerunt. Ius ſanctum Idem pro Roſc. Amer. 109. […] C. Rabir. 7 c. 2 Niſi forte de Locis religioſis, ac delubris, qu[…] violatos eſſe dixiſti, pluribus verbis tibi reſpondendum putas. […] mina verbo violare Tibull. 1, 5, 57. Cic. de Finib. 3, 32 V[…] tum eſt patriam prodere, Parentes violare, fana depeculari, q[…] in effectu, *etc.* Puellam violare *malo quocunque* afficere T[…] 7, 57. Cic. Tuſc. 1, 72 Vel in Rep. violanda fraudes inex[…] les concepiſſent. Idem de Aruſp. Reſp. 8 Qui ſacra Bon[…] quae viri oculis, ne imprudentis quidem adſpici fas eſt, non ſolun[…] ctu virili, ſed flagitio ſtuproque violarit. *conf.* Nep. 7, 4, 3. […] ciem ſerenam mundi nubes violant. Turbant et obſcurant f[…] tem aëris Lucret. 4, 138. Siluam violare ſecuri, *Caedere* […] Met. 3, 28. Venas violare Celſ. 7, 12. Virginem viola[…] vitiauit dicebant Varro L. L. 5, 8 p. 60, 27. Virginitatem […] Nat. Deor. 3, 59. Vitam patris Idem in Parad. 3. Id[…] Domo 82 Sed tametſi nihil de me tuliſti, quo minus eſſem nor[…] in ciuium numero, ſed etiam in eo loco, in quo me honor[…] Rom. collocauerunt, tamenne eum tua Voce violabis, quem […] farium ſcelus Conſulum ſuperiorum tot vides Iudiciis Senatus […] Rom. totius Italiae honeſtatum? ¶ 2 *Tingere ſig[…] vt Gr.* μιαίνειν, *quia color eſt venenum, et vim facit naturae* Vir[…] 12, 67 Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro Si quis ebur, *et* […]

VIOLANS, antis. Partic. Vulg. Interpr. Malach. 2, 10 Viola[…] ctum patrum noſtrorum.

VIOLATVS, a, um. Partic. [βιασθείς] *Vt,* Ab arcu[…] Ouid. ex Pont. 3, 5, 45. Fletu genas violata Diana Stat. Theb[…] 713. Corpus violatum nullo crimine Sil. 17, 39. […] lati poena Cic. de Legib. 2, 22 c. 9. Iura violata maritae Ou[…] Arte Am. 2, 381. Leges violatae Claud. in Eutrop. 2, 158. […] teſtas violata Lucan. 3, 125. Virtus violata ſuſpicione Liu. 2, […]

VIOLANDVS, a, um. Partic. [βιαστέος] *Vt,* Foedera cla[…] landa Tibull. 1, 10, 2.

VIOLATIO, ōnis. f. [βιασμός] Liu. 29, 8 Tum quoqu[…] genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea viol[…] templi, furorem obiecit. Religionum violatio Senec. Epiſt. […]

VIOLĀTOR, ōris. m. [ὑβριστής] Liu. 4, 19 Hiccine eſt, […] ruptor foederis humani, violatorque gentium iuris? C. C[…] dictatoris violator Macrob. Sat. 2, 3. Foederis violator […] Ann. 1, 58, 3. Templi violator Ouid. ex Pont. 2, 2, 27.

VIOLABĬLIS, e. Adi. [βιαστός] *Qui violari poteſt.* Stat. […] 5, 258 Nullis violabilis armis Turba, Senes. Cor violabil[…] bus telis Ouid. Epiſt. 15, 79. Numen non violabile Virg. Aen. 2, […]

VIOLENS, entis. Adi. *Violentus* Hor. Carm. 3, 30, 10 Dica[…] violens obſtrepit Aufidus. Homo vehemens et violens Cic. […] lipp. 5, 19. Nunc ferus et violens Perſ. 5, 171. Victo […] lens *quidam leg.* Hor. Epiſt. 1, 10, 37. *Sed editi* Sed poſtquam […] victo diſceſſit ab hoſte.

VIOLENTVS, a, um. Adi. [βίαιος, σφοδρός Gloſſ. Lat. Gr.] *Qu[…] facit.* Columel. 5, 5 Supereſt reliqua illa cultura proſtratae vineae […] niſi violentiſſimo caeli ſtatu ſuſpici non debet. Cic. Philipp. 2, 6[…] ceſſe eſt, quamuis ſis, vt es, violentus et furens. Tranquil[…] Violentus, *contraria* Claud. Conſ. Mall. Theod. 240. Q[…] violentiſſimas natura genuit, earum nos ſoli moderationem ha[…] Cic. N. D. 2 c. 60. Violentus *de iracundis* Ter. Eun. 5, […] Plaut. Truc. 2, 1, 39. Violentiſſimus tyrannus Liu. 34, 32. […] erat violentiſſimus Sen. Ep 11. Multo violentior Appio qu[…] bio fuit exercitus, *i. infeſtior, iratior* Liu. 2, 59. ¶ 2 *Subla[…]* Aër violentior incubuit puppibus Lucan. 5, 717. Amnis viol[…]

t in mare Virg. Georg. 4, 373. *add.* ib. 2, 157. Aper violentus Ouid. Met. 8, 438. Aura caeli violentior Stat. Theb. 9, 157. Enſe violento fortiter vti Ouid. Epiſt. 11, 97. Facies violenta Corinnae Ouid. Am. 2, 17, 7. *i. ad amorem quaſi vi trahens.* Fames violenta Lactant. in Phoenice. Impetus alicuius furentes et violenti Cic. de Aruſp. Reſp. 46 c. 22. Ira violenta Ouid. Met. 8, 106. Ira violentior ſurgit Sil. 4, 263. Lues violenta Valer. Argon. 5, 15. Modo violenta Tibull. 1, 3, 4. *et* 4, 1, 73. Cic. Philipp. 1, 29 Non opes violentas, et Pop. Rom. minime ferendam potentiam: ſed caritatem ciuium et gloriam concupiſſe. Pectora violenta, *Superba* Vir Aen. 10, 151. Tela violenta ſumere Ouid. Met. 11, 382. Cic. pro luent. 138 Populum Rom. ſua ſponte eſſe placatum, hominum ſeditioſorum vocibus, vt violentiſſimis Tempeſtatibus concitari. Venti violenti Lucret. 5, 1225. Vis violenta leonum Idem 3, 297. Vires violentae aeris, *Duritia ferri vel aeris* Idem 5, 1269. *Comp.* Violentior aequo Ouid. Met. 3, 253. Amne Idem Met. 13, 801. *Superlatiui exempla ſunt* n. 1.

VIOLENTI. Adu. Senec. Med. 605 Rumpe nec ſancti violente mundi Foedera ſacra. *add.* Ouid. Met. 9, 121.

VIOLENTER. Adu. [*βιαίως*] Liu. 5, 1 Quia ſollemnia ludorum quos intermitti nefas eſt, violenter diremiſſet. Gerere violenter Conſulatum Plin. Epiſt. 3, 9. Inuadere violenter Columel. 12. Retortis violenter vndis Hor. Od. 1, 2, 13. Tolerare violenter, *pro Aegre et inuito* Ter. Phorm. 5, 1, 4. *Compar.* Ouid. de Arte Am. 1, 23. *conf.* Manil. 1, 386. Egit violentius Suet. c. 6. Imber violentius fuſus Curt. 8, 14, 4. Vlpian. in l. Quemadmodum. §. pen. D. ad leg. Aquil. Si quid tamen magiſtratus aduerſus reſiſtentem violentius fecerit, non tenebitur Aquilia. *Superl. Vt,* Exercent ſaeuitiam, quam violentiſſime poſſunt Lactant. 5, 21. ...em violentiſſime perſequi Columel. 7, 3.

VIOLENTIA, ae. f. [*βία, ὕβρις*] Plin. 2, 47 In Narbonenſi prouincia clariſſimus ventorum eſt Circius, nec vlli violentia inferior. Idem 17, 2 Sed tanta plerumque violentia, vt auferat tecta. Cic. ... 5, 118 Ne ſobrius in violentiam vinolentorum incidat, ante diſcedit. Cantionum violentia Apul. Met. 1 *de magicis carminibus*: ... *Pric. p. 27.* Vultus violentia Ouid. Met. 1, 238. Acris violentia Lucret. 3, 483. Cic. Philipp. 12, 26 Noui hominis furorem, ... effrenatam violentiam. Vehemens violentia vini Lucret. 4 ... Gliſcit violentia Virg. Aen. 12, 9. *add.* ib. v. 49. Opprimi impetu violentiae Pſeudo-Cic. Anteq. iret in exilium 13. Propter violentiam inimicorum ibid. 12. *conf.* Sall. Catil. c. 33 *et* 53. ... Ann. 2, 63, 4. *et* 3, 1, 2.

V I P

VIPĔRA, ae. f. [*ἔχις, ἔχιδνα*] *Genus ſerpentis valde venenati et* ... Plinius 10, 62 Viperae mas caput inſerit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terreſtrium eadem ſola intra ſe parit oua vnius coloris, et mollia vt piſces. Tertia die intra vterum catulos excludit, deinde ſingulos diebus ſingulis parit, viginti fere numero. Itaque ceterae tarditatis impatientes, perrumpunt latera, occiſa parente. ... Prud. Hamart. v. 585 ſeqq. Apul. Apol. p. 534 ſeq. Pet. Chryſol. ... 137. Breuibus viperis implicata crines Canidia Hor. Epod. ... Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum Ouid. Rem. Am. 421. Laeſa vipera ignaro pede Idem de Arte Am. 2, 376. *Metaphor.* Cic. de Aruſp. Reſp. 50 c. 24 Etiamne in ſinu atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam ac peſtiferam habere potuerunt. Florus 4, 12, 37 *de Germanorum ſaeuitia in cauſidicos patronos Romanos poſt cladem Varianam,* Aliis oculos, aliis manus amputabant: vnius os ſutum, reciſa prius lingua, quam in manu tenens barbarus, Tandem, *inquit*, vipera, ſibilare deſiſte. *Vid.* Donat. ad Ter. Eun. 5, 2, 6.

VIPERĀLIS, e. Adi. *Vt,* Herba viperalis Apul. de Herb. c. 89.

VIPEREVS, a, um. Adi. [*ἐχίδνειος*] *Vt,* Carnes vipereas edere, Ouid. Met. 2, 769. Crinis vipereus Virg. Aen. 6, 281. Cruore vipereo madent tela Ouid. ex Pont. 4, 7, 36. Dentes viperei Idem Met. 3, 103. Felle vipereo linere ſpicula Idem ex Pont. 1, 2, 18. Nodis vipereis nexa brachia Idem Met. 4, 491. Sanies Sil. 6, 678. Venenum Claud. in Rufin. Praef. 1, 9.

VIPERĪNVS, a, um. Adi. [*ἐχίδνειος*] Plin. 11, 53 Scythae ſagittas tingunt viperina ſanie et humano ſanguine. Cruor viperinus Hor. Epod. 3, 6. Morſus viperinus Cic. de Fin. 2, 94. Id. ... 2 c. 7.

VIPERĪNA, ae. f. Herba, quae et Serpentaria Apul. de Herb. c. 5.

VIPIŌNES, um. m. [*μειωγέρανοι*] *ſunt Minores grues: ſicut Pipiones, Minores columbi.* Plin. 10, 49 In Balearibus inſulis et Buteo ... trum generis in honore menſarum eſt: item vipiones, ſic enim vocat minorem gruem.

V I R

VIR, vĭri. m. [*ἀνήρ*] *Reſpectum ſexus habet.* Ouid. Ibide 457 Dece viro fias nec femina nec vir, vt Attys. Lactant. de Opif. Dei 12, Vir nominatus eſt, quod maior in eo vis eſt, quam in femina; et hic virtus nomen accepit. Plin 10, 63 Viros auidiores veneris hieme, feminas aeſtate, Heſiodus prodidit. Soboles virûm Lucret. 4, 1226. *Reſpectum aetatis dicit,* Virg. Buc. 4, 37 Hinc vbi iam firmata virum te fecerit aetas. *Laudatur etiam* Plinius, . . . Qui non modo in puero ſiue adoleſcente, ſed etiam in viro admiratione dignum videretur. Genus acre virûm Virg. Georg. 2, 168. Genus effrena virûm Idem Georg. 3, 382. Vis inuicta viri Stat. Theb. 3, 62. Famae magnae vir Ouid. Met. 7, 475. Ingenii iucundi et elegantis vir Quinctil. 5, 13. Roboris magni vir Senec. Th... 1. Spiritus ingentis vir, *vid.* INGENS. ¶ 2 *Epithet:* Abſurdus vir, *v. h. v.* Acres viri Virg. Aen. 11, 48. Adoleſcens vir, *id. h. v.* Agreſtes viri Hor. Carm. 3, 1, 22. Ampliſſimus et ornatiſſimus vir, *vid.* AMPLVS. Audax vir Sil. 3, 524. *al.* Nudat. Bellatores viri Sil. 1, 218. Bonus vir et prudens Hor. de Arte Poët. 445. Bonus vir et ſapiens Idem Epiſt. 1, 7, 22. Virum Bonum in deliciis Deus non habet Sen. de Prouid. c. 1. Caeleſt vir, Cenſorius vir, *vid ſſ. ll.* Ciuilis vir Quinctil. 1, 10. Clari viri Idem 1, 1. Celſ. Praef. 1. Clarorum virorum animi Hor. Epiſt. 2, 1, 249. Clariſſimus vir Cic. Fam. 2, 2. Comis et ... vir Quinctil. 6, 2. Conſularis vir, *vid.* CONSVL. Egregius ſanctusque vir Iuuen. Sat. 13, 64. Cic. Fam. 1, 7 Virum enim Excellentem, et tibi tua praeſtanti in eum liberalitate deuinctum. Externus vir Ouid. Epiſt. 16, 308. Ferox vir Sil. 12, 695. Fortis vir Ouid. Met. 13, 383. Fortis vir ad arma Idem Faſt. 2, 688. Grauis vir Quinctil. 1, 2. Ignoti noua forma viri Virg. Aen. 3, 591. Illuſtris vir, *vid.* ILLVSTRIS. Iniuſtus vir Ouid. Faſt. 2, 788. Inſignis vir pietate Virg. Aen. 1, 10. Vir et arte et facundia Inſignis Celſ. Praef. 1. Inſtructiſſimus vir, *vid.* INSTRVO. Intemperans vir, *vid.* INTEMPERANS. Inuictum virum vicit dolor Ouid. Met. 13, 386. Iuriſperiti, an militaris viri laus maior Quinctil. 2, 4. Iuſtus vir et tenax propoſiti Hor. Carm. 3, 3, 1. Lectiſſimi viri atque ornatiſſimi, *vid.* LEGO, *&c.* Literati viri, *vid.* LITERA. Magnus vir Ouid. Met. 13, 341. Maximus vir *vid.* MAGNVS. Non mediocres viri Celſ. Praef. 1. Memor, gratus, et bonus vir Cic. Fam. 2, 5. Mendax vir Virg. Aen. 8, 644. Molles viri Hor. Epod. 1, 10. Nefandus vir Virg. Aen. 4, 497. Vt quisque eſt vir Optimus, ita difficillime eſſe alios improbos ſuſpicatur Cic. ad Qu. Frat. 1, 1, 4. Princeps vir Ouid. ad Liu. 344. Sanctus vir Senec. Hippol. 12. Solers vir Ouid. in Ibin 279. Subtilis vir Quinctil. 3, 11. Veloces viri Ouid. Met. 10, 561. ¶ 3 *Verborum formulae:* Cadere in virum, Compellare virum blande, *vid. hh. vv.* Congelare virum *dicitur* vxor anus Martial. 14, 147. Increuit per hos viros ſalutaris profeſſio Celſ. in Prooem. 1. Legere vir virum, *in Romana militia dicebatur, cum in conſtituenda acie quisque ſibi eum deligeret adſciſceretque ſocium pugnae, ſeu aſitem, cuius virtuti plurimum tribueret.* Virg. Aen. 11, 631 Tertia ſed poſtquam congreſſi in praelia, totas Implicuere inter ſe acies, legitque virum vir. *Vid Briſſon. de Form. p. 446. Petr. Victor. Var. Lect.* 16, *19 et Turneb. Aduerſ. 25, 7. conf. etiam* Suet. Aug. c. 35. Tac. Hiſt. 1, 18, 2. Quaerere virum Petron. 119 *dicitur cultus mollior.* Faſciola qui crura tegit, digito caput vno ſcalpit, quid credas hunc ſibi velle? Virum Cinna in Pompeium M. *conf.* Ouid. A. A. 1, 524. *Barth. Adu.* 23, 11. *Scalig. Auſ. Lect.* 1, 27. ¶ 4 Vir, *pro Virilitate.* Catull. 61 (64) 6 Itaque vt relicta ſenſit ſibi membra ſine viro, *etc. i. Poſtquam. Atys virilia ſibi abſcidit. Similiter* Arnob. *non ſemel.* ¶ 5 Vir, *Fortis, qui praeſenti fortique animo eſt praeditus.* Ter. Adelph. 4, 2, 26 Laudo Cteſipho, patriſſas, abi, virum te iudico. Idem Eun. 1, 2, 74 Heu noſter, laudo, tandem perdoluit, vir es. Cogita, vt vir ſis Cic. Catil. 3 c. 5. Idem Tuſc. 2, 43 c. 18 *extr.* Si virtutis compotes, vel potius ſi viri volumus eſſe. Si vir es, indictas exige dotis opes Ouid. Faſt. 6, 594. Aduerſis etenim frangi non eſſe virorum Sil. 10, 617. Nam, ſi quid in Flacco eſt viri, non feret *etc.* Hor. Epod. 15, 12. Eadem exprobrare ei coepit, et poſtulare, vt, ſi vir eſſet, poſtero die ſecum ferro decerneret Curt. 9, 7, 17. *add.* Id. 6, 11, 25. *Interdum ſic iunguntur* Vir *et* homo Cic. Tuſc. 2, 53 Ita et tulit dolorem vt vir, et vt homo, maiorem ferre ſine cauſa neceſſaria noluit. Idem pro Flac. 52 Si ciuitas per viros bonos graveſque homines querelas ad vos detuliſſet. *Et* Qu. Frat. 2, 10 Sed quum veneris, virum te putabo, ſi Salluſtii Empedoclea legeris, hominem non putabo. *Huc referam quod* Vir *opp. pathico,* Ego tamen vir ſum Sueton. Veſp. c. 13. Homo magis vir inter mulieres, impura inter viros muliercula proferri non poteſt Cic. Verr. 2 *extr.* ¶ 6 *Vir loco Pronom. is, ille, etc.* Gallum Aonas in montes vt duxerit vna ſororum, Vtque viro Phoebi chorus aſſurrexerit omnis Virg. Ecl. 6, 64. Sola viri molles aditus et tempora noras Idem Aen. 4, 424. *Add. ibid.* v. 3. *et* 5, 362. ¶ 7 Vir, Maritus, *vid.* Feſt. Ter. Andr. 3, 3, 4 Tibi generum firmum, et filiae inuenies virum. Vir ego tuus ſim? Plaut. Amph. 2, 2. Matura viro filia Virg. Aen. 7, 155 Durus vir Ouid. Amor. 3, 4, 1. Periurus vir Idem Epiſt 10, 76. Viduus vir Idem ibid. 8, 86. Coniuncta o digno viro Virg. Ecl. 8, 32. Dare nuptum viro, *vid.* NVBO. Expertae virum puellae Hor. Carm. 3, 14, 11. Meruit illa virum dote, *vid.* MERIO. Nupta viro puella Ouid. Epiſt. 16, 367. Nupta ſaeuo viro Hor. Carm. 3, 10, 2. Vir, *de Brutis etiam dicitur,* Virg. Ecl. 7, 7 Vir gregis ipſe caper. *vid.* MARITVS. ¶ 8 *Syllabam* vir *breuem eſſe, obſeruauimus. Quid ſi etiam producta? Sunt certe libri, qui* Ouid. Met. 1, 660 *legunt,* De grege nunc tibi vir, et de grege natus habendus: *cum alii* nunc *repetant.* Iuuenal. 6, 253 Quem praeſtare poteſt mulier galeata pudorem, Quae fugit a ſexu, vires amat? haec tamen ipſa Vir nollet fieri. *Quod ſi dedit Iuuenalis* Vir eſſe amat? *Sed etiam* Vires *habent ſenſum, ſiue pro robore virili accipias, ſiue pro* Viris: *vt* 15, 104 Quisnam hominum veniam dare, quisue deorum, Viribus abnuerit dira atque immania paſſis, *i. viris fortibus et vlciſcendi robur* habentibus.

VIRA, ae. f. Feſtus, Feminas antiqui viras appellabant, vnde adhuc permanent Virgines et Viragines. *Vid.* Seru. *ad* Virg. Aen. 12, 468. Plaut. Amph. 2, 2, 181. *c. not. Taubm. et Parei Lex. Crit.* p. 1303.

VIRĀGO, inis. f. [*ἀντιάνειρα*] *Mulier fortis, quae viro ſimilis ſit, et virilia opera faciat. vid.* Seru. *ad* Aen. 12, 468. Trebell. Poll. in Gallien. c. 13. Plaut. Merc. 2, 3, 73 Recte ego emero matri tuae ancillam viraginem aliquam, non malam, forma mala. Cruda virago Gorgone, *Pallas* Stat. Theb. 11, 414. Diua virago, *Diana* Senec. Hippol. 54. Flaua virago, *Pallas* Ouid. Met. 6, 131. Metuenda bello virago, *Pallas* Idem ibid. 2, 765. Regina bellorum virago, *Pallas* Stat. Silu. 4, 5, 23. *Conf. Barth. Adu.* 131, 3.

VIRATVS, a, um. *Vt,* Vxor, virata Varro *apud* Non. 2, 907. *Conf.* Vulg. Sirac. 28, 19. *Compar.* Nouatian. de Trin. c. 2 Omni robore robuſtior, omni virtute viritior. *pro* Viratior.

VIRĀTVS, ûs. m. *Viri conditio.* Sidon. Epiſt. 7, 9 Bono viratu aemulis magis prodeſſe cupiens quam placere.

VIRIPLĀCA, ae. f. *Dea.* Valer. Max. 2, 1, 6 Quoties inter virum et vxorem aliquid iurgii interceſſerat, in ſacellum Deae Viriplacae, quod eſt in Palatio, veniebant; et ibi inuicem locuti quae voluerant, contentione animorum depoſita concordes reuertebantur. Dea nomen hoc a placandis viris fertur aſſecuta.

VIRIPŎTENS, entis. [*ἐπίγαμος, ἔπανδρος*; Gloſſ. Lat. Gr.] *Virgo dicitur, quae apta eſt connubio.* Plaut. Perſ. 2, 3, 1. Paullus in l. Si filiae familias D. de leg. 3 l. 65 D. de Donat. inter vir. et vx. l. 15 ff. de V. S. *Sed* Iupiter viripotens Plaut. Perſ. 2, 3, 1. *i. virorum rex.*

VIRĪLIS, e. Adi. [*ἀνδρικὸς, ἀνδρεῖος, ἀνδρώδης*] *Quod eſt viri.* Virilis toga Cic. Philipp. 2, 44. Magis virilis, *vid.* MAGIS. Cic. de Finib. 2, 47 c. 14 Vereturque quidquam aut facere aut loqui quod Parum virile videatur. Animus virilis, *i. Fortis, qualis debet viri eſſe* Ter. Phorm. 5, 8 (7) 64 Animo virili praeſentique vt ſis para. Cic. Att. 14, 21 Acta enim illa res eſt Animo virili, conſilio puerili. Conuiuia Vitruu. 6, 10.

Cura virilis Virg. Aen. 9, 311. Cic. Att. 11, 10 Nec res periiſſet, et videremur aliquid Doloris virilis habuiſſe. Forma virilis Ouid. Epiſt. 4, 76. Habitus orationis virilis Quinctil. 5, 12. Cic. Att. 15, 25 Reliqua pars epiſtolae: illa namque in vtramque: ſed tamen nonnullos interdum iacit Igniculos viriles. Inflexio fortis ac virilis laterum Cic. de Orat. 3, 318. Oculi viriles Ouid. Faſt. 5, 153. Officium virile Hor. de Arte Poët. 193. Oratio fortis et virilis Cic. de Orat. 1 c. 54. Id. Tuſc. 3, 37 Sententiis tamen vtendum eſt eorum potiſſimum, qui maxime forti, et vt ita dicam virili vtuntur Ratione atque ſententia. Pars virilis Colum. 7, 11, 2 *eſt teſticulus,* Cum virilem partem vnam ferro reſectam detraxeris — alterum quoque teſticulum educito. *Sed etiam munus ſingulorum hominum ita deſignatur.* Cic. Verr. 3, 7 c. 6 Qui praeſertim plus etiam, quam pars virilis poſtulat, pro voluntate Pop. Rom. oneris ac muneris ſuſcipere debeam. Idem Verr. 4, 81 Eſt aliqua mea pars virilis, quod eius ciuitatis ſum, quam ille amplam, illuſtrem, claramque reddidit. Illius gloriae pars virilis apud omnes milites eſt Liu. 5, 11. Partes viriles mandare puero Hor. de Arte Poët. 177. Parte pro virili Cic. pro Sext. 138 c. 66 *vid.* PRO. Portione pro virili Tacit. in Vit. Agric. 45. Lactant. 2, 7 *pr.* Proles virilis Virg. Aen. 7, 50. Ratio fortis et virilis Cic. Tuſc. 3, 22. Sexus virilis Plin. 10, 55. Nep. 17, 1, 3. Stirps virilis Liu. 1, 1 *extr.* Studia virilia Ouid. Met. 12, 208. Tela virilia Idem ibid. 8, 392. Toga virilis Sueton. Aug. c. 36. Veſtis virilis Hor. Serm. 1, 2, 16. Vita Columel. praef. 1. Cic. pro Sext. 10 Recita quaeſo P. Sexti quid decreuerint Capuae Decuriones, vt iam virilis tua Vox poſſit aliquid ſignificare inimicis noſtris. Vultus virilis Ouid. Met. 3, 189. Vocare aliquos ad virilia Salluſtius in oratione Marci Tribun. Pleb. ad Plebem. *Compar.* Lamprid. *dixit obſceno ſenſu* Heliogab. c. 8.

VIRILIA, um. n. Plur. *tantum.* [αἰδοῖα] *Verenda, pudenda.* Plin. 21, 27 Et in totum ad virilia, cauliculis eius in vino et aceto tritis, nihil vtilius putant. Virilium mala Idem 20, 16. *vid.* Petron. c. 108.

VIRILITAS, ātis. f. [αἰδοῖα, ἀῤῥενότης] *Partes, quibus viri ſumus.* Martial. 9, 7 Non puer auari ſectus arte mangonis, Virilitatis damna moeret ereptae. Neque exſectis virilitas reſtitui poteſt Hirt. B. Alex. c. 70. Plin. 23, 1 Vtiliter etiam fouetur vino calido virilitas iumentis. *Add.* Idem 29, 2 *et* 3. 34, 12. 35, 12. Columel. 6, 26. Ademtae virilitatis homo, *vid. ſub* ADIMO. Exciſa virilitas Quinct. 5, 12. ¶ 2 *Status, conditio, vis, viri.* Tac. Ann. 6, 5 Arguitur pleraque, C. Caeſarem quaſi inceſtae virilitatis, *etc.* dixiſſe. *Id autem ideo de Caligula dixerat Meſſalinus, quod is cum omnibus ſororibus ſuis* ſtupri conſuetudinem fecit, *vt ſcribit Tranquillus.* Quinct. 1, 8 Sanctitas et vt ſic dicam virilitas a Tragicis petenda. Lactant. de Opif. Dei 12, 13 Item ſi partem in dextram (vteri) ſemen feminini ſexus influxerit, feminam quidem procreari; ſed, quoniam in maſculina parte concepta ſit, habere in ſe aliquid virilitatis, vltra quam ſexus ratio permittat, aut valida membra, aut immoderatam longitudinem, aut fuſcum colorem, aut hiſpidam faciem, aut vultum indecorum, aut vocem robuſtam, aut animum audacem, aut ex his plura. *Tam late patet ſecundum haec* Virilitas.

VIRILĬTER. Adu. [ἀνδρικῶς, ἀνδρωδῶς] *Fortiter et magno animo.* Cic. Tuſc. 2, 95 Itaque barbari quidam, et immanes ferro decertare acerrime poſſunt, aegrotare viriliter non queunt. Cic. Off. 1, 94 c. 28 Quod enim viriliter animoque magno fit, id dignum viro et decorum videtur. Defendere viriliter Quinctil. 6, 1. Facere viriliter Hor. Epiſt. 1, 18 (17) 38. Ferenda fortuna viriliter Ouid. Faſt. 1, 479. *Comp.* Omnes iſti *(auari, iracundi, etc.)* virilius peccant: in ventrem ac libidinem proiectorum inhoneſta labes eſt Senec. de Breu. Vit. c. 6. Virilius dicere Idem Controu. 5, 33.

VIRĪTIM. Adu. [κατ᾽ ἄνδρας] Per ſingulos viros, *inquit,* Feſtus. Cic. Tuſc. 3, 48 Nolim, inquit, mea bona Gracche tibi viritim diuidere liceat: ſed ſi facias, partem petam. Caeſ. Bell. Gall. 7, 71 Pecus, cuius magna erat ab Maduuiis compulſa copia, viritim diſtribuit. Cic. de Clar. Orat. 57 Dicitur etiam C. Flaminius is, qui Trib. pleb. legem de agro Gallico et Piceno viritim diuidendo tulerit. Praemia bene meritis viritim Tribuere Hirt. B. Alex. c. 65. *Sic vniuerſalitatem quandam notat:* Hor. Epiſt. 2, 1, 92

> Quod ſi tam Graiis nouitas inuiſa fuiſſet
> Quam nobis; quid nunc eſſet vetus? aut quid haberet
> Quod legeret, tereretque viritim publicus vſus?

i. quod ſinguli legerent. Tale eſt illud Percrebuit rumor viritim Curt. 6, 2, 15. *Sed* Idem 7, 4, 33 Si quis viritim dimicare vellet, prouocauit ad pugnam. Seneca Natur. Quaeſt. 5, 7 De ventis in vniuerſum diximus, nunc viritim incipiemus illos diſcutere. *Vid.* Sueton. Tiber. c. 76. Varia deinceps et ſimul et viritim bella geſſerunt Eutrop. 9, 15 *extr.* *Conf.* Curt. 6, 2, 15. Tac. A. 1, 8, 3. *et* 15, 72, 1 *etc.* Columel. praef. 1. Cato *apud* Feſt. *alii apud* Non. 1, 205.

VIRITĀNVS, a, um. Viritim diſtributus, *vt,* Ager viritanus, Feſtus.

VIROSVS, a, um. [ἀνδρομανής] Adi. *a* Vir, *primam corripit, vt,* Viroſae mulieres, dicuntur Virorum appetentes, vel luxurioſae Lucil. lib. 7 Dixi, ad principium venio, vetulam atque viroſam Vxorem caedam potius quam caſtrem egomet me. • Afranius, Diuortio, Vigilans ac ſolers, ſicca, ſana, ſobria, viroſa non ſum: et ſi ſum, non deſunt mihi, qui vltro dent, aetas integra eſt, formae ſatis. *Haec* Non. 1, 80. Scipio *apud* Gell. 7, 12 Qui non modo vinoſus, ſed viroſus quoque ſit: eumne quiſquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinaedi facere ſolent. *Sed* Viroſus, *a* Virus *primam producit, vid.* VIRVS.

VIRIŌSVS, a, um. *Idem.* Apul. Met. 9 p. 223, 22 Scaeua, ſaeua, virioſa, ebrioſa, peruicax, *etc.* *Sic Elmenh.* *Sed al.* viroſa. Virioſus, *Robuſtus, vid. in* VIS.

VIRIĀTVS, a, um. Magnarum virium Lucil. lib. 26. Contra flagitium neſcis bello vinci a viriato Annibale Non 2, 903.

VIRBIVS, i. m. *Dicitur Hippolytus, Theſei filius,* quaſi bis vir: *quia nouercali calumnia necatus, beneficio Aeſculapii vel Dianae reuocatus fertur ad vitam.* Reuera, *inquit,* Seruius *ad* Aen. 7, 761. *cui etiam debentur reliqua, et plura, quam ponimus.* Virbius eſt nomen coniunctum Dianae, vt Matri deûm Atys, Mineruae Erichthonius, Veneri Adonis. ¶ 2 Virbius Laconices *fluuius,* vbi Hippolytum Aeſculapius arte medicinae reddidit vitae, vnde et ... dictus. *Haec* Vib. Sequeſter de fluminib. p. 65.

VIRDOMĀRVS, i. m. *Gallorum rex, de quo caeſo ...*
Marcellus opima ſpolia Ioui Feretrio conſecrauit. Propert. 4 ...
Claudius — Belgica cui vaſti parma relata ducis Vir...
genus hic Rheno iactabat ab ipſo.

VIRETVM, *et* VIRFO. *vid* VIRIDIS.

VIREO, ōnis. m. [χλωρίων] Plin. 18, 29 Auem partam ...
Sirio, ipſo die non apparere, donec occidat. E diuerſo vi...
prodire ipſo ſolſtitii die. *Gaza eum intelligit, qui et A...*
et Plinio *vocatur* Chlorion. *Dicitur quoque* Viridia.

VIRES, VIRIVM, *etc. vid.* VIS.

VIRGA, ae. f. [ῥάβδος, ῥαπὶς] *Surculus, ramusue arboris ...*
ad percutiendum aptus. Cic. pro Rabir. perduel. reo 12 c. 4 ...
lex virgas ab omnium ciuium Roman. corpore amouit: hic ...
cors flagella retulit. Ouid. de Arte Am. 1, 291 *de tauro,* ...
tus tenui media inter cornua virga. Lentior virgis ſalicis ...
Met. 13, 800. Virga *geſtamen rhapſodorum,* Apul. Flor. ...
p. 347, 1 *Elmenh.* Vno chartario calamo me reficere (*f.* efficei...
minum omne genus, apta virgae, lyrae, ſocco, cothurno: i...
liras ac griphos. *Videtur intelligi carmen epicum.* *Neſcio* ...
baculus *referendus ſit* Neroni *elapſus apud* Sueton. 24: *Videt...*
potius ſceptrum regis alicuius fuiſſe quo cum maxime Nero ...
Diomed. 3 p. 481 *pr.* Rhapſodiae *hoc etymon prodit,* vel quo ...
— Homerici carminis in theatralibus circulis baculo (*f.* ...
id eſt virga pronuntiabant — Homero dicti ſunt Hom...
Sed add. mox Virga Myrtea. Arbuteis virgis texunt fe...
Virg. Aen. 11, 65. Aurea virga Idem ibid. 7, 190. ...
virga, *vid.* CORNEVS, *in* CORNV. Fraxina virga Ouid. ...
11, 76. Medicata virga Idem ibid. 1, 716. Myrtea ...
bus elegeiae Ouid. Am. 3, 1, 34. Purpureae virgae, *de Veſte* ...
Ouid. de Arte Am. 3, 269. Raſae haſtilia virgae Virg. Ge...
358. Virgae ſanguineae, *quibus caedi iubentur parricidae.* Mo...
in l. 9 D. de leg. Pompeia de Parricid. Plin. 16, 37 ſ. 69 *en* ...
vincula, quibus opus habent ruſtici, Siquidem et geniſtae, et populi, e...
et ſanguinei frutices, *et* betulae, *etc.* Sanguineos frutices *m...*
etiam 16, 18 ſ. 30 *forte a colore dictos.* *Aut igitur ex hoc gen...*
ticibus virgae erant, quibus caedebantur parricidae, vt terror in...
cruento earum colore, aut quod inter caedendum cruentabantur.
de Bellona ſcribit Maro, Aen. 8, 703 Quam cum ſanguineo ſe...
Bellona flagello. *Conf.* Liu. 1, 32 Vt fetialis haſtam ferratam ...
ſanguineam praeuſtam ad fines eorum ferret, *vel e* frutice ſang...
vel ſanguine tinctam, quod Turnebo placet etiam in Virgis ſang...
Vid. Adu. 11, 17. *et* 8, 23. Viſcata virga fallere volucres ...
Met. 15, 474. Caedere virgis, *vid.* CAEDO. Cic. Verr. ...
c. 29 Quid erit extremum? ſi damnatus eris, virgis te ad nece...
neceſſe erit. Lacerare aliquem virgis, *vid. h. v.* ...
virgae iam grandis Achilles Iuuenal. 7, 210. Morientur ...
virgae, Multari virgis, Variari virgis, *vid. ſſ. ll.* ...
turis Plin. 12, 14. Virgam tuream *dixit* Virg. Georg. 2, 117. ...
gam *tribuebant* Somno, *qua feriens homines, ſoporem inducebat* ...
. . . — Extremo me tange cacumine virgae. Maro ...
5, 855) ramum *ei tribuit, quem* ſoporatum vi Stygia *ſuper* vtraqu...
pora *Palinuri quaſſaſſe dicit: alii etiam ei cornu tribuunt.* T...
Aduerſ. 21, 4.

VIRGVLA, ae. f. Dim. [ῥαβδίσκος] Cic. Philipp. 8, ...
Quum tempus ille differret, virgula ſtantem circumſcripſit: dix...
ſe non antea renuntiaturum Senatui, niſi prius ſibi reſpondiſſet, ...
facturus eſſet, quam ex illa circumſcriptione excederet. ...
honoris corona a populo data eſt, facta duabus virgulis oleaginis ...
8, 4, 1. Quinctil. 1, 4, 3 Quo quidem (*iudicio*) ita ſeuere vſ...
veteres Grammatici, vt non verſus modo Cenſoria quadam virgul...
tare, et libros, qui falſo viderentur inſcripti, tanquam ſubditicio...
mouere familia permiſerint ſibi, ſed auctores alios in ordinem ...
gerint, alios omnino exemerint numero. Virgula Cenſo...
obeliſcus *ille Graecis dictus, linea tranſuerſa, qua iugulabant, q...*
diſplicerent, vid. OBELISCVS. Virgula vitrea, ſtricta, in m...
clauae toroſa Sen. Qu. Nat. 1, 7. Virgula diuina *dicitur, q...*
quidquid optamus, id citra humanam operam quaſi diuinitus nobis ...
ficamus contingere. Propterea quod antiquitas, quemadmodum ...
nulis, ita et in virgis ferendis exiſtimauit aliquam fatalem, ac ſe...
cam ineſſe virtutem. Cic. Off. 1, 152 c. 44 Quod ſi omni...
quae ad victum cultumque pertinent, quaſi virgula diuina, ...
ſuppeditarentur. *Citatur aliquoties, et apud* Nonium Marcell...
Varro in virgula diuina; *vt appareat hunc fuiſſe titulum alicuius ex ...*
nippeis, qui nimirum et ipſi plerique feruntur prouerbiales. Adagium ...
videri poteſt potiſſimum ab illa virga Homerica, quam ille Palladi tri...
adeo celebri, vt de ea Antiſthenes Cynicae ſectae conditor, librum con...
pſerit, eam cum ſuo, vt coniicio, baculo conferens. Eraſm. It. ...
gula diuina, *qua venae metallicae indagantur: vid.* Hennin. *ad* T...
Epiſt. Itin. 5 p. 217-235. ¶ 2 *In rationibus, ſummis pecu...*
ſolet virgula ſuperduci. Solebat Licinius, libertus eius, (*Augu...*
inchoanti opera patrono magnas pecunias conferre: quem morem ...
cutus, centum promiſit per libellum, in quo virgulae ſuperductae ...
vltra pecuniae defectionem (*definitionem, deſcriptionem, vel ali...*
eiusmodi) protendebatur, vacante infra loco. Caeſar occaſi...
vſus, priori alterum centies ſua manu iunxit, ſpatio diligenter ex...
to, et affectata literae ſimilitudine, *etc.* Macrob. Sat. 2, 4.

mem. ſ. 7. Contendere viribus inter ſe Lucret. 3, 784.
torſit validis viribus haſtam Virg. Aen. 2, 50. Conuulſ
minationis Tac. Ann. 6, 48. Decedunt vires, *vid.* DECE
Deficiunt vires, *vid.* DEFICIO. Deficere quum me vires co
ſent Cic. de Orat. 1, 199 c. 45. Defici viribus Quinct. in Prooe
Deiecta trabs inſanis viribus Auſtri Ouid. Met. 12, 510. De
tere ad vnum auditorem vim dicendi Quinct. 1, 2. Deponunt
ſuam aequora Ouid. Triſt. 2, 152. Deſiderare vires adoleſc
Cic. de Senect. 27. Diſtracta vis animae per artus Lucret. 4
Cic. Att. 4, 2 Tum profecto doloris magnitudo vim quandam n
dicendi Dedit. Eidem 7, 3 His ille rebus ita conualuit, vt
in vno ciui res ad reſiſtendum ſit: qui mallem tantas ei vires non
diſſet, quam nunc tam valenti reſiſteret. Dare ſententiae
Quinct. 4, 1. Iuuen. 15, 104 Quisnam hominum veniam Dare, q
deorum Viribus abnuerit dira atque immania paſſis, *i. viris fort*
Vt, Verſus Catonis Hor. . . . *vt* βίη Ἡρακλείη *apud Hom*
Dare vires alicui in rem aliquam Ouid. Faſt. 1, 17. Domare
alicui Sen. Herc. Oet. ſ. 9. Domatur magna vi flexa vlmus V
Georg. 1, 169. Effundere vires ſuas in aliquo Ouid. Met. 12,
Effundere vires in ventum Virg. Aen. 5, 446. Eneruare vire
cuius Hor. Epod. 8, 2. Eniti viribus Virg. Georg. 2, 360.
cellere aliquem pulchritudine et viribus Cic. Off. 3, 25 c. 5.
de Orat. 1, 149 Plerique in hoc vocem modo, neque eam ſciente
vires Exercent ſuas, et linguae celeritatem incitant. Exp
vires alicuius Ouid. de Arte Am. 2, 180. Explorare vires ali
Stat. Theb. 8, 42. Firmare vires Virg. Georg. 3, 209. Fra
vires Danaûm Idem Aen. 2, 170. Frangere vim alicuius Qu
1, 7. Frigent effoetae in corpore vires Virg. Aen. 5, 396.
Herc. Fur. ſ. 6 Alieno in loco haud ſtabile regnum eſt: vna ſed
ſtras poteſt Fundare vires, vincta regali face, thalamisque Me
Cic. de Senect. 17 Non enim viribus aut velocitatibus, aut celer
corporum res magnae Geruntur, ſed conſilio, auctoritate ſente

tus apertam vim Habet Cic. Fam. 3, 11. Idem de Senect. 33 …os quidem T. Pontii centurionis vires Habetis. Idem in Par. 2 Neſcis quantas vires virtus Habeat. Idem de Orat. 1, 88 …ui reſpondebat, non ſe negare Demoſthenem ſummam prudentiam, …amque vim Habuiſſe dicendi. Idem pro Corn. Balb. 35 Id …Halt hanc vim, vt ſit ille in foedere inferior. Idem de Orat. …,25 Illud vero fuit horribile, quod mehercule vereor, ne maiorem …d deterrendum Habuerit, quam ad cohortandum. Idem pro …en. 1 Quod ſi illa ſollemnis comitiorum precatio Conſularibus …iis conſecrata, tantam Habet in ſe vim et religionem, quantam …bl. dignitas poſtulat, *etc.* Idem Fam. 5, 8 Has literas velim …nes foederis Habituras eſſe vim. Impendere vim ſuam in …liquam Quinct. 1, 12. Incutere vim: *vid.* INCVTIO. …gere magnas vires alicuius Propert. 1, 14, 17. Infringere …militum, *vid.* INFRINGO. Inſtigat et alit vires quies tem… …a Stat. Silu. 4, 4, 133. Intendere vim Tac. Ann. 4, 2. …in praefecturae modicam antea, Intendit, *h. e.* Auget. Inten… …im verbis, *vid.* INTENDO. Laborare vitio virium Quinct. … Langueſcit vis Idem 4, 1. Metiatur, ac diligenter …iet vires ſuas actor Idem 6, 1. Miniſtrare vires alicui …Aen. 11, 71. Minuuntur vires amoris Ouid. Met. 5, 374. …ropria vi Virg. Georg. 2, 428. Obtuſis ceciderunt viribus …Lucret. 3, 453. Occupare orbem viribus Virg. Aen. 7, 258. …are ſuperbas vires Stat. Theb. 6, 647. Pacatus vindicibus …s orbis Ouid. Epiſt. 9, 13. Parare vim, *vid.* PARO. …e indomitas vires incendia Virg. Aen. 5, 681. Progredi …s ſuis ſine adminiculo Quinct. 2, 6. Proſterni ſuis viribus …2, 12. Cic. Fam. 4, 7 Non enim iis rebus Pugnabamus, qui… …lere poteramus, conſilio, auctoritate, cauſa, quae erant in no… …eriora: ſed lacertis et viribus, quibus pares non eramus. Quaſ… …eſt corpus validis viribus aeui Lucret. 3, 453. Recipere …uas Celſ. l. 4 c. vlt. *ad finem.* Recreat vires cibus Lucret. … Recuperatis cibo ſomnoque viribus Tac. Hiſt. 3, 22. …it vires alterna requies Sen. Hippol. 4. Reſoluere vires …4, 951. Reſtituere vires Celſ. 4, 11. Retinere omni …dem Fam. 8, 16. Hoc a te praeſens contendiſſem, atque omni vi …nuiſſem. Reuocare vires victu Virg. Aen. 1, 218. Ser… …im ſuam Quinct. 1, 3. Ouid. A. Am. 669 Dum vires an… Sinunt, tolerate labores. Stant ſolidae vires ſuo robore Aen. 2, 639. Subducere vires alicui Ouid. Met. 13, 61. Sug… vim occultam Quinct. 1, 10. Eſſe bonis viribus, *vid.* BO… Sumunt vires incendia Hor. Epiſt. 1, 19, 85. Supe… …iribus aprum Hor. Epiſt. 1, 19, 51. Suſcitare vim ira Virg. …51. Cic. Fam. 5, 5 Quae ego ſi non profundere ac per… …idebor, omnibus meis viribus Suſtineo. Temperare vires Quinct. 1, 12. Ouid. ex Pont. 3, 6, 24. Torpent infractae ad vires Virg. Aen. 9, 499. Cic. de Orat. 1, 242 A quo quum …tas haſtas acceperit, ipſe eas oratoris lacertis viribusque Tor… Celſ. 3, 19 Vltimum auxilium eſt, in aluum, ptiſanae, …cae cremorem ex inferioribus partibus iniicere: ſi quidem id …vires Tuetur. Valere viribus Virg. Aen. 5, 67. Vi… …res Lucret. 5, 1111. Vti viribus per cliuos Hor. Epiſt. 1, … Vſus armorum viribus Ouid. Met. 13, 657. Vti oran… …bus Quinct. 2, 16.

¶ 6 Vis *violentia, quatenus iu… …ſilio, rationi opponitur.* Virg. Aen. 2, 494 Fit via vi, rumpunt …, primosque trucidant. Ter. Phorm. 1, 4, 38 Vi coactum te …uitum, lege, iudicio. Hor. Carm. 3, 4, 65 Vis conſilii ex… …ole ruit ſua, Vim moderatam DI quoque prouehunt. Pſeud. …nteq. iret in exil. 12 Quum inimicorum noſtrorum vim atque …iam perſpiciat. Armatorum vis Cic. pro Caec. 63. Pe… …gens vis Lucan. 3, 62. Vis *iniuſta, quam leges vlciſcuntur,* publica et priuata. *Diſputant de hiſtoria earum Legum, qui illud …tum tractant. v. g. Manutius, Heinecc. Antt.* 4, 18, 66 ſq. *No… …cient iſta: ex Tit. D.* 48, 6 ad L. Iuliam de Vi publ. §. 1 Lege …Vi publica tenetur, qui arma, tela, domi ſuae, agroue in …praeter vſum venationis, vel itineris, vel nauigationis, coëge… In eadem cauſa ſunt, qui turbae ſeditioniſue faciendae conſi… …nierint, ſeruosue, aut liberos homines in armis habuerint. … qui pubes cum telo in publico fuerit, ——— qui villas ex… …erint, et cum telis et armis bona rapuerint ——— qui ——— …iam per vim ſtuprauerit ——— qui hominibus armatis poſ… …n domo agroue ſuo, aut naui ſua deiecerit, expugnauerit con… vtque id fieret homines commodauerit ——— qui per vim …quem obligauerit ——— qui vacantem mulierem rapuit vel ——— qui cum imperium poteſtatemue haberet, ciuem Rom. …s prouocationem necauerit, verberauerit ——— qui noua …lia exercent. *Ex* Tit. D. 48, 7 ad L. Iuliam de vi pri… *…ta damus.* Hac lege tenetur, qui conuocatis hominibus …cerit, quo quis verberetur, pulſaretur, neque homo occi… ——— Cum coetum aliquis et concurſum feciſſe dicitur, …inus quis in ius produceretur. ——— Quoties quis id quod ſibi putat, non per iudicem repoſcit. — Quiſquis probatus …em vllam debitoris, non ab ipſo ſibi traditam, ſine vllo iudice poſſidere, eumque ſibi ius in eam rem dixiſſe: ius crediti non … Si creditor ſine auctoritate iudicis res debitoris occupet, …e tenetur, et tertia parte bonorum multatur, et infamis ſit. …vis: Vlpianus, De damno infecto, l. fluminum §. Vitium autem; …quoque putat, ſi ex aedibus promiſſoris vento tegulae deie… …mnum vicino dederint, ita eum teneri, ſi aedificii vitio id acci… …on ſi violentia ventorum vel qua alia ratione, quae vim habeat …n. *Eadem vocatur etiam* Maior vis. Plin. 18, 28 ſ. 69 *de …tum cauſis,* Ante omnia autem duo genera eſſe caeleſtis iniuriae …iſſe debemus: Vnum, quod tempeſtates vocamus, in quibus …dies, procellae, caeteraque ſimilia intelliguntur: quae quum …ant, vis maior appellatur. *etc. Ex his verbis apparet,* vim ma… *…ſſe quam* Vlpianus D. Locati et conducti, l. Ex conducto: tempe… …calamitoſam *appellat.* Columel. 1, 7, 1 Nam vbi ſedulo co… …er, plerumque compendium: nunquam, niſi ſi caeli maior vis, a… praedonis inceſſit, detrimentum affert. Caius D. Locati et co…ucti, l. Si merces §. 6 Vis maior quam Graeci θεῖα βία appellant, …et conductori damno eſſe, ſi plus quam tolerabile eſt, laeſi fu… …uctus. Cic. pro Planc. 101 Sin autem vitam mihi fors ade… …aut vis aliqua maior reditum peremiſſet. Cic. de Inu. 2, …3 Defenſoris conqueſtio calamitatis eius, quae non culpa, ſed …re quadam acciderit, et de fortunae poteſtate, et hominum in… firmitate. Sen. de Benef. 2, 18 Cum eligendum dico, cui debeas, vim maiorem et metum excipio, quibus adhibitis electio perit. *Et* 4, 39 Vadimonium promittimus, tamen deſeritur. Non in omnes datur actio. Deſerentem vis maior excuſat. Lactant. de Ira Dei 15 Homo, quia multis caſibus periculiſque ſubiectus eſt, metuit, ne qua vis maior exiſtat, quae illum verberet, ſpoliet, laceret, affligat, interimat. *Sed laſciuia quadam comica apud* Plautum Bacchid. 5, 2, 49 *Senex minatur meretrici,* Etiam redditis nobis filios et ſeruom? an ego experior tecum vim maiorem? *i. cui tu par non ſis, reſiſtere non poſſis.*

¶ 7 *Verba:* Abducere vi aliquem, *vid.* ABDVCO. Adacta vis mortis, *vid.* ADIGO. Adhibere vim Cic. in Catil. 1, 19 c. 8 *pr.* Neque prius vim Adhibendam putauerunt, quam ſe ipſe indicaſſet Nep. 4, 4, 3. Cic. Verr. 3, 34 Cohibito tollendi, niſi pactus eſſet, vim Adhibebat pactioni non voluntatem. Idem ibid. 3, 62 Quam multis iſtum ingenuis, quam multis matribusfamilias in illa terra atque impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis? Afferre vim ſibi Tacit. Ann. 16, 17. *Conf.* Nep. 1…, 10, 1. Agere vi, Auellere vi, Auferre per vim, Cogere vi et minis, Decutere vi, Defendere vim, *vid. hh. vv.* Cic. pro Milon. 9 c. 4 Certe illud eſt non modo iuſtum, verum etiam neceſſarium, quum vi vis illata Defenditur. Idem pro Muraen. 49 Sulpitium accuſatorem ſuum numerabat, non competitorem, ei vim Denuntiabat, Reipub. minabatur. Cic. Att. 7, 9 Tenuiſti prouinciam per decem annos, non tibi a Senatu, ſed a te ipſo per vim et per factionem datos. Idem ibid. 4, 2 Si quae vis facta eſſet, Senatum exiſtimaturum eius opera factum eſſe, qui S. C. interceſſiſſet. *Vid.* FACIO. Ter. Adel. 1, 1, 41 Qui imperium credat grauius eſſe, aut ſtabilius vi quod Fit, quam illud quod amicitia adiungitur. *Hic oppoſuit,* Vi facere imperium, *et* Amicitia adiungere. Ouid. Met. 4, 402 — Regemque repoſcunt, Vimque Ferunt, ſaeuisque parant inceſſere telis. Ferre vim alicui Virg. Aen. 10, 77. Cic. Fam. 1, 9 Quamquam ille perennis inimicus amicorum ſuorum, qui tuis maximis beneficiis ornatus, in te potiſſimum Fractam illam et debilitatam vim ſuam contulit, noſtram vicem vltus eſt ipſe ſeſe. Imponere alicui vim, *vid.* IMPONO. Inferre alicui vim Quinctil. 3, 11. Inferre vim et manus alicui, *vid.* INFERO. Paratus ad vim Ouid. Met. 1…, *296.* Perferre aliquid vi eadem Quinctil. 4, 1. Potitur auro vi Virg. Aen. 3, 56. Rapit acrior vis me Hor. Epod. 7, 13. Cic. pro Sext. 39 Non verebar, ne quis aut vim vi Repulſam reprehenderet. *Vid.* REPELLO. Stuprare per vim, *vid.* STVPRO. Cic. pro Milon. 13 Nulla vis vnquam eſt in libera ciuitate Suſcepta inter ciues, non contra Rempublicam. Victus vi Virg. Aen. 12, 254.

¶ 8 Vis, [πλῆθος] *Multitudo et copia.* Cic. pro Lege Manil. 22 c. 9 Sic Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti, pulcherrimarumque rerum omnium. *Sic* Parad. 6, 2 *extr.* Vis frumenti. Caeſ. Bell. Ciuil. 3 Vis ſeminum magna. Cic. de Nat. Deor. 2, 130 Vis mellis maxima. Id. Verr. 4, 176 Vis militum. Idem Att. 7, 24. Cic. Fam. 14, 1 Vis lacrimarum. Idem Acad. 4, 120 Tantam vim natricum, viperarumque fecerit. Auri et argenti magna vis Cic. Tuſc. 5, 90. Canum vis Virg. Aen. 4, 132. Equorum vis Cic. de Diuin. 2, 144. Vis Frumenti ingens Liu. 29, 36. Fumi vis Apul. Apol. . . . Ingens vis Hominum Liu. 8, 28. Lacrimarum infinita vis Cic. Q. Frat. 1, 3. Idem Somn. Scip. c. 3. Negotii vis, *Maxima et multa negotia* Plaut. Poen. 1, 2, 1. Ranunculorum vis maxima Cic. Fam. 7, 18. Idem de Legib. 1, 16 Quod ſit homini tributum natura, quantam vim rerum optimarum mens humana contineat.

¶ 9 *Vt* Virtus Catonis *pro Catone poni videtur, de quo tamen vid. quae ſ. l. diſputauimus: ita etiam* Herculea vis, *i.* Hercules, *vt vult* Seruius *ad* Aen. 6, 405 *imitatione Homeri, qui βίην Ἡρακλείην ita ponit.* Vires *an pro* viris *dicantur vid.* VIR n. 8.

¶ 10 *A librariis permutantur inuicem* vi *et* vt: *vid. Burm. ad* Nemeſ. Cyneg. v. 71.

VIRIATVS, a, um. *Robuſtus, validus.* Bello vinci a barbaro viriato Annibale Lucil. *ap.* Non. 2, 903. *qui interpretatur* magnarum virium.

VIRICVLAE, arum. f. Dimin. Apul. Met. 11 p. 27…. (Pric. 260, 19) Nam et viriculas patrimonii peregrinationes attriuerant impenſae.

VIRIŌSVS, a, um. *Robuſtus.* Tertull. adu. Valentin. 16 Vitia vſu virioſa. δυναμικὸς Gloſſ. Cyr.

VIRIŌSE. Adu. *Idem. Compar.* Tertull. de Anima c. 19 Vltro ambibit et quidem virioſius de ſuo ingenio.

VIRESCO, ěre. *Vires capere vel recuperare.* Furius Antias *apud* Gell. 18, 11 Increſcunt animi: vireſcit vulnere virtus. *Conf. Barth. ad* Stat. Theb. 5 v. 654 p. 304.

VISCVS, i. m. *et* VISCVM, i. n. [ἰξὸς] *Glutinum ex* Viſco *planta paratum, quod ad aucupium adhibetur.* Plin. 16, 44 Viſcum conſit ex acinis, qui colliguntur meſſium tempore immaturi. Nam ſi acceſſere imbres, amplitudine quidem augentur, viſco vero marceſcunt. Siccantur deinde, et aridi tunduntur, ac conditi in aqua putreſcunt duodenis fere diebus. Vnumque hoc rerum putreſcendo gratiam invenit. Inde in profluente rurſus malleo tuſi, amiſſis corticibus, interiore lenteſcunt. Hoc eſt viſcum pennis auium tactu ligandis: iuglandis oleo ſubactum, quum libeat inſidias moliri. Plaut. Bacch. 1, 1, 16 Viſcus merus veſtra eſt blanditia. Duae vnum expetitis palumbem: perii, arundo alas verberat. *Et* 5, 2, 39 Tactus ſum vehementer viſco. Varro de R. R. 3, 7, 7 Accipitres ita decipiuntur, quum ſe obleuerunt viſco. Cic. de Nat. Deor. 2, 144 c. 57 In viſco inhaereſcere. Sequaci viſco correpta auis Valer. Argon. 6, 263. Viſcum, *Frutex*, Plin. 16, 44 ſ. 93 Viſcum ſatum nullo modo naſcitur, nec niſi per aluum auium redditum, maxime palumbis ac turdi. Haec eſt natura, vt niſi maturatum in ventre auium, non proueniat. *Hinc prouerbium apud* Seru. *ad* Aen. 6, 205 *ex Plauto,* Ipſa ſibi auis mortem cacat. *Caeterum* Plin. *l. c. de religione, qua Galli veteres viſcum proſequebantur, plura habet, ad quem locum eſt erudita Io. Georg. Keysleri diſputatio, de viſco Druidum, in Antiquitt. ſelectis Septentrional. et Celticis p. 65 ſqq.* Viſcus de quercu Scribon. 82. Lectum de quercu Idem 214. Colligere viſcum Id. 229. Virg. Aen. 6, 205 Quale ſolet ſiluis brumali frigore viſcum, *etc.* *Add.* Celſ. 5, 18 n. 6 *et* 7. Viſcum, *inquit* Nonius 6, 20 poſitum aliquando pro Rete, a tenacitate. Varro Parmenone, Lepuſculi timentes hoc quadrangulum, dedunt ſe in rete, ſic fugere viſcum nequiuerunt, lineamque compedem. *Laudatur et* Virg. Georg. 1, 139 Tum laqueis captare feras, et fallere viſco Inuentum: et magnos canibus

circum-

circumdare ſaltus. *Sed h. l.* Seruius *de aucupio intelligit, et refellit, qui viſco putent pro* viſcere *poni ſ. eſca.*

VISCĀTVS, a, um. *Viſco oblitus.* Varro de R. R. 3, 77 Quos columbarii interficere ſolent duabus virgis viſcatis defixis in terram, inter ſe curuatis. Alae viſcatae Ouid. de Arte Am. 1, 391. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 7, 674. Beneficia viſcata Sen. Ep. 8. Plin. Ep. 9, 30. *Sic* Munera viſcata, et Hamata, *pro eodem: h. e. quibus maiora attrahuntur quam quae dantur.* *Vid.* Hamata munera, *in* HAMVS. Virga viſcata fallere volucres Ouid. Met. 15, 474.

VISCARIVM, i. n. *Viſcus.* Hieron. . . . Si cum viris feminae habitent, non deerit viſcarium diaboli. *Vid. Nouarin. Adag. Eccleſ. T. 1 p. 380.*

VISCARIVS, i. m. *Auceps.* Gloſſ. Cyrill. Viſcarius, ἰξευτός.

VISCĬDVS, a, um. *Lentus et tenax vt viſcus.* *Vt*, Acetum viſcidum Theodor. Priſcian. 1, 2. *Compar.* Idem de Diaet. 18 Viſcidiores cibi.

VISCŌSVS, a, um. Adi. [φλοιώδης Gloſſ. Lat. Gr.] Idem Pallad. 1, 14 Si quod aſciae adhaeret, fuerit molle atque viſcoſum.

VISCVS, ĕris. n. [σπλάγχνον] *Non tantum Inteſtina ſignificat, ſed quidquid ſub corio eſt.* i. e. Carnem, quae eſt inter oſſa et cutem, *inquit* Seruius *ad* Aen. 1, 211. Virg. Aen. 6, 253 Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis. *Et* Aen. 3, 622 Viſceribus taurorum, et ſanguine veſcitur atro. Suet. in Vitell. c. 13 Quin inter altaria ibidem ſtatim viſcus, et farra paene rapta e foco manderet. *Conf.* Arnob. 7 p. 235. Apul. de Hab. Doct. Plat. 1 p. 10, 32 Viſceribus oſſa ſunt tecta. *Add. quae ſtatim ſequuntur.* Victum eius animalis promiſcuum his eſſe, et diuidua ferarum viſcera Plin. 5, 1. De pauxillis atque minutis Viſceribus viſcus gigni Lucret. 1, 837. *i. carnem.* Aprinum viſcus Lucil. ap. Chariſ. 1 p. 63. Ferarum mos veſcendi Humanis viſceribus Plin. 7, 2. *Ponitur nempe* Viſcus *de membris corporis interioribus atque exterioribus.* *De* teſticulis Plin. 20, 13 ſ. 51. *de* vbere *foetae canis* Nemeſ. Cyneg. v. 139. Quorum (*Phanneſiorum incolarum*) aures adeo in effuſam magnitudinem dilatentur, vt viſcerum reliqua illis contegant, nec amiculum vllum ſit, quam vt membra membranis aurium veſtiant Solin. c. 19. Genitalia viſcera Nemeſ. Cyneg. v. 131. Interiora Plin. 9, 7 *pr. et alibi ſaepius.* Iecinora, et corda, quaeque ſunt Intrinſecus viſcera Macrob. Sat. 1, 12. *Conf.* Prudent. Paſſ. Rom. v. 896. Cic. de Nat. Deor. 2, 18 Quin et humorem et calorem, qui eſt fuſus in corpore, et terrenam ipſam viſcerum ſoliditatem, *etc.* Imbutae venae viſcerum viperino morſu Cic. de Finib. 2, 94. Liquefacta viſcera, *Putrida* Virg. Georg. 4, 555. *Sic enim* Ouid. Met. 15, 365 De putri viſcere paſſim Florilegae naſcuntur apes. Virg. Aen. 1, 215 Tergora diripiunt coſtis, et viſcera Nudant. Patefacta viſcera per vulnus Celſ. in Praef. 1. Ouid. Met. 6, 390 — Salientia viſcera poſſes, Et pellucentes numerare in pectore fibras. Soluere viſcera cultro Senec. Hippol. ſ. 1. Tunſa per integram ſoluuntur viſcera pellem Virg. Georg. 4, 302. Iuuen. Sat. 13, 15 *in vehementer iratum,*

Exiguamque malorum
Particulam vix ferre potes, ſpumantibus ardens
Viſceribus, ſacrum tibi quod non reddat amicus
Depoſitum.

Sumere aliquid ex Viſceribus alicuius Cic. de Orat. 2, 318. Stat. Silu. 3, 5, 30 *ad vxorem* Me — Viſceribus complexa tuis, *i. intimo affectu.* *Plura hic ſimilia* Barth. Pueri Spartae caeduntur ad aram, vt ſanguis e viſceribus exeat Cic. Tuſc. 2 c. 14. *Add.* Idem ibid. c. 8. *et* Idem Nat. Deor. 2 c. 63 *extr.* *Gonſal. ad* Petron. c. 140 p. 248. Ouid. Met. 15 v. 88. *Peculiariter tamen ſic dicuntur* interiora Viſcera, ἔγκατα Gloſſ. Exta homini ab inferiore viſcerum parte ſeparantur membrana, quae praecordia appellant Plin. 11, 38 ſ. 77. Omnia quidem principalia viſcera membranis propriis ac veluti vaginis incluſit prouidens natura Idem ibid. *p. p.* *Add.* Pallad. 1, 4. Curt. 9, 5, 24. Virg. Aen. 5, 103 Fuſique per herbam Subiiciunt verubus prunas, et viſcera torrent. Traiecit viſcera ferro Ouid. Amor. 1, 10, 51. ¶ 2 *Metaph.* Viſceribus Aerarii villam aedificauit Gabinius Cic. pro Domo c. 47. Periculum incluſum in venis, atque in viſceribus vrbis Cic. in Catil. 1, 31 c. 13. Italiae viſceribus inhaerentem ſubmouere Flor. 2, 6, 41. *Ad animum etiam transfertur,* Cic. Tuſc. 4, 24 c. 11 Permanat in venis, et inhaeret in viſceribus id malum. *Add.* Idem Att. 6, 1. *Pro Liberis ponitur*, Ouid. Met. 5, 18 *de filia ſua Andromeda Cepheus*, Sed quae viſceribus veniebat bellua ponto Exſaturanda meis. Ouid. Epiſt. 11, 118 Diripiunt auidae viſcera noſtra ferae. *Et* Amor. 2, 14, 27 Veſtra quid effoditis ſubiectis viſcera telis? *Conf.* Apul. Met. 8. Hieron. ad Prouerb. c. 17. Curt. 4, 14, 23. *et* 6, 9, 19. *Barth. ad* Stat. Silu. p. 501. *et* ad Theb. 7 p. 630. *it.* Adu. 149 ſ. 11. Montis viſcera auulſa Virg. Aen. 3, 875. Seruius, Viſcera, Partes. Sic autem dixit viſcera quemadmodum terrae oſſa dicuntur. Ouid. Met. 1, 138

Sed itum eſt in viſcera Terrae,
Quasque recondiderat, Stygiisque admouerat vmbris,
Effodiuntur opes.

Viſcera Terrae extrahimus, vt digito geſtetur gemma Plin. 2, 63.

VISCEREVS, a, um. *Viſceribus praeditus.* Prudent. Apoth. v. 1025 Quum vas componeret aruo Nondum viſcereo. *i. terra nondum in carnem mutata.*

VISCERO, are. *Vnde*

VISCERATIO, ōnis. f. [ἀρτόκρεας Gloſſ. Lat. Gr. *it.* διανομὴ κρέως Ib.] *Carnis diſtributio, quae fieri ſolebat vel in ſollemnitate quadam, vel in funere alicuius excellentis perſonae.* Gellius, Tum in Albano viſceratio Latinis data. Liu. 8, 22 Et populo viſceratio data a M. Flauio in funere matris. *Conf.* Idem 39, 46. *it.* 19, 8 *et* 12. Vict. de Viris illuſtr. 32 Mortui huic tantum aeris populi liberalitate congeſtum, vt inde filius viſcerationem et epulas publice daret. Cic. Off. 2, 55 c. 16 Prodigi, qui epulis et viſcerationibus et gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt in eas res. *conf.* Suet. Caeſ. c. 38. Sen. Ep. 19. *et* 73. Solin. c. 1. Dominicae gratiae quaſi viſceratione quadam fruerentur, ieiunantibus caeteris a ſalute Tertull. adu. Marc. 3, 7 *extr.* *Vid.* Latinae feriae, *in* LATIVM.

VISCERĀTIM. Adu. [κατὰ σπλάγχνα] Significat Per viſcera. Ennius Andromeda, Diſſipat viſceratim membra *apud* Non. 2, 880.

VISCELLĀTVS, a, um. Ex viſceribus auium piſciumque confectus, vt eſt apud Barth. Aduerſ. 36, 22. *conf. Reineſ. Var.* 2, 8. viſcellati Plin. Valer. 1, 24. *add.* Id. 2, 17.

VISIBILIS, VISITO, VISO, *vid.* VIDEO.

VISIO, īre. *Flatum ventris emittere.* Lucil. *apud* Non. 11, 4 Vi-
ſire minutim per commiſſuras rimarum. *Vid. Scalig. ad* Catull. p

VISIO, ōnis. f. *vel* VISIVM, i. n. Εἴδεσμα Gloſſ. Gr. Lat. *Parei Lex. Crit. p. 1308. Meurſ. Exerc. Crit. 2, 5, 2.*

VISO, *vid.* VIDEO.

VISPELLIO, *vid.* BISPELLIO *et* VESPILLO.

VISVLAE, arum. f. *Vites, de quibus* Columel. 3, 2. Plin. 14,

VISVM, *vid.* VIDEO.

VISVRGIS, is. m. Germaniae fluuius Plin. 4, 14.

VISVS, *vid.* VIDEO.

V I T

VITA, ae. f. [ζωή, βίος, βίοτος] *Status animalis, cum viu-*
vet ſe, vim ſuam totam exſerit. Lucil. *apud* Varron. L. L. 4, 10 p
Vis eſt vita, vides, quae nos facere omnia cogit. Lucret. 3, 98
taque mancipio nulli datur, omnibus vſu. Abſurdum atque
num a vita, *vid.* ABSVRDVS. Blandimenta vitae Tacit. H
53. Natura nihil homini Breuitate vitae praeſtitit melius
50. *De* breuitate vitae *eſt liber aureus Senecae.* Quinctil.
13, 6 Audete, *inquit*, laceſſere diuitem, quibus vitae cauſa ſu
Inſtrumenta voluptatum, propter quas viuere amant homines. Ho
habet, non debet laceſſere potentem. *Dixerat* c. 1 Nec ſane vitae
iam ſupereſt, ſi ad caeteras humilitatis noſtrae contumelias ho
que accedat *etc.* *Sed honeſtiſſima ſententia* Iuuenal. 8, 83 Summu
de nefas animam praeferre pudori, Et propter vitam viuendi p
Cauſas. Cauſa viuendi *eſt honeſtas.* *Pulchre* Vet. Schol. Dum
vere, ita (vis) agere, vt vita indignus videare. *Contrarium*
ciunt, de quibus idem 12, 50 Non propter vitam quidam patri
quaerunt: Sed vitio caeci propter patrimonia viuunt. *His cau*
vendi deliciae. *Tales ſunt, qui ſuperſtites eſſe nolunt, ſi magn*
familiaris iacturam fecere. Color vitae, *vid.* COLOR.
ditas vitae Cic. Philipp. 2, 37 c. 15. Idem pro Rabir. 30 c. 10 E
Quirites exiguum nobis vitae Curriculum natura circumſcripſit
menſum gloriae. Velut omni Debito vitae liberatus Cu
5 *pr.* Delinimenta vitae Tacit. Ann. 15, 63. Dux vitae d
luptas Lucret. 2, 172. Exemplar vitae morumque Hor. d
Poët. 317. Exſpes vitae Tacit. Ann. 6, 24. Integer vitae
riſque purus Hor. Carm. 1, 22, 1. Integritas vitae anteactae
ctil. 7, 3. Labes vitae Ouid. Epiſt. 9, 8. Plenus vitae L
3, 951. Perpetuitas vitae, *vid. paullo poſt*, Conſtituere vitam
curus vitae Stat. Theb. 4, 793. Series atra tuae vitae Ou
Ibin 64. Solatia dulcia vitae Lucret. 5, 21. Spatium
Quinctil. 1, 8. Spirans ac vitae manifeſtus Tacit. Ann. 12, 51.
vitae Idem Ann. 12, 8. Summa breuis vitae Hor. Carm.
Taedia vitae Ouid. Met. 10, 625. ¶ 2 *Epitheta:*
vita, Actuoſa, *vid. hh. vv.* Aequalem ac parem ver
agere, atque ita viuere, vt omnis ratio verbis conſonet Cic. in
c. 1. Amara Idem de Finib. 1, 44. Arida, Attenta,
ſilica, Beata, *vid. hh. vv.* Breuis eſt vita, curſus gloriae
ternus Cic. pro Sext. 47 c. 21. Caecae vitae lubrica Stat. Sil
221. Caelebs, *vid.* CAELEBS. Cara Ouid. Met. 10, 612.
in Topic. 78 Quos doctrina praeditos vident, quorumque vitam
ſtantem et probatam vt Catonis, Laelii, Scipionis. Crudelis
Aen. 8, 579. Deformis vita, *Inhoneſta* Stat. Theb. 10, 326.
fidis otia vitae Stat. Silu. 3, 5, 85. Dubia Columel. 1, 3.
ſtabilisque Lucret. 3, 66. Val. Max. 6, 4 *de Scipionè Aemiliano,*
haberet conſortem cenſurae Mumium, vt nobilem, ita Eneruis
Foediſſima ac miſerrima Cic. pro Sull. 75. Fortunata Hor.
1, 11, 14. Grauis, cui Iucunda opponitur Hor. Epod. 1, 5.
pro Roſc. Amer. 48 Vita ruſtica honeſtiſſima atque ſuauiſſima,
luſtris Quinctil. 3, 8. Inculta et horrida, Infeſta alicui,
iurioſa, Innoxia, Inuiſa, *vid. hh. vv.* Iucunda Hor.
1, 5. Licentior, *vid.* LICET. Cic. de Orat. 2, 204 Docuit
iam nos longa vita, vſusque rerum maximarum, *etc.* Long
digniſſimus Ouid. Met. 4, 409. Longa gnate mihi iucundior
vita Catul. Argon. 62, 215. Longinqua, *vid.* LONGVS.
fica Tacit. Ann. 4, 21. Maritima, *vid.* MARE. Mea
Blandientis vox Cic. Fam. 14, 2 Obſecro te mea vita, quod ad
attinet, ſiue alios qui poſſunt, ſi modo volunt, ſuſtinere.
ſtrua, *vid.* MENSIS. Miſerae vitae breuiſſima portio Aen.
9, 128. Moeſta Virg. Aen. 10, 820. Mortalis Idem Georg
326. Mortua Lucret. 3, 1061. Nitidior, *vid.* NITEO. Pi
vitae obliuio Stat. Silu. 1, 4, 57. Precaria vita Tacit. Hiſt. 4
Rapida, *Cito praeteriens* Perſ. Sat. 5, 94. Rudis Stat. Achi
397. Ruſtica Quinctil. 2, 4. Cic. pro Roſc. Amer.
Seminex Sil. 10, 456. Seuera Ouid. Amor. 2, 10, 16. Simili
ris Ouid. Faſt. 2, 291. Solitaria Quinctil. 1, 2. Solicitae i
da obliuia vitae Hor. Serm. 2, 6, 62. Trita ac vulgari vita vi
Senec. Epiſt. 123. Cic. pro Quint. 49 Mors honeſta ſaepe vitam
que turpem exornat, vita Turpis ne morti quidem honeſtae lo
relinquit. Turpis et nocens vita, *vid.* NOCEO. Cic. de Am
22 c. 6 Principio cui poteſt eſſe vita Vitalis, vt ait Ennius, qui non in
ci mutua beneuolentia conquieſcat? *i. hoc nomine digna, morti*
ferenda. Cic. de Finib. 2, 93 At miſer, ſi in Vitioſa et flagi
vita afflueret voluptatibus. Vmbratilis vita Quinctil. 1, 2.
Tuſc. 2, 27 c. 11 Sic ad malam domeſticam diſciplinam vitamque
bratilem et delicatam quum acceſſerunt etiam Poëtae, neruos o
virtutis elidunt. Vrbana vita Quinctil. 2, 4. Vrbana vit
mens, *vid.* CLEMENS. Vulgari vita viuere Senec. Epiſt
¶ 3 *Verba:* Abire e vita, *vid.* ABEO. Cic. Att. 3, 19 Nuſq
facilius hanc miſerrimam vitam, vel ſuſtentabo, vel quod n
eſt melius, Abiecero cum paucis. Abrumpere vitam Virg.
8, 579. Accipere vitam, Addicere vitam, Addicta prae
vita alicuius, Adducere ad vitam communem, *vid. hh. vv.*
pro Planc. 110 Sin autem vitam ſors mihi ademiſſet. Afferr
tam, *vid.* AFFERO. Agere, vel Agitare vitam, *vid.* AGO. A
vitam ſub dio, et trepidis in rebus Hor. Carm. 3, 2, 5. Ci
Salluſt. 4 Velim mihi reſpondeat, numquid hi, quos protulit Sci
nes, et Metellos, vel Fabios, ante fuerint, aut opinionis, aut glo
quam eos res ſiue geſtae, et vita innocentiſſime Acta commenda
Sanctiſſime et honoratiſſime Acta Cic. Phil. 9 c. 7. Agere vitam
ri

Catul. de Lesb. 74, 19. Amittere vitam Auctor ad Heren. ... Vid. AMITTO. Amittere per ſummum dedecus vitam Cic. pro ...oſc. Amer. 30. Amittere vitam in vndis Hor. Serm. 1, 1, 60. ... itas vitae Anteactae Quinctil. 7, 3. Aſſignare vitam hominum ... Quinctil. 5, 13, 35. Sed an Vitia, vid. vocem. Attingere lumina vitae, ...aſci Virg. Aen. 6, 828. Auferre vitam, vid. AVFERO. Aufert reli... vitae ex membris Lucret. 6, 825. Cic. pro Rabir. 29 Quid iam iſta C. Mario, inquit, nocere poſſunt, quoniam ſenſu et vita Caret? Cedere vita: E vita, Cernitur vita beata honeſtate, Collocare ſe in vita meretricia, Colere vitam, vid. hh. ll. Committere vitam ..., dicuntur nauigantes Virg. Aen. 10, 69. Commorari in ... turpi vita Cic. Q. Frat. 1, 3. Commutare vitam cum morte, ... robare vita et moribus, Concedere vitam, vid. hh. vv. Conceſſit vita per auras ad Manes Virg. Aen. 10, 820. ... rta vita voluptatum varietate, vid. CONFERCIO. Con... vitae extremum diem morte, vid. CONFICIO. Cic. Off. ... In tota vita conſtituenda multo eſt maior rei cura adhibenda, vt ... re in vitae perpetuitate poſſimus nobismet ipſis. Conterere vita in quaerendo, vid. CONTERO. Continetur vita corpore et ... Cic. pro Marcel. 29. Decedere de vita, vid. DECEDO. Dec...rere ſpatium vitae Ouid. Triſt. 3, 4, 33. Lucret. 2, 1055 Ipſe ... rus obiit Decurſo lumine vitae. Sen. Epiſt. 88 ante med. ... hominem dignum, qui vitae Dederetur, i. qui vel inuitus cogeretur ... vitam adeo turpem et pudendam. Deficere vitam aliquem, ...id. EFICIO. Defuncta corpora vita, Mortua Virg. Georg. 4, ...5. Degere vitam expertem thalami Idem Aen. 4, 551. Demi... ex vita, vid. DEMIGRO. Depactus vitae terminus Lucret. ...5. Deſciſcere a vita, Deſerere vitam Cic. de Senect. 72. ... Deſeruit vita miſerum Ouid. Epiſt. 19, 202. Mori ... , 265

At mihi Cannarum campis vbi Paullus, et illae
Egregiae occubuere animae, Dimittere vitam
Non licitum.

...ere vitam ad normam, vid. NORMA. Cic. Fam. 2, 2 Qui ... uis laudibus, tum vero te filio ſuperaſſet omnium fortunam, ſi ... contigiſſet, vt te ante videret, quam e vita Diſcederet. Diſper... vitam in auras Virg. Aen. 11, 617. Pſeudo-Cic. Anteq. iret in ... 8 Neque enim peto vt mihi detis vitam, ſed datam repeto, vt ... tis. Dare aeternam vitam Virg. Aen. 12, 879. Dare ... alicui, Concedere vitam, non occidere Virg. Aen. 2, 145. Conf. ... 2, 52, 4. Virg. Aen. 2, 641 Me ſi caeliculae voluiſſent Ducere ... , Hanc mihi ſeruaſſent ſedem, i. viuere. Ducere vitam lon... Ouid. Met. 11, 702. Ducere vitam per omnia extrema Virg. ..., 315. Ducere dulcem vitam Lucret. 2, 996. Ducenda ... a ingrata miſero Hor. Epod. 17, 63. Edere vitam, Mori, ... are Lucret. 6, 1256. Extulit vitam ictus ſagittis, Mortuus ... Senec. Herc. Oet. 11. Effluit vita cum ſanguine. vid. EFFLVO. ... ere vitam alicui Ouid. Epiſt. 7, 181. Emigrare e vita, vid. ... RO. Eripere vitam homini Senec. Theb. 152. Eripere ... alicui per crimina Ouid. Faſt. 2, 807. Eſſe in vita Cic. Q. ..., 3. Excedere vita, vid. EXCEDO. Excolere vitam per ... Virg. Aen. 6, 663. Exire e vita, vel de vita, vid. EXEO. ... are vitam ſub acerbo vulnere Ouid. Met. 5, 62. Exigere vi... ... Ter. Heaut. ... Cic. pro Muraen. 34 Ta... ...ion ante quam illum vita expulit, bellum confectum iudicarit. ... de Legib. 1, 31 c. 11 Vita Expetitur, quia nos, in quo nati ſumus ... iet. Explemur fructibus vitae nunquam Lucret. 3, 1020. ... quere vitam membris Idem 6, 1222. Facere finem vitae Idem ... Ferre incommoda vitae Iuuen. Sat. 13, 21. Feſſus ... Plin. 5, 17. Finire vitam Tacit. Ann. 1, 9. Finire vitam ... Ouid. Triſt. 3, 7, 49. Frui vita Cic. in Catil. 4, 7 c. 4. Fu... tam cum multo ſanguine Virg. Aen. 2, 532. Gubernant ſen... tam Lucret. 3, 549. Gubernare vitam vera ratione Idem 5, ... Cic. Philipp. 2, 60 Sed fac te dediſſe mihi quod non ademiſti: ... e a te habere vitam, quia a te non ſit erepta. Iacebat vita ... ebris ac moerore Lucret. 5, 175. Impendere vitam famae ... ilu. 5, 1, 63. Impendere vitam patriae Lucan. 2, 382. Im... finem vitae Tacit. Ann. 2, 42. Incolere vitam, vid. INCOLO. ... limen vitae Lucret. 3, 681. Inſpicere tanquam in ſpeculum ... omnium iubeo Ter. Adelph. 3, 3, 61 i. mores. Ingredi in vi... Inſtituere vitam ſapienter, Interficere aliquem vita, In... ...ari alicui vitam, Introire in vitam, Iterare vitam a mor... Labefactare vitas hominum, Lacerare reliquias vitae ali... atque diſtrahere, Largiri vitam, Linquere vitam, Lu... ...itam hominum, Mandare vitam fugae ſolitudinique, Ma... ...n vita, vid. ſſ. ll. Virg. Aen. 5, 724 Nate, mihi vita quondam, ... vita Manebat, Chare magis. Mentiri ſibi vitam, Metuo ... a, Migrare de vita vel Ex vita, vid. hh. vv. Monſtrata eſt ... tae per carmina Hor. de Arte Poët. 401. Moratur vita in ... ris Lucret. 3, 121. Nuncupata vita, vid. NVNCVPO. Ob... e vitam procellis Claud. de Rapt. Proſ. 3, 356. Paciſci vitam pro ... ude Virg. Aen. 5, 230. Paciſci vitam ab hoſte, vid. PACISCO. Quaerere Palantis vitae viam Lucret. 2, 10. Palle... ſolitaria et velut vmbratili vita Quinctil. 1, 2. Parcere vitae, vid. PARCO. Patet tranquillae vitae ſemita per virtutem Iuuen. Sat. 10, 364. Pati a vita, vid. PATIOR. Penetrare alicuius ... tam ac famam Tacit. Hiſt. 4, 7. Perdere vitam, Perducere vita, vid. hh. ll. Petere diſcrimine vitae coniugium Ouid. Met. ... Ponere vitam Cic. Fam. 9, 24. Ponere ſibi finem vitae ... Ann. 6, 40. Senec. Agamem. ſ. 7. Priuare vita aliquem Lucret. 5, 995. Prodere vitam, vid. PRODO. Producere vitam, vid. PRODVCO. Neque erat quo vitam Produceremus Auctor ad Herenn. 4, 34. Tacit. Ann. 12, 8 Eo vsque ſpem vitae Produxerat. Cic. ...am. 1, 4 Quid enim aut me oſtentem, qui ſe vitam pro dignitate tua ...fundam, nullam partem videar tuorum meritorum aſſecutus? Pro...are vitam Tacit. Ann. 11, 37. Propagare vitam, Propoſita ...ta telis, vid. hh. vv. Celſ. 2, 8 Neque is ad vitam Redit, qui ... ſuſpendio ſpumante ore detractus eſt. Relinquere vitam Virg. Georg. 3, 547. Reliquit eum vita Lucret. 5, 64. Relinquit vita ...rtus Ouid. in Ibin 337. Retinere vitam, vid. RETINEO. Ru...ere vitam Sil. 7, 33. Cic. . . Hanc vitam quietam et otio...m ſequuti ſumus, etc. Serenare vitam Lucret. 2, 1093. Sed recte legitur Quae placidum degunt aeuum vitamque ſerenam, non ſerenant. Sortitus breuis vitae ſpatium Ouid. Met. ..., 124. Spoliare vita aliquem Virg. Aen. 6, 168. Sum: Cic. pro Roſc. Amer. 84 Sic vita eſt hominum vt ad maleficium nemo conetur ſine ſpe. Sumere liberioris vitae iter Ouid. Faſt. 3, 778. Suppetit vita Cic. de Finib. 1, 11. Idem Tuſc. 1, 56 Tam natura vita hominis Suſtentatur, quam vitis, quam arboris. Tenere vitam, et Vita tenetur, vid. TENEO. Tolerare vitam ſimplici victu et agreſtibus pomis profluenteque aqua Tacit. Ann. 15, 45. de Seneca. Lucret. 5, 930 Volgiuago vitam tractabant more ferarum. Traducere vitam Cic. ad Brut. 16. Traducatur enim quibus potius haec vita factis, vid. TRADVCO. Trahere vitam in luctu Virg. Aen. 2, 92. Trahere vitam in ſiluis Idem Aen. 3, 646. Trahere vitam in tenebris Idem Aen. 2, 92. Tueri vitam famamque Hor. Serm. 1, 4, 118. Turbare humanam vitam ab imo Lucret. 3, 38. Cic. Verr. 2, 118 Proponeremque ſpem meis hoſpitibus, ac neceſſariis, quo tutiorem vitam ſeſe meo praeſidio Victuros eſſe arbitrarentur. Viuere vita Plaut. Perſ. 4, 3, 24. Trita ac vulgari vita viuere Senec. Epiſt. 123. ¶ 4 *Formulae aliae:* Cic. Att. 5, 2 Ego in vita mea nulla vnquam voluntate tanta ſum affectus, quanta afficior hac integritate. Ab ineunte vita, *vid.* INEO, ire. Vita *pro laetitia lubentiaque: vid.* Macrob. Sat. 2, 2. Non. 1, 47. Virg. Georg. 4, 252 Si vero (quoniam caſus apibus quoque noſtros Vita tulit) triſti languebunt corpora morbo. Vita tulit apibus caſus noſtros *i. apes in vita ſua experiuntur, vita ipſis affert, caſus noſtris ſimiles, morbos etc.* Plaut. Trin. 2, 4, 76 Neque vlli concedam quidquam de vita mea. Reperire ſibi vitam Plaut. Stich. 3, 2, 9. *i. Victum.* Vita *pro hominibus viuentibus.* Profecit vita commercio rerum Plin. 14, 1. *conf.* Id. 15, 1. 28, 13 *et* 4 *etc.* Vita *in talibus ponitur vt hodie vulgo dicunt,* Mundus vult decipi. Cic. Acad. 1, 19 Conſtituebantque extremum eſſe rerum expetendarum, et finem bonorum, adeptum eſſe omnia e natura, et animo, et corpore, et vita. Vita, *i. Fortunae bonis ad vitam degendam neceſſariis. Nam ita ipſe explicat* n. 21 Vitae adiuncta eſſe dicebant, quae ad virtutis vſum valerent. *Quidquid bonum videtur Peripatetico extra animum et corpus.* Ter. Adelph. 3, 3, 61 Denique inſpicere tanquam in ſpeculum, vitas omnium iubeo: atque ex aliis ſumere exemplum ſibi, *i. rationem viuendi, mores.* Tenues ſine corpore vitae, *Animae.* Virg. Aen. 6, 292. Id. Georg. 4, 224.

VITĀLIS, e. Adi. [ζωτικὸς, ζώσιμος, βιώσιμος] *Quod vitam praeſtat, aut Quod habet vitam.* Lucret. 3, 129 Eſt igitur calor, ac ventus vitalis in ipſo Corpore, qui nobis moribundos deſerit artus. *i. anima, ſpiritus. Interdum etiam* Vitale *appellamus Quod vita praeditum eſt,* vt Plaut. in Bacch. 4, 9, 75 Da, ſi eſſe ſaluum vis me, aut vitalem tibi. Hor. Serm. 2, 1, 61 ô puer vt ſis Vitalis metuo, *i. vt diu viuas, certe ad aetatem adultam peruenias.* Vitale, *cui opponitur* Mortiferum Liu. 6, 40. Lucret. 2, 575. Aeuum vitale Plaut. Poen. 5, 4, 14. Aura vitalis Virg. Aen. 1, 392. *i. Aër, quo viuimus.* Axes vitales Rutil. It. 1, 1. *i. Zonae habitabiles. conf. h. l. Barth. et Burm.* Calor vitalis Curt. 3, 5. Sen. de Benef. 4, 6. Calor ſalutaris et vitalis Cic. de Nat. Deor. 2, 27. Foetus vitalis, *vid.* FOETVS. Halitus vitalis Plin. 9, 7. Homo vitalis haud vnquam eſt ante ſeptimum menſem Plin. 7, 5. Ingenium tam immature magnum non eſſe vitale Sen. Controu. 1, 1. Lecto vitali elatus eſt Petron. 42 p. 192 *Burm. i. quo vti in vita, in conuiuio, ſolebat. Alia res eſt* vitalis torus *in Carmine* de Phoenice *ſub* Lactantio v. 90 Vitalique toro membra victa locat. *Pulchre Barth. ad* Claudian. p. 987, b *pro* toro *legi vult* rogo: *in rogo ſuo Phoenix reuiuiſcit.* Liquor vitalis longaeuitate ſicca eſt Macrob. Sat. 7, 10. Cic. de Diuin. 1, 18 Luce ſerenanti vitalia Lumina liquit. *i. Vitam. Add.* Ouid Met. 14, 175. Motus vitalis Lucret. 2, 954. Partus vitales edere Plin. 7, 15. Rogus *vid. p. ante* Lectus vitalis. Cic. de Diuin. 1, 20 — quae paruos, Mauortis ſemine natos Vberibus grauidis vitali rore rigabat *i. lacte ſuo nutriebat.* Sanguis vitalis, *In quo vita continetur* Plin. 11, 37. Saeculum vitale, *In quo viuitur* Lucret. 1, 203. Senſum vitalem reddere Idem 2, 889. Torus vitalis, *vid.* Lectus vitalis. Venae vitales Lucret. 2, 1118. Ouid. Met. 2, 828 Sic letalis hiems paullatim in pectora venit: Vitaleſque Vias, et reſpiramina clauſit. Valer. Argon. 4, 309

—— vitalia donec
Vincula, qua primo ceruix committitur artu,
Soluit dextra grauis.

Vir vitalis *quis eſſet, diſputatum eſt ad* Lactant. 6, 13, 11 Vnum eſt enim ſapientis et iuſti, et vitalis viri opus, diuitias ſuas in ſola iuſtitia collocare. *In tanto conſenſu omnium librorum malim de explicatione cogitare, quam de emendatione, quae multis modis tentata eſt.* Vitalis *igitur accipiam de ſpe vitae aeternae, vt* puer vitalis *eſt, qui longiorem ſperare vitam, certe aetatem adultam poteſt. Vid. Bunem.* Vim caloris natura habet in ſe vitalem Cic. de Nat. Deor. 2, 24. Vita vitalis, *vid. ſupra in* VITA. ¶ 2 Vitalia *ſimpliciter* Senec. Epiſt. . . Magni animi magna contemnere, ac mediocria malle, quam nimia. Illa enim vtilia vitaliaque ſunt, at haec eo, quo ſuperfluunt, nocent. *Metuo, ne ſit a librariis a quibus* vitalis *et* vtilis *etiam alias confunduntur: v. g. apud* Lactant. de Ira Dei 13, 17 *teſte Bunem. Si ſit a Seneca ſignificabit, ad veram vitam pertinentia.* Capitis vitalia, *Cerebrum* Plin. 8, 7. Vitalia, *inquit Budaeus dicuntur, cor, iecur, pulmo, cerebrum: in quibus quatuor, vitae ſumma conſiſtit.* In corpore noſtro oſſa interiora et articuli, firmamenta totius, et vitalia, minime ſpecioſa viſu, prius ordinantur Sen. de Ira 2, 1.

Ebibit humorem circa vitalia fuſum
Peſtis, et in ſicco linguam torrere palato
Coepit   Lucan. 9, 741.

Add. Macrob. Sat. 1, 2. Prudent. adu. Symm. 2, 1099. Mela 1, 9. Lucan. 1, 618 —— pulmonis anheli Fibra latet, paruuſque ſecat vitalia limes. Nuda vitalia Idem 6, 194. Sen. Epiſt. 99 p. 490 *extr.* Quid incredibile, quod nouum euenit? Quam multis cum maxime funus locatur? Quam multis vitalia Eruuntur? *Locus dubius a lectione et interpretatione. Poteſt ſignificare, quam multis ſepulturae cauſa, vt in Aegypto, eximuntur viſcera?* Euerberata lamentationibus aſſiduis vitalia Quinctil. Declam. 7. Ferire ac tueri vitalia Idem 5, 12, 22. Fiſſum familiare et vitale Cic. de Diuin. 2, 32. Vacui artus vitalibus Lucan. 3, 643. ¶ 3 Vitalis, *herba, al.* ſemperuiua Apul. de Herb. c. 123.

VITALĬTAS, ātis. f. [τὸ ζωτικὸν] *Pro Vita, et vitali motu.* Plin. 11, 38 ſ. 69 *extr.* Caeteris corruptis, vitalitas in corde durat. Ibid. c. 45 ſ. 90.

VITALĬTER. Adu. [ζωτικῶς] Lucret. 5, 145 Vitaliter eſſe animata.

VITELLIA *gens, e qua* A. Vitellius *imperator. De origine huius Familiae vid.* Suet. in Vitell. c. 1 *Nempe* Vitellios Fauno Aboriginum rege, et VITALLIA, quae multis locis pro numine coleretur, ortos, toto Latio imperaſſe ——— *Eſt et* Via Vitellia *apud* Suet. l. c.

VITELLIANVS, a, um. Adi. *Vt*, Milites Vitelliani Tacit. Hiſt. 1, 85. *Sic* Plin. 34, 7 ſ. 17. Partes Vitellianae Idem Hiſt. 1, 84. Mart. 14, 8 *lemma eſt* Vitelliani: Nondum legerit hos licet puella, Nouit quid cupiant Vitelliani. ¶ 2 Vitelliani *abſolute dicuntur, Pugillares* Martial. 2, 6 Haec ſunt, quae relegente me ſolebas Rapta exſcribere ſed Vitellianis. *Vbi Interpr.* Vitellianis, Pugillaribus luteis, vitello vt credo illitis, quibus res laſciuae et elegantiores ſcribebantur. *Alii a* Vitellio *neſcio quo, inuentore dictos volunt. Quid ſi ex pellibus* vitellorum *i. teneriorum vitulorum facti?*

VITELLVS, i. m. [λέκυθος] *Pars oui lutea ſ. flaua.* Hor. Serm. 2, 4, 57 Quatenus ima petet voluens aliena vitellus. Martial. 13, 40 Candida ſi croceos circumfluit vnda vitellos, Heſperius ſcombri temperet oua liquor. Vitelli duo ouorum ex aceto coctorum Scribon. 115. Ouorum aſſorum vitelli ſex Id. 221. Cic. de Diuin. 2, 134 Tum ille, Nihilne, *inquit*, de vitellio? Id enim ex ouo videbatur aurum declaraſſe, reliquum argentum. Mas vitellus Hor. Serm. 2, 4, 14

Longa quibus facies ouis erit, illa memento,
Vt ſucci melioris, et vt magis alba rotundis
Ponere: namque marem cohibent calloſa vitellum.

¶ 2 Vitellus *a* Vitulus, *v. v.*

VITELLVM, i. n. *Idem.* Ouorum vitella Apic. 4, 1. *vid. Barth. Adu.* 40, 6. Varro *apud* Probum ad Virg. Ecl. 6, 34 Caelum eſt teſta, item vitellum terra: inter illa duo humor quaſi in ſinum cluſus aëri (*ſ.* aëris, *vel* aër *eſt*) in quo calor. *Comparat mundum ouo. Caeterum ſic editur in Fragm. Varro ed. Durdr. p. 156. Paullo aliter ſed corrupte, Ge. Fabric.*

VITEX, ĭcis. f. [ἄγνος] *Fruticis genus, Graeci* agnon *vocant, hoc eſt caſtum: quod, inquit Galenus, caſtitatem conſeruet iis, quibus aut eſtur, aut bibitur, aut ſubſternitur: vulgus herbariorum* agnum caſtum *appellat, vtraque voce idem ſignificante.* Plin. 24, 9 Non multum a ſalice vitilium vſu diſtat vitex, foliorum quoque adſpectu, niſi odore gratior eſſet. *Et paullo poſt*, Duo genera eius, Maior in arborem ſalicis modo aſſurgit: Minor, ramoſa, foliis candidioribus lanuginoſis. Prima album florem mittit cum purpureo, quae et candida vocatur: Nigra, quae tantum purpureum. *Add.* Id. 32, 3. Pallad. Aug. 8. Vitr. 8, 1.

VITIARIVM, VITICVLA, *vid.* VITIS.

VITILENA, ae. f. *i. lena vitioſa.* Corrumpit mulierem maleſuada vitilena Plaut. Moſt. 1, 3, 56.

VITILITIGĀTOR, ōris. m. [συκοφαντης] *Quaſi dicas, Vitioſus litigator, obtrectator et calumniator. Hi enim* vitilitigatores *ſunt, qui ſola prauitate contentionem quaerunt.* Plin. in Prol. Nat. Hiſt. 13 Ergo ſecuri etiam contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitiis et litigatoribus compoſuit.

VITILITĬGO, āre. [συκοφαντέω] *Vitioſe criminari, damnare.* Plin. in Prol. Nat. Hiſt. 12 *ex* Catone, Scio ego, quae ſcripta ſunt, haec ſi palam proferantur, multos fore qui vitilitigent.

VITILĪGO, ĭnis. f. [ἀλφὸς, ἀλωπεκία Gloſſ. Lat. Gr.] *Diuerſi coloris maculae per omnia membra diſperſae.* Celſ. in Fin. 5 Vitiligo, quamvis per ſe nullum periculum afferr, tamen foeda eſt: et ex malo corporis habitu fit. Eius tres ſpecies ſunt. Alphos vocatur, vbi color albus eſt fere ſubaſper, et non continuus, vt quaedam quaſi guttae diſperſae eſſe videantur. Melas, colore ab hoc differt, quia niger eſt, et vmbrae ſimilis: caetera eadem ſunt. Leuce habet quiddam ſimile alpho, ſed magis albida eſt, et altius deſcendit, in eaque albi pili ſunt, et lanugine ſimiles. Omnia haec ſerpunt, ſed in aliis tardius. *Hactenus Celſus.* Feſtus: Vitiligo in corpore hominis macula alba, quam Graeci alphon vocant, a quo non album, ſiue a vitio dicta, etiam ſi non laedit. Siue a vitulo, propter eius membranae candorem, qua naſcitur inuolutus. Lucilius, Odioſa vitiligo. Sen. Qu. Nat. 3, 25 Creditum eſt, quasdam aquas ſcabiem afferre corporibus, quasdam vitiliginem, et foedam ex albo varietatem. Arnob. 1 p. 26 *de miraculis Ieſu*, Foedae vitiligines (*quam* lepram *vocant Euangelia*) eius iuſſioni obtemperabant, pulſae ſtatim. *Et* p. 30 Ille notas albi cautium vitiliginum manu admota deterſit. *Calumnia in Iudaeos et Moſen apud* Iuſtin. 36, 2, 12 Sed Aegyptii cum ſcabiem et vitiliginem paterentur, reſponſo moniti, eum cum aegris, ne peſtis ad plures ſerperet, terminis Aegypti pellunt. Apul. Apol. p. 306, 14 *de morbo comitiali*, Illa namque tabes, ſi foras corporis proſpirauit, maiore dedecore quam noxa diffunditur. Pectoris enim primorem cutim vitiligine inſignit, et omnimodis maculationibus conuariat. *Vid. Elmenh. Ind. h. v.* Plin. 20, 15 Radix eius vitiligines albas tollit. *Add.* 10, 67. *et* 35, 15.

VITILIGINŌSVS, a, um. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. ἐλεφαντιῶν, Vitiliginoſus.

VITĬLIS, e. Adi. [πλεκτὸς] *Quidquid* viendo *factum, aut plexum eſt ex* vimine. Alui vitiles Varro R. R. 3, 16. Cola Cato c. 11. Plin. 19, 5 ſ. 24 Cucurbita omni modo faſtigiatur, vaginis maxime vitilibus. *Has* vaginas *non debebat in* fictiles *mutare velle Harduinus.* Vitiles *enim ſi ſint* vaginae, *nec ita incaleſcunt vt* fictiles, *nec frigeſcunt; mollius ſe applicant, ſulcos imprimunt et ſtrias etc. Et* 4, 16 Ad eam Britannos vitilibus nauigiis corio circumſutis nauigare. *Add.* Id. 15, 17. 21, 18. 24, 9.

VITIMAGISTRATVS, ûs. m. *Magiſtratus vitio creati.* Salluſt. Hiſt. l. 3 *ſec. Palmer.*

VITIO, VITIOSVS, *vid.* VITIVM.

VITIPARRA, ae. f. *Auis nomen.* Plin. 10, 33. *vid. ibi* Harduin.

VITIS, is. f. [οἴνη, ἄμπελος] *Arbor illa, quae fert vuas.* Varro R. R. 1, 31, 1 In vitiario primitus cum exit vitis, tota reſecari ſolet, vt firmiore ſarmento e terra exeat, atque in pariendis colibus vires habeat maiores. Eiuncidum enim ſarmentum propter infirmitatem ſterile, neque ex ſe poteſt eiicere vitem, quam vocant minorem flagellum, maiorem etiam, vnde vuae naſcuntur palmam — Ex altera parte parit capreolum: is eſt coliculus viteus intortus vt cincinnus. Vlpian. l. 4. D. de cenſibus Forma, *inquit*, cenſuali cauetur, vt in cenſum referatur, vinea quot vites habeat. Cultura vitium Cic. de Fin. 4, 38. Idem de Senect. 53 c. 15 Cuius quidem non vtilitas me ſolum, ſed etiam cultura, et ipſa natura delectat, *etc.* Putatio arborum ac vitium Idem de Orat. 1, 249 c. 58. Putator vitis Ouid. Met. 14, 649. ¶ 2 *Epitheta* vitium, vini, vuarum *bonam partem conueniunt. Repetere omnia ex Lexico ruſtico, et augere per temporis rationem modo non licet. Damus ergo alias obſeruata:* Ablaquea Alba vitis, cui opponitur Nigra. Albae vitis radix Scrib 165. 167. Columel. 4, 29 Non procul a fine, Locis aridis nigram vitem inſerito, humidis albam. *Herba al. Bryonia.* 6, 4. Celſ. 5, 2. Plin. 23, 1. Apul. de Herb. c. 66. Alm Virg. Georg. 2, 233. Arbuſtiua vitis, *vid.* ARBVSTVM. *in templo Hieroſolymitano: vid.* Tac. Hiſt. 5, 5, 10. *Voſſ. ad* C 199. Lipſ. Elect. 2, 5. Iuuenal. 6, 545. Bracchiata, Can *ba ſaxifraga* Apul. de Herb. c. 97. Cantheriata, Capitata catricoſa, Compluuiata, *v. ſſ. ll.* Feraces, Foecund lum. 3, 7. Foecunda Iuuen. Sat. 9, 56. Idaea, *al. myrtillu* Inerticula, *vid.* INERS. Infructuoſae Steriles Colum. de A Pallad. Nou. t. 10. Inſana, Iugata, Lanatae vite *hh. vv.* Lenta vitis Virg. Ecl. 3, 38. Luxurioſa, M Miſcellae, Moroſa, Nequam, *vid. ſſ. ll.* Nodoſa Iuu 8, 247. Obliqua vitis Columel. 4, 4. Obnoxia vitis lis, Ordinaria, Palmea, *vid. ſſ. ll.* Pampineae Oui 10, 10. Perexilis, Pergulana, *vid. hh. ll.* Praeualid Virg. Georg. 2, 190. Purpureis de vitibus collectae vuae Met. 8, 676. Semiputata Virg. Ecl. 2, 70. Vidua Catul. in Nupt. 60 (63) 49. ¶ 3 *Verba:* Adaperire vites, iugare vitem, *vid. hh. vv.* Adiungere vlmis vites Virg. 1, 2. Aemulatur vitem vlmus, *vid.* AEMVLOR. Amans dae munera vitis Ouid. Faſt. 3, 766. Amicta vitibus vlmu Epiſt. 1, 17, 3. Applicitae vites arboribus Quinctil. 1, 2. tondere vitem curuo dente Saturni Virg. Georg. 2, 407. *h. e. quae Saturno tribuitur.* Carbunculant vites, Caſtrar Colere vitem, *vid. ſſ. ll.* Committere vitem ſulco Virg. 2, 289. Compeſcere vitem, Componere vitem in br Concredere vites ſolo calido, *vid. hh. vv.* Contundit gra tes Hor. Epiſt. 1, 8, 5. Curare vites Virg. Georg. 2, 397. ſponere vites certo ſidere Claud. in Eutrop. 2, 197. Educ vuam Catul. in Carm. Nuptial. 60, 50. Enodare vitem Cat R. c. 34. Fluentes vitae multo Baccho Virg. Georg. 2, 190. mittere vitem ad vuas pariendas Varro de Re Ruſt. 1, 31. I nouellas vites Virg. Ecl. 3, 11. Inſtituere vitem, *vid.* INST Intexere laetis vitibus vlmos Virg. Georg. 2, 221. Nodare Cato de R. R. c. 33. Ponere vites Virg. Georg. 1, 284. vitis multiplici lapſu et erratico Cic. de Senect. 52. Sociata vitis Stat. Silu. 5, 1, 48. Vinctae vites Virg. Georg. 2, 416. Vitis *interdum eſt Palmes, vel flagellum vitis, vt ſtatim initio* Varrone *vidimus. Sic* Cato *de inſitione* c. 47 Si vitis vitem con vtriusque vitem teneram praeacuito, obliquo inter ſeſe medulla medulla libro colligato. *Hinc* Vitis, *Geſtamen centurionis,* Sat. 8, 247 Nodoſam poſthaec frangebat vertice vitem, Si lentu muniret caſtra dolabra. *i. Vite pulſabatur in caſtris a centurion* Ouid. de Arte Am. 3, 427 Dux bonus huic centum commiſit, gendos. *Add.* Martial. 10, 26. Iuuenal. 14, 193 *c. vet. Schol.* 6, 146. Sil. 12, 395 *c. not. Drakenb.* Plin. 14, 1 *extr.* l. 13 §. 5 ſſ. de Iacere haſtas ſub vitem dicitur veles, cum eas ſub manu ſurſ tit. Feſtus, *qui adfert hoc* Lucilii, Vt veles bonus, qui ſub ſubit (*leg.* ſubiicit) haſtas. Sub vitem *ergo videtur ſignific centurione, praeſente eo et meditationem illam regente. Sed et* Pr ſub vite dicuntur milites, cum ſub vinea militari pugnant Lu Feſtum, *vid.* VINEA n. 2. *Metaph. de ramo cucumeris* vit *fuit* Pallad. Mart. 9, 8 *et* 9. *it.* Mart. 10, 15. *Sic*

VLTRONEVS, a, um. Adi. *Quod vltro fit, etc.* Senec. Nat. Quaeſt. 2, 59 Suadetur deliberantibus : at vltronei admonentur. Idem ibid. Quid intereſt ad mortem iuſſi eamus, an vltronei ? Vltroneum Exilium amplexus Apul. Met. 1 p. 111. Vltroneae putent Merces Hieron. Ep. 137. ad Marcellam, *extr. i. oblatae nimis ſtudioſe, dictum ſimile illi*, Propria laus ſordet. Vltronea Voluntate Cyprian. Ep. 63. *Conf.* Apul. Met 8 p. 207. *et* 6 p. 175.

VLTROTRIBVTA, ōrum. n. *Impenſae ſunt et attributiones operum publicorum faciendorum, et ſartorum tectorum praeſtandorum, mancipibus et redemtoribus certa mercede locatorum. De his ſic* Liuius 39, 44, 7 *de Cenſura M. Porcii Catonis et Valerii Flacci loquens*, Vectigalia, ſummis pretiis, vltrotributa infimis locauerunt. *h. e.* Vectigalia, *quibus reditus et fructus Pop. Romani conſtabant, quantum potuerunt, cenſores auxerunt :* vltrotributa, *quibus impenſae ſumtusque, et erogationes pecuniae publicae ex aerario hauriebantur, quantum potuerunt, pretiis diminuerunt, et ad minimam ſummam perduxerunt. Plutarchus de eadem cenſura loquens* vltrotributa ἐργολαβίας *vocat, proindeque nobis huius rei erit adſtipulator. Illud item* Liuii 43, 16 Qui publica vectigalia, aut vltrotributa conduxiſſent, *in eandem ſententiam accipiendum eſt. Quocirca eleganter a* Seneca de Benef. 4, 1 ſcriptum eſt, Cum virtutem nec lucrum inuitet, nec damnum abſterreat, adeoque neminem ſpe ac pollicitatione corrumpat, vt cuncta in ſe impendere iubeat, ac ſ[...] in vltrotributis ſit. *Haec Turnebus Adu. 1, 25 quae probantu[r] Dukero ad* Liu. 39, 44. *Ratio appellandi inde repetenda videtur.* Vectigalia *ſunt neceſſitatis, reſpectu eorum, qui illa debent ;* vl[tro tri]buta, *i. redemturas operum publicorum* vltro *ſuſcipiunt, quibus e[...] id eſſe videtur.*

V L V

VLVA, ae. f. [φυκὸς τελματικὸς] *Herba paluſtris.* Alga [...] pelago, ſed naſcitur vlua palude. Virg. Aen. 2, 135 Limoſoq[ue] [...] cu, per noctem obſcurus in vlua Delitui. Fluminea vlua [...] Faſt. 5, 519. Glauca vlua Virg. Aen. 6, 416. Leues [...] Ouid. Met. 8, 336. Limoſa vlua Lucan. 2, 70. Paluſtri [...] Virg. Georg. 3, 175. Steriles vluae Ouid. Met. 4, 299. [...] vlua tectus Rhenus Ouid. Triſt. 4, 2, 41. *Conf.* Vitr. 2, 1. [...] lad. Nou. t. 7 *extr.* Paluſtri vlua figuratae ſpartae.

VLVŌSVS, a, um. Adi. Sidon. Carm. 7. ſiue Paneg. Auiti [...] Vluoſa quem vel Nicer abluit vnda, Prorumpit Francus.

VLVBRAE, ārum. f. [Οὔλουβραι] Locus eſt in Italia, in quo [...] tus eſt Caeſar Auguſtus, propter quam cauſam ab Horatio nomi[...] quum ſit deſertiſſimus vicus. *Haec* Porphyrio *ad* Hor. Epiſt. 1, [...] Quod petis, hic eſt, Eſt Vlubris, animus ſi te non deficit aequus. [...] *fellit hominem* Suetonius Aug. c. 5. *Sed* Trebacii, *amici Cicero[nis] ICti patriam fuiſſe patet ex* Cic. Fam. 7, 12 *et* 18 *quorſum forte [...]xit Horatius.* Vacuae Vlubrae, *i. Deſertae, vel parum hab[...]* Iuuen. Sat. 10, 102.

VLVBRĀNVS, a, um, *et* VLVBRENSIS, e. Adi. Cic. [...] 7, 12 Quid fiet porro populo Vlubrano, ſi tu ſtatueris, *etc.* Plin. [...]

VLVLA, ae. f. [αἰγώλιος] Auis nocturnae genus, dicta ἀ[πὸ τοῦ] ὀλολύζειν, *inquit* Seruius, quod eſt vlulare et flere. Virg. Ecl [...] Certent et cygnis vlulae, ſit Tityrus Orpheus. Plin. 10, 12 [...] vngues et nocturnae aues habent, vt noctuae, bubo, vlulae. Varro L. L. 4, 11. Vlulas Athenas, *vid.* NOCTVA.

VLVLO, āre. [ὀλολύζω] *Ex ſono formatum verbum apud L[...] et Graecos, cui ſimilia ſunt Ebraeorum et Germanorum.* Canum [...] furiarum, *inquit* Seruius : transfertur et ad alia. Virg. Geo[rg.] [...] 468 Et alte Per noctem reſonare lupis vlulantibus vrbes. [...] Aen. 4, 168 Summoque vlularunt vertice Nymphae. *Sic* [...] 26, 4 Terribili Marte vlularent. Laetis vlulare triumphis [...] can. 6, 261. Linguis trepidantibus vlulare Catull. 64, 28. [...] vlulant plangoribus femineis Virg. Aen. 2, 488. Canes [...] Virg. Aen. 6, 257. Galli triſtia vlularunt Lucan. 1, 568. *de Be[...]riis.* Ripae flebile vlularunt Sil. 6, 285.

VLVLANS, antis. Partic. [ὀλολύζων] Cic. in Orat. 27 c. 6 [...] vero inclinata vlulantique voce, more Aſiatico, canere coepiſſet, [...] eum ferret ? Vlulante Dolore Sil. 6, 563. Tumult[...] lans Virg. Aen. 11, 662.

VLVLĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. [ὠλολυγμένος] Hec[ate] [...]viis vlulata Virg. Aen. 4, 609. Praelia vlulata Stat. Theb. 9, [...] Iuga Circes Dulichiis vlulata lupis Stat. Silu. 1, 3, 85. Victor [...] latus id. Theb. 9, 178. *de clamore triumphali.*

VLVLĀTVS, ūs. m. [ὀλολυγμὸς, ὀλολυγὴ] Liu. 5, 39 Mox [...] latus cantusque diſſonos vagantibus circa moenia turmatim Bar[bari] audiebant. Caeſ. Bell. Gall. 5, 36 Tum vero ſuo more victo[riam] conclamant, atque vlulatum tollunt. Ibid. 7, 80 Et ii, q[ui] [...] auxilium conuenerant, clamore et vlulatu ſuorum animos confirma[bant.] Cantus ineuntium praelium et vlulatus, et tripudia Liu. 31, 17. [...] Barth. *ad* Stat. Theb. 4 p. 1054. *et* 5 p. 330. Acutos vlulatus, [...] ACVO. Flebilis vlulatus Stat. Theb. 5, 554. Femineu[s vlu]latus Virg. Aen. 4, 667. *et* 9, 477. Inſani vlulatus Clau[d.] [...] Bell. Gild. 134. Liber adeſt, Feſtisque fremunt vlulatibus [...] Ouid. Met. 3, 528. Moeſti Idem ibid. 8, 447. Querulis [...] latibus impleui Idam Ouid. Epiſt. 5, 73. Terrificus vlu[...] Claud. in Ruff. 1, 130. Tremuli vlulatus Stat. Silu. 5, 5, 71. [...] latum *dixit pro* Vagitu. Loquitur enim de infante. Com[...] auras vlulatibus Ouid. Faſt. 6, 513. Feriunt crebris vlulatibu[s] [...]res Lucan. 2, 35. Implere montes vlulatibus Ouid. Faſt. 4 [...] Inerrat auribus vlulatus Stat. Theb. 9, 724. *Add.* Catull. 64. [...] Sil. 8, 151. Curt. 4, 15, 29. *et* 5, 12, 12. Vitr. 2, 1.

VLVLĀMEN, inis. n. *Idem.* Prudent. Hymno exequiarum [...] Quid turba ſuperſtes inepta Clangens vlulamina miſcet ?

VLVLABILIS, e. Adi. *Vt*, Clamor vlulabilis, *i.* vlula[...] Ammian. 30, 15. *et* 24, 2. *Vid.* Apul. Met. 4.

V L Y

VLYSSES, is. m. *vel* VLIXES, *forma magis antiqua*, [...] *tamen in optimis quibusque libris Virgilii et aliorum ſcriptorum tam* [...] *gnat, quam poſtea extruſa eſt, qua de re Heinſ. ad* Virg. Ecl. 8, 70. [...] *leſ. ad* Ammian. 27, 8. [Ὀδυσσεὺς] *Graecorum omnium qui ad Troi[am] profecti ſunt, ſapientiſſimus, filius Laërtae et Anticleae. Cuius* [...] *tam et res geſtas ſcribit Homerus, vtroque opere, in primis vero in po[ſte]riore, quae ab argumento* Vlyſſea, *id eſt enim* Odyſſea, *dicitur. Dici[tur]* Vlyſſes, Vlyſſis, Vlyſſi, Vlyſſem, Vlyſſes. *Item* Vlyſſeus, Vlyſſ[ei,] Vlyſſeo, Vlyſſea, Vlyſſeo, *quatuor Syllabarum : et* Vlyſſeus *per Diphthongum Gen. et Dat.* Vlyſſei *vel* Vlyſſi, *trium Syllabarum. Eſt Vocatiuus* Vlyſſe *ab* Vlyſſes, E *producto : quemadmodum ab* Achil[les] Achille. *Vid. Erythraei Index Virgil. h. v. et Heinſ. ad* Ecl. 8, [...] *de Declinatione huius et ſimilium Nominum, nobis ſatis erit exem[pla] optimarum editionum poſuiſſe.* Ouid. Epiſt. 1, 1 Hanc tua Penelo[pe] lento tibi mittit, Vlixe. *Sic Burm.* *Et* Met. 13, 83 Quaq[ue] ruit, non tu tantum terreris, Vlixe, Sed fortes etiam. Cic. [...] 1, 113 c. 31 Quam multa paſſus eſt Vlyſſes in illo errore diuturno, qu[um et mulieribus] et muliebribus (ſi Circe et Calypſo mulieres appellandae ſunt) inſe[r]viret, *etc.* *Etiam hic et vbique eſſe* Vlyxes, *obſeruant Guiliel. Grut.* Cic. Tuſc. 5, 7 Etiam heroicis aetatibus Vlyſſem et Neſto[rem] accepimus et fuiſſe et habitos eſſe ſapientes. Idem Off. 3, [...] Vtile videbatur Vlyſſi, vt quidam Poëtae tragici prodiderunt : Na[m] apud Homerum optimum auctorem talis de Vlyſſe nulla ſuſpicio e[ſt :] ſed inſimulant eum tragoediae ſimulatione inſaniae militiam ſubterfu[]gere voluiſſe. Carminibus Circe ſocios mutauit Vlixi Virg. E[cl.] 8, 70. Vlixi, *inquam Burm. poſt Heinſ. etc.* Cautum Vlixe[...] Ouid. Triſt. 1, 2, 9. *Burm.* Dirus Vlixes Virg. Aen. 2, 261 *Burm.* Duplicis Vlixei Hor. Carm. 1, 6, 7 *Bentl.* Duri miles Vlixi Vir[g.] Ae[n.]

. c 2, 7. Experientis Vlixei Ouid. Met. 14, 159. *tribus ſyllabis, Bu.* Fallacis Vlixei Idem ibid. 13, 712 *ſimiliter.* Inuentor ſcelerum Vlixes Virg. Aen. 2, 164. Ithacenſis Vlixei Hor. Epi. 1, 6, 63. *tribus ſyllabis, Bentl.* Laborioſi Vlixei Idem Epod. 17, *quatuor ſyllabis, Bentl.* Cic. de Orat. 40 Neque enim iam Tr cis temporibus tantum laudis in dicendo Vlyſſi tribuiſſet Homerus. Pa ntis Vlixei Hor. Epiſt. 1, 7, 40 *triſyllab. Bentl.* Pellacis Vlixi Vi. Aen. 2, 90 *Heinſ. Burm.* Saeui terram execramur Vlixi Id. Ae 3, 273 *idem.* Solers Vlyſſes Iuuen. Sat. 9, 65. Deprenſus lixis ingenio Ouid. Met. 13, 304. Confidit ſocio ſemper Vlixe Id. Me 13, 240.

. LYSSIPO, nis. m. [Ὀλισσίπων *Ptolemaeo*] *Luſit niae metropoli quam tradunt Graeci, ab Vlixe conditam eſſe* Plinio Olyſſipo *ſ.* Oliſipo 4, 2 ſ. 35. *it.* 8, 42 ſ. 67.

. YSSIPPONENSIS, e. Adi. Vlyſiponenſe promontorium Pli 4, 21. *Sed meliores* Oliſiponenſe.

V M B

VMBELLA, *vid.* VMBRA.

. MBER, *vid.* VMBRIA.

. MBILICVS, i. m. [ὀμφαλὸς] *Ligamentum et quaſi nodus un m inteſtinorum, quod mediam fere planitiem ventris obtinet: veſti- uans eorum vaſorum, per quae foetus, dum eſt in vtero matris, nu- it.* Vmbilicus dictus, quod ſit ibi vmbo iliorum Iſidor. 11, 1. Plin 11, 37 *extr.* Venarum in vmbilico nodus ac coitus. Neque o r vmbilicus eſt hominis medius Varro L. L. 6, 2. Plin. 10, 52 . Vmbilicus ouis a cacumine ineſt, ceu gutta eminens in puta- . Caſtrare vmbilicum, *vid.* CASTRO. ¶ 2 Vmbilicus, *Quidquid in aliqua re eſt medium.* Cic. Verr. 4, 106 c. 48 Et n eſſe Liberam, quam eandem Proſerpinam vocant, ex Ennenſi nemore, qui locus, quod in media eſt inſula ſitus, vmbilicus Siciliae nominatur. Liu. 35, 18 Aetoli vmbilicum Graeciae inco- . Vt repente in medio vmbilico Graeciae conſpicerentur, Del- . aſcendit Liu. 41, 23. Cic. de Diuin. 2, 115 O ſancte Apollo, n mbilicum certum terrarum poſſides. *ex Poeta.* Delphi, vmbilicus orbis terrarum Liu. 38, 48. Plin. 3, 13 ſ. 17 In agro Reatino utiliae lacum, — Italiae vmbilicum eſſe, M. Varro tradidit. . ad vmbilicum iam eſt Plaut. Men. 1, 2, 45. Vmbilici, *inter- , Ornamenta quaedam et firmamenta librorum.* Hor. Epod 14, 8

> Deus deus nam me vetat
> Incoeptos olim promiſſum carmen, iambos
> Ad vmbilicum adducere.

et ſchol. *Cruqu.* Sumta metaphora ex vmbilico corporis, ad cuius m ex oſſe, ligno, aut alia materia vmbilici formati, libris addi a oni ſolent, ad conſeruationem et ornatum. Ad vmbilicum d re, pro finire, *etc.* *Nempe* vmbilicus *proprie videtur eſſe illud tr um baculi vel cylindri, cui inuoluitur volumen, quod vtrinque emi- t medio, cui maioris ornatus cauſa, etiam* cornua *quaedam impo- , nunquam. Hoc ſuadet Pluralis hac in re fere adhibitus.* Martial. 4, 91 Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle, Iam peruenimus vsque d vmbilicos. Idem 5, 6 Nigris pagina creuit vmbilicis. *Et* . ictis luxurieris vmbilicis Idem 1, 67. Liber vmbilicis cul- us tque membrana Catull. ad Varum ſ. 22, 7 Chartae regiae, Noui libri, Noui vmbilici. *Et diſerte* Binis vmbilicis decoratus . ibe Stat. Silu. 4, 9, 8. Sidon. Epiſt. 8, 16 Iam venitur ad margines vmbilicorum, iam tempus eſt, vt Satyricus ait, Oreſtam noſtram l per terga finiri. *Vbi ergo vnius* vmbilici *mentio ſit, vel ſyneccdoche est, vel habuere volumina quaedam ab vno tantum extremo vmbili- um vel denique cylindrum illum medium ſ. axin voluminis* vmbilicum ti dixere. *Nam duos baculos, duos cylindros, quales habent hodie acr Iudaeorum volumina, et chartae maiores Geographicae, neſcio an li- ent ituere: certe non ſatis ad quaerendum erat otii. Nec obſerua- t quiddam Schwarzius in diſp. altera de ornamentis librorum, vbi* vmbilicum *illuſtrat* §. 15. *Illud addo, ſi duo cylindros, duo ibuiſſent volumina, duos vmbilicos, alter ſemper fuiſſet ab initio: illa certe volumina, quae originem dedere prouerbio vnum modo cy- m habuere, vna forte etiam ex parte ſolum* vmbilico *instructum, qui quandos frontes ſufficeret ſcilicet.* ¶ 3 Vmbilicus, *ares circulus in terra deſcriptus ad dignoſcendos ventos.* Plin. 18, 33 ius mediam longitudinem duci ſarculo ſulcum, vel cinere line- m, verbi gratia pedum XX conueniet: mediamque menſuram, hoc t peae cir umſcribi circulo paruo, qui vocatur vmbilicus. *Eſt c* vmbilicus *nihil aliud, quam centrum in deformatione figurae, quae . caeli et ventos indicet: quod totus locus indicat. Eadem ra- . Gnomon in Solario horologio* vmbilicus *vocatur.* Plin. 6, 34 . n hoc caeli circumflexu *(elimate)* vmbilicus, quem Gnomo- em ocant, VII pedes longus, vmbram non amplius quatuor pedes n reddit: *et mox,* Vmbilicus aequinoctio XXXV pedum vmbram . XI pedes longam facit. Vmbilici, *Parui ac rotundi, politique pili* Cic. de Orat. 2, 22 c. 6 Non audeo dicere de talibus viris, ſed tamen ita ſolet narrare Scaeuola, conchas eos et vmbilicos ad Caietam et ad Laurentum legere conſueſſe. *Lapillos ſ. calculos inter- retatur viri docti ex* Val. Max. 8, 8, 1 *vbi* conchulas et calculos lecti- taſſe ipio et Laelius dicuntur. *Sed* vmbilicos *ibi etiam quidam li- ri,* κοχλίας vmbilicos *vertit Gaza, quod monet Schottus Obſeruatt.* 3, *t ſunt ſine conchae plures, quibus hanc figuram tribuas. Etiam* Caligula *apud* Aur. Vict. Conchas vmbilicosque in ora maris Oceani egi Legionibus iuſſit. Veneris vmbilicus, *Planta eſt, vid.* Apul de Herb. c. 42.

V BILICĀTVS, a, um. [ὀμφαλόεις] *Quod vmbilicos habet, vel aliquid ad vmbilici ſimilitudinem.* Plin. 13, 4 Et in aluo medio pleriſque vmbilicatum. *de palma.*

V ILICARIS, e. Adi. *Vt,* Neruus vmbilicaris Tert. de Carne Chr. c. 20.

V BO, ōnis. m. [ἴτυς, ὀμφάλιον] *Media eminensque pars clypei eſt.* Varro de L. L. 4, 24 p. 29, 29 Vmbones aut a Graeco, vel quod ambi es. *Vbi Scaliger emendandum cenſet* Vmbones a Graeco quod Ἄμβωνες. *Nam Graeci* ἄμβωνας *vocant, quidquid extumidum eſt, et promet, vt ventrem ampullarum, etc.* *vid.* Iſidor. 18, 12. *Scalig. Coni .p. 50. Barth. ad* Stat. Theb. 6 p. 441. Liu. 4, 19 Aſſurgentem ibi regem vmbone reſupinat. Id. 9, 41 Vmbonibus incuſſaque ala ſternuntur hoſtes *Metaph. de Promontorio* Vndiſonae quos circuit vmbo Maleae Stat. Ach. 98. Riget vmbo maligni Montis Id. Silu. 3, 1, 116. Vmbo *in gemma* Plin. 37, 6 Arabicae excellunt candore circuli praelucido, atque non gracili, neque in receſſu gemmae, aut deiectu renitente, ſed in ipſis vmbonibus nitente, praeterea ſubſtrato nigerrimi coloris. Vmbo, *Scutum: a parte totum* Virg. Aen. 9, 810 — Nec ſufficit vmbo Ictibus. *vid.* 10, 884. Fortis crebris ſonat ictibus Vmbo Lucan. 6, 192. Vbi ſonus molientium, aut appoſitae ſcalae hoſtem in manus dederant, Propellere vmbone, pilo ſequi Tac. Hiſt. 4, 29, 6. Curtius 3, 10, 6 Totam aciem ſuo pauore fluctuantem vmbonibus poſſe propelli. Martial. 3, 46 *de aſſectatore vrbano, qui clipeum non habet,* Cunctos vmbone repellet: *ludit nempe, et idem facere ait hominem, quod in pugna milites, cum vi repellunt hoſtem.* Vmbo *in veſtitu Romano, eſt velut centrum plicarum ſ. rugarum in toga collectarum, vt monuit Caſaubon. ad illud* Perſii 5, 33 Cum — tota impune Saburra Permiſit ſparſiſſe oculos iam candidus vmbo, *i. poſtquam toga pura (tota candida) ſ. virilis ſumta maiorem ſine cuſtode vagandi licentiam conceſſit. Late hoc exſequitur Salmaſ. ad* Tertull. de Pallio Totumque contracti vmbonis figmentum p. 373 *ſqq.* *Quae de* vmbone clypei *ad Perſium diſputabantur, nihil ad eam rem pertinebant.*

VMBRA, ae. f. [σκιὰ, σκίασμα] *Lucis abſentia, in primis, cum ſolis radii intercipiuntur alicuius corporis obiectu, praeſertim nubium.* Cic. de Orat. 1, 28 Nam me haec tua platanus admonuit, quae non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis, quam illa, cuius vmbram ſecutus eſt Socrates. Nemorum altorum vmbrae Virg. Georg. 3, 520. Vmbras *dici pro ramis ipſis apparet etiam ex iis, quae mox damus in* Tremulae, Viridis, *et* n. 2 *in* Excutit. Aemula vmbra, *vid.* AEMVLOR. Apta vmbra paſtoribus Ouid. Met. 1, 681. Arborea vmbra Idem ibid. 10, 129. Caua vmbra Virg. Aen. 2, 360. Denſae vmbrae in montibus Idem Georg. 1, 342. Dulcis vmbra Idem Aen. 1, 698. Frigida noctis vmbra Idem Ecl. 8, 14. Grauis vmbra Idem ibid. 10, 75. Horrenti vmbra atrum nemus Idem Aen. 1, 169. Ingens vmbra Idem Georg. 2, 19. Largae vmbrae opulenta ſilua Stat. Theb. 6, 91. Leuis vmbra nemoris Ouid. Met. 5, 336. Longae vmbrae, Matutinae vmbrae, *vid. ſſ. ll.* Nemorales vmbrae Ouid. Amor. 3, 1, 5. Nocturnae vmbrae Idem ibid. 1, 8, 13. Nutrix aut nouerca vmbra, *vid.* NOVERCA. Obſcura vmbra Virg. Aen. 6, 452. Pampinea vmbra, *vid.* PAMPINVS. Rhetorica vmbra Iuuen. Sat. 7, 173. Ad pugnam qui Rhetorica deſcendit ab vmbra, *i. A declamationibus, quae ſunt in ſcholis, ad verum certamen, ad veras lites et cauſas forenſes.* Seneca *apud* Tac. Ann. 14, 53, 4 Ego quid aliud munificentiae adhibere potui, quam ſtudia, vt ſic dixerim, in vmbra educata. Spiſſae vmbrae noctis Virg. Aen. 2, 621. Squallentes vmbrae picearum Sil. 1, 83. Sublustris vmbra noctis Virg. Aen. 9, 373. Tremulae vmbrae Stat. Theb. 5, 749. Vacua vmbra tonſoris Hor. Epiſt. 1, 7, 50. Viridis vmbra Virg. Ecl. 9, 20. ¶ 2 *Verborum formulae:* Abluit nigras vmbras ſibi terra Lucret. 4, 340. Accubat ſacra nemus vmbra Virg. Georg. 3, 333. Arefacta in vmbra folia Scribon. 92. Blanditur populus vmbra Ouid. Met. 10, 555. Cadunt vmbrae, *vid.* CADO. Captare vmbras et frigora Virg. Ecl. 2, 8. Coit minax vmbra Valer. Argon. 2, 579. *i. Tempeſtas in nubibus congregatur.* Contrahit vmbras dies medius Ouid. Met. 3, 144. Dimouerat polo aurora humentem vmbram. *h. e. Noctem* Virg. Aen. 4, 7. Diſcutit nigras vmbras aër lucidus Lucret. 4, 340. Diſcutit pallentes vmbras ſol, *Nubes diſſoluit,* Seruius Virg. Georg. 3, 357. Duplicat creſcentes vmbras decedens ſol Idem Ecl. 2, 67. Efficere vmbram Celſ. 1, 2. Excutit Africus vmbras tremulas Calpurn. Ecl. 5, 101. *i. ramos, qui vmbram praebent. Sic* Feſtus, Vmbrae vocabantur Neptunalibus caeſae frondeae pro Tabernaculis. Ire per vmbras ſub nocte Virg. Aen. 6, 268. Exuberat vmbra luxuria foliorum Idem Georg. 1, 191. Facere vmbram Quinctil. 5, 10. Fecerat exiguas vmbras ſol altiſſimus. Meridies erat Ouid. Met. 3, 50. Fecerat minimas vmbras ſol Idem ibid. 14, 54. Cic. de Diuin. 2, 17 c. 6 Vident ex conſtantiſſimo motu lunae, quando illa e regione ſolis facta Incurrat in vmbram terrae, quae eſt meta noctis, vt eam obſcurari neceſſe eſt. Inducere vmbras fontibus Virg. Ecl. 5, 40. Inducit vmbras terris nox Hor. Serm. 1, 5, 10. Ingruit vmbra vitibus Virg. Georg. 2, 410. Inuoluit nox caelum magna vmbra Idem Aen. 2, 251. Miniſtrans vmbram potantibus platanus Idem Georg. 4, 146. Nocent frugibus vmbrae Virg. Ecl. 10, 76. Obruit roriferis vmbris nox terram Lucret. 6, 864. Obtexitur caelum vmbra Virg. Aen. 11, 612. Porrigit ingentes vmbras murorum campus Stat. Theb. 12, 257. Requieſcere ſub vmbra Virg. Ecl. 7, 10. Siccare in vmbra Scrib. 110. Sufficiunt ſalices paſtoribus vmbram Virg. Georg. 2, 435. Vmbras arborum amputare Id. Georg. 1, 157. *i. Ramos arborum ſegetibus incumbentes.* ¶ 3 *Obſeruatt.* Cic. Att. 7, 11 O hominem amentem et miſerum, qui ne vmbram quidem vnquam τοῦ καλοῦ viderit. Vmbrae, *dicebantur olim, qui venirent ad conuiuium, non ipſi quidem per ſe vocati, ſed comites eorum, qui vocati fuerant: ſic illos ſequentes velut vmbra corpus vltro ſequitur.* Hor. Epiſt. 1, 5, 28

> Brutum tibi Septimiumque,
> Et niſi caena prior, potiorue puella, Sabinum
> Detinet, aſſumam: locus eſt et pluribus vmbris.

Idem Serm. 2, 8, 22 Cum Seruilio Balatrone Vibidius, quos Maecenas adduxerat vmbras. Plaut. Caſ. 1, 4 Decretum eſt mihi quaſi vmbra quoquo ibis tute, perſequi. M. Tullius Tuſc. Quaeſt. 1, 109 Etſi enim nihil in ſe habeat gloria cur expetatur, tamen virtutem tanquam vmbra ſequitur. Cic. de Petitione Conſ. 7 c. 2 Alter vero, dii boni, quo ſplendore eſt! primum nobilitate eadem. Num maiore? non: ſed virtute? Quamobrem? C. Antonius vmbram ſuam metuit, hic ne leges quidem. *Sic conſtituendus hic locus videtur.* Cic. Att. 15, 20 Etſi mihi videtur iſte, qui vmbras timet, ad caedem ſpectare, tamen niſi explicata ſolutione, non ſum diſceſſurus. ¶ 4 *Pictores* vmbrae *nomine diuerſimode vtuntur: primo de initiis picturae.* Si nemo plus effeciſſet eo, quem ſequebatur non eſſet pictura, niſi quae lineas modo extremas vmbrae, quam corpora in ſole feciſſent, circumſcriberet Quinctil. 10, 2, 7. *conf.* Plin. 35, 3. *Sed etiam aliter:* Tandem ſe ars ipſa diſtinxit, et inuenit lumen atque vmbras, differentia colorum alterna vice ſeſe excitante Idem ibid. c. 5. Sed habebat tamen illa in dicendo admiratio, ac ſumma laus vmbram aliquam et receſſum, quo magis id, quod erat illuminatum, exſtare atque eminere videatur Cic. de Orat. 3 c. 26. *Conf.* Plin. Epiſt. 3, 13. Cic. Acad. 4, 20 Quam multa vident pictores in vmbris, in eminentia, quae nos non videmus? ¶ 5 *Metaphorae.* Vmbra *et imago, cui opponitur Solida et expreſſa effigies.* Cic. Off. 3, 69 Sed nos veri iuris germanaeque iuſtitiae ſolidam et expreſſam effigiem nullam tenemus, vmbra et imaginibus vtimur. *Add.* Cic. pro Rabir. Poſt. 41. Vell. 2, 68 *pr.* Neque enim perſona vm-

bram actae rei capit, *non talis eſt perſona Caelius, vt taceri eius acta poſſint; vmbra hic eſt obſcuratio, ſilentium de illo.* Liu. 32, 21 Quia ſub vmbra auxilii veſtri latere volunt, in ſocietatem veſtram confugiunt. *Add.* 34, 9. Cic. in Piſon. 57 c. 24 Nam vt leuitatis eſt inanem aucupari rumorem, vt omnes vmbras etiam falſae Gloriae conſectari. Honoris vmbra Tacit. Hiſt. 3, 73. Cic. pro Muraen. 13 In quo ipſam Luxuriam reperire non potes, in eo te vmbram luxuriae reperturum putas? Veritatis vmbra, *ſpecies quaedam, et quod veriſimile dicitur* Plin. 20, 2. Sub vmbra Tribunicia deliteſcere Liu. 4, 42. Ne contagio mea bonis, vmbraue obſit, *vt vmbra maioris arboris plantae minori* Cic. de Orat. 3, 162. ¶ 6 Vmbrae, *Manes, animae defunctorum, ſpectra* Plin. 7, 57 *contra immortalitatem animorum diſputans,* Quae deinde ſedes, quantaue multitudo tot ſaeculis (*generationibus*) animarum, velut vmbrarum? —— Quae genitis quies vnquam, ſi in ſublimi ſenſus animae manet, inter inferos vmbrae? Virg. Aen. 6, 390 Vmbrarum hic locus eſt, ſomni, noctiſque ſoporae. Tranquill. in Calig. c. 59 Satis conſtat cuſtodes hortorum, vmbris inquietatos. Seruius *in illud* Aen. 4, 654 Vixi: et quem dederat curſum fortuna peregi, Et nunc magna mei ſub terras ibit imago. Bene, *ait*, imaginem dixit. Valde enim quaeritur apud Philoſophos, quid illud ſit, quod inferos petat: Nam tribus conſtamus: Anima, quae ſuperna eſt, et originem ſuam petit, Corpore, quod in terram deficit: Vmbra, quam Lucretius ſic definit: Supra ſpoliatus lumine aër. Ergo vmbra ſi ex corpore creatur, ſine dubio perit cum eo: nec eſt quidquam reliquum de homine, quod inferos petat. Sed deprehenderunt eſſe quoddam ſimulacrum, quod ad noſtri corporis effigiem fictum inferos petat: et eſt ſpecies corporea, quae non poteſt tangi, ſicut ventus. *Hinc in* Aen. 6, 391 Corpora viua nefas Stygia vectare carina. Hanc autem rem etiam Homerus requirit, ſimulacro Herculis apud inferos viſo. Et ſciendum, ſimulacra haec eſſe etiam eorum, qui per apotheoſin dii facti ſunt. Vnde aut viſi eſſe apud inferos, aut illuc deſcendiſſe dicuntur. Hor. de Libero Carm. 2, 19, 30 Te vidit inſons Cerberus aureo Cornu decorum. Sciendum tamen abuti Poëtas, et confuſe vel Simulacrum, vel Vmbram dicere. *Hactenus* Seruius. *Add* Idem *ad* Aen. 2, 772. Dominus vmbrarum, *Pluto* Ouid. Met. 10, 16. Rector vmbrarum Senec. Oedip. ſ. 10. Rex vmbrarum, *Pluto* Ouid. Met. 7, 249. Crudelibus occubat vmbris Virg. Aen. 1, 551. Exangues vmbrae Stat. Theb. 1, 308. Gelidae vmbrae Ouid. Met. 8, 496. Gracilis vmbra, *Tenuis* Idem Triſt. 4, 10, 86. Imas Erebi deſcendit ad vmbras Virg. Aen. 6, 401. Infernae vmbrae, *vid.* INFERNVS. Inhumata vmbra Sil. 13, 445. Pallentes vmbrae Virg. Aen. 4, 357. Parentales vmbrae Ouid. Triſt. 4, 10, 87. Saeuae Stat. Theb. 10, 398. Senilis Ouid. Met. 14, 117. Silentes Virg. Aen. 6, 264. Stygiae Ouid. Met. 1, 139. Tenues Erebi vmbrae Virg. Georg. 4, 472. Triſtes vmbrae Idem Aen. 5, 734. Vltricis vmbrae vanis exagitari terroribus Quinctil. in Sepulcro incantato Decl. 10 *ad finem.* Volantes nocte vmbrae Ouid. Amor. 1, 6, 13. Adigere aliquem ad vmbras infernas, *vid.* ADIGO. ¶ 7 *Obſ.* Vmbra, *piſcis* effugiens oculos celeri leuis vmbra natatu Auſon. Moſ. v. 90. Corporis vmbrae Liuentis Ouid. Hal. 111. *conſ.* Colum. 8, 16, 8. Enn. *ap.* Beroald. *ad* Colum. *c. l.* Vmbra *et* Vnda confunduntur in libris MSS. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 4, 681.

VMBELLA, ae. f. Dimin. [σκιάδιον] *Qua feminae arcent ſolis ardores, vt,* Viridis vmbella Iuuen. Sat. 9, 50.

VMBRO, āre. [σκιάζω, σκοτόω] *Tegendo vmbram facere.* Columel. 5, 6 Tum omnes paene virgae, ne vmbrent, eo tempore quo vitis putatur, abraduntur. Plin. 19, 1 Marcellus velis forum vmbrauit. *Add.* Stat. Silu. 4, 2, 37. Montes vmbrantur opaci Virg. Aen. 3, 508. *Add.* Ammian. 16, 2.

VMBRANS, antis. Partic. *Vt,* Arbuſtis vmbrantibus tegi Pallad. Auguſt. t. 8. *Add.* Idem l. 14 *de ceraſo.* Cilio vmbrante tegi Prudent. Hamart. v. 873.

VMBRĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. *vt,* Dux vmbratus roſis Claud. de Bello Gildon. 446. Vmbratus genas Stat. Silu. 3, 4, 79. *i. barbatus.* Currus vmbratus Manil. 2, 139. Tempora vmbrata quercu Virg. Aen. 6, 772. *Conſ.* Stat. Theb. 6, 553. Val. Flacc. 4, 158.

VMBRATVRVS, a, um. Part. Claud. Nupt. Hon. et Mar. v. 149 Vmbratura Deam retro ſinuatur in arcum Bellua.

VMBRATĬCVS, a, um. Adi. [ἐπίσκιος] *Quod eſt in vmbra.* Homo vmbraticus *dictus eſt a* Plaut. in Curc. 4, 3, 24 Trapezita, qui in vmbra ſub tecto vitam agit otioſam. Doctor Petron. c. 2. *vid. Interpp. h. l.* Vmbraticus et imaginarius Praeceptor Lactant. 6, 12. Plin. Epiſt. 9, 2 Nos quam anguſtis terminis claudamur, etiam tacente me perſpicis: niſi forte volumus ſcholaſticas tibi, atque, vt ita dicam, vmbraticas Literas mittere. *Alii legunt* Vmbratiles. Senec. de Benef. 4, 2 In hac parte nobis pugna eſt cum Epicureorum delicata et vmbratica turba, in conuiuio ſuo philoſophantium.

VMBRATĬCŎLA, ae. c. *Vmbraticus, mollis.* Plaut. Truc. 2, 7, 4 Moechus cincinnatus, vmbraticola.

VMBRICOLA, ae. c. Vmbricolis habitata cubilia talpis Strabo Gall. in Hort. praef. *Add.* Id. 2, 26.

VMBRATILIS, e. Adi. [σκιόεις] *Vt, Vita vmbratilis et delicata.* Cic. Tuſc. 2, 27 c. 11 Sic ad malam domeſticam diſciplinam vitamque vmbratilem et delicatam, cum acceſſerunt etiam Poëtae, neruos omnis virtutis elidunt. Cic. de Orat. 1, 157 c. 34 Educenda deinde dictio eſt ex hac domeſtica Exercitatione et vmbratili medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in caſtra atque aciem forenſem. Imperium caſſum et vmbratile Ammian. 21, 16 *extr.* Literae Plin. Ep. 9, 2. Mora ſegnis et vmbratilis Columel. 1, 2. Oratio philoſophorum mollis et vmbratilis Cic. in Orat. 64. *Qui videlicet philoſophi in vmbraculis verſabantur. vid. mox* VMBRACVLVM: *it.* ORATIO. Vita vmbratilis et delicata Cic. Tuſc. 2, 27 c. 11.

VMBRATILĬTER. Adu. Sidon. Epiſt. 2, 10 Vmbratiliter effingere, *i. Leui pictura.*

VMBRACVLVM, i. n. [σκηνή] *Locus compoſitus et tectus frondibus aut re alia quacunque ad vmbram praebendam.* Varro de R. R. 1, 51 Vbi ea re tecta et loca calida prope aream faciunt, ac vmbracula quo ſuccedant homines in aeſtu, tempore meridiano. Sol vmbraculis facile depellitur Columel. 3, 2. *Conſ.* Pallad. Nou. t. 7. Virg. Ecl. 9, 42 —— Et lentae texunt vmbracula vites. *Ad quem locum* Macrob. Sat. 6, 4. *obſeruat, fuiſſe, qui putarent, hoc* verbum Virgilio auctore compoſitum: *contra quos ipſe* Varronis *et* Ciceronis [...]monia *adfert.* Tegmen et vmbraculum Columel. 3, 10. [...] de Clar. Orat. 37 Proceſſerat enim in ſolem et puluerem, non [...] militari tabernaculo, ſed vt e Theophraſti doctiſſimi hominis vm[bra]culis. Idem de Legib. 3, 14 c. 6 Mirabiliter doctrinam ex v[mbra]culis eruditorum, otioque non modo in ſolem atque in pulu[erem], ſed in ipſum diſcrimen aciemque produxit. *Ductum a Gymna[...] ambulationibus, quae arborum vmbraculis erat opacae: vt in Ac[...] et Lyceo. vid.* Procedere in Solem, *in* SOL. Vmbraculum [...] *Vmbella mulieris.* Ipſe tene Diſtenta ſuis vmbracula virgis O[...] A. 2, 209. *qui locus oſtendit ea hodiernis noſtrarum mulierum vm[...] lis plicatilibus ſimilia fuiſſe.* Ouid. Faſt. 2, 311 Aurea pellebant [...] dos vmbracula ſoles. Aurea Summoueant rapidos vmbrac[ula] les Claud. Conſ. Honor. 4, 340. Vincant ſoles vmbracula M[...] 14, 28. Vincta vmbracula ſertis Tibull. 2, 5, 97.

VMBRĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [σκιοφόρος] *Ferens vmbram.* [...] de Diuin. 1, 22 c. 13 Inque Academia vmbrifera, nitidoque [...] Fuderunt claras foecundi pectoris artes. Varro de R. R. 2, 2, 11 [...] ter meridianos aeſtus dum deferueſcunt, ſub vmbriferas rupes, et a[...] patulas ſubiiciunt. Fundo vmbrifero Styx liuida Stat. Theb. [...] Nemus vmbriferum Virg. Aen. 6, 473. Sub Platano vmbrifer[a] [...] de Diuin. 2 c. 30. Rupes Varro R. R. 2, 2, 11. Vnda [vm]briferae ſulcator Stat. Theb. 8, 18 Charontem intelligit et Stygem [...] Prudent. Hamart. v. 239.

VMBRŌSVS, a, um. Adi. [σκιερός] *Opacus.* Cic. Qu. Fratr. [...] Ego locum aeſtate vmbroſiorem vidi nunquam. Plin. 16, 2[...] folium maximum vmbroſiſſimumque. Idem 11, 27. Fere [...] ſiſſima ſunt, quaecunque vmbroſiſſima Sen. Qu. Nat. 3, 10. [...] vmbroſa Virg. Georg. 2, 66. Arundo vmbroſa Idem Aen. [...] Auernus Propert. 3, 17, 1. Cacumina vmbroſa Virg. Ecl. [...] Collis vmbroſus Ouid. de Arte Am. 2, 421. Nemus vmb[roſum] Idem Met. 7, 75. Ripa Hor. Carm. 2, 1, 3. Silua Ouid [...] 1, 693. Tecta Tibull. 1, 4, 1. Vallis Virg. Georg. 3, 331.

VMBRIA, ae. f. [Ὀμβρική] Regio Italiae, quam Plin. [...] in ſexta regione *collocat et addit* Vmbrorum gens antiquiſſima [...] exiſtimatur, vt quas Ombrios a Graecis putent dictos, quod i[n inunda]tione terrarum imbribus ſuperfuiſſent. Trecenta eorum oppida [...] debellaſſe reperiuntur. *Haec Plinius, qui deinde enumerat populos* [...] rinos, Spoletinos, *etc.* Meminit Vmbriae Cic. de Diuin. 1, [...] Lucan. 2, 463.

VMBER, bri. m. [Ὀλομβρός] *Qui eſt ex Vmbria.* [...] in Egnatium 37, 11 Aut parcus Vmber, aut obeſus Hetruſcus. Vmber Hor. Serm. 2, 4, 40. Martius vmber Sil. 10, 313. [...] riti Vmbri rubicunda vxor Ouid. de Arte Am. 3, 303. Vmbri *quoddam genus ouium apud* Plin. 8, 49. *vid.* HYBRI[...] MVSIMON.

VMBRIVS, a, um. Adi. *Vt,* Terra Vmbria Gell. [...]

VMBRICA, ae. f. Cretae ſpecies Plin. 35, 17.

VMBRICIVS, i. m. Aruſpicis nomen Tac. Hiſt. 1, 27.

VMBRO, āre. *et* VMBROSVS, *vid.* VMBRA.

VMEO *pro humeo, in MSS. vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 522.

VMERVS, *pro* HVMERO *ſcribitur interdum, v. g. in* Te[...] Bentl. Phorm. 5, 6, 4.

VMIDIVS, *vel* VMMIDIVS (*pro quo* IMMIDIVS *inuenias etia[m]*) *men gentis Romanae.* Varro de R. R. 3, 3, 9 Immidii (*vt adhuc* [...] *eſt*) *mentio: vbi Vrſinus* VMMIDIOS *ex monumentis adfert.* H[...] Vmmidius *reſtitutus certatim a viris doctis. Vid.* Be[...] *Spanh. de num. Diſſ.* 10, 7. *Haverkamp. ad numos fa[...] in* Durmia.

V N A

VNA. Adu. [ἅμα] *Significat Simul.* Cic. Att. 7, 10 [...] Italia Pompeius conſiſtit, erimus vna. Cic. de Fin. 2, 69 [...] id non probares, quo minus Ambo vna necaremini, non prec[...] Vna inter ſe Plaut. Mil. 2, 1, 61. Ter. Adelph. 4, 3, 7 Sed [...] vt vna mecum ad matrem virginis eas. Virg. Ecl. 2, 31 [...] vna in ſiluis imitabere Pana canendo. Cic. de Amicit. 34 [...] Quod ſummi puerorum amores ſaepe vna cum praetexta, ſum[...] deponerentur. Vna tecum bona malaque tolerabimus Ter. [...] 3, 3, 23. Philoſophari vna cum aliquo Cic. de Finib. 2, 1[...] Verr. 1, 1 Is ſi mei conſilii cauſam rationemque cognouerit, [...] quod facio probabit, vna et in hac cauſa profecto neminem [...] praeponendum actorem putabit. *Sic legit* Valla; at noſtra [...] ria non habent ſecundum illud Vna.

VNANIMANS, antis. *Idem quod Vnanimis.* Plaut. Truc. [...] 81 Sociae vnanimantis, fidentis fuit officium facere.

VNANIMIS, e. *et* VNANIMVS, a, um. Adi. [ὁμόψυχος, [...] ὁμόθυμος] *Qui vnius eſt animi, et eiuſdem ſententiae cum altero.* [...] 7, 21 Noui Conſules foenebrem quoque rem, quae diſtinere vnan[imitatem] videbatur, leuare aggreſſi, *etc.* Virg. Aen. 4, 8 Quum ſic v[...] mem alloquitur male ſana ſororem. Fratres vnanimes Catull. [...] ranium ſ. 9, 4. Stat. Theb. 8, 669. Sodales vnanimi Catull. [...] phenum ſ. 28. 1. *conſ.* Val. Flacc. 4, 161 Vnanimi Plaut. Stich. [...] 49. *vel, vt eſt in Gronouiana,* vni animi.

VNANIMITAS, ātis. f. [ὁμοψυχία] *Conſenſus.* Plaut. T[ruc.] 2, 4, 81 Pro dii immortales, non amantis mulieris, ſed ſociae v[nani]mitatis fidentis fuit officium facere. *Sed melius alii legunt* Vnani[man]tis. Liu. 40, 8 Mihi, Antiocho, et cuilibet regum huius a[...] nulla re magis quam fraterna vnanimitate regnum aequaſſe. [...] Symmach. 1, 28 *c. not.* Iuret. Non. 2, 256.

VNANIMĬTER. Adu. Vopiſc. in Tac. c. 4 Quod me vna[nimi]ter delegiſtis. *add.* Vulg. Act. 2, 4. Tertull. de Pat. c. 1.

V N C

VNCIA, ae. f. [οὐγκία] *Vna ex duodecim partibus aſſis, ſiue* [...] *deris ille nomen ſit, ſiue cuiuſcunque menſurae. Verbo* Vncia *eſt pars* [...] *decima cuiuſcunque rei. v. g. librae,* Plaut. Men. 3, 3, 3 Atque huic [...] das auri pondo vnciam. Idem Rud. 4, 2, 8 Neque piſcium [...] vnciam pondo hodie cepi. *Ad Aſſem hereditatis, i. totam ſubſtan[tiam]* *refertur* Cic. Att. 13, 48 Mortuus enim Babulius. Caeſar, op[...] ex vncia. etſi nihil adhuc. ſed Lepta ex triente. *conſ.* Sen. Con[...] *extr.* Horat. A. P. v. 327. Colum. 5, 1. Plin. 14, 3. Vncia [...] Duodecima pars iugeri Varro de R. R. 1, 10. *Duodecima pars* [...]

ollicem *dicimus.* Plin. 15, 24 Latitudo pollicaris, quae et vncia- . . . Frontinus de Aquaeductibus, Eſt autem digitus, vt conuenit, . . . decima pars pedis, vncia duodecima. Celſ. 5, 17 Sed et antea . . . volo in vncia pondus denariorum ſeptem eſſe. Vncia, Duode- . . . pars ſextarii, *vid.* Sextarius Romanus, *in* S E X. Vncia vſura, . . . *duodecima pars eſt Centeſimae, et huius velut Aſſis vncia vna, cum . . . ngulis menſibus, pro more Romano, vſurae nomine vnciam ſoluat, . . . non niſi vnam aſſem centeſimum ſoluat, vid.* A S. Scaeuola . . . tium. §. Praefectus. D. de adminiſtr. et peric. tutorum, Praefe- . . . egionis ita teſtamento cauit: Volo vt ſit in arbitrio tutorum filii . . . ſi voluerint huius ſummae vncias inferre vſurarum nomine, ita . . . mi diſpergantur. Quaero, ſi apparuerit pecunia foenerata a tu- . . . us: iudicio tutelae vncias vſuras, an vero eas, quas ſtipulati ſunt, . . . tare debeant.

. . . N C I O L A, ae. f. Dimin. [ἀγκάδιον] Iuuen. Sat. 1, 40 Vncio- . . . Proculeius habet, ſed Gillo deuncem.

. . . N C I A T I M. Adu. [κατ' ἀγκίαν] Ter. Phorm. 1, 1, 9 Quod ille . . . tim vix de demenſo ſuo, ſuum defraudans genium comparſit mi- . . . Plin. 28, 9 Datur et phthiſicis vnciatim, cum vini veteris . . . na decocta, donec tres vnciae e toto reſidant.

. . . N C I A R I V S, a, um. Adi. [ἀγκιαῖος] *Vt*, Lex unciaria . . . *vbi nomen tantum ſupereſt.* Foenus vnciarium *quod modo in* . . . A Vſura *declarauimus.* Liu. 7, 16 De vnciario foenore a M. Duel- . . . L. Menenio Trib. pleb. rogatio eſt perlata. Tac. Ann. 6, . . . Sane vetus vrbi foenebre malum, et ſeditionum diſcordiarumque . . . rrima cauſa, eoque cohibebatur antiquis quoque et minus cor- . . . moribus. Nam primo duodecim tabulis ſanctum, ne quis vn- . . . o foenore amplius exerceret, cum antea ex libidine locupletum, . . . retur. deinde rogatione Tribunicia ad ſemuncias redacta, poſtre- . . . vetita verſura. *Vid. Graeu. ad* Cic. Att. 1, 12 p. 63. Stips vn- . . . Plin. 34, 5. Vites vnciariae *eaedem quae* Vnciales a pondere acino- . . . dictae Id. 14, 3. *Quas adeo recte in ſpecioſis refert* Colum. 3, 2, 2.

. . . N C I A L I S, e. Adi. [ἀγκιαῖος] *Quod eſt vnius vnciae.* Al- . . . vncialis Plin. 18, 16 ſ. 43. Aſſis vncialis, *Qui vnciam tantum . . . bat* Plin. 33, 3 Q. Fabio Maximo Dictatore aſſes vnciales facti. . . . ae vnciales. Hieronymus in Praefatione libri Iob *extr.* Habeant . . . volunt veteres libros vel in membranis auro argentoque deſcri- . . . vel vncialibus (vt vulgo aiunt) literis onera magis exarata quam . . . es. Vnciales literas *vnciam, i. duodecimam pedis partem altas in- . . . pronum eſt. Quidam libri, Eraſmo teſte,* initialibus. *Sed ſer- . . . de totis codicibus, qui propter magnas literas* Onera *fiunt.* Nu- . . . vnciales Frontin. de Coloniis p. 131 *Goeſ. interpretante Goeſio indi- . . . s centuriarum vncias. Res non ſatis expedita.* Vua vncialis velut . . . dere acini Plin. 14, 3 ſ. 4, 9.

. . . N C T V M, *vid.* V N G O.

. . . N C V S, i. m. [ὄγκινον] *Fuſtis vel baculus ferreus, ab vno la- . . . ncuruus ac ſeſe retorquens: quo inſtrumento damnati trahebantur . . . et ſpectaculi cauſa.* Iuuen. Sat. 10, 66 Seianus ducitur vnco . . . ndus. Plin. in Paneg. 33 Nemo e ſpectatore ſpectaculum . . . miſeras voluptates vnco, et ignibus expiauit. *A Graeco fit:* . . . *cum* ὄγκ*ῶσαι extuberare et intumeſcere dicunt: et* ὄγκον *tumorem:* . . . ὄγκινον vncum ſiue vncinum: *quod vbi incuruatur, quodammodo . . . eſcere atque extuberare videatur.* Cic. pro C. Rabir. 16 Nos a ver- . . . bus, ab vnco, a crucis denique terrore, neque res geſtae, neque . . . aetas, neque noſtri honores vindicabunt? Idem Philipp. 1, 4 Vncus impactus eſt fugitiuo illi, qui in C. Marii nomen inuaſe- . . . Columel. 3, 18 Et velut vncus infixus ſolo, antequam extra- . . . r, praerumpitur. Ferreus vncus Liu. 30, 10. Cic. Phil. . . . Vncus impactus eſt fugitiuo illi, qui in C. Marii nomen inuaſerat. . . . *nempe vnco vel in ignem, vel ad Gemonias ſcalas, aut in Tiberim . . . bantur. Infigebatur autem gutturi, vnde a Iuuenale ſcriptum eſt,* . . . , 156 Qui fixo gutture fumant. Et Propert. 4, 11, 141 Et bene . . . fixum mento diſcuſſeris vncum, Nil erit hoc, roſtro te premet . . . ſuo. Naualis vncus, *Harpago* Valer. Argon. 8, 298. Se- . . . s vncus Hor. Carm. 1, 35, 20 *inter inſtrumenta* Neceſſitatis: *ha- . . . intelligit Turnebus plumbo firmandum: et additum eſt* liquidum . . . plumbum. *Sed malim tamen cum* Vet. Schol. *eum intelligere* vncum, . . . puniebantur damnati. Nam et reſoluto plumbo rei puniri con- . . . ſueuerunt. Cato R. R. c. 10, 1. *it.* 13, 1 *in inſtrumento villae* vncl . . . fer i. *Add.* Colum. 3, 18, 2. Vncus, *pro Ancora* Val. Flac. . . . Argon. 2, 428 Has inter lacrimas legitur piger vncus arenis: Iam re- . . . apuere ratem, *etc.*

. . . N C V S, a, um. *Incuruus.* [γαμψὸς, ὀγκινοειδὴς] Colum. 7, 11 . . . e vncis digitis alterum quoque teſticulum educito. Plin. 11, 37 . . . Aquticis vnci vngues ſunt. *conf.* Colum. 4, 13. Celſ. 7, 10. Laeuia . . . nca, contraria ſunt apud Lucret. 2, 426. Aera vnca Ouid. . . . ont. 2, 7, 9. *i. Hami.* Aratrum vncum Virg. Georg. 1, 19. . . . la vnca minatur ſcorpius Ouid. Met. 15, 371. Cornibus vncis . . . taurus Propert. 2, 5, 19. Dente vnco recluditur tellus Virg. . . . g. 2, 423. Hami vnci Ouid. Met. 15, 476. Labrum vn- . . . Lucret. 4, 592. Vncae tela Manus Sil. 14, 323. Morſu . . . naues alligat anchora Virg. Aen. 1, 173. Ora vnca Stat. . . . Theb. 3, 534. *de aquilis.* Pedes vnci Virg. Aen. 3, 233. Reti- . . . la vnca Stat. Silu. 3, 2, 32. Vnguibus vncis timendae volu- . . . Lucret. 5, 31. Vomer vncus Virg. Georg. 2, 223.

. . . N C I N V S, a, um. Paullinus Natal. Felic. 7 v. 270 Staminis vncino, . . . qui piſcis, inhaeſerat hamo.

. . . N C I N V S, i. m. [κόραξ σιδήρεος, Gloſſ. Lat. Gr. κόραξ σιδηρᾶς θύ- . . . ρας.] *Idem quod vncus* Apul. Met. 3 p. 135 Peſſulis iniectis et vncino . . . iter immiſſo: Vncinis aereis tollere vermes Pallad. Mart. t. 10.

. . . N C I N A T V S, a, um. Adi. [ὀγκινωτὸς] *Vncinis armatum.* Cic. . . . Acl. 4, 121 c. 38 Nec vt ille, qui aſperis et laeuibus, et hamatis vn- . . . ciniſque corporibus concreta haec eſſe dicat interiecto inani.

. . . N C A T V S, a, um. *Inſtar vncini factus.* Cael. Aurel. Tard. 5, . . . Quidam vncati permanent. Literae vncatae Sidon. Epiſt. . . . Vncatis Syllogiſmis aliquem inhamare Sidon. Epiſt. 9, 9.

. . . N C A T I O, ōnis. f. Cael. Aurel. Acut. 2, 32 Vnguium vncatio . . . quam γρύπωσιν vocant.

. . . N C I P E S, ĕdis. Cui vncus pes Tertull. de Pallio c. 5.

. . . N C O, āre. *Vox vrſorum.* [ὀγκᾶσθαι] Auctor Philomel. v. 51 . . . s ferus vncat.

V N D

. . . N D A, ae. f. [κῦμα, ῥεῦμα, ὕδωρ] *Proprie Pars aquae collecta, et . . . vnam partem tendens, vt quum fluctuat mare.* Cic. Philipp. 10, 8, c. 4 O Spectaculum illud non modo hominibus, ſed vndis ipſis et lito- ribus luctuoſum, cedere e patria ſeruatorem eius, manere in patria proditores. *Apud* Plaut. in Milit. 2, 6, 33 Vnaarum plenum ma- re. Vnda *ponitur pro* Aqua *generatim* Ouid. Met. 1, 22 Et terris abſcidit vndas. *h. e.* Mare a terra ſeparauit. Aereae vndae, *Nu- bes* Lucret. 2, 151. Caecis erramus in vndis, *Tenebricoſis* Virg. Aen. 3, 200. Deformis vnda Stigis Senec. Thyest. 1, 8. Dul- ces vndae Virg. Georg. 2, 243. Claud. in Ruff. 1, 91. *al.* Reſiduae Acrius Harpyiis, Flauis incertius vndis. Fluctiuaga vnda Stat. Theb. 1, 271. Formoſae vndae Propert. 1, 2, 41. Gelida vnda perluor Hor. Epiſt. 1, 15, 4. Grata vnda ſiti Ouid. de Rem. Amor. 406. Humilis vnda, *Non profunda* Senec. Agamemn. 6. Inertes vndae Lucan. 4, 1 7. Innabilis vnda Ouid. Met. 1, 16. Lapidoſae vndae Idem ibid. 15, 23. Limoſae vndae Sil. 8, 602. Liquidae vndae Virg. Aen. 5, 859. Mendax vnda ſcrupeis vadis, *Perículoſa ob vada ſaxoſa, quibus atteruntur naues* Senec. Agamem. ſ. 6. Minax vnda Hor. Carm. 1, 12, 32. Molles vndae Lucret. 5, 375. Nigrae vndae Lucret. 3, 841. Nitidis vndis argenteus fons Ouid. Met. 3, 407. Opaca vnda Idem ib. 14, 330. *al.* Amoena vmbra. Praeceps vnda Stat. Theb. 6, 774. Rapax Ouid. Met. 8, 550. Rapida Idem ib. 7, 6. Rauca vnda Idem ib. 11, 783. Idem ibid. 2, 246 Quaque Recuruatis ludit Maeander in vndis. Saeuae vndae Lucret. 5, 223. Salſae vndae Idem 6, 891. Salubris vnda Ouid. de Arte Am. 1, 258. Sequaces vndae, *Malae* Virg. Aen. 5, 193. Silens vnda, *Quieta* Valer. Argon. 5, 522. Spu- mea Virg. Aen. 10, 212. Spumoſa Idem ib. 6, 174. Stygiae vndae, *vid.* S T Y X. Virg. Aen. 8, 87 Leniit, et Tacita re- fluens ita ſubſtitit vnda. Tarda vnda innabilis palus Virg. Ge- org. 4, 479. Tenui vnda pellucidus fons Ouid. Met. 3, 161. Tepidae vndae Ouid. Met. 2, 269. *al.* Antra. Torrentem vndam leuis innatat alnus Virg. Georg. 2, 451. Tremulae vndae Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 2. Triſti vnda innabilis palus Virg. Aen. 6, 438. Vaga vnda Ouid. Met. 8, 595. Veloces vndae Lu- can. 1, 433. Vitreae vndae Ouid. Met. 5, 48. *al.* Antra. Vo- lucris vnda Valer. Argon. 5, 428. ¶ 2 *Verba et Parti- cipia:* Agitata ventis vnda Senec. Agamemn. ſ. 6. Albeſcen- tes vndae Sil. 8, 453. Alludentes vndae Ouid. Met. 4, 342. Aſperat hiems vndas Aquilonibus Virgil. Aen. 3, 285. A- pic. 8, 6 p. 226 Cum bene (*cum*) illis tres vndas Bullierit, *i. ter ef- ferbuerit, vid. mox* Feruere. Conticuere vndae Ouid. Met. 5, 574. Currens vnda Idem Amor. 2, 16, 35. Curuata in montis faciem circumſtetit vnda Virg. Georg. 4, 361. Decreſcentes vndae Ouid. Met. 1, 345. Dehiſcens vnda terram inter fluctus aperit Virg. Aen. 1, 110. Deſilire in vndas Ouid. Faſt. 2, 111. Deſpumare vn- dam tepidi aheni Virg. Georg. 1, 296. Diuulſa remis ſonat vnda Ouid. Met. 8, 138. Dare vela per vndas Virg. Aen. 5, 796. Exaſperat concuſſas Triton vndas Ouid. Amor. 2, 11, 27. Exercet indomitas vndas Auſter Hor. Carm. 4, 14, 20. Exultantes vndae Ouid. Met. 13, 892. Feruentes aeſtibus vndae Idem ibid. 1, 18. Pallad. Nou. 22, 4 Vndis duabus aut tribus Feruere patieris. *Sic* Bul- lire *modo habuimus ex Apicio.* Haurire vndam ab omnibus Stat. Silu. 1, 2, 259. Impelditur vnda vnda Ouid. Met. 15, 181. Inca- neſcit vnda ſpumis Catull. Argon. 62, 13. Inhorruit vnda tenebris Virg. Aen. 3, 195. Innatare vndam, *vid.* I N N A T O. Inſilire vndis Ouid. Met. 8, 142. Inſonuit vnda Idem ibid. 4, 688. Intremuere vndae Virg. Aen. 3, 673. Labentes vndae Ouid. Met. 5, 387. Ludunt per vndas delphines Virg. Aen. 5, 595. Mer- gitur vnda delphinus, *vid.* M E R G O. Natare placidis vndis Ouid. Met. 13, 899. Proiicere aliquem in vndas Virg. Aen. 5, 859. Cic. Tuſc. 2, 67 Et qui Pelopis illi Neptuni, qui per vndas currus ſu- ſpenſos Rapuiſſe dicuntur. Ridentes vndae, *Nitentes et tranquil- lae* Lucret. 5, 1003. Satiare ora vnda Stat. Theb. 3, 455. So- nat incurſu vndarum vnda Ouid. Met. 11, 496. Spumans vnda Virg. Georg. 4, 529. Stridentes vndae Lucan. 9, 869. Sub- ſidunt vndae Virg. Aen. 5, 820. Surgentes vndae Idem ib. 6, 354. ¶ 3 *Obſeruatt.* Vnda prima preli, *Prima olei prelo expreſſi ſucatio.* Plin. 15, 4 Ex eadem quippe oliua differunt ſuci. Primum omnium crudae, atque nondum inchoatae maturitatis, hoc ſapore praeſtantiſ- ſimo. Quin et ex ea prima vnda preli laudatiſſima, ac deinde per deminutiones. Pallad. Ian. 19 Olei ſupernatantis vndam (*dum fer- vet*) pennis leuiter cogentibus in vaſa transfundes. *Per transla- tionem,* Cic. pro Planc. 15 c. 6 Sin hoc perſaepe accidit, vt et factos ali- quos, et non factos eſſe miremur: ſi campus atque illae vndae comi- tiorum, vt mare profundum et immenſum ſic efferueſcunt quodam quaſi aeſtu, vt ad alios accedant, ab aliis autem recedant; in tanto nos impetu ſtudiorum et motu temeritatis modum aliquem et conſi- lium et rationem requiramus? Bellorum vndae Claud. in Eutrop. 2, 507. Curarum vndae Catull. 65, 62. Vnda, *de Hominum multitudine* Virg. Georg. 2, 462 Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis Mane ſalutantum totis vomit aedibus vndam. Sepedum populorum vndae Apul. Met. 6 p. 177. *i. formicarum. conf.* Prud. Hip- pol. v. 227. *Barth. ad* Stat. Theb. 8 p. 93. *Drakenb. ad* Sil. 4, 159. ¶ 4 *A librariis confunduntur* vnda *et* vmbra, *v. v.*

V N D O, āre. [κυμαίνω, κυματίζω, κυματόω] *Vndas facere.* Virg. Aen. 12, 673 Ecce autem flammis inter tabulata volutus Ad caelum vndabat vortex, turrimque tenebat. *Metaph.* Regio vndat equis, floretque viris Valer. Flacc. 1, 539. *conf. Drakenb. ad* Sil. 7, 355. Vndare, *Inundare.* Stat. Achill. 1, 86 Quum tuus Aeacides tepido modo ſanguine Teucros Vndabit campos, *etc.*

V N D A N S, antis. Partic. Cic. de Nat. Deor. 2, 89 c. 35 Subter ra- dices penitus vndanti in freto Molem ex profundo ſaxeam, aut cae- lum erui. Valer. Argon. 5, 303 Praecipue Aeſonidem varios in- certa per aeſtus Mens rapit vndantem Curis, *etc. h. e. Curis agita- tum fluctuantemque.* Aetna vndans Virg. Georg. 1, 472 Vndae mo- do flammas euomens. Seruius. Chlamydem vndantem facere *motu, et aëre excepto* Plaut. Epid. 3, 3, 55. Fumus vndans miſto puluere, *h. e. Abunde exſurgens* Virg. Aen. 2, 609. Stat. Theb. 2, 635 — Nec vincla coërcent Vndantem fletu galeam. *Nimis hyperbo- lice* Luctat. Lacrimarum inundatio vincula galeae rumpebat. *Al. . . alter* Vet. Schol. Vtcunque fortiter adſtricta galea non poteſt, quin fletibus concuſſa viam det lacrimis. Habenae vndantes Virg. Aen. 12, 471. Lora vndantia, *i. Large effuſa* Idem ibid. 5, 146. Nilus bello vndans Idem Georg. 3, 28. Seruius, quaſi non vndas, ſed bella portans propter Antonii et Cleopatrae grauiſſimum praelium.

 Vul-

Vulnere perfundit vndanti ſomnum Stat. Theb. 2, 124. *h. e. Sanguine vulneris dormientem perfundit.*

VNDANTER. Adu. Apul. Met. 2 p. 244 Capillo fluente vndanter. Vndanter euomere Mart. Capella l. 2.

VNDABVNDVS, a, um. *Vt,* Mare vndabundum, [κυματίζουσα θάλασσα] *apud* Gellium *dicitur, Abunde vndas faciens,* l. 2 c. 30 Sed mare eſt etiam atque etiam vndabundum.

VNDĀTVS, a, um. Adi. [κυματωτὸς] *Vt,* Vndata imbricatim concharum diſtinctio Plin. 9, 33 ſ. 52.

VNDĀTIM. Adu. [κυματοειδῶς] *Ad ſimilitudinem vndarum.* Plin. 36, 7 Auguſtum vndatim criſpum in vertices: Tiberium ſparſim conuoluta canitie. Idem 13, 15.

VNDĀMEN, ĭnis. n. Auſon. Moſell. v. 32. *Alii hic legunt* Mamamen.

VNDŌSVS, a, um. Adi. [κυματώδης, κυματίας] *Vndis plenum.* Aequor vndoſum Virg. Aen. 4, 313. Fluctus vndoſior Solin. 22. Plemmyrium vndoſum Virg. Aen. 3, 693. Regna vndoſa, *Fluuius* Sil. 5, 21. Torrentes vndoſiſſimi Auguſtin. C. D. 22, 11.

VNDŌSE. Adu. Compar. Ammian. 27, 6 Freto vndoſius ab Euxino Ponto labenti.

VNDISŎNVS, a, um. Adi. [ῥόθιος] *Vt,* Aequor Virg. Aen. 4, 313. Dii vndiſoni Propert. 3, 20, 18. Rupes vndiſonae Stat. Achill. 1, 198. Saxum Val. Facc. 4, 44.

VNDVLĀTVS, a, um. Adi. [κυματοειδὴς] *Vndulata veſtis ad vndarum ſimilitudinem coniuncta.* Varro de vita Pop. Rom. 1 Et a quibusdam dicitur eſſe virginis Fortunae ſimulacrum, ab eo quod duabus vndulatis togis eſt opertum, perinde vt olim reges noſtri vndulatas et praetextatas togas ſoliti ſunt habere. Nonius, 2, 926 Varro, *inquit,* vndulatum noue pro puro poſuit. Plin. 8, 48 Vndulata veſtis primo lautiſſimis fuit, inde ſoriculata defluxit. *Conf. Heinſ. et Burm. ad* Ouid. A. Am. 3, 175.

VNDICŎLA, ae. c. *In vndis viuens. Vt,* Naiades vndicolae Varro *apud* Nonium 4, 50. Piſtris vndicola Auien. Phaenom. Arat. v. 809.

VNDIFLVVS, a, um. *Vt,* Gurges vndifluus Dracont. Hexaëm. v. 233. *add. ib.* v. 488.

VNDIFRĂGVS, a, um. *Vt,* Fluctus vndifragi Fortunat. Epiſt. Praemiſſ. Carm. 2, 3.

VNDIVĂGVS, a, um. *Vt,* Mare vndiuagum Eugen. Toletan. Carm. 16.

VNIVERSVS, a, um. Adi [ἅπας, σύμπας, ἀπαξάπας, ὅλος] *Quaſi Omnis ad* vnum verſus, *ſine aliqua exceptione. Et in ſingulari quidem idem eſt quod* Totus: *vt*, Vniuerſus ager, Vniuerſus exercitus. *In Plurali ſignificat* Omnes coniunctim. *Nam ſi dicimus*, Omnes ſibi domicilium conſtituerunt, *intelligitur*, *Domicilium ſibi vnumquemque conſtituiſſe. Si vero dicimus*, Vniuerſi ſibi domicilium conſtituerunt, *ſignificatur*, *Omnes ſimul vnum ſibi pro omnibus domicilium feciſſe.* Ter. Phorm. 1, 1, 11 Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo, ſuum defraudans genium comparſit miſer, id illa vniuerſum (*vno actu, ſimul omne*) abripiet. Cic. Acad. 4, 73 *Democritus ita* auſus eſt ordiri, Haec loquor de vniuerſis. Nihil excipit de quo non profiteatur: quid enim eſſe poteſt extra vniuerſa? Idem Off 3, 26 Ergo vnum debet eſſe omnibus propoſitum, vt eadem ſit vtilitas vniuſcuiuſque et vniuerſorum, *etc.* Excipere vnum pro vniuerſis Idem de Prouinc. Conſ. 23. Nep. 2, 4, 2 Vniuerſos eſſe pares aiebat, diſperſos teſtabatur perituros. Idem de Clar. Orat. 50 Laus eſt interdum in aliqua parte dicendi, in vniuerſa eloquentia laudem non habet. Idem pro Caecin. 58 c. 20 Tam reſtitues, ſi vnus ſeruulus, quam ſi familia deiecerit vniuerſa. Idem de Finib. 2, 112 Omne caelum totamque cum vniuerſo Mari terram mente complexum. Naturam contra vniuerſam nihil eſt contendendum Idem Off. 1, 110 c. 31. Vim oratoris definire vniuerſam et propriam Idem de Orat. 1, 64. Idem pro Roſc. Com. 44 Eſt tuae contumaciae, arrogantiae, vitaeque vniuerſae vox. Continens vniuerſa atque omnia communis rerum natura Idem de Nat. Deor. , 26. Idem in Orat. 117 Idemque etiam, cum res poſtulabit, genus vniuerſum in ſpecies certas, vt nulla neque praetermittatur, neque redundet, partietur et diuidet. Idem pro Quint. 89 Omnia autem bona poſſeſſa non eſſe conſtitui, quod bonorum poſſeſſio ſpectetur non in aliqua parte, ſed in vniuerſis, quae teneri ac poſſideri poſſunt. Idem pro Domo 134 Audierat ex illo, ſe a me bis ſalutem accepiſſe ſeparatim, ſemel, iterum, cum vniuerſis. Idem Fam. 6, 10 Singula perſequi non eſt neceſſe: vniuerſum ſtudium meum et beneuolentiam ad te defero. Idem A. in Verr. 1, 72 Si tantulum offenſum titubatumque ſit, vt ea, quae ſingulatim ac diu collecta ſunt, vno tempore vniuerſa perdamus. Dii ſeparatim ab vniuerſis ſingulos diligunt Cic. de Natur. Deor. 2 c. 66. *conf.* Idem de Orat. 1 c. 5. In vniuerſum, *vid.* IN *Praepoſitionem.* Vniuerſum, *pro* Vniuerſum Lucret. 4, 262

Ventus enim quoque paullatim quom verberat, et quom
Aere ferit frigus, non primam quamque ſolemus
Particulam venti ſentire, et frigoris eius,
Sed magis vniuerſum.

Conf. Rutgerſ. Var. Lect. 6, 1 p. 545.

VNIVERSE. Adu. [καθόλου, ὅλως] *Generaliter, ſiue generatim; cui* Sigillatim *opponitur.* Cic. Verr. 5, 142 c. 55 Quid ego de caeteris ciuium Romanorum ſuppliciis ſigillatim potius quam generatim neque vniuerſe loquar? *Vid.* Idem Att. 5, 2.

VNIVERSIM. Idem Gell. 1, 3 Summatim vniuerſimque.

VNIVERSĀLIS, e. Adi. [καθολικόν] Onomaſt. *Quod ad vniuerſos pertinet* Auctor ad Heren. 2, 37 c. 24 Nam huiuſmodi in rationibus, non vniuerſali atque abſoluta, ſed extenuata ratione expoſitio confirmatur. *Grut. leg.* vniuerſa. Plin. Epiſt. 10, 71, 2 Nihil inueniebam aut proprium aut vniuerſale, quod ad Bithynos ferretur. *Vid.* Quinctil. 2, 13. Apul. de Syllog. Cat. p. 374. Mart. Capella 4 p. 12..

VNIVERSALITAS. ātis. f. τὸ καθόλον Onomaſt.

VNIVERSALĬTER. Adu. Caius in l. quod ſaepe. §. in iis. D. De contrah. emt. Si grex vniuerſaliter vaenierit, *i. Totus vna venditione.* *Vid.* Cellar. Cur. Poſter. p. 102. *conf.* Mart. Capella 4 p. 121. Sic. Flacc. de Condit. agr. p. 4.

VNIVERSĀTIM. *Idem.* Sidon. Epiſt. 8, 2 Votis vniuerſatim feruentibus.

VNIVERSĬTAS, ātis. f. [τὸ πᾶν] Cic. de Nat. Deor. 2, 164 c. 65 Licet enim contrahere vniuerſitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, poſtremo deducere ad ſingulos. Plin. Epiſt. 3, 15 ad Proculum, Non temere iam nunc de vniuerſitate pronuntio, de partibus experiar legendo. Cic. de Nat. Deor. 1, 121 c. 43 Tum enim cenſet imagines diuinitate praeditas ineſſe in vniuerſitate rerum. Idem de Vniuerſ. 13 Quod ſi vniuerſitatis corpus planum et aequabile explicaretur, *etc.* Idem de Vniuerſ. 17 Singulos adiunxit ad ſingula, atque ita quaſi in currum vniuerſitatis impoſuit. De cuius (*canonis*) vniuerſitate nihil attinet plura nunc dicere Colum. praef. *ſub fin.* *conf.* Frontin. p. 40 *et* 41 Goeſ. ¶ 2 Vniuerſitas *de academia literaria: vid. Pet. Gregor. de Rep.* 18, 1, 7. *Middendorp. de Acad.* 1, 1.

VNIVĬRA, *vel* VNIVIRIA, ae. f. *Quae ſemel tantum nupſit, vni tantum viro coniuncta.* Grut. Inſcript p. 748. n. 4

RENATVS
VOLVSIAE. IVSTAE.
MATRI. CARISSIMAE.
OMNIVM. FEMINAR.
SANCTIORI. VNIVIRAE.

add. Inſcr. Grut. p. 1141 n. 1. Reineſ. p. 742 *etc.* Hieron. adu. Iouin. 1, 6. Min. Felix 24, 5. *Vid.* etiam Tertull. exhort. ad Caſt. *fin. et* de Monog. *extr. it.* ad Vxor. 1, 7. Trebell. in Tito c. 32. *vbi* ... ria: *ſicut etiam in* Inſcri, ... Meurſ. *Mantiſſ. de Lux. Rom.* c. 1

VNIVIRĀTVS, ûs. m. [μονογαμία] Tertull. ad Vxo... lib. 1 *extr.* *et* 2 *in* Idem de Caſtit. c. 13.

VNIVSMŎDI. Indecl. [μονότροπος, μονοειδὴς] *Non varius* ... *formis.* Ter. Heaut. 1, 2, 31 Nam parentum iniuriae vniuſmo... ferme: paullo qui eſt homo tolerabilis, *etc.* Materia ſem... vniuſmodi, ſuique ſimilis Cic. de Vniuerſ. 19 c. 7. Pri... ſunt vniuſmodi, et ſimplices Idem Acad. 1, 26.

VNIVŎCVS, a, um. Adi. [συνώνυμος] *Cuius et nomen co... eſt, et eadem ſubſtantiae ratio.* Homo *et* equus vniuoca *ſunt*, ... *ſub vno* animalis *nomine comprehenduntur, et eadem eſt vtriusque ſ... tia.* Mart. Cap. 4 p. 95 Vniuocis aequiuoca connectendo.

VNO, āre. Tertull adu. Praxeam c. 27 Qui vnum eund... contendunt patrem et filium, incipiunt diuidere illos potius quam ...

VNOCVLVS, VNOMAMMIA, *etc. vid. p. a.* VNIOCVLV...

VNXIA, *vid.* VNGO.

VOCABVLVM, VOCALIS, VOCATIVVS, VOCA... VOCIFEROR, VOCIVO, *et* VOCO, *vid.* VOX.

VOCONIA *gens*, *cuius fuit* Q. Voconius, *cui debetur* Lex ... nia, de mulierum hereditatibus, *quas capere illas vetuit.* ... *illius* Cic. Verr. 1 c. 42. *it.* pro Balbo c. 8 *etc.* *Accurate illa... ſtrauit Iac. Perizonius diſſ. de Lege* Voconia; *quae eſt in* ... ¶ 2 Voconia pira *laudat* Plin. 15, 15.

VOCONTII, orum. m. Pl. [Οὐοκόντιοι] *Galliae Narbonenſis* ... *vt ſcribit Mela* 2, 5. *Hinc*

VOCONTIVS, a, um. Adi. [Οὐοκόντιος] *Vt*, Rura Vo... Sil. 3, 467. *Alii* Vocuntia *ſcribunt.* Forum Vocontium *vr... men* Cic. Fam. 10, 34.

VOCVLA, *Diminutiuum a* Vox, *et* VOCVLATIO, *vid.* VOX.

V O G *et* V O L

VOGĔSVS, i. m. [Οὐόγεσος] *Mons in finibus Lingonum, Moſa fluuius profluit, non longe a fonte Matronae fluuii.* Lucan. 1, 397 ... ſtraque quae Vogeſi curuam ſuper ardua ripam Pugnaces pict... hibebant Lingones armis.

VOL. *Generatim notandum, quae ab his literis incipiebant verb... veteres, vt* Volcanus, Volcatius, Volgus, Volnus, Volſus *a* vello ... tus, Volturnus, *ea deinde a Ciceronis aetate per* Vul *literas ſcripi... vbi proinde quaerenda ſunt.*

VOLA, ae. f. [θέναρ] Media pars manus ſiue pedis, *vt* ... vius *ad* Georg. 2, 88. Plin. 11, 45 Vola homini tantum ... ceptis quibusdam. *Pro* Veſtigio pedis, Varro *ap.* Non. 4, 480 Ne... nec veſtigium exſtat. Nec vola nec veſtigium apparet Idem ... Cauum ſub planta *vocat ibid.* Nonius.

VOLATERRAE, ārum. f. [Οὐολατέῤῥαι] Hetruriae opp... ad Caecinam fluuium, *vt ſcribit* Plin. 3, 5.

VOLATERRĀNVS, a, um. Adi. *Vt*, Vada Volaterra... pro Quint. 24.

VOLATILE, VOLATICVS, VOLATVRA, *et* VO... TVS, *vid.* VOLO, āre.

VOLCATIVS, [Οὐολκάτιος] *Gentis nomen, e qua* Conſul ... impediit, ne Catilina ob accuſationem repetundarum peteret C... latum. *Auctor* Pedianus. Volcatii Sedigiti *iudicia de Poetis*, ... 15, 24. *Eſt etiam* Volcatius Gallicanus *inter ſcriptores Hiſtoriae Aug...*

VOLĒMA, ōrum. n. [βόλημα] Pira *bona et grandia*: ... *impleant* volam *manus.* *Laudatur* Catoni 7, 3. Columel. 5, ... *et* 12, 4. Virg. Georg. 2, 88 — Nec ſurculus idem Cruſt... Syriiſque piris, grauibusque volemis.

VOLENTIA, *vid.* VOLO, vis.

VOLĔSVS, i. m. *Sabinus, qui cum Tatio Romam venit.* Ouid. ex Pont. 3, 2, 105. Voleſus, ſub Auguſto Proconſul Aſiae. Senec. de Ira 1, 5.

VOLGIOLVS, i. m. *vel* VOLGIOLVM, i. n. *Inte... ſtica inſtrumenta connumerat.* Plin. 17, 10 Seritur menſe April... aequata cylindris, aut volgiolis, denſum. *de ſemine cupreſſi.*

VOLGIVAGVS, *et* VOLGVS, *etc.* *vid.* VVLGVS.

VOLITINA, *ſeu* VOLTINIA Tribus, *vid.* TRIBVS.

VOLO, āre. [πτῆμι, ἵπταμαι, πέτομαι, πετάομαι] *Propri... pennas habentium cum alarum remigio locum mutant.* Sine ... volare haud facile eſt Plaut. Poen. 4, 2, 49. *Prouerb.* ... *finem volunt, abſque remediis.* Virg. Aen. 1, 301 Volat ille ... magnum Remigio alarum. Cic. in Arat. 47 Namque eſt ... lato ſub tegmine caeli Quae volat, et ſerpens geminis ſecat ... nis. Volare membranis dicuntur cicadae et veſpertiliones ... 11, 28. Alte volare, et Demiſſius volare, *contraria* Ouid. Triſt. ... 23. Cateruatim volare Plin. 10, 24. Gregatim volare Quin... 1, 6. Perniciter volare, *vid.* PERNIX. ¶ 2 Vo... *transfertur ad alia, quae celeriter mouentur.* Ter. Hec. 3, 4, 14 Ne ... fruſtra illic exſpectet: Vola. Cic. Philipp 10, 11 c. 5 Quem ... in via caducae hereditates retardaſſent, volaſſe eum, non iter fe... diceres. Paſſu volat alite virgo Ouid. Met. 10, 587. A... volat Cic. Tuſc. 1, 76. Axis feruidus vi volat Virg. Georg. ... Dicta magna volant ſuperbo Valer. Argon. 5, 600. Faces et ... volant Virg. Aen. 1, 154. Fama volat Idem ibid. 3, 121. ... Att. 2, 19 Literae Capuam ad Pompeium volare dicebantur. ... ritus volat altus in auras Ouid. Triſt. 3, 3, 61. Sudor mihi ... bifurcum volabat *plebeia, vt videtur formula pro fluebat* Petron. ... Tela volant hiberna grandine plura Ouid. Met. 5, 157. Vis ... telorum Liu. 26, 44. *Obſ.* Sen. Herc. Oet. 692 Felix alius mag... que volet, *i. iactet ſe, vt* Volitare. *Sed Gronou. ſonet.*

VOLANS, antis. Partic. [πετώμενος] *Vt*, Curru volans ... Aen. 1, 160. *et* 12, 478. Currus agitare volantes Idem Geor... 181. Equos inhibere volantes Ouid Met. 2, 128. Noctiu... que Faces caeli ſublime volantes, Nonne vides longos flammarum ... cere tractus? Lucret. 2, 206. Flammae Lucret. 5, 1190. ... mi volantes Idem 6, 103. Haſta volans Sil. 56, 587. N... volantes Lucret. 5, 254. Nebulae Idem 6, 103. Sagitta ... lans Ouid. Triſt. 3, 10, 55. Vmbrae volantes Idem Amor. 1, 6, ... Volantes, *loco Subſtantiui, pro Auibus* Virg. Aen. 6, 239 *de Aui...* Quam ſuper haud vllae poterunt impune volantes, Tendere iter ... nis. *Add.* ibid. v. 728. *Sic* Nantes *et* Natantes.

VOLĬTO, āre. Frequ. [ἀναπέταμαι] *Plerumque metapho... ſumitur.* Cic. de Nat. Deor. 1, 54 In hac igitur immenſitate lati... dinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium v...

..it tomorum. Idem de Orat. 2, 23 Sic enim ſe res habet, vt qu admodum volucres, etc. leuandi laboris ſui cauſa Paſſim ac libe ſolutas opere volitare. Eos qui omnia diuina et humana vertint, vexarint, perturbarint, euerterint, non ſolum alacres laetos te volitare, etc. Cic. pro Sext. 1. Super carpentum volitare Liu. 1, 34. Cic. de Orat. 2, 23 c. 6 Animi noſtri forenſibus negotiisque vrbano opere defeſſi, geſtiunt, ac volitare cupiunt vacui cura atque labore. Fauillae volitant Ouid. Met. 2, 284. Vmbrae volant inter viuos Lucret. 4, 42. Voces volitant per aures Id. 4, 72. Tacit. Ann. 2, 21 Quin et Inguiomerum tota volitantem ... ei fortuna magis, quam virtus deſerebat. Conf. Idem Ann. 15, 9, 1. ... 58, 1. it. Hiſtor. 2, 88, 6. Flor. 1, 17, 2. 2, 6, 32. 3, 5, 27. Cic. pro Flacco 38 c. 16 Nunc vero non inſultabo vehementius, nec volabo in hoc inſolentius, neque in illum — inuehar. Volitare nempe idem in talibus eſt, quod Gr. πτερυγίζειν iactare alas, quod fit in aues in laetitia, in rixa, etc. Clodius volitat, furit, nihil habet ... Cic. Att. 2, 22 pr. Cum illa coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupiſſet, palamque armata volitaret Cic. pro Sext. c. 1. Id. ... ſon. 59 Valebis apud hominem volitantem gloriae Cupiditate vir ... ratus et conſtans. Cic. de Lege Agr. 2, 58 c. 36 Volitat enim ... in oculos illorum Iubae regis filius, adoleſcens non minus bene nummatus, quam bene capillatus. Cic. in Catil. 2, 15 Nunquam ego a dis immortalibus optabo Quirites, inuidiae meae leuandae cauſa, ut Catilinam ducere exercitum hoſtium, atque in Armis volitare audiatis. In foro volitare Cic. de Orat. 1, 173. Idem Catil. c. 3. Id. de Lege Agr. 2, 98 c. 36 Vt volitaretis interea per gentes, per regna ... a, cum imperio ſummo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia. ... de pro Domo 49 Itaque cum florens ac potens per medium forum ... operis volitares. Toto foro volitare Liu. 39, 32. Ad famam ... illud Cic. Tuſc. 1, 34 c. 15 Nemo me lacrimis decoret, nec ... a fletu Faxit. cur? volito viuu' per ora virûm.

VOLITANS, antis. Vt, Veſpertilio volitans Plin. 10, 61. Aſilus volitans Virg. Georg. 3, 147. Currus volitans, i. Nauis Catull. ... n. 59. Fama volitans Virg. Aen. 7, 104. Simulacra volitantia Idem Aen. 7, 89. Cic. poſt red. in Senat. 7 Cum ferro et ... homines tota vrbe volitantes, etc. Acie tota volitans Liu. ... et Tac. Ann. 2, 21, 3. Huc, illuc volitans Idem ibid. 12, 34, ... in aciem primam volitans Flor. 3, 10, 4. Per ... mundum volitans Manil. 1, 742.

VOLITATVS, us. m. Fortunat. de Vita Martini lib. 4 Ecce ... oritur variante fragore procella, Stridula ſidereo volitatu, et ... a tumultu.

VOLATVS, ûs. m. [πτῆσις] Volandi actus. Cic. de Nat. Deor. ... Ieiunque et volatus alitum ſuſtinet, et ſpiritus ductus alit et ſuſtinet animantes. Aquilae admonitus volatu Cic. de Diuin. 1, 26. ... Idem ibid. 1 c. 1. Celer volatus Claud. Conſ. Mall. Theod. ... Lenis volatus Ouid. Met. 12, 527. Praeceps volatus Martial. ... 1, 52 Suſpenſus volatus Stat. Theb. 3, 463. Add. Catull. 56, 4. Plin. 10, 26. Pallad. 1, 26. Apul. Flor. p. 17. In volatus vid. In Praepoſitionem.

VOLATVRA, ae. f. [πτῆμα] Idem. Varro de R. R. c. 5 Ibi ... ima volatura quum veniunt, morantur dies paucos requieſcendi cauſa Colum. 8, 9 et 10.

VOLATICVS, a, um. Adi. [ποτηνός] Pro Inconſtanti ac praecipiti Cic. Att. 13, 25 O Academiam volaticam et ſui ſimilem, modo ... modo illuc! Idem de Aruſp. Reſponſ. 46 Illius furentes, ac volaticos impetus in ſe ipſos poſſe conuerti. Volaticum eſſe et ... Idem Sen. Epiſt. 42. Temporalia et volatica Deſideria Tertull. ad ... 4. Gaudium Idem de Poenit. c. 11. Add. Sidon. Epiſt. 9, 9. Hygin Fab. 141. ¶ 2 Mulieres volaticae, ſtrigae, maleficae ... Nempe antiqua perſuaſio eſt, et vel ex Apuleio nota, veneficas poſſe auium modo et figura per aëra volare, etc.

VOLATICA, ae. f. Tertull. de Pallio c. 6 Qui volaticam ſpeciem ... ſed Io. Lud. de la Cerda et ... ſius Auſpicem interpretantur.

VOLATILIS, e. Adi. [πτηνός] Volucres, Volatilia, dicuntur, ... Cic. de Nat. Deor. 2, 151 c. 60 Praeterea veſcimur beſtiis et terrenis, et aquatilibus et volatilibus, partim capiendo, partim alendo. ... Volantibus. Aetas volatilis Ouid. Met. 10, 519. ... volatile, pro Cuſpide et acie telorum Virg. Aen. 4, 71. Pecus volatile facile paſtoris cuſtodiam recipit Columel. 8, 4. de gallinis. ... volatilis arcus Ouid. Amor. 2, 7, 27. h. e. Cupidinis. Telum volatile mittere Ouid. Met. 7, 841. Conf. Catull. 56, 17. Apul. Met. 6 p. 65.

VOLABILIS, e. Adi. Idem. Varro ap. Non. 18, 8 et 21 Ceruum qui volatile currens ſparo ſecutus tragulaue traiicit. Alii legunt Volabilem.

VOLO, vis, volt, ſ. vult, volui, velle. [θέλω, ἐθέλω, βούλομαι] Phaedra apud Sen. Hippol. 604 Vos teſtor omnes caelites, hoc quod volo Me nolle. Martial. 5, 84 Velle tuum nolo, Dindyme, nolle volo. Auſon. Epigr. 39 Hanc volo, quae non volt; illam, quae volt, ego nolo —— Femina, cui iungar, quod volo, nolo vocet. Vir. ... 3, 29 Vis ergo inter nos, quid poſſit vterque, viciſſim Experiamur? Volo te, ſubaudi Alloqui: et Volo te paucis, aut tribus verbis. Plaut. Capt. 5, 2, 24. Idem Epid. 3, 4, 24. et Trinum. 4, ... 121. Ter. Andr. 1, 1, 2. Idem ibid. 5, 3, 1 Quis me volt? Centuriones me velle poſtridie Cic. Att. 10, 16 poſt med. Plin. in Paneg. c. 20 Praeterea futuri principes, velint, nolint, ſciant: i. ſiue velint, ſiue nolint. Cic. Qu. Fratr. 3, 8 Craſſum Iunianum hominem mihi deditum per me deterruit; velit nolit, ſcire difficile eſt. Hirro tamen agente nolle ſe non probabit. Volo Arpinum, ſubaud. Proficiſci Cic. Att. 9, 1 Nos autem in Formiano morabamur; quo citius audiremus: deinde Arpinum volebamus. Eodem modo hic ipſe ſaepe vtitur verbo Cogito. Id. de Fin. 2, 72 Id enim volumus, id contendimus, vt officii fructus ſit ipſum officium. Cic. pro Cluent. 188. Nihil eſt enim mali, nihil ſceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, cogitauerit, effecerit. conf. Idem pro L. Manil. c. 16. Cato c. 5 Ne quid emiſſe velit inſciente domino, neu quid dominum celaſſe velit. h. e. Nihil emat. Ouid. Her. 21, 57 Cydippe Acontio ſcribit, Si laedis, quod amas, hoſtem ſapienter amabis, Me prius, vt ſerues, perdere velle velis. Locus fruſtra tentatus, pulchre defenſus a Marcklando in Obſeruationibus patria lingua ſcriptis in Epiſtolas Cic. ad Brut. p. 85 ſq. praeſertim ex frequenti vſu formulae noli velle, nolite velle, etc. v. g. Cic. Philipp. 7 c. 9 Nolite igitur velle, quod fieri non poteſt. Idem pro Balbo c. 28 Nolite hunc illi nuncium acerbum velle perferri. Et pro Caelio c. 32 Nolite — iam natura ipſa occidentem maturius velle exſtingui, etc. Addere poterat Nep. Att. 5, 4, 4 Noli, oro te, aduerſum eos me velle ducere, etc. Paulo aliter Ouid. Am. 3, 11, ... Quidquid eris, mea ſemper eris, tu ſelige tantum, Me quoque velle velis: anne coactus amem. Hic enim ad diuerſas perſonas refertur. Volo, pro Opto Cic. Fam. 15, 19 Eandem rem tibi volo bene et feliciter euenire. Bene velle alicui Ter. Heaut. 5, 2, 6. Aliquam velle, i. amare: vid. Burm. ad Nemeſ. 4, 18. Vtinam — tantum vellet in armis Grat. Cyneg. v. 153. conf. Drakenb. ad Sil. 9, 7. Non vult tibi male Petron. c. 38. vid. ibid. Burm. p. 165. Si Quam volet potens Cic. pro Cael. c. 26 med. Quam volent faceti ſint Idem ibid. c. 30 poſt med. Magni refert hic quid velit: ſed quidquid vult, Valde vult Cic. Att. 14, 1. Numquid vis? In offerendo officia: vid. Liu. 6, 34. Briſſon. de Form. p. 746. Quid vultis amplius Cic. Verr. 3, 114. Idem Fam. 15, 22 Nam et ſemper me coluit, diligentiſſimeque obſeruauit, et a ſtudiis noſtris non abhorret. ¶ 2 Conſtructiones aliquot: Cic. Fam. 15, 17 Cuſpio, quod operam dediſti, mihi gratum eſt: valde enim eius Cauſa volo. Idem Att. 11, 8 Per eos qui noſtra Cauſa volunt, valentque apud illum, diligentiſſime contendas opus eſt. Idem Fam. 13, 10 Remque et vtilitatem ſociorum (cuius rei quantam poteſtatem Quaeſtor habeat non ſum ignarus) per te quam maxime Defenſam et auctam velis. Vlpian. in l. Qui mihi D. de donationibus Qui mihi Donatum volebat, ſeruo communi meo et Titii rem tradidit. Idem in l. hoc iure D. eod. tit. Si quis dederit pecuniam mutuam Titio reddendam Seio, cui Donatum volebat, deinde, etc. Cic. Verr. 1, 105 His omnibus, qui iſtius iniurias norunt, hoc eſt Pop. Rom. vniuerſo me vehementer Excuſatum volo. Ter. Ad. 5, 7, 20 Di tibi beneſaxint, cum te video noſtrae familiae Tam ex animo Factum velle. Apul. Apol. Sicinium Pontianum cui Factum volo. vid. Gell. 7, 3. Symmach. Epiſt. 1, 60. Gratiam tuam volo, i. Opto Plaut. Curc. 3, 55. Cic. Fam. 15, 7 Maxima ſum laetitia affectus, cum audiui Conſulem te factum eſſe, eumque Honorem deos tibi fortunare volo. Liberatum ea te cura quam breui volo Idem Qu. Fratr. 3, 1. Eſt paucis vos quod monitos voluerim Plaut. Capt. Prol. 53. Cic. A. 1 in Verr. 18 c. 7 Fit obuiam caſu ei multitudini C. Curio, quem ego hominem honoris potius, quam contumeliae cauſa Nominatum volo. Oratum volo a vobis ... Plaut. Amph. Prol. 33. Oratos et vos volo eſſe Idem Caſin. Prol. 21. Obſequutum amori illius volo idem Aſin. 1, 1, 62. Velim, Optantis cum deſiderio Idem Truc. 2, 5, 28 Nunc ecaſtor, vt veniret miles velim. Sic Vellem, quae velles Sen. Epiſt. 67. conſolantis eſt. Spero tibi iam eſſe, vt volumus Cic. Att. 14, 5 pr. Plaut. Moſt. 3, 2, 55 Velim vt veiles, Tranio: ſed quid eſt negotii? i. Cupio ita tibi eſſe, vt velles. Mat. ad Cic. Fam. 11, 28 At debeo pro ciuili parte Remp. ſaluam velle. ¶ 3 Obſeruationes: Vis tu? ſolemnis formula pro Viſne aut nonne vis? Hor. Sat. 2, 6, 92 Vis tu homines vrbemque feris praeponere ſiluis? Sic Bentleius reſtituit pro vulgato a Lambini aetate vin' tu. Multa huius eleganciae exempla dedit Gron. ad Sen. de Ira 3, 38. et Epiſt. 58. et Praef. ad Qu. Nat. 4. Mart. 1, 18 Vis tu ſimplicius ſenem fateri? Iuuen. 5, 74 Vis tu conſuetis, audax conuiua caniſtris Impleri. Hinc etiam repoſuit Bentleius Hor. Sat. 1, 9, 69 Vis tu curtis Iudaeis oppedere, i. Nonne vis, aut noli dubitare oppedere. Volo, pro Opinor, et Cenſeo Cic. de Nat. Deor. 1, 29 Quattuor enim naturas ex quo omnia conſtare cenſet, diuinas eſſe vult. Et paulo poſt itidem. In Imperatorum edictis non modo ſuadendi auctoritatem habet, ſed ponendi etiam neceſſitatem: vid. arg. l. 1 ff. de conſt. princ. Bartol. h. l. et Coraſc. Velle dicitur populus, cum Leges ſibi latas probat: itaque ſic rogatur, Velitis iubeatis Quirites. v. g. Liu. 38, 54 Velitis iubeatis, Quirites, quae pecunia capta, ablata, coacta —— eſt, vti de ea re Seru. Sulpicius Praetor vrb. ad Senatum referat, etc. Sic Cic. pro Domo c. 17. et in Piſon. c. 29. Liu. 22, 10 Et indirecta oratione vellent iuberent Liu. 21, 17. et 31, 6. vid. Briſſon. de Form. 2, 1. Sed etiam in precibus ſollemne verbum fuit. Plin. 28, 2 In Africa nemo deſtinat aliquid, niſi praefatus Africam. In caeteris vero gentibus, Deos ante obteſtantur vt velint. vid. VOLENS. Alias Quid vult? Quid ſibi vult interrogationes ſunt eorum, qui cauſam, conſilium, finem facti vel rei requirunt. Quid vult concurſus ad amnem? Virg. Aen. 6, 318. Quid igitur ſibi, vult pater? quid ſimulat? Ter. Andr. 2, 3, 1. vid. Donat. h. l. Cic. Verr. 2, 150 c. 61 Quid ſibi equeſtres ſtatuae volunt propter aedem Vulcani? h. e. Quid ſignificant. Ita mehercule attendi, nec ſatis intellexi, quid ſibi lex, aut quid verba iſta vellent Cic. de Legib. 3, 33 c. 14. Eheu, quid volui miſero mihi! floribus auſtrum Perditus, et liquidis immiſi fontibus apros Virg. Ecl. 2, 58. Nec vlla iniquitate me eo fortuna perducet, vt hanc vocem audiat, Quid mihi volui? quid mihi nunc prodeſt bona voluntas? Sen. de Benef. 4, 22. Quam bene abs te proſpectum eſt? quid voluiſti Ter. Heaut. 4, 1, 23. Denique Pleonaſmum facit. Iam coeperat Fortunata velle ſaltare Petron. c. 70. vid. plura ap. Burm. et Reineſ. ad h. l. p. 349. Apud comicos Volt pro Vult fere ſemper legitur. Volam pro Velim Lucil. lib. 27. Plaut. Aſin. 1, 2, 26 Meo modo loquar quae volam, quoniam intus non licitum eſt mihi Nonius 7, 83.

VOLENS, entis. Partic. [βουλόμενος] Ducunt volentem fata, nolentem trahunt Sen. Epiſt. 107. Pecunias a volentibus accipere Vell. 2, 62, 3. Salluſt. Iug. 103, 6 Munificus nemo putabatur, niſi pariter volens: dona omnia in benignitate habebantur. Animo volenti aliquid agere Salluſt. in Iugurth. 73. Vt labor volentibus eſſet Idem ibid. 100, 4. Macrob. Saturn. 6, 6 Figuras vero quas traxit de vetuſtate, ſi volentibus vobis erit, quum repentina memoria ſuggeſſerit, enumerabo. Neque plebi militia volenti putabatur Salluſt. Iugurth. 84, 3. vid. Cort. ad h. l. conf. Tac. Hiſtor. 3, 43, 3. et Agric. 18, 2. it. Ann. 1, 59, 1. Macrob. Sat. 1, 7. Volens, pro Beneuolo, vt in deorum precationibus. Cato 141 Mars pater, ſe precor quaeſoque vti ſies volens propitius mihi, domo, familiaeque noſtrae. Liuius 1, 16 Pacem precibus expoſcunt, vti volens propitius ſuam ſemper ſoſpitet progeniem. Plaut. Curc. 1, 1, 89 Potate, ante mihi volentes propitiae. Liu. 7, 26 Precatus deinde, ſi diuus, ſi diua eſſet, qui ſibi praepetem miſiſſet, volens propitiusque adeſſet. Volentia, i. e. Quae volumus, a voluntate Salluſt. Hiſtor. lib. 4. Multisque ſuſpicionibus volentia plebi facturus habebatur. Haec Nonius 2, 900. Talia plebi volentia fuere Tac. Ann. 15, 36, 6. i. Grata. Reſcribere volentia Idem Hiſt. 3, 52, 4.

VOLENTER. Adu. Idem. Apul. Met. 6 p. 178 Perrexit Pſyche volenter.

VOLENTIA, ae. f. Solin. c. 36 Volentia reſiſtendi promta. Fretus alicuius volentia Apul. Met. 11.

VOLVNTAS, ātis. f. [θέλημα, ἐθέλησις, προαίρεσις, γνώμη] *Animus volens, ſ. quatenus vult ſpeciatim animi inductio beneuola.* Cic. Tuſc. 4, 12 *ex Stoicorum placitis,* Quamobrem ſimul obiecta ſpecies cuiuspiam eſt quod bonum videatur, ad id adipiſcendum impellit ipſa natura: id quum conſtanter prudenterque fit, eiusmodi appetitionem Stoici ἐθέλησιν appellant, nos voluntatem appellamus. Eam illi putant in ſolo eſſe ſapiente, quam ſic definiunt, Voluntas eſt quae quid cum ratione deſiderat. Cic. pro Sext. 69 Eos voluntatem ſemper eandem, Libertatem non eandem ſemper habuiſſe. Idem in Catil. 3, 22 Diis ergo immortalibus ducibus hanc Mentem Quirites, voluntatemque ſuſcepi. Qu. Cic. de Petit. Conſ. 32 Petitori vero neceſſaria eſt, cuius et frons, et vultus, et ſermo ad eorum quoscunque conuenerit Senſum et voluntatem commutandus eſt. Cic. Att. 8, 9 Sed tamen ſigna conturbantur, quibus voluntas a Simulatione diſtingui poſſet. Nihil tam flexibile, quam voluntas Cic. pro Milon. 23. Nihil obſcurius voluntate hominum Cic. pro Muraen. 36 c. 17. Idem pro Font. 30 Quod ſi aut quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicendum ſententiam, *etc.* De voluntate tua, vt ſimul ſimus, vel ſtudio potius, et cupiditate, nihil dubito Cic. Att. 12, 26. Qua voluntate eſſet in regem Nep. 14, 5, 6. Cic. de Fin. 2, 96 Sed tu, vt dignum eſt tua erga me et erga philoſophiam voluntate ab adoleſcentia ſuſcepta, fac vt Metrodori tueare liberos. Vt ad eam voluntatem, quam tua ſponte erga Caecinam habiturus eſſes, tantus cumulus accedat commendatione mea Cic. Fam. 6, 9. Viua vox index veſtrarum voluntatum erga me Idem Agr. 2 c. 2. Huius voluntatis erga Brutum ſuae poſtea vir tam mitis pretium tulit Vell. 2, 52, 2. Voluntate, *Ablatiuus* Ter. Adelph. 3, 4, 44 Quod vos ius cogit id voluntate impetret. Voluntate ſequentes *milites* Liu. 3, 69. Cic. Fam 13, 5 Cum iis, qui ſimilem iniuriam acceperant amiſſis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adiutor incolumitatis fui. Petebat vt eius voluntate diſcedere liceret Caeſ. B. G. 1, 39. *i. bona illius cum gratia, illo permittente, et cauſam probante.* Sua voluntate, nulla vi coactus Cic. de Finib. 2, 65. Remittere aliquid voluntate Liu. 35, . . Idem 22, 21 Cur exceſſit faucibus Epiri aut vi, aut metu, aut voluntate? Liu. 33, 20 Caſtellis aut metu aut voluntate in deditionem acceptis. *Et* 34, 29 L. Quintius maritimae orae oppida partim voluntate, partim vi aut metu cepit. Plaut. Mil 2, 5, 40 Niſi voluntate ibis, rapiam te domum *Add.* Cic. Fam. 5, 5. *Gronou. ad* Liu. 5, 17. Cic. in Piſon. 46 Illud accidit praeter optatum meum, ſed valde Ex voluntate. Idem Fam. 13, 30 Hoc mihi velim credas, ſi quid fecerim hoc ipſo in bello minus Ex Caeſaris voluntate, quod intellexerim ſcire ipſum Caeſarem, me inuitiſſimum feciſſe. Albana pubes, inermis ab armatis ſepta, In variis voluntatibus, communi tamen metu cogente ſilentium tenet Liu. 1, 28. Praeter ſui voluntatem patris Ter. Andr. 5, 3, 9. *Pro ſenſu, ſ. intellectu* Quinct. 3, 6 Sed voluntate legis ſe tuebitur. Nominis Idem 7, 10, 1. *i. ſignificatio, intellectus. Add* 6, 2, 9. ¶ 2 *Epitheta:* Abdita voluntas ac retruſa, *vid.* ABDITVS, *in* ABDO. Aduerſa voluntas Quinct. 4, 1. *vid.* Voluntates Regiae. Animoſa voluntas Lucan. ad Piſon. 239. Auerſa voluntas Virg. Aen. 12, 647. Dubia voluntas Tacit. Hiſt. 4, 6. Grata voluntas in parentes Cic. pro Planc. 80. Malefica voluntas Plin. 9, 59. Cic. Fam. 5, 2 Timuiſſent, ne quae mihi pars abs te voluntatis Mutuae tribueretur. Occultae voluntates multiplices naturae Cic. ad Brut. 1. Officioſa voluntas Ouid. ex Pont. 3, 2, 17. Pauper voluntas Ouid. Met. 8, 678. Perpetua et conſtans voluntas Cic. Philipp. 13, 13. Salluſt. Iug. 113, 1 Voluntates Regiae vt vehementes ſic Mobiles, ſaepe ipſae ſibi Aduerſae. Cic. pro Rabir. 8 Cum tanto ſtudio C. Rabirius totius Apuliae, Singulari voluntate Campaniae vicinitatis ornetur? ¶ 3 *Verborum formulae:* Abalienare voluntatem, *vid.* ABALIENO. Cic. Fam. 2, 16 Solus enim tu ex omnibus, qui cum Bibulo ſunt, certiorem me nunquam feciſti, quam valde Bibuli voluntas a me ſine cauſa abhorreret. Abiicere voluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi Cic. de Orat. 2, 142 c. 33. Idem de Inu. 2, 4 c. 2 Quod quoniam nobis quoque voluntati Accidit, vt artem dicendi perſcriberemus. *Sic MSS. ex quo fecerunt* Voluntatis; *et ita ſupra locum retulimus in* ACCIDO n. 6. *Sed vide etiam* QVOD *Pronom.* n. 3. Vlpian. in l. j. §. in poteſtate D. de exercit. action. Si ſeruus peculiaris volente filiofamilias, in cuius peculio erat: vel ſeruo, vicarius eius nauem exercuit: pater dominusue, qui voluntatem non Accommodauit, duntaxat de peculio tenebitur, ſed filius ipſe in ſolidum. Adducere in voluntatem, Adiuuare voluntatem, Alienare a ſe voluntates ſuorum, *vid. hh. vv.* Pompeii ſemper voluntatibus, omnes ciues Aſſenſerunt Cic. pro L. Man. c. 16. Auferre voluntatem, Conciliare ſibi voluntatem alicuius, *vid hh. vv.* Cic. Fam. 15, 18 Voluntatem contuliſti. Conformare ſe ad alicuius voluntatem, *vid.* CONFORMO. Cic. Fam. 3, 4 Ad voluntates noſtras Copulandas. Deterreri a voluntate Nep. 10, 3, 3. Cic. de Clar. Orat. 16 Ipſa mihi tractatio literarum ſalutaris fuit, admonuitque, Pomponi, vt a te ipſo ſumerem aliquid ad me reficiendum, teque remunerandum, ſi non pari, at grato tamen munere: quanquam illud Heſiodium laudatur, a doctis, quod eadem menſura reddere iubet qua acceperis, aut etiam cumulatiore, ſi poſſis. Ego autem voluntatem tibi profecto Emetiar, ſi rem ipſam nondum poſſe videor: idque vt ignoſcas, a te peto, *h. e. Remunerandi voluntatem tibi praeſtabo.* Explorare de voluntate alicuius Nep. 23, 2, 2. Facere voluntatem Quinct. 5, 10. Quantum tua Fert voluntas Cic. Fam. 5, 4. Fert ita corde voluntas Virg Aen. 6, 675. Habere voluntatem nocendi in iracundia Cic. de Orat. 2, 302 c. 74. Immutare voluntatem, Impetrare aliquid voluntate, Incitata aduerſus rationem voluntas, *vid. hh. vv.* Incumbere ad voluntatem Cic. Att. 1, 16. Incutere voluntatem, *vid.* INCVTIO. Indicare Nep. 8, 4, 2. *et* 23, 2, 2. Introſpicere voluntates hominum Tacit. Ann. 1, 7. Loqui ad voluntatem, *vid.* LOQVOR. Manet voluntas, *vid.* MANEO. Mutare voluntatem Cic. Fam. 1. Nuncupata voluntas, *vid.* NVNCVPO. Occultare Nep. 6, 2, 3. Cic. Fam. 1, 9 Eam voluntatem, quam exſpectabam praeſtiterunt. Profiteri voluntatem *licebit dicere, qui dixit* Idem Fam. 10, 10, 8 Profeſſionem bonae voluntatis. Sil. 16, 289 Quando ita caelicolûm nobis Propenſa voluntas Annuit. *conf.* Cic. Off. 2 c. 20. Scrutari alicuius voluntatem Quinctil. 2, 5. Spectata voluntas amicitiae Lucret. 1, 141. *Al* Sperata. Stare voluntate Quinctil. 7, 2. Sum, *vt,* Eſt mihi diuerſa voluntas Ouid. Faſt. 5, 529. Eſt temerata noſtra voluntas Idem Met. 9, 626. Eſſe in voluntate Cic. contra Rullum. In voluntate ea non fuiſſ qua alius eſt Idem pro Lig. c. 2. Suſcipere voluntatem Ide Catil. 3, 22 c. 9. Voluntas, *pro Fauore* Ter. Prol. Phorm. 30 Vol veſtra ſi ad Poëtam acceſſerit, date operam. h. e. Si faueritis, I tus. Offenſa voluntas populi, *vid.* OFFENDO.

VOLVNTARIVS, a, um. Adi. [ἑκὼν, ἑκούσιος] *Quod fit ſ* Cic. pro Sext. *pr.* Intueri poteſtis eos, qui omnia diuina et human larint, non ſolum alacres laetosque volitare, ſed etiam voluntario tiſſimis atque optimis ciuibus periculum moliri. *h. e. Nulla n laceſſitos.* Voluntarius adeſt Liu. 1, 59. Cic. pro Caec Ille, quem ſupra deformaui, voluntarius amicus mulieris, non ſitudine aliqua, ſed ficto officio, ſimulataque ſedulitate coniunctus. xilia voluntaria, *Quae ſponte dantur* Cic. Fam. 15, 4. Liu. 31, 8 luntarios, quos poſſet, duceret; inuitum ne quem militem vet ducendi ius eſſet. Caſus voluntarius Cic. de Fin. 2, 65. tus voluntarius Tacit. Ann. 6, 40. Herba voluntaria, *quae ſua naſcitur, cui opponitur* Satiua Plin. 20, 22 *de ſerpyllo,* Satiuum ſerpit, ſed ad palmi altitudinem increſcit. Pinguius voluntarium, e didioribus foliis. Inimicus voluntarius Pſeudo-Cic. anteq. i exil 12. Interitus voluntarius Cic. pro Marcell. 14 c. 5. dator voluntarius Cic. Verr. 4, 143. Maleficium voluntariu de Inuent. 1, 102. Cic. de Fin. 3, 61 Alter propter perpetuam i pulari ratione leuitatem, Morte voluntaria ſe a ſeueritate iudicum dicauit. Mortem voluntariam ſibi conſciſcere Cic. Fam. 7, 3. tus animi voluntarius Cic. de Fato 23. Idem Fam. Quum mihi cum illo magna iam gratia eſſet, quod eius o grauiſſimas iniurias communis concordiae cauſa voluntaria quadam liuione contriueram. Cic. pro Roſc. Com. 15 Illa ſuperior fuit tio neceſſaria, haec erit voluntaria. Societas voluntaria Cic. Quint. 79. Teſtes voluntarii Quinctil. 5, 7. Virtutes vo tariae Cic. de Fin. 5, 36. Voluntarii *apud* Liu. 1, 30 *Milites diuerſae conditionis, a* volonibus: *liberi nempe homines, non ſerui: cum vel propter aetatem, vel quod legitima ſtipendia feciſſent, cogi poſſent, ſponte militabant.*

VOLVNTARIE, *ſiue* VOLVNTARIO. Adu. [ἑκοντὶ, ἑκ *Bono et promto animo, non coacto. Laudatur* Caeſ. Bell. Ciuil. Haec quum dixiſſet, primus ex dextro cornu procurrit, atque eum lites electi circiter CXX voluntarie eiusdem centuriae ſunt proſe *de Craſtino viro fortiſſimo. Sed recte al.* Voluntarii. *Eadem eſt* Liu. 1, 30 Inde ob reſiduas bellorum iras, maxime ſolic ad defectionem animis voluntario traxere. Voluntarios *editur ſine varietate. Relinquatur ergo ſeriori aetati. v. g.* Volun ſe ad Minotaurum pollicitus eſt ire Hygin. Fab. 41. Volun venerint, an illius obtemperauerint iuſſioni Arnob. 2 p. 74. *conf.* ron. Epiſt. 85. Vulgat 1 Pet. 5, 2.

VOLONES, um. m. [βολῶνες] Dicti ſunt Serui, qui bel nico quum deeſſent qui ſcriberentur, pro dominis pugnaturos ſ citi, in ciuitatem recepti ſunt: et Volones appellati, quia ho voluerunt. *Haec ex* Feſto. Seruos, quemadmodum bello nico factum fuerat, ad militiam parauit, quos voluntarios exe volonum appellauit Capitolin. de Antonino Philoſ. c. 21. *conf.* C *ad h. l.* Liu. 23, 35 Vt tirones (ea maxime pars volonum e diſcerent ſigna ſequi. Idem 23, 35 Vetus miles tironi liber v ſeſe exaequari ſineret. *Add.* Idem 24, 10. *it.* 5, 46. Fro Strat. 47.

VOLSCI, ōrum. m. [Οὐολσκοι] *Populi mediterranei Tu de quibus* Pomponius Mela 2, 4. Veruti Volſci Georg. 2, 168.

VOLSCVS, a, um. Adi. Virg. Aen. 7, 803 — Volſ gente Camilla.

VOLSCE. Adu. Titinn. *apud* Feſtum; Oſce et Volſce f lantur, nam Latine neſciunt.

VOLSELLA, *ſiue* VVLSELLA, ae. f. [τριχόλαβις, ἀκο λαβὶς Gloſſ. Vet.] *Inſtrumentum ad pilos euellendos e corpore.* Ce 18, 3 De cancri, qui in cole naſcitur, curatione, Incipit a nigritie: ſi cutem occupauit, protinus ſpecillum ſubiiciendum, eaque incid eſt: deinde orae vulſella prehendendae: tum quidquid corruptum excidendum. Idem 7, 1, 1 Ergo ſpecillo conquirenda eſt quae receſſit, et volſella protrahenda eſt. *Vid.* Martial. 9, 28. *et* Caeſ. c. 45. *et* Oth. c. 12. Plaut. Curc. 4, 4, 21.

VOLSGRA, ae. f. Auis, quae ſe vellit: augures hanc Fecilitram appellant. Feſtus.

VOLSINIVM, i. n. [Οὐολσίνιον] Ptolem. 3, 1 Tu ram vrbs.

VOLSINIVS, a, um. Adi. *Vt,* Tribus Volſinia Cic. pro Plan 38. *Alii legunt* Voltinia.

VOLSINIENSIS. *Incola.* Liu. 5, 32. *et* 9, 41.

VOLSVS, a, um. Adi. [τετιλμένος] *Pro Vorſus et verſus,* de duſtria fictum. Martial. 3, 63 Qui mouet in varios brachia vol modos. Forte rectius Volſa interpreteris Vulſa, depilata. Ri enim Cotili mollitiem, curamque nimiam circa corporis cultum.

VOLTA, ae. f. Monſtrum *ap.* Volſinienſes Plin. 2, 53.

VOLTVMNA, ae. f. Dea a bene volendo dicta. *Hinc,* Fanu Voltumnae, Locus Etruriae. *vid.* Liu. 4, 23 *et* 61. 5, 17.

VOLVA, *vid.* VVLVA.

VOLVBILIS, *vid.* VOLVO.

VOLVCER, cris, cre. Adi. [ὠκὺς, ταχὺς] *Celer, qui vel* volet, volare *ob celeritatem videatur.* Martial. 1, 15 Et volucrem longo porre vulnere pardum. Virg. Aen. 1, 321 — Volucremque fuga pr vertitur Hebrum (Eurum). Cic. de Clar. Orat. 326 Aliud aut genus eſt non tam ſententiis frequentatum, quam verbis volucre atq incitatum. Alae volucres Stat. Theb. 5, 691. Aquae vol cres, *Fluuii torrentes* Ouid. Met. 2, 234. *Al.* Equi. Aurae vol cres Virg. Aen 5, 503. Columba volucris Idem ibid. 5, 488. C pido volucer Ouid. Met. 9, 481. Currus volucer Hor. Carm. 33, 8. Curſus volucer Ouid. Triſt. 1, 9, 5. Dies voluc Hor. Carm. 3, 28, 6. Equi volucres Ouid. Met. 2, 234. *al.* Aqu *Add.* ibid. v. 154. Cic. pro Sull. 91 c. 32 O falſam ſpem, ô vol crem Fortunam! Fuga volucris Sil. 17, 589. Virg. Geo 2, 217 Quae tenuem exhalat nebulam, Fumosque volucres. L cret. 4, 204 Volucri leuitate feruntur. Nuncius volucris Cic. p Quint. 80. Procellae volucres Ouid. Amor. 2, 11, 33. Rot volucres Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 431. Sagitta volucris Vir Aen. 11, 858. *et* 5, 242. Saltus volucer Stat. Theb. 6, 569. S mnus volucer Virg. Aen. 2, 794. Plaut. Amph. 1, 2, 170 Volucre voce

…m genito. *Obſ.* Volucer *in genere Neutro poſitum volunt a* Sen. H… Fur. v. 1068: *ſed commode conſtrui ibi poteſt cum* ſomno. ¶ 2 V…icris *Subſtant. Gen. com. comprehendit non ſolum aues, ſed apes quoqu…e veſpas, tabanos, et reliqua huiusmodi.* Cic. de Orat. 2, 23 c. 6 Q…uemadmodum volucres videmus procreationis atque vtilitatis ſuae ca…uſa fingere et conſtruere nidos. *Peculiariter de Gallis* …*ſpa*…tu… *vid. Drakenb. ad* Sil. 14, 22. Nidus volucrum Ouid. Met. 12, 5. Aduenae volucres, *vid.* ADVENIO. Aëriae volucres L…ucret. 1, 12. Auidae volucres Ouid. Met. 5, 484. Flumineae …volucres Idem Met. 2, 253. Foeda volucris Idem ibid. 5, 549. Im…p…unae volucres Virg. Georg. 1, 470. Infandae volucres Stat. T…h. 10, 423. Obſcenae volucres Virg. Aen. 3, 241 *et* 262. Pi…ct…ae volucres, *Variis plumis ornatae* Virg. Georg. 3, 243. *et* Aen. 4, 522 Picturatae volucres Claud. ad Serenam 3. Rapidiſſima volu…cris miluius Ouid. Met. 2, 716. Cic. de Diuin. 2, 64 Hunc vbi …ta… Teneros volucres matremque peremit. Teneros *ſine varietat…e legitur, vt appareat, etiam Maſculino genere poni, vt* Ales. V…aga volucris Ouid. Met. 1, 308. Variae volucres Virg. Aen 7, 33. L…ucret. 2, 144 Varias *vocat quas* Virgil. Pictas. *Niſi malis, quod plura* …*ſtr…arum genera.* Virgineae volucres Ouid. Met. 5, 4. *Harpyias in…telligit, de quibus et* Virg. Aen. 3, 361 Virginei vultus volucrum, *etc.* C…onflictatae volucres ſaeuiſſima hieme, *vid.* CONFLICTO, *in* CONFIGO. Fallere volucres viſcata virga Ouid. Met. 15, 474. La…ce…nt corpus volucres Lucret. 3, 893. Sentire linguas volucrum V…i…rg. Aen. 3, 361. Volucrum *et* Volucrium *in Genitiuo plurali, teſte* Ch…ariſio p. 119 *qui citat* Ciceronem de Finibus, *et alios.*

…OLVCRĬTAS, ātis. f. Fulgent. Mythol. 2 Mundus celeri quadam volucritate verſatur.

…OLVCRĬTER. Adu. Ammian. 17, 3 Volucriter congregati. Per…curre volucriter Idem 39, 5.

…OLVCRĬPES, ĕdis. Auſon. Epiſt. 16 *extr.* Volucripes dimetria. …Vid. Sidon. Epiſt. 9, 15.

…OLVCRA, ae. f. Columel. de Arboribus c. 13 Genus eſt an…imalis, volucra appellatur: id fere praerodit teneros adhuc pamp…inos et vuas. Inuolucrum *et* Conuoluulum *quidam vocant. it.* In…uolum, v. v. *it.* VOLVOX.

…OLVMEN, *vid.* VOLVO.

…OLVMNIA, *gens Romae. Antiquiſſimam indicat* Volumnia Vxor C…oriolani Liu. 2, 40.

…OLVNTAS, *vid.* VOLO.

…OLVO, volui, volūtum, ĕre. [δινέω, κυλίνδω] *Motum circularem, …certe, qui eſt corporum circularibus lineis circumſcriptorum, ſignifi…cat, a qua tamen proprietate ſaepe receditur.* Plin. 19, 42 Pampinato …ſe…r orbe ſe voluens. Quam citatiſſime voluere Quinctil. 1, 1. …In…put volui, *Praecipitari* Virg. Aen. 1, 120. In praeceps volui …Met. 2, 320. Ante pedes alicuius volui, *Proſterni* Propert. 3, … Aut Aqua non feruens voluatur fauce ſonora, Nec tamen …ſtomachum deſcendat gutta patentem Sammon. v. 276. Amnis …praeceps voluitur per deuia Sil. 17, 124. Annus voluitur in ſe …Virg. Georg. 2, 402. Equi ſemianimes voluuntur Idem Aen. 11, 635. …Flammae voluuntur per culmina Virg. Aen. 4, 671. Ignem voluere …naribus Idem Georg. 3, 85. *de Equo, cum flatu et anhelitu calido in…dic… magnanimitatem ſuam.* Ignis voluitur ſumma ad faſtigia Idem Ae…n. 2, 759. Incendia voluunt aeſtus Virg. Aen. 2, 706. Lacrimae vo…luuntur inanes, *Fruſtra cadunt* Idem Aen. 4, 449. Aut acidi La…ctis clauſo voluuntur in ore Sammon. v. 235. Cic. de Clar. Orat. …19 Voluendi enim ſunt Libri cum aliorum, tum in primis Catonis, *cum reſpectu ad* Volumina. Mare venti voluunt Virg. Aen. 3, 196. O…culos per ſingula voluit Idem Aen. 8, 618. Orbem voluere Liu. … *Vid.* ORBIS. Puluis voluitur ad muros Virg. Aen. 11, 876. Sa…xa… ingens voluunt alii Idem ibid. 6, 616. Satis diu hoc ia…m… ſaxum voluo Ter. Eun. 5, 9, 55. *Conf.* Cic. Tuſc. … Saxa voluebant infeſto pondere Virg. Aen. 9, 512. Vi… voluere, *vid. mox n. 2.* Dicitur de verbis celeriter prolatis. … Quam citatiſſime voluere Verſus affectatae difficultatis Quinctil. 1, … Facile ſoluteque verbis voluere ſententias Cic. de Clar. O… 2… Idem de Orat. 3, 179 c. 47 Longiſſima eſt igitur complexio verborum, quae volui vno ſpiritu poteſt. Voluere, *Cogitare verſare animo.* Virg. Aen. 1, 309 At pius Aeneas per noctem plu…rima voluens. *Sic* Sall. Cat. 32 *et* 41. Caſus voluere Virg. Aen. … Curas multiplices animo voluebat Catul. 62 (65) 250. …Fluctus curarum voluere in pectore Lucret. 6, 33. Liu. 26, 7 Mul…ta ſum voluens. Iras in pectore voluere Liu. 35, 18. Voluere …in animo Salluſt. in Iugurth. c. 108. ¶ 2 *Parcarum opus …* …oluere, *et* Euoluere: Virg. Aen. 1, 22 Sic voluere Parcas. Stat. Sil… 1, 4 *pr.* Eſtis io Superi, nec inexorabile Parca Voluit opus. Euol…uere, *vid. ſ. l.* *Sed etiam de Ioue* Virg. Aen. 3, 376 Sic fata Deum rex Sortitur, voluitque vices: is vertitur ordo. *Reſpicitur ad fuſum, qui in orbem vertitur, et ſic voluitur.*

…OLVENS, entis. Partic. [δινῶν] Voluentes hoſtilia Cadauera Salluſt. Cat. *extr. i. vertentes.* Oculos huc illuc voluens Virg. Aen. 4, 363. Senſus varios voluens Valer. Argon. 7, 196. Multa ſecum ipſe voluens Sall. Catil. c. 32. *Add.* Ibid. c. 41. Verba celeriter ſane voluens Cic. de Clar. Orat. 240 c. 70. ¶ 2 *Intranſit.* Plauſtra voluentia, *Volubilia* Virg. Georg. 1, 163. Seruius. Vi… Aen. 1, 2… Certe hinc Romanos olim voluentibus annis. Hic eſt participium pro nomine. Voluens enim eſt qui voluit: Volubilis item qui voluitur. Anni autem voluuntur, non voluunt. Vt eſt Georg. 2, 402 Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus. Seruius.

…OLVENDVS, a, um. *Aliud* Partic. [δινόμενος] Virg. Aen. 1, 273 Triginta magnos voluendis menſibus orbes Imperio explebit. *i. Volubilibus.* Idem Aen. 9, 7 Voluenda dies en attulit vltro. Ser…uius.

…OLŪTVS, a, um. *Item* Partic. [κεκυλισμένος] *Vt*, Amnis per ſaxa volutus Virg. Georg. 3, 521. Fluctus volutus ad terras Idem ibi…d. 238. Lacrimae per ora volutae Virg. Aen. 10, 790.

…OLŪTVS, ûs. m. Apul. Florid. 2 p. 17 Dedit volatus auibus, voluti… ſerpentibus.

…OLŪTIM. Adu. Non. 1, 12 Tolutim dicitur quaſi volutim vel vol…ubiliter.

…OLVTINA, ae. f. Dea, quam inter agrorum Deas perfecerunt inv…olumentis folliculorum. *Vid.* Auguſt. de Ciu. Dei 4, 8.

…OLŪTO, āre. Frequent. [ἑλίσσω] Columel. 7, 9 *de porcis*, Vt pal…udem rimentur, effodiantque lumbricos, atque in luto volutentur, quo eſt huic pecori gratiſſimum. Volutare ſe ſupra rem aliquam Plin. 8, 37. Cic. in Somn. Scip. 22 Namque eorum animi, qui ſe corporis voluptatibus dedidere, earumque ſe quaſi miniſtros praebuere, impulſuque libidinum voluptatibus obedientium deorum et hominum iura violauere, corporibus elapſi, circum terram ipſam volutantur, nec hunc in locum niſi multis exagitati ſaeculis reuertuntur. Cic. de Aruſp. Reſp. 59 Quis vnquam nepos tam libere eſt cum ſcortis, quam hic, cum ſororibus volutatus? Auctor ad Herenn. 4, 20 c. 13. Non denique in omni dedecore volutatus es? Cic. Verr. 4, 53 c. 24 Nam nos quidem qui facimus in Verre (*porco, apro*) quem in luto volutatum totius corporis veſtigiis inuenimus? In ſtupris volutatur, *per tranſlationem: h. e. Veluti ſus luto, ita ſtupris delectatur.* Cic. de Aruſp. R. ſp. 42. Idem Fam. 9, 3 Laborandum eſt, ne quum omnes in omni genere et ſcelerum et flagitiorum volutentur, noſtra nobiſcum; aut inter nos ceſſatio vituperetur. *Proprie velut ad colluctationem Venerearn refertur.* Iuſtin. 12 *extr. de Alexand o magno*, Qua nocte eum mater Olympias concepit, viſa per quietem eſt cum ingenti ſerpente volutari, nec Dei decepta ſomnio eſt. Nam profecto maius humana mortalitate vtero opus tulit. Plin. 35, 11 ſ. 40 n. 33 Cleſides innotuit reginae Stratonices iniuria. Nullo enim honore exceptus ab ea, pinxit volutantem cum piſcatore, quem reginam amare ſermo erat. Voluptari *vel* Voluptuari *huic verbo ſubſtituerunt librarii, vbi vid. poſt* VOLVPTAS. Quinctil. Decl. 177 *extr.* Vltra commune flagitium eſt praegnans adultera. aliqua hoc tempore, quo ſaluo pudore a marito ſecubaret, cum adultero volutata eſt. Cic. in Salluſt. 3 c. 1 Itaque nihil aliud ſtudet niſi vt lutulentus ſus cum quouis volutari. *Sed etiam de re honeſtiſſima:* In veteribus ſcriptis ſtudioſe volutari Cic. de Orat. 3, 35. *Vid. mox* Volutatus, a, um. In animo volutare Liu. 28, 18. In ſecreto cum amicis aliquid volutare Liu. 34, 36. Cum triſti corde volutat haec Virg. Aen. 6, 185. Secum animo aliquid volutare Liu. 40, 8. *Add.* Idem 28, 18. Secum volutare aliquid Virg. Ecl. 9, 37. Mente quaedam volutat Lucret. 3, 241. Animum cogitationibus volutare Liu. 9, 17. Dolos dirumque volutat corde nefas Valer. Argon. 2, 568. Vocem volutant per atria, *Iactant clamores laetitiae indices* Virg. Aen. 1, 729. *Paſſiue.* Inter mala plurima volutari Sen. de Vit. Be. c. 24. *confligtari. Obſ. pro* volutare *nonnunquam in MSS. reperire licet* voluptare: *vid. Cort. ad* Declam. in Salluſt. 3. *Et quae ad* Gell. 12, 4 *obſeruamus. vid.* VOLVP.

VOLVTANS, antis. Partic. Virg. Aen. 3, 607 Genua amplexus genibusque volutans Haerebat. Talia ſecum corde volutans Id. Aen. 1, 54.

VOLVTĀTVS, a, um. Partic. [κεκυλισμένος] Cic. Qu. Frat. 2, 13 Itaque ad Calliſthenem et Philiſtum redeo, in quibus te video volutatum. *h. e. Cum labore verſatum.*

VOLVTĀTVS, ûs. m. [κυλίνδημα] Plin. 10, 4 Multum puluerem volutatu collectum, inſidens cornibus excutit in oculos. *Vid.* Apul. de Aſin. 4 p. 144.

VOLVTATIO, ōnis. f. [κύλισμα] Plin. 8, 51 In luto volutatio generi grata. *de ſuibus loquitur. Vid.* HAPHE. Plin. 10, 73 Solidipedum volutatio propria. Cic. in Piſon. 83 An vero tu parum putas inveſtigatas eſſe a nobis labes imperii tui ſtragesque prouinciae? quas quidem nos non veſtigiis odorantes ingreſſus tuos, ſed totis volutationibus corporis, et cubilibus perſecuti ſumus. Taedium et diſplicentia ſui, et nusquam reſidentis Animi volutatio Senec. de Tranquill. Animae c. 2. *Add.* Idem de Prouid. c. 6. Plin. 8, 21. *et* 14, 22. *et* 17, 23.

VOLVTĀTIM. Adu. [κυληδόν] Plaut. Milit. 2, 5, 40 Volutatim domum te rapiam. *Sed Gronou.* Niſi voluntate ibis.

VOLVTABVNDVS, a, um. Cic. *apud* Non. 8, 64 Libidinoſo, et volutabundo in voluptatibus.

VOLVTĀBRVM, i. n. [κυλίστρα] *Locus, vbi ſues volutantur.* Virg. Georg. 3, 411 Saepe volutabris pulſos ſilueſtribus apros Latratu turbabis agens. Qui proni in terram viuunt, aeſtus carnis in volutabro luti temperant P. Chryſolog. Serm. 2. *Conf.* Saluian contra Auar. 1 p. 37. Solin. c. 11. Sidon. Epiſt. 7, 9. Caſſian. 12, 17 Aut coenoſis libidinum ſuarum volutabris polluat.

VOLVBILIS, e. Adi. [εὔστροφος, εὐδίνητος] *Quod facile voluitur.* Cic. de Vniuerſ. 18 c. 6 Deinde animum circumdedit corpore, et veſtiuit extrinſecus, caeloque ſoliuago et volubili, et in orbem incitato complexus eſt. Amnis volubilis Hor. Epiſt. 1, 2, 43. Cic. de Nat. Deor. 1, 46 Neque vero mundum ipſum animo et ſenſibus praeditum, rotundum, ardentem, volubilem Deum, portenta et miracula non diſſerentium Philoſophorum ſed ſomniantium. Cic. pro Milon. 70 Vide quam ſit varia vitae commutabilisque ratio, quam vaga, volubilisque fortuna. Paſſibus ambiguis Fortuna volubilis errat, Et manet in nullo certa tenaxque loco Ouid. Triſt. 5, 8, 15. Homo volubilis quadam praecipiti celeritate dicendi Cic. pro Flacc. 48 c. 20. Malum volubile, *Pomum rotundum* Ouid. Epiſt. 20, 209. Nexu volubiles Ouid. Met. 3, 41. Orator canorus et volubilis Cic. de Clar. Orat. 105. Sol Prud. Cathem. Praef. v. 5. Tempus Corn. Gall. Eleg 1, 109.

VOLVBILĬTAS, ātis. f. [τὸ εὔστροφον] Cic. de Nat. Deor. 2, 49 c. 19 Ex vtraque re et mundi volubilitas, quae niſi in globoſa forma eſſe non poſſet, *etc.* Idem de Fato 43 Vt igitur, inquit, qui protruſit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. Fracta volubilitas capitis latiſſima, *Rotunditas capitis* Ouid. Met. 12, 434. Rotundauit Deus caelum ad volubilitatem Cic. de Vniuerſ. 31 c. 10. Idem de Diuin. 2, 15 c. 6 Quo modo ergo id quod temere fit, caeco caſu et volubilitate fortunae, praeſentiri et praedici poteſt? Linguae volubilitas Cic. pro Planc. 62 c. 25. Graeci Linguae volubilitate plurimum valent Val. Max. 2, 2, 2. Cic. de Orat. 1, 53 Eſt enim et ſcientia comprehendenda rerum plurimarum, ſine qua verborum volubilitas inanis atque irridenda eſt. Quinctil. 11, 3, 52 Nec volubilitate nimia confundenda quae dicimus. Idem 10, 1, 8 Vim orandi, non circulatoriam volubilitatem ſpectantibus.

VOLVBILĬTER. Adu. [εὐστρόφως] Cic. in Orat. 210 c. 63 Saepe etiam in amplificanda re conceſſu omnium funditur numeroſe et volubiliter oratio.

VOLŪMEN, inis. n. [εἴλημα, τεῦχος] *a Voluendo dictum videtur, et rotundum quid, vel ſinuoſum certe ſignificat, quod voluitur vel volui poteſt. Mature tamen ſedem velut fixit in duabus potiſſimum rebus, in cylindris illis* [κυλινδρος a κυλίω voluo] *chartarum conuolutarum, qui a materia antiquiſſima etiam libri dicuntur: et in curuaturis ſerpentum. De illo prius.* Ouid. Triſt. 1, 1, 117 Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae, *quindecim libri Metamorphoſeon.* Plin.

VOX, vōcis. f. [φωνή, αὐδή, ὄψ] *Omne quod ſonat.* Vitr. 5, 3 V[ox] eſt ſpiritus fluens, et aëris ictu ſenſibilis auditui. Ea mouetur [c]irculorum rotundationibus infinitis: vti ſi in ſtantem aquam lapide immiſſo naſcantur innumerabiles vndarum circuli creſcentes a centro, et quam latiſſime poſſint vagantes, niſi anguſtia loci interpellauerit, [a]ut aliqua offenſio, quae non patitur deſignationes earum vndarum ad [ex]itus peruenire *etc. Sunt enim plura, quae legiſſe iuuerit.* Priſc. 1 p. [5]3 *poſt definitionem Vitruuianae ſimilem.* Vox dicta eſt, vel a vocando vt dux a ducendo: vel ἀπὸ τοῦ βοάω βοῶ, vt quibuſdam placet. Cic. [in] Orat. 55 c. 17 Vocis mutationes totidem ſunt, quot animorum, qui [maxi]me voce commouentur. Ibid. 57 Mira eſt enim quaedam natura vocis, cuius quidem e tribus omnino ſonis, inflexo, acuto, graui tanta [ſi]t et tam ſuauis varietas perfecta in cantibus. Idem Acad. 1, 19 In [q]ua etiam explanata vocum impreſſio. Idem de Nat. Deor. 2, 146 Vocis genera permulta, canorum, fuſcum, leue, aſperum, graue, acutum, flexibile, durum: quae hominum ſolum auribus iudicantur. Idem de Orat. 3, 214 Nam voces vt chordae ſunt intentae, quae ad quemque tactum reſpondeant, acuta, grauis: cita, tarda: magna, parua: quas tamen inter omnes eſt ſuo quoque in genere mediocris. Atque etiam illa ſunt ab his delapſa plura genera, lene, aſperum: contractum, diffuſum; continenti ſpiritu, intermiſſo: fractum, ſciſſum: flexo ſono, attenuatum, inflatum. Vocis *quantitates et qualitates* [...]*ſe facit* Quinctil. 11, 3, 1 *quod caput totum paene huc pertinet: ſed quia longum ſit, certe, quae olim huc relata ſunt exhibemus Geſnerianae* [...]*s numeris ſignata.* *Igitur* ſ. 13 Sed ne vox quidem niſi liberalis, [...]onem habere optimam poteſt. Bona enim firmaque, vt volumus, [l]icet: mala vel imbecilla et inhibet multa, vt inſurgere, exclamare: [et a]liqua cogit, vt ſubmittere, deflectere, *etc.* *Paullo poſt*, Natura [vo]cis ſpectatur quantitate et qualitate, Quantitas eſt ſimplicior. In [ſu]mma enim grandis, aut exigua eſt: ſed inter has extremitates mediae ſunt ſpecies, et ab ima ad ſummam, ac retro, multi ſunt gradus. Qualitas magis varia eſt. Nam eſt et candida et fuſca, et plena et exilis et lenis et aſpera, et contracta et fuſa, et dura et flexibilis, et clara et obtuſa. Ibidem ſ. 23 Non enim tam molli teneraque voce, quam forti ac durabili opus eſt. *Paullo poſt* ſ. 24 Alioqui nitida et curata vox inſolitum laborem recuſabit. *Rurſus ibidem* ſ. 32 Itaque fit ipſa vox primum (vt ſic dicam) ſana, id eſt nullum eorum, de quibus nunc dixi, patiatur incommodum: deinde non ſubſurda, rudis, immanis, dura, rigida, vana, praepinguis, aut tenuis, inanis, acerba, puſilla, mollis, effeminata. *Et aliquanto poſt* ſ. 40 Ornata eſt pronuntiatio, cui ſuffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, ſecans aëra, auribus ſedens. *Idem* ſ. 42 Nam vox, vt nerui, quo remiſſior, hoc et grauior et plenior: quo tenſior, hoc tenuis et acuta magis eſt. Sic ima vim non habet, ſumma rumpi periclitatur. *Paullo poſt* ſ. 62 Sic velut media vox, quem habitum a nobis acceperit, hunc iudicum animis dabit. Eſt enim mentis index, et velut exemplar, ac totidem quot illa mutationes habet. Itaque laetis in rebus plena, ſimplex, et ipſa quodammodo hilaris fluit: at in certamine erecta totis viribus, et velut omnibus neruis intenditur. Atrox in ira, et aſpera ac denſa, et reſpiratione crebra. Paullulum in inuidia facienda lentior, quia non fere ad eam niſi inferiores confugiunt: at in blandiendo, fatendo, ſatisfaciendo, rogando, lenis et ſubmiſſa. Suadentium, et mouentium, et pollicentium, et conſolantium grauis: in metu et verecundia, contracta: adhortationibus fortis: diſputationibus teres: miſeratione flexa et flebilis, et conſulto quaſi obſcurior: at in egreſſionibus fuſa, et ſecurae claritatis: in expoſitione ac ſermonibus recta, et inter acutum ſonum et grauem media. Attollitur autem concitatis affectibus, compoſitis deſcendit, pro vtriuſque rei modo altius vel inferius. *Multo poſt* ſ. 161 Vox temperata, ac geſtus modeſtus. *Ibidem* ſ. 171 Fuſca illa vox, qualem Cicero fuiſſe in Antonio dicit. *Iterum* ſ. 175 Submiſſa atque contracta — Erecta et concitata voce dicenda ſunt. *Paullo poſt* ſ. 179 Nam vox quoque Demetrii iucundior, illius acrior erat. Abſonus voce, *vid.* ABSONVS. Cic. de Orat. 1, 232 Ego enim neminem nec motu corporis neque ipſo habitu atque forma aptiorem nec voce pleniorem aut ſuauiorem mihi videor audiſſe. Abſciſio vocis Scribon. 72. 100 *i. interceptio.* Aſperitas vocis Lucret. 4, 546. Bona vocis Quinctil. 11, 3. Cantus vocis Idem 5, 10. Contentio vocis *et* Remiſſio, *contraria* Cic. de Orat. 1, 261. *Vid.* Contentio, *in* CONTENDO. Copulatio inoffenſa vocum Quinctil. 1, 10. Diſcrimina vocum Idem 1, 5. Flexus vocis Idem 1, 10. *it.* 11, 3, 17 Flexum vocis, et flebilem ſuauitatem, qua praecipue franguntur animi Inclinationes vocis, quas inuicem Demoſthenes atque Aeſchines exprobrant, non ideo improbandae: cum enim vterque alteri obiiciat, palam eſt vtrumque feciſſe Idem 11, 3, 168. Intenſio vocis Idem 1, 10. Iter vocis Ouid. Met. 2, 830. Iucunditas claritasque vocis Quinctil. in Prooem. l. 6. Modeſtia vocis Idem 4, 1. Remiſſio vocis Idem 1, 10. Simulans vocum ales Ouid. Amor. 2, 6, 23. *de pſittaco.* Sonitus vocis, *Vox buccinae* Virg. Aen. 3, 669. Splendor vocis Cic. in Brut. 164. Splendorem voci affert porrum Plin. 20, 6. Suauitas vocum Quinctil. 1, 5. Cic. de Diuin. 2, 9 Aut ſi ſurdus ſit, Varietates vocum aut modos noſcere? ¶ 2 *Antequam progrediamur ad reliqua, obſeruamus*, Vocem *interdum accipi pro litera* Cic. Orat. 151 Vocum concurſio *i. Vocalium: pro Verbo ſingula, et parte orationis,* Quinct. 1, 5, 2 *ubi ſynonyma ſunt* verba, voces, dictiones, locutiones. *Et* ſ. 37 Nam id fateor poſſe accidere voce vna, non tamen aliter, quam ſi ſit aliquid, quod vim alterius vocis obtineat, ad quod vox illa referatur. *Porro* Vox *ſaepe ponitur pro enunciatione, pronunciato, ſ. oratione, breui imprimis, quae ἀποφθέγματα ſolent vocare Graeci, vt* Cic. pro Archia c. 9 Cuius vocem libentiſſime audiret *etc.* Idem de Off. 3 *pr.* Magnifica vero vox, et magno viro ac ſapiente digna *etc.* *Et* de Sen. c. 9 Quae enim vox poteſt eſſe contentior, quam Milonis Crotoniatae. *Et* de Amic. c. 11 Videtis, quam nefaria vox. Cic. Verr. 5, 168 c. 65 Conſtitue, nihil eſſe opis in hac voce, Ciuis Rom. ſum. *Dixerat* ſ. 162 c. 62 Cum interea nullus gemitus, nulla vox alia illius miſeri audiebatur — niſi haec, Ciuis Romanus ſum! *Multa huc referri poſſunt, quae damus n. 3 et 4.* *V. g.* Aequiſſima, Animoſa, Contumelioſae, Dira, Inſana *etc.* Loqui, Mittere *etc.* *Verum generatim etiam pro ſermone, quo aliquid indicatur, explicaturue, ponitur.* Secreto mandatis quibuſdam, quae voce meliora ſunt Apul. Met. 11 p. 268, 24 *i. myſteria, tacenda.* Vox *pro flagitatione.* Coactus aſſiduis tuis vocibus, Balbe, cum quotidiana mea recuſatio non difficultatis excuſationem, ſed inertiae videretur deprecationem habere, difficillimam rem ſuſcepi Hirt. B. G. Praef. 8. Vox *eſt conuicium.* Sic vocibus conſulis, terrore praeſentis exercitus, minis amicorum Pompeii plerique compulſi inuiti et coacti, Scipionis ſententiam ſequuntur Caeſ. B. C. 1, 2. *conſ.* c. 1. ¶ 3 *Iam Epitheta* Vocis *ordine elementari perſequemur.* Abſona, Abſurda, *vid. hh. vv.* Liu. 45, 10 Popilius, quae ſinguli vniuerſique eo bello hoſtiliter dixerant fecerantque, retulit: et vir aſper ingenio, augebat atrocitatem eorum, quae dicerentur, vultu truci et accuſatoria voce. Acerba Quinctil. 11, 3, 32. *Et* ſ. 169 Paene extra organum, cui Graeci nomen amaritudinis dederunt, ſupra modum ac paene naturam vocis humanae acerba. *Exemplum ponit* Cic. pro Rabir. Perd. c. 6 Quin continetis vocem, indicem ſtultitiae veſtrae, teſtem paucitatis. *Quod hic dicit* Paene extra organum, *intelligitur ex* ſ. 40 Eſt quaedam vox ad auditum accommodata, non magnitudine ſed proprietate, ad hoc velut tractabilis, vtique habens omnes in ſe, qui deſiderantur, ſonos, intentioneſque, et *toto* vt aiunt *organo* inſtructa: *nempe cui non vnus modo atque alter ſonus reſpondeat, ſed quicunque ſunt in hydraulico* organo, *vel in polychordo, ſoni pareant.* Acrior Quinctil. 11, 3, 179. Acuta, *vid. ſub* ACVO. Acutae vocis Hylactor Ouid. Met. 3, 224. Aequiſſima vox et Turpiſſima, *opponuntur* Senec. de Benef. 5, 14. Alta, *v. h. v.* Ambigua vox Virg. Aen. 2, 99. Amoenae voce, Lucan. ad Piſon. 81. Anguſta Iuuen. Sat. 3, 90. Anhela Claud. in Eutrop. 2, 414. Animoſa vox Senec. de Benef. 2, 16. Aſpera Quinct. 11, 3, 63. Aſſidua Virg. Aen. 4, 447. Atrox Quinctil. 11, 3, 63. Beata Idem 11, 3, 40. Blanda vox Virg. Aen. 1, 674. Bona, *vid.* BONVS. Candida Quinctil 11, 3, 15. Venere vox reuocatur, cum e Candida declinat in Fuſcam Plin. 27, 6. Canora, *vid.* CANO. Clara et ſuauis Cic. Off. 1, 133. Quinct. 11, 3, 15 *et* 40. Clariſona vox Catull. Argon. ſ. 62, 320. Concitata vox Quinctil. 11, 3, 175. Confuſa Lucret. 4, 566. Conſona Sil. 5, 199. Conſtans Ouid. Amor. 1, 4, 70. Cic. in Orat. 57 Volet igitur ille, qui eloquentiae principatum petet, et Contenta voce atrociter dicere, et Summiſſa leniter, et Inclinata videri grauis, et Inflexa miſerabilis. Contracta Quinctil. 11, 3, 64. Contumelioſae voces, *vid. in* CONTVMELIA. Cygnea vox, *vid.* CYGNEVS, *in* CYGNVS. Denſa Quinctil. 11, 3, 63. Dira Virg. Aen. 3, 228. Diſſona Stat. Theb. 8, 620. Docta Quinctil. 2, 16. Dulcis et clara vox Cic. in Orat. 57. Quinct. 11, 3, 40. Dura Idem 11, 3, 15 *et* 32. Durabilis Idem 11, 3, 23 *et* 40. Efferatae voces Sen. Herc. Fur. ſ. 6. Erecta totis viribus Quinctil. 11, 3, 63. Erudita vox et Romanis Graeciſque auribus Digna, *i. Oratio* Cic. de Clar. Orat. 66 c. 2. Exigua Virg. Aen. 6, 493. Quinctil. 11, 3, 15. Suet. Ner. c. 20. Extrema Virg. Aen. 4, 621. Facilis Quinctil. 11, 3. Facunda Ouid. Faſt. 4, 245. Falſa Hor. Carm. 2, 2, 21. Ferox Claud. de Nupt. Hon. et Mar. 320. Ferrea Virg. Aen. 6, 626. Feſſa loquendo Ouid. Triſt. 3, 3, 85. Ficta Lucan. 3, 102. Flebilis Quinctil. 11, 3, 64. Flexa *ibid.* Feminea Quinctil. 1, 11, 32. Fortis Idem 11, 3, 64. Furialis Cic. de Aruſp. Reſp. 39. Fuſca, *i. Subrauca* Quinct. 11, 3, 171. *vid.* Candida. *add.* Suet. Ner. c. 20. Cic. N. D. 2, 146 c. 58 *extr.* Fuſa Idem 11, 3, 64. Grandis Quinctil. 11, 3, 15. Grandior et plenior vox Cic. in Brut. 288. Grauis vox, *cui opponitur* Exilis Plin. 11, 51. *Talis eſt* ſuadentium, mouentium, pollicentium, conſolantium Quinct. 11, 3, 64. Hilaris Idem 11, 3, 63. Hirta *i. rauca*, obtuſa Cael. Chron. 2, 129 ſq. Hiulcae voces, *vid.* HIVLCVS. Horrenda Virg. Aen. 9, 112. Immanis Quinct. 11, 3, 32. Inanis Idem 11, 3, 32. Incerta Idem 1, 1. Inceſta Ouid. Triſt. 2, 503. Inclinata Cic. in Orat. 57. *vid.* Contenta vox. Incorrupta vox bene iudicantium, *vid.* INCORRVPTVS. Infandae vocis ſonus Sen. Agam. ſ. 13. Inflexa vox, *vid.* Contenta vox, *paullo ante.* Infragilis vox Ouid. Triſt. 1, 5, 53. Infuſcata, *vid.* ROBVSTA. Ingenioſa mutandis ſonis Ouid. Amor. 2, 6, 18. *de Pſittaco.* Ingens Virg. Georg. 1, 477. Ingloria Stat. Silu. 5, 3, 139. Inhumana et ſcelerata, *vid.* INHVMANVS. Inimica alicui, *vid* INIMICVS. Inſana Ouid. Epiſt. 11, 74. Interrupta atque moriens, *vid.* INTERRVMPO. Iracunda Ouid. Met. 2, 483. Legitima Idem de Arte Am. 3, 293. Lenis Quinctil. 11, 3, 15 *et* 63. Lentior Idem 11, 3, 63. Libera Liu. 39, 25. Quinct. 9, 2, 3. Liberalis Idem 11, 3. Limpida vox Plin. 34, *vlt. de ſandaracha.* Sine contentione vox, nec Languens, nec canora Cic. Off. 1, 133. Liquata vox *apud Macrobium vt in Hoſtii carmine, videtur eſſe, quae liquido gutture diſerta, claraque foras editur, quam ſcilicet guttur ipſum liquat, et liqua dum transmittit: atque ab his, quae colliquantur per translationem id dictum eſt.* Turnebus 18, 3. *Porro verba Hoſtii apud* Macrob. Saturn. 6, 3 *haec ſunt,* Non ſi mihi linguae Centum atque ora ſient totidem, voceſque liquatae. Liquida Hor. Od. 1, 24, 3. Lucret. 5, 2. Liquidae voces auium Idem 5, 1378. Liquidae voces corui Virg. Georg. 1, 410. Lugubris Lucret. 4, 552. Cic. de Senect. 14 Voce magna et bonis lateribus ſuaſiſſem. Minax Hor. Carm. 1, 10, 10. Moeſta Virg. Aen. 2, 280. Cic. de Orat. 3, 38 Sunt enim certa vitia, quae nemo eſt quin effugere cupiat, Mollis vox, vt Muliebris, aut quaſi extra modum abſona atque abſurda eſt. *Add.* Quinct. 11, 3, 32. Moribunda Stat. Theb. 8, 642. Mutae voces murmure Idem Silu. 2, 1, 104. Nitida Quinctil. 11, 3, 62. Nuptialis, *vid.* Nuptialis, *in* NVBO. Obſcena Iuuen. Sat. 11, 172. Obſcura Quinctil 11, 3, 20. Obtuſa Idem 11, 3. Paruae vocis murmura Ouid. Met. 12, 49. Peracuta vox Cic. in Brut. 214. Permanens

manens vox Cic. in Brut. 141. *i. Non fracta, firma, durabilis.* Cic. de Clar. Orat. 288 Subſellia grandiorem et Pleniorem vocem deſiderant. Praepinguis Quinctil. 11, 3, 32. Pura Perſ. Sat. 5, 28. Puſilla Quinctil. 11, 3, 32. Rara Virg. Aen. 3, 314. Rauca Ouid. Met. 6, 377. Recta inter acutam et grauem media Quinct. 11, 3, 64. Reſona Ouid. Met. 3, 496. Rigida Quinct. 11, 3, 32. Vox Robuſta *ſed* Sordida, lucubrationibus et negligentia non naturâ Infuſcata Sen. Contr. Praef. 1. Rudis Quinct. 11, 3, 32. Cic. de Orat. 3, 38 Ruſtica vox et agreſtis quosdam delectat quo magis antiquitatem, ſi ita ſonet, eorum ſermo retinere videatur. Sacra Ouid. Met. 2, 278. *al.* Sicca. Salutaris Sen. de Benef. 1, 10. Sana Quinctil. 11, 3, 32. Serena Perſ. Sat. 1, 19. Simplices voces Quinctil. 1, 5. Sollicita vox Ouid. Met. 10, 639. *et* 14, 706. Sordida, *vid.* ROBVSTA. Splendida vox, *i. Clara* Cic. in Brut. . . . Suauis et canora Idem de Clar. Orat. 234. Idem in Orat. 149 Verbaque ſunt quam Suauiſſimis vocibus. Subrauca Idem in Brut. 141. Subſurda Quinctil. 11, 3, 32. Summiſſa Ouid. ex Pont. 4, 3, 42. *vid. h. v.* Superba Lucret. 5, 1172. Supplex Liu. 30. Tacita Ouid. Met. 9, 300. Tenera Quinctil. 11, 3. Tenuata Ouid. Met. 2, 373. Tenuis Quinct. 11, 3, 32. Tenuis et tinnula, *vid.* Deducere vocem, *in* DEDVCO. Teres in diſputationibus Quinctil. 11, 3, 64. *i. volubilis.* Tinnula Catull. in Epithal. Iuliae 59, 13. Tractabilis, *vid.* ACERBA. Tremulae voces haedorum Lucret. 2, 367. Triſtis Ouid. Met. 7, 517. Truculenta vox Plin. 11, 2. Trux Sil. 1, 68. Turpis nulla vox (*verbum*) eſt natura Quinct. 8, 3, 39. Vana *legitur* Idem 11, 3, 32 *ſed vid. Geſn.* Veneranda Lucan. 2, 530. Ouid. Met. 2, 538 Nec ſeruaturis Vigili Capitolia voce Cederet anſeribus. Virilis Ouid. Met. 4, 382. Viua vox alit plenius, praecipueque eius praeceptoris, quem Diſcipuli et amant et verentur Quinctil. 2, 2, 8. Hieron. Ep. ad Paullin. 103 c. 2. Plus tibi Viua vox et conuictus quam oratio proderit Sen. Ep. 6. Viua vox magis afficit Plin. Epiſt. 2, 3. Vlulans Cic. in Orat. 27. Idem Fam. 9, 14 Atque haec vna vox omnium eſt, *i. omnes hoc dicunt.* *Sic* Cic. de Orat. 1, 46 Multi erant praeterea praeclari in philoſophia et nobiles, a quibus omnibus vna paene repelli voce oratorem a gubernaculis ciuitatum, *etc.* Votiuae voces Tibul. 1, 3, 29.

¶ 4 *Verba:* Aboritur vox, Accipere voces, Accommodare vocem, *vid. hh. vv.* Addere voces lacrimis Ouid. Met. 13, 576. Aequiparare magiſtrum voce, *de cantu* Virg. Ecl. 5, 48. Quinctil. 2, 2, 8 Tamen viua illa, vt dicitur, vox Alit plenius. Alloqui patriam voce moeſta Catull. de Berecynt. ſ. 61, 49. Attollere et Submittere vocem, *oppoſita* Quinctil. 1, 8 *pr.* Attollitur Id. 11, 3, 64. Annuere vocibus alicuius Hor. Carm. 4, 6, 22. Audire et reddere voces notas Virg. Aen. 6, 689. i. e. Familiariter loqui, *vt ait* Seruius. Boans vox Ouid. de Arte Am. 3, 450. Canere inclinata vlulantique voce, more Aſiatico Cic. in Orat. 27. Captare voces auribus Ouid. Epiſt. 19, 53. Captus dulcedine vocis *cantus* Ouid. Met. 1, 709. Citat vox praeconis Quinctil. 6, 4. Compellare aliquem voce Virg. Aen. 5, 161. Complere timenda voce nemus Hor. Epod. 6, 9. Comprimere vocem, *vid.* COMPRIMO. Compeſcere voces Sen. Herc. Oet. ſ. 11. Compoſitae voces, *quibus opponuntur* Simplices Quinctil. 1, 5. Concipere mente vocem alicuius Idem 1, 2. Condere vocem alicuius memori aure Ouid. Epiſt. 19, 98. Conferre vocem in quaeſtum, *vid.* CONFERO. Confirmatur vox hoc modo Quinctil. 11, 3. Confirmata conſtitutaque vox Idem 11, 3, 29. Confiteri magna voce, Conſequi vocem gradu, Contendere voce, Continere vocem, *vid. hh. vv.* Conturbatur vox Lucret. 4, 563. Curata vox Quinctil. 11, 3. Currit vox, *vid. mox* Deuoratur. Cuſtodire vocem Quinct. 1, 7. Deducere vocem, *vid.* DEDVCO. Demiſſa voce loqui Virg. Aen. 3, 320. Deplorare voce lamentabili, *vid.* LAMENTOR. Deſcendit vox, *hoc eſt Deprimitur, ſubmittitur.* Quinctil. 11, 3, 64. Deſtituit vocem conſumtus humor Idem 11, 3, 21. Deuorat vocem dolor, *Prae dolore loqui nequit* Ouid. Met. 13, 539. Plin. 11, 51 Mira ſunt de voce digna dictu. In theatrorum orcheſtris ſcobe aut arena ſuperiecta Deuoratur, et in rudi parietum circumiectu, doliis etiam inanibus. Currit eadem concauo vel recto parietum ſpatio, quamuis leui ſono dicta verba ad alterum caput perferens, ſi nulla inaequalitas impediat. *Sic* Glutire vocem. Dicere aliquid acuta voce Hor. Carm. 3, 4, 3. Dicere tacita voce carmina *intra ſe muſſitare incantationem* Ouid. Met. 9, 300. Diſtinguere vocem lingua Sil. 1, 78. Dat voces lingua Ouid. Met. 9, 563. Dare vocem alienae perſonae, *loquentem introducere* Quinctil. 4, 2. Ducere longas in fletum voces Virg. Aen. 4, 463. Effundere voces ad aethera Virg. Aen. 8, 70. Elicit vox vocem Ouid. Faſt. 1, 256. *Interrogatio prouocat ad reſpondendum.* Eliſa vox, in illum ſonum erumpit, cui Graeci κλωσμὸν, nomen ab immaturo gallorum cantu dederunt Quinctil. 11, 3, 51. Eluctata vox Stat. Achil. 1, 525. Emittere vocem Tibul. 1, 9, 27. Eripuit vocem ab ore loquentis Virg. Aen. 7, 119 *cupide audiuit, accepit omen.* Exaſperatur vox Quinctil. 11, 3, 20. Exaſperant vocem fauces raſae, Ibid. Excidit vox ore Virg. Aen. 6, 686. Excipere vocem alicuius Sen. Thyeſt. 1. Cic. de Orat. 1, 251 Tamen me auctore nemo dicendi ſtudioſus, Graecorum more Tragoedorum voci ſeruiet, qui et annos complures ſedentes declamitant, et quotidie antequam pronuntient, vocem cubantes, ſenſim Excitant, eandemque cum egerunt, ſedentes, ab acutiſſimo ſono vsque ad grauiſſimum ſonum recipiunt. Exercere vocem pronuntiatione Quinctil. 1, 11. Expauere trucem vocem Sil. 1, 67. Exprimere voces Lucret. 4, 553. Expromere anhelam vocem Claud. in Eutrop. 2, 390. Expromere moeſtas voces Virg. Aen. 2, 280. Exſtincta vox, *vid.* EXSTINGVO. Ferre voces ad aliquem Ouid. Faſt. 5, 478. Fertur vox ad aures Virg. Aen. 3, 40. Fingere optime ſibi voces Quinctil. 6, 2. Flectere vocem Ouid. Amor. 2, 4, 25. Fractae voces ad littora Virg. Aen. 3, 556. Frangitur vox vitio faucium Quinctil. 11, 3, 20. Fraudare legitima voce literam Ouid. de Arte Am. 3, 293. Frui obſcenis vocibus Iuuen. Sat. 11, 172. Fundere voces Catul. Argon. ſ. 62, 125. Fundo extremam vocem cum ſanguine Virg. Aen. 4, 621. Fuſa vox Quinctil. 11, 3, 15 *et* 64. Glutire vocem Plin. 10, 12 *vt Deuorare.* Cic. pro Muraen. 50 Meminiſtis enim cum illius nefarii gladiatoris voces percrebuiſſent, quas Habuiſſe in concione domeſtica dicebatur. Habere contemtam ſupplicis vocem Catull. de Ruffa ſ. 58, 4. Iactare voces inertes Virg. Aen. 10, 322. Iactare voces ad ſidera Idem Ecl. 5, 62. Impedire vocem loquentis Ouid. Met. 13, 745. Impedit nimius humor Quinct. 11, 3, 21. Inclamare aliquem magna voce. [...]cludit vocem dolor, Incurrere in voces maleuolorum, *vid. h. vv.* Induere voces dolentum Tacit. Ann. 4, 12. Infle[...] voces cantu Tibul. 1, 7, 37. Inflexa vox ad miſerabilem ſo[...] Cic. de Orat. 2, 193. Ingeminare voces Virg. Georg. 1, 411. [...]ſtructa toto organo, *vid.* n. 2 ACERBA. Intelligere ex voce [...]bon. 194. Cic. de Orat. 3, 214 Voces vt chordae ſunt Intenta[...] Inuocare ſollicita voce aliquem Ouid. Met. 10, 639. Iterare [...] Hor. Epiſt. 1, 19, 12. Iterare reſonis vocibus aliquid Ouid. M[...] 496. Iungere vocem fidibus Quinctil. 5, 10. Laceſſere [...]quem voce Virg. Ecl. 3, 51. Locare vocem Iuuen. Sat. 8[...] Loqui Latina voce Ouid. Triſt. 3, 12, 40. Loqui primum in [...] voce tentauit Quinctil. 1, 1. Loqui triſti voce Ouid. Met. 7[...] Mittere vocem Lucret. 3, 943. Cic. pro Cluent. 88 Hodiern[...] primum veritas vocem contra inuidiam his Iudicibus freta Mi[...] Idem pro Flacc. 6 c. 3 Vox de Quaeſtura nulla Miſſa eſt. [...] pro Sext. 4 Conciones haberi quotidie contra me: vocem pro n[...] pro Repub. neminem Mittere. Idem pro Cael. 55 An aliquan[...]cem putatis ipſam pro ſe cauſam et veritatem poſſe Mittere. [...]tere liberam vocem Liu. 35, . . Mittere ſuperbas voces Lu[...] 5, 1172. Modulari vocem, *vid.* MOLVLOR. Moneri [...] alicuius Virg. Aen. 3, 461. Morari blandis vocibus aliquem [...] Aen. 1, 674. Mouere numina voce Idem Georg. 4, 505. [...]tiplicare voces acceptas, *vid.* Multiplico, in MVLTVS. Ci[...] Orat. 55 Vocis Mutationes ſunt totidem quot animorum. N[...]re conſtanti voce aliquid Ouid. Amor. 1, 4, 70. Obſcurant vo[...] fauces obtuſae Quinctil. 11, 3, 20. Obſcuratur vox vitio fau[...] Ibid. Obtundere vocem, *vid.* OBTVNDO. Parcere [...] Quinctil. 11, 3. Penetrat vox ad aures Ouid. Met. 12, 42. [...]ſequi voce, *vid.* PERSEQVOR. Praeparare Quinctil. 11, [...] Praeterradit vox fauces Lucret. 4, 531. Premere vocem, C[...]nere vocem, *tacere* Virg. Aen. 9, 323. Proclamare magna voce [...] Aen. 5, 345. Profundere vocem Catul. Argon. 62, 202. [...]fuſae voces abiere domos aetherias Sil. 6, 252. Profuſa imm[...]rate vox, *vid.* IMMODERATVS. Recipere, *vid.* EXCI[...] Virg. Aen. 1, 413 Veras audire ac reddere voces. Referre [...] pectore Idem Aen. 5, 409. Cic. Q. Frat. 1, 1, 33 Natura auten[...] reſonans *theatrum eſt Aſia* vt vsque Romam ſignificationes, voce[...] Referantur. Referre voce, per pleonaſmum dicitur a Poëtis [...] Aen. 1, 213. Seruius. Remittunt vocem nemora Idem Aen[...] 929. Replere littora voce Ouid. Met. 1, 348. Reſoluere vo[...] atque ora Virg. Aen. 3, 457. Reſorbere vocem Plin. 18, c[...] Reuerti neſcit vox miſſa Hor. de Arte Poët. 390. Roboratur [...] Plin. 11, 51. Rogare ſubmiſſa voce opem alicuius Ouid. ex Po[...] 3, 42. Rumpere vocem, *Loqui* Virg. Aen. 2, 129. Rupit [...] pectore vocem Idem Aen. 3, 246. Scinditur vox vitio fau[...] Quinctil. 11, 3. Seruire voci, *vid.* EXCITARE. Sequi vo[...] fugientem Virg. Aen. 1, 410. Simulare victas voces laeto tun[...] Lucan. 3, 102. Spargere voces ambiguas in vulgum Virg. Ae[...] 98. Strangulatur vox Quinctil. 11, 3, 20. Subſidit ſilentio [...]*cillior et magis fuſca fit* Quinct. 11, 3, 24. Suffocata vox ma[...] riſu minus clara eſt Idem 11, 3. Sum. Eſſe bona voce, *vid.* BON[...] Erat vox in curſu Ouid. Faſt. 5, 245. Supprimere vocem [...] 2, 10. Supprimere vocem alicui Ouid. Met. 1, 715. T[...]rantur inceſtis vocibus aures Idem Triſt. 2, 503. Temperata [...] Quinctil. 11, 3, 161. Tenuatur vox Idem 11, 3. Terrere [...]naci voce aliquem Hor. Carm. 1, 10, 3. Tollere vocem Ho[...] Arte Poët. 93. Tollere exiguam vocem Virg. Aen. 6, 492. [...]lere lugubri voce querelam Lucret. 4, 552. Trahere vocem ab pectore Virg. Aen. 1, 375. Trahere aliquid pura voce, *Verbi[...]ris nec fictis enarrare aliquid* Perſ. Sat. 5, 28. Tundi aſſiduis [...]cibus hinc atque hinc Virg. Aen. 4, 448. Venit vox ad aures [...]gi Idem Aen. 2, 119. Vocare voce aliquem Idem Aen. 12, [...] Vocare plena voce aliquem Idem Georg. 1, 388. Volutant vo[...]per atria Idem Aen. 1, 729. Vrgenda vox non eſt vltra v[...] Quinctil. 11, 3. Vti falſis vocibus Hor. Carm. 2, 2, 21. V[...]di voce, multiplex ratio Quinctil. 11, 3.

VOCVLA, ae. f. Dimin. [φωνίδιον] Cic. Att. 1, 23 Et cum recr[...]dae voculae cauſa neceſſe eſſet mihi ambulare, haec dictaui ambul[...] Idem de Orat. 3, 96 Quanto molliores ſunt, et delicatiores in cantu[...]xiones, et falſae voculae, quam certae, et ſeuerae? Omni[...]culae melleus modulator Apul. Flor. 1 p. 7. Virginis delicat[...]culae Id. Met. 6 p. 752. *Pro ſermonibus* Cic. Fam. 2, 16 Sed in[...]currit haec noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed iam etiam in vocu[...]las maleuolorum. *Eſt etiam Dictio, verbum* Gell. 12, 14 Significati[...] huius voculae.

VOCĀLIS, e. Adi. [φωνήεις, εὔφωνος, ἔυφωνος] *Quod eſt ſ[...]rum et multae vocis. Vt,* Aëdon Nemeſian. Ecl. 2, 61. *Vid. Burm.* 3, 51. Calpurn. Ecl. 6, 8. Plin. 18, 35 Ranae quoque vltra ſolitu[...] vocales, ſunt ſigna tempeſtatis. Cic. de Clar. Orat. 242 Addam[...]huc etiam, ne quem Vocalem praeteriiſſe videamur, C. Coſconius [...] Carmine vocali clarus citharaque Philammon Ouid. Met. 11, 317. Cho[...]das vocales impellere pollice Tibul. 2, 5, 3. Ora vocalis Oui[...] Met. 5, 332. Vocales *literae, dictae quia per ſe voces faciunt, vn[...] et Voces dixit* Cic. Orat. 151. Coëunt vocales frequentiſſime Qui[...]ctil. 21, 3. Cic. in Orat. 77 c. 23 Habet enim ille tanquam hiatus co[...]curſu vocalium molle quiddam. Vocalis, *Loquens* Val. Max. 1 [...] ext. 4 Aegles Samius, athleta mutus, cum ei victoriae, quam adept[...] erat, titulus et praemium eriperetur, indignatione accenſus voca[...]euaſit. Inſtrumenti genus vocale Varro R. R. 1, 17. *i. rationale,* S[...]miuocale *vocat animalia feſtiuus ſenex, verbis e diſciplina Grammati[...] ſumtis.* *Compar.* Sonus vocalior et amoenior Gell. 13, 19. Se[...] Quaeſt. Nat. 2, 29 Vocaliora ſunt vacua quam plena. *add.* Quinct[...] 8, 3. *Superl.* Plin. Epiſt. 4, 7 Eligere vocaliſſimum aliquem, q[...]legeret, *etc.* *conf.* Sidon. Ep. 8, 9 *extr.*

VOCALĬTER. Adu. Apul. Met. 1 p. 112, 12 Ianuam vocalit[...] pulſare incipit. *Vid. ibi Pricaeum.* Ita ſonum ipſum vocaliter e[...]primunt etiam Latini Tertull. adu. Prax. c. 3.

VOCALĬTAS, ātis. f. [εὐφωνία] *Conſonantia, quam Graeci E[...]phoniam vocant.* Quinctil. 1, 5 *pr.* Sola eſt quae notari poſſit velut vo[...]calitas, quae εὐφωνία dicitur.

VOCIFĔRO, āri. [κράζω, ἀλαλάζω] *Vehementius exclamare.* Cic. Ver[...] 4, 39 c. 18 Minitari abſenti Diodoro, vociferari palam, lacrimas interdu[...] vix tenere. Idem pro Roſc. Amer. 9 c. 4 Neque ſatis libere vociferari poſ[...] intelligo. Quid vociferabare decem millia talentûm Gabinio eſſe pro[...]miſſa

Idem pro Rab. Poſt. 21. Aera vociferantur, *i. Sonitum* … Lucret. 2, 450. Carmina vociferantur et exponunt prae… eperta Lucret. 1, 732. *add.* 3, 14. Res ipſa vociferatur … 2, 1050.

VOCIFĔRO, āre. Actiuum *protulit* Cic. (*ſi locus mendo vacat*) Verr. 2, 51 c. 21 Nam me dies, vox, latera deficiant, ſi hoc nunc vociferari velim, quam miſerum indignumque ſit, *etc.* *Al.* Vociferari. Varr. de R. R. 3, 9 Item qui elati ſunt, ac vociferant ſaepe, in certamin pugnaces. *de gallis gallinaceis.*

VOCIFĔRANS, antis. Partic. [κράζων] Virg. Aen. 2, 679 Talia vociferans gemitu tectum omne replebat. Graue vociferans Val. Argon. 5, 170. *Vid. et* Liu. 22, 41. Iuſtin. 14, 6, 11. Curt. 3, 2, … 3, 12, 8. *Heroibus tribuitur: vid.* Virg. Aen. 12, 95. *et* Val. Flac. 3, 81.

VOCIFERATIO, ōnis. f. [κραγμός, ἀλαλαγμός] Cic. Verr. … 15 c. 6. An te L. Flauii, caeterorumque de L. Herennio vociferatio commouebat? Idem pro Cluent. 30 Nam in ipſo ſermone hoc et … oratione mortua eſt. Quid enſis iſte? quidue vociferatio? … Hippol. v. 1152. Aperta vociferatio expoſcentium ſtipendium … 2, 43. Furioſa vociferatio Quinctil. 2, 10. Muliebris vociferatio Auctor ad Heren. 3, 25 c. 14. *et* 22 c. 12. Cic. pro Roſc. … 12 c. 5 Qua vociferatione in caeteris iudiciis accuſatores vti … ſunt.

VOCIFĔRĀTVS, ūs. m. *Idem quod Vociferatio.* Plin. 10, 60 … quidem cum vociferatu ſanguinem etiam ex oculis profundunt.

VOCIFERĀTOR, ōris. m. Tertull. Aduerſ. Marc. 4, 11 Iohan… vociferator in ſolitudine.

VOCIFERARIVS, i. m. φωνασκητής Gloſſ. Gr. Lat. *Qui vociferari arte quadam docet.*

VOCIFĬCO, āre. Varro R. R. 3, 16, 8 Quos vocificantes plures … eciuntur etiam paucae. *Al.* Vociferantes Gell. 9, 3 *de Philippo …* Cuius vim atque arma — Demoſthenis orationes vocificant. … *i. celebrant.* *et* Lipſ. Epiſt. Q. 3, 6.

VOCO, āre. [καλέω, φωνέω] *Clamare, inuitare, appellare.* Cic. … 4, 3 Deinde ipſum regem ad coenam vocauit. *Add.* Id. Att. 6, 3 … Martial. 2, 14 Per te, perque tuam vector laſciue puellam, … coenam Selium tu, Rogo, Taure, voca. Taurum Europae ve… *in depictum alloquitur, vt coenipedum* Selium *vocet, id eſt,* fenum … *ſtultitiam et ſordes exprobrat homini. Vulgo interpretantur, … mortem homini imprecaretur Poëta, Iouis enim, qui in tauro latuit, … non eſſe niſi mortuos.* Conuiuam vocare Plaut. Aſin. 4, 1, … Domum vocare aliquem Cic. pro Roſc. Amer. 52. *It. ab…* Quendam inter coenam porrecta a ſe poma guſtare non auſum, … non deſiit Suet. Tib. c. 53. *conf. Taubm. ad* Plaut. *Ian. Guiliel.* … 1, 18. Eſum et comiſſatum vocare Plaut. Men. 3, 1, 11. Idem … 5, 4, 4. Intra tecta vocare aliquem Virg. Aen. 6, 525. Plaut. … 2, 2, 110 Quae ad patrem vis nunciari? vin' vocem huc ad te? … illum verbis meis Plaut. Amphit. 4, 2. Suppoſ. 2, 60. Idem … 4, 1, 2 Nam illi here me vocauerat in hunc diem. *h. e. Dixerat … venirem.* Clamore vocare ſuos Virg. Aen. 12, 312. *add.* ib. … 4. Clamoribus vocare hoſtem Idem Georg. 4, 76. Prouocare. … Idem Georg. 1, 347 Et Cererem clamore vocent in tecta, … nuocent dari copiam frumentorum. Seruius. Nomine aliquem vocare Virg. Aen. 11, 731. Idem. Aen. 6, 247 Ignibus imponit ſacris libamina prima, Voce vocans Hecaten, caeloque Ereboque potentem. *Vbi* Seruius, Voce, non verbis, ſed myſticis quibuſdam … Nam, vt in Lucano legimus, varie numina inuocabantur. Voce magna vocauit Aeneam Idem Aen. 10, 873. Votis vocari Idem Aen. 1, 294. Auxilia vocans fruſtra Idem Aen. 5, 221. Deos … e auxilio Idem Aen. 5, 686. Concilium vocare Ouid. Met. 1, … Pluuiam vocat cornix, *h. e. Portendit, et ſuo clamore quo… odo appetere videtur.* Virg. Georg. 1, 388 Seruius, Vocat, poëtice … non enim vocat, ſed denuntiat pluuiam. Vires vocare *ver… ſolemne in cenſu ſ. populo ad cenſum vocando. Vid.* Varro de L. L. … *pr.* Praeconi ſic imperato, vt viros vocet *etc.* *In aciem et prae… etiam certo ritu, et formulis quadam* Viri vocabantur: *quem mo… et ſimul* teſtamenta in procinctu *omiſſa ſua aetate, queritur* Balbus … Cic. de N. D. 2, 9 c. 3 Nulli viri vocantur. Macrob. Sat. 1, 16 … ex Varrone in Augurum libris, Viros vocare feriis non oportet. *Et … ante,* Vitabant veteres ad viros vocandos etiam dies, qui eſſent … rebus aduerſis. *Vtroque loco ſermonem eſſe de die praeliari et … ſtruendae acie, apertum eſt.* *Plane* Gell. 15, 27 De teſtamento in … Cum viri ad praelium faciendum in aciem vocabantur. … aliquo Lucan. 1, 146. ¶ 2 *Constructiones:* Cic. Acad. 4, 56 Primum quidem me Ad Democritum vocas, cui non aſſen… potiusque refellam. *h. e. Adducis mihi teſtem Democritum.* Ad … ationes vocari Quinctil. 6, 4. Ad bella fata nos vocant Virg. Aen. 11, 97. Ad calculos aliquem vocare: *h. e. Ad ineundam ac… et expenſi rationem: quod mox dicitur,* Ad computationem Liu. 5, 4. *Vid.* CALCVLVS. Ad computationem vocare Plin. in Paneg. 38. Ad templum alicuius vocare aliquem Idem in Paneg. 58. Cic. in Cat. 2, 12 c. 5 Templa deorum immortalium, tecta vrbis, vitam omnium ciuium, Italiam denique totam, ad exitium et vaſtitatem vocas. Ad iudicem vocare Quinctil. 2, 4. Ad libertatem ſeruos vocare, *Manumittere* Liu. 34, . . Cic. de Finib. 1, 1 Poſtremo aliquos futuros ſuſpicor, qui me Ad alias literas vocent, *i. ſuadeant, vt aliud genus literarum tractem.* Ad pileum, *vid.* PILEVS. Ad … vocare Quinctil. 6, 4. Cic. Att. 4, 1 Et ad eius … rationem ſermone non ſolum plebis, verum etiam bonorum Pompeius vocaretur. Ad teſtimonium Varro de R. R. 1, 4. Cic. pro Caecin. 81 c. 28 Tu me Ad verbum vocas, non ante venio quam re… ſo, *vis ex verbis legis hancce cauſam decidi. Mox addit,* Quoniam ſatis recuſaui, venio iam quo vocas. Idem Att. 3, 7 Quod me Ad vitam vocas, vnum efficis, vt a me manus abſtineam. Ad vtilitatem vocare Idem de Orat. 2, 332. Extra ordinem Idem Verr. 5, … In certamina Virg. Aen. 6, 172. In deorum concilium Cic. de Inuen. 1, 49. Idem Acad. 4, 144 c. 47 Quid me igitur Luculle In inuidiam, et tanquam In concionem vocas? *apud plebem vis mihi creare inuidiam.* Idem pro Flacc. 77 Cur autem per te inimicum … num, In conſilium vocauit? In contemplationem Plin. 32, 11. Cic. pro Muraen. 19 Reliqui temporis ſpatium In contentionem vocatur; ab vtroque diſſimillima ratione tractatum eſt: *comparantur Muraena et Sulpicius, quantum ad reliqui temporis acta.* Idem pro Rab. Poſt. 24 Hoc tu igitur in Crimen vocas, quod cum iis fuerit C. Rabirius, quos amentiſſimus fuiſſet ſi oppugnaſſet? *i. accuſas.* *conf.* Id. Verr. 5 c. 50 *extr.* In Culpam vocari, *Reprehendi* Quinctil. 7, 3. In Diſceptationem et controuerſiam vocari Cic. de Orat. 2, 291. Idem Verr. 5, 132 Non omnes, qui tanto ſe ſcelere obſtrinxerint, vt aut fidem ſuam corrumpi paterentur, aut iudicium corrumperent, in Diſcrimen ac Iudicium vocandi? Idem Off. 1, 87 Itemque alii de gloria et beneuolentia ciuium in Diſcrimen vocantur. Idem pro Deiot. 39 Sed cum de illo laboro, tum de multis ampliſſimis viris, quibus ſemel eſſe ignotum a te oportet, nec beneficium tuum in Dubium vocari, nec haerere in animis hominum ſollicitudinem ſempiternam. *conf.* Id. de Inu. 2 c. 28. Idem pro Font. 29 Tamen in talem atque iniquam probrorum Inſimulationem vocabatur. Idem Verr. 5, 132 c. 50 Etiam illud praedicas licet, quod ſupplicium more maiorum ſumſeris, ſecurique percuſſeris, idcirco a me in crimen et Inuidiam vocari. Idem Verr. 1, 34 Ex ea die ad hanc diem, quae fecisti, in Iudicium voco. *add.* Id. pro Balbo c. vlt. Idem pro Quint. 61 c. 19 Vadari vis: promittit. In Ius vocas: ſequitur. Idem Att. 2, 19 Coſconio mortuo, ſum in eius Locum inuitatus. Idem pro Deiot. 30 c. 11 *pr.* Rex enim Deiotarus veſtram familiam abiectam et obſcuram e tenebris in Lucem vocauit. Idem Att. 3, 7 Non ſociam vt enumerem miſerias omnes, in quas incidi per ſummam iniuriam et ſcelus non tam inimicorum meorum, quam inuidorum, ne et meum moerorem exagitem, et te in eundem Luctum vocem. In Moerorem Idem pro Cluent. 77. In Odium, *inuiſum reddere* Idem Off 2, 56. In Partem vocare, *iuris verbum eſt, pro Participem facere, et partem admittere.* Idem pro Caecin. 12 Mulieres in Partem vocatae ſunt. Virg. Aen. 3, 222 — Ipſumque vocamus In praedam partemque Iouem. *Nam et de praeda diis immolabant, et partes etiam … interdum ſuſpendebant de tholo et conſecrabant, vt Dianae aprorum capita et ceruorum cornua. Ex Turnebo.* In Partem curarum Tacit. Ann. 1, 11. In Periculum vocare Plin. Epiſt. 10, 97, 9. Cic. pro Lege Manil. 12 c. 5 Quid quod ſalus ſociorum ſummum in Periculum ac diſcrimen vocatur? In Sermonem longum Idem de Legib. 1, 13. Idem Att. 3, 15 Haec niſi vides expediri, quam in Spem me vocas? Idem Verr. 3, 10 c. 4 Leonidae cuiuſdam Siculi familia in Suſpicionem vocata eſt coniurationis. In Vota vocare, *in … are* Virg. Aen. 5, 514. ¶ 3 Vocare aliquem, *Nomen imponere* Plaut. Aſin. 3, 3, 62. Qui vocare? Ter. Adelph. 5, 6, 3. Vocatur ipſe Harpocras Plin. Ep. 10, 5. Torrida cum mica farra vocantur idem Ouid. Faſt. 2, 24. Cic. de Orat. 3, 137 Sed vt ad Graecos referam orationem, ſeptem fuiſſe dicuntur vno tempore, qui Sapientes et haberentur et vocarentur. Vocare et … *in* SVBEO. Iuuen. Sat. 6, 136 Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicam. *Senſus eſt, Ceſenniam maritus vocat pudicam, non … quod pudica ſit, ſed quod et Ceſennia dotis nomine … Dixerat enim,* Optima ſed quare Ceſennia teſte marito. *… reſpondet,* Bis quingenta, *etc.* Virg. Ecl. …, 23 Atque deos atque aſtra vocat crudelia mater. Plin. 18, 26 ſ 66 Dum ſit … exprobrationem foedam putantium vites per imitationem cantus alitis temporariae, quam Cuculum vocant.

VOCANS, antis. Partic. Virg. Georg. 3, 393 In nemora alta vocans. Pulchritudo corporis me ad ſe vocans Petron. c. 32. Zephyris vocantibus Virg. Georg. 3, 322.

VOCĀTVS, a, um. Partic. [κεκλημένος] *Vt,* Vocatus atque non vocatus audit Orcus Pauperem leuare functum laboribus Hor. Carm. 2, 18, 40. Principibus cuiusque ciuitatis ad ſe vocatis Caeſ. B. G. 5, 52. Paucis clam vocatis Id. ib. 7, 33. Tenuit mora nulla vocatos Ouid. Met. 1, 167. Venit ad exiguas turba vocata dapes Idem Faſt. 2, 362. Ad pocula vocatus Idem Met. 14, 294. Opera eſt vocata Plaut. Stich. 3, 2, 18 *h. e. Rogauit aliquis operam meam.*

VOCĀTVS, ūs. m. [κλῆσις] Virg. Aen. 12, 95 — nunc o nunquam fruſtrata vocatus Haſta meos, *etc.* Vbi Seruius: Vocatus, i. e. Inuocationes et preces. Nam appellatio eſt a verbo, quae ſemper aut in IO exit, aut in VS. id eſt nomen verbale. Cic. de Orat. 3, 2 c. 1 Mane Idibus Septembris, et ille, et Senatus frequens vocatu Druſi in Curiam venit.

VOCATIO, ōnis. f. *Inuitatio ad coenam.* Catullus ad Portium et Socrationem ſ. 45 (48)

Vos conuiuia lauta ſumtuoſe
De die facitis: mei ſodales
Quaerunt in triuio vocationes.

i. Eo miſeriae ſunt redacti, vt quaerant a quibus vocentur ad prandium.

VOCĀTOR, ōris. m. [κλητήρ] Vocatores *dicti ſunt, Quibus datum eſt inuitandi negotium, ſiue Qui ipſi vocant ad coenas.* Plin. 35, 10 *de Apelle* Inuitatus, ad regis coenam venit. Indignantique Ptolemaeo, et vocatores ſuos oſtendenti, vt diceret a quo eorum inuitatus eſſet, *etc.* *Adde* Suet. Calig. c. 39. *et* Senec. de Ira 3, 37 *ſub f.* Martial. 7, 85. Vocator gentium Laur. v. 461 *de Paullo Apoſtolo.*

VOCATORIVS, a, um. Adi. Tertull. de Anima c. 47 Si qua vocatoria. κλητικόν, vocatorium Gloſſ. Gr. Lat.

VOCATĪVVS, a, um. Adi. [κλητικός] *Nomen a Grammaticis fictum, a quibus Vocatiuus caſus dicitur, quod per eum vocemus. Hic et* Salutatorius *dicitur.* Priſcianus 5, c. de caſu. *Conf.* Gell. 14, 5. *et Vid. Scalig. Lect. Auſon.* 1, 11 *p.* 36. *et Ph. Caroli Animadu. ad* Curt. 3.

VOCATĪVE. Adu. [κλητικῶς] *apud* Gell. 13, 21 (22) Vocatiue dicit. *i. Per Vocatiuum.*

VOCABĬLIS, e. Adi. *Compar.* Gell. 13, 19 (20) Sonus vocabilior eſt viſus et amoenior. *al.* Vocalior.

VOCABVLVM, i. n. [κλῆσις, λέξις] *Id quo res ſingulae nominantur et vocantur, aut voce efferuntur.* Ter. Eun. 2, 2, 33 Tanquam philoſophorum habent diſciplinae ex ipſis vocabula. Sall. Cat. 52, 11 Iam pridem equidem nos vera rerum vocabula amiſimus; quia bona aliena largiri liberalitas; malarum rerum audacia fortitudo vocatur. Deligitur artifex talium, vocabulo Locuſta Tac. Ann. 12, 66 3. *add.* ib. c. 27. *et* 13, 12, 1. Tu mihi iuncta tora, mihi iuncta vocabula ſumes: Nam tibi mutatae Libera nomen erit Ouid. Faſt. 3, 511 *de Baccho ad Ariadnen. conf.* Tac. Hiſt. 2, 62, 3. Plin. 3, 1 Vocabula oppidorum. Et 2, 1 Quem Graeci noſtrique eodem vocabulo aëra appellant. Quinctil. 9, 1 Mutatur vocabulis vis rerum. Chaldaei non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati Cic. de Diuin. 1, 2. Id. de Orat. 3, 157 Nam ſi res ſuum nomen et proprium vocabulum non habet. Magiſtratuum vocabula Tacit. Ann. 1, 3. Cognata vocabula Hor. Serm. 2, 3, 159. Incognita nobis vocabula, *vid.* INCOGNITVS. Media vocabula, *vid.* MEDIVS. Cic. de Inuent. 1, 34 Nomen eſt quod vnicuique perſonae datur, quo ſuo quaeque proprio, et certo vocabulo appellatur. Species … vocabula rerum

rerum Hor. Epiſt. 2, 2, 116. Vulgaria, et forte occurrentia vocabula Quinctil. 1, 1. Conſtruere rerum vocabula, *vid.* CONSTRVO. Dare vocabula terris Sil. 5, 11. Immutare rebus non commutatis vocabula Cic. de Legib. 1, 38 c. 13. Imponere vocabulum alicui, *vid.* IMPONO. Tribuere vocabula monti Ouid. Met. 14, 622. Vocabulum, *pro Nomine Subſtantiuo accipit*, Gell. 1, 16 Aperte oſtendit mille et vocabulum eſſe, et Singulari Numero dici. Idem 3, 12 A vocabulis non a verbis inclinata ſunt. Ibid. c. 19 *vocat* vocabulum nomen parcus. Idem 4, 1 De Generibus et Caſibus vocabulorum differens. *Vid.* Varro de L. L. 7, 23 *et* 41. *Poſteriore loco* p. 100, 5 Sequitur, *inquit*, de Nominibus, quae differunt a vocabulis ideo, quod ſunt infinita, ac res communes deſignant: cum nomina ſint finita, ac ſignificent res proprias, vt Paris Helena. E quibus ſunt alia nomina a nominibus, vt Ilium ab Ilo: alia *(nomina)* a vocabulo, vt ab albo Albius, et ab atro Atrius. Vocabulum *ergo eſt, quod recentiores vocarunt* Nomen appellatiuum.

VOCABVLARITER. Adu. προσηγορικῶς Gloſſ. Gr. Lat.

VOCĀMEN, ĭnis. n. [φώνημα] *Idem.* Lucret. 2, 656 Et Bacchi nomine abuti Mauult, quam laticis proprium proferre vocamen. *h. e. Vocabulum et nomen.* Arnob. aduerſus Gent. 3 Sub iſtius vocaminis appellatione. *Add.* Idem 2 p. 67 *et* 4 *poſt pr. it. Elmenhorſt. ad* Arnob. p. 82. Sunt et anthropophagi, quorum mores vocamen ſonat Solin. c. 30. *i. nomen Graecum exprimit illorum morem deuorandi humanam carnem.* Dare vocamen Solin. c. 40. Trahere vocamen de aliqua re, pro Nomen habere Solin. c. 65.

VOCVLATIO, ōnis. f. *Accentus vocatur* Nigidio, *cum ſcribit*, Deinde voculatio quî poterit ſeruari, ſi non ſciemus in nominibus, vt Valeri, vtrum interrogandi aut vocandi ſint? *Ex* Gell. 13, 24. *add.* ibid. c. 6.

VOCĬTO, āre. Frequentat. [καλέσκω, κικλήσκω] Plaut. Capt. 5, 3, 7 Paegnium vocitatus eſt. Cic. de Nat. Deor. 2, 105 c. 41 Quas noſtri ſeptem ſoliti vocitare triones. *Conf.* Ibid. 111 c. 43. Cic. pro Rabir. Poſt. 23 c. 9 Phalereus vocitatus eſt. Patrio vocitamus nomine fulmen Lucret. 6, 297. *Conf.* C. Gall 1, 184.

VOCITĀTVS, a, um. Liu. 4, 61 Seruius Romanus vocitatus. Lipara antea Melogonis vocitata Plin. 3, 9.

V P

VPILIO, ōnis. m. [ποιμήν] *Poſitum eſt a Virgilio, pro* Opilione, *cauſa metri* Ecl. 10, 19 Venit et vpilio, tardi venere bubulci. *Vid.* OPILIO.

VPVPA, ae. f. [ἔποψ] *Auis, criſtis a capite exeuntibus galeata, in fimo ſemper degens.* Plin. 10, 29 Mutat et vpupa vt tradit Aeſchylus Poëta, obſcena alias paſtu auis, criſta viſenda plicatili, contrahens eam, ſubrigensque per longitudinem capitis. *Add.* Ibid. c. 25. Vpupa, *de Meretrice*, Plaut. Capt. 5, 4, 7 Itidem huc mihi aduenienti vpupa quae me delectet, data eſt. *Vid. ibi Salmaſ. it. Exerc.* Plin. p. 157.

V R A

VRA, ae. f. [οὐρὰ] *Cauda.* Hinc Vra Scorpii, *herba* Apul. de Herb. c. 49.

VRAEVS, a, um. Adi. [οὐραῖος] *Caudatus. Vt,* Vraea cybia, *i. e.* Pelamides, genus thunni Plin. 32, 11.

VRANĬA, ae. *vel* VRANIE, es. f. [Οὐρανία] *Vna ex Muſis, ad verbum* Caeleſtis. Ouid. Faſt. 5, 55 Excipit Vranie, fecere ſilentia cuncta: *οὐρανὸς enim caelum dicitur, quod viros eruditos in caelum tollit.* Vranos *vero dicitur quaſi* oranos (*vt ait* Ambroſius *libro* Hexaëmeron) ab ὁράω, quod ſit viſui peruium et minime denſum, vt eſt aqua et terra. Catull. in Epithal. Iuliae ſ. 59, 2 Collis ô Heliconei Cultor, Vraniae genus. Vrania Muſa Cic. de Diuin. 1, 17. Vrania *eſt etiam Planta* Dioſc. 1, 1. *contemplator caeli.*

VRANOSCŎPOS, i. m. [οὐρανοσκόπος] *Piſcis qui et* Callionymus *dicitur.* Plin. 32, 7 ſ. 24 Idem piſcis et vranoſcopos vocatur ab oculo quem in capite habet. *Add.* Ibid. c. 11 ſ. 53.

VRĂNVS, i. m. [Οὐρανὸς] *Pater Saturni: alio nomine* Caelum *vel* Caelus, *cui Saturnus filius amputauit virilia. Vid.* Lactant. 1, 11 *et* 22.

V R B

VRBANATIM, VRBANE, VRBANITAS, VRBANVS, *vid.* VRBS.

VRBĪNA, ae. f. *Teli genus.* Plaut. Bacch. 4, 8, 46 Si tibi eſt machaera, et nobis vrbina eſt domi. Fulgentius legit hoc loco Veruinam, et interpretatur iaculi genus, quod verutum vocant. *Et ſic cum Turneb. Gronou. Add. Daum. Epiſt.* 45. *ad Reineſ. p.* 126.

VRBĪNVM, i. n. [Οὔρβινον] *Italiae oppidum in Vmbria; a quo*

VRBINĀTES, um. m. *Incolae.* Plin. 3, 14.

VRBO, VRBVM, *vid.* VRVVM.

VRBS, vrbis. f. [πόλις, ἄστυ] *Oppidum muro cinctum. Dicta ab* Vruo, *aratri curuatura: quod antiqui iunctis bobus tauro et vacca, Heruſco ritu in condendis vrbibus, interiore aratro circumagebant ſulcum, intra quem vrbem aedificarent. Hoc faciebant religionis cauſa die auſpicato, vt vrbs foſſa muroque munita eſſet: et locum vnde terram fodiſſent,* foſſam *vocabant. Vid.* Varr. L. L. 4, 32. Pompon. l. 239 §. 6 D. de V. S. Iſidor. 15, 2. Ouid. Faſt. 4, 819 Apta dies legitur qua moenia ſignet aratro, *etc.* Cic. de Republ. 1 *ap.* Non. 5, 27 Quam quum locis manuque ſepſiſſent, eiusmodi coniunctionem tectorum oppidum, vel vrbem appellarunt, delubris diſtinctam, ſpatiisque communibus. Omnis ergo populus, qui eſt talis coetus multitudinis, qualem expoſui, ciuitas eſt. *Hic* Vrbem *a* Ciuitate *claris verbis diſtinxit Cicero.* Idem pro Sext. 91 c. 42 Tum domicilia coniuncta quas vrbes dicimus, invento et diuino iure et humano moenibus ſepſerunt. *Haec tamen interdum permiſceri, apparet. V. g.* Ennius *apud* Non. l. c. Et ciuitatem video Argiuum incendere. *Contra* Quinctil. 8, 6, 24 Vrbes bene moratae. *Et* 6, 3, 17 Vrbis guſtus. *Vid.* Virg. Aen. 2, 265 Inuadunt vrbem ſomno vinoque ſepultam. Sil. 2, 257. Tac. Hiſt. 1, 84, 7. *Barth. Adu.* 20, 21. *Et plura damus* n. 2 *et* 3. *Proprie* Hor. Od. 1, 16, 18

Altis vrbibus vltimae
Stetere cauſae, cur perirent
Funditus imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Conf. l. 21 D. quibus mod. vſusfr. amitt. Ad vrbem eſſe
AD, n. 2. Vrbs proprie dicta eſt Roma, per antonomaſiam
caetera dicantur Oppida, *vid.* Quinctil. 6, 3, 103. 8, 2, 8.
Marcellus de Verb. ſignif. l. Alfenus, Vrbem Alfenus ait eſſe
qua muro cingeretur. *Conf. Sauaro ad* Sidon. Ep. 1, 6.
tor vrbis Quirinus Ouid. Met. 15, 863. Caſus vrbis, *Ruin*
Aen. 2, 265. Conditores vrbium Quinctil. 2, 16.
mentum vrbis, *vid.* INCREMENTVM, *in* INCRESCO. Pa
ma vrbis, *vid.* INTIMVS, *in* INTRA. Acceſſus ad vrbem
ACCEDO. ¶ 2 *Epitheta:* Ampliſſima atque orn
vrbs Cic. de Lege Agr. 2, 75. Ancipiti diſcordes vrbe
Lucan. 1, 266. Antiqua vrbs Virg. Aen. 1, 16. Arcta
vrbs Stat. Theb. 11, 273. Beatae vrbes, *Diuites* Catul. ad L
ſ. 49, 16. Celſa vrbs Virg. Aen. 3, 293. Clara Catull
ipſum ſ. 44, 6. Egregia Virg. Georg. 2, 155. Famoſa vr
cit. Hiſt. 5, 2. *h. e. Celebris. de Hieroſolymis.* Florentiſſima
Cic. in Catil. 2, 29. Frequens populis vrbs Lucan. 1, 506.
vis vrbs armis opibusque Stat. Theb. 11, 273. Infeſtae vrb
perio Cic. in Catil. 3, 21. *Vid.* ORNO, are. Infima vrbs
59. Lymphata vrbs horroribus, *Timoris magnitudine furiat*
Theb. 10, 551. Magna Virg. Aen. 4, 174. Miſera Hor.
4, 15, 20. Moeſta vrbs attonitaque Iuuen. Sat. 11, 197.
vrbs ſitu, *vid.* NOBILIS. Nuda vrbs praeſidio, *vid.* N
Opportuniſſima vrbs portu, *vid.* OPPORTVNVS. Opulen
vrbs Catullus in Iul. Caeſ. 30, 24. Pauida vrbs Virg. Aen.
Vrbem Philoſophiae proditis, dum caſtella defenditis Cic. de Diu
c. 16. Pulcherrima, florentiſſima, potentiſſima vrbs Idem in
2 *extr.* ſ. 29. Summis in vrbibus Catul. Argon. 62, 8.
pida vrbs Lucan. 2, 160. Turbida vrbs Valer. Argon. 3, 113.
cua vrbs Idem Argon. 3, 313. ¶ 3 *Verba et Participia*
re vrbe, vel domo, Abeſſe vrbe, vel domo, *etc.* Accipere
Adiungere vrbem aliquam in ſocietatem, Aequare vrbes ſolo,
cta vrbs peſtilentia, *vid. hh. vv.* Agitare perdomitas vrbes
2, 645. Armata vrbs Idem 2, 574. Cadunt concuſſae
Lucr. 5, 1236. Capeſſere vrbem, *vid.* CAPESSO, *in* CAPIO.
pere vrbem Virg. Aen. 2, 507. Cedere vrbe, *vid.* CEDO.
gere vrbem, *vid.* CINGO. Cingere vrbes muris Senec. Oe
Ouid. Met. 4, 58. Cingitur vrbs obſidione Virg. Aen.
Circumuaſit vrbem terror, Colere vrbem, Componere vrbem
hh. vv. Concuſſa vrbs Virg. Aen. 4, 666. Condere
vrbem Idem ibid. 1, 526. Conuenire ad vrbem ali
vid. CONVENIO. Defendere vrbem a vaſtatione, *vid.* DEF
Domitae vrbes Virg. Georg. 3, 30. Emendare vrbes
Quinctil. in Prooem. 1. Euertere vrbes Idem 5, 11.
feras vrbes Lucan. 2, 48. *i. ciues.* Exedere vrbem nefandis
Virg. Aen. 4, 785. Exſtruere pulchram vrbem Idem ibid.
Ferunt arma vicinae vrbes inter ſe Virg. Georg. 1, 510.
vrbes laetae pueris Lucret. 1, 256. Fundare vrbem legib
Aen. 6, 811. Implere vrbem alicuius Hor. Epod. 17, 60.
dere ad vrbem, *vid.* INCEDO. Incenſa vrbs Virg. Aen.
Intercurrunt, cinguntque has vrbes tetrarchiae, Interſepire
vallo, Introire ad vrbem, *vid. hh. vv.* Inuadere vrbem
et vino ſepultam Virg. Aen. 2, 265. Inuadere in vrbes vi
INVADO. Inuiſere vrbes Virg. Georg. 1, 25. Irru
ſecuras vrbes Claud. in Eutrop. 2, 275. Lacerare vrbes
10, 45. Luſtrare vrbem, Mittere in ſeruitutem vrbes,
trare in vrbem, *vid. hh. vv.* Petere vrbem excidiis Vir
org. 2, 505. Ponere vrbem Idem Aen. 4, 212. Premere
ingenti obſidione Virg. Aen. 8, 647. Redit aegris vrbibus
calor Claud. de Bell. Get. 437. Regere vrbes conſiliis Qu
1 Praef. Tegebat placidas vrbes in pace Virg. Aen. 7, 46.
gere conſiliis vrbes Quinctil. in Prooem. 1. Reſerare vrbem
pandere portas Virg. Aen. 12, 584. Sepulta vrbs Tacit. Hiſt
Spoliare vrbes populis Stat. Theb. 4, 36. Statuere praec
vrbem Virg. Aen. 4, 655. Sternere vrbes admotis machinis
Thyeſt. 4. Transſcribunt vrbi matres, *vid.* TRANSSCR
Viduare vrbem ciuibus Virg. Aen. 8, 571. Victae vrbes
Carm. 4, 15, 2.

VRBICVLA, ae. f. Dimin. [πολίχνη] *Parua vrbs.* Ono
Vet. Vrbicula, πολίχνιον.

VRBĬCVS, a, um. Adi. [ἀστυκὸς] *Quod ad vrbem pertinet.*
15, 1 Si quid autem poſſet remedii fore, vt ne tam aſſidue do
mae arderent, vaenum hercle dediſſem res ruſticas, et vrbicas
Martial. 12 Praef. Quae abſoluenda non eſſet inter illas quoque
pationes vrbicas. Paullus in l. Nam quod §. penult. D. de p
legata, Vrbica miniſteria dicimus, et quae extra vrbem nobis mi
ſtrare conſueuerunt: *nempe vt* villa vrbana *eſt in medio rure, ſi*
no more culta eſt. Vid. mox Vrbana familia. Negotiatores
ci Suet. Caeſ. c. 49. *Add.* Pallad. Ian. t. 18. Pecus Pl
Truc. 2, 2, 14. *vid. Pare. ad h. l. al.* clurinum. Praefectus
bicus Lampr. in Elagab. c. 20. Rationibus vrbicis domini fu
batur ſeruus Scaeuola in l. Praedia in princ. D. de fundo inſtr
Vſui vrbico deſtinata villa Paullus in l. Nam quod §. penult. D
penu legata. *Vid. modo* Miniſteria vrbica. Iuuen. Sat. 6, 71
bicus exodio riſum mouet Atellanae, Geſtibus Autonoës, *Atell.*
agunt iuuenes ingenui, in vrbe nati: ab his diuerſi comoedi, Graeci p
ſertim generis. Martial. 1, 42 Quod non optimus vrbicus Poëta.

VRBICARIVS, a, um. Adi. *Idem.* Fulgent. Mythol. 2, 17 Be
nius, (*ſeu, vt coniiciunt viri docti*, Vatinius) augur dicere ſolitus e
diuerſarum vrbium honores ſomnialiter (*ſ.* ſimiliter) peragi vrb
rio mimologo. *Hoc dixit puto, magiſtratus mimum agere quend*
qui nunc praetextati procedant cum lictoribus, mox redeant ad locu
habitum communem. Vrbicariae regiones, *vid. Salmaſ. ad* Treb
Tretric. mai. p. 317. *Hack.*

VRBĀNVS, a, um. Adi. [ἀστυκὸς, ἀστικὸς] *Qui in vrbe habit*
cui Ruſticus *opponitur: et quidquid in vrbe conſuetum et ſollemne*
Cic. de Finib. 2, 77 Quam omnes vrbani, ruſtici, omnes inquam qui
tine loquuntur, voluptatem vocant. Arbor vrbanior Plin. 16,
i. Quae fructu, aut aliqua dote, vmbrarumue officio humanius tra
Excubiae vrbanae Tacit. Ann. 1, 17 *extr.* Pompeius de Ve
ſignif. l. Vrbana familia et ruſtica non loco ſed genere diſtinguit
Poteſt enim aliquis diſpenſator non eſſe vrbanorum ſeruorum nume
veluti is, qui ruſticarum rerum rationes diſpendet, ibique habitet,
non multum abſit a villico. *Sic habuimus modo* Vrbicum mini
rium. Mus vrbanus Hor. Serm. 2, 6, 90. Plin. Epiſt. 2,
in ſi

… ne, Iuſtisne de cauſis eum tibi videor incolere, inhabitare, diligere … ſtum? quem tu nimis vrbanus es, niſi concupiſcis. Opus v… niſſimum Plin. Ep. 5, 6. *i. ad modum in vrbibus conſuetum, excultum.* Ci… Fam. 12, 1 Manabat enim illud malum vrbanum, et ita corrobo- ra… tur quotidie, vt ego quidem et vrbi, et otio diffiderem vrbano. V… ianus de verb. ſignific. l. Vrbana, Praedia omnia aedificia accipi- m…, non ſolum ea, quae ſunt in oppidis, ſed et ſi forte Stabula (*diuerſo…*) ſunt, vel alia meritoria in villis, et in vicis, vel ſi Praetoria, voluptati tantum deſeruientia: quia vrbanum praedium non locus fa- ci… ſed materia. Proinde hortos quoque, ſi qui ſunt in aedificiis co… ſtituti, dicendum eſt in vrbanorum appellatione contineri. Plane ſi … urium horti in reditu ſunt (vinearii forte, vel etiam olitorii) ma- gi… haec non ſunt vrbana. Rebus vrbanis abſtinere, *vid.* ABSTI… N… D. Paullus De legatis l. Seruus, Vrbani ſerui intelligendi ſu…, quos paterfamilias inter vrbanos adnumerare ſolitus ſit; quod in… ime ex libellis familiae, item cibariis deprehendi poterit. Vita vr… ana, *cui opponitur* Ruſtica Ter. Adel. 1, 1, 17. Vitae vrbanae co… moda Ouid. ex Pont. 1, 8, 29. ¶ 2 Vrbanus, [ἀστεῖος] *Cu… is, diſertus, facetus: hoc eſt qui in verbis et ſono et vſu proprium q… dam prae ſe fert vrbis guſtum, et ſumtam ex conuerſatione doctorum t… am eruditionem.* Inter conuiuas fac ſis ſermone modeſtus, N… dicare loquax, dum vis vrbanus haberi Cato Diſt. 3, 21. *Fe- ru… t antiquus* Cato *apud* Quinctil. 6, 3, 105 Vrbanus homo erit, cuius m… a bene dicta reſponſaque erunt; et qui in ſermonibus, circulis, co… uiuiis, item in concionibus, omni denique loco, ridicule, commode- q… dicet. Riſus erunt, quicunque haec faciet orator. Cic. pro D… o 92 c. 34 Et homo facetus inducis etiam ſermonem vrbanum ac … tum. Quinctil. 8, 3, 34 Fauorem, et vrbanum Cicero noua re… t. *Add.* Quinctil. 6, 3, 105. Cic. Fam. 3, 8 Primum te ho… nem non ſolum ſapientem, verum etiam (vt nunc loquimur) vr- b… m. *Conf.* Martial. 1, 41. Plin. Ep. 8, 6. Comis et vr… nus Hor. Serm. 1, 4, 90. Vrbanus et ſcurra Hor. Epiſt. 1, 15, … *Conf. Salmaſ. ad* Trebell. p. 316. *Hack.* Factum atque di- cti… vrbaniſſimum Columel. 8, 16. Frons vrbana Hor. Epiſt. 2, … Homo lautus et vrbanus Cic. Verr. 1, 17 c. 6. Remo- ve… illum ſenem durum ac paene agreſtem: ex his igitur tuis ſu- m… aliquem ac potiſſimum minimum fratrem, qui eſt in eo genere vr… niſſimus Cic. pro Cael. c. 15. Notae vrbanioris homines Pe- tr… c. 116. Sale vrbano notus ſcurra Phaedrus 5, 5, 8. ¶ 3 V… nus, *Ciuis.* Suet. Caeſ. c. 51 Vrbani ſeruate vxores, moechum cal- vu… adducimus.

… RBANICVS, a, um. Adi. *Vt,* Vrbanici milites Paullus in l. … mittuntur. D. Ex quib. cauſ. maior. Sed et in vrbanicis militibus de… diuus Pius conſtituit. *al.* Vrbaniciani. *Conf.* Spartian. in … a c. c. 4. *et* in Geta c. 6.

… RBANITAS, ātis. f. [ἀστειότης, ἀστεϊσμὸς, χαριεντισμὸς] Qua ſig… ificari video (*inquit* Fabius 6, 3, 17) ſermonem prae ſe ferentem in … is, et ſono, et vſu, proprium quendam guſtum vrbis, et ſumtam … onuerſatione doctorum tacitam eruditionem; denique cui con- tr… a ſit ruſticitas. *Et* ſ. 107 *poſt aliorum ſententias recitatas,* Nam … quidem iudicio, illa eſt vrbanitas, in qua nihil abſonum, nihil ag… te, nihil inconditum, nihil peregrinum. neque ſenſu, neque verbis, … e ore, geſtuue poſſit deprehendi: vt non tam ſit in ſingulis dictis … in toto colore dicendi, qualis apud Graecos Atticiſmos ille re… lens Athenarum proprium ſaporem. Cic. de Finib. 1, 7 Et ſu… illius ſcripta leuiora, vt vrbanitas ſumma appareat, doctrina me- di… ris. Addo vrbanitatem, quae eſt virtus, vt Stoici rectiſſime pu… nt Cic. Fam. 3, 7. Idem in Brut. 170 c. 46 Tum Brutus, Quid tu… itur, inquit, tribus iſtis externis quaſi oratoribus? Quid cenſes, in… am, niſi idem quod vrbanis? praeter vnum, quod non eſt eo- ru… vrbanitate quadam quaſi colorata oratio? Et Brutus, Qui eſt, in… it, iſte tandem vrbanitatis color? Neſcio, inquam, tantum eſſe qu… dam ſcio. Id tu Brute iam intelliges, quum in Galliam vene- ris. Audies tu quidem etiam verba quaedam non trita Romae: ſed haec mutari dediſcique poſſunt. Illud eſt maius, quod in voci- bu… *ſc. quae mox damus in* VRBANE. —— Omnino in noſtris eſt qu… am vrbanorum, ſicut ille Atticorum ſonus. *Hic ergo etiam* ſo… s vrbanorum *eſt pars* vrbanitatis. Cic. pro Cael. 6 Maledictio au… n nihil habet propoſiti praeter contumeliam, quae ſi petulantius iac… tur, conuicium: ſi facetius, vrbanitas nominatur. Mira vr- ba… as Quinctil. 6, 3. Opportuna vrbanitas Idem 4, 1. Ora- tor… vrbanitas Quinctil. 6, 3. Subtilis venuſtas atque vrbanitas Cic. de Orat. 1. Idem Qu. Fratr. 2, 9 Aliquando ſubtilitatem ve- ter… vrbanitatis et humaniſſimi ſermonis attingerem. Incurrere in … ominum facetoſam vrbanitatem, *vid.* INCVRRO. *De ipſo loco* Iuuenes Tarentini — riſu ſunt et opportuno ioco elapſi. na… que vnus ex his, immo, inquit, niſi lagena defeciſſet, occidiſſemus te: eaque vrbanitate, tota inuidia criminis diſſoluta Quinctil. 6, 3, 10. Vrb… nitates, *i. iocoſe dicta, ap.* Cic. Fam. 16, 21. *Caeterum* io- cu… ridiculum, *et* vrbanitatem *diſtinguere docet* Quinctil. 6, 3, 1 3 *ſqq. cum* … *poſſit aliquid* iocoſe *dictum eſſe et* ridicule, *nec tamen* vrbanum eſſe … *et rurſus* vrbana *diuiduntur* ſ. 106 *in* iocoſa, ſeria, media. *Et* ſ. 1… Quod ſi non totus (vt mihi videtur) orationis color meretur, ſed … tiam ſingulis dictis tribuendum eſt, illa potius vrbana eſſe dixe- rim, quae ſunt generis eiuſdem, quae ridicula dicuntur, et tamen ri- dic… a non ſunt, *etc.* Veni, quaeſo, ne tantum ſemen vrbanitatis vna… um Rep. intereat Cic. Fam. 16, 31. Limatus vir noſtrorum ho… num vrbanitate Cic. de Nat. Deor. 2, 74. ¶ 2 Vrba- nita… *vitae vrbanae commoditates ac voluptates ex congreſſionibus amico- rum ludis, ſpectaculisque aliis ſignificat.* Cic. Fam. 7, 6 *vbi ad* Treba- tiu… *ſuum ſcribit,* Tu modo ineptias illas, et deſideria vrbis et vrbani- tati… depone. *It.* Ep. 17 Mihi interdum leuis in vrbis vrbanita- tisq… deſiderio videbare.

V… RBĀNE. Adu. [ἀστείως, ἀστικῶς] *Facete.* Cic. de Finib. 1, 39 c. 11 … e patre audiebam, facete et vrbane Stoicos arridente. Ex ipſa… quaeram prius, vtrumne me ſecum ſeuere et grauiter et priſce age… malit, an remiſſe et leniter et vrbane Cic. pro Cael. c. 14. Sin aut… vrbanius me agere mauis, ſic agam tecum Idem pro Cael. c. 15. Vex… i vrbane Cic. ad Qu. Fratr. 2, 1. *Compar.* Elabi vrbanius Qu… ctil. 2, 11. Recinere et reſonare vrbanius. Cic. in Brut. 171 c. 4… In vocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam et reſonat vr- ban… s. nec hoc in oratoribus modo apparet, ſed etiam in caeteris. Ego … nemini T. Tincam Placentinum, hominem facetiſſimum, cum fami… iari noſtro Q. Granio praecone dicacitate certare: — ſed Tincam non… minus multa ridicule dicentem Granius obruebat neſcio quo ſa- pore vernaculo. *i. Neſcio qua ſuauitate domeſtica vrbana, patria, Romana. Hoc eleganter exprimit* Cic. de Orat. 3, 42 Me autem tuus ſonus, et ſuauitas iſta delectat, *etc.* ſed hanc dico ſuauitatem, quae exit ex ore: quae quidem, vt apud Graecos, Atticorum, ſic in Latino ſermone, hu- ius eſt vrbis maxime propria. *Paullo poſt,* Eruditiſſimos homi- nes Aſiaticos quiuis Athenienſis indoctus, non verbis, ſed ſono vocis; nec tam bene, quam ſuauiter loquendo facile ſuperabit. Noſtri minus ſtudent literis, quam Latini: tamen ex iſtis, quos nôſtis, vrbanis, in quibus minimum eſt literarum, nemo eſt, quin literatiſſimum togato- rum omnium Q. Valerium Soranum lenitate vocis, atque ipſo oris preſ- ſu et ſono facile vincat. Quare quum ſit quaedam certa vox Romani generis, vrbisque propria, in qua nihil offendi, nihil diſplicere, nihil animaduerti poſſit, nihil ſonare, aut olere peregrinum, hanc ſequamur: neque ſolum ruſticam aſperitatem, ſed etiam inſolentiam fugere diſca- mus. *Haec Cicero.* Togati *hoc in loco ſunt omnes, qui ius habent togae, ſiue ſint nati ciues Romani, ſiue facti.* Q. Valerius Soranus *natione Latinus fuit.* Vrbanius igitur recinere, *eſt Lenius, ſuauius, venuſtius, et magis Romane ſonare.* Vrbanos *vocat, in ipſa vrbe Roma natos, et lingua patria formatos:* Latinos, *qui Latium incolerent, in ipſo Latio nati.* Preſſus oris, *eſt aptus labrorum, dentium, ac linguae habitus, quo ſonus liberalis et venuſtus exprimitur.* *Superl.* Gell. 15, 5 Vrbaniſſime reſpondere.

VRBANOR, ari. πολιτεύομαι Gloſſ. Gr. Lat.

VRBANĀTIM. Adu. [ἀστείως Onomaſt. Vet.] *Modeſte et eleganter.* Pomponius Alconibus, Ego ruſticatim tangam, vrbanatim neſcio. h. e, More eorum, qui vrbes habitant Nonius 2, 747.

VRBICĂPVS, i. m. [πολιορκητὴς] Plaut. Milit. 4, 2, 64 Vrbi- cape, occiſor regum.

VRBICRĔMVS, a, um. Adi. *Vrbes cremans.* *Vt,* Nubibus vrbi- cremis ſe ſubducere Prudent. Hamartig. v. 727.

V R C

VRCĔVS, i. m. Vas, quo aqua in vrnam vel ahenum infunditur, auctore Paullo Iureconſulto in l. Cum de lanionis §. Aſinam D. de fund. inſtruct. Amphora coepit inſtitui, currente rota cur vrce- us exit Hor. A. P. v. 22. Plaut. Milit. 3, 2, 18 Neque equidem he- minas octo expromſi in vrceum. Cato 13, 1 Vrceum vnum aene- um quod capiat quadrantalia quinque. *Ad hunc locum olim annotaui, ſuſpectum mihi videri* Vrceum *Neutro genere dictum, et ita magnum, vt* capiat quadrantalia quinque, *id eſt amphoras* V, *quae cubicum pedem menſura aequat.* Vrceum *amphora minorem oſtendit* Iſid. 20, 6 *Orca* eſt amphorae ſpecies, cuius minore vocabulo *vrceus,* Diminutiuo *vrceolus* eſt. Horat. A. P. 21 Amphora coepit Inſtitui: currente rota cur vrceus exit? Aquarii vrcei Cato c. 10. *Sic* 11 Vrceos mu- ſtarios vocat. Fictiles vrcei Cato c. 13. *Conf.* Idem c. 10. De vrceo fictili *tale eſt epigramma* Martial. 14, 106 Hic tibi donatur pan- da ruber vrceus anſa, Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam.

VRCEŎLVS, i. m. Dimin. [ἀκρατοφόρον] Columel. 12, 16 Eo- dem tempore ſorba, manu lecta curioſe in vrceolos picatos adiicito. *Add.* Pallad. 13, 4. Id. Mart. 10. Petron. c. 74 *et* 95. Pom- pon. ICt. Dig. 34 t. 2 l. 21. Vrceoli miniſtratorii, *h. e. quibus aqua ad menſam bibituris miniſtrabatur, lemma* Martial. 14, 105.

VRCEOLĀRIS, e. Adi. Plin. 22, 17 ſ. 20 Perdicium ſiue parthe- nium, a noſtris herba vrceolaris vocatur, ab aliis aſtericum, folio, ſimi- lis ocimo, nigrior tantum, naſcens in tegulis parietinisque. *Conf.* Apul. de Herb. c. 81. Scribon. 39. 53 *etc.* *Rhod. ad* Scri- bon. p. 80.

VRCEĀTIM. Adu. *Plenis vrceis,* Petron. Fragm. Tragur. p. 16 (c. 44) Vrceatim pluebat.

V R E

VRĒDO, ĭnis. f. [καυθμὸς] *Morbus herbarum, fruticum, arborumque, qui in vitibus etiam* carbunculus *dicitur, et in caeteris* rubigo, *piſa, plantas, arboresque adurens.* Cic. de Nat. Deor. 3, 86 c. 35 Nec ſi vredo aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit. Columel. 3, 20 Seu frigidus et pruinoſus, quod non eſt patiens vredi- nis. Vredo, *Incendium ac pruritus.* Plin. de vrtica piſce 9, 45 Tacta vredinem mittit. Excitare vredinem ibid.

VRENA, ae. f. *Piſcis.* Plin. 32, 11. *al.* Veneria.

VRETĒRES, um. m. Pl. [οὐρητῆρες] A renibus ſingulae Venae colore albae, ad veſicam feruntur, οὐρητῆρας Graeci vocant, quod per eas inde deſcendentem vrinam in veſicam deſtillare concipiunt Celſ. 4, 1.

V R G

VRGEO, vrſi, vrſum, ēre. [ἐπείγω, κατεπείγω] *Cogere, premere, impellere.* Et miſerum tenues in iecur vrget acus Ouid. Her. Ep. 6, 92. Virg. Georg. 3, 523 Oculos ſtupor vrget inertes. Cic. in Hortenſ. *ap.* Non. 4, 484 Itaque nunc Democriti manus vrgebatur. Varro *ap.* Non. 2, 98 Natura humanis omnia ſunt paria. Qui pote plus, vrget, piſcis vt ſaepe minutos Magna comeſt, vt auis enecat acci- piter. Quadrigarius *ap. eundem* 4, 484 Sed circiter horas duas graui praelio vrſerunt: deinde in fugam ſunt coniecti. Plaut. Poen. 4, 2, 35 At vrget onus. Haec *ſidera* quibusdam menſibus magis vrgent et exhauriunt flumina: cum longius receſſerunt, minus con- ſumunt, atque trahunt Sen. Qu. Nat. 3, 26. Vrgere, *Infeſtare, et exercere.* Celſ. 2, 8 Deſieruntque vrgere cibi faſtidium et potionis de- ſiderium. *Sic idem alibi identidem de morbis acutis. Vid. mox* Febres vrgent. Cic. pro Rabir. Poſt. 2 c. 1 Satis eſt homines imprudentia lapſos non erigere: vrgere vero iacentes, aut praecipi- tantes impellere, certe eſt inhumanum. Cic. pro Planc. 48 c. 19 Etiam atque etiam inſto atque vrgeo, inſector, poſco atque adeo, flagi- to crimen. Idem de Fato 33 c. 15 Hi enim vrgentur anguſtiis, illo- rum ratio ſoluta ac libera eſt. Aſſultibus variis vrgere aliquem Virg. Aen. 5, 442. Cic. Acad. 4, 125 Vrgebor iam omnium ve- ſtrûm conuicio. Hor. de Arte Poët. 434

Reges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant
An ſit amicitia dignus.

Curis multis vndique vrgeris Lucret. 3, 1064. Dolore graui vr- gentur Celſ. 3, 2. Dolor vrget Scribon. 53. Dominus non lenis vrget mentem Hor. Serm. 2, 7, 93. Exilio vrgeri Cic. Att. 10, 11.

10, 11. *al.* Ex illo. Fame ferroque vrgeri Liu. 26, 6. *Add.* Salluſt. Catil. c. 52. Febres magnae vrgent Celſ. 7, 26. Fortuna vrget miſeros tenaciter Ouid. Epiſt. 3, 43. Hortatibus vrgere aliquem Valer. Argon. 3, 550. Hoſte ab magno vrgeri Idem ibid. 8, 428. Inflationibus vrgeri Scribon. 104. Iuſſis ingentibus vrgere Virg. Aen. 7, 241. Laboribus vrgere famulas Ouid. Met. 4, 35. Literis vrgeri Cic. Fam. 10, 32. Malis omnibus vrgeri Id. Tuſc. 5, 23. Moerore vrgeri Cic. Att. 11, 2. Mole vrgetur corpus Virg. Aen. 3, 579. Cic. de Fato 17 Vt in eo, qui mortifero morbo vrgeatur, verum ſit, hic morietur hoc morbo. Nox vrget diem, et dies noctem: *Neque interdiu, neque noctu requiem habeo* Hor. Epod. 17, 25. Onus vrget Ouid. Faſt. 4, 515. Periculum vrget Plin. 28, 1. Solicitudine prouinciae vrgeri Cic. Att. 6, 3. Id. ibid. 12, 9 Sed neque haec digna longioribus literis, nec erat quid ſcriberem, et Somnus vrgebat. Tempus vrget moriendi Cic. Tuſc. 1, 103. ¶ 2 *Formulae aliae:* Cic. de Finib. 5, 80 *de diſputatione erudita,* Non pugnem cum homine, cur tantum habeat natura boni: illud vrgeam, non intelligere eum quid ſibi dicendum, quum dolorem ſummum malum eſſe dixerit. *Sic* Ibid. 4, 77 Vrgent tamen, et nihil remittunt. Cic. Off. 3, 67 Ius Craſſus vrgebat, quod vitii venditor non dixiſſet ſciens, id oportere praeſtari. Aequitatem Antonius, quoniam id vitium ignotum Sergio non fuiſſet, qui illas aedes vendidiſſet. Idem de Nat. Deor. 1, 97 An quidquam tam puerile dici poteſt (vt eundem locum diutius vrgeam) *etc.* Altum vrgere Hor. Carm. 2, 10, 2 *de nauigatione: Contrarium* Premere litus. Acrius vrgere *de foeneratore* Idem Serm. 1, 2, 15. Dies et noctes in aliquo opere vrgeri Cic. de Orat. 1, 260. Idem Fam. 7, 8 Quin tu vrges iſtam Occaſionem et facultatem, qua melior nunquam reperietur? *vt* premere. Precibus iratis vrgere aliquem Hor. Serm. 2, 6, 29. Propoſitum vrgere Idem ibid. 2, 7, 6 *h. e. Perſequi propoſitum ſuum.* Vrgere aliquem de Cic. Quint. Frat. 2, 2. Sin tibi id minus libebit, non te vrgebo Idem de Orat. 2, 16 c. 4. Male adminiſtratae prouinciae vrgeri Tacit. Ann. 6, 29. *Graecorum imitatione dictum eſt, intell.* cauſa *vt illi* ἕνεκα. Vrgere ad ſolutionem Vlpian. in l. Si extraneus. D. de iure dotium. Vrgere cum Infinitiuo, *pro Inſiſtere multo conatu.* Hor. Carm. 2, 18, 20 Mariſque Baiis obſtrepentis vrges Summouere littora. Virg. Georg. 2, 352 Qui ſaxo ſuper, atque ingenti pondere teſtae Vrgerent *ſemina depoſita, ſurculos.* Virg. Aen. 9, 489 Tibi quam noctes feſtina, dieſque Vrgebam: *de veſte, quam filio parauerat mater.* Iter vrgere, *Feſtinanter ire* Ouid. Faſt. 6, 520.

VRGENS, entis. Partic. [ἐπείγων] Cic. Tuſc. 3, 61 c. 25 Eſt enim nulla alia, niſi opinio et iudicium magni praeſentis atque vrgentis mali. Duris vrgens in rebus Egeſtas Virg. Georg. 1, 146. Fato vrgenti incumbere Idem Aen. 2, 653. Veii Fatis vrgentibus denique capti Liu. 5, 22 *extr. add. ib.* c. 36. Onus aut iam vrgentis, aut certe aduentantis ſenectutis Cic. de Senect. 2 c. 1. *Comparat.* Auguſt. Epiſt. 86 Vrgentiori actioni non eſt prandium praeferendum. Sub obtentu quaſi vrgentioris cauſae Tertull. de Reſurr. Carn. c. 2. *Superl.* Cod. Iuſtin. 3 t. 11. l. 1 Si rerum vrgentiſſima ratio flagitauerit.

VRGENTER. Adu. Cyprian. Epiſt. 30, 1.

V R I

VRI, ōrum. m. [βυβάλαι] *Qui et* Bubali *dicuntur a nonnullis, hoc eſt boues ſilueſtres.* Plin. 8, 15 Pauciſſima animalia Scythia gignit inopia fruticum, pauca contermina illi Germania: inſignia tamen boum ferorum genera, iubatos biſontes, excellentique et vi et velocitate Vros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, quum id gignat Africa, vituli potius, ceruiue quadam ſimilitudine. *Conf.* Idem 28, 10. Caeſ. Bell. G. 6, 27. Veget. 3, 15. Solin. c. 32. Virg. Georg. 3, 532 Quaeſitas ad ſacra boues Iunonis, et vris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Silueſtres Id. ibid. 2, 374.

VRĪCA, ae. f. [κάμπη] *Eadem quae eruca.* Plin. 18, 17 ſ. 44, 2 Commune omnium ſatorum, vitium vrica, etiam ciceris, cum ſalſuginem eius abluendo imber dulcius id facit. *Conf.* ſ. 45 Vulgo vero ſi dulcedo noceat, et vermes radicibus inhaereant, remedium eſt amurca *etc. Etiam* 11, 32 ſ. 37 *pro* eruca *libri quidam, Harduino teſte* vrica *habent.* Vet. Gloſſ. κάμπη Vruca: *quod ab* Vrica *parum diſtat. Sed conf. Salm. ad Solin.* p. 627, 66.

VRIGA, *vid.* PERORIGA.

VRĪGO, ĭnis. f. [κνυθμὸς] *Pro Vredine, quae ex cauſtica vi medicamenti alicui parti admoti prouenit.* Plin. 20, 22 At in magna duritia ſine fico impoſitum: vel ſi vehementior vrigo timeatur, per duplices pannos. Illa mox vrigine percita Apul. Met. 1 p. 105, 27 *i. aeſtu libidinis.*

VRĪNA, ae. f. [οὖρος, οὖρον] *a Graeco* οὐρέω, *meio. A quo* οὖρος, vrinam *dicunt Latini: Eſt enim Humor, qui ex renibus veſicaque profunditur.* Columel. 2, 15 Aptior eſt tamen ſurculis, hominis vrina, quam ſex menſibus paſſus fueris veteraſcere. Cic. de Fato 5 Vt inſimul aegrotantibus fratribus, vt in vrina, vt in vnguibus. *Locus eſt mutilus: ſed de conſenſione quadam naturae, et* συμπαθείᾳ *agi apparet.* Vrina, vrinae et menſtruis efficax Plin. 20, 1 *ad finem.* Vtilis vrinae, iocineri, capitis doloribus Idem in Prooem. 23, 9. Anguſtiis vrinae vtile abrotonum Idem 21, 21. Cupiditas crebra vrinae, ſed magna difficultas eſt Celſ. 2, 7. Difficultas vrinae Plin. 20, [illegible]. Difficultates vrinae ſuccus emendat Idem 20, 7. Difficultatibus vrinae medetur Idem 24, 19. Exitus vrinae difficilis Scribon. 183. Incontinentia vrinae, *vid.* INCONTINENS. Iter vrinae Celſ. 4, 1. Profluuium vrinae Plin. 28, 6. Tormina vrinae diſcutit cichorium Idem 20, 8. Alba vrina Celſ. 2, 4. Arenoſa Idem 2, 7. Bullans Idem 2, 7. Candida Plin. 18, 6. Craſſa Celſ. 2, 6. Cruenta vrina, *vid.* CRVENTVS. Deterrima Celſ. 2, 6. Difficilis Plin. 23, 8. Diluta Celſ. 2, 4 *et* 6. Genitalis vrina, *Genitale ſperma* Plin. 8, 43 ſ. 68 *v. n.* 2 Concepta. Liquida parum vrina Celſ. 2, 7. Mala vrina, deterior, peſſima Idem 2, 4. Mortifera Idem 2, 6. Nigra Idem 2, 6. Pallida Idem 2, 6. Purpurei coloris Scribon. 186. Rubens Plin. 28, 6. Rubra Celſ. 2, 6. Ruffa Idem 1, 2. Tenuis Idem 2, 6. Tortuoſior Plin. 21, 27. Viridis Celſ. 2, 7. Vitioſa Plin. 28, 6. ¶ 2 *Verba et Participia:* Ciere vrinam, *vid.* CIEO. Concepta auribus atque oculis vrina Iuuen. Sat. 11, 168 *de prurigine venerea: vid. Interpp. conf.* Vrina genitalis. Citare vrinam et Tardare Celſ. 2, 19. Concitare vrinam, *vid.* CONCITO. Religionum vſquequaque contemtor, praeter vnius Deae Syriae: hanc mox ita ſpreuit, vt [...] na contaminaret Suet. Ner. c. 56. *conf. Torrent. ad h. l.* Val. [...] 2, 2, 5. Defricatus dens vrina Catul. in Egnatium ſ. 35, 20. [...] ſcendit vrina pura Celſ. 7, 27. Deſtillat vrina Idem 2, 7. [...] calefacere vrinas Plin. 21, 20. Excedit vrina, *h. e. Exit, educ*[...] Celſ. 7, 26. Excitare vrinam Plin. 20, 23. Exinanita [...] vrina Idem 8, 37. Expellere vrinam Idem 23, 1. Fa[...] vel reddere vrinam, *pro Meiere* Idem 8, 16. *et* Columel. 6, 30. [...] pellere vrinam Plin. 21, 26. Inhibere vrinam Idem 20 [...] Inſtillare vrinam Id. 28, 6 *ad finem.* Mouere vrinam Id. [...] Mouetur vrina Iuuen. Sat. 11, 168. Mordet vrina Plin. 20 [...] Nocere vrinae exiſtimatur galbanum Idem 24, 5 *ad finem.* Qu[...] Opus eſt vrina Scribon. 126. Pellere vrinam Plin. 20, 5. [...] *ib.* c. 14. Pellit vrinam celerrime Idem 24, 6. Prode[...] vrinae pota modice radix, et menſtruis Idem 21, 22. Idem [...] Profluit vrina naturaliter Celſ. 7, 26. Reddere Scribon. [...] Reddere difficulter Id. 147. 186. Reddere difficulter et cum ſa[...]ne Id. 189. Reddere cum dolore Id. 186. Per vrinam [...]guinem Reddere Id. 90. Ad ſanguinem Reddere vrinam Ide[...] Soluere vrinam Plin. 26, 8. Tardare vrinam Celſ. 2, 19. [...]here vrinam Plin. 24, 13. Transfluens vrina ſi id non rodit [...] 7, 26 *ad finem.*

VRINĀLIS, e. Adi. *Vt,* Vrinalia medicamenta Cael. A[...] Tard. 5, 1, 25. *add. ib.* 1, 4, 117. Fiſtula vrinalis Veget. Veter. [...] Virtutes vrinales Idem 2, 13, 188.

VRĪNO, āre. *vel* VRINOR, āri. Dep. *In aquam mergi, et nat*[...] *emergere.* Varro de L. L. 4, 27 p. 31, 37 Vrnae dictae, quod vrina[...] aqua haurienda, vt vrinator. Vrinare eſt mergi in aquam. [...] 11, 37 Eadem eſt cauſa, quare ſub aqua diu ranae et phocae vrine[...] *Conf.* Cic. *ap.* Non. 7, 57. Symmach. Ep. 10, 46.

VRINĀTOR, ōris. m. [κολυμβητὴς Gloſſ. Lat. Gr.] *Qui* [...] *qua natat.* Calliſtratus Iureconſultus Ad legem Rhodiam. l. [...] onuſta. §. Sed ſi nauis. Vrinatores appellat eos, qui merces e[...] extrahunt, nauigii gratia iactatas. Liu. 44, 10 Sed in rem ([...]rorem *Gronou.*) emendabilem viſus lapſus eſſe, quod per vrin[...] omnes ferme extractum eſt. Tantuſque pudor fuit regi eius pa[...] vt vrinatores clam interfici iuſſerit. *conf.* Curt. 4, 3, 10 *c. not. Fr*[...] Lucan. 3, 696 *ſeqq.*

VRINVM, i. n. [ὑπηνέμιον] Ouum quod ſit, explicat Pli[...] 58 ſ. 79 Palumbes, et turtures plurimum terna pariunt oua, ne[...]quam bis fere pariunt: atque ita, ſi prior foetus corruptus eſt, [...]vis tria pepererint, nunquam plus duobus educant. Tertium [...] irritum eſt, vrinum vocant. Idem 10, 60 ſ. 80 Vrina fiunt [...]batione derelicta, quae alii cynoſura dixere. *Vid.* HYPENEMI[...] ZEPHYRIVS.

VRIO, ōnis. m. *Genus ludi.* Sariſb. 1, 5 Teſſera, calculus, ta[...] vrio, vel Dardana pugna.

VRIVS, [Οὔριος] Secundum *notat, venti epitheton: ſed e*[...]*vis, de quo Salmaſ. ad Solin.* p. 618. ¶ 2 Vrium [...] terrae *in metallis Hiſpaniae apud* Plin. 33, 4 ſ. 21 *quod tanquam v*[...] *euitare vel remouere ſtudent.*

V R N

VRNA, ae. f. [κάλπη, στάμνος] *Vas aquarium.* Dicta Sec[...] Varronem, quod in aqua haurienda vrinat, *id eſt mergitur atque* [...]*gitur. Vid.* VRINO. Plaut. Pſeud. 1, 2, 24 Tu qui vrna[...]bes, aquam ingere. Cato 10 Vrnam quinquagenariam (*L*[...]*riorum capacem*) vnam, trullas tres. Aquae vrna Hor. Se[...] 5, 91. Aquae vrnas bibiſſe Scribon. 105. Argenti [...] Hor. Serm. 2, 6, 10. Liquidi vrna, Vrna liquoris Id. ibid. 1, [...] Arcta vrna Ouid. Epiſt. 11, 124. Caelataque amnem funde[...]ter Inachus vrna Virg. Aen. 7, 792. Capacibus vrnis excip[...] fundere laticem Ouid. Met. 3, 172. Demiſſa vrna in vndas [...] ibid. 2, 36. Declinare vndantem vnam Claud. de Rapt. Proſerp. [...] ¶ 2 Vrna, *menſura.* Modius et ſemis faciunt vrnam. *it.* [...] duae amphoram complent, quae ſunt modia tria Excerpta de me[...] *ap.* Rigalt. p. 335. Vini in culleos ſingulos quadragenae et ſin[...] vrnae dabuntur Cato R. R. c. 148. ¶ 3 *In vrnam* [...] *non tantum tabellas iudicum, ſed et nomina coniiciebant, quum P*[...] *iudices ſortiebatur.* Cic. Quint. Fr. 2, 5 de Sexto Caelio, Senator[...] vrna copioſe abſoluit, Equitum adaequauit, Tribuni aera[...] demnarunt. *add.* Idem Verr. 2 c. 17. Plin. Epiſt. 10, 3 Vt [...] in Senatus poteſtate, pateremurque nomina noſtra in vrnam [...] Virg. Aen. 6, 432. Quaeſitor Minos vrnam mouet. Hor. C[...] 3, 1, 14

Aequa lege neceſſitas
Sortitur inſignes et imos
Omne capax mouet vrna nomen.

Seruius iratus leges minitatur et vrnam Hor. Sat. 2, 1, 47. *conf.* [...]*rent. ad h. l.* Feralis vrna, *in qua cineres mortui,* Tacit. An[...] Cic. in Vatin. 34 Num quis reus in tribunal ſui Quaeſitoris adſc[...]rit, eumque vi deturbarit, ſubſellia diſſiparit, vrnas delegerit. *vid.* DELIGO. Quatere vrnam Stat. Silu. 2, 1, 219. I[...] Sat. 13, 4 Improba quamuis Gratia fallacis Praetoris vrnam. [...] probam gratiam appellat, *Quae apud improbum iudicem valuit.* V[...] vrnam praetoris, *h. e. euaſerit iudicium damnationemque Praetoris per fraudem et non recte duxit ſortem ex vrna. Eſt etiam cinerum* [...]*ptaculum: vnde pro ſepultura generatim ponitur.* Caelo tegitur, [...] non habet vrnam Lucan. 7, 818. Cic. Tuſc. 1, 34 Quid P[...] nonne poſt mortem nobilitari volunt? vnde ergo illud? Adſ[...] ô ciues ſenis Ennii imaginis vrnam: *etc. Vid. Lud. Viu. ad* Aug[...] C. D. 12 p. 44.

VRNĀLIS, e. Adi. [στάμνιος] *Quod vrnam capit.* Plin. 9, 30 [...]bas longas pedum triginta, acetabulis, ſiue caliculis vrnalibus pel[...] modo, dentes magnitudini reſpondentes. Cato 13 Vrceos ſi[...] vrnales duos, trullas ligneas duas. Scyphi vrnales Petron. F[...] p. 34 c. 52. Vinum in vrnalibus diffuſum habere l. fin. D. de trit. vi[...]

VRNARIVM, i. n. [σταμνεῖον] Menſa quadrata, ſuper q[...]nae aqua plenae in culina reponebantur. Varro ταφῇ Μενίππου [...] quae neceſſitas te iuuet aquam effundere domi tuae, ſi vaſa habe[...]tuſa, plumbum non habent? ad quam rem nobis eſt confluuium [...] quam rem vrnarium? *Ex* Nonio 15, 10. *Add.* Varro L. L. 4, [...] Praeterea erat tertium genus menſae (*dixerat de* Cylibatho *et* Ca[...]lo) et quadratae vaſorum, vocaturque vrnarium, quod vrnas [...] aqua poſitas ibi potiſſimum habebant in culina.

VI[...]

[V]RNVLA, ae. f. Dimin. [σταμνάριον] *Parua vrna.* Vnde Vrnula aqualis Varro de Vita Populi Romani 1. *ap.* Non. 5, 8. Cic. in Parad. 1 Minuſne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuiſſe, quam delicatas aliorum pateras arbitramur? Vrnula aurea Seueri reliquias continens Spartian. in Seu. c. vlt. *add.* Apul. Met. 6 *et* 11.

[V]RNIGER, ĕra, ĕrum. Virg. de Signis caeleſt. v. 12 Et qui portat aquam puer vrniger.

V R O

VRO, uſſi, uſtum, ĕre. [φλέγω, καίω, αἴθω] *Cremare, calore … conſumere, incendere.* Plin. 12, 4 Vritur ebenus odore iucundo. … quid vtilius? ſi quis tamen vrere tecta Compararet, audaces inſtruit … Ouid. Triſt. 2, 267. Cic. de Legib. 2, 58 Hominem mortuum, inquit lex in XII tab. in vrbe ne Sepelito, neue vrito. … ego triumuiris miniſterio, vt monumenta clariſſimorum virorum … crementur Tac. Agric. 2, 2. Cic. Tuſc. 1, 69 c. 28 Caeteras partes … incultas, quod aut frigore rigeant, aut vrantur calore. Flammis … obiectis vrere aliquid Virg. Aen. 2, 37. Calor vrit artus Lucr. 4, 872. Duritia corporis, quod quum vritur non ſentit Cic. … Domo 97 c. 36. Sol grauis vrit arua Ouid. Met. 6, 339. Sitis … herbas Idem Faſt. 4, 299. Virg. Aen. 7, 13 Vrit odoratam nocturna ad lumina cedrum. *Focum in mediis aedibus habebant, … taedas vrebant luminis cauſa, vt narrat Heſychius in vocabulo … Turnebus.* Vrere, *de Frigore etiam dicitur* Lucan. 4, 52 … montana niues. Cic. Tuſc. 2, 40 c. 17 Pernoctant venatores in niue, in montibus vri ſe patiuntur. *Conf. Heinſ. et Drakenb.* … l. 4, 68. *Taubm. ad* Virg. Georg. 1, 93. *Sauaro ad* Sidon. Carm. … 8. Adſpicis, vt prenſos vrant Iuga prima iuuencos Ouid. … Am. v. 235. Loris vri, *Caedi, flagellari* Hor. Epiſt. 1, 17, (16) 47. … vri Idem Serm. 2, 7, 58. *Nam ex virgarum percuſſione corpus in… …tur.* Calceus anguſtior *dicitur* Vrere pedem Hor. Epiſt. 1, … ¶ 2 Vrere *metaphoricωs eſt moleſtia quadam ani… alterius afficere, ſiue illa ſit ab inuidia, ſ. ab amore:* Vritur *qui …m, et qui inuidet.* Vro hominem, per translationem, ſignificat …ore cogo, interprete Donato: *ſiue* Ango, *vt ait Budaeus.* Si … illa mentionem Phaedriae Facit, aut ſi laudat, te vt male vrat … Eun. 3, 1, 47. Idem ibid. 2, 2, 43 Non malum hercle. G. vro …nem. P. vt falſus animi eſt. Hor. Epiſt. 2, 1, 13 Vrit enim … re ſuo qui praegrauat artes Infra ſe poſitas, *i. Splendore ſui no… vrget et …* Id nos vrit Sen. Epiſt. 3. Vrebant … anxiam Mentem varia vndique conuicia Suet. Tiber. c. 66. … nobilem Populum, ablatum mare, captae inſulae, dare tributa … lor. 2, 6, 1. *Conf.* Vell. 2, 77. Saeuis libertas vritur armis … 4, …8. *i. cruciatur, metuere illa cogitur.* Liu. 27, 3… Quos, … chanidas tyrannus Lacedaemoniorum finitimo bello vrebat. … atrox Iuno Virg. Aen. 1, 666. *Scrupulum iniicit Didoni. Sed Id.* … 4, 68 Vritur infelix Dido. *i. Amore conſumitur et conflagrat.* … Met. 7, 22 *Medea ad ſe ipſam,* Quid in hoſpite regia virgo … et thalamos alieni concipis orbis? Doloribus tacitis vri … Faſt. 3, 489. Ignibus vri Hor. Carm. 3, 7, 11. Ignes, *intelligit …es.* Impenſius vri Catul. ad Lesbiam ſ. 70, 5. Pectore … o vri Catull. in Epithal. Iuliae 59, 177. Pectore toto vri … Met. 1, 496. Amor me vrit Virg. Ecl. 2, 68. Amor … iter me vrit Ouid. de Arte Am. 1, 23. Dolor vrit amantes Id. Met. 4, 278.

[VR]ITO, āre. Frequentat. [αἰθάλω] Plaut. Moſtel 3, 1, 81 Ca… id… hoc eſt: etſi procul abeſt, vritat male. *al.* Vrit.

[VR]ENS, entis. Partic. [καίων] *Vt*, Caminus vrens ramos Hor. Serm. 1, 5, 81. Capellae vrentes culta, *noxam dentibus ſuis inferent agris* Virg. Georg. 2, 196. *Vid.* Plin. 8, 50 *ad finem.* Manus … Ouid. Faſt. 4, 7…

[VR]ENDVS, a, um. Partic. [καυςέος] *Vt*, Filix vrenda Hor. Serm. 1, 3, 38.

[VS]TVS, a, um. Partic. [κεκαυμένος] Plin. 10, 70 Conueniunt … etiam piſces ad quoſdam odores, vt ſepiam vſtam. Igni… ſtus crudeliter Ouid. Triſt. 3, 11, 53. Aër ſiccis feruoribus … Idem Met. 1, 119. Capillus vſtus Tibul. 1, 10, 39. Indus … 4, 3, 10. Cadmiae vſtae Scribon. 24. Corticis vſti … Myſis Id. 34. Ferri ſtercus vſtum Id. 188.

[VS]TA, ae. f. *Coloris facticii ſpecies* Vitruu. 7, 11 Vſta ſatis habet [vti]litatis in operibus. *Vid.* Plin. 35, 6.

[VS]TIO, ōnis. f. [καῦσις, ἔμπρησις] Cato 38 Virgas et ſarmenta quae tibi vſtioni ſupererunt, in ſegetem comburito. Vſtiones … 27. *i. ambuſta.* Vis pumicum in medicina, tertia vſtione … 6, 21. Vſtio, *pro Cauterizatione quam vocant* Plin. 34, 15 … vſtione ſanantur: priuatim vero canis rabidi morſus. Celſ. …ius autem huiuſcemodi dolores, vix citra vſtionem finiuntur, *i. … ferri admotionem. add.* Celſ. 8, 2. Ne expaueſcatis … quae agitur in vobis in tentationem Tertull. ad Gnoſt. c. 12.

[VS]TĪVVS, a, um. *Vim vrendi habens.* Macer. 2, 8 Vſtiuas mi… at epiphoras oculorum.

[VS]TILĀGO, ĭnis. f. *Vt*, Vſtilago ruſtica Apul. de Herb. c. 63 … 10.

[VS]TOR, ōris. m. [καυςήρ] *Qui corpora in buſtis cremat.* Mar… 93 Vſtorque taedas praeferat nouae nuptae, *etc.* Catul. de … Rufulo ſ. 57 (…) 5 Quum deuolutum ex igne proſequens panem A ſemiraſo tunderetur vſtore. Sordidus vſtor Lucan. 8, 738. *… rudent. in Rom.* v. 847.

[VS]TVLO, āre. [καυτηριάζω] *Significat paullatim* Vrere. Pacuuius, … ferro crines vſtulare.

VSTVLĀTVS, a, um. Partic. *Vt*, Pali vſtulati Vitruu. 5, 12.

VSTVLANDVS, a, um. Partic. [καυτηριασθεὶς] Catul. in Annales Voluſii ſ. 34, 8 Scripta tardipedi deo daturam Infelicibus vſtulanda lignis.

VSTVLATIO, ōnis. f. Gloſſ. Cyrilli, Vſtulatio, ἀπόκαυμα.

VSTRICVLA, ae. f. Vſtriculae, Tertull. de Pallio 4 ſunt Mulieres quae ſuburendis crinibus operam collocabant. *Salmaſius legit* Hiſtriculae. *vid. eius Not.* p. 284. *et Caſaub. in Suet.* p. 144.

VSTRĪNA, ae. f. *Locus, in quo metalla candeſcunt vt laborentur.* Plin. … 6, 21 In vſtrina ter ſiccantur, ita vt torreantur carbone puro, ac … vino reſtinguantur albo. *Gelenius aliter legit.* Talis vſtrina moram non ſuſtinet Apul. Met. 7 p. 97. *conf.* Arnob. 7 p. 222. Vſtrina, locus dicebatur in quo combuſtus erat, qui alibi ſepultus, mortuus fuerat, *vt ait* Feſtus. καύςρα νεκρῶν Gloſſ. Philox. *conf. Elmenh. in* A nob. p. 184. *Pro ipſa vſtione.* Qua vſtrina praeterea nidore viti… aperit ac detegit, ſi cui ineſt morbus comitialis Solin. c. 19 (31) *de cornu cerui, dum exuritur pro vſu medicinali.*

VSTRĪNVM, i. n. *Idem.* Vet. Lap. HVIC MONVMENTO VSTRINVM APLICARI NON LICET.

VROPYGIVM, *et* OROPYGIVM, i. n. [ὀρροπύγιον] *Eſt angulla et vltima ſpinae pars, ſiue (vt Iulius Pollux inquit) ſpondyli ſiue podici imminentis, quaſi terminus pygae, ſiue finis vertebrae.* Martial. 3, 93 Et anatis habeas vropygium macrae.

V R P et V R R

VRPIX, *vel* VRPEX, icis. m. [ἅρπαξ] *Inſtrumentum ruſticum.* Cato 10 Vrpicem vnum, crates ſtercorarias quatuor villicum habere oportet.

VRRVNCVM, i. n. *Vnicus auctor nominis* Varro de R. R. 1, 48 *extr. de ſpica loquens,* Illud autem ſumma in ſpica iam matura quod eſt minus quam granum, vocatur frit: quod infima ſpica ad culmum ſtramenti ſummum, item minus quam granum eſt, appellatur vrruncum. *Non diſſimulaui, cum h. l. recenſerem, ſuſpectum mihi eſſe, cum ſint libri, qui pro eo habent* Verum cum, *quod bene cohaeret cum iis, quae ſequuntur. Iul. Pontedera in antiquitt. Latinar. Graecarumque enarratt. Epiſt.* 13 p. 164 *interpretatur* ὄγκον *tanquam ſeri tumorem, non lac ex quo alia grana denſantur.*

V R S

VRSVS, i. m. [ἄρκτος] *Animal ferum.* De vrſis *vide* Plinium 10, 63. Armati vnguibus vrſi Ouid. Met. 10, 540. Rabido nec perditus ore Fumantem naſum viui tentaueris vrſi Martial. 6, 64. Informes vrſi Virg. Georg. 3, 247. Saeuis inter ſe conuenit vrſis Iuuen. Sat. 15, 164. Libyci ſ. Numidici vrſi, *an leones. Vid. Lipſ. Elect.* 2, 4. *Salmaſ. Ex. Plin.* p. 221. *Voſſ. de Idol.* 3, 52. Truces vrſi Valer. Argon. 2, 73. Turpes vrſi Ouid. Triſt. 3, 5, 35. Stat. Theb. 6, 866. Veſpertinus circumgemit vrſus ouile Hor. Epod. 16, 51.

VRSVLVS, i. m. Dimin.

VRSA, ae. f. Plin. 10, 63 Informia etiam magis quam ſupradicta, vrſae pariunt, rarumque eſt videre parientes. *conf.* Ouid. Met. 15, 379 *ſeqq.* Villoſae vrſae catuli Idem ibid. 13, 836. ¶ 2 Vrſa, *Sidus caeleſte: Caliſto in caelum tranſlata. Vid.* Ouid. Met. 2, 505. *Figuram habet ſimilem plauſtri: vnde antiqui Graecorum* Hamaxam, *hoc eſt plauſtrum dixerunt. Vid.* SEPTENTRIO. *Sunt autem duae* vrſae, Maior et Minor, *quas Graeci* Ἄρκτους vocant.

VRSĪNVS, a, um. Adi. [ἀρκτεῖος] *Quod vrſorum eſt, vt,* Vrſinus ſanguis Columel. de Arboribus 15. *Et* Plin. 8, 36 Quoniam potum in vrſinam rabiem agat. Sebum Pallad. 1, 35.

V R T

VRTĪCA, ae. f. [ἀκαλήφη] *Genus herbae notiſſimum ab vrendo dictum: quod eius folia tacta acerrime vrant. Vid.* Plin. 21, 15 *et* 1-, 10. 22, 7 *etc.* Viuere herbis et vrtica Hor. Epiſt. 1, 12, 8. Vrticae proxima ſaepe roſa eſt Ouid. Rem. Am. v. 46. Ouis ſubiiciantur radices vrticarum Colum. 8, 14. Mordax vrtica Ouid. de Arte Am. 2, 417. Mortifera contactu vrtica, *vid* MORS. ¶ 2 Vrtica, *pro Pruritu libidinis.* Iuuen. Sat. 2, 128 — Vnde Haec tetigit Gradiue tuos vrtica nepotes? Acres vrticae Iuuen. Sat. 11, 166. Te propagandae rei familiaris vrtica ſollicitat Sidon. Ep. 8, 8 *extr. i. immoderata cupiditas.* Marina vrtica Plaut. Rud. 2, 1, 9. ¶ 3 Vrtica, *Genus piſcis.* Plin. 9, 45 ſ. 68 Vrticae noctu vagantur, noctuque mutantur: carnoſae frondis his natura, et carne veſcuntur. Vis pruritu mordax, eademque quae terreſtris vrticae *etc. Add.* Plin. 32, 10 *et* 11. Gell. 4, 11 qui ἀκαλύφην *appellari docet.*

V R V

VRVCA, ae. f. Iuuenal. 6, 276 *ſec.* Scholiaſt. *qui dicit eſſe illud, quod in faba naſcitur, ſicut gurgulio. al.* curruca, *v. v. Conf.* VRICA.

VRVS, *vid.* VRI.

VRVVM, *vel* VRBVM, i. n. *Aratri curuatura. A quo* VRVO *vel* VRBO, āre; *quod eſt Aratro deſinire.* Feſtus, Vruat, Ennius in Andromeda, ſignificat circumdat, ab eo ſulco, qui fit in vrbe condenda vruo aratri, quae fit forma ſimillima vncini curuatione buris et dentis, cui praefigitur vomer. Ait autem, Circum ſeſe vruat ad pedes. *Vid.* Varr. de R. R. 4, 27. *Salmaſ. ad* Solin. p. 576.

V S *et* V S P

VS. IP. Veſpaſianus Imperator.

VSIA, ae. f. [οὐσία] *Latine Eſſentia, ſiue ſubſtantia dicitur.* Vlpianus *vtitur* in l. In venditionibus. D. de contrah. emt.

VSIO, VSITATVS, VSITOR, *vid.* VTOR.

VSPIAM. [ἐνιαχοῦ] *Adu. in loco.* Ter. Adel. 1, 1, 3 Si abſis vſpiam, *etc.* Cic. Att. 1, 17 *pr.* Sed tamen hoc me ipſe conſolabar, quod non dubitabam, quin te ille aut Dyrrhachii, aut in iſtis locis vſpiam viſurus eſſet. Eidem 7, 12 Inde vtrum conſiſtere vſpiam velit, an mare tranſire, neſcitur. *Add.* Idem de Amic. c. 23. Vſpiam, *In re aliqua, vel aliquo negotio,* Plaut. Caſ. 4, 3, 14 Num me expertus vſpiam?

V S Q

VSQVAM. [ἐνιαχῇ] *Adu. in vllo loco.* Cic. Verr. 4, 25 Quam crucem non auſus eſt vſquam defigere, niſi apud eos, quibuſcum omnia ſcelera ſua ac latrocinia communicaſſet. Quo neque acutius vllius imperatoris cogitatum vſquam legimus Nep. 14, 6, 8. Nec mihi magis vſquam videor, quam quum aut in foro magiſtratus, aut in curia Senatum video, ſomniare. Cic. de Diuin. 2, 142 c. 68 *extr.* Idem Philipp. 1, 1 Nec vero vſquam diſcedebam. *Vid.* Donatus in Ter. Cic. Verr. 4, 146 Ciues Romani a me nuſquam diſcedere. Ter. Andr. 2, 5, 9 Neque iſtic, neque alibi tibi vſquam erit in me mora, *i. vlla in re.* Nec eſt vſquam conſilio aut auctoritati locus Cic. Off. 2, 2. Vſquam, *aliter.* Ter. Andr. 5, 3, 7 Vide num eius color, pudoris ſignum vſquam indicat? *i. Aliqua parte corporis.* Vſquam gentium, *in loco et ad locum.* Plaut. Mil. 3, 1, 90 Nam bona vxor, ſi ea quidem deducta eſt vſquam gentium, vbi ea poſſit inueniri? Ter.

Ter. Hec. 3, 1, 13 An quiſquam vſquam gentium eſt aeque miſer? Nec ſane vſquam Terrarum locum honoratiorem ſenectus habet Iuſtin. 3, 3, 9.

VSQVE [ἕως, ἄχρι, ἄχρις, μέχρι] *Continuationem aliquam loci et temporis ſignificat, et non temere ſine alia vel loci vel temporis definitione inuenitur. Scaliger deriuat ab* ὡς κε, *in quantum* ὡς *ad ſignificat: ſed cur* ad *adiicitur? et dicitur etiam* Vſque ab. *Melius in pueris que ocis intelligere mihi videbar illius rationem, ſi* VS *ponerem contractum ex* VIS *antiquo, vnde* vltra *eſt, vt prima poſitione* vſque *ſit*, et vls, *id eſt* vltra. *Illud que eodem modo ſe habet, vt in* quiſque, cunque, quandoque, vndique, vterque, *vt vniuerſalitas quaedam indicetur, velut dicas* vſcunque, *vel* vltracunque. *Conf.* VSQVEQVAQVE. *Exempla rem o ten ent.* Plaut. Men. 1, 2, 62 Inde vſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus, *h. e. Quoad lux craſtina, aut Lucifer certe a nobis videbitur.* Ter. Andr. 1, 2, 28 Verberibus caeſum te in priſtinum Daue dedam vſque ad necem. Cic. Att. 2, 7 Ibi eſſe volo vſque ad pridie Calend. Maias. Ibid. 4, 9 Nos in Formiano eſſe volumus vſque ad pridie Non. Maias. Eidem 3, 17 De Qu. Fratre nuntii nobis triſtes, nec varii venerant, ex ante diem Nonarum Iunii vſque ad pridie Cal. Septemb. Plin. Epiſt. 2, 11 Aſſenſerunt Conſules deſignati, omnes etiam Conſulares vſque ad Pompeium Collegam, *qui rogati fuere ſententias aſſenſerunt ordine ab initio et vltra, ad Pompeium, qui aliter ſenſit: Addit,* Erant in vtraque ſententia multi *etc. ne putes verum eſſe, quod interpretati ſunt* vſque ad eum, *excepto eo. Sine dubio excipiendus erat ab aſſentientibus, ſi eos numerare placeret Pompeius: ſed haec non eſt formalis ratio particulae* vſque, *quae ſignificat, quod diximus,* continuationem *quam terminat particula* ad, *vel ſimilis cum ſuo nomine. De* Ad *iam exempla poſuimus.* Virg. Georg. 1, 211 — Serite hordea campis Vſque ſub extremum brumae intractabilis imbrem, *i.* Non vſque ad brumae finem, ſed circa Seruius. *Interdum ſubticetur Praepoſitio. V. g.* Ter. Adel. 4, 5, 21 Miletum vſque? *Nempe in nominibus vrbium hoc ſollemne eſt, ne putes* vſque *regere Caſum. Sed illud* Cic. de Sen. 50 Vſque adoleſcentiam meam proceſſit aetate, *poteſt deberi librariis, qui ad literas geminandas ſemel tantum poſuere. Vid.* Ter. Adelph. 4, 5, 21 Cic. Quint. Fr. 1, 1, 33 c. 14 Quoniam eiuſmodi theatrum totius Aſiae virtutibus eſt datum, celebritate refertiſſimum, magnitudine ampliſſimum, iudicio eruditiſſimum, natura autem ita reſonans, vt vſque Romam ſignificationes, voceſque referantur: contende quaeſo atque elabora. *add.* Idem Att. 15, 28. *conf. Voſſ. de Annal.* 4, 4. A Romulo vſque Auguſtum Flor. Prooem. *conf.* Paullin. *ad* Nicet. v. 143. *Neſcio an veterum quiſquam dixerit ſimile illi.* Aſpera arteria ad pulmones vſque pertinet Cic. de Nat. Deor. 2, 135. Ab vltimo principio huius praeceptionis, vſque ad hoc tempus Idem de Inuent. 2, 5. Ab ouo vſque ad mala Hor. Serm. 1, 3, 7. *id eſt ab initio coenae ad finem vſque.* Vſque illo, *Vſque ad illum locum* Plin. 6, 23. Inde vſque a prima pueritia Cic. pro Arch. c. 1. Ter. Adelph. 5, 9, 5 Ego iſtos vobis vſque a pueris curaui ambos ſedulo. Cic. pro Cluent. 192 Comperi mulierem quandam Larino, atque illam vſque a mari ſupero Romam proficiſci cum magno comitatu. Vſque a capite arceſſere Id, Topic. 39. Plaut. Trinum. 51, 2, 80 Quodſi exquiratur vſque ab ſtirpe auctoritas, Vnde quidque auditum dicant. Ter. Phorm. 2, 3, 8 Progeniem veſtram vſque ab auo atque atauo proferens. Cic. Verr. 1, 87 Hoc illi nauigio ad omnes Populi Rom. hoſtes vſque ab Diano, quod in Hiſpania eſt, ad Sinopem, quae in Ponto eſt, nauigauerunt. Virg. Aen. 7, 289 Siculo proſpexit Ab vſque Pachyno. *Contra,* Ad iactum teli vſque Tacit. Ann. 13, 40. Ad ferum vſque diem Idem Hiſt. 3, 79. Ter. Andr. 1, 5, 27 Tum patris pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo vſque adhuc quae meo cunque animo libitum eſt facere. Sueton. in Domitiano c. 18 Vſque adhuc certe animum meum probaſtis, et vultum. ¶ 2 *In tantum ſignificare videtur* Virg. Ecl. 1, 12 Non equidem inuideo, miror magis, vndique totis Vſque adeo turbatur agris, *q. d. adeo vltra vltraque. Sic* Ter. Andr. 4, 1, 38 Suadere, orare, vſqueadeo donec perpulit. Cato 67 Amurcam commutet vſqueadeo, donec in lacum, qui in cella eſt, poſtremum peruenerit. Ter. Eun. 4, 6, 3 Vſqueadeo ego illius ferre poſſum ineptias et magnifica verba, verba dum ſint. Sueton de Illuſt. Grammat. 22 Vſque adeo arguere perſeuerauit, quoad Caſſius Seuerus, interpellatis iudicibus, dilatione periit. Vlp. in l. 1 §. Vſqueadeo. D. quib. mod. vſusfruct. amittat. Vſque adeo autem capitis deminutio eum demum vſumfructum perimit, qui iam conſtitutus eſt, vt ſi in ſingulos annos, vel menſes, vel dies legatus ſit: is demum amittatur qui iam praeceſſit. Cato 156, 2 Poſtea vbi iterum occipiet feruere, paulliſper demittito vſque admodum, dum quinquies quinque numeres. *Ad ſatietatem quod dicitur.* Plaut. Poen. 3, 1, 31 Vbi bibas edas de alieno vſque affatim, *i. vltra vltraque perpetuo.* Vſque ante diem Quintum Kalendas Maias Liu. 25, 12 *pr.* Ter. Andr. 2, 1, 4 Vt animus in ſpe, atque in timore vſque antehac attentus fuit. *Vbi* Donatus, Vſque antehac, *i.* Antequam tua verba audirem. Et vna eſt tantum Praepoſitio, velut Aduerbium. *Mihi videtur perpetuitatem et hic ſignificare* vſque. *Sic etiam* Ter. Heaut. 1, 1, 84 Nam vſquedum ille vitam illam incolit inopem, carens patria ob meas iniurias, interea vſque illi de me ſupplicium dabo. Cic. Verr. 1, 12 c. 5 Vſquedum per me licuerit. Idem pro Quint. 67 c. 21 Vſquedum inueniretur. *Interdum aliquid interponitur inter* Vſque *et* Dum. Ter. Heaut. 5, 2, 30 Immo et ibi nunc ſum, et vſque (*perpetuo*) dudum id egi, dum loquitur pater. Plaut. Perſ. 4, 1, 13 Quas tu attuliſti mihi ab hero meo vſque e Perſia. Cic. Fam. 8, 1 Ego qui ſcirem Qu. Pompeium Baulis embaeneticam facere, et vſque eo, vt ego miſererer eius eſuriei, non ſum commotus. Vſque eo dum, pro Tamdiu quoad, vel ita vt. Cic. de Nat. Deor. 2, 124 c. 49 Vſque eo premere earum capita mordicus, dum illae captum amitterent. Idem pro Quint. 59 c. 18 Inferiorem eſſe patitur duntaxat vſque eo, ne cum bonis, fama, fortuniſque omnibus Sex. Naeuii cupiditati crudelitatique dedatur. Varro de R. R. 2, 1 Hoc enim nomine aſini Arcadici in Graecia nobilitati, in Italia Reatini, vſque eo vt mea memoria aſinus venierit ſeſtertiis millibus LX. Cic. Att. 2, 14 Ego autem vſque eo ſum eneruatus, vt, *etc.* Vſque eo moroſi, Vt nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes Cic. in Orat. c. 29. *conf.* Nep. 16, 3, 1. Ter. Eun. 3, 2, 18 Ex Aethiopia eſt vſque haec. Hic Aduerbium vſque de loco, teſte Donato. Cic. Verr. 5, 157 c. 60 Vt qui vſque ex vltima Syria atque Aegypto nauigarent. Vſque extra ſolitudines deductus Plin. 8, 17. Vſque Hodie Hieron. de Scriptorib. Eccl. in Malchione, Pamphilo, *et* Euſtathio. Vſque In hoc Quinct. Decl. 301. Cic. Att. 1, 11 Noſti iam in hac materia ſonitus noſtros: tanti fuerunt, vt ego eo breuior ſim, quod eos vſque iſtinc exauditos putem. Vſque nunc Idem ibid. *in* Luciano. Alpes vſque transfertur Idem pro Quint. 12 c. 3. ¶ 3 *poni vult* Vſque, [δηθα] pro Diu, aut multum, vel valde: aliq Paene, Donatus, *videamus an non in his maxime valeat illa* ge *notio, quam ſupra dedimus.* Vltra et vltra, *perpetuo, magis* ma Ter. Adelph. 2, 2, 5 Ego vapulando, ille verberando vſque am feſſi ſumus. *Et* Adelph. 4, 2, 21 Rogitas? Cteſipho me miſerum, et iſtam pſaltriam, vſque occidit. Ter. Eun. 2, Opus faciam vt defatiger vſque ingratus vt dormiam. Cic 12, 19 Mihi quidem vſque curae erit quid agas. Ter. Adelph Quid potui melius, qui hodie vſque os praebui. Virg. Ec Cantantes licet vſque (minus via laedet) eamus, *i.* Iugiter, *inquit* S *add.* Ouid. Triſt. 4, 1, 4 Mens intenta ſuis ne foret vſque Vſque et vſque, *geminatum,* Martial. 1, 11 Et quidquid petit, et vſque donas. Idem 5, 61 Adlatres licet vſque nos et Et gannitibus improbis laceſſas. Plaut. Moſt. 2, 2, 19 Sal aduenifſe gaudeo: vſquene valuiſti? TE. vſque, vt vides. Id. 2, 3, 53 Vſquene valuiſti? *i. ſemper.* Plaut. Epid. 2, 2, 120 eas priuſquam ego venero. AP. vſque operiar; *i. perpetuo.* *vniuerſalitatem addit in illo* Ter. Adelph. 4, 6, 3 Perreptaui vſque oppidum, ad portum, ad lacum. Quo non?

VSQVEQVAQVE. Adu. [πάντη, πάντας] *Vbique, in* v*que loco: quo firmantur, quae de notione illa generali particulae* vſ*cta ſunt.* Cic. Att. 4, 9 Hic quoque, vt loquebantur, et opinor quaque. Idem Verr. 5, 10 c. 5 Nolite vſquequaque eaden rere: in metu belli, furandi qui locus poteſt eſſe? Idem vent. 2, 63 Atque hoc non alienum eſt, quod ad multa pertineat, nuſquam, aut vſquequaque dicatur, hic admonere. Cic. Fa Vſquequaque ſapere oportet, id erit telum acerrimum, *i. omni tempore et occaſione.* Idem de Finib. 5, 91 An hoc vſquequaque in vita, et non ex maxima parte de tota iudicabis? Idem lipp. 2, 110 c. 43 Aut vndique religionem tolle, aut vſquequaq ſerua. Vſquequaque mihi loquitur Plaut. Bacch. 4, 4, 83. Sidon. Ep. 2, 10. *Pro vndecunque poſuiſſe videtur* Meſſala *apud* Gel Praetor et comitiatum et concionem vſquequaque auocare pote a conſule.

VSQVEQVO. Adu. [ἀχρίκα] *Quouſque, Donec vel quoad* ro de R. R. 1, 2 Quod iubet ranam luridam conücere in aquam, quo ad tertiam partem decoxeris. Martial. 2, 64 Eia age, moras, quo te ſpectabimus vſque? *Pro Quatenus* Vlpian. ſuſpecta. §. 2. D. de inofficioſ. teſt. Et ideo datae in eo libertate legata vſquequo Falcidia permittit, ſuam habent poteſtatem.

V S T

VSTICA. [Οὐςίκα] Mons in Sabinis, cuius meminit Hor. 1, 17, 11

Vtcunque dulci Tyndari fiſtula
Valles et Vſticae cubantis
Leuia perſonuere ſaxa.

Cubantem, *inquit* Porphyrio, ſuauiter dixit, ad reſupinam eius nem attendens.

VSTIO, VSTRINA, VSTVLO, VSTVS, *vid.* VRO.

V S V *et* V T

VSVALIS, VSVARIVS, VSVCAPIO, VSVRA, VSVRPO, VSVSFRVCTVS, *vid.* VTOR, *ēris*.

VT, *vel* VTI, *quod propter compoſita ſeorſim tract* [ἵνα, ὡς, ὥςε, ὅπως] *Coniunctio quam finalem dixeris, vel en* nem, *i. exitum rei ſignificat, vt* Cic. Fam. 1, 9 Non illi quid mihi ſtomachum facerent: *vbi negat efficere potuiſſe inimicos, quo bant: vel* finem, *i. cauſam finalem et conſilium, vt* Curſorem miſer nunciaret Nep. 1, 4, 3. *conf.* Idem 5, 4, 2. *Seruit parentheſi ſolemnite* Cic. Verr. 2, 145 c. 59 Syracuſana ciuitas (vt eam potiſſimum nem) dedit ipſi ſtatuam. Idem pro Roſc. Amer. 87 c. 31 ſis audax, vt alia obliuiſcar, hinc omnes intelligere potuerunt. Verr. 5, 177 c. 69 Sed de iudicibus, et (vere vt dicam) de te fu eſt. Vt ad pauca redeam, vxorem deduxit domum Ter. 2, 60. *h. e. Vt paucis dicam.* Quinctil. 8, 3 Si quid peri finxiſſe videbimur, quibuſdam remediis praemuniendum eſt dicam, Sic licet dicere, Quodammodo, Permitte mihi ſic, *et* *ab initio* Cic. de Fin. 1, 13, 5 Vt autem a facillimis ordiamur. *omittitur. v. g.* Cic. Epiſt. 2, 15 Hoc tu meum conſilium laud ceſſe eſt. Caeſ. Bell. G. 3, 11 Huic mandat, Remos reliqu Belgas adeat. Ter. Adelph. 5, 8, 13 Sine te exorem. Epiſt. 4 Mors neceſſe eſt perueniat. Nep. 25, 22 Ne id, natura cogeret, ſibi accelerarer, et ſe ſibi ſuiſque reſer ¶ 2 *Frequentiſſimus vſus eſt particulae huius, poſt omnia omnium affe conatuum, actionum verba. Obſeruari meretur ille praeter caeteros verbis* Metuo, Timeo, Vereor *ſubiicitur, vbi vid. De reliquo vationes aliquot dabimus, quibus omnia exhauriri nec ipſi affirm Conferre poſſunt ſtudioſi Schwarzianam ad Turſellinum diligentia forte inde ſuppleri iſta poſſint. Igitur* Euentum *ſignificat, ſ. vt lo tur Grammatici,* ἐκβατικὸν *eſt.* Ter. Andr. 1, 1, 108 Tum illa, vt ſuetum facile amorem cerneres, reiecit ſe in eum flens quam fa riter: *non ideo fecit, vt aperiret amorem; ſed cum faceret prodidit.* Ter. Phorm. 1, 2, 57 Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida, L mae, veſtitus turpis: vt, ni vis boni In ipſa ineſſet forma, hae mam extinguerent. Varro R. R. 1, 63, 1 Eo conueniunt, v ſe necant curculiones *de catino aquae, quam appetunt illi eo euentu, pereant.* Cic. Orat. 56 Vt non iam ſine cauſa Demoſthenes trib primas, ſecundas et tertias (*partes*) actioni. ¶ 3 Adeo, Sic, Ita, Tantum, *etc. Ponere amant, vt,* Nep. 10, 9, 4 ſtrepitus, adeo vt exaudiri poſſet foris. Idem 25, 16, 1 Cum qualibus ſuis ſic vixerit, vt iudicare difficile ſit *etc.* *Et* 15, Adeo veritatis diligens, vt ne ioco quidem mentiretur. *Et* 1 Tanto plus virtute valuerunt, vt decemplicem numerum hoſtium fligarent. *Et omiſſa particula antecedente,* 7, 1, 2 Diſertus, primis dicendo valeret. Cic. Att. 15, 1 Eſt autem oratio elegantiſſime ſententiis verbis, vt nihil poſſit vltra. Horat. 2, 2, 71 Purae ſunt plateae, nihil vt meditantibus obſtet. Cic. Tu 27 *de Poëtis,* Ita ſunt deinde dulces, vt non legantur modo, ſed edifica ¶ 4 *Conditionale eſt* Plaut. Curc. 2, 2, 7 Operam vt det! *Non du quid poſſit alter; ſed metuit, ne det operam, ne ſerio velit.* Cic.

3, 1 In iugero Leontini agri medimnum fere tritici ſeritur — Ager efficit cum octauo bene vt agatur (*ſi ſit annus fertilis*) verum vt omnes dii iuuent (*ſi ſit ſumma fertilitas*) cum decimo. Liu. . . Ex Brutio agro, qui vt omnis coleretur, exiguus *tamen tanto alendo exercitu erat.* Ouid. Met. 6, 190 Multaque vt eripiat, multo mihi plura relinquet. *Huic affinis eſt illa ratio, cum pro* Licet, *vel* Quamuis *ponitur.* Cic. Att. 8, 3 Quis autem locus erit tutus, vt placatis amur fluctibus? Idem ad Brut. 9 Nos te tuumque exercitum exſpectamus, ſine quo vt reliqua ex ſententia ſuccedant, vix ſatis liberi videmur fore. Idem de Orat. 2, 221 Vt enim quaeras omnia, quomodo Graeci ineptum appellent non reperies. Idem de Lege Agr. 1, 23 Etenim vt circumſpiciamus omnia, quae populo grata, atque iucunda ſunt: nihil tam populare quam pacem, quam concordiam, quam otium reperiemus. Diſtentionem neruorum vel cancer ſequitur; vel certe, vt mitiſſime agatur, pus Celſ. 8, 10 *quomodo legendum cenſet Morgagnus. Lindenius,* cum agitur. ¶ 5 Vt *ibi ſit ante* ne. Ter. Phorm. 1, 3, 16 Tu coniicito caetera, quid ego ex hac inopia nunc capiam, et quid tu ex iſta copia: vt ne addam ... ſine ſumtu ingenuam, liberalem nactus es. *i. Vt non.* Vt lex ... et Fuſia Ne valerent Cic. Poſt Red. in Sen. c. 5. Vt ſocrus ... adoleſcentis Ne rea fiat Id. Fam. 13, 55. *conf.* Plaut. Perſ. 1, 3, 30. *et* ... 415. Ter. Hec. 1, 2, 30 Nempe ea cauſa vt ne id fiat palam. ... de Eun. 5, 4, 20 Vlciſcar, vt ne impune in nos illuſeris. Cic. ... ar 2, 6 Petiui ſaepe per literas, *etc.* non vt decernatur aliquid noui, ... ſolet eſſe difficilius: ſed vt ne quid noui decernatur. Idem ... at 16, 9 Sed tamen ita velim, vt ne quid properes. Iuſtitiae ... is eſt, vt Ne cui quis noceat Idem Off. 1 c. 7. *add.* Nep. 2, 5, 5. ¶ 6 *Pleonaſmo ſeruit* Ter. Andr. 1, 1, 29 Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli, Vt animum ad aliquod ſtudium adiungant *etc.* *i. Quod adiungunt, ſ. cum adiungunt.* Cic. de Senect. 42 Inuitus feci, vt ... Flaminium e Senatu eiicerem, *i. Inuitus eieci. Pleonaſticum etiam eſt.* Idem de Finib. 1, 33 Fieri, inquam, Triari, nullo pacto poteſt, vt non ... quid non probes eius a quo diſſentias. ¶ 7 *Vt interponitur, vbi Accuſatiuus cum Infinito ordinarie locum habet.* Nep. ... n 5. *pr.* Si verum eſt, quod nemo dubitat, vt Populus Rom. omnes ... virtute ſuperarit. Cic. pro Roſc. Am. 121 c. 41 Non eſt veriſimile, vt Chryſogonus horum literas adamarit. *Delet* veriſimile *Lambinus.* ... *habent omnes libri.* Idem Verr. 4, 11 c. 6 Quid ſi magnitudine pecuniae perſuaſum eſt ei? Veriſimile non eſt, vt ille homo tam locuples ... tam honeſtus, religioni ſuae — pecuniam anteponeret. *Imitatur Tullii* Lactant. de Ira Dei 10, 44 Nec enim veriſimile, vt minora et ... lia regimen habeant, maiora et ſumma non habeant. Cic. de ... Conſ. 39 c. 16 *extr.* Nam vt C. Iulius omnibus a Senatu eximiis ... quis rebus ornatus per manus hanc prouinciam tradat ei, cui minime vos velitis: per quem ordinem ipſe ampliſſimam ſit gloriam ... cutus, ei ne libertatem quidem relinquat, adduci ad ſuſpicandum nullo modo poſſum. Cic. Acad. 4, 28 c. 9 Ei, qui affirmaret, ... ih poſſe percipi, conſentaneum eſſe dicere, vnum tamen illud percipi poſſe, vt alia non poſſent. Idem de Legib. 3, 33 c. 15 Nam ego ... a ſum ſententia, qua te fuiſſe ſemper, ſcio, nihil vt fuerit in ſuffragiis voce melius. Idem de Fin. 1, 14 c. 5 Nam illuc quidem adduci vix poſſum, vt ea, quae ſenſerit ille tibi non vera videantur. *Et* 1, 13 c. 33 Quî probari poteſt, vt is, qui propter me aliquid, plus quam ego ipſe gaudeat? *Et* 5, 78 c. 26 Si Stoicis concedis, vt virtus ſola, ſi adſit, vitam efficiat beatam. *In bis tribus exemplis etiam iucundior et εὐθυκωτέρα eſt oratio, ſi vt relinquis, quam ſi conſtructionem per Accuſatiuos cum infinitis inſtituis.* Idem Tuſc. 1, 57 c. 24 Ex quo effici vult Socrates, vt diſcere nihil aliud ſit, quam recordari. *Ne* e effici *bic ponitur vt* ſequi, *quod etiam adiunctum* ſibi vt *habere ſolet, de quo vid.* SI QVOR n. 3. *Sic* de Fin. 3, 31 c. 9 Quid autem apertius, quam ——— tollatur omnis ea, quae quaeratur laudatur prudentia? Quod tollatur *legendum putat Dauiſius: malim* vt tollatur, *vel* fore vt tollatur. Cic. de Nat. Deor. 1, 63 c. 23 Protagoras ... principio libri ſui poſuit, De diuis, neque vt ſint, neque vt non ſint habeo dicere. *Et* de Diuin. 2, 66 c. 31 De ipſo Roſcio poteſt illud quidem eſſe falſum, vt circumligatus fuerit angui: ſed vt in cunis fuerit anguis, non tam eſt mirum. Qu. Cic. de Petit. Conſ. 5 ... Qui abs te tribum — aut habent, aut vt habeant ſperant. Varro ... 1, 2, 26 Et tamen verum dicit, vt hoc ſcripſerit in agricultura. ... in Epiſt. 2, 5, 7 Ac ſicut veremur, ne quibusdam pars aliqua ſecundum ... iam cuiusque naturam non probetur: ita videmur poſſe confidere vt vniuerſitatem omnibus varietas ipſa commendet. *In boc verbo ... t ſimilem habet rationem, atque in verbis timendi.* ¶ 8 ... *du. ſimilitudinis et comparandi it. temporis frequentiſſimi vſus.* ... t ſtudioſe omnia Docere, educere, Ita vt ſi filia eſſet Ter. Eun. ... 2, 5. Nep. 14, 3, 2 Vinctum ante ſe Thyum agebat, vt ſi feram ... eſt in captam duceret. *Sic vid.* Id. 10, 9, 2. Hor. Epiſt. 1, 7, 3. ... am. 2, 14 *etc.* Vt *pro* Poſtquam, *vel* Ex quo. Ter. Phorm. ... 3, 2 Vt abii abs te, fit forte obuiam mihi Phormio. Idem Hec. ... 1, 25 Me ſegregatum habuiſſe, vxorem vt duxit, a me Pamphilum. Vt Antonius rediit in Italiam Nep. 25, 10, 1. *Add.* ib. c. 11 *pr.* ... 1. 3, 4. Cic. Phil. . . Eſt enim annus vt repulſam tulit. Idem Att. 7, 15 Vt ab vrbe diſceſſi, nullum intermiſi diem, quin aliquid ... t literarum darem. Virg. Aen. 2, 561 Vt regem aequaeuum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem. Plaut. Poen. 2, 37 Vt quemque quem fiſco offenderant, Tam crebri ad terram accidebant, quam pira Vt quisque acciderat, eum necabam illico. *Galli dicunt,* à meſure que *etc.* Ter. Hec. 5, 3, 4 Vt quisque venerat accedebam, adoleſcens dic dum quaeſo, *etc.* Plaut. Men. Prol. 63. Nam rus vt ibat, vt ... m forte pluerat *etc.* Ter. Adel. 3, 3, 52 Nam vt numerabatur forte argentum, interuenit homo *etc.* Liu. 1, 12 Vt Hoſtus cecidit confeſtim Romana inclinatur acies. Cic. Verr. 1, 64 Vt haec audiuit, ſic exarſit ad id, quod non modo ipſe nunquam viderat, ſed ne audierat quidem ab eo, qui ipſe vidiſſet. Idem in Somn. Scip. 5 c. 3 Atque ego vt primum fletu repreſſo loqui poſſe coepi, Quaeſo inquam pater ſanctiſſime. Vt primum ceſſit furor Virg. Aen. 6, 1 . *Add.* Vell. 2, 33, 3. Vt quodque primum geſtum erat, ita, *c.* Cic. de Inuent. 1, 29. Idem Att. 15, 22 Miſi igitur Tironem et cum Tirone plures, quibus ſingulis, vt quidque accidiſſet, darem literas. Idem A. in Verr. 1, 19 Immo vero vt quisque me viderat, narrabat. Aliis illud Indignum, aliis ridiculum videbatur. ¶ 9 *Comparationis exempla:* Tantus vir, vt naturam fautricem habuerit in tribuendis animi virtutibus, Sic maleficam nactus eſt in corpore fingendo Nep. 17, 8, 1. Cic. pro Roſc. Amer. 22 Nam vt illud incredibile eſt mortem oblatam eſſe patri a filio ſine plurimis et maximis cauſis: ſic hoc veriſimile non eſt, *etc. conf.* Nep. 23, 7, 4. Ter. Hec. 2, 3, 20 Vt res dant ſe, ita magni atque humiles ſumus. *Vid.* PROVT. Cic. de Fin. 5, 64 Pueri, in quibus, vt in ſpeculis, natura cernitur. *Suppreſſo* Ita Hor. Serm. 2, 2, 24

— Quanquam ridentem dicere verum
Quid vetat? vt pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores, elementa velint vt diſcere prima.

Cic. ad Q. Fr. 1, 1, 4 Vt quisque eſt vir optimus, ita difficillime eſſe alios improbos ſuſpicatur. Sall. Iug. 81 Poſtea vti quisque opulentiſſimus videatur, ita Romanis hoſtem fore. Idem Verr. 1, 68 Pro ſe quisque, vt in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur. Idem Off. 1 c. 19 Vt quisque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime vult princeps omnium, vel potius ſolus eſſe. Id. de Sen. c. 18 Vt quisque aetate antecedit, ita ſententiae principatum tenet, *de augurum collegio.* Idem Parad. 1 c. 4 Vt quisque eſt maxime boni particeps, ita et laudabilis maxime. Idem de Orat. 2, 265 Vt quisque optime Graece ſciret, ita eſſe nequiſſimum. Ibid. 1, 120 c. 26 Vt enim quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem, *etc.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 11 Vt voles eſſe me, ita ero, *i. Qualem, talis.* *Simile fere eſt illud* Plin. Praef. *mox a princ.* Nec quidquam in te mutauit fortunae amplitudo, niſi vt prodeſſe tantundem poſſes vt velles, *pro* quantum. *Ita* vt *pro* qualis. Plaut. Amphitr. Prol. 104 Iam ego vos nouiſſe credo, vt ſit pater meus. *Add* Id. Pſeud. 4, 4 *pr.* Ter. Heaut. 3, 1, 27 Non tua ei dixiſti, vt eſſem?

¶ 10 *Declarandi vim habet.* Subito a militibus e cubiculo raptus, Ita vt erat in veſte domeſtica, imperator eſt conſalutatus Suet. Vit. c. 8. Tiſiphone canos, vt Erat, turbata capillos Ouid. Met. 4, 473. *add.* ib. 11, 60. Circa quartum milliarium, vt Erat nudo pede atque tunicatus, penulam obſoleti coloris ſuperinduit Suet. Ner. c. 48. *Tale eſt* Ouid. Met. 11, 239 Illic te Peleus, vt ſomno vincta iacebas Occupat. Vt eſt *i. per ſe, nulla re addita, nihil mutatum* Scribon. 119. 122. *Omittitur antecedens* Ita *vel* Sic, Quinctil. 12, 12 Non omittenda pars haec orationis ſed exigenda, vt optime poſſumus. Cic. Philipp. . . Quas vt honorificentiſſimis verbis ipſe conſequi potero, complectar mea ſententia. *Interdum poſtponitur.* Idem de Orat. 2, 173 Haec vt breviſſime dici potuerunt, ita a me dicta ſunt. *Pro* quippe Quinct. 10, 1 Nec ignoro quos tranſeo: nec vtique damno, vt qui dixerim eſſe in omnibus vtilitatis aliquid, *etc.* *Pro* quam Ter. Andr 1, 1, 8 Ego poſtquam te emi a paruulo, vt ſemper tibi apud me iuſta et clemens fuerit ſeruitus, ſcis. Idem Eun. 1, 2, 47 Tute ſcis, poſt illa quam intimum habeam te, et mea conſilia vt tibi credam omnia. Cic. Att. 1, 13 Me vero teſte producto, credo te ex acclamatione Clodii aduocatorum audiſſe, quae conſurrectio iudicum facta ſit, vt me circumſteterint, vt aperte iugula ſua pro meo capite P. Clodio oſtentarint.

¶ 11 *Parentheſi ſeruit:* Cic. pro Flacc. 38 c. 16 Siue hic confictum eſt, vt apparet, ſiue miſſum domo eſt, vt dicitur, commouebor. Idem Acad. 1, 4 Quod iſta ipſa de re multum (vt dixi) et diu cogitaui. Vt Dicitur Cic. pro Flacco c. 16. Vt ferunt Liu. 1, 37. Vt fama eſt Idem 31, 32. Vt eſt conſuetudo Cic. pro Caecin. 23 c. 8. Vt par Eſt Mat. ad Cic. Fam. 11, 27. Idem pro Roſc. Amer. 56 c. 32 Verum (vt fit) multa ſaepe imprudentibus imperatoribus vis belli, ac turba molitur. Idem de Finib. 2, 2 Et caeteros ſophiſtas, vt e Platone intelligi poteſt, luſos videmus a Socrate. Virg. Aen. 8, 135 Electra (vt Graii perhibent) Atlantide cretus, Aduehitur Teucros. Columel. 4, 2, 1 Siue viuit, et vt ſaepe venit (*leg.* euenit) vel nigri eſt generis, vel parum fertilis, non in vno, ſed in pluribus pedamentis fructus claudicat. Caeſ. Bell. Gall. 3, 8 Horum auctoritate finitimi adducti (vt ſunt Gallorum ſubita et repentina conſilia) eadem de cauſa Trebium, Terraſidiumque retinent. *h. e. Qui mos eſt Gallorum in conſiliis capiendis.* Ter. Phorm. 1, 2, 5 Vt nunc ſunt mores. *conf.* Nep. 18, 8, 2. Mat. ad Cic. Fam. 11, 27 Reſpondebo criminibus, quibus tu pro me (vt par erat) tua ſingulari bonitate, et amicitia noſtra ſaepe reſtitiſti. Idem Fam. 1, 2 Nos in Senatu quemadmodum ſpero, dignitatem noſtram, vt poteſt, in tanta hominum perfidia et iniquitate, retinebimus. *Reſtringit haec parentheſis, et minuit.* Idem de Senect. 12 Qui ſermo, quae praecepta, quanta notitia antiquitatis? quae ſcientia iuris augurandi? Multae etiam vt in homine Romano literae. *Nempe ab homine Romano non valde exſpectantur. Sic plane capiendum illud* Multum, vt inter Germanos rationis ac ſolertiae Tac. Germ. 30, 3. *Et* Cic. de Clar. Orat. 27 c. 7 Poſteaque Cliſthenem multum, vt temporibus illis, valuiſſe dicendo. *i. Secundum illorum temporum eloquentiam.* Orationem ſalutarem, vt in tali tempore, habuit Liu. 24, 28. Cic. de Clar. Orat. 39 Vt Populi Romani aetas eſt, ſenes: vt Athenienſium ſaecula numerantur, adoleſcentes debent videri. Idem Fam. 12, 2 Non nihil, vt in tantis malis, eſt profectum. Vt in licentia hac temporum, *i. Reſpectu horum temporum, in quibus magna vtimur licentia* Plin. Epiſt. 3, 3, 5. Cic. Att. 12, 28 Quae ſi manebant, quaerenda eſt excuſatio ad Brutum: et vt nunc eſt, manſurae videntur. *add.* ib. 13, 26. Manut. ad Fam. 4, 9. Non, vt olim ſolebat, *Attellanum:* ſed, vt nunc fit, mimum introduxiſti Idem Fam. 9, 16. Idem Acad. 4, 10 Sed me hercule, vt quidem ſe nunc cauſa habet, etſi heſterno ſermone labefacta eſt, mihi tamen videtur eſſe veriſſima. Ter. Heaut. 1, 2, 38 Tu vt tempus eſt diei, videſis ne quo hinc abeas longius. Ibid. 1, 1, 116 Sed vt diei tempus eſt, monere oportet me hunc vicinum Phaniam. Cic. pro Muraen. 32 c. 14 Quo ille quum eſſet, vt ego mihi ſtatuo, (*ſecundum meam de illo ſententiam*) talis, qualem te eſſe video, nunquam cum Scipione eſſet profectus. Idem Att. 13, 22 Vt mea memoria eſt. Idem Acad. 4, 124 Tenemusne quid ſit animus, vbi ſit, denique ſitne, aut vt Dicaearcho viſum eſt, ne ſit quidem vllus?

¶ 12 Vt *ſequente* Item Cic. Off. 2 c. 14 Nec tamen, vt hoc fugiendum eſt, item habendum eſt religioni, nocentem ——— defendere. Idem Epiſt. 5, 12 An, vt multi Graeci fecerunt ——— tu quoque item. Ciuilem coniurationem ab hoſtilibus externisque bellis ſeiungeres. Plaut. Amph. 3, 4, 9 Vt filium bonum patri eſſe oportet, itidem ego ſum patri. *Et* Capt. 2, 2. 11 Vt vos hic, itidem illic apud vos meus ſeruatur filius. Plaut. Rud. 4, 4, 55 Vt tute es, item cenſes omnes eſſe? Lucret. 3, 11 Floriferis vt apes in ſaltibus omnia libant, Omnià nos itidem depaſcimur aurea dicta. Ter. Phorm. 3, 1, 12 Tum Phormio itidem in hac re, vt aliis, ſtrenuum hominem praebuit. *Ergo et* Cic. Off. 1 c. 1 Item *legendum eſſe, recte monuere viri docti, pro vulgato* idem. *Verba ſunt,* Tamen vt ipſe ad meam vtilitatem ſemper cum Graecis Latina coniunxi, neque id in philoſophia ſolum, ſed etiam in dicendi exercitatione feci, *item* tibi cenſeo faciendum.

¶ 13 Vt, *pro* Quomodo, *interrogantis.* Plaut. Perſ. 1, 1, 17 Vt vales? R. vt queo.

Ibid. 4, 4, 6 Vt munitum muro tibi viſum eſt oppidum. *Add.* Id. Merc. 5, 2, 107. *et* Moſt. 3, 2, 29. *et* Rud. 5, 2, 17. *et* Trin. 1, 2, 10 *et* 13. *et* Truc. 2, 7, 23. Ea vt videtur mulier? non edepol mala. vt morata eſt? nullam vidi melius Plaut. Merc. 2, 3, 57. *Cum exclamatione:* Cic. Att. 2, 21 de Pompeio: Vt ille tum humilis, vt demiſſus erat! vt ipſe etiam ſibi, non iis ſolum, qui aderant, diſplicebat! *Et* 3, 11 Quod quum facis, vt ego tuum amorem deſidero! Plaut Capt. 1, 2, 62 Vt ſaepe ſumma ingenia in occulto latent? Cic. de Finib. 5, 61 Vt illi efferuntur laetitia quum vicerint? vt pudet victos? vt ſe accuſari nolunt? quam cupiunt laudari? quos illi labores non ferunto, vt aequalium principes ſint? Ter. Heaut. 4, 1, 51 Vt praeter ſpem euenit? Idem Eun. 2, 2, 42 Vt falſus animi eſt? Virg. Aen. 8, 155 — vt te fortiſſime Teucrûm Accipio, agnoſcoque libens. Idem Aen. 2, 283 — vt te poſt multa tuorum Funera, poſt varios hominumque, vrbisque labores. Vt vidi, vt perii, vt me malus abſtulit error? Idem Ecl. 8, 41. *conf.* Ouid. Her. 13, 89. *Heinſ. ad* Ouid. Her. 12, 33. Heu fortuna! quis eſt crudelior in nos Te, deus? vt ſemper gaudes illudere rebus Humanis! Hor. Sat. 2 *vlt.* v. 61. *Cum indignatione:* Vt ego nunc adoleſcenti theſaurum indicem? Plaut. Trin. 3, 3, 21. Inultus vt tu riſeris Cotyttia Vulgata? Hor. Epod. vlt. v. 56. *Et praepoſito* ne. Egone vt te aduerſum mentiar, mater mea? Plaut. Aul. 4, 7, 9. *Add.* Id. Pſeud. 1, 5, 105. Eine ego vt aduerſer Ter. Andr. 1, 5, 29. *Add.* Sen. Med. v. 893. Ter. Phorm. 4, 3, 64 Impuratus me ille vt etiam irrideat? *Exſecrantis eſt* Ter. Heaut. 4, 6, 6 Vt te omnes equidem dî, deaeque quantum eſt Syre, cum iſtoc inuento, cumque incoepto perduint. Idem Adel. 4, 6, 1 Vt, Syre, te cum tua monſtratione magnus perdat Iupiter. ¶ 14 *Etiam illa obſeruabilia:* Plin. Epiſt. 7, 27 Iam vt in limine, iam vt intra limen auditur. Columel. de Arboribus c. 7 Diuerſae autem, quae ſupra terram extare debent, ne paſſus fueris plus quam duas, aut vt maxime tres gemmas habere. Cic. Q. Frat. 2, 6 Domus celebratur ita vt quum maxime. Martial. 10, 11 Donaui tamen, inquis, amico millia quinque, Et lotam, vt multum, terque quaterque togam: *ad ſummum.* Plin. 15, 3 *ad finem,* Nec tam numeroſa differentia, tribus vt plurimum bonitatibus diſtat. Cic. de Legib. 2, 34 c. 14 Sequitur enim de iure belli: in quo et ſuſcipiendo, et gerendo, et deponendo, ius vt plurimum valet, et fides. Plaut. Curc. 2, 1, 2 Quando Aeſculapii ita ſentio ſententiam, vt qui me nihili faciat, nec ſaluum velit. *conf.* Ter. Andr. 1, 1, 121 Ita tum diſcedo ab illo, vt qui ſe filiam neget daturum. Tacit. de Germ. 10 Auſpicia forteſque, vt qui maxime, obſeruant. *i. vt illi, qui id quam maxime faciunt.* Plin. Epiſt. 9, 22 Amat vt qui *amant* veriſſime: dolet vt qui *dolent* impatientiſſime. ¶ 15 Vt, *quemadmodum Graecorum* ἵνα, *etiam ad locum reſpectum habet, non minus quam* vbi *ad tempus* Catull. 11 *pr.*

> Furi et Aureli comites Catulli,
> Siue in extremos penetrabit Indos,
> Litus vt *(vbi)* longe reſonante Eoa
> Tunditur vnda.

Idem 17, 10

> Quendam municipem meum de tuo volo ponte
> Ire praecipitem in lutum per caputque pedeſque:
> Verum totius vt lacus putidaeque paludis
> Liuidiſſima maximeque eſt profunda vorago.

Virg. Aen. 5, 329 Leui cum ſanguine Nilus. Labitur infelix: caeſis vt forte iuuencis Fuſus humum viridisque ſuper madefecerat herbas. *Sic iam interpretatus eſt* Vet. Schol. *Cruqu. ad* Hor. 3, 4, 29. *Conf.* VTCVNQVE. ¶ 16 Vt quid *inferiore aetate ex* ἵνα τί *(vt hoc ex* למה*) aſſumtum idem ſignificare, quod* quid? quorſum? qua cauſa, *ſtatim oſtendemus. Referunt huc etiam* Cic. Att. 7, 7 Depugna, inquis, potius quam ſeruias. Vt quid? ſi victus eris, proſcribare: ſi viceris, tamen ſeruias. *Sed videtur pathetica oratio, ita diſtinctione explananda:* Depugna potius quam ſeruias, vt . . . *hic ipſe, vt fit, interpellans ſe Tullius interrogationem interſerit,* Quid? *et reſpondet,* ſi victus eris *etc. De inferioris aeui ſcriptoribus non eſt dubium. Sic* Vulg. Int. Matth. 9, 4. *et* 27, 46 *etc. Sic ex* 1 Cor. 5, 12 Vt mihi eos qui foris ſunt indicare? Tertull. de Pudicit. 2. Vt quid multa? venient in manus tuas commenta curiae noſtrae Symmach. Ep. 5, 41. Vt quid me corripis conſcientia? vt quid me confundis et deprauare contendis Laur. Nouar. homilia de Poenitentia. Vt quid ergo de homine Chriſtum redimis? Tertull. de Perſec. c. 11. *Add. Daum. ad* Columban. Vt vt, ſignificat Vtcunque, ſiue quoquo modo, *vt ait* Donatus Ter. Phorm. 3, 1, 4 Nam vt vt erant alia, illi certe, quae nunc domi tuae eſt conſuleres. *Add.* 3, 2, 46. Idem Adel. 2, 2, 40 Immo hercle hoc quaeſo Syre, vt vt haec ſunt facta, potius quam lites ſequar, meum mihi reddat. *Add.* 4, 4, 21. Cic. Att. 10, 4 Quorum vt vt iam acta aetas. *Obſ. A librariis confunditur* vt *cum* et, *v. v. it. cum* vbi, *v. v. it. cum* vi, *v. v.* Vtputa, *vid.* PVTO, āre.

VTCVNQVE. Adu. [ὁπωσᾶν, ὅπως, δήποτε] *i. Quomodocunque, Quandocunque, Vbicunque.* Plaut. Amph. 1, 1, 187 Seruos esne, an liber? S. vtcunque animo collibitum eſt meo. Plaut. Poen. 3, 5, 9 Vtcunque eſt ventus exin velum vortitur. Cic. Finib. 5, 11 c. 4 Quibus eſſet moderandum vtcunque res poſtularet. Vtcunque ratio demonſtrauit Plin. 8, 21 ſ. 30. *i. quomodocunque res poſtulat.* Ter. Andr. 4, 3, 21 Tu vt ſubſeruias orationi, vtcunque opus ſit verbis, vide. Cic. in Orat. 55 Itaque ille perfectus, quemadmodum iamdudum noſtra indicat oratio. Vtcunque ſe affectum videri, et animum ardentius moueri volet, ita certum vocis admouebit ſonum. Hor. Carm. 1, 35, 23 Vtcunque mutata potentes Veſte domos inimica linquis. *Et* 4, 4, 31 Vtcunque defecere mores, Dedecorant bene nata culpae. *Et* Carm. 1, 17, 10 Vtcunque dulci Tyndari fiſtula, *etc. i. quocunque tempore et loco. Vid. Lambinus. Sic* Carm. 3, 4, 29 Vtcunque mecum vos eritis. Liu. 2, 12 Mea prima ſors fuit: caeteri, vtcunque ceciderit, primi, quoad te opportunum fortuna dederit, ſuo quiſque tempore aderunt. *Alii legunt* Vt cuique. Virg. Aen. 6, 822 Vtcunque ferent ea facta minores Vincet amor patriae, laudumque immenſa cupido. Sed vtcunque aderunt res Cic. Off. 1, 53 c. 38. Vtcunque ceſſerit Curt. 7, 4, 16. Difficilis eſt hominibus vtcunque conceptae ſpei mora Vell. 2, 67, 1. Vtcunque, *pro Aliquantum, aliquo modo.* Plin. 8, 18 ſ. 26 Vtcunque rabiem et ipſa ſentiunt, *de camelis. Pro* quantumuis Plin. 6, 33 ſ. 38 Nunc ipſarum partium *(telluris)* magnitudo comparabitur, vtcunque difficultatem adferet auctorum diuerſitas.

VTLIBET *eodem ſenſu affertur ex* Horat. Epiſt. 1, 7, 19 Vtlibet, haec porcis hodie comedenda relinques. *Sed ſunt aperte duae partes,* Vt libet, *ſc. facere potes.*

VTENSILE, *vid.* VTOR.

VTER. *Conſiderabimus primo nomen Adiect.* Vter *cum der*
deinde Vter *ſ.* Vterus: *denique* Vter, *ſ.* Vtris.

VTER, tra, trum. [πότερος, ὁπότερος] *Quis vnus ex duobus*
turque interrogatiue, et aliquando infinite. Vter noſtrûm t
popularis eſt, tune an ego? Cic. pro Rab. 11 c. 4. Plaut.
1, 2, 51 Sed vtris cum rem eſſe mauis? Idem Maen. 5, 2,
meruiſtis culpam? Liu. 2, 27 Senatus a ſe rem ad populum r
vtri eorum dedicatio iuſſu populi data eſſet, eum praeeſſe an
Et 8, 10 Vtrius partis T. Manlius dux fuiſſet, eius futuram ha
bie fuiſſe victoriam. *Et* 31, 32 Vtrius partis melior fortun
eſſet, ad eius ſocietatem inclinaturos. Caeſ. 5, 44 T. Pulfio et
renus perpetuas controuerſias inter ſeſe habebant, vter alteri a
retur. Vtra lex iubeat aliquid, vtra permittat Cic. de Inu
146 c. 49. Poteſt omnino hoc eſſe falſum, poteſt veru
vtrum ſit, non eſt mirabile Idem de Diuin. 2, 141. Vtrum
eorum accidiſſet, verum oraculum fuiſſet Idem de Diuin. 2, 115.
pro Fonteio 25 Videte igitur, vtrum ſit aequius, hominem bo
mum, virum fortiſſimum, ciuem optimum, dedi inimiciſſimis
immaniſſimis nationibus, an reddi amicis? Idem Verr. 4,
Aequum eſſe illos cogitare, vtrum eſſet Siculis vtilius, ſuiſne ſ
an Populo Rom. obtemperare *etc.* Vter, *pro Alteruter.*
Verr. 3, 112 Omnium controuerſiarum, quae eſſent inter arato
decumanum, ſi vter velit, edicit ſe recuperatores daturum.
Neuter vtri inuidet Plaut. Stich. 5, 4, 51. Vter alteri d
neſcio Plin. . . Cic. pro Milon. 23 c. 9 Vter vtri inſidias f
Plur. Vtros eius habueris libros, (duo enim ſunt corpora) an
que, neſcio Idem ad Qu. Frat. 2, 12. Vter *pro* vterque *dix*
teres, putat Voſſ. ad Vell. 2, 34, 3 *vbi Vet. Ed. et MS.* Conſul Serg
tilinae ——— et aliarum vtrius ordinis virorum coniuratione
aperuit, *pro quo nunc editur* vtriusque. Qradrigarius apud (
13 Vtris ſummo ſtudio pugnantibus *ſic* MS. *pro* vtriſque.
Epiſtol. Qu. 4, 2 *etiam* Liu. 36, 39 *extr. ex MS. reſtitui vult,* Fr
ſpes, quae in oculos fuerat, vtros pariter fruſtrata eſt. *Sed n*
obſecutus eſt.

VTERCVNQVE, vtracunque, vtrumcunque. [ὁπότε
ποτε] Cic. Fam. 6, 4 Magnae vtrinque copiae ita paratae ad p
dum eſſe dicuntur, vt vtercunque vicerit, non ſit mirum fu
Gell. 5, 10 *extr.* Ne ſententia ſua vtramcunque in partem dicta eſſ
ſeſe reſcinderet. Vtrumcunque eſt, hic liber erit maxi
ceſſarius Quinctil. Prooem. 5.

VTERLIBET, vtralibet, vtrumlibet. [ὁπότερος ἄν, ὁπότερός
Vter *quem tibi capere* libet. Plin. 24, 4 Suberis cortex tritus,
calida potus, ſanguinem fluentem ex vtralibet parte ſiſtit.
pro Quint. 81 c. 26 Vtrumlibet elige: alterum incredibile eſt, al
nefarium, et ante hoc tempus vtrumque inauditum. In vt
bet partem deprauata facies Scribon. 101. 255. *Sed ſeparatim*
medicamentorum libuerit aſperſo. *conf.* Celſ. 8, 2.

VTERNAM. [ὁπότερος ἄν] Hor. Serm. 2, 2, 107

> Vternam
> Ad caſus dubios fidet ſibi certius, hic, qui
> Pluribus aſſuerit, *etc.*
> An qui, *etc.* Cuningam. *legit* Vterne.

VTERQVE, vtraque, vtrumque. [ἀμφότερος, ἑκά
Vter et vter, Alter et alter, vel vnus et alter: de duobus dicitur.
Amph. Prol. 1, 7 Vterque deluduntur dolis mirum in modum.
Phorm. 3, 2, 16 Vterque eſt ſimilis ſui. Idem Eun. 5, 2, 1 Ap
tiphonem vterque, mater et pater, quaſi dedita opera domi
Eorum controuerſiam non incommodum videtur cum vtrorumq
tione exponere Cic. de Inuent. 1, 57. Vterque vtrique eſt cord
Phorm. 5, 3, 17. Cic. Off. 1, 28 Quorum vterque ſuo ſtudio
ctatus, contemſit alterum. Vtrumque inuicem adiument
pro Vtrumque alteri Plin. Epiſt. 4, 20. Herbae vtraeque Sc
165. Horum vterque cecidit victus Cic. de Aruſp. Reſp. 54.
mus vtriusque noſtrûm aedificatur ſtrenue Idem Q. Frat. 2, 4.
Faſtigio ſtetit in vtraque Fortuna Nep. 25, 14, 2. *i. tam ſecunda, qu*
verſa. Per nares vtraſque Scribon. 47. Lingua vt
Graeca et Latina Plin. 12, 1 Eſt platanus vna inſignis vtriusque li
monumentis. Manu vtraque pulſare aliquem Virg. Aen. 5,
Palmas vtraſque tetendit Idem Aen. 5, 685. Parte in vtraque
dicuntur Cic. Acad. 4, 124 c. 39. Parte vtraque Scribo
vtrinque. Partem in vtramque, *vid.* IN Praepoſitionem
dii quoniam vtriusque noſtra poſſeſſio eſt, hodie vtro frui ma
tua ſit Cic. de Fato 3. Tempora vtraque, dixit Virg. Aen. 5,
Vtrique; *de pluribus dicitur duo genera facientibus.* Plaut. Truc
2, 50 Vtroſque percognoui vtrobidem. Cic. in Catil. 2, 20
ego vtroſque Quirites in eodem genere praedatorum, direptorum
pono. Ter. Heaut. 2, 3, 14 Hoc beneficio vtrique ab vtri
vero deuincimini. Hic in Plurali Duo ſignificat, ſed ſic vt in ſi
lis multi ſint. *Sed etiam ſimpliciter de duobus* Nep. 20, 2, 2
rumque Dionyſiorum opes. *Et* 23, 4, 2 Vtroſque profligauit, *de*
bus Conſulibus. ¶ 2 *Obſ.* Vtraque *fem. nominis et*
Plurali, penultimam interdum producit, accentu ei rei occaſionem prae
Auſon. Epigr. 92 Odit vtraque: aliud da modo conſilium. *Et* E
1, 22 Et placuiſſe reor geminis aetatibus, vt ſe non feſtinato tem
vtraque daret. Prudent. Periſt. 3, 80 Friuola vtraque et vtraqu
hil, *carmen dactylicum.* *Et* Cathem. 10, 5 Tua ſunt, tua, re
vtraque, *Anapaeſtus.* *Et* Apotheoſi . . Spargebat dominus,
vnum fulmen vtraque.

VTRAQVE *an* VTRASQVE. *(fluctuat enim lectio)* No
882 Pro vtrimque vel vtroque. Hemina Hiſt. 4 In Hiſpania pu
tum bis, vtraſque (vtraque) noſtri loco moti. Caecilius, Atque
cle vtraſque (vtraque) te, quum apud nos venis ſuffarcinatum vi

VTERVIS, vtrauis, vtrumuis. [ὁπότερος βούλει] Vter *quem tu*
Menander fecit Andriam et Perinthiam: Qui vtramuis recte n
ambas nouerit Ter. Andr. Prol. v. 9. Cic. Att. 9, 7 Proquae
ego vnus cui vtrumuis liceret. Vtrumuis, ſaluo officio ſe fa
poſſe arbitrarentur Idem pro Roſc. Amer. 4 c. 1. At minus ha
virium quam veſtrûm vteruis Idem de Senect. 33 c. 10. Quod
tum eſt non facere dum vtrumuis licebit Idem pro Roſc. Amer. 4.

VTRINQVE. Adu. [ἑκατέρωθεν] *Ab vtroque la*
Plaut. Amph. 1, 1, 65 Poſtquam vtrinque exitum eſt maxima copia.
Fam. 6, 4 Tum hoc tempore ita magnae vtrinque copiae.
Epiſt. 1, 18, 9 Virtus eſt medium vitiorum vtrinque reductum. Vt
que, *pro ab vtroque.* Plaut. Amphit. Prol. 111 Vtrinque eſt grauida

v iro, et ex ſummo Ioue. *conf.* Siſenna *ap.* Non. 2, 88 Ad binum ı um numero ſauciis vtrinque factis.

TRINQVESĔCVS, *pro Vndique, ex omni parte.* Lucret. 4, 937 Qu e vtrinqueſecus quum corpus vapulet, *etc.* *Vid.* Solin. c. 65 (52) Ca R. R. c. 21.

TRO. Adu. [ὁποτέρωσε] *Verſus quam partem.* Plin. 18, 19 Id mum recte ſubactum erit, vbi non intelligitur vtro vomer ierit. *ad.* Ouid. Met. 5, 166.

TROBI, *vid. paullo poſt* VTRVBI.

TROBĪDEM. Adu. Plaut. Truc. 1, 2, 50 Vtroſque percognoui vtrobidem.

TROBĪQVE. Adu. [ἑκατέρως, ἑκατέρωθι] *Idem quod Vtrinque* Liu. 27, 40 Vt eodem tempore vtrobique Reſp. proſpere gereretur, aduerſa ſecundis penſando. Aſin. ad Cic. Fam. 10, 31 Quum vero non liceat mihi nullius partis eſſe, quia vtrobique magnos inimicos habebam Eadem veritas vtrobique eſt Cic. de Nat. Deor. 2, 78. Vtrobique Eumenes plus valebat Nep. 23, 10, 3. *add.* Iuſtin. 10, 2, 8. *et* 31, 7, 3.

TROLIBET. Quinctil. 1, 11, 9 Vtrolibet inclinata ceruix. *i. in vtramuis partem.*

TROQVE. Adu. [ἑκατέρωσε] *Ad vtrumque locum.* Plaut. Stil. 3, 1, 44 Per hortum vtroque commeatus continet, *i. continens eſt, pertinet.* Vtroque coloniae miſſae Liu. 1, 11. Vtroque verſum Plaut. Ca. 2, 3, 7. Gell. 5, 12 Ambigua ſint, et vtroque verſum dicantur.

TRVBI, *ſiue (vt alii legunt)* VTRŎBI. Vnde repulſus Vi uo, aut vtrobi fuerit Auſon. Eidyll. 4, 64. Vlpian. in l. Officium. D. rei vindicat. Idem in l. vnica. D. Vtrubi. Vtrubi hic homo, de quo agitur, maiore parte huiuſce anni fuerit, quo minus is eum , vim fieri veto. *Verba ſunt Praetoris.* *Alii legunt* Vtrobi. *Si nu at autem, In vtrouis loco e duobus: vel, Apud vtrum e duobus.*

TRVM. [πότερα, πότερον] *Ex Adiectiuo Neutro Aduerbium, idem* *Num ſignificans, et ſequentem fere ſemper habet Particulam* An. Acad. 4, 95 c. 29 Quid quod eadem illa ars, quaſi Penelope, telam et ens tollit ad extremum ſuperiora, vtrum ea veſtra, an noſtra culpa ? Idem pro Roſc. Com. 43 c. 11 Vtrum dimidia parte, an pro ſocietate ? planius dicam; vtrum pro me? an et pro me et pro te? um intereſt vtrum laus imminuatur? an ſalus deferatur Idem 1, 7. Quid tu malum curas, vtrum crudum, an coctum edam? Aul. 3, 2, 16. Vtrum, *etiam ſine particula* An *interrogat.* Idem Sti. 5, 5, 9 Vtrum tibi accumbo? SA. vtrum, vbi tu vis? Vtrum ius aliquid in quempiam dici poteſt? *etc.* Cic. pro Caecin. 29. m, *dubitantis.* Ter. Phorm. 4, 2 (3) 54 Vtrum ſtultitia facere ego , an malitia dicam, ſcientem an imprudentem, incertus ſum. n pluris patrem matremne faceret? Nep. 11, 3, 4. Hor. Epod. 1, 7

Vtrumne iuſſi perſequemur otium

Non dulce, ni tecum ſimul?

An hunc laborem, *etc.*

s in diſcrimine verſatur, vtrumne poſſit ſe defendere, *an etc.* Cic. Quint. c. 30. Diſſenſerunt, vtrumne hae partes eſſent rhetoric , an eiuſdem opera, an elementa Quinctil. 3, 3 *extr.* *conf.* Colum. Tac. de Orat. 35, 2. *et* 37, 3. Vtrumne, an. Pomponius in indebitum. D. Rem ratam haberi. vt poſſit diſcerni, vtrumne do condici debeat id, quod indebitum ſolutum ſit, ſi is ratum at: an vero procuratori condicendum ſit, ſi dominus ratum habeat. Idem in l. 1. D. de reſcindenda venditione. Sed quaeri vtrumne nihil agatur ex ea pactione: an vero ego quidem liberer, maneat obligatus? Sen. de Benef. 6, 7 *extr.* Quid autem intereſt, vtrum ibeas naui, aut vehiculo, aut lanceae debere beneficium: *ſi huc vſque legas, poſſis exiſtimare, iungi* vtrum, aut, aut: *ſed adde, quae ſequuntur* an ei, qui aeque quam iſta propoſitum benefaciendi nullum habuit, ſed roſuit caſu? *Anſequatur poſt* Vtrum aut, *vid.* AVT n. 2.

TRVMNAM. Adu. *Idem.* Liu. 37, 17 *extr.* Rhodios cum percunctatus eſſet, vtrumnam Pataris vniuerſa claſſis in portu ſtare poſſet.

TER, ĕri. *vel* VTĔRVS, i. m. [μήτρα, δελφ[ὺς], νηδὺς] *Qui continet, et tanquam vter ſ. follis eſt ad foetum continendum, proprie de mulieribus et reliquis huius ſexus dicitur.* Plin. 11, 7, 36 nis eadem omnia, praeterquam veſicae iunctus vtriculus: vnde is vterus, quod alio nomine locos appellant. Idem 8, 43 *de* Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit, niſi cogatur in m verberibus a coitu. Ouid. Met. 8, 490 Vteri pignora *ſunt* Sic Faſt. 2, 430. Onus Idem Epiſt. 11, 64. *et* Met. 10, 481. teri pars ſeptima *de ſeptem filiis vnus* Met. 6, 192. Vter, *pro* Vtero. Caecil. Vmbris, Nune vter creſcit, non poteſt celari Non 2, 915. Vterus, *pro* Ventre Virg. Aen. 2, 20 — vterumque tuto milite complent. Nauis lato vtero Tac. Ann. 2, 6, 2. ero dolii Colum. 12, 4. *Sed proprie* Plaut. Truc. 1, 2, 97 Nam lem vterum illi, quod ſciam nunquam extumere ſenſi. Feici vteri femina. Paterc. l. 2 Feminam neque ſibi, neque Reipub. felicis te. Grauis vtero Plin. 9, 6. Vterus grauis Ouid. Met. 10, 495. laborantes pulſat Idem Am. 2, 13, 17. Potens vteri diua, Idem Met. 9, 315. Celare manibus vterum Idem Met. 2, 465. Facere vterum . . . Fert diro vtero impia femina Ou. Met. 10, 470. Ignoratus vterus, *vid.* IGNORO. Imple t vterum generoſo ſemine Ouid. Met. 9, 280. Notauit Lu rugis vterum Idem de Arte Am. 3, 785. Parere vno vtero m et feminam. Vlpian. in l. Si fuerit legatum. §. Plane. D. de reb. dulis. Tendebat grauitas mihi vterum Ouid. Met. 9, 287. *Verba ſunt Alcmenae.* Tumens vterus Stat. Theb. 12, 637. Vti ore vtero Plin. 8, 32. Tacit. Ann. 1, 59 Arminium — Subſeruitio vxoris vterus vecordem agebat. *Intelligit filium, quem adhuc geſtabat vxor.* *Add.* Id. 15, 23, 2. Plin. Ep. 8, 11. Vterum, o genere dici auctor eſt Nonius 3, 258. Plaut. Aul. 4, 7, 10 Per mea nutrix, obſecro, vterum dolet. Afran. Vopiſc. Sedit m, non vt omnino tamen. Apul. Apol. p. 327, 33 O infelix m tuum, Pudentilla! o ſterilitas liberis potior!

TERCVLVS, *ſiue* VTRICVLVS, i. m. Dimin. [ἀσκίδιον] Vtriculus porcelli Apic. 8, 7 *quae vulua eſt in porca.* *De ventriculo apum* Plin. 11, 12 Praeterea e fronde ac pabulis potus in vterculos reſtus apum, ore enim eum vomunt, et ad haec ſucco florum, *etc.* Idem 11, 37 *Vt modo vidimus vtriculi nomine deſcripſit* vterum. Vtriculi Plinius *vocat* 18, 11 *non procul a fine*, quae Graeci ἔλυτρα, id eſt ſennum in frugibus inuolucra et operimenta, quae trita et cribro excuſſi, glumae ſiue acus dicuntur. *Quin etiam prima illa florum germina, quo veluti quidam vtriculi tument, priusquam flos arborum aperiatur, vtriculi vocat* 16, 26 *de arboribus loquens*, Pariunt vero quum florent: flo ae ille ruptis conſtat vtriculis.

VTERĪNVS, a, um. Adi. [ὁμογάστριος] *Qui ex eodem vtero prodiit.* Inſtitut. l. 3 titulo De bon. poſſeſſ. Frater, ſororue, conſanguinei vel vterini. *Add.* Iſid. 9, 6. *it.* l. vlt. C. de legit hered.

VTER, tris. m. [ἀσκὸς, ἀσκαυλ] *Pellis, qua vinum aut oleum deferri ſolet.* Vtres ab vtero deriuat Iſidor. 20, 6 *quod contra melius alii.* Plin. 12, 7 Indi in vtribus camelorum aut rhinocerotum lycion mittunt. *conf.* Curt. 4, 7, 12. Virg. Georg. 2, 384 Mollibus in pratis vnctos ſaliere per vtres. Ouid. Amor. 3, 12, 29 Aeolios Ithacis incluſimus vtribus Euros. Conſtringere medium vtrem Seribon. 84. Vter vinarius Plin. 28, 18. *Add.* Iuſtin. 1, 8, 13. Nare ſuper vtres Curt. 7, 8, 6. *Metaph.* Hor. Serm. 2, 5, 98 Creſcentem tumidis infla ſermonibus vtrem. *Obſ.* Arnob. 1 p. 36 Nonne alius *haec vtria*, alius dicitis *hos vtres*?

VTERCVLVS, i. m. Dimin. Apul. Mileſ. 1 Sanguinis eruptionem vterculo admoto excipit diligenter, vt nulla ſtilla compareret vsquam.

VTRARIVS, i. m. Vtrarios *videtur vocare* Liu. 44, 33 Qui vtribus aquam ferunt; Poſtremo ſequi ſe vtrarios ad mare, quod minus trecentos paſſus aberat, iuſſit.

VTRICVLARIVS, i. m. [ἀσκαυλὸς] *Qui inflat aptam et illigatam vtri fiſtulam.* Suet. Neron. c. 54 Vouerat ſe prodíturum hydraulam, et choraulam, et vtricularium. Vtricularii *etiam dicuntur, qui pontes vel naues ex vtribus conficiunt.* Inſcript. Vet. apud Spon. Miſcell. Erud. Antiq. p. 61. COLLEGIO VTRICVLAR. *et* p. 171. INTER VTRICVLAR. LVG. *Vide Schwarz Altorfin. in Miſcell. Polit. humanit.* p. 27 ſqq.

VTRICIDA, ae. m. *Qui vtres caedit, fictum ab* Apul. Met. 3.

VTERCVNQVE, VTERLIBET, VTERNAM, VTERQVE, VTERVIS, *vid.* VTER, Adi.

VTERVS, *vid.* VTER, ĕri.

V T I

VTI. [ὡς, ὥσπερ] *Particula idem ſignificat quod* Vt. Plaut. Amph. 1, 1, 59 Proinde vti propere de finibus ſuis exercitum deducerent. Cic. Acad. 4, 22 Eos conſuetudine adhibita tam facile internoſceremus, vti minimum quidem ſimiles viderentur. Ter. Phorm. 4, 1, 20 Quod ſi fit, vti me excutiam atque egrediar domo, id reſtat. Putant fore vti, ſi paullatim haec conſuetudo ſerpere, ac prodire coeperit Cic. Diu. in Caec. 68. Vti eorum qui audirent, ſic afficerentur animis, vt, *etc.* Idem de Orat. 1, 87. Nihil aliud, niſi vti ne quid per vim agi poſſet Idem pro Domo 54 c. 21. Neque vti ſatis firmo praeſidio defenſus Sex. Roſcius, verum vti ne omnino deſertus eſſet Idem pro Roſc. Amer. 5 c. 2. Ceruus vti, *pro* Vti ceruus Hor. Carm. 1, 15, 29. Vti rogas, *vid.* Rogare legem, *in* ROGO. Cic. Philipp. 9 *extr.* c. 17 Quod ſepulcrum ipſius, liberorum poſterorumque eius ſit, vti quod optimo iure ſepulcrum publice datum eſt.

VTICA, ae. f. [Ἰτύκη] *Africae minoris vrbs in littore Carthaginienſi et magnitudine et auctoritate ſecunda poſt Carthaginem, quae illa exciſa vt metropolis erat, et receptaculum Romanorum ad res in Libya gerendas.* *Apud hanc Cato ſe interemit: vnde et* Vticenſis *dictus eſt.* Mela 1, 7 Fato Catonis inſignem ideo appellat. Hor. Epiſt. 1, 20, 13 Aut fugies Vticam, aut vinctus mitteris Ilerdam.

VTICENSIS, e. Adi. *Vt*, Ager Vticenſis Liu. 27, 5.

VTILIS, VTILITAS, VTILITER, *vid.* VTOR.

VTĬNAM. [εἴθε, ὄφελον, ὤφελες] Adu. *optantis.* Cic. Fam. 14, 4 Quod vtinam minus vitae cupidus fuiſſem, certe nihil, aut non multum in vita mali vidiſſemus. *i. Si minus vitae cupidus fuiſſem, certe, etc.* Vtinam igitur vt illa anus optat Idem de Nat. Deor. 3, 75. Atque vtinam ipſe Varro incumbat in cauſam Idem Att. 3, 15. O vtinam tunc quum Lacedaemona claſſe petebat, *etc.* Ouid. Epiſt. 1, 5. Cic. Fam. 5, 17 Illud vtinam ne vere ſcriberem. *Vid.* Ter. Phorm. 3, 5. Nec ad te die natali meo ſcripſi, quo vtinam concep . . non eſſem Cic. Att. 11, 9. Idem Att. 13, 45 Heri neſcio quid in ſtrepitu videor exaudiſſe, quum diceres te in Tuſculanum venturum: quod vtinam, iterum vtinam, tuo tamen commodo.

VTĪQVE. Adu. *affirmandi.* [ἄρα, δήπω, δήπουθεν, πάντως] *Certe, omnino.* Cic. Att. 5, 9 Id vnis diligenter literis, quae ad me vtique perferantur, conſequerer. Eidem Att. 12, 40 Nam et Piliae ſatisfaciendum eſt, et vtique Atticae. Coram pluribus erubit, vtique in concionibus Sen. Ep. 11. Quinctil. 5, 10 Itaque non quia eſt arbor, platanus eſt: at quod non eſt arbor, vtique platanus non eſt. Nec quod non eſt virtus, vtique poteſt eſſe iuſtitia. Ibid. Sol colorat: non vtique qui eſt coloratus, a ſole eſt. Sapienti propoſitum eſt, non vtique, quod tentat, efficere; ſed omnia recte facere; gubernatore propoſitum eſt, vtique nauem in portum perducere Sen. Ep. 85. Abiero vtique ſiue hinc, ſiue ero hic oppreſſus, ea maneat opinio Pſeudo-Cic. Anteq. iret in Exil. 23. Mittas vtique ad me tabellarios Cic. Att. 6, 1. Qui non, ſi oportet, vlciſci vult; ſed vtique Sen. de Ira 2, 4, 1. Scire illud vero vtique cupio Cic. Att. 13, 13. Scribito vtique quod cenſeas mihi faciendum Idem Att. 10, 1. *Add.* ib. 13, 13. Sis vtique cum tuis apud me quo die venies Idem Att. 4, 4. Teneto vtique annum quidem Idem Att. 5, 9. Ego, vt conſtitui, adero; atque vtinam tu eadem die: ſin, quid enim multa? vtique poſtridie Idem Att. 13, 22. Velim ante poſſis: ſi minus, vtique ſimul ſimus Id. ib. 13, 4.

V T O

VTOR, vſus ſum, vti. [χρῶμαι] *Adhibere ad finem quemcunque: latiſſime patet, ac de omnibus rebus dicitur:* Cic. Diu. in Caec. 21 Sunt haec et alia in te falſi accuſatoris ſigna permulta, quibus ego nunc non vtor. Vtor *etiam Accuſatiuo iunctum.* Plaut. Epid. 2, 2, 79 Si placebit vti minor (*al.* Vtitor) conſilium. Idem Aſin. 1, 3, 47 Caetera quae volumus vti, Graeca mercamur fide. Si quid eſt, quod vtar, vtor *vox Catonis apud* Gell. 13, 23. *Eadem ſignificatione, ſed cum Ablatiuo conſueto,* Vt ſit, qui vtamur Cic. Att. 11, 11 *extr.* *i. vnde ſumtus ſuppetat.* *conf. Graeu. it. Gron. de Pec. Vet.* 2, 7. Ter. Ad. 5, 9, 24 Huic aliquid paullum prae manu dederis, vnde vtatur. *Sic* vti paruo n. 2. *Vid. de hoc vſu verbi Gronou. de Pec. Vet.* 2, 7 p. 105. Tertull. Exhort. ad Caſt. c. 9. *et* de Fuga in Perſec. c. 6. Chariſ. 5 p. 257. Diomed. 1 p. 300. Nihil te vtor, *Nolo mihi quidquam negotii eſſe tecum* Plaut. Trin. 2, 1, 26. Plin. 16, 6 Ab hac proxime latifoliae proceritas, ſed minus vtilis aedificiis, atque carboni: dolata, vitiis obnoxia eſt. Quamobrem ſolida vtuntur carboni. *i. ad Carbonem.*

VTILĬTER. Adu. [λυσιτελῶς] Commode. Cic. Acad. 4, 135 Atque illi quidem etiam a natura vtiliter dicebant permotiones iſtas animis noſtris datas. Non auis vtiliter viſcatis Effugit alis Ouid. A. A. 1, 391. Facere aliquid vtiliter Idem Met. 13, 206. Hoc menſe vtiliter ſilices Exſtirpabis Pallad. Iul. t. 1. Seruire vtiliter Hor. Epiſt. 1, 17, 70. *Compar.* Ouid. Epiſt. 1, 67 Vtilius ſtarent etiam nunc moenia Phoebi. *Superl.* Columel. 11, 2 Ficulnea cacumina iam tumentia vtiliſſime ponuntur. Silueſtres agri vtiliſſime exſtirpabuntur virgultis Pallad. Iul. t. 1. *add.* Sidon. Epiſt. 4, 9. Plin. 16, 39. 17, 11 *et* 14. 18, 6 *etc.* Pallad. Oct. t. 4.

V T P

VTPŎTE. [καθάπερ Gloſſ. Lat Gr.] *Adu. confirmantis; i. Quoniam, quandoquidem, nempe.* Cic. Att. 2, 24 Ea nos, vtpote qui nihil contemnere ſolemus, non pertimeſcebamus. Eidem Att. 5, 8 Me et incommoda valetudo, qua iam emerſeram, vtpote cum ſine febri laboraſſem, *etc. conf.* Cic. Phil. 5 c. 11. Catull. 68, 43.

VTPVTA, *vid.* PVTO, āre.

V T R

VTRICVLARIVS, VTRICVLVS, *vid.* VTER, vtris.

VTRINQVE, VTRO, VTROBI, VTROBIQVE, VTROQVE, VTRVBI, VTRVM, *vid.* VTER, Adi.

VTVT, *vid.* VT.

V V A

VVA, ae. f. [σταφυλή] *Fructus vitis: dicta ab Vuore* Varro L. L. 4, 21 *extr.* p. 27, 17. *Add.* Iſidor. 17, 5. Columel. 3, 6 Nec tamen eam vitem feracem dixerim, cuius ſingulae vuae in ſingulis ſarmentis conſpiciuntur. Granum vuae Scribon. 64. Cic. de Diuin. 1, 31 c. 17 Quumque in quatuor partes vineam diuiſiſſet, tresque partes aues abdixiſſent; quarta parte quae erat reliqua, in regione diſtributa, mirabili magnitudine vuam, vt ſcriptum videmus, inuenit. Vuae bis mille in vna vite Col. 3, 3, 3. Terra ferax vuis Ouid. Amor. 2, 16, 7. Commentor vuae Bacchus Ouid. Faſt. 3, 785. *Epitheta numero paene infinita a patriis, inuentoribus, cultoribus, modo exſequi non licet. Vid. quae in* VITIS *diximus.* Acerba vua Cic. de Senect. 53. Bumaſtos vua, *vid. h. v.* Cibaria vua Plin. 14, 3 *quae eſui eſt.* Coloratae vuae, *vid.* COLOR. Cultae vuae Ouid. de Arte Am. 3, 101. Dactylides vua, Duracina vua, *vid. ſſ. ll.* Eſcaria vua Plin. 14, 3. Flaua vua Stat. Theb. 5, 269. Generoſae vuae fertilis vinea Ouid. Rem. Amor. 567. Genialis conſitor vuae Ouid. Met. 4, 14. Grauidae vuae Claud. in Conſ. Stil. 2, 1, 466. Heluolae vuae, *vid.* HELVOLVS. Immitis vua, *Immatura* Hor. Carm. 2, 5, 12. Lageos vua Virg. Georg. 2, 93. Lanata vua, *vid.* LANATVS. Madentes vuae Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 274. Maturae vuae Virg. Georg. 2, 419. Miſcellana vua, *vel* Miſcella. *vid. h. v.* Mitis vua, *Matura* Virg. Georg. 1, 449. Nigerrimis vuis diligentius aſſeruanda puella Catull. ad Colon. 18, 16. Nitentibus vuis ſpecioſa vlmus Ouid. Met. 14, 661. Ollaris vua, *vid.* Ollaris, *in* OLLA. Paſſa vua Plin. 23, 12. Colum. 12, 39, 3 Paſſae Graecae Pallad. Oct. 22. Paſſa ſine granis Scribon. 56. Plaut. Poen. 1, 2, 99 Siquidem tu es mecum futurus pro vua paſſa Penſilis. Vuae *ſuſpenduntur vt* paſſae fiant, *unde illud* Varronis, R. R. 1, 68 Penſilia, vuae, ſorba, ipſa oſtendunt quando ad vſum oporteat promi. Hor. Serm. 2, 2, 121 Tum Penſilis vua ſecundas Et nux ornabat menſas. Peracerba guſtatu vua Cic. de Senect. 53 c. 15. Praecoquae vuae, *vid.* PRAECOQVVS. Pubeſcens vua Plin. 17, 12. Purpureae vuae Ouid. Met. 13, 814. Racemiferae vuae Idem ibid. 3, 666. *vid.* n. 2. Semiuieta vua Columel. 10, 13. Serotina vua, *vid.* SEROTINVS. Silueſtris Pall. Iun. 11. *vid.* LABRVSCA. Similes auro vuae Ouid. Met. 13, 813. Taminia vua, *vid.* TAMINIA. Varianae vuae Columel. 3, 2. Venucula, *vel* Venuncula vua, *vid.* VENVNCVLVS. ¶ 2 *Verba:* Augeſcunt vuae, Calcare vuas, *vid. hh. vv.* Coctae

vti

vti ſeruentur Cato 25. Decerpere vuam, *vid. h. v.* Deſecare vuam a vite Columel. 12, 43. Ducit colorem vua Virg. Ecl. 9, 29. Pendentes vuae plenis vitibus Ouid. Amor. 1, 10, 55. Percoquit teneras mora vuas Idem Rem. Amor. 83. Perlucere incipit vuae granum Scribon. 64. Proterit vlmus labens vuas Stat. Theb. 8, 547. Rubens vua incultis pendet ſentibus Virg. Ecl. 4, 29. Siccare Cato R. R. 7, 2. Colum. 12, 15, 4. Variari incipit vua Colum. de Arbor. c. 12. Varians ſe vua Plin. 17, 22. Varia fieri incipit vua Idem 17, 22. Veniunt illic vuae feliciter Virg. Georg. 1, 54. *i. Melius proueniunt.* Veſtitae frondibus vuae Propert. 3, 13, 31. *Vid. plura ap.* Plin. 14, 2. *et* 23, 1. ¶ 3 Vua, *etiam aliarum rerum* Plin. 12, 13 Amomi vua in vſu eſt. Vua Lauri Plin. 16, 29. Vua, pro Vite *aliquando* ponitur, *vt monet* Seru. *ad* Virg. Georg. 2, 60 Et turpes auibus praedam fert vua racemos. *vid.* RACEMVS. *Addit* Seruius, *pro* Vino *poni* Hor. Od. 1, 20, 9. Caecubum, et prelo domitam Caleno tu bibes vuam. Ouid. Met. 3, 666 Ipſe racemiferis frontem circumdatus vuis, *i. pampino*, racemos *habente.* Vua, *dicitur in apibus, quando examen congregatum ad ſimilitudinem botri dependet.* Columel. 9, 9 Quum agmen glomeratum in proximo frondentis arbuſculae ramo conſederit, animaduertito an totum examen in ſpeciem vnius vuae dependeat. Virg. Georg. 4, 558 Et lentis vuam demittere ramis. Seruius Vuam demittere, in morem vuae, id eſt botrionis defluere. Examenue apium longa conſederit vua Iuuenal. 13, 68. ¶ 4 Vua, [σταφυλὴ] *appellatur in homine, quae inter tonſillas vltimo palato dependet, quae aliquando intumeſcit, cum vehementi inflammatione ac dolore.* Plin. 11, 37 ſ. 66 Tonſillae in homine, in ſue glandulae: Quod inter eas vuae nomine vltimo dependet palato, homini tantum eſt. Sub ea minor lingua epigloſſis appellatur. *Vid.* Celſ. 8, 4. Iacens vua Scribon. 71. Tumor vuae Idem 63, 71. Leuatur vua Idem 71. Supprimere vuam ab imo rectam ſurſum verſum ib. ¶ 5 Vua, *eſt etiam Piſcis in mari viuens.* Plin. 9, 1. *vbi vid. Harduin. it.* 32, 11. Vuae marinae *inter ſuffimenta* Veg. Mulom. 1, 20, 2. 4, 12, 3.

VVIFER, ĕra, ĕrum. Adi. [σταφυλοφόρος] *Vuas producens: vt*, Glebae vuiferae Sil. 7, 263. Maſſicus vuifer Stat. Silu. 4, 3, 64.

V V E

VVEO, ēre. Madefacere. *Hinc*,

VVENS, entis. Partic. *Vt*, Vuentibus oculis Petron. 115. *Et* Sil. 7, 651 Vuenti ferrum admouit tepefacta palato. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 522. Caelum Auien. Arat. v. 457.

VVIDVS, a, um. Adi. [διερὸς] *Humidum ſignificat.* Varro L. L. 4, 22 p. 28, 20 Vuidum eſt, quod humidum. *Vid.* Iſidor. 17, 5. Feſt. *Gifan. Ind.* Lucret. *vid.* SERESCERE. Virg. Ecl. 10, 20 Vuidus hiberna venit de glande Menalcas. *Vbi* Seruius, Vuidus, pinguis. Et Humidum eſt quod extrinſecus habet aliquid humoris: Vuidum vero quod intrinſecus: vnde et vuae dictae ſunt, quod tamen plerumque confundunt Poëtae Columel. 7, 2. Niſi praepingui et vuida terra Idem 7, 3. Vbi caeli ſtatus vuidus ventoſusque eſt. Bacchus vuidus Hor. Carm. 3, 19, 17. Dicimus integro Sicci mane die, dicimus vuidi, *a vino rigati*, Cum ſol oceano ſubeſt Hor. Od. 4, 5, 38. Gemma vuida in tenero palmite Ouid. Faſt. 3, 238. Veſtis vuida, *Humore madens.* Plaut. Rud. 1, 4, 31. *Conf. Heinſ. ad* Ouid. Am. 3, 5, 6. Vuidiora poma Tertull. de Ieiun. c. 1. *al.* vividiora.

VVIDŬLVS, a, um. Dimin. Catull. 65, 63

Vuidulum a fluctu cedentem ad templa Deum, me
Sidus in antiquis Diua nouum poſuit.

VVESCO, ĕre. *Vuidum fieri.* Vueſcet pluuiis tellus Auien. Arat. v. 254. *Vid.* SERESCO.

VVOR, ōris. m. Vſus eſt Varro de L. L. 4, 21 p. 27, 17 Vuae ab vuore.

V V L

VVLCĀNVS, ſ. *vt ſemper boni libri Virgilii et aliorum Poëtarum*, VOLCANVS. [Ἥφαιστος] *Deus ignis et fabrilium, quae in igne tractantur, operum praeſes: ipſeque adeo ignis. Iouis ex Iunone filius, qui Ioui fulmina contra Gigantes fabricauit. Veneris coniux, quae* Virg. Aen. 8, 370 *illum alloquitur, vt arma ſuo filio Aeneae* faciat; *ille* v. 401

Quidquid in arte mea poſſum promittere curae,
Quod fieri ferro liquidoque poteſt electro,
Quantum ignes animaeque (*follibus efflatae*) valent.

Deinde v. 416 ſq. *Deſcribitur officina* 421 Volcani domus et Volcania nomine tellus, *et ipſa opera fulmen fabricantium, et currum Martis Cyclopum, et Aegida Mineruae, copioſiſſime autem, ipſa arma Aeneae. Eſt ille locus claſſicus, et inter pulcherrimos Maronis.* Vulcani, (*inquit* Cic. de Nat. Deor. 3, 55) fuere complures. Primus Caelo natus, ex quo et Minerua Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui hiſtorici eſſe voluerunt. Secundus in Nilo natus Opas, vt Aegyptii appellant, quem cuſtodem eſſe Aegypti volunt. Tertius e tertio Ioue et Iunone, qui Lemni fabricae traditur praefuiſſe. Quartus Maenalio natus, qui tenuit inſulas propter Siciliam, quae Vulcaniae nominabantur. Hor. Carm. 1, 4, 8 *Choros ducit Venus*, dum graues Cyclopum Volcanus ardens vrit officinas. Auidus Vulcanus Hor. Carm. 3, 4, 58. *ob vim ignis omnia deuōrantem.* Vulcanus, *pro ipſo Igne aliquando ponitur, quemadmodum Pallas pro Literis.* Plaut Amph. 1, 1, 185 Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu concluſum geris? Furit immiſſis Vulcanus habenis Virg. Aen. 5, 562. Spargere Vulcanum tectis Idem ibid. 7, 77. Superante Vulcano, ruinam dedit domus Idem ib. 2, 312. *Lepide de Demoſthene, cuius pater gladiorum, faber fuerat*, Iuuenal. 10, 132

Quem pater ardentis maſſae fuligine lippus
A carbone et forcipibus, gladioſque parante
Incude, et Luteo Vulcano ad rhetora miſit.

Luteus *ad ignis colorem proprium reſpicit*

VVLCANIVS, a, um. Adi. [Ἡφαίστειος] Virg. Aen. 10, 408 Correptis ſubito mediis, extenditur vna Horrida per latos acies Vulcania campos *Vid.* ACIES. Ardor Vulcanius Valer Argon. 4, 686. Arma Vulcania, *a Vulcano fabricata.* Virg. Aen. 8, 535. Cic. Tuſc. 2, 33 Pungit dolor, vel fodiat ſane: ſi nudus es, da iugulum: ſin tectus Vulcaniis armis, id eſt fortitudine, reſiſte. Inſulae Vulcaniae VII circa Siciliam, *quae et* Aeoliae, Lipara, Heraclea *etc. Vid.* Mela 2, 7. Plin. 3, 9. Peſtis Vulcania, *Incendium*, Sil. 14, 423.

VVLCANALIS, e. Adi. *Vt*, Flamen Volcanalis Varro de L.L. 4, 15 p. 23, 4.

VVLCANALIA, um. n. Pl. [Ἡφαίστεια] *Feſta Vulcano dicata.* Columel. 11, 3 Caeterum Auguſto circa Vulcanalia, tertia . . . tio eſt. *In* Vet. Kal. *indicatur* X Kal. Septembr. Varro de L. . . 5, 3 p. 48, 14 Volcanalia a Volcano, quod ei tum feriae, et quod . . . die populus pro ſe in ignem animalia mittit. Plinius *teſte ip . . . filio* Epiſt. 3, 5, 8 Lucubrare Vulcanalibus incipiebat, non auſpica . . . cauſa, ſed ſtudendi ſtatim a nocte multa. *Ergo* Vulcanalibus lu . . . brare *incipiebant, certe* auſpicabantur.

VVLGA, ae. f. Capacitas, vel ſinus cum laxitate. Lucil . . . In vulgam penetrare piloſam. (*vid. Douza* p. 91) Varr. Sexageſ. . . . vt viaticum ex arcula adderem in vulgam. *Haec* Nonius 2, . . . *Vid.* BVLGA.

VVLGĀGO, ĭnis. f. Herba, Aſarum dicta Macer 2, 24.

VVLGVS, i. m. *et* n. *Plurali caret, ſec.* Chariſ. lib. 1. [. . . πλῆθος, οἱ πολλοὶ] *ſignificat Multitudinem ignobiliorem* Cic. pro . . . lon. 28 Quum hic inſidiator, qui iter illud ad caedem faciendam ap . . . raſſet, cum vxore veheretur in rheda penulatus, vulgi magno impe . . . mento, *etc.* Hor. Serm. 2, 3, 63 Huic ego vulgum Errori ſimil . . . cunctum inſanire docebo. *Cumng.* vulgus. Sic eſt vulgus: ex . . . ritate pauca, ex opinione multa aeſtimat Cic. pro Roſc. Com. c. . . . Vulgi Voluntas mirabiliter immutatur Nep. 10, 10, 2. Cic. Tuſc . . . 103 Vide ne plus commendatio in vulgus, et haec quae experitur . . . ria, moleſtiae habeat, quam voluptatis. Fames in vulgus ino . . . quaeſtus, et penuria alimentorum Tacit. Hiſt. 1, 86. Gratus vulgus Idem Ann 1, 28. Cic. de Diuin. 2, 87 Fani pulchritudo . . . vetuſtas Praeneſtinarum etiam nunc retinet ſortium nomen, atque . . . in vulgus. Idem pro Planc. 9 c. 4 Non eſt enim conſilium . . . vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia, *etc.* Idem Orat. 3, 196 Illud autem ne quis admiretur, quonam modo haec v . . . gus imperitorum in audiendo notet. Seruorum vulgus T . . . Andr. 3, 4, 4. Nihil eſt incertius vulgo Cic. pro Muraen. 36 c. . . . Femineum vulgus, *Vulgus feminarum* Lucan. 7, 39. Humile v . . . gus Plin. in Praefat. Ignobile vulgus Virg. Aen. 1, 153. . . . peritum quibus vulgus bubalorum nomen imponit Plin. 8, 15. . . . certum vulgus ſcinditur in contraria ſtudia Virg. Aen. 2, 39. . . . doctum vulgus Ouid. Met. 5, 308. Iners vulgus Claud. de Ra . . . Proſerp. 1, 21. Infidum vulgus Hor. Carm. 1, 35, 25. Inu . . . vulgus Iuuen. Sat. 15, 26. Leue vulgus Ouid. Met. 12, 53. . . . lignum . . . Miſerabile vulgus Virg. Aen. 2, 798. Mob . . . Stat. Silu. 2, 2, 123. Mutabile Valer. Argon. 1, 762. Profan . . . vulgus Hor. Carm. 3, 1, 1. Rude vulgus et expers artis O . . . Faſt. 2, 292. Segne vulgus Lucan. 3, 58. Acceptum in vulg . . . *vid.* ACCIPIO. Attonitum pauet vulgus Ouid. Met. 14, 4 . . . Cedebant ſpolia in vulgus Tacit. Hiſt. 3, 83. Celebrata in v . . . gus Celſi laus Idem ibid. 1, 71. Deſignari digitis vulgi *Ou.* Amor. 3, 6, 77. Edere in vulgus Nep. 6, 4, 4. Exire hoc a . . . que in vulgus emanare non poterit Cic. pro Roſc. Amer. 3. Ind . . . care aliquid in vulgus Idem de Vniuerſ. 4. Mutatur mobile ſe . . . per cum principe vulgus Claud. Conſ. Hon. 4, 301. Probari vulgus, *vid.* PROBO. Spargere voces in vulgum Virg. Aen. 2, . . . Spernere malignum vulgus Hor. Carm. 2, 16, 39. Fuit in vulg . . . aduerſo rumore Tacit. Hiſt. 2, 52. Tribuere in vulgus, C . . . Fam. 13, 71 Quia non eſt obſcura tua in me beneuolentia, ſic fit, . . . multi per me tibi commendari velint. Venit vox ad aures vu . . . Virg. Aen. 2, 119. Salluſt. in Catil. 20 Caeteri omnes ſtrenui, . . . ni, nobiles atque ignobiles, vulgus fuimus, ſine gratia, ſine auctorit . . . Vulgus inane, *i. manes defunctorum, ſepulcris egreſſi*, Ouid. Faſt. 2, . . . Vulgus, *de Ouibus dixit* Virg. Georg. 3, 469 Continuo ferro culp . . . compeſce, priuſquam Dira per incautum ſerpant contagia vulg . . . Te recinunt volucres et vulgus reptile Ponti Victorin. Pict. de Chri . . . ſto Deo et Hom. v. penult.

VVLGO. [πανδημεὶ] *Aduerbialiter poſitum, ſignificat Paſſ . . .* Cateruatim, *vt ait* Seruius. Virg. Ecl. 4, 25 Aſſyrium vulgo na . . . tur amomum *vbique, vt commune et vulgare fiat.* Liu. 31, 34 . . . verſus quae tela, quosque viros pugnandum eſſet, pauidi vulgo c . . . nebant. Cic. pro Muraen. 72 Num locum ad ſpectandum da . . . aut ad prandium inuitare? minime: ſed vulgo, paſſim. quid eſt vulg . . . Vniuerſos. Appellare vulgo aliquem ſuperbum Liu. 1, 50. A . . . ſcribit vulgo hominum opinio ſocium me tuis laudibus Cic. Att. 14, . . . Idem Verr. 5, 62 Non mehercule, qui loquor, cederem Iudices, cum etſi vulgo audieram. Colunt Saturnum vulgo maxime ad Occidentem Cic. de Nat. Deor. 3, 114. Dicitur vulgo, *vel dici ſolet.* Ter. Andr. 2, 5, 15. Plin. Epiſt. 168. Exaudita vox vulgo per lucos Virg. Georg. 1, 477. Cic. Verr. 5, 78 c. 30 Cum vulgo loquerentur ſup . . . poſitum in eius locum quem pro illo probare velles. Idem pr . . . Roſc. Amer. 80 Eiusmodi tempus erat, inquit, vt homines vulgo in . . . pune occiderentur. O cupare vulgo regnum Caeſ. Bell. Gall. 2, . . . Cic. Verr. 4. 64 c. 8 Neque ponere, neque vulgo Oſtendere ac pr . . . ferre voluerunt. Quaeſitus vulgo, *pro Spurio.* Vlpianus l. ad Te . . . tull. Sed et vulgo quaeſiti admittuntur ad matris legitimam ſucceſſi . . . nem. *Et* l. 2 Siue iuſte ſint procreati, ſiue vulgo quaeſiti Budaeu . . . Quaeſiti vulgo dicuntur, Qui patrem demonſtrare non poſſunt, v . . . qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet: qui Spurii appellantur παρὰ τὴν σποράν. *Haec* Modeſtinus l. 23. D. . . . ſtat. homin. Requirunt vulgo id homines Liu. 1, 31.

VVLGARIS, e. Adi. *Quod fit, vel eſt vulgo, facile inuenitur, vi . . . ac commune.* Cic. de Inuent. 2, 112 Magna an parua, facilia, an difficil . . . ſingularia ſint an vulgaria. Hor. Serm. 2, 2, 38 Ieiunus ſtomachi raro vulgaria temnit. Quinctil. in Prooem. Simul ne vulgare viam ingreſſus, alienis demum veſtigiis inſiſterem. Cic. pro Quin . . . 56 c. 18 Vulgaria et obſoleta ſunt, res autem noua et inaudita. I . . . pro Roſc. Amer. 71 Denique nihil tam vile, neque tam vulgare eſt, c . . . ius partem vllam reliquerint. Vulgare eſt Plin. 8, 2. Ci . . . pro Roſc. Amer. 134 c. 46 Mitto haſce Artes vulgares, coquos, piſtore . . . lecticarios. Idem Fam. 13, 16 Genere nouo ſum literarum ad . . . vſus, vt intelligeres, non vulgarem eſſe commendationem. *add. ib* 1, . . . Conſuetudo vulgaris Cic. de Orat. 1, 248. Declamatio vulgaris . . . peruagata Idem pro Planc. 48. Fabula vulgaris Ouid. Met. 4, 5 . . . Forma vulgaris, Quae vulgo videri ſolet Plin. 10, 42. Genera . . . tio vulgaris Idem 7, 14. Genus dicendi minime vulgare Cic . . . de Clar. Orat. 302 c. 88. Intelligentia a vulgari haec remotior ſunt Idem de Inuent. 2, 67. Mulier vulgaris, *Quae vulgo ſui co . . . piam facit.* Suet. Vitell. c. 2. *Vid. ibi Torrent.* Notitia vulgari . . . Plin. 20, 5. Opinio vulgaris Cic. de Orat. 1, 109 c. 23 *ſub fin.* Oratio ad vulgarem popularemque ſenſum accommodata Idem ibid. 1, 1 . . .

...108 c. 23. Orator vulgaris et Excellens, contraria Idem ib. 65. ...udentia communis et vulgaris Idem ibid. 2, 299. Puellae vul...res, *Quae proſtant.* Ouid. Faſt. 4, 865. Cic. Acad. 1, 5 c 2 ...i nulla arte adhibita, de rebus ante oculos poſitis; vulgari ſermone ...ſputant. Via vulgaris Quinctil. in Prooem. 1. *Compar.* Liu. ..., 17 Fama vulgarior.

VVLGARIVS, a, um. Adi. Gell. 12, 10 In libris vulgariis ſcri...um eſt. Significatio vulgaria Idem 3, 16. Temeritas vulgaria, Afranius *apud* Nonium 8, 41 *vbi etiam eſt* Facilitas *et* Fallacia vulgaria. Venus vulgaria Apul. Apol. 1 p. 130.

VVLGARITAS, ätis. f. Arnob. aduerſ. Gent. 3 p. 123 Palam, ſed in feminam illam, quam vulgaritas accipit, ſed maſculini neſcio quem generis miniſtrum Iouis. Popularis vulgaritas Idem ib.

VVLGARITER. Adu. [πάνδημον] *Idem quod Vulgo.* Plin. 28, ... Vituli quoque ius vulgariter datum, inter auxilia coeliacorum et ...entericorum tradunt. Vulgariter electa Idem 8, 5. Cic. ...m. 13, 69 Haec ad te eo pluribus ſcripſi, vt intelligeres, me non vulgariter, nec ambitioſe, ſed vt pro homine intimo, ac mihi perneceſſario ſcribere. Sed in MSS legitur Vulgare. *Pareus Lexic. Critic. legit.* vulgarie.

VVLGO, äre. [φημίζω, διαφημίζω] *In vulgus emittere, et publicare.* Virg. Aen. 10, 64 Quid me alta ſilentia cogis Rumpere, et obductum verbis vulgare dolorem? Liu. 28, 27, 10 Non quod ... vulgari facinus per omnes velim. In maius aliquid vulgare ...eit. Ann. 3, 12. Liu. 4, 2 Quam enim aliam vim connubia promiſcua habere, niſi vt ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis patrumque? vt qui natus ſit, ignoret cuius ſanguinis, quorum ſacrorum ſit: dimidius Patrum ſit, dimidius plebis. Plaut. Amph.... ...i me abſente Corpus vulgauit ſuum. Pretio Corpus vulgare ...ta Aur. Victor de Orig. Gent. Rom. c. 20. Famam vulgare Liu. 2, 34. Laudem vulgare Idem 1, 10. Librum vulgare Quin... in Prooem. 1. Morbos vulgabant miniſteria inuicem et con... ipſa Liu. 5, 6. *i. propagabant.* Rem non vulgabat P. Virgius Liu. 2, 29. *i. non vniuerſim pronuntiabat.* Rumor deinde ...gatur duas deeſſe tabulas Liu. 3, 34 7. *conf. Burm. ad* Quinctil. 7, 5, 618. Cic. pro Flacc. 65 Nonne hoc veſtra Voce vulgatum eſt? ...u. 3, 25 Nimium in ordinem ſeipſum cogere, et vulgari cum priuatis, non tam properantis abire Magiſtratu, quam viam ad continuandum Magiſtratum quaerentis eſſe: *i. ſe familiarem illis et communem ...ndere.* Summum imperium cum infimis vulgatur Liu. 4, 1 *pr.*

VVLGANS, antis. Partic. Tac. Ann. 4, 58, 2 Properum finem ...e coniectantes vulgantesque. Talia vulgantes Idem 13, 7, 1.

VVLGATVS, a, um. Partic. [διαφημισθείς] *Vt,* Vulgati paſtoris amores Ouid. Met. 4, 276. Artes non ante vulgatae Hor. Od. 4, 3. Bella vulgata per orbem famâ Virg. Aen. 1, 461. *add. ib.* 8, 15. Cibus vulgatus, *Quo quotidie et paſſim vtuntur.* Plin. 13, 22 Corpus vulgatum, *i. Proſtitutum.* Liu. 1, 4 Sunt, qui Laurentiam vulgato corpore Lupam inter paſtores vocatam putant. Fama vulgati Liu. 1, 7. *conf.* 25, 17. Meretrix vulgatiſſima Val. Max. 3, 5, 3. C. de Aruſp. Reſp. 59 Quae nauis vnquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam iſtius aetas fuit? Senſus vulgatiſſimi Quinct. 2. Verba vulgata Plaut. Epid. 3, 2, 14. Magnum Vulgata per ...um Lucret. 5, 428. *add. ib. v.* 75.

VVLGATE. Adu. *Compar.* Ammian. 15, 3 Haec augente vulgatius fama. *add.* Id. 31, 3.

VVLGATVS, ûs. m. Sidon. 8, 1 Sufficere ſuſpicabamur, ſi quid ...eriore vulgatu protuliſſemus.

VVLGATVRVS, a, um. Partic. [φημίσων] *Vt,* Litera vulgatura nefas Claud. in Conſ. Stilich. 2, 1, 296.

VVLGATOR, öris. m. [φημιστής] *Vt,* Taciti vulgator Ouid. Amor. 3, 7, 51.

VVLGIVAGVS, a, um. Adi. [εἰκαιοπλάνης] *Huc illuc vagus,* Vulgo ...i paſſim eſt. Lucret. 4, 1065 Vulgiuagaque vagus Venere. *i. Sectatur popularem Venerem: non certae mulieris amore captus.* Idem 5, 930 Vulgiuago vitam tractabam more ferarum.

VVLNVS, eris. n. [τραῦμα, ἕλκος] *Eſt hians patenſque aperta corporis, ictu aliquo inflicta. Per translationem autem accipitur pro Angore animi, omnique adeo moleſtia, quae illum turbat.* Locus ...licus de vulneribus eſt Celſ. 5, 26. Vulnus vocat vbi quid extrinſecus laeſit *corpus: tum oſtendit*, quae inſanabilia ſint vulnera, quae ad ſanitatem perueniant, quae tutiorem curationem habeant ſ. 5 *vbi ita:* Aliquid etiam in vulneris genere, figuraque eſt. Nam peius eſt quod etiam colliſum, quam quod tantum diſciſſum eſt, adeo vt ...o quoque quam retuſo telo vulnerari commodius ſit. Peius etiam ...us eſt, ex quo aliquid exciſum eſt, ex quoque alia parte abſciſſa, alia ...endet *etc. Totum enim caput legendum ſuademus, ſi recte loqui ...erite de vulneribus velis.* Clauda vulnere pars corporis Virgil. Aen. 5, 278. Glutinatio vulneris Celſ. 5, 26, 23 *agit ...glutinatione vulnerum.* Impetus vulnerum Plin. 20, 11. Impetus vulnerum recentium lenire Idem 22, 22. Celſ. 5, 26, 22. Aduerſus vulnerum Inflammationem in ipſo ſanguinis curſu auxilium eſt Inualidus vulnere Tacit. Ann. 1, 46. Onuſtus vulneribus Idem ibid. 2, 15. Orae vulneris Celſ. 5, 26, 23. Oras vulneris leuiter diducere manibus Idem 7, 19. Saucius vulneribus Ouid. Met. 12, 207. Tardus vulnere Virg. Aen. 2, 436.

¶ *Epitheta:* Acerbum vulnus, *vid.* ACERBVS. Altum vulnus Celſ. 5, 26, 34. Calidum vulnus Ouid. Met. 5, 137. Cruda vulnera Iuuen. Sat. 2, 73. Cruenta vulnera Celſ. 5, 19 *in initio.* Fatale vulnus Valer. Argon. 6, 652. Flebile vulnus Stat. Silu. 2, 4. Grande vulnus Celſ. 5, 26, 27. Grauia vulnera Id. 5, ... *De Leucis emplaſtris.* Immania vulnera Stat. Theb. 5, 29. In...itia vulnera Ouid de Nuce 6... Ingenti vulneri ingens quo... vulnus adiicere Celſ. 7, 5. Inhoneſto vulnere truncae nares Virg. Aen. 6, 497. Latum vulnus Celſ. 5, 26, 23. Laxum vulnus Idem 7, 5. Letale vulnus Virg. Aen. 11, 749. Letiferum vulnus Sil. 10, 295. Leue vulnus Ouid. Met. 3, 87. Minimum Celſ. 5, 26. Malum vulnus Idem 5, 26. Mediocr Scribon. 212 ſqq. Molle vulnus Idem 201 *i. Vlcus.* Mortiferum vulnus, *vid.* MORS. Nigra vulnera Ouid. Met. 1, 444. Periculoſum vulnus Scribon. 208. Periculoſa vulnera Celſ. 5, 26, 3. Idem 5, 26, 8 Balneum quoque dum parum vulnus purum eſt, inter ...infeſtiſſimas eſt. Nam id et humidum et ſordidum reddit, ex quibus ad cancrum tranſitus eſſe conſueuit. Recens vulnus Scribon. 203. Recentia vulnera Plin. 20, 9. Celſ. 5, 26 Paſtilli ad recentia vulnera glutinanda apti. Sanabile vulnus Iuuen. Sat. 15, 4. Senilia vulnera Celſ. 5, 19. Subiecta oculis vulnera Celſ. 5, 26. Tenue vulnus Idem 5, 26, 34. Tolerabilius vulnus Idem 5, 26. Triſtia vulnera Ouid. Met. 5, 57. Trunca vulnera deiectis membris Idem ibid. 3, 725. Tutiſſimum omnium vulnus quod in carne eſt: et haec quidem loco vel peiora, vel meliora ſunt Celſ. 5, 26. Vehemens vulnus Idem 5, 27. Vetuſta vulnera Ouid. Triſt. 4, 1, 97.

¶ 3 *Verba et Participia:* Abdidit alto nefandum ferrum vulnere Senec. Troad. ſ. 1. Abluere vulnera lymphis Virg. Aen. 4, 683. Accenditur vulnus, ſi parum bibitur Celſ. 7, 27. Accipere vulnera, *vid.* ACCIPIO. Accipere vulnera tergo Virg. Aen. 3, 242. Acerbat exiguum ſtimulando vulnus Claud. in Ruff. 1, 182. Actum vulnus Scrib. 2 1. Adfuſum venenum vulneri Tacit. Ann. 1, 10. Adhibere medicas manus ad vulnera Virg. Georg. 3, 455. Adigere vulnus, *vid.* ADIGO. Adactum vulnus alte Virg. Aen. 10, 850. Adurere vulnus Celſ. 5, 27, 2. Affluere vulneribus Colum. 4, 11. Aggrauantur vulnera introitu eorum, qui vnquam fuerint ſerpentium caniſue dente laeſi Plin. 28, 3. Agere humorem in vulnus Celſ. 7, 27. Ali vulnus non poteſt Idem 7, 27. Alleuantia fomenta malum vulnus Hor. Epod. 11, 25. Alligare vulnus Cic. Tuſc. 2 c. 17. *vid. Gron. ad* Liu. 7, 27 *m.* Ambeſum corpus multo vulnere Sen. Hippol. ſ. 12. Ampliare vulnus Celſ. 7, 5. Anciſa recenti vulnere membra Lucret. 3, 661. Aperire vulnus Celſ. 5, 26, 7. Idem 7, 5. Adſtrinxit ſicci rigens vulnera ſanguis Lucan. 4, 291. Adſtringit et cohibet vulnera Polium, prohibetque ſerpere Plin. 21, 20. Cadere per mutua vulnera Ouid. Met. 3, 123. Circumactus in vulnus, *vid.* CIRCVMAGO. Claudicare ex vulnere accepto ob aliquem Cic. de Orat. 2, 249. Colligat vulnera bitumen cum farina hordeacea Plin. 35, 15. *conf.* Suet. Tib. c. 61. Concidere mutuis vulneribus, *vid* MVTVVS. Liu. ..., 26 Tandem vulneribus Confectae virgines, quum omnia repleſſent ſanguine, exanimes corruerunt. Confodere aliquem vulneribus, *vid.* CONFODIO. Conglutinantur vulnera decocto graminis Plin. 24, 19. Conglutinat vulnera holoſteon Idem 27, 10. Conſumtus vulneribus Sil. 10, 286. Conturbare prima vulnera nouis plagis Lucret. 4, 1064. Crepitant duro ſub vulnere malae Virg. Aen. 5, 436. Curare vulnus Quinct. 4, 2. Deligare vulnus Idem 4, 2. Deſcendit vulnus magno hiatu Stat. Theb. 12, 340. Detegere vulnus Celſ. 5, 26, 7. Dirigere vulnera Virg. Aen. 10, 140. Diuellere vulnus Caeſ. Bell. Ciuil. 5. Dare caecum vulnus cuſpide Virg. Aen. 10, 140. Dare certa vulnera Ouid. Met. 1, 458. Dare inania vulnera Id. ibid. 3, 83. Durare ad vulnera Virg. Georg. 3, 257. Edere vulnera et conferere dextras Stat. Silu. 1, 6, 60. Eluſa vulnera Ouid. Met. 12, 104. Emendantur vulnera capitis lacte muliebri Plin. 28, 7. Euicta vulneribus ornus Virg. Aen. 2, 630. Exanimari graui vulnere Cic. de Finib. 2, 97. Excipere vulnera, *vid.* EXCIPIO. Exhalans crudeli vulnere vitam Virg. Aen. 2, 561. Celſ. 5, 27, 3 Homo adhibendus eſt, qui vulnus Exſugat. Explet vulnera creta Eretria Plin. 35, 6. Exſtinctus miſerando vulnere Stat. Theb. 5, 717. Facere vulnera Quinctil. 5, 13. Fecit vulnus in vulnere Ouid. Met. 12, 49. Facere vulnera alicui in tergo Idem ibid. 3, 232. Ferre raſtrorum vulnera Id. ibid. 4, 497. Feruens vulnus Idem ibid. 4, 120. Figere iterata vulnera Stat. Silu. 1, 2, 84. Fiunt vulnera morſu ſerpentis Celſ. 5, 27 *in princip.* Fouere vulnus aqua calida Idem 7, 26, 5. Glutinantur vulnera candido oui Plin. 29, 3. Glutinari vulnera longe optimum eſt Celſ. 5, 26, 23. Habere graue vulnus Ouid. Met. 4, 207. Hiat vulnus abruptis venis Stat. Silu. 2, 1, 4. Ictus mortifero vulnere Alexander Liu. 9, 19. Illinunt vulneribus Polium Plin. 21, 20. Illinitur ad vulnus Teucria Idem 26, 8. Inflammantur vulnera ſuperuentu eorum, qui pedibus iter confecerint Idem 35, 6. Immolare aliquem vulnere Virg. Aen. 12, 949. Impingere vulnus, *vid.* IMPINGO. Implere vulnus Celſ. 5, 26, 30. Imponere ſtercus caprinum ſuper vulnus Id. 5, 27 tit. 5 *et* 8. Imponitur vulneribus amurca in linteolis Plin. 23, 3. Imponuntur vulneribus folia lilii Idem 21, 19. Impoſita ſunt vulnera prouinciae Cic. Att. 5, 17 *extr.* Imprimere vulnus, *vid.* IMPRIMO. Incidere circa vulnus ſcalpello Celſ. 5, 27, 3. *et* 7, 16. Inducere cicatricem vulneribus Celſ. 5, 19 *in princip. et* 26 *ad fin.* Inferre vulnera alicui, *vid.* INFERO. Inferuntur vulnera quae per tela Celſ. 5, 27. *in principio.* Infeſtant vulnera et nimius calor, et nimium frigus Celſ. 5, 26. Infligere vulnus, *vid.* INFLIGO. Infligere alicui vulnus Cic. Philipp. 2, 101 c. 39. Infoſſa cerebro vulnera Stat. Theb. 8, 534. Infundere vulneri acetum Celſ. 5, 26, 21. Intumeſcit vulnus Idem 5, 26, 26. Ingeſtis vulneribus concidit Tacit. Hiſt. 3, 85. *pro Inflictis.* Inſequi aliquem infeſto vulnere Virgil. Aen. 2, 529. Integrare vulnera, *Renouare dolorem.* Stat. Theb. 5, 29. Inurere vulnus reipublicae Cic. pro Sext. c. 7 *tanquam ſtigma.* Laedunt vulnere dracones Ouid. Met. 4, 601. Laeſum paruo cor vulnere Idem ibid. 12, 421. Lenire vulnera Sil. 17, 112. Mederi vulneribus, *vid.* MEDEOR. Minitans vulnera curuata cuſpide Ouid. Met. 2, 199. Miſcent crebris vulneribus praelia Virg. Georg. 3, 221. Miſit eum geminato vulnere ad vmbras Tartareas Ouid. Met. 12, 227. Mori ex vulnere Liu. 27, 33. Claud. in Eutrop. 2, 482 Et Perſas in regia vulnera mouit, *i. inſtigauit, vt vulnerarent.* Mulcere vulnera Sil. 13, 455. Nouat repetitum vulnus ſtipite Ouid. Met. 12, 287. Obligare vulnus, *vid.* OBLIGO. Quinct. 6, 1 Occiſus eſt, vtrum ferro, an igne, an veneno, vno vulnere an pluribus. Occidit minimo vulnere Ouid. Met. 6, 265. Patet vulnus Celſ. 7, 16. Patens vulnus in pectore Virg. Aen. 11, 40. Patiens mille vulnera Ouid. Met. 12, 171. Paſſi alterna vulnera Lucan. 5, 1. Paſſi Martia vulnera pugnando Virg. Aen. 7, 182. Penetrauit vulnus Celſ. 5, 26. Perire vulnere Hor. Carm. 1, 27, 12. Petere mortem per vulnera Virg. Georg. 4, 218. Poſcunt medicinam vulnera Sil. 11, 166. Pulſus pudendis vulneribus Virg. Aen. 11, 56. Recidendum eſt enſe immedicabile vulnus Ouid. Met. 1, 190. Refricare vulnus, *vid.* REFRICO. Repetitum vulnus Quinct. in Prooem. 6. Reſoluere vulnera Idem 6, 1. Reſoluere caeca vulnera Stat. Silu. 5, 5, 82. Sanare vulnera Quinct. 5, 13. Cic. Fam. 15, 4 Huic meae voluntati, in qua ineſt aliqua vis deſiderii ad Sanandum vulnus iniuriae, vt faueas, fautorque ſis, *h. e. Iniuriam vindicare.* Sanare vulnus Reip. *vid.* SANO. Satiatur largo vulnere cornus *in haſta, ex figura, qua bibere cruorem dicitur* Claud. in Ruff. 1, 353. Scinditur nouatum vulnus Ouid. Rem. Amor. 729. Sedare vulnera Stat. Silu. 2, 1, 208. Sentire vulnus extra Scribon. 84. Serebant vaſta vulnera Lucret. 5, 1289

Siccare vulnera Ouid. Met. 10, 187. Stridet infixum ſub pectore vulnus Virg. Aen. 4, 689. Eſt vulnus quod in ſumma parte Celſ. 5, 26. Tardatus vulnere Ouid. Met. 13, 81. Turbatus triſti vulnere mentis Virg. Aen. 12, 160. Valet mel in eo vulnere, quod Ceraſtes fecit Celſ. 5, 27, 8. Victus ingenti vulnere Virg. Aen. 10, 812. Vlciſci ſaeuo vulnere aliquem Sen. Herc. Fur. 12. Vrere vulnus, et Vſtum vulnus Celſ. 5, 27, 2. *Et ibidem*, Vulnus quod expertum ignem non eſt. ¶ 4 *Non tantum in animali corpore dicitur vulnus, ſed in arboribus, vt* Stat. Theb. 6, 104 Scinditur pinus odore vulnere. *de rogo ſtruendo.* *Sic* Cic. Verr. 2, 104 Adſpicimus literas eiuſmodi, quaſi quaedam vulnera tabularum recentia. Euicta vulneribus ornus Virg. Aen. 2, 650. Omne reformidat frigida vulnus humus Ouid. Faſt. 1, 666. *Etiam, vt monuimus, ad animum refertur.* Domeſticum Val. Max. 5, 10 ext. 1. *i. Mors filiorum.* Liu. 22, 54 Non vulnus ſuper vulnus, ſed multiplex clades, cum duobus conſulibus Conſulares exercitus amiſſi annunciabantur. *Nempe* vulnus *minus incommodum eſt,* clades *maius.* *Sic* Cic. pro Sext. c. 7 Vulnera inuſta reipublicae. *Et* Phil. 2 c. 21 Vulnus ſibi inflictum, *de SCto in eum facto.* Orbitatis vulnus Quinctil. in Prooem. 6. Virg. Aen. 4, 2 At regina graui iamdudum ſaucia cura Vulnus alit venis, et caeco carpitur igni, *i. Amoris dolorem ac moleſtiam fouet intra venas.* Lucret. 1, 35 Inconſolabile vulnus mente gerit tacita, *Dolorem maximum* Ouid. Met. 5, 426. Mutua vulnera, *Mutuus amor* Idem ibid. 14, 771. Seruans aeternum ſub pectore vulnus Virg. Aen. 1, 40. *De praeterito, dolorem dixit: de* futuro, *metum. Ad vtrumque vulnus.* Tabeſcere caeco vulnere Lucret. 4, 1114. Viuit tacitum ſub pectore vulnus Virg. Aen. 4, 67. Vitae vulnera Lucret. 3, 63. *i. Labes integritatis et conſcientiae.* ¶ 5 *Vulnus pro telo, quo infligitur, poni interdum videtur apud Poëtas: cum qui haſtam vel ſagittam mittit ideo mittat, vt vulnus infligat.* Virg. Aen. 2, 529 Priamum ardens infeſto vulnere Pyrrhus Perſequitur, *cupit vulnerare.* *Et* 7, 533 Haeſit ſub gutture vulnus, *quî enim haereret telum, niſi in vulnere.* *Imitatur* Sil. 1, 397 Hunc miſeratus adeſt infeſto vulnere Ladmus. *Et audacius* Id. 5, 250 Ac ſimul infeſto Lateranum vulnere truncae Arboris vrgebat. *Audacius, inquam, quod addit* arboris truncae. *Hinc etiam quibusdam Criticis diſplicuit.* *Rurſum* Virg. Aen. 10, 140 Vulnera dirigere, *i. ſagittas vulnificas.* Sen. Herc. Oet. 160 Vicino Nabathae vulnera dirigit Parthus. *Et* Sil. 2, 92 Dirigit aligero letalia vulnera ferro. *Nempe hic etiam, vt in alia omni figura, verum ſubeſſe debet, ſine quo nihil poteſt placere.* *Conf. Drakenb. ad* Sil. 5, 251. Cadunt vulneris vi et virûm Plaut. Amph. 1, 1, 79. *de praeliantibus.*

VVLNVSCVLVM, i. n. Dimin. Vlpian. in l. 1 de aedilit. edict. Vulnuſculum modicum. Vulnuſculo mederi, quod acu punctum eſt Hieron. Epiſt. 89 ad Auguſtin. c. 4.

VVLNĔRO, āre. [τιτρώσκω] *Vulnus infligere.* Caeſ. Bell. Ciu. 1, 46 Vulnerantur amplius ſexcenti. Serui nonnulli vulnerantur, ipſe Rubrius in turba ſauciatur Cic. Verr. 1, 67 c. 26. Caput enſe ſaeuo vulnerat Ouid. in Ibin 298. Cic. Poſt Red. in Senat. 6 c. 3 Sanctiſſimum corpus non ſolum tactum ac violatum manu, ſed vulneratum ferro confectumque vidiſtis. *Metaphor.* Bono proprio vulnerari, *i. laedi* Ouid. Epiſt. 21, 58. Cic. pro Sext. 24 Sin ad nudum vel fortiſſimum viri corpus acceſſerit, poſſit acie ipſa et Ferri viribus vulnerari. Fortunae continuo ictu vulneror Ouid. ex Pont. 2, 7, 41. Cic. in Catil. 1, 9 c. 4 Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Remp. non ſolum facto ſed etiam exemplo Idem in Vat. c. 15. Aures grauior nuntius vulnerat Virg. Aen. 8, 583. *A librariis miſcentur* vulnerare *et* verberare: *vid. Drakenb. ad* Sil. 5, 251.

VVLNĔRANS, antis. Partic. Sagitta vulnerans eſt lingua eorum Vulg. Ierem. 9, 7. Illum vulnerantes eiecerunt Idem Luc. 20, 12.

VVLNERĀTVS, a, um. *Vt*, Vulneratus humerum Plin. 7, 28 Mortifere vulneratus, *vid.* Mortifere, *in* MORS. Multitudine ſagittarum vulneratus Caeſ. Bell. Gall. 7, 41. *Tranſlate vt*, Naues vulneratae Liu. 37, 24 *et* 30. Vulneratis Auribus aliquid accipere Arnob. 1 p. 20.

VVLNERATIO, ōnis. f. [τρῶσις, κτῆσις] Cic. in Piſon. 47 c. 20 Maior haec eſt vitae, famae, ſalutis ſuae vulneratio. Idem pro Caecin. 47 c. 16 *extr.* Sin autem vim ſine caede, ſine vulneratione, ſine ſanguine nullam intelligetis. Poſt vulnerationem ſemper ad omnes motus paratus Caeſ. B. G. 8, 47.

VVLNERARIVS, i. m. *Qui vulnera ſanat et curat.* Plin. 29, 1 ſ. 6 Ob id publice vulnerarium eum tradunt fuiſſe vocatum, mireque gratum aduentum eius initio, *de Archagato.*

VVLNERARIVS, a, um. Adi. [τραυματικὸς] *Quod ad vulnus pertinet.* Plin. 23, 4 Vulnerariis emplaſtris vtile.

VVLNERABĬLIS, e. Adi. *Vulnerans.* Cael. Aurel. Acut. 3, 17 Materia acerrima et vulnerabilis.

VVLNĬFER, ĕra, ĕrum. *Idem.* Prudent. Pſychom. v. 173. — Vulniferos gradiens intacta per imbres. Criſtatum vulniferumque caput Corn. Gallus 5, 98.

VVLNIFĬCVS, a, um. Adi. [τραυματοποιὸς] *Quod vulnus infert.* Virg. Aen. 8, 446 Vulnificusque chalybs vaſta fornace liqueſcit. Dentes vulnifici Senec. Hippol. 3 v. 346. Enſis vulnificus Stat. Theb. 4, 87. Plumbum vulnificum Valer. Argon. 1, 420. Sus vulnificus Ouid. Met. 8, 359. *add.* Rutil. It. v. 603. Prudent. Periſt. 3, 147.

VVLNIFĬCO, āre. Fortunat. Carm. 8 (9).

VVLPES, *et* VOLPES, is. f. [ἀλώπηξ] Animal ſolertia dirum, *vt vocat* Plin. 8, 28 ſ. 42. Perſ. Sat. 5, 117 Aſtutam vapido ſeruas ſub pectore vulpem. Cauta vulpes Hor. Epiſt. 1, 1, 73. Foeta vulpes Idem Carm. 3, 27, 4. Tam facile vinces, quam volpes pirum comeſt, *Prouerbium apud* Plaut. Moſt. 3, 1, 22 *et* 32 *de re facile proclivi.* Animi ſub vulpe latentes Horat. in Arte Poët. 437. *h. e.* Sub dolo et impoſturis adulantium Acron. Iungere vulpes; dicitur de re abſurda Virg. Ecl. 3, 91. Mutat pilum vulpes, non mores Suet. Veſp. c. 16. *Obſeruatt. Nominat.* Vulpis *etiam dicitur: vid. Barth. ad* Stat. Theb. p. 441. *it. Adu.* 27, 4. ¶ 2 Marina Plin. 9, 43.

VVLPECVLA, ae. f. Dimin. [ἀλωπεκάριον] Hor. Epiſt. 1, 7, 29 Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam, *etc.* *Bentleius c. Cuning. legit* Nitedula. Cic. de Nat. Deor. 1, 89 c. 31 Nec vnquam egreſſus ex inſula, in qua lepuſculos vulpeculaſque ſaepe vidiſſes.

VVLPĪNVS, a, um. Adi. [ἀλωπέκινος] *Quod ad vulpem pertinet.* Suetonius Vbi leonis pellis deficit, vulpina inſuenda eſt. *Neſcio vnde hoc ſit: nec in fragmentis inuenio.* Plin. 28, 11 Vulpinam linguam habentes in armilla, lippituros negant. Iecur Plin. 13. Vulpinus, [ἀλωπὸς] *Aſtutus.* Plaut. Vulpinus animus ne q moliatur mali.

VVLPINĀRIS, e. *Vt*, Amaſio vulpinaris, *i. fraudulentus.* Ap Met. 3 p. 139.

VVLPĪNOR, āri. [ἀλωπεκίζω] Mendaciis ac fraudibus peruertere, ſiue effugere. Tractum ab intorto vulpium curſu. V ro Myſteriis, Vulpinare modo, et concurſa, qualibet erras. ex nio 1, 226.

VVLPIO, ōnis. m. *Homo vulpina indole praeditus.* Apul. A p. 328, 32 Si ex literis tuis noſceretur, te etiam prius, quam ad e migraſſes, etiam cum matre blandirere, tamen iam tum vulpionem impium fuiſſe.

VVLSELLA, VVLSINII, *vid.* VOLSELLA, VOLSINII.

VVLSVRA, VVLSVS, *vid.* VELLO.

VVLTVR, ŭris. *et* VVLTŪRIS, is. *et* VVLTVRIVS, *ſ.* VOLT RIVS, i. m. [γὺψ, αἰγυπιὸς] *Auis rapax, carniuora. Miram et logiam tradit* Iſidor. 12, 7 *poſt pr.* Vultur a volatu tardo nominatus tatur. Magnitudine quippe praepetes volatus non habet. — A Vultures ſicut et aquilae, etiam vltra maria cadauera ſentiunt. Plaut. Truc. 2, 3, 16 Iam quaſi vulturii triduo prius praediuinab quo die eſurituri ſient. Ennius, Vulturis in ſiluis miſerum m debat homonem. *Sic* Priſcian. l. 6 p. 683. *Sed* Chariſ. l. Seru. *in* Aen. 6 vulturas. *Vid.* Plin. 10, 6. Vulturis oua O Am. 1, 12, 20. Cuius vulturis hoc erit cadauer ? Martial. 6, Vulturibus grauiſſimum pabulum futurum. Dirus vultur Va Argon. 4, 69. Edax vultur Ouid. Amor. 2, 6, 33. Imma vultur obunco roſtro Virg. Aen. 6, 597. Obſcenus vultur ex ma conſumit corpora Sil. 13, 472. Vulturius Liu. 27, 23. S Contr. 5, 34 *extr.* Plaut. Mil. 4, 2, 53. Lucilius *ap.* Chariſ. p *extr.* ¶ 2 Vulturius homo, [γύπιος ἄνθρωπος] *per tra lationem, pro Rapace.* Cic. in Piſon. 38 c. 16 Appellatus eſt hic v turius, illius prouinciae (ſi diis placet) imperator. *Conf.* Catull. 124. Cael. Rhodig. 8, 18. Togati vulturii, *i. Forenſes rab* Apul. Met. 60 p. 255, 12. *Vid.* Cic. pro Sext. 71 c. 33. Plaut. Tri 2, 64. ¶ 3 Vulturius, *Latus vnum talorum dicebatur: qui enim interdum fiebant, qui pro numeris effigies animalium habeb vt vulturum aut regulorum.* Plaut. Curc. 2, 3, 78 Iacit vulturios q tuor. *Vid. ibi Taubm.* p. 335. *et Turneb. Aduerſ.* 5, 6 *et* 11, 7. Vultur [Οὐόλτυρ] *Mons Apuliae, in quo ſe dicit fuiſſe educatum* ratius Carm. 3, 4, 9 Me fabuloſae Vulture in Apulo.

VVLTVRĪNVS, a, um. Adi. [γυπινὸς] *Quod eſt vulturis.* Pl 30, 4 Vulturinus ſanguis. *Sic* 29, 6 Vulturinum fel. *Et* Vulturina ſpecies. Collum Martial. 9, 28.

VVLTVRNVS, *et* VOLTVRNVS, i. m. [Εὐρόνοτος, Gloſſ. Lat. Gr.] Ventus ab Oriente hiberno ſpirans, Eum pl Graeci miſto nomine, quod inter Notum et Eurum ſit, Εὐρονό pellant. Hi ſunt igitur tres venti Orientales, Aquilo, Vul Eurus: quorum medius Eurus eſt. *Hactenus* Gell. 2, 22. Colum 11, 2, 65 Interdum Eurus, quem quidam Vulturnum appellant. A Idem 5, 5, 15. Sen. Q. Nat. 5, 15. Liu. 22, 44 *et* 46 *extr.* Plin. 2. *et* 18, 34 *et* 36, 26. Celer vulturnus Lucan. 2, 423. Altiton Lucret. 5, 644. ¶ 2 *Eſt et* Vulturnus *ſeu* Vulturnu Campaniae oppidum, cum fluuio eiuſdem nominis, *vt ſcribit* Plin 5. Liu. 4, 37 Vulturnum Hetruſcorum vrbem, quae nunc Ca eſt, ab Samnitibus captam. Varro de L L. 4, 5 p. 13, 3 Quod ritur e Samnio Volturnus, nihil ad Latinam linguam: at quod pro mum oppidum ab eo ſecundum mare Volturnum, ad nos iam Latin vocabulum, vt Tiberinus: nam et colonia noſtra Volturnum, et D *(noſter)* Tiberinus. Pomponius Mela 2, 4 Vulturnus, amn Vulturnum oppidum. Sil. 8, 530 Fluctuque ſonorum Vul num. Trahens multam arenam ſub gurgite Vulturnus Ouid. M 15, 715. *Add.* Liu. 8, 11.

VOLTVRNĀLIS, e. Adi. *Vt*, Flamen volturnalis Varro de L. 6, 3. Volturnalia Volturno Deo ſua ſacra faciebant. Feſtus.

VVLTVS, *ſ.* VOLTVS, ûs. m. [πρόσωπον, εἶδος ὄψεως Gl Lat. Gr.] *Vid. mox* Cic. de Legg. 1 c. 9. *A voluendo dictus, videtur, illud in primis in humana facie videtur ſignificare, qu volui mutarique pro animi diuerſa affectione ſolet et poteſt: facies, quantum illa diuerſo habitu ſuo mentis quaedam indicia praebet. multum abit quantum ad rem* Valla 4, 13 *qui a volendo dictum puta tum, vti cultum a colendo.* *Sic* Non. 5, 21 Vultus eſt voluntas, quae pro motu animi in facie oſtenditur. Quinctil. 11, 3, *de geſtu*, Dominatur autem maxime vultus. Hoc ſupplices, hoc mi naces, hoc blandi, hoc triſtes, hoc hilares, hoc erecti, hoc ſubmiſſ ſumus. Hoc pendent homines, hunc intuentur, hunc ſpectant etiam antequam dicamus. Hoc quoſdam amamus, hoc odimus, hoc plur ma intelligimus. Hic eſt ſaepe pro omnibus verbis *etc. ſunt enim pluſcula.* S. 75 Sed in ipſo vultu plurimum valent oculi, *et* Plin. 7, 19 Socratem clarum ſapientia eodem ſemper viſum vultu, ne aut hilari magis, aut turbato. Cic. in Piſon. 1 Vultus denique totus, qui ſermo quidem tacitus mentis eſt. *Conf. Barth. ad Scripto Venat.* p. 524. *et ad* Stat. Theb. 4 p. 1238. Martial. 1, 32 Dur nulla teneri ſordent lanugine vultus. Salluſt. in Catil. 15 Proſſu in facie, vultuque vecordia inerat. Vultus qui ſenſus animi ple rumque indicant Cic. de Orat. 2, 148. Idem ibid. 60 Vultus qu ſecundum vocem plurimum poteſt, quantam affert tum dignitatem tum venuſtatem? in quo cum effeceris, ne quid ineptum aut vultuoſu ſit, tum oculorum eſt quaedam magna moderatio. Et oculi ni mis arguti, quemadmodum animo affecti ſimus, loquuntur; et is, qu appellatur, Vultus: qui nullo in animante eſſe praeter hominem poteſt cuius vim Graeci norunt, nomen omnino non habent Cic. de Legg. c. 9. Vidi ego te tali vultu mea fata gementem, Qualem credibile eſt ore fuiſſe meo Ouid. Triſt. 3, 4, 37. Imago animi vul tus eſt, indices oculi Cic. de Orat. 3, 219. Quidam vultu motuque corporis vaſti atque agreſtes Idem ibid. 1, 115. Veluti Nitentiu vultu eſſe Suet. Veſp. c. 20. Mutabilis vultu Hor. Epiſt. 2, 2, 189. Paedagogi vultus Suet. Ner. c. 37. Simulacra vultu Tacit. in vita Agric. 46. Violentia vultus Ouid. Met. 1, 238. ¶ 2 *Epitheta:* Acer vultus in hoſtem Hor. Carm. 1, 2, 40. Adductus Sueton. Tib. c. 68. Agreſtes vultus Ouid. Met. 9, 96. Ambiguus vultus, Quem neſcias puerine ſit, an puellae Hor. Carm. 2, 5, 24. Benignus vultus, *vid.* BENIGNVS. Bonus vultus Ouid. Met. 8, 677. *in Philemonis fabula,* Super omnia vultus Acceſſere boni, nec iners pauperque voluntas. Aliud clauſum in pectore,

ore, aliud in lingua promtum habere ; magisque vultum quam in-nium Bonum habere Sall. Catil. c. 10. Comti vultus Claud. in trop. 2, 337. Lucan 3, 753 Coniux ſaepe ſui, confuſis vultibus da, Credidit ora viri, Romanum amplexa cadauer. Conſceleratus ltus, *vid.* CONSCELERO. Coruſcus vultus Claud. Conſ. Hon. 6, 359. corus vultus Claud. in Conſ. Stil. 1, 2, 431. Dilecti vultus Stat. heb. 11, 374. Diſtortus vultus Quinctil. 6, 3. Ouid. Epiſt. 10 Parce precor faſſo, nec Duro caetera vultu Perlege, *i. ſeuero.* ectior vultus Quinctil. 21 c. *vlt.* Exanimes vultus Lucan. 2, 26. uid. Met. 7, 271 Inque virum ſoliti vultus mutare Ferinos Ambigui ſecta lupi : *de Lycanthropis.* Ferox vultus Sen. Hippol. 10. rmoſi vultus Ouid. Amor. 2, 1, 37. Grauis Iuuen. Sat. 9, 12. laris Ouid. Triſt. 5, 1, 40. Igneus vultus Sen. Herc. Fur. 11. C. Poſt red. in Senat. 14 Si modo vultum Importunum in forum detiſſet. Infeſtus vultus Lucan. 5, 296. Ingenui vultus puer ien. Sat. 11, 154. Inimicus, *vid.* INIMICVS. Iratus Claud. nſ. Hon. 4, 426. Iuueniles vultus Ouid. Faſt. 3, 437. Iu-pr vultus Plin. 20, 17. Laeti vultus Ouid. Met. 10, 5. Lo-ax vultus Idem Amor. 1, 4, 17. Hor. Carm. 1, 19, 8

Vrit me Glycerae nitor,
Splendentis Pario marmore purius:
Vrit grata proteruitas,
Et vultus nimium Lubricus aſpici.

i. Qui, quum adſpicitur, lubricos in amorem ſui facit iuuenes. Porphyr. cidi vultus Lunae Sen. Hippol. ſ. 4. Lugubres vultus Ouid. iſt. 1, 7, 23. Minaci vultu grauis Valer. Argon. 5, 519. Mo-ctus Iuuen. Sat. 10, 300. Moerens Ouid. Epiſt. 11, 93. Moeſtus Sec. Thyeſt. 6. Nitidus Ouid. Triſt. 4, 3, 9. Omniferi vtus Telluris Idem Met. 2, 275. Praeclarus vultus Lucret. 4, 1 7. Proiectus et degener vultus Tacit. Hiſt. 3, 65. Pur-reus vultus Lunae Ouid. Amor. 1, 8, 12. Ridiculus vultus Quin-cl. 6, 3. Rigidus et trux vultus Ouid. Epiſt. 4, 73. Sere-s vultus, *Non perturbatus* Hor. Carm. 1, 37, 26. Seuerus et tri-ſ vultus Cic. de Orat. 2, 289. Supinus Quinctil. 1, 11. Side-us Sen. Oedip. 5. Terribilis Ouid. Met. 1, 265. Toruus inctil. 6, 1. Toruo vultu ferus Hor. Epiſt. 1, 19, 12. Tran-illus et ſerenus Suet. Aug. c. 79. Trepidi vultus Ouid. ad Liu. 25. Triſtis vultus Idem Epiſt. 17, 15. Triſtior et paedagogi tus Suet. Ner. c. 37. Tacit. Ann. 4, 34 Et Caeſar Truci vultu entionem accipiens. Tumidi et truces vultus Senec. Octau. Turbatus Lucan. 3, 316. Virginei vultus Virg. Aen. 3, Virgineus vultus in ore puerili Ouid. Met. 10, 631. Viril vultus Hor. Carm. 3, 5, 44. Vitalis vultus Lucret. 3, 655. t. Suet. Domit. c. 18. ¶ 3 *Verba:* Abdere vultus ſuos tebris Ouid. de Rem. Amor. 588. Vultum et orationem Accom-m dare ad tempus Cic. Att. 11, 24. Addere vultum verbis Idem F. 5, 503. Adhibere aliquo vultum, *vid.* ADHIBEO. Aduer-te vultus ſuos ſacris Ouid. Met. 8, 482. Affulſit vultus tuus po-po Hor. Carm. 4, 5, 6. Appellare vultu, *vid.* APPELLO. Arat ra ſenilis iam meos vultus Ouid. ex Pont. 1, 4, 2. Aſpectans al-tero vultu et hunc illum Idem Met. 5, 30. Aſpice vultus meos Im Met. 2, 92. Aſpicere aliquem molli vultu Idem Met. 10, 609. Auertere vultus ab aliquo Idem Met. 14, 750. Colligit vultus ru-g, et attrahit frontem Sen. de Benef. 6, 7. Componere feros vtus Ouid. Met. 12, 767. Compoſitus vultus Tacit. Ann. 1, 7. Cadere vultus Ouid. Met. 2, 330. Confundere vultum alicuius Im Met. 14, 367. Coniectare aliquid vultu Tacit. Ann. 1, 12. Conſentit vultus cum oratione, *vid.* CONSENTIO. Conuertere vtus ſuos in aliquem Ouid. Triſt. 4, 3, 9. Defixus ſilenti vultu Ver. Argon. 7, 407. Defixus moeſto lumina vultu Virg. Aen. 6, 6. Deformat vultum macies Idem Georg. 4, 255. Deiecit vum, et demiſſa voce locuta eſt Idem Aen. 3, 320. Deiectus vus Idem Aen. 6, 862. Deiectus in humum vultus, *Vultus humi adſpiciens* Ouid. Met. 6, 707. Demiſſa vultum Dido Virg. A. 1, 565 Depoſuit vultum ſuum in gremio Ouid. Faſt. 2, 756. Dinere vultus alicuius Idem Epiſt. 13, 20. Diſcere vultum ali-cis Virg. Aen. 6, 755. Diſſimulare vultum Stat. Theb. 9, 203. Ftis Dat vultum et pondera verbis, *accommodat vultum ad verba, vt probabilius mentiatur* Val. Flacc. 1, 39. *vid. Burm. ad h. l.* Ducere vus Martial. 1, 41 *i. corrugare.* Stat. Theb. 8, 650 Aſpicit, et vu non Exſatiatur amato. Excidit illi vultus Ouid. Met. 2, 601. Expere pacato vultu aliquid Idem Faſt. 1, 3. Expreſſi vultus per ahea ſigna Hor. Epiſt. 2, 1, 249. Fecere taciti vultus conuitia Od. Amor. 1, 7, 21. Ferre vultu Tacit. Hiſt. 4, 85. Figere vus in aliquo Virg. Aen. 12, 70. Fingere vultum Ouid. Met. 4, 9. Cic. pro Cluent. 72 Recordamini faciem atque illos eius ictos ſimulatoſque vultus. Flagrantes dei vultus Virg. Aen. 1, 714. Flectere vultum ad aliquem Ouid. Met. 10, 235. Flectere *i. mutare* T. Hiſt. 2, 46, 5. Foedare ſerenos vultus Virg. Aen. 2, 285. Foe-da vultus Ouid. Met. 5, 59. *al.* Laudatos. Fuſus prono ſuper oſla vultu Stat. Silu. 3, 3, 177. Gerit deiectos vultus pudore Senec. Trad. 12. Gerere incertos vultus Senec. Agamem. ſ. 7. Gere vultum fortunae ſecundae in aduerſis mos Romanus Liu. 42, 62. Het pacem vultus, *i. Prae ſe fert animum pacatum* Ouid. Met. 2, 858. Hrent infixi pectore vultus Virg. Aen. 4, 4. Humectare vul-tu largo flumine Idem Aen. 1, 469. Immutare vultum, *vid* IM-MTO. Induere vultus ſeueros, *vid.* INDVO. Indurare Tac. H, 46, 5. Infecit niueos purpura vultus Claud. de Rapt. Pro-ſer. 1, 270. E vultu cuiusdam Intellexit Nep. 4, 5, 1. Ire mo-de vultu Ouid. Amor. 1, 4, 15. Lacrimare durus vultus malis neit Sen. Herc. Fur. 13. Praeclare a ſapientibus dicitur, vultu ſaepe Lalitur pietas Cic. pro Roſc. Am. c. 13. Lauare vultum profuſis lacmis Ouid. Met. 9, 679. Madentes ſudore vultus Sil. 12, 642. Mare vultum, *vid.* MVTO. Notare vultus Tacit. Hiſt. 3, 65. Od. Met. 2, 329 At pater Obductos luctu miſerabilis aegro Condidera vultus. Pertulit intrepidos vultus ad fata nouiſſima Idem M 13, 478. Praetendere vultum et triſtitiam et habitum peſſimis mibus, *de philoſophis* Quinctil. Prooem. 1, 15. Procumbere toto vu in terram Ouid. Met. 14, 281. Promittere aliquid vultu Quctil. 4, 1. Promittere amico vultu aliquid Ouid. Met. 3, 257. Rerre vultum alicuius Idem Met. 13, 443. Omnia nitor, non ad imum, ſed ad vultum ipſum, ſi queam, Reficiendum Cic. Att. 12, *m.* Regi alicuius vultu Senec. de Benef. 6, 7. Reiicere alto vu dona alicuius Hor. Carm. 4, 9, 42. Renidens falſum vultu Tit. Ann. 4, 60. Renidenti cohibens ſuſpiria vultu Valer. Argon. 4, 359. Reſpice placido vultu mea munera Ouid. Faſt. 2, 17. Ridere ficto vultu Stat. Achil. 1, 194. Dum vultu Ridet fortuna ſereno Ouid. Triſt. 1, 4, 27. Ridere inuito vultu Hor. Carm. 3, 11, 21. Rigabat vultum atque ora lacrimis Virg. Aen 9, 251. Rogare ſupplice vultu aliquid Claud in 1 Conſ. Stil. 1, 1. Seruat benignum vultum fortuna Hor. Epiſt. 1, 11, 20. Dum fortuna manet, vultum Seruatis amici: Dum cecidit, turpi vertitis ora fuga Petron. c. 80. Soluto vultu galeas intrare Stat. Theb. 5, 355. Soluere vultum riſu Valerius Maximus 4, 3 *de Marco Curio.* Sparſi vultus ſanguine Ouid. Met. 13, 532. Spectare iniquo vultu aliquem Idem de Arte Am. 1, 313. Subire vultum alicuius Cael. ad Cic. 8, 12. Submittere vultum Suet. Aug. c. 79. Sum. Ouid. Met. 5, 501 Quum tu curaque leuata, Et vultus melioris eris. Tegere caſtos vultus Idem Met. 4, 799. Tegit conſilium vultu Virg. Aen. 4, 477. Animus eius vultu, flagitia parietibus Tegebantur Cic. pro Sext. c. 9 *extr.* Tendens ad ſidera vultus Ouid. Met. 1, 733. Tendere vultum confidentia Quinct. 11, 3, 16. Tenere immotos vultus Ouid. Met. 14, 592. Tenere rectos vultus in aliquem Stat. Theb. 12, 536. Tenuare vultum macie Propert. 4, 3, 27. Terrere aliquem vultu Hor. Serm. 2, 7, 44. Territo pauido vultu Sen. Herc. Oet. ſ. 5. Trahere vultum *et rugas cogere* Ouid. Amor. 2, 2, 33. *et* ex Ponto 4, 1, 5. Velare demiſſos vultus Lucan. 2, 362. Vertit vir formoſus mulieres in ſuos vultus Ouid. Met. 14, 327. ¶ 4 *Peculiariter de triſti ſeueritate dici, obſeruat Brouckh. ad* Tib. 1, 8, 43 Non tibi ſunt triſtes curae nec vultus, Oſiri. *vid.* VVLTICVLVS *et* VVLTVOSVS. ¶ 5 *Etiam aliis rebus tribuitur per metaphoram.* Ouid. Met. 1, 6 Vnus erat toto naturae vultus in orbe, Quem dixere chaos. Virg. Aen. 5, 848 Mene ſalis placidi voltum, fluctusque quietos Ignorare iubes. *i. faciem, ſpeciem maris tranquilli.* ¶ 6 Vultus *eſt imago apud ſequioris aeui ſcriptores. Vid. Caſaub. et Salmaſ. ad* Vopiſc. Prob. 23 p. 685 *Hack. In primis notabilis eſt locus* Trebell. Claudio 3 p. 356 Illi clypeus aureus ſenatus totius iudicio in Romana Curia collocatus eſt, vt etiam nunc videtur, expreſſa thorace vultus eius. Imago, *quod adiicitur in pleriſque libris, gloſſa videtur. In reliquis poteſt intelligi* vultus depictus, *vel* formatus *etc.* ¶ 7 Vulta, *neutro genere protulit* Lucret. 4, 1205 ——— Sed quos vtriusque figurae Eſſe vides miſtim referentes vulta parentum. *Conf.* Enn. *ap.* Non. 3, 260.

VVLTICŬLVS, i. m. Dimin. *quo vſus eſt* Cic. Att. 14, 20 Non te Bruti noſtri vulticulus ab iſta oratione deterret? *i. Seueritas. Vid.* VVLTVS n. 4.

VVLTVŌSVS, a, um. Adi. [προσωπώδης] *Cum vehementi* vultus *geſtu et mutatione coniunctus.* Quinctil. 11, 3, 183 Quare non immerito reprehenditur pronunciatio vultuoſa, et geſticulationibus moleſta, et vocis mutationibus reſultans. Cic. in Orat. 60 c. 18 In quo quum effeceris, ne quid ineptum aut vultuoſum ſit, tum oculorum eſt quaedam magna moderatio. Ineptum *puerile, vbi apparet conatus et ſtudium maius quam opus eſt.* Vultuoſum, *Vultu ipſo nimis affectatum. vt ſi quis in triſtitia plus quam deceat vultum contrahat: aut in laetitia frontem nimis exporrigat. In ſumma* Vultuoſum *dicitur, Quidquid eſt nimium et praeter decorum in vultu.* Nonius 2, 917 *anguſte nimis* triſtem *interpretatur, licet hoc alias verum ſit.* Apul. Met. 3 p. 135, 9 Non ex laeta facie, nec ſermone dicaculo, ſed vultuoſam frontem rugis inſurgentibus aſſeuerabat. *add.* Sidon. Ep. 1, 11 *et* 4, 13.

VVLTIVŎLVS, i. m. Sarib. 1, 12 Vultiuoli ſunt, qui ad affectus hominum immutandos, in molliori materia eorum, quos peruertere nituntur, effigies exprimunt.

VVLVA, *ſ.* VOLVA, ae. f. [μήτρα] *Dicitur in animalibus, quod proprio magis nomine Vterus in mulieribus.* Volua *ſcribitur* Plin. 22, 22. *et* Varr. R. R. 2, 1. Plin. 11, 37 *verſus fin.* Feminis eadem omnia, praeterquam veſicae iunctus vtriculus, vnde dictus vterus: quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus vuluam. *Caeterum* Vulua *etiam in mulieribus vocatur. Praeter alia, quae mox multa videbimus,* Sicut nec caro ſine verbi Dei vnitione potuit aliquatenus nullius viri coitu ſeminata in intimo vuluae virginalis innaſci Fulgent. de Incarn. Verbi c. 3 *ſub fin. conf.* Tertull. de Carne Chr. *ſaepius.* Agni chordi dicuntur, qui poſt tempus naſcuntur et remanſerunt in vuluis intimis Varro R. R. 2, 1, 19. Articuli vuluarum Plin. 20, 23 ſ. 94 *qui ſunt? de* Meo *herba,* Inflationes ſtomachi mire diſcutit. Item tormina, et veſicae vitia: vuluarumque articulis cum melle, infantibus cum apio illitum imo ventri, vrinas mouet. *Videbimus alia occaſione.* Callum vuluarum emollit fel caprae Plin. 20, 19. Contractio vuluae Idem 24 c. *vlt.* Conuerſione vuluarum ſuffocatas excitat odore ſinapi Idem 20, 22. Cruciatus vuluae Idem 24 c. *vlt.* Doloribus vuluarum imponitur lac muliebre Id. 28, 7. Dolores vuluarum tollit Melitites lapis Idem 36, 19. Dolores vuluae ſedat Chamaeſyce Idem 24, 15. Duritias et conuerſiones vuluae emendat pix Idem 24, 72. Duritiem vuluarum emollit ſeuum aſininum Idem 28, 19. Exanimationes vuluarum Idem 32, 3. Exulcerationes vuluarum ſanat ſerum aſininum Idem 28, 19. Exulcerationibus vuluarum prodeſt medulla vituli Id. 28, 12. Fluxionem vuluae ſiſtit decoctum Palmae Id. 23, 5. Inflammationes vuluae Celſ. 5, 21. Plin. 26, 15. Inflationi vuluae, fimum aprinum cum oleo illini prodeſt Idem 28, 19. Morbo vuluae ſtrangulatas aiunt reſpirare capillorum muliebrium odore ſi crementur Idem 28, 7. Onera vuluae extrahit reſina, *i. ſecundinas* Idem 24, 6. Celſ. 6 c. vlt. Si anus vel Os vuluae procidit. Procidentia vuluae Plin. 23, 1 *et* 9. Sinus vuluae gemini in muliere Idem 11, 37. Strangulationes vuluae Cuminum potum in vino aperit Idem 20, 15. Strangulationes vuluae ſedat Aniſum Idem 20, 17. Strangulationibus vuluae ſuccurrit Crethmos Idem 26, 15. Strangulationes vuluarum diſcutit Bitumen olfactum Idem 35, 15. Stangulationes vulvae recreat Gagates Idem 36, 19. Strangulatus vuluae Idem 20, 18. Strangulatus vuluae Peucedanum vſtum recreat nidore Idem 26, 15. Strangulatus vuluarum diſcutit Crocum Idem 21, 20. Strangulatum a vuluis emendat Agaricum Idem 26, 15. Tormenta vuluae Idem 20, 4. Vitia vuluae emendat Ampelos agria Id. 27, 7. ¶ 2 *Verba:* Adiuuat vuluam pulmo leporis aridus potus Idem 28, 19. Aperit vuluas contractas Porri ſuccus Idem 20, 6. Apponitur vuluae concitatae ſuccus foliorum Cypri Idem 23, 4. Contineri vuluas adalligato Samio lapide tradunt Idem 36, 21. Corrigit conuerſas vuluas Ruta illita in melle toto ventre et pectore Idem 20, 13 *et* 14. Diluitur in vino Circea, bibiturque ad dolorem vuluae et vitia Idem 27, 8. Emollire vuluas Idem 21, 19. Idem 24, 8. Expurgare vuluas Idem 22, 23. Exulceratae vuluae

vuluae medetur oleum myrteum Idem 23, 4. Induratam vuluam aperit ſel bubulum Idem 28, 19. Inflammatis contractisque vuluis admouentur ſtrigmenta athletarum Idem 28, 4. Iuuantur vuluae lacte equino collutae Idem 28, 19. Laborans vulua duritie Id. 24, 6. Laborantes vulua ſuffiri felle Crocodili ſalutare tradunt Idem 28, 8. Mollire vuluam Celſ. 5, 21. Plin. 20, 21. Praecluſa vulua Idem 24, 6. Procidentes vuluas inhibet Ariſtolochia Idem 26, 15. Procidentes vuluae reprimuntur ſuffitu fimi e mare boue Idem 28, 19. Procidentes vuluas reſilire cogit Vrtica Idem 22, 13. Procidentes vuluas ſiſtere Idem 24, 4. *et* 12, *ad finem.* Prodeſt vuluis oleum Cycinum Idem 23, 4. Subuenit ſtrangulante vulua Cedridis odor Idem 24, 5. Suffire vuluas pilo ceruino Idem 18, 19. Verſa vulua, ſpiritum ſi incluſit, funebris eſt Idem 11, 37. ¶ 3 Vuluam *ex porca in deliciis habuere aliquando Romani.* Idem 11, 37 Vulua eiecto partu melior quam edito. Eiecticia vocatur illa, haec porcaria, primiparae ſuis optima; contra effoetis. A partu, praeterquam eodem die ſuis occiſae, liuida ac macra. *add.* Id. 8, 51. Ampla vulua nil pulchrius Hor. Epiſt. 1, 15, 41. *Vid. ibi* Torrent. Reineſ. ad Petron. c. 35 p. 146. *Burm Cellar. ad* Plin. Ep. 1, 15. ¶ 4 *Intimos receſſus notat* Vulua. *Chriſtus*, primogenitus, vt ante omnia genitus; et vnigenitus, vt ſolus ex Deo genitus proprie de vulua cordis ipſius: ſecundum quod et pater ipſe teſtatur, eructauit cor meum ſermonem optimum Tertull. ad Prax. c. 7. Volua pomorum Scribon. 104 *quid ſit quaeritur: Hadr. Iunius apud Rhodium interpretatur capſulam ſeminalem in medio pomo, et* Plinio 22, 22 Voluam *integumentum ſignificare ait ipſe Rhodius*, Voluasque intimas Varronis *l. c.* *χορίον dicit, integumentum illud, quicum naſcuntur ſaepe animalia.* Valvulas fabarum *et ſimilium eſſe velut* Voluulas *quasdam, ab* inuoluendo *dictas, probabile nobis olim viſum eſt. Vid.* VALVVLA.

VVLVVLA, ae. f. Farciminis genus Apic. 2, 3. *add.* 7, 1.

V X

VXOR, ōris. f. [γυνὴ, γαμετὴ] *Quae viro ad vitae et generandi ſocietatem coniuncta eſt.* Vxorem dignitatis, non voluptatis nomen eſſe, *dixit* Ael. Verus ap. Spartian. c. 5. *Aliquando deſperata tantummodo et expetita: vid. Brouckhuſ. ad* Tib. 2, 2, 11. Ter. Adel. 4, 7, 41 Vxor ſine dote veniet? Cic. Fam. 15, 9 Quare gratum mihi feceris, ſi vxori tuae Iuniae grauiſſime atque optimae feminae, meis verbis eris gratulatus. Vxor, quaſi Vnxor dicitur, *inquit* Seruius in Virg. Aen. 4, 458. Mos fuerat vt nubentes puellae, ſimul quum veniſſent ad limen mariti, poſtes antequam ingrederentur, ornarent laneis vittis, et oleo vngerent. Et inde vxores dictae ſunt, quaſi vnxores. Plinius *quoque ſcribit* 28, 9 ſ. 37 *extr.* Nouas nuptas lupino adipe poſtes inungere ſolitas, ne quid mali medicamenti inferretur. *conf.* Iſidor. 9, 8. Idem in Topic. 14 Genus eſt vxor: eius duae formae vna matrumfamilias, earum, quae in manu conuenerunt: altera earum, quae tantummodo vxores habentur. Beata vxor creandis pueris Hor. Epiſt. 1, 2, 45. Capaciſſima vxor ſecreti, *vid.* CAPAX. Deuiae vxores olentis mariti, *Caprae, vt* Vir gregis *caper*, Hor. Carm. 1, 17, 7. Foeta vxor Iuuen. Sat. 14, 167. Formoſa vxor Idem Sat. 13, 43. Incommoda vxor et importuna, *vid.* INCOMMODVS. Sueton. in Veſpaſ. c. 3 Poſt vxoris exceſſum Caenidem Antoniae libertam, et a manu, dilectam quondam ſibi reuocauit in contuberniu[m] habuitque etiam Imperator paene iuſtae vxoris loco. Iuſta v[xo]re nati, *vid.* IVSTVS *et* NASCOR. Legitima vxor, *vid.* LI[…] Liberalis vxor, *vid.* LIBER Adiectiuum. Vxorem quare Locup[le]tem ducere nolim, Quaeritis? vxori nubere nolo meae Martial. 12. Optima vxor Lucret. 3, 907. Placens vxor Hor. Carm. 14, 22. Saeua Ter. Phorm. 5, 1, 18. ¶ 2 *Vert[…]* Abducere vxorem a viro, *vid.* ABDVCO. Cic. Att. 14, 13 A ducen[da] vxore ſic abhorret, vt libero lectulo neget eſſe quidquam iucundi[us]. Accerſere vxorem, Adiungere ſibi vxorem, *vid. hh. vv.* [A]pellere animum ad vxorem Ter. Andr. 2, 6, 15. Aſſumere vxore[m] Commutare vxorem, *vid. hh. vv.* Cic. pro Sext. 6 c. 3 Duxit vxor[em] patre viuo optimi et calamitoſiſſimi viri filiam. Ducitur t[…] vxor Virg. Ecl. 8, 29. Facere miſſam vxorem, *vid.* MITTO. C[ic.] de Orat. 2, 260 Ex tui animi ſententia tu vxorem Habes. Perm[o]lere alienas vxores Hor. Serm. 1, 2, 35. Cic. de Orat. 1, 183 C[um] paterfamilias vxorem Praegnantem in prouincia reliquiſſet, Romae[que] alteram duxiſſet, neque nuntium priori remiſiſſet, mortuusque eſſ[et] inteſtato, et ex vtraque filius natus eſſet, mediocrisne res in cont[ro]verſiam adducta eſt? Recuſare vxorem grandi cum dote H[or.] Serm. 1, 4, 50. Reddere grauidas vxores Lucret. 4, 1232.

VXORCVLA, ae. f. Dimin. [γαμετίδιον] Plaut. Caſ. 4, 4, Eia vxorcula. *add.* Id. ib. 5, 2, 32. Varro ap. Non. 2, 110. *Vid.* Ap[ul.] Met. 9 *poſt pr.*

VXORCVLO, āre. Plaut. in Sitelitergo *apud* Varron. de L. L. 3 p. 76, 19 Mulieres vxorculauit, ego noui ſcio actioſas. *Sic in Sc[ali]geri editione. Sed in coniectaneis ita emendat*, Mulier es, vxor. Quo vir? ego noui, ſcio, axioſa es. *Etiam nomen fabulae ait in* Scythe turgo. *Scioppius ſeruat lectionem vulgatam.*

VXORIVS, a, um. Adi. [γαμετικὸς] *Quod eſt vxoris, vel q[uod] ad vxorem pertinet.* Cic. Off. 3, 61 In arbitrio rei vxoriae, mel[ius] aequius. Dos eſt vxoria lites Ouid. de Arte Am. 2, 155. Im[perium] vxorius Stat. Silu. 5, 1, 31. *Lacrimae vxoris.* Sub Imperio vxo[rio] viuens Plaut. Aſin. Arg. v. 2. Ius vxorium. Iabolenus in l. [...] concubinam. in princip. D. de legat. 3. Tacit. Ann. 3, 34 Q[uid] honeſtius, quam vxorium leuamentum? *Solatium ex vxoris conſue[tu]dine.* Vxorio Nomine dignari Suet. Calig. c. 25. [...] Quinctil. Declam. 15, 9 *de eo, cui meretrix potionem odii dederat*, Fe[...] profecto, qui non niſi facultates in lupanari effudit. Tu perdis a[ni]mum, ille aes: tu bibis vxoria, tu lacrimis rogas, *etc. Sed eſt lo[cus] obſcuriſſimus et dubius. Vid. Burm.* p. 315. Pependiſſe vxori[um] dicitur, qui, quod vxorem non habuerit, aes populo dedit. Feſt[us]. ¶ 3 Vxorius, γυναικομανὴς, γυναικοκρατούμενος Gl. Lat. Gr. Qui vxo[ri] nimis inſeruit. Virg. Aen. 4, 266

—— tu nunc Carthaginis altae
Fundamenta locas, pulchramque vxorius vrbem
Exſtruis? *vid.* Seru.

Maritus nimium vxorius Quinctil. Declam. 388. Refugio vxore[…] quia vxorius ſum Sen. Contr. 1, 6. *Sic* Vxorius amnis Tiberis, Il[iae] dum ſe nimium querenti iactat vltorem Hor. Od. 1, 2, 20.

VXORIŌSVS, a, um. *Vxorius, amans vxoris.* Gloſſ. Lat. [Gr.] Vxorioſus, ὁ τὴν ἰδίαν γυναῖκα φιλῶν.

X.

Litera X.

X Quidquid C et S formauit, exſibilat Mart. Capella 3 p. 58. *Latinarum literarum vltima. (nam Y ac Z Graecae ſunt)* Quinctil. 1, 4, 9 Noſtrarum vltima X, qua tamen carere potuimus, ſi non quaeſiſſemus. *Graeco* Ξ, ξ, *et Hebraeorum* ס *Samech, ordine tam literario quam numerali exaduorſum reſpondet. Nam apud vtrosque valet ſexaginta. Vaſti eſſe ſoni indicat* Cic. in Orat. 153 c. 45 Quomodo veſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga literae vaſtioris? Quam literam etiam e *maxillis* et *taxillis* et *vexillo* et *paxillo* conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit. *Liquefit ab hodiernis Italis, qui pro* Alexandro Aleſſandro *proferunt. E Conſonis duplicibus* X *eſt, nam vel* CS *vel* GS, *vel etiam* CHS *exprimit, vti liquet ex flexione* Pax, pacis, Grex, gregis, Maſtix, maſtiche. *Immo olim ſcribebatur* Pacs, Gregs, idque vsque ad Auguſti tempora, ſi Iſidoro *fides* 1, 4. *Attamen in Columna Duiliana, quidquid de ea ſtatuatur, legimus* Exfocient *pro* Effugiunt. X *pro* Ch *in vocabulo* Chriſtus, *in antiquis libris tam impreſſis quam MSS. vid. Fabri Theſ.* X tranſit in S, vt ξυλικὰ Siliqua, *vti videmus* SS *in* X *mutari, vt* πίσσα Pix, Vlyxes *idem qui* Vlyſſes. Naxa *pro* naſſa, *v. v. ſic in* MSS. *frequentiſſime permutantur* X *et* SS. *Tranſit in* SC, *vt* ἰξὸς Viſcus. Q *mutatur in* X, vt Coquo, coxi. V *in* X, *vt* Viuo, vixi. Item, H *in* X, *vt* Veho, vexi. X *perinde fit* Q, *vt a* Lax, Laqueus: *item* V, *vt* Nix, niuis. *Videtur etiam aliquando ex* φs *fieri, vt* νίφος Nix: *quod et Latine fit, vt* Proximus *pro* Propiſimus; *q. d.* Propiſſimus. *In ſequentem* F *mutatur in* Effero *etc.* S *poſt* X *omitti debere contendit Priſcianus, quod Graece* ex *non* εξ *ante* σ *ſcribatur, et* X *ſit loco* CS: *ergo* Exequor *ſcribendum eſſe, non* Exſequor. *At hinc ſequeretur potius ſcribi debere* Ecſequor, *quo pacto etiam antiquitus ſcribebatur* Ecferre. *In veterum monumentis inſeri* S *videmus etiam vbi non erat opus, vt* Dixſerit, Vxſor, Maxſumus *etc. Vid. ſupra* EXSAFVIO. ¶ 2 X *in numeris valet decem, vnde in antiquis Codd. etiam pro* Denario Romano *ponitur.* Plin. 12, 12 Meſoſphaerum emitur X. LX. *i. Denarius 60. Vnde ſicut numerum exprimat denarium, Vide quae diximus in* V *numerus. Errat* Priſcianus, *qui hanc cauſam adfert, quia* ξ *eſt decima Graecorum conſona.* X. Decima, Decimus. X. E. Decimae Erogator. X. K. OCT. Decimo Kalendas Octobris. X. P. Decem Pondo. X. PS. Decem Paſſus. X. V. Decem Vir. *In Plinii aliisque libris* X̄ *cum ſuperſcripta linea decem millia ſignificat.* X perſcripta Priſciano p. 1342. ſ. Decuſſis inductus, *vt loquitur* Chariſ. 1 p. 58 *eſt figura* X *nota* Denarii, *ſiue numum ſignificet, vt apud* Ciceronem Verr. 3 *ſaepiſſime, ſiue pondus vt apud* Celſum *et* Scribonium *omnibus locis. Vid.* DENARIVS *et* SESTERTIVS. X *nota Criticorum ad indicandum inſolens quodcunque in oratione: vid. Wouer. de Polymath.* c. 17. *Iſaac Caſaub. in Laert. it. in Athen.* 6, 8. ¶ 3 *Haec figura* X *etiam exprimit* χῖ *Graecum ſ.*

X E

Ch. *Hinc factum, vt in Lexicis ſemibarbarae aetatis, quae a* Ch *i[nci]piunt ad* X *relata ſint. Hinc* X̄ρς, X̄ρι, X̄ρο, *Chriſtus, Chri[ſti], Chriſto etc.* ¶ 4 *In MSS. confundi videas* X *et* I *cum ſ[im]plex tum geminatum: vid. Drakenb. ad Sil.* 6, 278.

X A N

XANTHIPPE, es. f. [Ξανθίππη] Vxor Socratis philoſophi, moroſa admodum fuiſſe fertur et iurgioſa: irarumque et moleſtiarum muliebrium per diem, perque noctem ſcatebat, *et reliqua.* Gell. 1, 17.

XANTHIPPVS, i. m. [Ξάνθιππος] *Lacedaemoniorum dux, ar[ceſ]ceſſitus a Carthaginienſibus contra Luctatium conſulem pugnauit.* M. Attilius ex inſidiis captus eſt duce *hoc* Cic. Off. 3, 99 c. 26.

XANTHIVM, i. n. Herba e lapparum genere, qua rufantur c[a]pilli. *Vid.* Plin. 24, 19. *Dioſc.* [..], 133.

XANTHO, ûs. f. [Ξανθὼ] Vna ex Nymphis, Oceani et T[e]thyos filia Virg. Georg. 4, 336.

XANTHOS, i. m. [ξανθὸς] Gemma e fuluo candicans Pli[n.] 37, 10. *Alii legunt* Xanthenes.

XANTHVS, i. m. [Ξανθὸς] *Latine* Flauus *dicitur, quo nomi[ne] dictus fluuius Troianus, qui et* Scamander *dicitur. Nam quod in cam[]pis Troianis proxime flumen armenta rufa et pecora leucophea naſcantu[r] ideo flumen id Ilienſes Xanthum appellauiſſe dicuntur.* Virg. Aen. 473 Prius quam Pabula guſtaſſent Troiae, Xanthumque bibiſſen[t] Fluenta Xanthi Idem Aen. 4, 143. Amnis Xanthus Hor. Carm. 6, 26. ¶ 2 *Eſt praeterea* Xanthus, *Flumen et Oppidum L[y]ciae, cuius quoque meminit Homerus Iliad. 6. et* Pompon. 1. ¶ Xanthus *Achillis equus nominatus fuit* Claud. Conſ. Hon. 4 v. 556.

X E

XENIADES, is. m. *Corinthius, qui cum emere vellet Diogenem C[y]nicum, et* quid is artificii nouiſſet, percontatus *eſſet*, Noui, inquit Dio[]genes, hominibus liberis imperare. *Quod reſponſum demiratus Xeni[a]des* emit et manu miſit, filiosque ſuos ei tradens: Accipe, *inquit*, libe[]ros meos quibus imperes. *Narrat* Gellius 2, 18.

XENIVM, i. n [ξένιον] *dici poteſt Munus hoſpitale, munus a hoſpite ſeu amico miſſum.* ξένος *hoſpitem ſignificat.* Martialis librum [...] *in quo eiusmodi munera diſtichis deſcribit*, Xenia *nominauit, quod verſu[s] ipſos pro xeniis mitteret. Docet ipſe* Epigr. 3 Omnis in hoc gracili xe[]niorum turba libello Conſtabit numis quatuor emta tibi. *etc.* Vi[]truu. 6, 10 *Graeci* primo die *hoſpites* ad coenam inuitabant: poſtremo mittebant pullos, oua, olera, poma, reliquasque res agreſtes. Ideo pictores ea, quae mittebantur hoſpitibus, picturis imitantes, xenia appell[…]

lauerunt. *Add.* Tertull. adu. Marc. 4, 42. Plin. Epiſt. 6, 31 ... mmo die abeuntibus nobis (quam diligens in Caeſare humanitas!) ... nia ſunt miſſa. *Vid. Rader. ad l. c. Martial. et Dempſt. ad Roſin. Ant. 1, 12 p. 65.* ¶ 2 Xenium eſt *Munus, quod dabatur cauſa ... m aduocatis.* Quam me iuuat, quod in cauſis agendis non modo pa... ione, dono, munere, verum etiam xenio ſemper abſtinui Plin. Ep. 5, ... *It. munera, prouinciarum praeſidibus aut rectoribus dari ſolita.* Vl... pin. l. 2 §. 3 D. de Offic. Proconſ. Non vero in totum Xeniis abſtinere ... debebit Proconſul, ſed modum adiicere: neque moroſe in totum ab... ineat, neque auare modum xeniorum excedat ——— Vetus prouer... bium eſt οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. ——— Sed nec xe... nia producenda ſunt ad munerum qualitatem. *Add.* L. vn. C. Theod. ... damn. prouinc. infiig. Caſſiodor. Var. 7, 9.

XENIŎLVM, i. n. Dimin. Apul. Met. 2 p. 119, 24 Commodum ... ridies acceſſerat, et mittit mihi Byrrhaena xeniola, porcum opi... mum, et quinque gallinulas, et viniculum in aetate pretioſi. Vlpian. l. §. 3 D. de Offic. Proconſ. Et quod mandatis continetur, ne donum ... munus ipſe Proconſul — accipiat — ad xeniola non pertinet, ſed ... ea, quae edulium excedunt vſum.

XENIVS, a, um. Adi. Xeniae balneas *apud Ciceronem quidam le... git, ſic ab hoſpitibus, qui ibidem recipiebantur, id eſt,* hoſpitales *co... gnominatas.* Locus eſt pro Cael. 62 c. 25 Sed vt venenum quum a Li... cinio traderetur, manifeſto comprehendi poſſet, conſtitui locum iuſſit ... balneas xenias, vt eo mitteret amicos, qui deliteſcerent. *Gruter. leg. ... nias.* Xenius Iuppiter, *Deus hoſpitalis, quem hoſpites inuocabant ... quando iura hoſpitalia violarentur, cum quippe vindicem ſperabant. Sed ... e Graecus eſt hic Iupiter.*

XENOCRĂTES, is. m. [Ξενοκράτης] *Auditor Platonis, et Pole... monis praeceptor, qui in Academia Speuſippo ſucceſſit.* Cic. Att. 1, 13 ... ae mihi res multo honorificentior viſa eſt, quam aut illa quum iu... re tui ciues Xenocratem teſtimonium dicentem prohibuerunt.

XENODOCHIVM, *vel* XENODOCHIVM, i. n. *Item,* XE... NON, ōnis. m. [ξενοδοχεῖον, *vel* ξενὼν] Leg. 33 §. 7 *et* Leg. 35. Cod. de Epiſc. et clericis, *etc.* Si nullus xenon in ciuitate inueniatur l. ... §. 6 Cod. de Epiſc. et Cler. *conſ.* ib. §. 3 *et* 7 Venerabiles eccleſiae, vel ... xenones l. 22 *pr.* Cod. de ſacroſ. eccl.

XENODOCHVS, i. m. [ξενοδόχος] *Qui aduenas inopes et debi... les hoſpitio excipit.* Leg. 33 §. 7. *et* Leg. 49 §. 3 Cod. de Epiſc. et Cler.

XENODŎRVS, i. m. [Ξενόδωρος] *Statuarius.* Plin. 34, 7.

XENOPARŎCHVS, i. m. *Qui hoſpitibus res ad victum neceſſa... ria praebet.* Dig. 50, 4. leg. 18 §. 10.

XENOPHĀNES, is. m. [Ξενοφάνης] *Philoſophus Colophonius ... Archelai auditor, ſcripſit elegias et iambos contra Heſiodum et Home... rum, quae de diis dixerat improbando. Auctor Laertius. Huius meminit ... et Strabo 4. de Colophone ſcribens.* Cic. Acad. 4, 118 Xenophanes ... paulo etiam antiquior, vnum eſſe omnia, neque id eſſe mutabile, ... id eſſe deum.

XENOPHANTVS, i. m. *de quo* Senec. de Ira 2, 2 *extr.* Milita... ri viri in media pace iam togati aures tuba excidat, equosque caſtren... ſe erigit crepitus armorum. Alexandrum aiunt, Xenophanto canente, ... manum ad arma miſiſſe.

XENOPHILVS, i. m. [Ξενόφιλος] Muſicus, patria Chalciden... ſis Pythagoricus, biennio minor quam Gorgias, qui CVII vixit annis, ... ſe felicitate non inferior, ſiquidem, vt Ariſtoxenus ait, omnis incom... modi humani expers in ſummo perfectiſſimae doctrinae ſplendore ex... ſtinctus eſt. *Auctor* Valer. Max. 8, 13, 3 *Felicitatis huius* Xenophili *me... minit* Plin. 7, 50.

XENŎPHON, ontis. m. [Ξενοφῶν] *Grylli filius, Athenienſis, So... cratis diſcipulus, ob eloquentiam Muſa Attica vocatus: equorum venatio... nis et rei familiaris in primis ſtudioſus, vt ex eius libris deprehendi ... poteſt. Venit in amicitiam Cyri minoris, cum quo militauit, ac παιδείαν ... ſcripſit, non tam hiſtoriae ſeruiens veritati, quam vt perfectum inſtitue... ret ducem, vt* Cic. de Orat. 2 *teſtatur.* Quinctilianus 10, 1, 82 Xenophon... tis iucunditatem inaffectatam *dixit,* quam nulla affectatio conſequi poſ... ſit et in eius labris ſediſſe quandam perſuadendi deam. *cum Platone ... ſimultates geſſit, vt ſcribit* Gell. 14, 3. Multas ad res perutiles Xe... nophontis libri ſunt Cic. de Senect. 58. Sermo dulcis Xenophon... tis idem in Orat. 32. Ibid. 62 Xenophontis voce Muſas quaſi locutas ... ferunt: *quod repetit* Quinct. 10, 1, 33.

XENOPHONTIVS, *quod in penultima etiam* E *vel* EI *habet,* a, um. Adi. [Ξενοφώντειος] Cic. Fam. 5, 12 Gratiam illam, de qua ſuauiſſime quodam in procemio ſcripſiſti, a qua te flecti non magis potuiſſe demonſtras, quam Herculem Xenophontium illum a voluptate. Idem in Brut. 132 Molli et Xenophonteio genere ſermonis. *i. Tali, quali Xenophon eſt vſus.*

XERAMPELĪNVS, a, um. *Vt,* Xerampelinae veſtes, *dictae, ... a colore foliorum vitis aridorum, qui ſecundum Vet. Schol. medius eſt in... ter coccum et muricem.* Iuuen. 6, 517 Et xerampelinas veteres do... nauerit ipſi. *Sic Salmaſius ad Solin. p. 1072, et ad Trebell. Pollion. in ... Gallienis 6. it. Voſſ. ad* Catull. p. 168.

XERANTICVS, a, um. Adi. [ξηραντικός] *quod vim ſiccandi habet.* Marc. 1, 88, 3 Xerantica decoctio.

XEROCOLLYRIVM, i. n. [ξηροκολλύριον] Collyrium ex ari... dis compoſitum Marcell. Emp. c. 8.

XEROLIBYA, ae. f. Africae pars inter Aegyptum et Cyrenaicam. *Vt* Seru. *ad* Virg. Aen. 4, 42 *et* 6.

XEROLŎPHVS, i. m. [Ξηρόλοφος] *Significat Tumulum ari... dum et ſiccum, ex congeſtis nempe lapidibus.* ξηρός, *aridus, ſiccus.* λόφος, *tumulus. Talem fuiſſe Byzantii conſtat, vbi erecta erat co... lumna, et tripodes, quibus multa epigrammata erant inſcripta. Dicun... tur et adhuc eius rei non obſcura ſupereſſe veſtigia. Socrates auctor ec... cleſiaſticae hiſtoriae 7, 5. ſicuti et Nicephorus 14, 13 ſignificat celebrem Conſtantinopoleos locum fuiſſe, quem Xerolophon appellabant, vbi et fo... rum Arcadii erat. Meminit et Suidas. Sed optimus teſtis eſt Priſcia... nus* Is lib. 1 c. de Accidentibus literae, Et epigrammata, *in... quit,* quae egomet legi in tripode vetuſtiſſimo Apollinis, qui ſtat in Xerolopho Byzantii, ſic ſcripta, *etc. Rurſus* l. 6 Et quod hoc verum eſt oſtendunt epigrammata vetuſtiſſima, quae literis antiquiſſimis ſcripta in multis tripodibus legi, et maxime in tripode Apollinis, qui eſt Conſtantinopoli in loco quem Ξηρόλοφον vocant. *Add.* Panciroll. *Th. Var. Lect. l. 2 c. 286. p. 451. Gyrald. Poët. Hiſt. Dial. 4 fol. 194 Gruter. Lamp. T. 1 p. 559. et T. 3 p. 414.*

XEROMYRRHA, ae. f. *vel* XEROMYRRHVM, i. n. *vel* XEROMYRVM *denique, quaſi dicas myrrham ſiccam, ſiue vnguentum ſiccum* Sedul. Acroſt. ſ. Hym. 2, 81 Xeromyrrham poſt ſabbatum Quae... dar vehebant corpori. *Alii leg.* Xeromyrum: *al.* Chriſto myrrham: *et* ... corpori, compares. *Quam ſententiam ornauit in Fabriano the... ſauro vir doctus iam ante Cellarium: et probabilem facit, illud, quod de litera* X *n. 5 dictum eſt. Sed cogitandum eſt, illud corpori etiam in com... pares mutare durum eſſe, contra omnes libros: compares porro hic poni ſenſu vix aliunde aſſerendo: denique, Sedulium non videri eum, in quem talis χ? Graeci et Latini X, hoc eſt Ξ Graeci, ... Itaque recte viri docti, qui poſtea videre Sedulium, Xeromyrrham reliquere. Quod adhuc alias non inuentum eſt nomen, non debet ... impedire: com... poſitio tamen analogiam ſequitur. Et nomen diſtinguunt Graeci medici* ξηροκολλύρια *et* ὑγροκολλύρια; *Nonne Collyria ſunt genus vnguenti?* Xeromyron *potuit eſſe, quod vim haberet ſiccandi corporis, et ab humida putredine conſeruandi.*

XERON, *vel* XIRVM, i. n. [ξηρὸν] Xera *ſunt Arida medica... menta, quae pulueris in modum inſperguntur. ſec. Funger. Etymol. p. 1330.* Plin. Valer. 3, 22. *Alii legunt* Xeria. *conſ. Reineſ. Var. Lect.* 2 c. 8 p. 201.

XEROMYRON, *vid.* XEROMYRRHA.

XEROPHAGIA, ae. f. Tertull. aduerſ. Pſych. c. 1 Arguunt nos quod ieiunia propria cuſtodiamus, quod ſtationes plerumque in veſperam producamus, quod etiam Xerophagias obſeruemus, ſiccantes cibum ab omni carne, et omni iurulentia et vuidioribus quibusque pomis, ne quid vinoſitatis, vel edamus, vel potemus. *Add.* ib. c. 1 *pr. Vid.* Voſſ. Etym. fol. 573. *et* de Vit. Serm. 3, 4. *Io. Sauberi fil. not. ad patris Prodr. Philoſ. Sac. p. 60 et 61.*

XEROPHTHALMIA, ae. f. Ξηροφθαλμία, oculorum ſicca per... turbatio Scribon. 32. Celſ. 6, 6, 29 Eſt etiam genus aridae lippitu... dinis, ξηροφθαλμίαν Graeci appellant: neque tument, neque fluunt oculi, ſed rubent tantum, et cum dolore quodam graueſcunt, et no... ctu praegraui pituita inareſcunt: quandoque minor generis huius im... petus, tanto finis minus expeditus eſt. ξηρός, ſiccus, aridus. ὀφθαλ... μία, lippitudo. *add.* Marc. Empir. c. 8.

XERXES, *vel* XERSES, is. m. [Ξέρξης] *Darii filius, maximus omnium regum Perſarum. Aegyptum, quae a patre deſecerat, recepit. Expeditionem etiam quam Darius in Athenienſes parauerat, quinque annorum apparatu proſequens, decies centena hominum millia traduxiſſe dicitur. Quem numerum et Valerius, itemque Hieronymus teſtantur de alta proſpectans ſpecula, fleuiſſe fertur, quod poſt centum annos nullus ſupereſſet. Hac igitur multitudine accinctus, vt omnes referunt auctores, et maria pontibus coniunxit, Athon montem continenti abſcidit,* Plinio *teſte* 4, 10. *Victus demum a quatuor millibus apud Thermopylas, nauale certamen cum Themiſtocle tentauit: a quo idem apud Salamina ſuperatus, turpiter cum paucis parua cymba aufugit, relicto Mardonio praefecto, qui et ipſe profligatus in Boeotia fuit. Demum quum ſe otio ſocordiaeque relictis militia tradidiſſet, a ſuis ſpretus, paucis poſt annis ab Artabano praefecto ſuo in regia interficitur, quum regnaſſet annis octo. Vid.* Iuſtin. 2, 10. *etc.* Lucan. 2, 672. Xerxes praemium propoſuit, qui nouam inueniſſet voluptatem Cic. Tuſc. 5, 20. *Add.* Val. Max. 9, 1, 3. Xerxes Magis auctoribus templa Graeciae inflammauit Cic. de Legib. 2, 26 c. 10. Valer. Max. 9, 5, 2 Iam Xerxes, cuius in nomine ſuperbia et impotentia habitat, ſuo iure quam inſolenter vſus eſt, *etc. Nomine nempe ipſo volunt maieſtatem regiam deſignari. Vid.* Relandus *de Vet. L. Perſ. p. 259 ſq. Verbo* Regem Leonem *notari aiunt.*

X I

XIPHIA, *vel* XIPHIAS, ae. m. [ξιφίας] *Nomen piſcis, de quo* Plin. 32, 2 Xiphiam, id eſt gladium, roſtro mucronato eſſe, ab hoc naves perfoſſas mergi in Oceano ad locum Mauritaniae, qui Cotta vocetur, non procul a Lyxo flumine, Trebius Niger auctor eſt. *Add.* Id. Plin. 32, 11. Ouid. Halieut. v. 97. ¶ 2 Xiphias *etiam Cometarum genus. Vid.* Plin. 2, 25.

XIPHION, i. n. [ξιφίον] *Herba, quae Romanis* Gladiolus *dicitur. it.* Phasganion. *Vid.* LONCHITIS *ex* Plin. 25, 11 ſ. 88. *it.* Plin. 26, 8 *et* 10. Apul. de Herb. c. 46 *et* 78.

X Y

XYLEOS, *vel* XYLECHIOS, i. f. Herba Symphoniaca Apul. de Herb. c. 4.

XYLOBALSĂMVM, i. n. [ξυλοβάλσαμον] *Arboris balſami materia, hoc eſt balſami lignum, vt inquit Dioſcor.* 1, 18. Columel. 12, 51. Scribon. ... Plin. 12, 25. 13, 1. 29, 2. Celſ. 5, 18. Plin. 12, 25.

XYLOCINNAMOMVM, i. n. *Lignum cinnamomi.* Plin 12, 19 ſ. 42 *de cinnamomo,* Ipſum vero lignum in faſtidio eſt propter origani acrimoniam: xylocinnamomum vocatur. Xylocinnamum Scribon. 271.

XYLON, i. n. [ξύλον] *Frutex eſt exiguus laniger.* Plin. 19, 1 ſ. 2, 3 Superior pars Aegypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui Goſſypion vocant, plures Xylon, *vid.* GOSSYPIVM.

XYLĬNVS, a, um. Adi. *Vt,* Lina xylina Plin. 19, 1.

XYLOLOTHON, i. n. *Herba eadem, quae* Pentaphyllum Apul. de Herb. c. 2.

XYLOPHŸTON, i. n. Herba, quae Latine Conſolida. Idem c. 59.

XYRIS, idis. f. [ξυρίς] *Herbae nomen.* Plin. 21, 20 ſ. 83 *cum Iridem rufam laudaſſet, addit,* ſunt qui ſilueſtrem xyrin vocent.

XYSTĬLIS, is. f. Meretriculae nomen. Plaut. Pſeud. 1, 2, 76.

XYSTIOS, i. f. Gemma Plin. 37, 9.

XYSTVS, i. m. *et* XYSTVM, *Natura ſua Adiectiuum Nomen Graecum eſt,* ξυστὸς *raſilis, radendo politus. Et apud Graecos quidem Neutro genere* ξυστὸν *eſt* ἀκόντιον, *iaculi genus;* ξυστὸς δρόμος *ſtadium vel ſpatium in quo decurrerent pedibus, aequatum nempe et mollitum vel arena vel viridibus breuibus. Hoc dubio caret. Vid. quae ad Ammon. de Differ. voc. h. v. congeſſit Valckenerius. Ad Latinos modo altera appellatio Maſculini generis tranſiit.* Phaedr. 2, 5

> *Atrienſis* perambulante laeta domino viridaria
> Alueolo coepit ligneo conſpergere
> Humum aeſtuantem, et mox Praecurrit alium in Xyſtum, ſedans puluerem.

Ergo Xyſtus inter viridia eſt, et ſub diuo eſt. Sic Plin. Epiſt. 5, 17, 17 Ante cryptoporticum xyſtus violis odoratus. *Et mox* Cryptoporticus xyſtum vmbra ſua temperat *etc. Et* 5, 6, 16 Ante porticum xyſtus concíſus in plurimas ſpecies, diſtinctusque buxo. *Et* 9, 36, 3 Vbi hora quarta vel quinta, vt dies ſuaſit, in xyſtum me (*apertum nempe et ſubdiualem locum ambulationi aptum*) vel cryptoporticum (*tectum et ab iniuria caeli tutum*) me confero. Seneca de Ira 3, 18 *de Caio Caeſare,* vt in xyſto maternorum hortorum, qui porticum a ripa (*Tiberis*) ſeparat, inambulans, quoſdam — ad lucernam decollaret.

Haec tanquam clariora praemiſimus. Sed admittunt eandem interpretationem etiam Ciceronis *loci*, *vt* Acad. 4, 9 c. 3 Cum igitur pauca in xyſto *(vbi conuenerant)* locuti eſſemus, tum eodem in ſpatio (xyſtus *igitur* ſpatium) conſedimus. *Et* Orat. c. 3 Cum ambularem in xyſto, et eſſem otioſus domi. *Et* ad Att. 1, 8 *Petit ſigna ad exornandam villam ſibi mitti*, et maxime, quae Gymnaſii xyſtique videantur eſſe. *Magis naturam loci, quam ſtatuarum ornamenta in* xyſto *ſpectari, ſatis oſtendit* Sueton. Aug. c. 72 Sua praedia quamuis modica non tam ſtatuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xyſtis et nemoribus excoluit *etc.* ¶ 2 *Apud Graecos pars Palaeſtrarum ſ. Gymnaſiorum* xyſti, *vel* xyſta *adeo, ſi fides et integritas ſua conſtat loco* Vitruuii 5, 11 *quem totum adſcribemus*: Haec autem porticus *ξυστὸς* apud Graecos vocitatur, quod Athletae per hiberna tempora in tectis ſtadiis exercerentur. Faciunda autem xyſta ſic videntur, vt ſint inter duas porticus ſiluae aut Platanones, et in his perficiantur inter arbores ambulationes, ibique ex opere ſignino ſtationes. Proxime autem xyſtum et duplicem porticum deſignentur hypaethrae ambulationes, quas Graeci *περιδρόμιδας*, noſtri xyſta appellant; in quas per hiemem ex xyſto ſereno caelo athletae prodeuntes, exercentur. Poſt xyſtum autem ſtadium ita figuratum, vt poſſint hominum copiae cum laxamento athletas certantes ſpectare. *Quidquid ſit de diſcrimine hoc, ſecundum quod* xyſtus *opertam ſ. tectam porticum*, xyſtum *vero ſtadium ſubdiuale notaret; illud manet* xyſtum *eſſe partem Palaeſtrae vel Gymnaſii, ac pro ipſa Palaeſtra adeo vel Gymnaſio interdum poni, vt* Tertull. A[p] c. 38 Cum inſania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate [are]nae, vanitatem xyſti *coniungit. In inſcriptionibus Athleticis*, [q] *Octauius Falconerius edidit*, *ὁσύμπας ξύστος ſ. vniuerſus* xyſtus *ſoci[etas] tota athletarum videtur. Haec obſeruanda propter* xyſticos *et* xyſtarc[has] *de quibus ſtatim.*

XYSTĬCVS, a, um. [*ξυστικὸς*] *Ex altera* xyſti *notione.* Ter[tull.] de Pudicit. c. 7 Spectaculum quadrigarii furoris, et gladiatorii c[ruo]ris, et ſcenicae foeditatis, et xyſticae vanitatis. Munditiae xy[ſti]cae *eorum, qui depilantur et velluntur, ex emendatione et interpretat[ione] Salmaſii.* Tertull. de Pall. c. 40, 271. ¶ 2 *Subſtant[iue]* Suet. Auguſt. c. 45 Nec tamen eo minus xyſticorum concertationes [et] gladiatorum pugnas ſeueriſſime ſemper exegit. *Add.* Id. in Galb. c[.] Tertull. de Spect. c. 22. Inſcript. ap. Philand. ad Vitr. 5, 11 *extr.* e[t] Fabrett. p. 10[.]. *De* Archontibus *et* Synodis xyſticis *ex inſcripti[oni]bus van Dale Diſſ.* 8 c. 4. *Qui* l. 4 ff. pr. de his qui not. infamia [xy]ſtici *dicuntur in Florentinis exemplaribus, dubium non eſt, quin ſint [xy]ſtici, genus hominum in* xyſtis *exerceri ſolitum, qui deinde in ſpe[cta]culum prodeant.*

XYSTARCHES, ae. m. *Qui praeerat* xyſto *et certamini.* [Am]mian. 21, 1 Xyſtarchae ſimilis purpurato. *Conf. Falconer. c. l. p. 33 [et] Anton. van Dale Diſſert. 8 c. 3. Huc alludens* Tertull. ad Mart. [c. 3] Agonothetes Deus viuus eſt, Xyſtarches ſpiritus ſanctus.

Y.

Litera Y.

Y Graecorum *υ ψιλὸν*, Appreſſis labris ſpirituque procedit Mart. Capella 3 p. 58. *Vocalis, in iis duntaxat vocibus vſurpata, quae e Graecia in Ciuitatem receptae ſunt. Inuenta eſſe dicitur a Palamede, cum grues acie inſtructa volare, et inter volandum mutatis ſubinde ordinibus obſeruaſſet effingere* Y. *Vid.* Plin. 7, 56. Latini *veteres ab hac Graecorum Vocali abſtinebant*, Dixerunt enim vel cum I, vt Silua, Siluanus; vel cum V, vt Burrhum, Bruges, *i. Pyrrhum, Phryges.* Quemadmodum quoque poſteriores Latini ſaepe V retinebant in iis vocabulis, quae Graeco fonte cecidere, neque in Y mutabant, vti Mus, Fuga, Cubus, Purpura, *etc.* Vti aliquando per O exprimebant, ſicut Ancora, Mola, Nox. *Sic* Geruon *pro* Geryon Victor de Orig. Gent. Rom. p. 7. Cotus *pro* Cotys Caeſ. B. C. 3, 4. *vid. h. l. Ciacc. it.* Cic. in Orat. c. 48. *Vid.* Vel. Longi Orthograph. p. 2215 *extr.* Cornutus *apud* Caſſiodor. de Orthogr. p. 2280. Y litera antiqui non ſemper vſi ſunt, ſed aliquando loco illius V ponebant: itaque in illorum quoque libris hanc ſcripturam obſeruandam cenſeo. *Suriam, Suracuſas, Sumbola, Sucophantes,* quod in noſtris corrumpi non debet. *Pergit* ¶ 2 Illud etiam non video, quare huic literae H adſpirationis gratia admoueam. Ipſa enim per ſe adſpiratiua eſt, et quocunque vocabulo primum locum habuerit, adſpiratur. *Yacinthus, Yllus, Ymettus,* et tanto magis adſpiratio [ad]denda non eſt, quanto apud Latinos non ſunt vocabula hac litera [inchoa]tata. Y Litera Pythagorica. Lactant. 6, 3 Dicunt enim [hu]manae vitae curſum Y literae ſimilem, quod vnusquisque homi[num,] cum primae adoleſcentiae limen attigerit, et in eum locum ven[erit,] partes vbi ſe via findit in ambas, haereat mutabundus, ac neſci[at in] quam ſe partem potius inclinet. *Adde* Auſon. in Monoſyll. d[e li]teris, Pythagorae biuium ramis patet ambiguis Y. *Et* Perſ. Sat. [3, 56] Et tibi, quae Samios deduxit litera ramos : Surgentem de[xtro] monſtrauit limite callem. *it.* Epigr. Virgilio tributum, de ha[c litera,] *quod incipit*, Litera Pythagorae, diſcrimine ſecta bicorni, Hum[anae] vitae ſpatium praeferre videtur. Sapit vt paruulus, donec ad [an]nos ſapientiae veniat, et Pythagorae litera eum perducat ad biu[ium.] Hieron. Ep. 7 ad Laetam. *Nulla vocabula habet litera Y qua[e] incipiant, quod a Graecis in inito vocis ſemper adſpiretur. Quaer[en]da ergo ſub* H. *Poſt occaſum Romani Imperii* H *ſaepe omiſſum fuit ſcriptum* Ypocriſis, Ypotheca. *Atque adeo in principiis vocum, vbi [H] non habet, vt* Ypocras, Yſocrates, Yconomus, *pro* Hippocr[ates,] Iſocrates, Oeconomus.

Z.

Litera Z.

Z Graecorum *ζῆτα* *Hebraeorum* ז *Zaiin*, *Conſona duplex*, *valetque* SD. *Vid.* Dionyſ. Halic. *π. συνθεσ. ὀνομάτων.* c. 14. *Hinc Dores dicunt συρίσδω pro συρίζω, Σδεὺς pro Ζεύς. Ita vulgo* Eſdras *ſcribitur pro* Ἔζρας. *Hinc* Glycyrridia *pro* Glycyrrhiza *in MSS.* Pallad. Oct. 5 *et* 8. *Hinc* Zabolus, Zeta, Zarrhytus *pro* Diabolus, Diaeta, Diarrhytus. *Vid. omnino Ez. Spanhem. ad Callim. p. 200. Eam literam* idcirco Appius Claudius deteſtabatur, quod dentes mortui, dum exprimitur, imitatur Mart. Capella 3 p. 58. *De eius varia pronuntiatione* Alciat. Parerg. 5, 11. *Graeca eſt et repudiata Latinis. Itaque vſus illius in iis tantum vocibus eſt, quas a Graecis in Romanas literas conuertimus, vt* Zephyrus, Zona, Zelus. *Vnde antiqui, qui nullam peregrinam literam adhibebant, pro ζ vſurpabant ſimplex* S. *Z tamen eſt vbi conuertebant Latini in duplex* SS, *vt* Maſſa, Patriſſo, Pitiſſo. *Aliquando in* D, *vt ab ὄζω fit* Odor. *Nempe ὄζω valet ὄσδω, Fut. 2. ὀδῶ.* Z *et* D *liquet cognatas eſſe literas, cum ex eo, quod in compoſitionem τȣ̃ ζ, iſtud* D, *vti diximus, ingrediatur. Ita olim, teſte* Priſciano 1 p. 561 *pr. pro* Mezentius *dicebatur* Medentius. *Atque etiam in Laconum dialecto duplex δδ pro ζ familiare erat, vt pro μάζα, μάδδα. Ne dicamus, per Orientem affines eſſe* ז *et* ד. *In* J *Conſonam ſaepiuſcule mutatur, vt ζυγὸν*, Jugum. *Cum* G *aliquam cognationem obtinet, vt liquet ex Ionum dialecto, qui Φύζα pro Φύγα ſcribebant, neque id immerito, cum ζ commutetur in γ. V. g. in κράζω Fut. 2 κραγῶ.*

Z A

ZABŎLVS, i. m. *pro Diabolus, pro διὰ enim Aeoles ζα dixere.* Paullin. Carm. ad Cyther. v. 597 Quibus peremtis interibit zabolus. *Add.* Id. Epiſt. 34 c. 10. *Vid.* Ambroſ. de fide contra Arian. c. 6. Cypr. Serm. 2 de Zelo. Druſ. ad Nou. Teſt. Part. 2 p. 8. *Barth. ad* Phoebad. p 48 *ſeq.*

ZABV̆LON, ontis. m. *Idem. Vid.* Voſſ. de Vit. Serm. 3, 56 p. 643.

ZACHALIVS, i. m. Plin. 31, 10 Zachalius Babylonius in his libris, quos ſcripſit ad regem Mithridatem, humana gemmis attribuit fata.

ZACHLAS, ae. m. Aegyptius Propheta Apul. Met. 2 p. 127. *Sed variant codices.*

ZACYNTHVS, i. f. [*Ζάκυνθος*] *Graeciae inſula, Aetoliae propinqua, vnicam habens vrbem eiusdem nominis, teſte* Liu. 26, 24. Plin. 4, 12 *ſcribit*, ſitam eſſe inter Samen et Achaiam oppido magnificam, et fertilitate praecipuam, et Hyrie aliquando dictam. *Nunc ab incolis* Zant *vocatur.* Virg. Aen. 3, 270 Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos. Alta Zacynthos Ouid. Epiſt. 1, 87.

ZACYNTHĪNVS, *vel* ZACYNTHIVS, a, um. Adi. Nepos Dione 9 Suorum autem e numero Zacynthinos adoleſcentes quosdam elegit. *Conf.* Plaut. Merc. 5, 2, 104.

ZALĂTES, ae. m. Iuuen. Sat. 2, 164 Armenius Zalates cu[nctis] narratur ephebis Mollior.

ZALEVCVS, i. m. [*Ζάλευκος*] *Legislator Locrenſis. Apud* [Va]lerium Max. 6, 5, 3 Seleucus *male ſcribebatur*, Quum eius filius ad[ulte]rii crimine damnatus ſecundum ius ab ipſo conſtitutum, vtroque [ocu]lo carere deberet; ac tota ciuitas virtuti et meritis patris crimen [ado]donaret, ipſe ſibi non pepercit: ſed ſuo prius, deinde filii oculo [eru]to, vſum vtrique videndi reliquit. *Add.* Val. Max. 1, 2, 4. [Cic.] de Legib. 1 c. 22. *et* 2 c. 6.

ZAMA, ae. f. [*Ζάμα*] *Vrbs Africae, apud quam Annibal mag[no] praelio a Scipione victus fuit.* Sil. 3, 261 Et Zama et vberi[s] R[u]tulorum ſanguine Tapſus.

ZAMIA, ae. f. *Damnum, poena.* Plaut. Aul. 2, 2, 20 Vbi man[um] inicit benigne *diues pauperi*, ibi onerat aliquam zamiam: *ζημ[ία] damnum, pro quo ζαμίαν Aeoles, quorum propago Graeci in Ita[lia].* ¶ 2 Zamiae nuces *ex pinearum genere*, quae ſe in arbore ipſa di[fin]dere, laeduntque caeteras, niſi detrahantur. *Sic edebatur, et* [con]*venit cum verbo laedunt,* ζημιῶσι, zamian *inſerunt. Sed Hard[uinus]* Azanias *ſubſtituit ex MSS.*

ZAMOLSIS, *vel* ZAMOLXIS, ĭdis. m. [*Ζάμολσις*] *Vir [in]ter Getas natus, Pythagorae diſcipulus ac ſeruus ad Aegyptios vna [cum] eo penetrauit, deinde eorum ritus in patriam deduxit, a ſuisque poſt mo[rtem] habitus deus, vt ſcribit Herodot. 4. Neſcio an noſtrorum alicui commemora[tus.]*

ZANCHIA, *ſiue* ZANGA, ae. f. *Calceamenti genus ex pelle P[ar]thica, quo* Imp. Diuus Claudius *vſus. Vid.* Treb. Poll. in Vita [c.] 17. Cod. Theod. l. 14 t. 10.

ZANCLE, es. f. [*Ζάγκλη*] Oppidum Achaiae, *vt ſcribit* Plin[. 4,] 5. *Eſt et Siciliae ciuitas eodem auctore* 3, 8 Condita a Meſſeniis, qu[i] de ſuo nomine Meſſanam dixerunt. Zancle Siciliae inditum nom[en] aiunt, quod falcis formam referat. *Siculi enim* Zanclen, *falcem* [di]*cunt, vt meminit* Thucydides 6. Silius *autem* 14, 48 *nomen acce[pi]ſſe ait*, quod Saturni falx ibi reperta fuerit. *Id autem a Poëtis ide[o] fictum tradunt, quod ſolum Siculum fertiliſſimum habeatur.* Ouid. M[et.] 15, 296 Zancle quoque iuncta fuiſſe Dicitur Italiae, *etc.*

ZANCLAEVS, a, um. Adi. [*Ζαγκλαῖος*] *Vt*, Arena Zancl[aea] Ouid. Met. 13, 729. Charybdis Zanclaea Idem Faſt. 4, 499.

ZANTHĔNES, is. m. [*ζανθενὴς*] Gemmae ſpecies, quae [in] Media naſcitur Plin. 37, 10.

ZAPLV̄TVS, a, um. [*ζάπλȣτος ſ. διάπλȣτος*] *Valde diues.* [Pe]tron. c. 37 Ipſe neſcit quid habeat, adeo zaplutus eſt.

ZARĀTVS, i. m. Magus *quidam* apud Medos Plin. 30, 1.

ZARRHYTOS, *pro* Diarrhytos, *διάῤῥυτος Irriguus*, Hipponis [epi]*theton. v. v. Ita certe emendandum videre viri docti, cum in* Anton[ini] Itinerario *legitur* Hippone Zarito. *Vid. editio Weſſelingii p.* 21.

ZEA, ae. f. [ζεά] *Frumenti genus, quod Latini* Semen *a praeſtan- a frugis appellarunt. Duo eius genera reddidit* Dioſcorides 2, 80 *lterum ſimplex et vnius tantum grani : alterum quod dicoccon, id eſt ge- ini et duplicis grani appellant, duobus vtriculis coniunctum ſemen habens.* ea, quod eſt ſemen Scribon. 70. *al.* Spelta. Plin. 18, 8 ſ. 19 Qui ea vtuntur, non habent far. Eſt et haec Italiae in Campania maxi- ne, Semenque appellatur. Hoc habet nomen res praeclara : pro- ter quam Homerus ζείδωρος ἄρουρα dixit : non, vt aliqui arbitrantur, uoniam vitam donaret. Ibidem c. 24 ſ. 54 Serere in iugero tem- erati ſoli iuſtum eſt tritici aut ſiliginis modios quinque, farris aut eminis (quod frumenti genus ita appellamus) decem, hordei ſex. *onf.* Plin. 10, 11. *et* SEMEN n. 5. Zea, Roſmarini ſpecies Apul. e Herb. c. 79.

ZELO, āre. *et* ZELOR, āri. [ζηλόω] *Significat Aemulari, Cu- ide aliquid imitari, Vehementer amare, adeo vt nullum in partem amoris dmitti patiamur : ſignificat etiam* Inuidere. Vſus eſt Tertull. Carm. ontra Marc. 4, 36. *et* Vulg. Interpr. Pſalm. 73, 3. 1 Reg. 19, 14. c. 4, 2. 4 Esdr. 2, 28. *Add.* Fortunat. de Dracontio.

ZELANS, antis. Part. Videant et confundantur zelantes populi ulg. Ieſai. 26, 11. *Add.* Sirac. 37, 9.

ZELATOR, ōris. m. [ζηλωτής] Ambroſ. in Pſalm. 51, 15 Ille ma- nus fidei zelator, qui iniquos docet.

ZELŌTES, ae. m. [ζηλωτής] *Aemulator dicitur : Amator, qui ullum in amore fert riualem.* Vulg. Interpr. Exod. 20, 5 Dominus Deus us, fortis zelotes. *Vid.* Tertull. adu. Marc. 1, 28. *et* 4, 25. Luc. 15. Act. 1, 13.

